PVB. OVIDII
NASONIS SVLMONENS.
POETÆ OPERVM

TOM. SECVNDVS,

IN QVO LIBRI

FASTORVM	VI.
TRISTIVM	V.
DE PONTO	IV.

Cum variorum doctorum virorum Commentariis, Notis, Obseruationibus, & Emendationibus: vnum in corpus magno studio congestis.

CATALOGVM pagina post Vitam P. Ouidii exhibet.

Cum INDICE copiosissimo.



FRANCOFVRTI,
Typis Wechelianis apud Claudium
Marnium & heredes Ioannis Aubrij.
M. DCI.

P. OVIDII OPERVM, ET IN EADEM COMMENTARIORVM, QVAE hoc volumine continentur, Elenchus.

FASTORVM Libri VI. cum commentariis *Antonii Constantii Fanensis* & Pauli Marsi Piscinatis Poetæ: & scholiis [illegible]: & *Viti Amerbachii*, quibus & inenarrantium stellarum significationes subiectæ.

TRISTIVM Libri V. cum commentariis *Bartholomæi Merulæ*, & [illegible] [illegible] annotationibus, & Viti Amerbachii expositionibus.

DE PONTO Libri IV. cum eiusdem *Bartholomæi Merulæ* enarrationibus, & [illegible] annotationibus, & *Viti Amerbachii* expositionibus.

QVIBVS accesserunt in omnes Libros *Herculis Ciofani* Obseruationes, & *Gregorii Bersmanni* Notæ.

IACOBVS MICYLLVS LECTORI S.

Editae sunt à me annis superioribus Annotationes in Ouidii Metamorphoses quædam, quas ego tunc partim ex Græcis scriptoribus, partim aliunde quæsitas atque collectas, aliorum commentariis velut auctarii vice adiiciendas putaui. Eas igitur cùm studiosis præsertim nostrarum literarum, non omnino inutiles fuisse existimarem, eodem exemplo & cætera eiusdem poetæ opera peruagatus sum, vt quæ in iisdem enarrandis ab aliis parùm commodè tradita, aut etiam prorsus præterita atque omissa videbantur, eorum pleraque prolixius ac planius, quoad fieri posset, explicarem; quædam etiam de integro ac noua interpretatione illustrarem. Quanquam igitur in parte operis parum fortasis conueniat præfari, præsertim quando non iusta atque integra Commentaria, sed Annotationes tantum paucas ac breues quasdam scribimus: veniam tamen dabunt nobis opinor æqui ac boni lectores, si de hoc ipso commentandi genere nonnihil in medium hoc loco afferamus, non tantum vt nostram hoc pacto caussam, nostrásque partes tueamur: sed vt in commune omnium eorum qui in hoc scribendi genere versantur, laborem ac studium ab iniuria & obtrectatione vindicemus.

Nam vt apud Callimachum poetam,

ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν,

οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει: Eodem ferè modo & hodie vulgo faciunt, qui de nostris studiis nostrísque his operis iudicare consueuerunt. Neque enim illi eo respiciunt, verum rectè an perperam, id quod institueris, peragas ac præstes: sed verborum multitudinem vt plurimum spectant, numerúmque ac modum paginarum recensent: perinde vt pueri solent, quibus si pomorum aut nucum aceruum proponas, ex altera autem parte aureolum aut gemmam ostentes, ad id protinus, quod maius ac plus apparet, feruntur, numeróque ac magnitudine, non precio aut dignitate sua res propositas metiuntur. Itaque & illud iam passim fieri videmus, vt ineptorum, ne quid aliud dicam, librorum, magna ac vilis vbique annona sit, meliorum autem atque vtiliorum ratio propè nulla habeatur. Atqui apud eundem poetam, vt eodem loco narratur,

τὸν φθόνον ὡπόλλων ποδί τ' ἤλασεν ὧδέ τ' ἔειπεν,

Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος. ἀλλὰ τὰ πολλὰ

λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει.

Quibus verbis idem poeta illud nimirum innuit ac monet: Non magnitudine ac versuum numero scriptorum opera æstimari debere, sed virtute ac precio quæque suo censenda esse. Propterea quòd, quemadmodum in modico sæpe sigillo plus aliquanto gratiæ atque artis elucet, quàm in immenso ac ponderoso colosso: ita & in breui aliquando pagella, paucísque versibus, plus ingenii atque

elegantiæ, quàm alibi in magno atque operoso volumine, cernitur. Neque enim vt quicque prolixè traditum ac dilatatum est, ita continuò perfectum idem atque eruditum. Nam & terra plerumque eos fructus minus sapidos, parúmque gratos edit, quos aliis in eodem genere maiores, aut copiosiores producit. Elanguescit enim virtus distracta: minúsque tanto vires quæque possunt, quanto plures in partes disperguntur. Quod si igitur hoc fit in iis, quibus ipsa natura nascendi vim ac semina suppeditat: quanto idem magis euenire putandum est in illis, quæ longè inferiores ortus atque progressus habent, vsúque solùm atque arte perficiuntur?

Quare in iudicandis scriptorum laboribus non semper ad voluminis modum, aut ad versuum multitudinem ac numerum aspiciendum est: sed illud potius videndum, suscepto ne operi satis quis fecerit: an parum, ei quod sumpsit præstandum, responderit.

Præcipuè autem in hoc commentandi genere, ipsæ res magis quàm verba spectanda sunt: quòd hæc tractatio non in verborum & orationis commendatione, sed in rerum explicatione potissimum versetur. Et vt in circulo videmus, vt quæque centro viciniora sunt, ita minores ambitus, breuioréśque gyros circumacta efficere: ita & illa quæ in explicatione scriptorum sententiam ac rem propositam certius ac propius contingunt, minore verborum ambage, neque eadem vbique prolixitate indigent,

ἁπλοῦς γὰρ ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων· Vt inquit Euripides.

Neque ego nunc de omnibus hæc intelligi volo, qui in hoc cōmentandi studio versantur, bonísque atque antiquis autoribus explicandis operam suam collocant. Neque enim ignoro, quosdam in hoc genere prolixè ac copiosè quædam cum multa & sua laude, & studiosorum vtilitate protulisse. Verùm illis respondendum hoc loco putaui, qui cùm aliorum scripta iudicant, ex chartarum multitudine ac numero laborem atque operam vniuscuiusque æstimant: eum demum scriptorem præmiis ac laude dignum arbitrantes, si quis immensam variè atque vndecunque consarcinatam, decempedísque magis quam versibus mensurandàm Rhapsodiam, in medium sortè prodixit. Quasi verò eiusdem operis eiusdémque negotii sit, de multis, & non ita obscuris rebus magna volumina compilare, & res in specie quidem exiguas, re ipsa autem impeditas atque difficiles, verbis & interpretatione manifesta ac certa explicare. Quorum hoc quidem ingenium ac studium, præterea variam atque multiiugam lectionem desiderat: illud autem nihil ferè, præter sedentariam quandam operam requirit. Quantæ enim quæso difficultatis, quantíue laboris fuerit, ea quæ apud alios scripta aut dicta repereris, in alium atque alium subinde librum transferre, & perinde vt negotiatores merces solent, è suo ac patrio loco, peregrino atque externo importare: Interim autem illa quæ non satis intellexeris, aut aliàs parum commodè explicaueris, alienorum verborum multitudine obscurare? Quale quiddam & superiore ætate non paucos, & nostra item quosdam videmus fecisse. Quorum alii ne quid nescire viderentur, etiam alienissima interdum cùm πάρεργα, tum περίεργα, & omnino ἀπροσδιόνυσα lectori obtruserunt. Alii autem, dum eorum quæ scire volunt, pleraque nesciunt, prolixitate alieni sermonis animum atque oculos legentum aliorsum abstrahunt, & a re proposita auertunt. Vt interim non addam, quàm non solùm non vtile, verùm etiam mo-

lestum lectori fit, tempus illud frustrà perire, dum quæ apud suum autorem commodius ac rectius legere poterat, ea loco alieno cum summo tædio tantum non deuorare cogitur.

At quanto melius veteres illi, præsertim Græci interpretes, qui nihil nisi quod ad ipsum argumentum, rémque propositam pertineret, scholiis atque interpretationibus suis adesse voluerunt? Perinde enim vt athletam, aut pugilem, decet intra septa sua, terminósque præscriptos sese continere, neque huc atque illuc diuerticulum quæritando euagari: ita & scribentem censuerunt intra suum quemque argumentum, suósque fines versari debere, neque alienis atque anxiè quæsitis rebus, id quod explicandum suscepit, vltro etiam inuoluere atque implicare. Inutile enim ac superuacaneum omne illud esse, quod præter rem propositam, sine causa ac temerè affectando adsciscitur.

Quanquam hæc quidem in vniuersum de tota hac commentandi atque interpretandi ratione accipienda sunt: quæ & mediocritate quadam constare, & in rerum explicatione magis, quàm verborum ambagibus & prolixitate operosa esse debet. Quare vt ad Annotationum genus illud redeamus, quæ aliorum commentariis iam editis superadduntur, quibus vel perperam explicata, ad sententiam sanam ac genuinam reuocantur: vel quæ penitus omissa fuerunt, de integro & quasi quodam postliminii iure, loco atque ordini suo restituuntur: eas inquam, quis non contrà videt & multi negotii esse, & magnæ difficultatis? *Nam* vt grauiores labores suscipiunt, qui sylua alicubi cæsa, & complanata, annosos è terra truncos ac stipites postea eradicare conantur, quàm qui ipsas arborum frondes ac ramos deiecerunt, ita & in hoc scribendi genere duriores ferè partes sustinent, qui quæ ab aliis propter obscuritatem rei, aut prolixitatem sermonis relicta sunt, ipsi expedienda atque explananda sibi sumunt. Ita enim res habet, vt quæque per se ipsa manifesta ac plana sunt, ita vulgo à pluribus enarranda suscipiũtur. Illa verò quæ maiore opera aut vi ingenii aliqua indigent, vel tacitò prætereũtur, vel aliena atq; absurda interpretatione obscurata, æstimãda magis quàm explicãda aliis relinquũtur. Proinde duplici res eadem difficultate implicatur: quod & magnũ laborẽ, neq; vulgare ingenium requirat: & contrà, si quid fortè aberres, aut alicubi impingas, risui pariter & arrogantiæ crimini teipsum exponas. Itaq; tametsi illa, quæ huiusmodi cõmentatione efficiuntur, per se modica ac breuia videntur: magnis tamẽ laboribus, multísque ac variis lucubrationibus comparantur. Nisi verò quis existimet, aut veterum ætate Athenæum, Gellium, Macrobium: aut nostra etiam, Crinitum, Politianum, Egnatium, & his similes alios, qui certorum locorum explicationes edidere, minus elaborasse, aut non æquè multum, atque eos, qui aliena describendo commentaria, sua in immẽsum exauxêre, præstitisse. Nam vt medicis, qui vulnera aut morbos ab aliis relictos ac desperatos, curando suscipiunt, maiori arte, diligentioréque cura vtendum est: ita & illis euenire necesse est, qui locos autorum obscuriores, & ab aliis relictos, enarrare aggrediuntur: vt multo plus negotii ac difficultatis, quàm cæteri interpretes, sibi ipsi imponant.

Quare iniqui iudices existimandi sunt, qui cùm opera aliena censent, non laborem aut operam, sed mensuram & magnitudinem eorundem intuentur. Perinde enim iidem illi faciunt, vt qui mugitum tauri, aut fragorem tormenti alicuius, concentibus Harmonicis anteponunt: propterea quòd sonitus illorum longiore spacio in omnes partes diuagantur, horum autem modulatio ac

voces breuiorib. interuallis ac finibus terminantur.

Quanquam sanè, quod ad meas Annotationes attinet, de me ipso prolixius aliquid polliceri, aut addere non volo. Fortasis enim, vt neque locos omnes, in quibus aliquid desideratur, persecutus sum (quis enim omnes posset, in tanta veterum scriptorum penuria, ac paucitate?) ita etiam parum accuratè ac plenè nonnullos explicaui. Sed tamen quantum operæ ac diligentiæ eadem hac in re posuerim, ea quæ in libris Tristium, & de Ponto, item illa quæ in Consolationem ad Liuiam, enarrandi causa adieci, aliáque non pauca, à superiorum Commentariis longè alia atque diuersa, testantur. Quæ omnia cuiusmodi sint, eruditorum iudicio æstimandum relinquo. De me fortasis, vt & de aliis multis, maiore cum labore, quàm emolumento, in hoc studiorum genere versatis, posterior ætas iudicabit.

Hæc igitur sunt, quæ præfandi causa, cùm de hac tota commentandi ratione, tum verò priuatim de Annotationibus nostris, monenda hoc loco putaui. Quæ si cui alieniora, aut etiam molestiora videbuntur: ille idem cogitet, & nobis, qui in hoc scribendi genere elaboramus, ea quæ de studio atque opera nostra vulgo iactantur, ab iis qui hæc vel non satis intelligunt, vel aliàs parum dextrè iudicant, iniquiora censeri. Nam vt indignum atque arrogans quiddam fuerit, de quibus non merearis, velle prædicari: ita rursum iniquum, atque adeò indignum fuerit, iustam ac debitam alicui gratiam, sinistro ac prauo animi iudicio perperam ac temerè derogare.

PAVLVS MARSVS PISCINAS POETA CL. GENEROSO IVVENI GEORGIO CORNELIO, M. CORNELII EQVITIS F. S.

PRAEFATIO IN FASTOS.

POstquam mihi ex longa peregrinatione redire tandem tua quoque pace è Venetiis Romam, vnde decennio antè cesseram, velut in portum & optatam quietem licuit, retuli me G. Corneli ad ea studia, quæ tam longo tempore intermiseram, quàm longo à patriis sedibus abfueram: traditaque publicè, nec opranti, nec petenti mihi profitendi prouincia fuit. Quam vt arduam, ac perdifficilem in tanto doctissimorum hominum cœtu libentissimè repudiassem, nisi me vetus amicitia ab instituto repulisset, cuius quotidiano quodam conuicio compulsus, eam tandem aggressus, lyricos primo quidem anno Horatianos, ac Ouidij Tristia diligentissimè interpretatus sum. Proximo verò diuinum illud Fastorum opus, in quo tot veterum mysteria, tot mythicæ physicæque obscurius recondita sunt, magna cura ac vigilantia, auditorumque frequentia professi sumus. In quo nobis eo magis elaborandum fuit, quo ne verbum quidem vnum efferri potest, quod non ab his quibus id præstatur muneris excipiatur, exceptumque temerario quodam impetu vulgetur. Dedimus igitur operam vt fideliter interpretaremur: & quanquam in cæteris dilucida breuitas semper placuit, in eo tamen opere nolui me continere terminis vt multi solent angustis, qui rem plerunque confundunt, & quod ad diluciditatem redigendum est, minus perspicuum reddunt. Ego autem ita rem omnem aperui, vt rudibus quoque pueris facilis cognitu putare-

tur, nullisque obscurioribus locis abesset lumen. Inuigilaui plurimum historiis, & fabulis, in quibus totius ferè operis ratio versatur. Siderum autem obseruationem neque posthabendam censui, neque de ea suprà quàm locus exigebat disserui. Etenim si ex his ipsis qui astrorum scientiam profitentur, pauci admodum sunt, qui eam ipsam rectè teneant propter mutatas, aut potius amissas, vt aiunt, veras tabulas: quo pacto nos humanitatis professores eam tenebimus, quam ne vnquam quidem delibauimus? Satis erit nobis in præsentia poetę mentem per singulos locos aperire, & quod ad rem faciat ab antiquis scriptoribus mutuari: hoc vnum ausim dicere, me in hoc opere & militiæ meæ morem gessisse, & æquum lectorem nihil esse in eo quod vlterius desiderari queat iudicaturum, laudaturumque qua celeritate fuerit à nobis hoc opus absolutum. fuere enim alij, qui cùm plurium annorum in hoc ipso operam exhibuissent, non tamen pluribus annis absoluerunt. Nos verò paucis mensibus ad finem deduximus, quod tamen admirationi debet esse nemini. Sumus enim in ea vrbe, in qua humanitatis studia semper floruerunt. Vbi & maior librorum copia, quàm in cætera Ausonia, imò in toto orbe posset comperiri. Adde & doctissimorum hominum frequentiam, qui in vrbem tanquam in communem patriam confluunt: ita vt in omnibus, in quibus aliqua oriretur dubitatio, statim quem consulas occurrat, quod in cæteris locis minimè id boni magis Romæ contigit, quàm vbiuis gentium: quo quidem freti, celerius & fidelius omnia à nobis conficiuntur. Scripserat in Fastos pluribus ante me annis, pauca tamen, fidelissimus antiquitatis & totius Latinitatis interpres Pōponius noster. Postea nos seculi prouinciam omnem percurrimus, nihil intactum, nihilque indiscussum relinquentes. Deinde Perusiæ Anaclyterius meus, vir tum Græcis, tum Latinis literis ornatissimus, & vtroque dicendi genere illustris, Fastos & ipse interpretatus est. Idem paulo antè fecit doctissimus & eruditissimus iuuenis, interpresque diligentissimus, A. Volscus, cum quo est mihi tanta necessitudo & mutua beneuolentia, vt communi vtriusque titulo, lucubrationes nostras essemus edituri: quod occupato illo in Propertianis monumentis, & me ab vrbe digresso, non est in præsentia factum. Sed ne quenquam defraudemus, plurimum linguæ Latinæ conferens, magnam ille laudem in omni studiorum genere meretur. Antonius præterea Phanensis, vir & ingenio & doctrina singularis, & in vtraque eloquentia summus, in indaganda ratione Fastorum pluribus iam annis occupatur: nescio si illi ad finem peruentum est. non enim omnes, quæ nobis est Romæ, eam domi librorum supellectilem habent: ita quæ nobis facillima sunt, redduntur aliis difficiliora. Accedit locorum ratio, Romanorum præsertim, quæ cùm cæteris incognita sit, & aperta nobis, qui in ipsis sumus educati, facit vt omnia sint nobis, quàm aliis, promptiora. Taceo de ingenio, quod mihi non mediocre natura suggessit: & de ea quam ego industriam adhibuerim, in quo & consilio valere, & iudicio simul me posse existimo. quod aliorum quoque testimonio comprobatur, qui iudicium meum in multis expetiuere, & expertum sunt omnino secuti. Liceat ita sine arrogantia loqui, ne cuiquā benemerenti vera laus detrahatur, cùm primus ego per totum hoc ingens pelagus audenti cimba cucurrerim: & quæ prius incognita erant, cæteris aperuerim: & ita aperuerim, vt vlterius inquirendi laborem omnibus ademerim: quòd si illi qui modò viuunt, laboriosæ huic laudi nostræ essent ingrati: spero equidem mihi posteritatem ingentes gratias habituram. Tibi verò in primis G. Corneli laborem hunc nostrum pro tua in me humanitate, & omni officiorum genere dicamus, vt si quando mea vox coram tibi domi prōderat audienti profit & in posterum quoque absentis, & tecum habeas vnde pullulantem iam tibi sobolem queas, & nobis ducibus erudire, & bonis quoque moribus instruere. non enim sola Fastorum gloria te te manet, sed quæ ad institutionem vitæ humanæ pertinent. Tuo etiam nomini dedicantur officialia ipsa præcepta, tanto à nobis labore & diligentia lucubrata, vt prodire ex ipsis veræ Academiæ fontibus videantur. Quin & ingens ipsa Pharsalia, & artis rhetoricæ præcepta, summa cum vigilantia & fide à nobis interpretata, tuóque itidem nomini dedicata, fore quidem existimo immortalem tibi gloriam paritura. Quę si tibi grata esse cognouero, labores omnes meos protinus expectato. Fac igitur, si tuæ laudis eris studiosus, vt læto munusculum hoc meum animo te suscepisse, & gratum fuisse cognoscam.

P. OVIDII NASONIS VITA PER PAVLVM MARSVM PISCINATEM POETAM CL.

PVBLIVS Ouidius Naso, Pelignus, Sulmone ex equestri natus est ordine, eo tempore quo Hircius & Pansa coss. Mutinensi bello periere. Secundo quinquatriorum die, 13. Calend. Apriles. Sub Plorio Grippo literis operam dedit, Marco Varroni & Corn. Gallo acceptissimus, stimulante patre foro aliquandiu incubuit. Reos plerunque defendit, & iudicium inter centumuiros dixit. Declamauit accuratissimè. vnde & meritò inter declamatores eum Seneca commemorat. Defuncto patre ad poeticem rediit. Militauit sub M. Varrone, & cum eo Asiam petiuit. nec prius in vrbem reuersus, quàm Græcum sermonem imbibisset. Vxores breui duas habuit: tertia tamen diutius secum mansit, ex qua Perillam filiam genuit. Demum ab Augusto in exilium missus est, anno ætatis suæ quinquagesimo. Exulauitque annis nouem. periit in ea infœlicitate, anno Tiberij quinto. Sed huius exilij causa varia refertur. de qua aliàs latè disseruimus, refellentes varias & eorum in primis opiniones, qui Sidonij testimonio, Liuiam, seu Iuliam Augusti, aut Tiberij filiam àmasse referunt, & ea causa in exilium missum, eámque sub Corinnæ nomine celebrarat: quod facilè refelli potest, si diligentius Sidonij verba trutinabimus: qui cum velit hendecasyllabis, Narbonensem quendam poetam super cæteros extollere, quos aut apertè nominat, aut periphrasi ostendit. de Ouidio sic inquit: Et te carmina per libidinosa Notum, Naso tener, Tomósque missum, Quondam Cæsareæ nimis puellæ, Falso nomine subditum Corinnæ. hoc est quod multos decipit. Sed ordine ipso interpretemur versus, & res ipsa lucidior fiet. Superat, inquit, te Naso tener lasciue notum infamem per carmina libidinosa, propterea quòd artē amatoriam scripsisti: & missum Tomos. Viden' quemadmodum hoc loco coniungit, & missum Tomos per carmina quoq; libidinosa, & sine cōiunctione subdit: Quondam nimis subditū puellæ Cæsareæ, falso Corinnæ nomine. per hæc verba non ostendit ea causa missum esse in exilium, quòd Cæsaream puellam amarit, sed quòd artem scripserit. Sed quæ fuerit hæc Cæsarea puella, in dubio est: nam si rectè perspicimus, puellam non tam pro filia, aut nepte, quàm pro ancilla accipere possumus, vti & puerum: cum pueros non modò filios, & qui sunt ætate puerili, sed etiam seruos vocamus, vt sæpenumero apud poetas & oratores inuenies. quod etiam ostendit Paulus iurisconsultus de Verborum significatione. Potuit igitur Cæsaream ancillam amare, & eam sub Corinnæ nomine celebrare. In libris enim ad Corinnam nihil est dignum principe muliere. nam ad eandem cœnam eunt: certè cum principibus non isset. Multa imprecatur in virum: in Cæsarem non ita fecisset. Accedit illa ad illum, non isset princeps. Laniat capillos: non ita demens fuisset, vt principis laniasset. Præterea in omnibus querelis, & quæ in libro Tristium, & quæ in his de Ponto scriptæ sunt, nihil de amore queritur, nisi quòd artem scripserit. nihil in amorem imprecatur, errorémque id quo damnatus sit, non culpam, non scelus, non crimen vocat: ac si demonstrare velit errore in alienum crimen incidisse, vel, vt alij dicunt, quòd Iuliam nudam viderit, vel quòd Cæsarem Augustum in re turpi deprehenderit. Idque facilè ex eo loco percipi potest, Cur aliquid vidi, cur noxia lumina feci, Cur impruděti cognita culpa mihi: quorum versuum sententiam multi peruerterunt. dixit enim cognita culpa, non hic de sua, sed de alterius culpa dixit. Et in hoc subdit Actæonis exemplum, qui inscius in Dianam nudam incidit: sic & eum inscium in aliquid simile incidisse, coniiciendum est. quod omnino negari non potest. cùm in tertio Tristium libro dicat, Inscia quod crimen viderunt lumina, plector, Peccatúmque oculos est habuisse meos: & pluries in eandem sententiam redeat. Etenim quamuis Cæsaream puellam amasset, certè non hoc errorem, non insciè delinquere dixisset. nam & consciè & summo scelere in Augustam maiestatē deliquisset. Relinquitur ergo quòd aliquid viderit, ex quo Augustū in odium prouocarit, & exilio sub artis amatoriæ culpa mulctatus sit. Scripta elego heroicóque carmine reliquit multa, quæ maximè & vsui & ornamento linguæ Romanæ sunt, Heroidum epistolas plures, Artis Amatoriæ libros tres, Amoris remedij libros duos, De amoribus ad Corinnam libros tres. Transmutationum libros quindecim. Scripsit & tragœdias, quarum maximè & à Quintiliano & Cornelio Tacito Medea probabatur: in qua quantum valeret ingenio, ostendit. Librum in malos poetas composuit, vt Fabius Quint. refert. Epistolam scripsit ad Liuiam August. de morte Drusi. Bellum actiacum Inchoauit. Ad Tiberium libros duos, in exilio Tristium libros quinque, de Ponto quatuor, Fastor. lib. 12. Scripsitque in Ibin imprecationem: vaticiniáque vno libro complexus est. Scripsit & triumphum Cæsaris. Postremò de piscibus opus inchoauit, quē postea imitatus est Oppianus. Lingua Getica libellum de gestis imperatoris apud Getas edidit. quin etiam & alia pleraque scripsisse constat. Interiere tamen multa. seu librariorum incuria, seu posteritatis inertia. Fastorum autem sex tantummodo in nostra secula peruenere, cùm & ipse duodecim scripsisse dicat: Sex ego Fastorum scripsi, totidémque libellos, Cúmque suo finem mense libellus habet. Hos autem multi putant Romæ inchoasse. Sed in Ponto absoluit, vt patet ex eo loco in quarto libro, cum inquit: Sulmonis gelidi, patriæ Germanice nostræ, Me miserū Scythico quàm procul illa solo. nā inde scripsisse ostendit. Ego autem puto eum in Ponto integrum opus absoluisse, sed tantum sex libros emendatos edidisse. reliquos nec emendatos, nec editos incuria post eius interitum periisse. Dicauítque hoc opus non Tiberio Augusto, vt multi asserunt: sed Germanico, Drusi fratris Tiberij filio, illius Drusi qui in Germania oppetijt. Nam si Tiberio dicasset, cùm Augusti filius esset a-

doptiuus, tamen noo in hoc 1. lib. dixiſſet. Et tuus Auguſto nomine dictus auus. Auus enim Tiberij fuit Cæſar, & Auguſtus pater: ex adoptione tamen. Ergo de Auguſti nepote intelligendum eſt, non de filio. & id es fortaſſe ratione, quòd Germanicus plurimum à militibus amabatur. Siquando imperaret, quem iam ſibi poeta conciliaſſet, ab eo reſtitueretur in patriam: vel quòd per eum in Cæſaris gratiam rediret. Hic enim Germanicus, vt autor eſt Tranquillus, miſſus ad exercitum in Germaniam, exceſſu Auguſti nunciato, legiones vniuerſas imperatorem Tiberium pertinaciſſimè recuſantes, & ſibi ſummam reipublicæ deferentes, incertum conſtantia, an pietate maiore, compeſcuit: atque hoſte mox deuicto triumphauit. Huic igitur dicati ſunt Faſtorum libri, in quibus ſacra totius anni deſcribuntur. Et vt de verbi definitione diſſeramus, Pópeius lib. ſexto de ſignificatione verborũ ita inquit: Faſtorum libri appellabantur, in quibus totius anni fit deſcriptio. Et ſubdit: Faſti enim dies feſti ſunt. ea ratione volebant è noſtris multi poſſe annales dici. in hoc tamen differunt, quia in annalibus plurium annorum res geſtæ continebantur, ſeruato cuiuſque anni ordine: In Faſtis verò non rerum geſtarum, aut multorum temporum ſeries, ſed deorum cultus, & omnia ad religionem inſtituta quacunque cauſa per ſtata totius anni tempora, ſuis quibuſque menſibus cum ortu & occaſu ſignorum referuntur. Erátque illud Pontificum, vt quæcunque patres ſua religione inſtituiſſent ſacra, & cerimonias omnes in Faſtos redigerent. Pluréſque longè ante Ouidium è noſtris Faſtorum Poetas ſcriptores accepimus. primúmque Liuium, Andronicum, deinde Ennium, poſtea alios quoque multos. Ouidius verò longe pòſt euolutis priſcorum Faſtorum libris, & pontificum monumentis, & annalibus veterum, omnia quæ ad rem ſacram pertinere viſa ſunt, reformato in certiorem ordinem anno, ſignotúmque obſeruationem in Faſtos ſuos ſeriosius redegit. Sed iam ad præfationis interpretationem veniendum.

EIVSDEM VITA, EX LILII GREG. GYRALDI DE POETARVM HISTORIA LIBRO QVARTO.

P. VB. Ouidius Naſo, patriam habuit Sulmonem, tertiam Pelignorum ciuitatem. Nam, vt ex Plinio colligimus, Peligni in Corfinienſes, in Superequanos & Sulmonenſes diſtincti ſunt: vnde illud ex ipſius poetæ Elegis,

Me pars, Sulmo tenet, Peligni tertia ruris,
Parua, ſed irriguis ora ſalubris aquis.

Ex ordine equeſtri fuit, vt idem pluribus locis oſtendit. Ingenio fuit, vt mihi quidem videtur, parato, facilique, ſed qui nimium ſibi aliquando indulgeret. de cuius vita quędam tantum libabo, quæ non iniucunda fore arbitror. Fuit itaque Ouidius, cùm omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum tenui & vaſco corpore, netuiſque compacto. id quod vel ex eius ipſius Ouidij carmine liquet, cùm ſit:

Pondere, non neruis, corpora noſtra carent.

Item alibi.

Aptaque ſubducto pondere membra dedit.

Suopte naturæ inſtituto, puer, ad poeticam ferebatur, verùm parentis monitionibus oratoriæ facultati operam dare compulſus eſt: in qua, ſi Senecæ credimus, egregiè profecit, forenſeſque cauſas & centumuiralis iudicia exercuit. mox vita defuncto patre, totum ſe manſuetioribus muſis reſtituit, foro relicto. Fratrem vno anno natum maiorem habuit, forenſi eloquentiæ deditum, qui xx. annum agens, diem obiit. Filias duas ipſe habuit. Sunt qui alteram priuignam dicant: altera certè aberat, cùm ipſe relegatus eſt. Tres verò ſubinde duxit vxores: duas quidem, facto diuortio repudiauit: tertiam verò, quam ſingulari charitate ac dilectione proſequutus eſt, ad mortem vſque retinuit. Hanc, vt puto, perpetam Perillam vocitatam, quidam exiſtimant. nam ſi Perilla vxor fuiſſet, id profectò in iis quę ad vxorem multæ ſcribuntur, elegiis, alienbi ſignificaſſet. Fuit autem Perilla, vt ipſemet oſtendit poeta, puella valde docta, atque in primis poetria, ad quam extat poetæ ipſius nobilis Elegia. Romæ verò Ouidius ſecundum Capitolium habitauit, vt ipſemet teſtatur. Hortos habuit prope viam Flaminiam, quæ Caſſiæ iuncta fuit. Mortuus eſt in exilio, vt norat Euſebius, centeſima nonageſimanona Olympiade, ſepultuſque eſt iuxta Tomos. & , vt Pontanus è Georgio Trapezuntio, nec ſemel ſe audiuiſſe ſcribit, in eo qui eſt de Magnificẽtia, ad Attilium: collats è publico pecunia, à Tomitanis ciuibus, tymbo, id eſt, monumento ante oppidi portam, in loco maximè celebri, magnificé ſtructo. lis ſcilicet pluris ſcientibus peregrini poetæ ingenij nobilitatem, quàm Imperatoris Rom. proſcriptionem. Exilij verò ipſius variè cauſa traditur, tametſi ipſe non ſe exulem, ſed relegatum ait. eam ipſe certè triplicem innuit, qua de rę multi multa: illam ipſe pretulit, qua & cæteras (vt opinor) pretexuit Auguſtus, quòd ſuo ſcilicet carmine de Amandi arte, Romanam corrupiſſet iuuentutem. Ego omnes quadam ex parte veras fuiſſe puto: eam tamen potiſſ. quam & Sidonius Apollinaris de Corynna, ſuis verſibus attigit, quòd videlicet eo ficto nomine Iuliã his verſibus ſignificaret:

Nec te [inquit] carmina, per libidinoſa
Notum Naſo tener, Tomoſque miſſum,
Quondam Cæſareæ nimis puellæ,
Ficto nomine, ſubditum Corynnæ.

Quam opinionem cùm alij, tum ſuo carmine in Nutricia Politianus ſequutus eſt. Tradunt quidam, quòd cum filia Auguſtum parum honeſtè iacentem vidiſſet: quod & illo ipſius poetæ verſiculo ſignificari volunt,

Cur aliquid vidi, cur conſcia lumina feci.

Nam & de C. Caligula Suetonius ita tradit: C. Agrippæ ſe nepotem neque credi, neque dici, ob ignobilitatem eius volebat: ſuccenſebátque, ſi qui vel oratione, vel carmine, imaginibus eum Cæſarum inſererent. Prædicabat autem, matrem ſuam ex inceſto, quod Auguſtus cum Iulia filia admiſiſſet, pro-

creatam. Hæc Suetonius. Sunt qui rem hanc in poenam ineptius referant: sed in re huiusmodi coniecturæ potius, quàm certa aliqua ratione ducuntur. Sunt & qui de Mecœnate nihil non suspicentur quem quod nunquam nominauit, nescio quid de Iulia confingunt. Extant Cæcilij Minutiani Apuleij fragmenta, in quibus de Ouidio poeta hæc fere produntur: eum scilicet Calendis Ianuarij, qua die T. quoque Liuius decesserit, anno sui exilij septimo, hominem esse desiisse: structumque illi thymbon à barbaris, ante suarum ædium ianuam. Idem Minutianus ait. Item, quem Ibin simulato nomine appellarat, Coruinum fuisse, qui exulantis poetę vxorem sollicitasset: relegationis causam fuisse, quòd Augusti incæstum vidisset.

Cæterum de Ouidij ingenio sic alicubi Annæus Seneca: Declamabat, inquit, rarò Naso controuersias, sed non nisi ethicas, libentius dicebat suasorias: molesta illi erat omnis argumentatio: verbis minimè licenter vsus, nisi in carminibus, in quibus non ignorauit vitia sua, sed amauit. Manifestum potest esse, quòd rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus: inuicem petiit, vt ipse tres exciperet, in quibus nihil illis liceret. Aequa lex visa est. scripserūt illi quos tolli vellent: & Ouidius, quos tres exciperet. de vtrisque codicillis iidem versus erant, in quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Rhetor, qui inter arbitros fuit,

Semibouemque virum, semiuirumque bouem:
Sed gelidum Borean, egelidumque Notum.

Ex quo apparet, summi ingenij viro, indicium non defuisse, ad compescendam suorum carminum licentiam, sed animū. Aiebat interim, decentiorem faciem esse, in qua næuus aliquis fuisset. Et hæc quidem Seneca: qui & partē declamationis eius soluta oratione attulit, in ea controuersia, cuius hoc est argumentum, Vir & vxor iurauerunt, vt si quid alteri obtigisset, alter moreretur. vir peregre profectus, misit nuncium ad vxorem, qui diceret, decessisse virum: vxor se præcipitauit. recreata, iubetur à patre relinquere virum. non vult, abdicat. Hanc certè cōtrouersiam, ait Seneca, ante Arellium Fuscum, magistrum suum, declamauit Ouidius, vt mihi videbatur, longè ingeniosius: excepto eo, quòd sine certo ordine per locos discurrebat, &c. Extat & Cæsij, eius ætatis viri doctissimi, de Ouidio testimonium. Cùm enim Alfius Flauus in declamatione quadam hanc sententiam dixisset,

Ipse sui & alimentum erat, & damnum:

Alfius obiurgauit, Apparet (inquit) te poetas studiose legere. Iste sensus est eius, qui hoc seculum amatoriis non artibus tantum, sed sententiis impleuit. Ouidius enim in libris Metamorph. dixit,

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Hæc ille. Quæ vero ingeniosissimi huius poetæ opera supersint, breuiter colligam. Elegiæ amorum, vel De sine titulo, de quibus sunt grammaticorum controuersiæ. Epistolæ, quarum nonnullæ tanta arte & elegantia conscriptæ sunt, vt in eo genere absolutius quidam nihil fieri posse existiment. Tres libri de Arte, duo de Remedio amoris, de Tristibus quinque, de Ponto quatuor, in Ibin, de Nuce, ad Liuiam consolatio, sex Fastorum: & præclarissimum, vt ait Lactantius, Metamorphoseon opus. Quæ verò perierint temporum iniuria, hæc sunt: sex Fastorum vltimi. Medeæ tragœdia, quæ Fabio & Tacito, aliisque commendata plurimum: hæc hoc tempore inuenta dicitur, sed falso, vt puto. Scripsit & alteram tragœdiam ex Vergilio, de qua sic Tertullianus Septimius quodam suo libello: Denique, inquit. Ouidius etiam Medeam tragœdiam ex Vergilio plenis, expressit: quo loco agit de his, qui ex aliis authoribus centones & noua opera concinnarent. Reliquit item Ouidius incohoatum opusculum De piscibus, ex quo multos Plin. enumerat. Periêre & Ouidij Epigrammata, quæ tū Prisciano grammatico, tum Martiano & Martiali citantur: item Phœnomenon libellus, vt ex Lactantij & Probi sententia constat: item liber, quem in malos poetas ediderat, vt ex Fabio colligimus. Perierunt & Vaticinia, quæ vno libro complexus erat: item triumphus Augusti Cæsaris, & de Gestis Imperatoris lingua Getica. Bellum Acciacum, quod ad Tib. Cæsarem libris duobus inchoauerat. Atque vt hæc quidem, quantum in præsentia recordor, deperdita: ita quæ subiungam, supposititia & adulterina, falsóque Ouidio ascripta: D. vetula, in quo de magnis siderum coniunctionibus, & de Christiana lege miranda leguntur: item de Pulice, de Philomela, de Medicamine faciei, qua de re, licet in Arte se scripsisse asseueret, id tamē quod in manibus habetur, poema, illegitimum & tralatitium ab aliquibus doctis viris putatur.

EIVSDEM P. OVIDII VITA, EX PETRI CRINITI LIBRO III. DE POETIS LATINIS.

PVB. Ouidius Naso genitus est Sulmone patria, quod oppidum in Peliginis fuit. Natalem habuit Aprili mense, diebus quinquatriis, quibus sacra Mineruæ celebrari mos fuit apud Romanos: A. Licinio, & L. Pansa consulibus, qui Mutinensi pugna contra Antonium ceciderunt. Neque desunt qui referant, eodem die natos fuisse, Pub. Ouidium, & Albium Tibullum, poetam in scribendis elegiis maxima elegantia. Maiores illi contigerunt nobili genere atque satis honesto, à quibus equestrem dignitatem acceptam perpetuò seruauit. In ipso adolescentiæ suæ principio, magnopere probauit, quantum præstaret ingenii facilitate, ac præclaris moribus. Quocirca Romæ institutus est in Latinis literis, maxima diligentia parentis. Et cùm in tenera ætate [vt constat] summa voluptate & gratia teneratur componendis carminibus, ab eo studio retractus est parentis monitionibus, qui monere illum assiduè & hortari non destitit ad oratoriā facultatem, vt qui ad quæstum & opes cōparandas animum magis intendisset. Itaque factum est, vt Pub. Ouidius studium illud atque curam absoluendi carmina intermitteret, animúmque ad

causas & forum conuerteret, præceptoribus Arellio Fusco, & Porcio Latrone, cuius eloquentiam atque eruditionem vehementer admiratus est. Neque in ea re tulit vulgarem laudem aut commendationem ingenij sui, vt refert Anneus Seneca. nam & in priuatis & in centumuiralibus causis præsedit, aliásque præterea dignitates obiuit, posteaquam virilem togam sumpsit, & latum clauum adeptus est: de quo habentur complura apud ipsum Ouidium diuersis locis, quæ sunt à nobis prætermittenda, studio breuitatis. Cæterùm cum nihil animo suo potius foret, quàm versari in otio literarum, posthabita omni cura rerum publicarum, ad institutum suum rediji, ac totum se dicauit poeticæ facultati. vnde perpetuum sibi nomen & quietem singularem fore sperabat. Minimè dubium est, eundem habuisse treis vxores. Primam enim sub ipsam adolescentiam, vt inutilem, parumque se dignam, repudiauit, cumque ea more veterum diuortium fecit. Alteram, bonis parentibus ortam, beneque moratam, sed parum stabili connubio sibi coniunctam, maturè dimisit. Successit his Perilla, cuius egregiam formam atque probitatem pluribus locis extollit. Neque tantum dilexit eam maxima fide & beneuolentia singulari, sed in poeticâ etiam erudiuit. magnaque cura excoluit. Quo factum est, vt Perilla, exulanti marito, fidem suam diligentissimè seruauerit. Amicos habuit permultos, cùm doctrina & generis nobilitate insigneis, tum probitate ac moribus ornatissimos: vt Albium Tibullum, Cor. Seuerum, Sabinum, Sex. Pompeium, Græcinum & Flaccum, viros consulareis, quorum familiaritate intimè vsus est: Messalam præterea, Albinouanum, Aemylium Macrum, Maximum, & alios complureis, cum quibus, vt ipse refert, coniunctissimè vixit. Relatum est à Suetonio Tranquillo, Iulium Higinium (qui Augusti libertus fuit, summoque ingenio & doctrina præstitit) familiarissimum fuisse Ouidio poetæ. De ipsius operibus haud magnum operæpreecium est pluribus agere, cùm multi de hoc scripserint, eaque vulgo satis nota sint ex commentariis nostrorum grammaticorum. Et sanè hic vnus præter cæteros omneis videtur, plura atque varia poematum genera descripsisse. In eo opere (cui titulum fecit Metamorphoseon) secutus est Parthenium Chium poetam, qui Græcè scripsit præclarum poema pari argumento, & materia simili. Id Ouidij opus in tanto precio habitum est Græcorum ingeniis, vt illud conuerterint in suum sermonem. est enim refertum varia atque multiplici eruditione: quanquam ipse author inemendatum atque imperfectum reliquit, vt ipse testatur versiculis additis. Nam absente illo, atque etiam nesciente, editum est in vulgus ab amicis. Fastorum libros sex composuit, eosque ad Germanicum Drusi filium misit: reliquos per importunum obitum, & aduersam exilij fortunam (vt plerique putant) non potuit perficere. Is tamen alicubi asserit duodecim à se compositos opus quidem eruditum, & plenum magna & copiosa rerum scientia:

Sex ego Fastorum scripsi, totidemque libellos
Cumque sua finem mense libellus habet.

De amoribus libros treis: in quibus sub ficto nomine Corinnæ, maximè probauit ingenium suum. Cõplures etiã epistolas, in quibus est vsus mira elegãtia & artificio singulari, vt critici asserũt. In elegia habitus est paulo lasciuior, vt qui nimiũ quãdoque indulserit ingenio suo. Præterea libros Artiũ amãdi, & Remediorũ, in Ibin, de obitu Drusi, epigrãmata, & poemata complura, quæ ab eodem composita sunt, vt grammatici veteres testantur. Quædam tamen falsò atque improbè ad eum referuntur, vt carmen de Vocibus auium, de Pulice, & alia indigna prorsus atque aliena ab ingenio & doctrina tanti poetæ. Volumen præterea scripsit Halicutieon, in quo complexus est varia & inaudita ad eam diem nomina piscium, quod amissum est (vt alia multa eiusdem authoris) iniuria hominum, & longa vetustate insequentium temporum. Idem Ouidius magnopere commendatus est in Medea tragœdia, propter ipsam elegantiam & sententiarum grauitatem, vt Cor. Tacitus & Fabius Quintilianus referunt. In vrbe secundum Capitolium habitauit, hortosque habuit in colle positos, qua via Appia coniungebatur cum Flaminia. In his magna animi voluptate versari consueuit, suumque ocium mitioribus curis traducere. Relegatus est à Cęsare Augusto in Pontum ad oppidum Tomos, quo tempore Ouidius maiorem quietem atque ocium dari sibi sperabat, recolendis veteribus studiis, vt qui accessisset ad ætatem pronectiorem. Causam verò tam sæui, támque inciuilis exilij, variè multi (vt in re ancipiti euenit) interpretantur. Alij hoc referunt ad eos libros qui ab eo scripti sunt de amoribus, quòd essent paulo lasciuiorea, vt est author Sextus Aurelius, qui de Rom. principibus scripsit. Plerique existimant, prouenisse hoc ex adulterio cum Iulia Augusti filia. qua in re etsi Pub. Ouidius nihil omnino aperte retulit, tamen alicubi videtur ipsum insinuare, velata proprij criminis causa. Itaque Sidonius Apollinaris videtur existimasse ob id fuisse illum relegatum ab Augusto, vt satis declaratur his versibus:

Nec te carmina per libidinosa
Natum Naso tener, Tomosque missum,
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
Ficto carmine subditum Corinnæ.

Hoc idem innuit Ouidius, cùm refert,

Lingua silet: non est vltra narrabile quicquam.

Et alibi, reiuata ratione obstinati silentij,

Nec breue, nec tutum est, peccati quæ sit origo,
Dicere, tractari vulnera nostra timent.

Minimè autem obscurum est, Iuliã Augusti principis filiam deflagrasse magna libidine, & infamem fuisse vulgatis per vrbem adulteriis, vt ab antiquis scriptoribus refertur. Quapropter inclinat animus, vt existimem, haud satis potuisse Octauium sibi temperare, quo minus desæuiret in poetam Ouidium, conficta causa noui criminis, quòd in impudicis carminibus operam atque studium posuisset. In exilio supra septem annos versatus est. Cúmque illi viuendum foret inter incultas atque barbaras nationes, tantum sibi promeruit gratiæ atque studij, benè præclaréque agendo, vt in eius obitu Getæ illi ac Tomitani populi tenere lacrymas non potuerint. Fuit enim Ouidius moribus apprimè honestis, & facilitate mirifica ad cõciliãda sibi ingenia hominũ: quod in primis dignũ est sũma admiratione. Cũ Geticũ sermonẽ atque Sarmaticum didicisset, poemata descripsit Getica lingua, laudesque Cæsarũ decantauit. Obiisse traditur eodẽ anno quo T. Liuius, qui nobilissimus author habitus est in Romana historia describẽda. Sepultusque fuit iuxta oppidum Tomos, vt Eusebius testatur. Permulti scriptores, cùm veteres, tũ iuniores, deplorarũt obitũ illius, vt indignũ atque miserabilem, habita detesta-

tione tam sæuæ, támque calamitosæ relegationis. Sed eleganter in primis & copiose (vt ego existimo) Ang. Politianus id fecit, his versibus:

Et iacet Euxinis vates Romanus in oris,
Romanum vatem barbara terra tegit.
Terra tegit vatem teneros qui lusit amores,
Barbara, quam gelidis alluit Hister aquis.
Nec te Roma pudet, quæ tanto immitis alumno,
Pectora habes ipsis barbariora Getis?
Ecquis io Musæ, Scythicis in finibus ægro
Tædia qui morbi demeret, ullus erat?
Ecquis frigidulos qui lecto imponeret artus,
Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret salientes tempora venæ,
Aut fomenta manu qui properata daret?
Conderet aut oculos media iam morte natantes,
Aut legeret summam qui prius ore animam?
Nullus erat: nullus, veteres tu dura sodales,
Hos procul a Ponto, Martia Roma tenes.
Nullus erat: procul ah coniunx, paruique nepotes,
Nec fuerat profugum nata sequuta patrem.
Scilicet immanes Bessi, flauique Coralli,
Aut uos pellitis saxea corda Getæ:
Scilicet horribili dederit solamina vultu,
Sarmata, ab epoto sæpe vehendus equo.
Sarmata, qui rigidam demisso in lumina frontem,
Mota pruinoso tempora crine sonant.
Sed tamen & Bessi extinctum, & flauere Coralli,
Sarmataque, & duras contudit ora Getas.
Extinctum & montes flebant, & syluæ, feræque,
Et flesse in medijs dicitur Hister aquis.
Quin etiam pigro concretum frigore Pontum,
Nereidum lachrymis intepuisse ferunt.
Accurrere leues Paphia cum matre volucres,
Arsuróque faces supposuere rogo.
Quem simul assumpsit rapidæ violentia flammæ,
Reliquias tecto composuere cado.
Impositúmque breui signarunt carmine saxum:
Qui iacet hic, teneri doctor amoris erat.
Ipsa locum late sancto Cytherea liquore
Irrorat niuea terque quaterque manu.
Vos quoque Pierides vati libastis adempto
Carmina, sed nostro non referenda sono.

OVIDII VITA AB ALDO PIO MANVTIO.

Ex eius ipsius operibus collecta.

FVIT Ouidius Sulmonensis: quod ipse sic testatur in Tristibus, lib. IV. eleg. IX.

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
Millia qui nouies distat ab urbe decem.

& in Fastis, vbi etiam à Solymo Sulmonem denominatum dicit, lib. IV.

Huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.
Sulmonis gelidi patriæ Germanice nostræ.
Me miserum, Scythico quàm procul illa solo est.

Est autem Sulmo in Pelignis, quod ipse sic in I. Amor. eleg. I.

Hæc quoque composui Pelignis natus aquosis,
Ille ego nequitiæ Naso poeta meæ.

Et in tertio eleg. XV.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,
Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Fuit ex equestri natus familia, ipso dicente in IV. De Trist.

Si quid id est, usque à proauis vetus ordinis heres,
Non modo fortunæ munere factus eques.

Et Fastorum VI.

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.

Idem ait & in Ponto, Eleg. IX.

Seu genus excutias, equites ab origine prima
Vsque per innumeros inueniemur auos.

Patrimonium satis amplum habuisse constat, quod ab eodem in Ponto sic ostenditur.

Non meus amissos animus desiderat agros,
Ruraque Peligno conspicienda solo:
Nec quos pomiferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminiæ Clodia iuncta viæ.

Item domum non longè à Capitolio: sic enim in I. De Trist. eleg. III.

Hanc ego suspiciens, & ab hac Capitolia cernens,
Quæ nostro frustra iuncta fuere lari.

Fratrem præterea habuit natu maiorem duodecim mensibus, & quod mirum est, eodem, quo ipse natum die. vterque enim quartodecimo Kalend. Aprilis Mineruæ quinquatriis natus est. quod sic ipse in quarto de Trist. eleg. IX.

Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus affuit idem:
Vna celebrata est per duo liba dies.
Hæc est armiferæ festis de quinque Mineruæ,
Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Natus est autem Hirtio & Pansa coss. qui bello Antoniano apud Mutinam perempti sunt, vt ipse in IV. De Trist. eleg. IX.

Editus hinc ego sum, nec non, ut tempora noris,
Cùm cecidit fato consul uterque pari.

Cùm autem Romæ vnà cum fratre sub clarissimis & Grammaticis, & Rhetoribus plurimum profecisset, legibus cogente patre, qui humanitatis studia inutilia esse contendebat, cœpit incumbere, & profecit legibus, & honoribus functus est. sed cùm forum displiceret, quòd esset maius onus eius viribus, relicta curia & lati claui seruitute, ad mansuetiores musas rediit, poetásque omnes illius temporis natu maiores assiduè coluit, atque è minoribus æque cultus ipse est. Quę omnia in IV. de Trist. eleg. IX. elegantissimè sic scribit:

Protinus excolimur, teneri curáque parentis
Imus ad insignes urbis ab arte viros.
Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo,
Fortia verbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cælestia sacra placebant,
Inque suum furtim Musa trahebat opus.
Sæpe pater dixit: Studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis, totóque Helicone relicto,
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,
Et quod tentabam scribere, versus erat.

Interea tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumpta, mihique toga est:
Induiturque humeros cum lato purpura clauo,
Et studium nobis, quod fuit antè, manet.
Iamque decem uitæ frater geminauerat annos,
Cum perit, & cœpi parte carere mei.
Cepimus & teneræ primos ætatis honores,
Deque uiris quondam pars tribus una fui.
Curia restabat: claui mensura coacta est.
Maius erat nostris uiribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens erat apta labori:
Sollicitæque fugax ambitionis eram:
Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores
Otia, iudicio semper amata meo.
Temporis illius colui fouique poëtas:
Quotque aderant uates, rebar adesse deos.
Sæpe suas uolucres legit mihi grandior æuo,
Quæque necet serpens, quæ iuuat herba, Macer.
Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes,
Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.
Ponticus Heroo, Bassus quoque clarus Iambis,
Dulcia conuictus membra fuere mei.
Detinuit nostras numerosus Horatius aures,
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
Virgilium uidi tantùm: nec auara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Successor fuit hic tibi Galle, Propertius illi.
Quartus ab his serie temporis ipse fui:
Vtque ego maiores, sic me coluere minores:
Notaque non tardè facta Thaleia mea est.

In secundo de Tristibus se & caussidicum fuisse scribit, & in priuatis causis arbitrum, his versibus:

Nec malè commissa est nobis fortuna reorum
Vsque decem deciès inspicienda uiris.
Res quoque priuatas statui sine crimine iudex:
Deque mea fassa est pars quoque uicta fide.

Benignus etiam adeò fuit, vt nullus vnquam opus, quod ipse composuerat, carpserit. quod sic ipse testatur in IV. De Trist. eleg. IX.

Nec qui detrectat præsentia, liuor iniquo
Vllum de nostris dente momordit opus.

Fuit & moribus ornatissimus. nam & vinum multa aqua dilutum bibebat, & à detestando puerorum concubitu abhorrebat, eratque purus omnis sceleris. sic enim ipse I. De Ponto eleg. II.

Paruus in exiles succus mihi peruenit artus,
Membraque sunt cera pallidiora noua.
Non hæc immodico contraxi damna Lyæo:
Scis mihi, quàm puræ penè bibantur aquæ.
Non epulis oneror. quarum si tangar amore,
Est tamen in Geticis copia nulla locis.
Nec uires adimit Veneris damnosa uoluptas:
Non solet in mæstos illa uenire toros.

Item in secundo De arte amandi ait:

Odi concubitus, qui non utrumque resoluunt:
Hoc est, cur pueri tangar amore minus.

In secundo autem De Ponto eleg. VII. sic scribit:

Vita prior uitio caret, & sine labe peracta est:
Auxilij misero nil tulit illa mihi.

Habuit vxores tres, quarum duas repudiauit: cum tertia verò coniunctissimè & amantissimè vixit. Item filiam, & alios liberos. sed ex filia & auus factus est. quare in quarto de Trist. ait, eleg. 9.

Pæne mihi puero nec digna, nec utilis uxor
Est data, quæ tempus per breue nupta fuit.
Illi successit, quamuis sine crimine, coniux
Non tamen in nostro firma futura toro.
Vltima quæ mecum seros permansit in annos,
Sustinuit coniux exulis esse uiri.
Filia me mea bis prima fecunda iuuenta,
Sed non ex uno coniuge fecit auum.

In primo autem libro De Trist. eleg. III. sic:

Sæpe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli,
Respiciens oculis pignora cara meis.

Et in tertio Eleg. II. sic:

Vtque sit exiguum pœnæ, quòd coniuge cara,
Quòd careo patria, pignoribúsque meis.

Cùm autẽ Augustum Cæs. imprudenter, & inscius, vt ipse ait, offendisset, ad Euxinos ab eo relegatus est, annos natus L. quare ait in IV. De Trist. Eleg. IX.

Postque meos ortus Pisæa uinctus oliua
Abstulerat decies præmia uictor eques:
Cùm maris Euxini positos ad læua Tomitas
Quærere me læsi principis ira iubet.

Describit autem discessum suũ ex vrbe, & vxoris, & cęterorum suorũ lacrymas: durámque & periculosam nauigationem suam, primo de Trist. longa epistola, quæ incipit:

Cùm subit illius tristissima noctis imago, &c.

Præterea primo De Ponto in epist. ad Rufinum, eo in loco se exulare, vbi semper maxima forent frigora, summáque inopia bonorum omnium, his queritur versibus:

Orbis in extremi iaceo desertus arenis,
Fert ubi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum, non dulces educat uuas:
Non salices ripis, robora monte uirent.
Néue fretum laudes terra magis: æquora semper
Ventorum rabie solibus orba tument.
Quocunque aspicias, campi cultore carentes,
Vastaque, quæ nemo uendicet, arua iacent.
Hostis adest dextra, læuáque a parte timendus,
Vicinoque metu terret utrumque latus.
Altera Bistonias pars est sensura sagittas,
Altera Sarmatica spicula missa manu.

Sui autem exilij duas fuisse ait caussas: quarum alteram vbique fatetur, alteram semper supprimit. ait enim II. De Trist.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen, & error,
Alterius facti culpa silenda mihi est.

Persæpe igitur & libros De Arte amandi composuisse dolet, quòd propterea Augusto odio esse cœperit, & aliquid vidisse per errorem, vt ob id in Scythiam relegatus fuerit offenso Cæsare. ait enim in II. De ponto eleg. IX.

Neue roges, quæ sit stultam quam scripsimus artem,
Innocuas nobis hæc uetat esse manus.
Et quid præterea peccarim, quærere noli:
Vt pateat sola culpa sub arte mea.

Et paulò inferius eleg. X.

Naso parum prudens artem dum scribit amandi,
Doctrinæ pretium triste magister habet.

Et in tertio ad Amorem eleg. III.

Nec satis hoc fuerat, stultus quoque carmina feci,
Artibus ut posses non rudis esse meis.
Pro quibus exilium misero mihi reddita merces,
Id quoque in extremis, & sine pace locis.

In eodem sic Amorem sibi respondentem inducit in somnis:

Vtque hæc, sic utinam defendere cætera posses:
Scis aliud, quod te læserit, esse magis.

Et in quarto ad Carum epist. XIII.

Ille quidem dixit: sed me iam Care niuali
Sexta relegatum bruma sub axe tenet.
Carmina nil prosunt: nocuerunt carmina quondam,
Primaque tam miseræ caussa fuere fugæ.

Secundo item de Trist. ait:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam:
Præda fuit canibus non minus ille suis.

Et in eodem in fine:

Carmináque edideram, cum te delicta notantem
Præterij toties iure quietus eques.
Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui
Scripta parum prudens, nunc nocuere seni.
Sera redundauit veteris vindicta libelli,
Distat & à meriti tempore pœna sui.

Et in tertio Eleg. v.

Inscia quòd crimen viderunt lumina plector:
Peccatúmque oculos est habuisse meum.
Non equidem totam possum defendere culpam:
Sed partem nostri criminis error habet.

Vbique igitur exilij caussam tum libros De Arte, tum errorem fuisse commemorat: quis verò is error fuerit, nunquam aperuit, ne magis Augustus sibi irasceretur. verùm quia, vt ipse ait, *Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata.* quidnam id fuerit, plurimi scire conati sunt, & conatur semper aliquis. quapropter suspicati sunt quidam turpe aliquod Augusti secretum casu vidisse Ouidium. quod non placet, quia toties obijciendo scelus, inimitiorem reddidisset Cæsarem, quem lenire & placare studebat. alij verò, quòd Augusti filiam falso Corinnæ nomine amauerit, quæ, vt Plinius & Tranquillus scribunt, flagrauit adulteriorum infamia, & damnata est. qua de re sic Sidonius poeta:

Et te carmina per libidinosa
Notum Naso tener, Tomósque missum,
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
Falso nomine subditum Corinnæ.

quod non videtur: quia si ita esset, grauiter & scienter in Augusti maiestatem deliquisset Ouidius, non, vt vbique ipse scribit, per errorem, & inscienter. præterea quam ficto nomine Corinnam appellauit, potitum se testatur in Amoribus libro primo eleg. v dicens:

Singula quid referam? nil non laudabile vidi,
Et nudam pressi corpus adúsque meum.
Cætera quis nescit? lassi requieuimus ambo.
Proueniant medij sic mihi sæpe dies.

Quare si ea vel filia, vel neptis, vel ancilla Cæsaris, vel quæcunque alia fuerit sic illi cara, vt propterea Ouidium relegauerit: non error, seu scelus fuisset, non inscius viditet crimen, sed sciens fecisset. adde, quòd in eum errorem incidit iam senex: Corinnam verò iuuenis amauit. sic enim de se ipso quarto De Trist. eleg. ix.

Carmina cùm populo primùm iuuenilia legi,
Barba resecta mihi bísue semel've fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per vrbem
Nomine non vero dicta Corinna mihi.

Nec puto hic eam, quasi gaudens, nominasset, si eius miseriæ & exilij causa fuisset. Credendum certè est, aliquid ab Ouidio per errorem visum, cognitúmque, vt propterea ab offenso Augusto sub Artis amatoriæ culpa Tomos relegatus sit: sed quidnam illud fuerit, cùm sciri ipse noluerit, nequidquam quærimus, præsertim cùm, ne quæratur, sic ipse iubeat:

Et quid præterea peccarim, quærere noli,
Vt pateat sola culpa sub arte mea.

Exulans autem in locis asperrimis, & perinhumanis, sæpè vt saltem in mitiorem locum relegaretur, petiit. quanquam vel veniam impetraturum se ab imperatore sperabat. quapropter, eo mortuo, in IV. De Ponto eleg. vi. sic dolet:

Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ:
Spem nostram, terras deseruitque simul.
Quale tamen potui, de cælite Brute recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi.
Quæ prosit pietas vtinam mihi, sitque malorum
Iam modus, & sacræ mitior ira domus.

Et in eodem Epist. ix. numen Augusti rogat, vt sibi ignoscatur, præsertim cùm de illo nouo Deo facto libellum scripserit. ait enim:

Tu certè scis hæc superis ascite, videsque
Cæsar, vt est oculis subdita terra tuis.
Tu nostras audis inter conuexa locatus
Sidera, sollicito quas damus ore preces.
Perueniant illuc & carmina forsitan illa,
Quæ de te scripsi cælite facto nouo.
Auguror his igitur flecti tua numina: nec tu
Immeritò nomen mite parentis habes.

Scripsit ante exilium Heroidum epist. plurimas: de Amoribus ad Corinnam libros v. quos postea diligentius recognitos in tres redegit. quod sic ipse in i eorumdem:

Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli,
Tres sumus. hoc illi prætulit auctor opus.

De arte Amandi, libros tres: de Remedio amoris, libros duos: Transmutationum, libros quindecim: quos, quia non emendauerat, tum natus, vt ipse ait, studio, carminibúsque suis, cùm Tomos relegaretur, sua manu combussit, cùm alijs quibusdam placiturus. sed quia exscripti fuerant antè pluribus exemplis, omnino aboleri non potuerunt. propterea sic ipse primo de Trist. eleg. vi. ait:

Grata tua est pietas: sed carmina maior imago
Sunt mea: quæ mando qualiacunque legas.
Carmina mutatas hominum dicentia formas,
Infelix domini quod fuga rupit opus.
Hæc ego discedens sicut bona multa meorum,
Ipse mea posui mœstus in igne manu.
Vtque cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias, & melior matre fuisse soror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Imposui rapidis viscera nostra rogis:
Vel quod eram Musas, vt crimina nostra, perosus:
Vel quòd adhuc crescens & rude carmen erat.
Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed extant:
(Pluribus exemplis scripta fuisse reor)
Nunc precor vt viuant: & non ignaua legentem
Otia delectent, admoneantque mei.
Nec tamen illa legi poterunt patienter ab vllo,
Nesciet his summam si quis abesse manum.
Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis vltima lima meis.
Et veniam pro laude peto: laudatus abundè,
Non fastiditus si tibi, lector, ero.
Hos quoque sex versus in prima fronte libelli,
Si præponendos esse putabis habe:
Orba parente suo quicunque volumina tangis,
His saltem vestra detur in vrbe locus.
Quóque magis faueas, non sunt hæc edita ab ipso,
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quidquid in his igitur vitij rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, erat.

Item in III. eleg. xiv.

Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,

Certius à summa nomen habere manu.
Nunc mors vectum populi peruenit in ora,
In populis quidquam si tamen ore mei est.

Scripsit & Medeam tragœdiam, de qua maximè & à Quinctiliano, & à Cornelio Tacito laudatus est. ait enim Fabius, Ouidij Medea ostendit quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare, quàm indulgere maluisset. Summo etiam eum fuisse iudicio ostendit Seneca in II. Declinationum sic inquiens: Rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus, petiuit inuicem, vt tres exciperet, in quos illis nihil liceret. Conscripserant illi quos tolli vellent, secreto hic quos intoa esse vellet. In vtrisque codicillis iidem versus erant. ex quibus primùm fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit:

Semibouémque virum semiuirúmque bouem.

Secundum:

Egelidum Borean, egelidúmque Notum.

Ex quo apparet summi ingenij viro non iudicium defuisse ad compescendum licentiam carminũ suorum, sed animum. aiebat enim decentiorem esse faciem, in qua aliquis næuus inesset. De Medea tragœdia ipse sic meminit secundo de Tristibus:

Et dedimus tragicis sceptrum regale cothurnis:
Quæque grauis debet verba cothurnus habet.

Composuit & librum in malos poëtas, qui non exstat. item in exilio Epistolam consolatoriam ad Liuiam Augusti de morte Drusi: de Tristibus etiam libros quinque: de Ponto libros quatuor: in Ibin: Fastorum libros XII. ex quibus sex tantùm ad nostra tempora peruenerunt: de quibus sic ipse II. de Trist.

Sex ego Fastorum scripsi, totidémque libellos,
Cumque suo finem mense libellus habet.

Scripsit & triumphũ Cæsaris, de quo III. De Ponto eleg IV. sic meminit:

Vtque suo faueas mandat Rufine, triumpho,
In vestras venit sic tamen ille manus.
Est opus exiguum, vestrísque paratibus impar:
Quale tamen cumque est, vt tueare, rogo.

Et lingua Getica libellum de laudibus Cęsaris, quẽ etiã recitauit. cuius meminit IV. De Ponto ad Carum eleg. XIII. sic scribens:

Ah pudet, & scripsi Getico sermone libellum:
Structáque sunt nostris barbara verba modis:
Et placui (gratare mihi) cœpique poetæ
Inter inhumanos nomen habere Getas.
Materiam quæris? laudes de Cæsare dixi,
Adiuta est nouitas numine nostra Dei.
Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus, ad æthereas numen abisse domos.
Esse parem virtute patri, qui frena rogatus
Sæpe recusati ceperit imperij.
Esse pudicarum Vestam te, Liuia, matrum:
Ambiguum nato dignior, anne viro.
Esse duos iuuenes firma adiumenta parentis,
Qui dederint animi pignora certa sui.
Hæc vbi non patria perlegi scripta Camœna,
Venit & ad digitos vltima charta meos:
Et caput, & plenas omnes mouere pharetras,
Et longum Getico murmur in ore fuit.
Atque aliquis, Scribas hæc cùm de Cæsare, dixit,
Cæsaris imperio restituendus eras.

De piscibus opus nõ perfecit. de quibus postea Oppianus, Ouidiũ imitatus, Græcè scripsit ad Antoninũ imperatorẽ. Exstãt præterea multa opuscula sub huius poëtę nomine, vt de Nuce & Medicamine faciei, ac auriũ, de Pulice, de Somno, de Cuculo, de Aurora, de Philomela, de Limace, de Vetula, de Quatuor humoribus, de Ludo latrunculorum. quæ omnia, præterquam de Nuce & de Medicamine faciei, quæ fortasse puer composuit, ridicula sunt, nec digna, vt diuino Nasonis ingenio, non iuuenis modò, virive, sed ne pueri quidẽ attribuantur. Desperãs tandem ad vrbem reditum impetrare à Cæsare, sic ad vxorem III. lib. de Trist. eleg. III. scripsit:

Ossa tamen facito parua referantur in vrna:
Sic ego non etiam mortuus exsul ero.
Non vetat hoc quisquam: fratrem Thebea peremptum
Supposuit tumulo rege vetante soror.
Atque ea cum folijs, & amomi puluere misce,
Atque suburbano condita crede solo:
Quosque legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.

HIC EGO QVI IACEO TENERORVM LVSOR AMORVM,
INGENIO PERII NASO POETA MEO.

At tibi qui transis, non sit graue, quisquis amasti,
Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.

Missus autem fuit in exilium anno imperij Augusti secundo & quinquagesimo, vel circiter: quinto autẽ Tiberij Tomis apud Getas diem obijt. ex quo colligitur exulasse annos octo, & menses aliquot. Sepulcrum etiam iuxta oppidum Tomos tradit Eusebius.

HERCVLES CIOFANVS CAESARI CORVO SVLMONENSI S.

PECCAREM profectò, Cæsar Corue, nisi aliquod ex his, quæ nunc in lucem emittere cogito, operibus tibi inscriberem. Dilexisti enim me ex eo, quo condiscipuli fuimus, tempore: sed multo maiorem beneuolentiæ atque amoris significationem mihi dedisti, cùm proximis his diebus vnus ex vniuersis Sanctissimæ Trinitatis nostri municipij hominibus delectus, vt, quæ ipsius commodo & vsui sunt, cum Cælestinorum Abbate tractares, huc venisti. Quod negotium cùm confecisses, à Gulielmo Bastono, vtriusque Signaturæ Referendario, in hominum ingeniis cognoscendis magni iudicij viro, quicum id communicaueras, multæ dexteritatis & prudentiæ homo iudicatus es. Accipe igitur, quando alia aliis iam nuncupaui, quæ ad OVIDII vitam cognoscendam pertinent, à me ei, quam Aldus Senior diligentissimè eruditissiméque conscripsit, addita. Siquidem non ignoro quàm sis huius nostri poetæ studiosus, quem puer sedulò euoluisti. Vtinam ne te negotiorum moles, domesticarúmque rerum status à litterarum studiis abduxisset. Neque enim dubito quin, accedente nobilitate, diuitiarúmque affluentia,

quibus nostrorum nemini cedis, in omni disciplinarum genere, si perrexisses, multum fuisses profecturus. Vale, & Ioanni Donato, fratri tuo, viro probo, item Scipioni, & Camillo, optimis filiolis tuis, meo nomine salutem dicito. Romæ, IX. Kal. Iulias. M. D. LXXIX.

OVIDII VITA.

FVIT Ouidius Sulmonensis ea antiquissima & nobilissima Nasonum familia, vno eodémque die, quo Tibullus natus, hoc est a III. Kalend. Aprilis, Hircio & Pansa Coss. anno ab vrbe condita DCCX. Ille poëtarum ingeniosissimus: hic cultissimus dictus est: vterque Eques R. cuius ordinis census ad HS. CD. perueniebat, hoc est, eius monetæ, qua nunc vtimur, summam XVI. mill. scutatorum. sub M. Varrone, qui cum Asiam petiit, militauit: inde reuersus, studij causa Athenas se contulit. Qua de re sic lib. I. Trist.

Nec procul quas quondam petij studiosus, Athenas;
Oppida non Asiæ, non mihi visa prius.

Familiarissimus fuit C. Iulio Higino, Grammatico, Augusti liberto, qui Palatinæ Bibliothecæ præerat. Inter centum viros caussam dixit. Citantur Ouidij carmina ex Phænomenis à Probo, & à Lactantio: citãtur etiam à Quinctiliano ex aliis operibus, apud quem & carmen illud optimum ex nunquam satis laudato Medeæ tragœdiæ opere legitur:

Seruare potui, perdere an possim, rogas?

De quo quidem opere sic Corn. Tacitus in Dialogo De Orat. de prosę & carminis præstantia loquẽs. Neque vllus Asinij aut Messalæ liber tam illustris est, quàm Medea OVIDII, aut VARII Thyestes. Eius exilij, siue potius relegationis causam longè veriorẽ eam esse puto, visum à se fortè fortuna Augustum Cæsarem in re quadam turpi atque obscœna. Testatur enim Aristot. lib. II. De Arte dicendi, nullum esse tam magnũ, támque vehemens odium, quàm illud, quod ex eo nascitur, cùm quis in eiusmodi re turpi deprehenditur. Idque ipse Actæonis vsus exemplo non obscurè innuit lib. 2. Tristium, cùm ait:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam,
Præda fuit canibus non minus ille suis.

Et in III. Eleg. v.

Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est,
Lapsaque sunt nimio verba profana mero.
Inscia quod crimen viderunt lumina plector:
Peccatumque oculos est habuisse meos.
Non equidem totam possum defendere culpam;
Sed partem nostri criminis error habet.

Hortos habuit Romæ inter viam Flaminiã & Claudiam: item domum in vico Iugario eo in loco, vbi nunc est templum D. Mariæ Consolationis: habuit etiam nauem in sinu Corinthiaco, in quã, cùm Tomos ab Augusto relegatus proficisceretur, conscendit, postea per Thraciæ partem pedibus iter fecit. Profectus autem est in exilium IV. Idus Decembris, annum agens L. menses VII. dies verò XXI. Vtrumque ex eius ipsius libris testimoniis prolatis confirmatur, lib. I. Trist. eleg. III. de Arcturo loquens:

Tingitur Oceano custos Erymanthidos Vrsæ,
Æquoreasque suo sidere turbat aquas.

Cuius loci pleniorem interpretationem ibidem enarraui, eleg. X. eiusdem lib.

Aut hæc me gelido tremerem cùm mense Decembri,
Scribentem medijs Adria vidit aquis.

Et eleg. IX. lib. IV.

Postque meos ortus Pisæa vinctus oliua
Abstulerat decies præmia victor eques.

A Tomitis, quibuscum septem ipsos ferè annos vixerat, ob vitæ candorem, cùm alij hospites interficerentur, non solùm dilectus est, sed & inuitus publicè coronatus est. Eleg. IV. lib. IV. De Ponto:

Mollius à vobis mea sors excepta Tomitæ,
Tam mites Graios indicat esse viros.
Gens mea Peligni, regioque domestica, Sulmo,
Non potuit nostris lenior esse malis.
Quem vix incolumi cuiquam saluóque daretis,
Is datus à vobis est mihi nuper honor.
Solus adhuc ego sum vestris immunis in oris,
Exceptis, siqui munera legis habent.
Tempora sacrata mea sunt velata corona,
Publicus inuito quam fauor imposuit.
Quam grata est igitur Latonæ Delia tellus,
Erranti tutum quæ dedit vna locum:
Tam mihi cara Tomis, patria quæ sede fugatis
Tempus ad hoc nobis hospita fida manet.

Vixit annos LVII. mens. IX. dies XI. In exilio mãsit ann. septem, & dies XXI. Periit Kal. Ianuarij, qua die Titus quoque Liuius decessit. Anno M. D. VIII. repertum est eius sepulcrum, vt memoriæ prodidit Abrahamus Ortelius in Synonymia Geographica, vbi Gasparem Bruschium citat auctorem. Eius autem hæc verba sunt: Sabaria Lazio Austriæ oppidũ est ad Angrum fluuium nomine Stain. Gaspar Bruschius dicit hic anno M. D. VIII. sepulchrum OVIDII NASONIS inuentum, testudine magnificum, & hoc epitaphio ornatum,

Fatum necessitatis lex.

Hic situs est vates, quem diui Cæsaris ira
Augusti, patria cedere iussit humo.
Sæpe miser voluit patrijs occumbere terris,
Sed frustrà: hunc illi fata dedere locum.

Isabella Pannoniæ Regina circiter annũ M. D. XL. Ouidij calamum ex argento Tauruni, quæ est vrbs inferioris Pannoniæ, ostendit Petro Angelio Bargæo, qui hoc ipsum mihi narrauit, cum hac inscriptione OVIDII NASONIS CALAMVS: qui non multo ante id tempus sub quibusdam antiquis ruinis fuerat repertus. Eum Regina ipsa plurimi faciebat, &, veluti rem sacram, carum habebat. De eodẽ calamo Cœlius Calcagninus, qui & ipse in Sarmatis fuit, in ea elegia, qua Scytharum mores describit, ita ait:

Quæ loca nunc teneam Daniel si fortè requiris,
Flebile Peligni perlege vatis opus.
Hic vbi describit Pontum, & loca proxima Ponto:
Exsiliique genus tristia fata sui.
Nec mala quæ scribit, credas scripsisse poetam,
Sed crede à Clario cuncta relata Deo.
Testis ego, atque vtinam testis ne vera loquatur,
Omniaque à vera sint aliena fide.
Naso Tomos coluit, quod nunc dixere Tomisuar,
Bis sex hinc decies millibus illud abest.
Quamquam alij sese illustres tanto exsule iactant
Qui prope Parrhasia Doridos arua colunt.

Ostentant alij nitido perfecta argento
Arma, quibus Naso tristis notante opus:
Hæc quoque nunc (si uera ferunt) in imagine seruant,
Hoc calamo curas Naso leuare solet.
Atque ita quæ fuerant misero ludibria nati,
Nunc sunt barbarico nomen honosque solo.

Sic quoque nostra legens fors olim Barbarus hospes
In nostras lacrymas ambitiosus erit.
Hospitium misero nati fuit Axena tellus,
Hospitium nobis Agria terra dedit.
Axena nomen habet, quoniam sit inhospita, uerum
Hæc nomen nacta est à feritate loci.
Nec tu Pannonia credas, &c.

DE OVIDIO TESTIMONIA.

De eodem Iulij Cæsaris Scaligeri epigramma.
Loquitur Ouidius ipse ad Augustum.

A me utinam inciperes ferus esse cruentæ, nec atras
Per cædes faceres ad mea fata gradum.
Si mea te mouit teträcum lasciua iuuentus:
Te iuuenem damnas perditus: exul abi.
Impia flagitijs squalent penetralia diuis:
Damnati superant nomina fœda rei.
Non te diuinum ingenium, non candida tangunt
Pectora, non Clario lingua secunda Deo.
Lactea molliuit ueteres mea uena poëtas:
Et rerum docuit pondera certa nouos.
Cum te laudarem, tunc sum mentitus, ob unum hoc
Exsilij fuerat debita pœna mihi.

De Ouidij effigie lib. I. Trist eleg. VI. ad Amicum.

Siquis habes nostris similes in imagine uultus,
Deme meis ederas Bacchica serta, comis.
Ista decent lætos felicia signa poëtas:
Temporibus non est apta corona meis.
Hæc tibi dissimula, sentis tamen optime, dici,
In digito qui me fersque refersque tuo.
Effigiémque meam fuluo complexus in auro,
Cara relegati, quæ potes, ora uides.
Quæ quoties spectas, subeat tibi dicere forsan,
Quàm procul à nobis Naso sodalis abest.

GEORGII FABRICII DE POETIS ELEGIACIS.

Est grauis & cultus, puróque simillimus amni,
Dulciaque eloquio uerba Tibullus habet.
Mollis & abstrusus, tenerique Propertius oris,
Interdum Baccho sed trahit ille pedem.
At facilis NASO, sulcans pleno æquora uelo
Pectore Castalias diuite fundit opes.
Hos celebrat blandos Elegia docta poetas:
Diuersi quamuis, laus sua quemque manet.

IVL. CAESARIS SCALIGERI DE LIBRIS OVIDII IVDICIVM, EX LIBRO VI. POETICES, qui Hypercriticus inscribitur.

FASTORVM stylus facilis, cādidus: eruditio prisca & multa. Ac tametsi materia nō semper admittat cultum, ingenium autem viri non sępè: multis tamen in locis se ipso limatior atque tersior est. quod si quis nolit eius vel lasciuiam, vel licentiam tolerare, aliis numeris pænè omnia illius poëmata poterit interpolare. Hoc tamen vetat pudor animos nobiliores: qui non insectando, sed admirando antiquitatē, ineunt gratiam à posteritate.

ET PAVLO POST:

Tantò minus laborati libri Tristes. Nam de Tristibus malè inscriptos suprà declaratum est, quemadmodum & de Ponto, nihilo maiore cura commendandi.

IDEM EODEM LIBRO DE OVIDIO.

Iam verò ad eum peruenimus locum, in quo & ingenij magnitudo, & acumen iudicij exercenda sunt. Quis enim de Ouidio satis dignè dicere possit: ne dum vt eum audeat reprehendere? Dicendum tamen non obtrectationis causa: sed vt illius magnitudine nós quoque crescere valeamus.

QVINTILIANVS LIBRO DECIMO.

Lasciuus quidem in heroicis quoque Ouidius, & nimium amator ingenij sui: laudandus tamen in partibus.

IDEM PAVLO POST:

Elegia Græcos quoque prouocamus, cuius mihi tersus atque elegans maximè videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius vtroque lasciuior: sicut durior Gallus.

C. VELLEIVS PATERCVLVS LIBRO SECVNDO.

Pæne (inquit) stulta est inhærentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quæ maximè nostri æui eminent, princeps carminum Virgilius Rabiriúsq; & consecutus Sallustium Liuius, Tibullúsq; & Naso, perfectissimi in forma operis sui.

Plura auctorum veterum de Ouidio testimonia collegit Hercules Ciufanus Sulmonensis, quæ inferius ascripsimus ad finem Tristium.

COMPARATIO TIBVLLI ET OVIDII,

Ex elementis Rhetoricæ Ioachimi Camerarij.

Dicamus & de leuiorum artium studio, vt Ciceroni placet, & ex illo nobiles poetas duos veluti in medium producamus, Tibullum atque Ouidium. Vtrunque mullem, ac teuerum, & facilem: qui ambo & amores cecinêre, & versiculis illos inclusêre, quasi remissi & solutioris cuiusdam modi, quos Elegiacos vocant. De his inter veteres contentio fuit, vter alteri præferendus videretur. Ego verò quoties Tibulli carmina lego, nihil amplius requiro, neque venustatis, neque elegantiæ: doctrinam autem & eruditionem admiror. Omnia arte studióque summo elimata mihi videntur. Itaque in maxima facilitate, illa tamen cura elaborationis & diligentiæ conspicitur. Verba optima, sententiæ exquisitæ, compositio omnibus, vt aiunt, numeris perfecta. Ex quo necesse est hoc consequatur, carmina vt sint & canora, & splendida, & concinna. Quid autem in Ouidio, quæve laus eminet? Primum ingenij tanta vis, ac tam agiles, támque celeres motus, tam prõpta facultas, tanta bonitas in hac parte naturæ, vt in facili & extemporali genere quodam, nihil reperias non solum quod scriptis illius anteferre, sed ne conferre quidem possis, nihil in illis solicitum, nihil quæsitum, nihil anxium. Sententiis verba vrgentur, verba sententias incitant. Nulla copia, nullum ornamentum, nulla insignia sunt orationis, quæ nõ inuestigata quidem aut conquisita fuerint ab hoc poëta, sed quæ non illi vltrò occurrerint & suppetierint, vt iam aliquibus fastidiosis scilicet, offensioni magis quàm delectationi hæc esse soleant, & dolori inuidis, ex quo obtrectatio alienas quasi diuitias insectans nascitur.

DESCRIPTIO SVLMONIS.

SVLMO, Corfinio ∞. abhinc annis, & eo amplius diruto, Pelignorum Metropolis à SOLYMO AENEAE comite & conditus & denominatus est, vt testatur Ouidius lib. IV. Fastorum, cùm ait:

Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Quod confirmat Silius Italicus lib. IX. vbi loquitur de Satrico, ciue Sulmonense, qui primo bello Punico, anno ab V. C. CDXCVII. cum M. Atilio Regulo in Africam traiecit, captus postea cum R. exercitu à Xantippu Lacedæmoniorum duce Autololúmque Regi ob virtutem dono datus, seruitutem seruiebat. Is Satricus vtramque linguam & Latinam & Punicam callens, cùm, duce Hannibale in Italiam reuersus, patriæ visendæ cupidus, Mancini eius filij, quẽ non norat, occisi sibi arma adaptasset, ab altero postea filio, Solymo, qui paullò propius patriam excubias faciebat, per errorem interficitur, moriénsque Romanos admonet, vt prœlium differant. Quam quidem admonitionem Solymus, ob patris sui cædem se ipsum interimens, in clipeo scriptam reliquit. Silij hæc verba sunt:

Xantippo captus, Lybicis tolerarat in oris
Seruitium Satricus. mox inter præmia Regi
Autololum dono datus ob virtutis honorem:
Huic domus, & gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in vberibus nati, Mancinus & vna
Nomine Rhoeteo Solymus. Nam Dardana origo,
Et Phrygio genus à proauo, qui sceptra secutus
AEneæ CLARAM muris fundauerat VRBEM,
Ex sese dictam Solymon, celebrans colonis:
Mox Itala paulatim attrito nomine SVLMO.
At cum barbaricis Satricus cum rege cateruis
Aduectus, quo non spretum (si posceret vsus)
Noscere Getulu Latias interprete voces:
Postquam posse datum Peligna reuisere tecta,
Et patrium sperare larem, & quæ sequuntur.

Ex quo colligimus Sulmonem conditum esse ante Vrbem Romam annos circiter CCCC. Accipio autem Romam originem duxisse à Troianis, vt indicat Sallustius, ac nonnulli alij auctores. SOLYMO autem AENEAS filiam vxorem tradidit. Quattuor enim fuisse AEneæ filias legimus: primam in Thracia, alteram in Peloponesso, tertiam in Epiro, nuptas reliquit, quartam verò Solymo, qui secum è Troia venerat tradidit: victor postea in Latio Solymum cum parte copiarum ad Marsos misit, qui Vrbem in Pelignia fundauit. Vnum ex splendidissimis Italiæ Municipiis fuit, vt ex L. Flori verbis, quę infrà ponam, perspicuè apparet. De Sulmone, déque eius situ, quem nunc quoque planè refert, déque etiam camporum natura ac fertilitate ita poëta noster:

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.
Sol licet admoto tellurem sidere findat,
Et micet Icarij stella proterua canis,
Arua pererrantur Peligna liquentibus vndis,
Et viret in tenero fertilis herba solo.
Terra ferax Cerere, multóque feracior vuis,
Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager.
Pérque resurgentes riuis labentibus herbas
Gramineus madidam cæspes obumbrat humum.

Positus est Sulmo in medio ferè planiciei XII. milliar. mõtibus circũdatæ, quæ alicubi ad tres, alicubi verò ad quinque milia passuum latitudinem extenditur, atque inter duos amnes, quorum alter, quem veteres Giptium (qui ex Aufeia aqua, quæ postea Mattia dicta est, emanat) vocasse, multi tradunt, ab Apennino (cuius pars, quadrato lapide structo aquæ ductu, summo ornamento, summáque commoditate per mediam vrbem labitur, qua & in hortis & campis rigandis vtuntur coloni) alter verò, quem Vellam dicimus, à Maiella, vt nunc loquimur, omnium nostrorum montium altissimo, exit. Estq; in quarta Italiæ regione, teste Plinio, atque in

Pelignis, (vulgo nunc Valus) qui ab Oriente habet Frentanos, à Meridie Samnites & Campanos, ab Occasu Marsos: à Septentrione Marrucinos, & Vestinos. Eius ambitus ad mille passus, eóque etiam amplius porrigitur: Portæ publicæ præcipuæ octo sunt: vrbes Italiæ ferè omnes, quæ mediterraneæ sunt, ædificiorum & situs pulchritudine cælíque salubritate, ab iis qui Italiam ipsam obierunt vniuersam, adæquare affirmatur: habéique in singulis viarum, vt ita dixerim, capitibus ingentes catenas ferreas, gladiorum ictibus passim incisas, quibus iactis & extensis nostri ciues ad equites & arcēdos & impediendos ne per vrbem libere vagarentur, & ne diriperent, vel eiusmodi alia, quæ milites solent, efficerent, antiquitus vtebantur. Quarum quidem catenarum vna (nunc in nodum collecta) meatum ædium, quæ in publica via sitæ sunt, quæ vulgo *Le case pente* dicitur, parietibus affixa est. Templa summis ædificiis extructa sunt, D. Pamphili cathedrale, in quo XII. Canonicorum numerus est, & Episcopi ædes, quarum magna pars elegantissimè instaurata est: D. Mariæ Annuntiatæ, cuius annuo reditu & eleemosynis ægroti hospites quàm diligentissimè curantur: pueri quamplurimi vndique exposititi, pauperésque omnes tam nostræ Vrbis, quàm externi satis commodè & aluntur, & vestiuntur: D. Francisci in quo Fratres conuentuales, vt vocant, vitam degunt: Alia D D. Augustini, & Dominici, in quibus horum nominum Moniales sunt. In hoc aut dialecticam, aue aliam philosophiæ partem interpretantur. D. Nicolai, in quo Ordioi minoris obseruantiæ, prope mœnia collocatum: S. Spiritus, quod est Princeps Cælestinorum Cœnobium duo millia passuum Sulmone distans in Septentrionem, sub Moroni montis radicibus situm, tam magno ambitu & ædificiis ita pulchris, vt in vniuerso Christianæ Reipublicæ orbe, eo maius, cóque commodius ad summum quattuor, aut quinque exceptis) inuentu difficile sit: in hoc Monachorum suffragio, qui ex omnibus Italiæ monasteriis eò se conferunt Abbas diuini numinis voluntate spirante tertio quoque anno declaratur: D. Hieronymi, quod Capuccini, vt appellant, incolunt, mille passus ab vrbe distans, in meridiem prope Casilum monticulum positum. Sunt & in vrbe quinque alia Virginum, quæ Deo dicatæ sunt, D. Claræ. D. Catharinæ: D. Monicæ: D. Cosmæ: D. Antonij, aliáque quàm plurima presbyterorum curæ commissa, vt id, quod modò dixi, D. Mariæ Annuntiatæ, inter quæ & illud est diuæ Mariæ de Tumba, vbi Ouidij ædium pars & templum fuisse traditur. In his autem fere omnibus multæ sunt Sanctorum reliquiæ, quæ ab omnibus vrbis hominibus externis, statis diebus religiosissimè visūtur, Societates septē, Sāctiss. corporis Christi: Sanctiss. Trinitatis: Diui Iacobi Apostoli: Diuæ Mariæ Angelorū: Diuæ Mariæ de Succursu: Diuæ Mariæ de Laureto, & Sāctę Crucis. In hoc artes pæne omnes, quæ ad vsum humanū necessariæ sunt, vigēt: præcipuè autem, quæ ære & stanno fiūt, quarum opera ita efferuntur laudibus, vt in Europa vniuersa eis paria inueniri negentur. Quorum artificium & elegantiam admiratus eruditissimus vir, Paulus Manutius, ad M. Antonium fratrem, qui æreum tripoda beneuolentiæ argumento ad eum miserat libro XI. suarum epistolarum ita scribit. Vasculo æreo, quod ad me Hercules frater tuus heri attulit, nihil amabilius, neque id vsu magis ipso, quàm operis elegantia. Equidem Sulmonenses homines valere ingenio, satis antea cognoueram, hoc artificij genere ceteris hominibus antecellere, vix vnquam putassem: nunc perspecta industria, illos laudo, te de isto munere vehementer amo. Ea autem opera in quamplurimas & remotissimas orbis terrarum regiones quotidie exportantur. Est & in ipso cùm aliorum fructuum, tum peponum, aliarúmque rerum, quæ ex hortis producūtur, omnium maxima copia, item amygdalarum, & mororū, quorum foliis edunt vermes illi, qui sericum, quod vel omnium optimum neτur, gignunt. De croco in obseruationibus dixi. Sunt & mercimonia nonnulla. Tabellarius publicus bis hebdomade Sulmone transit. In foro, quod satis latum, satísque pulchrum est, bis quot annis, hoc est, IX. & IIX. Kalend. Apr. XIX. & XII. Kalend. Septemb. quo tempore nundinæ indicuntur, item III. Kal. & VII. Idus Octobris) nobiles ciues, externique equites, armis induti, longis & firmis sanè hastis spectacula exhibent quàm pulcherrima: ad quæ spectanda non parui fiunt hominum concursus. Hæc autem postrema is, quem modò nominaui, frater meus CCXL. carminibus, quæ Id. Septembris anno superiore Romam ad me misit, non minus doctè, quàm eleganter est persecutus. Fuit hæc nostra Ciuitas Ladislao Regi, cùm inibi esset, vt regnum amitteret, eius egregia in bello opera & robore vsus, fidelis: quamobrem postea iucundè vixit, multis ornata priuilegiis, quæ vnà cum aliis veteribus monumentis in palatio D. Mariæ Annunciatæ diligentissimè asseruantur: egenósque & pauperes hospitio accepit. Illud constantia & planè ingenui animi, hoc pietatis ac religionis est argumento. Testantur vtrumque cùm alia multa, tum in primis distichon illud, quod in porta S. Augustini, ad viatorem ita incisum legitur:

SVLMO. FIDEM. REGI. VITAM. AEGRIS.
PRAESTAT. AMOENAM.
PAVPERIBVS. REQVIEM. VENIENS.
HIS. CONSPICE. PLENAM.

Nummi olim, cùm sub mero Regum Imperio esset (quippe annis abhinc plus minus quinquaginta Lannoiorum Principum misto paret imperio, quorum nunc HORATIVS, eiusque filius PHILIPPVS sunt superstites) tam ærei, quàm argentei, atque aurei, quorum nonnullos hodie reperiri videmus, Sulmone cudebantur. Vnde ipsum à Regibus qui æstate hic commorabantur, semper plurimi esse factum quis non opinetur? L. Florus de bello Mariano sic de Sulmone litteris consignauit. Positis, inquit, singulorum hominum fere pœnis, Municipia Italiæ splendidissima sub hasta venierunt: Spoletium, Interamna, Præneste, Fluētia. Nam Sulmonem, vetus oppidum socium atque amicum (facinus indignum) nondum expugnatum, vt obsidea iure belli modò, & morte damnati duci iubentur, sic damnatam ciuitatem iussit Sylla deleri. Atque hoc est fortasse quod sit poëta noster I I. Trist. dolens se res gestas Romanorum & Patriæ non conscripsisse.

Non mihi materiam bellatrix Roma negabat,
Et pius est Patriæ facta referre labor.

Possumus prætérea coniicere poetam nostrum eo carmine etiam significare voluisse, quod recenset Cæsar initio lib. I. De bello ciuili, vbi ita est. Interim Cæsari nuntiatur, Sulmonenses, quod oppidum Corfinio septem millium interuallo abest, cupere ea facere, quæ vellet: sed à Q. Lucretio Senatore & Attio prohiberi, qui id oppidū septem cohortium præsidio tenebant. Mittit eò M. Antonium cum legionis octauæ cohortibus quinque: Sulmonenses

simulatque nostra signa viderunt, portas aperuerunt: vniuersique & oppidani, & milites obuiam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius & Attius de muro se deiecerunt. Quare autem ciues nostri id fecerint, ratio est: quia Cæsar Marij secutus est partes: Pompeius verò Syllæ: qui quidem Sylla, vt superius cognouimus, Sulmonem deleri ac dirui iusserat. Ideóque à Cæsare stare voluerunt. M. Tullius Cicero lib. IX. ad Atticum hanc rem paullò aliter narrat. Sulmone, inquit, C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque. Q. Lucretium inde effugisse scis. Cnæum ire Brundisium desertum. Confecta res est. At tamen magis Cæsari, qui rebus gerendis præerat, quàm absenti Ciceroni, cui, id vt ab aliis intelligeret, necesse erat, credendum esse arbitror. Orosius etiam lib. VI. cap. XV. Cæsaris sententiam confirmare videtur. Cæsar per Antonium. VII. cohortes, quæ apud Sulmonem morabantur, à Lucretio recipit. Aliud quod aduersum illum referre possim, non memini me legisse. Nisi fortasse id, quod Polybius lib. III. & Liuius lib. XXII. de Pelignis scribunt, qui ab Hannibale deuastati sunt, quo tempore Sulmonē quoq; ipsum aliquid cladis & iacturæ accepisse, qui iudicio pollet, facilè sibi persuadebit. De Sulmone etiā idē Liuius lib. XXVI. Strabo lib. V. & Ptolemæus lib. III. cap. I. meminerunt. Habuit hæc nostra vrbs inter alios viros claros poetarum lumē, OVIDIVM: Franciscum Barbatum, qui Miles Regius, & Iurisconsultus eximius fuit, Petrarchæ amicus, ad quem ipsius extant Epistolæ: INNOCENTIVM VII. PONTIF. MAX. Cardinales duos, Ioannem & Cosmatum Melioratos, eiusdem Pontificis fratris filios: ille Cardinalis de Rauenna nuncupatus est, & disciplinarum omnium intelligentissimus fuit: hic Cardinalis de Vrsinis, atque ingenio perspicacissimus. Ludouicum Melioratum Firmi Principem, qui exercitus Ducis Mediolani præfectus & imperator fuit. Episcopos nonnullos: & Marcum Probum sui temporis poetam satis celebrem, qui inter alia opera Partheniam in D. MARIAE historiam carmine Heroico edidit. SERMONETAM in citeriore Latio insigne oppidū, quod sub NICOLAI CAETANI Cardinalis amplissimi ac Principis nobilissimi ditione atque imperio est, D. ferè ab hinc annis coloniam misit: quod ab Vrbe XXXVI. millia passuum distat: Velitris XVI. Setia V. Priuerno X. Tarracina XXIII. sed hæ tres Vrbes vlteriores sunt Neapolim versus. SVLMONA verò, quem in ortum æstiuum habet, circiter LX. Hoc autē oppidum corrupta eorum temporum, quibus conditum est, pronunciatione, qua adhuc etiam multi abutuntur, à Sermona (*Sulmona* enim Italicè dicendum est) Sermonetam vocarunt. Multas ac magnas ex variorum bellorum motibus calamitates, cladésque cùm alias accepit, tum anno M. CCC. XLVII. Qua de re Aeneas Siluius in Dec. Blondi epitom. lib. X. Ludouicus Rex Vngariæ multorum precibus agitatus, cum paratissimo exercitu Italiam petiit, primósque Sulmonenses resistentes inuenit, quos tamen in potestatem redegit. Item circiter annum M. CCC. LXXX. vt idem scribit de histor. Europæ. Rhenatus è captiuitate dimissus, cum decem triremibus Neapolim venit, & vocato ad se Iacobutio Candola, & eius consilio Scaphatum petens, in deditionem accepit: deinde in Sulmonensem profectus, cùm frustra Vrbem obsedisset, agrum vastauit incendio. Rursus anno M. CCCC. LX. Ferdinando Aragoniæ regnante, à Iacobo Picinino captus & expugnatus est: anno autem vertente opera Alexandri Sfortiæ ab eodem Ferdinando receptus est. postea exacto triennio, & rebus inter eos cōpositis, sub eiusdem Picinini vnà cū Ciuitate Pinnēsi, nonnullisque aliis Aprutij (vt nūc loquitur) oppidis imperio mansit. Hęc postrema ex Baptista Pignaio eo libro, quo Estensis familiæ historiam persecutus est.

ANT. CONST. FANENSIS DISCEPTATIO PVLCHRA, AN OVIDIVS PLVRES FILIAS HABVERIT, AN PERILLA EIVS FILIA fuerit, an tertia vxor ei soli nupserit.

OVidij vitam complures eruditi homines doctè pariter & diligenter literis mandauerunt. Sed inter eos magna concertatio, vtrum is vnicam, an duas habuerit filias. Qui vnā tantùm poetæ assignant, hac ductos ratione existimo: quod vbique natam singulari numero, non natas pluratiuo dixisse comperiunt: præcipuéq; cū suū ab vrbe discessum exponens, ait.

Nata procul Libycis aberat diuersa sub oris,
Nec poterat fati certior esse mei.

Quo loco, si duas habuisset filias, non nata, sed altera natarū, aut iunior, minor, maior, prior, & aliis, huiuscemodi vocabulis legeretur: atque vlterius nominis senioris sue, vbicunque locorum fuisset, fecisset mentionem. Qui verò duas Ouidio filias tribuunt, hac moti ratione videtur, quòd is eo quē citauimus loco, natam fuisse dicit in Libya. Postea cuiusdam epistolę initium ita orditur, *Vade salutatum subitò perarata Perillam Littera, sermonis fida ministra mei. Aut illam inuenies dulci cum matre sedentem.*

Quibus vtique verbis, hanc etiam Perillam sibi filiā esse videtur ostendere. Rursum illi ponères sic suam tueri opinionem possunt, vt Perillam, ad quam Nasonis epistola Romam dirigitur, nō diuersam ab ea quæ morabatur in Lybia, sed eandem cū ea esse respondeant, quoniam tanto temporis interstitio ex prouincia in vrbem redire potuerit. Posteriores autem sic priorū ictus retundere non inaniter queunt: quòd coniectura, non authoritate, vel valida ratione decertent. Nos in tāta dissensione quid agemus? quam tuebimur partem? neutram profectò, ne exoriatur inuidia. At rem ita implicatam relinquemus? Minimè. Quin in vtrâque opinionem pugnabimus, priorem ex parte, posteriorem ex toto demoliētes. Hui magna polliceris, & ardua. Et polliceor, & pollicitis stabo. Omnes quæso spectatum venite. Sed prius audite, vt aciem partiri volo. In prima fronte authoritates scrutatiorum vice sistentur, quibus vnius tantum filiæ, cuius nomen ignotum sit, mētionem fieri à poeta monstrabimus. In secunda authoritatibus pariter & rationibus hostes cōuincemus, Perillam non eius fuisse filiam: sed priuignam. In tertia, cui Perilla nupserit, ostendemur. In vltima, quánam ex Ouidij coniuge ea filia nata fuerit, discutiemus. Tu lector candide aures parumper accommoda. In primo Tristium libro hos versus inuenies,

buos suprà retulimus,

Nam procul Libyris aberat diuersa sub oris,
Nec poterat fati certior esse mei.

Et bos in quarto,

Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta,
Sed non ex uno coniuge, fecit auum.

Item bos in sexto Fastorum,

Est mihi, sitque precor nostris diuturnior annis
Filia, qua felix sospite semper era.

Quibus vtique in locis filiam, aut natam, numero vnitatis dixit, nullo vnquam adiecto epitheto: quo alterã habuisse filiã colligere vel minima coniectatione possimus. In tertio quoq. Tristiũ, vbi eã epistola sua locutus est, sic ad Perillã sermonẽ diuertit,

Vtque pater natæ, duxque comesque fui.

Quo versu, si Perilla Nasonis filia fuisset, non vt patrẽ, id est tãquam patrẽ sese poeta appellasset. Et in quinto eiusdẽ operis, vbi in coniugem sic precatur,

Illa domo nataque sua, patriáque fruatur.

Non nata sua dixisset, sed nostra: aut aliud quoduis epitheton adiunxisset, quo communem sibi eam esse filiam cum vxore ostenderet. In quarto autem de Ponto, epistola ad Suillum, hi versus leguntur.

Nam tibi quæ coniux, eadem mihi filia pene est:
Et quæ te generum, me uocat illa uirum.

Quos si diligenter discutias, nihil aliud profectò inuenies sibi velle Ouidium, nisi Perillam ex tertia vxore sua altero viro genitam, Suillo denupsisse. Nã hoc dicere, quæ coniux tibi est penè, id est quasi mihi est filia: & quæ vocat me maritum, eadẽ te generũ vocat: quid aliud significat, nisi vxorẽ Suilli, Nasonis esse priuignã, id est vxore sua ex altero marito conceptã? At nónne in fine eius epistolæ, eũ, inquit,

Tangat ut hoc uotum cælestia cura Suille,
Numina pro socero penè precare meo.

Idem etiam aduerbium Penè, idem fateri nos cogit? Verùm aliquis forsan dicet, Fateor Suillo vnã poetæ priuignam denupsisse: sed eam, nisi probes, Perillam fuisse non assentior. ecce tibi eadem ratio, quæ suprà de Ouidij filia adducta est, in medium proferetur. Si nusquam in libris Tristium, & de Ponto natas plurali numero vxorem habuisse, sed natã singulari Poeta testatur: & Perillam docet natam eius fuisse, ac Suillum eiusdem generum nuncupat: non ne aptè concluditur, eam filiam esse Perillam? Vtique. Quod igitur superest, prosequamur. Eã filiam, quæ patre exulante fuit in Aphrica, quam à Perilla diuersam esse ostẽdimus: cuius nomẽ pater ipse, carminis puto necessitate coactus, non retulit: quã denique tertia eius vxore colligitur non fuisse conceptam, vtra duarum, quas ante hanc Ouidius duxit, vxorem genitã credimus? Priore potius, quàm posteriore. nam vt hoc cõiectem, ratio hęc facit: quòd hanc laudat, illam vituperat. stultũ enim, & cathenis vinciri dignum eum esse dixerim, qui filiam aliquam habens, quam præcipuè diligat (vt poetam fecisse apparet) à matris non abstineat crimine, cum illud in filiæ dedecus reflectatur, & vulgato prouerbio dici soleat, Qui gallina nascitur, hunc scalpurire necessum est. Non tamen hoc vltimum ita statuo, vt lectori integrum esse nolim credere quod libuerit. Sed quoniam hoc etiam quæri à nonnullis posset, quænam duarum vxorum, quas nuper nominauimus, prior Ouidio nupserit, illáne quam Faliscis ortam, duodecima tertij Amorum libri Elegia hoc carmine declaratur,

Cum mihi pomiferis coniunx foret orta Faliscis:

an ea, cuius nomen, patria, genus à Nasone suppressa sunt: sciat Faliscam mulierẽ priorẽ nupsisse hoc à nobis argumento putari, quòd sibi penè puero primam vxorẽ datã, in quarto Tristiũ libro cõmemorat, vt,

Penè mihi puero nec digna, nec utilis uxor
Est data: quæ tempus per breue nupta fuit.

Et se penè puerum Elegias in Corinnam scripsisse, ibidem testatur: in quibus huius Faliscæ coniugis facit mentionem. ait enim,

Carmina cum primum populo iuuenilia feci:
Barba resecta mihi bisue semélue fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non uero dicta Corinna mihi.

Sed & hoc (vt Zoilo os cludam) pro coniectura, non iudicio, haberi volo.

ANTONII CONSTANTII FANENSIS IN P. OVID. NAS. FASTOS ARGVMENTVM.

LVCVLENTVM opus Nasonis, quod explicandum assumpsimus Fastorum titulum ac nomen accepit, non à Fastis diebus, id est festis, vt multi ætatis nostræ homines, & quidem eruditissimi, falso arbitrantur, quos Festi Pompeij traditio non intellecta decepit: sed à Fastis, hoc est, libris annalibus, vnde magnam partem huius operis exceptam esse, autor ostendit, vt, Sacra recognosces annalibus eruta priscis. & idem: Sacra cano, signataque tempora Fastis. Nam Isidorus nullam fidem meretur, qui à fastibus, id est potestatibus (vt idem ait) Ouidij Fastis nomen inditum putat. Sunt autem Fasti, autore Seruio, libri dierum computationem habentes, vbi (teste Porphyrione) per consules annorum numerum colligebant. Erit autem plenior diffinitio, si secundum Acronem dixerimus, Fastos esse annales, in quibus memoria temporum continetur, quique ad commemorationem honorum, rerumve gestarum inuenti dicuntur virtutis indices. Horat. in 4. Carm. Tuas Auguste virtutes in æuum Per titulos memoresque Fastos æternet. Idem in eodem: Non Coæ referent iam tibi purpuræ, Nec clari lapides tempora, quæ semel Notis condita Fastis Inclusit volucris dies. Propriè igitur Fasti sunt annales, secundum Sempronij Asellionis opinionem, ab Aulo Gellio traditam lib. 5. Noctium Atticarum, addita dierum computatione. Ii cùm per annos singulos scriberentur, ex quo Ianum parentem dixere Fastorum, tantummodo quod factum quoque anno gestum esset, demonstrabant: quorum nonnulli veluti funesti nihil præter nomina consulum suggesserunt, vt Liuius scribit. Differunt autem à diurnis vrbis

actis, quæ vel humilia recipiebant, cùm Fastis tantum illustria mandarentur. Vnde illud legimus apud Cornelium Tacitum: Nisi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus, quis molem amphitreati apud campum Martis Cæsar extruxerat, volumina implere: cum ex dignitate populi Romani repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis vrbis actis mandare. Iidem (autore Prisciano) Fasti, à fastis diebus nominati sunt: non quia festi, hoc est, diis dicati sint (cùm constet, teste Macrobio, fastos dies profestis, siue negociosis inesse, qui festis ac sacris aduersantur) sed quia eiusmodi annales, cum dies fastos nefastosque contineant, decuit à diebus candidioribus ac melioribus nominari. Fastos autem dies nefastis præstare, nemini dubium est. Vnde à Festo Pompeio festi dicuntur, nefastorum comparatione. Fastis enim diebus, eodem autore, iocunda fari licebat: nefastis quædam non licebat. Quam ob causam Eusebius eos tristes appellare non dubitat. ij enim dies, quamuis propriè atri non sint, vt rectè Aulus Gellius docet, pro abominandis tamen interdum accipiuntur, teste Porphyrione. Horat. Ille & nefasto te posuit die. Statius in 6. Theb. Prospectu visus interclusere nefasto. Sanè Fastorum inuentionem nonnulli Eudoxo Gnidio astrologo tribuunt, Socratis auditori, sodalique Platonis. quod verum ne sit, aliorum sit iudicium. Hunc certè Seruius scribit primum annum deprehendisse: quem tamen dubitandum non est, eum hausisse ab Aegyptiis disciplinis. Scriptorem autem Fastorum fuisse, Lucanus restatur. vt, Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus. Eum Laertius refert in Aegypto annum vnum & menses quatuor moratum, mento attonso, atque supercilio, octo annorum historiam scripsisse: qui (vt Aulus Gellius meminit) non multo post Romam à Gallis captam, obsessumque Capitolium, in Græcia nobilitatus est. Illud planum est, priscis temporibus ad Curiam Calabram, vbi tantùm sacrorum ratio gerebatur, senatum vocari solitum, & populum à rege Sacrificola: vt (quoniam adhuc fasti non erant) sacrificiorum prænoscerent dies, ac ludorum. Primus autem Fastos in volumen redactos publicauit Cn. Flauius Appij Cæci scriba, inuitis patribus, vt Macrobius refert, tantam plebis gratiam adeptus, quæ antea cogebatur rationem dierum petere à principibus ciuitatis: vt natus ipse Libertino patre (sicut Plinius scribit) creatus sit ædilis curulis, præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres consules fuerant. quo tempore ob dolorem omnis nobilitas dicitur annulos abiecisse. Nec nos lateat, fastum, cùm pro annali libro accipitur, frequentius secundæ declinationis esse. vt, Instabatque dies, qui dat nomina fastis. &, Tempora si fastosque velis euoluere mundi. Inuenitur tamen & quartæ apud Lucanum: vt, Eudoxi vincetur fastibus annus. Quod eius errore prolatum Seruius putat, qui à Prisciano meritò deprehenditur, cùm antiquiores quoque inueniantur idem similiter protulisse. Varro: Virtutum causa Iulij Cæsaris, qui fastus correxit, mensis Iulius appellatus est. Columella: Verùm in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi & Metonis, antiquorumque fastus astrologorum. Sciendum sanè, Ouidium scripsisse duodecim Fastorum libros, quorum hodie sex tantum extant: non postea quam est relegatus in Pontum, vt quidam asserunt, adducti in eam opinionem his versibus, qui leguntur in quarto huius operis libro: Sulmonis gelidi patriæ Germanice nostræ, Me miserum, Scythico quàm procul ille solo est: sed ante relegationem. Inscripserat enim hoc opus Augusto, cuius editionem illa indignissima relegationis calamitas impediuit. quod planum est horum carminum argumento, quæ legimus in 2. Trist. Ne tamen omne meum credas opus esse remissum, Sæpe dedi nostræ grandia vela rati. Sex ego Fastorum scripsi, totidemque libellos, Cumque suo finem mense libellus habet. Idque tuo scriptum nuper sub nomine Cæsar, Et tibi sacratum sors mea rupit opus. Ea scripsisse Ouidium constat anno primo sui exilij nondum impleto, vt facillimè quiuis diligens lector inueniet. quo tempore nihil nisi flebile à se scriptum fatetur: vt, Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis, Digna sui domini tempore, digna loco. Cæterùm Naso relegatus in Pontum, plerisque additis ac mutatis, inscripsit hoc opus non Tyberio (vt docebimus) sed Germanico Drusi priuigni Augusti filio, vt eius intercessione aliquando consequeretur veniam vel reditus, vel exilij mitioris. quæ spes eum fefellit: nam vt Augustum inexorabilem habuit, ita & postquam is humanis rebus excessit, non dissimilem Tiberium nactus est. Fuit autem Germanicus (vt ait Suetonius) ingenio in vtroque eloquentiæ doctrinæque genere præcellenti, & adeò lenis atque innoxius, vt eius virtutibus motus Augustus, diu cunctatus fuerit, an eum sibi faceret successorem, quem demum adoptandum Tyberio dedit. Autoris vita, librorum numerus, & alia quædam in exponendis autoribus considerari solita, ita manifesta sunt, vt consultò à nobis prætereantur, studentibus breuitati, quos tantum in modum & priuata impediunt negocia, & Fauensis respublica sibi vendicat, vt nihil ocij ferè ad hæc studia relinquatur.

P. OVIDII NASONIS FASTORVM
LIBER PRIMVS.

ANTON. TEMPORA *cum causis*.] Duodecim anni menses, & dies festos cum eorum causis, quanuis non omnium celebritatum causæ redduntur, vt lector videbit. Euolutis enim Fastorum libris, multa a Nasone desiderata sunt, cùm illi omnia non suggererent. Sanè Posidonius, teste Laërtio, B scripsit, tempus esse incorporeum: quòd nihil aliud sit, quàm interuallum mundani motus. Vnde Saturnus Cœli filius dicitur, per quem accipimus tempus ortum à cœlo. Et à quibusdã philosophis tempus diffinitur, cœlestis motus dimensio. Id secuti sũ Varronem duorum generum facimus, vnum annale, quod Sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod Luna. a quorum tenore temperato, is autor tempori nomen inditum putat. Plato verò, cùm tempus cœli motum esse dicat, diem ait, noctem, mensem, & huiusmodi C cætera, esse temporis partes. Est autem hæc propositio summæ totius operis bipartita: nam & dicturũ se tempora pollicetur, & ortus occasúsque signorum: vt, Quis vetat & stellas, vt quæque oritúrque caditque, Dicere? propositi pars fuit illa mei. Hos ortus occasúsque signorum scire debemus modò esse chronicos, modò heliacos, modò cosmicos. quamuis eos quidam scriptores duorum tantùm generum tradant. Lege libellum, qui Sphæra inscribitur. Neque enim quæcunque vel pueri norunt, huic operi placet inserere, ne crescat in immensum: & nos, quod minime sumus, ampullosi atque ostentatores videamur. qui magis eos probare consueuimus, qui multa breuiter, quàm qui pauca dixerunt copiosè. **Tempora cum causis*.] Propositio: estque his duobus versibus complexus argumentum libri. **Latium digesta per annum*:] quem Latini duodecim mensibus explicant, absoluúntque diebus 365. & quadrante: qualem & Persas iampridem recepisse Q. Curtius docet: vt, Magi proaimis patrium carmẽ cantabant, & ter centum sexagintaquinque iuuenes sequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero. Quippe Persis quoque in totidem dies descriptus est annus. nam Ægyptios cõstat annum aliquando habuisse mensium quatuor, Arcades trium, Acarnanes sex. Nec nos moueat Cleoboli ænigma, quod de anno duodecim mensium tale fertur: Vnus pater est, isque duodecim filios habet: eorum singulis triginta sunt filiæ, quarum aliæ candidæ, aliæ nigræ sunt: immortales verò sunt, & moriuntur omnes. Vbi paucos dies anno subtractos mirari non debemus, quòd & Cleobolum scimus lõgè ante Iulium Cæsarem vixisse, Roma regibus seruiente. Et legimus apud Plinium, Phalereo Demetrio Athenis dicatas esse statuas 360. nondum anno hunc dierum numerum excedente. Est autem annus, autore Macrobio, non solùm is, quem nunc communis omnium vsus appellat, quíque à nonnullis in octo diuiditur sesquimenses, & quatuor tempora, ver, æstatem, autumnum, hyemem: sed singulorum luminum, siue stellarum, emenso omni cœli circuitu, à certo loco reditus, annus suus est. Tria autem sunt (vt Seruio placet) annorum genera, quæ ex sideribus colliguntur. Est enim annus lunaris, dierum triginta. Est solstitialis, continens duodecim menses. Est & magnus, quem esse volunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum: quem Plato in Timæo perfectum appellat. de quo Cicero in lib. De Finibus bonorum & malorum ait: Verène potest esse dies sæpius, qui semel fuit? certè non potest. an eiusmodi? ne id quidem, nisi cùm multa annorum intercesserint millia, & omnium side- F rum eòdem vnde profecta sunt, fiat ad vnum tempus reuersio. De hoc anno varia dicuntur. nam alij tria millia annorum, magnum annum tenere dicunt: alij duodecim millia, & insuper annos 954. alij cum Phœnicis vita eius conuersionem fieri prodiderunt: alij quoque aliter. Dicitur autem annus, vel ab eo quod Græci ἔνος dicunt: vel (vt putat Atteius Capito) à circuitu temporis, ab eo quòd veteres An pro Circum ponere solebant: vt, An terminum abactus. Redit enim in se, vt annulus. Virgil. Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Quare ante inuentas literas (vt ait Seruius) G indicabatur picto dracone caudam suam mordente. Et Pan totius naturæ deus pedum recuruum, hoc est, baculum habet, propter annum qui in se recurrit. Alij dictum putant ἀπὸ τῶν ἀνανεώσεως, id est, ab innouatione, quòd renouetur. Vocamus autem ea annis, qui nunc habentur, cum intercalatem, quo dies ea quatuor quadrantibus inseritur Februario, quem plenum accipimus, hoc est, constantẽ horis quatuor & viginti. Nam nox (autore Seruio) pars diei est. Sed H diem dicimus (vt idem inquit) à parte, quam constat esse meliorem. Vnde vsus obtinuit, vt sine noctis cõmemoratione dierum numerus explicetur. Huius diei principium alij esse volunt à solis exortu, quidam ab eius occasu, alij à media nocte, alij à meridie: quod vltimum Varro absurdum putat. Lege eundem Seruium, item Macrobium in Saturnalibus, & Aulum Gellium in secundo Noctium Atticarum, ac Plinium in primo Natur. hist. Sanè annorum alij ciuiles, alij naturales vocantur. Ciuiles sunt, quos populi siue gentes pro arbitrio sibi statuunt. Naturales verò, qui è cursu siderum colliguntur: quorum eum vertentem vocant, qui & solstitialis dicitur. *Lapsaque sub terras, ortaque signa canam*.] Ortus & occasus siderum peritia non solùm I nautis & agricolis, sed ipsis quoque imperatoribus, & exercituum ducibus necessaria videtur: cuius ignoratione (vt scribit Onosander in libro cui titulus est De optimo imperatore) insidiari volentium consilia plerunque in irritum ceciderunt. Sunt autem signiferi circuli, siue zodiaci signa duodecim: sed cum his oriuntur & occidunt alia partim in meridiem, partim in septentrionem vergentia: vt Lyra, Cygnus, Perseus, Orion, Argo. de quorum ortu & occasu vnà cum signis zodiaci Poeta dicturus est. De his multi scripserunt: inter quos Hipparchus commemorauit, quot claras, quot secundæ lucis, quot obscuras habeant stellas. Est autem omnis cœli vastitas à peritis (vt ait Plinius) in duo & septuaginta signa discreta: quæ aut rerum aut animantium effigies sunt. *Excipe pacato Cæsar Germanice vultu Hoc opus*.] *Dedicatio.* Inuocat Germanicum, Drusi & iu- K nioris Antoniæ filium: de quo ipse alibi, Si quid adhuc igitur viui Germanice nostro Restat in ingenio, seruiet omne tibi. Nam quòd quidam Tiberium inuocari existimabant, qui nostra persuasione mutauere sententiam, procedere vllo modo non poterat: eius autor Augustum auum eius vocet, cui hoc opus inscribitur. Nec reluctatur nobis illud, Hanc tua constituit genitrix & rebus & ara. quod malè intellectum (vt infrà ostendemus) multos in manifestum errorem induxit. Quòd autem nonnulli dicunt, Germanicum non potuisse Cæsarem dici, quia Romanum imperium non obtinuit, falsum est. Plinius: Extat oratio Vitellij, qua reum Pisonem eius sceleris coarguit, hoc vsus argumento, palámque testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici Cæsaris cremari. Solinus: Apis Ægyptius auersatus Germanici Cæsaris dextram, prodidit ingruentia, nec multo pòst L Cæsar extinctus est. Lege Iosephum, qui Vespasianum, Titum, & Domitianum eodem tempore Cæsares vocat. Hic Germanicus annum agens quartum & trigesimum (vt ait Suetonius) Antiochiæ obijt, non sine suspicione veneni: cui Tiberius caussa mortis fuisse creditur, per Cn. Pisonem legatum Syriæ. *Timidæ dirige nauis iter*.] Translatio est, siue metaphora. Nam vt venti naues, sic fauor mouet ingenia. Et est metaphora, autore Quintiliano, breuior similitudo. Cùm enim dicimus fecisse quid hominem vt leonem, similitudo est: cum de homine dicimus leonem, metaphora.

> *Tempora cum causis Latium digesta per annum,*
> *Lapsáque sub terras, ortáque signa canam.*
> *Excipe pacato Cæsar Germanice vultu*
> *Hoc opus, & timidæ dirige nauis iter.*

PAVL. MARS. QVVM proprium sit poëtarum, proponere, inuocare, narrare, morem seruat & ipse. Proponit primo duo-

bus versibus, de quo dicturus sit. Et duo se scripturum pollicetur: tempora per Romanum annum cum rationibus, hoc est, cum ipsis originibus ordinata: & ortus occasúsque signorum. Inuocat non cœleste numen, sed Germanicum tyrannum, vt faueat, vt facilis sit: licet in omnibus ferè mensibus, mensium numina, & interdum Musas imploret. Sic & Lucanus non superiora numina, sed Neronem inuocauit: Sed mihi iam numen, nec si te pectore vates Accipiam, Cyrrhea velim secreta tenentem Sollicitare deum, Bacchúmq; auertere Nisa: Tu satis ad vires Romana in carmina dandas. Id verò non modò à poëtis, sed ab historicis quoque seruatum est. vt à Val. Maximo: Te quoque huic cœpto, penes quem hominum deorúmque consensus regimen esse voluit, Cæsar, inuoco. Mos autem inuocandi numinis in initio operis ab Ægyptiis in Græciam, & à Græcis in Latium emanauit. Illi enim, nisi inuocato prius numine, nihil vnquam aggrediebantur. Idem quoque nobis ex Platonis instituto traditum est. Narrat deinde Poëta tempora ipsa, vti proposuit: & orientia labentiáque signa. In hac autem præfatione, vt decebat, Germanicum docilem, beneuolum, & attentum reddit. Docilem, cum summam rei breuiter exposuerit. non enim potuit breuiùs, aut dilucidiùs exponi res tanta, quàm cum diceret: Tempora cum causis Latium digesta per annum, Lapsaque sub terras, ortáque signa canam. Et in hoc etiam attentum reddit, cum magnum quidem & arduum sit, id profitetur. Beneuolentiam verò ab auditoris primùm persona captat, cum ipsum velut cœleste numen imploret, cum in Fastos referendum asserat, cum eloquentiam & poëticen ipsius extollat. A seipso beneuolum facit, cum ita supplex se & opus suum Germanico vouerit. A rebus autem, cum ostendit, quòd ei commodum futurum sit, vel quid ex his ediscere poterit: vt illud, Sacra recognosces annalibus eruta priscis. & reliqua. Inquit ergo. *Canam*:] ego cantando scribam, vt poëtæ solent. *Tempora digesta*,] disposita & ordinata. *Per annum Latium*.] per annum Romanum, à Romulo prius, deinde a Numa institutum, postea a Decemuiris emendatum, demum à Cæsaribus in certiorem ordinem redactum. *Latium*] à Latio, vbi Roma est, quod à latendo deducitur. Et ideo per annum Latium dicit, quòd annum alij aliter obseruauere, de quo paulò pòst. *Cum causis*:] hoc est, cum rationibus. Est enim causa, animi impulsus ad aliquid agendum. Ratio verò, (vt Victorino placet) est gerendorum ordo ex causa venientium: vt quid quo loco dicas ac facias, intelligas. Ratio sine causa esse non potest, causa verò sine ratione potest. Ergo cum ex causa ratio sit, Cum causis hic, cum rationibus intellige. vel Cum causis, cum originibus. Nam & fabulas & historias refert, vnde quid originem habuerit, & qua ratione fuerit institutum: præsertim cum causam plerique velint à casu deduci, & inde esse negociorum originem. Aliqui causæ appellationem Chaos dedisse volunt, à quo principium rerum omnium fuit: maximè cùm causa negociorum, vt diximus, origo sit. Alij causam à καίω verbo Græco deriuarunt, quod est vro, quòd nos vrat, & impellat ad aliquid agendum. *Tempora*.] Dicta sunt à communionis temperamento, quod inuicem se humore, siccitate, calore, frigore temperent. De tempore M. Varro sic inquit: Tempus esse dicunt interuallum mundi & motus, id diuisum in parteis aliquot, maximè ab Solis & Lunæ cursu. itaque ab eorum tenore temperato, tempus dictum. Aristoteles verò 4. Physicorum: Tempus est, inquit, numerus motus secundum prius & posterius. Prius & posterius sunt in motu, prout sunt numerata ab anima. Et paulo pòst: Tempus ex mensura motus rerum mutabilium. Et in eodem quoque libro: Tempus est passio motus, & præcipuè motus cœli. & paulo pòst: Tempus est numerus priorum & posteriorum, existentium in motu. Motum autem ipsum latè declarat in 5. Physicorū. Vectius antè Prætextatus apud Macrobium: Tempus, inquit, est certa dimensio, quæ ex cœli conuersione colligitur. Annus verò idē est, Pōpeio teste, quod à Græcis *ἔτος* dicitur. Vnde quod nos triennium, illi *τριετηρίδα* vocauere. Atteius Capito, Theodosio teste, latinā dictionē putat: quia à circuitu tēporis dicitur, cum veteres An pro Circū ponant vt Cato in Originibus, An terminū: pro, Circū terminū. Est igitur annus, solis anfractus, cum peractis 365. diebus & quadrante, ad eadem siderum loca redit. dictus, quia mensibus in se currentibus voluatur. Vnde Virg. Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Inde annulus, paruus circulus, quòd in se redeat. Annus apud Ægyptios, ante inuentas literas, dracone picto suam mordente caudam, qui in se recurreret, indicabatur. Qua etiam figura Phœnices, cum mundi imaginem exprimerent, vsi sunt: vt appareret, mundum & ex seipso ali, & in se reuolui. Non desunt, qui deductū dicant annum ab *ἀεὶ* & *νέω*, id est renouo: quia semper renouatur. *Et Canam signa*:] non modò illa duodecim, quæ in circulo zodiaco sunt: sed alia quoque sidera. Nam de multis aget, vt de Lyra, Delphine, Boote, & alijs. *Lapsaque sub terras*] occidentia, seu quæ iam occiderunt, & sub terris sunt: *& Orta*,] orientia, aut quæ iā orta sunt: id est, canam occasum & ortum signorum. Et videtur hoc esse contra præceptum Fabij, qui asserit, vbi de compositione agit, in multis seruari ordinem naturæ: vt prius dicamus ortum, quàm occasum. Poëta prius occidentia signa, quam orientia dicit. Sed id fecit ad leniorem sonum: lentius enim est pronunciatu, Ortáque signa, quàm Lapsáque signa. Nec me fallit illud, quod in hoc à vulgo adduci solet, solem & cætera sidera in nostro hemisphærio prius visa occidere, quam oriri nec illud, quòd signa ita disposita, vt cum sex cœlo peruagentur, sex sub terra occultari necesse sit, sic lapsa & orta rectè dictum. Satis est mihi Quintiliani auctoritas, præcipientis, vt prius ortum quàm occasum dicamus. Illud quoque animaduertendum erit, signorum ortum & occasum duplici modo fieri, & heliacè & cosmicè: heliacè, quando sol tam longe abest à signo, vt illud videri possit: & tunc signum apparere incipit. Sed quando per splendorem orientis solis videri desinit, tunc signum occidere dicemus. Cosmicus autem ortus, qui fit ipsa mundi & diei ratione, hoc est semel per diem, cum de inferiore hemisphærio ad superius signa ascendunt: occasus verò, cum à superiore descendunt ad inferius. *Excipe*] Cæsaris Germanici fauorem implorat, vt & ingenio faueat, & opus hoc tranquilla mente suscipiat. Stabatque versus, si suscipe, aut Accipe dixisset. Sed vt commoueret affectum, Excipe dixit. Nam excipimus cadentes, aut in calamitatē collapsos. Virg. 103. Æn. Heu quis te casus deiectam coniuge tanto Excipit, aut quę digna satis fortuna reuisit? Idem quod nunc, Ouidius in libris de Ponto fecit: peregrinos Brute libellos Excipe, dúmq; aliquò, quolibet abde loco. Et hoc, cum esset in ipsa exilij calamitate, & inde librum emitteret. Excipe igitur, accipe, aut suscipe.

O Cæsar Germanice. De Germanico Drusi filio intelligas: non de Tiberio, qui nunquam Germanicus dictus est. Cæsar cognomen est Iuliorum. & post diuum Iulium imperatores Cæsares quoque cognominati sunt. Et Cæsar à cædo deducitur, hoc est, à cæso matris vtero. nam qui primus sic dictus est, Plinio teste lib. 7. ex vtero matris cæso tractus fuit.

Hoc opus,] hos Fastorum libros. *Pacato vultu*,] pacato & tranquillo animo. Nam vultus, vt Marcellus ostendit, est voluntas, quæ pro motu animi in facie ostenditur. Inde est illud Aristotelicum: Per hæc signa exteriora cognoscimus interiora. Hoc ideo vult dicere Poeta: Cum cæteri mihi sint subirati, esto tu pacatior, nec succenseas his libris, quemadmodum prius omnes Amatoriæ arti succensuerunt. *Et dirige iter timidæ nauis*.] Per translationem, à gubernatoribus nauium sumptam: hoc est, dirige cursum ingenij mei. *Timidæ*,] dixit, cum scripta eius non essent omnibus grata, velut illius qui Augustū offenderat. vel Timidæ: cum animo volueret, ad quem eruditissimum principem scriberet, facere non poterat, quin commoueretur: vt paulò quoque inferius ostendet.

> *Officióque, leuem non auersatus honorem,*
> *Huic tibi deuoto, numine dexter ades.*

ANTON. *Officióque, leuem non auersatus honorem, Huic tibi deuoto*.] Auersor hāc rem, dicimus, quemadmodum & aspernor: vt, Veteres Philippi milites rudis natio voluptates palàm auersabantur. Illud sumit significationem à gestu: quia solemus à rebus quæ displicent, vultum auertere. Hoc ab aspero deductum est, & significat, teste Donato, auerti non solùm corpore, sed etiam animo. Cauendum autem, ne in hac significatione auersor per d scribamus. nam Aduersor & aliud significat, & datiuo iungitur. *Deuotum* autem *officium* Germanico figuratè dicitur, vt illud, Dirige nauis iter. Sumptum est enim ab his, qui se diis immortalibus deuouebant.

PAVL. *Officio*: Nunc à seipso beneuolentiam captat rem suam deprimens, petéusque fauorem, deuouens id muneris illi. *Et non auersatus*:] Tu ô Germanice non aspernatus, quasi qui non parui feceris. *Leuem honorem*.] quasi exiguum hoc munus horum librorum. *Ades dexter numine*:] propitius tuo nutu & fauore. *Huic officio*:] officioso labori meo. *Tibi deuoto*:] quod in perpetuum tibi deuouetur, & traditur. Translatúmque id inde est, ab his qui post rem diuinam in perpetuum dijs se tradebant, seu de-

A nouebant. Officium est, congruus vniuscuiusque actus. Honos dicitur, quasi honestum onus, vt Varroni placet.

ANTON. *Sacra recognosces*] *Repetit propositionē. *Propositio summę totius operis reddidit docilem auditorem. Nunc captatur attentio, cum ea se dicturum pollicetur, quæ ad deorum religionem pertinēt.

Sacra recognosces annalibus eruta priscis,
Et quo sit merito quaque notata dies.
Inuenies illic & festa domestica vobis:
Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus.
Quaque ferunt illi pictos signantia fastos,
Tu quoque cum Druso præmia fratre feres.

Cæterum e sacris alia publica sunt, alia priuata. Publica, quæ pro populo fiunt: Priuata, quæ pro singulis familiis. Quorum ea peregrina dicebantur, auctore Festo, quæ Romam ab aliis vrbibus religionis gratia aduecta fuerant. Constat sane, Cadmum Agenoris filium vt Eusebius refert, mysteria & solennitates deorum primum omnium Græcis tradidisse: & deinde Orpheum, Linum, ac Musæum, qui nihil aliud quàm Ægyptiorum ac Phœnicum commenta Græciæ reliquerunt: vnde ad nostros multa fluxere. *Annalibus eruta priscis,*] Hi sunt fasti, qui per annos singulos (vt diximus) scribebantur, & signatis temporibus tantùm illustria continebant: quique Ouidio & tempora, & dierum festorum ordinem suppeditarunt, sicuti & multo ante Cn. Flauio Appij Cæci scribæ. Neque enim fastos tantùm vocamus volumina poëtarum, qui sacra cecinerunt: sed annales libros, qui nomina consulum, qui temporum notas, qui virtutum indicia suggerebant: nec plenas amplectebantur historias, sed breuem quandam traditionem rerum illustrium. Itaque à probatissimis auctoribus meritò Annales vocantur. Nouimus enim esse annales, vt Aulus Gellius refert, cum res gestæ plurium annorum obseruato cuiusque anni ordine componuntur: qui (vt placuit Sempronio Asellioni) multum differunt ab historia. Hæc enim quibus consiliis, qua ratione res gestæ fuerint, demonstratur: illi autem tantummodo quid factum, quóque anno gestum sit aliquid, ostendunt: & neque alacriorem quenquam ad tempub. defendendam, neque segniorem reddere possunt ad res perperàm faciendas. Sciendum tamen, placere Ciceroni in primo ad Herennium, historiam esse rem gestam, sed ab ætatis nostræ memoria remotā. cū alij contra senserint, earum videlicet rerū propriè historiā esse, quibus interfuerit is qui narret. Vnde Verr. Flacc. in libro de significatu verborum quarto, videri posse inquit, non nihil rationis esse in ea opinione, quòd historia Græcè significet rerum cognitionem præsentium: à qua nonnulli annales differre voluerunt, quòd eorum propriè temporum sint, quæ ætas nostra non nouit: licet vsus ista confundat, vt Seruius scribit. *Inuenies illic & festa domestica vobis.*] Iterum captatur attentio, quòd dicturum se pollicetur quæ ad Germanicum & Cæsares pertinent. Sic Vir. in 1. Georg. Ferte simul Faunique pedem, Dryadésque puellæ. Munera vestra cano. *Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus.*] Germanico, Drusus Germanicus pater natura fuit, is quem in Germania defunctū Augustus ita laudauit, vt deos precatus sit, vt similes ei Cæsares suos facerent. Sed hic Tiberium accipimus, qui ab Augusto adoptatus est, coactus prius Germanicum adoptare. Quare Suetonius Germanicum Tiberij filium vocat: vt, Tiberius orbatus vtroque filio, quorum Germanicus in Syria, Drusus Romæ obierat, secessum Campaniæ petit. Auus autem Germanici est Cæsar Augustus, cui Nero vxorem suam Liuiam Drusillam grauidam, & antè iam apud se Tiberium enixam concessit: quæ cum Augusto nupsisset, intra mensem tertium, teste Suetonio, Drusum Germanici patrem peperit: vnde suspicio fuit, eum ex vitrico per adulterij consuetudinem procreatum. quem Augustus tantopere dilexit, vt cohæredem filiis instituerit. Hic Drusus Augusti priuignus, auctore Plutarcho, ex duabus Antonij & Octauiæ filiabus alteram, hoc est Antoniam minorem, pudicitia & forma præclaram, duxit vxorem: ex qua Germanicus & Claudius nati sunt. Hanc esse Antoniam existimant, quam Plinius scribit nunquam expuisse. nam altera, quam Antoniam maiorem Suetonius vocat, nupsit Domitio, auo eius Neronis, qui fuit detestabili crudelitate notissimus. * *Quaque ferunt:*] quæ præmia ferunt illi, talia tu quoque feres. * *Pictos signantia fastos:*] minio vel rubrica: quæ Triumuiris temporib. in honore fuit, teste Hom. qui naues ea commendat. Hinc illud est Martialis: Et qui purpureis iam tertia nomina fastis Iane refers. Fuit & apud Romanos in vsum, vt Plin. tradit, non solum maximæ, sed etiam sacræ * religionis, quod in scriptura voluminum vsurpabāt, quoque Iouis ipsius simulachri faciem festis diebus illini solitam, auctor est Verrius. Quod ideo fieri consueuit, vt quidam putant, quia Iupiter est æther, cui elemento minium simile est: ideóque apud Æthiopes dei omnes & proceres minio illinuntur, quia à Ioue, id est à deo, omnis potestas est, & dei omnes membra Iouis censentur: vt, Cælicolæ mea membra dei. Hinc & fasti, deorum festa & nomina continentes, minio pingebantur. Eo illitum fuisse legimus vnsceris Capitolini lignum: quod sæpe abstergebatur, cum eius esset necessarius splendor, auctore Plutarcho. *Tu quoque cum Druso præmia fratre feres.*] Hic Drusus Tiberij filius, fluxioris remissiorisque animi fuisse dicitur, adeò vt Tiberius eum non dilexerit patria charitate: à quo fertur increpitus, quòd etiam brassicæ fastidiret. Augustus verò eum ac Germanicum secundos hæredes instituit: Liuiam quidem ex triente, Germanicum verò vnà cū liberis tribus sexus virilis ex partibus reliquis. Sane auctor Drusorum generis, vt ait Suetonius, à Drauso duce hostium cominus trucidato, sibi ac posteris suis cognomen inuenit.

*(marginal notes: *authorita-tis, vt Plin. li. 33 ca. 7.)*

PAVL. *Sacra:*] Nunc à rebus ipsis beneuolentiam captat, & auditorem attentiorem reddit, rebúsque auctoritatem facit à vetustate. *Recognosces:*] ô Germanice, iam quæ alius fortè legisti libris, relegēs religiosius in meis. *Sacra:*] quæ ad deorum cultum pertinent celebritates & cerimonias, & statos dies. Sacra enim sunt, vt Marciano iurisconsulto placet, & quæ publicè consecrata sunt, non priuatim. *Eruta priscis annalibus:*] magna cura & diligentia excerpta ab antiquorum poëtarum fastis, & pontificum monumentis, & vetustis annalibus. Et recognosces quo merito: quo meritorum præmio, id est qua celebritate. *Sit notata,*] scripta in priscis annalibus. *Quaque dies:*] Per suos scilicet menses, & totum annum. De dierum ratione alio loco diximus, & aliàs hoc quoque in hoc Opere dicemus. Illud non prætereo, ciuilem Romanorum diem diuisum in partes has: Inclinationem, quod tempus est mediæ noctis: gallicantum, diluculum, mane, meridiem, occiduum, supremam tempestatem, vesperam, primam facem, concubiam, intempestam. Quod latius aperit Aurelius Theodosius in 1. Satur. *Inuenies.*] Perstat in beneuolentia captanda, & attentione augenda. dicit enim, in his fastis inuenies Cæsarea festa, & patrem, & auum Germanici, relatos in Fastos. *Inuenies,*] tu Germanice. *Illic,*] in ipsis fastis. *Et festa domestica,*] ex domo tua Cæsarea: quasi dies festos vestro merito institutos, & quos ipsi Cæsares instituerūt. *Vobis,*] Cæsaribus. *Sæpe est tibi legendus pater:*] leges facta & me[...]tis tui. *Sæpe est tibi legendus auus.*] Hinc alij sumpsere argumentum, quod Tiberio fuerit opus dicatum, cum videatur dicere: Sæpe leges facta Augusti patris tui ex adoptione, sæpe facta aui tui Cæsaris. Tu autem sic intellige: Sæpe tibi est legendus pater Tiberius qui pater erat adoptione, quoniam dicet inferius de templo Concordiæ, quod Tiberius dicauit. Sæpe est legendus auus, hoc est merita & laudes ipsius Augusti. *Quaque:*] Virtutis præmiū est laudari, & à posteritate commendari: quod enim consecuturum dicit. *Tu quoque feres præmia:*] consequêris ea præmia, & eas laudes. *Quæ ferunt illi:*] quæ pater & auus consecuti sunt. *Signantia pictos fastos:*] quæ signant inscriptos fastorum libros, quasi quæ signantur et inscribuntur in fastis & annalibus, vt diuturnitati commendentur. *Cum Druso fratre:*] quæ consequêris tu, & Drusus frater tuus. Per hoc etiam asserunt de Tiberio intelligendum, quòd Drusum fratrem habuerit, qui in Germania oppetiit. Sed affirmari non potest, quòd ad Tiberium scripserit, cum dicat inferiùs, vt suprà diximus, Et tuus Augusto nomine dictus auus. auus enim Tiberij Augustus appellatus non est, sed auus Germanici. Præterea apud Tranquillum non inuenies, Tiberium Germanicum fuisse vocatum, cum de eius agitur cognomentis. Et si quis dicat, in numismatibus aut marmoribus inuenisse, Tiberius Cæsar Germanicus: non intelligitur de hoc, sed de Tiberio filio Drusi, filij huius Tiberij, quem pariter cum Caio Germanici filio, ex testamento hæredē reliquit. Ergo hic Cum Druso fratre, intelligas de Druso Tiberij filio, quia patruelis primum, deinde ex adoptione frater. Ea enim conditione Tiberium Augustus adoptauit, vt ipse Germanicum fratris filium adoptaret. Et ne decipiaris, saxum est in Tarpeio monte, cum inscriptione, Tiberij Neronis Germanici ossa: ne credas Tiberij imperatoris ossa. nam subditur ibi, Drusi Augu-

A sti pronepotis: cuius nepos erat Drusus Tib. fil. pronepos Tiberius, huius Drusi filius.

ANTON. *Cæsaris arma canant alij.*] Augustum Cæsarem accipe, qui viuens diuinos honores meruit, cuique hoc opus auctor inscripserat, vt diximus supra. *Excute corde metus.*] Ob id quod sequitur, Pagina iudicium docti sub itura mouetur Principis. Aucupatur enim Germanici gratiam: quia, teste Quintiliano, naturalis est pro laborantiB bus fauor. *Da mihi te placidum, dederis in carmine vires.* Non claudicat hic versus, quamuis prima quarti pedis

Cæsaris arma canant alij: nos Cæsaris aras,
Et quoscunque sacris addidit ille dies.
Annue conanti per laudes ire tuorum,
Déque meo pauidos excute corde metus.
Da mihi te placidum, dederis in carmine vires:
Ingenium vultu státque caditque tuo.
Pagina iudicium docti subitura mouetur
Principis, vt Clario missa legenda deo.
Quæ sit enim culti facundia sensimus oris,
Ciuica pro trepidis cùm tulit arma reis.
Scimus, & ad nostras cùm se tulit impetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui.
Si licet, & fas est, vates rege vatis habenas:
Auspicio felix totus & annus eat.

bat, rursus Germanici fauorem petit. *Annue.*] faueas, aut nutu assensum præstes, quod annuere per duplex nn significat: cum per hn, contrarium ostendat. *Conanti ire per laudes tuorum:*] G mihi, qui conor celebrare laudes Cæsarum, & per translationem a viatoribus & deambulantibus, ire per laudes dixit. *Excute,*] excutias & repellas. *De meo corde metus pauidos.*] metum, quo nunc meum cor pressum teneor. *Pauidos.*] ab effectu: quia qui metuit, expauescit.

syllaba producatur, quæ videtur in verbo Dederis corripi debuisse. sustentatur enim cæsura, cum syllaba vnde pes incipit, terminet partem orationis: vt, Dum sanguis inerat.

Vt Clario missa legenda deo.] Apollini, à Claro oppido, quod est in finib. Colophoniorum: vnde Apollo Clarius dicitur, correpta antepenultima: vt, Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis. Strabo geographus: Postea est Galesius mons, & Colophon ciuitas Ioniæ, & ante eam Apollinis Clarij lucus. Sunt qui à Claro insula, quod non placet, Cla-C rij nomen deductum existiment: in qua Phœbus Cassandræ vaticinandi artem dicatur tradidisse. Vnde eam putant à Lycophrone Clarismimallonem appellatam. Non omittendum hoc loco, quod ait Plinius, Colophone in Apollinis Clarij specu lacunam esse, cuius potu mira redduntur oracula, breuiore vita bibentium. Hinc Macrobius, apud Ligyreos ait in Thracia adytum Libero consecratum, ex quo redduntur oracula, plurimo mero sumpto: vti apud Clariũ, aqua epota effantur oracula. *Quæ sit enim culti facundia sensimus oris.*] Conciliat sibi Germanicũ, laudans eum ab oratoria & poëtica facultate. * *Ciuica*, cum defendisti reos in foro. De hac re Suetonium vide in Caligula, quòd & centumuirales causas egisse, & Græcas comœdias scripsisse Germanicum tradit. *Ciuica arma*, causarum defensiones, quibus in ciuitate vtimur. Ciuica & hostica maiores dixerũt, deno-D de ciuilia & hostilia. *Pro trepidis reis.*] Rei dicuntur non modò qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur. Huic enim vocabulo, teste Festo, à re nomen inditum est. Etsi alij rei stipulandi, alij promittendi, auctore Modestino iurisconsulto, à quo Festus aliqua in parte dissentit. Nonius reos inquit esse, non solum criminis & culpę obnoxios, quales hoc loco accipim* (vnde auctor addidit trepidis) sed etiã hasce eis vel voti debitores: vt, Constitui ante aras voti reus.

Nostras artes,] Poëticas. Constat enim, Germanicum inter studiorum suorum monumenta reliquisse comœdias Gręcas: Vnde illud est, Non potes officium vatis contemnere vates, Iudicio precium res habet ista tuo Qui (nisi te virtus aperta ad maiora tulisset) Gloria Pieridum lumina futurus eras. Huic tamen, vt ait Suetonius, omnes corporis, animique virtutes, & quantæ nemini cuiquam contigerunt: E forma, & fortitudo egregia, conciliandæ hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum & efficax studium, ingenium excellens, ita vt & reliquerit comœdias, quas diximus, & orauerit causas etiam triumphales. *Si licet, & fas est, vates rege vatis habenas.*] Quia non decebat tantum imperatorem poëtæ nomine appellari, cum diuersarum rerum artifex nominetur à nobiliore subiecto, & haudquaquam par gloria scriptorem & auctorem rerum sequatur, vt in Cat Salustius tradit.

PAVL. *Cæsaris*] Potest hoc & ad Iulium Cæs. referri, & ad Augustum: quorum alter relatus in deos, alter relatum comprobauit, & templa multa sacrauit, pluresque dies statos instituit, & deorum cultum reformauit. *Alij*] poëtæ scilicet. F *Canant*] cantando scribant. *Arma Cæsaris:*] bella per Cæsarem gesta & confecta. & est denominatio, cum instrumentum pro re ponitur. *Nos,*] canamus scilicet. *Aras Cæsaris:*] aras quæ Cæsari dedicatæ sunt, ob eius merita: vel quas ipse viuens, aut Augustus consecrasset. & cum aris, sacra quoque ab eo instituta. *Et canam quoscunque dies,*] festos scilicet. *Ille,*] Cæsar. *Addidit sacris:*] festis sacra referentibus, vel quos ipse sacros & festos esse instituerit, vel quos meritis suis sacros fecerit. *Annue*] Quo audentius scri-

paucescit. Metuebat enim poëta aliquid in publicũ edere, cũ ingratus esset eius labor ob artem quam scripserat, etiam cum cogitaret ad quem scriberet. *Da mihi:*] esto mihi H benignus, quo vires in carmina suggerentur, cum à teipso pendeat ingenium meum. *Da te placidum mihi:*] concede te nunc mihi pacatum, quietum & benignum. *Dederis vires in carmine.*] si benignus eris, erunt & mihi vires ad scribendum & In carmine, & In carmina, rectè dicimus. Lucanus: Tu satis ad vires Romana in carmina dandas. Dederis vltima syllaba longa protulit, vti à veteribus grammaticis præceptum est: velut constat ex Diomedeis monumentis, quæ differre præteritum à futuro subiunctiui volunt in hoc, vt eis præteriti breue sit, futuri longum. sic penultima primæ & secundæ personæ numeri multitudinis. Inde est illud, Vitam dederitis in vndis. & Ennius dixit: Nec mi aurum posco, nec mi precium dederitis, & Ouid. ipse in libro de Ponto, in eleg. Ite leues elegi: Et maris Ionij transieritis aquas. & in eadem elegia: Copia nec vobis I vlla prohibente videndi Consulis, vt limen contigeritis, erit. & sæpe aliàs eodem modo vtimur. Horatius quoque in carminibus, Dederis, longum fecit: Cuncta manus auidas fugiunt hæredis, amico Quæ dederis animo. *Ingenium,*] meum scilicet. *Stat & cadit vultu tuo:*] quasi pendens à vultu tuo firmum & validum erit, si tu mihi pacatior & lenior eris. *Concidet.*] si tu eris subitarior, ergo pacatior esto. *Pagina.*] Commendatio Germanici à doctrina, quòd horrescant qui sua scripta censuræ illius supponunt, ac si Apollinis iudicium essent subituri. *Pagina subitura iudicium docti principis:*] liber hic meus, seu poëmata nostra ventura sub tuam censuram, qui princeps es doctus & eruditus. *Mouetur.*] commouetur, & horrescit, ne quo errore possit annotari. *Vt missa legenda Clario deo:*] ac si apud Apollinem legenda mitteretur, qui Clarius dictus est K à Claro oppido in Ionia, non longè à Colophone: & à Claro insula, vbi summa religione colebatur. Paginæ, Pompeio teste, dictæ quòd in libris suam quæque obtineant regionem, vt pagi: vel à pangendo, quòd in illis versus panguntur, id est figuntur. *Quæ sit.*] Commendatio Germanici ab eloquentiæ laudibus, cum sæpe reos defendisset: & vt Suetonius ait, causas orasset etiam triumphales. *Sensimus enim:*] vidimus, aut audiuimus *Quæ sit facundia culti oris,*] eloquentia oris exculti & ornati. *Contulit arma ciuica:*] ciuilia, hoc est ciuiles defensiones in foro, seu cum causas ciuiles egit. *Pro trepidis reis*], pro his qui alicuius criminis iudicibus essent accusati: trepidantibus, hoc est metuentibus ne morte damnarentur. Reus enim, à re * debenda dicitur & maior dat laudi Cicero iuuenibus, reos defendere. *Scimus.*] Nunc ab e- L loquentia commendat. erat enim & clarus orator, & poëta illustris, de quo Tranquillus: Omnes Germanico corporis animique virtutes, & quantas nemini cuiquam contigisse satis constat. formam & fortitudinem egregiam, ingenium in vtroque eloquentiæ doctrinæque genere præcellens. & paulo post: Inter cætera studiorum monumenta reliquit & comœdias Græcas. Poëtam igitur ostendit, cum ostendat comicum. *Scimus quanta,*] quàm magna. *Flumina currant ingenij tui:*] quasi quàm magnum & quàm fertile ingenium habeas: per translationem locutus est, ab aquarum copia ex vberrimo flumine: cum ita exuberaret illius ingenium. *Cum impetus,*] hoc est scribendi ardor. *Tulit se ad nostras artes.*] ad poëticen ipsam hoc est, cum subit ille ardor poëmata

* Fortè defendenda.

A scribendi. Impetus enim ardor seu desiderium est: inde in Herоid. Est mihi per sæuas impetus ire feras. *Si licet*] Cum à poëtice commendarit, petit vt poëta poëtam regat ac si diceret, si non vis vt princeps, saltem faueas vt poëta. & cum pu lore locutus est, ne temeritatis argueretur. *Si licet,*] quo ad humana. *Si fas est,*] quo ad diuina. *Tu vates rege habenas vatis*] id est, rege ingenium meum. per translationem ab equis sumptam, qui habenis, hoc est loris, reguntur. *Vt totum annum,* quem ego scripturus sum. *Eat felix auspicio* fauore tuo, quasi felix: te mihi fauente sit auspicatus annus.

T Empora digereres cùm conditor vrbis, in anno
Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis quàm sidera, Romule noras:
Curáque finitimos vincere maior erat.
Est tamen & ratio, Cæsar, quæ mouerat illum:
Errorémque suum quo tueatur, habet.
Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.

ANTON. T*Empora digereres.*] Narrationis initium est. Vbi meminisse debemus, quod vt ait Plinius, dierum anni solisque motus prope inexplicabilis ratio est. Quare & Sosigenes a Cæsare Dictatore ad redigendos annos ad solis cursum adhibitus, errores suos sæpe correxit: & non solùm apud Romanos regnante Romulo, sed apud Græcos quoque annus ignorabatur solis itineri congruens: quem quidam putant primus omnium hominum Ægyptios comperisse, & in menses duodecim, ait Eusebius, diuisisse. ad quos, teste Strabone, Eudoxus, cuius suprà meminimus, cum Platone profectus est: necnon & Thales Milesius, quem nonnulli (autore Laertio) primum ferunt annum in 365. dies diuisisse. Romani igitur, auctore Romulo, annum decem mēsium habuerunt, à Martio auspicantes, adeò vt eius die prima aris Vestalibus ignes accenderent, laureas mutarent, senatus & populus comitia agerent, matronæ seruis suis cœnas ponerent, vt honore promptius obsequium prouocarent. Hunc primum anni mensem fuisse, illud testatur, quòd mensis qui ab hoc quintus est, Quintilis dicebatur: deinde numero decurrente, december intra diem trecentesimum quartum, anni circuitum finiebat. ita vt sex menses 30. quatuor verò reliqui vno ac triginta diebus expedirentur. Et Martium anni principium habere voluerunt, propter Martem suæ gentis auctorem, qui ex Ilia Romulum ac Remum genuisse dicitur: vt, donec regina sacerdos, Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem. Fuerunt sanè nonnulli grammaticorum, teste Aulo Gellio, qui disputarunt, Homeri quoque ætate, sicuti Romuli, annum non 12. mensium fuisse, sed decem. Lege Plutarchum in Numa, qui etiam tradit duodecim menses fuisse sub Romulo, ac multos aliter sensisse, vt dicemus in secundo huius operis libro. *Conditor Vrbis.*] Inter autores de conditis vrbibus est tanta dissensio, vt ne vrbis Romæ quidem origo (vt ait Seruius) diligenter possit agnosci. Salust. enim, Vrbem Romam, inquit, condidere atque habuere initio Troiani, & cum iis Aborigines. Alij, autore Solino, sunt qui videri velint, Romæ ab Euandro vocabulum datum: qui cum oppidum primùm offendisset, quod extructum antea iuuentus Latina Valentiam dixerat, seruata significatione impositi prius nominis Romā Græcè, id est Valentiam nominauit. secundum quos ait Virg. Tum rex Euandrus Romanæ conditor arcis. Alij dicunt, Troia capta quosdam ex Achiuis in ea loca vbi nunc Roma est, deuenisse per Tyberim: deinde suadente Roma, nobilissima captiuarum, quæ iis comes erat, incensis nauibus posuisse sedes, struxisse mœnia, & oppidum ab ea Romam appellasse. Alij scribunt, Romam non captiuam fuisse, sed ab Ascanio natam, Æneæ neptem. Cæterùm Varro auctor diligentissimus, cum quo penè omnes historiographi sentiūt, Romam à Romulo conditam dicit: quam is de suo nomine (vt ait Festus) ideo Romam, non Romulam appellauit, vt ampliore vocabuli significatu prosperiora suæ patriæ ominaretur. Lege Decadem primam earum quas Pomponius scripsit, hoc tempore, vbi nihil ad Vrbis originem attinens prætermisit, historicus doctissimus & poëta. Illud autem Promathionis ne referri quidem dignum existimauerim, qui memoriæ prodidit, Romulum & Remum Æneæ filios infantes in Italiam fuisse delatos: vbi mersis nauibus mansere incolumes, & Romam à fortitudine nuncuparunt. *Scilicet arma magis quàm sidera Romule noras*] Plutarchus auctor est, Romulum acrem, bellicosum, ac penè bellandi amore insanum fuisse. quem Festus Romulum inquit, à rubore nominatum. Eundem tamen nō rerum rudem fuisse, quidam memoriæ prodiderunt. Sed quoniam horrentes sunt disciplinarum labores (vt à Plat. traditum est) ignorauit rex acri quidem ingenio, sed agresti, atque in reb. bellicis occupato, solem, e cuius cursu annus colligitur, non ante trecentesimum ac sexagesimum quintum diem, abundante insuper quadrante, ad eundem à quo incœpit zodiaci gradum reuerti. Cuius rei non ignarus Cæsar Augustus, annuo iampridem à Numa Pompilio in duodecim menses distributo, additis Ianuario ac Februario: posteáque à Iulio Cæsare ad cursū solis accommodato, & aliorum negligētia conturbato atque confuso, rationem temporum non sine maxima sua laude fundauit, intercalantiū correctis erroribus. Nec nos moueat, quòd quædam à maioribus nostris tradita, astrologorum ætatis nostræ computationibus non respondent. Facit enim id & 8 sphæræ motus, & quadrantis longitudo, superabundantis temporis modum excedens: & intellecta quidem, sed ideo spreta, quòd & paruum temporis superabundat, & sex horæ quater ductę conficiunt integrum diem. Nec falsum est quod Plutarchus docet, inæqualitatem temporum, vel hoc tempore quo ad summum astrologiæ peruentum est, mathematicorū peritiā vincere, ita vt eorum numeri ac supputationes persæpe fallantur.

Quod satis est vtero matris dum prodeat infans.] Medici ac philosophi illustres opinantur, postquam mulieris vterus conceperit semen, esse hominem gignendi summum finem decem menses. Vnde illud est Plauti in Cistellaria: Tum illa quam compresserat decimo pòst mense exacto, hic peperit filiam. & P. Scipionem, qui prior Africanus appellatus est, decimo mense legimus in lucem editum. Qua opinione adduci Romulus potuit, vt annum in decem menses diuideret. Plinius tamen scribit, vsque ad initia decimi vndecimíque gigni hominem: & Varro, vndecimo mense aliquando nasci posse hominem putat, eiúsque sententiæ Aristotelem laudat autorem. Idem tamen Romanos ait existimasse, nono tantum mense aut decimo secundum naturam fieri partionem: nam septimo rarò fit, octauo nunquam. licet octauo, idem Varro, & Plinius, sensisse aliter videantur. Quod nemini mirum videri poterit, qui leget Aulum Gellium libro tertio Noctium Atticarum. Sanè Pythagoras, teste Laërtio, dicebat intra septem, aut nouem, aut decem vt plurimum menses consummatum atque perfectum infantem gigni. & Saturnum Apollodorus ait, auctore Macrobio, alligari per annum laneo vinculo, & solui ad diem eius festum, id est mense Decembri: quo significabant, decimo mense semen in vtero animatum in vitam grandescere, quod donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. Maiores nostri ab hoc numero magna quædam decumana dixere, vt Albēsia scuta, quæ amplissima fuerunt: item decumana oua, & decumanos fluctus. Ouum enim decimum maius nascitur, & decimus fluctus fieri maximus dicitur, auctore Festo.

PAVL. *Tempora*] Nunc aggreditur anni rationē, quem alij aliter obseruabant. nam vt est in Saturnalibus apud Macrobium, Arcades annum tribus mensibus explicabant, Acarnanes sex, Græci cæteri 354. diebus computabant, Romani decem mensibus à Romulo. Herodotus Ægyptios duodecim mensibus annum habuisse refert. De his idem Macrobius: Anni certus modus apud solos Ægyptios semper fuit. Plinius tamen lib. septimo inquit, Annum æstate vnum determinabant, alterum hyeme. Alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere. quidam lunæ senio, vt Ægyptij. Itaque apud eos aliqui singula millia annorum vixisse produntur. Licinius Macer, & L. Fenestella, annum duodecim mensium fuisse scribunt: cui sententiæ repugnat december, qui vltimus erat, & decimus est à martio, cum menses à numero dicerentur. Mar. Varro, & Fuluius Nobilior, & Iunius Gracchus, scribunt numerum mensium Romanos à Latinis accepisse. Annum autem duplicem esse constat, naturalem & ciuilem: alterum secundum cursum astrorum, alterum arbitrio gentium. Vnde & Cares, sicut Acarnanes, semestrem habebant annum. Hebræi cum ad lunā regerentur, differentes annos cōputabant: alterū duodecim, alterū tredecim mensiū: vt geminus illis annus 5. & 20 lunæ cursib. compleretur. Lauinij quoque tredecim mensiū annus fuit, at Albæ decem. vnde fortè Romulus suum decem mensium esse voluit, primúmque Marti patri dicauit. Numa ve-

A rò duos menses addidit, Ianuarium, quem primum instituit: & Februarium, quem vltimum. sed à Decemuiris post Ianuarium Febr. numeratus est. Verùm Ful. hos duos menses à Tarquinio Prisco additos retulit. Sed cum deprehensus esset error, quòd annus non certo ordine seruaretur, cœpit Græcorum more multorum dierum intercalatio fieri, vt ad naturalem cursum annus redigeretur: qui est 365. dierum & quarta parte diei Data est cura pontificibus, qui rem deprauarunt. Inde Cæsar pont. max. in tertio consulatu, cum haberet collegam M. Æmilium Lepidum, adhibito Sosigene Figulo eius artis peritorem emendauit: intercalares dies 64. addidit nouembri & decembri, & annum ciuilem formauit ad solis cursum, sublato omni mense intercalari: & diebus 355. quibus constabat prius ciuilis annus, addidit decem: & propter quartam partem diei, quæ erat ad supplementum,
B instituit, vt quarto quoque anno mense februarij adderetur dies vnus: & cum intercalatio fieri deberet, desinente anno, sacerdotes faciebant incunte anno 4. & rursus erratum est 36 annis. Augustus Cæsar perspecto sacerdotum errore, emendauit annum, M. Censorino, & C. Asinio Gallo Coss. Si quis plura de anno velit, perlegat Censorinum & Macrobium: à quibus nos pauca de multis excerpsimus. *Conditor Vrbis.*] hoc est Romulus, qui vrbem condidit, de quo suo mense dicetur. *Cum digereret tempora:*] disponeret & ordinaret annum ciuilem, & menses. *Constituit esse bis quinque menses in anno suo,*] à se digesto, constituit annum suum esse decem mensium. *Vrbis*] Vrbs est, secúdum Marcellum iurisconsultum, Roma, quæ muro cingeretur: vt Alphenus ait, Roma est quantum continentia ædificia essent. Paulus iurisconsultus: Vrbis, inquit, appellatio muris continentibúsque ædificijs finitur. Pomponius iurisconsultus de Verborum significatione: Vrbs ab vrbo appellata est: vrbare est, aratro diffinire. & Varro ait, Vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet. Inde est apud Virgilium, Vrbem designat aratro & inferius libro quarto: Apta dies legitur qua mœnia signet aratro. & paulo pòst: Ille tenens stiuam designat mœnia sulco. *Menses:*] Mensis ἀπὸ τῆς μήνης. quod est luna. Nam lunæ ratione mensis constitutus est. Vnde Varro: Mensis à lunæ motu dictus, dum ab sole profecta rursus redit ad eum luna Ægyptij quoque Menam vocauere lunam, Herodoto teste. *Scilicet.*] Apostrophat ad Romulum verba, quòd rei militaris magis quàm astrorum peritia valeret. *O Romule, scilicet,*] certè. *Magis noras,*] cognoueras. *Arma,*] rem ipsam militarem, & bella. *Quam sidera:*] quàm siderum & cœli rationem. & tamen
D legimus, cum Gabius philosophiæ dedisse operam, & astrologicæ disciplinæ non fuisse expertem. *Et erat maior cura vincere finitimos:*] magis curabas subigere tuo imperio eos qui propinqui essent regno tuo, quàm curares cœlestia. Vicerat enim Romulus Fidenates & Veientes: & primus arma Ioui Feretrio retulit, obtruncato Ceninensium rege. Et tamen non sine ratione Romulus in decem menses annum digessit. Hic enim duplicem rationem affert: altera, quòd fœmina decimo mense pariat: altera, quòd decem mensibus vxor iam vidua ab obitu viri lugubris se domi contineat. In tertio tamen libro triplicem rationem
G ostendit, ita inquiens: Annus erat decimum cum luna receperat orbem, Hic numerus magno tunc in honore fuit. Seu quia tot digiti per quos numerare solemus, Seu quia bisquino fœmina mense parit: Seu quòd ad vsque decem numero crescente venimus, Principium spacijs sumitur inde nouis. *O Cæsar,*] Germanice. *Est tamen ratio*] quæ illum Romulum mouerat, ad annum ita digerendum: quia cum aliqua ratione ab eo est factum. *Et habet quo tueatur*, defendat & sustentet. *Suum errorem:*] habet quo pacto possit se defendere, ab eo quòd errasse in anni computatione dicitus. Quod satis statuit Romulus, hoc temporis esse satis anno: illud tempus esse satis ad ciuilis anni computationem. *Quod est satis vtero matris,*] aluo seu ventri materno. *Dum*] id est vsque quo. id enim Dum significat. *Prodeat infans.*] exeat infans de matris vtero.
H Prodeat dixit, quia prodeunt infantes ex vtero, capite. qui verò pedibus exirent, Agrippæ vocantur, Plinio teste, quasi ægrè parti. Hi infelices, præter paucos à Plinio relatos. Et vt de partu aliquid dicamus, variam esse humani partus sententiam, Gellius inquit: vbi mulieris vterus semen conceperit, homines septimo mense gigni, nonnumquam octauo, sæpe nono, sæpius decimo, eúmque dixerunt summum finem gignendi. Marcus Varro, quod etiam testatur Gellius nonnumquam octauo nasci hominem, & interdum vndecimo, Aristotelem laudat auctorem. Romæ cum fœmina bonis honestisque moribus nec ambigua pudicitia, mense vndecimo post mariti obitum peperisset, decretum diuus Hadrianus fecit, vndecimo mense edi posse, propter hæreditates. Refert Plinius libro septimo, Vestiliam C. Herditij, Pomponij & Orphici, clarissimorum
I ciuium coniugem, ex his quatuor partus enixam, septimo semper mense peperisse: Suillum Rufum 6. Corbulonem 7. Cæsoniam C. principis coniugem, octauo, in quo mensium numero, genitis intra quadragesimum diem maximus labor, grauidis autem quarto & octauo mense letales in his abortus. Massurius auctor est, L. Papyrium prætorem secundo cohærede lege agente bonorum possessionem contra eum dedisse, cum mater partum 16. mensibus diceret tulisse: quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videtur.

Per totidem menses à funere coniugis vxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.
Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Cum rudibus populis annua iura daret.

ANTON. *Per totidem menses à funere coniugis vxor Sustinet in vidua tristia signa domo.*] Antiqui olim in luctibus, quemadmodum & nos hodie, atris vestibus vtebantur. Statius in Syluis: Ipse etenim tectum nigræ solatia pompæ, Spectaclúmque vrbi scelus & puerile feretrum Produxi. Varro de Vita patrum: Amiculo nigello, capillo dimisso sequerentur luctum. Hinc Thetis apud Homerum ad Iouem itura, cum filium breui ad Troiam periturum deplo-
E raret, velo nigerrimo se operuit: & Crassus ille prædiues murenam in piscina domus mortuam atratus luxit. Is enim color nocti similis est, quam amant lugentes, dicti (vt quibusdam placet) quasi lucis egentes. Statius in sexto Thebaidos: noctémque diémque Assimilant maculis internigrantibus albæ. Viduæ igitur à virorum interitu per decem menses atratæ, signa tristitiæ sustinebant: nec licebat per leges, vt ait Plutarchus, cuiusquam earum nuptias celebrari, ante decimũ mẽsem à viri morte. Quare op⁹ fuit senatus decreto vt Antonij & Octauiæ nuptiæ firmarentur: quoniam ea C. Marcellum, cui nupta fuerat, lugebat. Statuit autem Numa Pompilius, vt quæcunque ante decem menses à viri morte nupsisset, vaccam prægnantem immolaret. Legimus & apud Plutarchum in quæstionibus, mulieres in luctu olim albis vestibus vti solitas, quas Æginæ induerunt aqua lotas, vt I-
F socrates scripsit. Vsi etiam sunt aliquando maiores nostri pellibus, diebus luctus, auctore Festo. *Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini.*] Purpuræ vsus, autore Plinio, Romæ semper fuit. sed Romulo in trabea, quam togæ speciem fuisse dubium non est, testibus Seruio & Plutarcho. Non autem concedebatur vti purpura, nisi summis viris. quam ob caussam Senatum Catoni Vticensi decreuisse accepimus, ludos inspicere veste purpurea. Tria autem sunt genera trabearum, vt Seruio placet, Suetonium sequenti: vnum dijs consecratum, quod
K est totum è purpura: aliud regum, quod est purpureum, habet tamen album mixtum purpuræ, fuitque (teste Virgilio) Romanorum regum insigne: vt, Et sellam regni, trabeamque insignia nostri tertium augurale, quod est è purpura & cocco. Et sciendum, quòd quamuis Plinius sentiat, togæ vsum regnante Romulo non fuisse, ac Tullum Hostilium tradat, toga prætexta & latiore clauo primum vsum esse, trabea tamen qua Romulus & alij reges vsi sunt, à plerisque scriptoribus toga dicitur. ab ea Trabeatus deducitur, nomen, non participium. caret enim tempore, vt tunicatus, paludatus.

PAVL. *Per totidem.*] Secunda ratio, quòd decem mensibus vxor vidua domi lugubris se contineat: quod inde sumptum volunt; à tempore scilicet quo latet infans in matris vtero.
L *Vxor:*] quæ vxor erat, sed quæ iam esse desijt. *Per totidem menses,*] per decem menses. *A funere coniugis:*] ab obitu viri, vel ab eo tempore, quo extincto viro exequiæ & iusta sunt soluta. *Sustinet in vidua domo:*] quia ipsa vidua, quæ iam viro diuisa. *Tristia signa:*] aut lugubres vestes, luctum indicantes: aut cupressos, quæ mortuorum domibus ponebantur, vt Pompeius ait: quia huius generis arbor excisa non renascitur: sic vt ex mortuo nihil est spectãdum. quam ob causam in tutelam Ditis patris putabatur: & Plinius subditis tutelæ esse ostendit. Sed illud aduertendum, in luctu mulieres albis vestibus indui solitas: de quo pluribus rationibus à Plutarcho differitur, problemate 25. *Hoc igitur.*] His rationibus motum Romulum inquit, cùm rudi populo rationem anni traderet. *Hoc igitur vidit,*]

A consideravit. *Cura Quirini trabeati,*] Romuli trabea ornati: vt regem decebat, id ille sua cura & diligentia observauit. *Cum dares iura annua,*] anni rationem aut, *Iura annua,*] de anno in annum. *Populis rudibus,*] nouis & inexpertis. *Trabeati.*] Trabeæ vestes togatæ dicuntur, purpura circumductæ, subtegmine puniceo, quas auteæ fibulæ annectebant: his reges induebantur. Trabea primùm Romæ Romulus vsus est. qua post exactos reges Romani viterius non sunt vsi, vt multi asserunt. Verùm Dionysius, ea i-dibus Quirinalibus equites vsos ostendit. Ante Romulum etiam illa Latini reges vtebantur. vnde Virg. Ipse Quirinali lituo, paruáque sedebat Succinctus trabea: cum de Pico loqueretur. Plinius etiam inquit, Trabeis vsos accipio reges. *Quirini.*] Quirinus Romulus dictus est, ab hasta, quæ lingua Sabina quiris dicitur. vnde inferius: Siue quòd hasta quiris, priscis est dicta Sabinis, Bellicus à telo venit in astra deus. Siue suo regi nomen posuere Quirites, Seu quia Romanis iunxerat ille Cures. Liu. à Curibus Sabinis Quirites dictos ait. G

> *Martis erat primus mensis, Venerísque secundus:*
> *Hæc generis princeps, ipsius ille pater.*
> *Tertius à senibus, iuuenum de nomine quartus:*
> *Quæ sequitur, numero turba vocata fuit.*
> *Ast Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbras:*
> *Mensibus antiquis addidit ille duos.*

ANTON. *Martis erat primus mensis, Venerisque secundus.*] Romulus primum anni mensem à patre suo marte, Martium: secundum Aprilem, ab B Æneæ matre Venere nominauit: quasi Aphrilem à spuma, quæ Græcis ἀφρὸς dicitur, vnde orta Venus creditur, quæ inde Aphrodita Venus vocatur: vt hi menses anni principia seruarent, qui nominati essent à Romanæ gentis autoribus. De quibus Martialis: Iam precor oblitus nostræ Vulcane querelæ, Parce, sumus Martis turba, sed & Veneris. Aliis placet, Aprilem dictum ab aperiendo: vt libro quarto latius dicemus. *Hæc generis princeps, ipsius ille pater.*] Rectè hic propiori, ille respondet summotiori. vt si dixeris: Odi Græcos & Hispanos: hos auaros, illos vitiorum omnium genitores. *Tertius à senibus.*] Maiú & Iunium quidam nominatos putant, illum à maioribus, C hunc à iunioribus: licet alij aliter sentiant, vt infrà docebimus. Romulus enim vrbem conditurus, pastores, inter quos adoleuerat, conuocauit. cúmque eorum numerus condendæ vrbi parum idoneus videretur, asylum patefecit, quò ea finitimis locis pessimus quisque confugeret: atque ita populum Romanum Romanum conflauit, legitque in senatum centum, qui ætate anteibant. de quibus ait Propertius Buccina cogebat priscos ad verba Quirites, Centum illi in prato sæpe senatus erat. Cúmque hi consilio, iuniores autem armis remp. tuerentur, placuit vt in honorem vtriusque partis tertius & quartus mensis nomen acciperent. *Quæ sequitur, numero turba vocata fuit.*] reliqui menses à numero nomen adepti sunt, vt Quintilis, Sextilis, September, October, Nouember, ac December: quorum vltimus Saturno à Romanis consecratus est, quem in inferorum deorum nu-D mero habuerunt. sed qui à Romulo Quintilis est dictus, postea in honorem Iulij Cæsaris Iulius appellatus est, quia hoc mense Iulius Cæsar natus dicitur. Deinde qui Sextilis antea vocabatur, ex senatusconsulto à Cæsare Augusto Augusti nomen accepit. Hi duo menses sunt, de quibus ait Virg. in Bucol. Et incipient magni procedere menses. Tentatum est autem, vt ex aliis quidam à nonnullis imperatoribus denominarentur, quibus is honor ademptus est, postquam humanis rebus excessere. *Ast Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbras.*] Numa Pompilius anno Romuli Ianuarium ac Februarium adiecit: atque vti autor est Liuius, ad cursum Lunæ in duodecim menses annum descripsit: quem quia tricenos dies singulis mensibus luna non explet, desúntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares mensibus interponendò ita dispensauit, vt anno vige-E simo ad metam eandem solis, vnde orsi essent, plenis omniú annorum spaciis dies congruerent. Et Ianuarium quidem primum anni mensem esse voluit, quòd in omnibus placeret rem vrbanam bellicæ in honore præferri, vt Plutarchus scribit in Numa. Quàuis nõnulli (vt quidé in Quæstionibus refert) dixerint, ideo Ianuarium cœptú primùm omniú numerari, quòd exactis regibus kalendis Ianuarijs primi consules creati fuerint. Is à Iano bicipite nomen habuit: qui siue genius, siue rex fuerit, dicitur ferum & syluestrem cultum in vrbanum ciuilemq; mutasse. Hic est, cui omne principium sacrauit antiquitas. Februarius verò dicatus est Februo Ditis patri, qui lustrationum potens creditur. Lustrabatur enim hoc mense ciuitas, qum statuit, vt iusta dijs manibus soluerentur. Deputatus quoque hic mensis est deis inferis, propter dies pares: sicut Ianuarius & Martius pro-F pter dies impares, dijs superis dicati sunt, quos delectat impar numerus. vt, Numero deus impare gaudet. Nec nos lateat, Februarium olim fuisse vltimum anni mensem, vt alibi latius dicemus: vnde anni intercalationi deputatus, teste Macrobio. Placet autem Seruio, Ianuarium aliquando fuisse penultimum. quod tetigisse putat Virgilium in 3. Geor. vt, Extremóque irrorat aquarius anno. *Mensibus antiquis præposuitq; duos.*] Quomodo præposuit, si Februarius vltimum anni tenuit locú? quia quod per alium facimus, per nos ipsos facere videmur. Decemuiri enim postea Ianuarium & Februarium à Numa additos coniunxere.

PAVL. *Martis.*] Annum Romulus à Martio mense inchoauit, Marti patri primum anni mensem consecrauit, secundum Veneri, tanquam Romani generis principi & parenti, quia Æneæ mater. vnde est illud Macrobij, Primum mensem à patre suo Marte, secundum ab Æneæ H matre Venere nominauit, vt principia anni seruarent, à quibus esset Romani nominis origo. Alij, eodem teste, putant Romulum, altiore prudentia, ita primos ordinasse menses, vt cum præcedens Marti esset dicatus, deo plerunque hominum necatori, secundus Veneri dicaretur, quæ vim eius quasi beneficio leniret. In duodecim zodiaci signis, cum primum signum aries Marti assignatus sit, sequens mox Venerem taurus accepit: & rursus è regione scorpius ita diuisus est, vt deo esset vtrique communis. Sed latius de his suis mensibus, & de ortu Romuli, suo locó dicemus. *Primus mensis:*] anni scilicet à Romulo constituti. *Erat Martis:* nam Marti consecratus. inde Martius dicebatur. Mars, Varrone teste, dicitur, quòd in bello maribus præest: vel quòd lingua Sabina Mamers dictus est, detractione syllabæ. Pompeius tamen inquit, Mamers mamertis, I idem lingua Osca Mars dicitur: & Mauors, quòd magna vortat, vt Ciceroni placet. *Et secundus,*] mensis scilicet.

Erat Veneris, Veneri consecratus. nam Aprilis dictus, quasi Aphrilis, ab ἀφρὸς. quod est spuma: cum ex maris spuma nata sit Venus, & inde dicta Aphrodite. Venus autem dicta, vt Ciceroni placet, quòd ad res omnes veniat. Sed de Venere, & de his qui volunt Aprilem ab ea dici, suo mense & lib. dicemus & quot fuerint Veneres. *Tertius.*] Refert Vectius Prætextatus in Theodosij Saturnalibus, Fuluiú Nobiliorem in Fastis, quos in æde Herculis & Musarú posuit, Romulum postquam populum in maiores iunioresque diuisit, vt altera pars cõsilio, altera armis rẽpub. tueretur, in honorem vtriusque partis tertium mensem Maium, sequentem Iunium vocasse. Sed de diuisione populi alijs locis dicemus, & de his quinto & sexto libro differemus. *Tertius* K *mensis,*] scilicet anni Romulei. *A senibus dictus est:*] nam Maius vocatus à maioribus, hoc est, à senioribus. *Quartus,*] mensis. *De nomine iuuenum:*] nam Iunius à iunioribus dictus, sed latius suo loco differetur. *Turba,*] mensium scilicet. *Quæ sequitur:*] hoc est, cæteri menses, qui subsequuntur. *Fuit notata numero:*] quasi vocata ab ordine numeri. nam quintus mensis Quintilis dictus, sextus Sextilis: inde September, October, Nouember, December. Verùm postea Quintilis Iulius, à Iulio Cæsare dictus est, & Sextilis ab Octauio Augusto Augustus. Inde Domitianus voluit à cognomine & nomine suo Septembrem Germanicum, & Octobrem Domitianum appellare. Sed eo mortuo, menses suis nominibus vocati sunt. *At Numa.*] Duos menses priori anno, Ianuarium & Februarium à Numa Pom- L pilio additos multi asserunt. Fuluius tamen Nobilior negare videtur, & Tarquinium Priscum addidisse refert. Verùm Vectius in Saturnalibus Macrobij de Numa referens, hæc inquit: Quinquaginta & sex dies in duos menses pari ratione diuisit, ac de duobus primum Ianuarium nuncupauit, primúmque anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem ac prospicientem transacti anni finem, futurique principia. Secundum dicauit Februo deo, qui lustrationum potens creditur. Lustrari autem eo mense ciuitatem necesse erat. Statuitque, vt iusta dijs manibus soluerentur. *At Numa:*] qui post Romulum regnauit, de quo postea latius. *Nec præterit:*] quasi non prætermisit. *Ianum:*] quia mẽsium numero admisit. nam ab eo Ianuarium

vocauit. Sed de Iano & eius mysteriis paolo post. *Nec a-mitas Vmbras.*] parentum, siue auorum animas: quia mentem instituit, quo illis parentaretur, hoc est, quo ficrent sacrificia pro mortuis. & Februariom mensem dixit a februo. & februare, purgare est. Sed de hoc secundo libro dicetur. *Ille,*] Numa. *Addidit duos menses,*] scilicet Ianuarium & Februarium. *Mensibus antiquis,*] decem mensibus à Romulo institutis. Aliqui legunt, Præposuitq; duos. sed videtur absurdum, quia non præposuit: nam februarium vltimum anni fecit, nisi dicas, si non præposuit per se, præposuit per successores. nam à Decemuiris Februarius post Ianuariom numeratus est.

Ne tamen ignores variorum iura dierum,
Non habet officium lucifer omnis idem.
Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.
Nec toto perstare die sua iura putaris:
Qui iam fastus, erit, manè nefastus erat.
Nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari,
Verbáque honoratus libera prætor habet.

Ille nefastus erit per quem tria verba silentur.] Numa, vt Macrobius tradit, dies omnes aut festos, aut profestos, aut intercisos vocauit. Festi dijs dicati sunt: profesti hominibus, ob administrandam rem publicam priuatámve concessi: quorom illos Corn. Tacit. sacros, hos negociosos vocat. intercisi, deorũ hominúmque communes sunt. Festis insunt sacrificia, epulæ, ludi, feriæ. Profestis fasti, comitiales, comperendini, stati, præliares: quorom significationem apud eundem Macrobium quære. Sunt autem fasti, teste Varrone, per quos prætoribus verba quædam legitima sine piaculo fari licet, siue in quibus ipsum ius fatur, id est dicitur, vt scribit Priscianus. Contrarij horum vocantur nefasti, qui teste Festo, N litera notabantur: per quos dies ea verba fari ius non est: & si prætores ea fati sunt, piaculum faciunt. Ea verba erant, Do, dico, addico. Do quidem dicebant, cùm dabant potestatem citandi aliquem: Dico, cum pronunciabant sententiam in causa quam cognouerant: Addico verò, cùm quis in iure cedebat. Fiebat autem cessio hoc modo apud prætorem: Is cui res in iure cedator, rem tenens ita vendicat: Hunc ego hominem, siue hanc rem ex iure Quiritium meam esse dico. Deinde prætor interrogat eum qui cedit, an contrà vendicet: quo negante, aut tacente, tunc ei qui vendicauerit, eam rem addicit. Sanè, auctore Festo, addicere est, idem dicere, & approbare dicendo. Inde addicti apud veteres dicebantur, qui prætoris pronunciatione ac iussu, cum soluendo non essent, creditoribus vendebantur, quos etiam annexos vocabant. Aulus Gellius auctor est, ex manifestis furibus liberos verberari olim, atque addici solitos, ei cui factum furtum esset, si modò id luci fecissent, neque telo se defendissent. Est etiam addicere, damnare. vnde addictos dicimus, morti destinatos. *Fastus erit, per quem lege licebit agi:*] Fastis diebus lege agi potest, cum populo non potest. Vnde ait Liuius, Numam dies fastos ac nefastos fecisse, quia aliquando nihil cum populo agi, vtile futurum erat. Illud quoque sciendum, ad rem militarem nihil attinere, vtrum fastus vel nefastus dies sit: sed ad solas id actiones priuatas respicere. Quare apud Macrobiom legimus: Adiectósque omnes à se dies fastos ominauit, vt maiorem daret actionibus libertatem. *Nec toto perstare die sua iura putaris.*] De intercisis diebus loquitur, qui sunt (vt diximus) deorum hominúmque communes. vnde ait Festus: Quando heros comitiauit, fas in fastis notari solet. & hoc videtur significare quando rex sacrificulus diuinis rebus perfectis, in comitium venit. Eorum dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere. nam cùm hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa exta, & proiecta, teste Macrobio, fari licet. rursus cùm adoletur, non licet. Quod Varro confirmat his verbis: Intercisi dies sunt, per quos manè & vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam cæsam, & exta proiecta, fas. Eam ob causam Romæ flamen dialis, qui vindemiam auspicabatur, cùm Ioui agna fecisset, vt idem Varro meminit, inter eius exta cæsa & proiecta vinum legebat. *Nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari.* Exta, vt Festo placet, ab extando dicta sunt: non quia diis maximè extantibus prosecentur, sed quòd ea diis prosecari soleant, quæ maximè extant eminentque. Extorum quæ elixa, & in ollis cocta fuissent, aulicocia dicebantur: quoniam aulas antiqui dicebant, quas nunc ollas dicimus, cùm nullam literam geminarent. In iis vbi cor non fuisset, pestifera auspicia dicebantur: similiter & cùm caput non erat in iecore. nam muta exta tunc vocabant, cum nihil ex iis diuinationis animaduertebant. Regalia, quæ petentibus insperatum honorem pollicebantur. Ea Veliternis Marti semicruda reddi consueuerant: quoniam ibi (vt scribit Suetonius) cùm Octauius Marti rem diuinam faceret, nunciata repentè hostis incursione, semicruda exta prosecuit, ac prælium ingressus, victor rediit. Quamobrē publico decreto Velitris cautũ est, vt in posterũ simili modo Marti exta redderetur. Plutarch. in Quæstionibus auctor est, sacerdotibus olim vetitum crudam carnem tangere: quoniam ea neque animal est, neque obsonium. & quod recens & crudum est, aspectum nequaquam purum & impollutum habet, sed vlcerosum & molestum. *Verbaque honoratus libera prætor habet.*] Prætoris auctoritas tāta olim fuit, vt quod ipse edixisset, ob eius honorem ius honorarium diceretur. Quare prætor, vt quibusdam videtur, à præeundo: vt Nonio placet, à præeundo nomen accepit, quòd populo præiret, cui regia insignia, consularéque ferme apparatus traditi sunt. De hoc Cicero in epistola ad Plancum: Placuit nobis, vt statim ad Cornutum prætorem vrbis literas deferremus: qui, quòd consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Sanè prætor non semper pro eo accipitur, qui iura dicit: sed etiam pro omni magistratu, cui paret exercitus. Vnde prætorium dicitur eius tabernaculum: & cohors prætoria, quæ à prætorio non discedebat: & porta prætoria, qua educebatur exercitus. Romani aliquando vnum tantùm prætorem habuerunt, qui vrbanus vocabatur. Deinde peregrinorum multitudine vndique in vrbem confluente, alterum creari placuit. qui quòd inter peregrinos ius diceret, Peregrinus appellatus est. Crescente verò imperio, tot prætores adiecti sunt, quot sibi populus Romanus prouincias subegisset.

Ne tamen] Generalia quædam relaturus est, quæ in omnibus contingunt mensibus: præsertim non esse eiusdem officij dies omnes, sed aliud alij conuenire.

Tamen ne ignores,] ergo scias. *Iura.*] potestates seu officia. *Variorum dierum.*] nam vt varij nomine, varij, tempore, ita varijs officijs attributi. *Non omnis lucifer*] Partem pro toto posuit: nam principium diei, pro toto die. vel erit denominatio, cùm ab eo quod facit, id quod fit intelligitur: vt hic, cùm luciferum pro die posuit, aut pro diei principio. *Lucifer,*] qui à Græcis φωσφόρος dicitur, stella est Veneris: quæ cùm solem antecedit, vt Cicero inquit, lucifer: cùm sequitur, vesper vocatur. De ea multa refert Plinius lib. 2. *Ille nefastus.*] Macrobius cùm de diuisione dierum agit, Numam inquit, vt in menses annum, ita in dies mensem diuisisse: diésque omnes aut festos, aut profestos, aut intercisos vocasse. Festos diis dicatos esse, quibus insunt sacrificia, epulæ, ludi, feriæ: Profestos hominibus, ob administrandam rem priuatam aut publicam concessos. his insunt fasti, comitiales, comperendini, stati, præliares. Intercisos deorum hominumque communes esse, sed in se non alia diuidi. Sunt tamen Intercisi dies, vt Varroni, & etiam ipsi Macrobio placet, per quos mane & vespere nefas ius dicere: medio autem tempore, inter hostiam cæsam, & exta proiecta, fas à quo quod factu intercidit, intercisi: aut quod intercisum, nefas. Sed de cæteris paulo pòst. Fasti, Var. auctore, dies sunt, per quos prætoribus omnia verba sine piaculo licet fari: nefasti, per quos nefas fari prætorē, Do, dico, addico. & si prudētia, vel imprudētia hæc tria verba emittuntur, piaculari hostia purgatur, qui emiserit prætor. si seruus fuerit manumissus, quia vbi libera erat, liber esto. Mutius ambigebat, eum expiari vt impium non posse. *Ille dies erit nefastus,*] cùm fari non poterit prætor. *Per quem,*] diem. *Silentur.*] prætore scilicet. *Tria verba.*] Hæc sunt illa tria verba, quæ à prætore proferebantur, ius dicturo, Do, dico, addico: hoc est, do leges, dico ius, addico diuo. nam addicere, Pompeio teste, damnare est. *Fastus erit:*] ille scilicet dies, per quem licebit, fas erit. *Agi lege*] hoc est, cùm poterit prætor ius dicere secundum leges & instituta. Nefasti dies hac nota signantur, Nefasti, sic, NP. *Nec toto.*] Erant dies, in quibus manè, cùm fieret sacrificium, ius non dicebatur, sic ea parte nefasti: perfecto autem sacrificio, cum prætor ius diceret, fasti. Sic dies nefastus manè, postea fastus. *Nec tu putaris*] quasi non arbitreris. *Toto die,*] die integro. *Perstare:*] perseuerare, seu firma esse. *Sua iura,*] iura ipsi

dici attributa. *Qui:*] ille dies, qui iam absoluto, scilicet sacrificio. *Erat fastus*, cùm fari poterit prætor. Manè, cum fieret sacrificium. *Erat nefastus* quia non licebat fari prætorem. Mane, Varrone teste, diei principium, quòd tum manet dies ab oriente. nisi potius, quòd bonum antiqui dicebant manum. ad cuiusmodi religionem Græci quoque cùm lumen affertur, solent dicere, φῶς ἀγαθόν. Idē ferè Pompeius. sic etiā Macrob. mane dictū, quòd ab inferioribus locis, i. manibus, exordiū lucis emergat: aut manè, ab omine boni ominis. *Nam simul.*] Ratio cur idem dies fastus & nefastus sit. *Nam simul.*] id est, postquam. *Exta sunt data deo,*] absolutum est sacrificium. Exta sunt ea interiora vitalia, ut cor, iecur, pulmo, & quæ prope hæc. dicta, Pompeio teste, quod ea diis prosecentur, quæ maxime extant eminéntque. *Licet omnia fari:*] quia potest fari prætor. *Et prætor honorato habet verba libera*, quasi liberè sine vllo piaculo potest fari. Prætor dictus, quòd præiret in iure & in exercitu. *Honoratus*] nam, vt Pomponius Iurisconsul. ius prætorium appellatur honorarium. Et Paulus de iustitia & iure, ius etiam prætoris honorarium dixit, seu honoratum, quia habet lictores & fasces more consulari. De prętore autem Pomponius de Origine iuris sic inquit: Prætor creatus est, cum consules auocarentur bellis finitimis, nec esset qui in ciuitate ius reddere posset. Hic primo vrbanus appellatus est, eo quòd in vrbe ius redderet. Post aliquot deinde annos non sufficiente prętore, eo quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alius prætor, qui peregrinus appellatus est ab eo, quòd plerumque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, & mox Sicilia, & Hispania, ac Narbonensi prouincia, totidem prætores, quot prouincię in ditionem venerant, creati sunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præessēt.

ANTON.

> *Est quoque quo populum ius est includere septis:*
> *Est quoque, qui nono semper ab orbe redit.*
> *Vendicat Ausonias Iunonis cura calendas,*
> *Idibus alba Ioui grandior agna cadit.*
> *Nonarum tutela deo caret: omnibus istis,*
> *Ne fallare caue, proximus ater erit.*

Est quoque, quo populum ius est includere septis.] diem dici comitialem, quo (teste Macrobio) cum populo agi licet. Nam cum fastis diebus (vt diximus) lege agi posset, cum populo non posset: comitiali die vtrunque poterat: quo (vt inquit Festus) in comitio conueniebant: qui locus à coeundo, id est, simul veniendo dictus: potestque per translationem septorum nomine appellari, vt hoc loco. Sunt autem septa propriè, vt ait Seruius, loca in campo Martio inclusa tabulatis, in quibus populus Romanus suffragia ferre consueuerat: quæ quoniam similia sunt ouilibus, aliquando & septa pro ouilibus, & ouilia pro septis poni solent. Scire autem debemus, quod ait Varro, licere quidem populo Romano diebus comitialibus ferre suffragia: nisi si quæ feriæ conceptæ essent, propter quas non liceret, vt compitalia Latinæ. *Est quoque qui nono semper ab orbe redit.*] Sunt & dies, qui Nundinales dicuntur, à nundinis, quæ a Romanis institutæ sunt, vt octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die ad mercatum legesque accipiēdas Romam venirent. Columel. Nundinarum etiam conuentus manifestum est propterea vsurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis administrarentur rusticæ. Itaque Macrobius appellat nundinas, ferias rusticorum. Et Festus: Nundinas, inquit, feriatum diem esse voluerunt, quo mercandi gratia in vrbem rustici conuenirent. De his Plin. lib. 18. Nam lust Nundinis vrbē reuisitabant, & ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Nundinas à nono die dictas esse, nemini dubium videri potest. Quare ait Plautus in Aulul. Coquus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire coctum. Similiter & Nundinam deam, quam ait Macrobius à nono die nascentium nuncupatam: qui Lustricus dicitur, quo infantes lustrantur, & nomen accipiunt. *Vendicat Ausonias Iunonis cura calendas.* Maiores nostri (vt inquit Plutarchus in Quæstionibus) annum Iouis, menses Iunonis esse existimarunt. Itaque omnium mensium calendæ Iunoni sacræ sunt, quæ inde à nonnullis dicitur Calendaris. Eam enim esse Dianam, quæ Luna est, à cuius cursu mensis colligitur, illud ostendit, quòd modò Dianam, modò Iunonem Lucinam dicimus, cum in plenilunio mulieres facilè partu leuari videantur. Virg. in Bucol. Casta faue Lucina. Terent. in And. Iuno Lucina fer opem. Dictæ autem sunt calendæ, à græco verbo καλῶ, i. voco, pro quo nos calare dicimus. Varro: Primi dies mensium nominati calendæ, ab eo, quòd iis diebus calentur eius mensis nonæ à Pontificibus. Olim enim (vt Macrobius docet) pontifex minor nouæ lunæ primum obseruabat aspectum: qua visa, regi sacrificandum esse nunciabat. posteàque sacrificio celebrato, idem pontifex calata, id est, vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quòd dies à calendis ad nonas superesset, pronunciabat. Vnde ipsa curia Calabræ nomen accepit. & quintanas quidem, dicto quinquies verbo: septimanas verò, repetito septies, prædicabat. Itaque eum diem, qui ex his qui calarentur, primus esset, calendas vocari placuit. Ideo autem minor pontifex numerum dierum, qui ad nonas superessent, calando prodebat, quia post nouam lunam oportebat nonarum die populos qui in agris essent, confluere in vrbem accepturos causas feriarum a rege sacrorum, sciturósque quid esset eo mense faciendum. Vnde quidam hinc nonas existimant dictas, quasi nouæ initium obseruationis. Licet alij sic eas nominari censeant, quòd ab eo die ad idus, nouem dies computentur. Adeo autem verum est, omnium mensium calendas sacras esse Iunoni, vt constet Ianum dictum esse Iunonium: quasi non solùm mensis Ianuarij, sed mensium omnium tenentem ingressus, qui sunt in ditione Iunonis. Calendæ apud Græcos nullæ fuerunt. vnde Augustus, teste Suetonio, cùm aliquos nunquam soluturos significare vellet, ad calendas Gręcas soluturos dicebat. Sunt qui calendas, quasi celandas dici existiment, propter lunæ occultationem, quæ vna est è tribus eius planetæ mutationibus, quæ singulis mensibus fiunt, vt Plutarchus in Quæstionibus tradit. Calendaria sacra, vt ait Seruius, si qua ratione dilata fuissent, reperi poterant, cùm anniuersaria differri atque iterari non possent. Lege Macrobium, vbi & alia quæ ad hanc rem attinent, pertractantur. Ausonias autem calendas, Latinas dicit: quòd Græci eas non habeant, vt diximus suprà. *Idibus alba Ioui grandior agna cadit.*] Idus quidem Ioui, nonæ verò nulli deo dicatæ sunt: quas tamen populus Romanus exactis regibus maximè celebrauit, nonarum diem Seruij Tullij natalem existimans. Dicitur autem idus ab iduando, quòd is dies diuidat mensem. Iduare enim lingua Hetrusca, est diuidere. Horatius in 4. Carm. Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. Alij putant idus dictas, quasi vidus, à videndo, quòd tunc plena luna videatur. Alij ἀπὸ τοῦ εἴδους, hoc est, à specie, quam tunc luna plenissime ostendit. Alij à Thuscis hoc nomen translatum volunt, qui item dicunt Iouis fiduciam. Nam cùm Iupiter sit lucis auctor, vnde vocatur Lucetius, ac Diespiter, rectè is dies idus vocatur, cuius lux non finitur cum solis occasu, propter plenilunium, quod in medio mensis fieri solet. Sanè idibus Ioui ouis alba mactabatur, dicebatúrque idulis, auctore Festo: vnde quidam idibus nomen inditum voluerunt. Ex hac hostia fieri albogalerum fieri solitum, quo diales flamines, id est, Iouis sacerdotes vtebantur, cui affigebatur apex virgula oleagina. Sciendum, calendas, nonas, & idus copulandis nuptiis religiosas, hoc est, deuitandas fuisse, auctore Macrobio: quòd ij dies præter nonas feriati essent, & feriis vim cuiquam fieri, piaculū foret. Nonarum aliam rationem apud eundem Macrobium lege. *Omnibus istis, Ne fallare caue, proximus ater erit.*] Dies qui sunt postridie calendis, nonas, idus, quos quidam prauè ac perperam nefastos appellant, atri, inominales, siue impediti, ac religiosi sunt, hoc est, tristi omine, infames, in quibus nec quoquam exire, nec peregrè proficisci consueuerunt, & rem diuinam facere, ac rem quampiam nouam exordiri temperabant: quibúsque nec Iouem, nec Ianum, nec quenquam superûm præfari fas putabant. dictique sunt Alienses, ac postridiani: quoniam Sulpitius tribunus militum ad Aliam diuersus, in Gallos pugnaturus (quod flumen ab vrbe 15. millibus passuum distat) rem diuinam dimicandi gratia postridie idus fecisse dicitur, posteàque ad Aliam cum exercitu vrbis fœdè pugnatum est. Qua de re cùm in senatu verba fierent, complures senatores recordati sese dixerunt, quoties belli gerendi gratia res diuina postridie calendas, nonas, idus, à magistratu populi Romani facta esset, eius belli proximo deinceps prælio rempub. malè gestam. Senatus eam rem ad pontifices retecit, vt ipsi quod videretur, statuerent. Pontifices decreuerunt, nullum his diebus sacrificium rectè futurum: eósque dies neque præliares, neque puros, neque comitiales esse. Alij postridianos dies atros, atque infaustos esse dictitant, quoniam infestis dicati sunt: cùm nonarum, ca-

PAVL.

A lendarum, atque iduum dies, qui principes appellantur, fasti ac sacri habeantur, sintque imparibus numeris terminati: contráque atri paribus terminentur. Lege Plutarchum in Quæstionibus. Dies atros nonnulli communes, velut ad emendationem nominis vocauerunt, teste Macrobio: in quibus etiam parentare nõn licebat, cùm in parentationibus præfari Ianum ac Iouem necesse sit, quos nominari atro die non oportebat.

PAVL. *Est quoque.*] De comitiali & nundinali die agit. Comitialis dies erat, cùm habebantur comitia, hoc est, cùm conueniebat populus ad creandos magistratus. Vnde Varro: Comitiales, inquit, dies dicti, quòd tum esset populus constitutus ad suffragium ferendum. *Est quoque,*] est etiam dies. *Quo est cum,*] in quo die est potestas *includere populum septis*] vocare populum in campum Martium vbi B septum erat, quo populus includebatur, cùm creandi essent magistratus. Et septa etiam dicuntur per metaphoram, ab ouili. nam & populum, pecudes: & gubernatorem, pastorem vocamus, vt Fabius meminit. *Est quoque,*] etiam dies.

Qui semper redit ab orbe nono: a nono solis circuitu, hoc est, à nono die. & de nundinali intelligit. Nundinæ tamen inter solennes ferias à Tito Quintio positæ non sunt. Institutas verò fuisse nundinas, Rutilius Gallus ait, vt rustici octo diebus in agris essent, & nono die repeterent vrbem pro sacris. Plinius tamen inquit: Rusticæ tribus nundinis vrbem reuisitabant, & ideo comitia nundinis habere non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Hæc ille. A nono autem die nundinæ dictæ sunt. Nono etiam die, qui dicebatur lustricus, antiqui nomina infantibus dabant: & de ea quæ in veneratione erat, nundinæ ab ipso die dicebantur.

C *Vendicat.*] Calendæ Iunoni, idus Ioui sacræ sunt. Primi dies mensium, vt Varro inquit, nominati ab eo calendæ, quod his diebus calentur menses. Calendæ etiam, vt idem meminit, Iunoni sunt attributæ. vnde Laurentes Iunonem appellabant Calendarem, eique sacrificabant à Martio ad Decembrem. Sed Romæ calendis omnibus regis vxor sacrificuli porcum vel agnam Iunoni immolabat, & minor pontifex in curia Calabria rem diuinam faciebat Iunoni. Dicunturque calendæ à calo, id est voco. vnde, Macrobio teste, ipsi curiæ, ad quam vocabatur, Calabræ nomen datum est. nam curia Calabra dicebatur. Sed attributas Iunoni calendas, & Varronis, & pontificalis confirmat auctoritas. Ratio est, quæ in Saturnalibus à Prætextato refertur. Cùm initium mensium maiores nostri ab exortu lunæ seruauerint, iure Iunoni calendas addixerunt, Lunam ac D Iunonem eandem putantes: vel quia Luna aërem meat. vnde Græci Lunam ἄρτεμιν, nuncuparunt ἀεροτόμον quòd aëra secat. Iuno autem aëris arbitra est. meritò initia mensium, id est calendas, huic deæ consecrarunt. Inquit ergo Poëta:

Cura Iunonis Vendicat,] attribuit sibi. *Calendas Ausonias*] Latinas, seu Romanas. Et hoc ideo dixit, quoniam Græci calendas non habent. Ideo Augustus, cùm aliquos nunquam soluturos significare vellet, ad calendas Græcas soluturos dicebat. νουμηνίας Græci principia mensium appellant. *Ausonias*] ab Ausonia, quæ pars erat Italiæ, in qua G sunt vrbes, Beneuentum, Cales, Terracina: ita dicta ab Ausone, Calypsus & Vlyssis filio. Nunc verò pro tota Italia accipitur. *Alba agna grandior,*] pinguis. *Cadit,*] immolatur. *Ioui,*] ad honorem Iouis. *Idibus,*] die iduũ. Quilibet enim mẽsis calẽdas, idus, & nonas habet. vt primi dies mensium sunt Iunonia, ita idus sunt Iouis. Et idus dictæ (vt inquit Varro) ab eo, quòd Hetrusci Itis, vel potius quòd Sabini idus dicunt. Aut dicuntur idus, quasi vidus, detracto v: quòd eo die plena luna videtur. Aut quia iduare apud Thuscos diuidere est: diuidunt enim menses, præcipuè nonas à calendis. Vel ab hostia eo die Ioui immolata, quam iduliam appellabant. Et Macrobius refert, nomen hoc à Thuscis esse, apud quos is dies Itis vocatur. Item illi interpretabantur Iouis fiduciam. nam cum Iouem accipiamus H lucis autorem (vnde & Lucetium Salij in carminibus canunt, & Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant: Romani Diespitrem, vt diei patrem) iure dies hic, Iouis fiducia vocatus, cuius lux cum solis occasu non finitur, splendorem diei & noctis continuat illustrante luna, quod semper plenilunio, i. in medio mẽse fieri solet. Diem verò, qui nocturnis caret tenebris, Iouis fiduciam Thusco nomine vocauerunt. Vnde & omnes idus, Iouis ferias obseruandas sanxit antiquitas.

Nonarum.] Nonis nulli deo sacrificatur, ideo sub nullius numinis tutela esse dicũtur. Nonæ (vt Varr. ait à pontificib. quintanæ & septimanæ dictæ. & ab eo quòd ante diẽ nonũ sunt, dicuntur: aut à noua luna, cùm pontif. ex eo die nouam lunam obseruaret, & visam regi sacrificulorum indicabat. Vnde nonæ, quasi nouæ lunæ initiũ: aut quòd ab eo die ad idus, nouẽ sunt dies. Verũ (vt diximus) sub tutela sunt nullius numinis, quoniã Iunoni & Ioui cõmunes relinquũtur. *Tutela nonarum caret deo.*] per hypallagẽ hoc est, nonæ carent tutela dei. *Proximus omnibus istis:*] hoc est, dies qui sequitur calendas, nonas, idus. *Erit ater,*] erit infaustus. I

Caue ne fallare,] ne decipiaris. nam postridianos dies calendarum, nonarum, Iduum, infœlices habendos censuit antiquitas, vt mox dicam. Dicerem rationem calendarum, iduum, & nonarum, nisi vel pueris notam quoque scirem.

Omen ab euentu est: illis nam Roma diebus,
Damna sub aduerso tristia Marte tulit.
Hæc mihi dicta semel totis hærentia fastis,
Ne seriem rerum scindere cogar, erunt.
Ecce tibi faustum, Germanice, nunciat annum,
Inque meo primus carmine Ianus adest.

ANTON. *Omen ab*] Quòd atri dies sint, ab eo quod in his euenit, obseruatum est, vti refert Aurelianus ille Vectius, cũ infeliciter dimicatum esset, vt apud Gellium est Annalium 15. & Cassium Heminam lib. Histor. 2. 36: vrbis anno à Milio & Aulo Posthumio trib. pleb. actum in senatu quid esset, quòd intra paucos annos toties erat afflicta respublica. Perquisiuit Licinius aruspex ex senatus præcepto, retulitque, Q. Sulpitium trib. pleb. postridie idus Quintiles con- E tra Senones dimicaturum sacrificasse: item ad Cremeram, multisque alijs in locis infœliciter dimicatum. Tunc Pontifex iubente senatu statuit, postridie calendas, idus, & nonas, dies atros habendos. Plutarchus aliam rationem affert, inquit enim: Cùm primi mensium dies sint dijs superis consecrati, ita sequentes inferis, quibus maiores purgationibus quibusdam vtebantur, & mortuis parentabant: sic & dies illos treis in mensibus principes, festos & statos posuerunt. Eos autem qui sequuntur treis, dijs manibus attributos, religiosos & infaustos habendos existimarunt. Ita Plutarchus inquit. Ego tamen miror: nam Fabius Seruilius minimè parentandum his diebus censet, quia Iouem & Ianum necesse esset inuocare, quos nõ licebat atris diebus nominare. Idem à Theodosio Aurelio refertur: qui etiam testatus, omnes postridianos dies fuisse nuptijs inhabiles, & ad omnia ma- F iores cauendos putasse. *Omen*] bonum scilicet dierum atrorum, qui sunt infausti & ominis, & augurij. Omen, quod ab ore hominis, vel à quocunque eius gestu: augurium verò, quod ab auibus captat. *Est ab euentu:*] ab eo quod his diebus accidit. Euentus enim pro casu ponitur. Cicero in libris de Diuinatione: Quid est, inquit, aliud sors, quid fortuna, quid casus, quid euentus, nisi cùm sic aliquid cecidit, sic euenit, vt vel non cadere atque euenire, aut aliter cadere atque euenire potuerit. *Nam Roma illis diebus*] postridianos: scilicet calendarum, iduum, & nonarum. *Tulit damna tristia:*] ab effectu tristia, quia tot Romani periere. K *Sub aduerso Marte,*] sub aduersis hostium armis: cum Mars aduersus Romanis, & fauens hosti. *Hæc mihi.*] Hanc dierum rationem, quæ omnibus inest mensibus, nunc in principio retulit, ne postea esset dicturus, & ob id rerum ordinem interrupturus. Hæc, quæ de diebus dixi. * Illa, inquit, communia semel dicta sufficiant. * *Hærentia totis fastis:* quæ inhærent omnibus mensibus, sic & fastorum libris. *Ne cogar scindere,*] interrumpere. *Seriem,*] ordinem rerum. *Erunt mihi semel dicta:*] quasi dixerim semel, non dicam postea. Et videtur hoc in loco Erunt habere aliquam præteriti temporis significationem, cùm dicat, Erunt dicta: quia iam dixit, & dicturus non est. Et Lucanus inquit: Nec cantia cladibus auctor Pœnus erit. Iam longè L antè fuerant clades illæ, & Pœnus Hannibal. Vox quidem futuri est, sed significatu videtur præteritũ respicere. Quod non solum nos dicimus, quia sunt, qui in nos ita dicentes inuehantur: sed Pomponius iurisconsult. de verborum significatione ita admonet: Erit verbum, inter dum etiam præteritum, non solùm futurum tempus demonstrat: cùm codicilli ita confirmati testamento fuerint, quod in codicillis scriptum erit: vtrúmne futuri temporis demonstratio fiat, an & præteriti, si antè scriptos codicillos quis relinquat.

Ecce.] De Ianuario mense acturus qui Iano dicatus est, eum adesse loquit bono omine. Ecce ô Germanice, Ianus nunciat tibi faustum annum. Solebant Ianuarij calendis bona omina & auguria captare: ideo inquit, Ianum oun-

A ciare felicem annum Germanico. *Et adest primus in meo carmine:*] nam hoc primo libro de eo agendum est.

PAVL. *Ne seriem rerum scindere cogar.*] Hæc, inquit, semel dixisse volui, ne per omnes menses reperita intersecent rerum dicendarum ordinem, & confundant.

IAne biceps, anni tacitè labentis origo,
Solus de superis qui tua terga vides:
Dexter ades ducibus, quorum secura labore
Ocia terra ferax, ocia pontus habet.

ANTON. *Iane biceps, anni tacitè labentis origo.*] Alloquitur Ianum, totius anni deum, à quo Ianuarius primus anni mensis numen accepit. Vnde huic deo calendis Ianuariis sacra publica celebrabant, quem constat nihil aliud esse, quàm chaos confusum, vt ait Hesiodus, ab initio vnitatem hiantem patentémque in profundum. Ideóque (vt loquit Festus) Iano primo supplicabant, velut parenti, & à quo rerum omnium factum putabant initium. B Eum nonnulli quadrifrontem esse volunt, propter annum in quatuor tempora diuisum: siue quòd is annorum mundique sator (vt ait Martialis) complexus sit quatuor mundi climata. Alij bifrontem dicunt, quasi superum & inferum ianitorem, vel quasi diei dominum, in quo ortus est & occasus. Vnde illud est Horatij: Matutine pater, seu Iane libentius audis. Licèt matutinus diei potuerit: quia rebus incipiendis præesse dicitur, quas frequentius matutino incipimus tempore. siue quia eo tempore commendaturi nos dijs immortalibus, primùm Ianum inuocare debemus, vt precibus nostris ad deos aditum præstet, & ianuam. Sunt & qui bifrontem Ianum fictum volunt, quia Græcus fuit, vt in monumentis proditum est. Plutarchus scribit in Quæstionibus: Cúmque in Italiam traiecisset, linguam simul & victum mutauit. Vel quia cùm Ianus in Italia regnaret, & C Saturnum à Ioue pulsum excepisset hospitio, ab eo edoctus vsum vinearum & falcis, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum redegit in melius: factúsque prudentior, geminam faciem pertulisse dicitur: vt quæ antè, quæque post tergum essent, intueretur. Alij dicunt, postquam Romulus & Tatius in fœdera conuenerunt, Iano simulacrum duplicis frontis effectum, quasi ad duorum imaginem populorum. Vnde is deus præesse dicitur fœderibus faciendis. Nonnulli Ianum Dianam esse volunt, quæ putatur viarum dea. Alij Apollinem: & ideo geminum, quòd exoriens aperiat diem, occidens claudat. Illud dubium non est, huic deo antiquitatē omne sacrasse principiū. Quare Varro ait, Iano quasi omnium mensium ingressus tenenti, duodecim aras pro totidem mensibus dedicatas. Anni autem deum esse, illud probat, quòd Plinius scribit, Ianum geminum à Numa D rege dicatum esse, digitis ita figuratis, vt trecentorum quinquagintaquinque dierum nota, per significationem, anni, temporis, & æui se deum indicaret. Nec nos moueant verba Plinij, qui anno tribuit dies 355. tot enim dierum annus aliquando fuit (vt scribit Solinus) regnante Numa, à quo Ianum eiusmodi dicatum accepimus. Sunt & qui Ianum ab eundo dictum tradiderunt: quòd mundus, id est cœlū, semper eat, dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens, in se refertur: ideóque & Eanus dictus est. Et apud Romanos spectabat in quatuor partes, vt eius simulacrum aduectum Phaleris ostendebat. De hoc deo infrà suis locis alia referentur. *Dexter ades ducibus:*] Cæsaribus, qui autores sunt tranquillitatis & pacis: qua, teste Suetonio, terra maríque parta, Ianus clausus est, vt alibi dicemus. * *Dexter ades.*] Precatio pro principibus & republica.*

PAVL. E *Iane*] Ianum inuocat, cuius mysteria & mensem relaturus est: de quo nos quoque multa actusi, autore vtemur Prætextato Macrobiano, qui in Saturnalibus de his disserit. Regionem istam, quæ nūc vocatur Italia, regno Ianus obtinuit: qui (vt Higinius tradit) cum Camese indigena terram hāc æquè possidebat, ita vt regio Camesena, oppidum Ianiculum vocaretur. pòst ad Ianum solum, regnum redactum est. Creditur geminam faciem prætulisse, vt quæ ante, quæque post tergum essent, intueretur: quod ad prudentiam regis, solertiámque referendum est. Mythici regnante Iano referunt, omnium domos religione ac sanctitate fuisse munitas, eique diuinos honores esse decretos, ob merita, introitúsque, & exitus ædium eidem consecratos. Xenophon Italicum tradidit Ianum in Italia dijs primùm templa fecisse, & ritus sacrorum instituisse, ideo in sacris præfationem F meruisse perpetuam. Physici eum magnis consecrant argumentis diuinitatis. Sunt qui Ianum eundem Apollinem esse, & Dianam dicant, & in hoc vno vtrumque exprimi numen affirment. Etenim sicut Nigidius refert, apud Græcos Apollo colitur, qui Θυραῖος vocatur, eiúsque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus & introitus demonstrantes potentem. Idem apud illos ἀγυιεὺς dicitur, quasi viis præpositus vrbanis. Illi vias quæ intra pomœria sunt, ἀγυιὰς appellant. Dianæ verò, vt triuiæ viarum omnium, eandem tribuunt potestatē. Apud nos Ianū omnibus præ- G esse ianuis, nomen ostendit, quod est simile. Θυραῖος cum claui & virga figuratur, quasi omnium & portarum custos, & rector viarum. Pronunciauit Nigidius, Apollinem Ianum esse, Dianámque Lunam, apposita d litera, quæ sæpe i literæ decoris causa apponitur, vt reditur, redintegratur. Ianum quidam Solem demonstrari volunt, & ideo geminum, quasi vtriusque ianuæ cœlestis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat: inuocarique primùm, cùm alicui res diuina celebratur, vt per eum pateat ad illum cui immolatur, accessus, quasi preces supplicum per portas suas ad deos ipse transmittat. Simulacrum eius plerunque fingitur manu dextra C C C. sinistra L X V. numerum tenens, ad demonstrandam anni dimensionem, quæ præcipuè est Solis potestas. Alij mundum, id est cœlum, esse voluerunt, Ianúmque ab eundo dictum: quòd mundus semper eat, dum in H orbem voluitur, & ex se initium faciens, in se refertur. Cornificius Etymol. lib 8. Cicero, inquit, non Ianum, sed Eanū nominat, & ab eundo. Apud nos in quatuor partes spectat, vt demonstrat simulacrum eius † Faleris aduectum. C. Bassus in lib. de dijs, Ianum bifrontem fingi ait, quasi superûm atque inferûm ianitorem. eundem quadriformem, quasi vniuersa climata maiestate complexū. Saliorū carminibus antiquissimis deus deorū canitur. M. Messala Gn. Domitij in consulatu collega, idémque per annos 55. augur, ita de Iano incipit: Qui cuncta fingit, eadémque regit, aquæ, terræque vim, ac naturam grauem atque pronam, in profundum dilabentē ignis atque animæ, leuē, immensum, sublime fugientē copulauit circundato cœlo, quæ vis cœli maxima duas dispares colligauit. In sacrísque inuocamus Ianū geminū, I Ianum patrem, Ianum Iunonium, Ianum Consiuium, Ianū Quirinum, Ianum Patulcium, Ianum Clusium geminum, quia vtriusque ianuæ cœlestis potentem, &c. Patrem, quasi deorum deum. Iunonium, quasi non solùm mensis Ianuarij, sed omnium mensium ingressus tenentem. In ditione autem Iunonis sunt omnes calendæ. Varro lib. 5. Rerum diuin. scribit, Iano duodecim aras pro totidem mensibus dedicatas. Consiuium, à conserendo, id est, propagine generis humani, quæ à Iano autore conseritur. Quirinum, quasi bellorum potentem, ab hasta, quam Sabini quirim vocant. Patulcium & Clusiū, quia bello portæ eius patent, pace clauduntur. Causam inferius subiiciemus, & cætera, quæ de Iano dicēda sunt. Plutarchus de Iano sic loquitur: Apud antiquos Ianus siue geminus, siue rex fuerit, dicitur cultū sylue- K strem in ciuilē redegisse: & ideo bifrontē pingunt: quia alteram fecit ex altera videndi forma. Eius templum cū duabus portis est. aperitur in bello Ianus. Sed hæc hactenus.

Iane biceps,] qui gemino capite figuraris. *Origo anni.*] quasi qui das principium anno tuis à calendis incipienti. *Tacitè labentis,*] qui annus tacitè labitur. & ad ipsum tempus respexit, quod est (vt superius diximus) mensura motus cœli, quod tacitè mouetur: iuxta illud, Tacito labentia cœlo. sic & tempora tacitè labuntur. *Qui solus de superis,*] solus ex omni cœlestium numero. *Vides tua terga.*] quia cùm biceps sis, respicis & anteriora & posteriora. *Ades dexter*] propitius. *Ducibus:*] & Tiberio & Germanico, qui militiæ præsunt. *Quorum*] ducum. *Labore*] industria & vigilantia. *Terra ferax,*] fertilis. *Habet ocia secura:*] habet quietem & pacem, seorsum ab omni bellorum cura. *Pontus,*] mare. *Habet ocia,*] pacem: quia non modò in terris, sed ne in mari L quidē bella geruntur, & hoc ob pacem, quæ Augusti & Tiberij tempore vndique per orbē terrarum fuit. Augustus enim post ciuilia bella repressa, post Actiacam pugnam, Antonio & Cleopatra nauali prælio victis, Ægyptū in prouinciam redegit, iustóque bello domuit Dalmatiā, Cantabriā, Aquitaniam, Pannoniā, Illyricū, Rhetos, Vindelicos, Salassos, gētes Alpinas, Dacos: Germanos vltra Albim fluuiū summouit, ex quibus Sueuos & Sicambros in Galliam traduxit. Indos & Scythas magnitudine nominis sui ad amicitiā pellexit, Parthos sub Phraate rege compescuit, & filios dare obsides coēgit: reposcentique signa, Crassi clade erepta, & M. Antonij fuga ablata, supplices Parthi restituerunt. Armeniam, & superiores Tauricos omnes in amicitia

A retinuit. Arabas per Aelium Gallum subegit, Æthiopas per M. Petronium contudit. Denique (vt Tranquillus ait) pace terra mariq; parta, Ianum Quirinū clusit. Et Florus in fine ferè operis sui: Seres etiam, inquit, habitantésq; sub ipso sole Indi, Romam ad Augustum misêre legatos cum gemmis & margaritis, elephantos inter munera trahentes: itidem & legatos misêre Scythæ. Itaque Augusti temporibus continua totius humani generis aut pax fuit, aut pactio. Hæc illa. Hæc quidem est illa pax Augusti temporum, quæ in sacris literis significatur. Orietur in diebus suis iustitia, & abundantia pacis cum eo. Significat enim illud tēpus, quo cœlestis ipse rex verè pacificus humanam carnem assumpsit.

Dexter ades patribusq; tuis, populoq; Quirini,
Et resera nutu candida templa tuo.
Prospera lux oritur, linguisq; animisq; fauete:
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanáq; protinus absint
Iurgia. differ opus liuida turba tuum.
Cernis odoratis vt luceat ignibus æther,
Et sonet accensis spica Cilissa focis.
Flamma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in æde iubar.

ANTON. *Patribúsque tuis populóque Quirini.*] senatui populóque Romano, qui Iani ac cœli benignitate subdiderūt pedibus suis (vt amicus noster inquit) Garamātas, & Indos, Auroram & Zephyrum, nec non B Boreamque Notúmq;. *Et resera nutu candida templa tuo.*] non vt aperte bellum significēt, sed vt calendis Ianuarij ad rem diuinam populus admittatur. *Linguisque animisque fauete:*] iniēti estote, silete. Nam in sacris taciturnitas necessaria est, teste Seruio. Vnde ait Plinius, Certis precationibus præire aliquem, rursúsque alium custodem dari, qui attendat: alium præponi, qui fauere linguis iubeat. Pontifices verò, autore Donato, dicere solebant: Fauete linguis, fauete verbis. Vnde illud est Virgilij, Ore fauete omnes. Et Festus ait, in sacrificijs dici: Pascito linguam, id est, coerceto, contineto, taceto. Decet enim ciues (vt apud Plutarchum legimus) neque audire C quicquam rerum diuinarum, neque aspicere per negligentiam: sed vacare à cæteris, mentémque adhibere, & ab omni crepitu, strepitu, ac gemitu abstinere. Ea de re quid diuus Hieronymus præcipiat, supersedeo recensere. Nec contrariū est quod sequitur. *Nunc dicenda bono sunt bona Verba die.*] Admonet enim Romanos, vt orta luce adsint sacrificijs, linguam coërceant, mentem adhibeant, deinde bona verba dicant: quoniam infœlix annus portendi putabatur, si quid sinistri ominis calendis Ianuarijs diceretur. Sciendum tamen, fauere, interdum esse bona fari. Vnde fauentia (vt ait Festus) bonā ominationem significat. *Differ opus liuida turba tuum.*] Vel inuidam turbam accipe, vel liuidam, dum veretur ne cadat à causa: vel nimia lucri cupiditate pallentem. Horat. in Serm. quisquis Ambitione mala, aut argenti pallet amore. *Et sonet accensis spica Cilissa focis*]Per excellentiam crocum D dicit, & aliud significare non potest: id enim præstantissimū in Cilicia nascitur ad antrum Corycium. Plin. Prima nobilitas Cilicio croco, & ibi in monte Coryco. Martialis: Corycio quæ venit aura croco. Hoc maiores vtebantur in rogis ac sacrificiis. Statius in Syluis: odoriferos exhausit flamma Sabæos, Et Cilicum messes. Idem in eisdem: tu messes Cilicúmque Arabúmque superbas Merge rogis. Idem in 7. Theb. Nec non Assyrijs pinguescunt robora succis, Pallentíque croco. Ouid. infrà: Thura nec Euphrates, nec miserat India costum, Nec fuerant rubri cognita fila croci. Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis. Crocum præterea scribit Plinius, vino mirè congruere, ad theatra replenda. Vnde illud est Propertij: Vináque fundantur prelis elisa Falernis, Térque lauet nostras spica Cilissa comas.

PAVL. *Patribus & populo Quirini,*] Senatui & populo Romano. E *Quirini,*] Romuli, vt diximus. Erat enim & senatus, & populus ab initio vrbis à Romulo institutus. De multitudinis diuisione ita Plutarchus ait: Condita vrbe, Romulus ex quibus erat ad militandum vigor, legiones fecit, cæteros vocauit populum: centum creauit senatores, quos appellauit patres: & ordinem senatum, quod nomen à senectute est. Patres dicti, aut quòd patroni multitudinis erant, aut quòd patres cæterorū videbantur. Patroni dicuntur à Patrone quodam, qui cum Euandro ea loca tenuit, studiosus inopiæ plebis subueniendi. Aut à virtute, aut præstantia nobilitatis, quod verius est, patres appellauit: vt eā nominis mansuetudine, arrogantia & inuidia procul esset. Qui deinde senatui ascripti sunt, patres conscripti appellantur. Liuius verò ab vrbe condita: Cùm, inquit, virium haud pœniteret, consiliū deinde viribus parat. Centum creat senatores: siue quia is F numerus satis erat, siue quia centum erant, qui creari patres possent. Patres certè ab honore, patriciique progenies eorū appellati. Dionysius autem Halicarnasseus ita inquit: Romulus vrbanis negocijs vnum præfecit, tribubus præcepit, vt singulæ tres eligerent: & curiis, quæ triginta erant, vt totidem, addito præfecto vrbis. Ex hoc centenario numero concilium facit, senatum appellauit, aut ab ætate, aut virtute. S. natus participes, patres conscripti. Hoc G igitur nunc Poëta innuit. *Patribus & populo tuo*] quasi qui sunt sub tutela tui numinis. *Et resera*] aperi. *Tuo nutu:*] quasi tuo numine & auspicio. *Candida templa:*] marmorea tēpla, & tua, & aliorum deorum: quia tibi cæterísque deis est immolādum. Nec absurda esset sententia, si diceremus, de templo Iani non intelligi: nam apertum bellum significat: & tunc non bellum, sed pax, vt erat, optabatur. Numa, vt autor est Liuius, Ianum ad infimum Argiletum indicem pa- H cis bellique fecit: apertus vt, in armis esse ciuitatem: clausus, pacatos circa se populos significaret. Bis deinde post Numæ regnum clausus fuit: semel Tito Manlio consule, post Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod nostra ætate dij dederunt vt videremus, post bellum Actiacum, ab imperatore Cæsare Augusto pace terra marique parta. Ergo si clausus pacem significabat, & ea tunc maxima erat, arbitrarer de aliorum deorum templis intelligendum, quibus pariter de Iano calendis Ianuarijs sacrificatur, præsertim cùm Ianus præsit omnibus templis, & ianuarum potens sit: quin etiam, quòd primùm dijs templa fecerit in Italia, vt tradit Xenophon. *Prospera*]De calendis intelligit Ianuarijs, & prima die anni, qua in totum annum omina & auguria captabantur. *Oritur lux prospera:*] dies calendarum Ianuariarum, quod anni caput est. *Fauete,*] omnes mihi hinc I exordienti. aut *Fauete,*] aliter & linguis, hoc est, bonis verbis. *Et animis,*] bona voluntate. Nam potest quis fauere & plaudere verbis, non tamen animo. *Nunc in bono die,*] in calendis Iani. *Sunt dicenda bona Verba:*] vt in ipso anni principio bona faustáque omina captentur. Seruatur nunc etiam mos hic & in tota Græcia, & in pluribus Italiæ locis accedunt diluculo calendarum pueri ad nobilium ianuas, & quibusdam rhythmis salutant, & bona verba dicunt. *Lite:*] non est eo die litibus aut iurgijs incumbendum, nec mala verba proferenda. *Aures Vacent lite:*] sint liberæ, & procul ab omni contentione. Nam vt Cicero in libris de Legibus inquit: Ratio feriarum & festorum, quietē litium habet, ac iurgiorum. Lis litis, pro contentione intensa. Vnde & in iudicio lite cecidisse dicitur, qui eius rei de qua agebat, causam amisit. *Absint protinus insana iurgia.*] K quasi procul sint insanæ contentiones. Iurgia aliqui auricorum & affinium esse volunt: sed interdum ad forensem altercationem referri videmus. Seneca in Hercule furente: Hic clamosi rabiosa fori iurgia vendens improbus, iras & verba locat. *Liuida turba.*] turba inuida, & plena liuore. *Differ opus tuum.*] Et ad liuorem in foro litigantium, & ad inuidentium maledicentiam referre potest: quasi abstineas hodie à maledicentia, qua vti soles. Turba à τυρβάζω verbo Græco deducitur: &, vt Labeoni placet, & multitudinis hominum perturbationem, & cœtum, id est, coadunationem significat. *Cernis*] Eo die in templis, & pro foribus templi multa odorem facientia cremabantur. *Cernis Vt æther,*] vt aër. *Luceat ignibus odoratis:*] ignibus, in quibus aut cedrea ligna, aut thura odorem emittentia cremabantur. *Et sonet focis accensis,*] crepi- L tum faciat cum aduritur. *Spica Cilissa*]Cùm legerem hunc locum, & pater Sabinus, qui tunc viuebat, & alij in me inuehebantur, quoniam de spica nardi voluerim intelligi, cùm ipsi de croco ex Cilicia laudatissimo prouenienti intelligēdum esse consueuerint. Nec aduertebant, quo in errore versarentur: non enim Poëta de flore, sed de spica loquitur. Non enim dixit, Flos Cilissus: sed, Spica Cilissa: & de nardo intelligit, de quo Plinius, Odoris gratia omnibus maior. Etsi Cilissum nardum non legas apud Plinium, non refert: non enim inquit Plin. non nasci in Cilicia nardum: sed in primis laudat Syriacum, proximè Gallicum & Creticum. Adde quòd Syria iuncta est Ciliciæ: vt quod in Syria nascitur, possit in ea parte Ciliciæ nasci, quæ Syriæ iuncta est. Ego autem in ora Ciliciæ

A ora Ciliciæ spicam meis manibus legi, & auditoribus meis ostendi, cum hæc legerem. Præterea crocus cùm sit magni odoris, ad odorem tamen non adusitur: sed alius vsus est. Aduruntur ligna odora, & odoratum gummi, & ipsa spica. Quare de nardo intelligendum censeo, & non de floribus. *Flamma*] quæ fit in aris. *Verberat suo nitore*] suo splendore & coruscatione verberare & lambere videtur. *An*-

rum templorum]; auream templorum cælaturam, & parietes deauratos, & deaurata laquearia. *Et spargit iubar tremulum*] tremulam coruscationem & lucem. *In summo aede*] in summo templo deaurato. *Iubar*] pro lucifero ponitur, vt apud Virg. in 4 Æneid. It portis iubare exorto. dictũ, vt Pompeio placet, quod splendor eius diffunditur in modum iubæ leonis. & iubar pro splendore matũm ponitur, vt hic.

Vestibus intactis Tarpeias itur in arces,
Et populus festo concolor ipse suo est.
Iámque noui praeeunt fasces, noua purpura fulget,
Et noua conspicuum pondera sentit ebur.

ANTON. *Vestibus intactis Tarpeias itur in arces*] Impersonali verbo vtitur, vt generalem actum ostendat: vt, Itur in antiquam syluam, Curritur ad vocem iocundam. Populus enim Romanus calendis Ianuarijs, B nouis consulibus ineuntibus magistratum, ibat in Capitolium ad rem diuinam: quam ideo Ioui faciebant, quòd ei, quemadmodum & Iano, omne debetur initium. Vnde illud est, A Ioue principium Musæ & illud, antè Iouem supplex per vota precatus. Per intactas autem vestes, vel nouæ accipiendæ sunt, vel (quod magis placet) candidæ: vt candidum festum candidatus celebret populus. Quare auctor subiungit: *Et populus festo concolor ipse suo est*] Horat. in Serm. Ille repotia, natales, aliósve dierum Festos albatus celebret. Persius, Quamuis te albata rogarit. Ouidius ad diem suum natalem: Scilicet expectas solitum tibi moris honorem, Pendeat ex humeris vestis vt alba meis. Legimus & apud Suetonium in Nerone, funeratum fuisse Neronem impensa ducentorum millium, stragulis albis auro C intextis, quibus vsus calendis Ianuarij fuerat. *Iamque noui praeeunt fasces*] Designati consules, calendis Ianuarijs magistratum inibant, vt diximus supra Lucanus: Instabátque dies, qui dat noua nomina fastis, Quique colit primus ducentem tempora Ianum. Iis fasces præferri à lictoribus consueuerunt, qui virgarum & securium erant: quoniam virgæ quod mutari potest, corrigunt: secures quod emendari non potest, abscindunt. Eos quicunque consules victoriis potiti fuerant, laureatos habuerunt, teste Plutarcho. Sed de his aliàs. Sanè moris fuit aliquando, vt quem ordinem interrogandi sententias consul calendis Ianuarijs instituisset, cum toto anno conseruaret, vt Suetonius scribit. Vnde Iulius Cæsar consul, cum Pompeio Iuliam filiam collocasset, prætermisso Crasso, eum primum rogare sententiam cœpit. A consule proconsul dictus est, non qui D pro alio consule, sed qui cum potestate consulari extra ordinem ad prouinciam aliquam administrandam mittitur, sed tantùm fascibus, cum duodecim consulem præeant.

Noua purpura fulget] Si verum est quod scriptores probatissimi tradiderunt, posteaquam reges exacti sunt, consulibus fuisse concessum; vt lictores sellam curulem, cæteraque regum insignia retinerent, quorum Macrobius & Dionysius meminerunt. Possumus hoc loco trabeam accipere. Illud autem dubium non est, & consules & imperatores olim vsos fuisse purpura. Ouidius ad Græcinum consulem: Spectarem qualis purpura te tegeret. Plutarchus in Paulo: Æmilius ipse sequebatur ornatissimo curru, inuectus, purpuram auro contextam indutus. Eam tamen, vt idem scribit, tribuni non ferebant, cum cæteri magistratus incederent purpurati. *Et noua conspicuum pondera sentit* E *ebur.*] Sellam curulem dicit, qua & consules vtebantur, & quidam alij magistratus. vt: Signa quoque in sella nossem formata curuli, Et totum Numidæ sculptile dentis opus. Hæc (vt quibusdam placet) à curuitate pedum nomen accepit. Seruius tamen a curru dictam putat, quòd hi tantùm ea vterentur, qui triumphali curru inuecti fuissent: sicut etiam palmata dicitur toga, quam merebantur hi, qui de hostibus palmam reportassent. Aulus Gellius refert, C. Bassum in commentarijs suis scriptum reliquisse, senatores ætate veterum, qui curulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru sella erat, quæ ob eam causam curulis appellabatur: cùm alij, qui magistratus curules nondum ceperant, pedibus in curiam irent, vnde pedarij dicebantur. Licet autem currus primam syllabam producat, curulis tamen abiecta litera eam corri- F pit. Hanc sellam Macrobius scribit, à quo nonnulli dissentiunt, Tullum Hostilium tertium regem Romanorum, debellatis Hetruscis, primum vt Romæ haberetur, instituisse: nec non & lictores, togam pictam, atque prætextam, quæ insignia Hetruscorum magistratuum erant Nec nos lateat, quod quidam tradunt, reges quidem Romanos, cùm curru veherentur, hac sella ad eminentiam vti solitos: exactis autem regibus, cœpisse magistratus maiores, vt G consules dictatorésque vrbi, non curru, sed tantùm sella curuli.

PAVL. *Vestibus*) Eo die ibat populus cũ cõsulibus inituris magistratũ, immolatũ Ioui Opt. Maximo, in arcẽ Capitolinã. *Itur*) quasi it populus cũ cõsulibus. *Vestibus intactis*) nouis, & ad eã diẽ nõ tactis. *In arces Tarpeias*] ad tẽplũ Iouis, quod in arce Tarpeia erat. Tarpeius mõs, vt Varroni placet, dictus à Tarpeia virgine Vestali, quæ ibidẽ à Sabinis necata armis, & sepulta fuerat. Plutarch. in vita Romuli inquit, Tarpeiam virginem Tarpeij filiam fuisse, quæ Romanam arcem Sabinis prodidit. Dictus postea H mons Capitolinus, eodem Varrone teste, quòd cùm in eo fundamenta ædis Iouis foderentur, caput humanum inuentum est: & vt pergit Varro, hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, & ab eo latè Saturniam terram, cuius vestigia etiam Varronis tempore manebant. Saturni fanum, Saturnia porta, quam Iunius Pandanam vocat, & postici muri legibus priuatis inscripti. Hic verò cum effoderentur Iouis ædis fundamenta, inuento humano capite, ab aruspicibus, & præcipue Hetruscis habitum est, arcem illam totius Italiæ, deinde totius orbis futuram: ita à capite Capitolium denominatum. De hoc verò Tacitus 19. suarum historiarum: Vouerat Tarquinius Priscus bello Sabino sedem Ioui Opt. Maximo, ieceratque fundamenta: spe tamen magis futuræ magnitudinis, quam tunc populo Romano competeret. Mox Seruius Tullius I adiecit aliquid. Deinde Tarquinius Superbus, capta Suessa & Pometia, per hostium spolia fecit & reliqua. In rupe igitur Tarpeia Capitolini Iouis templum erat, habens tria sacella æquè cõstructa, Iunonis & Mineruæ, in medio Iouis. Huc ergo ibant cũ populo consules & post sacra magistratum inibant. *Et populus*) Romanus *Est concolor suo festo*:) eius coloris cum festo, quasi cõueniens suo festo. nã vt religiosa dies, ita & ipse religioni incumbebat: & vt dies erat festa, ita & ipse festiuus. Aut cõcolor suo festo, quia prætextã ferebãt eiusdẽ coloris. *Iamque noui*] iã noui lictores cũ fascibus præeunt, & cõsules inibãt magistratũ. *Iam praeeunt noui fasces*] præeũt populũ noui cõsules. Nã fasces dicimus & pro cõsulari dignitate, & pro consulũ insignibus, & pro onere. Aut dicas: Præeũt fasces, lictores, qui cũ fascibus cõsules præibãt. Habebat enim cõsul duodecim lictores, quos aliqui volũt primò Romulũ instituisse, siue à vul- K turũ numero, siue ab Hetruscis edoctũ. Verùm Dionysius inquit, Tarquiniũ Priscũ Hetruscos penè domitos coegisse, vt insignia regũ suorũ regi Romano traderẽt, quæ hæc fuere: Duodecim secures, trabea, curules, anuli, phaleræ, paludamenta, prætexta, togæ pictæ, tunicæ palmatæ, & omnia imperij insignia, quib. imperij maiestas eminebat: de quo etiã diximus in Odis, in eo loco. Memorẽ an superbos Tarquinij fasces dubito. Apud Macrobiũ autẽ legimus, Tullũ Hostiliũ regẽ tertiũ, debellatis Hetruscis, sellã curulẽ, lictores, & togã pictã atq; prætextã, insignia magistratuum Hetruscorũ, Romæ vt gererẽtur, instituisse. Et Silius de his ita inquit: Mæoniæq; decus quondã Vetulonia gentis Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces, Et totidẽ iũxit tacito terrore secures. Hæc altas eboris decorauit honore curules, Et princeps Tyrio vestẽ prætexuit ostro. *Praeeunt*) L Prima syllaba diphthongũ habet, & Poëta breuẽ fecit: sed hoc ex veteri Græcorũ regula, apud quos αι indifferẽter ponitur, vt αἰεὶ, quã particulã vertimus &. Quæ dicimus eadẽ significatione, & diphthõgũ da esset, sed vt & breuẽ facit, & sine diphthõgo scribit: quãuis Romæ in marmore vetustissimo ita legam, Senatus populus que Romanus. & quæ est ibi cũ diphthõgo. Seruauit aliquãdo ratione hãc Virg. in 3. Æn. Liminaq; laurúsque dei. Et si quis diceret, Præeo habere primã breuẽ, ob sequẽtẽ vocalẽ, vehemẽter errat. nã id nõ seruatur à nostris, vt Æolus, Æacus, Æacide, & Æetes. *Fulget noua purpura*) prætexta purpurea cõsularis. Ferebãt enim cõsules prætextã, vt in lib. de Põto, in elegia ad Græcinũ consulẽ designatũ, cum esset initurus magi-

A stratum: Mente tamen, quæ sola loco non exulat, vtar, Prætextam, fasces aspiciamque tuos. Purpura conchylij genus est, quod florem (sicut Plinius appellat) tingendis expetitum vestibus in medijs faucib. habet. liquoris minimi est in vena candida. Purpuræ (vt idem inquit Plinius) alio nomine pelagiæ vocantur. Color hic pro maiestate pueritiæ est, distinguit ab equite curiam, dijs aduocatur placandis, omnemque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro. Et paulò inferius purpuræ vsum semper fuisse video, sed Romulo in trabea, nam togam prætexta, & latiore clauo Tullum Hostilium è regibus primum vsum, Hetruscis deuictis, satis constat.

Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci,
Quos aluit campis herba Phalisca suis.
Iuppiter arce sua totum cum spectet in orbem,
Nil nisi Romanum quod tueatur habet.
Salue festa dies, meliórque reuertere semper,
A populo rerum digna potente coli.
Quem tamen esse deum te dicam Iane biformis?
Nam tibi par nullum Græcia numen habet.
Ede simul causam, cur de cælestibus vnus
Sitque quod à tergo, sitq; quod ante, vides?
Hæc ego cum sumptis agitarem mente tabellis,
Lucidior visa est, quàm fuit antè, domus.
Tunc sacer ancipiti mirandus imagine Ianus,
Bina repentè oculis obtulit ora meis.
Extimui, sensiq; meos riguisse capillos,
Et gelidum subito frigore pectus erat.
Ille tenens baculum dextra, clauémque sinistra,

ANTON. *Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci*] Hi sunt, quos Donatus egregios vocat. Eximebantur enim in sacrificia optimum pecus è grege, vt autor est Festus. Virgil. Mactat B lectas de more bidentes. Cædebantur autem Ioui Capitolino iuuenci albi atque iuuuenges, electi ex agro Phalisco. Ibi enim (vt Plinius scribit) aqua Clytumni amnis epota boues candidos facit. quare Romani petebant inde victimas Ioui Capitolino mactandas. Virgil. Hinc albi Clytumne greges, & maxima taurus Victi- C ma. Silius: Et sedet ingentem pascens Meuania taurum Dona Ioui. Quo in loco sciendum est, Silium à Plinio non differre: ea enim pars Vmbriæ, vbi Meuania in parte Tusciæ ponitur, autor Seruio. Nouimus aut in Phaliscos esse in Thuscia, & haud procul ab vrbe, teste Plinio: quamuis aliqui (vt ait Strabo) Phaliscos per se gentem posuerint. Sciendum (vt Macrobius docet) quód cùm hostiarum duo sint genera: vnum, in quo voluntas dei per exta disquiritur: alterum, in quo sola anima deo sacratur: in his ipsis hostiis, vel animalibus, vel consultoriis quædam iniuges vocabantur, id est, quæ nunquam domitæ, ac iugo subditæ fuerant: quales iuuencos autor hoc tempore Ioui mactari solitos dicit. *Iuppiter arce sua totum cum spectet* D *in orbem, Nil nisi Romanum quod tueatur habet*] Iure Romani Iouem venerantur, cùm eius fauore vniuersum orbem possideant. Virg. in 1. Æneid. Certè hinc Romanos olim voluentibus annis, Hinc fore ductores reuocato à sanguine Teucri: Qui mare, qui terras omni ditione tenerent Pollicitus. *Nam tibi par nullum Græcia numen habet*] Quæ deorum habitus interpretata est, & fabularum putatur inuentrix, atque in ipsa mendax historia, cuiúsque (vt ait Eusebius) popularis & fabulosior theologia est. *Lucidior visa est*] nimbo diuino, ob aduentum numinis. *Tenens baculum dextra, clauémque sinistra*] Placet Macrobio, Ianum cum claui & virga ideo figurari, quia est omnium portarum custos, & rector viarum. Sed vtrumque idoneum est ianitori, baculus ad vim repellendam, clauis ad claudendas & reserandas fores.

PAVL. E *Colla*] mactabantur eo die iuuenci, qui operis essent expertes. *Rudes operum*] iuuenci indomiti, qui nondum iugum tulêre, neque arauêre. *Præbent colla ferienda securi*] præbent se mactandos sacerdoti, ab ara minimè refugientes. Non enim ritè immolabatur, si ab ara se subtraxisset. Nam à veteribus probabatur victima non clauda, non breuioris articuli, non quæ aram refugeret, non externa, sed patria. Verùm cùm hic de Phalisca agat, non de externa agit: nam patria quoque dici poterat. *Quos*] iuuencos operum rudes. *Herba Phalisca aluit suis campis*] qui adulti in Phaliscorum campis, Romam inde agebantur. Et tam ex Vmbris, quàm ex Phaliscis tauri Romæ immolabantur & à triumphantibus, & à nouis consulibus. Et in libro de Ponto Poëta de Pompeio F consule idem ferè inquit, Colla boues niueos certæ præbere securi, Quos aluit campis herba Phalisca suis. Et apud veteres capitale erat, bouem mactare, quem (vt Plinius inquit) socium laboris, agríque culturæ habemus. & addit exemplum illius qui bouem occiderit, in exilium acti, tanquam colono suo interempto. Præterea & in Ægypto bos numinis vice colebatur. *Phalisca*] à Phalisco oppido. Strabo inter oppidula Hetru- G riæ Phaliscum refert. Postea addit: Aliqui sanè Phalerios in Tusciæ regione minimè locandos esse aiunt, sed Phaliscos per se gentem. Quidam etiam Phaliscos proprij sermonis ciuitatem posuere. Aliqui Oeaci Symphaliscum appellant, in via Flaminia iacentem, inter Ocriculum & Romam. Hæc ille. Sed à quo H habuerint originem, dicemus in quarto. *Iuppiter.*] Ob maiestatem & magnitudinem imperij Romani dictat hæc: quòd nihil ab Ioue è summo cœlo respici poterat, quod Romani iuris non esset. Terminatum enim erat imperium primo oriente, extremóque occidente. *Iuppiter cùm totum orbem spectet à sua arce*] cùm omnes terras & maria prospiciat è summo æthere, qui illi assignatur: aut ex lacteo cœlesti circulo, per quod eius stella vagatur, & quo in loco altior est Luna Mercurio, Venere, Sole, I & Marte. *Nihil habet quod tueatur*] quod respiciat. *Nisi Romanum*] nam quicquid inferius est, subditum est Romano imperio. *Salue*] Saluere iubet diem calendarum ipsarum. *Salue dies festa*] saluete calendæ Ianuariæ. *Et semper reuertere melior*] semper vos calendæ prosperiores redeatis. *Digna coli à populo potente rerum*] digna dies, quam colat & celebret populus Romanus, qui terris imperat. *Quem*] Iani mysteria celaturus, duo primùm à Iano petit, vt dicat qui deus sit, & cur solus ex omni deorum numero biceps sis. *O Iane, biformis*] biceps. *Quem deum dicam te esse*] id est, quem te appellem. *Nam Græcia*] vnde nos Latini deos accepimus. *Nullum habet numen par tibi*] nullum deum habet bicipitem, nec tot potestatum. *Simul ede causam*] dic rationem. *Cur vnus de cæle-* K *stibus*] cur tu solus ex omni cœlestium numero. *Et vides quod sit à tergo, & quod sit ante* quasi, cur ea forma duplici: hoc est cur biceps, vt posteriora & anteriora videas. *Hæc ego*] Dum hæc volueret secum, scripturus quicquid Ianus inspiraret, aduenit ipsum numen eruditurum Poëtam. *Cum ego agitarem mente hæc*] cum voluerem hæc animo. *Sumptis tabellis*] quas ad scribendum parauerам. *Domus est visa lucidior, quàm fuit antè*] aduentu numinis facta est domus splendentior, quàm prius fuerat. *Tum sacer*] Iam aduenit numen, & sese Poëtæ videndum obtulit. *Tum Ianus sacer mirandus*] & venerandus, & admiratione prosequendus. *Ancipiti imagine*] duplici forma. *Obtulit repentè*] subitò. *Bina ora*] & anteriora, & posterio- ra. *Oculis meis*] vt hoc possem cum geminum in- L tueri. *Extimui*] Extimuit Poeta viso deo: nec mirum, cùm ab ipsa natura deos timeamus. Inde est, vt plerique velint deum à δέους deduci, quod est timeo, quòd ab omnibus timeatur. Ideo & Papinius inquit: Primus in orbe deos fecit timor. *Extimui*] ego viso numine. *Et sensi capillos riguisse*] quasi factos hirtos. Et hoc naturale est, vt ob metum capilli rigeant. Rationem affert Aristoteles in Problematibus: Cùm timor in corde sit, sanguis, vt succurrat cordi, deserit & pellem & cutem: inde calente sanguine, exteriora frigescunt: & sic fugato naturali colore, contrahitur cutis, ex cuius contractione pili rigent. Sic etiam frigescit pectus, ob metum deficiente sanguine, in quo

A est naturalis calor Ideo hic, Et pectus erat gelidum subito frigore. Sic & apud Virgil. Gelidus Teucris per dura cucurrit Ossa tremor. *Ille*] Ianus. *Tenens baculum dextra & virgā sinistra*] Hoc est illud quod superius diximus, Ianum esse claui & virga figurari, quasi omnium & portarum custodem, & rectorem viarum.

Edidit hos nobis ore priore sonos:
Disce metu posito, vates operose dierum,
Quod petis, & voces percipe mente meas.
Me chaos antiqui, nam sum res prisca, vocabant:
Accipe quam longi temporis acta canam.
Lucidus hic aër, & quæ tria corpora restant,
Ignis, aquæ, & tellus, vnus aceruus erant.
Vt semel hæc rerum secessit lite suarum,
Inque nouas abijt massa soluta domos:
Cœlum flamma petit, propior locus aëra cepit,
Sederunt media terra fretúmque loco.
Tunc ego qui fueram globus, & sine imagine moles,

ANTON. *Me Chaos antiqui, nā sum res prisca, vocabant*] Ianus, teste Macrobio, Saliorum antiquissimis carminibus deus deorū canebatur: creditúsque est à nonnullis, qui mundum esse genitum volunt, nihil (vt diximus) aliud esse, quàm chaos, confusam, & hiantem ab initio vastitatem, ac B principiū productionis omnium rerum. Vnde illud est M. Messalæ auguris, de hoc deo: Qui cuncta fingit, eademque regit, aquæ terræq. vim, ac naturam grauem atque pronam, in profundum dilabentem ignis atque animæ, leuem, in immensum, sublime, fugientem copulauit circūdato cœlo. Hinc Ianus deorum antiquissimus dicitur. Iuuenalis: Dic mihi nunc quæso, sic antiquissime diuûm, Respondes his Iane pater. Lege Macrobium in Saturnalibus, qui multa de hoc deo tradit, & aperte partim, & copiosè.

Lucidus hic aër, & quæ tria corpora restant] Quatuor dicit elementa: licet sint, qui rerum naturam in tria diuiC dunt, autore Donato, terram, mare, ac cœlum. Vnde est illud Terentij: O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni. Virgil. in 4. Georg. Deum námque ire per omnes Terrásque, tractúsque maris, cœlúmque profundum. *Massa*] chaos, & inutilis elementorum confusio. Ipse alibi: Rudis indigestaque moles, Nec quicquam, nisi pondus iners. Et infrà: Tunc ego qui fueram globus, & sine imagine moles.

PAVL. *Edidit nobis hos sonos ore priore*] ita locutus est ore anteriore, & non eo quod erat à tergo, vt melius Poëta audiret. *Disce.*] Facit Ianus attentionem, vt intentior sit Poëta ad eius verba percipienda. *O vates operose dierum*] ô Naso Poëta studiose temporum, qui scribere cupis mensium & dierum rationem. *Disce posito metu*] abiecto omni timore. *Quod petis*] & qui deus sim, & cur biceps. D *Et percipe mente voces meas*] percipias animo verba mea. *Me Chaos*] Responsurus quæstioni Ianus, refert se ad primam mundi originem, hoc est, ad ipsum chaos, quod (vt autor est Hesiodus in Theogonia) fuit quædam confusa ab initio † vnitas, quam principium esse dicunt productionis omnium rerum. vnde in principio Metamor. Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos. Facit ad hoc illud Diodori de prima hominum generatione, quam duplicem refert: quosdam, mūdum ingenitum fuisse, & genus hominum ab æterno, sine ortus principio, sensisse: quosdam genitum arbitratos, & habuisse homines initium Nam a rerum primordio cœlum & terram vnicam habuisse ideam, immixta eorum natura. Exinde distinctis inuicem corporibus, cœpisse mundum & hunc ordinem, quem videmus. Aëra motum continuum sortitum, & ignE eam partem eius superiora loca, propter leuitatem aiunt appetisse. Eadem causa solem & astra cursus suos sortita. Limosum & turbidum humori mixtum eodem stetisse in loco, propter grauitatem: quæ cùm mista essent ex humidis mare effectum: ex durioribus, terram lutosam euasisse, & omnino mollem Hæc primùm cùm solis ardore densior euasisset, eius superficie vi caloris tumefacta, multis in locis humores quosdam esse concretos, in quibus putredines tenui contectæ pellicula fuit excitatæ: vt paludibus & stagnis Ægyptiacis videmus accidere, cùm frigidā terram subitò æstus aëris calefacit. Euripides in Menalippe, cœlum & terram mixtam fuisse tradit separata postmodum generasse singula, arbores, volatilia, feras, ac omne mortalium genus. Hactenus ex Diodoro. Thales Milesius aquam putauit rerum esse principium, & hinc omnia elementa mundi, F ipsúmque mundum, & quæ in eo gignuntur, extitere. Anaximander non ex vna re sicut Thales ex humore, sed ex suis propriis principiis quasque res nasci putauit: quæ rerum principia singularum esse credidit infinita, & innumerabiles mundos gignere. Refellit hoc Aristoteles, cùm dicat plures mundos non esse, nec esse posse. Anaximenes omnes rerum causas infinito aëri dedit. Anaxagoras rerum omnium effectorem diuinam animum sensit. Diogenes aëra dixit rerum esse materiā de qua omnia fierent, G sed eum compotem diuinæ rationis. Archelaus de particulis inter se dissimilibus, quib. singula quæque fierent, ita omnia constare putauit, vt inesse etiam intellexerit, quæ corpora dissimilia, vt est, illas particulas coniungendo & dissipando ageret omnia. At Strabo inquit: Antiquum de atomis dogma, si Posidonio credendum est, Mochi fuit hominis Sidonij, qui H ante Troianas res vixit. Diximus hæc, vt facilius quæ de seipso aut de prima mundi digestione Ianus refert, intelligamus: qui si loquitur, ac si ipse ipsum chaos fuisset, ex eo prodijsset, & mutasset, in ordine * quoque redegisset quod creditum est, auctoritate confirmatum M. Messalæ, de quo superius diximus: Qui cuncta fingit eadémque regit, aquæ terræque vim, ac naturam grauem atque pronam, in profundum dilabentem ignis atque animæ, leuem, in immensum, sublime, fugientem copulauit circumdato cœlo. Quin etiam & ad rem facit Pompeianum illud, cùm chaos definit, ; de sig. ver. Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio * vnitatem hiantem, patentémque in profundum. χαίνειν, Græci, nos hiare dicimus. Vnde Ianus detracta aspiratione dicitur, eo quòd fuerit omnium primus, cui primū supplicabant, veluti parenti, & I à quo rerum omnium factum putabant initium. Sed hæc hactenus. *Antiqui*] veteres. *Vocabant me chaos*] appellabant me eam confusam vnitatem, vnde rerum omnium principium fuit. *Nam sum res prisca*] antiqua, & ante digestum orbem. *Accipe quàm longi temporis canam acta*: audias & animaduertas, quàm vetustissima facta tibi referam. Et auget attentionem, & sibi antiquitate vltima autoritatem facit. *Lucidus.*] Ipsum chaos quatuor elementa confusa & commixta tenebat. *Hic aër lucidus*] clarus & liquidus. *Et tria corpora, quæ restant*] reliqua tria elementa, scilicet ignis, aqua, & tellus. *Erant vnus aceruus*] vnus cumulus: quia omnia simul mixta erant. *Aër*] ab ἄω, ἄημι, verbo græco, quod est flo, seu spiro. Et Plinius assentire videtur cùm de elementis agat, aëra spiritum vocans. K Quatuor enim elementa esse constat, de quibus Plinius: Ignium summo inde tot stellarum collucentium illos oculos, proximum spiritus, quem Græci nostrique eodem vocabulo aërem appellant, vitalem hunc, &c. & subdit: Cuius vi suspensam cum quarto aquarum elemento librari medio spacio tellurem, ita mutuo complexu diuersitatis effici nexum, & leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent. Contrà grauia ne ruant, suspendi leuibus in sublime tendentibus. *Ignis*] dicitur à gignendo, seu nascendo: quòd inde omnia nascantur. Nascendi causa duplex est, ignis & aqua. Hæc nuptiali die in limine ponebantur. Cuius rei causas Plutarchus refert in Prob. & noua nupta attingere videbatur, de quo aliàs. Inde est illud in Metamor. Et ab his oriuntur cuncta duobus. Aqua etiam, Pompeio L teste, dicitur qua viuamus. *Tellus*] terra ipsa, vt Varro inquit, à terendo: inde in Augurum libris per simplex rescriptum reperitur. *Vt semel*] Inquit Ianus: Postquam ab initio chaos apertum est, & elementa ipsa suis in locis disposita, ego, qui confusio in ea massa fueram, diuinam accepi formam, & faciem summo deo dignam. Sic primæ quæstioni respondit & quis deus esset, aperuit: nam ab initio, & primum se omnium fuisse ostendit. *Vt*] postquam. *Hæc massa soluta*] hoc est, ipsum chaos solutum & digestum. Et appellat massam & illud, in quo erat rerum commixtio confusa. *Secessit lite rerum suarum*] à discordia rerum in ea pugnantium diuisa & digesta est, & redacta in suam vim & naturam

A elementa. *Et abiit in nouas domos*] nam nunc per elementa nouam sibi sedem elegit. *Flamma petit cælum*.] ignis ob leuitate superiora loca petiuit. Idē in Metam. summáq; locū sibi legit in arce. Cælū, vt a Varrone refertur, Aelius scribit dictum, quòd est cælatū: aut à cōtrario nomine celatum, quòd apertum. Et Aristoteles primo libro de cælo inquit: Tripliciter accipitur cælum, pro octaua sphæra, pro corpore quinto, & pro toto vniuerso. *Locum propior*] propinquior ipsi igni. *Cepit aëra*] Et in Metamor. Proximus est aër illi leuitate locóq;. *Terra & fretum*] mare, hoc est, ipsum aquarum elementum. *Sedermus medio loco*] quia terra & aqua vndique ipso aëre circundantur, vt autore Plinio dicimus: Cum quarto aquarum elemento librari medio spacio tellurem. *Tunc*) eo tempore, quo solutum & digestum est chaos. *Ego*) Ianus. *Quo fueram globus*) & in tanta rerum confusione globatus, & ipsa rerum congeries. *Et moles sine imagine*) quasi massa ponderosa, confusa, & indigesta, siue vlla forma. G

In faciem redij, dignáque membra deo.
Nunc quoque confusæ quoniam nota parua figuræ est,
Ante quod est in me, pòstque, videtur idem.
Accipe quæsitæ quæ causa sit altera formæ,
Hanc simul vt noris, officiúmque meum.
Quicquid vbique vides, cælum, mare, nubila, terras,
Omnia sunt nostra clausa, paténtque, manu.
Me penes est vnum vasti custodia mundi,
Et ius vertendi cardinis omne meum est.
Quum libuit pacem placidis emittere tectis,
Libera perpetuas ambulat illa vias.

ANTON. *In faciem redij, dignaque membra deo*] in membra Iano digna, quem quidam mundum esse opinati sunt, B teste diuo Augustino. *Nota parua*] Antiquæ confusionis vestigia quædam sunt duæ facies: quibus fit, vt is cui eas cernere contigerit, penè discernere nequeat, vtra anterior sit. Est autem nota modò signum, vt hoc loco: modò distinctio, modò probrum: vnde illud est Lucilij: Quem scis ferre tuas omnes maculásque notásque. *Nubila*] aërem, quem Iano, id est, mundo auctore nos claudit, dies aC perit. *Vertendi cardinis*] Potuit: non enim vertuntur cardines, sed & cœlum, & postes verti dicimus super cardines suos. * *Cùm libuit*] Pertinet ad historiam. Romani enim aperiebant templum Iani belli temporibus, pacis claudebant. * *Cùm libuit pacem placidis emittere tectis*] Liuius autor est, Numam Pompilium ad infimum Argiletum Ianum indicem pacis ac belli fecisse: vt apertus in armis esse ciuitatem: clausus, pacatos omnes circà populos significaret. Hoc templum fuisse apud theatrum Marcelli Seruius scribit, cuius postes is consul aperiebat, qui prior creatus esset. Vnde ait Virg. in 7. Æneid. Insignia aperit stridentia limina consul: id est, primo loco creatus, licèt alter similem habeat potestatem. Aperiebatur autem motis armis, vt exercitibus Romanis in bella profectis, omen reditus fieret. vel quia D ferunt, Romulo cum Sabinis pugnante, cùm in eo esset vt vinceretur, calidam aquam ex eo loco, vbi ædes Iani est, erupisse, quæ fugauit exercitum Sabinorum. Vnde tractus mos est, vt pugnaturi templum aperirent, quod in eo loco constitutum est, quasi ad spem pristini auxilij. Alij dicunt, Tatium & Romulum, fœdere facto, hoc templum ædificasse, & inde Ianum duas habere facies, vt ostendat duorum regum concionem: vel quòd ad bellum ituri, debent de pace cogitare. Est & alia ratio non contemnenda, quòd ad bellum ituri optant reuersionem. Idem templum pace claudebatur, vel vt intus furor coërceretur. vt, Furor impius intus Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis Post tergum nodis fremit horridus ore cruento. Vel ne pax discederet: vt, Pace fores obdo, ne quà discedere possit. Ter auE tem clausum est, teste Liuio, regnante Numa, post primum Punicum bellum perfectum, & post bellum Actiacum, ab imperatore Cæsare Augusto pace terra marique parta. Cæterùm duarum portarum id fuit, & vocatum est belli ianua, autore Plutarcho. Quod videtur ostendere illud Virg. diræ ferro & compagibus arctis Clauduntur belli portæ. Et illud, Sunt geminæ belli portæ. Sed captis Phaleris oppido Tusciæ, cuius suprà meminimus, inuentum est simulacrum Iani cum frontibus quatuor. Vnde quod Numa constituerat, translatum est ad forum transitorium, & quatuor portarum templum constitutum est, vt Seruius scribit.

PAVL. *Redij in faciem*] non quòd tum primùm factus, sed quòd antè fueram, ex æterno & confusa rerum congerie in diuinam formam redij. *Et membra digna deo*] quia accepi F formam, & membra mea magno numini conuenientia. Sic se deum deorum videtur ostendere, à quo cuncta habuerint initium: nec mirum, cùm alij mundum esse Ianum existimauerint, vt superius diximus. *Nunc quoque confusa quoniam nota parua figura est*] Relatus est Ianus & formæ duplicis causas, & quæ sint eius officia, vt ex his apertius altera causa intelligatur. *Nunc quoque*] nunc etiam. *Quoniam parua nota*] signum quoddam exiguum. *Confusa figura est in me*] cùm in hoc signo confusionem primam repræsentem. *Idem videtur quod est ante, & quod est post*] quasi idem posterior à tergo, qui & anterior. Et H quoniam in multis codicibus scriptū est Tuetur, nos aliter intelligamus, & quatuor hos versus simul iungamus. *Nunc quoque, quoniam parua nota*] paruum signum huius. *Figura confusa*] quasi parua hæc figuræ meæ confusio: id est, ipsa figura, exigua ex parte confusa. *Tuetur*] respicit. *Idem in me quod est ante, & quod est post*] videt esse idem à tergo, quod est à pectore. *Accipe*, tu Naso. *Quæ sit altera causa formæ petitæ*] quæ sit ratio illius quod secundo loco petiueras. Vel si superior sententia placebit, dicas: *Quæ sit altera causa*] secunda causa. *Formæ petitæ*] de qua I quæsiuisti. Fuere tamen & ante me, qui legerent: Quoniam nota parua, parua notitia est meæ figuræ confusæ. Sed videtur stare non posse: quoniam notam ad signum, ad maculam, ad titulos referimus, & habet primam breuem: quòd si ad cognitionem referremus, haberet ô longum, vt notus, nota, notum, & notitia. *Vt simul noris hanc, & officium meum*] vt cognoscas & formæ causam, & quæ sit nostra potestas. *Quicquid vbique vides*] Primum Iani officium, quòd omnia sua manu claudantur & aperiantur. *Quicquid vides vbique*] in omni loco scilicet. *Cælum, mare, nubila*] id est, ipsum aëra, per quem vagantur nubila. Præterea nihil aliud sunt nubila, quàm aër densus. *Terras*] Sic tetigit quatuor elementa. quasi dicat, *Omnia*) quæ sunt in toto vniuerso. K *Sunt clausa & patent nostra manu*) quia ego omnia claudo & aperio. Hoc est quod superius diximus, quadriformem fingi, quasi vniuersa climata maiestate complexum. *Me penes est vnum vasti custodia mundi*] Secundum officium, seu potestas, quòd præsit solus mundi custodiæ. Tertium, quòd ipse sit qui cœlum vertat. Quod referendum est ad id quod diximus, alios eum voluisse mundum, id est, cœlum esse: Ianúmque ab eundo dictum, quòd mundus semper eat, dum in orbem voluitur. *Custodia vasti*) id est, magni mundi. *Est penes me vnum*) solum, quasi in mea potestate. Nam penes d[illegible]t, quod magis significat quàm apud, quod ostendit Vlpianus de Verborum significatione. Apud te, quod qualitercunque à te teneatur: penes te, quod quodammodo possideatur L abs te. *Et ius omne*) omnis potestas. *Vertendi cardinis*: vertendi cœli, quod assidua vertigine rotatur. Seu vertendi axis supra cardines, id est supra polos, qui duo sunt, Arcticus & Antarcticus, & ab altero in alterum protenditur axis: licèt axem aliquando pro polo accipiamus. *Cum libuit.*] Quarta Iani potestas, pacem tradere: quinta, quòd bello etiam præsit. de quo est illud Liuij, quod retulimus, Numam, Ianum belli pacisque indicem fecisse. *Cùm libuit*] cùm placuit mihi. *Emittere pacem placidis tectis*] per placida tecta. Aut placidis tectis emittere, hoc est, mittere è templis, qui paci bellóque præsunt. Libera illa pax

A quæ à nemine possit inhiberi. *Ambulat perpetuas vias*) id est per omnes vias, nemine impediente. Aliqui codices habent per tutas vias: quasi nemine insidias viatori struente.

Sanguine lethifero totus miscebitur orbis,
Ni teneant rigida condita bella seræ.
Præsideo foribus cæli, cum mitibus Horis:
Et redit officio Iuppiter ipse meo.
Inde vocor Ianus: cui cum cereale sacerdos
Imponit libum, farraq́ mixta sale,
Nomina ridebis. modo námque Patulcius idem,
Et modo sacrifico Clusius ore vocor.
Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
Nomine diuersas significare vices.
Vis mea narrata est, causam nunc disce figuræ:
Iam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides.
Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes,
E quibus hæc populum spectat, at illa larem.
Vtq́ sedens primi vester prope limina tecti
Ianitor, egressus introitúsque videt:
Sic ego prospicio, cælestis ianitor aulæ,
Eoas partes, Hesperiasq́ simul.

ANTON. *Præsideo foribus cæli cum mitibus Horis*] Ianum nonnulli Solem esse [illegible] erunt, cuius [illegible] Oriens & Occidens, quibus Ianus merito dicitur præsidere. Habent potius & Horæ [illegible] ruant, vt Homerus finxit. Secundum autem, vt Macrobius docet, horum solem esse, ex quo & quatuor tempora, qui- B bus annuus orbis impletur, horæ vocantur: & quatuor ac viginti horæ, quibus dies nóxque conficitur. *Inde vocor Ianus*] Ouidius quidem hoc loco à ianua Ianum dictum existimat. Sunt tamen qui ianuæ à Iano nomen inditum velint, quo regnante legimus omnium domos religione ac sanctitate fuisse munitas, ideóque huic deo C ob eius merita introitus & exitus ædium consecratos. Alijs placet, Ianum ab hiando dictum, aspiratione detracta: quoniam ipse est, vt diximus, chaos hians quædam & patens in profundum vorago. Alijs quasi Eanum, vt diximus, quòd mundus semper eat. Lege Macrobium. *Cum cereale sacerdos imponit libum.*] Libi genus, quod Iano tantummodo delibari solebat, veteres Ianual appellarunt. Seruius libum inquit placentam esse, quæ farre, melle, & oleo constat & apta est sacrificijs, vt idem dicit. Ea libi nomen accepit, vel à Libero patre, vel quòd libandi causa fieret, vt Varroni placet. Nouimus autem, alijs quoque rebus liba constare, vt docet Cato, & esse etiam placentas luxuriosæ gulæ. Sed hic panis dulciarius, quem diximus, aptus sacrificijs habebatur: dicebatúrque secium, quòd secaretur cultro, quem (vt ait Festus) Secespitam appellabant. Erat autem D culter ferreus oblongus, manubrio eburneo, rotundo solido iuncto ad capulum, auro argentóque fixo, clauis æneis, ære Cyprio: quo flamines, flaminicæ, que virgines, pontificésque ad sacrificia vtebantur. *Mixtaque farra sale*] Periphrasis molæ. Far enim tostum, & sale sparsum, vocatur mola, quòd eo mollito hostiæ asperguntur: dicitúrque mola salsa: Martialis. Consumpsi salsasque molas, & thuris aceruos. Plinius: Nec minus propitij erant mola salsa supplicantibus. Idem: Numa instituit, deos fruge colere, & mola salsa supplicare, atque (vt autor est Hemina) far torrere, quia tostum cibo salubrius esset: statuendo non esse purum ad rem diuinam, nisi tostum. Mola (vt inquit Seruius) & frons victimæ, & foci aspergebantur, & culter fiebatque de horna fruge, & horno sale. *Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem Et modo sacrifico Clusius ore vocor*] Ianus, teste E Macrobio, inuocabatur in sacris Ianus geminus, Ianus pater, Ianus Iunonius, Ianus Consiuius, Ianus Quirinus, Ianus Patulcius & Clusius. Geminus, quòd præsit vtrique cœli ianuæ. Pater, quasi deorum deus. Iunonius, quòd non solùm mensis Ianuarij, sed omnium mensium ingressus teneat. Consiuius, à conserendo, id est, propagine humani generis, quæ à Iano autore conseritur. Quirinus, quasi bellorum potens: ab hasta, quam Sabini quirinum vocant: *Patulcium*] siue Patulcius, quia bello causæ eius patent. Clausius, siue Clusius, quia pace clauduntur. * *Diuersas vices*] aperiendi & claudendi.* *Vis mea narrata est* Rhetorica exornatio, quam Cicero † Transmutationem appellat. *Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes*] alteram, quæ egredientibus siue egressuris sese offert. Vnde Ianus, qui ianuis præsidet, merito duas facies gerit. Quamuis non di- F splicet illa Plutarchi ratio, qui Ianum ait, cum ferum & syluestrem cultum in vrbanum ciuilémque mutasset, fictum bifrontem, quòd alteram ea altera formam dispositionémque reddiderit. Sanè frons non solùm de parte capitis, sed de alijs quoque rebus dicitur, vt hoc loco. Ouidius alibi: à fronte potentes Cœlicolæ, clarique suos posuere penates.

Totus orbis miscebitur] confunderetur. *Lethifero sanguine*] lethifera sanguinis effusione, propter bella, quæ per totũ orbem essent. *Ni rigida sera*] nisi duræ catenæ, G seu duri vectes. *Teneãt bella condita*] abscondita & inclusa in templo meo: hoc est, nisi templum meum esset clausum, quod apertum bellum indicaret. *Præsideo*] Sextum officium, seu potestas, quòd cœli fores seruet, & per eum eat & redeat sol. *Præsideo ego foribus cœli*] ianuis cœlestibus. Hoc erat quod superius dicebamus quosdam Ianũ H Solem demonstrari voluisse: & ideo geminum, quasi vtriusque ianuæ cœlestis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat. Fores enim cœli sunt Oriens & Occidens, vnde sol & egreditur & ingreditur. *Cum Horis mitibus*] Homerus lib. 5. Iliad. Horas fingit non minus physicè quàm poëticè, cœli portas seruare. Cum his ergo Ianus cœli portas seruat. Nec absurdè etiam diceremus, *Cum horis mitibus*] hoc est, matutinis & vespertinis quæ mites & temperatæ sunt, respectu meridianarum, quæ nimis calidæ: & nocturnarum, quæ frigidæ: & maximè cum horis matutinis sol oriatur, & vespertinis occidat. *Et Iupiter redit officio meo*] meo beneficio. Cum I Iouem lucis autorem, seu diei patrem suprà diximus, Iupiter hic pro ipsa luce, seu die accipiatur, qui illius beneficio redeat, qui cœli foribus præsidet. Vel intelligas, quòd suo officio eat & redeat Iupiter. *Inde vocor Ianus*] Cur Ianus dictus, & cui cum libũ offertur, quibus appelletur nominibus. *Inde*] ex eo, quòd ianuis præsum. *Vocor Ianus*] ab ipsis ianuis. *Cui cũ Sacerdos imponit libũ*] Cũ offert libũ. *Cereale*] à Cerere, quòd ex cerealibus rebus fiat. Aliqui enim dicunt, libũ esse genus panis. Cato admixtionẽ quandã esse ostẽdit: & libum (Varrone teste) appellatur, quòd primùm libaretur. *Et farra mixta sale*] hoc est, molã ipsam, nã mola Pompeio teste vocatur far tostũ & sale sparsũ quòd eo mollito hostiæ aspergitur. Et Varro loquit: Ex mola, id est, ex sale, & farre mollito. Tradit Verrius, vt Plinius refert, populũ Romanũ farre tantũ è frumẽto trecẽtis annis vsum. Et Dionysius in- K quit: Vt nos Græci hordeum, vetustissimã frugẽ putãtes hordei, primitias in sacris damus vllas, eas vocãtes: ita Romani preciosissimum, vetustissimúmq. far putãtes esse, sacrificia omnia ignea ab eo incipiũt. *Ridebis tu nomina*] mihi scilicet imposita, & quæ humiliora sunt mea dignitate. *Namq. modò ore sacrifico*] ore sacerdotis sacra facientis. *Vocor Patulcium*] à patendo. Et idem vocor Clusius, à claudendo. Diximus enim, in sacris inuocari Ianum Patulcium, & Ianum Clusiũ. Causam Macrobius refert, de irruptione Sabinorum per portam, & Iani auxilio: de quo inferius dicemus, cum etiam ab ipso repetatur. *Scilicet*] Quare ita appellatus sit, vt alterno nomine alternum quoque officium ostenderetur. *Scilicet*) certè. *Illa rudis vetustas*) simplex & impolita. *Voluit alterno nomine*) nomine alternatim, hoc est, per vices repetito: cum nunc Patulcium, nunc Clusium dicerent. *Significare* L *diuersas vices*] contrarias, officij alternatione: cum per vices nunc claudam, nunc aperiam. *Vis mea*) Multiplicem suam potestatem Ianus retulit: iam figuræ duplicis causam refert, & à simili arguens, eam ostendit, præsertim à ianuis, quibus præest. Vnaquæq. ianua habet duas frontes: quarum altera, qui foris sunt, respicit: altera, qui intus. Idem facit ianitor in limine sedens. Sic ipse ianitor, vt cœli portas seruet, Orientem simul & Occidentem respicere necesse: quod nisi bicipiti forma facere non poterat. *Est narrata*) est exposita tibi. *Vis mea*) potestas & officium meum. *Disce nunc causam figuræ, cur biceps sim*) Tamen tu quoque iam vides hanc, intelligere debes hanc causam. *Aliqua parte*) quia iam multa narraui, ex quibus percipere potes, cur biceps sim.

PAVL.

A *Omnis ianua habet geminas frontes hinc atque hinc*] duas habet frontes ianua, exteriorem & interiorem. Ianuas pro foribus accipiamus, quæ clauduntur & aperiuntur. *E quibus*] ianuarum frontibus. *Hæc*] exterior scilicet. *Spectat populum*] quasi respicit eos qui foris sunt. *At illa*] altera frons, quæ interior est. *Spectat larem*] ea quæ in lare, hoc est, quæ domi sunt. De lare & laribus dicemus in secundo. *Et ut vester ianitor*] qui ianuas ædium vestrarum seruat. *Sedens prope limina primi tecti*] sedens in primo ingressu. *Videt egressus & introitus*] videt exitum & ingressum, & obseruat ingredientes & exeuntes. *Sic ego ianitor cælestis aulæ*] qui seruo vtramque cœli ianuam. *Perspicio partes Eoas*] obseruo partes Orientis. *Et Hesperias*] regiones Occidentis: ab Hespero rege, siue ab Hespero stella.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Seruet vt internas compita secta vias.
Et mihi, ne flexu ceruicis tempora perdam,
Cernere non moto corpore bina licet.
Dixerat: in vultu si plura requirere vellem,
Difficilem mihi se non fore, pactus erat.
Sumpsi animum, gratesque deo non territus egi,
Verbaque sum spectans pauca locutus humum.
Dic age, frigoribus quare nouus incipit annus,
Qui melius per ver incipiendus erat?
Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas,
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Et modo formatis operitur frondibus arbor
Prodit & in summum seminis herba solum.
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit & in pratis, luxuriatque pecus.
Tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.
Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro:
Hæc anni nouitas iure vocanda fuit.
Quæsieram multis, non multis ille moratus,
Contulit in versus sic sua verba duos.
Bruma noui prima est, veterisque nouissima solis:
Principium capiunt Phœbus & annus idem.

ANTON. *Ora vides Hecates in tres vergentia partes.*] Diana triuijs præesse dicitur, vnde fingitur triceps: vt Tergeminamque Hecatẽ, tria virginis ora Dianæ. Vel quia ipsa in cœlo est Luna, in nemoribus Diana, in inferis Proserpina. vt, Ecce procul ternis Hecate variata figuris Exoritur. Consueuerũt autem rustici per triuia & quadriuia vlulare, ac flebile quiddam in honorem Dianæ canere, ad reddendam Cereris imitationem, quæ raptam Proserpinam in triuijs clamore requirebat. Vnde tractum existimant, vt Diana triuijs præesse dicatur: à quibus, vti autor est Varro, Triuia dicta est: vbi poni cõsueuit, vt idem testatur, in oppidis Græcis. Licet sic dicta etiam putetur, quòd Luna in cœlo tribus vijs moueatur, in altitudinem, latitudinem, longitudinémque. Præest autem Diana nõ solùm triuijs, sed & vijs, teste Festo. Vnde eius simulacrum iuuenile fingebatur, quoniam ea ætas fortis est ad tolerandam viam. Hecate, autore Seruio, numen est trium potestatum: ipsa enim est Diana, Luna, Proserpina. Sed his subijciuntur & aliæ. Vnde Hecatẽ D dictam volunt, quòd centum, id est, infinitas habeat potestates. Alij, quòd Proserpina centum victimis placetur, vt constituit Menelaus. Vel quòd centum annos errare faciat insepultos. Eusebius Lunam Hecatem dictam refert, ob varias eius corporis figuras, quas à distantia solis accipit: eandémque arcum habere, quòd dolores partus acuti sint.

Dic age, &c.] Quærit, cur hyeme, ac non vere, annus incipiat, cùm vere omnia floreant, atque renouentur, læta & pulchra sit Venus, vt inquit Macrobius: vireant arua segetibus, prata herbis, arbores folijs. Quam ob causam, vt scribit Laertius, secundum Pythagoricam distinctionem, ætatis humanæ veri pueritia accommodatur, sicuti æstati adolescentia, autumno iuuenta, hyemi senectus. Vnde annus vere potius, quàm hyeme incipiendus videbatur. Accedit E ad hoc, quòd origo mundi ac temporum secundum aliquos vnà cum vere fuit: vt non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem Crediderim. Quid, quòd viridis color veri dicatus est, vt æstati roseus, hyemi Venetus, albus autumno. *Et noua de grauido*, &c.] Plinius autor est, dici in vite gemmam, cum ibi sespitem facit, antequam faciat in concauo oculos, & in cacumine ipso germen. De hac Cicero: Existit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur. Hoc vocabulo in vitibus vtimur per metaphoram. Quintil. Necessitate rustici dicunt gemmam in vitibus: quid enim dicerent aliud? sanè palmites propriè de vitibus dicimus: vt, Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos. Id nomen, teste Festo, à palma deducitur, quòd in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt. *Et* F *luteum celsa*, &c.] Ipse alibi de hirundine, Sub trabibus cunas tectaque parua facit. Hanc autem ignotam dicit, quòd vnde veniat, dubitetur. *Bruma noui prima est*, &c.] Tempus à bruma ad brumam, dum sol redit, vocatur annus, vt ait Varro. Placuit autem, annum à bruma incipere, quæ à dierum breuitate nomen accepit, autore Festo: quia sol veluti senio confectus, & ad capricornum atque inferiores delapsus circulos, ad altiores incipit remeare, G & quasi enasci. Vnde sol nouus propriè dicitur, autore Seruio, octauo calẽdas Ianuarij. Plutarchus in Quæstionibus, Numam inquit Ianuario inter menses principatum dedisse, ac principium anni sumpsisse, naturæ, quãtum ad nos attinet, consentaneum. Quamuis enim eorum quæ in circulo circumferuntur, nihil sit vel primum natura, vel ex- H tremum: optima tamen lege factum inquit, vt post hybernum tropicũ annus inchoetur: cum naturale quodammodo huiusmodi principium fiat, quo lucis tẽpus nobis augetur, & tenebrarum ac noctis minuitur: & princeps ipse, ac totius substantiæ finxq; autor propius accedit. Est autem bruma ea pars hyemis, quam sol conficit ad I hybernum tropicum: quãuis interdũ eo vocabulo abutamur. Fuit olim nonnullis religio, ante brumam aliquod negocium aggredi, decrescentibus videlicet diebus: cum existimarent non posse fieri, vt id rectè procederet: qui à Terentio irridentur. Nos tibi, lector cãdide, consilium damus, vt si fortè idibus Decembris ad te quispiam venerit, debitum soluturus, non expectes, vt sol ad nos redire incipiat: sed confestim accipiens quicquid datur, nomen exuas creditoris.

PAUL. *Ora vides*] Arguit ab exẽplo Dianæ: quę quia in triuijs colebatur, & Triuia dicta, & tricipitẽ esse finxerunt: nã (vt superius diximus) Dianæ ipsi, vt Triuiæ, viarũ omniũ tribuũt potestatẽ. Præterea & triplex est illi cũ triplici potestate nomen. nam Diana in nemoribus, Luna in cœlo, Proserpina in K erebo dicta. Inde est illud Virgilij: Cœlóque Erebóque potentem. Rursúsque illi triplicem potestatem assignant, in terra, aëre, & igni. Inde tricipitem quoque fingunt. Quam etiam & Hecaten vocarunt, non modò à triplici, sed à multiplici potestate. nam ἑκατὸν centum significat: siue ita appellata est, quòd centum victimis placetur, vt constituisse dicitur Menelaus. Inde Hecatomben dicimus sacrificium centum victimarum: aut quòd centum annos faciat errare insepultos. Sed vt varia potestas, ita & simulacra sunt ipsius Hecates ex varia materia, quæ refert Porphyrius in libro Responsorum per verba ipsius: Quale mihi facias simulacrum, aduerte, docebo: Syluestri cape nata loco, atque absynthia circum Ponito, tum totum cælato, & pingito mures, Qui soleant habitare domos: pulcherrima sunto Hæc ornamenta, atque animo gratis- L sima nostro. Tum myrrham, thus, & styracem, ipsorúmque cruorem Coniecito pariter, murum sacra desuper inde Verba cane: tot verò adhibe, muresque repone, Quot mihi tu esse vides formas: tum sumito laurum, Eiúsque eius truncco vaginam aptato, piásque Tunc effunde preces simulacro, & debita solue Vota: hæc si facias, per somnum méque videbis. *Tu vides ora Hecates*] vultus Dianæ. *Vergentia*] quasi sese vertentia. *In tres partes*] nam cum triceps sit, in tres partes sese vertit. *Vt seruet*] ipsa Hecate, seu Diana Triuia. *Compita secta*] diuisa. *In ternas vias*] in ipsa triuia. Compita dicta, à pluribus simul vijs competentibus: vt sunt triuia, & quadriuia, & similia. *Et mihi licet cernere bina*] spectare in duas partes, sicut Triuiæ li-

cet in tenuas. *Non moto corpore*] sine motu & inclinatione corporis. *Ne perdam tempora flexu ceruicis*] ne conuersione & inclinatione ceruicis frustra tempus conteram. Etenim apud veteres nulla grauior habebatur iactura, quàm temporis perditio. *Dixerat*] iam Ianus causam forma bicipitis. *Et erat passus Vultu*] quasi annuerat,& nutu mihi promiserat. *Se non fore*] non futurum. *Mihi difficilem*] sed facilem. *Si Vellem plura requirere*] si quid aliud vellem ab eo sciscitari,in quo dubitarem. *Sumpsi animum*] quasi iam euanuit metus, & audentior factus sum. *Et non territus*] sicut ab initio,cum venit numen:sed iam audens. *Ego grates deo*] egi Iano gratias. Agere grates, poëticum est potius, quàm oratorium. *Et spectans humum sum locutus pauca Verba*] hæc pauca locutus sum , habens oculos humi defixos. & id , cum fixos in Ianum oculos habere non posset:non enim humana acies tantam ferre diuinitatem potest. Aut exprimit dubitantis & cogitantis simul gestum,de quo primùm quæreret. *Dic age*] Quærit nunc Poëta, quæ ratio est , quòd annus potius incipiat ab hyemali tempore, quàm à verno: videtur enim magis anni principio vernum tempus, quàm hyemale conuenire, præsertim cum verno tempore omnia renouari videantur,& ipsa tempora, & ipsa tellus , quæ nouam vestem resumit. Amplificátque Poëta hanc verni temporis descriptionem. *Dic age*] ô Iane. *Quare*] qua ratione. *Annus nouus incipit a frigoribus*] nouitas, hoc est,ipsa renouatio, & anni principium,à brumali & frigido tempore incipiat. Frigus à frigendo , frigere à ῥιγῶ verbo Græco deducitur, quod est horreo. *Qui annus melius erat incipiendus per Ver*] melius à verno tempore habuisset initiū. Ver à Græco est:dicitur enim ἦρ & ἔαρ ver, nus. Additque huic rei rationem Poëta. *Tunc*] verno tempore. *Omnia florēt*] & herbæ,& frutices & arbores resumpto naturali humore florent. *Tunc*] eo tempore. *Est noua ætas temporis*] quasi tunc & tempus ipsum renouatur, & renouare cætera facit. *Et noua gemma*] nouus vitis oculus. Ita hic accipitur, vt apud Virg. Turgent in palmite gemmæ. *Tumet de palmite grauido*] qui iam plenus est naturali humore. vel per translationem à grauidis parientibus,ex eo quòd turgentes gemmas palmes pariat. Et inferius in quarto libro: Nunc tumido gemmas cortice palmes agit. Palmites enim aliqui esse volunt vitium capita. Pompeius tamen inquit: Palmites vitium sarmenta appellantur , quòd in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt. *Et modò*] verno quóque tempore. *Arbor operitur*] tegitur, seu cooperitur. *Frondibus formatis*] quasi suam formam resumentibus , seu natis sub forma naturali. Aliqui legunt , Formatis vitibus : quæ formantur ipsa supputatione ab initio veris:de quo Plinius , Hæ vites tonsura annua coercentur. *Arbor*] Dixit,quia vlmis adiunguntur. vt Virg. Vlmísque adiungere vites.& populis aliis in locis: de quo Plinius , In Campano agro populis nubunt. *Et herba seminis*] quæ à semine procedit. *Prodit in summum solum*] exit in telluris summitatem : quia tunc segetes & cæteræ herbæ emergunt. Sic etiam in quarto : Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt. *Et Volucres*] lætæ iam verno tēpore , & ad nidificandum paratæ. *Mulcent*] demulcere & delinire videntur,velut humanas aures. *Aëra tepidum*] aëra vernum , hyemali tepidiorem & temperatiorem. *Concentibus*] varia cantuum suauitate. *Et pecus*] ipsa animalia, effigie humana carentia. *Ludit*] iocatur. *Et luxuriat in prato*] lasciuit. vel ad amoris stimulos refertur. *Tunc*] verno tempore. *Blandi soles*] leues & temperati , & nos ad suos radios allicientes. *Et hirundo ignota prodit*] in apertum exit,quia tunc redit. *Ignota*] quia non scitur vnde veniat, aut quò secesserit. Plinius tamen inquit , abire hirundines in montana Africæ , secutas montium recessus , inuentásque ibi nudas & deplumes. Aristoteles autem 7.de Animalibus ait , hirundines in hyeme vel latere in arborum concauitatibus, vel se ad loca calida transferre. *Et fingit*] componit. *Opus luteum*] nidum ex luto. *Sub celsa trabe*] sub altis domorum trabibus, in ipsis laquearibus. Vnde & Gellio Toxius Cœli filius,lutei ædificij inuentor placet, exemplo sumpto ab hirundinum nidis. *Tunc ager patitur cultus*] quia congruum illud tempus ad excolendum agrum. *Et renouatur aratro*] nam aratro proscinditur. Et Plinius inquit : Tepidioribus locis à bruma proscindi arua oportet, frigidioribus ab æquinoctio verno. Idem à moderato & aliis asseritur. *Ager*] (vt Varro inquit) dicitur , quòd in eo aliquid agatur. Quintilianus à græco detorquet:græcè enim ἀγρὸς dicitur. *Iure hæc Vocanda fuit annus nouitas*] meritò ob ea quæ dicta sunt, appellari debuit illud anni principiū. *Quæsieram multis*] longa amplificatione verborum vsus , à Iano quæsieram , cur non esset ea anni renouatio. *Ille*] Ianus. *Non multis moratus*] non me multis verbis in mora detinens. *Contulit sua Verba in duos Versus*] suam sententiam & rei rationem duobus tantùm versibus explicuit. *Bruma noui*] &c. Rationem affert Ianus, in bruma solarem cursum terminari & renouari , sic ab ipsa solaris cursus renouatione renouari annum , qui ad ipsius solis cursum institutus est. Et si quis quæreret, cur non idem in æstiuo solstitio , cum etiam cursus solis terminari videatur , & sol ab vltimo gradu cancri in capricornū redire incipiat : respondetur: Annus ex diebus constat. Dies nihil aliud est,nisi solis lumen , ad cuius cursum crescit & decrescit. Quod deficere incipit , inchoare non dicitur. Quod autem crescit, principium habet incrementi: vt cum decrescit,decrementi. Dies post hyemale solstitium,cum sol cursum protrahere incipit , maiores esse incipiunt. Ergo ab ipso incrementi principio iure principium annus capit,non ab ipso solstitio æstiuo , cum dies decrescere incipiunt. Plutarchus de hoc disserit, Problem. 18 & post aliquas opiniones inquit : Sed vide ne Numa Pompilius magis consentaneum naturæ, quantum ad nos attinet , principium anni sumpserit : omnino enim eorū quæ in circulo circunferuntur , nihil est quod natura aut extremum sit, aut primum. Sed lege factum, vt alij aliud statuant anni principium. Optimè verò, qui post hybernum tropicum annum inchoant, cum sol finem vlterius progrediendi faciat. cursus ad nos se recipit:sic enim naturale quodammodo huiusmodi principium , quo & lucis tempus augetur , tenebrarum verò & noctis diminuitur : princeps denique , & totius substantiæ fluxæ autor propius accedit. *Bruma est prima noui solis*] hyemale tempus est primum solis: quasi hyemali tēpore, exacto cursu , sol nouus redire incipit. *Nouus*] quia renouare cursum incipit , rediens à capricorno in cancrum. *Bruma*] à breuitate dierum dicta , tempus illud est , cum breuiores dies sunt. Et vt Florentinus princeps ostendit,ab octauo calendarum Decembrium vsque ad nonum calendarum Ianuariarum celebrantur festa brumalia. *Et Veteris solis nouissima*] vltima solis , cum cursum perficit. Hoc dicit:In bruma sol cursum perficit & renouat. *Phœbus & annus capiunt idem principium*] solis cursus & anni idem est principium.

Post ea mirabar,cur non sine litibus esset
Prima dies:Causam percipe, Ianus ait.
Tempora commisi nascentia rebus agendis,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo,
Nec plus quàm solitum testificatur opus.
Mox ego:Cur quamuis aliorum numina placem,
Iane tibi primùm thura merúmque fero?
Vt possis aditum per me,qui limina seruo,
Ad quoscunque voles,inquit,habere deos.
At cur læta tuis dicuntur verba calendis,
Et damus alternas,accipimúsque preces?

ANTON. *Post ea mirabar , cur nō*] &c. Delibabat vnusquisque artē suam calendis Ianuarij,non lucri gratia, sed auspicij. Columella : Ita tamen, vt agricolæ ipsis calendis Ianuarij auspicandi causa omne genus operis instaurent. Agitabant ergo causidici particulam aliquā suarum litium vt solitum opus testificarentur , & aperirent suæ artis professionē:ne cum omnia principiis inesse soleant , si prima anni die ociosi essent , viderentur sibi totius anni inertiam auspicari. Sciendum , litis nomine omnem actionem significari , siue in rem , siue in personam. Est autem Post ea hoc loco non vna dictio, sed præpositio & pronomen, ne claudicet versus. *Cur quamuis aliorum*, &c. Maiores nostri diis immortalibus rem diuinā facturi, Ianum & Iouem præfari solebant: Ioui enim (vt diximus) omne debetur initium. Ianus autem inuocari solebat , qui ianuis præest, humanis precibus, vt ad cæteros deos aditum præstaret & ianuam. Hunc quidam scripserunt primum in Italia diis templa fecisse,& ritus instituisse sacrorum , ideóque in sacrificiis præfationem meruisse perpetuā. Martialis: Te primùm pia thura rogent,te voce salutēt:Purpura te fœlix , te colat omnis honos. Inuocari etiam Vesta omnibus sacrificiis quidam tra-

A diderunt, quia nullum sacrificium sine igne est. *At cur læta tua*] &c. Plinius Cur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem faustum ominamur? Cautum erat apud Romanos, ne quod mali ominis verbum calendis Ianuariis efferretur: si quid enim sinistro omine auditum esset, infœlicem annum portendere putabatur. quod idem & priuatim diebus natalibus obseruabant. Hinc est, quòd Meuius quidam (vt scribit Porphyrio) post absumptum patrimonium, calendis Ianuariis in Capitolio clara voce optauit, vt quinquaginta millia nummorũ æris alieni haberet. Cúmque admiratus quidam quæsiuisset, quid sibi vellet, qui tam solenni die optaret incommodum Meuius, Non est, inquit, cur mireris: octingenta enim millia debeo. Diuus Hieronymus autor est, nullum esse toto anno præter calendas Ianuarias diem, quo non affichi supplicio e no-
B stris quingenti martyres numerentur.

PAVL. *Post ea mirabar, cur non*] &c. Quærit, cur prima dies non vacaret contentione & certamine Et superius contrarium dixisse videtur: Lite vacent aures, insanáque protinus absint Iurgia. Sed illud refertur ad contentiones forenses, & amicorum iurgia, & maledicentiam inuidorum: hoc autem ad artis demonstrationem, & delibationem, quantum ex Iani verbis colligi potest. De more enim erat, calendis Ianuariis certare demonstratione artis, quam quisque profiteri potuisset: vt bono omine ab anni initio captato, idem toto anno professuri essent. *Post ea*] post verba Iani. Diuidendum enim Post ea, vt sit præpositio & pronomen: nam si aduerbium facis, non stabit versus. *Mirabar*] quasi cum admiratione quærebam. *Cur prima dies*] anni scilicet. *Non esset sine litibus*] sine vlla contentione *Ianus ait, Percipe*
C *causam*] intelligas & percipias rationem, quare id fiat. *Tempora*] Rationem nunc affert Ianus, quam iam explicuimus. *Ego commisi tempora nascentia*] hoc est, ipsorum temporum principia *Rebus agendis*] demonstrationi & delibationi rerum agendarum. Deus qui agendis rebus præest, Agonius dicitur: inde agonium, & agonalia. Sed de his paulo inferius. *Ne totus annus foret iners*] ne inertia consumeretur annus, sed arte, solertia, & industria *Auspicio*] ob auspicium: hoc est, augurium à primo die captatum Sed auspiciũ ad auium aspectum, augurium ad auium garritum refertur. *Quisque*] vnusquisque. *Ob idem*] hoc est, vt faustum fœlixque omen & auspicium ab initio captet. *Prælibat suas artes*] prægustat, & certatim præmonstrat artes, quas profiteri potest *Agendo*] aliquid faciendo & certando. *Nec te-* G *stificatur plus quam opus solitum*] nec plus indicat, aut pollicetur, quam quod solitus est *Mox ego*] &c. Nunc aliud quærit, cur cum alicui deo res diuina fiat, primùm Iano sacrificatur. *Mox*] statim post Iani verba. *Ego*] dico. *Cur fero tibi Iane primum thura & merum*] cur ego primùm tibi sacrifico, thura & merum offerens. *Quamuis placem aliorum numina*] quamuis alios deos placaturus sim, & illis sacrificaturus. *Vt per*] &c. Hoc erat, quod superius autore Prætextato Macrobiano diximus, Ianum inuocari primùm, cum alicui deo res diuina celebratur, vt per eum pateat ad illum cui immolatur, accessus: quasi preces supplicum per portas suas ad deos ipse transmittat. Inquit Ianus, *Vt possis habere aditum*] ideo mihi thura & merum offers, vt precibus tuis accedere possis ad quoscunque voles deos. *Per me*] H opera mea. *Qui servo limina*] qui sum ianitor cœli, & seruo deorum limina. *At cur læta*] &c. Quærit aliud nunc Poëta, cur Iani calendis lætis vtamur verbis: vti & superius, Nunc dicenda bona sunt bona verba die. *At cur dicuntur verba læta tuis calendis*] cur primo die tui mensis dicamus vicissim bona & læta verba. *Et damus, & accipimus alternas preces*] cur alternatim precamur & optamus, vt nobis bene sit, & alter alterum salutamur, oramúsque deos, vt faustum & fœlicem annum tribuant. Et duo sunt quæ petit, cur læta verba dicantur, & cur dentur alternæ preces.

Tum deus incumbens baculo, quem dextra gerebat:
Omina principiis, inquit, inesse solent.
Ad primam vocem timidas aduertitis aures,
Et primùm visam consulit augur auem.
Templa patent, auréśque deûm: nec lingua caducas
Concipit vlla preces, dictáque pondus habent.
Desierat Ianus: nec longa silentia feci,
Sed tetigi verbis vltima verba meis.
Quid vult palma sibi, rugosáque carica, dixi,
Et data sub niueo candida mella cado.

ANTON. *Ad primam vocem*] &c. Veteres, teste Donato, aliquid aggressuri, Quod faustum fœlixque sit, dicebant, vt omen ita dicendo susciperent. Est autem omen, vt eidem autori placet, quicquid ore dicitur. quod nomen & Varro & Festus ab ore
D deductam ostendunt, quorum Festus, Omen, inquit, quasi oremen, dictum, quòd fit ore augurium, non auribus, alióve modo. Quamuis non solùm oris, sed mentis etiam sit omen, autore Nonio. Vnde à sacrificantibus dicebatur, Bona habete omina. Scire autem debemus, augures, è quorum ritu autor probat hoc loco, omina inesse principiis, vt plurimum vel ex auium cantu, vel ex volatu augurari solitos. Cicero ad A. Cecinnam: Non enim ex alitis volatu, nec è cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est, tibi augurot. Li diuersa signorum genera obseruabant, ex cœlo, ex auibus, ex tripudiis, ex quadrupedibus, ex diris Sed dum per aues futura scrutari vellent, ad primum auis cantum aures
E aduertebant: vel ex aue, quæ prima templi fines ingressa fuisset, augurium captabant. Templum appello designatas lituo æthereas regiones. *Timidas*] autem *aures* dicit, quòd vereantur augures, ne malum offeratur augurium. *Templa patent, auréśque deûm*] non cadunt in irritum preces nostræ ad deos immortales, cum fiant calendis Ianuariis, & insit tunc verbis omen & pondus *Quid vult palma*] &c. Mos fuit apud Romanos, calendis Ianuariis largiri amicis caricas, mella, & palmulas, in omen suauitatis totius anni. Vnde illud est Martialis: Aurea porrigitur Iani caryota calendis, Sed tamen hoc munus pauperis esse solet Sunt autem palmarum multa genera, vt inquit Plinius, quibus caryotæ, quas & caryotides dicimus, cibo & succo vberrimæ sunt. Quare ex iis præcipua vina fiebant infesta capiti: vnde caryotis nomen inditum est κάρα enim est caput. vnde & Gar-
F gara dicta sunt capita siue cacumina montis Idæ. & aries à Græcis κριὸς. Nec nos lateat, palmam modò fructum, modò arborem dici. Varro: Nucem iuglandem, & palmulam, & ficum Sabinam quanto citius promas, iucũdiore vtare: quòd vetustate ficus fit pallidior, palmula cariosior, & nux aridior. Plinius: Dependent alia pediculis, vt pira: alia racemis, vt vuæ, palmæ Idem: Harum arborum generi folia non decidant, oleæ, lauro, palmæ Hanc arborem placuit maioribus nostris signum esse victoriæ: quoniã (vt inquit Plutarchus) ingenium eius ligni est, vt vrgentibus premẽtibúsq; nõ cedat: si enim maximũ pondus palmæ ligno imponar, ita vt penè sustineri nequeat, non deorsum palma cedit, sed sursum nititur, & aduersus pondus resurgit. I Huius fructibus, qui dactyli appellantur, nomen impositum est à forma oblonga, & in medio dorsi quodam quasi nodum assimilante, quod digitis similes videantur. Carica autem fici genus est, quod quidam dictum à Caria suspicantur, cui prouinciæ K Caras augurriorum inuentor nomen dedit. Nam vt ait Strabo, Antiochia ad Mæandrum sita, quæ ad Cariam pertinet, regionem multam habet ex vtraque fluminis parte totam fertilem, & caricam multam ferentem, quam Antiochiam & Triphylon vocant. Cauendum autem, ne (quod me puero quosdam memini docuisse) putemus caricam esse aridam ficum: quamuis enim non negemus arete caricam, atque vt cætera ficorum genera rugosam fieri & seruari, tamen propriè caricam esse dicimus fici genus. Plinius: Syria in ficorum genere habet caricas, & minores eius generis, quæ cottana vocant. Idem inuentum M Apitii fico carica saginatis, ac satietate necatis, repẽtè mulsi potu dato. Accipimus autem hoc loco à specie genus, hoc est, per caricam omnia ficuum genera: quæ cum mense Ianuario non nisi aridæ ac rugosæ habeantur, factum est, vt quidam existima- L uerint caricas esse aridas ficus Quid quòd nonnulli Bononiæ tradiderunt, caricam etiam esse palmæ fructum, propter illud Ouidii, Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis: credẽtes significari dactylos è palmæ arboris ramo pẽdentes, cum palma eo loco pro fructu accipi deb. at *Et data sub niueo condita mella cado*. Cadus propriè est vas vinarium: hic pro vasculo accipitur, quo mella conduntur. Erat autem candidum, vt festo congrueret. quemadmodum & vestes Romanorum, de quibus ait suprà, Et populus festo concolor ipse suo est.

Tunc deus] &c. Respondet Ianus, causam esse captationẽ PAVL. ominis & augurii: præterea de alternis precibus inquit, quia apertæ deorum ædes faciunt, vt dii quoque apertis au-

A tibus eas audiant. *Tunc deus.*] Ianus. *Incumbens baculo*] innixus baculo, quo superius diximus figurari. *Inquit*] dixit. *Omina solent esse principijs*] initio rerum agendarum solent omina & auguria captari, sic etiam ab anni principijs: quæ si bona sunt, sequetur faustus annus. Et Valerius Maximus inquit in principio de Institutis antiquis: Apud antiquos non solùm publicè, sed etiam priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: quo ex more nuptijs etiam nunc auspices interponuntur, qui quamuis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vsurpantur. *Aduertit in aures timidas*] dubias de augurio & omine, bonúmne an malum futurum sit. *Ad primam vocem*] & ad prima hominum verba, vel vocem quamcunque, & ad id quod per aues oscines accipitur, referre potes. *Et augur*] sacerdos: quia auguribus præest. Erat enim colle-
B gium augurum Romæ: sed vnde institutum, dicemus in secundo. *Consulit auem primùm visam*] obseruat aues, & consulit quā primùm videt: in ea enim est auspicij pondus: & hoc ad aues præpetes referendum. Aues enim oscines cantu, præpetes volatu futura prænunciant. *Patent templa*] deorum ædes calendis Ianuarijs apertæ sunt, & Iano duce, qui aperit & claudit. *Et aures deum patent*] quia paratæ sunt ad audiendas preces, & vota suscipienda. & hoc refertur ad illud secundum, Damus alternas preces. *Nec lingua concipit caducas preces*] quasi non effunduntur preces frustra, cum irritæ sint nunquam, nec vanæ: nam à dijs audiuntur. *Concipit*] dixit, cum mente concipiantur, & lingua pronuncientur preces. *Et verba*] ipsæ preces. *Habent pondus*] sortiuntur effectum: nam à dijs audiuntur & exaudiuntur. *Desierat*] &c. Quærit qua ratione ijsdem calendis tam suaues fructus offerantur. Mittebantur enim amicis palmarum poma, quæ cariotæ, seu cariotides appellantur, caricæ, & mella, in omen futuræ suauitatis ineuntis anni. Martialis in distichis: Antea porrigitur Iani cariota calendis, Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. Et alibi: Hinc linitur luto Iani cariota calendis, Quam fert G cum paruo sordidus asse cliens. Et in Syluis Papinius, Et latente palma prægrandes cariotides cadebant. Et Ouid. in 9. Metam. Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis: pro palmarum fructibus, hoc est, cariotis ipsis. *Ianus desierat*] loqui scilicet, quia iam tacebat. *Nec fecit longa silentia*] quia statim locutus sum. *Sed tetigi vltima verba*] Iani scilicet. *Verbis meis*) nam statim cum ille desijt, ego subsequutus sum, dicit. *Quid vult sibi palma*) quasi quid sibi volunt palmarum fructus, qui ijs calendis offeruntur. De palmis & fructibus earum agit Plinius lib. 13. Palma etiam victoribus dicata est, de quo diximus in Odis Horatij, autore Gellio, & Aristotele, & Plutarcho. *Et rugosa carica*) Caricas inter ficus Plinius refert: & Iulius Pollux genus esse ficuum dicit. Sed multi pro ficubus siccis accipiunt, & ideo rugosa carica dicitur. *Et mella data*) H oblata. *Condita sub niueo cado*) quæ condita erunt sub quocunque vase candido, siue nouo. nam cadus vas vinarium est.

Omen, ait, causa est: vt te sapor ille sequatur,
Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.
Dulcia cur dentur, video: stipis adijce causam,
Pars mihi de festo ne labet vlla tuo.
Risit: & ,O quàm te fallunt tua secula, dixit,
Qui stipe mel sumpta dulcius esse putas.
Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor, qui nunc est summus, habendi:
Vix vltrà quò iam progrediatur, habet.
Pluris opes nunc sunt, quàm prisci temporis annis,
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.

ANTON. *Stipis adijce causam*] Stipem quoque, quâ C multi nihil dulcius arbitrantur, primo anni die donare mos fuit. Suetonius in Caligula: Stetitque in vestibulo ædium calendis Ianuarijs, ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus, in sinum omnis generis turba fundebat. Est autem stips, autore Festo, nummus signatus, vnde stipendium nomen accepit: quoniam, vt D ait Varro, æs stipem dicebant. Inde quoque ortum est verbum stipulari, cum spondetur pecunia: & stipator nomen. Sunt autem stipatores, custodes corporis: quibus à stipe, quam accipiebant, nomen inditum putant. ijdem & latrones à maioribus dicebantur. *Pluris opes nunc sunt*) &c. Repellitur paupertas, deorum munus, qua nihil est tutius: & nihil in precio est, nisi precium. ac tanti est opulentia, vt rectè dictum illud videatur: O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm est, Virtus post nummos.

PAVL. *Omen*) &c. Faustum hæc in omen mitti Ianus inquit. *Ait, causa est omen*] ominis ratio. *Vt ille sapor sequatur te*) Per Hypallagen, vt res in totum annum successuræ sequantur saporem illū rerum dulciū: vt illæ dulces sic omnia sint E per totū annum dulcia. *Et vt dulcis annus*) qui dulce principiū habuit, sequatur iter cœptū, quod incœpit à dulcibus. *Dulcia cur dentur*) &c. Intellecta dulcium causa, quærit nunc stipis rationem. *Video cur dentur dulcia*) intelligo cur cariotides, caricæ, mella dentur. *Adijce causam stipis*) adde his rationem, cur stipem eo quoque die offerant. *Ne vlla pars de festo tuo*) ne quid eorum, quæ tuis calendis aguntur. *Labet mihi*) excidat à me. Labet à labo labas, & breuis est prima. Hoc dicit: Ne quid me lateat eorum quæ ad tuum diem pertinent. Etenim apud veteres calendis Ianuarijs strena dari accipique solebat: id etiam & alijs diebus mensis factitatum. Tiberius tamen Cæsar, Tranquillo teste, inhibuit strenarum commercium, ne vltra calendas Ianuarias exerceretur. Strena munus ipsum appellatū est: dabantur tamen nummi, ideo hic Stipis dixit. Stipem Pom-
F peius inquit esse nummum signatum: testimoniū est & de eo, quòd datur stipendium militi, & cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur. Qui autem primus stipem fecerit, seu nummum signauerit, inferius dicemus. *Risit*) &c. Id arguit Ianus, dulciora esse stipis munera, quàm mellis. Verùm eius nunc sermo descendit vsque ad sextum & trigesimum versum. Inquit ab regno vsque Saturni fuisse homines lucri cupidos, & auiditatem tempore creuisse. Laudat tamen antiquam paupertatem, damnátque & opulentiam, & luxuriam. Sed postquam auctum esset imperium, & facti ditiores homines, aurea fiunt, & pre- I ciosa, quæ prius erant vilia, templa etiam deorum: & vt ab antiquis æra in omen dabantur, ita nunc aurum datur, in quo certè melius est omen. *Risit*) Ianus, cum ita rogaretur. *Et dixit*) O quàm fallunt te tua secula, quantū decipiunt te tua tēpora. *Qui putas mel esse dulcius sumpta stipe*) magis esse mel dulce, quam sit nūmus. *Vix ego Saturno*) &c. Saturnus cum Iano pariter regnauit, de quo paulo inferius dicemus. Et vt autor est Macrobius, Romani ædem Saturni ærarium esse voluerunt, quòd tempore quo incoluit Italiam, fertur in eius finibus K nullum furtum esse commissum: aut quia sub ipso nihil erat cuiusquam priuatum, vt apud eum locaretur pecunia communis, sub quo fuissent cunctis vniuersa communia. Hoc igitur in loco Ianus vult dicere: Licet sub Saturno omnia essent communia, & nihil priuati, tamen. *Vix ego videbam quenquam*) aliquem. *Regnante Saturno*) cum in terris Saturnus regnaret. *Cuius animo non forent*) non essent. *Dulcia lucra*) quasi qui voluptatem ea lucro non conciperet, sic etiam & esset lucri studiosus, & hoc quo ad priuata. *Tempore creuit amor*) &c. Nunc in cupiditatem mortalium inuehitur, quòd eò ventum est, vt nullus sit auaritiæ modus. *Amor habendi*] immoderata lucri cupido. Et in Metamor. Et amor sceleratus habendi. *Creuit tempore*) paulatim per ipsa tempora. *Qui*] amor. *Nunc est summus*) quasi qui ita creuit, vt maior fieri non possit. *Vix habet iam quò vltrà progrediatur*] adeò conualuit ipsa auiditas, vt vl- L terius progredi, aut aliquid vlterius addi minimè possit. *Pluris opes nunc sunt quàm prisci temporis annis*, &c. pluris quidem hoc tempore æstimantur diuitiæ, quàm ab initio vrbis, cum ipse conditor & cæteri modicè, & in paupertate viuerent. *Nunc*) hoc tempore.

Opes) diuitiæ. *Sunt pluris*] quasi pluris æstimantur, & in maiore pretio habentur. *Quàm annis prisci temporis*] quàm æstimarentur priscis temporibus ab antiquis. *Dum fuit populus pauper*] qui non inhiarent diuitijs. *Dum noua Roma fuit*] dum illi viuebant, qui Romam condidere. nam à pauperibus condita, & qui luxuriæ, rerum, & auaritiæ hostes essent. Pauper à pauca pecunia dicitur.

Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis vlua torum,
Iuppiter angusta vix totus stabat in æde,
Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.
Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis:
Pascebátque suas ipse senator oues.
Nec pudor, in stipula placidam cepisse quietem,
Et fœnum capiti supposuisse, fuit.
Iura dabat populis posito modo prætor aratro,
Et leuis argenti lamina crimen erat.
At postquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit summo vertice Roma deos:
Creuerunt & opes, & opum furiosa cupido:
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Quærere vt absumant, absumpta requirere certant:
Atque ipsa vitiis sunt alimenta vices.

ANTO. A *Dum casa Martigenã capiebat parua Quirinum*] Bene addidit Martigenam: cur enim Cæsaribus ædes laterítiæ non sufficiant, cum paruo tugurio Romulus Marte genitus tegeretur? *Fictile fulmen*] non aureum, sed e creta fictum. *Frondibus ornabant*] &c. De Capitolij origine, venustate, ac maiestate suo loco dicemus: nunc illud B cunstet tantùm, auri tantum, & lapillorum à Cæsaribus in ornatum Capitolij fuisse collatum, vt tute diceres mundi arcem, ac totius orbis terrarum caput.

Pascebátque suas ipse senator oues] Non erat probro senatoribus, oues pascere, & arare, sed laudi: quòd bene pascere, secundum Catonem, esset certissimus. Videm sacris laribus cœnas deis appositas, super mensis ligneis, in vetustis canistris, & fictilibus, hordeaceas pultes, & liba, & farra, & fructuum quorundam primitias, alia quæ multa sumptu facili, & ab insolentia omni libera. Quæstur & agrum male colere, probrum censorium C ducebetur. In agris ergo nunc erant senatores, vt ait Cicero: & ipsorum manibus imperatorum, vt ait Plinio, colebantur agri, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore. Itaque rusticæ tribus laudatissimæ in ciuitate habebantur: vrbanæ verò, in quas transferri ignominia esset desidiæ probro. *Nec pudor, in stipula*] &c. Quies maiorum ac somnus in stramentis erat. Iuuenalis: Syluestrẽ montana torũ cum sterneret vxor Frondibus, & culmo, vicinarúmque ferarum Pellibus. *Fœnum capiti supposuisse*] Fœno veteres pro tomento vtebantur, & milites pro vexillo. Item & cornupetarum boum cornibus apponi consueuit, vt occurrentes canerent: quoniam ex repletione & satietate boues insolescunt, item equi, asini, & homines, vt Sophocles scripsit. Ex quo M. Crassum fœnum in cornu habere dixerunt, quẽ tanquam iniuriarum persequentissimum fugiebant: cui D Cæsar, qui ei restitit, fœnum dicitur detraxisse.

Et leuis argenti] &c. Valerius Maximus scribit, Fabricium Censorem senatu mouisse Cornelium Rufinum, perinde ac malo exemplo luxuriosum, quòd decem pondo vasa argentea comparasset. Vnde illud est Iuuenalis: Argenti vascula puer, Sed quæ Fabricius Censor notet. Idem etiam statuit, vt ne bellici quidem imperatores plus quàm pateram & salinum argenteum haberent. Quin & Spartacus, autore Plinio, interdixit castris suis, ne quis aurum aut argentum haberet. Sciendum, laminam differre à bractea: quoniam bractea est tenuis, & vt plurimum ex auro argentóve: lamina verò crassior, è quouis genere metallorum. Atque ipsæ vitiis sunt alimenta vices. Alterna cupiditas nunc quærendi, nunc quæsita perdendi, gignit inexplebilem auaritiam, & cætera vitiorum genera, quæ auaritiam comitantur.

PAVL. E *Dum parua casa*] exiguum tuguriolum. *Capiebat*] recipiebat. *Quirinum*] Romulum. *Martigenam*] Marte genitum. hoc est, dum Romulus paruum tugurium incolebat, etiam vrbe condita: modico enim contentus fuit. Nam vbi populum in curias diuisit, agrum (vt Dionysius refert) in triginta partes diuideos æquales, suam cuique sortem curię tribuit: tantum ipse excipiens, quantum ad sacrificia templáque satis esset, nihil sibi relinquens. *Et herba fluminis*] fluuialis, seu palustris vlua, aut alga. *Dabat exiguum torum*] Et rectè torum, à tortis herbis: non enim in puluinaribus, & in mollibus, sed in tortis asperioribus & duriusculis recumbebat. *Iuppiter angusta*] &c. Non modò in humanis rebus, sed in diuinis vigebat ipsa paupertas, cum dij quoque modico contenti essent. *Iuppiter*] Iouis effigies. *Vix stabat*] stare erectus poterat. *Totus in angusta æde*] in arcto & F angusto templo: parua enim erat ædes, vt recte collocari vix posset simulacrum. *Et in dextera Iouis erat fulmen fictile*] creteum à figulis effictum: & vt fictile fulmen, ita fictilis esse credatur imago. Quin etiam & parui precij omnia ad sacrificia peragenda, de quo Dionysius etiam de Romulo sermonem habens: Erat, inquit, sacrorum communium particeps vir non modo huiusmodi sapientiæ gratia laudatus di-

gnus, sed victimarum etiam, quibus deos coli statuit, vtilitate. Quarum plurimæ permanserunt vsque ad ætatem nostram, sed non omnes quidem vetusto peractæ ritu.

Frondibus ornabant] G &c. ornabant Capitolia frondibus, quæ nunc gemmis, quæ hoc tempore margaritis, & quibuscunque lapillis preciosis ornantur. Illi veteres, aut pauperes, aut preciosi cultus & luxuriæ hostes Capitolia frondibus ornabant. & vt aliquid de eo dicamus, Tarquinius Priscus (vt a Tacito refertur) ædem Ioui bello Sabino vouerat, iecitque fundamenta: addidere aliquid & Tullus, & Superbus: sed operis gloria libertati reseruata. H Horatius Puluillus iterum consul dedicauit ea magnificentia, vt ab immensis postea opibus populi Romani potius ornari, quàm augeri possent. Post vero quadringentos & sedecim annos, C. Norbano & L. Scipione consulibus, Capitolium tam magnificè extructum flagrauit. Restitutum à Luctatio Catullo, ad Vitellium vsque mansit. Rursus incensum Domitiani principatu instaurauit. De Capitolij verò ornatu Plinius inquit: Laquearia quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur, post euersam Carthaginem, primò inaurata sunt in Capitolio, censura Mummij, qui Achaiam vicit. Inde transiere in cameras, in parietes quoque, qui iam & ipsi tanquam vasa inaurantur. cum sua ætas varia de Luctatio Catullo existimauerit, quòd tegulas æreas inaurasset primus. At Cæsares eo sumptu Capitolium ornauerunt, vt ferè quicquid in eo conspiciebatur, gemmeum & I aureum esset. Ideo nunc dixit, *Quæ nunc capitolia gemmis*] Et de hoc etiam Ammianus historicus inquit: Huius totius artis ornamenta quibuscunque Ægyptiorum miraculis sunt anteponenda. *Et ipse senator pascebat suas oues*] Diximus diuisum populum a Romulo, & senatum ab eo constitutum. Credendum est, aliquos è senatoribus ipsius pastores fuisse. nam collegerat ille pastorum multitudinem: & qui prius pastor fuerat, etiam vrbe condita pastoralem interdum vitam agebat. Sic & postea, sicut illi qui rei rusticæ, hoc est, agrorum culturæ operam exhibebant. Ideo passiuè suas oues senatores dicit. *Nec pudor*] nec erat illis rubori aut dedecori. *Cepisse placidam quietem in stipula*] placidè requiesse, aut quiete dormiuisse in stipula, non in puluinaribus, non in tapetibus, non sub aureis culcitris, sed in nudis paleis. *Et supposuisse fœnum suo capiti*] K non etiam erat rubori, habuisse fœnum sub capite, loco puluinaris. Fœnum à fœnore deducitur, cum nil aliud sine aliqua cura tantum fœnoris præbeat. *Iura dabat populis*] &c. Post exactos reges, cum consules creari cœpissent, ab ipso aratro interdum sunt accersiti, qui rempub. administrarent, & populo iura dicerent: & exacto magistratus tempore, arua repetebant, & ipsorum (vt inquit Plinius) imperatorum manibus colebantur agri. Seretem inuenerunt dati honores Serranum, vnde cognomen, aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur. Cincinnato viator attulit dictaturam. Quid quod post magistratum, eburneo scipione deposito, agrestem stiuá aratri repetere rubor non fuit? Multa etiam referuntur exempla illorum, qui diuitias velut scelus fugere, & qui in pau- L pertate ad summum magistratum prouecti sunt, & maximo reipub. vsui & ornamento fuere, de quibus cum Valerio Maximo loquamur: Per Romuli casam, perque veteris Capitolij humilia tecta, & per æternos Vestæ focos, fictilibus etiam nunc vasis contentos iuro, nullas diuitias talium virorum paupertati posse praeferri. *Consul dabat iura*] dicebat iura. *Populo*] Romano scilicet. *Posito aratro*] à quo paulò antè fuerat accersitus. Consules Pomponius Iurisconsultus de Origine iuris dictos inquit, quòd plurimum reipublicæ consulerent.

Et leuis lamina] leue frustum. *Argenti erat crimen*] pro scelere habebatur, argentum habere. Etenim ex censoria nota damnabantur, qui quinque argenti pondo possidе-

A cent. Lamna & lamina, pro rudi & infabricata materia metalli, quod in Odis Horatij quoque diximus: Nullus argento color est auaris, Abdito terris inimice lamnæ Crispe Salusti, &c. *Ac postquam*] &c. aucto imperio, auctę etiam sunt opes, & cum ipsis aucta est habendi cupido, vt expleri nunquam possit. Et appetitur & profunditur aurum: & qui prius pauperes fuerant, tum primùm è parsimonia in luxum immutati, cùm accessere Attalicæ opes, & Corinthiacæ, & Cypriæ. Etenim Corinthos & Cyprus faciunt, vt aliqua notentur ignominia Mũmius & Cato, quòd propter opes ea loca depopulatie existimantur. *At postquam fortuna loci huius*] fatum vrbis Romæ, & ipsius reipub. status. *Extulit caput*] eleuauit caput: quasi postquam auctis viribus imperium propagauit. Et Virg. Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi. *Et Roma tetigit deos summo vertice*] quasi extulit caput vsque ad sidera, per hyperbolen. *Et creuerunt opes*] quia Romani facti sunt opulentiores. *Et furiosa cupido opum*: & creuit insana & inexplebilis diuitiarum auiditas. *Et cum possideant plura*] cùm sint iam rerum domini, & multa sub sua potestate teneant. *Plura petunt*] appetunt etiam plura: neque pluribus, quæ habent, sunt contenti. *Certant*] certatim contendunt. *Quærere*] opes scilicet. *Vt absumant*] vt quid absumere & profundere possint. vt est illud: G Diuitias suas vincere nequeunt, quas profundant in extruendo mari, & in montibus coæquandis. *Certant*] conantur. *Requirere absumpta*] ea quæ iam absumpserint & profuderint. *Atque ipsa vices*] alternationes, seu vicissitudines quærendi & absumendi. *Sunt alimenta vitijs*] alunt cupiditatem ipsam insatiabilem.

Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.
In precio precium nunc est: dat census honores,
Census amicitias: pauper vbique iacet.
Tu tamen auspicium si sit stipis vtile, quæris,
Curque iuuent nostras æra vetusta manus.
Aera dabant olim, melius nunc omen in auro est,
Victáque concessit prisca moneta nouæ.
Nos quoque templa iuuant, quamuis antiqua probemus,
Aurea, maiestas conuenit ipsa deo.
Laudamus veteres, sed nostris vtimur annis:
Mos tamen est æquè dignus vterque coli.
Finierat monitus: placidis ita rursus, vt antè,
Clauigerum verbis alloquor ipse deum.

ANTO. B *Sic quibus intumuit*] &c. Qui laborant morbo aquæ intercutis, quo plus bibunt, eo sitiunt magis. Horat. in 2. Carm. Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit, nisi causa morbi Fugerit venis, & aquosus albo Corpore languor. Eos Cato veternosos appellat: vt, Veternosus quàm plurimum bibit, tam maximè sitit. Quāuis propriè veternosus C sit, qui graui premitur somno. His auari & insatiabiles aptissimè comparantur: quoniam, vt ait Cicero in Paradoxis, nunquam expletur nec satiatus cupiditatis sitis. *Aera dabant olim*] &c. Prisca moneta fuit ærea. Vnde, teste Varrone, ab ære ærarium appellatum est, quod populus Romanus in æde Saturni habuit. Inde milites, ærarij: inde quoque obærati dicti, qui cum soluendo non essent, permittente iure, manu capiebantur. Similiter & auari, secundum Nigidium, quasi æris auidi. Inde & ærusсare, id est, æra vndique pecuniasque colligere. Hinc etiam æra militum, & tribuni D ærarij dicti, autoribus Festo & Plinio. Aeris primam inuentionem nonnulli Caristo, alij Cypro tribuunt, quam antiqui Aerosam appellarunt, quòd in ea plurimum æris nasceretur, cuius materia magis in vsu apud veteres fuit, teste Seruio, quòd religioni apta putabatur. Quare Tusci (vt Macrobius refert) æneo vomere vtebantur, cum vrbes conderent. Et in Sabinis ex ære cultri erant, quibus sacerdotes tondebantur. Primus autem omnium æra signauit Ianus, si Macrobio credimus: si Plinio, Seruius rex. Hic dicitur æra signasse nota pecudum, vnde pecunia creditur appellata: ille verò ex vna quidem parte capitis sui effigiem, ex altera nauim expressit. Sed ante nummum percussum rudi ære Romæ vtebantur, vt Timæus tradidit, teste Plinio: eóque penso non numerato debitum soluebant. à quo pensiones dictæ, & pœnas pendere. Argento autem signato E pop. Rom. vti cœpit quinque annis ante primum bellum Punicum, antea libralis assis, ac dipondius appēdebatur. Notæ argenti fuerunt bigæ & quadrigæ, nec non & victoria. vnde nummi bigati, ac quadrigati, & victoriati dicti. Aureus verò nummus post annum sexagesimum secundum percussus est, quàm argenteus. Cæterùm externorum Lydi primi nummum aureum & argenteum percusserunt, secundum Herodotum, à quo Lucanus dissentire videtur in sexto Pharsaliæ. Theseus autem Athenis (vt scribit Plutar.) nũmum percussit, & in eo bouem incidit, vel ob Marathonium taurum, vel ob Minois ducem, vel vt ciues ad agriculturam prouocare videretur.

Sed nostris vtimur annis] moribus nostri tēporis. Loquitur autē Ianus quasi vous Romanorũ. Tale illud est apud Virg. Nos tua progenies cœli quibus annuis arcē. *Mos tamē est æ-* F *què dignus vterq; coli*] prisca parsimonia, & tēplorũ maiestas.

PAVL. *Sic quibus intumuit*] &c. Comparat auaritiam hydropisi. Sic & Horatius in Odis: Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Quo in loco nos multa diximus, & tria genera hydropiseos esse ostendimus, tympanitem, ascitem, & hyposarcam. Hic verò de ascite intelligendum censeo, quæ est, cùm ex aliqua mala digestione debilitatur epar, aquositas in ipso epate gignitur, quę quidē pulmonē ipsũ respirare nō sinit, cũ per ipsã diaphragma eleuetur, calor gignitur, inde creber anhelitus: & ideo sititur, nec vllo potu sitis extingui potest. Vnde a- H pud Horatiũ. Nec sitim pellit, nisi causa morbi Fugerit venis, & aquosus albo Corpore languor. *Sic*] eodē modo. *Quibus*] ab illis quibus. *Venter intumuit ab vnda suffusa*] ab aquositate ipsa suffusa per epar. *Quo plus sunt potæ aquæ, plus sitiuntur*] quanto magis bibit eo morbo correptus, tanto magis sitit. *In precio precium nunc* I *est*] nihil iā est, quod possit nisi pecunia comparari. Precium est in precio: quasi quicquid preciosũ est, & alicuius æstimationis venale est, quoniam non datur vltro cuiquam sine precio. *Census dat honores*] precium, siue pecunia dat publica munera, hoc est, ipsos magistratus. Vt est illud Horatij, Certet tergeminis tollere honoribus. *Census dat amicitias*] & amicitiæ etiam precio parantur. Et alio loco dictum est: Illud amicitiæ quondam venerabile nomen Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet. *Pauper*] qui precium soluere non potest. *Iacet vbique*: quia pro abiecto & vili habetur. Hæc olim dicebantur, sed nos nostrorum temporum pudet: Sed venias optata dies, & cōsule rebus, Impia ne serpat pectora acerba lues. Census pro precio, & census pro reditu, & annuo fructu: & census, K quod viritim ærario soluebatur. Censum Romæ primum Tullus rex instituit. sed de hoc aliàs. *Tu tamen*] &c. Cùm à proposito digressus videatur, ad ipsum redit: petiuerat enim causam stipis Poëta, eam nunc explicat. *Tu tamen quæris*] si sit vtile auspicium stipis: hoc est, si omen vtile ac fœlix ab oblatione stipis ipsius dignè captabitur. *Et cur æra vetusta*] antiqua. *Iuuent*] delectent. *Nostras manus*: cum calendis nostris offeruntur. Aera vetusta dicit, quia æs prius signari cœptum est. Seruius enim Tullus, vt autor est Plinius, primus signauit æs: antè rudis laminę æreę vsus erat. Signatum est nota pecudum, inde pecunia dicta. Verùm Plinius 18. lib. inquit: Seruius rex, ouium boúmque effigie primùm æra signauit. Argentum signatum fuit anno ab vrbe condita D. L X X X V. Fabio consule, quinque annis ante primum bellum Punicū. Notæ argenti fuere ex vno latere bigæ & qua- L drigę, ex altero caput consulis. inde argentei nummi bigati, & quadrigati. Signatum quoque fuit nota victoriæ: vnde victoriatus nummus. Aureus verò nummus percussus fuit anno vrbis D. X L V I I. autore incerto. *Veteres*, ipsi antiqui. *Dabant olim æra*] æreos nummos. *Nunc est melius omen in auro*] bonum erat prius omen in ære, sed longè melius in auro, in ipsis aureis nummis, & in preciosiore metallo. *Et prior moneta*] ærea. *Victa ab auro*] quod posterius signatum. *Concessit nouæ*] cessit aureo nummo.

Nos quoque templa] &c. Et in diuinis quoque, quamuis vetera laudentur, noua tamen ditiora magis oblectant.

Nos quoque] nos etiam dij. *Quamuis probemus*] commendemus. *Antiqua templa*] quæ à pauperibus antiquis fuere condita, & ære tantùm ornata. *Iuuant tamen templa aurea*] auro exornata, à posteris magnificentiore sumptu posita. *Ipsa maiestas*] auri, & ditioris templi. *Con-*

A *mitis deo*) quasi magis conuenientes diis preciosa, quàm vilia. De maiestate dicemus in quinto libro. *Laudamus veteres*) veterum mores. *Sed vtimur nostri anni*) quasi moribus nostri temporis. Deus est qui loquitur, sed interdum hominis personam accipit. *Tamen vterque mos*] vtraque consuetudo, & vetus & noua. *Est dignus coli æquè*] pari modo dignus est vterque qui celebretur & seruetur. *Finierat monitus*) &c. Quærit nunc Poëta cur in antiquis numismatibus ex altera parte sit Ianus biceps, ex altera sit nauis: cuius rei rationem mox subnectam. *Finierat*] Ianus. *Monitus*] suos. *Ipse*] ego. *Placidis verbis, vt antè*: vt prius feceram. *Rursus*) iterum. *Alloquor deum clauigerum*] Ianum, qui cum claui & virga figuratur.

ANTON. *Sed cur nauale*] &c.

Multa quidem didici: sed cur naualis in are
Altera signata est, altera forma biceps?
Noscere me duplici posses vt imagine, dixit,
Ni vetus ipsa dies extenuasset opus.
Causa ratis superest: Tuscum rate venit in amnem
Antè pererrato falcifer orbe deus.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum,
Cælitibus regnis à Ioue pulsus erat.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen:

Ianus cùm Saturnum classe peruectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum & rudem ante fruges cognitas victũ in melius redegisset, re-B gni cum societate munerauit: & cùm primus æra signaret (vt inquit Macrobius) seruauit & in hoc Saturni reuerentiam: vt quoniam ille naui fuerat aduectus, ex vna quidẽ parte sui capitis effigies, ex altera verò nauis exprimeretur, quo Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Vnde olim pueri denarios in sublime iactantes, capita aut nauim exclamabant. Aliis autem placet, nummum ita fuisse signatum, vt res duas præ se ferret: quarum altera in ciuitate pulcherrima est, altera maximè necessaria, legum videlicet bonitatem, & affluentiam rerum: quarum illam ostendit frons Iani duplex, qui feros homines optimis legi-C bus redegit ad vitæ commutationem: hanc nauis expressa. Nouimus enim, nauigabilem fluuium suppeditare ciuitati rerum omnium vbertatem. Lege Plutarchum in Quæstionibus. Sciendum (vt Seruio placet) Saturnum Italis primùm vitem ostendisse, vnde illud est, Vitisator curua seruans sub imagine falcem. Sed is vitem ostendisse dicitur, non quòd fuerit vitis inuentor, sed quòd vitis genus Italis populis demonstrarit. Eius ædes (vt diximus) ærarium fuit, vbi & tabulæ publicę seruabãtur, à quibus tabularium dicebatur, autore Plutarcho: quia ferunt, Saturni tempore nec auaritiam, nec improbitatem in hominibus fuisse, sed fidem. Id tẽplum primus omnium Valerius Publicola, exactis regibus, ærarium declarauit, vbi à præfectis ærarij legatorum omnium, vndecunque Romam venissent, nomina scribebantur. Primus autem omnium Saturno aram erexit D Cecrops, vt Macrobius refert. *Ne vetus ipsa dies*] Dies hîc tempus significat: vt, Diem adimere ęgritudinem hominibus &, Longa dies homini docuit parère leones.

Antè pererrato falcifer orbe deus] Saturnus falcẽ habet in tutela, qua dicitur patri Cœlo virilia amputasse: quę cum in mare cecidissent, Venerẽ creauerũt. Quod ideo fingitur, autore Seruio, quia nisi humor de cœlo in terras descenderet, nihil crearetur. Alij Saturnum deum esse temporum dicũt, quæ, sicut falx, in se recurrunt. Alij eũ in progressu nihil nocere: cum autem retrogradus est, afferre pericula: ideóq; eũ habere falcem in tutela, quòd falx protenta nullam vim habet: retrò verò acta, quicquid ei occurrit, secat. Sunt & qui falcem Saturno tributam putent, quòd tempus (vt inquit Macrob.) omnia metat, exsecet, & incidat. Aliis placet, dari Saturno falcem, veluti messis insigne, quòd melioris vitæ E autor fuerit. *Pererrato*] autem orbe dicit, quòd is deus multũ errauerit, iram fugiens Iouis. *Inde diu genti mansit Saturnia nomen*) Saturnia & regionis & vrbis nomen est: regionis, vt hoc loco. Ianus enim, teste Macrobio, excogitauit honorũ Saturni argumentum, & terram omnem ditioni suæ parentem Saturniam nominauit. Vrbis, vt in 8 Aeneid. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem, Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. Cæterùm Ianiculum oppidum, & Saturnia, à Saturno Ianóque communi opera condita sunt, mortuo iam Camese, cum quo Ianus participata potentia regnasse dicitur: quam ob causam duo menses continui eis dicati sunt, December Saturno, Ianuarius Iano.

PAVL. *Multa quidem didici*) iam ex verbis tuis multa percepi: sed *Cur in are*] in æreo nummo. *Altera forma est signata nauali*] quasi cur ex altero latere est nauis. *Altera est bi-F ceps*) ex altero latere habet formam bicipitem. *Noscere me duplici*, &c.) Bicipitem formam sibi ascribit Ianus, naualem Saturno in Italiam rate aduecto. Et Plinius meminit: In æreo nummo ex altera parte Ianus geminus erat, ex altera rostrum nauis. Et nobis domi plura sunt numismata antiquissima huius notæ, & aliquod est ponderis vnius assis. De hoc Macrobius ita inquit: Ianus cùm Saturnum classe peruectum hospitio cepisset, & G ab eo edoctus peritiam ruris, ferum & rudem illum ante fruges cognitas victum, in melius redegisset, regni eum societate munerauit. Cùm primus æra signaret, quoniam ille naui fuerat aduectus, seruauit in hoc Saturni reuerentiã, vt ex vna parte sui capitis effigies, ex altera nauis exprimeretur. Aera ita fuisse signatum, intelligitur hodie in aleæ lusu, cum pueri denarios in sublime iactantes, capita aut na-H uim lusu teste vetustatis exclamant. Hæc ille. Sed aliunde rationem aucupatur Plutarchus 40. Problem. vbi cùm superiorem & ipse rationem attigit, & tacitè refelli sublit. Sed illud potius quispiam coniiciat, alia esse in ciuitatibus quæ pulchra, alia quæ necessaria: maximum verò, atque omnium pulcherrimum, iudicari bonitate legum, longe verò ex omnibus necessarium esse copiam & vbertatem. Quoniam verò Ianus feros homines ad mansuetudinem traducens, optimis legibus informauit: necessariam verò rerum affluentiam fluuius nauigabilis suppeditat, & partim ex agro ac vicinis locis, partim ex longinquis ac mari deuehens, nihil quod ad vsum pertineat, desiderari patitur, ideo nummus ita signatus est: & vt legislatoris duplicem frõtem propter vitæ commutationem, vt dictum est, & imaginem nauium propter fluuij commoditatem præ se ferat. *Dixit*] I Ianus. *Vt posses me noscere duplici imagine*] ideo in æreo nummo ex altera parte est forma biceps, vt in bicipiti forma meam imaginem duplicem cognosceres. *Ni ipsa vetus dies*) nisi ipsa vetustas. *Extenuasset opus*) excidisset & attriuisset imaginis notam, seu nummum ipsum.

Superest causa ratis) restat vt absoluam, cur nauis est in æreo nummo. *Deus falcifer*] Saturnus. *Venit in amnem Tuscum*] in Tybrim Hetruriæ fluuium. *Antè*] hoc est, prius quàm signaretur nummus. *Pererrato orbe*) cùm diu per orbem errasset, fugiens Iouis filij vires & iracundiam. Falcifer Saturnus dicitur, & cum falce figuratur, vel ob messis peritiam, vel quia Italis primus vitem putare ostendit. Vnde Virg. Vitisator curuam seruans sub imagine falcem. vel (vt Macrobius asserit) cùm Saturnum, qui græcè dicitus κρόνος, ipsum tempus interpretentur, falcem quidam attributam K putant, quòd tempus omnia metat, exsecet, & incidat. Pendet adhuc Iani oratio, & descendit ad plures versus. *Hac ego Saturnum*] &c. Mortuo Camese Iani socio, aduectum in Italiam Saturnum Ianus suscepit, & cum eo pariter regnauit. Vnde posteri (vt Aurelianus ille Vectius refert) duos eis menses continuos dicarunt, vt December sacrum Saturni, Ianuarius alterius vocabulum possideret. Cùm autem Saturnus inter regnandum non comparuisset, excogitauit Ianus honorum eius augmentum, ac terram omnem ditioni suæ parentem Saturniam nuncupauit. Aram cum sacris cõdidit, quæ Saturnalia nominauit. Regni eius tempora fœlicissima, tum ob rerum copiam, tum quòd nondum quis seruitio vel libertate discriminabatur. Dionysius etiam inquit, Saturniam à Saturno nominatam Italiam, & Saturniũ collem, qui nunc Capitolinus dicitur, & Saturniam vrbem L Idem, vbi summis laudibus Italiam extulit, subdidit: Itaque minimè mirum est, priscos hanc terram opinatos esse Saturno sacram, cùm existimarent hunc deum esse hominibus fœlicitatis omnis largitorem & perfectorem. Laudes Italiæ à Dionysio, Plinio, Strabone, Theodosio, & aliis ferè innumeris referuntur cumulatius. *Ego memini Saturnum receptum hac tellure*: quasi memini me recepisse Saturnum hospitio in hac terra Latina. Erat pulsus à Ioue cælitibus regnis, pepulerat illum Iupiter filius à regno cœlesti: verùm non à cœlesti, sed à Cretensi regno, Euemerus enim in historia sacra refert, Saturnum sorte admonitum, vt à Ioue filio caueret, ne eum regno pelleret, effugiendi periculi gratia Ioui insidias intendisse. Quod vbi

Iupiter relciuit, patrē fugasse, armatósq; insequētes misisse, qui eum necarent. Saturnum, cū diu errasset, vix in Italia locum quo lateret, inuenisse. Macrobius verò, cùm tēpus Saturnum dicat, eundē, inquit, à filio pulsum, quid aliud est quàm tēpora senescentia ab his quę postea nata sunt, depelli. Facit ad hoc illud Horatij: Truditur dies die, nouęq; pergūt interire lunę. Verùm quia Italia inferior est quàm Græcia, in qua mons est Olympus, finxere poëtæ, illum ab æthereo Olympo ad Italiam aduenisse. Vnde apud Virg. Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo, Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis. Vel dicas Cœlitibus regnis, pulsus à regno paterno: cùm ipse Saturnus Cœli filius dicatur. *Inde diu gens*] &c. Hoc est quod modò dicebamus, à Saturno regionem, & vrbem, & gentem Saturniā denominatā. *Inde*] ex eo. *Diu mansit genti nomen Saturnia*] diu & gens Latia, & regio Saturnia dicta.

> *Dicta quoque est Latium terra, latente deo.*
> *At bona posteritas puppem formauit in are,*
> *Hospitis aduentum testificata dei.*
> *Ipse solum colui, cuius placidissima leuum*
> *Radit arenosi Tybridis vnda latus.*
> *Hic vbi nunc Roma est, tunc ardua sylua virebat,*
> *Tantáque res paucis pascua bobus erat.*
> *Ara mea est colli, quem vulgus nomine nostro*
> *Nuncupat, hac atas Ianiculúmque vocat.*
> *Tunc ego regnabam, patiens quum terra deorum*
> *Esset, & humanis numina mixta locis.*
> *Nondum Iustitiam facinus mortale fugarat.*
> *Vltima de superis illa reliquit humum.*
> *Próque metu populum sine vi pudor ipse regebat,*
> *Nullus erat iustis reddere iura labor.*
> *Nil mihi cum bello, pacem postésque tuebar:*
> *Et clauem ostendens, Hac (ait) arma gero.*

ANTON. *Dicta quoq;*] &c. Varroni placet, Latiū dici Italiā, quòd lateat inter pręcipitia Alpiū & Apēnini. Sed est & pars Italię penè omnibus nota, & sic dicta, q Saturnus ibi latuerit: quē ideo poëtę finxerūt è cœlo pulsum, quòd Italiā cōstet esse inferiorem Græciæ, vbi Olympus est, quo nomine & cœlum accipimus. Est autem mons tanta altitudine, vt excedat nubes: vt, Nubes excedit Olympus Lege deûm. Re autē vera Iupiter Saturnum è Creta dicitur pepulisse. Sed placet & illud Macrobij, Saturnum esse tempus, quòd senescens ab his pellitur, quæ postea nascuntur. *Arx mea collis erat*] &c. Ianiculum olim Antipolis dicebatur, atque (vt Liuius tradit) vrbi adiectum est, non inopia loci, sed ne quando ea arx hostium esset. Sciendū Ianiculum esse non solùm collem, qui est in regione Transtyberina, sed oppidum, quod à Iano denominatum Saturnus Ianúsque concordes communi opera (vt diximus) condiderunt: sicuti & Saturniam in colle Saturnio, qui nunc Capitolinus dicitur. Festus verò Ianiculum dictum existimat, quòd per ipsum populus Romanus primitus in agrum Hetruscum transierit. Quare Porsena rex Hetruscorum, cū Tarquinios in vrbem restituere vellet, primo impetu Ianiculum cepit. Quem regem quoniam Mutius sua constantia ab vrbe dimouit, Mutia porta Transtyberina ex eo traditur nominata. Sunt qui legant, *Ara mea est colli*] quod non displicet. Ostensum enim mihi est in Ianiculo huius dei sacellum, cùm ad vrbem me contulissem, orator missus à senatu Fanensi ad Sixtum quartum Pontificem maximum: vbi diligentissimè perscrutatus sum, quæcunque antiquitatis monumēta cernuntur. *Tunc ego*] &c. cùm scelera hominū nondum e terris deos excedere cōtulissent. *Vltima de superis*] &c. Ipse alibi: Et virgo cæde madentes Vltima cœlestum terras Astrea reliquit. Virg. in Geor. Extrema per illos Iustitia excedens terris vestigia fecit. *Et clauem*] &c. quia est portarum custos, vt diximus. Vnde & Portunus clauem tenere manu fingebatur, quòd deus putaretur esse portarum.

PAVL. *Et terra quoque*] &c. & quòd in ea terra latuerit, Latiū est appellatum. Quod Varro probare nō videtur, cùm dicat Latiū vocari, quod inter mōtes lateat. *At bona*] &c. Nō sumus adeò & ingenij & iudicij pauperes, vt errores veterū nō aduertam'. Macrobius enim asserere velle videtur, vt paulò antè diximus, primùm Ianum æra signasse sub imagine sua bicipiti & naui. Plinius primū qui æra signaret, Tullū fuisse ostendit. Et nunc Poëta Ianum introducens, posteritati ascribit. Videtur ergo Ianus primus non fuisse. Et nos cum Plinio & Poëta sentiamus. *At bona posteritas*] Ipsi posteri pij, & memores meritorum. *Formauit in are puppem*] in æreo nummo nauim formauere: quia naui fuerat Saturnus in Italiam aduectus. *Testificata*] ipsa posteritas. *Aduentum hospitis dei*] ea nota testimonium perhibens de Saturno, quē ego hospitio suscepi. Aliqui legunt, Puppim seruauit in ære. nam ab initio impressam posteritas seruauit. Melius erit, Formauit: vt est in vetustiss. codicibus. nam è posteris fuit Tullus rex, qui primus æra signauit. *Ipse solum colui*] &c. Saturnus cis Tybrim, & Ianus trans Tybrim habitauere. *Ipse*] ego. *Colui solum*] tellurem. *Cuius leuum latus*] quasi partem sinistram. *Radit placidissima vnda Tybridis arenosi*] aqua Tybarina abluit. Nā qui in ea regione est, & versus sit ad mare, ad secundum cursum fluminis, à sinistra Tybrim habet. sic læuum latus rectè dixit. *Hic vbi nunc*] &c. Et in libris de Arte: Quæ nunc sub Phœbo ducibúsque palatia fulgent, Quid nisi araturis pascua bobus erant? *Ardua sylua*] alta & difficilis accessu sylua. *Virebat tunc*] eo tempore. *Hic vbi nunc est Roma*] vbi nunc est ea vrbs, quæ toti orbi imperitat. *Et tanta res*] quanta est ipsa Roma, aut locus in quo condita est. *Erat pascua paucis bobus*] quia via pauci satis erant, aut quia pauperes coloni paucos habebant boues. *Ara mea est colli*] Aliqui legunt, Arx mea collis erat. Melius, Ara mea est colli. nam fidem facit verbis suis, quòd sacellum suo numini dedicatum, adhuc extet in eo colle quem incoluit, & qui ab eo Ianiculus nuncupatur. *Ara mea*] quasi habeo aram in eo colle. *Quem*] collem. *Vulgus nuncupat nomine nostro*] appellat à meo nomine. *Et hac atas vocat Ianiculum*] quia non modò veteres, sed qui nunc viuunt, Ianiculum dicunt. Et nostro quoque tempore mons Ianiculus dicitur, vbi est templum diui Onophrij, clarum tum ipsa religione, & hominum frequentia, tum etiam Antonij Campani iunioris fratris mei sepulchro: quem si in maturiorem ætatem fata prouexissent, suo carmine antiquorum poëtarum famam adæquasset: sed fortuna bonis inuidens, eum nobis in ipsa adolescentia surripuit. *Tunc ego regnabam*] &c. eo ego tempore in terris regnabam, cum inter homines dij erant. *Tunc*, eo tempore. *Cùm terra esset patiens deorum*] eo tempore quo terra poterat sustinere deos: hoc est, antequam ab hominum sceleribus pellerentur. *Et numina mixta*] essent scilicet. *Humanis locis*] Metonymiæ species est. nam quod tenet, pro eo quod tenetur, hoc est, locum pro locato. Et dicit, Cùm dij essent hominib. mixti. *Nondum iustitiam facinus*] &c. regnabat tunc Ianus, cùm nondum mortalium scelera iustitiam ex orbe fugassent, cùm omnes iusti suapte natura essent, neque arma vsquam fabricarentur. *Nondum*] non adhuc. *Facinus mortale*] scelera mortalium. Interdum facinus in bonam partem accipitur: vt egregium facinus, & clarum facinus, & similia. *Fugarat iustitiam*] pepulerat ex orbe Astream ipsam, quæ iustitia dicitur. *Vltima illa*] Astrea, seu Iustitia. *De superis*] vltima ex omni deorum cœlestium numero. *Reliquit humum*] hoc est, deseruit terras, cœlúmque Astrea petiuit. Et in Metamor. Vltima cœlestum terras Astrea reliquit. Tamdiu enim in orbe fuit, quamdiu sine scelere vixit mortale genus. Iustitiam, quæ & Virgo dicitur, Hyginus Iouis & Themidis filiam dicit. Aratus Astrei & Auroræ, quæ eodem tempore fuerit, cùm aurea secula, & eorum principem fuisse memorat: quam propter diligentiam & æquitatem, Iustitiam appellatam: neque illo tempore ab hominibus externas nationes bello lacessitas esse, neque nauigio quenquam vsum: sed agris colendis vitam agere consueuisse. Sed post eorum obitum qui sunt nati, eos minus officiosos, magis auaros cœpisse fieri. quare minus iustitiam inter homines esse versatam. Denique eam perueniisse, vsque dum diceretur æneum genus hominum natum esse. Itaque iam non potuisse pati amplius, & ad sidera volasse. Vnde apud Aratum à Germanico traductum: Deseruit properè terras iustissima virgo, Et cœli sancta locum, quam proximus illi Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes. Crispus autē, vt testatur Gellius, Iustitiæ imaginē effingēs, os & oculos vultúmq; seueris atq; venerādis colorib' depinxit, virginali aspectu, vehemēti & formidabili, luminibus oculorū acerbis: neq; humilis, neq; atrocis, sed reuerēdę cuiusdā tristitię dignitate. Ex hui' imaginis significatione intelligi voluit, iudicē iustitiæ oportere esse grauē, sanctum, seuerū, incorruptū, inadulabilē, contraq;

A improbos nocentésque immisericordem, atque inexorabilé, erectúmque, & arduum ac potentem vi & maiestate æquitatis veritatísque, terrificum, &c. *Ipse pudor* quasi cùm vnusquisque turpe sibi duceret peccare. *Ipse pudor*] qui semper rationem habet honesti. *Regebat populum in summa*] scilicet laude honestatis. *Pro metu*] loco metus supplicii. Multi enim metu supplicij non delinquunt: at illi non nullo metu, sed pudore tantùm, quæque turpia vitabant. *Sine vi*] quasi cùm nullis viribus cogerentur, pudore tantùm non delinquebant. *Nil mihi cum bello*] eo tempore non eram ego bellis præpositus, vt nunc, qui in bellum aperior. *Turbar pacem & postes*] defendebam pacem, cui præeram, & seruabam ianuas. *Et ostendens clauem*] vt sæpe diximus, cum claua fingitur. & sunt hæc verba Poëtæ. *Ait*] Ianus scilicet. *Hæc arma gero*] quasi hanc solum clauem pro armis gero: non enim mihi sunt bellica instrumenta, quoniam deo pacis armis non opus est.

Presserat ora deus: tunc sic ego nostra resoluo,
Voce mea voces eliciente dei.
Cum tot sint Iani, cur stas sacratus in vno,
Hic vbi iuncta foris templa duobus habes?
Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam,
Protinus Oebalij rettulit arma Tati.
Vtque leuis custos armillis capta Sabinis,
Ad summæ Tatios duxerat arcis iter:

ANTON. *Cum tot sint Iani, cur stas*] &c. Quærit, cur Iano, vno tantùm in templo Romani rem diuinam faciant, cùm multa eius B dei templa in vrbe sint. *Hic vbi iuncta*] &c. Ædes Iani celeberrima (quam, vt scribit Liuius, Numa fecit ad infimum Argiletum, vt aperta bellum, clausa pacem significaret) fuit inter duo fora, boarium videlicet & piscarium, apud Tyberim. Vnde ait Varro: Ad Ianum forum piscarium vocant. Fuit in hac æde simulacrum Iani vetustum quidem, sed quod artificio placere posset. Plin. Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiæ quoque & vetustam, indicat Hercules ab Euandro sacratus, vt produnt in foro boario, qui triumphalis vocatur, atque per triumphos vestitur habitu triumphali. Præterea Ianus geminus à Numa rege dicatus, qui pacis bellique ar- C gumento colitur. Hæc imago, vt inquit Seruius, translata est ad transitorium forum, postea quam captis Phaleris ciuitate Thusciæ, inuentum est simulacrum Iani cum frontibus quatuor, & vnum templum quatuor portarum est constitutum, vt diximus suprà. Multa hoc loco præterire libet, quorum partem explicamus, partem dicturi sumus, partem omittimus, fastidio parcentes. *Protinus Oebali rettulit arma Tatii*] Oebalia ipsa est Laconia, dicta à rege Oebalo Argolij filio, quem Lactantius grammaticus Laconum regem fuisse testatur, vnde Lacones Oebalij & Oebalidæ dicuntur. Statius de Castore & Polluce: Oebalidæ fratres. Ouidius de Helena: Et fors Oenonem summos tenuisset in annos, Si non Oebalia pellice læsa foret. Sed quia constat, Sabinos velle Lacedæmoniorum se fuisse coloniam, vt Plutarchus testatur in Numa (sunt enim Sabini gens antiquissima indigenæ & D aborigenes, quos nuncupabant Græci, vt ait Strabo, Samnitas, alij verò Laconas) ideo autor T. Tatium Oebalium dicit, qui à Curibus oppido Sabinorum Romam excitus est. Lege Dionysium Halicarnasseum, qui vbi loquitur de Origine Sabinorum, refert multa eius gentis fuisse iura Laconica. *Vtque leuis custos armillis capta*] &c. Tarpeia Spurij Tarpeij filia, qui Romanæ arci præerat, cùm Sabini ob raptas bellum aduersus Romulum sumpsissent, & Romæ propinquarent, aquatum profecta extra mœnia, in hostes incidit. Et T. Tatius optionem muneris dedit, si exercitum suum in arcem produxisset. Illa petit, quod in sinistris illi manibus gerebant, videlicet annulos & armillas: quibus dolosè repromissis, Sabinos in arcem produxit, vbi clypeis & annulis in eam coniectis, virgo obruta est, vt Plutarcho placet, quæ ibi sepulta, Tarpeiæ sedi nomen dedit. Additur fabulæ, quòd cæte- E ris Sabinorum vrbem inuasuris Ianus subitò feruidarum aquarum inundatione iter clauserit, vnde meruit templum. Quanquam & quod de armillis dicitur, plerique fabulosum existimant, & Tarpeiam auro corruptam, armis necatam dicunt, vel vt vi capta arx videretur, vel prodendi exempli causa (vt inquit Liuius) ne quid vsquam fidum proditori esset. Legimus autem, post arcem ab ea virgine proditam, cautum fuisse, vt ærei cardines fierent, quorum stridor posset aperta ostia omnibus indicare. Sanè armillæ, quæ Græcè βραχιονιστῆρες dicuntur, ornamenta sunt propriè humerorum brachiorúmque: licèt interdum alijs quoque partibus corporis tribuantur. Festus armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimat, quòd antiqui humeros cum brachijs armos vocabant vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Strabo: Aurea illis sunt gestamina, collo quidem F torques, manibus autem & lacertis armillæ. Propertius: Atque armillatos colla Molossa canes. Vtebantur & calbei armillæ, quibus triumphantes vtebantur, teste Festo, quibusque ob virtutem milites donabantur. Armillarum verò genus, quo mulieres vtebantur brachio summo, spinter vocabatur. Armillam verò si dixeris, significabis vas vinarium in sacris dictum, quòd armo, idest, humero deportetur.

PAVL. *Presserat ora deus*] G &c. Vbi tacuit Ianus, Poëta sciscitatur, cùm plura sacella habeat, cur vno tantùm in loco sibi sacra fiant. *Deus*] Ianus. *Presserat ora*] iam tacuerat, & ora clauserat. *Tunc ego sic resoluo nostra*] aperio mea ora, & ita loquor. *Voce mea eliciente*] prouocante. *Voces dei*] verba Iani, vt sciscitanti mihi respondebat ille, sic eliciebam eius voces. *Cum sint tot Iani*] tot sacella tibi Iano dedicata. *Cur stas sacratus in* H *vno*] cur vno in loco sacrata est tua effigies, & sacrificia tibi fiunt. *Hic vbi habes templa iuncta duobus foris*] vbi est templum tuum, quo in loco terminantur duo fora, Romanum & boarium. Etenim vt superius diximus, Iani templum ad infimum Argiletum Numa condiderat, eratque sub cliuo Capitolino ad Velabrum, vbi & nunc sunt quatuor illi ingentes & marmorei arcus, in quatuor mundi partes respicientes. Ibi quoque & templum diui Georgij ad Velabrum; sic enim inscribitur. Cùmque sciamus, ad Velabrum fuisse templum Iani, illic esse affirmandum est, vbi ea fora terminabantur. Est enim ibi arcus Seueri Pertinacis, cum boum simulacris, testatúrque illinc incipere forum boarium: & quod vlterius in viam nouam protendebatur, erat forum Romanum, cui iunctum erat forum Cæsaris, ab Augusto cum æde Martis I vltoris dedicatis: de quibus foris diximus in principio tertij lib. Tristium. Verum quà ad Tibrim vergebat, erat forum piscarium. Nam, inquit Varro, Secundum Tybrim ad Ianum, forum piscarium vocant. Rectè ergo dixeris duobus foris, aut Romano & boario, aut boario & piscario. nam hæc duo erant iunctiora. *Ille manu mulcens*] &c. Et sequuntur verba Iani vsque ad decimum sextum versum, refertque causam huius rei, de qua sciscitatus est Poëta, ad bellum Sabinum, cùm hostes irrupturi fuissent, sua ope repulsi. De quo ita Macrobius, cùm Ianum Patulcium & Clusium dicat, quòd bello pateat, pace claudatur. Cùm bello, inquit, Sabino raptarum gratia commisso, Romani portam sub radicibus collis Viminalis, quæ ex euentu Ianualis vocata est, claudere festinarent, quia in ipsam hostes ruebant, postquam clausa est, mox sponte patefacta est: cùm iterum ac tertiò contigisset, armati plurimi pro li- K mine, quia claudere nequibant, custodes stetere. Cùm ex altera parte acerrimo prælio certaretur, subitò fama pertulit, fusos à Tatio nostros: quam ob causam Romani qui aditum tuebantur, territi profugerunt. Cùm Sabini per portam patentem irrupturi essent, fertur ex æde Iani per portam magnam vim torrentium vndis scatentibus erupisse, multasque perduellium cateruas aut exustas feruenti aqua, aut deuoratas, rapida voragine deperisse. Ea re placitum, vt belli tempore, velut ad vrbis auxilium profecto deo, fores reserarentur. Hæc Macrobius. At nos mirabamur olim, quo pacto diceret portam sub radicibus collis Viminalis, cùm Viminalem collem longè & ab æde Iani, & à monte Tarpeio distare putaremus: in quo cum præceptoribus nostris errabamus, qui dum loca vrbis perscrutabantur, seipsos & alios quoque decipiebant. Is enim est collis Viminalis, quem pu- L tabamus partem Exquiliarum esse, vbi sunt equi marmorei, Phidiæ & Praxitelis opera, & thermæ Constantinianæ: in cuius radicibus extant ipsa excelsa Traiani palatia, & eiusdem fora. Quæ quidem loca exiguo spacio à montibus Capitolino & Palatino disiunguntur. Ibi eam portam fuisse conijcere debemus: & licèt non illi iunctus, tamen ex æde sua vsque ad illam Ianus aquas eiaculatus est. Et vt constet illum esse Viminalem, inuenimus nuper plures tabulas, & publicas, scriptas quingentis iam antea annis, cum inscriptione, in alta semita, in colle Viminali & regione caballorum: eámque esse altam semitam, quæ per eum collem tendit, compertum habemus & ibi etiam sunt ipsi caballi. Haberem & alia plura, quæ ad huiuscemodi confirmationem afferre possem: sed longius quàm oportet,

oratio progrederetur. Quòd si qui ita non sentient, satis sit vnius Pomponij nostri autoritas, vetustatis diligentissimi indagatoris, & de hac re idem quod ego sentiētis. Sed hæc hactenus. *Ille*] Ianus. *Mulcens manu barbam propexam*) longā, seu longe pexam. *Protinus*) continuò. *Retulit arma*) bella & arma ipsa. *Tatij Oebalij*) Tatij regis Sabinorum. Oebalus enim, vnde Oebalia (Dicty Cretensi teste) rex Laconiæ, filius fuit Argolij, filij Amiclatis: & à se prouinciam illam Oebaliam dixit, ea qua ob duritiam legum Lycurgi Dionysius plures excessisse refert, deuenisseq; in agros Pometinos: locū in quo primùm constiterant, Feroniam ab æquorea latione nominasse: fanúmq; construxisse Feroniæ deæ, quam detractione literæ Feronam vocarunt. Inde profectos quosdā eorum esse cohabitatores Sabinis factos, ac propterea multa multa esse Sabinorum instituta Laconica, maximè autem bellica studia, tenuitas victus, & in omnib. vitæ officijs durities. Hęc ille. Sed de Sabinis aliàs. ergo Tatij Oebalij, Sabini: ab ipsis Laconib. illuc profectis. Et Tatius ipse post raptas à Romulo Sabinas, Romanis bellum intulit. *Vtque leuis*) & retulit Ianus. *Vt leuis custos*] Tarpeia quæ custodiæ arcis præerat. *Capta armillis Sabinis*] capta cupidine Sabinarum armillarū.

Duxerat Tatius] Tatij milites, ipsos Sabinos, qui sub eo militabant. *Ad tuae summa arcis*] ad viam, qua in arcem Capitolinam ascendebatur. Tarpeia Tarpei filia, cuius suprà meminimus, armillas, quæ ornamenta sunt Sabinorum brachiorum, habendi cupiditate, Sabinis Romanā arcem prodidit. Ideo leuis custos dicit, quia pro re vili magnam prodidit. Alij dicunt captam ornamentis aureis, & annulis, quæ in sinistris brachijs Sabini gestabant. Alij aurum petisse vestalem, & non armillas. Armillæ sunt ornamenta virorum, quæ in sinistris brachijs ferebantur: sic dictę ab armis, id est humeris. Inde armillum, Pompeio teste, vas vinarium in sacris. Verùm ipsa virgo, cùm promissa peteret, Sabinis scutis ibidem est obruta, & ab ea Tarpeius mons dictus. Sed poëta Simulus, cuius Plutarchus meminit, prorsus insanire creditur, existimans non Sabinis, sed Celtis Tarpeiam Capitoliū prodidisse, cùm eorum regem deperiret, sic ait: Dum Capitolinum coleret Tarpeia collem, Gallorum exardens regem, tunc hostibus vrbē Prodidit, & patrias euertit perfida sedes. Nec multo pòst inquit: Arbutei Celtæque simul populosa iuuentus, Hanc fluuio immensam spectata cæde piarunt, Insuper horrentes clypeos atque arma ruentes.

fugerunt. Cùm igitur Sabini (vt idē Macrobius scribit) per portā patentē irrupturi essent, ferūt ex æde Iani per eam magnā vim torrentiū vndis scatētibus erupisse, multásq; perduellium cateruas aut exustas feruenti aqua, aut deuoratas rapida voragine perijsse. Ea re placitum est, vt belli tēpore, velut ad vrbis auxilium profecto deo, fores reserarentur. Eiusdem portæ meminit Varro his verbis: Tertia est Ianualis, dicta ab Iano: & ideo ibi positum signum, & ius institutum à Pompilio (vt scribit in Annalibus Piso) vt sit aperta semper, nisi quum bellū sit. Saturnia Iuno nomen dicitur, possessiuum est pro patronymico. Hæc Sabinis fauebat, infensa Romanæ fœlicitati, quam audierat excidio fore Carthagini. *Ipse mea mouit callidus artis opem*) Aperire & claudere ars Iani est: vnde ora fōtium à se reclusa subiungit. *Antè tamen madidis*] &c. Varro autor est ad Ianum geminum aquas calidas fuisse: vnde Lautolæ, à lauando (vt eidem placet) nomen acceperunt. Est autem natura sulphuris excalefaciens & concoquens, teste Plinio, sentitúrq; eius vis & in aquis feruentibus, neqs alia res facilius accenditur. Vnde apparet, ignium magnam vim sulphuri inesse.

Inde velut nunc est, per quem descenditis, inquit,
Arduus in valles per fora cliuus erat.
Et iam contigerant portam, Saturnia cuius
Dempserat oppositus inuidiosa seras.
Cum tanto veritus committere numine pugnam,
Ipse meæ moui callidus artis opem.
Oráque, qua pollens ope sum fontana reclusi,
Súmque repentinas eiaculatus aquas.
Antè tamen madidis subieci sulphura venis,
Clauderet vt Tatio feruidus humor iter.
Cuius vt vtilitas pulsis percepta Sabinis,
Quæ fuerat tuto reddita forma loco est.

ANTON. *Inde velut nunc est, per quem descenditis, inquit, Arduus in valles per fora cliuus erat*] Cliuum Publicum dicit, per quem descēdebatur à Capitolio in boarium & piscariū forum. De hoc Varro: Cliuus publicus, ab ædibus Plebei publicis, qui eum publicè ædificarit. Hinc cliuus & publicus, & publicius rectè dicitur. Publicius autem, quòd publicij ędiles plebis eum cliuum faciendum sternendúmq; curauerunt. His sunt, de quibus legimus in quinto huius operis libro: Plebis ad ædiles perducta licentia talis Publicios. Ab his cliuus, de quo nunc agitur, publicij nomen accepit: vt à Publio Publius, à Cosconio Cosconius. Vnde illud est: Parte locant cliuum, qui tunc erat ardua rupes, Vtile nunc iter est, Publiciúmque vocant. Mendosum igitur est illud Varronis, quod scripsimus suprà, & sic legendum: Cliuus publicius, ab ædilibus plebei Publicijs, qui eum publicè ædificarunt. Simili de causa Publius & Cosconius, quòd ab his viris dicuntur ædificati. Vbi notandum, plebei genitiuū esse, ab eo quod est plebes, cuius meminit Priscianus: & Publicios propria esse duorum nomina, qui vti fors tulit, similiter nominati, eodem anno ædiles fuere: quo populo Romano visum est, vt mulctatitiæ pecuniæ, quam hi pependissent, qui pecora in publico saltu pauerant, altera pars in ludos Florales conferretur, ex altera verò parte cliuus sterneretur, qui Publicij nomen accepit. Ac ne quis fortè dubitet, Publicios propria ædilium fuisse nomina, expendant diligenter ea verba Varronis, quæ subiecimus, vt rei veritas elucescat: vbi qui Grammaticen non ignorat, & demonstratiui vim pronominis fateatur necesse est: vti Publium & Cosconium, sic & Publicios propria virorum esse nomina. Legimus sanè apud Macrobium in primo Saturnaliorum, tribunum plebis Publicium nominatum. Vt illud quoque in literis inuenio, quòd cùm multi occasione Saturnaliorum per auaritiam à clientibus ambitiose munera exigerent, idq; onus tenuiores grauaret, Publicius tribunus plebis tulit, vt non nisi cerei ditioribus mittitarentur. Quin & Publiciam inuenio fœmininum proprium nomen. Plin. lib. 34. Natur. hist. Honorem eius habuit è diuerso Annius fecialis, equestrem statuā, cōtra Iouis Statoris ædem, in vestibulo superiore domus Valeriæ, fuisse Publiciæ consulis filiæ, cámq; solam fuisse, Tiberimque transnatauisse. Cliuum Publicium nonnulli tradiderunt porrigi ad Sublicium pontem. Nos hi sumus, quibus diuinare non placet, ac tradere incerta pro certis, vbi probati scriptoris desideratur autoritas. *Et iam contigerant*] &c. Sub radicibus collis Viminalis porta erat, quæ postea ex euentu Ianualis vocata est, vt loquit Macrobius. Ea postquam à Romanis clausa, mox spōte patefacta est. Cúmq; iterum ac tertiò idem contigisset, armati plurimi pro limine, quia claudere nequibant, custodes steterunt. Cúmque ex altera parte acerrimo prælio certaretur, subitò fama pertulit, fusos à Tatio Romanos: quam ob causam qui aditum tuebantur, territi pro-

PAVL. *Inde*] ex ea arce. *Erat cliuus in valles arduus*] erat descensus difficilis. Nam arduum dicimus, altum & difficile. Vnde in Metamor. Ardua prima via est. quòd erat alta, & difficilis ascēsu. Et cliuus. magnus inflexus, à κλίνω, quod est inclino. Erátq; & cliuus Capitolinus, & cliuus Publicus. Varro trium cliuorū meminit, Publici, Publij, Cosconij, & inquit: Cliuus Publicus ab ædibus Plebei publicis, qui eum publicè ędificarit. Simili de causa Publius, & Cosconius, quòd ab his viris dicuntur ædificati. Deinde Varro videtur addere quartū, cùm subiūgat: Cliuus proxim⁹ est ad Florales vsus, versus Capitolium vetus, quod ibi sacellū Iouis, Iunonis, Mineruæ. *In valles*] quæ sunt inter eos montes, Tarpeium, & Palatinum, & Auētinum. *Per fora*) Romanum, boarium, & piscarium. *Velut nūc est*] quia nunc quoq; est ipse cliuus. *Per quem descenditis*] è Capitolio scilicet in valles, & in ipsa fora. *Et iam contigerāt portam*] iam venerāt Sabini magno impetu ad portā, sub radicibus Viminalis, vt inde ingredientes arcē ascēderent. *Cuius*] portę. *Saturnia inuidiosa*] Iuno, quæ sūmo odio Troianos insectata est, sic & Romanos ab illis progenitos. *Dēpserat seras oppositas*] remouerat vectes & obices, quibus clausa tenebatur porta. Illa autē cā aperuit: verū quod humana ratione caret, ad numen refert. nā vt diximus, ter sua sponte porta patefacta est. *Cum tanto ego veritus*] Non hic ad timiditatē, sed ad reuerentiam spectat. *Committere pugnam cum tanto numine*] quasi propter reuerentiam nolui ego manus conserere cum Iunone, quæ portā aperuerat. *Ipse callidus*] prudens & astutus. *Moui opem meæ artis*] succurri Romanis ea arte qua poterā. *Oraq; reclusi*) aperui. *Ora fontana*] ora fontium, hoc est, ipsas aquarum scaturigines. *Qua ope sum pollens*] qua potentia præ cæteris valeo. Pollere, splendere. Pollet

ea ope Ianus, quia exitus & introitus deus est. *Sui oraculum*) longè eiect. *Aquas repentinas*] repentè scaturientes. nam vt diximus, magna vis aquarum feruentium subitò in aduersos hostes erupit. *Ante tamen madidis*] &c. Scaturiginibus ipsarum aquarum supposuisse se sulphura dicit, vt esset humor feruens, quo magis hostes obrueret. *Tamen antè*] quàm ipsa aqua erumperet. *Subiect sulphura venas madidis*) ipsius aquarum meatibus & venis vdis, vnde scaturiunt, supposui sulphur. Cuius natura, vt Plinius testatur, excalefacit & coquit. eius vis in aquis feruentibus sentitur. *Vt humor feruidus*) aqua ferueos. *Clauderet iter Tatio*) intercluderet iter Sabinorum regi, ne ingredi posset. Aquę calidæ scaturientes plerunque sulphureum odorem sapiunt, quoniam per venas sulphuris transeunt. Vnde est illud Plinij: Aquæ tales sunt, qualis terra per quam fluunt, qualésve herbarum quas lauant succi. Sulphuris autem genera, eodem Plinio teste, quatuor esse constat. Viuum, quod Græci ἄπυρον vocant. Alterum genus glebam fullonum appellant, tantùm in officinis familiarem. Tertium Egula vocatur, cuius tantùm vsus est ad suffiendas lanas, quoniam candorem tantum mollitiémque confert. Quartum autem ad lychnia maximè conficienda. λύχνια, candelabra. *Cuius vt vtilitas*] cuius aquæ. *Vt*] postquã. *Vtilitas est percepta pulsis Sabinis*) posteaquam Romani percepere ipsius aquæ vtilitatem, quia ea Sabinos pepulerat. *Forma*) hæc est ipsius loci facies. *Quæ fuerat prius*) scilicet quàm id fieret. *Est reddita loco tuto*) resumpsit priorem formam locus, recedentibus aquis. *Tuto*) quia hostes erant fugati inde.

Ara mihi posita est, paruo coniuncta sacello:
Hæc adolet flammis cum strue farra suis.
At cur pace lates, motisque recluderis armis?
Nec mora, quæsitis reddita causa mihi est.
Vt populo pateant reditus ad bello profecto,
Tota patet dempta ianua nostra sera.
Pace fores obdo, ne quà discedere possit:
Cæsareóque diu numine clausus ero.
Dixit, & attollens oculos diuersa videntes,
Aspexit toto quicquid in orbe fuit.
Pax erat, & vestri Germanice causa triumphi
Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.

ANTON. *Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello.* Sacella (vt Festo placet) sunt loca diis sacrata sine tecto. *Hæc adolet flammis*] &c. Adolere verbũ est propriè sacra reddentis, autore Nonio, quod significat votis vel supplicationibus numen auctius facere. Hic autẽ est vrere: vt, Verbenásque adole pingues. Sanè struẽ in sacris diuersarum rerum congeriem vocant, vt farris, tritici, hordei, fabæ, seminis rapicij, thure ac vino additis: qua strue ante messem Iano, Ioui, & Iunoni rem diuinam faciebant. Sed est & strues libi genus, autore Festo: vnde qui fertum & struem ad sacra ferebant, Strufertarij dicebantur. De strue Iani, Catonis hæc verba sunt: Priusquam porcam fœminam immolabis, Iano struem commoueto, sic: Iane pater, te hac strue commouenda bonas preces precor vti sies volens, propitius mihi, liberísque meis, domo, familiæque meæ. Item postea vinũ Iano dato, sic: Iane pater, vti te strua cõmouenda bonas preces bene precatus sum, eius rei ergò macte vino inferiori esto. Consueuisse autem Iano farre rẽ diuinam fieri, dubium non est. Iuuenalis: Quædam de numero lamiarum ac nominis alti, Cum farre & vino Ianum Vestámque rogabat. Id Numa docuit non esse purum, nisi torreretur. Itaque in sacris bis tostum erat, quoniam & antè fuerat igne purgatum, & tunc vrebatur. Vnde nihil afferunt, qui per farra & struem accipiunt farra cum culmis. A farre farreum deducitur, libi genus (vt Festus tradit) quod apud maiores nostros in maiore precio habebatur. Item farraceæ, quo nomine legitima matrimonia vocabãtur. & diffarreatio sacrificij genus, quod inter virũ & mulierem fiebat, farreo libo adhibito. *At cur pace lates, motisque recluderis armis*] Causæ à nobis superius explicatæ sunt.

Cæsareóque diu numine] &c. numine Cæsaris Augusti, post bellum Actiacum, pace terra marique parta, de qua inquit Strabo: Nunquid igitur tanta pacis facultas, tantáque bonorum copia Romanis, & eis societate fœderatis affuit, quantam Cæsar suppeditauit Augustus? Numine etiam Tiberij, Germanici, & Drusi Cæsarum, pacem retentam accipere possumus: quam idem scribit Geographus temporibus suis successorem Augusti præstare Tiberium, nec minus eius filios Germanicum Drusúmque, suam genitori nauantes operam. *Vestri Germanice causa triumphi*] Germanicus, teste Suetonio, missus ad exercitum in Germaniam, morte Augusti nunciata, legiones vniuersas imperatorem Tiberium recusantes, & sibi summam reipub. deferentes compescuit, atque hoste mox deuicto triumphauit. Cum enim Cherusci tres Romanorum militum legiones cum imperatore Quintilio Varo fractis fœderibus per insidias obtruncassẽt, à Germanico domiti pœnas luerunt, eíque triumphum clarissimum præbuerunt, in quo vnà cum aliis viris illustribus ductus est Semiguntus * Cheruscorum ductor. Hanc Germanici victoriam, aliásque gloriosissimas, quas nunc prætermittimus, non puduit Tiberium ceu damnosas res increpare, præclaráque facta eius pro superuacuis eluere: vsqueadeo Germanico obtrectauit. *Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas*] Poëticè Germanos ait, à Germanico in iugum redactos, Rhenus enim Galliam diuidit à Germania.

PAVL. *Ara mihi posita*] &c. Romani hac ope iã seruati, eo in loco, vnde eruperant aquæ, aram templo iunctam dedicauerunt.

Ara est posita] erecta. *Mihi*] numini meo. *Coniuncta paruo sacello*] ædiculæ meę. Ex æde iã eruperat aqua, vt diximus. *Hæc*) ara. *Adolet*] vrit. *Suis flammis farra*] nam vt diximus, farre & sale Iano sacrificabatur. *Cum strue*] Farra & strues Iano offerebantur, vt Cato asserit. Est enim strues libi genus, quod addebatur in sacris. Et superius: Imponit libũ, farráque mixta sale. *At cur pace*] &c. Quærit nunc Poëta, cur pace claudatur, bello pateat: quod superius quoque diximus. *At cur pace lates*] cur clausus es: quasi cur clausum est templum tuum tempore pacis. *Et recluderis*] aperiris. *Motis armis*] cùm arma mouentur ad inferenda bella. *Nec mora*] nulla facta est tardatio. *Est reddita mihi causa quæsiti*) statim Ianus respondit, & propositæ quæstionis rationẽ reddidit. *Vt populo pateant*) &c. Bello inquit Ianus patêre, vt pateat militiæ reditus: pace clauditur, ne pax ipsa discedat. Quæ ad hæc faciant, superius dictum est, & quo tempore clausus fuisset, & regnante Numa, & post primum bellum Punicum, & post bellum Actiacum sub Augusto. *Tota ianua nostra*] ianua nostri templi. *Patet*) aperta est tempore belli. *Dempta sera*) amotis vectibus & obicibus. *Vt reditus pateat*) sit apertus. *Populo profecto ad bella*) Romanæ militiæ quæ in bellum ierit. *Pace*] cum est pax. *Obdo fores*] claudo vectibus seu obicibus ianuas. Et Terent. Pessulum ostio obdo. quasi pessulo ostium claudo. *Ne quà discedere possit*) ne vlla ex parte possit discedere ipsa pax. *Et diu ero clausus numine Cæsareo*] sub imperio Cæsarum: diu sub eorum auspicio clausum erit templum meum. nam pace terra marique parta, Ianum Quirinum clauserat Augustus. *Dixit*) Ianus. *Et attollens oculos*] quasi in altum respiciens. *Videntes diuersa*] diuersas partes, & à pectore & à tergo, anteriora & posteriora. *Aspexit quicquid fuit in toto orbe*] totum orbẽ, & quæ in orbe erant. *Pax erat*) ô Germanice, erat pax, cùm hæc scribebam, aut cùm ita mecum loqueretur Ianus. *Et Rhenus*] fluuius, qui ex Alpibus labens, diuidit Galliam à Germanis, & in Oceanum Gallicum exit. *Tradiderat iam tibi aquas famulas*) seruire iã cœperat tuæ domui, & hoc propter accolas Rheni, qui iam domiti fuerant. *Causa vestri triumphi*) quia de Germanis triumphastis. Et hoc arguunt Germanico non conuenire, quia non viuente Ouidio triumpharit. Sed aduertant quæso, cùm Poëta dicat, *Causa vestri triumphi*] potes intelligere, triumphi vestræ domus. Adde, quòd facta parentum sunt filiis quoque communia. Vterque Germanici pater, & pater verus, & adoptiuus Germanos domuere: sed plura gessit Drusus, sub quo Germanicus filius militabat. Liuius enim lib. 136. Rhetiam à Tiberio Nerone & Druso domitam refert. & libr. 137. narrat, ciuitates Germaniæ cis Rhenum & trans Rhenum positas, à Druso oppugnatas. & libro 138. Cheruscos, * Cenchreos, Caucos, aliásque Germanorum gentes à Druso subactas. item & libro 139. bellum contra Transrhenas gentes à Druso gestum refert. Idem prosequitur libro 140. & de eius obitu agit. Particeps tot victoriarum paternarum esse debebat filius. Ideo Poëta hic Vestri triumphi dixit. *Et Rhenus tradiderat famulas manus tibi*] vt alluderet victoriæ paternæ. Quòd si mihi id non conceditur, concedatur & aliud, quod mox subnectam. Afferunt hos Fastorũ

A libros sub Augusto principe scriptos: & id ego fateor. Primo enim anno exilij ad Augustum scribens, dicit se duodecim libros Fastorum scripsisse: verùm non constat eo tempore editos. Ergo hoc credendum & asserendum est, scriptos fuisse Romæ magna ex parte, sed in Ponto emendatos, & priores libros tantùm editus. dúmq; emẽdaret, multa sustulisse, multáq; addidisse. Quæ de Augusto viuente scripserat, non immutauit. nam post obitum eius editum putandum est. Addebat quæ ad laudem Germanici pertinere videbantur. Quinto enim anno eius exilij, Augustum è vita migrasse scimus, consulibus duobus Sextis, Pompeio & Apuleio In lib. de Ponto extant ad hunc Pompeium consulem elegiæ Et subsequẽtes ad Brutum scribens, ait, In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est. Quintum annum indicat: eo anno Augustus decessit. Nam postea in iisdem libris ad Suillũ, B cùm multa polliceatur se scripturum de Germanico, primũ inquit: Dij tibi sunt Cæsar iuuenis. id de Germanico, non de Tiberio dicit. Et sequitur: tua numina placa, Hac certè nulla est notior ara tibi. Et paulò pòst: Nec tibi de Pario statuam Germanice templum Marmore, carpsit opes illa ruina meas. Templa domus facient vobis vrbesque beatæ, Naso suis opibus carmine gratus erit. multáque de eodem agit. Deinde: Et modò Cæsar auum, quẽ virtus addidit astris, Sacrarunt aliqua carmina parte tuum. Et de Augusto intelligit, quem relatum in deos alijs carminibus approbat. Et ad illud sequitur: Si quid adhuc igitur vini Germanice nostro Restat in ingenio, seruiet omne tibi. Non potes officium vatis contemnere vates, Iudicio precium res habet ista tuo. Sed quorsum hæc? vt ostendam, de Germanico, & non de Tiberio dicta. nam alterum ab altero separat, vt de Pompeio C consule. Aut feret Augusto solitam natóq; salutem, Déque parum noto consulet officio. Hæc apertè dicta sunt de Augusto & Tiberio. Et sequitur: Tempus ab his vacuum Cæsar Germanicus omne Auferet, à magnis hunc colet ille deis. Sed de relato in cœlum Augustu ad Græcinum: Nec pietas ignota mea est, videt hospita tellus, In nostra sacrum Cæsaris esse domo. Nec intelligas de C. Cæsare dictum, sed de Augusto. nam subdit: Stant pariter natúsque pius, coniúnxque sacerdos, Numina iam facto non leuiora deo. Et hæc de Tiberio & Liuia, facto deo Octauio Augusto, relato iam inter deos. Deinde, Neu desit pars vlla domus, stat vterque nepotum, Hic auiæ lateri, proximus ille patris. Et intelligit de Germanico Drusi, & Druso Tiberij filijs. Et paulo pòst: Tu certè scis hoc superis ascite, vidésq; Cæsar, & est oculis subdita terra tuis. Tu nostras audis inter conuexa locatus Side- D ra, sollicito quas damus ore preces. Peruenient istuc & carmina forsitan illa, Quæ de te misi cœlite facta nouo. Nouo cœlite dixit, non veteri, vt Augustum ostenderet. Nam Cæsar sexaginta antea annis in deos relatus est. Et postea ad Carum scripsisse se Getico sermone laudes Augusti Cæsaris loquit: Materiam quæris, laudes de Cæsare dixi, Adiuta est nouitas numine nostra dei. Nam patris Augusti docui mortale fuisse Corpus, in æthereas numen abisse domos Iam negari non potest, de Augusto dictum. Sed quod sequitur: Esse parem virtute patri, qui frena rogatus Sæpe recusati ceperit imperij. & hoc de Tiberio. nam imperij summam diu recusasse Suetonius docet. Et postea: Esse duos iuuenes firma adiumenta parentis, Qui dederint animi pignora certa sui. Et de Germanico & Druso iuniore intelligit. Sed aperiam, qua ratione hæc dixerim. Primùm, vt ostendam, Poëtam, cũ G Germanicum dicit, nunquam Tiberium intelligere. Postea, vt illud constare faciam, quinto anno exilij Poëtæ Augustũ excessisse. nam quod extremo loco adduxi, sexto anno scripsit. Addit enim: Sed me Care niualis Sexta relegatũ bruma sub axe videt. Demum, vt ex his illud colligant, & asseram, quod hoc in loco Fastorum dicit, de triũpho Germanici intelligendum esse. Arrigite nunc aures: nam id dixi, quod minimè expectabatis. Scitis enim auditores humanissimi, quòd à principio ostendimus, circa finem principatus Augusti, Germanicum cum exercitu in Germaniam missum, & excessu Augusti nunciato, compescuisse legiones Tiberium recusantes, & sibi summam imperij deferentes. Et de eo Poëta in eadem ad Carum elegia: Sic capto Latijs Germanicus hoste catenis, Materiam nostris afferat ingenijs. Et Suetonius inquit de eo: Atque hoste mox deuicto triumphauit. Cùm H ita dicat, id arguit, cum non multò post excessum Augusti vicisse hostem, & triumphasse. Sic viuẽte Ouidio triumphauit: nam quarto anno Tiberij Poëta migrauit è vita. Adde, quòd ab Augustu missus in rebelles Germanos, post cladem Varianam de hostibus vindictam sumpsit. cuius meminit Strabo lib. 7. his verbis: Quibus fides adhibita fuerat, hi magnas clades intulerũt, sicuti Cherusci, & eorum ditioni subiecti, in quibus tres Romanorum ordines militum cum imperatore Quintilio Varo, fœderibus fractis, per insidias obtruncati sunt. Pœnas verò luerunt vniuersi, & Germanico iuniori clarissimum præbuere triumphum, in quo illustriũ virorum ducta sunt corpora, simul & fœminarum. Multos præterea Strabo commemorat, qui in triumpho ducti sunt: & de hoc Germanico intelligit. nam paulo superius Drusi mentionem fecit: qui dum inter Salam & Rhenum fluuios I belligeraret, domitis hostibus victor oppetijt. Ex his igitur, quæ diximus, iam tandem constet, Germanicum Ouidio adhuc viuente triumphasse: nam perijt quarto anno Tiberij. quod Eusebius testatur. Sic & hos duos versus in illius triumphi laudem addidisse. Sed longius quàm fuerat nostrũ institutum, progressi sumus. Coacti quidem fecimus, ad reprimendos eorum obstinatos animos, qui dum hæc profitemur, maledictis assiduè nos incessunt: quoniam ab eorum sententijs abhorrere videar, cùm à veritate abstrahere me non possint. Sed ne reus maledicentiæ arguar, hæc satis sint, & sit iam mihi ad cætera transeundum.

Iane face æternos pacem pacísque ministros:
Néve suum, præsta, deserat autor opus.
Quod tamen ex ipsis licuit mihi discere Fastis,
Sacrauere patres hac duo templa die.

ANTON. *Néve suum, præsta, deserat autor opus*] elargita Cæsaribus longitudinẽ vitæ, ne pacẽ, quam mũdo pepererunt, deserant ab eius autoribus. *Sacrauere patres hac duo templa die*] Romani calendis Ianuarijs duo templa, alterum Iouis, alterum Æsculapij sacrauerunt, in insula Tiberina, E quam hodie duo pontes iungunt, hic vrbi, ille Ianiculo. Ibi Æsculapio templum ideo datum est, quod laborantibus pestilentia Romanis compertum est, eam sedari posse, si Æsculapius in vrbem ex Epidauro veheretur. Missi itaque sunt legati decem, principe Q. Volumnio: qui cùm eò se contulissent, & simulacrum ingens mirarentur, anguis è sedibus eius elapsus est, qui per mediam vrbem ad naues Romanorum perrexit: delatúsq; Romam versus, cùm aduersu Tiberi subueheretur, in proximam insulam desiluit, vbi templum ei constitutum est, & pestilentia mira celeritate sedata. Huius insulæ templorúmq; eius Liuius meminit in prima decade his verbis: Ager Tarquiniorum, qui inter vrbem ac Tiberim fuit consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Fortè ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi: quem campi fructum quia irreligiosum erat cõsumere, desectam cũ stra- F mento segetem magna vis hominum simul immissam corbibus fudere in Tiberim, tenui fluẽtem aqua, vt medijs caloribus solet: ita in vadis hæsitantis frumenti aceruos sedisse. illito limo insulam inde paulatim, & alijs quæ fert temerè flumẽ, eódem inuectis, factã. postcáq; credo additas moles, manúq; adiutum, vt tam eminens area firma tẽplis quoque ac porticibus sustinendis esset. Scire autem debemus, quod ait Seruius, nihil apud Romanos tam solenne fuisse, quàm diẽ cõsecrationis. Vnde coniectare possumus, quantum calendis Ianuarijs ac Iani festo K duorum templorum dedicatione celebritatis accesserit. Fiebat sanè tẽpli consecratio (vt idem Seruius docet) hoc modo: Qui templum dicabat, postẽ tenens, dare se dicebat numini quod ab illo necesse fuerat iã teneri, & ab humano iure discedere. Nec vos fugiat, ornamenta vt sunt clypei, coronæ, cæteráq; id genus non dedicari eo tempore, quo delubra sacrãtur: mensas verò, arulásq;, autore Macrobio, eodem die quo ædes ipsæ dedicari.

PAVL. *Iane face æternos*) &c. Perpetuam ac æternam pacem optat. *O Iane face*] pro fac. *Aeternos pacem & pacis ministros*) fac vt æterna sit pax, & æternum impetitent Cæsares, qui pacem populis suggerunt, qui pacem orbi peperere. *Præsta nève autor deserat suum opus*] quasi concede, ne ego, qui sum L autor Fastorum, deseram institutum opus, sed prosequar vsque ad finem, vt dicas: Præsta, ne domus Cæsarea, quæ est autor pacis, deserat eam, sed semper suggerat. Quòd tamen hactenus cum Iano sermonem habuit, & ab eo multa didicit, nunc ea quæ ex Annalibus, & veteribus Fastis, & Pontificũ libris excerpsit, aperiet. Primũq; inquit, calendis Ianuarijs duo templa in insula Tiberina, Iouis scilicet & Æsculapij fuisse consecrata: de quo mox agemus. *Tamen quod licuit mihi discere ex ipsis Fastis*] quod potui percipere ex ipsis Fastorum libris. Aliqui legunt, Licuit dicere: tũc intelligas, quod ex Fastis referre licet *Patres*] quasi maiores nostri, seu veteres Romani. *Sacrauere*] consecrauere *Hac die*] calendarum scilicet Ianuariarũ. *Duo templa*] Iouis scilicet & Æsculapij.

Accepit Phœbo nymphâque Coronide natum,
Insula diuidua quam premit amnis aqua.
Iuppiter in parte est, cepit locus vnus vtrunque,
Iunctáque sunt magno templa nepotis auo.
Quis vetat & stellas, vt quæque oritúrque caditque,
Dicere? promissi pars fuit illa mei.
Fœlices animæ, quibus hæc cognoscere primùm,
Inq; domos superas scandere cura fuit.

ANTO. A *Phœbo nymphâque Coronide natum*] Æsculapium, qui Apollinis filius fingitur, quia secto ventre Coronidis matris procreatus est. Omnes enim sic in lucem editi, Apollini consecrati sunt: quia deus est medicinæ, per quam lucem sortiuntur. Attribuuntur Æsculapio dracones, quòd vigilantissimi generis putantur: quæ res medicinæ maxime necessaria est. Huic deo nonnulli dicunt ideo factã ædem in insola, quòd ægroti à medicis aqua maximè B sustentêtur: & nodosum bacillum ab eo teneri, propter artis medicæ difficultatem: eiúsq; templo canes adhiberi, quoniã is deus vberibus canis nutritus dicitur. Dicabãtur in ęde huius dei tabellæ, in quibus qui seruati erãt ex valetudine, pinxerãt morbi genus. Placet autem Plinio, anguem ideo dicari Æsculapio, quòd ei multa creduntur inesse remedia. Cæterùm huius templum Plutarchus ideo extra vrbem esse positum inquit, quòd maiorem foris salubrius quàm in vrbe habitari crediderunt, & quòd in Græcia templum eius fuit, sed procul ab Epidauro. Plinius verò lib. 29 Natur. hist. vbi meminit artis medicæ: Non rem, inquit, antiqui damnabant, sed artem: maximè verò quæstum esse immani precio vitæ recusabãt. Ideo templum Æsculapij, etiam cùm reciperetur is deus, extra vrbem fecisse, iterúmq; in insula traduut. Cætera ad hunc deum pertinentia apud Macrobiô le- C ge. *Quis vetat & stellas*] &c. quia occurrebat, in libris annalibus, qui dierum habent computationem, hoc est, in Fastis, ortus occasúsq; siderum non contineri: quod sine dubio res habet. Is enim Fastorum quidem ordinem & rationem poëtæ suggerere potuerunt, ortus verò occasúsque signorum minime. Vnde autor ait suprà, Sacra recognosces annalibus eruta priscis. Hic verò subiũgit, Nos quoq; sub ducibus cœlum metabimur illis. *Fœlices animæ*] &c. Laudat inuentores Astrologię: de quibus ita varia leguntur, vt nihil certum tradi posse videatur. Plinius Astrologiam inquit inuenisse Atlãtem Libyæ filium: vt alijs placet, Ægyptios: vt alij volũt, Assyrios, quibus eam primus Prometheus indicauit, autore Seruio. Laërtius refert, putare nonnullos Thaletem Milesium Astrologiæ secreta rimatum, solis defectus conuersionésq; dixisse. Si Porphyrionem audimus, Babylonij eam in- D uenisse dicentur: si Iustinum, Zoroastres rex Bactrianorum: si Plutarchum, Anaxagoras primus lunaris luminis atq; vmbræ causam deprehendisse, ac literis mandasse putabatur: qui rogatus, teste Laërtio, cuius rei causa natus esset, inspiciẽdi, inquit, cœli, & solis, & lunæ. Sunt & alij, qui alia tradiderunt, quorum opiniones non imprudens prætereo. Illud dubium non est, iure appellari hoc in loco fœlices, quorum ingenia consecuta sunt, quod aliquando Mantuanus noster Homerus optauit, vt: Me verò primum dulces ante omnia Musæ, Quarũ sacra fero, ingenti percullus amore, Accipiant, cœlíque vias, & sidera monstrent. Sanè ratio siderum adeò nobis necessaria est, vt qui eam ignorat (vt inquit Quintilianus) poëtas intelligere nequeat, qui (vt alia omittantur) toties ortu occasúq; signorum in declarandis temporibus vtuntur. Est autem notandum, præter eos ortus occasúsque E signorum, qui cosmij, chronici, & heliaci nuncupantur, meridianum, hoc est, circulum qui medius est inter ortum & occasum, finem esse ortus siderum, & occasus initium.

PAVL. *Accepit Phœbo*] &c. Ex Phœbo & Coronide nympha filia Phlegyæ, filij Martis, natus est Æsculapius, qui in Epidauro vrbe colebatur, quæ est in sinu Saronico: cuius numen tã viuẽtis, quàm vbi ex humanis excessit, ob artis medicæ gloriam, sæpe multis & maximis ciuitatibus fuit adiumento. Vnde cùm Romani pestilentia continuis tribus annis vexarentur: ex libris Sybillinis compertum est (vt apud Valeriũ Maximum lib. 1. & apud Liuium 11. legitur) non posse recuperari pristinam salubritatem, nisi Æsculapius ab Epidauro esset accersitus. Missis ergo illuc legatis decem, duce Quinto Volumnio, anguis, quem Epidaurij rarò, sed nunquam sine magno ipsorum bono visum, in modum Æsculapij venerati fuerunt, mitis labi cœpit, triduóq; religiosè conspectus, F ad triremem Romanam perrexit: & cum eo prosperam emensi nauigationem, Romam aduecti sunt. in ripam Tybridis, egressis legatis in insula, vbi templum dicatũ est, anguis transnatauit: aduentúque suo tempestatem, cui remedio quæsitus fuerat, dispulit. Sedata peste, cùm optima temperies aëris rediret, Ioui, quia luci præest, aliud templum eodẽ loco, eodem tẽpore posuere. Verũ serpentẽ pro Æsculapio Romam aduectum esse, mysterio nõ caret. Simulacris enim Æsculapij & Salutis, vt in Saturnalibus legimus, draco subiungitur: quòd hi ad solis naturam lunęque referũtur. Est Æscu- G lapius vis salubris de substantia solis, subueniens animis corporibúsq; mortalium. Salus autem, naturæ lunaris effectus est, quo animantium corpora iuuantur, salutifero firmata temperamento. Ideo simulacris eorum iunguntur figuræ draconum, quia præstant vt humana corpora, infirmitatis pelle deposita, ad pristinum reuirescant vigorem: vt reuirescunt dracones per annos singulos, velut pelle senectutis exuta. Apollodorus in libris *περὶ θεῶν* scripsit, Æsculapium augurijs & diuinationibus præesse. nec mirum: nam oportet medicum, vt Hippocrates ait, dicere de ægroto: Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura sequantur, &c. *Insula quam premit amnis aqua diuidua*] insula Tyberina, quæ fluuio cingitur, cùm aquam diuidit. *Accepit natum* H *Phœbo & nympha Coronide*] accepit Æsculapium Apollinis & Coronidis filium, vt dictum est: quia in ea insula dedicatum est illi templum. Et de ea insula agit, quam fecit Tybris ex congregatione primò palearum iectarum in campo Martio, post exactum Tarquinium: deinde ex congestione arenarum, augurio monente, iactis fundamentis: quæ non ex arte, sed à natura facta videtur. De quo Liuius libro ab vrbe condita 2. De bonis, inquit, regis, quæ reddenda antè censuerant, res integra refertur ad patres. Ibi victi ira vetuere reddi, vetuere in publicum redigi. Diripienda plebi sunt data, vt contacta regia præda, spem in perpetuum cum his pacis amitteret. Ager Tarquiniorum, qui inter vrbem ac Tyberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Fortè ibi tum seges farris dicitur I fuisse, matura messi: quem campi fructum quia irreligiosum erat consumere, desectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissam corbibus fudere in Tyberim, tenui fluentem aqua, vt mediis solet caloribus: ita in vadis hæsitantis frumenti aceruos consedisse, illitos limo. Insulam inde paulatim, & alijs quæ fert temerè flumen, eòdem inuectis, factam. Postea additas credo moles, manúq; adiutum, vt tam eminens area firmáque templis quoque ac porticibus sustinendis esset. Idem ferè Dionysius. *Iuppiter est in parte*] ipsius insulæ: quia & ibi templum est illi consecratum. *Vnus locus*] vna insula. *Cepit*] recepit. *Vtrumq.*) & Iouem & Æsculapium: quia in eadem insula & simul iuncta habent templa. *Templa nepotis*) Æsculapij, qui nepos est Iouis: quoniam hic Phœbi pater, cuius ille filius. *Sunt iuncta magno auo*) templo magni Iouis. Et K Plutarchus Problem. 94. ait: Cur extra vrbẽ ædes Æsculapij posita est? an quòd suis salubrius quàm in vrbe habitare crediderunt? Nam Græci quoque in excelsis ac puris locis Æsculapij templa planè collocant. An quòd deum ex Epidauro accersitum in vrbem commigrasse opinantur. in Gręcia enim non in vrbe, sed procul ab Epidauro Æsculapij tẽplum est. An quòd dum draco ex naui in insulam descendisset, & ex oculis euanuisset, ipsum eo in loco ædis ponendæ autorem ac præmonstratorem fuisse opinantur. *Quis vetat*) Pars præpositionis fuit, ortus & occasus signorum: eam aggreditur, & suo dierum ordine prosequitur. *Quis vetat dicere & stellas*] quis prohibet me de ortu & occasu stellarum agere. *Vt quæque oritur & cadit*) vt vnaquæq; stella surgit ab Oriente mane, & vesperi occidit, siue etiam heliacè, seu cosmicè. *Illa fuit pars mei propositi*) quasi fuit illa vna pars meæ magnæ propositionis. Nam in principio dixit: Lapsáq; L sub terras, ortáq; signa canam. *Fœlices animæ,*) &c. Magna illorum philosophorum cõmendatio, qui cœlestia primùm indagarunt, & aliis quoque percipienda tradiderunt: & præ cæteris à summa vitiorum & lasciuię continentia ac sobrietate cõmendat, qui nec strepitui forensi obnoxij, nec rei militari, nulla ambitione, aut inani gloria, aut habendi cupiditate tangebantur. Qua quidem ratione cœlum dimẽsi sunt, & mortalibus aperuere. Sed videtur locus hic exigere, vt de his primis pauca referamus. Cœlum primi obseruarunt Assyrij, Chaldæi, & Ægyptij. Ab Ægyptijs (vt Eustathius inquit) Astrologiam & Arithmeticam mercatorum & nautarum commercio Sidonij Phœnices accepere, & ab his (vt alij referunt) in Græciam penetrasse constat. Signiferi tamen

circuli obliquitatem (vt Phorius refert) primus intellexisse, hoc est, rerum fores aperuisse Anaximander Milesius traditur, Olympiade 58 signa deinde in eo Cleostratus. Et primam arietis ac sagittarij fecit ipsam ante multo Atlas. Veneris stellæ naturam Pythagoras Samius primus deprehendit. Lunæ verò singula mortalium primus deprehēdit Endymion. Defectus solis & lunæ rationem Romanorū primus in vulgus extulit Sulpitius Gallus. Apud Græcos Thales Milesius primus inuestigauit. Post eos vtriusque sideris cursum in 600. annos prætinuit Hipparchus, menses gentium, diesque, & horas, ac situs locorum, & vicos populorum complexus: quo teste Democritum ferunt primum cum terris cœli societatem intellexisse, ostēdisseq;. Aristeus solstitij rationem inuenit. Pythagoras etiam siderū interualla dimensus. Hæc ex Plinio. Sed illud addendum, quòd poëtæ Atlantem in montem conuersum referunt, cœlum humeris sustinentem, mysterio non vacat. nam primus Atlas sua indagatione cœlum mortalibus aperuit: & cùm siderum peritia polleret, creditum est à posteris, illū manibus sidera tractasse. Promethcum Caucaso affixum dicunt, quòd ignem è cœlo furatus sit. Non aliud in nobis ostendit, quàm igneum elementum primùm à Prometheo intellectū fuisse: licèt sint, qui eum figulum arbitrentur. Eudoxus Gnidius Æschinis filius Astrologiam inultus philosophorum condimentis ornauit. Eandem carmine scripsisse Aratus Cilix, & Empedocles Agrigētinus Sed hæc hactenus. *Fœlices animæ*] illorum scilicet philosophorum. *Quibus primis fuit cura cognoscere hæc*] quasi qui curam omnem ac diligentiam adhibuere harum rerum indagationi. *Et scandere domos superas*) id est, ascendere cœlum: hoc est summo studio indagare cœlestia, pro cœlestium ipsorum cognitione. Fœlices animas appellat & Virgilius: Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas.

> *Credibile est, illos pariter vitiisq́, iocisque*
> *Altius humanis exeruisse caput.*
> *Non Venus & vinum sublimia pectora fregit,*
> *Officiúmque fori, militiæq́, labor.*
> *Nec leuis ambitio, perfusáque gloria fuco,*
> *Magnarúmve fames sollicitauit opum.*
> *Admouere oculis distantia sidera nostris,*
> *Aetheráque ingenio supposuere suo.*
> *Sic petitur cælum, non vt ferat Ossan Olympus,*
> *Summáque Peliacus sidera tangat apex.*
> *Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis,*
> *Ponemúsque suos ad vaga signa dies.*
> *Ergo vbi nox aderit venturis tertia nonis,*
> *Sparsáque cælesti rore madebit humus,*

ANTON. *Non Venus & vinum sublimia pectora fregit.*] Vinum quidem modicè sumptum firmat & roborat, fessisque corporibus celerrimè subuenit: immodicè verò, eneruat, & statum mentis euertit. vnde in prouerbium cessit, Vino sapiētiam obūbrari. Propertius: Vino forma perit, vino corrūpitur ætas, Vino sæpe suū nescit amica virum. Quā ob causam solebāt censores vinosos senatu amouere. Et apud Homerum Hector non vult sibi vinum afferri, ne eneruetur, néve animus ac robur elanguescat. Corrumpunt enim blandæ voluptates (vt ait Plutarchus) omne robur animi, indolemq; virtutis, ingenium labefactant, cōsilium eripiunt. Vnde Plato meritò escam malorum appellat voluptatem. Vinum Anacharsis dixisse fertur tres ferre vuas, primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam mœroris. Eius vsus mulieribus olim interdictus fuit, quæ ideo cognatos ore osculabantur, vt multi existimarunt, ne bibentes laterent, sed domesticorum congressu redarguerentur. *Perfusaque gloria fuco*] inanis gloria, non vera, non parta virtute. Fucus enim, quamuis & alia significet, est herbæ genus (autore Seruio) vnde tinguntur vestes. *Sic petitur cælum*] &c. Ingenio, studio, virtute cœlum petitur, nō congestione mōtium, vt Ossæ, Pelij, Olympi: quod à gigantibus tentatū est. *Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis*] dimetiemur cœlum ducibus Astrologis, tractatores de ortu occasúq; signorum, cùm libri Annales talia non suppeditent. *Ponemúsque suos ad stata signa dies*] Stata signa dicit, vel quę suo & fixo tempore oriuntur & occidunt, vel (quod magis placet) quæ cœlo affixa sunt, neque errant vt planetæ. Plinius: Cùm omnia hæc statis sideribus, cœlóq; affixis constent. Dicuntur & stata sacra, quòd stent, neq; mutentur, sed certis diebus fiāt. De quibus Statius in 1. Theb. Vnde hæc stata sacra quotānis Solēnes recolūt epulæ. Cato: Sacra stata, solēnia sancta deseruisti. Forma verò stata dicitur, quę neq; pulchra est, quā modicam & modestam Phauorinus vxoriam appellabat. Stati autem dies vocantur, iudicij causa cum peregrino cōstituti. Sciendum quòd cùm staturus primam syllabam producat status eam corripit, vt rectè Priscianus docet: vt, Constatura fides superûm. &, Zephyros quoque vana vetustas. His ascripsit aquis, quorum stata tempora status.

PAVL. *Est credibile*] credi par est: quasi, id credere possumus. *Illos*) cœlestium scilicet indagatores. *Exeruisse*) eleuasse. *Caput altum*) sublimius. *Humanis pariter vitijs & iocis*) hoc est, eleuasse mentem ad altiora contemplanda, magis quàm liceat vitiosis & lasciuiæ deditis hominibus: seu quia potius contemplationi & rerum indagationi sese tradidere, quàm vitiis humanis. *Non Venus & vinum*) non res venerea, non crapula: quasi non lasciuia, non vlla symposij voluptas. *Fregit*) contudit. *Pectora sublimia*) mentes ad sublimia tendentes, quasi rerum cœlestium indagationi deditas. Tanta erat eorum continentia, vt nulla voluptate ab ea contemplatione seduceretur. *Et fori officium*] munus seu ratio agendarum in foro causarum. *Et labor militiæ*] militaris industria nō fregit ea pectora: quia nihil harū rerum, quæ vel ad quæstum, vel ad inanem gloriam pertinent, ab incœpto reuocauit. *Nec sollicitauit*] sollicitos reddidit eos. *Leuis*] inutilis. *Ambitio*] indigna honoris appetitio. Ambitus, Pōpeio teste, propriè est ædificiorum circuitus. Sed eodem vocabulo crimē auaritię, seu affectati honoris appellatur, à circuendo, supplicandóq;. Inde ambitio, ipsa actio ambientis. *Et gloria perfusa fuco*] nec sollicitauit eos inanis & falsa gloria. Perfusa fuco dixit, quasi non vero, sed ficto colore. Et est translatio à mulieribus, quę herbarum succo, vt colorem accipiant, faciem sibi illinunt. Verùm fucus interdum vespam significat: vnde est illud Virgil. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Interdum, vt plerique volunt, accipitur pro conchatum sanie, qua tingitur pannus. Et herbam alij esse dicunt, cuius succus tingēdis etiam pannis adhibetur. Verùm græcè φῦκος, alga maris dicitur. & φῦκος, ille mulierum ornatus: ex quo multi putāt, ex herbis marinis succum illum confici. *Ve*] pro vel. *Fames magnarum opum*] nec eos sollicitauit immensa cupiditas habendi magnas opes, hoc est, auaritiæ crimen. Cupiditatem famem appellauit. Sic & Virg Auri sacra fames. *Admouere*) illi quidem philosophi propinqua fecere oculis nostris. *Sidera distantia*] longè à nobis remota. Ideo admonere, quia sua inquisitione patefecere. *Et supposuere*] etiam aspectui nostro *Aethera*] superiorem aëra, vel potius cœlum ipsum. *Suo ingenio*] acumine ingenij, & diligenti indagatione. Supposuere dixit, quia cœli, quod superius est, rationem ita aperuere, vt illud inferius, & in manibus habere videamur. Aut supposuere ingenio suo, quia totum illud perscrutati sunt, & omnem eius rationem intellexere. *Sic petitur cælum*) &c. hac via in cœlum itur, non qua Gigantum insolentia tentauit, qui (vt est in fabulis) ad oppugnandū cœlū montes construxere, Olympum, Ossan, Pelion. *Sic petitur cælum*] hac ratione, & institutione vitæ ab omnibus vitiis abhorrēti, referuntur homines in deos *Non vt Olympus ferat*] sustineat. *Ossan*] pro Ossam: nam aliter non staret versus. Etenim Gigantes, qui ea terra geniti cœleste regnum affectasse ferūtur, idcirco altissimos Thessaliæ montes construxere: primo loco Olympū statuere, deinde Ossan, postea superiore parte locauere Pelium Olympus quidem altissimus est, & nō modò in Thessalia, verùm in Creta, & Mysia Asiatica, & Cypro, & in Æthiopia eiusdem nominis montes esse constat. Thessalicum, Creticum, Cyprium nos ipsi vidimus, & ascēdimus. Ossam volūt ab Olympo auulsam fuisse, & inde patuisse Penæo amni viam. Pelium centaurico bello Pirithous vi occupauit, & ex eo Centauros eiecit Et (vt refert Plinius) Dicæarchus regum cura permensus montes, ex omnibus altissimum prodit Pelion. *Et apex Peliacus*] summitas Pelij mōtis *Tangat summa sidera*] quasi tendat in cœlum, propter ingentem eius altitudinem dictum. Sed vnde hæc Gigantum machinæ fabula emanarit, dicemus in quarto libro. Apex sacerdotum erat insigne, quod capite ferebatur vinculis alligatum, inde pro summitate ponitur: dictus, quòd cōprehē-

A dere antiqui vinculo apere dicebant. *Nos quoque*] &c. nos etiam in rerum descriptione, præsertim occasus & ortus, sequemur illos sanctissimos philosophos. *Nos quoque metabimur*] metis dirigemus, hoc est, suo ordine describemus cælum. *Illis ducibus*] quasi ea ratione, quam illi primi indagatores tradidere. In multis codicibus est, Meditabimur, id est, meditādo scribemus. *Exponemus*] designabimus. *Suos*] proprios dies. *Ad stata signa*] ad ea quæ sunt suis circulis fixa: vt sunt zodiaca illa signa fixa zodiaco circulo, cuius vertigine vertuntur & ipsa. Sunt quoque & erraticæ stellæ septem, quæ contra cœli vertiginē innituntur: inde dicti sunt solis & lunæ labores. *Ergo vbi nox*,] &c. Cùm paulò superius dixerit, partē propositi fuisse, velle ortum & occasum signorum scribere, nunc illud aggressurus: *Ergo*, inquit, *vbi aderit nox tertia venturis nonis*] cum venerit nox, quæ diem tertium calendarum Ianuariarum præcedit. *Et humus*] terra. *Madebit sparsa rore cælesti*] fiet vda seu madida propter rorem matutinum è cœlo decidentem. Sic diluculum ipsius diei significat.

G

Octipedis frustra quæruntur brachia cancri,
Præceps occiduas ille subibit aquas.
Obstiterint imbres missi nisi nubibus atris,
Nona signa dabunt exoriente Lyra.
Quattuor adde dies, ductis ex ordine nonis,
Ianus agonali luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctus causa minister,
Hostia cælitibus quo feriente cadit.

ANTO. *Octipedis frustra*] &c. Tertio nonas Ianuarias cancer occidit, autore Columella. Accipiendus autem hoc loco est occasus cosmicus, qui fit penè oriente iam sole.

B Cùm enim hoc tempore sol capricornum tenens, magnam eius partem emensus fuerit, cancer oppositus capricorno cosmicè occidat necesse est. Hoc zodiaci signum dicitur porta cœli, teste Macrobio, sicut & Capricornus. In eo sol obliquū incipit agere retrogressum, quemadmodū & cancer animal retrò atque oblique incedit, cui octoni sunt pedes in obliquum flexi, præterea & bina brachia forcipibus denticulatis. Ferunt Cācrum inter sidera collocatum Iunonis beneficio, cùm momordisset è Lernæa palude Herculis pedē cum Hydra pugnantis, ab eóque interfectus esset. Lege Hyginium, ne tibi omnia recitem. Occidit hic & exoritur posteriore corporis parte, constatq; stellis octodecim, vt quibusdā pla-

C cet. quarum duæ Aselli appellātur, inter quas (vt scribit Plinius) exiguum spacium obtinente nubecula, quam Præsepe appellant, cùm cœlo sereno apparere desierit, atrox hyems sequitur. si alteram earum aquiloniam caligo abstulerit, auster sæuit: si austrinam, aquilo. Sunt autem aselli in Cācri testa. Stellarum situm in hoc & cæteris signis (ne te obtundā) pete ab Higino, & Basinio nostro Parmensi, quem Franciscus Philelphus iure appellat ingeniosum, bonum, atque à Musis nutritum. Is est, qui moriens Arimini, hoc sibi epitaphium reliquit: Parma mihi patria est, sunt sidera carmen & arma. *Obstiterint imbres missi*] &c. ortus Lyræ, qui erit nonis Ianuariis, cuius meminerunt Plinius & Columella, indicabit Cancrum occidisse, nisi fortè imbres nubésve obstiterint. Quod ideo dicitur, quia nonis, quibus Fidicula oritur, quam Græci * id est, vocum varietatem, & Lyram, nostri Fidem siue Fidiculam vocant, varia tempestas est, vt idē

D ait Columella. Loquimur autem hoc in loco de ortu Lyræ heliaco: eam enim cum Sagittario in ortum ferri cernimus. Quare sole ad Capricorni ima tendente, Lyra se profert, emergitque solis abscessu. Hæc est, qua Orpheus quondā manes sibi conciliasse narratur. Silius: Sed quos pulsabat Riphæū ad Strymona neruis Auditus superis, auditus manibus Orpheus, Emerito fulgent clara inter sidera seclo. Id sidus nouem stellis cōstare dicitur. Sunt qui legāt, Institerint imbres missi de nubibus atris. qui versus cùm, me adolescente, Ferrariæ inter discipulos celeberrimi viri Guarini Veronensis variè iactaretur, memini nō displicuisse multis iudicium meum, qui sentiebam cum versum legendū, vnde tempestate ambigi videretur: quòd, autore Columella, idibus varia sit,

E non certa tempestas. *Quattuor adde dies*] &c. Agonalia Iani sacra quinto idus Ianuarias celebrantur, quorum inuentorem Antias Numam Pompilium refert, autore Macrobio. Sunt autem Agonalia, quemadmodum & Carmentalia Lupercaliáque, feriæ statiuæ, certis & constitutis diebus ac mēsibus celebrari solitæ, & in Fastis statis obseruationibus annotatæ, atque ab agendo nominatæ: quoniā minister sacrorum cultrum manu tenens, atq; hostiā feriturus, rogare solebat, an ageret, nec nisi iussus hostiam feriebat. Moris enim fuit, vt aut sacerdotes ipsi percuterent victimas, & Agones appellabātur: aut in tenentis cultrum alter victimā impingeret, vnde Victimarores dicti. Aliis placet, Agonalia dicta esse, quòd pecudes non veniant, sed agantur. Vnde putāt, hostias ab agendo agonias dictas: à quibus agoniū diem vocarunt, quo rex hostiam immolabat. Alij volunt ab agnis Ago-

F nalia dici, quasi agnalia, quāuis rex sacrorum arietē immolaret. Sunt & qui Agonalibus nomen inditum existimant à metu hostiarum, quæ viso cultro, quo erant feriendæ, in aqua, siue in mola, vbi tingebantur, trepidabant. Nam ἀγὼν trepidationem significat: quamuis reuerà non semper euenirer, vt trepidarent. Potuerunt etiam hæ feriæ sompsisse vocabulum ob ludos à maioribus fieri solitos: nam ἀγῶνες ludi sunt quod nomē est generis, non speciei: siquidem & γυμνικοὺς, & musicos ἀγῶνας dicimus. Festus autor est, agonem dictum: quòd locus in quo ludi initiò facti sunt, sine angulo fuerit, cuius festa Agonalia dicebātur quo nomine etiam Agonij dei festa vocari consueuerunt, quem putabant agendis rebus præsidere: siue quia Agonos montes vocabāt. Vnde Agonia sacrificia dicta existimantur, quæ in monte fiebant. ea quo Romæ mons Quirinalis Egonus appellatus est, & colonia porta Egonensis.

H PAVL. *Frustrà quæruntur brachia Cancri octipedis*] locassum tolles in cœlum oculos, vt Cancrum videas: quoniam tertio die à nonis, sic & tertia die Ianuarij occiderit. *Ille*] Cancer. *Præceps*] quasi pronus occidens. *Subibit aquas occiduas*] immergetur Oceano, & sic occidet. *Octipedis*] quoniam octo pedes habet. Et aduerte, occasum hunc Cancri esse cosmicum. sic & totus cosmicè etiam erit ortus Capricorni. Ita enim in circulo zodiaco, qui ex obliquo cingit zonas, locata sunt ipsa signa, vt cùm aliquod eorum occidere incipit, aliud quod illi est oppositum, oriri incipiat: vt occidente cosmicè Ariete, oritur Libra: occidente Tauro, oritur Scorpius: ità & Geminorum occasu, ortus est Sagittarij: & occidente Cancro, oritur Capricornus, qui illi est e regione locatus. Et vt fabulam quoque referamus, Cancer Herculis cum Hydra pugnantis

I in Lerna palude pedem momordit: sed ab Hercule pede contritus, à Iunone inter sidera positus est, vt esset ex duodecim signis, quæ maximè solis cursu continentur. Hunc medium (vt Hyginius loquit) diuidit circulus æstiuus ad Leonem exortus spectantem, paulum supra caput Hydræ collocatum occidentem, & orientem posteriorem corporis partem. Habet in testa stellas duas, quę Asini vocantur. In dextris pedibus singulas obscuras, in sinistro primo & secundo binas obscuras, in tertio & quarto singulas obscuras, in ore vnam, in dexteriore chela tres similes non grandes, in sinistra duas. Asini in testa Cancri à Libero collocati dicuntur. Nam fugientem Liberum per Thesprotiam iram Iunonis, & properantem ad oraculum Iouis Dodonæi, alter è duobus Asellis obuiā factis, per magnam

K paludem in tuta traiecit. Nonnulli dicunt, Liberum illi asino, quo fuerat vectus, humanā vocem dedisse: qui cùm voluisset cum Priapo de rerum natura contendere, victus interēptusq; est. misertus Liber, asinum inter sidera collocauit. Eratosthenes autem inquit, tēpore quo Iuppiter ad opprimendos Gigantes, omnes deos conuocasset, venisse Liberū patrem & Satyros & Silenos asellis vectos. Qui cùm non lōgè ab hostibus essent, dicuntur aselli pertimuisse, & ita magnum clamorem & inauditum Gigantibus fecisse, vt omnes hostes perterriti in fugam se conuerterint, & ita superati fuere, & asini sideribus annumerati. Hęc ex Hyginio accepimus: & quoniam Capricorni occasum attigimus, erat & de illo agendum: sed dabitur postea locus. *Institerint imbres missi*] &c. Circa exortum Capricorni, vel paulò pòst, quoniam hoc signum & frigidum & humidum est, imminēt plerunq; im-

L bres. Id maximè erit nonis Ianuarijs, cū Lyra exoritur. *Imbres*] pluuiæ: ab ὕω, quod est pluo. *Institerint*] imminebunt. *Missi de atris nubibus*] qui mittuntur ab obscuris nubibus. *Nona dabunt signa*] pluuiæ scilicet, si erit dies pluuius, aut serenus. *Exoriente Lyra*] cùm Lyra oritur. Nonas signa dare ideo dixit, cùm eo die noua luna à pontifice obseruetur, & visa regi sacrificulorum indicetur, vt superius diximus. Quo etiam die prognostica aut serenitatis, aut tempestatis captabantur ab ipsa luna. nam pura & nitida serenitatem: obtusa, & aliqua caligine obsita, pluuium tēpus portendit. Lyra autem, vt Hyginius inquit, posita est contra regionem loci, qui est inter genu & manum sinistram eius qui Engonasis vocatur, cuius ipsa testudo

spectat ad arcticum circulum. Summum autem cacumen ad polum notium contendere videtur. Hæc Virgine exoriente occidere, cum Sagittario oriri perspicitur. Habet in testudinis lateribus singulas stellas, in singulis cacuminibus eorum quæ in testudine, vt brachia sunt collocata. Singulas in medijs iisdem, quos humeros Eratosthenes fingit. Singulas in scapulis ipsius testitudinis: vnam in lyra, quæ vt basis totius videatur vna. Lyram inter astra Musæ constituerunt. Causam Eratosthenes ait, quòd à Mercurio initiò facta de testudine, Orpheo est tradita, Calliopes, & Oeagri filio, & eius rei maximè studioso. Alij dicũt, vbi Mercurius lyrã fecisset, & Phœbi boues abegisset, vt facilius sibi ignosceretur, petenti Apollini, vt dicere liceret se inuenisse, lyrã concessisse qua acceptã, dicitur Orphea docuisse: & postquam citharam inuenit, illi lyram concessisse. Lyram alij Fidiculam vocant. Plinius inquit, Cæsari oriri nonis Ianuarijs, & Hyginius cum Sagittario exoriri ostendit. Ne erres, accipias alterum ortum cosmicum, quòd ab ipso Oriente surgat: alterum ortum heliacum, vt cùm sol remotior erit, illa in cœlo videatur. Sic nonis heliacus erit ortus, occasus verò eius erit ab initio æquinoctij, de quo postea. *Quatuor adde dies ductos ex ordine nonis, Ianus agonali luce piandus erit*]

Quarto die post nonas, hoc est, nono die mensis, quod erit quinto ab idibus, mactatur aries Iano, vocatúrq; dies Agonalis, & agonalia ipsa festa. Sed quare sint ita dicta, quinque opiniones refert, vsque ad decimumoctauum versum. Nam aut ab interrogando, aut agendo, aut ab agnalibus, aut metuendo, aut à Græca denominatione: quæ omnia per singulos locos explicabimus. *Adde quatuor dies nonis ductos ex ordine*) adiungas nonis hos quatuor dies, nec retrogradè numerato, sed ea ordine post nonas. *Ianus erit piandus*] quasi hostiis placandus, *Luce Agonali*, die quo Agonalia celebrantur arietis immolatione. *Nominis esse potest succinctus causa minister*] Prima opinio causæ nominis, à rogando: cùm rex sacrificulus mactaturus arietem, rogat populum, seu principem ciuitatis, Agóne? ab ea voce rogantis putat Agonalia dici. Et Varro inquit: Agonali die rex sacrorum in regia arietem immolat: nomen ab eo, quòd interrogatur à principe ciuitatis, & princeps gregis immolatur, id est aries. Succinctus minister: ipse sacerdos, seu rex sacrificulus, qui se succingit, vt expeditior sit ad opus. vt est illud Lucani: Turba minor sequitur ritu succincta Gabino.

Potest esse causa nominis] quia potest huic rei nomen dedisse.

Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper agátne, rogat, nec nisi iussus agit.
Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
Nomen agonalem credit habere diem.
Pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum,
Vna sit vt proprio littera dempta loco.
Aut quia prævisos in aqua timet hostia cultros,
A pecoris lux est ipsa notata metu.
Fas etiam fieri solitis ætate priorum
Nomina de ludis Græca, tulisse diem.
Et prius antiquus dicebat Agonia sermo,
Veráque iudicio est vltima causa meo.
Vtque ea nunc certa est, ita rex placare sacrorum
Numina lanigera coniuge debet ouis.
Victima, quæ cecidit dextra victrice vocatur:
Hostibus à domitis hostia nomen habet.

ANTON. *Vna sit vt proprio*] &c. Si prisci agnalia dixerũt, quomodo dempta inde litera fiet, quòd nunc dicimus agonalia? atqui summota o litera, ea co quod nunc agonalia dicimus, relinquetur nomen agnalia, quo veteres vtebantur. *Vtque ea nunc*] &c. Periphrasis est arietis, quem agonalibus rex sacrorũ mactabat, vt diximus. Is & rex sacrificulus dicebatur: quòd ea sacra faceret, quæ reges facere assueuerant. Huic Romani nec magistratũ gerere, nec cum populo agere, seu concionem habere permiserunt, autore Plutarcho: vt in tẽplis solùm consultare videretur, ac regnum propter deos sustinere. Itaque in comitio fuit quoddam genus sacrificij, quod vbi rex peregerat, ex foro se proripiebat. Idẽ in conuiuio super flaminem dialem accumbere consueuit, vt Aulus Gellius tradit. *Victima, quæ cecidit*] &c. Digressio est, in qua de ritu sacrificiorum loquitur, id quod Fastorum materia exigebat, quorum solennia primus instituisse dicitur Phoroneus rex Argiuorum, quem primum etiam ferunt Iunonis templa dicasse. Multi sanè hoc loco existimant sentire Ouidium, victimam ab hostia non differre: quòd victima victis hostibus, hostia iisdem domitis immoletur. Sed errant non intelligentes, cur autor dixerat. *Dextra victrice*) nam vt apud Aulum Gellium legimus, hostia post cæsos hostes à quouis sacerdote, victima verò eius qui vicerit manibus immolatur. Puerile igitur est, quod quidam dicunt legendum hoc loco, Domitis, pro domandis: licet Seruius censeat, hostias dici sacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hostem pergunt: victimas verò, quæ post victoriam: sed solere hæc licenter autoritate confundi. Sunt qui victimas dici arbitrentur, quòd ictæ vi cadant: vel quòd vinctæ ad aras ducantur. Vnde ait Iuuenalis: Sed procul extentum petulãs quatit hostia funem. Solebant enim victimæ duci funibus: quæ si gestarentur humeris, non litabant. Festo placet, hostiam ab eo dictã, quod est hostire, id est ferire. Vel ab hostibus, vt quibusdam videtur: quia laribus immolabatur, quòd ab eis hostes arceri putarent. Sed hi Festi Pompeij locum deprauauerunt, pro hostilibus laribus hostiam latibus legentes. Hostiæ (vt Veranius in Pontificalibus quæstionibus scripsit, teste Macrobio) eximiæ dicebãtur, quæ ad sacrificium destinatæ, eximebantur è grege: vel quòd eximia specie, quasi offerendæ numinibus, eligerentur. Hæ quum, aut ab ara perfugissent, aut percussæ mugitum dedissent, aut in aliam partem corporis, quàm oporteret, cecidissent, piacularia faciebant auspicia, quæ (vt inquit Festus) sacrificantibus tristia portendebant. Maiores (teste Donato) hostias harugas dicebant, ab ara in qua concludi consueuerunt. Ex iis quæ consumebantur, prodigæ dictæ sunt: vnde luxuriosos prodigos vocamus. & animales, in quibus sola anima deo sacrabatur: cũ aliæ essent (autore Trebatio) quibus voluntatem dei per exta disquirebant. Hostiarum aliæ Amburbiales dictę, quòd circum terminos vrbis Romæ ducerentur. Aliæ Ambaruales, quæ circũ arua rei diuinæ causa duci consueuerunt, ab iis qui pro frugibus faciebant. Aliæ Ambegni, bina videlicet & vetula, cùm ad eorum vtraq; latera agni in sacrificium agebantur. Aliæ Præcidaneę, aliæ Succidaneæ. Lege Festum & Seruium. Sciẽdum autem, eas quas diximus animales, tantùm immolari solitas, cùm aliarum sanguis solùm diis offerretur. vnde illud est, Sanguinis & sacri pateras. Aliarum corporis pars: vt, Extáque salsos Porriciam in fluctus. Aliæ integræ: vt, Et solida imponit taurorum viscera flammis. Detractis enim extis, aræ superimponebantur: quæ exta nonnunquam ablata, elixa etiam ipsa reddebantur.

PAVL. *Qui*] rex sacrificulus. *Tincturus cultros*] infecturus gladios. *Sanguine calido*] cruore immolatæ hostiæ. *Semper rogat*] interrogat. *Agatne*] an agat, an victimam immolet.

Nec agit nisi iussus] nisi cùm iubetur à principe, seu à populo. Sacrificulum autem regem post exactos reges consule Bruto creauere, de quo apud Liuium lib. 2. ab Vrbe condita, in ipso principio: Rerum inde diuinarum cura habita, & quia quædam publica sacra per ipsos reges factitata erant, nec vbi desiderium regum esset, regem sacrificulum creant. Id sacerdotium pontifici subiecere, ne additus nomini honos, aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, efficeret. Hæc Liuius. Et inde Plutarchus illud accepit: Regi sacrificulo, qui est rex sacrorum ac religionum, nec magistratum gerere, nec concionem habere licere. Rationémque reddit 63. Problem. An quòd antiquis temporibus reges plurima & maxima sacra facere consueuerunt, & sacerdotibus rem diuinam facientibus aderant. Pòst vbi graues & insolentes cœperunt esse, Græci quidem plerique licentiam regibus ademerunt, ius & potestatem sacrificandi tantummodo reliquerunt. Roma autem, regibus penitus exactis, alium rebus diuinis præfecerunt, cui nec magistratum habere, nec cum populo agere permiserunt, vt in templis solùm consultare videantur, & regnũ propter deos sustinere. Est igitur & in comitio quoddam sacrificij genus: quod vbi rex peregit, ex foro se proripit. *Pars, quia non*] &c. Altera opinio, quòd pecudes ad sacrificium sponte non veniant, sed aguntur, seu abiguntur, & inde agonalia dici. Quod Pompeius approbat primo de Significatu verborum, cùm dicat agonias hostias ab agendo dici. *Quia pecudes non veniant*] non vltro ad aram accedant. *Sed aguntur*] à ministro sa-

A erorum. *Credit agonalem diem habere nomen ab actu*] quòd ab agendis pecudibus agonalis dicatur. Dicimus etiam abigere, quod eorum est, qui pecudes pelluot, seu aote se aguot. Inde Abigei, ipsi actores, hoc est, ductores ea ratiooe. *Pars putat antiquos vocasse hoc festum Agnalia*] per detractionem vnius literæ ab Agonalia. *Pars*) quasi multi. *Putat hoc festū*) hæc Agonalia. *Prisci*) ab antiquis dictum Agnalia. *Vt vna litera*) voa vocalis o. *Sit dempta*) sit remota. *Propria loco*) oā remoto ab Agonalia, remanet Agnalia. Non deiunt qui deducant ab agnis: verùm non agnus, sed aries mactatur.

An quia prænisos) &c. Quarta opinio, quòd immolandus aries ad aram, cùm videt peluim aqua pura plenam, cum gladijs, quæ quidem huiusmodi sacris adhibebaotur, eatimescere videtur. Inde ab illo metu dies agonalis dictus. nam
B ἀγωνιῶ, vel ἀγωνιάζομαι idem quod metuo, aut aogor. *An ista lux*) agonalis dies. *Est notata*) signata, & ita appellata. *A metu pecoris*) arietis immolandi. *Quia hostia*) illud ipsum animal quod mactatur. *Timet cultros*) gladios. *Prænisos in aqua*) quos in aqua viderit. *Fas etiam*) &c. Vltima opinio, quam veriorem asserit: quòd traxerit appellationem Græcā à ludis veteribus certaminum. Nam ἀγών Græce certamen est ἀγωνίζω, vel ἀγωνίζομαι contēdo, seu certo. Inde ἀγωνοθέτης, præfectus ludorum, & ordinator. ἀγωνιστήριον, locus certaminis. ἀγώνισμα, præmium. *Fas etiam est*) licet, & credi par est. *Diem*) agonalem. *Traxisse Græca nomina*] Græcam appellationem. *De ludis solitis fieri ætate priorum*: à ludis, quos veteres exercebaot. Dicebantur enim ludi Agonales. Primus eos instituit Hercules in Elide, apud Iouem Olympium. Nō tamen arbitreris in Olympo monte (longè cum distat Elis ab Olympo) sed vbi erat ædes Iouis Olympij: de quo cùm
C dissererem, audebaot multi oegare, & omoino apud Olympum montem ludos fieri volebant: nec aduertebāt, alia causa Iouem cognominatum Olympium. Legant Diodorum, inuenieot, Diooysium coostituisse regem Ægypti Iouem puerum, addito ei præfecto Olympo: à quo eruditus, & ad virtutem institutus, Olympius est cognominatus. *Et antiquus sermo dicebat prius agonia*) antiqui vocabaot ipsa festa agooia. De quo Pompeius primo de Sigoificatione verborum: Agooium diem appellabant, quo rex hostiam immolabat. Hostiam eoim antiqui agoniam vocabaot. Agonum etiam putabant dici deum præsidem rebus ageodis, Agonalia eius festiuitatem: siue quia Agooos dicebant montes, agona sacrificia, quæ fiebant io monte. Hinc Romæ mons Quirinalis Egonus, & Collina porta Egoneosis. Agonū id est ludum: ob hoc dictum, quia locus in quo ludi ioitiò facti sunt, fuerit sine angolo: cuius festa Agonalia dicebaotur. *Vltima causa*) oominis scilicet. *Est vera meo iudicio*) quia ita arbitror, græcam habuisse appellationem: vt incerta est nominis causa, ita certum est, regem sacrificulum arietem mactare debere. *Vt ea causa*) scilicet oominis. *Non est certa*) sed ambigua, cùm variæ sint opiniooes. *Ita rex sacrorum*) sacrificulus. *Debet placare numina coniuge ouis*) placare Iaoum immolatione arietis, qui est velut coniunx, hoc est, vir ouium, quandoquidem illi succumbunt. G

Victima quæ cecidit) &c. Vode victima, & vode hostia dicatus: illa à manu victrice, & hæc à victis hostibus. vtrunque autem accipitur pro eo quod dijs immolatur. *Victima vocatur, quæ cecidit dextra victrice*] illa immolanda bestia appellatur victima, quæ à victoribus immolatur. *Hostia fuit dicta a victis hostibus*) cùm quis vicisset hostes, sacrificabat, & hostiam ab hostibos appellabat. Sed aliter sentire videtur Pompeius: inquit eoim, hostiam dictam esse ab eo quod est hostire, ferire. Sed doo genera hostiarum esse Trebatius docet lib. 1. de Religiooibus: voum, in quo voluntas dei per exta disquiritur: alterum, in quo sola aoima deo sacratur. vode & aruspices animales has hostias vocant. Vtrunque Virgilius ostendit, & primò quidem illud, quo voluntas oominum per exta monstratur, Mactat lectas de more bidentes. & moa, Pecudúmque reclusis Pectoribus inhians spirantia H consulit exta. Alterum illud, in quo hostia animalis dicitur, quòd eius tantum anima sacratur, ostendit, cùm facit Ensellum victorem Eryci mactare taurum: Hāc tibi Eryx meliorem aoimam pro morte Daretis Persoluo. In his hostijs sunt quæ iniuges vocantur, id est, quæ ounquam domitæ ac iugo subditæ sunt. De quo Virgil. Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos Præstiterit, totidem lectas de more bidentes. & vt iniuges euideotius exprimeret, adiecit, Et intacta totidem ceruice iuuencas. Eximij quoque io sacrificijs vocabulum, non poëticum epitheton, sed sacerdotale oomen est. Veratius eoim io Pontificalibus quæstiooibus docet, eximias dictas hostias, quæ ad sacrificium destinatæ, eximantur è grege: vel quòd eximia specie, quasi offerendę numinibus eligatur. Hinc Virgil. Quattuor eximios præstanti corpore tauros. vbi quòd eximuntur, eximios: quòd I eliguntur, præstanti corpore monstrauit. Deinde Ambarualis hostia est (vt ait Pompeius Festus) quæ rei diuinæ causa circum arua ducitur ab his qui pro frugibus faciūt. Inde est illud, Et cùm lustrabimus agros. Nomen enim hostiæ acquisitum est ab ambiendis aruis. Et in Georg. Terq; nouas circum fælix eat hostia fruges. Sed hæc de hostijs hactenus.

Antè deos homini quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica salis.
Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hospita nauis aquas.
Thura nec Euphrates, nec miserat India costum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.

ANT. D *Antè deos hominis*] &c. Molam dicit, vt ostendimus suprà. de qua Tibullus: Omnia noctis Farre pio placeot, & salicote sale. Salis granum, vt ioquit Porphyr. & quotidie videmus, in ignem missum salit. Vnde à Tribullo saliens dicitur. De farre Plinius: Nihil religiosius coofarreationis vinculo erat, oouæq; ouptæ farreum præferebant. Adeo autem verum est, coosueuisse maiores nostros farre sibi deos cooiciliare, quod inquit Nooius, epulis & immolatiooibus sacris pium putabarat, vt adorare verbum dictum putetur à farre, quod ado-
E reum veteres appellarunt, qui libis quoque adoreis sacra dijs exhibebant. Varro de Re rustica: In loco humido far adoreum potius serūt, qoàm triticum. Iode maiores oostri gloriam adoream dixere: quòd is gloriosus putaretur, qui farris copia abondaret, tantus fuit honor farris, vt Plinius tradit. Dicebatur autem farris genus ador, quod postea, quoniam adureretur, ador appellatum est. Id vtebatur, autore Festo, vt tostum fieret, ex quo in sacrificio mola salsa efficiebatur. Aliqui (vt Nonius refert) adoreum far dictum putarunt, quòd eius ora, id est, principium sit. *Lacrymatas cortice myrrhas*] Ipse alibi: Stillatáque cortice myrrha Nomen heri lesenet. *Thura nec Euphrates*] &c. Plin. lib. 5. Natur. hist. huius fluminis originem variam tradit. Strabo autem scribit, Euphraten à boreali Tauri latere exorientem, per Armeniam fluere, occidentem versus: deinde ad austrum flexum
F inter Armenios & Cappadocas & Cummageuos taurum recidere. Egressum verò, cū prope Syriam peruenerit, ad hyemales ortus reuerti vsque Babylooem, & ad Tigrim Mesopotamiam efficere, & ambos emittere io Persicū sioum: quorum Euphrates maior est, & plus regionis flexuoso alueo percurrit. Ex hoc sino per Euphraten ad nos thura trāsferri posse, nemo dubitauerit. Quem fluuium sunt qui putēt Arabiam attingere. Itaque Pōponius Geographus eum scribit in meridiē auersum Syros atque Arabas ingredi. Cæterùm non omnis Arabia thus habet, sed Sabæi tantùm gloriosorus: vt, solis est thurea virga Sabæis. Illis temporibus thure nō K supplicabaot, autore Plinio: sed cedri tantùm & citri circūuolutum fumo nidorem verius quàm odorem nouerant. Postea verò thure dij cooiliari suot. Vode illud est Lucretij: Thuricremas propter mactatus concidit aras. Et illud Macrobij Nunquam fas fuit Ægyptijs pecudibus, aut sanguine, sed precibus & thure solo placare deos. Non libet hic intactum relinquere, quod de Alexādro Magno Plinius refert: cui in pueritia sine parsimonia thura aris iogerenti, cùm pędagogus dixisset, vt eo modo, cū deuicisset thuriferas gentes, supplicaret: ille Arabia potitus, thure onustā nauim ei misit, large eahortatus, vt deos adoraret. De thure ac thuriferis arboribus lege quæ idem autor scribit lib. 12. Natural. hist. *Nec miserat India costum*] Costi radix gustu feruens, odore eximio, ac frutice ioutili, foditur io Patale, Indi amnis insu- L la. Inueoitur tamen & apud alios. Vnde illud est Horatij: Achęmeniúmque costum. Duo eius sunt genera, oigrum & (quod melius est) candicans. Quidam è recentioribus medicis costi duas species ponont, Iodicam & Arabicam: præferúntque Arabicæ Iodicam, quæ diuersis medetur doloribus, & sumpta cum mulso Veoerem excitat. Consueuisse autem maiores nostros hac radice in sacris vti, ostendit Plinius his verbis: Odorum causa, vnguentorúmque, & deliciarum, si placet, etiam superstitionis gratia emaotur, quoniam thure supplicamus & costo.

Antè deos homini] &c. ab initio vilia erant, quæ dijs offere- PAVL. bantur. Huic propositiooi rationē addit Poëta, quia io Italiā preciosa nondum erant aduecta. Et velut pro exoexiooe

A subiungit: cùm externa preciosa & odoratissima non essent, ea offerebant & adolebant, quæ habere poterant, & odora videbātur. Illúdq; addit Nec vllius gladij in sacris erat vsus. *Far, & lucida mica salis*] ipsa mola, quæ ex farre & sale mollito fit, vt superius diximus. *Lucida mica*] quòd purum sal lucere videatur. *Erat antè*] ab initio. *Quod valeret conciliare deos hominis*] quod posset numina placare mortalibus. Nam aliud dijs non offerebant, quàm far cum sale mollito. Diximus superius de farre: sed de torrendi farris ferijs inferius dicemus: item & de vetustate eorum quæ dijs offerebantur à Romulo. *Nondum hospita nauis*] peregrina nauis. *Acta per æquoreas aquas*] impulsa marítimo cursu non adhuc. *Portulerat myrrhas lacrymatas cortice*] myrrhas, quæ ex suorum arborum cortice tanquam ex oculis lacrymæ emanant. Et ad illud alludit, quod in 10. lib. Metamor. dixit, Myrrham amo-

B re Cynaræ patris correptam, & dolo grauidam effectam, ac iram paternam fugientem, in Sabæa tandem terra quieuisse, in arborem sui nominis versam, fleta preciosas guttas effundere. vnde: Flet tamen, & tepidæ manāt ex arbore guttæ. Est honor & lacrymis, stillataque cortice myrrha Nomē herile tenet, nulloque tacebitur æuo. Hanc autem arborem Plinio autore, in ijsdem syluis cum thure permixtam nasci tradidere nonnulli, plures separatim & multis in locis Arabiæ gignitur. Strabo cùm fœlicem Arabiam à quatuor maximis nationibus inhabitari dicat, hoc est, Amineis, Sabæis, Cattabanensibus, Gatramotitis, Catthabania, inquit, thus gignit, Catramotitica myrrham. Additque Plinius, Sabæos non dare ex myrrha deo portiones, quoniam & apud alios nascatur: regi tamen Gebanitarum quartas partes eius pendere. *Euphrates nec miserat thura*] nondum ex sinu Persico,

C qui ab Oriente fœlicem Arabiam claudit, & in quem exit Euphrates, accepta inde thura ad nos miserat. quia nondum in Italiam aducta fuerant, vt diis cremarentur. Thura præter Arabiam nullis, inquit Plinius, ac ne Arabiæ quidē vniuersæ. Strabo (vt diximus) Cattabaniam thus gignere asserit. At Plinius. Regio, inquit, eorum thurifera Sabæa appellatur. Et paulò post: Nec præterea Arabij alij thuris arborem vident, ac ne horum quidē omnes: ferúntq; 100. nō amplius esse familiarum, quæ ius per successiones id sibi vendicent, Sacros vocari ob id, nec vllo congressu fœminarum funerúmque, cùm incidant eas arbores, aut metant, pollui: atque ita religione merces augeri. Quidam promiscuum ius his esse populis tradunt in syluis, alij per vices annorum diuidi. Nec arboris ipsius quæ sit facies, constat. Multa præterea subdit Plin. quòd quę arbor sit, incertum habeatur, & thuris

D insuper genera ab eodem late referuntur. Verùm Diodorus ita inquit. Thus percipitur hoc pacto, Arbor est magnitudine parua, aspectu, spinæ Ægyptiæ albæ: folia arboris, quæ citrea dicitur, simil a, flos colore croceo. Thus ab arbore quē admodum lacryma emanat. Myrrhæ arbor lentisco æqualis est, folium frequentius, tenuiúsque fluit ab effossa radicibus terra, in solo vbi tre bis in anno fructum reddit, vere atque æstate: sed rubrum vere propter rorem, æstate album. De Euphrate fluuio multa apud Plinium & Strabonem habes. De quo Eustathius: Ad Orientem, inquit, Cappadociæ Euphrates fluuius immensus Armeno monte fluit, porrectus in austrum primùm, deinde incuruans valles ad eos, & mediam Babylonem trāsiens, in Persicum mare euomitur, iuxta Teredonem Persarum ciuitatem. Hæc ille. Sed nemo poëtam κακῆς γεωγραφίας arguat, quòd longè ab Euphrate sit regio thurifera, & quòd per Euphraten thura minimè vectabantur. Errant qui ita arguunt. Nam cum in Persicum mare cadat, quod ab Oriente fœlicem Arabiam claudit, merces &

G Sabæa aromata per Persicum sinum in Euphrateo, inde in Babylona, deinde in Commagenam, & in Thapsum vectabantur: deinde pedestri itinere, quò mercatores voluissent. Et pons Euphratis in Commagenis distat à sinu Issico quinquaginta millibus passuum, qui est sinus nostri maris: vbi etiam nunc mercatores nostri aromata per Euphraten in Cōmagenam, & inde in sinum ipsum vecta accipiunt. Sic etiam olim accipere potuere. Habes præterea apud Aristobolum, Strabone referente, Gerræos Arabes frequentius in Babylonem ratibus mercatum ire, atque inde per Euphraten cum mercibus Thapsum enauigare: postea quò libeat, pedestri itinere referri. Præterea (vt idem Strabo refert) Alexander cùm expeditionem in Arabas pararet, nauigia partim in Phœnicia Cyproque construxerat tum plicatilia, tum compacta, quæ Thapsacum portata flumine in Babylo deferren-

H tur. Si igitur nauigia per continentem in Euphraten traijciebantur, si Gerræi Arabes per Euphraten mercium gratia descendebantur, eò magis delata per Euphraten aromata in nostrum mare traijci potuere. Errarunt ergo vehementer, qui Poëtam errasse retulerunt. *Nec India miserat costum*] quasi nondum ex India delata fuerat costi fruticis radix, quæ quidem ex India & Patale insula Indi fluminis transfertur. De quo Plinius: Indis maxime precio radix costi, gustu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili, primo statim introitu amnis Indi, in Patale insula. Duo sunt eius genera, nigrum, & candicans, quod melius est. Ouidius tamen in Panchaia, quę est fœlicis Arabiæ regiuncula, nasci putat, cùm dicat in 10. Metamor. Sit diues amomo, Cinnamáque, costúmque suum, sudataque ligno Thura ferat, floresque alios Panchaia tellus. *Nec fuerant cognita fila rubri croci*]

I nondum erat vsus croci in Italia, nec vlla eius notitia: quia è Cilicia nondum aduehebatur in Italiam, vbi nunc tanta est eius vbertas, præsertim in regione Marsorum, Vestinorum, & Pelignorum, vt Cilices omnes superemus, qui quidē laudatissimum habuisse crocum referuntur. Et aliqui à Coryco dictum putant crocum, Ciliciæ oppido, siue Corycio antro: cùm Iunius moderatus dicat, Accepimus Tmolon & Corycion florere croco. Aliqui dictum volunt à Croco iuuene, in florem sui nominis conuerso: cuius amore cùm Camecyssos deperiret, & ipsa in sui nominis fruticem conuersa est. Huius etiam rei meminit Plinius, cùm agit de Camecysso, quam smilacem vocant, & similem hederæ affirmat, & inquit: Infausta omnibus sacris & coronis, quoniam sit lugubris, virgine eius nominis propter amorem iuuenis croci mutata in hunc fruticem. Corycium crocum Solinus summopere laudat, & Dioscorides in vsum medicinæ cæteris melius esse comperit.

K

Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,
Et non exiguo laurus adusta sono.
Si quis erat, factis prati de flore coronis,
Qui posset violas addere, diues erat.
Hic qui nunc aderit percussi viscera tauri,
In sacris nullum culter habebat opus.

ANTON. *Ara dabat fumos*] &c. Herba Sabina vtilis in suffitus, pro thure assumebatur: duplicato enim pondere eosdem effectus

E habere, quos cinnamomum, traditur. De hac Propertius: Flore sacella tego, verbenis compita velo, Et crepat ad veteres herba Sabina focos. Eius herbæ duo genera sunt: altera est amaraco similis, altera cupresso. *Et non exiguo laurus*] &c. Laurus manifesto crepitu & quadam detestatione ignes abdicat. Ea inter verbenas est, autore Seruio: vt myrtus, olea. Omnes enim frondes sacratas abusiuè verbenas vocamus, quarum fasciculi (vt ait Festus) deorum capita decebantur.

PAVL. *Ara contenta herbis Sabinis dabat fumos*] quasi fumabat tantùm ara, cùm solæ Sabinæ herbæ cremarentur: hoc est,

F sacerdotes erant contenti solis herbis Sabinis & lauro. Nec intelligas, herbas quas Sabini aduexissent: sed de ea herba, quæ sabina vocatur, & in templorum dedicatione adhibebatur semper à veteribus: qui mos ad posteros, & nostros quoque transiuit. Et sabina dicitur à σέβειν, quod est colo, seu veneror: quia pertinet ad cultum deorum. sed malæ mulierculæ ea abutuntur. Taceo vim, ne alios quoque doceam. *Et laurus adusta non exiguo*] non paruo. *Sono*] nam semper cùm aduritur, magnum facit crepitum, vt refugere ab ipso igne velle videatur. *Dabat etiam fumos*] quoniam in sacris adurebatur. Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus ianitrix Cæsarum Pontificúmque, sola & domos exornat, & ante limina excubat. De ea multa referuntur à Plinio libr. 15. cap. 29. factque genera tredecim. *Et quis erat, qui posset addere violas coronis factis de flore*

L *prati*] si quis insertis floribus in coronam diis offerendam habuisset quas adderet violas. *Erat diues*] habebatur opulentus: quandoquidem preciosiora minimè habebant. Plinius post laudata lilia, Violis, inquit, honor proximus: earúmque plura genera, purpureæ, luteæ, albæ: purpureo Græco nomine discernuntur, appellatæ hyacinthi, & ab his hyacinthina vestis. *Hic culter, quo nunc aperit viscera mactati tauri*] gladius quo & taurum, seu bouē mactamus, & interiora aperimus, seu nudamus. Vt est illud Virgil. Et viscera nudant. *Nullum opus habebat in sacris*] quasi, non erat eo opus in re diuina, cùm nullum adhuc pecus immolaretur. Non enim omnibus diis gratus est vsus gladij, vt libantes vina Lelantiaca Musa, in summo Parnaso, diximus, quò pauci vnquam è nostris ascenderunt. Non tibi sanguis, ait, non sæui

A munera cultri, Non opulenta manus grata est regina sororum. Mens humilis, mens casta placet, castam accipe mentem, Et tenues dignare dapes: non thura cremantur Victima, at Eubotei libantur munera Bacchi.

Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ,
Vlta suas merita cæde nocentis opes.
Nam sata vere nouo teneris lactantia succis
Eruta setigeræ comperit ore suis.
Sus dederat pœnas: exemplo territus huius,
Palmite debueras abstinuisse caper.
Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,
Talia non tacito dicta dolore refert.
Rode caper vitem: tamen hinc cùm stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.
Verba fides sequitur: noxa est tibi deditus hostis,
Spargis & effuso cornua Bacche mero.
Culpa sui nocuit, nocuit quoque culpa capellæ:

ANTON. *Prima Ceres auida*] &c. immolandi initium à suillo genere sumptum existimatur. Ouidius alibi: prima putatur Hostia sus meruisse mori, quia semina pando Eruerit rostro, spemque interceperit anni. Ea victima (vt autor est Varro) initijs Cereris immolabatur: cædebántque porcum initijs pacis in coniunctione fœderis, vt idem loquit. Et nuptiarum initio noua nupta & nouus maritus in Hetruria porcum immolabant. Prisci quoque Latini & Græci in Italia idem fecisse videntur. nam & nostræ mulieres, maximéque nutrices, naturam qua fœminæ sunt, in virginibus appellabant porcum, & Græci χοῖρον. Mactabatur autem porcus Cereri, quia hoc animal frugibus nocet. Solebant e-C nim victimæ pro qualitate numinum immolari & vel cædebantur quæ obsunt eorum muneribus: vt caper Libero, quia vitibus nocet: capra Mineruæ, quia lambendo quoque oliuam sterilem facit. Vel aliqua similitudine credebantur numinibus placituræ: vt inferis nigræ pecudes, albæ superis. Scire autem debemus, quòd Cereri & porcus & porca immolari consueuit. Sed Ouidius hoc loco ideo fœmininum genus elegit, quia elocutiones quædam per fœmininum genus elocutiores fiunt. Virgil. Cæsa iungebant fœdera porca. Vel quia in omnibus sacris (vt ait Seruius) fœminini generis victimæ potiores sunt. Vnde si per marem litari non poterat, succidanea non poterat adhiberi. Meminisse præterea conuenit, porcam quæ Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est, D glebam non obiecisset, præcidaneam vocari: quia mos erat, ea facere prius, quàm nouas fruges gustarent, autore Festo, qui præcidaneam porcam à præcidendo dictam ostendit, quòd immolaretur antequam nouam frugem præciderent. Eligebantur autem ad sacrificia porci maiores, & dicebantur eximij, teste Donato. nam boues ad id electos egregios, oues lectas dicebant. *Palmite debueras abstinuisse caper*] Apostrophe est ad caprum, qui cædebatur Baccho: quia hostis est vinearum, sicut & capra. Virgil. Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris Cæditur. Martialis: Vite nocens rosa stabat moriturus ad aras Hircus Bacche tuis victima grata sacris. Fuit in sacris Liberi hæc consuetudo (vt ait Lactantius grammaticus) vt occiso capro, sacrati omnes sanguinem eius biberent. Est autem caper, autore Varrone, qui latinè dicitur E excastratus, hic pro hirco accipitur. *Hinc cum stabis*] &c. Aptum & placiturum significat sacrificium: vt, Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram. Hoc autem dicit: Rode nunc vitem, cùm nemo te abigat: non deerit tamen vinũ, quod in tua cornua spargatur, cum ad aram stabis Baccho mactandus.

PAVL. *Prima Ceres auida*] &c. Vnde pecorum mactatio habuerit originem, ab illis quidem, qui adinuenerunt aliquid ad vsum humani generis. nam cùm aliquod pecus suis inuentis noxium esset, illud mactabatur. Ceres prima porcam immolauit, quoniam fruges eruerat. Ea enim (vt Plinius testis est) inuenit frumenta, cùm antea glande vescerentur. Eadem molere, & conficere, in Attica, Italia, Sicilia: ob id dea iudicata. Ea prima leges dedit, vt alij putauere. Corcynna tragicus frumentum à Cerere monstratũ, F vnde & dea sit habita, in suo poëmate affirmat. Et Diodorus addit, præter frumentum repertum leges dedisse, quibus iuste piéque homines viuere assuescerent. Sed de ea plura in quarto libro dicemus. Aliqui putant ideo mactari porcam, pro fœcunditate: quia nullum animal est ca fœcundius. Parit enim vicenos. Superior ratio Pythagoræ verbis affirmatur, quę in Metamor. à Poëta refertur: & prima putatur Hostia sus G meruisse mori, quæ semina pando Eruerit rostro, spemque interceperit anni. *Ceres prima est gauisa sanguine auida porcæ*] quasi Cereri primùm placuit mactare porcam. *Vlta suas opes*] quasi vindictam sumens pro erutis frugibus, quæ erant suæ opes. *Merita cæde nocentis*] cæde suis, quæ mactari meruerat, quia nocuerat frugibus. H *Nam comperit*] ipsa Ceres inuenit. *Sata lactentia teneris succis*] segetem tenellam & viridem, quæ lactere videbatur Per translationem ab animalibus lactentibus.

Eruta vere nouo] verno tempore. *Ore suis*] rictu porcæ. Ceres dicta (vt Cicero asserit), quasi gerens, quòd fruges gerat. nam ita literarum affinitas patitur. *Sus dederat pœnas*] &c. Post mactatam Cereri porcam, mactatus est Baccho caper: quoniam vites abroserat, quæ Bacchi sunt. Et in Metamor. Pythagoras ad illud superius sequitur: Vite caper morsa Bacchi mactatur ad aras Vltoris ductus, nocuit sua pœna duobus. Plinius tamen inquit, capras immolari Palladi, quòd oliuam lambendo sterilem faciant. *Sus*] porca. *Dederat pœnas*] mactatus fuerat pro frugibus erutis. Dare pœnas tractum est I à pœna pecuniaria, quæ soluebatur. Sic contrà recipere pœnas dicimus. Virg. vita virum pœnas inimico à fratre recepi. *O caper*] Et est apostrophe, hoc est, sermonis auersio. *Tu territus exemplo huius, debueras abstinuisse palmite*] monitus & exterritus pœna suis, debueras dentem à vitibus continere. De palmite superius dictum. Exemplum est, vt Pompeius inquit, quod sequamur aut vitemus. Caper & capræ dictæ, quòd omne virgultum carpant: siue à crepitu crurum, vnde & crepas eas antiqui dicebat. *Quem*] caprum.

Spectans] videns. *Aliquis prementem dentes in vite*] quasi dentes vitibus infigentem, & eas abrodentem. *Refert talia dicta*] verba.

Dolore non tacito] non occultato, sed aperto. Dolebat enim ita sæuitum esse in sacras vites. K

Caper rode vitem] rodas nunc, cùm nemo prohibet: plecteris tamen. Et est ironia, quia non diu rodet. *Tamen hinc*] ex hac vite.

Erit quod spargi possit in tua cornua] erit vinum, quod tibi mactando in cornua spargetur. Erat enim vsus vini in sacris, & ex eo in victimarum cornua infundebatur, præterquam in sacris Cereris.

Cum stabis ad aram] vbi eris immolandus.

Fides sequitur verba] verba illius sortita sunt fidem: nam vera fuere, quoniam caper mactatus est.

O Bacche] Apostrophe ad Bacchum, vini repertorem, de quo aliàs dicemus. *Hostis*] ipse caper.

Deditus tibi noxa] traditus tibi pro peccato, aut pro peccati pœna. Nam vtrunque noxa significat.

Spargitur cornua] Per synecdochen: quasi sparsa habet cornua effuso mero, vt moris erat. L

A *Culpa sui nocuit*] &c. Sus & caper meruere mactari, quoniam deliquerunt: sed quid deliquit innocens ouis? & bos, quem capitale erat mactare? vt diximus superius. Et Pythagoras eodem in loco: Quid meruistis oues, placidum pecus, inque tuendos Natum homines, pleno quæ fertis in vbere nectar, Mollia quæ nobis vestris velamina lanis Præbetis, vitáque magis quàm morte iuuatis? Quid meruere boues, animal

animal sine fraude dolisque, Innocuum, simplex, natum tolerare labores? Immemor est demum, nec frugum munere dignus, Qui potuit curui dempto modò pondere aratri, Ruricolam mactare suum, qui trita labore Illa, quibus toties durum renouauerat aruum, Tot dederat messes, percussit colla securi. Nec satis est, quòd tale nefas committitur: ipsos Inscripsere deos sceleri, numénque supernum Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci. Victima labe carens, & præstantissima forma (Nam placuisse nocet) vittis insignis & auro Sistitur ante aras, auditque ignara precantem: Imponique suæ videt inter cornua frontis, Quas coluit fruges: percussáque sanguine cultros Inficit, in liquida præuisos forsitan vnda. Protinus ereptas viuenti pectore fibras Inspiciunt, mentésque deûm scrutantur in illis. Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum, Audetis vesci genus ô mortale: quod oro, Ne facite, & monitis animos aduertite nostris: Cúmque boum dabitis cæsorum membra palato, Mandere vos ipsos scite & sentite colonos. Hæc ille: quæ quidem quia aurea verba videntur, his commentatiunculis addidi. *Culpa*) crimen. *Nocuit sus*] porcæ: quia fruges euerat. *Nocuit quoque*] etiam *Culpa capella*] capro & capellis, ob vites arrosas.

Quid bos? quid placidæ commeruistis oues?
Flebat Aristæus, quòd apes cum stirpe necatas
Viderat inceptos destituisse fauos.
Cærula quem genitrix ægrè solata dolentem,
Addidit hæc dictis vltima verba suis.
Siste puer lacrymas. Proteus tua damna leuabit:
Quóque modo repares quæ periêre, dabit.
Decipiat ne te versis tamen ille figuris,
Impediant geminas vincula firma manus.
Peruenit ad vatem iuuenis, resolutáque somno
Alligat æquorei brachia capta senis.
Ille suam faciem transmutat, & alterat arte:
Mox domitus vinclis in sua membra redit.
Oráque cærulea tollens rorantia barba,
Qua, dixit, repares arte, requiris, apes?
Obrue mactati corpus tellure iuuenci:
Quod petis à nobis, obrutus ille dabit.
Iussa facit pastor, feruent examina putri
De boue, mille animas vna necata dedit.

ANTON. *Quid bos*] &c. Magno vsui mortalibus bos est aratione, vectura, lacte, caseo, corio. Vnde apud veteres tam capitalis habebatur, qui bouem sine causa, quàm qui hominem occidisset. Non metuit ergo socius hominum in opere rustico ac cæteris minister, ob eius vsum innocentiámque mactari, quem Solon immolari non permisit, teste Plutarcho. Sed cædendi bouis mos hinc tractus est. Aristæus Apollinis ac Cyrenes filius, cùm Eurydicen vxorem Orphei vitiare voluisset, & illa fugiens à serpente fuit occisa, amissis apibus nympharum iracundia, matris auxilium petiit: vnde edoctus, qua ratione apes reparari possent, vt in fine Georg. plenè à Virgilio tractatur, mactandi bouis initium dedit. *Proteus tua damna leuabit*] Hic vates clarissimus, Oceani & Tethyos filius fuit, qui tenuit insulam Carpathum, quæ est inter Rhodum & Ægyptum. Alij regem Ægypti esse volunt, in varias formas verti solitum. Lege Diodorum, à quo de hoc & Aristæo multa referuntur. *Mox domitus vinclis in sua membra redit.*] Virg. In sese redit, atque hominis tandem ore locutus.

PAVL. *Quid bos*) meruit scilicet: & tamen mactatur. *Quid commeruistis oues placidæ*) quasi dicat, nihil: & tamen neque ouis, neque boui parcitur. *Flebat Aristæus*] &c. Mactatio bouis initium sumpsit ab Aristæo: primus enim ille pro reparandis apibus bouem immolasse fertur. Ouidius paucis versibus historiam seu fabulam perstringit: nam in fine Georgicorum Virgilius pluribus refert, vbi inquit, Aristæum pastorem, amissis apibus, querulũ ad Cyrenẽ matrem venisse, & monitũ ab ea cõferre se ad Protea: à quo didicit, calamitatẽ illi illatam non ira deorum, sed ab Orpheo in vindictam amissę coniugis, quam cum ille amans insequeretur, fugientem anguis morsu peremit. Deinde consilio matris, taurorum & iuuencarum immolatione placatis Orphei & Eurydices manibus, apium examina restituta sunt. Ouidius tamẽ inquit, à Proteo mactandi iuuenci consilium accepisse, & sic amissas apes reparasse. Diodorus inquit, Aristæum ex Apolline & Cyrene Ipsei filia natum. Nam cum mater apud Pelion educaretur, ab Apolline rapta, & in Libyam delata est, ad loca vbi postea vrbs à suo nomine condita. Susceptus ex ea filius Aristæus, à nymphis enutritus est, à quibus lac coagulare, mel atque oleum conficere didicit. Quæ cum primos in hominum vsum traduxisset, à posteris vt deus cultus est. Profectus in Bœotiam, Autonoen Cadmi filiam vxorem duxit, genuítque Actæona, quem ira Dianæ fabulæ ferunt à canibus discerptum. Post eius obitum ab oraculo patris habuit, vt Ceam adiret, in qua ei honores impenderentur. Quò cum venisset, orta per omnem Græciam peste, pro Græcis omnibus sacra fecit, morbúsque cessauit. Relictis in Cea nepotibus, in Libyam ad matrem rediit. Deinde in Sardorum insulam profectus est, quam consitis arboribus cultiorem reddidit. Ibi duos filios genuit, Charmum & Calicarpum. Ad alias insulas cùm accessisset, in Sicilia aliquandiu mansit: quæ cum fructibus armentísque referta esset, singulorum vsum edocuit. Quo beneficio Siculi, & hi præcipuè, apud quos oleæ nascuntur, pro deo summo honore coluerunt. Transgressus in Thraciam, perceptis à Dionysio orgiis, in Æmo habitans, cum postmodum non comparuisset, honores non solùm à Barbaris, sed à Græcis assecutus est. *Flebat Aristæus*] Apollinis & Cyrenes filius. *Quòd viderat apes necatas cum stirpe*] apes extinctas cum omni spe sobolis, quam ad vnum omnes rotererant. *Destituisse inceptos fauos*] mella cum toto opere, quod inceperant, nec perfecerant. Verùm fauus est, vbi ceram fingunt, & mella disponunt: nam tria hæc simul Varro retulit apium opera. Plinius verò inquit: Primùm fauos constituunt, ceram fingunt, hoc est, domos cellásque faciunt, deinde sobolem, postea mella. Sed de his latius in Georgicis disseremus. *Quem*] Aristæum. *Ægrè dolentem*] quasi cum versaretur in magna perturbatione, & animi ægritudine. *Genitrix*] Cyrene, vt Diodorus ait, Ipsei: vt alij, Penei amnis filia. Et ideo *cærula* dixit, quia aquarum nympha, Sic & cærula maria dicimus. *Solata*] consolata. *Addidit hæc vltima verba dictis suis*) nam pluribus verbis vsa in leniendo dolore, deinde hæc addidit. *Puer*] fili. Nam appellatione puerorum (vt Paulus Iurisconsul. docet) veniunt & serui, & filij, & qui sunt ætate puerili. *Siste lacrymas*) noli magis lacrymari. *Proteus leuabit tua damna*) alleuabit & rependet extinctarum apium iacturam. *Et dabit*) docebit. *Quomodo repares quæ periere*) quo pacto reparare possis examina extincta. Proteus à multis Oceani & Tethyos filius creditus est, & marinorum piscium pastor, vt in Odis Horatij diximus: Omne cum Proteus pecus egit, altos Visere montes. Præterea habitasse in Carpatho insula. Multi Ægyptium dixere regem: Et Herod. Proteum vatem, & Ægypti regem dicit, ad quem appulso tempestatibus Paridi cum Helena rapta, sublatis quæ Græcorum erant, & Græciæ restitutis, multa prædixisse. Diodorus autem hæc ait: Cum Ægyptus rege careret, ex dignioribus quidam in regem assumptus est, Iliaci belli tempore, quem Ægyptij Cetea, Græci Proteum appellant. Hunc artium peritum, & in varias se formas solitum vertere tradiderunt, vt animal, arbor, ignis videretur. Quorum cognitionem continuo astrologorum ac sacerdotum vsu assecutus est. Consuetudo autem Græcis transmutationes fingendi causam præbuit. Nam mos erat Ægyptiis regibus, leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoque arborem, ignem, & redolentia supra caput vnguenta. Hæc tum ad decorẽ atque ornatum spectabãt, tum stuporem ac superstitionem quandam aspicientibus iniiciebãt. Hęc ille. Mater igitur nũc instruit filiũ, ne mutatione formæ decipiatur: sed cũ primùm inuenerit, alliget: de quo latius apud Virg. *Tamẽ firma vincula*) firmi laquei. *Impediant geminas manus*) quasi alligato vtranq; Protei manum firmis nexibus. *Ne ille*) Proteus. *Decipiat te versis figuris*) variis formis, in quas solet se vertere. *Peruenit ad vatem*] &c. Paruit Aristæus matri, dormienti Proteo laqueos iniecit, apprehensum tenuit: & cum

A ille in varias se formas transmutasset, nihilque proficeret, resumpta vera forma, docuit obruendum esse iuuencum, & eo pacto examina reparari. Et Plinius etiam docet, ventribus bubulis in totum posse reparari, fimo obrutis. *Iuuenis*] Aristæus. *Peruenit ad vatem*) accedit ad Proteum. *Et alligat*] laqueis nectit. *Brachia capta senis æquorei*] brachia Protei marinorum piscium pastoris, quæ iam ipse apprehenderat. *Resoluta somno*] cùm altius dormiret, & esset somno resolutus. *Ille*] Proteus. *Transmutat suam faciem*] vertit se in varias facies. *Et alterat arte*] dolo & industria, vt iuuenem exterreret, modò illam, modò alteram assumebat. *Aut arte*) intelligas venefica & magica, qua fortè plurimum poterat. *Mox*) statim. *Domitus vinclis*) vinctus laqueis, quibus erat alligatus. *Redit in sua membra*) id est, in propriam formam. *Et tollens ora rorantia*] eleuans vultum aquis madentem. *Barba cærulea*] marina. *Dixit, Tu requiris, qua arte repares apes*] tu petis à me scire, qua ratione possis apes reparare. *Obrue corpus*] defodias. *Tellure*) putri scilicet, aut fimo. *Corpus iuuenis mactati*] quem tu mactaueris. *Ille*) iouencus. *Obrutus*] fimo defossus. *Dabit*] tibi scilicet. *Quod petis à nobis*] hoc est, apes, quas petis à me tibi reparari: iuuenco enim obruto renascentur. *Pastor*] Aristæus. Allusit ad illud Virg. Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe. Et illud: Cui pinguia Ceæ Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci. *Facit iussa*] obruit iouencum, vt Proteus iusserat. *Examina*) ipsa apium agmina. *Feruent*] feruere & cimicare pullulantes videntur. *De boue putri*) de iuuenco putrefacto. *Vna*] anima scilicet. *Necata*) vnus bos mactatus. *Dedit mille animas*) mille viuentes apes. Nam examen inde emersit apium: eo enim pacto reparatæ sunt apes. Qua ratione multi apium & mellis inuentionem Aristæo tribuerunt, multi Thessalis, multi Melisso Cretensium antiquissimo regi, qui quidem (vt Didymus in lib. narrationis Tyndaricæ refert) primus diis sacrificauit, habuitque filias duas, Amaltheam & Melissam, quæ Iouem puerum caprino lacte ac melle pauerunt: vnde Melissa apes dicta fuit. Alij Palladi ascribunt, alij aliis. Verùm apium reparatio Aristæi fuit, sed mellis inuentio fuerat aliorum. Exameo (vt Pompeius Festus ait) est æquamentum, & iudicij inuestigatio & examinatio, & apum congregatio, vel locustarum.

> *Pauit ouis pratum, verbenásque improba carpsit,*
> *Quas pia diis ruris ferre solebat anus.*
> *Quid tuti superest animam quum ponat in aris*
> *Lanigerumque pecus, ruricolæque boues?*
> *Placat equo Persis radijs Hyperiona cinctum,*
> *Ne detur celeri victima tarda deo.*

ANTON. *Pauit ouis pratum*] &c. Oues agno, veruece, lana, pelle, lacte, caseo, stercore hominibus vtiles sunt: sed ideo immolari cœperunt, quòd verbenas carpant, quibus maiores rem diuinam faciebant. Est autem C verbena herba, qua nulla Romanæ nobilitatis plus habet, autore Plinio. Ea quòd sacra existimetur, à Græcis ἱερὰ βοτάνη dicitur. Aliqui eam peristereon vocant: nostri verbenacam, cuius genera duo sunt. Lege eundem autorem lib. 25. Natur. hist. Seruio autem placet, propriè verbenam esse sacram herbam, sumptam de loco sacro Capitolij, qua pater patratus, & feciales facturi fœdera, vel bellum indicturi coronabantur: quo vocabulo sæpe abutimur, vt diximus suprà. Appellabantur verbenæ sagmina (vt ait Festus) vel à sanciendo, id est, confirmando: vel quòd ex loco sancto arcerentur, legatis proficiscentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum. De sagminis Plinij hæc verba sunt: Sagmina gramen significant ex arce cum sua terra euulsum, quo semper legati, cùm ad hostes, clarigatúmque, id est, res raptas clarè repetitum mitterentur, vsi: D vnus vtique verbenarius vocabatur. *Placat equo Persis*] &c. Hyperionem alij solem esse volunt, sic dictum, quòd eat super terras, autore Festo. Vnde illud est Statij: Ictúsque Hyperione multo Acer anhelantes incendit Sirius agros. Alij Solis patrem, Titani ac Terræ filium. Sed vt plurimum pro Sole accipitur, vt hoc loco. Quem deum Titanem vocamus, vt quibusdam placet, à matre Titea. Eum Persæ colunt, vt inquit Strabo, & Mitram vocant. Quare Xerxes, teste Herodoto, Solem veneratus est, antequam per pontes super Hellespontum fabricatos transitus fieret. Iidem Persæ Soli equum immolant: vt deorum pernicissimo, è pecoribus omnibus pernicissimum tradant. Quod eandem ob causam fecisse Messagetas Herodotus scribit. Et quoniam Sol aliquando eclipsim patitur, ideo E apud Persas in antro colitur, vbi ipse est leonis vultu, & Persico habitu, cum tiara, vtrisque manibus bouis cornua comprimens reluctantia: quarum rerum significationem apud Lactantium Grammaticum lector inueniet. Immolabatur etiam equus Marti, autore Festo: vel quòd per eius effigiem Troia capta sit, vel quòd eo genere animalis Mars delectari putaretur.

bo mederi, & reliqua. Ipsi igitur verbenâ aræ decorabantur: vnde apud Terent. Ex ara hinc sume verbenas. Quin etiam vtebantur & ea Romani in patre patrato creando. vnde apud Liuium ab Vrbe condita: Fecialis erat M. Valerius, patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbena caput capillósque tangens. Pater patratus ad iusiurandum patrandum, id est, sanciendum est. Et Plutarch. de eo 63. Problem. ipsum se nomen exponit: vult enim patratum, quasi finitum ac determinatum quiddam significare illud perfectus sit, cui contigit simul, vt & pater esset, & patrem haberet. *Ouis pauit pratum*] pascens abrosit prati gramina. *Improba*] temeraria, aut impudens. *Carpsit verbenas*] ipsas sacras herbas. *Quas anus pia*] religiosa. *Ferre solebat diis ruris*) offerebat illis numinibus, quæ ruris tutelam simul & agrorum habent, vt Cereri, Baccho. *Quid tuti superest*] &c. Cùm igitur & boui, qui noster est colonus: & oui, cuius lana vestimur, non parcatur, ecquod erit illud è brutis animal, cui parci possit? nullum quidem: paulatim enim licentia ad omnia mactanda transiit. *Quid superest tuti*] quasi quod animal erit iam tutum à sacris K cultris. *Cùm & pecus lanigerum*) ouis lanata, cuius vellera nos vestiunt. *Ponat animam in aris*) mactetur ad aram.

Et boues ruricolæ) qui rura nostra colunt, & coloni nostri sunt boues. Ideo capitale erat eos interimere. At nunc heu miseri tertiam mactantur ad aram. *Placat equo Persis*] &c. Persæ equum Soli mactant ea ratione, quòd celerrimo numini celeris sit offerenda victima. *Persis*] ipsa Persarum regio, vel ipsi Persæ. *Placat Hyperiona cinctum radijs*) placat Solem ipsum radiantem: qui lucem (vt Plinius inquit) rebus ministrat, aufértque tenebras. Hic reliqua sidera occultat, illustrat hic vices temporum, annúmque semper renascentem temperat ex vsu naturæ. Hic cœli tristitiam discutit, atque etiam nubila humani animi serenat, & reliqua. *Equo*] immolatione equi. *Ne tarda victima detur celeri deo*) hoc est, ne tardius & pigrius animal celeri Soli immoletur. Persis orientalis prouincia, Carmania siue Persico media, & Caspius terminatur. Persarum gentem Eustathius dictam inquit: vt alij putant, à Perse filio Medi: vt alij, à Perse Persei & Andromedes filio. Et vt de Persarum religione aliquid dicamus, nec statuas, nec aras erigunt, in loco sacrificant excelso, cœlum Iouem putant, colunt Solem, quem Mithram vocant: item Lunam, & Venerem, & ignem, & tellurem, & ventos, & aquam: sacrificant in loco mundo cum imprecationibus, & coronatam hostiam statuunt. Cùm verò magus, qui sacrificio præest, membratim carnes in quemque diuiserit, abeunt, nulla parte diis relicta: dicunt enim deum nihil velle. Persæ in flumen non mictuiunt, nec lauantur, nec abluuntur, nec mortuum iniiciunt, nec alia quæ immunda esse videantur. A quinto vsque ad vigesimumquartum annum discunt sagittare, iaculari, equitare, & in primis vera dicere. Disciplinarum magistris continentissimis vtuntur,

PAVL. *Pauit ouis*] &c. Ouis tum primùm immolata est, cùm pascens verbenas è prato carpsit, sacra ipsa visa violare. Nam quæ verbena à nostris, à Græcis ἱεροβοτάνη, id est, sacra herba dicitur, qua (Plinio teste libro 22.) legati, cùm ad hostes clarigatum, id est, res clarè repetitum mitterentur, vsi. vnus vtique Verbenarius vocabatur. Et lib. 25. Nulla, inquit, Romanæ nobilitatis plus habet, quàm hierabotane, F quam aliqui aristereon, nostri verbenam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa verritur, domus purgantur lustrantúrque. Et paulò pòst, cùm duo eius genera esse ostenderit: Vtraque sortiuntur galli, & præcinunt responsa: sed magi vtique circa hanc insaniunt, hac perunctos impetrare quod velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non mor-

qui fabulas ad vtilitatem reductas inserunt, cum cantu & sine cantu deorum & clarorum virorum facta referentes, & alia multa laudabilia de his referuntur. Nos libentissimè hic inserimus, quæ memoratu digna sunt. Hyperiona Græci (teste Lactantio grammatico super Thebaida Papinij) dicunt Titani & Terræ filium, Solisque & Lunæ ac Auroræ patrem. Et quoniam in hoc errare dicor, non equidem erro: scio enim quid dicturus sim. Ego Lactantium adduco. Si error est, ille errauit, non Marsus. Diodorus docet, Hyperiona Saturni fuisse fratrem, Cœli & Titheæ filium: qui Solis ac Lunæ, aliorúmque astrorum motus, horásque primùm summa cura obseruationéque ab se percepta, cæteris noscenda tradidit: ideóque horum parens nominatur, veluti ipsorum naturæ contemplator. At Pompeius inquit: Hyperionem alij patrem Solis, alij ipsum, quòd eat super terras, ita appellatum putant. Poetæ fere omnes Hyperiona pro Sole ponunt, vt & in Prognosticis Ciceronis: Vt cum Luna micans Hyperionis officit orbi, Stringuntur radij cæca caligine tecti. Ita hoc in loco pro Sole ponitur.

Quòd semel est triplici pro virgine cæsa Diana,
Nunc quoque pro nulla virgine cerua datur.
Exta canum vidi Triuia libare Saphæos,
Et quicunque tuas accolit Aeme niues.
Caditur & rigido custodi ruris asellus:
Causa pudenda quidem, sed tamen apta deo.
Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi,
Tertia quæ solito tempore bruma refert.

ANTON. *Quòd semel est triplici*) &c. Iphigeniam, siue Iphianassam dicit, Agamemnonis filiam: quam cùm Græci in Aulide immolare vellent, Diana miserata sustulit, cerua supposita. Vnde tractus mos est, vt ei deæ cerua immoletur. Cùm enim Græci ad Aulidem venissent, Agamemnon Dianæ ceruum occidit ignarus: vnde illa irata, ventorum flatus remouit. Quare cùm Græci nauigare non possent, & pestilentiam sustinerent, oracula consulta dixerunt, Agamemnonio sanguine placandam esse Dianam. Quocirca cùm Vlysses per nuptiarum simulationem Iphigeniam adduxisset vt immolaretur, illa miseratione numinis, cerua (vt diximus) supposita, translata est à ventis in Tauricam regionem, vbi Dianæ sacris præfecta est, & postea diuinos honores consecuta. Vnde ait Herodotus: Dæmonem cui immolant ipsi Tauri, aiunt esse Iphigeniam Agamemnonis filiam. Hanc Lucretius & Homerus Iphianassam dicunt: quorum Homerus fuisse Agamemnoni tres filias docet, Chrysothemin, Laodicen, & Iphianassam. Lucretius autem inquit: Aulide quo pacto Triuiai virginis aram Iphianassæo turparunt sanguine fœdè Ductores Danaûm.

Exta canum] &c. Quia venatrix dea canibus delectatur. Romæ autem id visum accipe, cùm omne hominum genus vndique in vrbem conflueret: vt, Iampridem in Tyberim Syrus defluxit Orontes. &, Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta: Hic Andro, ille Samo: hic Trallibus, aut Alabandis, Exquilias, dictúmque petunt à vimine collem. Græci quoque (vt Plutarchus vt autor est) Proserpinæ canem immolabant, sicut Romani Genetæ, pro his qui domi nascebantur: quod animal etiam in purgationibus cædebant, vt idem in Quæstionibus tradit, quoddam piaculi genus circumcatulationem appellantes. *Et quicunque tuas*] &c. Peritè ait, Quicunque: licet enim Æmus à multis dicatur mons Thraciæ, eius tamen pars in Pharsaliam porrigitur. Lucanus: Conspexit procul prærupta in caute sedentem, Qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Æmus. *Caditur & rigido*] &c. Mactatur asinus Priapo, qui posteaquam è Lampsaco vrbe Hellesponti pulsus est, ob virilis membri magnitudinem, vt quidam dicunt, & in deorum numerum receptus, meruit esse numen hortorum, quibus ob eorum fœcunditatem præesse dicitur: horti enim nunquam sine fructu sunt. De hoc deo plura aliàs. Nunc illud non supprimendum, asinum qui Priapo cædi consueuit, quoniam (vt Poeta fabulatur) clamore suo eius dei obstitit voluptati, Baccho assignari: quoniam ferulæ (vt autor est Plinius) asinis in pabulo gratissimæ sunt, cæteris verò iumentis præsentaneo veneno. Constat autem & Libero ferulam assignari. *Festa corymbiferi*] &c. Hæc festa tertio quoque anno innouari consueuerunt, dicunturque Trieteria: nam [illegible], siue [illegible], triennium significat. Quamuis constet, trieterida esse magni anni speciem, qui coniunctis duobus vertentibus implebatur. Referebant autem Græci ea celebritate, quæ apud eos fuit maxima, id tempus, quod Bacchus, dum ex India victor rediret in patriam, in peregrinatione dicitur consumpsisse. Is corymbifer dicitur, quòd hedera coronetur, cuius fructus corymbus appellatur.

PAVL. *Quòd semel*] &c. Dianæ cerua immolatur, id inde sumpsit initium: Cùm Agamemnon in Aulide Dianæ ceruam ignarus occidisset, & ob id Diana ventos sustulisset, habitum est à responso, vt Agamemnonio sanguine, hoc est, virgine filia dea placaretur. Iphigeniam igitur ex Clytæmnestra Agamemnonis filiam Vlysses dolo à matre tradendam Achilli matrimonio fingens, extorsit: quæ cùm immolanda esset, miseratione deorum oblata est cerua, quæ pro ipsa virgine immolata. Iphigenia in Tauricã delata, de quo latius in Tristibus diximus. Ex illo igitur Dianæ cerua cœpit immolari. Sed non solùm Dianæ pro virgine cerua immolabatur, verùm etiam aliis: immolabant enim prius (vt testis est Eusebius) in Laodicea Syriæ Palladi virgo, postea cerua immolata est. *Quòd cerua est cæsa semel Diana triplex*] quòd Dianæ tricipiti ceruam semel immolauerunt, cum pro Iphigenia supposita est. *Pro virgine*] loco Iphigeniæ virginis. *Nunc quoque*] etiam hoc tempore. *Datur*] offertur & immolatur. *Pro nulla virgine*] quemadmodum tunc pro Iphigenia. *Diana triplex*: quia triuia & triceps, vt superius diximus. Nam eandem esse volunt, quæ & Proserpina. Verùm Diana dicta, quasi deuiana, quia venantes per syluas errant: Proserpina, quia proserpit sub terras.

Exta canum vidi] &c. Thraces aliqui Triuiam cane immolant: nec ab re, cum Triuiæ canes assignentur. Vnde & Cerberus triceps additur, sicut illa triceps. Sed ad hoc plura ab Aurelio referuntur. *Vidi Sabæos*] Ita omnes legerunt, nec aduerterunt errorem, cùm voluerint de Sabæis Arabibus intelligi, quos nunquam Poeta vidit, quò nunquam penetrauit. At cum dicat, Vidi: de populis quos viderit, loquutum constare debet. Nam videre, est oculorum sensu percipere, de quo Aristoteles: Sensus visus multas rerum differentias nobis demonstrat. Poeta cùm accolas Æmi montis his simul iungat, de propinquis Æmo populis loquitur, quos prius viderat, præsertim cum in locum exilij per continentem Thraciæ profectus est, de quo in Tristibus diximus. Emendemus ergo locum, & Saphæos dicamus: quoniam Saphæi inter Thraciæ populos à Plinio memorantur. Vidi ergo Saphæos, Thraciæ populos. *Et ô Aeme, quicunque accolit tuas niues*] quasi omnes tuos accolas, & tua niuosa saxa colentes. Æmus enim mons Thraciæ vasto (vt Plinius inquit) iugo in Pontum procumbens, oppidum habuit in vertice Aristæum. *Libare Triuiæ*] litare Proserpinæ. *Exta canum*] mactare canes ipsos, & exta libare. De extis superius diximus. *Caditur & rigido*] &c. Asinus Priapo immolatur. Hoc à poëta refertur: sed nos compertum habemus, Carmanias Persis finitimos, propter equorum inopiam asinis in bello vti, & asinum Marti sacrificare: cuius rei etiam Strabo meminit. *Asellus caditur*] feritur, hoc est, immolatur. *Rigido custodi ruris*] hoc est Priapo, qui hortorum & vinearum custos dicitur, de quo alij aliter sentiunt. Nam multi fuisse ciuem Lampsacenum asserunt, qui ob virilis membri magnitudinem ciuitate eiectus sit: sed demum meruisse ibi diuinos honores. Diodorus autem inquit, antiquos fabulari, Dionysij ac Veneris filium Priapum fuisse, hac coniectura ductos, quòd qui vino indulgent, sint ad Venerem promptiores. Nonnullos etiam asserere, priscos, cùm vellent pudenda occultius nominare, priapum dixisse. Alij genitalia causam esse hominum generationis. Ægyptij Titanas aiunt, Osyride dolis interfecto, corpus in æquas diuisisse partes: hisque domo clam elatis, partem pudendam, cùm singuli eam respuerent, abiecisse in flumen. Isidem postea vltam viri mortem, Titanibus occisis, viri corpus inquisisse, partésque repertas cùm in formam hominis composuisset, sacerdotibus tradidisse sepeliendas: vt Osyridem velut deum colerent, imperasse, sola pudenda non reperta, pro deo coli iussit, & in templo suspendi. Hunc deum quidam Typhalum, alij Typhonem nominant: non solùm in vrbium

templis, sed in agrestibus quoque locis, tanquam vinearum atque hortorum custos colitur, fructuum fures castigans. Huic deo sacra cum risu & ludo fiunt. Hæc ex Diodoro.

Causa pudenda quidem] origo huius sacrificij non sine pudore esset referenda. *Sed tamen apta deo*] quasi conueniens Priapi numini. Et refert fabulam, vnde habuerit initium mos mactandi asini, descenditque vsque ad quinquagesimum versum *Festa corymbiferi*) &c. Fabulam aggreditur, vnde sacrum hoc habuerit originem, refértque causam ad Priapi amorem. Nam cum multi in Trietericis dij conuenissent, & deæ simul, & cum quisque sua flamma & voluptate traheretur, Priapus etiam, qui illuc venerat, Lotida nympham videre cœpit. Noctu cum dormientem esset adortus, eam asellus rudens excitauit. Indignatus illum Priapus immolat, & inde posteri eiusdem numini asinos immolarunt. Assignatur tamen altera causa immolandi asini, quam paulo superius retigimus, cum de Cancro cœlo apposito ageremus. Nam alteri ex duobus asinis, quos in eo loco retulimus, cum Liber humanam vocem dedisset, ausúsque esset ille cum Priapo de natura rerum certare, victus mactatúsque est. Inde volunt aliqui, apud Lampsacum initium sumpsisse asinorum mactationem. Tertia causa est, quam in sexto referemus, cum adoriens Vestam, interruptus est ab opere itidem asini rudi-tu, quem etiam immolauit, & ea causa Lampsacenos quoque immolare. *Graeca*] Græci ipsi, ita appellati à Græco quodam rege Atticæ, vt tradit Aristoteles in Meteoris.

Celebrabat festa Bacchi corymbiferi] festa ipsius Liberi patris hedera coronati. nam corymbus hederæ fructus est, & hedera ipse Liber coronatus est. Aliqui legunt, Racemiferi & hoc propter vuas & vinum, cuius repertorem dicunt: qui etiam (Plinio teste) emere ac vendere instituit. Idem diadema regium insigne, & triumphum inuenit. *Quae*) festa. *Tertia bruma*) tertius annus à bruma iumens initium. *Refert solito tempore*] tertio quoque anno, & brumali tempore. Inde festa ipsa dicta sunt Trieterica: sic dicta, quasi triennalia, quæ tertio quoque anno sumptuosiora quotidianis orgijs agitabantur. Inde Trieterides à Græcis institutæ, à triennio, quo peregrinatus est Bacchus, cum in patriam victor rediret, de quo Diodorus: In Indiam cum exercitu transcendens, triennio pòst multis cum spolijs in Bœotiam redijt. Primus omnium triumphauit, elephanto Indico vectus Bœotij, cæterique Græci, Thraces quoque in memoriam Indicæ expeditionis sacra Trieterica sibi instituerunt. Vnde & in multis Græcis vrbibus quoque triennio Bacchides mulieres conueniunt; apud quas de more virgines thyrsum ferunt in honorem dei bacchantes, eique per cœtus sacrificantes. Postremò memoriam Mænadum, quæ feruntur illi deo astitisse, hymnis & cantu renouant. Sed latius aliàs de eo. *Exta canum vidit Triuiae libare Sapaeos*) Ita legendum, & ita Aldina quoque editio habet: non vt vulgò, Sabæos. Neque enim in Arabia peregrinatus fuerat Poëta, vt ritus eius loci coràm vidisset. Sapæi autem Thraciæ populus fuit, qui & Sinties, & Sinti, & Saij aliquando dicti fuere, habitantes in littore circa Abdera. Vnde & in Lemno Sinties originem traxere.

> *Dij quoque cultores in idem venere Lycæi,*
> *Et quicunque loci non alienus erat.*
> *Panes, & in Venerem Satyrorum prona iuuentus,*
> *Quaeque colunt amnes solàque rura deae.*

ANTON. *Dij quoque cultores*] &c. Bene Lycæo Panes subiungit, à quo monte Pan deus Arcadiæ cognomen accepit, vt alibi dicturi sumus. Ea prouincia montes insigniores habet Cyllenen, Pholoen, Lycæum, Parthenium, Mænalum: & in Lycæo Iouis Lycæi fanum. Satyros autem Bacchi comites esse in libidinem pronos, eorum nomen ostendit. Putantur enim à nonnullis dicti (vt ait Macrobius) παρὰ τὴν σάθην, quod nomen membrum virile significat. Vnde & Saturnus propter abscissorum pudendorum fabulam nomen creditur accepisse. Et reuera nihil aliud habent hominis, quàm figuram: testibus Plinio ac diuo Hieronymo. Finguntúrque Bacchi comites, ludi, ioci, ac risus gratia, & quòd vini comes libido est, quæ sine Cerere & Libero friget, vt ait Terentius. Eos Porphyrio esse inquit acutis auribus, & oblongis: quorum qui ad Nympharum captus traditur, ad Syllámque perductus (vt Plutarchus meminit) asperam vocem edidit, equi hinnitu & hirci balatu permixtam.

PAVL. *Dij quoque cultores*) &c. Cùm in Græcia festa ea celebrarentur, Græca numina commemorat, quæ eò conuenerunt. Nam dij Arcadum, & fluuiorum nymphæ, & numina quoque rustica. *Dij quoque cultores Lycæi*) Dij Lycæum Arcadiæ montem incolunt, vbi est sedes Panos Lycæi: à quo Lycæa ludicra, quæ nos Lupercalia dicimus. nã λύκος græcè lupus est, de quibus latius dicemus in secundo.

Venere in idem] quasi in eundem locum, & ad eadem festa, aut simul illuc conuenere. *Et quicunque non erat loco alienus*) cæteri dij, qui ab eo loco non erant alieni. Aliqui legunt, Et quicunque meri: tunc intelligas, omnes dij, quibus merum erat gratum. *Panes*) etiam venere, hoc est, Fauni ipsi. nam Pan & Faunus idem est. Horatius enim Pana Faunum dicit, in Odis: Velox amœnum sæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus, & igneam Defendit æstatem capellis vsque meis. Hunc Porphyrius in libro de responsis, Dionysij famulum narrat fuisse, quem cum in numerò bonorum dæmonum collocet, agricolis quibusdam apparuisse confirmat, quos & repentè postea mortuos asserit, sic dicens: Pana Dionysij famulum fuisse, Apollo isto responso significauit. Nam cum nouem simul homines in quodam Branchidarum agrò mortui essent, interrogantibus quænam necis eorum causa fuerat, sic Apollo respondit: Tortus Dionysij famulus Pan, aurique cornis, Per nemora obscura gradiens, montésque per altos, Pinum vna atque alia resonans syringa tenebat, Gestabátque manu, multos is corpore vasto Prostrauit, mortísque viros dedit horridus ille. Et Plutarch. in suo libello, qui inscribitur περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, quem æque diuini ingenij iuuenis, tam Græcis quàm Latinis literis ornatissimus, atque vtroque dicendi genere præstantissimus, simul & omni studiorum laude cumulatissimus, Hermolaus Barbarus, magnificentissimi equitis Zachariæ filius, me hortatu Latinum facit, Pana extinctum asserit. Quæ quidem historia quia memoratu digna est, & aliqua ex parte ad religionem nostram pertinere videtur, non erit à nobis silentio prætereunda: quæ quamuis ab Eusebio referatur, à Græco tamen codice ipsius autoris accipiemus. Ita enim inquit: De morte autem talium dæmonum hæc accepimus ab homine neque imprudente, neque vano. Æmiliani rhetoris, quem & ex vobis ipsis aliqui differentem audistis, pater fuit Epitherses nomine, præceptor Grammatices. Hic in Italiam quodoque nauigaturus, nauim triremem pecunias, mercatorésque multos ferentem conscendit. Ad vesperam verò circa Echinadas insulas cecidisse ventum, nauímque prope Paxas delatam constitisse. Porrò vigilantibus plurimis, multis verò etiam à cœna bibentibus, repentè vocem auditam ex Paxis, Thamum quendam nominatim inclamantem vsque adeo, vt mirarentur omnes. Erat autem Thamus vir Ægyptius, & ipsius nauis gubernator, neque multis ex his qui aderant, nomine cognitus. Semel igitur atque iterum vocatum siluisse, tertiò respondisse. At illum, quisquis erat, extentiore voce dixisse: Cum perueneris ad Palodes, nunciabis verba hæc: Pan magnus interijt. Hæc cum audissent, narrabat Epitherses, obstupuisse omnes, consultasséque inter se, an obtemperandum, an contrà negligendum quod imperaretur. ita constituisse Thamum, si secundi flarent venti, prætereundum, si silentium et tranquillitas esset, cùm ad locũ deuenissent, prodendum esse quod audiuissent. Cùm igitur ad Palodes ventum est, & nauis nec aura vehi, nec fluctibus posset, prospicientem in terram Thamum è prora pronunciasse quæ accepisset, hoc est, Pan magnus interijt. Quæ verba vix edita, vlulatu ingenti non vnius modi, sed multorum miraculo quodam excepta gementium, simulque admirantium. Quæ res, vtpote multis præsentibus gesta, celeriter Romam allata, disseminatáque est. Thamum verò ipsum à Tiberio Cæsare accersitum: adeóque adhibuisse fidem facto Tiberium, vt sciscitaretur & quæreret de Pane, quémnam deum intelligi oporteret. Coniectasse autem consultos ab eo frequentes philosophos, eum esse, qui ex Mercurio & Penelope natus esset. Hæc ille. Verùm Eusebius hæc & similia accidisse refert ad illud Tiberij tempus, quo quidem tempore Saluator & Dominus noster cum hominibus conuersatus, omne dæmonum genus ab humana vita depulit. At alij religionis nostræ viri sanctissimi asserunt, eam vocem auditam e Paxis ea nocte, quæ secuta sit passionis Dominicæ diem, decimonono anno Tiberij, quo quidé Christus passus est: qua voce miraculo quodã ex solitudine desertorum scopulorũ edita, nunciabatur illud, Dominum scil. & Deum nostrũ passum.

Quid enim Pan significat, nisi totum? Sic totius & vniuersæ naturæ dominus passus erat. An de Dionysij famulo, qui tot sæculis Troiana tempora præcesserat, vox illa esset elata? Nec me terret Cicero, dicens, sæpe in prœlijs auditos esse Faunos, & in rebus turbidis veridicas ea occulto voces emissas. Quoniam & post aduentum Domini legimus in sacris literis, monstra quædam partim humanam effigiem, partim ferinam referentia, in remotissimis nemoribus reperta. Hos illi Faunos putauerunt. Nos verò de Pane agimus, de quo melius apud Theodosium, cum dicit: Hunc deum Arcades colunt, appellantes τὸν τῆς ὕλης κύριον, non syluarum dominum, sed vniuersæ substantiæ materialis dominatorem significari volentes. Cuius naturę vis vniuersorum corporum, siue illa diuina siue terrena sint, compoonit essentiam. Et pluribus ille prosequitur de vi huius numinis: quam licet ad Solem referat, tamen si quis diligenter aduertat, altius mysteria tendunt. Sed iam satis sit: ad rem nostram redeamus. *Et inuentus Satyrorum prona in Venerem*] Satyri, qui à natura sunt libidinosi, ipsaque verbi vis libidinosos indicat. Et à Satyris satyrion herba, quæ concitatricem vim habet libidinis. Satyri Bacchi comites sunt, duxisseque eos semper traditur: quòd eorum opera in saltatione plurimum oblectaretur, & quorum risu ac ioco vitam omnem fœlicem traducebat. Hi sunt (vt Plinius loquit) subsolanis in montibus Indorum, animal pernicissimum, tanquam quadrupedes, rectè tamen currentes, humana effigie: propter velocitatem, nisi senes aut ægri, non capiuntur. *Et deæ*) quæ colunt amnes, & sola rura: venere etiam ad sacra Trieterica nymphæ fluuiorum & fontium, & deæ rusticæ, quæ & agris & nemoribus præsunt. Hoc ostendit venisse Naiadas & Napæas.

Venerat & senior pando Silenus asello,
Quique rubro pauidas inguine terret aues.
Dulcia qui dignum nemus in conuiuia nacti
Gramine vestitis accubuere toris.
Vina dabat Liber, tulerat sibi quisque coronam,
Miscendas largè riuus agebat aquas.
Naiades effusis aliæ sine pectinis vsu,
Pars aderant positis arte manúque comis,
Illa super suras tunicam collecta ministrat,
Altera dissuto pectus aperta sinu.
Exicrit hæc humerum, vestes trahit illa per herbas,
Impediunt teneros vincula nulla pedes.
Hinc aliæ Satyris incendia mitia præbent:
Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.
Te quoque inextincta Silene libidinis vrunt:

ANTON. *Venerat & senex*, &c. Ipse alibi: Ebrius ecce senex pando Silenus asello Vix sedet, & pressas continet arte iubas. Hic senio confectus, & Bacchi (vt aiunt) nutritor, eum sequitur, quia vinum est lac senis: Sanè pandum curuum dicimus: vnde pandas naues vocamus. *Quique rubro pauidas*) &c. Periphrasis est Priapi, hortorum dei, qui aues abigit. *Vina dabat Liber*, &c. Omnia sunt irritamenta libidinis. Improbatur tamen vsus coronarum à Plinio, quòd capiti noceant. *Dissuto pectus aperta sinu*] dissuta & soluta veste, qua pectus tegit, quàuis sinus & alia significet. *Incendia mitia*) libidinis stimulos, quã Valerius Maximus blandũ malũ vocat. *Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris*] Faunum dicit, vt, Cornigerúmque caput pinu præcinctus acuta Faunus. Propertius: Fagus, & Arcadio pinus amata deo. Idem & Pan dicitur.

PAVL. *Venerat & senior*] &c. & venit etiam Silenus, itidem & Priapus, de quo diximus. Silenum autem nutricium fuisse Bacchi dicunt, & eum semper secutum. De quo Diodorus inquit: Secutus est ipsum Silenus quoque pædagogus, ac nutritor, optimorúmque institutor studiorum, qui plurimum Dionysio ad virtutem ac gloriam, résque bellicas profuit. Et alio loco dixerat Silenum regem, sed alterum ab hoc ostendit his verbis: Dicunt insuper, subsidium ei tulisse Nysæorum nobiliores, quos a primo eorum rege Sileno (cuius autem propter vetustatem ignotum est genus) Silenos vocant.

Venerat Silenus senior] quia iam grandæuus. *Pando*) hoc est, curuo. *Asello*] asellus enim erat eius vector. Pandum curuum est. *Et qui terret aues pauidas*) & Priapus quoque venerat, vinearum & hortorum custos: vnde exertitas aues pellit. *Rubro inguine*] mente parua. Sed in turpibus non est immorandum. *Dulcia qui dignum*] &c. Dij quos retulimus, nacti & loci & temporis opportunitatem, ad celebre conuiuium coiuêre, gramineísque toris accubuêre. Et si quis aduertat, quæ à Gellio ex sententia Varronis in conuiuio requirenda referuntur, omnia hic inueniet. Quatuor enim sunt, locus idoneus, congruum tempus, res splendidæ, belli homunculi. Hic verò nemus dignum, Trietericorum tempus, deorum dapes, & nymphæ ministræ. *Qui dij nacti*] inuenientes, seu habentes per occasionem. *In dulcia conuiuia*] & ob id magis dulcia, quia dij cum deabus. *Nemus dignum*] accommodum, & conueniens his numinibus. *Accubuere*) consedentes cœnauere. *Toris vestitis gramine*] toris gramineis. Non enim erat humus tapetibus strata, nec villosa mantilia parata: sed mensæ graminibus ornatæ. nam in humo graminea cœnitabant. *Vina dabat Liber*] &c. Bacchus vinum suggerebat, & lympham riuulus, coronatique sedebant. *Liber*] Dionysius, seu Bacchus, Liber pater appellatus, quòd Bœotiæ vrbes liberas fecit, vt multi volunt. Vnde Diodorus inquit: In Bœotia iussit in gratiam patriæ omnes vrbes liberas esse, ciuitate sui nominis condita, quam & liberam pronunciauit. Plutarch. verò 104. Problem. ita inquit: Cur Dionysii Liberum patrẽ vocant? An quòd bibentibus libertatis causa fit? fiunt enim plerique ebrietate petulantiores. An quòd libationem præbuit? An sicut Alexander dicitur, quòd pro Bœotiæ libertate pugnauit, Dionysium Liberum dictum fuisse putandum est? *Liber dabat vina*, suggerebat vinum accumbentibus. *Quisque tulerat sibi coronam*) vnusquisque ex illis diis tulerat sibi cratera coronatum, vt vina hauriret. De poculo enim ego potius intelligendum putarem, quàm de corona capitis. Nam inepta esset continuatio à vinis ad coronam. Sed si illud magis probas, intellige eos coronatos bibere. *Riuus agebat largè miscendas aquas*) quasi suggerebat riuulos aquas, quæ vino immiscerentur, ad euitandam ebrietatem. Primus autem qui vinum aqua misceri docuerit, Staphylus Syleni filius traditur, autore Plinio. Sed de huiusmodi potu sic Diodorus inquit: Aiunt, cùm purum in cœnis vinum datur, omnes deum sospitem optare bibenti: cùm verò post cœnam aqua mixtum sumitur, Iouem vocari saluatorem. Nam puri vini potus ad insaniam redigit, aqua Iouis mixtus voluptatem lætitiámque affert, & prohibet insaniam. *Naiades effusis aliæ*] &c. aderant, vt diximus, nymphæ, diis accumbentibus ministrantes. Sed cum aliæ passis, aliæ compositis crinibus essent, aliæ aliqua parte corporis detecta, cum membra illa candentia, & omni ex parte pulchra, libidinis furor diis incutiebatur, & alius alia forma pungebatur. *Aderant Naiades*) deæ fluuiorum: à νάω, fluo. *Aliæ effusis comis sine vsu pectinis*) aliæ crinibus passis & impexis: non enim pectine crines disposuerant. *Pars*] ipsarum Naiadum: quasi aliæ nymphæ. *Aderant comis positis*] pro compositis. *Arte & manu*) per hendyadin: hoc est, artificio manus, aut manu artificiosa. Coma, vt aliqui volunt, mulierum est: & detorquent à κομμῶ, quod est orno. Alij deducunt à κείρω, quod est incido & tunc esset virilis, quia viri incidunt sibi capillos. *Illa*) alia nympha. *Collecta tunicam*] habens vestem collectam. *Super suras*) super crura. *Ministrat*) dapes & vina cœnantibus. Tunica, Marcello teste, est vestis longa sine manicis. Suræ autem sunt posteriores tibiarum partes, sed interdum pro cruribus ipsis accipiuntur. Horat. in Odis: Brachia, & vultum, teretésque suras Integer laudo. Et Virg. Suras vincire cothurno. *Altera*) nympha ministrat. *Aperta pectus*] habens nudatum pectus. *Dissuto sinu*, ob dissutam vestem. Nam hic sinus pro veste ponitur, vti apud Virg. Sinus collectis nitentes. Interdum pro velis, vt est illud Iuuenalis: Totos pande sinus. Et pro curuato littore & maris, quem Græci κόλπον vocant. Etiam & pro oculorum curuaturis, vt est illud: Hæc effata, sinum lacrymis impleuit obortis. *Exerit hæc humerum*] denudat alia candentes humeros. Et erant hæc omnia libidinis incitamenta. *Illa trahit vestes per herbas*] alia ad splendidiorem cultum maiorémque luxuriam trahebat incedens longam vestem,

A *Nulla vincula*] nulli calceorum laquei. *Impediunt*] alligant. *Teneres pedes*] omnes enim sine calceis incedebant. *Hinc*] ex hac ratione, quia ita ministrabant. *alia præbent incendia mitia Satyris*] incutiunt dulces amoris ac libidinis stimulos ipsis libidinosis à natura Satyris. *Pars*: quasi aliæ nymphæ, præbent scilicet incendia.

Tibi] ô Pan. *Qui geris tempora vincta*] ligata. *Pinu*] qui geris caput pinu coronatum. ex periphrasi Pana ostendit: nam pinu coronatur. *Te quoque*] te. *Vrunt*] illæ nymphæ. *O Silene libidinis inexhausti*) libidinis insatiabilis, & quæ nullo tempore extingui possit.

Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.
At ruber hortorum deus & tutela Priapus,
Omnibus ex illis Lotide captus erat.
Hanc cupit, hanc optat, solam suspirat in illam,
Signaque dat nutu, sollicitatque notis.
Fastus inest pulchris, sequitúrque superbia formam:
Irrisum vultu despicit illa suo.
Nox erat, & vino somnum faciente iacebant
Corpora diversis victa sopore locis.
Lotis in herbosa sub acernis vltima ramis,
Sicut erat lusu fessa, quievit humo.
Surgit amans, animámque tenens, vestigia furtim
Suspenso digitis fert taciturna gradu.
Vt tetigit niuea secreta cubilia nymphæ,
Ipse sui flatus ne sonet aura, cavet.
Et iam finitima corpus librabat in herba,
Illa tamen multi plena soporis erat.
Gaudet: & à pedibus tracto velamine, vota
Ad sua fœlici cœperat ire via.
Ecce rudens rauco Sileni vector asellus,
Intempestivos edidit ore sonos.
Territa consurgit nymphe, manibúsque Priapum
Reiicit, & fugiens concitat omne nemus.
At deus obscœna nimium quoque parte paratus,
Omnibus ad lunæ lumina risus erat.
Morte dedit pœnas autor clamoris: & hæc est

ANTON. *Nequitia est, quæ te non sinit esse senem*] Donatus nequitiam proprie ait esse libidinosam inertiam: sic dictam, quòd nihil queat, nullique rei apta sit. Sic & nequam hominem dicimus (autore Capro) B non malum, sed inutilem, eúmque (vt Aulus Gellius scribit) qui nihil est, & neque rei, neque frugis bonæ. Cicero temperantiæ inquit proprium esse, motus animi appetentis regere & sedare, sempérque adversantem libidini moderatam in omni re servare constantiam: cui contrarium vitium nequitia dicitur. EamQ. Claudius in primo An- C nalium appellavit luxum vitæ prodigum & effusum. *Omnibus ex illis Lotide captus erat*) Hæc nympha est, de qua Ovidius alibi: Lotis in hâc nymphe fugiens obscœna Priapi, Contulerat versos servato nomine vultus. Hæc, cum amatam Priapus persequeretur, miseratione deorū conversa est in arborem loton, ex qua optimæ fiunt tibiæ, vt infrà dicemus. *Fastus inest pulchris*] Sententia, co- D lor rhetoricus. *Sub acernis vltima ramis*] Acer, cum arborem significat, primam corripit, vt ab eo derivatum acernus: cum est adiectiuum, eam producit: vt, Acer, & indomitus, libertatisque magister. *Corpus librabat in herba*] vi propria sustinebat, ne dormiens nympha expergisceretur.

in lib. ad Corinn. Nox, & amor, vinúmque nihil moderabile suadent: Illa pudore vacat, Liber amórque metu. *Corpora victa sopore*) quasi somno correpta. *Vino faciente somnum*: ipso epoto mero, propter fumositatem ex vino ad cerebrum ascendentem, somnum conciliante. *Iacebant diversis locis*, per diversa loca. *Lotis vltima*] quia H post omnes alios. *Fessa*] defatigata. *Sicut erat fessa lusu*] ita vt erat fessa, quia per diem choreis & lusibus incubuerat. Nam Bacchi festa lusu ritúque absolvuntur. *Quievit*] quieti se dedit. *In herbosa humo*] in tellure graminea. *Sub acernis acernis*] sub acere arbore. Et in hoc pudicitia & continentia illius ostenditur. nam non ante, sed post I alios requievit, non epoto vino, sicut cæteri, sed fessa lusu, correpta somno. *Surgit amans*] &c. Nactus hanc noctis & soporis occasionem Priapus surrexit: & ne anhelaret, spiritum comprimens, sine vllo strepitu ad eā delatus, se quoque humi sternens, elevata veste, dormientem adortus est, rémque agere cœpit. *Surgit amans*) Priapus. *Et tenens animam*) comprimens spiritum, ne flatus, aut ipsa spiratio sentiretur. Nam anima ventus est. *Fert furtim*) clam. *Vestigia taciturna*) quasi sine vllo strepitu, ne sentiretur. K *Gradu*) ipso incessu. *Suspenso*) retento. *Digitis*) quasi sustinens se erectum digitis, tacitus incedebat.

PAVL. *Nequitia*] ipsa lascivia est. *Quæ non sinit*] non permittit. *Te esse*] te videri. *Senem*] nequitia enim est & lascivia, & sunt ipsæ blanditiæ, & blandi gestus, quibus ad libidinem homines magis incenduntur. *At ruber hortorum*] &c. Ex his qui aderant, alius alia forma tangebatur. Priapus tamen solam ardebat Lotida. Nota est fabula, & in Metamorphosi delibata, Loton scilicet nympham Priapi obscœna fugientem, in arborem sui nominis conversam fuisse, de qua multa à Plinio referuntur, & de eius suavissimis fructibus, à quibus in Aphrica Lotopha- E gi dicti, & vnde avelli non poterant Vlyssis socij. Hic verò Poëta non Loton, sed Lotida appellat. *At Priapus ruber*] à rubris inguinibus rubrum dicit. *Deus & tutela hortorum*] qui hortos tuetur. *Ex omnibus illis*] ex omni illarum numero. *Erat captus Lotide*] Lotidos amore. *Hanc*] Lotida. *Cupit*] hanc optat, & deligit eam sibi solam amandam, & solam cupit. *In illam solam suspirat*] suspiria trahebat, ita vt apertè fateretur amorem. *Et dat signa nutu*] nutibus amorem indicat. *Et sollicitat notis*] stimulat & angit illam omnibus signis. *Fastus inest pulchris*] &c. Loquitur Poëta ex sententia, præstantes forma insolentes esse. Sic & Lotis erat, quæ miserum illum deridebat. *Fastus*] superbia. *Inest pulchris*] est in formosis. *Et superbia sequitur formam*) nam omnis forma superba. Fastus propriè est indigna sui ipsius per superbiam existimatio. *Illa*] Lotis. *Despicit*] con- F temnit. *Illum irrisum*] quem irridet. *Suo vultu*) oculis & ore. *Nox erat*) &c. iam erat nox, & quieti sese omnes tradidere, præsertim cùm epotum quoque vinum vrgeret. At vltimo loco requievit Lotis, non mero victa, sed lusu fessa. Et ex hoc duplex Priapo datur explendæ voluptatis occasio, & nocturnæ tenebræ, & corpora dormientia. *Erat nox*) quæ tenebris celatura facinus audacem iuvabat. Vnde &

Vt tetigit) postquam attigit. *Cubilia secreta*) ab aliis remota. *Nympha niuea*) candentis & pulchræ. *Cavet ipse*) Priapus. *Ne sonet aura sui flatus*) cavet, ne spirando & respirando spiritus eius sentiatur, & dormientem excitet. *Et iam librabat corpus in herba finitima*) propinqua & iuncta Lotidi. Librabat dixit: quia leviter sua vi seipsum sustinens, apud illam sese collocabat. Inde apud Lucanum, Librari pondera cœli: quasi sua vi se sustinentis. *Tamen illa*) Lotis. *Erat plena multi soporis*) nam altius & vehementius dormiebat, nec aliquid sentiebat. *Gaudet*) amans, quòd illa ita dormiret. *Et tracto velamine à pedibus*) elevata tunica illius ab imis pedibus vsque ad optatum amoris sacellum. *Cœperat ire ad sua vota*] ad ea quæ potissimum cupiebat: hoc est, ad optatos ex arbore legendos fructus. *Fœlici via*) nam iam femur femori, & clavem seræ admoverat. Fœlici dixit: nam dulcia & felicia sunt, quæ furtim surripiuntur. Sed nimium hic Poeta lascivit. *Ecce rudens rauco*) &c. Erat iam voti compos Priapus, sed inopi- L nato casu ab incœpto revocatur: rudens enim asellus Sileni nympham excitavit. *Ecce*) Particula hæc plerunque aliquid novi indicat. *Ecce asellus vector Sileni*) qui Silenum vehere suevit. Vector autem vehentem, & interdum qui vehitur, significat, vt aliàs & sæpe diximus, & in Æneide Honoratus ipse testatur. *Rudens*) ruditum emittens. Rudere enim asinorum est, vt rugire leonum, vlulare luporum. *Edidit*) emisit. *Ore sonos intempestivos*) non temporaneos, non suo in tempore, & cum non esset ille perturbandus. *Nymphe*) Lotis. Nam nymphe & nympha dicitur. *Territa*) duplici quidem causa, & asello rudente, & provinciam occupante Priapo. *Consurgit*) & reiicit Priapum manibus: nam ma-

A nibus è femore femur excussit, & illum longè ab se impulit. *Et fugiens concitat omne nemus*] commouet & excitat clamore omnes qui in nemore erant. *At deus obscœna, &c.*] Diximus, Bacchi festa lusibus & risibus absolui. Seruauit & hoc poëta, vt risu & ioco festa hæc absolueret, & magno quidem artificio, cum causam diis ridendi dederit, paratum videntibus ad oppugnanda oppida Priapum. *At deus,* Priapus. *Nimium quoque*] nimium etiam nutu, cum rejectus. *Paratus obscœna parte*] hoc est, ipso erecto inguine. *Erat risus omnibus diis*] scilicet qui aderant: nam omnibus risum mouit. *Ad lumina lunæ*] cum per lucem lunæ videre omnes possent. *Morte dedit pœnas, &c.*) Ob illud facinus, quia nympham excitarat, asellus mactatus est: & inde Lampsaceni accepere morem asini Priapo mactandi. *Autor clamoris*] asellus Sileni rudens: & qui causa fuit, vt illa quoque territa clamaret. *Dedit pœnas morte*) supplicio affectus est. *Et hoc victima*) asini immolatio.

ANTON. *Hellespontiaco victima grata deo*] Ad Hellespontum vrbs est Priapus, dicta à Priapo, qui ibi colebatur. Item Lampsacum, siue Lampsacus (vtroque enim dicitur) Priapi B patria, vnde pulsus est: quæ vrbs quondam insignis fuit, & autoribus Plin. & Strabone Pityusa vocabatur. *Intacta fueratis aues,*) &c. Non videbantur aues mereri vt mactarentur, cùm soleant aues hominum dulcissimis cantibus oblectare, & maxima earũ pars sit innocua: sed ideo cæsæ sunt, quòd in auspiciis siue auguriis deorum mentes & secreta detegunt.

Hellespontiaco victima grata Deo.
Intacta fueratis aues, solatia ruris,
Assuetum syluis, innocuúmque genus.
Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis,
Et facili dulces editis ore sonos.
Sed nil ista iuuant, quia linguæ crimen habetis:
Diique putant, mentes vos aperire suas.
Nec tamen hoc falsum: nam dis, vt proxima quæq́;
Nunc penna veras, nunc datis ore notas.
Tuta diu volucrum proles, tunc denique cæsa est:
Iuuerúntque deos indicis exta sui.
Ergo sæpe suo coniunx abducta marito,
Vritur in calidis alba columba focis.

G præbetis. *Genus assuetum syluis, & innocuum*] vos animaliũ genus syluas incolentium, & nullo noxium. *Quæ facitis nidos*) quę non aliorum opere, sed domunculas vobis vos ipsæ fabricatis. *Et fouetis oua plumis*) incubatis ouis, & in his conceptum fouetis, & editum pullum enutritis.

Et editis) emittitis, aut H effunditis. *Ore facili*) ore benigno. *Dulces sonos*) cantus suaues. *Sed ista,* à quibus commendationem laudémque meremini. *Nihil iuuant*) nulla ex parte prosunt. *Quia*

C *Diis vt proxima quæque est*) vel altius volans, ac cœlo adhærens: vel diis dicata, vt aquila Ioui, columba Veneri, coruus Apollini: quæ aues videntur accipere ab iis quandam quasi scientiam futurorum.

Nunc penna veras,) &c. Penna & volatu aues præpetes futura prænunciant, oscines cantu. Auguria ex auibus primùm comperta dicuntur à Cara rege, teste Plinio, ex quo Caria regio nomen accepit. *Vritur in calidis alba, &c.*] Deæ candidæ ac venustissimæ alba columba mactatur, ipsa similitudine platitura. vnde illud est Propertii: Sed cape torquatæ genus ô regina columbæ, Ob meritum ante tuos guttura secta focos. Virg. Maternas agnouit aues. Delectatur autem Venus huius auis holocausto (vt Lactantius grammaticus tradit) hac de causa: Cum Venus & Cupido lasciua contentione certarent, vter plures sibi flores colligeret, & Cupido D alis adiutus Venerem superaret, Peristera nympha accurrit, & adiuuando Venerem superiorem effecit. Indignatus Cupido mutauit eam in auem, quam Græci peristeram appellant. Venus autem, vt honore pœnam minueret, columbam in tutela sua esse mandauit. Sed autore Seruio, hæc auis propter frequentem fœtum & coitum Veneri consecrata est, cui mactatur, vt diximus. Martialis: Ne violes teneras præduro dente columbas, Tradita sed Gnidiæ sint tibi sacra deæ. Eadem auis & pauo amica sunt, teste Plinio: vt turtur & psittacus, merula & turdus, cornix & ardeola. Ouidius alibi: Et variis albæ iunguntur sæpe columbæ. Viuit autem annis octonis, cum palumbi inguina tardantes ad tricesimum annum perueniant, & eo amplius. Adeò fructuosum est Venerem detrectare. Vnde quidam non improbant nostrum illud epigramma: Exhaurit venas & Lesbia Vuie crumenam, Demens E cui gemino sanguine constat amor.

PAVL. *Est grata Deo Hellespontiaco*] Priapo Lampsaceno: à Lampsaco vrbe, quæ est in littore Hellesponti, in ora Asiatica, Priapi patria. Hellespontus dictus ab occasu Helles, sororis Phryxi. Fretum illud est angustum, ab Ægæo in propontide, & vbi sunt illæ angustiæ, septem tantummodo stadiis Asiam ab Europa diuidentes. & illic à nobis fœliciore tempore sæpe cum Turcis pugnatum est. *Intacta fueratis aues*] &c. Sæuitum iam fuerat in quadrupedes, sed adhuc humanũ genus ab auib. manum continuerat, quòd & ruricolis magno essent solatio, & in syluis versatæ nocerent nemini, quæ nidificant, pariunt, & enutriunt fœtum, replentque omnia cãtu suauissimo, in quo non mediocris est earum commendatio, & ab innocentia, & ab industria, & à voluptate, quam omnibus conferunt. *Nihil tamen ista profuere*] quia cum F sit illis datum altiùs euolare, putarunt dii, sua de rebus humanis consilia ab auibus & percipi, & mortalibus quoque referri: quod tunc deprehensum, cum tam ab earum garritu, quàm ab aspectu mortalibus futura prænunciarentur: tunc denique ea ratione cœpere & ipsæ diis superis immolari.

O aues, fueratis intactæ] quasi à nemine diis ipsis immolatæ. *Solatia ruris*) Per appositionem, quæ ruricolis solatium

habetis crimen linguæ) quia estis paulo loquaciores. *Et dii putant vos aperire mentes suas*) putant dii, vos arcana eorum consilia referre, quæ diuina mente conceperint. *Nec tamen hoc est falsum*) sed verum: quia aperitis deorum mentem. *Nam vt quæque proxima diis*) vt quęque vestrum est diis propinquior, quàm cæteræ animantes: cum vos aera, & illi cœlum colant. *Nunc datis veras notas*) vera futurorum signa. *Penna*) volatu. *Nunc ore,* garritu. Sic auspicium & garritum expressit, de quo superius. Sunt autem aues aut præpetes, aut I oscines: illæ volatu, hæ cantu futura prænunciant.

Proles volucrum tuta diu) ipsæ aues, quę diu fuerant ab insidiis tutæ. *Tunc denique cæsa*) tunc tandem immolata, cum ab ipsis auguria captare cœpissẽt homines. Auguria ex auib. primùm inuenisse Carram, ostendit Plinius, à quo Carria appellata. Adiecisse ex cæteris animantibus Orpheum aruspicã dicit, & Delphum ignispicam, & Amphiaraum auspicia auium. Sed Tyresiæ Thebano interpretatio ostentorum ascribitur, somniorum verò Amphitryoni. *Exta sui indicis*] intestina auium, deorum mentes indicantium. *Iuuerunt*] delectauerunt deos: quia placuit immolatio auium. *Ergo sæpe suo &c.*) Ob eam causam, quam retulimus, mactari cœperunt aues. Immolata quoque est columba: quòd eo grauius esse debuit, quoniam mite animal, & felle carens. Adde, quòd Syri columbam pro dea colunt, vt Diodorus in- K quit; cum fabulentur quidam, Semiramidem in columbam fuisse conuersam. Hoc tamen illi non prodest. Adde & aliã rationem: dicunt enim aliqui, vt Higinus testis est, pisces in Euphrate amne ouum iuuentum in siccum deiecisse, & inde columbam exisse: quæ Venus credita est: quam volitare per vrbes Syrorũ seruant, à cuius volatu futura captant aruspices.

Ergo.) propter eam causam. Vt est illud Virg. in 6. Aeneid. Illius ergò venimus, id est, causa illius. *Alba columba coniunx*) quæ velut coniugii lege mari iungitur. Nam vti & Plinius inquit: Et pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria, coniugii fidem non violant, communémque seruant domũ: nisi cœlebs aut vidua domum non relinquit: & imperiosos mares, subinde etiam iniquos ferunt, quippe cum suspicio est adulterii, quamuis natura non sit. *Sæpe abducta.*) abstracta. *Suo marito,*) à suo columbo. *Vritur*) & immo- L latur, & torretur, seu crematur. *In calidis focis*) ad ignem. Focus pro loco vbi sit ignis, & pro aris, & pro ipso igne ponitur. Fit enim ex columba holocaustum. Diximus enim holocaustum victimam, quæ tota aduritur. Et quoniam multa de ratione horum sacrorum dicenda erant, reseruauimus in hunc locum, in quo de bestiarum simul & volatilium immolatione diceremus. Apollo de cultu & sacrificiis deorũ sic per responsa homines restituit: Hæc age, qui iure diuorum ingressus amice, Huius iter vitæ mactanda est hostia cunctis Multa deis, seu qui terram, seu qui mare vastum, Aëra seu qui habitant, latum seu qui æthera, seu qui Alta colunt cœli, seu qui infima regna barathri, Quæ quibus obseruanda modis sint singula, dicam: Tu inemori conscripta

A animo mea dicta teneto. Terna quidem diuis cœlestibus hostia, & ipsa Candida mactanda est, terna & terrestribus, atque Atra eadem: gaudent porrò, & capiuntur apertis Terrestres aris, foueas cùm numina contrà Exposcant atro imbutas inferna cruore. Nec placeat, nisi quæ terræ mandetur humata Hostia: mel verò nymphæ atque liquentia vina Offerri lætantur, at ignem accendier aris, Quæ circumuolitant terram, sibi numina quærunt, Imponique atrum corpus, tum thura, simúlque Inijcier salsas fruges, & dulcia liba. Hæc facito. verùm quibus est data cura profundi, His ipso semper fet sacra in littore, totum Proijciesque in fluctus animal, cælestibus autem Extremas reddes partes, atque igne cremabis: Quod superest, propone tibi, dapibúsque referas. Sudet odoratis crassisque vaporibus aër. Hoc autem Apollinis oraculum Porphyrius in libris Responsorum ita exposuit: Cum igitur & terrestres & inferni dij sint, omnibus istis

B atras quadrupedes offerendas iubet. Modus autem differt: nam terrestribus quidem super aras, infernis autem in foueis mactandas esse hostias præcipit. Aëris autem volatilia dicit offerenda corporibus, holocaustis, & sanguine ad aram circumducto. Volatilia etiam marinis: sed vina in fluctus proijcere mandat. Itaque omnibus dijs præterquam terrestribus volatilia immolari possunt, sed marinis solummodo nigri coloris volatilia. quare cæteris alba offerenda sunt. Cœlestibus verò & ætheriis bestiarum, quas albas esse vult, extremitates ait conseruandas, reliquas autem partes comedendas. Ex his enim solummodo comedere oportet, ex alijs verò minime. Ita quadrupedes & terrestres terrestribus sacrificandæ sunt. Simili namque simile gaudet. Ouis porrò terrestre animal est, & idcirco Cereri gratissimum. Atra verò, quia & terra naturaliter tenebrosa. Tres autem simul, quoniam terrestris corporis tria sunt symbola: & super aras terrestribus, quoniam super terram versantur. Cæteris verò dijs idcirco volatilia sunt offerenda, quoniam vniuersi mouentur: in motu enim semper maris aqua est, cuius atræ sunt hostiæ, quoniam & cæruleus color aquarum: albus verò aëris. Lucis enim receptiuus aër est. cælestibus autem atque

G ætheriis extremitates dat consecrandas, quoniam leuiores reliquo corpore sunt, quorum sacrificiis communicare oportet: quia tùm dij dij arcere mala soleant, cælestes bona nobis largiuntur. Hæc ille. Sed in eo libro, quem de abstinendo à carnibus animalium conscripsit, nihil sacrificandum, neq; incendendum censet: asseritque non esse deos illos, qui ex de animalium gaudent. Scelestissimam enim esse brutorum etiam animalium cædem, & abominabilé, non solùm deo primo, verùm etiam cœlestibus & diuinis virtutibus. Sed hæc hactenus ad rem nostram redeamus. Cæditur igitur, & aduritur columba: nam dijs aëriis immolatur. quia Veneri, cuius sedes est in tertio circulo. Infrà solem enim ambit, vt Plinius inquit: Ingens sidus appellatum Veneris alterno meatu vagum, ipsisque cognominibus æmulum solis ac lunæ præueniens: quippe & ante matutinum exoriens,

H Luciferi nomen accepit, vt sol alter, diémque maturans: contra ab occasu refulgens, nuncupatur Vesper, vt prorogans lucem, vicémve lunæ redd. ns. Sed de hoc aliàs. Sacrificatur igitur Veneri columba, propterea quòd animal est nimium salax: & corpore holocausto, hoc est, toto adusto.

Nec defensa iuuant Capitolia, quominus anser
Det iecur in lances Inache laute tuas.
Nocte dea noctis cristatus cæditur ales,
Quòd tepidum vigili prouocet ore diem.
Interea Delphin clarum super æquora sidus
Tollitur, & patriis exerit ora vadis.

ANTON. *Nec defensa iuuant,*) &c. Honor quidem

C anseribus olim exhibitus est à Romanis, quòd censores eorum cibaria in primis locare consueuerunt: & argenteus anser in Capitolio positus est, in memoriam eius, qui clangore suo, Gallis per ardua obrepentibus canum silentio, M. Manlium arcem tenentem excitauit. Non adeò tamen huic aui profuit vigil cura, Capitolio (vt ait Plin.) testata defensa, vt in sacris expers cædis fuerit, cùm eius iecur detur Inacho, cui deo fluminis Argiuorum rectè aui mactatur, quæ aquis gaudat. Eum autẽ lautum dicit Poëta, quòd anseris iecore delectetur, quod in-

D ter lautissima cibaria olim habebatur. Vnde ait Plinius, non sine causa esse in quæstione, quis primus tantum bonum inuenerit, Scipio, an Metellus vir consularis, an M. Sestius eques Romanus. Iecur in extis primum locum obtinet. vnde per iecur exta interdum accipimus: quòd cùm distabuit in coquendo, monstrum dicitur, autore Festo. Sunt qui legant, *Det iecur in lances Inachi Vacca tuas:*) quod magis placet, cùm apud Herodotum inuenerim, Ægyptios sacerdotes olim solitos anserinis ac bubulis carnibus vesci, à quibus Isis colitur, quam quidam volunt Lunam esse: vt, Inerant lunata fronti cornua. Anser autem eius temporis, quod est lunæ proprium, id est, noctis silentium turbat. Eius auis iecur fartilibus in magnam amplitudinem crescit, exemptúmque lacte mulso augetur: lingua verò in cibo vel potione sumpta, mulierum libidinem mouere dicitur. Sanè Io Inachi Argi-

E uorum regis filia, à quo fluuius nomen accepit, à Phœnicibus rapta est, vt Herodoto placet, atque in Ægyptum adducta. Eam poëtæ fabulantur in vaccam fuisse conuersam. Nota est fabula. Post mortem Isis appellata est, atque habita Ægypti genius, autore Seruio: vbi eius simulachrum sistrum dextra tenens, ac sinistra situlam, bubulis præditum cornibus fuit, quemadmodum Io Græci describunt. Habuit autẽ templum in vrbe Busiri, quæ in medio delta Ægypti sita est, vbi ei rem diuinam aqua & igni in primis faciebant, in monumentum nauigationis, qua Io in Ægyptum delata est. Quam ob causam factum existimo, vt anser Isidi mactaretur qui aquis gaudere consueuit. Hanc deam nonnulli Lunam esse volunt, vt diximus suprà: alij Cererem, alij Terram, cuius sacra Romam translata sunt, vbi iuxta campum Martiũ ædem habuit Iuuenalis: antiquo quæ proxima surgit oui-

F li. Lucanus: Nos in templa tuam Romanam accepimus Isim: Propertius: Atque vtinam Nilo pereat, quæ sacra repentè Misit matronis Inachis Ausoniis. Eius sacerdotes & baculo quem sistrum appellabant (vt quibusdam placet) & lineis vestibus vtebantur, vnde linigeri dicti sunt, ac tertio quoque die tondebantur. *Nocte dea noctis,*) &c. Gallus Nocti, deæ noctis, noctu mactatur, quia cantu suo diem nocti contrarium prænunciat, atque (vt inquit Plinius) solis ortum non patitur incautis obrepere. *Interea Delphin clarum*) &c. Quinto idus Ianuarias Delphin in ortum heliacum tollitur: Sol enim Aquario iō dies magis adhærens, Sagittarium

I longius reliquit, cuius cum posteriore parte Delphin exoritur. Nec reluctatur nobis aduerbium interea, quo non quæ venerunt Agonalia, sed quæ penè iam veniunt, demonstrantur. Quod planè intelligit, quicunque carminis illius sensum intuebitur, Ianus agonali luce piandus erit. Nam paululum illud temporis, quo heliacus Delphinis ortus apparet, vel potius incipit apparere, rectè Agonalibus applicatur: cùm non falsò iurisconsulti doceant, qui in eo est vt extinguatur, accinctum haberi. Dicitur autem Delphin inter sidera collocatus, quoniam (vt autor est Eratosthenes) cùm Neptunus Amphitriten vxorem ducere optaret, eáque virginitatem seruare cupiens, ad Atlantem fugisset, Delphin à Neptuno missus virgini, vt ei nuberet, persuasit: quo merito translatus in cælum, decem seu nouem stellis constare dici-

K tur. Eam ob causam ferunt, omne genus delphinum maiorem in modum diligi à Neptuno, teste Oppiano in primo Halieuticon. Alij aliter fabulantur, vt infrà dicemus.

PAVL. *Nec defensa iuuant*) &c. Inacho anser mactatur: nec eum tutatur ratio illius vigiliæ, qua Capitolium tutatus est. Noctu Senonibus Gallis Capitolium ascendentibus, oppressis somno custodibus, & ipsis canibus, cùm clangorem edidisset, Romanis excitatis, pulsi sunt hostes, præsertim opera M. Manlij, qui ex eo Capitolinus cognominatus est. de quo latius apud Liuium 5 lib. ab Vrbe condita. Vnde & Plinius: Est & anseris vigil cura Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus. Quam ob causã cibaria anserum censores in primis locant. Quin & fama amoris Argis, dilecta forma pueri nomine Olenii, & Glauces Ptolemæo regi cithara canentis, quasi ex eodem tempore

L & aries amasse proditur. potest & sapientiæ videri intellectus his esse. Et Plutarchus 98. Problem. agit, cur censores magistratum ineuntes, nihil aliud agant, quàm vt sacrorum anserum alimenta locent, & insignis splendorem, rationésque has refert: An à vilioribus incipientes, quæ nec multo sumptu, nec magna opera egent: an vetus quædam huic animanti gratia refertur, à bello vsque Gallico repetita, quòd dormientibus canibus primi omnium anseres Gallorum in Capitolium ascensum persenserunt, & clangore vigiles excitarunt? An cùm sint maximarum rerum, & quæ summa cura indigent custodes censores, vt ædium sacrarum ac publicarum, morum denique & vitiorum, & vitæ vniuscuiusque diligentissimi & custodientissimi, omnium animaniũ rationem habendam sibi esse putauerunt? Simul enim an-

sceribus curandis ciues admonent, ne deorum cultum negligant. Anseris verò abstersi & splendor necessarius est: cito enim rubrica defluit ac defloreſcit. Ea enim veteres statuas obducere & illinere consueuerunt. *Nec Capitolia defensa*] quæ defenderit ille anseris clangor ab insidiis Gallorum: cuius imago argentea in Iunonis æde sacrata est.

Iuuant] anserem scilicet. *Quo minus*] vt non ipse anser. *O Inache laute*] splendide & deliciose. *Det iecur in lances tuas*] det iecur in tuis sacris epulandum. Inachus quidem rex Argiuorum fuit, à quo & fluuius, qui oritur ex Lyrceo ad Cynuriam montem Arcadiæ, iuxta Argos labens, Inachus denominatur, & in quem voluut eum ipsum fuisse conuersum. Huic fuere filij Phoroneus & Io, quorum alter Argiuis, alter Ægyptiis primi leges tradidisse feruntur. Poëta lautum appellauit Inachum, quòd in eius sacris iecur anseris offertur, quo nihil est inter epulas melius. Ideo Plinius inquit: Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitate nouere. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit. Exemptum quoque lacte mulso augetur. Nec sine causa in quæstione est, quis primus tantum bonum inuenerit, Scipio, an Metellus vir consularis, an M. Seiscius eadem ætate eques Romanus. Sed vt addit ipse Messalinus Cotta, Messalæ oratoris f. palmas pedum ex his torrere, atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperit. *Nocte deæ noctis*] &c. Cùm multa sint in gallo laudabilia, non prosunt tamen: nam deæ noctis immolatur ea ratione, quòd excubet, & diem nunciet: propterea quòd ipsi galli (vt asserit Plinius) norunt sidera, & ternas distinguunt horas interdiu, cantu cum sole eunt cubitum, quartáque castrensi vigilia ad curas laborémque reuocant, nec solis ortum incautis patiuntur obrepere, diémque venientem nunciant cantu. *Ales cristatus*] ipse gallus. *Caditur*] immolatur. *Nocte*] noctis tempore. *Deæ noctis*] ipsi Nocti. Nam & nocturnum tempus, & ipsius temporis dea eodem nomine nuncupantur. estque ipsa Nox Eumenidum mater: ideo eas Nocte satas vocant. & Virg. matri Eumenidum, pro Nocte posuit. *Interea clarum Delphin*] &c. Nimis euagatus videtur in referendis victimarum rationibus. Iam redit ad institutum, ad signa, & stellas ipsas, asserens exoriri iam Delphinum: ea quo videtur ostendere, id eodem die, quo fiunt Agonalia, hoc est, quinto idus Ianuarias. At Cæsari pridie nonas exoritur, & matutinus. Exigua quidem hæc differentia, quinque tantum dierum. Sed ita intelligamus, Cæsari matutinum pridie nonas, huic quinto idus cum sole exoriri: seu cum occidit sol, eum ab oriente surgere. Higinus ostendit, oriri cum posteriore parte Sagittarij: quod eòdem tendit, quò & ratio Cæsaris. nam præeuntis in zodiaco posterior illa pars Sagittarij iuncta est Capricorno, & tertia illius facies erit huius prima. Sic & eodem tempore, & cosmicè oritur Delphin, qui (vt idem Higinus inquit) non longè ab Aquilæ signo figuratum incuruatione caudæ nouissimæ tangit æquinoctialis circuli circumductionem, capite propè contingens equi Pegasi rostrum. Exoritur cum Sagittarij posteriore parte: occidit autem, cum Virgo exorta est à capite. Collocatum inter sidera Eratosthenes inquit à Neptuno, cum eius nuptias Amphitriten ad Atlantem vsque fugientem Delphin missus allexisset, & mitem ad Neptunum produxisset. Glosthenes autem vnum fuisse ait ex Tyrrhenis nautis, qui Bacchum transferre volentem Naxon, prodituri erant, & inde in delphinos conuersi, in rei memoriam à Baccho sideribus annumeratum. Alij dicunt illum fuisse, qui ex Siculo mari in Tænarum Ariona citharœdum transuexit. cuius rei historiam in sequenti libro latius referemus. *Interea*] dum hæc refero, aut dum in his immoror. *Delphin*] per appositionem. *Clarum sidus tollitur super æquora*] attollitur super ipsa maria, quia oritur. *Et exerit*] aperit & eleuat. *Ora patriis vadis*] ab ipso mari patrio.

Postera lux hyemem medio discrimine signat:
Aequáque præterita qua superabit, erit.
Proxima prospiciet Tithono Aurora relicto,
Arcadiæ sacrum pontificale deæ.
Te quoque lux eadem Turni soror æde recepit,
Hic vbi virginea campus obitur aqua.
Vnde petam causas horum morémque sacrorum?
Diriget in medio quis mea vela freto?

ANTON. *Postera lux hyemem medio discrimine signat:*) &c. Dissentit ab Ouidio Columella, qui medium hyemis pridie nonas Ianuarias ponit, cùm id autor hoc loco quarto idus esse doceat. Cæterùm eius initium, medium, & finem, sicuti veris, æstatis, & autumni, medici non eadem accipiunt ratione. *Proxima prospiciet Tithono aurora relicto, Arcadiæ sacrum pontificale dea. Te quoque* &c. Tertio idus Ianuarij Carmentalia celebrantur, nec non dedicatio templi Iuturnæ, quod fuit in Campo Martio, prope ductum aquæ virginis. Constat autem, Iuturnam fuisse sororem Turni: quam quidam dicunt, lacui, in quo submersa est, numen dedisse. Seruius verò scribit, fontem esse in Italia celeberrimum, iuxta Numicum fluuium, cui à iuuando nomen inditum est. quia cùm naturaliter omnis aqua noxia sit extraneorum corporibus, hic fons omnib. saluberrimus est: de quo Romam ad omnia sacrificia aqua afferri consueuerat. Statius quoque in Syluis Iuturnam fontem esse ostendit, vt: Quis non in omni vertice Romuli reptasse ducem Septimium putet? Quis fonte Iuturnæ relictis vberibus neget esse pastum? Inde ægroti, autore Varrone, aquam petere consueuerunt. Sane aquam virginem, ad quam Iuturnæ templum fuisse diximus, Agrippa (vt inquit Plinius) in vrbem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo: quæ quoniam declinabat Herculaneum riuum, quasi Herculem fugeret, virginis numen accepit. Sunt qui à virgine dictam existiment, quæ militibus aquam quærentibus quasdam venas monstrasse dicitur. quas secuti qui foderunt, ingentem aquæ modum inuenerunt: vt Frontinus tradit in libro de Aquæductibus, quem scripsit ad Neruam imperatorem.

PAVL. *Postera lux hyemem,*) &c. Quarto idus Ianuarias, hoc est, 10. die Ianuarij media pars hyemis erit exacta. Aliqui id esse dicunt pridie nonas, alij sexto calendas Februarij. *Postera lux*) sequens dies. *Signat hyemem medio discrimine*) hoc est, disterminat ipsam hyemem bipartitam. *Qua superabit:*) pars illa hyemis, quæ adhuc restat. *Est æqua præterita:*) quia tantum præteriit, quantum superterit. *Proxima prospiciet Tithono*) &c. Tertio idus Ianuarias festum erit Carmentis nymphæ fatidicæ, matris Euandri, de qua paulò post. *Proxima aurora,* id est, dies sequens. Aurora enim diem refert. *Relicto Tithono*) quem fingunt eius fuisse virum: & hoc, quòd Orientem versus, & in Æthiopiam vsque militauit, vt Diodorus tradit. *Respiciet sacrum pontificale*) quod Pontifices faciunt: maiorisque erat venerationis pontificale, quàm aliorum sacerdotum. *Deæ arcadiæ*) Carmentis, quæ ex Arcadia in Italiam cum Euandro filio venit. *Te quoque lux eadem*) &c. Eodem die, hoc est, tertio idus Ianuarias, dedicatum est templum Iuturnæ nymphæ, sororis Turni, in campo Martio, apud ductum aquæ virginis. *Eadem lux*) idem dies, quo erunt festa Carmentis. *Recepit te quoque*) te etiam. *O soror Turni* ; quia ea die dedicata sunt tibi templa. De Iuturna plura habes apud Virgilium, & plura nos in fine huius libri primi, & in secundo quoque dicemus. *Hic vbi campus*] Martius, cuius suprà meminimus. *Obitur*] circumfunditur. *Aqua Virginea*] Hanc aquam M. Agrippa (vt Frontinus testis est in libro de Aquæductibus) post annum tredecimum, quàm Iuliam abduxerat, in vrbem perduxit, in agro Lucullano collectam. Virgo appellata est, quòd quærentibus aquam militibus puella virguncula quasdam venas monstrauit: quas sequuti qui foderant, ingentem aquæ modum inuenerunt. Ædicula fonti apposita hanc virginem pictam ostendit. Concipitur via Collatina ad miliarium octauum, palustribus locis. Plinius tamen inquit: M. Agrippa & virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo ad duo millia passuum, via Prænestina.

Vnde petam causas horum) &c. Dubitare videtur Poëta, vnde petat rationem Carmentalium, cùm sint ab hominum memoria remota. Carmentis igitur nymphæ opem implorat, quæ à carmine ita fuerit appellata. Sed de hoc, suo loco agetur. *Vnde*] à quibus Fastorum libris, aut Annalibus, aut à quo. *Petam causas*) originem & rationem. *Horum sacrorum*] quæ à Pontificibus Carmenti fiunt. *Et morem*) consuetudinem: seu vnde ipse mos habuerit initium. *Quis diriget mea vela*) Per translationem à nautis: id est, quis diriget ingenium meum. *In medio freto*] in medio mari: quasi in tam ardua materia, & quæ mihi incognita.

Ipsa mone, quæ nomen habes à carmine ductum:
Propositóque faue, ne tuus erret honos.
Orta prior luna (de se si creditur illi)
A magno tellus Arcade nomen habet.
Hinc fuit Euander: qui quanquam clarus vtroque,
Nobilior sacra sanguine matris erat.
Quæ simul æthereos animo conceperat ignes,

ANTO. A *Ipsa mone, quæ nomen habes à carmine ductum: Propositóque faue, ne tuus erret honos.* Nicostratam inuocat, Euandri matrem: quæ quia carminibus vaticinabatur, Carmentis dicta est, vt quibusdam placet. Licèt Plutarchus in quæstionib. tradat, nō Carmenti carmina nomen indidisse, sed ab ea potius accepisse, quæ diuino spiritu afflata, versu oracula edebat. Ea Themis vocata est, & ab aliquibus Nicostrata, po-

B steáque mutato nomine Carmentis: quam nonnulli fatum, siue εἱμαρμένην, sortem esse putauerunt. Dicta autem Carmentis creditur, quasi mente carens, quòd spiritu afflata furere atque insanire videretur. Cui procreationis gratia matres rem diuinam faciebant: quæ senatusconsulto prohibitæ vehiculis vti, conspirasse inter se dicuntur, ne qua earum conciperet, néve pareret, atque ita viros vlciscerentur. Quibus coactis mutare sententiam, cùm pueri fœliciter nascerentur, matres Carmentis ædem construxerunt. Hanc Dionysius scribit Euandri matrem e Mercurio fuisse, & annis sexaginta ante res Troianas in Italiam venisse: vbi (vt quidam dicunt) Euander pulsis Aboriginibus ea loca tenuit, in quibus Roma est. Quare autor in re vetustissima perite nominis auxilium inuocat, secundum illud Horatij: Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. Sic Virgil. in 7. Æn. Nunc age qui reges Erato, quæ tem-

C pora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem Cùm primùm Ausoniis exercitus appulit oris, Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ. Tu autem diua mone. *Orta prior luna*) &c. Arcades olim ausi sunt Antelunares se dicere, & solos se nobiles prædicare. vnde à Græcis προσέληνοι vocantur. Ex quo factum putatur, vt apud Romanos qui nobilitate præstabant, lunulas in calceis ferrent. Mos autem fuit Græciæ populis, in alienas ire terras, quas fertiles esse cognouerant, & eas habitare, pulsis veteribus incolis. Sed quoniam soli Arcades ob sterilitatem agrorum pulsi non sunt, ideò se vetustate ac nobilitate cæteris præstare dixerunt. vnde illud est Senecæ in Hippolyto: Ante te stellifero despiciens polo Sidus post veteres Arcades editum, Currus non poterit flectere candidos. Et Strabo geographus: Gentes, inquit, Arcadiæ Azanes atque Parrha-

D sij, cæterique eiusdem generis Græcam nationem vetustate præstare creduntur. Herodotus septem inquit gentes Peloponnesum incolere, Achæos, Dorienses, Ætolos, Dryopes, Lemnios, Arcades & Cynurios: quarum duas tantùm ait indigenas, eundem quem olim tenuerunt, locum habitare, Arcades videlicet & Cynurios. Alij Arcades dicunt, cùm soli diluuio superfuissent, postquam aquæ subsederunt, è speluncis egressos existimasse, omnia diluuio fuisse consumpta: cúmque lunam postea intuerentur, & eam tunc natam, & se ante illam genitos credidisse. Quam ob causam eos ferunt aliquando de antiquitate certasse cum Phrygibus. Itaque singulos cum singulis nutricibus clauserunt, quibus nutricibus linguas ademerant, vt experirentur, vtrum vox innata esset, an doceretur: & si esset innata, quæ illa esset, Phrygum an Arcadum: productos autem pueros verbum locu-

E tos esse aiunt, cuius significatione Phrygum lingua panis intelligitur. Quare cognitum est, Arcades non esse primigenas. Eos diuinum oraculum (vt ait Plutarchus) Glandiphagos appellauit: qui ideò de arboribus nati dicuntur, quòd ante vsum casarum homines, aut cauas arbores, aut speluncas habitabant: quicunque inde egrederentur, vt suam educerent sobolem, existimati sunt ex arboribus procreati. Quare ait Statius in 4. Thebaid. Quercus laurique ferebant Dura puerperia, populósque vmbrosa creauit Fraxinus, & fœtus viridis puer excidit orno. Est autem Arcadia, in media Peloponneso, dicta ab Arcade Iouis & Themistus filio, vel Callistus: de quo Naso alibi: Et iam puer Arcas (idipsum Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus. In hac regione aptissima equis & asinis equarum suppositoribus pascua sunt. Vnde Iuuenalis stultum atque obtusi ingenij iuuenem, Ar-

F cadicum vocat. *Hinc fuit Euander*) &c. Euander Arcas fuit, quem alij Mercurij, alij Pallantis filium crediderunt. Ei mater Carmentis prædixit fore dissensionem ac seditionem in patria: suasítque, vt dimissa Arcadia, in Italiam se conuertat. Erat enim non nympha, vt inquit Seruius, sed vaticinatrix. Vnde illud est Silij: Aspice Carmentis gressus, Euandria mater Hæc fuit, & nostros tenuit præsaga labores. Euander igitur in Italiam venit, consedítque in monte Palatino, vbi fundasse dicitur oppidum Pallanteum. Sunt tamen qui Euandrum tradunt ex Arcadia discessisse, quòd patrem per imprudentiam occidisset: G quibus Ouidius astipulatur hoc loco.

PAVL. *Mone*) instrue me tu. *Ipsa*) quæ habes nomen ductum: pro deductum, hoc est, deriuatum. *A carmine*): quæ à carmine Carmentis appellaris. *Et faue proposito*) mihi, qui proposui scribere originem tuæ celebritatis. De Carmenti ita Dionysius antiquitatum Romanarum scriptor, cùm multos retulisset e Græcis, qui in Italiam venerunt, hæc subdit: Post

H non multum tempus alia classis græca ad hæc loca Italiæ appellitur, annis sexaginta ante res Troianas, vt Romani ipsi dicunt, ex Pallantio vrbe Arcadica exurgens, duce profectionis Euandro Mercurij credito, & nymphæ eiusdem Arcadiæ incolæ, quam Græci Themin esse dicunt, deíque patientem & fatidicam demonstrant. Qui verò Romanas conscripserunt origines, lingua eam patria Carmentam nominant. Esse autem ipsi nymphæ nomen sermone græco Thespiodos: odos enim Romani dicunt carmina. Hanc autem dicunt diuino spiritu detentam, & ventura populo solitam esse carmine prædicere. Et Plutarchus 56. Problem. Themin vocari asserit: aut quemadmodum aliqui, Nicostratam. Et prosequitur: Quoniam versibus oracula ederet, Carmentim mutato nomine vocauerunt, nam [illegible] Romani dicunt carmina. Sunt qui μοῖραν, hoc est, sortem & fatum

I Carmentim putent, & ob eam rem matres ei rem diuinam facere. Est autem nominis vera ratio [illegible] [illegible] id est; mente priuatā propter afflationes. Non Carmenti nomen carmina indiderunt, sed ab ea potius acceperunt. Diuino namque spiritu afflata, versu ac metro oracula edebat. In vita Romuli: Nonnulli, inquit, Arcadis Euandri matrem fuisse arbitrantur, rerum futurarum admonitricem: quæ Phœbo dedicata, carminibus oracula significabat: vnde dicta est Carmenta. nam Nicostratæ ei Græcè nomen fuit. Quidam verò Carmentæ nomen alio pacto interpretantur, quòd quasi careat mente, Carmenta dicta fuerit: vt solebat his euenire, quæ Apollinis numine debacchabantur. *Tellus*) Per metonymiam nam quod tenet, pro eo quod tenetur, hoc est gens, quæ in ea tellure Arcadica est. *Orta prior luna*) quæ prius nata est quàm luna.

K Arcades vetustissimi ac nobilissimi Græcorum omnium sunt: qui (vt Eustathius inquit) per mediam Peloponnesum connexam terram habitant, sub Erymantho monte. Dictáque est Arcadia regio, vt multi volunt, ab Arcade Iouis & Calistus filio: vt Eustathius ipse, ab Arcade filio Iouis & Themistus. Arcadésque ipsi, ob summam gentis vetustatem, προσέληνοι, hinc est, Anteluoares dicti sunt, qui fuere antequā luna esset. Datur locus huic rei, quòd cacumina montium habitantes, soli diluuio superfuere: & per antra latitantes, vbi aqua resederat, egressi, credentes omnia diluuio fuisse immersa, serenitatem cœli lunamque postea spectantes, & ea tunc nouissimè facta arbitrantes, se prius factos esse, seu

L natos dixerunt. Et Strabo Arcades superare omnem Grēciā antiquitate testatur. *Si creditur illi de se*) si cui est adhibenda fides de rebus suis referenti: quasi nata prior luna, si illi credendum est. *Habet nomen à magno Arcade*) denominatur Arcadia ab Arcade Iouis & Themistus, aut Calistus. Sed de Calistone & filio relatis in cœlum, dicemus inferius. Verùm Arcadia [vt Eustathius asserit] nominata est aliquando Pelasgia, aliquando Parrhasia, aliquando Lycaonia, aliquando Gigantis, aliquando Azania. *Hinc*) ex Arcadia. *Fuit Euander*) quem diximus Carmentis filium. *Qui quanquam erat clarus*) licèt esset illustris. Vtroque sanguine, materno & paterno. Creditus est filius Mercurij ex Carmenti. Vnde & in Æneid. Vobis Mercurius pater. Alij dixêre filium Pallantis, pronepotis illius magni Pallantis regis Arcadiæ, cuius filia Chryse nupsit Dardano, ex qua Dyamanta genuit, qui successit auo materno. Sed de his in quarto dicemus. *Erat tamen nobilior sanguine sacra matris*) nobilior erat materno genere. quoniam illa nympha, & sacra, & fatidica erat, & honores diuinos assecuta: etiam ex eo, quòd Arcades aiunt Carmentim filiam fuisse Pallantis filij primi Lycaonis, & Palladis contubernalem. Ferunt enim, Iouem Palladem educandam Pallanti dedisse.

Ore dabat pleno carmina vera dei.
Dixerat hæc, nato motus instare sibique
Multáque præterea tempore nacta fidem.
Nam iuuenis nimium vera cum matre fugatus,
Deserit Arcadiam, Parrhasiúmque larem.
Cui genitrix flenti: Fortuna viriliter, inquit,
(Siste precor lacrymas) ista ferenda tibi est.
Sic erat in fatis: nec te tua culpa fugauit,
Sed deus: infenso pulsus es vrbe deo.
Nec meriti pœnam pateris, sed numinis iram,
Est aliquid, magnis crimen abesse malis.
Conscia mens vt cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spémque metúmque suo.
Nec tamen vt primus mœres, mala talia passus:
Obruit ingentes ista procella viros.
Passus idem, Tyriis qui quondam pulsus ab oris,
Cadmus, in Aonia constitit exul humo.

ANTO. A *Cui genitrix flenti*] &c. Propositio est, in qua mater filium admonet, dicens, fortunam aduersam magno ac virili esse animo tolerandam. vt, Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. Sed illud, *Siste puer lacrymas*] per interpositionem legendum est. Confirmatur autem hæc propositio ratione: & deinde, vt minuatur dolor Euandri, subiiciun- B tur exempla, & vulgatissima illa sententia, Omne solum forti patria est. *Sed deus*] vel fatum (Iouis enim verba fata sunt) vel quicunque deus offensus parricidio. *Cadmus in Aonia*] &c. Agenor rex Phœniciæ iussit Cadmo, vt quæreret sororem Europam, lege impia, vt non reuerteretur, nisi ea inuenta: qua diu frustrà quæsita, Cadmus exul in Bœotiam venit, vbi Thebas ædificasse dicitur.

PAVL. *Quæ*] Carmentis. *Simul*] postquam. *Conceperat animo æthereos ignes*] cœlestes & diuinos spiritus: cùm altius cogitatione in cœlum elata hausisset diuinam mentem, vt vaticinantes solent. vt est illud, Agitante calescimus illo. *Dabat vera carmina*] dabat responsa & oracula carminibus. *Ore pleno dei*] pleno numinis Apollinei. Nam vt ex Plutarcho diximus, Phœbo dedicata carminibus vera prædicebat. *Dixerat hæc nato*] &c. Inter cætera quæ illa vera prædixerat, hoc Euandro filio dixit, imminereq; sibi tumultus & seditionem in populo, qua ratione esset à patria fugiendum, quod euentu comprobatum. Sed solabatur eum parens, quòd in Italia esset sedem habiturus, quò ille parata classe venit. Dionysius ait, Euandri classem ex Arcadia non publico consensu missam, sed dissidente populo inferiorem partem vltro excessisse. Contigisse autem eo tempore, esse regem Aboriginum Faunum Martis pronepotem, qui cum multa charitate Arcades suscepit, deditque agri portionem, D quantam voluerunt: Arcadésque Carmentis diuina apiente collem elegisse, vrbémque extruxisse, nomenque imposuisse Pallantium, à metropoli eorum in Arcadia. Eustathius aliter sentit: nam vbi Tyrrhenorum meminit, ita de his subdit: In Tyrrhenis sunt Pelasgi, qui propter paupertatem illuc aliquando venerunt à Cyllene ex Arcadia, Euandro quondam eorum duce. Regnante autem in Arcadia Agamede Stymphali, hic (vt dicunt) fatidicæ matris suasu populum congregans, in Italiam venit, ibique quieuit, Pani templum dedicans, collem muniit, Pallantiúmque nominauit, à Pallante filio, quem extinctum in vertice ipsius collis sepeliit. Vnde etiam nunc Latini regum digna loca Palatium vocant, per detractionem duarum liquidarum. Et Trogus inquit, Euandrum Arcadiæ regem à Pallante vrbe descendentem, in Italiam cum mediocri turba populorum venisse, E Faunúmque & agrum, & montem benignè concessisse. Et quoniam Pallantium & Palatium attigimus, de eo quoque differamus, quoniam alij aliter dicunt. Varro dictum ostendit Palatium, quòd palantes cum Euandro venerunt: qui etiam Palatini, & Aborigines ex agro Rheatino, qui appellatur Palatium, ibi consederunt. Sed hoc alij à Palatia Latini putarunt. Eundem hunc locum à pecore dictum putant quidam. Itaque Neuius Balantium appellat. Pompeius verò ita inquit: Palatium, id est mons Romæ, appellatus est, quòd ibi pecus pascens balare consueuit: vel quòd palare, id est errare pecudes solerent: vel quòd ibi Hyperborei filia Pallanto habitauerit, quæ ex Hercule Latinum peperit. Alij eundem, quòd Pallas sepultus sit, existimant appellari. Nec prætereundus silentio Cyrillus autor græcus, qui sic inquit: Palatium nomen inuenit ex hoc in monte Palatino, vbi Faustu- F lus habitauerat Romuli nutricius: postea Cæsar Augustus habet domicilium, & inibi quoque prætorium. Et propterea etiam, si alibi diuersatur imperator, eo loco nomen Palatij habuit. Sed ad rem redeamus. *Dixerat hæc*] Carmentis. *Instare motus nato*] imminere filio Euandro tumultus & commotiones: seu seditionem, vt ex historia etiam habetur. *Et sibi*) matri. *Præterea & multa*) alia scilicet prædixit. *Nacta fidem tempore*) quæ sortita sunt effectum, nam fuere postea vera. *Nam iuuenis*) Euander. *Fugatus*) dissensione & seditione ciuili. *Cum matre nimium vera*] vt est illud in Heroid. Ah nimium miseræ vates mihi vera fuisti. G *Deserit Arcadiam*] patriam regionem. *Et larem*) domum propriam. *Parrhasium*) Arcadicum. Nam vt ostendimus, Parrhasia dicta est Arcadia. *Cui genitrix flenti*] &c. Verba hæc Carmentis, quibus mœrentem filium, quoniam patria pelleretur, artificiosissimè consolatur. Et quanquam diximus, dissidente populo H pulsum, tamen ex nostris sunt, qui dicant ideò fugatum, quòd patrem rusticus interemisset. Hoc interpres Virgilij testatur Honoratus. Idem ostendere velle Poëta videtur. Nam & eò tendunt matris argumenta, non scelere eum deliquisse. Prima tamen argumentatio hæc est ad dolorem illius leniendum, Noli lacrymari. Accedit ratio, Quia forti animo debes aduersam sortem ferre. Accedit confirmatio: Quoniam volebant fata, quorum voluntati reluctari nemo potest. Deinde est alia consolationis efficacior ratio: Ideò mœrere non debes, quia non tuo scelere pulsus, sed voluntate numinis tuâ imprudentiâ læsi. *Cui*] Euandro. *Flenti*) cùm fugeret. *Genitrix*) Carmentis mater inquit. *Siste lacrymas*) quasi noli lacrymari. *Ista fortuna*) quæ est tibi nunc aduersa: aut ista calamitas, quam tibi tulit fortuna. I *Est ferenda tibi*) toleranda à te. *Viriliter*] forti atque constanti animo, vt virum decet. Illud enim ad laudem spectat fortitudinis, æquo animo tolerare aduersa. *Sic erat in fatis*) ita ab initio fatali necessitate datum erat, vt effugere nullo modo posses. *Nec tua culpa fugauit te*] quasi tu sine crimine & culpa factis es pulsus, quia imprudenter deliquisti. non ergo tuum crimē te pepulit. *Sed deus*] ipsa deivolūtas. Quod etiā ad fatū, potes referre. Nā dicūt fatū, quod dij fantur, & deorum voluntatem. Cicero tamen sic definit: Fatū id appello quòd Græci εἱμαρμένην dicunt, hoc est, ordinem seriémque causarum, cùm causa causam ex se gignat: ea est ex omni æternitate veritas fluens sempiterna. *Pulsus es vrbe*) Pallantio patria. *Deo offenso*) quem non culpa, sed imprudentia offendit. Aut offenso, irato domui & tibi.

Nec meriti pœnam) &c. Alia argumentatio, qua o- K stendit illa leuiora, quæ sine culpa eius inferuntur. Ratio: quia magnum est, non delinquere scelere. Confirmatio quasi ex prouerbio sumpta. nam Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes. Deinde exornatio ab exemplis, quæ etiam vehementia sunt ad suadendum. *Nec pateris pœnam meriti*] quasi non plecteris exilio tuo delicto, quod mereris. *Sed iram numinis*) pateris, quòd habes iratum numen. *Est aliquid*] quasi non paruum est, immò ad vtilitatem redundabit. *Abesse crimen*) facti voluntatem: hoc est, voluntatem peccandi. *A tantis malis*] quæ potius in fata, aut in deos referantur, quàm in merita hominum. *Vt sua mens est cuique conscia*] quasi vt vnusquisque est conscius sui ipsius, siue bonæ, siue alienæ voluntatis: siue scelerata, siue officij. *Ita concipit intra pectora*] in animo suo. *Pro facto suo*] pro eo quod deliquit, siue volens, siue inscius. L *Et spem*) futurorum commodorum. *Et metum*] incommodorum. Nam si alioquin pius & imprudentia peccauit, potest bene sperare: si autem scelere, malè sperandum est. *Nec tamen vt primus*) &c. Ab exemplis quoque monet. Non eum esse primum inquit, qui talia mala pertulerit: sed heroes multi. Vt illud asserere videatur, quod est in Metam. Neque enim fortuna querenda Ista tua est: similes aliorum respice casus, Mitius ista feres. *Nec tamen mœres*) non tu doles, aut luges. *Vt primus passus talia*) veluti si primus esses, qui in talem incideris exilij calamitatem. *Ista procella*) calamitosum exilium. *Obruit*] immergit. Et est translatio à tempestate, qua fit naufragium. *Ingentes viros*) quasi magnos heroas.

Passus idem est) &c. Arguit nunc ab exemplo Cadmi Agenoris Phœniciæ regis filij: qui missus ad inquirendam Europam ab Ioue raptam, duram à patre legem accepit nisi inuenta illa, in patriam ne rediret. *Ex quo exul*] in Bœotia sedem sibi delegit, Thebásque condidit. *Cadmus est passus idem*) quod tu scilicet: hoc est, exilium. *Qui quondam pulsus*) à patre scilicet. *Ab oris Tyrijs*) à Phœnicia seu à Tyro clarissima Phœniciæ vrbe. vnde profecti sunt aliquando coloni & in Lybiam, & in fretum vsque ad Atlanticum. *Constitit exul in humo Aonia*) in Bœotia. Nam Aonia pars montana Bœotiæ.

Passus idem Tydeus, & idem Pagasæus Iason,
Et quos præterea longa referre mora est.
Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor,
Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet.
Nec fera tempestas toto tamen errat in anno:
Et tibi (crede mihi) tempora veris erunt.
Vocibus Euander firmata mente parentis
Naue secat fluctus, Italiámque tenet.
Iámque ratem docta monitu Carmentis in amnem
Egerat, & Thuscis obuius ibat aquis.
Fluminis illa latus, cui sunt vada iuncta Terenti,
Aspicit, & sparsas per loca sola casas.
Vtque erat, immissis puppim stetit ante capillis,
Continuitque manum torua regentis iter.
Et procul in dextram tendens sua brachia ripam,
Pinea non sano ter pede texta ferit.
Néue daret saltum, properans insistere ripa,
Vix est Euandri vixque retenta manu.

ANTON. *Passus idē Tydeus*) Mos fuit apud antiquos, vt reus homicidij exularet: vt Exilium dira pœnam pro cæde luebat. In regum tamen legibus (autore Seruio) lectum est, noxios homicidij anni spatio pœnam luere. Cæterùm Tydeus Oenei filius, pollutus sanguine Melanippi fratris sui, quem in venatione incautus occiderat, in exilium abiit, & contulit se ad Adrastum regem Argiuorum. Eum nonnulli dicunt sponte suâ occidisse, alij aliter. Sed constare videtur, interemptū ab eo fuisse germanum: vt, Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus. Sanè hic Tydei frater Melanippus, non Menalippus dicendus est: cùm vocetur à Græcis *μελάνιππος*. *Et idem Pagasæus Iason*) Afferuntur exempla ingentium virorum, quibus contigit exulasse: quòd & talis est, quem mater consolatur, & nemo sordidus, atque ignobilis, vel insignis infamia (vt apud Plutarchum legimus) exilij pœnam subire consueuit. Sanè Iason post interfectum Peliam, dolis Medeæ Corinthum abiit, vbi Creusam Creontis regis filiam duxit vxorem. Quare à Statio iure leuis dictus est, ob animi videlicet mobilitatem. Nullam enim firmo amore possedit vxorem, qui ipsam quoque Hipsipylen pietate insignem deserere non erubuit. Sciendum, Iasonem dici Pagasæum, hoc est, Thessalum: quia Æsonis filius fuit, fratris Peliæ, regis Thessaliæ. Legimus autem, Pagasas emporium fuisse vicinum Iolco: quo ex loco Pelias Iasonem ad nauem Argo foras emisit. Vnde Pagasas dictas volunt, quòd is ibi nauem Argo compegerit. Alij propter vicinos fontes ipsi loco nomen impositum putant: *πηγὴ* enim fontem significat. vnde pagus & paganus deducuntur. Philostephanus autor est, longa naue Iasonem primùm nauigasse, vt Plinius refert. *Omne solum forti patria est.*) Vt rebus bonis gaudendum non est, ita nec malis desperandum: sed medius tenor sequendus est. Itaque vir fortis exilio non tristatur, quippe qui totum orbem vnam vrbem esse censet: nec Romanum se, aut Atheniensem, sed mundanum existimat. Vnde Socrates interrogatus (vt inquit Cicero) cuiatem se esse diceret, mundanum inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. Et Diogenes, teste Laërtio, cùm quidam percontatus esset, vnde esset, mundanus ait. *Thuscis obuius ibat aquis*) Tyberinis: quia Tyberis è Thuscia labitur. *Fluminis illa latus*) &c. Dextrum latus fluminis dicit, aduersus vim Tyberis nauiganti. Si enim Carmentis secundo flumine veheretur ad sinistram ripam, Terentum haberet, qui locus est in campo Martio, sic dictus, quòd ara Ditis patris & Proserpinæ ibi terra conderetur. Antiqui enim (vt ait Festus) dijs superis in ædificiis à terra exaltatis sacra faciebant, dijs terrestribus in terra, dijs verò inferis in effossa terra. Detecta est autem ara Terenti, quo tempore Valesius duobus filijs & filiæ ad desperationem vsque medicorum laborantibus salutem quærens (autore Valerio Maximo, vbi de secularium ludorum initio loquitur) aram empturus, reliquit nonnullos in campo Martio, vbi Terentum fuisse diximus, vt constituendorum fundamentorum gratia terram ad solidum foderent. Qui egesta humo ad viginti pedum altitudinem, animaduerterunt aram Diti patri & Proserpinæ inscriptam. quam postea Valerius Publicola, cæsis atris bobus, lectisternióque ac ludis trinoctio factis, terra, vt antè fuerat, obruit. In eo loco deinde (vt quibusdam placet) sacra trigesimo quoque anno innouari consueuerant. Vnde illud est Martialis: Bis mea Romano spectata est vita Terento. *Pinea texta*) nauis tabulatum. quamuis è pinu ipsæ quoque naues vtilissimæ fiant. Virg. Dant vtile lignum Nauigiis pinos. Est enim hæc arbor, teste Plinio, aduersus cariē tineásque firmissima.

PAVL. *Passus idē Tydeus*) &c. Nunc ab exemplo Tydei & Iasonis, qui à patriis quoque sedibus exularunt. Tydeum aliqui dicunt fratrem Menalippum venando imprudentes occidisse. Sed Diodor. cū scribit Polyniceo ad Adrastū confugisse, prosequitur: Hoc tēpore Tydeus Oenei, cùm in Calydone Alcatū Lycothemq. nepotes occidisset, ex Ætolia profugit in Argos. His Adrastus benignè susceptis, quondā responso motus, vtrique filias vxores dedit, Polynici Argiā, Deiphilē Tydeo. *Tydeus*) Oenei regis Calydoniæ filius *Passus idē*) hoc est, exiliū. *Et idem*] est passus. *Iason Pagasæus*] Thessalicus, à Pagasis in Thessalia. Et Strabone teste, Pagasas dictas esse aiūt, quòd in eo loco nauē Argo cōpegerit. vel propter vicinos fōtes. i. pagas. Iasō à Pelia in Colchos missus est. Victor reuersus, post dedicatā nauē Argo Neptuno, ad Creontem Corinthiorū regē diuertit, secúmque vitæ reliquum tempus egit Corinthi, vt testis est Diodorus. Et hoc est quod in libris de Ponto inquit: Exul ab Æmonia Pyrenida cessit ad vndam, Quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua. *Et quos præterea*) etiam & alij passi sunt idem. *Quos referre longa est mora*) quasi nimium immorarer ad referendum. *Omne solum forti*) &c. Loquitur ex sententia, viro forti vbique esse patriam, iuxta illud: Omnibus est ingnam communis patria tellus, Vt vacuum volucri, piscibus vtque mare est. *Omne solum*) omnis tellus. *Est patria forti viro*) qui fortitudinis laude excellat. Quid enim est totus orbis, nisi vnius vrbis instar, quæ in plures vicos & regiones diuisa sit? quocunque ieris, in eadem es vrbe, sic in eadem patria: nec aliud est, in aliam regionem demigrare, nisi domum ipsam commutare. *Vt æquor*) mare est patria. *Piscibus*) quia omnibus aqua communis. *Et volucri*] vt auibus patria est. *Quicquid patet in orbe vacuo*) hoc est, in aëre. Vacuum enim aëra poëtæ dicunt. Quod non probat Aristoteles, cùm arguat, non esse dare vacuum in rerum natura. *Nec fera tempestas*) &c. A simili arguens, illud concludit, affutura quoq; illi tempora lætiora. Similitudo à tempore sumitur, nō toto anno durare hyemem. sic nec semper illum in calamitate futurum. *Nec tamen fera tempestas*) aspera hyems. *Errat in toto anno*) quia per totum annum non durat, sed verna æstiuáq; serenitas redit. *Crede mihi*) matri tuæ vera prędicenti. *Erunt & tibi tempora veris*) erunt lætiora fœlicioráq; tēpora. *Vocibus Euander firmata*) &c. Iam firmatus *παραινέσει*, quæ matri obediens, classe in Italiam veniens, in colle postmodū ab se nuncupato requieuit. *Euander firmata mente*) iam animo roborato & confirmato. *Vocibus parentis*] suasione & oraculo fatidicę matris. *Secat fluctus naue*] nauigat Ionium & Tyrrhenum æquor. *Et tenet Italiam*) nam post longam nauigationē appulit Italiæ. *Iámque ratem docta*) &c. Iam Arcades Italiæ appulerant, & fatidica nympha monente, ingressi sunt ostia Tyberina. Cúmq; aduerso amne nauigarēt, attollētibus iam se à dextra collibus, correpta est illa diuino furore: & firmato cursu, vix contineri potuit, quin in ripā desiliret: præsertim cum deserta tunc illa loca pręnosceret, quanta essent futura. Salutat ergo, & de illis oraculum aperit. *Iamque egerat*) Euander impulerat. *Ratem*) nauim. Verùm vt Pōpeius inquit, rates vocāt ligna colligata, quæ per aquā agūtur: quo vocabulo interdum etiā naues significauit. *In amnem*) in fluuiū Tyberinū. *Monitu docta Carmentis*) quasi ite fatidica matre monēte. *Et ibat obuius*] aduersus. *Thuscis aquis*] aquis Tyberinis

A nis: nauigabat aduersum fluuium, qui ex Hetruria labitur. *Illa*] Carmentis. *Afficit latus fluminis*] dextrã Tyberis ripam. *Cui* lateri, seu ripæ. *Sunt iuncta*] proxima. *Vada Terenti*] vadosa loca, per quæ Terentum vadebatur. Terentum aliqui esse putant inter Palatium & Auentinum, locum in quem Carmentis desiliit. Pompeius tamen: Terentum, inquit, locus est in campo Martio, dictus, quòd eo loco ara Ditis patris in terra occultaretur. Nota est historia, quã Valerius Maximus refert. Valesij rustici, habitantis in vico Sabinæ regionis, in eo loco aram Diti Proserpinæq; inscriptam reperisse, ibidémq; ob liberatos filios immolasse nigras hostias, triduo insuper ludos & lectisternia fecisse. Exemplum Publicola secutus, boues mares atros Diti, fœminas Proserpinæ immolauit, lectisternia & trinoctes ludos fecit. Inde institutos Tauros ludos putant, in honorem deorum inferorũ.
B Pompeius autem refert ad tempora Tarquinij Superbi, cùm magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas, quæ fuerat facta ex carne diu vendita taurorum: ob hoc dijs inferis instituti, & Tauri vocati sunt. *Et aspicit*] videt ipsa Carmentis. *Casas sparsas*] aliqua pastorum tuguria, velut hinc inde dispersa. *Per loca sola*] colonis carentia. *Et vt erat*] quemadmodum. *Immissis capillis*] passis & pendentibus longè crinibus. Immissum enim, pro dimissum, id est, longius pendens. Vnde Sisenna: Barba immissa, & intonso capillo. *Stetit ante puppim*] quo ex loco triremem egressura, in terram desiliũt. *Et torua*] ferox & furens: quia diuino spiritu repleta. *Continuit manum regentis iter*] illius qui temonem gubernabat, G tenuit manum, ne vlterius progrederetur, sed in ripam deflecteret, & cursum sisteret. *Et tendens sua brachia*] extendens procul. *In dextram ripam*] Tybridis sub ipsis collibus. *Ferit pinea texta*] ipsa nauis tabulata. *Non sano pede*] sed furente, vt repletæ spiritu solent. *Neve properans insistere ripæ*] properans egredi, & sistere in ripa Tybridis. *Daret saltum*] ne desiliret. *Vix & Vix*] cum difficultate. *Est retenta manu Euandri*] vix potuit eam retinere filius Euander, quo desiliret.

> *Diíque petitorum, dixit, saluete locorum,*
> *Túque nouos cœlo terra datura deos.*
> *Fluminaque, & fontes, quibus vtitur hospita tellus,*
> *Et nemorum diuæ, Naiadúmque chori.*
> *Este bonis auibus visi natóque mihique,*
> *Ripáque fœlici tacta sit ista pede.*
> *Fallor? an hi fient ingentia mœnia colles?*
> *Iuráque ab hac terra cætera terra petet?*
> *Montibus his olim totus promittitur orbis.*
> *Quis tantum fati credat habere locum?*
> *Et iam Dardaniæ tangent hæc littora pinus,*
> *Hic quoque causa noui fœmina martis erit.*
> *Chare nepos Palla funesta quid induis arma?*
> *Indue, non humili vindice cæsus eris.*
> *Victa tamen vinces, euersáque Troia resurges:*
> *Obruet hostiles ista ruina domos.*

ANTON. *Nouos cœlo terra daturа deos*] Romulum, Iuliũ Cæsarem, Augustum. *Fallor? an hi*] &c. Fiet vrbs, cui omnia mundi miracula cedura sunt. *Hic quoque causa*] &c. vt alibi fuit Helena, ita hic Lauinia erit causa bellorũ. Virg. Causa mali tãti cõiunx iterũ hospita Teucris. *Funesta quid induis arma*] quia Pallas Euandri filius interficiendus à Turno: vt, Pallantis pueri victum quẽ vulnere Turnus Strauerat. *Indue, non humili*] &c. Præuisa morte Pallantis, suadet ne arma induat: cognita verò vindicta, subiungit, indue. *Obruet hostiles ista*] &c. Romani à ruina Troiana per Æneam deducti, Græcorum domos obruent. Nam L. Mũmius, cui victoria Achaici cognomen dedit, omni Achaia in ditionem accepta, Corinthum Achaiæ caput, &
D Græciæ decus, vbi Romanorum legati violati fuerant, ex senatusconsulto diruit. Virg. Veniet lustris labentibus ætas, Cùm domus Assaraci Phthiam clarásque Mycenas Seruitio premet, & victis dominabitur Argis. Sed & alij quoque Græcos domuerunt, vt Q. Cecilius Metellus, cui L. Mũmius victoriam intercepit: & multis annis antea Curius & Fabricius, à quibus Pyrrhus superatus est. Quare Virgilius, teste Aulo Gellio reprehensus est, diuersas personas & tempora confundens, vbi ait: Eruet ille Argos, Agamemnoniásque Mycenas, Ipsúmque Æacidem, genus armipotẽtis Achillis, Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ. Vnde si medius versus eximatur, nihil est quod reprehendi queat.

PAVL. *Diíque petitorum*] &c. Oratio Carmentis ad Latinos colles, quos simul & locorum numina salutat: & vt bono omine visi sint, optat: aperítque oraculo secreta fata, extruenda
E illis in collibus mœnia, habitura totius orbis monarchiam, Troianósque iam affuturos, & fœminam noua bella concitaturam, periturúmque nepotem Pallanta, sed non omnino inultum. Quin etiam per Æneam aduehenda Troiana sacra, & ea in posterum in templo Vestæ seruanda, gubernandáq; per Cæsarem omnia, & Augustæ domui imperium orbis deberi. *Dixit, Saluete ò dij locorum petitorum*] numina horum locorum, quò nos ex Arcadia venimus. *Et tu o terra*] salue etiam tu tellus. *Datura*] quæ dabis. *Nouos deos cœlo*] quos non ipsa accipies vt cæteros, sed tu dabis: & hoc ob Romulũ & Cæsarem, qui in deos relati sunt. Et Valerius: Reliquos, inquit, deos accepimus, Cæsares dedimus. *Et flumina*] saluete. *Et fontes*] etiam saluete. *Quibus*] fluminibus & fontibus. *Vtitur tellus hospita*] quæ nos alienigenas hospitio suscipiet. *Et saluete diuæ nemorum*] Dryades & Hamadryades. Dryades,
F deæ nemorum: a δρῦς quod est quercus: vel δρυμὸς locus arbustus. Hamadryades, quæ cum arboribus nascuntur & moriuntur. *Et saluete chori Naiadum*] cœtus nympharum, quæ fluminibus & fontibus præestis. *Este visi*] vos loca, & locorum dij. *Esse visi & nato*] Euandro. *Et mihi*] matri. *Bonis auibus*] bono augurio, & fausto fœlicique omine. *Et hæc ripa*] Tyberina. *Sit tacta fœlici pede*] fœliciter attingamus ripam

hanc. *Fallor*] &c. Nunc incipit vaticinari ingentem in ipsis collibus vrbem extruendam, totiq; orbi dominaturam, eidémq; leges & iura da- H turam. *Fallor*] decipiórne, an verum est, quod mente concipio? *An hi colles*] &c. an his collibus magna vrbs surget. Etenim septem colles complexa est vrbs ipsa, Palatinum, Capitolinum, Auentinum, Cælium, Exquilinum, Viminalem, Quirinalem. *Et cætera terra*] vniuersus orbis. *Petet iura ab hac terra*] hæc enim tellus iura dabit gẽtibus vniuersis. *Totus or-* I *bis olim*] in futurum. *Promittitur*] à dijs & fatorum decretis. *His montibus*] vbi condetur vrbs. *Quis credat locum*] hunc scilicet, nunc incultum & solum. *Habere tantum fati*] vt tantum sibi promittant, quò sit dominaturus vniuersæ terræ. *Et iam Dardaniæ*] &c. Iam aderunt Troianæ naues: & hic quoque, quemadmodum ad Troiam, pro fœmina bella gerentur. Et Virg. Causa mali tanti coniunx iterum hospita Teucris, Externique iterum thalami. *Et iam Dardaniæ pinus*] Troianæ naues ex pinu fabricatæ. *Tangent hæc littora*] venient in hãc oram Italicam. *Et iam*] dixit, quasi non multò pòst. At vt Dionysius inquit, sexaginta annis ante res Troianas in Italiam Euander venit. *Hic quoque*] hic etiam in Latio, velut ad Troiam. *Fœmina*] Lauinia Latini filia. *Erit causa noui martis*] noui belli inter Turnum & Æneam, de quo inferius di- K cemus. *Chare nepos Palla*] &c. Vaticinatur nunc de nepote, hoc est, de Pallãte Euãdri filio, in bello perituro, sed non sine vltione: nam & interemptorem Æneas interimet. Poëta qui vaticinium refert, per hæc alludit ad Virgilianam Æneidem, vbi latius bellum illud explicatur. Dionysius tamen id non asserere videtur, cùm referat, Polybium Megalopolitanum ostendere, adolescentem Pallantem ibi mortuum, & nomen dedisse loco: fuisse verò Pallantem ex Hercule & Dyna Euandri filia natum. Et subdit Dionysius: Ego tamen neq; sepulchrũ Romæ Pallantis vllum vidi, neq; parentalia, neq; aliud ex consuetis sacris cognoscere quicquam potui, velut Euandro, & alijs heroibus, & Carmenti aras erectas, & reliqua. Eustathius tamen ostendit, Pallantem Euandri filiũ fuisse, & in eo colle sepultum, & Pallantium ab eo denomi- L natum. *O Palla chare nepos*] quia filij filius. *Quid induis arma funesta*] mortem & funus afferentia: quasi quid ibis in militiam, in qua hostili manu moriere? *Indue*] vt exhortetur, cùm dehortari visa sit, id ne exterreat, quòd casurus ea militia sit. Nam pusillanimis esset, mortem subterfugere. *Ergo indue*] etiam cùm sis sub ipsis moriturus. *Non eris cæsus*] interemptus. *Humili*] obscuro aut ignobili. *Vindice*] vltore: sed nobili, & magnanimo, & illustri. Te enim interimet Turnus rex Rutulorum, & Æneas de eo vindictam & supplicium sumet. Vindictam dictam volunt à Vindicio, qui coniurationem detexit illorum iuuenum, qui erant Tarquinios recepturi, vt testis est Liuius secundo ab Vrbe condita. *Victa tamen vinces*] &c. Vaticinabatur illa ante bellum

A Troianum, & mente contéplabatur iam victam & euersam Troiã. Prædicit ergo eam & victurã, & resurrecturam, atque hostes domituram. *Tu Troia victa*] a Græcis scilicet. *Vinces*] ipsos hostes. *Et euersa*] quam Græci diruunt. *Resurges*] sed in Italia, & hoc propter vrbem Romã ab Æneæ pronepotibus ædificãdam. *Ista ruina*] immo illud exiguũ, quod tuis supererit ruinis. *Obruet*] euertet. *Hostiles domos*] vrbes Græcas, nã omnis Græcia succubuit Romanis, & Corinthũ totius Græciæ lumẽ funditus euerterũt. Etiã & quod Virg. loquit: Cùm domus Assaraci Phthiã clarásq; Mycenas Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis. Sed Ouidius locũ hunc à Propertio accepit, dicẽte: Dicã Roma cades, & Troica Roma resurges. Verùm Ouidius de Troia loquutus: Propertius autẽ de vrbe Roma, cuius imperium 350. postea annis defluere cœpit: sed omnino resurrectura est licèt etiam nunc imperet aliqua ex parte. Sederat longius imperatura, & priscæ maiestatis formam resumptura ante tempora pronepotum.

Vrite victrices Neptunia mœnia flamma:
Nunc minor hic toto est altior orbe cinis.
Iam pius Aeneas sacra, & sacra altera patrem
Afferet, Iliacos accipe Vesta deos.
Tempus erit, cùm vos orbémque tuebitur idem:
Et fient ipso sacra colente deo.
Et penes Augustos patriæ tutela manebit,
Hanc fas imperij frena tenere domum.
Inde nepos natúsque dei, licèt ipse recuset,
Pondera cælesti mente paterna feret.

ANTON. *Iliacos accipe Vesta deos*] Sacra Vestalia, de quibus suo loco dicem', Æneas è Phrygia in Italiam transtulit. vt sic ait: Et manibus vittas, Vestã-B que potentẽ, Æternũmq; adytis efferet penetralibus ignem. Ea primus in vrbem dicitur Numa Pompilius intulisse. *Tempus erit*] &c. Iulium Cæsarem dicit, qui primus orbis imperium tenuit, fuitque Pontifex maximus. Eum Naso alibi Vestæ sacerdotem vocat: vt, In me acui sceleratos cernitis enses, Quos prohibete precor, facinúsque repellite, neve Cæde sacerdotis flammas extinguite Vestæ. Erat Pontifex maximus (autore Plutarcho in Numa) sacrarum virginum custos, quas Vestales appellãt: cui constat omnia sacra & publica & priuata fuisse subiecta, cuiúsC que iussu Vestales Virgines, si forte earum negligentia æternus ignis extinctus esset, flagro cædebantur. Hæ quanti ab eodem Cæsare fierent, illud ostendit, quod paulo ante mortem testamentum idibus Septembris a se conditum, Vestali virgini demandauit: quem postea imitatus Augustus, testamẽtum suum apud sex virgines Vestales deposuit, teste Suetonio. *Et fient ipso sacra colente deo*] Deum Cæsarem vocat, qui postea in deorum numerum relatus est. & sic dictum, vt illud: Fortunate senex, ergo tua rura manebunt. Quamuis scimus, vaticinanti omnia esse præsentia Lucanus: Venit ætas omnis in vnam Congeriem, miserúmque premunt tot secula pectus. *Cùm penes Augustos*] &c. repetendum est, Tẽpus erit. *Nepos natúsque Dei*] Augustus accipiendus est, qui iure adoptionis fuit diui Cæsaris filius: iure autem consanguinitatis, nepos. Ex Accia enim sorore Cæsaris natus est: liD cèt eam nonnulli neptem Cæsaris fuisse tradiderint. *Licèt ipse recuset*] Constat (vt scribit Suetonius) Augustum bis de reddenda repub. cogitasse: primò post oppressum Antoniũ, ac rursus tædio longæ valetudinis. Sed Virgilij sententiam secutus (vt autor est Seruius) tenuit principatũ cum Agrippa: vtile fore, tyrannidem relinquere, longa oratione contendisset, quod Mecœnas dehortari magnopere conabatur. Idem & dictaturam magna vi offerẽte populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est: eúmque ex ludos spectante, à Mimo pronunciatum esset, O dominum æquum & bonum: non est passus deinde vel ioco, vel seriò se dominum appellari. *Pondera cælesti mente*] &c. Cœlesti mente inquit, quia viuenti Augusto diuini honores exhibiti sunt: vt, Præsenti tibi maturos largimur honores. Hoc ergo dicit, Diuus Augustus paterni imperij ponde-E ra diuino consilio sustinebit. Audio quosdam ad Tiberium referre, quæ hoc in loco de Augusto dicta sunt: cùm semel sibi persuaserint, Ouidium hoc opus inscripsisse Tiberio, quod falsum esse ostensuri sumus. Atque vt id planum faciamus, ita Octauianum Augustum, non Tiberium esse dicimus, quem autor hic appellat nepotem natúmque dei: tum alijs rationibus, quas libet omittere: tum quòd Liuiam Drusillam, vxorem Augusti, ac Tiberij matrem, quam Ouidius post Augustum laudat Carmentis vaticinio, constat à marito delectam fuisse, probatámque vnicè ac perseueranter, vt Suetonius scribit: contrà verò Tiberio, cui autor hoc opere placere studet (si quorundam opinioni credimus) ita fuisse inuisam, vt indignè tulerit, actum esse in senatu, vt titulis suis quasi Augusti, ita & Liuiæ filius adijceretur. Et vt cætera prætereantur, quibus nobis idẽ Suetonius astipulatur, F ægræ adesse nõ curauerit, & funeratã prohibuerit cõsecrari.

PAVL. *Vrite victrices*] &c. Per quandam ironiæ speciem in Græcos inquit, Redigite Troiã in cineres: at hic cinis & vos subiget, & toti dominabitur orbi. *Flamma victrices*] flãmæ victricis Græciæ. *Vrite Neptunia mœnia*] ipsa Troiana Pergama, à Neptuno Phœbóque constructa. *Hic cinis*] Troianæ vrbis, quã in cinerem redegistis. *Nunc minor*] quia vobis inferior. *Est altior*] sublimior. *Toto orbe*] quia tanti est, vt toti orbi sit imperaturus. *Iam pius Aeneas*] &c. Æneas feret Troiana sacra in Latium, & deos penates, qui in templo Vestæ seruabantur. *Iam Aeneas pius afferet sacra*] Troiana, & quæ fuerunt illa quidem, quæ ab Hectore fuerant commendata, Sacra H suósque tibi commendat Troia penates. *Et afferet patrem*] per Appositionem. *Altera sacra*] altera à prioribus. Nam illa deorum immortalium, hoc verò hominis, sed quem ipse in deos retulit, nam pro deo colui voluit. At hoc in loco, cùm, Afferet patrem, dicat, intelligamus de Troia in Siciliam, vbi ea vinctum sepeliit. Non desunt qui dicant, cum quoque venisse in Latium. *O Vesta, accipe deos Iliacos*] deos Troianos. De templo Vestæ intelligit, quod postea Numa condidit: vbi seruata sunt sacra Troiana, & Palladium, & dij penates. Nam cum his idem Æneas Vestam & eius mysteria tulit in Italiam. Vnde subdit ad illa Hectoris verba: Sic ait, & manibus vittas, Vestámque potentem, Æternúmque adytis effert penetralibus ignem. Romæ autem postea ea seruata sunt, cum deorum penatium simulacris, de quibus diis apud Theodosium disseritur. Nigidius autem de diis lib. 19. requiI rit: Num dij penates sint Troianorum Apollo & Neptunus, qui muros eis fecisse dicuntur: & num eos in Italiam Æneas aduexerit. Labeo de diis penatibus eadem existimat. Hanc opinionẽ secutus Maro dicitur, eo in loco: Sic fatus, meritos aris mactauit honores, Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo. Varro humanarum secundo, Dardanum refert deos penates à Samothrace in Phrygiam, & Æneã ex Phrygia in Italiam detulisse: sed qui eo in libro non exprimit. Sed qui diligentius eruunt veritatem, penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Et alij aliter disserunt. De his autem qui seruantur in templo Vestæ, ita Dionysius inquit: Hos deos Romani penates vocant. Qui verò ipsum nomen in linguam græcam conuertunt, alij patrios, alij genethlios, sunt & qui ctesios, alij mychios, alij herceos appellant. Deos ipsos, qui sint, postea refert. Adolescentes duos sedentes, pila tenentes, iuuenes militari aspectu K apparet, quod ipse viderit. De Palladio & Vesta inferius suo loco dicemus. *Tempus erit*] &c. Hoc ad C. Cæsarem referturi, qui & Pontifex maximus, & sacerdos Vestæ, curam erat illorum habiturus, & orbi imperaturus, & referendus in deos. *Erit tempus*] cùm idem Cæsar. *Tuebitur*] sustentabit, & curam geret. *Et vos*] deos Iliacos, & Vestæ sacra: quia non per alium, quàm per Pontificem & virgines administrabantur. *Et tuebitur idem orbem*] quia erit orbis rector. *Et fient sacra*] Vestæ & diis penatibus. *Ipso deo colente*] ipso Pontifice administrante, qui in deos referetur. Et de hoc etiam inferius hoc dictum pro Octauio Augusto, qui imperio succedat: & digna est domus Augusta, quæ orbem regat. *Et tutela patriæ*] cura Romanæ vrbis, & Romani imperij. *Erit penes Augustos*] erit penes Octauium Augu-L stum, & eius domum. Sed cur Augustus, suo loco dicemus. Penes hic plus significat quàm apud, vt superius diximus. *Fas est*] quasi dignum & conueniens est. *Hanc domum*] Augustam scilicet. *Tenere frena imperij*] Per translationem ab equis: quasi gubernare imperium Romanum. *Inde nepos natúsque*] &c. Hæc pro Tiberio & Germanico dicta, filio & nepote Augusti ex adoptione, qui erunt imperio successuri.

Inde] postea. *Nepos*] Germanicus. *Et natus*] Tiberius filius. *Dei*] Augusti: quoniam & illi diuini honores persoluti sunt. *Feret pondera paterna*] reget imperium patris.

Cælesti mente] diuina quadam prudentia. *Licèt ipse recuset*] quamuis ipse Tiberius recusaturus sit imperij nomẽ, vt supe-

A trus quoq; diximus. Etsi Poëta scripsit hos Fastorũ libros viuente Augusto, non tamen edidit. Nam emendauit prius, & multa addidit. Etenim hic locus apertè indicat Tiberiana tẽpora, quanquam vaticinium refert. Tiberius enim fuit, qui diu recusauit imperium. Et quod superius adduximus, in libris de Ponto inquit itidem de Tiberio: Qui frena rogatus Sæpe recusati ceperit imperij. Et Suetonius diu recusasse refert, imprudentissimo animo adhortãtes nunc amicos increpantem, vt ignaros, quanta bellua esset imperium, nunc precantem senatum, & procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis suspendentem. Et tandem (vt idem asserit) quasi coactus, & querens, miseram & onerosam iniungi sibi seruitutem, recepit imperium, &c.

Vtque ego perpetuis olim sacrabor in aris,
Sic Augusta nouum Iulia numen erit.
Talibus vt dictis nostros descendit in annos,
Substitit in medio præscia lingua sono.
Puppibus egressus Latia stetit exul in herba:
Fælix exilium cui locus ille fuit.
Nec mora longa fuit: stabant noua tecta, nec alter
Montibus Ausonijs Arcade maior erat.
Ecce boues illuc Erytheidas applicat heros,
Emensus longi clauiger orbis iter.
Dúmque huic hospitium domus est Tegeæa, vagantur
Incustodita læta per arua boues.
Mane erat: excussus somno Tirynthius heros,

ANTON. *Sic Augusta nouum*] &c. Octauianus cùm fecisset diuortiũ cum Scribonia, Liuiá Drusillam matrimonio Neronis prægnãtem vxorẽ duxit, dilexitq; (vt diximus) ita, vt in testamento iusserit eam B ferre nomẽ Augustæ, defeceritq; in oculis eius, & in hac voce: Liuia nostri coniugij memor viue ac vale. Hæc est, de qua Ouidius cùm exularet, scribens ad Augustũ, ait: Liuia sic tecum sociales compleat annos, Quę nisi te nullo coniuge digna fuit. Idem alibi: Tu quoque conueniens ingenti nupta marito, Accipe non duris supplicis aure preces. Et alibi: Quę pręstat virtute sua, ne prisca vetustas Laude pudicitiæ secula nostra premat. Quæ Veneris formam, mo- C res Iunonis habendo, Sola est cœlesti digna reperta toro. Eandem auctor in vlt. Metamor. sanctam dicit, dum Augusto placere studet vt, Prolem sancta de coniuge natam Ferre simul nomẽq; suum curasq; iubebit. *Stabant noua tecta*] oppidum, quod in Palatio Euander condidit. *Ecce boues illuc*] &c. Herculem abduxisse boues dicitur ex Erytra insula, quam Pherecydes (vt autor est Strabo) Gades esse dixit: quamuis quidam aliter senserint. Est autem hæc insula extra columnas Herculeas, prope erumpentem in Oceanum Bætim, stadiis centum longa, & opidibus insignis, ita vt idem Strabo vno ætatis suæ censu audiuisse se scribat, equestris ordinis Gaditanos viros quingentos esse census, quod nulla vrbs Italiæ præter Patauium habuit. Fuerunt in insula maxima pascua, fertilitate præstantia: vnde armenta Geryonis illic fuisse finxerunt, quæ dicitur Hercules abdu- D xisse. Sciendum tamen, in Hispania tres reges fuisse fimillimos, quibus abstulit armenta Hercules, quique in Herculem bella mouentes interfecti sunt. Quare fingitur Geryon trium capitum (secundum Hesiodum) siue tricorpor, occisus ab Hercule, & priuatus armentis. Virgil. in 8. Æneid. Nam maximus vltor Tergemini nece Geryonæ, spolíisque superbus Alcides aderat, tauróſque hac victor agebat. Sanè Tyrij profecti à rubro mari, siue Erythræo, cui ab Erythra rege (vt inquit Plinius) nomen inditum est, hanc insulam Erythram vocauere. Sunt qui boues ab Hercule abductos dicunt non ex hac insula, sed ex alia, quæ Lusitaniam intuetur, & Geryonem fuisse Chrysaori filium regis Iberiæ. Lege Diodorum. Erythra à quibusdam ἐρύθεια, id est, Erythea, dicitur. *Domus Tegeæa*] domus Euandri Arcadis. Est enim Tegeæa oppidum Arcadiæ: E vnde Tegeæus & Tegaticus deducuntur: vt, Adsis ô Tegeæe fauens. & Non plura interprete lingua. Nunciat excelsis ales Tegeaticus astris.

PAVL. *Vtque ego perpetuis*] &c. Vltimo loco vaticinatur de seipsa, & Iulia Augusta, hoc pacto: Vt mihi erunt aræ dedicatæ, ita Iulia Augusta referetur in deas. Carmenti enim (vt Dionysius meminit) ara fuit erecta sub Capitolio, iuxta portam Carmentalem. De Iulia Augusta non legimus aliquid sacri: immo Iulias filiam & neptem omnibus probris contaminatas relegauit Augustus. Nisi fortè Poëta alludat ad formam: aut, vt qui longè ab Italia summotus fuerat, dissimulat res vrbanas. Aliqui legunt, Liuia Augusta: quod magis probauerim. Námque illam in primis princeps Augustus amauit. Cessere huic vni cætera coniugia. Aut de Liuia Germanici filia tunc admodum F parua intelligas. *Et Vt ego olim*] in futurum. *Sacrabor in aris perpetuis*] vt referar ego in deas, & erunt mihi à Pontificibus aræ consecratæ. *Sic Iulia*] aut Liuia Augusta. *Erit nouum numen*] noua dea. *Talibus Vt nostros*] &c. His dictis, in medio verborum cursu loqui desijt. *Talibus dictis*] postquam talia verba dixerat. *Vt descendit in nostros annos*] vt rerum fama venit in nostra tempora. *Lingua præscia*] vox illa fatidica, & pręscia futurorum lingua] *Substitit in medio sono*] in medio sermone, aut in medio furore vaticinantis linguæ. *Puppibus egressus*] &c. E classe Arcades exeunt, & in ripa graminea consistunt, vt G bénique condunt, quã- uis alij vicum dixerint: breuíque factum est, vt in Latinis collibus nemo esset Euandro superior. *Exul*] Euander. *Egressus puppibus*] H è naui. *Stetit in herba Latia*] constitit in gramine Latino, aut sedem fixit in collibus herbidis. *Fælix exilium*] fuisse illud Euandrico. *Cui fuit ille locus*] cui contigit figere sedem in Italia, & vbi condenda erat vrbs Roma. Exilium (vt in Tristibus quoque diximus) triplex esse Martianus inquit, aut certorum locorum interdictionem, aut latam fugam, vt omnium locorum interdicatur, præter certum locum: aut insulæ vinculum, id est, in insulam relegationem. *Nec fuit longa mora*] non longe post eius aduentum. *Stabant noua tecta*] quæ ædificauerat: quasi stabat iam oppidum ab Euandro conditum. *Nec alter erat maior montibus Ausonijs*] nullus erat superior in Latinis montibus. *Arcade*] ipso Euandro Arcadum duce. *Ecce boues illuc*] &c. Dum in Pallantio re- I gnaret Euãder, Hercules peragrato orbe, abducens ex Hispania Geryonis armenta, illuc appulit, susceptus est comiter hospitio ab Arcadibus. Dúmq; illic quiesceret, à latrone Caco furto abducti sunt duo tauri in occultam spelũcam: quos cũ mugitus prodidisset, ab Hercule est interemptus latro: immolatóq; altero ex illis, aram maximam sibi cõstituit. De his latius in 8. Æneid. diximus. *Ecce heros*] vir excellẽs, & cæteris virtute præstans. *Clauiger*] Hercules clauam ferens. *Emensus iter longi orbis*] quasi emẽsus orbem lõgo itinere. Nã ex Creta, vbi exercitum parauit, in Ægyptum traiecit: & peragrata Libya, in Hispaniam venit, & inde in Italiã. *Applicat illuc*] in Latium, apud Pallantium. *Boues Erytheides*) armẽta Geryonis: ab Erythra insula in extrema Hispania. Verùm Erythreũ mare rubrũ dicitur (vt Strabo testis est) ab Erythra filio Persei, qui in illis locis imperauit. Etiam insula extra fretũ A- K tlanticum, ad dextram, exiguo quodã spacio à Gaditana distãcta: quæ, teste Plinio, vocatur ab Ephoro & Philide Erythrea, à Timæo & Sileo Aphrodisias, ab indigenis insula Iunonis maior. Timæus Pythiusam aliquando vocatam ait. Nostri Tarteson appellant: Pœni Gaditãtam, Punica lingua sepem significauit. Et subdit Plinius: Erythra dicta est, quoniam Tyrij habitatores ab origine eorum orti ab Erythreo mari ferebantur. In hac Geryones habitasse à quibusdam existimatur, cuius armenta Hercules abduxerat. Diodorus autem labores Herculis referens, decimum ait ab Eurystheo iniunctum fuisse, vt Geryonis boues, qui in Iberia loca aduersus Oceanũ sita pascebãtur, ad se deduceret. Vulgata erat fama, Chryseum, seu Chrysautum (hoc enim nomen à diuitiis traxerat) vniuersæ Iberiæ imperantem, tres habere propugnatores filios, tum robore corporis, tum armis egregios: L exercitum præterea cuilibet fortissimorum militum esse. Horum maiorem natu volunt aliqui Geryonem dictum fuisse. Illuc post peragratam Libyam, Anteo & Busiride peremptis, Hercules cùm venisset, Chrysaoris filios tribus magnis exercitibus fidentes, singulari prouocatione sustulit. Capta Iberia, armenta boum secum abducens, post multa transcendẽs Alpes, Liguribus deinde ac Tyrrhenis relictis, ad Tyberim fluuium peruenit, vbi Roma multis postea seculis condita fuit. Tenebant tunc Aborigines, quod nunc Palatium appellant. Hos inter, præstantiores Potitius & Pinarius erant, qui Herculem vt hospitem magno honore donísque suscepere. Hæc ex Diodoro excerpsimus, reliqua suis in locis dicentur. Eustathius Euan-

drum hospitio recepisse Herculem, à Geryonis bobus reuertentem ait: quod & Naso noster, & Virgilius quoque testantur. *Dum domus Tegeaea*] domus regis Arcadici: à Tegeæa oppido, quod est in Arcadia. *Est huic*] Herculi. *Hospitium*] quasi dum hospes ab Euandro retinetur. *Boues incustodita*] sine vllo custode *Vagantur per lata arua*] vagantes passim per agros pascebantur. Aruum est (vt Varro de re rustica inquit) quod aratum, necdum satum. *Mane erat*] qua si iam illuxerat, post quietem Herculis. De mane superius diximus. *Heros Tirynthius*] à Tirynthe oppido in Bœotia, in quo natus est. *Excussus somno*] excitatus à quiete.

De numero tauros sentit abesse duos.
Nulla videt quærens taciti vestigia furti:
Traxerat auersos Cacus in antra ferox.
Cacus Auentinæ timor atque infamia syluæ,
Non leue finitimis hospitibúsque malum.
Dira viro facies, vires pro corpore, corpus
Grande: pater monstri Mulciber huius erat.
Próque domo, longis spelunca recessibus ingens
Abdita, vix ipsis inuenienda feris.
Ora super postes, affixáque brachia pendent,
Squallidáque humanis ossibus albet humus.
Seruata male parte boum, Ioue natus abibat:
Mugitum rauco furta dedêre sono.
Accipio, reuocamur, ait: vocémque secutus,
Impia per syluas victor ad antra venit.
Ille aditum fractis præstruxerat obice montis,
Vix iuga mouissent quinque bis illud onus.
Nititur hic humeris cælum quoque sederat illis,
Et vastum motu collabefactat onus.
Quod simul euersum est, fragor æthera terruit ipsum,
Ictáque subsedit pondere molis humus.
Prima mouet Cacus collata prælia dextra,
Rémque ferox saxis stipitibúsque gerit.
Quis vbi nil agitur, patrias male fortis ad artes
Confugit, & flammas ore sonante vomit.

ANTON. *De numero tauros sentit abesse duos*] Virgilius quatuor tauros, & totidem iuuencas scribit abductas, vt: Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros Auertit, totidem forma superante iuuencas. *Cacus Auentinæ*] &c. Hic Vulcani filius fuit, vt poëtæ fabulantur, ore ignem & fumum vomens. Secundum autem historicos, Euandri seruus nequissimus, vel scelestissimorum hominum princeps: quod eius nomen indicat: nam malū Græci κακὸν dicunt. Hic agros igne populabatur, quem loco eiusdem nominis prodidit: vnde sacellum meruit, in quo ei per virgines Vestæ res diuina fieri consueuit. Caci spelūca fuit in mōte Auentino: qui solus è septem vrbis montibus (vt Aulus Gellius meminit) cùm cæteri intra pomœrium essent, diu extra pomœrium fuit: quòd in eo monte Remus aues irritas habuerit, superatúsque in auspicio à Romulo sit. vnde locus in summo Auentino Remoria dicebatur, autore Festo. Eum diuus Claudius intra pomœrium dicitur recepisse, quem quidam tradunt à Remo Remonium appellatum. Loco quem Cacus habitauit, Salinæ nomen fuit, autore Solino, vbi est nunc porta Trigemina. *Pater monstri Mulciber huius erat*] Vulcanus Mulciber dicitur, quòd ignis omnia mulceat, id est, molliat, ac vincat: licèt quidam à mulctando dictum putauerint, quasi mulctiberum. *Abibat*] non tam longe abierat, vt inclusorum boum mugitum audire non posset, quem mouerant alij mugientes ad desiderium relictorum. *Obice montis*] saxo ingenti. *Nititur hic humeris*] &c. Si Herculis humeri cœlum pro Atlante sustinuerant, cur non saxum euerterent?

PAVL. *Sentit abesse duos tauros de numero*] cognoscit ex omni numero duos boues esse surreptos. *Quærens*] inquirens quid esset de bobus. *Nulla videt vestigia taciti furti*] nec aliquod signum, nec pedum vestigia discernit, per quæ furtum occultum deprehendi posset. *Cacus*] latro: qui ab ipsa re dictus est Cacus, quoniam κακὸς malus. *Ferox traxerat*] quasi summis viribus abstraxerat. *Auersos boues*] retrouersos: quia non rectis vestigiis. *In antra*] in speluncam boues per caudam traxerat, vt inde viderentur egressi potius, quàm ingressi. Et hoc illi refellendi criminis poterat facultatem afferre, apparentibus in contrarium vestigiis. Hunc Cacum Vulcani filium & Virgilius, & Ouidius, & alij multi fuisse ostendunt, & tandem ab Hercule peremptū. Multa ex his quæ à poëtis referuntur, Dionysius attigit, sed fabulosa putans. At veram ipse historiam recensens, Cacum ait præpotentem quendam immanium hominum principē in munitis locis habitasse, ac propterea grauem accolam finitimis fuisse. Hic vt Herculem in propinquo campo castra habentem sensit, latronum more incursione vsus est subita, atque prædam abegit, quantam incustoditam reperit. Interclusus tamen est à Græcis, & vi capta sunt oppida, & ipse interfectus est. Sed nos Poëtam sequamur. *Cacus Auentinæ timor*] &c. Incolebat Cacus Auentini montis syluam, quam suis grassationibus & formidandam reddebat, & infamem: eratque tam vicinis, quam peregrinis infensus. Monstrosa illi facies, & monstrosum corpus erat. Illi spelūca domus, ante cuius aditum, pro victorum spoliis, membra humana affixerat. *Cacus*] Repetitio nominis infansti. *Timor atque infamia syluæ Auentinæ*] quia Auentini (de quo dicemus in quarto) nemorosi montis accola, propter suas populationes reddebat syluam Auentinam timendam & infamem. Nam omnes formidabant propius accedere, sic illa reddebatur infamis. *Non leue*] ergo graue. *Malum*] Allusit ad nominis significationem. nam κακὸς malus. *Finitimis*] vicinis. *Et hospitibus*] peregrinis. *Facies viro*] erat scilicet. *Dira*] truculenta, & deorum ira nata. Dirum enim, quasi deorū ira natū dicimus. Et Virg. Semihominis Caci facies quam dira tegebat. *Vires pro corpore*] pro magnitudine corporis. *Corpus grande*] ingens: sic ingentes vires. *Mulciber*] Vulcanus. *Erat pater huius monstri*] Hoc à Virgilio accepit: sic enim ille inquit, Huic monstro Vulcanus erat pater. *Spelunca ingens*] vastum antrum. *Longis recessibus*] quæ intrò longè recedebat. *Erat pro domo*] nam spelunca erat eius domus. Et Virg. Hic spelunca fuit vasto summota recessu. *Abdita*] occulta. *Vix inuenienda ipsis feris*] erat ita occulta spelunca, vt feræ, nedum homines vix eam inuenire potuissent. *Pendent ora*] hominum vultus. *Et brachia*] humana. *Pendent super postes*] in postibus ora & brachia pendebant, pro trophæis & spoliis, grassationes & truculentiam illius indicantia. *Et humus*] terra *Squalida*] fœdata. *Albet*] albere videtur. *Humanis ossibus*] tot enim homines interemerat, vt omne illud solum humanis ossibus tegeretur, & sic humus albere videbatur. Vt de cæde Latinorum apud Virgil. Campíque ingentes ossibus albent. Et de Caco dixerat: Sempérque recenti Cæde tepebat humus, foribúsque affixa superbis Ora virûm tristi pendebant pallida tabo. *Seruata malè parte*] &c. Hercules non deprehenso furto abire cœperat, & in ipso discessu boues inclusi mugierunt. Et Liuius inquit: Ex loco infesto agere porrò armentum occœpit. Inde cum actæ boues quædam ad desiderium, vt fit, relictarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem conuertit. Et Virgil. Discessu mugire boues, atque omne querelis Impleri nemus, & colles clamore relinqui. Reddidit vna boum vocem, vastóque sub antro Mugiit, & Caci spem custodita fefellit. *Natus Ioue*] Hercules Iouis filius. *Abibat*] discedebat. *Parte boum malè seruata*] non bene custodita. *Furta*] boues, quos ille furto subtraxerat. *Dedere mugitum*] mugierunt. *Rauco sono*] nam in spelunca sonus videtur raucus. *Accipio, reuocamur*] &c. Mugitum inclusarum sequutus Hercules ad speluncam venit. *Accipio*] audio mugientes. *Ait*] Hercules. *Reuocamur*] ad inuenienda & plectenda furta. *Et sequutus vocem*] mugitum boum. *Victor*] voti compos: aut victor & domitor omnium monstrorum. *Venit ad antra impia*] ad speluncā impij & crudelis Caci latronis. *Ille aditum fractis*] &c. Cacus in antro se incluserat, munierátque aditum saxo ingenti, quod iugati boues viginti vix mouissent. *Ille*] Cacus.

A *Præstruxerat*] occluserat. *Aditum*] ostium speluncæ. *Obiecta fracti montis*] obiectu & oppositione saxi ingentis, quod è monte effregerat. Et Vergil. Ruptisque immane catenis Deiecit saxum, ferro quod & arte paterna Pendebat, fultósque emunit obice postes. *Vix mouissent*] mouere potuissent. *Illud onus*) onerosum saxum. *Bis quinque iuga*] hoc est, decem iugatorum buum paria. Sed accepit hoc ab Homero, ex saxo Diomedis: Saxum ingens, medio quod forte iacebat in agro, Bisseni quod vix iuuenes tellure mouerent, Impulit, & magno conamine misit in hostem. *Nititur hic humeris*] &c Innixus Hercules humeris, quibus & cœlum sustinuerat, commouet constringitque saxum, cuius impulsi fragore aër caterrere videbatur. *Hic*] Hercules. *Nititur humeris*] nititur in aduersum omni conatu, vt inde impellat molem obiectam. *Cœlum quoque sederat illis*] humeris scilicet. Nam ferunt pro Atlante ceruicem cœlo

B supposuisse. Vnde ipse in Metam. Hac cœlum ceruice tuli. Et in Hercule furente Seneca: Subdit mundo caput, Nec flexit humeros molis immensæ labor, Mediúsque collo sedit Herculeo polus, Immota ceruix sidera & cœlum tulit. *Et collabefactat motu*) concutiens crebro motu constringit. *Onus vastum*) immensum: hoc est, onerosam saxi molem. *Quod*) saxum. *Semel*) postquam. *Est euersum*) quasi postquam impulit & euertit. *Fragor*] ille ingens sonitus & strepitus ex euersione & confractione saxi *Terruit æthera*] aëra *Et humum icta*] terra percussa. *Pondere molis*] ponderosa saxi mole. *Subsedit*] quasi inferius pressa est. *Prima mouet Cacus*] &c. Patefacta iam spelunca, Cacus cùm subterfugere magis non posset, cœpit conserere manus, & saxis & stipitibus in hostem pugnare. Quibus cùm nihil profecisset, cœpit euomere ignem, quæ magna erat illi paterna vis, ita vt Ætnæi ignis eructationes imitaretur *Cacus mouet prima prælia*] primùm ipse pugnare cœpit. *Collata dextra*] quasi cominus manum conferens. *Et feroa gerit rem*] agit pugnam. *Saxis*

G *& stipitibus*] hæc enim erant sua arma, vt ab ingressu speluncæ Herculem prohiberet. Vnde Liuius: Quem cùm vadentem ad spelũcam Cacus vi prohibere conatus esset, ictus claua, fidem pastorum nequicquam inuocans, morte occubuit. *Quis*] pro, quibus armis *Vis*] postquam *Nil agitur*] quia nil iuuat illis armis in Herculem pugnare. *Male fortis*] parum, aut non fortis, habita Herculis ratione. *Confugit ad patrias artes*] ad Vulcanios ignes, quos Vulcani industria inuentos veteres arbitrati sunt. Nam cùm (vt Diodorus inquit) arbor in montibus ictu fluminis conflagrasset, ligna propinqua hyberno tempore à flãma sunt comprehensa. Qua ex re Vulcanum calore lætatum, homines conuocasse ad eius aspectum, tanquam à se repetti, dicunt. Ergo hic Cacus patriis artibus vtebatur. *Et vomit*] euomit. *Flammas ore sonante*] ex ipsa eructatione flammarum sonitum edebat.

H.

ANTON. *Quas quoties proflat, spirare Typhoëa credas.*] Diuiditur in hoc loco diphthongus: vt in illo versu, Æthereas ausum sperare Typhoëa sedes.

C Est autem Typhœus gigas, cui Virgilius Inarimen insulam superimpositam dicit, vt: Inarime Iouis imperiis imposta Typhœo. Similiter & Lucanus: vt, Conditus Inarimes æterna mole

Quas quoties proflat, spirare Typhoëa credas,
Et rapidum Aethnæo fulgur ab igne iaci.
Occupat Alcides, adductáque claua trinodis,
Ter quater aduersi sedit in ore viri.
Ille cadit mixtásque vomit cum sanguine flammas,
Et lato moriens pectore plangit humum.
Immolat ex illis taurum tibi Iuppiter vnum
Victor, & Euandrum ruricolásque vocat.
Constituitque sibi, quæ maxima dicitur, aram,

trigeminam portam. Sed Herculem dico; cùm aram Maximam sibi instituit, aram instituisse, non templum: quam et ab Euandro dicatam nõnulli tradiderunt, vbi sacra Romulus prima ex omnibus peregrina cepit. Hanc aliquando, cùm vicino conflagraret incendio, liberatam à Pinariis ferunt: apud quã nec lectisternium fiebat,

Typhœus. Legimus & Siciliam ei superimpositam, vt: Vasta giganteis iniecta est insula membris Trinacris, & magnis subiectũ molibus vrget, Æthereas ausum sperare Typhoëa sedes. Quod nos mouere non debet, adeò poëtis licet ferè omnia comminisci. Nam & in Mysia Typhœum esse fabulantur, cùm regio causta dicatur, vbi summa camporum facies cinerulenta est, montana, petrosa, & nigra: quod qui-

D dam ex crebro ictu fulminum contingere putauerunt. In eiusmodi igitur locis, vbi natura vim igneam præ se tulit, iure Typhœum esse finxerunt: qui dum latus vertit, flammas euaporare dicitur. Quare alii sub Ætna Siciliæ hunc esse dicunt. Pindarus verò, cùm sciret, omnem tractum à Cumis vsque in Sicilia ignitum esse, & profundas quasdam atque in vnum coeuntes cauernas habentem, non solùm sub Lipare, sed & Puteolano agro, Neapolitano, ac Baiano, necnon & Pithecusis sepultum finxit iacere Typhœum. *Constituitque sibi*] &c. Hercules, autore Solino, longè ante vrbem conditam dicauit quidem aram patri inuentori, cùm de Caco supplicium sumpsisset, ac se (vt inquit Dionys.) cæde pollutum flumine abluisset. Ea fuit iuxta portam Trigeminam: vouerat enim Ioui aram se erecturum, si amissas

E boues repperisset. Sed ea non est ara, quæ Maxima dicta est: idem enim Hercules suo numini, non Ioui aram constituit in foro boario, siue (vt quibusdam placet) prope id forum, quæ Maxima apud Pontifices habebatur, atque (vt placet Seruio) ex magnitudine fabricæ, Maximæ nomen accepit. Cauendum autem, ne quidam nos in errorem inducant, qui tradiderunt, Herculem sibi ædificasse templum in foro boario, idque Aram Maximam appellasse, quod falsum est. Nam vt Virg. ait, Hanc aram luco statuit: non hanc ædem, siue hoc templum. Item, Araque sacerdos non ædis, templíve sacerdos. Vnde ait Seruius, Poëtam ideo dixisse Aræ, quia nondum templum Herculis fuerat, sed ara tantummodo. Et Solinus manifestè aram maximam distinguit à consepto, quod sibi Hercules instituit, vbi sacrorum ritus sanctis bouicidiis Potitios docuit, quò diuinitus neque muscis,

F neque canibus ingressus erat: quia cùm visceratione sacrificii litares, Myiagrum deum dicitur imprecatus, clauámque in aditu reliquisse, cuius olfactu canes refugerunt. Nec me latet, duas ædes Herculis Victoris fuisse Romæ, vt scribit Macrobius, sic dicti, quòd omne animalium genus vicerit. Alteram in foro boario rotundam (vt Liuius scribit) ad quam Pudicitiæ Patriciæ sacellum fuit. Alteram ad

I nec sacrificabatur, nisi aperto capite: quem morem Varro græcum esse ait. Ideóque id fieri C. Bassus memoriæ prodidit, teste Macrobio, quòd ara Maxima ante aduentum Æneæ in Italiam constituta est, qui velandi capitis ritum inuenit. Ibi etiam sacrificantes lauro coronabantur: quæ consuetudo multo post Romam conditam sumpsit exordium, postquam in Auentino Laurentum fuit. Nam Euandrum constat ante vrbem conditam vsum populo Herculi gratissima. Huius dei sacris mulieres in Italia interesse non licebat: quoniam Herculi Geryonis boues per Italiam ducenti sitientique respondisse mulier dicitur, aquam se nõ posse præstare, quòd fœminarum deæ celebraretur dies, nec ex eo apparatu viris gustare fas esset. Cæterùm Plutarchus duas inquit aras in templo Herculis fuisse: vnam ex qua viri gustabant, alteram ex qua fœminæ. Huic deo Romani

K bonorum suorum decimas vouere soliti sunt, secundo atque optimo eorum euentu, qui id fecissent: quod Hercules ita fore dicitur, nondum relatus in deorum concilium, prædixisse, teste Diodoro. Nos qui Verum atque Omnipotẽtem Deum colimus, pudeat impietatis nostræ, pudeat auaritię ac temeritatis, dum vsurpantibus nobis quæ Dei sunt, tãtæ maiestatis spernuntur imperia. Et miramur, potuisse barbaros his temporibus Italiam attingere, ac sæuire in sanguinem nostrum.

PAT. *Quas*] flammas. *Quoties proflat*] flando emittit. *Credas spirare Typhoëa*] credas spiratum esse Typhœi ignes ex Ætna efflantis. Typhœus vnus è Gigantibus, Terræ filius (vt Ouidius ostendit) Siciliæ suppositus. Nam in Metam. lib. 5. sic ait: Vasta Giganteis iniecta est insula membris Trinacris, & magnis subiectum molibus vrget, Æthereas ausum superare Typhoëa sedes. Et paulò: Degrauat Ætna caput,

L sub qua resupinus arenas Eiectat, flammámque fero vomit ore Typhœus. Huic ergo Poëta Cacum comparat. Lucanus Homerum imitatus, suppositum Inarimæ insulæ Typhœum dixit, Conditus Inarimes æterna mole Typhœus. Et cùm sit diphthongus in secunda syllaba, poëtę aliquando diuidunt. *Et credas iaci*] emitti. *Rapidum fulgur*] velocem coruscationem. *Ab igne Aetnæo*] qui ex Ætna erumpit, qui mons est in Sicilia. Sed de eo inferius. Aliqui legunt, Ab igne æthereo: tunc ad fulmen referas, quòd imitetur ille fulmina. *Occupat Alcides*) &c Hercules ita se tuentem Cacum admota claua peremit, conciditque ille moriens, & ignes simul & animam euomuit. *Alcides*] Hercules. *Occupat*] apprehendis

A & detinet illum. *Et claua trinodi*] trium nodorum. *Adducta*] admota illius capiti. *Ter quater*] quasi pluries. *Sedit*] hæsit. *In ore viri aduersi*] in vultu & capite Caci, quod vndique contudit. Claua Herculis dicta à *κλάω*, quod est frango: quoniam omnia confringit. *Ille*] Cacus. *Cadit & vomit flammas cum sanguine*] eomit sanguineam animam, cuius sedem in sanguine esse dicunt, & ignes fumidos. *Et moriens plangit humum*] verberat terram *Lato*] amplo. *Pectore*] Plangere est crebrum manu percutere: vt illud, Mea pectora planxi. Ab illo dictum est, Plangit humum: quia moriens ille percutiebat crebrò terram pectore. *Immolat ex illis*] &c. Interfecto Caco (velut est apud Dionysium) Hercules vt vidit locum successioni maleficiorum aptè positum, speluncam ipsam euertit, furique superiecit. Cúmque se flumine ob recentem cædem abluisset, aram ei loco proximam

B erexit Iouis inuentoris, quæ est Romæ iuxta portam Trigeminam. Immolauitq; deo iuuencum, gratum munus inuentionis boum. Euander cùm vellet omnes homines prævenire deorum honoribus, Herculem primus placans, aram illi studiosè extemporalem erigit, immolat iuuencum indomitum, precatúrque vt sacra perficiat. Admiratus Hercules, quasdam ex bobus immolans, epulum populo dedit: excerpens ea alia præda decimas, reges ipsis multa regione donat. Dicunt præterea, familias duas fuisse illustrium, qui cerimonias didicerint Græcas, Potitios & Pinarios: penes quas familias multum tempus durauit cura sacrificij, vt ille instituerat. Ara verò, ad quam Hercules decimam obtulit, vocata est à Romanis Maxima: est enim foro boario proxima, veneratione que apud incolas inter cæteras præ-

C cipua. Hæc ex Dionysio pauca è multis excerpsimus. Diodorus autem inquit: Hercules ob honorem sibi à Palatinis impensum dixisse fertur, eos qui sibi, postquam ad deos translatus esset, decimam bonorum dicarent, vitam fœlicē victuros: quod & euenisse vsque ad hoc tempus constat. Multi enim Romanorum non solùm mediocri censu, sed qui ditissimi sunt habiti, decimas Herculi vouerunt: posteáque fortunatiores facti, bona sua ad quatuor talentorū millium Herculi sacrarunt. Lucullus Romanorum fermè ditissimus, æstimatis bonis, decimam Herculi partem dedit, epulas præbens continuè, ac profundens multa. Templum insuper iuxta Tiberim egregium Herculi condidere Romani, in quo ex decimis sacra deo offeruntur. Et Liuius prosequens ad ea quæ de morte Caci retulimus: Euander, inquit, tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis quàm imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo literarum, rei nouæ inter rudes artium homines. Venerabilior

G diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sybillæ in Italiam aduentum miratæ eæ gentes fuerant. Is tum Euander concursu pastorum trepidantium circa aduenam, manifestè reum, excitus, postquam facinus facinorisque causam audiuit, habitum formamque viri aliquantū ampliorem augustiorémque humana intuens, rogitat qui vir esset: vbi nomen, patrémque, ac patriam accepit: Ioue nate Hercules salue inquit. Te mihi mater veridica interpres deûm aucturum cœlestium numerum cecinit, tibíque aram hic dicatum iri, quam opulentissima olim in terris gens Maximam vocet, tuóque ritu colat. Dextera Hercules data, accipere se omen, impleturúmque fata, ara condita atque dicata ait. Ibi tum primùm boue eximia capta de grege, sacrum adhibitis ad ministerium dapémque Potitijs ac Pinarijs, quæ tum familiæ maximè inclytæ ea loca

H incolebant, factum. Forte ita euenit, vt Potitij ad tempus præstò essent, iísque exta apponerentur. Pinarij extis adesis ad cæteram venirent dapem. Inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis solennibus vescerentur. & reliqua Virgilius quoque hanc rem pluribus versibus in octauo Æneidos refert. Sed de his hactenus. *O Iupiter, Victor*] Hercules. *Immolat*] mactat. *Tibi vnum taurum ex illis*] ex duobus qui fuerant surrepti, alterum immolauit. *Et vocat Euandrum*] regem. *Et ruricolas*] vt adessent sacrificio. Verùm venere illi ad Herculem lauro coronati. *Et constituit sibi aram*] statuit & consecrauit aram. *Quæ maxima dicitur*] Nam appellata fuit ara Maxima, & erat (vt Dionysius inquit) iuncta foro boario. Poëta in ipso foro fuisse ostendit. Ideo inquit:

Hic vbi pars urbis de boue nomen habet.
Nec tacet Euandri mater, propè tempus adesse,
Hercule quo tellus sit satis vsa suo.
At fælix vates, vt dijs gratissima vixit,
Possidet hunc Iani sic dea mense diem.
Idibus in magni castus Iouis æde sacerdos
Semimaris flammis viscera libat ouis.
Redditáque est omnis populo prouincia nostro,

ANTON. *Hic vbi pars Vrbis*] &c. Boarium forum aliqui dictum putant à boue, quem ibi Hercules immolauit. Festus verò sic dictum scribit, quòd boues ibi venderentur. A-

D lij ab æreo tauri simulacro, quod (vt scribit Cornelius Tacitus) fuit in eo foro: quoniam id genus animalium aratro subditur. Ibique sulcus designandi oppidi cœptus est, vt magnam Herculis aram amplecteretur. Id simulacrum fuit ex ære Æginetico: licet constet, Æginam æs non gignere, vt inquit Plinius. Sed ea insula temperatura officinarum ita nobilitata est, vt bos æreus inde captus in foro boario fuerit, qui (vt idem tradit) Æginetici æris exemplum fuit. *Nec tacet Euandri mater*] &c. Prædicit Herculis deificationem. Hinc Euander apud Liuium, A Ioue nate Hercules salue, inquit, Te mihi

E mater veridica interpres deûm aucturum cœlestium numerum cecinit. *Idibus in magni*] &c. Idibus Ianuarijs flamen dialis in æde Iouis Capitolini mactat veruecem. Sunt qui accipiant agnam lætam & pinguem, vt possis eam semimarem appellare. Omnes enim idus (vt diximus) huius dei nomine festas sanxit antiquitas. Vnde auctor ait suprà, Idibus alba Ioui grandior agna cadit. Consueuit autem flamen albatus (vt apud Aulum Gellium legimus) Ioui hostiam immolare: cui gratum esse arietem, illud ostendit, quòd Libero patri in Libya cum toto exercitu sitienti, & oranti vt Iupiter opem ferret, occurrit aries, qui monstratis aquis, sub oculis admirantis euanuit. Vnde in Lybia stat tortis cornibus Ammon. *Redditáque est omnis populo prouincia nostro*] per legatos videlicet, pace terra marique parta, vt diximus.

F Nam si aliter interpreteris, nihil fere afferri poterit, quod procedat.

PAVL. *Hic vbi pars Vrbis habet nomen de boue*] vbi est forum boarium: quod forum ita appellatum volunt aliqui, quòd ibi bouem Hercules immolauerit. Alij ab ænea bouis statua, quæ ibi erat. Poëta hoc in loco Herculem victorem vocauit. Idem & Virgilius fecit: Hæc, inquit, limina victor Alcides subiit. Varro Diuinarum lib. 4. Victorem

I Herculem putat dictum, quòd omne genus animalium vicerit. Romæ autem Victoria Herculis ædes sunt duæ, vna ad portam Trigeminam, altera in foro boario. Huius commenti causam Massurius Albinus Memorabilium lib. 2. aliter exponit: Marcus, inquit, Octauius Herennius prima adolescentia tibicen, postquam artis suæ diffisus est, instituit mercaturam: & bene re gesta, decimam Herculi profana-

K uit. Postea, cùm nauigans hoc idem ageret, à prædonibus circumuentus, fortissimè repugnauit, & victor recessit. Hunc in somnis Hercules docuit, sua opera seruatum: cui Octauius impetrato à Magistratibus loco, ædem sacrauit, & signum, Victoremque incisis literis appellauit. Dedit ergo epitheton deo, quo & argumentum veterum victoriarum Herculis, & commemoratio nouæ historiæ, quæ recenti Romano sacro causam dedit, contineretur. Hæc ex Aurelio. Verùm quis crederet, tot iam elapsis seculis, ab eo tempore, quo celebris erat illa ara, illis diebus, quo hæc Romæ profitebar, in vltimo angulo fori boarij, ab his qui marmora inquirebant, reperta est ara Maxima, & effossa ærea Herculis statua, cum multis circa eam epigrammatibus, quæ omnia delata mox fuere in Capitolium, & in atrio dominorum conseruatorum

L collocata, atque omnibus visenda patent. *Nec tacet Euandri*] &c. Carmentis vaticinata est, citò fore quo Hercules in deos referretur. Dionysius non Carmentim, sed Euandrum diuinationem hanc matris Herculi aperuisse refert. Idem etiam & Liuius ostendit. *Nec tacet*] ergo fatur. *Mater Euandri*] Carmentis. *Propè adesse tempus*] proximè futurum. *Quo tellus sit satis vsa suo Hercule*] quo terra iam satis fructus ab Hercule accepisset: nam Hercules omnem tellurē monstris expurgauit. Ergo post absoluta officia ad deos migraturus est. *At fælix vates*] &c. Retulit iam vnde haberet originem festum Carmentalium. Connectit: vt illa dijs fuit acceptissima, sic celebratur eius festum tertio idus Ianuarias. *At fælix vates*] Carmentis ex eo fælix,

quia fatidica. *Vt vixit dijs gratissima*] ex viuens fuit gratissima diis. *Sic dea*] ipsa relata in deas. *Possidet hanc deam*] quæ est tertia iduum. *Mense Iani*] Ianuarij mense. *Idibus in magno*] &c. Idibus Ianuarijs immolatur Ioui veruex, diésque illa relata in Fastos: in ea enim Octauius Cæsar Augustus cognominatus est, qui post extinctam Cleopatram in vrbem reuersus, tres triumphos egit, vnum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium ex Cleopatra continuo triduo. Deinde compositis rebus, & omnibus prouinciis in certam formam redactis, Augusti cognomen assumpsit (vt Tranquillus testis est) Munatij Planci sententia, cum quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis, præualuisset, vt Augustus potius vocaretur, non tantùm nouo, sed etiam ampliore: quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab auium gustu, gestúue: sicut etiam Ennius docet, scribens Augusto augurio, postquã inclyta condita Roma. Idem & Pompeius asserit, augustum esse locum sanctum, ab auium gustatu, siue gestu. *Sacerdos castus*] purus & sanctus flamen dialis. *Libat flammis*] sacrificat. *Viscera ouis semimaris*] ceruecis. Ideo semimarem dixit, quia adempti sunt testes genitales. *In æde magni Iouis*] in templo Iouis Capitolini. *Idibus*] ipso die iduum Ianuariarum. Et superius diximus, idibus immolari agnam: sed in his idibus immolatur veruex. *Et omnis prouincia est reddita populo nostro*] imperio populi Romani. Nam omnes prouincias in certam formam redegit, & totus orbis succubuit: vt diximus ferè in principio, in illis versibus, Dexter ades ducibus. & reliqua.

Et tuus Augusto nomine dictus auus,
Perlege dispositas annosa per atria ceras:
Contigerant nulli nomina tanta viro.
Africa victorem de se vocat: alter Isauras,
Aut Cretûm domitas testificatur opes.

ANT.

Et tuus Auguste] &c. Idibus quoque Ianuarijs Octauianus Cæsar, auus Germanici, cui hoc opus inscriptum diximus, hostibus iam domitis, & omnibus prouinciis in certam formam redactis, Augustus cognominatus est: quem in infantia Thurinum dictum Suetonius scribit, vel in memoriam maiorum originis, vel quòd eo recens nato, eius pater Octauius in regione Thurina aduersus fugitiuos rem prosperè gessisset. Idem & Octauianus dictus est, à patre Octauio: & C. Cæsar, Iulij Cæsaris testamento. Sed Augusti cognomen assumpsit Munatij Planci sententia. Cùm enim quidam censerent eum Romulum appellari, præualuit vt Augustus vocaretur, amplissimo cognomine: quòd loca religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab auium gestu, gustúue: vt, Centum oratores augusta ad mœnia regia ire iubet. Abusiuè tamen loca nobilia, & quasi maiestatis plena, augusta dicimus: vt, Si quando sedem augustam seruatáque mella Thesauris relines. Libet hoc loco percontari ex his, qui hoc opus Tiberio inscriptum volunt, quonam modo interpretentur hoc carmen, Et tuus Augusto nomine dictus auus. Quisnam est hic auus Tiberij, qui idibus Ianuarijs Augusti nomen accepit? Respondebunt scio, quod vnum respondere soliti sunt, esse Iulium Cæsarem, quem huius mensis idibus interfectum esse, & augustum, id est, diuinum nomen assumpsisse contendunt, quòd in deorum numerum sit relatus: et, Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. Præter hoc quid aliud dicant, non habent, nec habere se aliud confitentur. Sed videamus, quàm hoc sit ridiculum, quàm puerile, quàm falsum. Vbi legistis amici, et vobis respondeam, vbi inquam somniastis, Iulium Cæsarem idibus Ianuarijs cæsum esse? Atqui & Seruius, & Eusebius, & Suetonius tradunt, Iulium Cæsarem idibus Martijs, non Ianuarijs periisse. Quare placuit, idus Martias parricidium nominari, & ne vnquam eo die senatus haberetur. Idem etiam docet Ouidius in tertio huius operis libro, vt: Præteriturus eram gladios in principe fixos, Cùm sic à castis Vesta locuta focis: Ipsa virum rapui, simulacráque nuda reliqui: Quæ cecidit ferro, Cæsaris vmbra fuit. Desinite igitur veritati, desinite inquam Ouidio, quem peruertitis, reluctari: & legite quæso epistolam, quam autor exul scribit ad Suillum, cùm Augustus humanis rebus excessisset, quã ibi quoque Germanici auum vocat: vbi pollicetur, eiusdem Germanici laudibus omne suum ingenium seruiturum, vt: Et modò Cæsar auum, quem virtus addidit astris, Sacrarunt aliqua carmina parte tuum. Si quid adhuc ergo viui Germanice nostro Restat in ingenio, seruiet omne tibi. In eadem epistola Germanicus ab Ouidio Cæsar iuuenis dicitur, vt: Dij tibi sunt Cæsar iuuenis, tua numina placa. Idem alibi: Te iuuenum princeps, cui dat Germania nomen. Constat autem, eo tempore senem fuisse Tiberium, vt facillimè ostendi potest. Sed hæc satis. Nunc qui hac in re à nobis atque à vero dissident, cum sua pertinacia relinquantur. *Perlege dispositas*] &c. Auorum imagines, quæ in atrijs expressæ singulis disponebantur armarijs, vt quidam dicunt: vt, Tota licèt veteres exornent vndique ceræ Atria. *Africa victorem de se*] &c. Pub. Corn. Scipio, qui secundum bellum Punicum confecit, Hannibale ex Italia reuocato, à victa Africa, Africani cognomen accepit. Hic primus Romanorum Sardonice vsus est, quæ gemma inde Romanis fuit celeberrima. *Alter Isauras*] &c. P. Seruilius, sub quo scribit Suetonius Iulium Cæsarem in Cilicia breui tempore meruisse, Cilices, qui maria inuaserant, & se piratis ac prædonibus maritimis miscuerant, non incruenta victoria superauit: & deinde Isauriam omnem, latronum domicilium, qui Romanis negocia exhibebãt, subegit: vnde Isauricus cognominatus est. Eos postea, qui multis cladibus domiti, terra se continere non poterant, atque in aquas resiliebant, Pompeius magnus intra quadragesimum diem ita domuit, et nulla gẽs in posterum sit reperta fidelior. Frontinus refert, Seruilium, Isauram oppidum, flumine, ex quo hostes aquabantur, auerso, ad deditionem siti compulisse. Is proconsul ad prædonum bellum missus est, et autor est Ruffus, viámque per Taurum montem primus instituit, & de Isauris ac Cilicibus triumphauit. conferuntur autem in vnum illustrium virorum diuersa cognomina, vt exaggeretur nomen Augusti. *Aut Cretum domitas*] &c. Metellus Creticus, Metelli Macedonici filius, ac frater Balearici, Cretam insulam, quæ aduersus Romanos fauisse Mithridati videbatur, ferro & igne populatus est. vnde nihil amplius quàm cognomen Creticum reportauit, cùm antea Cretenses, captis quibusdam nauibus M. Antonij, non sine summo dedecore populi Romani victoriam reportassent. Martialis: Creta dedit magnum, maius dedit Africa nomen, Scipio quod victor, quódque Metellus habet. Est autem Cretum genitiuus, à nominatiuo Cres, qui à Græcis κρὴς dicitur.

Et tuus auus] hoc est, Cæsar Octauius, Tiberij ex adoptione pater, & auus tuus ô Germanice. *Est dictus Augusto nomine*] quasi cognominatus Augustus. Per hæc verba quid nisi desipientis ingenij est, dicere opus hoc Tiberio dicatum, cuius auus Augustus dictus non fuerit, sed pater? Constet tãdem, de Germanico intelligendum. *Perlege dispositas*] &c. in laudem tanti cognominis: cũ alij alios sibi titulos & cognomina vendicarint, nemo tamen ampliore cognomento vocatus est. *Perlege*] oculis perlustra. *Ceras dispositas*] statuas cereas: quarum vsus erat, antequam ex ære aut marmore fierent.

PAVL.

Per atria annosa] digestas statuas cum inscriptionibus suis per antiqua nobilium atria, nobilitatem generis, & clarissima facta referentes.

Nulli viro] nulli vnquam ex Romanis ducibus.

Contigerant tanta nomina] tam magna cognomina, quàm magna Cæsari Augusto contigerunt.

Africa victorem] &c. Vt magis illud Augusti cognomen extollat, refert etiam, vnde alij cognomenta acceperint. nam plerunque à victis gentibus fuere tradita.

Africa vocat victorem de se) nam victa victori à suo nomine cognomen dedit. P. Cornelius Scipio, P. Scipionis filius ad arcendum ex Italia Hannibalem, Africam prouinciam accepit, reuocatum bello Hannibalem in patrio solo fugauit, Carthaginem domuit, tributariam reddidit, & inde Aphricani meruit cognomento vocari.

Alter) hoc est, P. Seruilius Isauricus.

Testificatur) quasi suo cognomento refert.

Isauras opes domitas] potentiam Isaurorum populorum, quos vicit, & multas eorum vrbes expugnauit P. Seruilius, vnde Isauricus appellatus est. Isauria regio Asiatica, Ciliciæ annexa est. *Aut opes Cretum*] Cretensium: ab eo quod dicimus Cres Cretis. Q. Metellus proconsul, Cæcilij Metelli Macedonici filius, Cnosson, & Lyction, & Cydonem, aliásque plurimas Cretæ insulæ vrbes expugnauit. Questus tamen est aliquando, gloriam rerum à se gestarum à Pompeio sublatam præteriri, qui in Cretam legatum miserit, ad capiendas vrbium deditiones: tamen ex ea illustri victoria Cretici cognomen assumpsit. De Creta dicemus in tertio

Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum:
Ille Numantina traxit ab vrbe notam.
Et mortem & nomen Druso Germania fecit:
Me miserum, virtus quàm breuis illa fuit.
Si petat à victis, tot sumet nomina Cæsar,
Quot numero gentes maximus orbis habet.
Ex vno quidam celebres, aut torquis adempti,
Aut corui titulos auxiliaris habet.
Magne tuum nomen rerum est mensura tuarum:

Hunc Numidæ faciunt] &c. Metellus Numidicus, L. Luculli auunculus (autore Plotarcho) is qui lingua latina castè ac purè vsus videtur (vt Aulus Gellius scribit) victo Iugurtha rege Numidiæ, Numidicus cognominatus est. Nota est historia apud Salustiū. Hic vir nō minus grauis, quàm disertus in censura, orationem dixit ad populum, qua eum ad ducendas vxores exhortatus est. Idem cùm Smyrnæ exularet, & in theatro reuucationis literas accepisset, non prius eas legit, quàm spectaculum finiretur. *Illum Messana superbum*] Valerius Messala, postquam Messanam vrbem Siciliæ nobilissimam cepit, Messala cognominatus est, autore Macrobio. Id oppidum est in Pelori sinu, freto incumbens, vt inquit Silius, nimiúmque reuulsa discretum Italia, & orim Osco memorabile. Strabo scribit, Messenios, qui Peloponnesum habitant, condidisse Messanam: vnde & nomen mutauit. Cùm enim prius Zancle vocaretur, quòd in loco curuo sit, postea mutato nomine Messana dicta est: quam ferunt Anaxilauin Messenium condidisse. Sed antea Naxiorum ædificium fuisse dicitur, qui Catanæ finitimi sunt. Deinde verò Mamertini, id est, Campani, eò habitatores induxerunt. Quare Silius eam ortu Osco memorabilem dicit. Capuenses enim (teste Seruio) Osci, quasi Ophici appellati sunt. & reuera dicti olim Ophici, quòd serpentibus abundarent. *Ille Numantina*] &c. Scipio Æmilianus, Pauli Macedonici filius, & Scipionis mai. iure adoptionis nepos, Numantiam in Hispania fame vicit, correcta prius disciplina militari, & euersa Carthagine: vnde Numantinus dictus est. Nota est historia. Post eam victoriam pop. Rom. vitia cū imperij magnitudine legimus excreuisse. Notandum, notam hoc loco laudis esse, non vitij: vt cùm dicimus, Censoriam notam. *Et mortem & nomen*] &c. Drusus Tiberij frater missus in Germaniam, validissimas nationes aggressus est, & speciosam victoriam reportauit. Sed equo ibi super crus eius collapso, trigesimo die quàm id acciderat, mortuus est: cui senatus non adulatione, sed meritò Germanici cognomen ex prouincia dedit. Ad eum ægrotantem Tiberius (vt Plinius autor est) festinauit, emensúsque est die ac nocte longissimum iter, ac defuncti corpus Romam vsque peruexit, pedibus (vt ait Suetonius) toto itinere progrediens. Conditus autem est Drusus in sepulchro C. Iulij, & à Cæsare Augusto vitrico laudatus, qui supremis eius funeribus plures honores dedit. Hic est pater Germanici, vt diximus. Vnde autor ait alibi: Præterit ipse suos animo Germanicus annos, Nec vigor est Drusi nobilitate minor. De huius interitu idem inquit ad Liuiam eius matrē: Sic quem dura tibi rapuit Germania Drusum, Pars fuerit partus sola caduca tui. Sic tibi maturè fraterni funeris vltor Purpureus niueis filius instet equis. *Me miserum*] &c. Latēter autor hoc dicit, mea sentētia: Nisi parentē mihi tuum mors ademisset, sperabam fore, vt eius ope ab exilio reuocarer. Idē & infrà, vbi exilij sui meminit, se miserū vocat, vt: Me miserū, Scythico quā procul ille solo est. *Aut torquis adēpti*] &c. Gallis aduersus Romanos apud Anienē pugnātibus, T. Manlius trib. mil. cùm quidā ex hostibus torque atq; armillis decoratus, vtroq; exercitu pugnāte, manu significasset, vt Romani Galliq; quiescerēt, & magna voce prouocaret aliquē ex militibus Romanis in singulare certamē, ac nemo prodire auderet, processit ad pugnā: atq; hoste occiso, ex eius spoliis sibi & torquem & cognomen induit. Idē postea Latino bello cùm cōsul esset, filiū suū, quòd contra imperiū pugnasset, securi percussit. Vnde illud est, sæuūq; securi Aspice Torquatū. Ab hoc Manlio imperia aspera & immitia, Manliana dicta sunt, teste Aulo Gellio. Legimus & C. Nonium Aspernatū in ludo Troiæ lapsu debilitatū, aureo torq; ab Augusto donatū esse: qui passus est, ipsum posterósq; eius Torquati ferre cognomen. Quam rē tetigisse mihi videtur Virg. in 5. Æneid. vbi facta hastiliū mētione, quæ idē Cæsar pueris, qui Troiam luserunt, donasse dicitur, subiungit. It pectore summo Flexilis obtorti per collum circulus auri. Sanè torquis vt plurimum masculino genere proferri solet: inuenitur tamen & fœminino prolatū ad nomen. Aulus Gellius: Torquem detraxit, eámque sanguinolentam sibi in collum imponit. Hoc ornatu Romani milites vtebantur, sumpto à Gallis more. Iuuenal. Vt læti phaleris omnes, & torquibus omnes. *Aut corui titulos*] &c. Cùm Gallorum ingentes copiæ agrum Pontinum insedissent, Camillo eorum reliquias persequente, Valerius trib. mil. ducem Gallorū prouocaturem, hostémque ferocissimum interfecit, tum virtute sua, tum corui opera, qui super caput Valerij pugnantis sedisse, & os atque oculos Galli euerberasse dicitur. Quam ob causam Valerius Coruini cognomen habuit: cui diuus Augustus statuam in foro suo statuendam curauit, in cuius capite corui simulacrum fuit. *Magne tuum nomen*] &c. Cn. Pompeius à magnitudine rerum gestarum Magni cognomen accepit: cuius titulos ac triumphos nuncupare (vt inquit Plinius) non solùm ad viri vnius pertinet victoriam, sed ad imperij Romani decus: æquato non modò Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis propè, ac Liberi patris. Is cùm esset annorum quatuor & viginti, ac Numidiam subegisset, à Sylla, qui reuertenti Romam Pompeio obuiam factus est, ingenti voce Magnus salutatus est, autore Plutarcho. Vnde Crassus Pompeium inquit adhuc impuberem Magnum cognominatum. Et cùm Romanorum quidam dixisset, Iam aderit Pompeius Magnus: idem ridens cum indignatione, Et quantúsnam? inquit. Alij dicunt, Magni cognomen in Africa ab vniuerso exercitu Pompeio inditum: quod tamen ipse longo tempore pòst, proconsul in Iberiam aduersus Sertorium missus vsurpauit, ac se in epistolis suis actísque Magnum Pompeium scripsit, cùm ex ipsa consuetudine id cognomen iam careret inuidia.

Hunc Numidæ] qui sunt in Africa, ita ab errore pastorali dicti. *Faciunt superbum*] cognomento scilicet. *Hunc*] Cecilium Metellum, qui Iugurtham per iniurias Numidiam occupantem fudit, & vniuersam Numidiam vastauit: cùm ante eum & Calphurnius & Posthumius turpiter rem gessissent: inde Numidicus cognominatus est. *Messana*] quæ vrbs est in Sicilia. *Facit superbum illum*] Valerium. Nam, vt autor est Macrobius, Valerius Maximus, postquam Messanā nobilissimam Siciliæ vrbem cepit, Messala cognominatus est. *Ille*] Scipio Æmilius. *Traxit notam*] titulos & cognomentum. In bonam partem hic sumitur nota. *Ab vrbe Numantina*] à Numantia, quæ (vt Strabo inquit) nobilissima Celtiberorum ciuitas est, quæ bello Celtiberico, quod aduersus Rom. pop. gestum est, virtutem propriam ostentauit, quod vigesimum durauit ad annum. In Numantiā missus Scipio Æmilianus, post deletam Carthaginem, adeò hostes occlusit, vt ne in potestatē Romanorum deuenirent, seipsos ferro, igne, & veneno cōsumpserint. Nihil prædæ relatū est: nam omnia cōcremauerant. Ex ea tamen triūphatum est, & Scipio Numantinus dictus. *Et mortem & nomen*] &c. Drusus Tiberij frater, & Germanici pater, cùm inter Salam fluuium (vt Strabo inquit) & Rhenum aduersus Germanos belligeraret, victor oppetiit. Et vt Liuius vltimo libro refert: Ex fractura, equo super crus eius collapso, trigesimo die quā id acciderat, mortuus est: corpus à Nerone fratre, qui nūcio valetudinis euocatus raptim occurrerat, Romā reuectum, & in C. Iulij tumulo conditū. Laudatus à Cæsare Augusto vitrico, & supremis illius funeribus plures honores dedit. Et Suetonius inquit, Tiberiū eius corpus Romā vsq; pedibus prosecutū esse, & in funere Germanicū appellasse. Ideo Poëta dicit: *Germania fecit mortem & nomen Druso*] patri tuo: quia mortuus in Germania, & Germanicus appellatus. *Me miserum*] dico. Et commiseratio concitatur hac patris ad filium recordatione. *Illa virtus*] patris tui. *Quàm fuit breuis*] quia dignior erat vita longiore. *Si petat à victis*] &c. Hoc pro C. Cæsare, & pro Augusto accipere possumus: vterque enim vicit orbem. Melius tamen pro Augusto, qui (vt superius dictum est) omnes orbis gentes subegit. Ergo si à deuictis gentibus cognomina sumet, à toto vrbe accipiet. *Si Cæsar*] Augustus. *Petat nomina*] cognomina. *A victis*] ab illis quos vicit. *Tot sumet*] tot accipiet ille cognomina. *Quot gentes habet numero maximus orbis*] quot numerata

A posſent gentes in immenſo orbe. *Ex vno quodam*] &c. Mãlium Torquatum, & Valerium Coruinum oſtendit. Manlius ſub Sulpitio dictatore trib. mil. Romani nominis contemptorem Gallum ſingulari certamine vicit & occidit, detraxitque aureum torquem, & inde Torquati nomen accepit. Valerius autem trib. mil. ſolus aduerſus ingentem Gallum prouocatorem militum Romanorum proceſſit. At coruus ab ortu ſolis boſtis galeæ inſidens, alarum plauſu viſum ita impediuit, vt à Valerio occideretur. Inde Coruinus dictus. *Quisdam habet ex vno*] facto ſcilicet, aut ex vna pugna. *Celebres titulos*] celebria cognomenta. *Aut adempte torques*] ablati ab boſte torquis: quod ornamentum erat colli. *Aut corui auxiliaris*] qui ſibi fuit auxilio. *Magne tuũ*
B *nomen*] &c Plinius cùm Pompeium laudat, & ob recuperatã Siciliam, Aphricámq; ſubactam, Magni cognomẽ accepiſſe dicit. Titulos refert, quos in Mineruæ delubro conſecrauit. Cn. Pōpeius Magnus imperator, bello triginta annorũ confecto, fuſis, fugatis, occiſis, & in deditionem acceptis hominum centies vicies ſemel octoginta tribus millibus, depreſſis aut captis nauibus 846. oppidis, caſtellis 538. in fidem receptis, terris à Mæotis lacu ad rubrum mare ſubactis, votum merito Mineruæ, hoc eſt, breuiarium eius. Ab oriente verò triumphi, quem duxit tertio calendas Octobris, M. Piſone & M. Meſſala conſulibus, præfatio hęc fuit: Cùm oram maritimam prædonibus liberaſſet, & imperium maris populo Romano reſtituiſſet, ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlago- G nia, Cappadocia, Colchis, Iberia, Albanis, Hyrcanis, Scythis, Cilicia, Syria, Iudæis, Palęſtinis, Arabibus, Creta, & ſuper hæc de duobus regibus Mithridate ac Tigrane triumphauit, Ægypto regem dedit in Oriente, quinque reges pro voluntate mutauit & reliqua. E contrario (vt idem aſſerit) ſi quis ſimili modo velit percenſere Cæſaris res, qui maior illo apparuit, totum profectò terrarum orbem enumeret, quod infinitum eſſe conueniet. *O magne*] ô Pompei. *Tuum nomen*] hoc cognomen Magni. *Eſt menſura rerum tuarum*] quaſi indicat res tuas maximas.

Sed qui te vicit, nomine maior erat.
Nec gradus eſt Fabios ſupra cognominis vllus:
Illa domus meritis maxima dicta ſuis.
Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes,
Hic ſocium ſummo cum Ioue nomen habet.
Sancta vocant auguſta patres: auguſta vocantur
Templa, ſacerdotum ritè dicata manu.
Huius & augurium dependet origine verbi,
Et quodcunque ſua Iuppiter auget ope.
Augeat imperium noſtri ducis, augeat annos,
Protegat & noſtras querna corona fores.

ANTON. *Qui te vicit*] Iulius Cæſar, qui famam aſtris terminauit, teſte Virgilio. *Illa domus meritis*] &c. Familia Fabiorum Hercule autore ſui generis gloriatur: vt, Cùm regia virgo Hoſpite victa ſacro Fabium de crimine læta Procreat. Eadem ob virtutem & merita Maxi-
C ma cognominata eſt. Scribit autẽ Liuius primæ decadis lib. 9. Fabiũ quendã cẽſorem, qui inſtituiſſe dicitur, vt equites idibus Quintilibus tranſueherẽtur, omnẽ forenſem turbam excretam in quatuor tribus coniecisse, vrbanáſq; eas appellaſſe: eámq; rem adeò gratis animis acceptam fuiſſe, vt Maximi cognomen reportarit, quod ſibi multis victorijs nō pepererat. Hic eſt Fabius ille Rutilianus, qui de Apulis, Nucerinis, Samnitibus, Gallis, Vmbris, Marſis, ac Thuſcis triũphauit. Cui mortuo tãtum æris à populo congeſtum eſt, vt filius viſcerationem & epulas publice dederit. Ex hac familia originem duxit Fabius Maximus cunctator, quem Romani autore Poſidonio, clypeum dixerunt, cùm Marcellum
D gladium vocitarent. Ea eadem gente fuit temporibus Naſonis Maximus ille facundiſſimus, ad quem is ſcripſit, cùm exularet, vt: Maxime qui tanti menſuram nominis imples, Et geminas animi nobilitate genus. Qui naſci vt poſſes, quamuis cecidere trecenti, Non omnes Fabios abſtulit vna dies. *Sancta vocant*] &c. Sancta loca, vt autor eſt Feſtus, dicuntur auguſta, ab auiũ geſtu, quòd aues ea ſignificauerint: vel ab auium guſtatu, quòd aues ea rata fecerint. Placet autem Priſciano, auguſtum ab augure deriuari, qui (vt idem ait Feſtus) ab auibus gerendóq; dictus eſt: quia per eum auiũ geſtus edicitur: ſiue ab auium garritu, vnde & augurium. Alij ab auctu, ſiue ab augendo, auguſta loca dicta exiſtimant, quòd ea Iuppiter ope ſua augere videatur: ſimiliter & augurta, quòd ea Iuppiter mittat augeátq;. In his captandis au-
E gures obſeruabant, ne venti flarẽt, autore Plutarcho: quorũ augurum ſi qui vlcus habebant, ſedere prohibebãtur. *Protegat & noſtras*] &c. Vel illud tangit, quod legimus in 1. Metam. Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos Ante fores ſtabis, mediámq; tuebere quercũ. vel quòd (vt inquit Plinius) ciuicam coronam à genere humano Auguſtus accepit. Ipſe alibi: En domus hæc, dixi, Iouis eſt: quod vt eſſe putarẽ, Augurium menti querna corona dabat. Fuit autem corona ciuica primò ex ilice, poſtea ex eſculo, deinde querna: quã, autore Seruio, accipiebãt, qui in bello ciuem liberaſſent. Quoniã olim cauſa vitæ in hac arbore fuit hominibus, qui glandibus veſcebãtur. Lucanus, Seruati ciuis referentem præmia quercũ. Plutarchus autẽ ideo inquit ei qui ciuem in prælio ſeruaſſet, coronã quernã donari, quòd vbiq; in expeditionibus facile ſit quercũ inuenire: vel quòd Ioui & Iunoni, quos vrbi præſidere putãt, quercus conſecrata eſt. Niſi veterẽ ab Arcadibus morem acceptum exiſtimemus, quibus eſt quędã
F cum quercu cognatio: quia vt primi homines ex terra Arcades, ſic quercus prima ex omnibus plantis nata dicitur. De hac arbore Valerius Maximus: Cæterùm, inquit, ad quercũ pronæ manus porriguntur, vbi ob ciues ſeruatos corona dãda eſt, qua poſtes auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphant. Hæc corona cum murali, vallari, atq; alijs precio cederet, ſolius honoris gratia donabatur: quia maiores noſtri nefas putarunt, ſeruari hominem lucri cauſa.

PAVL. *Sed qui vicit te*] Cæſar, à quo bello Pharſalico ſuperatus es. *Erat te quoque maior*] quia te &
H ſcientia militari, & virtute, & fœlicitate ſuperauit. *Nec gradus eſt*] &c. Flauius ſcriba Libertino patre natus, ædilis curulis fuit per forenſem factionem creatus: quę cũ comitia & campum turbaret, & in his propter nimias vires dominaretur, à Quinto Fabio cenſore in quatuor tribus redacta eſt, eaque res Fabio Maximo nomen dedit. De quo Liuius in fine noni libri ab Vrbe condita: Fabius ſimul concordiæ cauſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus cōiecit, vrbanaſque eas appellauit. adeóque eam rem acceptam
I gratis animis ferunt, vt Maximi cognomẽ, quod tot victorijs non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Ab eodem inſtitutum dicitur, vt equites idibus Quintilibus tranſueherentur. Hæc Liuius. Idem aſſerit Valerius lib. 2. quæ verba in vltima indicant, Q. Fabium Rutilianum fuiſſe, cui à Plinio in lib. de Viris illuſtribus eadem aſſignantur. *Nec eſt vllus gradus cognominis*] quaſi nulla maior cognominatio. *Supra Fabios*] ſupra Fabiorum cognomenta. *Illa domus*] Fabij. *Eſt dicta*] cognominata. *Maxima ſuis meritis*) merito Q. Fabij Rutiliani. *Sed tamen humanis*] &c. ſed cæteri humano, Auguſtus diuino cognomine exornatus eſt. *Sed tamen omnes*] quos retulimus. *Celebrantur*] laudantur. *Honoribus humanis*] quaſi non deorum, ſed hominum titulis. *Hic*] Auguſtus Cæſar. *Habet ſocium nomen cum Ioue*] ha-
K bet cognomen, quod ſibi Iouique cõmune eſt. Nam & Auguſtus, hoc eſt, ſanctus Iupiter: ſic & Cæſar Auguſtus. *Sancta vocant auguſta*] &c. Quid ſignificet auguſtum, aperit ea ratione, qua ſuperius diximus: quòd loca religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur, ab auctu, vel ab auium guſtu geſtúve. Optat deinde Poëta augeri & imperium, & vitam ducis, & ſalutem ciuium, & vt dijs fauentibus Germanicus imperio ſuccedat. *Patres*] noſtri maiores. *Vocant auguſta ſancta*] ea quæ ſacra & intemerata ſunt. *Templa ſacrata*] conſecrata. *Ritè*] ſecundum conſuetudinem augurio prius ſumpto. *Sacerdotum manu*] Pontificum & ſenatus autoritate, vt publicè conſecrarentur. Nam vt Iuriſconſulto placet, ſacra loca ſunt, quæ publice ſunt conſecrata. *Vocantur auguſta*] ab eo quòd augurato conſecrãtur. *Et augurium dependet*) deducitur. *Ab origine huius verbi*)
L Auguſti. Nam & augurium & auguſtum deducuntur ab auium guſtu geſtúve. *Et quodcunque Iupiter auget ſua ope*] ſuo auxilio. Hoc dicit, ab auctu etiam auguſtum deduci, quaſi auctum Iouis ope imperium, & auguſtum eandem habent originem, nam ab augendo. *Augeat*] Ergo Iupiter. *Imperium noſtri ducis*] Tiberij. Nam vt ſuperius diximus, multa ſunt quæ oſtendunt tempora poſt Octauium Auguſtum: vt illud, Licèt ipſe recuſet. Alio in loco Auſoniũ ducem appellat & paulò inferius, Dux venerande. *Augeat annos*] quaſi protoges vitam. Nam quinquageſimoquinto ſuæ ætatis anno imperij ſummam accepit, imperauitque XXIII. *Et corona querna*] ex quercu. *Protegat fores noſtras*] Portam Palatinam, ante quam erat quercus. Et hinc rode

A lauri, & corona querna dabatur illi, qui ciuem in prælio seruasset: ideo ciuica dicta. Et de qua in principio tertij libri Tristium: Et Iouis hæc, dixi, domus est: quod vt esse putarem, Augurium menti querna corona dabat. Et paulo pòst: Causa superpositæ scripto testata coronæ, Seruatos ciues indicat huius ope. Sed hoc in loco Poëta ideo dixit, Protegat ô Germanice vestras fores: quasi nos esortet à seruatis ciuibus, & me quoque seruetis, vt prosequitur in eodem loco Tristium: Adijce seruatis vnum pater optime ciuem, Qui procul extremo solus in orbe iacet. Aut dicas, Protegat vestras fores: quasi sit in vestris foribus clementia. Nam hæc ciuica corona, & Plinio ipso referente, & militum virtutis & clementiæ principum insigne clarissimum erat. Quin & Augustus ipse ciuicam à genere humano accepit. Et Plutarchus plures affert rationes, cur ciuem seruāti quercna corona datur. An quòd in expeditionibus facile sit quercum inuenire. An quòd Ioui & Iunoni, quos vrbi præsidere putant, ea corona consecrata est. An vetus ab Arcadibus mos acceptus, quibus est quædam cum hac arbore cognatio: vt enim primi homines ex terra Arcades, sic quer- G
cus prima ex omnibus plantis nata,
& reliqua.

Auspicibúsque deis tanti cognominis hæres
Omine suscipiat, quo pater, vrbis onus.
Respiciet Titan actas vbi tertius idus,
Fient Parrhasiæ sacra relata deæ.
Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant:
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.
Mox honor eripitur: matronáque destinat omnis,
Ingratos nulla prole nouare viros.
Néve daret partus, ictu temeraria cæco
Visceribus crescens excutiebat onus.
Corripuisse patres ausas immitia nuptas,
Ius tamen exemptum restituisse ferunt.
Bináque nunc pariter Tegeææ sacra parenti
Pro pueris fieri virginibúsque iubent.
Scortea non illi fas est inferre sacello,
Ne violent puros exanimata focos.

ANTON. *Tanti cognominis hæres*] Tiberius, quem Octauianus pater in testamēto iussit ferre cognomen Augusti. Vnde est B alibi, quod suprà diximus, Prolem sancta de côiuge natam Ferre simul nomenque suum curásque iubebit. *Respiciet Titan actas*] &c. Decimooctauo calendas Februarias iterum Carmentalia celebrantur, in honorem matris Euandri: itē Porrimæ ac Postuertæ, quas constat etiam appellatas fuisse Carmentes. Est autem sciendum, Porrimā, C quam etiam Porsam & Anteuortam dicūt, necnon & Postuertam, diuinitatis aptissimas comites (vt inquit Macrobius) habuisse vim noscendi: illa præterita, hæc futura. quas autor putat vel sorores, vel comites fuisse Carmentis, cui duo fiebant sacrificia: vnum vt pueri, alterum vt puellæ fœliciter nascerentur. Qui honor ideo solebat hoc tempore Carmenti ac sororibus siue comitibus adhiberi, quòd matronæ carpentorum, quibus olim vehebantur, honore sublato, curauerant, ne maturi partus in lucem ederentur. Is enim (vt Liuius tradit) honorem à senatu habitum legimus, vt plaustro carpentisq; ad sacra ludósque festo die profestóque vterentur: cum captis Veijs, D ac ciuitate voti damnata, omnia ornamenta sua in ærariū detulissent. Quibus (autore Plutarcho in Camillo) etiam decretum est, post mortem laudatiuam orationem haberi: cùm antea moris non fuisset apud Romanos, laudari mortuam mulierem. Hunc honorem Romani cùm mulieribus sustulissent, & eæ, ne qua ipsarum conciperet, conspirassent, coacti sunt mutare sententiam, permiserúntque matronis vt vehiculis vterentur: à quibus ferunt eo tempore templū ædificatum fuisse Carmenti. Cæterùm Aulus Gellius scribit, difficillimum eorum partum ægerrimúmque haberi, quorum in nascendo non caput, sed pedes primi sunt: quos ab ægritudine & pedibus Agrippas vocant. Confixos enim esse pueros in vtero, Varro dicit, à capite infimo nixos, sursum pedibus elatis: non vt hominis natura est, sed vt arboris. Pedes enim crurásque nostra, arboris appellat ramos: caput ve- E rò stirpem atque caudicem. Quando igitur, inquit, contra naturam forte conuersi in pedes, brachijs plerunque diductis, retineri solent, ægrius tunc mulieres eniteuntur. Itaque huius periculi deprecandi gratia, aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus: quarum altera Postuerta nominata est, Porsa altera, à recti peruersiq; partus & potestate & nomine. *Nam prius Ausonias*] &c. Carpentum vehiculi genus, à Carmente dictum Ouidius censet. Potest tamen à carpendo deductū videri, vel quòd eo commodè iter carpatur, vel quòd celeriter catur: quoniam carpere interdum est celeriter præterire. Hoc vehiculo Tullia Seruij regis filia olim vecta, interfecto patre, properauit in forum: vnde iussa discedere, super patris cadauer carpentum egit. Seruius matronas ad templa pergentes pilentis vehi solitas dicit, quæ ve- F hicula erant coloris Veneti. Virgil. in 8. Æneid. Castæ ducebant sacra per vrbem Pilentis matres in mollibus. *Ius*] potestatem vt carpentis veherentur: quæ (vt diximus) matronis exempta & sublata fuerat.

PAVL. *Et hæres tanti cognominis*] Potest hoc referri ad Germanicum, qui ab Augusto erat Tiberio substitutus, vt superius ostendimus. Ergo Germanicus, qui post Tiberium Augustus quoque cognominabatur, *Suscipiat onus vrbis*] imperium Romanum. *Dijs auspicibus*] dijs fauentibus *Omine quo pater*] fausto fœlicique augurio, quo & Tiberius. Sed si ad Tiberium referres, dicas, *Suscipiat*] susceptum tueatur eo omine, quo Augustus pater. *Respiciet Titan actas*] &c. Decimooctauo calendas Februarias fiūt rursus sacra Carmenti, cui etiam ædes dedicata H est à matribus, propter restituta vehiculi iura. Nam vt Liuius 5. lib. ab Vrbe condita docet: Cū esset mittenda decima ex præda Veientana Apollini Delphico, fuit pecunia ex ærario prompta, & trib. mil. consularibus vt aurum ex ea coëmerent, negocium datum. Cuius cùm copia nō esset, matronæ, cœtibus ad eam rem consultandam habitis, cōmuni decreto pollicitæ tribunis militum, aurum & omnia ornamenta sua in ærariū detulerūt. Grata ea res, vt quæ maximè senatui vnquā fuit, Honorémq; ob eam munificentiā ferūt matronis habitū, vt plaustro carpentisq; ad sacra ludósq; festo profestóq; vterentur. Hæc ex Liuio. Verū Plutarchus in vita Camilli inquit, senatū illis mulieribus honorem referētē decreuisse, post mortē, quēadmodū pro viris, ita pro fœminis laudatiuā orationē haberi: nō enim antea mos erat apud Romanos, mulierē mortuā laudare. Deinde hoc plaustri ius illis adēptum fuit: de quo Plutarchus 56. Probl. Ferūt inquit, mulieres senatuscōsulto vehiculis vti prohibitas, inter se cōspirasse, ne qua earum conciperet, néve pareret, atq; ita viros vlciscerentur: donec coacti sententiam mutauerunt, atq; vti permiserūt. Natis deinde pueris, cùm & multitudine liberorū, & bonitate fœlices fuisse viderentur, Carmētis ędē ædificauerunt *Vbi*] postquā. *Tertius Titan*] tertius sol. Nam vt superius diximus, Hyperion fuit vnus ex Titanibus, & pa- K ter Solis. Sic Solem quoque Titana appellant. *Respiciet idus actas*] iam præteritas. Et decimumquintum diem Ianuarij indicat. *Fient sacra relata*] iterum lata. *Deæ Parrhasiæ*: Carmenti Arcadicæ, vt superius dictum. *Nam carpenta*] plaustra, seu vehicula. *Vehebant prius matres Ausonias*] ferebant Romanas, eo iure à senatu cōcesso. *Reor*] arbitror. *Hæc quoque*] hæc etiam carpenta. *Dicta ab Euandri parente*] à Carmenti, permutatione literæ m in p. *Mox*] quasi non longo pòst tempore. Nam plerūq; mox statim, seu continuò significat. *Eripitur honor*] ereptum est hoc ius carpentorum. *Et omnis matrona destinat*] deputat, *Nouare viros*] renouare sobolem virilem. *Nulla prole*] id decreuere matronæ, sobolem non propagare, sed immaturos partus edere. A Gellio refertur, Helisium de propriet. vocab. velle, matronam esse, quæ semel peperit: matrēfamilias, quę sæpius. sicut suem, quæ sæ- L pe: & scrofam, quæ sæpius. Sed quod de matrona inquit, scriptorum autoritate confirmari nō potest, vt ipse testatur Gellius. Melius autem est: Matrona est, quæ in matrimoniū cum viro conuenisset, & in eo manet, etiam si liberi nondū nati sunt. Materfamilias, quæ non in matrimonium tāntùm, sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venisset. *Néve temeraria*] audax mulier. *Daret partus*] ne pareret fœtū maturum. *Excutiebat ictu cæco*] occultis verberibus excutiebat, & excussum eijciebat. *Onus crescens visceribus*] embryonem intra viscera conceptum & crescentē. Verberabat enim mulier vterum, vt abortum faceret. *Ferunt*] dicunt rerum scriptores. *Patres*] senatores. *Corripuisse*] increpasse. *Nuptas*] matronas. *Ausas immitia*] quæ ausæ

A sunt tam crudele, tamque immane facinus. Liuius octauo ab Vrbe condita refert quoddam matronarum veneficium, quo viros necabant, pluresque ea causa damnatas. *Tamen ferunt patres restituisse eum exemptum*] ius vehiculi, quod eripuerant *Et iubent*] ipsi patres. *Fieri bina sacra*] bina sacrificia. *Pro pueris & virginibus*] pro salute puerorum & puellarum, quos prius in vtero necabant. *Tegeaa parenti*] Carmenti. a Tegea oppido in Arcadia. *Non est fas*] non licet. *Inferre illi sacello*] ferre in illud sacellum, vbi ea bina sacra fiunt *Scortea*] morticina, sine anima. Nam vt est apud Varronem, in aliquibus sacris ac sacellis scriptum habemus: Neque scorteum adhibeatur, ideo ne morticinum quid adsit. Et prius dixi: Scortari est sæpius meretriculam ducere, quæ dicta à pelle. Id enim non solùm antiqui dicebant scortum, sed etiam nunc dicimus scortea, ea quæ corio ac pellibus sunt facta, & reliqua. *Ne exanimata*] ipsa morticina sine anima. *Violent*] contaminent. *Puros*] castos focos. G

Si quis amas veteres ritus, assiste precanti:
Nomina percipies non tibi nota prius.
Porrima placatur, Postuertáque, siue sorores,
Siue fuga comites Mænali diua tuæ.
Altera, quod porrò fuerat, cecinisse putatur:
Altera, venturum postmodo quicquid erat.
Candida te niueo posuit lux proxima templo,
Qua fert sublimes alta moneta gradus.
Nunc bene prospicies Latiam concordia turbam,
Nunc te sacratæ constituere manus.
Furius antiquum populi superator Hetrusci
Vouerat, & voti soluerat ille fidem.
Causa, quòd à patribus sumptis secesserat armis
Vulgus, & ipsa suas Roma timebat opes.

ANTON. *Altera quod porrò fuerat, cecinisse putatur*] Bene putatur: quia nemo ex probatis scriptoribus memoriæ prodidit, Porrimam quæ porrò, id est, longè antè fuerant, & Postuertam futura canere. B *Candida te niueo*] &c. Decimoseptimo calendas Februarias Concordiæ templum dicatum est: quę à corde congruēte nomen accepit, vt autor est Varro. Cæterùm ne fallamur, Concordia non vnam tantùm ædē Romæ habuit, vt facillimè diligens lector inueniet, sed plures: è quibus nec de illa nunc agitur, quam Manlius prætor vouit, & C. Atilius duumuir cum M. eius collega dedicauit, vt Liuius tradit 3. decad. lib. 3. Nec C de alia, quam Flauium scribā legimus in area Vulcani summa inuidia nobilium dedicasse, Sed de templo illo amplissimo, quod Plutarchus in Camillo ingens, Ouidius in sexto huius operis libro magnificum vocat Id nō fuit in Capitolio (vt quibusdam placet) sed ante cliuum Capitolinum, nō longè ab æde Iunonis Monetæ, atque ad Saturni templum, quod est ante cliuum Capitolinum. Hæc est ædes Concordiæ, vnde (vt scribit Varro) Curtius equo concitato in profundissimum hiatum se præcipitem dedit. Tu autem lector candide nolim existimes scripsisse Varronem, apud voraginem illam Curtij fuisse Concordiæ templum, de quo nunc agimus: neque enim vel nos ita sentimus, vel Varro tale aliquid memoriæ prodidit, Sed Curtium dicimus à Concordia versum, cum equo se in hiatum illum profundissimum deiecisse. Hoc templum est, quod Camillus vouit in sedi- D tione populi & senatus, autore Plutarcho: cùm populus anniteretur, vt alter è consulibus popularis eligeretur. Id à Camillo consecratum, posteáq. à Liuia Drusilla & ara, simulacro, ac rebus aliis exornatum, Tiberius dedicauit, cum triumphum Illyricum egisset, teste Suetonio, quo tempore Ouidius exulabat. Vnde illud est. Nuper vt huc magni peruenit fama triumphi, Ausus sum tantæ sumere molis onus. Item illud: Nec dedignata est abiectis Illyris armis, Cæsareū famulo vertice ferre pedem. Fuerunt in hac æde (vt Plinius scribit) obsidiani quatuor elephantes, quos ibi pro miraculo dicauit Augustus. Item gemma Sardonyx, Augustæ dono, cornu aureo inclusa: quam fuisse dicebant eius annuli, quē à Polycrate tyranno in mare deiectum, piscis culina domini reddidit. Præterea & Latona puerpera opus Euphranoris E Apollinem & Dianam infantes sustinens, & Liber pater picturis clarissimi Niciæ Atheniensis opus. Item alia summorum artificū opera, quæ parcentes fastidio prætermus. Sciēdum (vt Liuius refert) nemini aliquando licuisse templum dedicare, nisi consuli aut imperatori. Vnde cùm Flauius scriba ædem Concordię in Vulcani area dedicasset, ex autoritate senatus latum ad populum est, ne quis tēplum aramve iniussu senatus aut tribunorū plebis partis maioris dedicaret. Dicitur autē hoc loco Cōcordia candida, quòd benigna sit, ac multorum honorum mater, vt: Animæ quales neque candidiores Terra tulit neq; quies me sit deuinctior alter. Hæc est enim, qua paruæ res crescunt, cùm discordia maximæ dilabantur. Agretius: Album, inquit, natura tantùm est, candidum studio. nam & corpori & animo aliquoties assignatur. Vnde albos capillos rectè dicimus, & candidum carmen. Tibul. Pax candida primùm Duxit araturos sub iuga curua boues. Cælius in epistola ad Ciceronem: Ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias videaris. *Qua fert sublimes*] &c. Ædem Iunonis Monetæ, de qua suo loco dicemus, fuisse constat in monte Capitolino. Solinus: Tatius in arce, vbi nunc ędes est Iunonis Monetę, qui anno quinto, postquā ingressus vrbem fuerat, à Laurentibus interemptus est, septima & vigesima Olympiade hominem exuit. Ouidius infrà: Arce quoque in summa Iunoni tēpla Monetæ Ex voto memorant facta Camille tuo. *Populi superator Hetrusci*] qui Phaliscos in suam potestatem redegit, & Veios obsidione domuit, cuniculo effosso. Nota est hi- H storia. Id oppidum, Plutarcho autore, fuit Thusciæ propugnaculum. Aulus Gellius scribit, partam eam victoriam à Camillo ea ferè tempestate, qua Socrates Atheniis capitis damnatus & in carcere veneno necatus est. *Causa quòd à patribus*] &c. Vt voueretur id templum, dedicaretúrque, causa fuit plebis senatúsque dissensio. *Ipsa suas Roma timebat opes*] quia opulentia sæpenumero discordiam parere consueuit. Sed tum demum plebs senatui reconciliata est, cùm à Camillo audiuit decretū esse, vt alter ex consulibus popularis crearetur.

PAVL. *Si quis amas veteres*] &c. In Carmentalibus sacris placa- I bātur etiā duæ deæ, *Porrima & Postuerta*] quas aliqui sorores, aliqui comites Carmētis putauere. Ideo ipsis simul cum Carmenti res diuina fit, quibus ab ipsis rebus data sunt nomina. Nā Porrima dicta est, quòd id quod porrò, hoc est longè antè fuerat, caneret: Postuerta, quod postea venturū esset, prędiceret. Vnde dictum est: Porrima præteritū canit, & Postuerta futurū *Si quis amas*] &c. si quis es, qui cupias noscere veteres cerimonias. *Assiste precanti*] cū Carmenti fit res diuina à sacerdote, ipsi sacerdoti assistas, vt audias eius verba precantia. *Tu percipies nomina*] intelliges nomina à sacerdote prolata. *Non nota tibi prius*] quæ antea non audieras. *Placatur*] precibus sacerdotis Porrima & Postuerta. O diua Mænali, ô Carmenta. à Mænalo monte Arcadię. *Siue sorores tuæ siue comites fugæ*] siue erant tibi sorores, siue te ex Arcadia fugientem comitatæ sunt. *Altera*] Porrima scilicet. *Putatur cecinisse*] veridica voce dixisse. *Quod porrò fuerat*] K quod longè ante fuerat Nam porrò, longè interdum significat, quod nouissimū est. *Altera*] Postuerta scilicet. *Putatur cecinisse*] fatidica voce prædixisse. *Quicquid erat postmodo venturum*] omnia quæ futura erunt. Sed hoc ideo fictū est, quia Carmētis tā futura quàm prętérita canere solita est. *Candida te niueo*] &c. Decimoseptimo calendas Februarias, hoc decimo sexto die Ianuar. erit Cōcordiæ festum: quo die dedicatū est ei tēplum à Camillo primùm, deinde (sed longè pòst) à Tiberio. De primo autē ita inquit Plutarchus: Camillus post illustres victorias, fusis Gallis, cū in vrbe esset, dictaturáq; nō deposuisset, dissidente populo à senatu, annitēteq;, vt alter è cōsulibus popularis eligeretur, dubius præsentibus rebus senatū petit: & priusquā dicere aggressus esset, ad Capitolium conuersus, deos testatus, vt ea dicturus sit, quæ tandem bene vertant reipublicæ: & si seditio ciuilis tollatur, tēplum Con- L cordiæ ædificaturum se pollicetur. Cùm multæ in senatu cōtentiones essent, in hanc tandem sententiā itum est, vt alter ex consulibus è populo crearetur. Dictator cùm hoc ad populum renunciaret, statim populus cum senatu reconciliatus est, & Camillū plausu & clamore domū vsq. remittunt. Postridie autem congregati decreta tulere, vt Concordiæ, quemadmodum Camillus vouerat in foro & in cōcione, ingens pro rebus bene gestis templum molíretur, in celebritatibus, quas Latinas vocāt, addita vna die. Per quatriduū solennitates instituerunt. Hæc de Camillo. Tiberius autē regressus è Germania, triumphū, quem distulerat, egit, & prandium populo mille mēsis, & cōgiarium tricenos nūmos viritim dedit Dedicauit & Concordiæ ædē. Hæc ex Tranquillo,

Fuit & aliud concordiæ templum, antea consecratum, sed post Camillum. Liuius enim in fine noni libri primæ Decadis ostendit, à Flauio scriba, cuius suprà meminimus, cùm is esset ædilis, ædem Concordiæ in area Vulcani summa inuidia nobilium dedicasse. Quod ideo retuli, ne putes aut Camillum, aut Tiberium in area Vulcani ædem posuisse, sed Flauium. Nam aliud templum erat, non lōgè à lacu Curtio, qua in Capitolium ad templum Iunonis Monetæ ascendebatur. Poëta ad Concordiam verba apostrophat. *O candida*] ô Concordia. Quam ideo candidam appellat, quod pura & sancta sit, quòd ciconiæ aues maxima ex parte albæ sub eius tutela sint. Et dicta est Concordia (vt Varroni placet) quasi congrua corda. *Lux proxima*] dies sequens ipsa sacra Carmentis. *Posuit te templo niueo*] templo marmoreo, quod eo die tibi consecratum est. Qua alta Moneta, excelsum Iunonis Monetæ templum, quod erat in ea parte Capitolij, in qua fuerat domus M. Manlij Capitolini, de quo latiùs in 6. lib. dicemus. *Fert sublimes gradus*] per hypallagen. hoc est, via qua sublimibus gradib. ad Iunonem Monetā itur. *Nunc*] quasi hoc die. *O Concordia, bene prospicies Latiam turbam*] Latium populum ad te venientem. *Nunc*] hoc die. *Manus sacra*] manus pontificum. *Constituere te*] consecrarunt tibi templum. *Furius*] Camillus. nam M. Furius Camillus dicebatur. *Superator Hetrusci populi*] qui Veientes vicit: quoniam hi sunt in Hetruriā. Qui quidem decem annorum obsidionem tulerunt, tandem expugnati sunt Veij, cuniculo à Romanis effosso in arcem vsque Iunonis. Veios dicimus vrbem, Veientes populos. *Vouerat antiquum*] vetus Concordię templum. nam Camilli voto dedicatum. *Et fecerat ille fidem voti*] quasi seruauit, quod voto promisit. *Causa*] vouendi & dedicandi templi fuit. *Quòd vulgus*] quòd plebs. *Secesserat à patribus*] à Senatoribus. *Sumptis armis*] armata plebs diffidebat à patribus, & volebat alterum ex plebe consulem. *Et ipsa Roma timebat suas opes*] suas vires, seu suum populum opulentum, & Gallorum præda ditatum, & victoria quoque elatum.

> *Causa recens melior, sparsos Germania crines*
> *Corrigit auspicijs dux venerande tuis.*
> *Inde triumphatæ libasti munera gentis:*
> *Templaque fecisti, quam colis ipse, deæ.*
> *Hæc tua constituit genitrix, & rebus & ara,*
> *Sola toro magni digna reperta Iouis.*
> *Hæc vbi transierint Capricorno Phœbe relicto,*
> *Per iuuenis curres signa regentis aquam.*
> *Septimus hinc oriens cum se dimiserit vndis,*

ANTON. *Causa recens melior*] quia superior illa dedicatio à dissensione originem habuit: hæc à victoria & triumpho. *Sparsos Germania crines Corriget*] Germani iussu victoris Tiberij crines tondent, cùm victi à victoribus leges accipiant. Sunt autem flauæ Germanorum comæ, quas nutrire consueuerant. Iuuenalis: Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro? Inde, ex præda Germanorum. *Hæc tua constituit*] &c. Qui hoc opus Tiberio inscriptum putant, decipiuntur hoc loco, parum diligenter intuentes, facta ædis Concordiæ mentione, Ouidium per apostrophen, id est, orationis conuersionem, Tiberium alloqui, à quo eam ædem dicatam accepimus. Sic & in secundo huius operis libro Augustum alloquitur, vt: Templorum positor, templorum sancte repertor. Nec tamen ideo dicendum est, hoc opus Augusto Poëtam exulem inscripsisse. Sciēdum præterea (vt inquit Festus) viros prudentes dicere auos & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari. Sanè mirari non debemus, quòd hic legitur, Concordiæ templum à Liuia rebus & ara constitutum. Et in sexto huius operis libro: Te quoque magnifica Concordia dedicat æde Liuia. Cùm Suetonius tradit, hoc templum non à Liuia, sed à Tiberio dedicatum. Accipimus enim, aram cum simulacro tantùm à Liuia dedicatam, exornatámque rebus ad sacra necessarijs. Cùm constet interdum, autore Liuio, ipsas quoque aras separatim dedicari. quod adeò verum est, vt Ouidius infrà non ædem dicat à Liuia, sed in ædem Concordiæ dedicatam. Scio esse, quibus placeat, Liuiam Drusillā templum aliud Concordiæ dedicasse: ij (vt dicam quod sentio) mihi referre videntur ægrotum somnia. *Sola toro magni*] &c. Ouidius Augustum sæpenumero Iouem appellat, qui viuens (vt diximus) diuinos honores meruit, vt: Me quoque, qui sensi, fateor Iouis arma timere. Idem & titulo Patris patriæ donatus est, habuitque nomen Ioui simile, qui Iupiter dicitur, quasi iuuans pater. Horat. Hic ames dici pater atq; princeps. *Hæc vbi transierint*] &c. Solis transitum in aquarium Plinius scribit fere decimo sexto calendas Februarias euenire: cuius opinioni astipulantur Porphyrio & Columella, item autor hoc loco. Qua in re cùm nostrorum temporū astrologi videantur à vetustioribus dissentire, non est cur moueri debeamus. Facit enim id (vt quibusdam placet, & nos diximus suprà) quadrantium, vnde intercalaris dies cōficitur, longitudo. quibus implendis, quicquid vltra modum temporis adiectum est, dici non potest, quanta varietate diuersi astrologiæ scriptores metiātur. Accedit ad hoc, quòd octauæ sphæræ zodiacus mobilis superioris zodiaci motu non respondet, quia fixus atq; immobilis dicitur. Nouimus enim, octauam sphæram tribus diuersis motibus agitari: quorum vnus ab ortu est ad occasum, alter huic contrarius, ab occasu ad ortum: tertius, quo cœlum illud per accessum ac regressum quasi trepidans, nunc Orientem, nunc Occidentem, modò Septentrionem, modò Meridiem petit. Vnde sunt, qui temporibus nostris duas supra octauam cœlū sphæras mobiles posuerunt, volentes non aliter fieri posse, vt octaua tripliciter moueatur. Quæ cùm ita sint, & superioris arietis caput inferiori minimè respondeat, tanta fit temporum inæqualitas, vt verum esse videatur, quod Plutarchus & Plinius scribunt, ab huiusmodis rebus Mathematicorum peritiam superari, & solis motus rationem propè inexplicabilē esse. Sanè per Aquariū (vt Macrobius scribit) ipsa vis solis ostenditur: quoniam imber in terras nō caderet, nisi solis calor ad suprema traheret humorē, cuius effusio pluuialis est copia. Dicitur autē Ganymedes inter sidera collocatus, Aquarij nomen accepisse: quāuis sunt, qui eum Deucalionē esse dicūt. Vnde ait Seneca in Thyeste: Cadet Ægoceros, frāgétq; suā, quisquis es, vrnam. In hoc signo sole constituto, horrendæ tempestates, & ingentia frigora esse solent, vt Porphyrio autor est. Constat autem Aquarius cum aquæ effusione stellis triginta, occiditque & exoritur capite prius, quàm reliquis membris, vt Higinius tradit. *Capricorno relicto*] Hæc pars zodiaci inter signa hyemalia numeratur, oritúrque secundum Porphyrionem decimosexto calendas Ianuarias, quod tempus in vndas dominatur ac fæuit. Vnde Horatius Capricornum aquæ tyrannum vocat. Constat autem hoc signum stellis 22. cuius fabulam lege apud Higinum.

PAV. *Causa recens*] noua, quasi nostri temporis. *Melior*] quàm fuerit illa Camilli. nam illa propter dissidentem plebem, hęc pro subacta Germania, & pace terra marique parta. Ergo melior causa Tiberij. *Dux venerande*] Apostrophe est ad Tiberium, non quo eum toto opere alloquatur. Etenim hæc apostrophe, hoc est, orationis conuersio, frequens est apud poëtas. Ducem eum appellat, per excellentiam: quoniam plura eius ductu, quàm cæterorum Augustus viuens bella gessit. *Germania corrigit*] comprimit. *Tuis auspicijs*] tuo fœlici imperio. *Sparsos crines*] hoc est, fusas vires: cùm Germani criniti sint, & iam breuior erat populus: quia pauci admodum iam in Germania remanserant. Sparsi enim erant cęteri. Nam vt Tranquillus ostendit, Germani fuere vltra Albim fluuium summoti, etiam ex Germanis Sueui, & Sicambri in Galliam traducti. Et hoc modo compressit sparsi crines, quia factus est diminutior populus. *Inde*] ex eo. *Libasti*] libanda dedisti. *Munera gentis triumphatæ*] de qua triumphum egisti: non munera quæ ab hoste acceperit, sed quæ ex præda populo dederit. Nam vt diximus, prandium populo mille mensis, & congiarium tricenos nummos viritim dedit. *Et fecisti*] tu ô Tiberi. *Templa deæ*] Concordiæ. *Quam tu ipse colis*] Quam veneraris, & cuius festa celebras. *Hæc*] templa. *Constituit*] disposuit. *Tua genitrix*] Liuia Drusilla: quam Augustus matrimonio Tiberij Neronis, & quidem prægnantem abduxit, dilexitque, & probauit vnicè ac perseueranter. *Et rebus*] ad rem scilicet diuinam facientibus: nam quia te ipsa concors cum viro semper vixerit, voluit etiam Concordiæ ædem constituere. *Et ara*] in qua sacra fierent: aut ipsa consecratione. *Sola*] Liuia. *Reperta digna toro*] matrimonio. *Magni Iouis*] Augusti, quem Ioui comparat. Nam iam relatus in deos. Et in Tristibus ad Augustum inquit: Liuia sic tecum sociales impleat annos, Quæ nisi te nullo coniuge digna fuit. Quæ si non esset, cœlebs te vita deceret: Nullaque, cui posses esse maritus, erat. *Hæc vbi transierint*] &c. Decimosexto calend. Febr. hoc est, decimoseptimo die Ianuarij,

Ianuarij, relicto Capricorno, sol Aquarium ingreditur. De Aquario dicemus sequenti libro. Capricorni effigiem Higinus inquit similem esse Ægipani, quem Iupiter, quod cum eo erat nutritus, inter sidera esse voluit. Est enim priori parte capra, & posteriori piscis, vt ab Ægyptiis sacerdotibus refertur. Cum Typhon deorum hostis acerrimus illuc venisset, dij qui ibi erant, timore perciti, in varias se formas mutauerunt, Mercurius in Ibin, Apollo in auem quæ Threicia dicitur, Diana in merulam, Pan in flumen se præcipitauit: & posterior pars quæ aquas attigit, in piscem, reliqua in hircum se vertit. Iupiter admiratus effigie, inter sidera collocauit. Spectat autem (vt idem inquit) ad occasum, occidit præceps, exoritur erectus. Vbi, postquam. *Hæc*] Concordiæ festa. *Transierint*] quasi die sequenti. *O Phœbe*] ô sol. *Curres*] currere incipies. *Per signa iuuenis regentis aquam*] per signa Aquarij, de quo in secundo dicemus. *Relicto Capricorno*] cùm iam Capricornus antecesserit. *Septimus hinc Oriens*] &c. Decimo calend. Febr. hoc est, 23. die Ianuarij, Lyra, de qua superius diximus, incipit occidere: cuius totus occasus erit Cæsari (vt ostendit Plinius) pridie nonas Febr. de quo suo loco dicemus. *Hinc*] ab hoc ingressu solis in Aquarium. *Septimus oriens*] sol scilicet. *Cum demiserit se Vndis*] cùm occidet.

Fulgebit toto iam Lyra nulla polo.
Sidere ab hoc ignis, venienti nocte, Leonis
Qui micat in medio pectore, mersus erit.
Ter quater euolui signantes tempora fastos,
Nec sementina est vlla reperta dies.
Cùm mihi (sensit enim) lux hæc indicitur, inquit
Musa, quid à Fastis non stata sacra petis?
Vtque dies incerta sacris, sic tempore certo
Seminibus iactis, est vbi fœtus ager:
State coronati plenum ad præsepe iuuenci.
Cum tepido vestrum vere redibit opus.
Rusticus emeritum palo suspendit aratrum,
Omne reformidat frigore vulnus humus.
Villice da requiem terræ semente peracta,
Da requiem, terram qui coluere, viris.

ANTON. *Fulgebit toto iam Lyra nulla polo*] Decimo calend. Feb. siue vt Columellæ placet, vndecimo Lyra occidit vesperi. Neque enim hoc tēpore de occasu eius signi matutino, id est, cosmico loqui possumus, qui est secundum quosdam pridie idus Augusti, secundum alios tertio idus, siue (vt aliis placet) sexto idus: quo tempore Lyræ occasus autumnū inchoat, autore Plinio. Hoc signum (vt diximus supra) cum Sagittario in ortum fertur, & occidit oriente Virgine, vt: Occidit hæc, oritur cū iam pulcherrima Virgo, Eripit Aemonia Chiron cum tela pharetra, Inflexum ostendens terris mirantibus arcum, Nascitur ethereas cœli manifesta sub oras. Illud quoque sciendum, errare nonnullos, qui heliacum Lyræ occasum hoc loco accipiunt: qui fieri vllo modo non potest, cùm eiusdem signi ortus heliacus nonis Ianuariis fuerit. Quis enim nesciat, vbi aliquod sidus per abscessum solis apparere ac proferre se cœperit, expectandum esse annum, vt idem occultetur solis abscessu, & conspici desinat? Varro autor est, si Lyræ occasu cosmico vua picta inter vites consecretur, minus nocere tempestates. Lyram à Mercurio in Cyllene monte Arcadiæ inuentam, Musæ Orpheo tradiderunt, vt scribit Eratosthenes: quæ in cœlum translata est, vt diximus suprà. *Sidere ab hoc*] &c. Nono calend. Feb. regia stella, quæ (vt inquit Plinius) Venus appellata est, in pectore Leonis mergitur occasu cosmico: occidit enim cum ea Leonis pectus, cùm Aquarius in ortum fertur. *Nec sementina est*] &c. Sementinæ feriæ, vt ait Varro, à semente appellatæ sunt, quòd sationis causa susciperentur: quas Festus ait institutas esse, quasi ex iis fruges grandescere possent. Sunt autem hæ feriæ conceptiuæ, sicut latinæ, paganalia, compitalia, quæ quotannis à magistratibus, vel sacerdotibus concipiebantur in dies certos, vel etiam incertos, vt inquit Macrobius. Vnde ait autor hoc loco, nullam se diem sementinam in Fastis reperisse, vbi statiuæ quidem feriæ erant certis diebus, & statis obseruationibus annotatæ, conceptiuæ autem nusquam. Nec nos lateat, publicarum feriarum quatuor esse genera, autore Macrobio. Nam præter statiuas ferias, conceptiuásque, aliæ erant imperatiuæ, quas consules prætorésque indicebant pro arbitrio potestatis, aliæ nundinæ feriæ paganorum. Erant præterea feriæ familiarum propriæ, quas diuersæ familiæ ex vsu celebritatis domesticæ obseruabant. *Tempore certo*] peracta satione frumenti, quæ ferè extenditur vsque ad finem brumæ, quo tempore agri fœti & grauidi videntur. Virg. Serite hordea campis Vsq; sub extremum brumę intractabilis imbrem. *State coronati plenum ad præsepe iuuenci*] sit præmium laboris iuuenco, qui à iuuando nomen accepit, plenum præsepe, ocium, & corona. *Vere redibit opus*] Virg. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere. Item, Vere fabis satio. *Emeritum palo suspendat aratrum*] Sumptum à militibus, qui emeriti dicuntur, cùm vacationem habent militiæ. Merere enim est militare: vt, Ære merent paruo. *Villice da requiem terræ semente peracta*] Sementis est satio, vt hoc loco: sed nonnunquam semen significat. Licèt contrà senserit vir quidam nostra ætate doctissimus, qui miratur diuum Hieronymum sementem pro semine posuisse. atque sicut messis modò significat messionem, modò segetem iam maturam: ita sementis modò pro satione, modò pro semine accipitur, vt: Incipe, & ad medias sementem extende pruinas. Ouidius infrà, Vos date maturos teneris sementibus auctus. Aulus Gellius: Ea cassita in sementes fortè concesserat tempestiuiores. Plinius: Cauendum, ne id oriente sole faciant, sementem enim arescere.

PAVL. *Iam nulla lyra fulget toto polo*] quasi non omnis lyra fulgebit in cœlo. Nam cùm pluribus ex stellis constet, non omnes eius stellæ videbuntur: aliquæ enim cosmicè occidere incipient. Sed de omnium occasu agitur in secundo. *Sidere ab hoc*] &c. Nono calendas Februarias occidet poëtæ, sed ex ratione Cæsaris, octauo, stella regia: vt Plinius inquit, appellata Tiburon, in pectore Leonis matutino. Verùm per eam partem Leonis occidentem, eiusdem partis Aquarij, qui Leoni est oppositus, occasus demonstratur. Leonem inter sidera constitutum Higinus inquit ab Ioue, quòd omnium ferarum princeps existimatur. Alij, quòd Herculis fuerit prima concertatio, & quòd eum inermis occiderit. Callimachus inquit, crinem fuisse Beronices Ptolomæi coniugis, quem Conon mathematicus inter sidera collocatum videri dixit, septem stellas ostendens, quas crinem esse fingeret. Leo ad occasum spectat, supra corpus Hydræ, à capite, qua Cancer instat, vsque ad mediam eius partem constitutus, medius æstiuo circulo diuiditur, vt sub ipso orbe priores pedes habeat collocatos, occidens à capite, & exoriens. Hæc ex Higino. *Sidere ab hoc*] quasi post occasum huius partis Lyræ. *Nocte Veniente*] nocte insequenti. *Ignis*] ignita & lucida stella regia. *Qui micat*] lucet in medio pectore Leonis. *Erit mersus*] iam occiderit. Sic media parte occiderit Leo, & media parte erit ortus Aquarius, & vterque cosmicè. *Ter quater euolui*] &c. Euoluerat Poëta Fastorum libros, nec inuenire potuit diem sementinam. Sed admonitus est, statas non esse ferias. Quapropter illud erit animaduertendum, feriarum publicarum genera esse quatuor: aut enim statiuæ sunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ. Statiuæ sunt vniuersi populi communes, certis & constitutis diebus ac mensibus, & in Fastis statis obseruationibus annotatæ: in quibus præcipuè seruantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ sunt, quæ quotannis à magistratibus, vel sacerdotibus concipiuntur, in dies vel certos, vel etiam incertos: vt sunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Imperatiuæ sunt, quas consules vel prætores pro arbitrio potestatis indicunt. Nundinæ sunt paganorum, itémque rusticorum, quibus conueniunt negociis propriis vel mercibus prouisuri. Sunt præterea feriæ familiarum propriæ, vt Claudiæ familiæ, vel Æmiliæ, seu Iuliæ, siue Corneliæ Et si quas ferias proprias quæque familia ex vsu domesticæ celebritatis obseruat. & reliqua. Hæc ex Theodoro. *Euolui*] euoluendo legi. *Ter quater*] pluries. *Fastos*] Fastorum libros, seu Annales. *Signantes tempora*] in quibus signata & descripta sunt tempora, & omnia quæ quibusque temporibus fiunt. *Nec reperta est vlla dies sementina*] non inueni diem sementi factam. *Cùm Musa mihi inquit*] quia sensit me quærere diem sementinam. *Hæc lux*] sementina. *Indicitur*] à sacerdotibus scilicet, vel à magistratibus. cùm sint feriæ conceptiuæ, vt diximus. *Quid petis à Fastis*] quid requiris in Fastorum

F. 5

libris. *Sacra non stata*] quæ non sunt fixa & certa constitutis diebus. Et Cato dicit: Sacra stata, solennia, sancta deseruisti.

Et vt est dies sacri] sementini. *Incerta*] quia conceptiua. *Sit tempore certo*] fit sacrum sementiuum. *Vbi*] postquam. *Ager est fœtus*] grauidus. Et fœtam dicimus mulierem, vel grauidam, vel quæ peperit. *Sementibus iactis*] postquam sunt iacta & condita solo semina, tunc erunt feriæ sementinæ. Quod quidem fit vel celerius, vel serius, pro qualitate temporis & regionum. Iacto ergo semine, dies indicitur. Antiqui autem deam Seiam, à serendo: Segestam à segetibus appellabant, vt autor est Plinius: quarum simulacra erant in foro. *State coronati*] &c. Post peractam sementem erit per hyemem à labore rustico vacandum, danda est tam bobus quam colonis quies, nec terra proscindenda: noxia enim est hyberna glacies proscissæ nuper terræ. Ergo per hyemem erit quiescendum. *O iuuenes coronati*] Per translationem à militibus, qui post exactos labores coronantur. *State ad plenum præsepe*] iam stantes mandite & requiescite. Iuuencus (vt Varro inquit) dicitur, quòd iam iuuare ad laborem possit. *Vestrum opus*] vester labor. *Redibit cum tepido vere*] verno tempore erit ad arua proscindenda redeundum. Et aliqui præcipiunt, in locis tepidioribus à bruma proscinda oportere arua. Virgilius verò inquit: Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & zephyro putris se gleba resoluit, Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer. *Rusticus suspendat palo*] altè ad palum ligat. *Aratrum emeritum*] Perstat in translatione à militibus, qui cum emeriti sunt, vacationem habent. *Humum*] terra. *Reformidat omne vulnus frigore*] timet omnem per hyberna frigora proscissionem. *Villice*] tu qui præes pago, & curæ totius rei rusticæ. *Da requiem terræ peracta semente*] noli terram proscindere post sementem. *Da requiem viris qui coluere terram*] sine etiam colonos requiescere.

ANTON. *Pagus agat festum*] rustici qui vicum paganum habitant. A continente figuratè quod continetur, accipimus. *Visceribusque suis*] quia (vt diximus) hoc sacri genere gaudet Ceres: vt Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ. Et, Accipiat grauidæ cum suis exta Ceres. Est autē Cereri & Terræ commune officium serendarum frugum. Vnde Cererem à creando nomen inditum putant. Et terram Opem dictam volunt, quòd eius ope humanæ vitæ alimenta quærantur. Ceres est, quę semina terræ suppeditat: Terra, quæ fouet. Sed de his alibi latius. *Perpetuos auctus*] iuge incrementum, donec ad maturitatem perueniant: vt, Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. *Cùm serimus*] &c. Sementis tempore vtilis est, & agricolæ optanda serenitas. vt: Nudus ara, sere nudus.

Pagus agat festum, pagum lustrate coloni,
Et date paganis annua liba focis.
Placentur matres frugum, Tellúsque Cerésque,
Farre suo grauida visceribúsque suis.
Officium commune Ceres & Terra tuentur:
Hæc præbet causam frugibus, illa locum.
Consortes operum, per quas correcta vetustas,
Quernáque glans victa est vtiliore cibo.
Frugibus immensis auidos satiate colonos,
Vt capiant cultus præmia digna sui.
Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,
Nec noua per gelidas herba sit vsta niues.
Cùm serimus, cœlum ventis aperite serenis:
Cùm latet, ætherea spargite semen aqua.
Néve graues cultis cerealia dona cauete,
Agmine læsuro depopulentur aues.
Vos quoque subiectis formicæ parcite granis:
Post messem prædæ copia maior erit.
Interea crescat scabræ rubiginis expers,
Nec vitio cæli palleat vlla seges.
Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo
Diuitiis pereat luxuriosa suis.

& protegunt simul agricolationem. Ceres enim iacit semina, Tellus recipit: hæc alit, illa curat excutitque matura. *Hæc*] Ceres scilicet. *Præbet causam frugibus*] nam ipsa est artifex, & illa officina, in qua fit artificium. *Illa*] Tellus scilicet. *Præbet locum*] nam est vas eorum quæ fiunt, & in ea generantur. *Consortes operum*] &c. Nunc orationem ad ipsas frugum deas vertit, Cererem & Tellurem, vt & agricolas fructibus exaturent: & sementem ita augeant, vt in herbis à niuibus non aduratur seges: & quam exposcunt semina, cœli temperiem præstent, tueantur à noxiis: & cætera quæ faciunt, adhibeant, descenditque vsque ad 22. vers. *O consortes operū*] ô Ceres, ô Tellus, quæ in agris eandē geritis sortē. *Per quas vetustas est correcta*] quasi quę rudē vetustatē, & syluestrē cultū ad ciuilē vsum redegistis. *Et quernæ glans*] qua prius homines vescebantur. *Est victa vtiliore cibo*] cessit, victa frumento à vobis exhibito, qui suauior & vtilior fuit cibus. *Satiate colonos auidos*] explete auiditatē colonorū. *Immensis fructibus*] ingēti fructuū copia. *Vt capiant*] recipiant. *Præmia digna sui cultus*] præmia conuenientia suo labori in re rustica. *Vos date*] vos deæ. *Perpetuum auctum*] continuatum incrementum vsque ad maturitatem. *Teneris sementibus*] dum in teneris herbis sunt semina. *Ne herba noua*] tenella, aut nuper nata. *Sit vsta per gelidas niues*] ne nimio rigore niuium aut pruinæ peruratur. Pruina enim à perurendo dicta, quòd lata perurat: nix à νίφω, quod est ningo. *Cùm serimus*] tempore sementis. *Aperite cœlum*] pellite nubes, quæ cœlum nobis claudunt. *Ventis serenis*] serenitatem inducentibus: vt sunt septentrionales. *Cum latet semen*] posteaquam satum est, & semen latet intra terram. *Spargite aqua æthereа*] pluuia: & hoc antequam emergant. Nam in Ianuario si cadant pluuiæ & gelicidia, crescent frumenta in spicam: si in Februario, aut in Martio, crescent in stipulas, non in spicas. *Et cauete*] cautam curam adhibeatis, aut cauete vos agricolæ. *Ne aues graues cultis*] molestæ satis ipsis. *Depopulentur*] diripiant. *Dona cerealia*] ipsa semina. *Agmine læsuro*] turba agrum prædatura. Ergo depellite auium agmina agrum populantia. *Vos quoque subiectis*] &c. Apostrophe ad formicas, vt nolint semina solo iniecta depopulare, expectent messem: nam ex ea maior eis præda suggeretur. *Vos quoque*] ô formicæ. *Parcite subiectis granis*] nolite attingere grana, quæ solo credita & subiecta sunt: nam tenuis esset illa vobis præda. *Maior copia prædæ*] maior abundantia deprædandi frumenti. *Erit post messem*] quasi, post excussum è paleis frumentum, maior erit tunc cumulus paratus. *Interea crescat*] &c. Crescant

Graues cultis] quæ semina eruunt: vt anseres agrestes, gruésque. Virgil. Nec tamen hæc cum sint hominumque boúmque labores, Versando terram experti, nihil improbus anser, Strymoniæque grues, & amaris intyba fibris Officiunt. *Scabræ rubiginis*] vitij quo culmi pereunt. Vnde Numa instituit Rubigalia, vt suo loco dicemus.

PAVL. *Pagus agat festum*] qui in pago sunt, celebrent sementinas ferias, & festa Paganalia. Pagus, ἀπὸ τῆς πηγῆς quod est fons. Nam plerumque pagi, hoc est villæ, apud fontes erigebantur. *O Coloni*] qui pagum incolitis. *Lustrate pagum*] circuite solenni pompa in Sementinis & Paganalibus festis. *Et date annua liba*] sacrificate quotannis. *Focis paganis*] aris deorum, qui rura tuentur. De libis superius dictum est. *Placentur frugum matres*] &c. In sementinis & paganalibus festis sacrificandum est Terræ, Cererique, frugum parentibus, & farre & porca prægnanti. Tellus & Ceres matres frugum: quæ sunt causa omnium frugum exhibendarum, imò & sine his nulla agricolatio esset. *Placentur farre suo*] quod ipsę tradunt.

Et visceribus suis grauida] porcæ prægnantis. Et porcam Cereri immolari diximus. Fruges à fruendo dictæ. Volunt aliqui, eandem esse Cererem & Tellurem. Diodorus libro 4. Ab antiquis, inquit, scriptoribus & poëtis traditur, Cererem fuisse Terram matrem appellatam. Eadem & Orphei tradunt poëmata, & in cerimoniis introducuntur de quibus nequaquam fas est insciis loqui. Et in primo libro: Terram, inquit, tanquam vas aliquod eorum quæ fierent, putantes, matrem appellarunt. A Græcis similiter γῆ μήτηρ mutato deinde paululum verbo, Δημήτηρ est cognominata. Antiquitus enim Terra mater est appellata. Poëta non dicit eandem esse, sed idem officium ambas tueri. *Ceres & Terra tuentur commune officium*] custodiunt.

A segetes sine vlla rubigine, nec vlla intemperie cœli contraxerint vitium. *Crescat seges*] crescant ad maturitatem fruges. Seges enim est (vt Varro de re rustica inquit) quod aratum & satum. *Expers scabræ rubiginis*] quasi sine vlla asperæ rubiginis læsione. Prouenit enim rubigo ex calore solis, cùm adusit madefactos aquis culmos. Vnde inferius in quarto libro: Nec venti tantum Cereri nocuere, nec imbres, Nec sic marmoreo pallet adusta gelu, Quantum si culmos Titan incalfacit vdos. Tunc locus est iræ diua tremenda tuæ. Propterea Numa vndecimo anno regni sui festa Rubigalia instituit, de quibus latius agemus in quarto libro. *Nec vlla seges palleat*] pallorem contrahat. *Vitio cœli*] aëris intemperie, vel pruinis, vel nimiis caloribus, quibus interdum solent quidam vermiculi gigni, & in radicibus. Ergo non palleat ante maturitatem: nam pallor intempestiuus frustratur miseros colonos. *Et neque deficiat*] &c. non fit sterilis seges, neque nimium pinguis, cuius quidem luxuria esset reprimenda, more Virgiliano: Quid qui ne grauidis procumbat culmus aristis, Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Et Plinius: Luxuria, inquit, segetũ castigatur dẽte pecoris in herba duntaxat, & depastæ quidẽ sæpius nullã in spica iniuriã sentiũt. *Et neq. deficiat*] ipsa seges. *Macie*] & tenuitate, & sterilitate. *Pinguior æquo*) plus q̃ satis sit *Luxuriosa*) seges nimiũ pinguis. *Parcat suæ diuitijs*) suę nimię pinguedini. G

Et careant loliis oculos vitiantibus agri,
Nec sterilis culto surgat auena solo.
Triticeos fœtus, passuráque farra bis ignem,
Hordeáque ingenti fœnore reddat ager.
Hæc ego pro vobis, hæc vos optate coloni,
Efficiátque ratas vtraque diua preces.
Bella diu tenuere viros: erat aptior ensis
Vomere, cedebat taurus arator equo.
Sarcula cessabant, versique in pila ligones:
Factáque de rastri pondere cassis erat.
Gratia dis domuique tuæ: religata catenis
Iampridem vestro sub pede bella iacent.
Sub iuga bos veniat, sub terras semen aratas:
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.
At quæ venturas præcedit sexta calendas,
Hæc sunt Ledæis templa dicata deis.

ANTON. *Et careant loliis*] &c. B Lolium frugibus quidẽ noxium est, vt: Interque nitentia culta Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ. Sed mixtum frumento & oculis nocet, & somnum inducit: quod cum Pij secundi summi Pontificis copiæ, te duce atque imperatore, Fanum fortunæ meam patriam obsiderent, primi omnium multis admirantibus explicarunt eminentissimi viri, atque omnium bonarum artium cultores C Marius Bartholellus philosophus ac medicus illustris, & Vgolinus Palatinus Fanensis, nobilitatis splendor & decus. Erat enim cernere in omnibus compitis, per strata viarum, in foro rerum venalium, in officinis plebeios homines, vbi eos somnus oppresserat, dormientes, cùm edissent panem lolio vitiatum. *Nec sterilis culto surgat auena solo*] vel quod agrum sterilem reddat: vel quod magis placet, quia in Thracia (teste Seruio) auenæ fructuosæ sunt, quibus (Agretio autore in orthographia) ab occupandi auiditate nomen inditum est. Secundum ergo situm Italiæ dicit steriles. *Passuráque farra bis ignem*] Audio quosdam hunc locum male interpretari, di-D centes farra bis ignem pati, quòd & vi solis in agro torreãtur, & igne postea, dum coquitur panis. Quis enim non videat, omne frumenti genus, vnde conficitur panis, ea ratione bis ignem pati? Atque autor hic de farre, frumenti specie, non de omni frumento loquitur: cùm & triticum ante far nominet, & deinde subiungat, Hordeáque ingenti fœnore reddat ager. Dicendum igitur, far bis ignem pati, ea institutione Numæ: is enim (vt Plinius scribit) & instituit far torreri, quòd tostum cibo esset salubrius: & fornacalia celebrari, farris torrendi ferias: persuasitq; non esse far purũ ad rem diuinã, nisi tostum? Ergo nõ solùm far, quod adolebatur in sacris, bis ignem patiebatur: sed & quo maiores vtebãtur in cibo, cum vel panis, vel aliud cibi genus è farre, nõ nisi eo prius tosto cõficeretur. Herodotus autor est, Scythas aratores, qui supra Halizones incolunt, non ad panem con-E ficiendum serere triticum, sed ad torrendum. *Ingenti fœnore*] Id quod terræ proprium est, vt multo plus reddat quàm acceperit: vnde iustissima dicitur. *Sarcula cessabant*] &c. Subiiciuntur hæc in laudem domus Augustæ, per quam pax toti orbi parta est. Sunt autem ligo & sarculum instrumenta rustica: quorum hoc à serendo siue sariendo nomen accepit, vt autor est Varro: illud à legendo, eo quòd propter ipsius latitudinem terra faciliùs legitur. *Religata catenis iampridem*] &c. Virg. Furor impius intus Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis Post tergum nodis. Quo in loco notandum est, Poëtam furoris vincula ideo ænea dixisse, vt perpetuam pacem futuram ostenderet: quoniam æris materia non sicut ferrum rubigine consumitur. *At quæ venturas*] &c. Sexto calend. Feb. dicata est ædes Castori & Polluci Ledæ filiis, ad lacum Iuturnæ: quem quidam fuisse prope a-F quam Virgineam putant, quibus parũ fidei adhibemus. Dicauit id templum Tiberius suo fratrisque nomine, vt Suetonius scribit. Sed iampridem ante amissam à Romanis libertatem, A. Posthumius dictator, qui nihil (vt inquit Liuius) nec diuinæ, nec humanæ opis prætermittens, ad lacum Regillum aduersus Latinos prosperè pugnauit, eisdem diis, quibus veluti commilitonibus vsus creditur, ædem vouerat, quam postea eius filius duũuir ad idipsum creatus Idibus Quintilibus dedicauit. Lege historiã apud Liuium & Dionysium, ac Valerium Maximum de miraculis. Huc templum, legimus in vita Coriolani, ad forum, ac prope fontem fuisse: quòd Castor & Pollux H statim post pugnam, sudantibus equis, ac bellicas induti lænas, faciémque seruantes, tanquam redeuntium ex prælio specie pugilum (vt inquit Dionysius) in foro Romano victoriam nũciarint. Supra Castoris eundem Tiberio principe coruus in Sutrinam oppositam deuolauit, qui maturè sermoni assuefactus, omnibus matutinis euolans in Rostra, Tiberium, & deinde Germanicum ac Drusum Cæsares, & mox transeuntem Romanum populum salutabat. Constat, in eodem templo dicatum fuisse Cyllarum, autore Papinio: vt, Et pauet aspiciens Ledæus ab æde propinqua Cyllarus. Dicuntur sanè Castor & Pollux fuisse fratres, maxima iuncti concordia: ac dum viuerent, mare à piratis infestatum pacauisse. Vnde postea in cœlum translati, solebant à nautis in tempestate periclitantibus inuocari. Sed de his aliàs. I

PAVL. *Et careant loliis*] &c Non nascatur in agro lolium, non auena: quoniam hæ sunt perniciosæ pestes segeti. Lolium infœlix appellat Virgilius. Et ideo volunt infœlix dictũ, quòd ex tritico & hordeo per negligentiam fiat, & desinat esse triticum, quod fœlix est. Et auenam primum omnium frumenti vitium esse, Plinius inquit. Et auenas Maro steriles dixit: extenuant enim terram, & infœcundiorem reddunt. *Et agri careant loliis*] sint sine lolio, quod noxium est. *Vitiantibus oculos*] hebetantibus visum. Et caput aggrauat, & nimium soporem inducit, & visum hebetat immixtum frumento lolium. K *Nec auena sterilis*] ab effectu, cùm faciat sterilem agrum. *Surgat solo culto*] in agro exculto. *Triticeos fœtus*] &c. Proueniat ex agris magna tritici, farris, & hordei abundantia. Hæc agricolæ pro vobis precatus sum, idem & facere vos debetis: vt quod precamur, Cereris & Telluris munere sortiatur effectum. *Ager reddat fœtus triticeos*] triticum ipsum. *Et farra passura bis ignem*] quæ bis torrentur: primùm, cum relatum est in horrea: deinde in sacris, siue in cibis, Numa instituit, deos fruge colere, & mola salsa supplicare, atque (vt autor est Emina) far torrere, quoniam tostum salubrius esset. Id vno modo consecutum, statuendo, non esse purum ad rem diuinam, nisi tostum. Is & Fornacalia instituit, farris torrendi ferias, & reliqua. *Et hordea*] etiam reddat ager. *Ingenti fœnore*] quasi multo maiori copia, quã acceperit. L *Hæc ego pro vobis*] opto hæc omnia pro nostra vtilitate. *O coloni*] agricolæ *Hæc vos optate*] precibus à diis poscite *Et vtraque diua*] Ceres & Tellus. *Efficiat preces ratas*] firmas: ducat ad effectum, quicquid nos & vos simul precamur. *Bella diu tenuere viros*] &c. Cum diu & respublica, & omne imperium bello ciuili premeretur, nulla habebatur ratio rei rusticæ, cuius instrumenta in arma bellica vertebãtur. Sed deorum, & Augustæ domus munere, Bella quidem extincta, atque orbi pax reddita toti, Et cultus fruges vndique præbet ager. *Bella diu tenuere viros*] diu fuere viri in armis, præsertim ciuilibus, occupati. *Ensis erat aptior vomere*] accommodatior erat ensis ad bella, quàm esset vomer, quo terra aratur, aut cætera instrumenta ru-

A deo (vt inquit Strabo) prius quoque Actia à finitimis agebantur, quæ Augustus postea honorificentius edidit. Alludit autem ad certamina Olympiaca, quæ in honorem Olympij Iouis fiebant, vbi victores corona oleagina donabantur. Nec mirum, cùm autor (vt suprà dixi) sæpenumero Augustum Iouem apellet. Esse autem oleam arborem pacis, nemini dubium est. Vnde legimus in contentione Palladis & Neptuni, cùm hic equum, illa produxisset oleam, Mineruæ munus comprobatum esse, vti rem meliorem, ac pacis insigne. Cui tantum honorem præbuit Romana maiestas, autore Plinio, vt equitum turmæ idibus Iulijs ea hac arbore coronarentur, item minoribus triumphis ouantes. Athenienses quoque victores olea coronarunt. Sunt qui legant, Frondibus Atticis, ab Attica, quod non placet.

PAVL. *Illa dies fratribus,*] Castori & Polluci sacra est: tunc enim B erat eorum festum. *Fratres,*] Tiberius & Drusus: non quòd ambo simul dedicauerint, sed quòd Tiberius ipse suo & fratris nomine dedicarit, vt Tranquillus ostendit. *De gente deorum.*] Et hoc propter domum Iuliam, quæ ab Ascanio emanauit, in quam adoptatus Augustus, Tiberium & ipse adoptauit in filium. *Composuere*] ea templa scilicet. *Circa lacus Iuturnæ,*] de quo iam diximus. *Ipsum nos carmen,*] &c. Trigesimo die Ianuarij erat festum Pacis. Inuocat igitur, & orat illam, vt diutius in orbe maneat, ne magis bella gerantur, cùm laudabilius sit, pacem quàm bellum colere. Sed gerantur arma solùm ad propulsandam, non ad inferendam iniuriam. Timeatque omnis orbis Romanum nomen, aut potius amet, si non extimescit. *Ipsum carmen deduxit nos ad aram Pacis*] quia nunc pacis meminimus. Pax Cererem nutrit, & reliqua. Et ad finem libri & mensis properamus, ipsa opportunitate ad templum Pacis venimus, & festum, quo fiunt illi sacra. *Ad aram*] ad templum: quod Augusti tempore exiguum erat, ad viam sacram: Cœpit illic maius erigere è fundamentis Agrippina, sed Vespasianus postea perfecit. *Hæc dies*] Pacis. *Erit secunda a fine mensis*] secunda ab vltimo die Ianuarij, retrò numerando. Sic erit penultimus dies. *Ades tu pax redimita*] ornata *Capillos comptos*, ornatos *Frondibus Actiacis*] G corona victrici & triumphali. ab Actio promontorio Epiri, apud quod Cæsar Octauius Antonium & Cleopatram fudit, post quam victoriam Ianum Quirinum clausit. Protinus & totum pax alma effusa per orbem. Ad illud ergo alludit. Aliqui legunt, Frondibus Actæis, ab Actica: & pro olea accipiunt, cùm pacis sit insigne *Et mane mitis*] lenis & benigna. *In toto orbe*] sicut per vniuersum orbem fuit, Augusto imperante. *Dum desunt hostes*] dum non est hostis, qui in Romanos gerat arma. *Desit quoque causa triumphi*] quasi nec à Romanis bellum geratur, spe triumphi. Bello enim subactus hostis, triumphi causa est.

MICYL. *Fratribus illa dies fratres de gente deorum*] &c. Legendum, Fratribus illa deis, fratres de gente deorum, &c. vt sit sensus, Fratres de gente deorum, hoc est, Tiberius & Drusus, ex gente deorum Iulij & Augusti Cæsarum, constituere H illa, scilicet templa, Fratribus deis, siue dijs, Castori & Polluci. vt sit allusio in vocibus Deis & Deorum. Dedicauit autẽ suo & fratris nomine Tiberius ædem Castoris & Pollucis, de manubijs, vt inquit Suetonius.

> *Tu ducibus bello gloria maior eris.*
> *Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma:*
> *Cantetúrque fera nil nisi pompa tuba.*
> *Horreat Aeneadas & primus & vltimus orbis:*
> *Si qua parum Romam terra timebit, amet.*
> *Thura sacerdotes pacalibus addite flammis,*
> *Albáque perfusa victima fronte cadat.*
> *Vtque domus, quæ præstat eam, cum pace perennet,*
> *Ad pia propensos vota rogate deos.*
> *Sed iam prima mei pars est exacta laboris,*
> *Cúmque suo finem mense libellus habet.*

ANTON. *Tu ducibus bello*] &c.
C Quia bellicas laudes (vt inquit Cicero) solẽt quidam detrahere ducibus, & eas communicare cũ multis: quarum maximam partem fortuna, quæ in re militari plurimum potest, sæpenumero sibi vendicat. Qui verò pacis autores sunt, & vel togati quieti publicæ rectè consulunt, ampliores laudes consequuntur, exuperántque gloriam militarem. Vnde illud est, Cedant arma D togæ. Et illud: Tantum igitur mutos intra toga contulit Illi Nominis ac tituli, quantum non Leucade, quantum Thessaliæ campis Octauius abstulit vdo Cædibus assiduis gladio. *Sola gerat miles, quibus*] &c. Vt propulsetur, non inferatur iniuria. Laude enim dignus est, q nemini infert iniuriã. Qui autẽ iniuriã inferre volentibus reluctatur, longè maiori laude dignus est: ille enim sibi duntaxat, hic alijs pluribus est vtilis. *Nil nisi põpa*] quæ exhibetur in ludis. Est autem Græcũ vocabulum. Vtimur etiam pompæ nomine in funebribus rerum ferculis, teste Quintiliano. *Si qua parum Romam*] &c. Vt Roma imperet volentibus. quod hi faciunt, qui iustè imperant, nec timeri volunt, sed diligi: cùm malus sit custos diuturnitatis metus. Hinc illud est Virgilij: Victórque volentes Per populos dat iura, viámque affectat Olympo. *Alba victima*] E pro qualitate numinis. Nihil est enim pace candidius, cuius gratia legitima bella suscipiuntur. Nam vt autor est Cicero, eam ob causam bella suscipienda sunt, vt sine iniuria in pace viuatur: quæ si vel libidine dominandi, vel alia quauis eiusmodi cupiditate suscipiantur, ac non pacis & quietis gratia, iniusta & detestabilia sunt. *Perfusa fronte*] mola, qua frons victimæ aspergebatur, autore Seruio: item, cultri ac foci. Quod & Naso manifestè ostendit in vltimo Metamorph. *Domus quæ præstat eam*] familia Cæsarum: de qua inquit suprà, Gratia dis domuíque tuæ.

PAVL. *Tu*] Pax. *Erit ducibus*] imperatoribus, & ipsis ducibus. *Maior gloria bello*] quia maior ex pace quàm ex bello gloria I comparatur. *Miles gerat arma, quibus*] armis. *Coerceat sola arma*] propulset inferentes armis iniuriam, quam non ipse inferat. *Nil cantetur fera tuba, nisi pompa*] non crepitent tubarum clangores ad incendendos ad pugnam animos, sed ad exhibendam ludorum pompam, & ad supplicationes. Ille enim ordo procedentium in his, pompa dicitur. *Et primus & vltimus orbis*] Oriens & Occidens *Horreat*] extimeat. *Aeneadas*] Romanos ab Aenea progenitos. *Si qua terra parum timebit*] vt sunt remotissimæ gentes Indi & Scythæ. *Amet*] fit Romanorum amica, vt eidem fuere, qui in amicitiam recepti sunt. *Thura sacerdotes*] K &c. O sacerdotes, addite thura, & ponite, & adolete. *Flammis pacalibus*] aris & ignibus pacis. Dicuntur enim pacalia, sicut fornacalia. *Et cadat victima alba*) immoletur Paci pecus alba. *Fronte perfusa*) mero scilicet, vt moris est, & superius diximus: In tua quod spargi cornua possit, erit. *Et rogate*) vos sacerdotes. *Deos propensos*] inclinatos. *Ad pia vota*] quasi qui pia vota & castas preces exaudiunt. *Vt perennet*] perpetuet. *Cum pace*] domum Augustam. *Quæ domus*] Augusta. *Præstat eam*] pacem humano generi. *Sed iam pars prima nostri laboris*] primus Fastorum liber. *Est exacta*] quasi est deductus ad finem *Et libellus*] hic primus. *Habet finem cum suo mense*) quia iam perfecimus primum librum, & rationem primi mensis, qui est Iano dicatus.

FASTORVM LIBRI PRIMI FINIS.

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBER SECVNDVS.

IANVS habet finem, cum carmine crescat & annus:
 Alter vt hic mensis, sic liber alter eat.
Nunc primùm velis Elegi maioribus itis.
 Exiguum (memini) nuper eratis opus.
Ipse ego vos habui faciles in amore ministros,
 Cum lusit numeris prima iuuenta suis.
Idem sacra cano, signatáque tempora fastis:
 Et quis ad hac illinc crederet esse viam?
Hac mea militia est, gerimus quæ possumus arma,
 Dextráque non omni munere nostra vacat.
Si mihi non valido torquentur pila lacerto,
 Nec bellatoris terga premuntur equi,
Nec galea tegimur, nec acuto cingimur ense:
 His habilis telis quilibet esse potest:
At tua prosequimur studioso pectore Cæsar
 Nomina, per titulos ingredimúrque tuos.
Ergo ades, & placido paulùm mea munera vultu
 Respice, pacato si quid ab hoste vacas.
Februa Romani dixere piacula patres:
 Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.

ANTON. *Ianus habet finem*] &c. Vtilis exornatio, siue color rhetoricus, quem Græci μετάβασιν, Latini transitionem vocant. Ostendit enim breuiter, quod dictum est: ac proponit breui, quid consequatur, vt: Hactenus aruorum cultus, & sidera cœli, Nunc te Bacche canam. Annum autem naturalem accipe, ex quo magni constabant ciuiles nominati, quòd eos populi siue gentes pro arbitrio sibi statuerent: vt is qui Trieteris dicitur, duobus annis vertentibus constans: quãuis sit propriè Dieteris. Similiter & is qui Olympias, quatuor annos amplexus: vnde quinto quoque redeunte, Græci Ioui Olympio agonem celebrabãt. Additur iis annus Eudoxi, octo è nostris continẽs. Item Chaldaicus, qui duodecim: & Metonicus, qui vndeviginti cõstare dicitur. *Nunc primùm velis*] &c. Translatio est. Velis autem maioribus dicit, quòd Elegi orti ad querimonias explicandas, vt eorum nomen ostendit, nunc tractent sacra & seria, non amores & ludicra. Videbatur enim hæc materia postulare carmẽ Heroicum, quod alibi ostendit: vt, Sæpe dedi noctes, &c. *Lusit*] scripsit humilia: vt, Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. *Hæc mea militia est*] &c. Bene meremur de Germanico, carmine, qui ense non possumus. *His habilis telis*] &c. Bene supprimit ingeniosus poëta, quod cum arrogantia expresisset. Nam ex eo quod dicit, bellica tela à quouis posse tractari, intelligendum relinquit, concedi paucis poeticum impetum, quorum in numero sit. *Studioso pectore*] non docto, ne sit arrogantis. *Februa Romani dixere*] &c. Februarius, qui lustrationis expiationisque mensis fuit, autore Plutarcho, dictus est (vt Festo placet) quòd tum populus februaretur, hoc est, lustraretur, ac purgaretur: quo tempore nouo germine sacrificabant, vt legimus in vita Numæ. Vel à Iunone februata: cuius feriæ lupercalia fuerũt: quo die mulieres februabantur à Lupercis, amiculo Iunonis, id est, pelle caprina. Vnde is dies februatus dicebatur. Quæcunque enim purgamenti causa in sacrificiis adhibebantur, Romani februa appellarunt: & quod purgatum fuerat, februatum, deducto à Sabinis (vt arbitramur) vocabulo, qui (teste Varrone) purgamentum februum dicunt. Idem Varro scribit, regem, cùm ferias menstruas nonis Februariis diceret, eum diem februatum appellasse. Et in quibusdam sacris constat liba, cùm facta essent farris semina, ionici consueuisse, ac dici ea tunc februari: hoc est, pura fieri, vt Nonius refert. Sciendum, Februum deum, cui hic mensis dicatus est, esse, (vt quibusdam placet) Ditis patrem: vtalis ipsum Ditẽ: cuius bostia capta fuit, quam nunquam febri carere Archelaus autor est, vt Plinius docet. Ideóque buccina, qua dij inferi induebantur, è capra fieri consueuit. Sanè piacula & piamenta dicebantur omnia, quibus maiores nostri vtebantur in expiando. Vnde Piacularis porta Romæ dicta, propter aliqua piacula, quæ ad eam fiebant. Et Piatrix dicebatur sacerdos expiare solita, quam & Sagam appellarunt.

PAVL. *Ianus habet finem*] &c. Numa, cùm anno Romuli duos addidisset menses, primum Ianuarium nuncupauit, primúmque anni mẽsem esse voluit. Secundum Februarium vocauit, Februo deo dicatum, qui lustrationum potens creditur, vltimúmque anni esse voluit. Lustrari autem eo mense ciuitatem necesse erat. Statuit vt iusta diis manibus soluerentur. sed postea à decemuiris Februarius post Ianuarium numeratus est. Dionysius tamen asserere videtur, sacrificia hæc in Februario post brumam ab Euandro initium babuisse: qui mos postea à Romanis seruatus est. Nec dissentit Varro: Februarios enim, inquit, appellatus à februo. Februare, purgare significat. Eo mense purgabatur antiqua ciuitas, id est Palatium, à nudis lupercis. Ab hoc deus purgationum Februus est nominatus. Sed de hoc paulò pòst latius differemus. Ianuarium mensem primum priore libro diis auspicibus absoluimus: nunc ad secundum his duobus versibus transitionem Poëta facit. *Ianus*] hoc est, mensis Iano dicatus. *Habet finem*] quia absolutus est. *Crescat & annus cum carmine*] crescat annus per additionem mensium, & carmina, in quibus de mensibus agetur. *Vt is alter mensis*] secundus scilicet. Sic eat alter liber, quo secundus ipse mensis describatur. Quid mensis, & vnde, superius diximus. Grauia grauiori stilo commendanda erant: sed cùm magis ingenium Elegis accommodatum haberet, etiam hæc, quæ grauia sunt, Elegis decantat. His enim versibus miserabiles hominum ærumnæ, & amoris querimoniæ decantantur. dicti ab ἐλεῶ, quod est misereor. Inde ἔλεος, misericordia. Vertit sermonem ad ipsos Elegos. *O Elegi, nunc primùm*] quasi non antehac, sed nunc primùm. *Itis velis maioribus*] sublimiore stilo, & locupletiore materia. per translationem à nauibus & mari. *Memini, eratis nuper opus exiguum*] exigua materia: quia leuia leuiori stilo canebantur. At nunc magna canitis, verba sententiis accommodando.

Ipse ego vos habui] &c. Elegias de amoribus multas scripserat, quarum extant ad Corinnam tres libelli. Scripsit & artem, & amoris remedium. *Ipse ego habui vos*] Elegos scilicet. *Faciles*] benignos ministros in amore. Et vt excusatus haberetur, subdidit: *Cùm prima iuuenta*] ipsa ætate iuuenili. *Lusit numeris*] quasi dicat: Cum ea luderem, quæ iuuenes non dedecebant. *Idem sacra cano*] &c. Quod de amore attigit, cùm humilis esset materia, humili etiam sono expressit. Hic verò cùm grauia dicat, se totum ipso carmine attollit, verbaque rebus accommodat. *Idem ego cano sacra*] omnia ad religionem facientia. *Et tempora signata*] descripta. *Fastis*] in Fastorum libris. Omnia hæc superius diffiniuimus. *Et quis crederet illinc*] ex ipsa re amatoria. *Esse viam ad hæc*] sacra scilicet, & tempora describenda. *Hæc mea militia est, gerimus quæ possumus arma,*] &c. Trahit sua quemque voluptas. Et cùm magno sit ornamento militaris industria, cùm ille

se à pueris non dederit, hanc esse suam militiam inquit, nec omni ab officio vacare. *Hæc est mea militia*) poeticè scilicet, & sacra canere. *Ferimus arma quæ possumus*) ac si diceret, Calami sunt mihi pro hastis bellicis. *Dextra nostra non vacat omni munere*) omni officio: immo aliquod munus affert. Nam si tela non torquet, tractat calamos, quibus ad scribendum vtitur. *Si mihi non*] &c. Vt magis laborem suum Germanico commendaret, per longum hyperbaton inquit: Si à me non tractantur arma, non premitur bellator equus, non habemus arma neque ad propulsandam, neque ad inferendam iniuriam, quæ quidem ab omnibus haberi possunt: canimus tamen Cæsareum nomen, & tuas laudes & dignitatem celebramus. ac si dicere velit: Illa à multis fieri possunt, hæc autem à paucis. Inquit ergo: *Si pila*] Pilum genus teli esse diximus. *Non torquentur*] non torquendo emittuntur. *Mihi*] à me. *Valido lacerto*] forti & robusto brachio. *Nec premuntur terga equi bellatoris*] equi bellicosi. nam animal bellicosum est. Et equum præsagire pugnam, Plinius testatur. *Nec tegimur galea*] capitis tegmine. & hoc ad defensionem. *Nec cingimur ense acuto*] & hoc ad offensionem, aut ad propulsandam iniuriam. *Quilibet potest esse habilis*] id est, aptus. *His telis*] ac si dicere velit, Carminibus tamen quilibet esse habilis non potest. *At*] Particula hæc differentiam rerum significat, Pompeio teste. vt cum dicimus: Scipio bellator, at Marcus Cato orator. *At ò Cæsar*] Germanice. *Prosequimur*] scribendo. *Tua nomina*] Cæsarea scilicet. *Studioso pectore*] officioso, seu diligenti.

Et ingredimur per tuos titulos] immo per tuas laudes, per tuas dignitates. Tituli tamen & milites appellati sunt, vt Pompeius inquit: quasi tituli, quòd patriam tuerentur. Vnde & Titi prænomen ortum est. *Ergo ades*] &c. Cæsaris (vt etiam superius) Germanici benignitatem implorat, vt hæc tranquillo animo munera respiciat, si quid ocij in bellis superest. Nam & hæc ad eum belligerantem in Germania scripta sunt. Vnde hic: Pacando si quid ab hoste vacas, &c. *Ergo ades*) faue: cùm scilicet canam tua nomina. *Et respice paulum mea munera placido vultu*] tranquillo animo. Nam vt suprà diximus, vultus est voluntas, quæ pro motu animi in facie ostenditur. *Si quid vacas ab hoste pacando*] si quid cessas à pacandis hostibus: aut si quid ocij aut temporis tibi superest, dum pacas hostes. *Februa Romani dixere*] &c. Vbi fauorem Germanici implorauit, rem ipsam aggreditur. Hinc enim incipit narratio Februatiorũ, vnde mensis Februarius nomen traxerit. Et cùm à februis dicatur, februa quid sint, primùm diffinit. Februa piamina esse dicit, idque plurimis argumentis probat. *Romani patres dixere*] vocauere. *Piamina*] purgationes, lustrationes. *Februa nunc quoque*] nunc etiam. *Plurima signa dant fidem verbo huic*] scilicet februorum.

> *Pontifices ab rege petunt & flamine lanas,*
> *Queis veteri in lingua Februa nomen erat.*
> *Quæque capit lictor domibus purgamina certis,*
> *Torrida cum mica farra, vocantur idem.*
> *Nomen idem ramo qui cæsus ab arbore pura,*
> *Casta sacerdotum tempora fronde tegit.*

ANTON. *Pontifices ab rege*] &c. Lanis imaginibus veteres in sacris magicis vtebantur. Horatius in Serm. Lanea & effigies erat altera cerea. Et lana lacte madida hoc mense in Lupercalibus duorum adolescentium frontes abstergebantur, tinctæ cultro sanguine perfuso, vt Plutarchus scribit in Romulo: in compitisque suspendebantur compitalibus tot pilæ ex lana, quot capita seruorum: tot effigies viriles ac muliebres, quot liberi essent: vt dij inferiores, quos lares vocant, viuis parcerent, & pilis ac simulacris contenti essent. Lanis enim (autore Plinio) veteres Romani autoritatem etiam religiosam habuere, postes à nubentibus attingi iubentes, apud quos flamines pileum ferebant, in quo erat breuis virga, desuper habens lanæ aliquid: quod cùm tegi, æstu impediente, non possent, filo capita religabant. Vnde Varrone, Festo, Seruio, ac Prisciano autoribus, flamines per syncopam, quasi filamines dicti sunt. Hi à diis, quibus sacra faciebant, cognomina habuerunt, vt flamen Dialis, Martialis, Pomonalis, Vulcanalis, Quirinalis: quorum Pomonalis (autore Festo) inter quindecim flamines minimus habebatur, quòd Pomona leuissimo fructui agrorum præsideat. Dialis verò maximus, ac maximæ dignationis insigni veste, curuli sella, & albo galero ornatus. Ab his Pontifices interdum lanas petebant, interdum à rege sacrorum: qui quamuis magna esset autoritate præditus (vt diximus suprà) cedebat tamen Pontifici maximo. Quem Festus sic dictum ait, quòd rerum ad sacra & religiones pertinentium maximus iudex esset, vindexque contumaciæ priuatorum magistratuum: cuius erat, non cœlestes modò ceremonias docere, sed iusta quoque funebria, & manes placandos. Feruntur autem Pontifices olim quatuor è patribus creati: quorum qui alios autoritate anteibat, Maximus dicebatur. Sed his postea totidem è plebe adiecti sunt, quos omnes à posse & facere quidam dictos pontifices tradiderunt. Varro autem, à ponte & facio: quòd ab eis pons Sublicius factus, ac sæpe restitutus sit. Idem & Dionysius tradit, dicens, omnem diuini cultus institutionem à Numa in octo partes distributam: quarum vnam eos sortitos refert, qui quòd pontem ligneum reficiant, pontifices appellantur. His (vt scribit Macrobius) permissa est potestas memoriam rerum gestarum in tabulam conferendi, quos Annales maximos appellabant, non à magnitudine (vt inquit Festus) sed quòd eos Pontifex maximus consecrasset. Is omne genus sacrorum penes se scriptũ habuit, & quibus diebus, quibus hostiis, quibúsque templis sacra fieri oporteret. *Quæque capit lictor*] &c. Flaminius, qui flamini Diali sacrorum causa præsto erat, lictor dicebatur, autore Festo. Hic est, qui farra cũ sale auctiora electioráque certis è locis ad rẽ diuinam petere cõsueuit, vnde molã faciebãt, vt diximus suprà: quã habuisse vim expiandi (vt antiqui existimabant) dubiũ nõ est. Farra autẽ torrida ideo dicit, quòd nõ nisi tosta, pura, & apta ad rẽ diuinam peracta, vt supra dictum est. Alij legunt, Turbida: quod non placet. interpretantúrque turbida, nondum tosta, cùm peterentur. Sciendum, lictores, qui nonnullis magistratibus ad rem diuinam non spectantibus ministrabant, dictos esse à ligatis virgarum fascibus, quos gerebant: siue (vt alij putant) à ligando, quòd carnificis officium antiquitus fungerentur. Cuius sententiæ fuit Valgius Ruffus, qui (vt Aulus Gellius scribit) ideo lictorem à ligando dictum voluit, quòd cùm magistratus populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius & manus ligari à viatore solita sunt: isque è collegio viatorum, qui officium ligandi haberet, lictor sit appellatus. Tyro autem Tullius, M. Ciceronis libertus, lictorem vel à licio, vel à lino dictum tradidit: quòd qui magistratibus præministrabant, licio transuerso cincti erant. Plutarchus verò in Quæstionibus scribit, lictores lora in sinu gestantes, Romulum sequi solitos, qui (vt quibusdam placet) olim litores dicebantur. λεῖτον enim Græci populum dicunt: vnde minister populi λειτουργὸς vocatur. *Qui cæsus ab arbore pura*] non fulgurita, non maculosa. Sicut pura vestimenta dicimus, quæ (vt inquit Festus) sacerdotes adhibebant, non obsita, non fulgurita, non maculam habentia, non funesta. Dicuntur & pura, eodem autore, quæ in vsu sparco non fuerunt. Talia enim decet diis immortalibus exhiberi. Tibullus: Discedat ab aris, Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus. Placet autẽ, vt per arborem puram hic laurum accipias, in quam Daphne puella castitate insignis mutata est: cuius arboris frondibus sacerdotes vtebantur. vt, Crines in terga solutus Candida Phocaica complectitur infula lauro.

PAVL. *Pontifices ab rege*] &c. Cùm capellæ per lupercos mactarentur (vt apud Plutarchum est) gemini adolescentes præclari sanguinolento gladio fœdatam sibi faciem attingebant. Alij ilico cum lana lacte madida accurrebant, atque abstergebant sanguinem. Ergo inde expurgationibus lanæ vsus erat. *Pontifices petunt lanas*] ad expurgationem scilicet. *A rege*] à rege sacrificulo, & qui sub Pontifice erat.

Et flamine] sacerdote. *Queis*] pro, quibus lanis. *In lingua veteri*] in antiqua loquela. *Erat nomen Februa*] nam februa appellabantur. *Pontifices*] Numa (vt Dionysius refert) omnem diuini cultus institutionem in octo diuisit partes, quot erant etiam sacrorum ordines. Primam Triginta curionibus tradidit, qui hostias publicas pro curiis immolabant. Secundam his, qui à Græcis stephcophori, à Romanis flamines: quos à gestatione pileorum & infularum hoc nomine appellant. Tertiam ducibus celerum regum custodibus. Quartam interpretantibus signa à diis missa, quos augures vocant. Quintam seruantibus sacrum ignem virginibus, quas à dea quam colunt, Vestales appellant. Sextam Saliis, de quibus suo loco dicemus. Septimam collegio eorum qui Feciales vocantur. Vltimam sortiti sunt ij qui magnum apud Romanos sacerdotium & potestatem habent: qui ab opere quod faciunt, pontem scilicet ligneum

teficientes, Pontifices nuncupentur. Hi rebus omnibus diuinis præsunt, & sacras omnes causas diiudicant, magnámque in omnibus potestatem & immunitatem habent. *Quoque capit lictor*] &c. Lictor, vt Gellius censet, a ligando dictus (licet Plutarchus græcum putet, quòd Græcè λειτουργὸς per simplex ι, minister populi dicitur) consulis minister est, & proconsulis, & prætoris, qui fascem virgarum alligatum ... eum portabat. Hic vel quòd ligaret, vel quòd plecteret merētes, singulis in expiationem annis quasdam pultes ex farre & sale accipiebat. Hæc etiam februa appellabantur. Sed cur lictores virgas alligatas ferant, Plutarchus ita Problem. 82. inquit: An signum est, non oportere magistratus iracundiam promptam ac dissolutam esse: an virgarum dissolutio mora & tarditate iram frangit, & impetum moderatur. Sed malitia quoniam partim medicabilis est, partim curari non potest, virgæ, quod medicari potest, corrigunt: secures autem, quod emendari non potest, abscindunt hic. *Et farra torrida*] quia vt diximus, bis torrentur. *Cum mica*] salis scilicet. vt suprà: Far erat, & puri lucida mica salis. *Quæ lictor capit*] accipit. *Domibus certis*] locis deputatis. *Vocantur idem*] hoc februa. *Nemori idem ramo*] &c. Idem etiam vocatur & ex lauro ramus, quo sacerdotes expiatori coronabantur. *Idem nomen*] februa scilicet, est ramo. *Qui cæsus ab arbore pura*] non violata. Ideo dixit, vt per periphrasin laurum arborem ostenderet: in quam Daphne se conuertit, virginitatem corrumpi non passa. *Tegit fronde*] frondibus suis. *Tempora casta*] pura, sanctæ, sacerdotum.

ANTON. *Ipse ego flaminicam*] &c. Vxorem flaminis dicit. Est autem cauendum, ne pro flaminica flaminiam dicamus: nisi fortè sacerdotulam significare velimus, quæ flaminicæ Diali præministrabat, & Flaminia dicebatur, vtrásque patrimes & matrimes, id est, patrem & matrem adhuc viuos habens. Quo vocabulo etiam significamus flaminis Dialis domum, vt Festus & Aulus Gellius scribunt: vnde ignem efferri, nisi diuinæ rei gratia, ius non erat. Flaminica verò est vxor flaminis. Macrobius: Flaminica quoties tonitrua audisset, feriata erat, donec placasset deos. Aulus Gell. Quas flaminicas sacerdotissas Dialis seorsum aiunt obseruitare. Festus: Rica est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo flaminicæ pro palliolo vtebantur. *Februa poscenti pinea virga data est*] Pinus sacra est matri deûm, vt ait Seruius: ex qua arbore dabantur coronæ victoribus apud Isthmum, autore Plinio. Eadem & Pani deo Arcadiæ grata dicitur. Propertius: Fagus, & Arcadico pinus amica deo. Hoc apud intonsos nomen habebat auos. Veteres propter seueritatem hirsuti erant, teste Porphyrione: vnde Catonem intonsum dixerunt. Primus autem tonsorem in vrbem duxit Scipio. *Mensis ab his dictus*] &c. A februis Februarius nominatus est, quo mense Luperci per vrbem discurrentes, & secta pelle, hoc est, loris, obuios ferientes (vt in Lupercalibus latius dicemus) omnia lustrare ac purgare credebantur. Potuit & Februario vocabulum dari, quòd peractis feralibus, quæ festa diis manibus sacrata sunt, tempora februata & purgata essent: quæ pura non sunt, dum feralia celebrantur. Quare infrà legimus: Dum tamen hæc fient, viduæ cessate puellæ, Expectet puros pinea tæda dies. Nouimus enim, funebria pollutionem facere. Quam ob causam inquit Macrobius, oportuisse ciuitatem hoc mense lustrari, quo iusta diis manibus soluebantur. Et apud maiores, qui funera prosecuti fuerant, redeuntes, aspergebantur aqua, & ignem supergrediebantur: quod purgationis genus suffitionem vocabant, autore Festo. Item Æneæ apud Virgilium functo morte Palinuro flumen monstrant, vt se expiet: quamuis non vidisset funus, sed tantummodo agnouisset, doluissetque. Diximus & à Iunone Februata, putari Februarium dictum, quam & Februalem, & FebrVllam vocabant, teste Festo. Ei enim hoc mense rem diuinam faciebant. *Idque piamen habens*] existimant omnia expiari discursu Lupercorum, & Iunonis amiculo. *Credebant nostri*] &c. idem & nos credimus, qui in vera religione versamur. Nam & qui Dei filium, ac verum Deum prodidit, potuit expiari, potuítque omnium infœlicissimo, si voluisset, tantum facinus condonari.

PAVL. *Ipse ego flaminicam*] &c. Iisdem & pineus ramus, cuius est ad expiationem vsus, idem vocatur. *Vidi ipse ego flaminicam*] hoc est, flaminis ministram. *Poscentem februa*] cùm posceret februa. *Pinea virga*] ramus ex pinu. *Data est poscenti februa*] Flaminia dicebatur, quæ flamini Diali præministrabat: eáque patrimes ac matrimes erat, id est, quæ patrem matrémque viuos habebat. *Denique quodcunque est*] &c. Vt aliquando concludat: Denique, inquit, omnia quæ ad expurgationem, à veteribus februa vocabantur. Idem Pompeius inquit: Quæcunque purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibebantur, februa appellantur: id

> *Ipse ego flaminicam poscentem februa vidi,*
> *Februa poscenti pinea virga data est.*
> *Denique quodcunque est, quo corpora nostra piantur,*
> *Hoc apud intonsos nomen habebat auos.*
> *Mensis ab his dictus, sancta quia pelle Luperci*
> *Omne solum lustrant, idque piamen habent.*
> *Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris,*
> *Tunc cùm ferales præteriere dies.*
> *Omne nefas, omnémque mali purgamine causam*
> *Credebant nostri tollere posse senes.*
> *Græcia principium moris dedit: illa nocentes*
> *Impia lustratos ponere facta putat.*

verò quod purgatur, dicitur februatum. *Denique quodcunque quo piantur*] expurgantur nostra corpora. *Habebat hoc nomen apud intonsos auos*] apud veteres omnia quæ ad expurgationem faciebant, vt lanæ, molæ, virgæ, frondes, & cætera omnia, februa appellantur. *Intonsos* dixit, quia prius non erat vsus tonsionis. Primum enim tonsorem Siculum in vrbem Scipio duxit: instituítque, vt nobiles singulis diebus tonderentur: quod Augustus seruauit, cùm singulis diebus tonderetur. *Mensis ab his*] &c. Ab his ergo mensis Februarius appellatus est, quo Luperci, hoc est, Panis sacerdotes, sectis caprarum coriis, omnia circumeunt, & expurgant. Plutarchus tamen inquit, cùm hæc sacra attigit: Capellas mactant, & erectis caprarum tergoribus, nudi per ciuitatem discurrunt: quicunque sibi obuiam fiunt, verberant coriis. Adultæ mulieres vltrò se his offerunt, existimantes id sibi fœlicem pariundi facultatem præstare. Sed de hoc inferius. Pompeius autem inquit: Februarius mensis dictus, quòd extremo mense anni populus februaretur, id est, lustraretur, ac purgaretur: vel à Iunone Februata, quam alij Februalem, Romani Febrvllam vocant, quòd ipsi eo die sacra fiebant: eiúsque feriæ erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur à Lupercis amiculo Iunonis, id est, pelle caprina. Quam ob causam is quoque dies februatus appellabatur. & reliqua, quæ paulò superius diximus. *Mensis dictus est ab his*] lustrationibus. *Quo*] mense scilicet. *Luperci*] sacerdotes Panis. Sed de his inferius. *Lustrant*] circumeunt. *Secta pelle*] secto caprino corio. *Omne solum*] omnem tellurem. *Et id*] hæc lustratio. *Habet piamen*] habet expiationem. *Aut quia placatis*] &c. In Februario non solùm pro viuentium expurgatione, sed etiam pro mortuorum expiatione fiebant sacrificia: quod nisi factum esset, putabant circa sepulchra errare manes, & ex eo aeris intemperiem, tempestates, & pestilentias oriri. Manium ergo expiatio instituta est circa sepulchra ipsa. Vnde in hoc mense Numa, Macrobio teste, statuit, vt iusta diis manibus soluerentur. Et Plutarchus: Lupercalia, inquit, ad expiandos manes constituta videbantur: fiebant enim nefastis diebus mensis Februarij, quem piacularem interpretantur & reliqua. Inquit ergo: Aut dictus mensis ab his expiationibus. *Aut quia tunc*] cum ferales dies: id est, dies, in quibus fiebant feralia, hoc est, sacra pro mortuis. *Præteriere*] pro præterierunt. *Tempora sunt pura*) hoc est, sine vlla lue, serena, & lucida. *Placatis sepulchris*) factis sacrificiis circa sepulchra, vel exaturatis manibus. *Omne nefas*) &c. Nullum erat nefas, nullum adeò ingens scelus, quod veteres expiatione deleri non putarent. *Nostri senes*) maiores nostri. *Credebant posse tollere*) posse delere, posse auferre. *Omne nefas, & omnem causam mali, purgamine*) lustratione, expiatione. *Græcia principiū moris*] &c. Facilitas hęc expurgādi criminis à Græcis initium sumpsit, qui putabant delinquentes, vbi expurgati essent, ab omnibus criminibus absolui. Non est alienum hoc à religione nostra. Nam hæc nostra fides est, vt peccata omnia purgatione sacerdotis diluantur. *Græcia dedit principium moris*] huius scilicet consuetudinis expurgandi sceleris. Græcia dicta est à Græco, rege Atticæ regionis, vt Aristoteles inquit in Meteoris. *Illa*] Græcia scilicet: hoc est, Græci ipsi. *Putant nocentes lu-*

A *flratus* [expurgatos. *Ponere facta omnia*] deponere & delere scelera.

Actoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci
Cæde per Aemonias soluit Acastus aquas.
Vectam frenatis per inane draconibus Aegeus
Credulus immerita Phasida fouit ope.

ANTON. *Actoriden Peleus*] &c. Probat exemplis, expiandi ritum à Græcis principium habuisse. Patroclus enim Menœtij filius, & Actoris nepos, cùm in Opunte oppido Locrorum luderet astragalis cum Amphidamantis filio Clisonymo, vt quidam volunt, iratus ob subreptos astragalos, eum interemit, & Phthiam confugit ad Peleum: vt, Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit, Thessalicámque adiit hospes Achillis humum. Dicitur autem à Peleo non solùm purgatus, sed & domi acceptus, vt inquit Homerus, & magna B cura educatus, atque inter familiares habitus. Quod non alienum à vero existimandum est, cum eum Achilli necessitudine fuisse coniunctum Eustathius colligat: Vnde is deinde à Peleo socius Achilli datus, cum eo in bellum Troianum profectus est. Cæterùm Strabo non Clisonymum, sed Eanem eum vocatum refert, qui à Patroclo interfectus est, dicitúrque occisus per imprudentiam, quem eius affinem fuisse nonnulli tradunt. Strabonis 10 nono suæ Geographiæ hæc verba sunt: Cæterùm ex Opuntia terra natum esse Patroclum testatur Homerus: qui cùm cædem patrasset inuitus, fuga se subtraxit ad Peleum. Menœtius verò eius pater mansit in patria. Ait enim Achilles, se Menœtio pollicitum, cùm ex ea expeditione reuertisset, illum in patriam reducturum. Verùm non ille, sed Aiax Locrus Opuntiorum regnum obtinebat, quem à patria Aryco genitum ferunt. Eanem verò vocatum fuisse cum dicunt, quem Patroclus interemit: à C quo & sacellum Eanium, & Eanidem portam ostendunt nominatam. Sanè Opus, vnde Opuntius sinus, qui est è regione Euboïæ nomen accepit, metropolis fuit, distans à mari ad stadia quindecim: vbi Menœtius Actoris filius (teste Diodoro) immolatis Herculi, cui amicus fuit, tauro, capro, & ariete, instituit, vt singulis annis ei sacra fierent, vtque ibi pro heroe coleretur. A Menœtio Patroclum Menœtiadem, vt ab Actore Actoridem dicimus: vt, Siue Menœtiadem falsis cecidisse sub armis. &, Quæ fuit Actoridæ cum magno semper Achille, Laudari solita est Hectoris ore fides. *Ipsum quoque Pelea Phoci*, &c. Peleus Aeaci ex Aegina filius Phocum fratrem interfecit (vt Diodoros scribit) sed inuitus. Alij eum dicunt adiutum à Telamone Phocum iugulasse: vt, Fœlix & nato, fœlix & coniuge Peleus, Et cui (si demas iugulati crimina Phoci) Omnia contigerant. Ea cæde pollutus fugit ad Ceycem, postéaque ad Acastum regem Magne- D siæ, eum videlicet, quem ferunt phthiriasi periisse (vt legimus in vita Syllæ) à quo purgatus dicitur: vt, Magnetas adiit vagus exul, & illic Sumit ab Æmonio purgamina cædis Acasto. Olim enim reges & sacerdotum & regum munera obire consueuerunt: vt, Rex Anius, rex idem hominum, Phœbíque sacerdos. Eam ob causam Apollo (vt scribit Statius in 1. Theb.) pollutus cæde Phytonis, ad Crotopum regem se contulit: vt noua dehinc piacula cædis perquirens, nostri regna haud opulenta Crotopi Attigit. Dicitur autem Peleus aqua expiatus, quod primum esse purgationis genus Seruius tradit. Cum enim omnis purgatio (vt ei placet) aut per aquas, aut per ignem, aut per aerem fiat: vt aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos, aliis sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni. Maxi- E mum inquit purgationis genus esse, quod per aerem fit, cùm primum sit, aquæ secundum, ignis tertium: licet sint, qui hac in re à Seruio dissentire videantur. Sciendum, Magnesiam, vbi Acastus regnasse dicitur, annexam esse Thessaliæ, autore Plinio Inde orta est Magnesia vrbs Asiæ, quæ sita est ad Mæandrum flumen, vt scribit Herodotus. Inde & genus magnetis Magnesiacum nomen accepit. Vocatur autem Thessalia interdum Æmonia, à rege Æmone, quem dicunt fuisse Deucalionis filium. *Vectam frenatis per inane*) &c. Medea Æetæ Colchorum regis filia ex Idyia, Phasis dicitur à poetis, à Phasi flumine Colchorum, qui tura secat ditissima, vt inquit Lucanus. Hanc scribunt quidam fuso bitumine venenato Creontem regem Corinthiorum, & Creusam eius filiam cum tota regia combussisse, atque insu- F per trucidasse Dindymum, Alcimenum, & Thersandrum, quos ex Iasone susceperat: quòd ea repudiata, Creusam, quam & Glaucen vocant, duxisset vxorem: quo dolore sunt qui dicant Iasonem peremptum seipsum peremisse. Eam ob causam Medea ad Ægeum regem Atheniensium fugit: qui eam non purgauit solùm, sed matrimonio sibi iunxit: vt, Excipit hanc Ægeus facto damnandus in vno: Nec satis hospitium est, thalami quoque fœdere iungit. Seneca in Hippolyto: Sileantur aliæ, sola coniunx Ægei Medea reddet fœminas dirum genus. Inde, vt quidam tradunt, per diuortium re- G cedentem Medeam, propter adultam priuigni ætatem, Iason exulem miseratus recepit: qua comite, necnon & Medo Ægei filio Colchos dicitur repetisse, ac socero regnum restituisse. Cæterùm vt apud Solinum legimus, Æetes tres filias habuisse dicitur, Angitiam, Medeam, Circen: quarum Medeam ab Iasone Butroti sepultam ferunt. Angitiam verò, cum vicina Fucino occupasset, deam habitam, quòd salubri scientia aduersus morbos resistens, homines viuere * dedisset. Quamuis dicant nonnulli (vt Seruius meminit) Medeam, posteaquam relictis Colchis Iasonem secuta est, ad Italiam peruenisse, atque à Marubiis populis circa Fucinum lacum habitantibus, Angitiam nominatam: quoniam ij ab ea contra serpentes nonnulla remedia edocti, carminibus serpentes angerent. Sunt qui dicunt, Medeam Creontis regia incendio absumpta, cùm H fugere cogeretur, alatis draconibus vectam Thebas peruenisse. Vnde, cùm Herculem insania liberasset, ad Ægeum Athenas se contulit. Inde in Phœniciam, & alias Asiæ regiones: postremò Colchos, vbi humanis rebus dicitur excessisse. Sunt autem Colchi ad sinistram partem Pontici maris in Scythia: à quorum flumine celeberrimo Poeta, vt diximus, eam Phasidem vocat. Nolim tamen, sinistram partem hoc loco accipias, ad quam Ouidius exulauit: quamuis ibi Medea fratrem Absyrtum lacerasse narretur: quem tamen nonnulli tradiderunt, vt autor est Strabo, ad Absyrtidas insulas interemptum.

PAVL. *Actoriden Peleus*] &c. Arguit ab exemplo Græcorum heroum, qui ob patratam cædem expurgati fuere, & qui expurgauerunt. Actor Menœtij pater, Menœtius Patrocli. Inde Actorides patronymicum, quasi nepos Actoris. I Patroclus, vt Hellanicus Lesbius rerum scriptor inquit, Menœtij filius, educatus in Opunte, cædem non voluntariam patrauit: puerum enim coæuum Amphidamantis filium Clysonymum, vel vt quidam dicunt, Eana, de talis iratus interfecit. Ob hoc itaque patria exul, Phthiam venit: vbi pro affinitate, quæ intercedebat cum Peleo & Achille, moratus est: amicitiámque excellentem inter se seruantes, simul in bellum Troianum profecti sunt. Hæc ille. A Peleo ergo de patrata cæde expurgatus fuit. Peleus verò Æaci & Æginæ filius, Phocum fratrem interfecit, exulans (vt in Metamorph. refertur) ex patria in Trachiniam tellurem ad Ceycem venit, deinde ad Magnetas. vnde in Metamor. Magnetas adit vagus exul, & illic Sumit ab Æmonio purgamina cædis Acasto. Et ab Acasto sacerdote expurgatus est. Sunt tamen qui dicant, ab Actore in Opunte expurgatum fuisse. Acastus Peliæ Thessaliæ regis filius fuit. Inquit K ergo: Peleus lauit, expurgauit. *Actoridem*] Patroclum Actoris nepotem. *Acastus lauit ipsum quoque*] ipsum etiam. *Pelea*] Peleum. *Per aquas Aemonias*] per aquas Thessalicas. Thessalia enim Æmonia dicta est, ab Æmone Deucalionis filio. *Cæde Phoci*] occidione fratris sui, qui Phocus dictus est. *Vectam frenatis per inane*] &c. Medea Æetæ Colchorum regis filia ex Hypsea coniuge, patrem prodidit, fratrem interemit. Iasonem secuta, & Iasoni nupta, ex eo filios pepererat: à quo postea ob Creusam Creontis Corinthiorum regis filiam repudiata, accensa furiis, Creusam quodam veneficio cum patre Creonte cremauit, filios ex Iasone necauit: iunctis ad currum draconibus, Athenas confugit: ab Ægeo Athenarum rege expurgata, & in matrimo- L nium accepta est: ex quo Medum peperit, à quo Media postea dicta est. Sed reuertente Theseo ex longa peregrinatione, Ægei ex priore vxore filio, cùm illa illi venenum parasset, ne regno succederet, detectis insidiis aufugit. Trogus tamen inquit, per diuortium ab Aegeo discessisse in Orientem, vrbemque à filij nomine ædificasse. à qua & prouincia omnis Media denominata est. Inquit ergo: *Aegeus credulus*] quia credidit illius scelera aqua dilui posse. *Fouit*] & expurgauit, & fouit aut si fit *Soluit*] purgauit, aut certè iuuit. *Ope immerita*] ope quã illa nõ merebatur. Et hic immerita cũ passione ponitur. *Phasida*] Patronymicũ formauit à Phasi flumine Colchorũ, Eux num ingredienti. *Phasida*] Medeam à Phasi. *Vectam per inane*] per vacuum: hoc est, per aerem. *Draconibus frenatis*: iunxerat enim dracones ad currũ, quo vecta est.

Amphiaraides Naupacteo Acheloo,
Solue nefas, dixit: soluis & ille nefas.
Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.
Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres)
Primus vt est Iani mensis, & antè fuit.
Qui sequitur Ianum, veteris fuit vltimus anni:
Tu quoque sacrorum Termine finis eras.
Primus enim Iani mensis, quia ianua prima est:
Qui sacer est imis manibus, imus erat.
Postmodo creduntur spacio distantia longo
Tempora bis quini continuasse viri.
Principio mensis Phrygiæ contermina matri
Sospita delubris dicitur aucta nouis.
Nunc vbi sunt illis, quæris, sacrata calendis
Templa deæ? longa procubuere die.

ANTO. A *Amphiaraides*] Additio facta est patronymico, versus gratia: vt, Scelus Atlátiades. Significat autem Alcmæonem Amphiarai auguris Argiui filium, qui Eriphylen matrem necauit: quoniam ea latentem bello Thebano maritum prodiderat Polynici. Vnde is postea hiatu terræ, dum curru dimicaret, absumptus est: vt, Laurigeri subitus an vatis hiatus. Virg. in 6. Æneid. B Mœstámque Eriphylen Crudelis nati monstrantem vulnera cernit. Alcmæon postea, vti Orestes, furore correptus est: dicitúrque expiatus ab Acheloo, & à fratre Amphilocho interfectus, qui cum mea sententia non rectè purgatum melius expiaoit. Notum est, cur Amphiaraus Oiclei filius latoerit, cui vxor eius Eriphyle latentem prodiderit. Naupacteus autem Achelous hoc loco dicitur, à Naupacto Aetoliæ oppido. Hic enim fluuius ortus à Pindo monte Thessaliæ, Acarnaniam (vt inquit Plinius) ab Ætolia diuidit, vbi Naupactus est: apud quam aliquot sæculis antè quàm in Puteolano mari, quidam delphinorum amatores flagrantissimi cogniti sunt, vt Theo- C phrastus tradit. Dicta est autem Naupactus à pangendis, id est, construendis nauibus, vt Strabo autor est: quòd illic Heraclidæ classem compegerint. *Tu quoque sacrorum*] &c. Februarius erat vltimus anni mensis, vt diximus supra: ita vt eo tempore, anno iam fere consummato, Terminalia celebrarent: quæ cùm annum quasi terminarent, celebrari aptissimo tempore videbantur. *Postmodo creduntur*] &c. Bene creduntur, cùm nusquam legatur, vel decemuiros creatos inspiciendis libris Sibyllinis, vel qui creati sunt scribendis legibus, Ianuarium & Februarium coniunxisse. Ego is sum, qui neutros existimem id fecisse: cùm & Ouidius ea de re dubitet, & neminem legerim, à quo certum aliquid tradatur. Creati autem sunt decemuiri scribendis legibus, vt placet Solino, anno vrbis 302. quo tempore Empedocles Agrigentinus in philosophiæ naturalis studio florebat, teste Aulo D Gellio. *Principio mensis*] &c. Calendis Februariis colitur Sospita, cui ad ædem matris deûm in Palatio, vt quibusdam placet, templum constitutum est, & primo huius mensis die dedicatum: quod autor ait procubuisse, longa die ac vetustate consumptum. Hoc ego fuisse arbitror, quod vouit Iunoni Sospitæ Cornelius consul, in principio pugnæ, cù certaret aduersus Insubres, si hostes fusi fugatique essent: quorum ea pugna trigintaquinque millia periere. Est autem Sospita Iuno, teste Prisciano: vbi horum carminum argumento probat, sospitam fœminino genere conuenire. Sospitare enim est saluare, teste Nonio Ennius in Menalippa: Regnúmque nostrum sospitent, superstiténtque. Hác deam potestatem habere seruandi Aristoteles docuit: qui (vt in eius vita legimus) Nicanore genero ægrotante, vouit statuas E duas, alteram Ioui Seruatori, alteram Iunoni Sospitæ, si Nicanor incolumitatem reciperet. Huius deæ templum non obscurum fuit Lauinij, cuius sæpe Liuius meminit. Sunt & aliæ multæ Iunonis potestates, vt Iuno maxima, quam theologi dixerunt ipsam esse matrem deûm, quæ Terra dicitur. vnde ei porcam sacrificabant. Item Iuno Lucina, Curetis, Matrona, Regina Sciendum quòd sospes, licet saluum significet, Ennius tamen pro seruatore sospitem posuit: in qua significatione maiores Iunonem Sospitam, hoc est, seruatricem, cognominauerunt.

PAVL. *Amphiaraides Naupacteo*] &c. Amphiaraos Oiclei filij Antiphatis, filij Melampi, filius, vates, cùm præuideret, si in bellum Thebanum cum cæteris ducibus accederet, se periturum, cauebat, diffidens cum Adrasto rege, vt autor est Diodorus, ad Eriphylen vxorem Amphiaraidis sensionis omnis detulerunt. Quæ quia dono acceperat à Polynice, vt viso belli societatem persuaderet, torquem aureum, à Venere Armoniæ filiæ datum, hanc pro Amphiarao sententiam dedit, adiiciens, vt Thebani belli socius adiutórque esset. Ille putans se ab vxore proditum, Alcmæoni filio mandauit, vt post obitum suum vxorem interimeret. Profectus in bellum, hiatu terræ absorptus est, & præter Adrastum cæteri duces periere. Responso deinde Apollinis habitum est, eam Græcos ciuitatem expugnaturos, si Alcmæonem imperatorem cōstituissent. G Dux factus, deum, & de Thebano bello, & an matrem puniret, consuluit Respondit Apollo, vt vtrunque faceret: non solùm quia monile aureum mater in patris necem, sed & peplum ob filij interitum acceperat. Hæc ille. Alcmæon, siue (vt alij dicunt) Alcmæus, itaque matrem interemit. Confugit diu furore actus in Locros: tandem & in Acheloo flumine se H lauit, qui non longè à Naupacto Locrorum regia fuit, de quo aliàs. Alij dicũt, Callirhoen Acheloi filiam in matrimonium accepisse. ergo *Amphiaraides*] Alcmæon Amphiarai filius. *Dixit Acheloo Naupacteo, Solue nefas*] cædis scilicet patratæ, quia matrem interfecerat. *Et ille soluit nefas*] Achelous enim fluuius Acarnanes ab Ætolis diuidit. *Ah nimium faciles*] &c Arguit illos nimiæ facilitatis, qui cædis crimina putant aquæ aspersione deleri. *Ah*] admirantis est. *Nimium faciles*] credo scilicet vos esse. *Qui putatis posse tolli*] solui & deleri. *Aqua fluminea*] flumine enim viuo se abluebant. Vnde Virg. Et cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero. *Tristia crimina cædis*] occisionis. Tristia quidem ab effectu ipso. *Sed tamen*] &c Redit ad ordinem mensium. Nam qui nunc primus est, Ianus scilicet, & olim à Numa prior institutus fuit. *Sed tamen ne tu erres nescius*] ne in errore verseris ignarus. *Ordinis antiqui*] quem antiqui seruabant. *Vt mensis Iani*] hoc est Ianuarius. *Est primus*] quia primus anni *Et*] etiam. *Antè fuit*] primus scilicet. *Qui sequitur Ianum*] &c. Februarius verò, qui nunc post Ianuarium est, tunc vltimo loco erat, duplici argumento: & quòd in fine anni fiebant expurgationes, & quòd finis sacrorum, & Termini festum, de quo dicemus suo loco. *Mensis qui sequitur Ianum*] mensem Iano dicatum: hoc est, Februarius. *Erat vltimus anni veteris*] anni à Numa instituti. *Tu quoque ô Termine*] Apostropha est: ô Termini festum. *Erat finis sacrorum*] quia in fine anni celebrabatur tuum festum, quod tam Annales, quàm Fastos claudebat. *Primus enim Iani*] &c. Ratio, cur Ianuarius primus, cur Februarius vltimus. Ianua est primus ingressus, & inde Ianuarius primus ingressus anni. Primus enim est mensis Iani, Ianuarius. Quia est prima K ianua, est primus ingressus. *Qui*] mensis. *Qui est sacer*] sacratus. *Imis manibus*] diis inferis: quia in eo fiebant feralia sacra, vt diximus. *Erat imus*] vltimus. Vt superius diximus, à decemuiris longe post Numam Februarius post Ianuarium numeratus est. Status vrbis vt à regibus ad cōsules, ita à consulibus ad decemuiros mutatus est. Decemuiri creati fuere Ap. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulus, Sp. Posthumius. Hos, cùm in tertium annum imperium detinuissent, Appij libido summouit Sed de hoc aliàs. *Postmodo*] quasi longe post. *Creduntur bisquini*] hoc est, decem. *Viri*] qui post consules creati sunt. Aliqui dicunt de decemuiris, qui creati fuere ad inspiciendos libros Sibyllinos, quòd etiã Fastos corrigerent. *Continuasse*] continuum alterum alteri posuisse. *Tempora distantia*] quasi menses distantes *Longo* L *spacio*] quia Ianuarius erat primus, ille verò vltimus Sed ita continuati sunt, vt post Ianuarium mox Februarius sequeretur. *Principio mensis*] &c. Calendis Februariis festum est deæ Sospitæ Aliqui Iunonem Sospitam dicunt, cuius templum ipsis etiam calendis sacratum fuerat: quo vetustate collapso, nouum templum iuxta ædem Cybelis instauratū est. Hæc enim dea Sospita, cùm pestis illa, quæ ex fœtore cadauerum bello Cannensi fuit, euanuisset, Romæ primùm coli cœpta est. At Herod. testis est, Veneri Sospitæ ab Helena, cùm sospes in Ægyptum peruenisset, primùm erectum fuisse templum. *Principio mensis*] in ipsis calendis Februariis. *Sospita*] dea. *Contermina*] vicina, seu iuncta. *Matri Phrygiæ*] templo Cybelis, quæ ex Phrygia aduecta est, de quo suo

A loco dicemus. *Dicitur aucta*] instaurata, seu in altum educta. *Nouis delubris*] noua templis. nam vetera erant collapsa: & vbi essent, nesciebatur. Delubrum sacellum dicimus, in quo dei alicuius effigies est. Prisca non extabant, & ideo. *Nunc vbi sunt*] quasi dicat, nescitur. *Templa deæ*] Sospitæ scilicet. *Quæ sunt sacrata*] dedicata. *Illis calendis*] Februarij scilicet. *Procubuere*] procubuerunt, deciderunt, collapsa sunt. *Longa die*) longo tempore: hoc est, vetustate.

Cætera ne simili caderent labefacta ruina,
Cauit sacrati prouida cura ducis.
Sub quo delubris sentitur nulla senectus:
Nec satis est homines, obligat ille deos.
Templorum positor, templorum sancte repertor,
Sis superis, opto, mutua cura tui.
Dent tibi cælestes, quos tu cælestibus annos:
Próque tua maneant in statione domo.
Tum quoque vicini lucus celebratur Auerni,*
Qua petit æquoreas aduena Tybris aquas.

ANTON. *Cætera ne simili* &c. Sospitæ Iunonis templum ab Augusto refectum nusquam inuenies: quamuis memini me adolescente multos contra scotire. Si enim Augustus eam ædem restituisset, non loqueretur Poeta, vti dubitantes solent, nec diceret, Sospita

B delubris dicitur aucta nouis: sed potius vt affirmatorem de recenti ædis restitutione dicere oportebat, Sospita delubris eminet aucta nouis, vel tale aliquid. Diligenter itaque animaduertendum est, ne ita interpretemur hunc locum, vt à Poeta dissentire videamur. Neque enim auctum templum ideo dicitur, quòd Augustus amplificauerit ædem vetustate consumptam: sed quòd calendis Februarijs Romani Sospitæ primùm templum dederint, quod Augusti & Ouidij temporibus procumbebat. Aucta enim dicuntur numina, & exaltata, cùm mortales ea sacrorum honore prosequuntur. Vnde illud est Catonis: Iane pater macte vino inferiori esto. Et in sacris dicebant, autore Seruio: Mactus est taurus vino vel thure, hoc

C est, cumulata est bestia, & magis aucta. Sensus ergo est: Primo die Februarij nouum templum dicatum fuit Iunoni Sospitæ, vel (vt melius loquar) sacratum dicitur. Sed si quæris, vbi sit templum illud, nusquam est: procubuit enim longa vetustate consumptum. Cætera autem, ne similiter procumberent, cauit Augustus. Duo enim illi versus sic legendi sunt: Nunc vbi sint illis, quæris, sacrata calendis Templa deæ? longa procubuere die. *Cauit sacrati prouida cura ducis*] non Tiberij, quem constat circa deos ac religione negligentiorem fuisse: sed Octauiani Cæsaris, quem & Liuius lib. 1 primæ Decadis templorum conditorem restitutorémve fuisse testatur. Et Suetonius scribit, ædes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas refecisse, easque & cæteras opulentissimis donis adornasse, & publica opera plurima extruxisse, vt ædem Martis Vltoris, templum Apollinis in Palatio, ædem Tonantis Iouis in Capitolio: ac principes viros sæpe hortatum

D esse, vt pro facultate quisque monumentis vel nouis vel refectis vrbem adornarent. Itaque multa à multis tunc extructa sunt, vt à Martio Philippo ædes Herculis & Musarum, à L. Cornificio ædes Dianæ, à Minucio Planco ædes Saturni, ab Agrippa complura & egregia.* *Sub quo delubris*] &c. sicut tu prorogas annos templis, sic ipsi tibi vitam.* *Sub quo delubris*] &c. Liuius & Plutarch. autores sunt, Augustum restituisse templum Iouis Feretrij, cui Romulus opima spolia suis manibus reportauit. Is, vt Plutarcho placet, à feriendo: vt Festo, à ferendo cognomen accepit, quòd pacem ferre putaretur: ex cuius templo sumebant sceptrū, per quod iurarent: & lapidem silicem, quo fœdus ferirent. Alij à ferendo Ioui Feretrio nomen inditum volunt, quòd (vt inquit Propertius) victa suis humeris huc arma ferebant. Non est

E autem infima laus Augusti, cùm dicitur positor restitutórque templorum. Cùm enim Plato doceat, tria esse genera iustitiæ, quorum aliud circa deos, aliud circa homines, aliud circa defunctos versatur, magna quidem laude digni sunt, qui mutua depositáque restituentes, erga homines iusti sunt, itē qui mortuis iusta persoluunt. Sed non minorem laudem merentur, qui sacrarum rerum curam habentes, circa deos pij ac religiosi sunt. Hinc illud est Horatij in Sermonibus ad duo iustitiæ genera pertinentibus: Cur eges indignus quisquam te diuite? quare Templa ruunt antiqua deûm? cur improbe charæ Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo? *Dent tibi cælestes*] &c. Sensus est: Dij immortales tantam tibi vitæ longitudinem præstent, quantam ipse sacris ædibus tribuis, qui & ædificas nouas, & restituis vetustate collapsas.

F *Proque tua maneant in statione domo*) tueantur domum Augusti, cuius præsidio ædes sacræ non sentiunt vetustatem.

Tum quoque vicini] &c. Hæc sunt festa Lucaria, quæ (vt autor est Festus) Romani in luco celebrabant, qui permagnus inter viam Salariam & Tyberim fuit: eo quòd victi à Gallis Romani fugientes è prælio, in ipso se occultauerint. Per vicinum itaque Auernum accipe paludes Hostiēses, quæ sunt (vt autor ait) Quà petit æquoreas aduena Tybris aquas. Has autor per similitudinem Auernum vocat. Vnde illud

G est Taciti: Ruderi accipiendo Hostienses paludes destinabat. Auernum autem vicinum vocat, ac Tyberi proximū, comparatione Auerni, qui Baiis contiguus est. de quo ait Propertius: Clausus ab vmbroso qua ludit pontus Auerno. Vbi maiores nostri, vt inquit Strabo, Homerica defunctorum vaticinia fuisse, fabulis ediderunt, opinatíque sunt locum Plutoni dicatum esse. Itaque illic deos manes aliquando per sacrificia placare mos fuit. Sanè Lucrinum

H lacum licèt multi scriptores ab Auerno distinctum velint, nonnulli tamen olim Auernum dixerunt, alij Cocyton, teste Silio: vt, Ast hic Lucrino mansisse vocabula quondam Cocyti memorant. Strabo autor est, ad Thymbriam vicum Cariæ Auernum esse, qui exhalationes pestiferas habet. Audio è nonnullis, qui Ouidij Fastos publicè legerunt, alios deprauare hunc locum, & pro Auerno Asylum scribere: alios per Auernum accipere nemus Aricinum. Nos hic nolumus alienā confutare, qui nunquam mordere consueuimus, nisi iniuria lacessiti. Recténe sentiamus, posteritas sine inuidia iudicabit.

PAVL. *Cætera ne simili*) &c. Commendatio Augusti principis à religione. Nam & noua Sospitæ templa, & cætera omnia, ne collaberentur, ab ipso Augusto cautum est. Et ideo *Cura prouida*) hoc est, curiosa prouidentia. *Sacrati ducis*) Augu-

I sti. Aliqui dicunt Tiberij, sed melius Augusti. Scripsit enim hæc viuente Augusto, vt ostendimus à principio: sed post illius obitum edidit. Multa igitur, quæ in eius viuentis laudē dixerat, non immutauit: sed addidit multa, quæ ad rem Tiberij aut Germanici pertinebant. *Cauit ne cætera*) templa scilicet. *Caderent labefacta*) commaculata. *Ruina simili*] vt reliqua, ob vetustatem. *Sub quo*] Augusto scilicet. *Nulla senectus sentitur delubris*) nam ita omnia reparabat, vt noua viderentur. *Nec satis est*) ipsi scilicet, homines obligare: nam ob æquum & tranquillum imperium Augusto vniuersum debebat genus humanum. *Obligat ille deos*] reddit sibi deos obligatos, cùm & strueret & repararet eorum templa. *Templorum positor*] &c. Et noua Augustus ædificabat templa, & vetera reparabat. Vnde apud Tranquillum: Publica opera plurima extruxit, ex quibus præcipua forum, cum æde Martis Vltoris, templum Apollinis in Palatio, ædem

K Tonantis Iouis in Capitolio. Et paulo pòst: Principes viros sæpe hortatus est, vt pro facultate quisque monumentis vel nouis vel refectis vrbem adornarent: multáque à multis extructa sunt, sicut à Martio Philippo ædes Herculis & Musarum, à L. Cornificio ædes Dianæ, ab Asinio Pollione atrium Libertatis, à Munacio Planco ædes Saturni. Etiam & paulo pòst: Ædes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, easque & cæteras opulentissimis donis adornauit: vtpote qui in cellam Capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri, gemmásque ac margaritas quingenties sestertium vna donatione contulerit, &c. Ergo hoc de Augusto intelligendum est. *O sancte*] quia Auguste. *Positor*] ædificator. *Templorum*] Repetitio est. *Templorum repertor*] quia reperiebat vetustate collapsa, vt ea repararet. *Opto sis*

L *mutua cura tui superis*] id est, sicut tu curas quæ ad superos pertinent, sic superi tui tuarúmque rerum curam gerant. optat Augusto longam vitam. *Cælestes*] dij superi. *Dent tibi annos*] dent tibi eam vitam. *Quos*] annos: hoc est, quam vitam. *Tu*] das. *Cælestibus*] diis. Hoc dicit: Faciant te dij tam diu viuere, quàm diu viuent seu stabunt templa, quæ diis superis consecrasti. Et *maneant pro tua domo*] pro salute tuæ familiæ. *In statione*) in stabili sede: quasi procedat deorum fauor eodem tenore, vt nunquam sint vobis aduersi, sed semper propitij. *Tum quoque vicini*) &c. In ipsis calendis itus cum pompa, hoc est, cum processione, ad Asylum, quod Romulus constituit: vt eò omnes qui tuti esse vellent, confugerent, & ab omni essent noxa liberati: & hoc, vt ea

A *nomen Titā*] Superius diximus, cur Sol Titā diceretur. *Abiturus in vndas Hesperias*] quasi occasurus, mersurus se in vndas Hispanas. Hispania. n. Hesperia dicta est, à stella, vt dixim⁹. *Cũ demet iuga gemmea*) gemmata, aut nitida, vt gemmæ. *Equis purpureis*] Ab ipso rubicundo colore Solis, equis purpureis dixit. Equi Solis quatuor sunt, de quibus habetur in 2. Metamorph. Eous, Pyrous, Æthon, & Phlegon: quæ nomina tradita sunt ab ipso Solis effectu. Eous, ab ipsa luce in principio diei. Nam ἠὼς aurora est, & ἑῷος matutinus dicitur. Inde ἑωσφόρος, Lucifer. Pyrous à πῦρ, quod est ignis, quasi ignitus. αἴθων Græcè, splendidus Latinè. Phlegon, viens. nam φλέγω idē est quod vro & incendo, Latinè. *Illa nocte*] post occasum solis. *Aliquam tollens*] pro attollens. *Vultum ad sidera*] dicet: *Vbi est hodie lyra, quæ fulsit heri*) occidit, idem non apparet. *Hodie*] Cum noctem scriberet, hodie dixit: & hoc ad spacium 24. horarum, sub quo continetur dies integra. De Lyra & eius constellatione superius diximus. Verùm quia pluribus ex stellis constat, diximus incœpisse occidere aliquas 23. die Ianuarij: nunc verò tota occidit omnibus suis stellis. Verùm Cæsari occidit pridie nonas, vt testatur Plinius. Poëta triduo antè dicit. Sed exigua est differentia: nam alteri vesperi, alteri G noctu fit occasus. Et quia dicit, *Quæ fulsit heri*) quia pridie superior Lyræ stella videbatur, nūc tota occidit. Et multi volunt, hunc occasum esse heliacum potius quàm cosmicum.

Dúmque Lyram quæret, medij quoque terga Leonis
In liquidas subitò mersa notabit aquas.
Quem modo cælatum stellis Delphina videbas,
Is fugiet visus nocte sequente tuos.
Seu fuit occultis fœlix in amoribus index,
Lesbida cum domino, seu tulit ille lyram.

ANTON. *Medij quoque terga Leonis*] &c. Leo Cleonæus inter astra est, vt quibusdam placet, vel B quòd sit princeps ferarum, vel quòd ab Hercule inermi primo certamine fuerit interēptus, qui à Cleone oppido Nemeę syluę vicino cognomen accepit. quamuis nonnulli tradant, Nemeum leonem non esse, quem dicimus Cleonē. Eius terga hoc tēpore mane occidūt occasu cosmico, Aquario videlicet Oriēte cū sole, qui magnam eius signi partem emensus est. Vnde scribit Columella, tertio nonas huius mensis medium Leonem in occasum ferri. Eius pellē Hercules habuisse fingitur, autore Festo, vt homines cultus antiqui admoneantur. Sed attende, occasum hunc tribui eC dem ortui, qua & Lyra occidit. *Quem modo cælatum*] &c. Tertio nonas Febr. Delphin occidet vesperi. de cuius ortu heliaco suprà legimus: Interea Delphin clarum super æquora sidus Tollitur. Sol enim hoc tempore adhæret piscibus: qui vbi in occasum ferri cœperint, oriatur Virgo necesse est, cuius signi exortu Delphinem constat occidere. Hunc alij eum esse volunt, qui missus quæsitum Amphitriten à Neptuno amatam, virgini, vt ei nuberet, persuasit, vt diximus suprà. Alij vnum esse dicunt è nautis, quos Bacchus in delphines dicitur conuertisse. Alij eum esse volunt, à quo Arion vectus est, fidicen nobilis: qui quum Tarento Corinthum cum multis opibus peteret, vbi rex Corinthi Periander eum amicum amatúmque habuerat, nautis eum interficere parantibus, petit vt prius caneret cithara. Ad cuius sonum cum delphini conuenissent, Arion se in mare deiecit: exceD ptúsque ab vno, imminens periculum euitauit. Lege historiam apud Plinium, Aulum Gellium, & Herodotum, ne te obtūdam. Quamuis Strabo fabulari inquit Herodotum, quū ait Arionem à delphine in Tænarum fuisse peruectum. Cæterùm Solinus in Laconia inquit fanum esse Arionis Methymnæi, quem delphine eò aduectum imago ærea testatur, ad effigiem casus expressa. Præterea tēpus signatū: Olympiade enim 29. ipsum gestū probatur. Sane Methymna Arionis patria, vrbs Lesbi est. Vnde illud est: Quā Methymnæo carpit de palmite Lesbos. Ex qua insula multos fuisse constat ingeE nio & doctrina præstantes, quorum Terpander pro tetrachordo lyra heptachordo vsus est. Eam Macareus rex tenuit, teste Diodoro, qui Methymnen & Mitylenen filias habuit, quibus à duabus vrbibus eius insulæ celeberrimis nomen est inditum. Plinius autor est, si occidente Delphino imbres E fuerint, per arcturum non futuros. *Fœlix in amoribus index*) secunda vsus fortuna: qui cum indicasset Amphitritę amorem Neptuni, quicquid voluit, persuasit. *Lesbida*) Patronymicum fœmininum à Lesbo insula notissima: vnde & Lesbius deducitur, & Lesbous.

PAVL. *Dúmque*) & illealiquis *Dum quæret lyram*) quæ iam tota disparuit. *Notabit quoque*) etiam. *Subitò mersas in liquidas*] claras. *Aquas*] quasi notabit occidisse. *Terga medij Leonis*) mediæ partis posterioris. nam anterior occiderat. Nunc totum cosmicè occidit. Sic cosmicè totus oritur Aquarius, qui illi est oppositus. *Quem modo cælatum*) &c. Delphinem oriri quinto idus Ianuarias, superiore libro diximus, & triplicem causam stellificationis eius. Vel quòd is fuerit, qui Amphitriten ad Neptunum perF duxerat: vel quòd de nautis in delphines mutatis Bacchus vnum in rei momentum cœlo apposuerit: vel qui Arionem transuexerat, de quo nunc agetur. Nunc verò inquit tertio nonas Febr. hoc est, tertia die mensis Delphinem occidere. Inquit ergo: *Is*] Delphin scilicet. *Quem Delphina videbas modo*) paulo antè. *Cælatum stellis*) ornatum stellis. Nam vt & Higinus loquit, & Poëta ipse paulò inferius, stellas habet nouem. Sed in hoc datur locus fabulæ: cùm animal hoc musica arte mulceatur, & nouem sint Musæ, ergo totidem stellis figuratus est: vel quòd nouem apud antiquos lyrarum chordæ essent, quarum sonitu plurimum oblectatur. Et eidem ais: Habet in capite stellas duas, supra caput ad ceruicem versus duas: ad ea quæ velut pennę in H ventre videntur, habet stellas tres, in scapulis vnam, in cauda duas. *Nocte sequente fugiet tuos visus*) quia erit eius occasus, vel occidet. Et erit occasus heliacus, non cosmicus. Nam Cæsari occidit vndecimo calend. Septemb. *Seu fuit occultis*] &c. Causas attingit, cur Delphin stellificatus fuerit. Et nos superius delibauimus. Subintelligendum est: hic Delphin, qui stellificatus est. *Seu fuit fœlix index in occultis amoribus*) qui fœliciter amorem indicauit. De amoribus Neptuni intellige. Nam vt Eratosthenes inquit, Neptunus quo tempore voluit Amphitriten vxorem ducere, & illa cupiens virginitatem seruare, cùm ad Atlantem fugisset, complures ad eā quæsitum dimisit. In his & delphina quendam, qui peruagatus insulas, ad virginem peruenit, eique persuasit, vt Neptuno nuberet, & ipse eorum nuptias administrauit: pro quo facto delphinis effigies inter sidera collocata est. Et hoc amplius, qui Neptuno simulacra faciunt, delphinum aut in manu, aut sub pede eius constituunt: quod Neptuno gratissimū I esse arbitrabantur. *Fulit ergo index*) quia gratissimus Neptuno, & cœlo figuratus est. Amores numero multitudinis lasciui, seu venerei sunt. Numero singulari amor in vtranq; partem accipi potest, & in veneream, & in castam: vt amor fraternus, & similia. *Seu ille*) Delphinus scil. *Tulit lyram Lesbida* Patronymicum fœmininum à Lesbo insula. De Lesbo diximus in Odis. Fœlix quidem insula in Ægeo & Eustathio, & Strabone teste, Æolicarum vrbium metropolis. Vt cętera sileamus, ex ea fuere viri & ingenio & doctrina pollentissimi. Pittacus vnus è septem sapientibus, Alceus, Sappho, Ariō, Terpāder, hi clarissimi poetę, & citharœdi. Theophrastus & Phanias philosophi Peripatetici, & Aristotelis discipuli. Hellanicus rerum cōscriptor. Callias, qui Alcei & Sapphûs poemata exposuit. Posteriores Diophanes orator, itidem & K Potamon, & Lesbocles, & Crinagora. Theophanes etiam rerum scriptor, & Pompeio admodum familiaris: & alij multi, qui e memoria excidere. *Cum domino*] hoc est, cum Arione. Arion enim ex Methymna vrbe Lesbi fuit, vt testatur Strabo. Hic musicæ artis peritia nulli secundus. Eius historia à Plinio lib. 9. delibatur, itidē & à Gellio. Apertius ab Herod. qui Arionē amicū Periandro Corinthiorū regi fuisse, & Corinthij Dithyrābum cecinisse refert, nauigasse in insulas, & in Ausoniā, Tarētiq; remoratū, ditatúmq; sua arte: cùm Corinthū repetiturus esset, Corinthiis nautis, quib⁹ fidebat plurimū, transferendū se credidisse. At sibi pro suis opibus insidiantes nautas exorasse, vt sineręt eū ornare, & sua lyra canere. Quo concesso, cecinisse genus carminis, quod Orthium dicitur. Cùm delphinorū turba circa eum conuenisset, in mare desiliisse: exceptúmq; ab vno delphine, in Laconiā vsq; L ad Tænarū delatū, adiisse Periandrū, rémq; exposuisse, obseruatúmq; aliquantulū. Tyrāni iussu conquisitos fuisse postea nautas, interrogatósq; quid de Arione. Cùm respōdissent, ditatū in Italia degere, vocatū Arionem apparuisse eo ornatu, quo in mare desiluerat: obstupuisse nautas miraculo, & pro scelere supplicio affectos, &c. Ab Arione postea erectum fuit tropheū in tēplo Neptuni Tænarei. Erat enim simulacrū delphini, dorso Arionē ferētis, lyra resonātem. Ex hoc miraculo delphinū cœlo figuratū multi voluerūt. Strabo tamen fabulari Herodotū dicit. At Plinius, cū multa huiusmodi exēpla de delphinis retulerit, subdit: Quæ faciūt vt credatur, Arionē quoq; citharœdicæ artis interficere nautis parantibus, ad intercipiendos eius quæstus, eblanditum, vt caneret cithara;

A Congregatis cantu delphinis, cum se iecisset in mare, exceptum ab vno, Tænarum in littus peruectum. Ergo assentiendum de eo sit Plinio, &c. Est nunc robustus iuuenis quidam Nicolaus nomine, patria Cremonensis: qui puer insignis formæ, cùm è Venetiis ad fossam Clodiam Romam cum hero suo rediturus cymba deferretur, casu & cymba in fluctus decidit. Cadentem delphinus tergo excepit, & extulit, ita vt suis redderet. Miraculum eum pluries audiui referentem, & eos qui secum fuerant. Quod quidem facit illa quoque esse credibilia, quæ à Plinio & cæteris referuntur. De Lesbo insula superiore anno multa in Odis Horatij retulimus, in oda: Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.

ANTON. *Sæpe auidum fugiens*] &c. Augetur oratio. Plus enim est, sistere formidantem agnam, ac fugientem, quam lupum insequentem. *Cum Palladis alite*] Nyctimene, quam Pallas in tutelam suam recepit, pulsa cornice. Licet autem & multæ aues noctuam imperant, cornix eo proposius huic aui infensa dicitur, quòd (vt Ouidius alibi fabulatur) Nyctimene apud Palladem eius locum occupauit. Erat enim cornix (vt ait Naso) comes inculpata Mineruæ. Ea (vt inquit Plinius) ales est inauspicatæ garrulitatis, notatúrque raro ab Arcturi sidere ad hirundinum aduentum. Eam in Mineruæ lucis templísque alicubi omnino non aspici, sicut Athenis. *Cynthia*] Diana: à Cyntho monte Deli. Est autem magna & eminentissima laus Arionis, cuius cantu non minus obstupuisse inquit Dianam, quàm cùm fratrem canentem, hoc est, Apollinem, audit.

Quod mare non nouit? quæ nescit Ariona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Sæpe sequens agnam lupus est à voce retentus,
Sæpe auidum fugiens restitit agna lupum.
Sæpe canes leporésque vmbra iacuere sub vna,
Et stetit in saxo proxima cerua leæ.
Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix
Sedit, & accipitri iuncta columba fuit.
Cynthia sæpe tuis fertur vocalis Arion,
Tanquam fraternis obstupuisse modis.
Nomen Arionium Siculas impleuerat vndas,
Captáque erat lyricis Ausonis ora sonis.
Inde domum repetens, puppim conscendit Arion,
Atque ita quæsitas arte ferebat opes.
Forsitan infœlix ventos vndásque timebas:
At tibi naue tua tutius æquor erat.
Namque gubernator districto constitit ense,
Cæteráque armata conscia turba manu.
Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita puppim:
Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus: Mortem non deprecor, inquit,
Sed liceat sumpta pauca referre lyra.
Dant veniam, ridéntque moram: capit ille coronam,
Quæ possit crines Phœbe decere tuos.

cùm infestissima noctuis sit, tamen vnà ad audiendum Arionem, tanquam amicæ sedebant. Itidem accipiter cum columba. G *Et cornix loquax*] garrula. Hanc auem inauspicatæ garrulitatis esse Plinius inquit, à quibusdam tamen laudatam. *Sedit cum alite Palladis*] cum Nyctimene. Hæc puella fuit, quæ cum patre concubuit: ob quod pudore in syluas fugit, die latitans. In auem versa, nocte egreditur: receptáque est sub Palladis tutela, pulsa cornice. H Quarum fabula in 2. Metam. refertur. Ob hoc igitur cum nyctimene corniei bellum est perpetuum, fugitq; cornix Mineruæ loca. Vnde Plinius notat eam in Mineruæ lucis templísque raro, alicubi omnino nõ aspici, sicut Athenis. *Sine lite*] sine pugna. Nam & ipso Plinio teste, solers est noctuarum contra aues dimicatio: maiore circundante multitudine, I resupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctum rostro & vnguibus totæ teguntur. *Et columba fuit iuncta accipitri*] nam cum Arionis cantu demulcerentur, accipiter columbam non infestabat. *Cynthia sæpe tuis*] &c. Cùm artis citharœdicæ summa gloria Apollini tanquam primo inuentori tribuatur, par tamen ipsi Apollini videbatur Arion. nam Cynthia Apollinis soror non secus Arionis cantu, quàm fratris obstupebat. Et magna hæc est Arionis commendatio, cùm Apollini comparetur. Cynthia Diana dicta est, vt Phœbus Cynthius, à Cyntho monte in Delo insula: sed non altissimo, vt aiunt, nam & nos illum ascendimus. *Fertur*] dicitur. *O Arion*) Apostropha est ad ipsum Ariona. *Vocalis*) voce potens, vel voce resonans. *Sæpe obstupuisse tuis sonis*] vel K tuis modis, tuis versibus, & cantu. *Tanquam fraternis*) velut Apollineis. *Nomen Arionium Siculas*) &c. Nauigauerat Arion in insulas circa Italiam, & in ipsam Italiam, magnúmque sibi nomen pepererat. Vnde hic: *Nomen Arionium* (nomen Arionis.) *Impleuerat Siculas vndas*) Siculum mare, & Siciliam ipsam, & insulas quæ in Siculo mari sunt. Si staret in versu, Siculas vrbes, intelligeretur tantummodo de vrbibus, quæ in Sicilia sunt. Sed si Siculas vndas dicit, & de Sicilia ipsa intelligimus, & de omnibus insulis, quæ in mari Siculo sunt. *Et ora Ausonis*) hoc scilicet. Ausonia (vt diximus) pars Italiæ, in qua sunt Beneuentum & Cales. Appellata fuit [sic] Ausonia ab Ausone, Calypsus ex Vlysse filio. Deinde tota Italia, quæ Apennino finitur, dicta est Ausonia ab eodem duce: à quo etiã vrbem conditam Auruncam ferunt, vt testis est Pompeius. L *Ergo ora*) maritima regio. Ausonis. Non hic patronymicum fœmininũ, sed nomẽ proprium Auson Ausonis. *Erat capta lyricis sonis*) lyrico cantu, sono lyræ ipsius Arionis. *Inde domum repetens*) &c. Vbi ditatus fuerat in Italia, redire volebat Corinthũ ad Periandrũ, in Lesbõ insulã in suã patriã. Ascendit igitur Corinthiorũ nautarum nauigiũ, quibus maximè cõfidere se posse [illegible] putabat. Inquit ergo: *Inde*) ex Italia. *Repetens*) repetere volẽs. *Domum*) Corinthum primò, deinde Lesbon. *Arion conscendit puppim*) Corinthiorum nauim. Puppis posterior nauis est pars, sed interdũ pro naui accipitur. *Atque*) &. *Ita domum*) scil. repetens. *Ferebat opes*) diuitias. *Quæsitas*) acquisitas. *Arte*) citharœdica scil. qua plurimum pollebat. *Forsitan infœlix ventos*) &c. Misericordiam mouet ab his quæ in mari timentur, sed magis à nautarum perfidia:

Captáque erat lyricis] &c. Facta mentione Siciliæ, meminit & Italiæ, secundum historiam Herodoti, qui ait concupisse Arionem, cùm permultum temporis triuisset apud Periandrum, in Italiam & Siciliam nauigare. *Puppim conscendit Arion*] nauim Corinthiorum, quam Arion Tarento profecturus ab iis conduxit, cùm nullis magis quàm Corinthiis D fideret. *Quid tibi cum gladio*] Poeticè rectorem nauis increpat: cùm eius esset, temonem ac rudentes tractare, non gladium. *Mortem non deprecor*) non recuso, non repello, vt: Equidem merui, nec deprecor, inquit, Vtere sorte tua.

Dant veniam] beneficium canendi. Nulla enim Arionis culpa præcesserat, per quam venia daretur, hoc est, pœnæ condonatio.

PAVL. *Quod mare non nouit*] &c. Aggreditur nunc res Arionis, & magna illius commendatione vtitur, à citharœdica arte præcipua, cuius dulcissimo cantu sistebantur currentes fluuij, & ferarum rabies sedabatur, demulcebantúrque feræ omnes: vnde toto orbe notus. Pro quo dictum hic: *Quod mare non nouit Ariona*] id est, Arionem ac si dicat, omnia cum maria nouêre. E Notus tamen maximè erat vicinis Ægæo & Ionio. Quæ tellus nescit, à qua telluris parte nescitur. quasi dicat, Nouêre etiam eum omnes terræ. *Ille*] Arion scilicet. *Tenebat*, sistebat. *Carmine* cantu carminis. *Currentes aquas*] sistebant enim cursum flumina, ad eum audiendum. *Sæpe sequens agnam*] &c. Demulcebatur eius cantu lupi feritas, cùm agnam insequeretur, & fugientis agnæ metus soluebatur, & è fuga sistentes cantum illi excipiebant. *Lupus sequens*] pro insequens. *Agnam*] *Sæpe est retentus à voce*] à cantu Arionis. *Agna fugiens auidum*] famescentem, rabidum lupum. *Sæpe restitit*] ad cantum illius, ἀγνὴ Græcè, Latinè pecus. Inde agnus & agna. Lupus, Græcè λύκος. *Sæpe canes*, &c. Canes cùm inimicissimi leporum sint, nihilominus cum leporibus ad eius cantum firmabantur. Itidem & leæna, cùm ceruas insequerentur. F *Canes & lepores sæpe iacuere sub vna*] quasi sub eadem. *Vmbra*) vt scilicet illum audirent. *Et leæ*] Dicimus enim & lea, & leæna. Vnde, Nec lac bibit ille leænæ. *Cerua stetit proxima*] vicina, iuncta. *In saxo*. Tapinosis est, rei magnæ humilatio: hoc scilicet in monte. De ceruis non est id mirum, nam & Plinius inquit: Mulcentur fistula pastorali, & cantu. *Et sine lite*] &c. Cornix

A cum fidelius & tutius esset sibi mare, quàm nautæ & nauis.

Forsitan] Et apostropha est ad ipsum Arionem. *Tu insulsus*] quia malis hominibus te credideras, qui sanguini & opibus tuis inhiabant. *Timebas ventos & vndas*] ventorum violentiam, & vndarum impetum: quasi dicat, Non erāt hæc tibi timenda. *At æquor erat tibi tutius naue tua*] naue quam ascenderas. nam in ea struebantur tibi insidiæ. *Namque gubernator destricto*] &c. Rationem reddit, cur erat sibi tutius mare quàm nauis. Nam in naui paratæ erant sibi insidiæ. *Namque gubernator*] rector nauis. *Constitit*] in te scilicet. *Ense destricto*] ense euaginato. *Et cætera turba confesa*] cæteri nautæ, qui omnes in necem tuam conspirauerant. *Armata manu*] pro armatis manibus. *Quid tibi cum gladio*] &c. Increpat nauis rectorem hac apostropha, à quo non sunt tractanda arma, sed temone gubernando nauis. *Quid tibi*] ô

B nauita. *Cum gladio*] cum ense, cum armis. quasi dicat, Nihil esse debet tibi cum armis. Dicimus nauita & nauta. *Rege puppim*] nauim. *Dubiam*] & ob id dubiam, cùm malè, aut cū non regatur: quia tunc dubia est quò eat. nam sine rectore titubat. *Rege ergo dubiam puppim*] Aut dubiam, cùm in mari sit: quod cùm turgidum est, semper nauigantibus est dubitandum. *Non sunt hæc arma tenenda tuis digitis*] pro tuis manibus: sed arma, quibus nauis gubernetur, hoc est, temo ipse, & cætera nautica instrumenta. *Ille metu pauidus*] &c. Paratis Arioni insidiis, cùm ei nautæ mortem minitarentur, non refellebat mori: sed tantùm precabatur, vt pauca sibi canere liceret. Herodotus tamen inquit, mortem primò fuisse deprecatum: sed vbi non proficeret, petiisse, vt se ornare, & lyra canere daretur. *Ille*] Arion scilicet. *Pauidus metu*] mortis scilicet. *Inquit, Non deprecor mortem*] Deprecari interdum est excusari, & refellere. Vnde est illud in 12. Æneid. Equidem merui, nec deprecor, inquit. Ita hic non deprecor,

G non refello mori. *Sed liceat referre pauca*] canere pauca. *Sumpta lyra*] Petiit tantùm, vt se ornaret, & lyra canere posset. *Dant veniam ridéntque*] &c. Concessere hoc nautæ, vt caneret paululum lyra: risere que hanc mortis dilationem. Ornauit se tamen Arion, ea maximè corona, quæ Phœbo conueniens esset. *Dant veniam*] quasi indulgent nautæ, aut concedunt sibi id temporis, vel hoc beneficium. Vt illud Virgil. Extremam hanc oro veniam. *Et rident moram*] hoc est, dilationem. *Ille*] Arion scilicet. *Capit coronā*] Corona, teste Pompeio, licèt videatur à choro dici, caret tamen aspiratione. Sunt coronę dicuntur, quòd cohonorent eos quibus imponuntur. *Quæ*] corona scilicet. *O Phœbe*] Ad Phœbum est apostropha. *Possit decere tuos crines*] quasi possit esse decens capiti tuo, digna erat tuis comis.

ARION.

Induerat Tyrio distinctam murice pallam:
Reddidit icta suos pollice chorda sonos.
Flebilibus numeris, veluti canentia dura
Traiectus penna tempora cantat olor.
Protinus in medias ornatus desilit vndas:
Spargitur impulsa cærula puppis aqua.
Inde, fide maius, tergo delphina recuruo
Se memorant oneri supposuisse nouo.
Ille sedet, citharámque tenet, preciúmque vehendi
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.
Di pia facta vident: astris delphina recepit
Iuppiter, & stellas iussit habere nouem.

Induerat Tyrio distinctam murice pallam] Quidam Bis tinctam legunt, hoc est dibapham. Vestis enim si purpura bis madefiat, quali Romæ vsus est Lentulus Spinter æ-

C dilis curulis, dibapha dicitur. Alij Distinctam legunt: distinguebant enim palla arte phrygionum. Plautus: Pallam ad phrygionem fert, confecto prandio. Fuit id vestis genus tunicæ, pallium: accepitque nomen pallæ, secundum Varronem (vt Seruius refert) ab irrugatione & mobilitate, quæ circa finem eius est: id est, ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Legimus tamen apud eundem Varronem, dictam pallam, quòd palàm gestaretur. Eam longam fuisse dubium non est: vt, Pro crinali auro, pro

D longæ tegmine pallæ. Qua vtebantur non solùm fœminæ, vt: Pallam signis auróque rigentem, Et circumtextum croceo velamen acantho, Ornatus Argiuæ Helenæ. sed citharœdi quoque, ac tibicines. Cicero ad Herennium: Vt citharœdus, cum prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus. Horat. Et luxuriem addidit arti Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem. Hanc vestem quidam significari per syrma interdum arbitrantur, dictum ἀπὸ τοῦ σύρειν, id est, trahendo. quamuis syrma apud Græcos pro quouis tractu accipitur. Seneca de Baccho: Auro decorum syrma barbaricum trahit. De eodem Statius: Si decet aurata Bacchum vestigia palla Verrere. Cauendum, ne quidam interpres Iuuenalis nos ducat in deuia, qui ait: Prætexta palla vtebantur, qui funus curabant, vt inquit Pompeius: cum legendum sit, Prætexta pul-

E la. *Traiectus penna tempora*] &c. Quid de cygno autor sentit hoc loco, dum imminente morte cantum flebilem facit, penna eius cerebrum lædi, Magnus Albertus & Isidorus literis mandauerunt: quamuis Aristoteles & Plinius ea de re nihil scripserint. hæc auis est amphibia, hoc est, terra & aqua victum quæritant. Et Græcè quidem cygnus, Latinè verò olor dicitur. Canitque suauius, quia longum collum & inflexum habet, per quod necesse est eluctantem vocem varias reddere modulationes. Fertur autem mortis tempore dulcius solito canere, ac propriam mortem flebili cantu prædicere. quod quidam fabulosum putant. Sed in primo Tuscul. quæst. refert Cicero, commemorare Socratem, sic omnibus bonis & doctis esse moriendum, vt cygni, qui Apollini dicati sunt, quòd ab eo diuinationem habere videantur, prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate mo-

F riuntur. Hi (vt Seruius scribit) nullis dant auguria, nisi nautis: vt, Cygnus in auguriis nautis gratissimus ales. Mouetur autem pathos à simili Ouidius alibi: Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis, Ad vada Mæandri concinit albus olor. Huic aui boni poëtæ comparari solent. Horat. Multa Dircæum leuat aura cygnum. *Fide maius*] Non est incredibile, vectum esse Arionē à Delphine: cùm Aulus Gellius, Plinius,

H & alij scriptores de delphinis mira commemorent. Quid quòd simonis nomine delectantur, qui simi sunt, & recuruo tergo? *Ille sedet*] &c. Cantat carmen ita sublime, ita suaue, vt esset vberrimum vecturæ precium. *Astris delphina recepit*] Astrum Græcum est. vnde Aster ille Platonis à nobis Stella dicitur, cuius diuini philosophi pulcherrimū distichon nos sic Latinū

I fecimus: Stelle meus stellas dum suscipis, ipse ego cœlum Esse velim, vt multo hunc lumine despiciam. *Stellas iussit habere nouem*] Alij Delphinem decem stellis constare dixerunt.

PAVL. *Induerat Tyrio distinctam*] &c. Coronauerat se Arion, & induit purpuream chlamydem, & sonare incœpit. *Induerat*] ipse Arion. *Pallam*] Palla, vt Nonius inquit, est honestæ mulieris vestimentum, hoc est, tunicæ pallium. Vnde Virg. Pallam signis auróque rigentem, Ornatus Argiuæ Helenæ, &c. Hic verò pallam pro chlamyde, aut quauis veste. *Distinctam*] diuisam. Et hoc quo ad picturam, & colorem ipsum. *Tyrio murice*] Murex (vt idem inquit) color est purpureus. De purpuris superiore libro diximus, ibi, Noua purpura fulget. Et diximus conchylij genus esse. Ex eodem ferè genere

K murices sunt: sed sunt aculeatiores, qualem nunc vobis ostendo ex his, è littore Syrio in Italiam à me relatis. nam eū nomen in Græcia retineant, è Syria retulimus: vt qualis esset, Latinis amicis etiam aperiremus. *Tyrio*] à Tyro vrbe Phœniciæ. Phœnicia enim purpurarum piscatu semper præstitit, Strabone teste: & Tyria purpura omnium optima perhibebatur: & Tyro ipsa piscatio proxima scilicet, & cætera omnia, quæ ad inficiendas vestes pertinent. *Chorda*] fidiculi. *Icta*] percussa pollice. *Reddidit sonos suos*] proprios, quales erant Arionis. Nam vbi ornatus fuit, cœpit resonare & canere. Lyra: cuius pollice chordæ tanguntur ad sonitum. *Flebilibus numeris veluti*] &c. Arionem ita canentem cygnis comparat. Nam cygni, qui & olores dicuntur, in morte, hoc est, cùm ad senectam venerint, & mors imminet, suauissimè canunt. Vnde est illud in Heroid. Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis, Ad vada Mæandri concinit albus olor. Licèt id Plinius falsum putet, cùm dicat: Olorum morte narratur flebilis cantus falsis (vt arbitror) aliquot experimentis. At Cicero in Tuscul. quæst. Cygni, inquit, non sine caussa Apollini dicati sunt, sed vt ab eo diuinationem habere videantur: quia prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur. Cantat ergo Arion ipse numeris flebilibus: versibus luctuosis. Cecinit enim tunc illud genus carminis, quod Orthium dicitur. *Veluti olor*] cygnus. *Traiectus tempora canentia*] habens traiecta tempora. Pars pro toto, hoc est, caput. *Canentia*]

albicantia. nam totus albus est. *Dura penna*] quia in senecta pennam quandam habent duriusculam, frontem natam vel vt traiectam. Quod obseruauit Pomponius in extrema Germania, & ego in Ionia. Seniores enim cygni illam traiectam habent, cæteri non. Poëta igitur non sine ratione hoc dixit sed miror ab aliis non fuisse obseruatum. *Protinus*) & ita. *Ornatum* palla corona, lyra. *Protinus*] subsequenter, continuò. *Desilit*) ex ipsa naui dentium salit. *In medias vndas*) in medium mare *Cærula puppis*) Cæruleam puppim dixit, ab ipso aquæ colore cæruleo. *Spargitur*) infunditur. *Aqua impulsa*) ipso scilicet Arionis saltu. *Inde fide maius*) &c. Ad eius cantum cùm delphinorum (vt suprà diximus) turba conuenisset, desiliens ab vno eorum tergo exceptus est. *Inde*) ex eo, aut postea *Memorant*) veteres scilicet. *Delphina*) pro delphinem. Dicimus enim & delphin delphinis, & delphinus delphini. *Supposuisse se nouo oneri*) quia nouum miraculum, quòd homini se supponeret. Licèt & Plinius, & Solinus exēpla huiusmodi multa commemorent. *Tergo recuruo*) dorso repando. Vnde Plinius: Dorsum repandum simum: qua de causa nomen Simonis omnes miro modo agnoscunt, malúntque ita appellari. *Tergo recuruo*] tergis reflexis: quia recuruati sunt, & ob id appellari Simones Plinius inquit.

Maius fide) Per appositionem dixit, Maius fide: quasi plus quàm credi possit. *Ille*] Arion scilicet, *Sedet*] super delphinem scilicet, vel in dorso delphinis. *Et tenet citharam*] tenet, & resonat cithara. *Et cantat pretium vehendi*] id est, precium & mercedem vecturæ. Nam vectura dicitur à veho vehis. Si Vehendi dicis, est gerundium: si Vehicli, vehiculum paruus currus est, & pro ipsa vectura hic poni potest, in cuius mercedē cantabat. *Et mulcet*] demulcet, mitigat, lenit *Carmine*] carminis cantu. *Aequoreas aquas*] marinas vndas. *Dij pia facta*] &c. Vident dij benefacta, itidem & malefacta. Videre ergo Delphinis officium, & commendarunt. Vnde Iupiter illū inter astra collocauit, ornauitque nouem stellis, vt suprà diximus. *Dij vident pia facta*] quasi delphinis pietatem & officium, qui Arionis oneri successit. *Iupiter recepit delphina*] delphinem. *Astris*] in astris: hoc est, inter sidera. Astrum dicitur ab ἀστράπτω verbo Græco, quod est fulgeo. Inde ἀστὴρ, & ἄστρον, pro sidere & stella. *Et iussit habere nouem stellas*] Et Higinus etiam inquit esse stellarum nouem. Datur locus huic rei, cùm animal hoc musica arte mulceatur, & nouem sint Musæ, ergo totidem stellis figuratus est: vel quòd nouem apud antiquos lyrarum chordæ essent, quarum sonitu plurimum oblectantur.

Nūc mihi mille sonos, quóque est memoratus Achilles,
Vellem Mæonide pectus inesse tuum.
Dum canimus sacras alterno pectine Nonas,
Maximus his Fastis accumulatur honor.
Deficit ingenium, maioráque viribus vrgent:
Hæc mihi præcipuo est ore canenda dies.
Quid volui demens elegis imponere tantum
Ponderis? heroici res erat ista pedis.
Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.

ANTON. *Vellem Mæonide pectus inesse tuum.* Apostrophen facit ad Homerū, cuius optat ingenium, cùm sit de re tanta scripturus, quanta & heroicum carmen, & Homeri meretur ingenium. Is vel à Mæonia, id est, Lydia, vbi est Colophon, Mæonides dicitur, vel à patre Mæone. Notum enim est, inter opiniones, quę de natalibus eius feruntur, hanc esse, quòd Mæonis filius fuerit. *Sacras nonas*] quæ nunc Augusto dicatæ videri possunt. Dixerat enim suprà, Nonarum tutela deo caret. *Sancte pater patriæ*] &c. Nonis Februariis Cæsar Augustus patris patriæ cognomen accepit, quod ei (vt Suetonius scribit) vniuersi repentino maximóque consensu detulerunt, & senatus in curia, neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam, id mandantibus cunctis, qui ait: Quod bonum faustúmque sit tibi, domuíque tuæ, Cæsar Auguste, senatus te consentiens cum populo Romano consalutat Patrem patriæ. Quo tempore Augustus lacrymas continere non potuit. Naso in 4. Trist. Tu quoque cùm patriæ rector dicare, patérque, Vtere more Dei nomen habentis idem. Seneca: Sic ille patriæ primus Augustus parens complexus astra est. Cicero: Vt in eius vita legimus, primus omnium Romanorum pater patriæ appellatus est. Hinc illud est Plinij: Salue primus omnium pater patriæ appellate. Quo nomine M. Cato vir seuerus, & summæ grauitatis, eum appellauit, teste Appiano. Postea verò imperatores Romani eam appellationem sibi vsurparunt, quæ Ciceroni contigit in libera ciuitate. Iuuenalis: Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Quo in loco Satyrus imperatores deridet, qui ab adulatoribus patris patriæ cognomen sumebant: fallebantúrque, vt ait Plutarchus, cùm excellentiam honorum à populis sibi tributam, maximum beneuolentiæ testimonium existimarent. Quamuis enim sponte sua, & beneuolentia quadam ad decorādos principes moueri populi videantur, ducuntur tamen plerunque metu: cùm tam hi qui oderunt, quàm qui amant, prosequi honoribus principes soleant. Prudentes igitur & optimi rerum publicarum gubernatores non tam laborant, vt honores populi consequantur, quàm vt digni honoribus sint. Huius tituli, quo Augustus à senatu populóque Romano donatus est, meminit Horatius in primo Carm. vt: Hic magnos potius triumphos, Hic ames dici pater atque princeps. *Hoc dedimus nos tibi nomen eques*] Nasonis familia equestris ordinis fuit, & ipse Augusti Cæsaris munere eques triumuiratum consequutus est. Sanè, Nos eques dedimus, est rara constructio, sed tolerabilis. Verum enim apparet, quod Grammatici tradunt, constructionem, quam Græci synthesin vocant, reddi ad vocis intellectum. Vnde per diuersas figuras solent à scriptoribus accidentia variari: quæ licèt, quantum ad ipsas dictiones, incongruè disposita videantur, rectissimè tamen posita intelliguntur sensus ratione. Quid est enim aliud, Pars in frusta secant, nisi, multi & , Nos eques dedimus, nisi, nos equestris ordinis viri?

PAVL. *Nunc mihi mille sonos*] &c. Cùm relaturus sit diem, in quo Augustus pater patriæ appellatus sit, pro rei magnitudine decantanda optaret & mille voces, & Homericum habere ingenium: & iden nunc, velut rem magnam (vt est) aggressurus, inquit: *Nunc vellem habere mihi*] ad vsum meum. *Mille sonos*] mille voces. *Et vellem habere O Mæonide, pectus tuum*] quasi ingenium tuum, & animum tuum. *Quo*] ingenio. *Achilles est memoratus*] Homerus est dictus Mæonides, & Mænnius, à Mænne patre, & etiam à Mæonia patria, Asiæ regione. Sed plures fuere vrbes, etiam præter illas quæ in Mæonia sunt, quæ suum esse dicerent: vt Cicero meminit in oratione pro Archia poeta, etiam vt constat illo versu: Smyrna, Rhodos, Colophos, Salamis, Chios, Argis, Athenæ: vt in Odis Horatij diximus. *Memoratus Achilles*] Nam præclara Achillis gesta in Iliade scripsit, & celebriorem illum fortè quàm mereretur, reddidit. Vnde legitur, cùm Alexander in Sigæa ad Achillis tumulum peruenisset, dixisse, O fortunate adolescens, qui laudis tuæ Homerum præconem inueneris. *Dum canimus sacras*] &c. In nonis Februariis Augustus pater patriæ est appellatus: vnde eo die festum eet tantæ celebrabatur. Pro quo in Augusti commendationem maximum suis Fastorum libris accumulari honorem dixit, præcipuè cùm tanta res in his scribenda esset. *Dum nos canimus nonas sacras*] Et superius dixit, tutela Dei carere, ac si nulli deorum sacræ essent: & nunc sacras appellat. Quod ideo facit: nam cùm antea nulli deorum sacratæ fuerint, nunc in auctos Augusti titulos: & cùm ea die eo honore decoratus fuerit, sacras appellauit, quia publico consensu consecratas. *Alterno carmine*) hoc est, elegis versibus. Illa enim sunt alterna, quæ per vices eunt & redeunt. Sic elegi versus, qui ex hexametro constant, & pentametro. Nam velut per vices alterum cum altero iungitur. *Maximus honor*] Hoc est in Augusti laudem. *Accumulatur his Fastis*) his Fastorum libris, in quibus id etiam scribere necesse est. *Deficit ingenium*) &c. Videtur exterreri in re ardua describenda: quòd cùm hæc dies sit maximè celebranda, ad eam canendam ingenium deficiat. *Deficit ingenium, & vrgent*] cogunt, aut premunt nos. *Maiora viribus*] maiora & grauiora, quàm nos sufferre valeamus. *Hæc dies*] nonarum scilicet. Et in seipsum sermonem vertit. *Hæc dies est tibi*] à te. *Canenda ore præcipuo*] ore præcellente: quia præ cæteris hanc canere debes. *Quid volui demens*, &c. Reprehendit seipsum, quòd hæc grauia, quæ scribenda erant heroico carmine, versibus elegis commendarit. *Quid*] cur, aut propter quid. *Ego demens*] deorsum à mente, quasi vesanus. *Volui imponere tantum ponderis*] Metaphoricè loquitur. *Elegis*] versibus scilicet. De Elegis versibus superius diximus: quibus miseriæ, querimo-

A nuæ, & amantium affectus deplorantur. Sed quia in his erat aliterior, etiam hæc grauia elegis canebat. *Res ella*) quæ tam magna est. *Erat*) intererat. *Pede heroo*) heroici versu. Heros (vt diximus) vir excellens, diuinus scilicet. Sed quia hexametris versibus & deorum laudes, & heroum bene gesta cani cœpere, tanquam à diuinis appellati sunt versus heroici. Ergo res illa erat heroi pedis, heroici versus. Et est species Metonymiæ. Nam ex pedibus versus constat. *Sancte pater patriæ*) &c. De hoc ita Tranquillus inquit: Patris patriæ cognomen vniuersi repentino maximóque consensu detulerunt ei, prima plebs legatione Antium missa: deinde quia non recipiebat, ineunti Romæ spectacula, frequens & laureata. Mox in curia senatus, neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam id mandantibus cunctis. Quod bonum, inquit, faustúmque sit tibi, domuique B tuæ, Cæsar Auguste: sic enim nos perpetuam fœlicitatem reipub. & læta huic precari existimamus. Senatus te consentiens cum populo Romano consalutat patriæ patrem. Cui lacrymans respondit Augustus his verbis (ipsa enim sicut Messala apposui) Compos factus votorum meorum, P.C. quid habeo aliud deos immortales precari, quàm vt hunc consensum vestrum ad vltimum vitæ finem mihi perferre liceat. Hæc ille. Poeta loquitur, patres, equites, & plebem hoc ei nomen dedisse. Nihil tamen refert quia idem est senatus & populus. Equites enim medij erãt inter patritios & plebẽ. Inquit ergo apostrophans ipsi verba: *O sancte pater patriæ*] Auguste, qui hoc die fuisti tuis meritis pater patriæ appellatus. *Hoc nomen*) patris patriæ scilicet. *Dedit tibi plebs*) Hoc nomẽ dedit tibi curia: hoc est senatus, qui in curia residebat. De diuisione populi per Romulum, & curiis, superius diximus. Nam G diuiserat populũ in triginta curias, quibus postea additæ sunt quinque: ita vt in sua quisque curia sacra publica faceret, ferιasque obseruaret. Hisq; curiis singulis nomina curiarum virginũ imposita esse dicuntur, ex his quæ de Sabinis rapuere. Hæc Pompeius. At hæc curia de senatoria dicitur: qui locus ita dictus est, quòd ibi publicas curas gerebãt. Est autem hic species Metonymiæ, tenens pro eo quod tenetur. Est duplex curia: & in qua res publicæ geruntur, & in qua sacrificatur. Sed de hoc inferius. *Curia*) hoc est, senatus. *Hoc etiam nomen dedimus tibi nos eques*] pro equites, aut equester ordo. Nos, dixit, quia ipse etiam equestris ordinis erat. vnde in Tristibus: Non modò fortunæ munere factus eques.

ANTON. *Res*) veritas, & meritorum tuorum magnitudo: ne Augustus videatur adulatione populi eum titulum cõsequutus. *Facit hoc tua magna tuendo Mœnia*] Æquauit Augustum Ioui, quòd pater sis vti Iupiter. Nũc C præponit Romulo: quòd tuendo vrbem more optimi patria amplissimam reddiderit, quam Romulus reliquit humillimam. *Tu dederas transilienda Remo*] tantæ humilitatis, vt ea transilierit Remus. Quam ob causam fertur occisus: licet sint qui rẽ aliter tradãt, vt alibi dicemus. *Cures*] illustris vrbs Sabinorum, autore Plutarcho:

Res tamen antè dedit, serò quoque vera tulisti
Nomina: iampridem tu pater orbis eras.
Hoc tu per terras quod in æthere Iuppiter alto,
Nomen habes: hominum tu pater, ille deûm.
Romule concedas: facit hic tua magna tuendo
Mœnia, tu dederas transilienda Remo.
Te Tatius, paruique Cures, Ceninàque sensit:
Hoc duce Romanum est solis vtrunque latus.
Tu breue nescio quid victæ telluris habebas:
Quodcunque est alto sub Ioue Cæsar habet.
Tu rapis, hic castas duce se iubet esse maritas:
Tu recipis luco, reppulit ille nefas.
Vis tibi grata fuit, florent sub Cæsare leges:
Tu domini nomen, principis ille tenet.
Te Remus incusat, veniam dedit hostibus ille:

gè ante erat pater patriæ. *Hoc tu per terras*) &c. Magna est hæc Augusti cõmendatio, cùm Ioui cõparatur. nã ille deorũ pater est, Augustus autem hominũ. In Tristib' etiã ad Augustũ scribẽs, cùm Iouẽ deûm genitorẽ dixisset, addidit: Tu quoq; cùm patriæ rector dicare, paterque, Vtere more Dei nomẽ habentis idẽ. H Inquit ergo: Tu habes hoc nomen, patris patriæ scil. *Per terras*] quasi in terris. *Quod habet Iupiter in alto æthere*) in cœlo. De I æthere diximus. Græcè dicitur αἰθὴρ, ab αἴθω, quod est ardeo: quia in eo est ignis elementũ. vnde, Summaq; locũ sibi legit in arce, hoc est ĩ sũmo æthere. *Tu*] Auguste. *Es pater hominũ*] nã homines regis. *Ille*] Iupiter scil. *Est pater Deûm*] Deorũ: quia diis imperat. *Romule cõcedas*] &c. Cũ velit lõge in omnibus superiorẽ dicere Augustũ Romulo vrbis cõditore, ab ipso Romulo petit hoc cõcedi. Nã ipse & vrbẽ paruam, & exigua mœnia fecit: Augustus autẽ & mœnia & imperiũ late auxit. Sed hæc est allusio quędã ad id quod superius diximus, quãdo appellatus fuit Augustus: cùm essent, qui censerent eũ Romulũ appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis. ac si dicere vellet, Maius nomen merebatur. Et Augusti facta extollit, Ro K muli aũt hac cõparatione deprimit. *Romule concedas*] da veniã, aut patiaris me loqui, aut cõcede quod dico. *Hic*] Augustus. s. *Tuẽdo*) defendẽdo & gubernãdo. nõ dixit, dominãdo, aut imperãdo, ne tyrãnidis illũ argueret: sed tuẽdo, ac si in tutela imperiũ patriæ haberet. *Facit tua*] quę tu fũdasti. *Magna*) nã auxit (vt diximus) & vrbẽ & imperiũ. *Tu dederas*] mœnia ipsa. *Transiliẽda*) transaltãda. *Remo*) fratri tuo: quem multi, Græci maximè, Romũ dicunt. Cõdidit autẽ mœnia ita parum alta, vt à Remo trãsiliri possent. Vnde quòd in edictum deliquisset, morte mulctatus est: de quo dicem' in quarto libro, autore etiã Dionysio. Nam mortis Remi duplex causa narratur: & discordia pugnáq; quędã, quòd in ea ceciderit: & hæc trãsaltatio murorũ pręter edictũ. ob quod à Celere quodam, qui muris pręerat, obtrũcatus est. *Te Tatius*] &c. Romulus cum finitimis tãtùm pugnauit, cũ Sabinis, cũ Ceninensibus, quorũ regem (vt superius diximus) obtrũcauit, cum Antem- L natibus, & postea cum Veientibus. Terminus autem imperij Romuli, decimus octauus ab vrbe lapis fuit. At Augusto principe, vniuersus orbis Romano paruit imperio. Inquit ergo: O Romule, sensit te Tatius, rex Sabinorũ: de quo superius diximus. *Et parui Cures*) Aliqui dicũt, Cures opulentissimam fuisse Sabinorum vrbẽ. Poëta autem inquit, Parui Cures. Nihil refert: nam poterat esse vrbs parua mœnibus, magna autem opibus. Curea in numero multitudinis, Sabinorum oppidum. *Et Cenina*] Et oppidum hoc non longe ab vrbe fuit. *Hoc duce*] Augusto autem principe *Est Romanum*) Romanæ turis, aut Romani imperij. *Vtrumque latus solis*) quasi extremæ orbis partes, & omnia quæ inter ipsas continentur,

vnde Quirites dicti sunt, vt quibusdã placet. Nota est histo- D ria. *Cenina*] etiam oppidum est apud vrbem, quod (teste Festo) à Cenite conditore nomen accepit. hinc dicti Ceninẽses. *Tu rapis, hic castas*] &c. Antithetõ est. Et meritò laudatur Augustus, qui (vt ait Suet.) leges quasdã retractauit, quasdam de integro sanxit: vt de adulteriis, de pudicitia. *Tu recipis luco*] Asylum dicit, à Romulo constitutum, latronum ac pessimorum omnium receptaculum. *Tu domini nomen*] Augustus domini appellationem, vt maledictum & opprobrium semper exhorruit, teste Suetonio. Cúmque eo spectante ludos, pronũciatum esset, O dominum æquum & bonum: & vniuersi, quasi de ipso dictum, exultantes comprobassent, statim manu vultúque indecoras appellationes repressit: & in sequenti die grauissimè corripuit edicto, dominúmque se posthac appellari ne à liberis quidem, aut nepotibus suis, vel serio, vel ioco passus est. Et rectè: domini e- E nim nomen, quo perempto, omnis seruitus extincta est, tyranni est potius, quàm benigni principis, qualis fuit Augustus, qui (vt Seruius tradit) Palatium iussu eius ædificatum reipub. dono dedit. *Veniam dedit hostibus ille*] Ouidius alibi: Tu veniam Partho superato sæpe dedisti, Non concessurus quam tibi victor erat. Diuitiis etiam multos & honoribus auctos Vidi, qui tulerant in caput arma tuum. Sueton. Clementiæ ciuilitatisq; eius multa & magna documẽta sunt: ne enumerẽ, quot & quos diuersarũ partiũ venia & incolumitate donatos, principem etiã in ciuitate locũ tenere passus sit.

PAVL. *Res tamẽ antè*] &c. Vt à merito tãti nominis Augustũ commẽdaret, antè inquit hoc à re datũ ipsa fuisse: serò tamen appellatione. Nã lõgè antè nõ modò patriæ, sed orbis pater erat. *Res tamẽ dedit*] nomẽ hoc scilicet. *Antè*] antequã dederat senatus & populus: quia te ipsa eras pater patriæ. *Serò quoque*] F tardè etiã *Tulisti vera nomina*] quia tardi' quàm merebaris pater patriæ appellatus es. *Iãpridem*] lõgè ante. *Erat pater orbis*] ergo nõ modò patriæ, sed vniuersi orbis. In aliquibus codicibus scriptum est Vrbis melius tamẽ Orbis: quia inferius subsequẽter cõparat ipsum Ioui. *Nomẽ habes*] &c. Ille deorũ, ipse hominũ pater est, pro omnium hominum. Intellige ergo bene orbis. Sed si vrbis dicit, non est ab re: quia lon-

A Sed cùm dicat, Vtrunque latus solis, possumus intelligere de Septentrione & Meridie, quasi de polo Arctico & Antarctico, quæ loca à latere solis sunt. *Tu breue nescio*] &c. Auget & illius depressionem, quia paruus dominus: & huius gloriam, quia omnia quæ sub Ioue sunt, sua sunt. *Tu habebas nescio quod*] Velut in contemptum, Nescio quid, dixit. *Victa tellure*] quam tu vicisti. Erat tantummodo (vt diximus) ad decimumoctauum ab vrbe lapidem. *Cæsar*] Augustus scilicet. *Habet quodcunque est sub alto Ioue*] Auxit hic Poëta & rem & orationem. nam magis se eleuat secundo quàm primo versu. *Quodcunque est sub Ioue*] quasi & terræ, & maria. *Sub Ioue*] Interdum intelligimus sub cœlo, aut sub aëre. Vt illud Horatij: Manet sub Ioue frigido. Idem dicimus sub dio, ab eo quòd Διὸς Iupiter appellatur. *Tu rapis*] &c. Exprobrat Romulo Sabinarum raptum, & pudicitiæ obser-

B uantiam ex Augusti lege commendat. Præterea à Romulo receptos sceleratos, ab Augusto autem compressos, aut fugatos. *Tu*] Romule. *Rapis*] quia fictis ludis ab eo, cùm conuenissent finitimi, multas rapuit. de quo inferius dicemus. Ergo tu rapis: quasi tu stupras. pro coniugum enim defectu raptæ illæ fuere. Rapere interdum stuprare significat. Vnde illud Virg. Subnixus rapto potitur: id est stupro. *Hic*] Augustus scilicet. *Iubet se duce*] se principe. *Maritas*] nuptas. *Esse castas*] obseruare pudicitiam. Instaurauit enim Augustus legem Iuliam, ad coercendos adulteros. Vnde est: Vbi nunc lex Iulia dormis? *Tu*] Romule. *Recipis nefas*] quasi nefarios & sceleratos homines. *Luco*] in Asylo, quod erat in luco, de quo superius diximus. Nam pro augenda vrbe Asylum constituit, quò confugerent impunè, qui vel ob scelera, vel quomodocunque ex alijs ciuitatibus pulsi erant. *Ille*] Augustus. *Reppulit nefas*] & scelera, & sceleratos. Plura e-

orum factiones exitij grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus (vt Tranquillus inquit) inhibuit, & multa similia. *Tibi*] ô Romule. *Fuit grata vis*] nam vim & in rapiendis virginibus, & in depopulandis agris finitimis intulisti. *Sub Cæsare*] Augusto scilicet. *Florent leges*] Nam ex legibus cautum est, ne cui vis inferatur. Multa etiam Augustus correxit. Vnde Tranquillus: Leges retractauit, & quasdam ex integro sanxit, vt sumptuariam, & de adulterijs, & de pudicitia, & de ambitione, de maritandis ordinibus. G

Tu] Romule: tenuisti scilicet. *Nomen domini*] quod ad tyrannidem spectat. ergo exprobrandum. *Ille*] Augustus scilicet. *Tenet nomen principis*] minus autem est princeps quàm dominus. Augustus autem (vt testis est Tranquillus) domini appellationem vt maledictum & opprobrium semper exhorruit, nec dominum appellari à liberis seu nepotibus, serio vel ioco passus est. *Te Remus incusat*] &c. Exprobrat Romuli immanitatem pro fratricidio, vt magis à clementia commendatum Augustum extolleret, qui hostibus pepercit: præsertim Lepidum triumuirum, quem incolumem dimisit. *Remus incusat te*] quasi arguit te cædis. Dicemus inferius in quarto libro, de cæde Remi, quem paulo antè libauimus. *Ille*] Augustus. *Dedit veniam hostibus*] quia clemens fuit illis quos vicit. Vnde in Tristibus ad Augustum: Tu veniam patri superatæ sæpe dedisti, Non concessurus quam tibi victor erat. Posset etiam hoc intelligi de H

Lepido, eius in triumuiratu collega, quem bello Siculo in Sextum Pompeium (vt testis Tranquillus) cum eum ex Aphrica in auxilium euocauerat, superbientem viginti legionum fiducia, summásque sibi partes terrore & minis vendicantem, spoliauit exercitu, supplicémque concessa vita in Circeios relegauit.

ANTON. *Cælestem fecit te*) &c. Tu Martis gratia in cœlum receptus es, cuius te filium crediderunt. Augustus verò de patre optimè meritus, vt pium filium decuit, Iulium Cæsarem retulit in numerum deorum. Cui cum ludos funebres celebraret, die medio stella apparuit, fulsitque per septem continuos dies, quam Augustus parentis esse confirmauit. Vnde

Cælestem fecit te pater, ille patrem.
Iam puer Idæus media tenus eminet aluo,
Et liquidas mixto nectare fundit aquas.
Quin etiam si quis Borean horrere solebat,
Gaudeat: à Zephyris mollior aura venit.
Quintus ab æquoreis nitidum iubar extulit vndis
Lucifer, & primi tempora veris erunt.
Ne fallare tamen, restant tibi frigora, restant:
Magnáque discedens signa reliquit hyems.

ris initium est: cuius diem primum esse in Aquario, autor est Varro: vt æstatis in Tauro, autumni in Leone, hyemis in Scorpione. Quorum signorum (vt idem Varro scribit) dies 23. quatuor temporum primus est: ita vt ver constet diebus 91. æstas 95. autumnus 91. hyems 89. Sunt tamen, quibus placet esse tertium veris ad septimum siue octauum idus I

illud est: Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. *Iam puer I-*

D *dæus*) &c. Aquarius, quem quidam Ganymedem esse volunt (vt diximus suprà) nonis Febr. media aluo tenus antecedit solem orientem. Quod hoc tempore fieri necesse est, sole Piscibus propinquante: cùm Aquarius & oriatur & occidat capite prius quàm reliquis membris. Hoc signum cum aquæ effusione triginta stellis constare dicitur. Aquarium alij Cecropem esse dixerunt, alij Deucalionem. Poeta hic eos sequitur, qui volunt hanc partem zodiaci esse Ganymedem, qui Ioui (vt alibi legimus) nectar ministrat, inuita Iunone. Quidam enim dicunt receptum Ganymedem ad ministeriũ poculorum, remota Hebe Iunonis filia. Quam ob rem existimatur dixisse Virgilius: Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores. Est autẽ raptus (vt scribit Strabo) ad Priapeni & Cizyceni agri fines, in loco quem Ἁρπάγιον, quod est ra-

E pto, Harpagiam appellarunt: quamuis alij (vt idem autor scribis) arbitrentur id circa Dardanium promontorium contigisse. *Si quis Borean horrere solebat*] Hic ventus Aquilo etiam dici solet, à vehementia volatus, qua videtur aquilam imitari. *A Zephyris mollior aura venit*] Fauonij hoc tempore spirare incipiunt, qui (vt inquit Plinius) hybernum molliunt cœlum, sole Aquarij partem 25. obtinente. Alij eorum exortum septimo idus, siue circa idus Februarias ponunt. Est autem Fauonius (vt idem inquit) genitalis mundi spiritus, qui Græcè ζέφυρος vocatur, flans ab occasu æquinoctiali, aduersus Eurum. Latinè verò Fauonius dicitur, à fouendo, vt quosdam existimasse idem Plinius refert. A Fauonio ad æquinoctium vernum dies quadraginta sunt, vt Varroni placet. Hunc ventum quidam ad octauum calendas

F Martias Chelidoniam vocarunt: ab hirundinis visu. Alij ab aduentu auium, Ornithiam. Rustici verò Cathlitionem, natura semina accipere gestiente. Quem Horatius rectè candidum dicit: vt, Quid fles Asterie, quæ tibi candidi Primo restituent verè Fauonij? Inducit enim serenitatem, & bonus ac benignus est: quin vernum aërem clementiorem facit.

Quintus ab æquoreis] &c. Quinto idus Februarias noui ve-

Februarias, & hanc anni partem à Fauonio inchoari. De quo Plin. Hic, inquit, ver inchoat, aperitque terras, tenui frigore saluber. Ver (autore Macrobio) & calidum est, & humectũ: cuius mense primo ver nouum dicimus, secundo adultum, tertio præceps. Eius certissimum indicium nonnulli existimarunt papilionis prouentum, ob infirmitatem animalis, vt Plinius scribit. Sunt qui æstatis principium ponunt octauo idus Maias, vt autumni septimo idus Augusti, & hyemis quinto idus Nouembris. K

PAVL. *Pater*] Mars. Nam Martis filius Romulus creditus, de quo suo loco dicemus. *Fecit te cælestem*] retulit te in Deos, quasi dicat, Non tuis meritis, sed patris. *Ille*] Augustus. *Fecit cælestem patrem*] Iulium Cæsarem: quia nepos & hæres eius fuit. Soluit illi diuinos honores, & pro Deo coli voluit. Sed de hoc etiam inferius suo loco dicetur. *Iam puer Idæus*] &c. Superius diximus occasum Leonis, per quẽ denotabatur Aquarij ortus, qui Leoni oppositus est. Oritur autẽ Aquarius ipse nonis Februarijs vsq; ad aluũ antequã Sol. De quo sic Higinus inquit: Aquariũ cõplures Ganymedẽ esse dixerunt, quẽ Iupiter ob pulchritudinẽ ereptũ parentibus, deorũ ministrũ fecisse existimatur. Itaq; ostẽditur, vt aquã aliquò infundens. Egesianax autẽ Deucalionẽ dicit esse, quòd eo regnante tãta vis aquæ de cœlo profuderit, vt cataclysmos factus esse diceretur. Eubolus verò Cecropẽ esse demõstrat, antiquitatẽ generis cõmemorans: & ostẽdens, antequã vinũ traditũ sit hominibus, aqua in sacrificiis vsum: & antè Cecropẽ regnasse quàm vinũ sit inuentum. Poëta autẽ hic de Ganymede intelligit, Trois filio, cuius fabula notissima. Aquarius quoque & occidit & exoritur capite priusquàm reliquis mẽbris *Iã*, etiã in ipsis nonis. *Puer Idæus*] Ganymedes Troianus: ab Ida mõte prope Ilium, de qua raptus fuit. De quo Virg. in 5. Æneid. quem præpes ab Ida Sublimẽ pedibus rapuit Iouis armiger vncis. *Eminet*] est enim tum soli eminens. *Media tenus aluo*] quasi vsq; ad mediã aluũ. Nã pube tenus dicimus, quasi vsq; ad pubẽ: ita media tenus aluo, vsque ad mediã aluũ. Aluus est propriè venter fœminæ (vt Põpeius inquit) ab alendo dicta:

estque semper fœminini generis. Sed hîc pro ipsius Aquarij duo. *Et fundit*] spargit. *Aquas liquidas*] claras. *Misso nectare*] quasi propinat, aut ministrat nectareos potus diis. Vnde in Metamor. Inuitáque Ioui nectar Iunone ministrat. Nectar est deorum potio. Vnde & alio loco Poëta: Nectar & ambrosiam latices epulásque deorum Det mihi formosa grata iuuenta manu. *Quin etiam si quis*] &c. Prope etiam veris tempus mitigatur aëris frigiditas, redeunt zephyri, qui suauiores sunt. Ergo si quis hyemem exhorrebat, gaudeat: nam prope est ver. *Quin etiam*] hoc est, insuper. *Si quis solebat horrere*] in horrorem habere. *Boream*] qui plurimus fiat in hyeme, & septentrionalis ventus. *Gaudeat*] nam.

Mitior aura] suauior, lenior flatus. *Venit à zephyris*] ab occiduis ventis. Zephyrus enim ab occasu flat, & est suauis, plurimúmque in vere potest: quia tunc spirante florent arbores, & emergunt herbæ, diésque reddit lætiores. *Quintus ab æquoreis*] &c. Inquit Poëta, quinto idus Februarias esse veris initium. Sed ne toties repetitum simus eadem, hoc loco iuuet dicere. Florentinus princeps & iurisconsultus, in præceptis rei rusticæ ita tradit rationem temporum: Veris initium exponitur, tunc plurimum Zephyrus spirare incipit, quod est octauo idus Februarias, sole in Aquario: terminatúrque ad nonas Maias. Æstatis autem initium octauo idus Maias, sole in Tauro: finis octauo idus Augusti. Autumnus incipit septimo idus Augusti, sole in leone: finitque septimo idus Nouembris. Hyems verò quinto idus Nouembris, sole in Scorpione: finis nonis Februarijs. Solstitiorum verò æstiuum est octauo calendas Iulias, hybernum octauo calendas Ianuarias. Æquinoctiorum, vernum est ante octauum calendarum Aprilium, nonnullis ante nonum. Autumnale ante octauum calendarum Octobrium. Hæc ex illo. Poeta autem de veris initio agit. *Quintus lucifer*] quota dies post nonas. *Extulit iubar nitidum*] nitentes radios. *Ab vndis æquoreis*] ab Oceano oriens. *Et erunt tempora prima veris*] erit veris initium. *Ne fallare*] &c. In principio veris sunt etiam magna frigora. *Caue*] Interdum illud caue breue est: vt, Tu caue defendas. Sed de hoc in libris Tristium disseruimus. *Ne fallare*] ne fallaris, ne decipiaris. *Restant*] Et ingeminat verbum, vti tunc ingeminatur interdum frigus.

Restant] supersunt adhuc. *Tibi frigora*] quia adhuc & venti & niues interdum sæuiunt. Frigus vnde diceretur, superius diximus. *Et hyems*] hyemale tempus. *Discedens relinquit magna signa*] magna argumenta sui: quia relinquit frigora. Sicut æstus in mari cessantibus ventis, ita cessante hyeme remanent etiam frigora.

Tertia nox aderit, custodem protinus Vrsæ
Accipies geminos exeruisse pedes.
Inter Hamadryadas, iaculatricémque Dianam
Callisto sacri pars fuit vna chori.
Illa dea tangens arcus, quos tangimus arcus,
Este mea testes virginitatis ait.
Cynthia laudauit, promissáque fœdera serua,
Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris.
Fœdera seruasset, si non formosa fuisset.
Cauit mortales, à Ioue crimen habet.
Mille feras Phœbe syluis venata redibat,
Aut plus, aut medium sole tenente diem.
Vt tetigit lucum (densa nigér ilice lucus,
In medio gelidæ fons erat altus aquæ)
Hîc, ait, in sylua virgo Tegeæa lauemur:
Erubuit falso virginis illa sono.
Dixerat hæc Nymphis, Nympha velamina ponunt:
Hanc pudet, & tarda dat mala signa mora.

ANTON. *Tertia nox aderit*] &c. Arctophylacem dixit, qui interpretatur Vrsæ custos, & dicitur Bootes. Manilius: A tergo nitet Arctophylax, idémque Boores. Dicitur & Arcturus, vt Lactantius grammaticus docet. Sed propriè Arcturus (teste Seruio) stella est in signo Bootæ, cuius ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Arctophylacis pedes tertio idus Februarii chronicè oriuntur: quod signum citius quàm Chelæ in ortum ferri cernitur. Sed sinistram eius manum circulus arcticus includit, ita vt neq; exoriri neque occidere videatur. Quæ dicitur stellas quatuor continere, cum totus Arctophylax quatuordecim constet: cuius occasus quatuor signorum zodiaci tempus absumit, siue (vt quibusdam placet) trium. Vnde à poëtis piger dicitur, vt Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes. & , Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. Huius pes dexter æstiuo circulo nititur: qui cùm longè absit ab eius manibus, oriatur & occidat necesse est. Dicitur autem Iouis filius & Callistus: quamuis Hermippus scripserit, Philomelum esse Cereris & Iasonis filium. *Callisto sacri pars fuit vna chori*] Hæc Lycaonis filia, à Ioue compressa peperit filium Arcadem: qui cùm penè in eo esset, vt matrem ita Iunonis in vrsam mutatam occideret, translatus in cœlum, Arctophylacis nomen accepit. Licèt quidam hunc Icarum esse velint, à pastoribus interfectum, quos vino tunc primùm reperto ebrios fecerat. Vocatur & idem Arcturus (vt diximus) à quibusdam, quòd post caudam Vrsæ locatus sit: item Bootes, quòd boues cum plaustro agat. Sunt qui Vrsam maiorem non Callisto, sed Megisto dictam tradiderint, Lycaonis neptem. *Fœdera seruasset, si non formosa fuisset*] quia rara est cõcordia formæ atque pudicitiæ. Ouidius alibi: Sed te decor iste, quod optas, Esse vetat, votóque tuo tua forma repugnat. Fuisse autem pulcherrimam, eius nomen ostendit. *Virgo Tegeæa* Vocatiuus casus est nominis patrij, à Tegea oppido Arcadiæ.

PAVL. *Tertia nox aderit*] &c. Tertio idus Februarias Bootes, qui & Arctophylax dicitur, oritur. Non quòd oriatur & occidat velut signa, de quibus diximus: sed cum in plaustro sit, quod vertitur circa cardinem, in ipsa vertigine videtur occidere: & cùm se eleuat, oriri. De hoc in Tristibus diximus. Fabellam autem poëta ipse latius explicat, vbi quibus opus, suis in locis dicemus. Arctophylax dictus est, quasi vrsæ seu arcti custos, quæ eius mater fuerat. Eam subsequi videtur, ac plaustrum regere. De quo Cicero de Natura deorum, cum Arati versus refert: Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes. quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arcton. *Aderit tertia nox*] tertia ab ipsa nona die. & sic erit vndecimo die mensis. *Tu aspicies protinus*] porro, seu longè. *Custodem Vrsæ*] maioris scilicet: hoc est Callistus, seu Arcti, de qua nunc agetur. *Exeruisse*] extulisse. *Geminos pedes*] quasi pedes ex vndis extraxisse. Dictus est hic Bootes, quia plaustrum aut boues agitare videtur. *Inter Hamadryadas*] &c. Aggreditur nunc fabellam ipsam, quæ & in Metamorp. & ab Hesiodo, & ab aliis pluribus refertur. Callisto Lycaonis Arcadiæ regis filia, Dianam sequens, à Ioue compressa, patefacto scelere à Diana pulsa, à Iunone in vrsam mutata, puerum peperit Arcadem nominatum, quem Arctophylaca diximus. qui adultus, venator inscius cum matrem insequeretur, à Ioue rapti, cœlo recepti sunt, appositique Plaustro, quod in mare non mergitur, vt ab Oceano Iunoo impetrauit. Id à poëtis colligitur. Aretus autem Tegeates historiarum scriptor non Callistu, sed Megisto dicit appellatam: & non Lycaonis, sed Cretei filiam, Lycaonis neptem. *Callisto fuit vna pars sacri chori*] quasi vna nympharum sacri chori inter Hamadryadas & Dianam iaculatricem. *Iaculatricem*] quia venatrix arcu & iaculis feras insequitur. Hamadryades deæ sunt, quæ simul cum arboribus & nascuntur & moriuntur. Callisto non erat ex his, sed ex nymphis syluestribus, quæ mediæ sunt inter Hamadryadas & Dianam. nam Diana nemorum dea, his superior. Ergo erat vna nympharum Dianæ. *Illa Dea tangens*] &c. Dabatur nymphis ipsis Dianam secuturis iuramentum virginitatis seruandæ: iurabatúrque per Dianæ arcus, quod sacrosanctum habebatur: etiam si de aliqua dubitaretur an seruasset, idem adhibebatur iuramentum. *Illa*] Callisto scilicet. *Tangens arcus dea*] Dianæ. *Ait, ò arcus Dianæ, sacri, quos tangimus, Este testes meæ virginitatis*] quam scilicet seruauero, vel quam seruaui. quasi dicat: Iuro per vos, me seruasse & seruaturam castitatem. *Cynthia*] Cur Cynthia dicta sit, superius diximus. *Cynthia*] Diana. *Laudauit*] commendauit verba Callistus. Et dixit, *serua fœdera promissa*, serua quod promisisti. *Et eris tu mihi princeps comitum*] quasi eris primu comitũ mearum. *Fœdera seruasset, si*] &c. Quod latius in Metamor. dixit, hîc breuissimè explicat. Seruasset illa quod promiserat, nisi formosa placuisset Ioui, cuius vim effugere non potuit. Verterat enim se Iupiter in Dianæ formam, ad illam accessit, vim intulit, & grauiorem reddidit. *Seruasset*]

Calliſto ſcilicet. *Fœdera*] promiſſam virginitatem. *Si non fuiſſet formoſa*] ſed formoſa fuit, quod & ipſum nomen indicat, nam a κάλλος, quod eſt pulchritudo, deducitur, & Calliſto pulcherrima dicitur. *Canet mortales*] potuit à mortalibus cauere, quod fecit: non tamen à deo. *Habet crimen*] violati ſcilicet fœderis. *A Ioue*] nam eam Iupiter violauit.

Mille feras Phœbe] &c. Compreſſa à Ioue Calliſtone, grauidaque facta, accidit, vt ſemel Diana à venatione ingenti præda rediens, ingreſſa cum nymphis ilignum nemus, vbi fons erat profundæ aquæ, voluit cum cæteris lauari: ſed hac denudata, onuſti ventris crimen apparuit, & pulſa eſt è choro virginum. *Phœbe*] Phœbus vnum eſt è nominibus Apollinis, a φῶς, quod eſt lumen. Ita & eius ſoror Diana, Phœbe dicitur. *Venata mille feras*] quæ venando mille feras interfecerat. Eſt enim Diana (vt diximus) venatrix. *Mille*] Græcè χίλια. *Syluis*] per ſyluas. *Redibat*] à venatione ſcilicet. *Sole tenente aut medium diem*] aut plus quàm medium, ſcilicet diem: hoc erat meridies, vel paulo pòſt. *Vt tetigit*] poſtquam tetigit: ipſa Diana ſcilicet. *Lucum*] Et nunc, Syluis venata, dixit: quomodo lucum tetigit? Habemus ſyluas, nemora, lucos, in eadem ferè ſignificatione. Sed in hoc differunt: Sylua generalior eſt omnium arbuſtorum, nemora ſunt ſyluæ amœnæ, luci ſunt obſcuriores. Et Græci enim λύγη per υ quod interdum vertitur in v noſtrum, tenebroſa dicimus. Aliqui à luce lucum dictum putant, non per antiphraſin, ſed re ipſa: quia non eſt lucus ſine numine & religione. & vbi religio, ibi ſacrificia, vbi ſemper opus lumine. *Vt tetigit lucum*] Non perfecit orationem, ſed per parentheſin fecit topographiam. *Lucum*] Et eſt hic eclipſis, hoc eſt, defectus verbi. nam ſubintelligitur erat, quod poſtea dixit. *Niger*] obſcurus. Omnia enim obſcura nigra ſunt. *Denſa ilice*] denſis ſeu ſpiſſis ilicibus. *In medio*] luci ſcilicet. *Erat fons altus*] profundus. *Gelida*] frigidæ aquæ. *Hic ait*] ait ipſa Diana, *O Virgo Tegeæa*] ò Calliſto Arcadica, à Tegea oppido Arcadiæ. *Lauemur hic in ſylua*] Et in Metamorph. de eodem: Procul eſt, ait, arbiter omnis, Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis. Illa autem aut appellata fuit virgo præ pudore, quia iam virgo non erat. *Erubuit*] Et in Metamorph. Heu quàm difficile eſt, crimen non prodere vultu. *Illa*] Calliſto *Erubuit falſo ſono*] falſa voce, hoc eſt, falſo, nõ vero nomine virginis: nam virgo eſſe deſierat. *Dixerat*] Diana hæc eadem quæ illi. *Nymphis*] cæteris ſcilicet.

Nymphæ] cæteræ. *Ponunt*] deponunt. *Velamina*] veſtes, à velando: quaſi denudarunt ſe. *Hanc*] Calliſto ſcilicet, ſeu Calliſtonem. *Pudet*] nam pudebat eam denudare, ne ſe proderet. *Et dat mala ſigna tarda mora*] quaſi oſtendit mala ſigna retardatione ſe denudandi. nam propter longam moram impudicitia ſignificabatur.

Exuerat tunicas, vteri manifeſta tumore,
Proditur indicio ponderis illa ſui.
Cui dea, Virgineos periura Lycaoni cœtus
Deſere, nec caſtas pollue, dixit, aquas.
Luna nouum decies implerat cornibus orbem,
Quæ fuerat virgo credita, mater erat.
Læſa furit Iuno, formam mutátque puellæ.
Quid facis? inuito eſt pectore paſſa Iouem.
Vtque feræ vidit turpes in pellice vultus:
Huius in amplexus Iuppiter, inquit, eat.
Vrſa per incultos errabat ſquallida montes,
Quæ fuerat ſummo nuper amata Ioui.
Iam tria luſtra puer furto conceptus agebat,
Cùm mater nato eſt obuia facta ſuo.

ANTON. *Exuerat tunicas*] Tunica a tuendo corpore nomen accepit, vt autor eſt Varro: putatúrq; veſtimentum eſſe manicas non habens. Vnde illud eſt Virg. Et Tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Inde tunicare dicebant, pro veſtire. Varro in Logomachia, id eſt, pugna ſermonum: Hæc lanigeras detondere docuit, tunicareque hominum corpus. *Inuito eſt corpore paſſa Iouem*] Caſta exiſtimanda eſt, quę Ioui deorum potentiſſimo non ſponte ſuccubuit. *Turpes in pellice vultus*] Propriè pellicem dicit, quam cognouerat Iupiter vxorem habens. *Vrſa per incultos*] &c. Calliſto in vrſam à Iunone conuerſa. Nota eſt fabula, vel potius omnium notiſſima. *Tria luſtra*] Ouidius alibi: Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis Arcas adeſt, ter quinque ferens natalibus annos. Tu lector hoc loco diligenter aduerte, luſtrum quinque annorum ſpacium eſſe. Sed nolo error quidam te ducat in deuia, in quo, me puero, nonnulli iuuenes Ferrariæ verſabantur, vt exiſtimes, & luſtro & Olympiade ſignificari quinque tantùm annorum ſpacium. Stabit enim contra te Solinus autor grauiſſimus, quatuor tantùm annorum Olympiadam faciens, his verbis: Ab iſto numerarunt Olympias prima, ita ſex medijs Olympiadibus interiectis, quibus ſingulis anni quaterni imputantur, cum ſeptima cœptante Roma condita ſit. inter exortum vrbis & Troiam captam iure eſſe annos quadringentos triginta duos conſtat. Item paulo pòſt: Quater ergo multiplicatis ſex & ducentis Olympiadibus, erunt anni 824. Afranius in tertio Annalium: Poſt Olympiadas verò, quoniam quadriennio diligentiſſimè omnia notabantur, nulla penitus confuſio temporum fuit. Euſebius: Qui numerus quaternario auctus (quadriennium enim Olympiadi attribuitur) quingentos quadragintaocto annos efficit. Iſidorus: A gentibus agonem & quinquennale certamen quatuor medijs annis vacantibus, quadriennio in vna Olympiade ſupputato. Plinius: Redire eas vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non modò ventorum, verùm & reliquarum tempeſtatum magna ex parte, & eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno, Caniculæ ortu. Ouidius infrà: In luſtrum accedere debet, Quæ conſumatur partibus vna dies. Quo in loco ſi quinque annorum plenitudinem per luſtrum accipere volueris, errabis maiorem in modum: cùm tuo iſti luſtro adijciendus ſit non ſolùm dies vnus, ſed & inſuper quadrans. Hinc Horus ille apud Macrob. Dies quidem, inquit, intercalaris, antequam quintus annus incipiat, inſerendus. Et Solinus: Cùm præceptum eſſet anno quarto vt intercalarent diem vnũ, & oporteret confecto quarto anno id obſeruari, antequam quintus auſpicaretur. Hinc & illud eſt Ouidij alibi: In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt. Vbi non aliam ob cauſam quinquennem Olympiadem dixit, niſi vt eſſe intelligamus & quadriennem. Sed quid eſt, dixerit quiſpiam, quod Feſtus, Varro, & alij ſcriptores non pauci, quinquennale tempus luſtrũ eſſe memoriæ prodiderũt? Dicam, ſi potero, & breuiter & dilucidè. Annus ille magnus, quem quidem è duobus vertẽtibus faciebant, Trieteridis nomen accepit: nõ quòd trium annorũ plenitudinem contineret, cùm reuera ſit dieteris, vt diximus ſuprà: ſed quòd eius temporis circuitus à tertio anno volueretur in tertiũ. Vnde myſteria, quæ alternis annis fiebant, Trieterica nuncupantur. Cæterùm conſuetudo tenuit, vt plenum quoque triennium ſignificaret Trieteridis nomen. Sic & alius annus è magnis, quem Latini luſtrum, Gręci Olympiadem & Penteterida nominarunt (non quòd propriè quinque annis conſtaret plenis atque perfectis, ſed quòd confecto quadriennio, conſũmatóque, adiecto intercalari die, qui quatuor quadrantibus conſtat, quinto quoque anno redeunte, Græci Ioui Olympio agonem celebra[ba]nt) pleni quinquẽnalem ſignificationem obtinuit, vt: Tempus ad hoc luſtris mihi iam bis quinque peractis, Omne fuit muſæ carmen inerme meæ. Nec mirum, cùm ſint, qui Penteteridi, quemadmodum & Trieteridi conſueuiſſe intercalationem fieri, memoriæ prodiderunt. Luſtrum (autore Feſto) nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem ſignificat: quod à luendo, id eſt ſoluendo (vt Varroni placet) nomen accepit: quòd quinto quoque anno vectigalia & vltra tributa per cenſores perſoluebantur. Cæterùm Horatius luſtrum pro ſeculo poſuit, vt: Remque Romanam, Latiúmque fœlix Alterum in luſtrum, meliúſque ſemper Prorogat æuum.

PAVL. *Exuerat*] tandem. *Tunicas*] Tunica veſtimentum eſt ſine manicis. *Manifeſta*] aperta iam *Tumore Vteri*] ventris. *Proditur*] manifeſtatur *Illa*] Calliſto. *Indicio*] demonſtratione. *Sui ponderis*] ponderoſi & tumentis ventris, quia grauidi. *Cui dea*] &c. Patefacto crimine, ex virginum conſortio à Diana pulſa eſt. *Cui*] Calliſtoni. *Dea*] Diana. *Dixit ò periura*] quia (vt ſuperius diximus) iurauerat virginitatem ſeruare. Ideo nunc, quia non ſeruauerat. *Periura Lycaoni*] Calliſto Lycaonis filia. *Deſere*] relinque *Virgineos cœtus*] virginum cateruas. Cœtus enim à coeundo dicitur, & eſt plurium. *Ne pollue aquas caſtas*] vbi ſe caſtæ lauant: aut ſacras aquas. Nam de eodem in Metamor. I procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes. *Luna nouum decies*] &c. De tempore partus mulierum, quo menſe pariant, varijs exẽplis in principio ferè operis retulimus, in eo verſu: Quod ſatis eſt, vtero matris

dū prodeat infans. Sed plerunq; pariunt decimo mēse. Non enim sunt prægnantes decem mensibus, sed nouem, & decimo pariunt. Ergo Callisto pulsa à Diana, decimo mense peperit filium Arcadem Vt in Metam. Et iam puer Arcas (id ipsum Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus. *Luna implerat decies nouum orbem cornibus*] & est Hypallage: hoc est, decies impleuerat cornua nouo orbe: quasi erat iam decimus mensis, cùm Lunæ cursu menses terminarentur. *Quæ*] Callisto. *Quæ fuerat credita Virgo*] erat mater; quia iam pepererat, enixa puerum. *Læsa furit Iuno*] &c. Iuno Saturno prima fuit proles, soror & coniunx est Iouis, & quæ Iouis concubinas summo odio semper est prosequuta: indignata hanc ex Ioue peperisse, in vrsam conuertit. Higinius tamen autoritate Hesiodi, à Diana in vrsam conuersam dicit. Idem & Amplum comœdiarum scriptorem dicere asserit. *Iuno læsa*] offensa amore Iouis in hanc, etiam & huius partu.

Furit] furere cœpit ob indignationem. *Et mutat formam puellæ*] transformauit puellam Callistonem in vrsam.

Quid facit? Et est puellæ excusatio hac apostropha.

Quid facit?] ô Iuno. *Hæc est passa Iouem pectore inuito*] non ipsa sponte concubitum Ioui præbuit, sed vi illata, coacta à Ioue. vel inuito pectore, inuito animo, & repugnanti. Ergo hoc non merebatur. *Vt*] postquam ipsa Iuno. *Vidit turpes vultus*] turpes, quia vrsinos. nam eam in vrsam mutauerat. *In pellice*] in Callistone. Pellices enim sunt, quæ alterius loco succumbunt. Antiqui eam (Pompeio teste) propriè pellicem nominabant, quæ vxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam pœna constituta est à Numa Pompilio, hac lege: Pellex aram Iunonis ne tangito. Si tanget, Iunoni crinibus demissis agnum fœminam cædito, inquit, Iuno ipsa. & est ironicè locuta. *Eat Iupiter in amplexus huius*] quasi amplectatur iam Iupiter vrsam hanc.

Vrsa per incultos] &c. Monet commiserationem ab eo quod fuerat, ad id, quòd nunc fuerat regis filia à Ioue amata, nunc in vrsam versa desertos errat montes. *Vrsa*] Callisto in vrsam mutata. *Squallida*] sordida. *Errabat per incultos montes*] non enim accedebat ad culta, sed ad inculta.

Quæ nuper] paulo antè. *Fuerat amata summo Ioui*] quasi à summo Ioue amata. *Iam tria lustra*] &c. Erat iam puer Arcas quindecim annos natus, cùm venator factus est matri obuius. *Iam puer*] Arcas scilicet. *Conceptus furto*] occulto stupro. Virgil. Vulcani Martisque dolos, & dulcia furta.

Agebat tria lustra] quindecim annos. Nam lustrum spacium est quinque annorum, & græcè Olympias dicitur.

Cùm mater] quæ vrsa erat. *Est facta obuia suo nato*] filio suo. Sunt qui dicant lustrum & Olympiada esse spacium quatuor annorum: & vehementer errant. Varro enim dicit, lustrum nominatum tempus quinquennale, à luendo, id est, soluendo: quòd quinto quoque anno vectigalia, & vltrò tributa per censores persoluebantur. Et Ouidius ipse in lib. de Ponto: In Scythia nobis quinquennis Olympias acta. Sed notissimum cùm sit, non plura adducam.

Prior est quam dicimus Arcton] Arctos quidem, id est vrsa, nunquā occidit. Vnde autor subiungit: Mænaliam tactis ne lauet Arcton aquis. *Arctophylax verò*] hoc est, Vrsæ custos, quia nō totus Arctico circulo clauditur, qui vtramque vrsam continet, & occidere & oriri cernitur. *Idibus agrestis fumant altaria Fauni*] Celebrabantur quidem Faunalia nonis Decembris, teste Porphyrione, in quibus agrestes feriatim saltare consueuerunt. Sed idibus quoque Februariis Romani Fauno rem diuinam faciebant in insula Tyberina, & paulo pòst idus Lupercalia celebrabant, quæ Fauni esse autor ostendit, vt: Nudos autora Lupercos, Aspicere & Fauni sacra bicornis erunt. Existimabant enim expedire, vt eum deum sibi conciliarent, cuius non parua vis ad nocendum esse crederetur. Constat enim, Faunum deum esse infernum ac pestilentem, vt ait Porphyrio. Vnde Horatius eum orat, vt lenis per agros suos transeat, vt: Lenis incedas, abeásque paruis Æquus alumnis. Et Virg. in 8. Æneid. eum inquit habere lucum in Albunea sæuam Mephitim, & odorem grauissimum exhalantem. Dicitur autem hic deus infernus, quoniam nihil est terra inferius, quam Faunus habitat: qui & Fatuelus vocatur, autore Seruio. Et Faunus à fando, siue φωνῇ quòd voce, non signis futura ostendat. Huic vxor fuit nomine Fatua, quam Virg. mutato nomine Maricam appellat: quæ assiduè diuino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat. Vnde qui inspirari solebant, fatuari dicebantur, teste Iustino. Eam nonnulli Terram esse volunt, sic dictam, quòd infantes partu editi non prius vocem edunt, quàm attigerint terram. Eadem & Fauna dicitur, vt placet Macrobio: quòd terra omni vsui animantium fauet. Cæterùm Seruius vxorem Fauni à fando, id est vaticinando, Faunam dictam existimat. Vnde fatuos dicimus inconsideratè loquentes. Quod idem sentit Donatus, qui ait, fatuum esse, inepta loquentem, & à fando fatuum dici. Vnde Faunos fatuos, & nymphas fatuas dictas putat. Sed fatuos inquit ab insulsis tardísque differre, quoniam fatui sunt verbis & dictis, insulsi corde & animo, tardi corpore ac membris. quamuis interdum qui stulti sunt, tardi appellentur. Sciendum, quòd maiores Faunum & Picum duos dæmonea esse, per Auentinum collem incedere solitos, fabulati sunt, vt scribit Plutarchus: qui crediderunt eam lustrationem fulminum ostendisse, quæ (vt infrà dicemus) per cepas, crines, ac pisciculos menides fieri consueuit. Sunt qui tradant, Faunum primum templa fecisse, quæ ab eo Fana nuncupantur. de quo alia dicentur inferius. *Hic vbi discretas*] &c. Superiorem partem dicit insulæ Tyberinæ, hoc est, eam quæ prima flumini reluctatur, idque in duas partes diuidit.

Illa quidem tanquam cognosceret, astitit amens,
Et gemuit: gemitus verba parentis erant.
Hanc puer ignarus iaculo fixisset acuto,
Ni foret in superas raptus vterque domos.
Signa propinqua micant: prior est quam dicimus Arcton,
Arctophylax formam terga sequentis habet.
Sæuit adhuc, canámque petit Saturnia Tethyn,
Mænaliam tactis ne lauet Arcton aquis.
Idibus agrestis fumant altaria Fauni,
Hic vbi discretas insula rumpit aquas.

Illa quidem tanquam] &c. Non refugiebat illa filium, sed gemens constitit, tanquam agnosceret. *Illa quidem amēs astitit*] remorata stando. *Tanquam cognosceret*] velut agnosceret filium. *Et quomodo amens*] sine mente, si cognosceret? *Amens*] quia restitit. vnde imminebat sibi periculum. *Et gemuit*] non potuit loqui, sed gemuit. *Gemitus erant verba parentis*] ad filium scilicet. Sic enim illum alloquebatur, gemitu affectum animi indicabat. *Hanc puer ignarus*] &c. Venator filius inscius, matrem non agnoscens, illam interemisset, ni Iupiter miseratione motus, ambos in cœlum rapuisset. Higinius autem inter varias huius rei relationes refert, Callistonem, vbi in vrsam mutata est, hunc peperisse: postea à quibusdam Ætolorum captam, Lycaoni regi Arcadiæ cum filio dono datam. Ibi legis inscia, in Iouis Lycæi templum se coniecisse, quam confestim filius est sequutus. Itaque cùm eos Arcades insequuti interficere conarentur, Iupiter peccati memor, ereptam Callistonem cum filio inter sidera collocauit: eámque Arcton, filium autem Arctophylaca nominauit. *Puer*] Arcas. *Ignarus*] quia matrem illam esse ignorabat. *Fixisset*] transfixisset, interemisset acuto iaculo. *Ni*] pro nisi. *Vterque*] & mater & filius. *Foret raptus in superas*] hoc est cœlestes. *Domos*] nisi stellis essent appositi. Foret plerunque futurum tempus significat, vt in futurum esset. Hîc autem præsens aut præteritum ostendit. *Signa propinqua micant*] &c. Et Callisto & filius sunt cœlo appositi, & eodem in loco. *Arctos*] quæ Vrsa maior dicitur, est prior: *Arctophylax*] qui Vrsæ custos, sequitur. *Signa*] Ecce nunc signa, non pro illis duodecim, quæ sunt in zodiaco, sed pro aliis sideribus. *Signa*] hoc est sidera ipsa. *Micant*] splendent. *Propinqua*] quia proximum est alterum alteri. *Est prior*] quasi antecedit illa. *Quam dicimus Arcton*] Vrsam. Nam ἄρκτος Græcè, vrsus vel vrsa Latinè. *Arctophylax*] hoc est, Vrsæ custos. Nam φύλαξ Græcè, custos: & φυλακὴ, custodia, à φυλάττω, quod est custodio. *Habet formam sequentis terga*] quia sequitur ipsam Vrsam velut custos. *Sæuit adhuc*] &c. Tunc magis indignata est Iuno, cùm hos cœlo receptos videret. Vnde in Metamor. ipsa loquens: O ego quantum egi, quàm magna potentia nostra: Esse hominem vetui, facta est dea. sic ego pœnas Sontibus impono, sic est mea magna potestas. & reliqua. Accessitque ad Tethyn & Oceanum: impetrauit ne sidera hæc marinis aquis exciperēt. Ideo in occasū non perueniūt. *Saturnia*] Iuno Saturni filia. *Adhuc*] etiam. *Sæuit*] in Arcton scilicet. *Et petit canam*] Vel ad aquæ colorem respexit, vel quòd annosa esset. *Tethyn*] Tethys cœli & Vestæ filia, vxor Oceani, & (vt Higinius asserit) nutrix Iunonis. Ideo id facilius impetratum. *Ne lauet Arcton*] Vrsam. *Mænaliam*] Arca-

A dicam: à Mænalo Arcadiæ monte, vt suprà diximus. *Tactis aquis*] matinis scilicet: quasi vt illam non exciperet in mare occidentem. *Idibus agrestis fumant*] &c. Idibus Februarijs fiunt sacrificia in honorem Fauni, de quo inferius dicemus: cuius templum erat in insula Tyberina, in angulo superiore: & eadem die Fabij fuere ad Cremeram cæsi, de quo nunc agetur. *Altaria*] Altaria sunt, in quibus igne adoletur, vt Pompeius inquit. *Fauni agrestis*] ruricolæ. *Hic vbi insula rumpit* discretas, diuisas. *Aquas*] vbi franguntur aquæ ab ipsa insula, quasi in ipso insulæ angulo, quo flumen in duas partes diuiditur

Hac fuit illa dies, in qua Veientibus armis
Tercentum Fabij ter cecidere duo.
Vna domus vires, & onus susceperat vrbis,
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab ijsdem,
E queis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis porta dextra est via proxima Iano,
Ire per hanc noli quisquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exisse trecentos,
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

ANTON. *Hæc fuit illa dies in qua Veientibus armis*] &c. Idibus quoque Februarijs, Menenio Agrippa, & M. Horatio Puluillo consulibus, anno ferè quarto post superatum ab Atheniensibus Xerxem, duce Themistocle, ad Salamina sex & trecenti patricij Fabij cum familiis suis vniuersi à Veientibus apud fluuium Cremeram circumuenti periere. Vnde illud est Silij: Primorésque patrum, Fabius Tirynthia proles Ter centum memorabat auos, quos turbine Martis Abstulit vna dies, cùm fors non æqua labori Patricio Cremeræ maculauit sanguine ripas. Vnus ex ea gente ob impuberem ætatem domi relictus, propagauit genus ad Q. Fabium, qui mora Hannibalem fregit. Non pigeret referre historiam à vertice (vt aiunt) ad calcem, nisi esset notissima: quæ tamen in se-

C quentibus aperietur. Fabiorum familiæ tanta aliquando fœlicitas fuit, vt ex ea tres continui principes senatus fuerint, M Fabius Ambustus, Fabius Rutilianus, & Q. Fabius Gurg s. Eandem familiam Plinius scribit ex arte picturæ traxisse cognomen, & Salutis ædem à principe eius cognominis pictam. Nec nos lateat, cùm tria sint militiæ genera, vt ait Seruius, Sacramentum, Coniuratio, & Euocatio, Coniurationem fuisse inter Fabios, cùm bellum aduersus Veientes gerendum sibi poposcissent. Fiebat enim coniuratio in tumultu, cùm vicinum vrbi periculum singulos iurare non pateretur. Dicuntur autem egressa cum Fabiis aduersus Veientes clientum quinque millia. *Vna domus vires*] &c. Liuius: Dum Fabia gens senatum adit, consul pro gente loquitur: Assiduo magis, quàm magno præsidio (vt scitis

D patres conscripti) bellum Veiens eget. Vos alia bella curate, Fabios hostes Veientibus date. Autores sumus, tutam ibi maiestatem Romani nominis fore: nostrum id nobis, velut familiare bellum, priuato sumptu gerere in animo est. Respublica & milite illic & pecunia vacet, gratiæ ingentes actæ. *Gentiles manus*] eiusdem gentis, eiusdem familiæ.

Carmentis porta] &c. Pars Capitolini montis habitaculum Carmentis fuit, autore Solino, à quo (vt diximus) plerique dissentiunt. Sed is ibi eius deæ fanum fuisse testatur, à qua hæc porta primò Carmentalis dicta est, vt: Et Carmentalem Romano nomine portam. Postea verò scelerata, quòd per eam Fabij cum clientibus suis egressi, atque in bellum profecti, reuersi non sunt. Hæc porta Iani templum, cuius suprà meminimus, ad dexteram habuit. Sed affirmare non ausim, eam Iano fuisse contiguam, cùm

E & Ouidius dicat hoc loco non portam, sed viam portæ Carmentalis Iano proximam esse, & ei Liuius astipulari videatur his verbis: Infœlici via à dextro Iano portæ Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perueniunt. Fuit & Romæ sceleratus vicus, vbi Seruij regis filia super corpus patris carpentum egit. Et sceleratus campus ad portam Collinam, vbi Vestales virgines, quæ incestum fecissent, defodiebantur. *Ire per hanc noli*] figuratè, pro exire: cùm Fabij per eam portam exierint, nec postea sint reuersi. *Porta vacat culpa*] quia exeuntes Fabios non oppressit. Vacat ergo culpa, sed non omine.

PAVL. *Hæc fuit illa*] &c. Bello Hetrusco, quod gestum est

F in Veientes, cùm in acie cecidisset Q. Fabius, qui fuerat tertio antè anno consul sub M Fabio fratre tunc consule, ibidem & occubuisset Manlius consul, indignati in Veientes Fabij, cùm proximo anno, Cn. Fabio & T. Virginio consulibus, varia bella instarent, senatum adierunt. Consul pro gente loquitur in hæc verba: Assiduo magis quàm magno præsidio (vt scitis P. C.) bellum Veiens eget. Vos alia bella curate, Fabios hostes Veientibus date. Autores sumus, tutam ibi maiestatem Romani nominis fore. Nostrum id nobis, velut familiare bellum, priuato sumptu gerere in animo est. Respublica & milite illic & pecunia vacet. Gratiæ ingentes actæ: & Veiens bellum in priuatam curam, In priuata arma versum. Profecti itaque sunt ad bellum trecenti & sex milites, omnes patricij, omnes vnius gẽtis. Sequebatur (vt Liuius inquit) turba propria, alia cognatorũ, sodaliúmq;. At vt Dionysi⁹ refert, Marcus Fabius

G superiore anno cõsul, erat dux eorũ, quatuor fermè hominum millia adducẽs, quorum maior pars ex clientibus & amicis erat, trecenti & sex de ge-

H nere Fabiorum: sequutáque est non multo pòst eos Romanorum manus, quam ductabat Ceso Fabius. Pompeius autem egressos eos dicit cum clientibus quinque millibus. Et vt Dionysius prosequitur, cùm ad Cremeram fluuium venissent, qui haud procul Veiis distat, super rupe quadam prærupta castellum sibi munierunt idoneum ad custodiam tanti exercitus. Sed longa obsidione pugnantes sæpe secundo Marte, insidijs tandem circumuenti sunt, & omnes ad vnum cæsi. Sed non in longum dilata fuit vltio. Nam expugnata fuit & direpta Veiorum vrbs: tantáque relata præda, vt Delphico Apollini decimæ missæ fuerint à Romanis. Hæc hactenus. Idibus ergo Febr. Fabiorum occasus fuit. Inquit ergo: *Hæc dies*] iduum Februariarum *Fuit illa, in quater centum, & ter duo*] hoc est sex *Fabij cecidere* occubuere. *Armis Veientibus*] armis Veientinorum. *Vna domus*] Fabia scilicet. *Susceperat vires & onus vrbis*] Et Liuius inquit, familiam vnam subiisse ciui-

I tatis onus. Ergo quod vnius erat ciuitatis, vna gens suscepit.

Vna domus] vna familia. *Manus gentiles*] quasi ex eadem gente. Gentiles enim sunt, & eiusdem gentis & cognominis, & quorum maiores non seruierint. *Sumunt arma professa*] arma quæ profitebantur. *Egreditur castris miles*] &c. In commendationem militum Fabiorum: quòd non ab alienis, sed à proprijs tentorijs in bellum egrediebantur: & tales milites, quòd quisque erat ad imp rium aptus. *Miles generosus*] nobilis: quasi generosi milites, hoc est, exercitus g nerosus. Nam miles in singulari interdum magis quàm in numero multitudinis significat, vt hostis, & similia. Generosus dicit, qui nobilis. Ex deorum semine manasse Fabiam domum multi arbitrantur: ferunt enim, primum Fabium ex vna Nympharum genitum esse. Quidam verò

K Herculem apud fluuium Tyberim cum muliere indigena congressum habuisse asserunt, & Fabium virum optimum, à quo familia Fabiorum Romæ initium habuit, genuisse. Quidam autem priscos huius generis viros, ab agrorum fossion., fodios olim appellatos memoriæ tradiderunt. Deinde mutatis binis literis, Fabij cognominati sunt. *Egreditur*] in bellum scilicet. *Ab ijsdem castris*] à proprijs tentorijs: quasi exit exercitus ex vna eadem familia. *E queis*] pro è quibus.

Quilibet erat aptus fieri dux] Et Liuius inquit: Quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus senatus. *Carmentis porta dextra*] &c. Egressi sunt Fabij porta Carmentali, quæ est mali ominis, ab eo quòd omnes ad Cremeram ceciderant: & ob id Scelerata porta vocata. Erat autem apud forum boarium, ad pontem Sublicium, habens ad dexterã templum Iani, de quo superiore libro retulimus. *Via carmentis porta*] portæ Carmentalis *Est*

L *proxima Iano*] Iani templo. *Dextra*] quia ad dextram habet. In multis codicibus scriptum, Dextra est via proxima. Melius est, Dextro Iano. Nam & Liuius inquit de eodem A dextro Iano portæ Carmentalis profecti. Nec intelligas de Ianiculo monte, quod erat extra vrbẽ, sed de templo Iani, quod inter duo fora, vt suprà. *Quisquis es, noli ire*] pro exire. *Per hanc*] portam scilicet. *Habet omen*] & malum: quia qui per eam egressi sunt, interempti sunt Fabij. *Illa*] ab illa porta. *Fama refert exisse trecentos Fabios*] qui ad Cremeram cæsi sunt. *Porta*] per quam egressi sunt. *Vacat culpa*] non est hoc scribendum ad crimen portæ. *Sed tamen habet omen*] quia est mali augurij, & vocatur scelerata: facit enim malum omen exeuntibus, ne reuertantur vt Fabij.

Vt celeri passu Cremeram tetigere rapacem,
(Turbidus hybernis ille fluebat aquis)
Castra loco ponunt: districtis ensibus ipsi
Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt.
Non aliter, quàm cùm Libyca de gente leones
Inuadunt sparsos lata per arua greges:
Diffugiunt hostes, inhonestáque vulnera tergo
Accipiunt, Tusco sanguine terra rubet.
Sic iterum, sic sæpe cadunt: vbi vincere apertè
Non datur, insidias armáque tecta parant.
Campus erat, campi claudebant vltima colles:
Syluáque montanas occulit alta feras.
In medio paucos, armentáque rara relinquunt:
Cætera virgultis abdita turba latet.
Ecce, velut torrens vndis pluuialibus auctus,
Aut niue, quæ Zephyro victa tepente cadit,
Per sata, pérque vias fertur, nec vt antè solebat,
Riparum clausas margine finit aquas.
Sic Fabij vallem latis discursibus implent,
Quósque vident sternunt, nec metus alter inest.
Quo ruitis generosa domus? malè creditis hosti:
Simplex nobilitas perfida tela caue.
Fraude perit virtus: in apertos vndique campos
Prosiliunt hostes, & latus omne tenent.
Quid faciãt pauci contra tot millia fortes?
Quidve, quod in misero tempore restet, adest?
Sicut aper longè syluis latratibus actus
Fulmineo celeres dissipat ore canes,
Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti,
Vulneráque alterna dántque, ferúntque manu.
Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes,
Ad bellum missos perdidit vna dies.

ANTON. *Cremeram rapacem*] fluuium, qui parum abest à Veiorum oppido. Rapacem autem dicit, propter id quod sequitur, Turbidus hybernis ille fluebat aquis. De hoc Iuuenalis, Quid Cremeræ legio. *Castra loco ponunt* quoniam (vt scribit Liuius) is opportunus visus locus est communiendo præsidio. *Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt*] per Thuscum agmen. Veij enim in Thuscia sunt: quod oppidum Plutarchus ait fuisse Thusciæ propugnaculum. Nouimus enim, Thusciam à Tyrrheno Lydi fratre, testibus Eustathio & Strabone, Tyrrheniam nominatam. Atys enim vnus ex prognatis Herculis atque Omphales, cùm sterilitate ac fame populum emittere cogeretur, è duobus filiis Lydum quidem regni successorem tenuit: Tyrrheno autem maiorem applicans, populum foras abire iussit. Qui Thusciam ingressus, eam de suo nomine Tyrrheniam appellauit: à qua Tyrrhenum mare dictum est, quòd Tyrrheniam abluat. licèt & à Tyrrhenis nautis nominatum existimetur, qui se in id mare deiecerunt, vt Seruius scribit. *Libyca de gente leones*] Poëtæ interdum etiam brutorum animalium multitudinem gentem vocant. *Inhonestáque vulnera tergo Accipiunt*] turpia: vt, Truncas inhonesto vulnere nares: quæ si pectore exciperentur, inhonesta non essent. *Insidias armaque tecta parant*] Liuius: Inde consilium ex re natum, insidiis ferocem hostem captandi.

Campus erat] terræ amplæ planicies. Liuius: Hæc spes prouexit, vt ad conspecta procul à Cremera magno campi interuallo pecora, quanquam rara hostium apparerent arma, decurrerent. *Ecce velut torrens*] Hac particula ecce, vtimur sæpenumero, repentinum aliquid significantes. *Nec metus alter inest*] non timent paratas insidias. *Quo ruitis generosa domus?*] Apostrophe miserantis poëtæ causæ generositatis interitum. *Fraude perit virtus*] Sententia. color rhetoricus. Aut certè hoc dicit: Fraude perierunt, qui aperto Marte non poterant superari. *Ad bellum missos abstulit vna dies*] Non cæsi sunt eadem die, qua & in bello profecti (id enim esset alienum ab historia) sed vna die: hoc est, idibus Februariis Fabij cæsi sunt ad vnum omnes.

PAVL. *Vt celeri passu*] &c. Venere ad fluuium Cremeram, qui non longè à Veiis fluit: ibi castra posuere. At Dionysius inquit oppidum ædificasse. *Vt*] postquam ipsi Fabij. *Tetigere*] attigerunt. *Celeri passu*] celeri cursu, accelerato itinere. *Cremeram*] flumen. *Rapacem*] Impetuosa enim flumina semper è ripis aliquid rapiunt. Et ideo rapacem, quia tunc augebatur imbribus. *Ille*] Cremera fluuius. *Fluebat turbidus*] turbulentus. *Hybernis aquis*] id est, aquis hyemalibus. Nam hybernum hyemale dicimus. *Castra loco ponunt*] castrametati sunt supra fluuium ipsum. *Ponunt*] disponunt. *Castra*] tentoria. *Loco*] eo in loco. *Eunt ipsi*] Fabij. *Districtis*] euaginatis ensibus. *Valido Marte*] forti bellatore. De Marte diximus, & dicemus suo mense. *Per agmen Tyrrhenum*] per agmen Hetruscum. Tyrrheni dicti sunt (vt Eustathius inquit) à Thyrrheno Lydo filio Atys: vnde regio Tyrrhenia, Hetruria. *Non aliter quàm*] &c. Magna commendatio animi & roboris Fabiorum, quos leonibus comparat. *Non aliter inuadunt*] scilicet Fabij Tyrrhena agmina. *Quàm leones de gente Lybica*] Et est hic gens pro bestiis. Ita & Virg. Cùm gentis adultos Educunt fœtus. *Lybica*] Nam Libya nutrix est leonum: & præcipuè Mauritania, quæ est pars Libyæ. Vnde Horatius: Nec Iubæ tellus generat leonum Arida nutrix. *Inuadunt greges sparsos per lata arua*] inuadunt pecora per campos fusa. *Diffugiunt hostes*] &c. Fugiebant a Fabiis Hetrusci: & quod maius erat dedecus, cedentes à tergo, vulnerabantur. *Diffugiunt hostes*] Veientes. *Et accipiunt tergo*] quasi à tergo, in posterioribus. *Vulnera inhonesta*] & ob id inhonesta, quia inhonestum & turpe est fugere. *Terra rubet sanguine Thusco*] sanguine Tyrrhenorum. Nam Tyrrhenia à sacrificio ritu (vt inquit Plinius) Thuscia est nominata. *Sic iterum sic*] &c. Sæpe victores fuere Fabij: vnde cùm Veientes aperto Marte nihil proficerent, occultas insidias parauere. Vnde & Liuius inquit: Diésque vna populo Romano ex opulentissima, ve tum res erant, Hetrusca ciuitate victoriam tulit. Id primò acerbum, indignúmque Veientibus est visum. Inde consilium ex re natum, insidiis ferocem hostem captandi. *Sic iterum*] Hetrusci. *Sic sæpe*] quasi iterum atque iterum. *Cadunt*] quia victi. *Vbi*] postquam.

Non datur vincere apertè] aperto Marte. *Parant insidias & arma tecta*] occulta: quia inter occulta loca armatos disposuere. *Campus erat*] &c. Facit topographiam, hoc est, loci descriptionem, in quo insidiis circumuenti fuêre Fabij. Erat enim campus, cuius extremitas nemorosis collibus claudebatur: & ita nemorosis, vt non modò homines, sed feræ se ibi occulere possent. Erat ergo vallis, quæ collibus claudebatur: & præcipuè cùm dicat paulò inferius, Sic Fabij vallem. *Erat campus*] in agro scilicet Veientino. *Colles*] qui erant eminentiores campo. *Claudebant vltima*] extremitates: campi ipsius scilicet. *Et sylua apta occulere*] ad occulendum, celandum. *Montanas feras*] feras quæ in montibus sunt: quasi erant potius loca ferarum, quàm hominum. *In medio paucos*] &c. Erant Fabij assuefacti pecorum præda discursionibus parta: ex quo moniti Veientes, in campestri valle pauca admodum pecora cum paucis custodibus dimisêre, multitudine in insidiis inter nemorosos colles latitante. *Relinquunt*] Veientes scilicet. *In medio*, campo. *Paucos*] homines. *Et rara armenta*] pauca pecora: & hoc, vt Fabios ad prædam prouocarent. *Cætera turba*] cætera multitudo. *Abdita*] occulta, abscondita. *Latet virgultis*] inter virgulta: hoc est, inter arbusta. *Ecce velut torrens*] &c. Facit comparationem Fabiorum ad torrentem, qui vel pluuiis, vel niuibus liquefactis auctus egreditur ripas, & vias & arua culta deuastat. Ita Fabij per vallem discurrentes, vallem ipsam omnem depopulant, non aliud quàm id quod viderant, vetentes. *Ecce velut torrens*] Torrens fluuius, qui ad tempus desiccatur. *Auctus vndis pluuialibus*] Hi enim propriè torrentes sunt, qui aqua pluuia augentur.

Aut auctas niue] Nix à νίφω, quod est ningo. *Quæ fuit victa*] resoluta. *Tepente Zephyro*] De zephyro paulo superius diximus. *Tepente*] quia cùm in vere sit tepidior hyemalibus ventis, & niues liquefacit. *Fertur*] torrens ipse. *Per sata*] per arua culta. *Sata*] à sero seu satum. *Nec vt solebat antè*] scilicet quàm augeretur. *Finit*] terminat. *Aquas clausas margine*] extremitate. *Riparum*] quia inter ripas aquam non continet. *Sic Fabij implent vallem latis discursibus*] discursionibus. nam quia sui per eam discurrebant, per omnem vallem diffluebant. * *Sic Fabij*] Apostrophe ad Fabios. Generosæ naturæ minus suspicaces. * *Et sternunt*] deiiciunt. *Quos vident*] hostes scilicet. *Nec metuit alter motus*] quia nihil aliud metuunt: non enim sciebant se insidiis circumuentos. *Quò ruitis generosa domus*] Commiseratio est poëtæ à periculo Fabiis imminenti. Erant insidiæ dispositæ, terruebant tamen eo hostes. Nescij ergo. *Quò ruitis*] quò vos ipsos perditum itis? *Domus generosa*] nobilis, aut generosa familia. *Male creditis*] male fidis. *Hosti*] hostium insidiis. *O nobilitas simplex*] pura, sine astutia. *Caue tela perfida*] perfidorum hominum, qui insidiis pugnant. *Fraude perit virtus*] Loquitur ex sententia. Non potest superari virtus armis, aut viribus, sed fraudibus. Et in Paradoxis Cicero: Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi cuiquam potest? nec tempestatum, nec temporum perturbatione mutari? & reliqua. Et in Rhetoricis in exemplis: Sola virtus in sua potestate est, omnia præter eam subiecta sunt fortunæ dominationi, sed quæ non viribus perit. *Perit virtus fraude*] hoc est, dolo. Et in Æneid. Dolus an virtus quis in hoste requirat. Reprehendendum tamen est, dolis superare. Aperit nunc ipsos dolos, ipsas insidias.

Hostes vndique] ex omni parte. *Prosiliunt*] porrò non longe saliunt saltant. *In apertos cãpos*] Circum vallem omnem insidias struxerant, magno ab Hetruscis omnibus accersito præsidio. *Et tenent omne latus*] vallis scilicet. nam vndique circumueniebant. *Quid faciant pauci*] &c. Excusatio est Fabiorum: quia pauci tot Hetruscorum millibus circumuenti. *Quid faciant*] quid vellent, aut possent facere. *Pauci*] Fabij. *Fortes*] etiam cùm fortes sint: quid tamen facere possent. *Contra tot millia*] Hetruscorum scilicet. quasi dicat, nihil. *Quid ve*] vel quid. *Habent quod restet in misero tempore*] in tempore miseriæ, propter cædem futuram, & extraneo: hoc est, quid habent, quod in eo tempore consulere potuissent. Aut quid habent, quod restet, quod supersit. Nihil habent, quia euadere non possunt: vndique enim ab hoste premuntur. *Sicut aper longè*] &c. Comparatio Fabiorum ad aprum, qui à canibus vexatus, & vndiq; obsessus, etsi moriturus est, canes tamen ipsos dentibus lacerat: sic Fabij trucidati trucidabant hostes. *Sicut aper*] græcè κάπρος aper dicitur. Alij ab ἀφρὸς, quod est spuma, quia spumã ore emittit, dictũ putant. Alij aper, quasi asper: quia hirsutus setis. *Sicut aper fulmineus*] fulmineus, quod ad dentium vim. *Actus*] venatus. *Longè syluis*] per syluas. *Latrantibus*] canum scilicet. *Dissipat*] disiicit. *Ore*] rictu & dentibus. *Canes celeres*] veloces. *Tamen mox*] subsequenter. *Ipse*] aper. *Perit*] quia & ipse opprimitur.

Sic] Fabij scilicet. *Non moriuntur inulti*] sine vltione: quia etiam & ipsi dissipant hostes. *Et dant*] hostibus. *Et ferunt*] sustinent, patiuntur, accipiunt ab hostibus. *Vulnera alterna manu*] quasi per vices: quia ipsi hostes, & hostes ipsos vulnerabant.

Vna dies Fabios] &c. Hac repetitione pathos mouet. Vna enim die Fabij omnes in bellum profecti sunt, & in vna die omnes cæsi sunt. Romani (vt Dionysius inquit) diem illam, qua is casus fuit, nigram & infaustam ponunt, neque rerum quicquam incipiunt, fortunam illius diei abominantes. *Vna dies*] quæ fuit iduum Februariarum. *Miserat omnes Fabios ad bellum*] scilicet Veiens. *Vna dies perdidit missos ad bellum*] quia in vna die cæsi sunt. Vnde & Liuius inquit: Fabij cæsi ad vnum omnes, præsidiumque expugnatum: trecentos vi periisse satis conuenit, vnum prope puberem ætatem relictum stirpem genti Fabiæ, dubijsque rebus populo Romano sæpe domi belliqoe maximum futurum auxilium. Et ideo sequitur, Vt tamen Herculeæ.

> *Vt tamen Herculea superessent semina gentis,*
> *Credibile est ipsos consuluisse Deos.*
> *Nam puer impubes, & adhuc non vtilis armis,*
> *Vnus de Fabia gente relictus erat.*
> *Scilicet vt posses olim tu Maxime nasci,*
> *Cui res cunctando restituenda foret.*

ANTON. *Vt tamen Herculea*] &c. Fabiam gentẽ Herculeam dicit, non propter fortitudinem, sed quia ferunt Herculem concubuisse cum Euandri filia, & ex ea natum Fabium autorem gentis Fabiæ. Silius: cùm virgo Hospite victa sacro Fabium de crimine læta Procreat, & magni commiscet seminis ortus Arcas, in Herculeos mater ventura nepotes. Quidam verò (autore Plutarcho) Herculem apud fluuium Tyberim cum muliere indigena congressum habuisse asserunt, & cum Fabium genuisse, qui autor fuit familiæ Fabiorum: quos nonnulli ab agrorum fossione, Fodios appellatos memoriæ tradiderunt: ac deinde mutatis duabus literis, Fabios dictos. Eam ob caosam putamus, Q. Fabium Maximum, cum Tarentum ab hostibus recepisset, Herculis signum inde translatum in Capitolio dedicasse. Constat præterea, gentem Fabiam hæreditaria sacra Herculis habuisse. Vnde quidam Iuuenalem dixisse volunt: Natus in Herculeo Fabius lare. *Vnus de Fabia gente relictus erat*] Hic ob impuberem ætatem domi relictus fuerat, vt diximus: quamuis è tanta familia vnum tantùm superfuisse vix credibile videatur. *Scilicet vt posses olim*] &c. Olim hic futuri temporis habet significationem. Et est apostrophe ad Q. Fabium Maximum, qui mora fregit Hannibalem: vt, Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Virg. Tu maximus ille es, Vnus qui nobis cunctantem restitues rem. Silius: Ter centum domus hæc Fabios armauit in hostem, Limine progressos vno, pulcherrima quorum Cunctando Fabius superauit facta. Hunc à verruca, quam in labiis habuit, Verrucosum: à morum clementia, Ouiculam dictum accepimus. quamuis sint, qui aliam afferant rationem. Eundem obtrectatores Cunctatorem dixerunt: cui tamen senatus populúsque Romanus inter coronam gramineam dedit, quòd vrbem Romam obsidione hostium liberasset.

PAVL. *Vt tamen Herculea*] &c. Erant Fabij (vt diximus paulo superius) e sanguine Herculeo. Nam rediens ex Hispania Hercules (vt superiore libro diximus) & vbi postea Roma condita fuit, hospitaretur, cum Arcadica puella concubuit, è qua natus est Fabius, à quo principium & originem sumpsit familia Fabiorum. Ipsa etiam puella cum referretur ab Hercule cognita, custos cum Potitiis & Pinariis Herculei templi facta est. Prouisum est ergo à diis ea clade, vt aliquis ex Herculea domo superesset. *Tamen credibile est*] credi potest. *Ipsos deos consuluisse*] prouidisse. *Vt superessent*] superstarent, superuiuerent. *Semina Herculea gentis*] Fabiæ familiæ, quæ ab Hercule traxit originem. *Nam puer impubes*] &c. Dionysius longa disputatione probare conatur, verisimile non esse, vnum tantùm ex omni Fabia gente superfuisse, nec omnes præter vnum tantùm Fabios cæsos fuisse. Nam & qui apti in bellum profecti sunt, sine coniugibus & liberis omnes esse non poterant. Credendum est ergo & alios superfuisse. Sed de vno dicitur, quia hic cæteris vetate clarior euasit, & ideo ab eo instauratam esse familiam Fabiorum putarent. Et fuit auus illius Quinti Fabij Rutiliani, qui primus Maximus in ea familia appellatus est. Cuius Plinius meminit de Viris illustribus, & Liuius, & Plutarchus, & Dionysius, & Valerius. A quo descendit postea Quintus Fabius, qui Hannibalem tarditate & consilio frenauit. Consuluere ergo in hoc dij. Nam puer impubes, qui nondum ad puberem ætatem peruenerat. Puberes enim dicuntur, qui iam gignere possunt. *Et non vtilis adhuc annis*] ætate: quia puer. *Vnus*] solus. *Erat relictus de gente Fabia*] occiderant enim cæteri, & vnus solus superfuit. *Scilicet vt posses*] &c. Ab hoc igitur, qui tum ex ea cæde superfuit, progenitus est Quintus Fabius, qui Hannibalem tarditate frenauit. *Scilicet vt posses tu olim*] in futurum. *Tu Maxime*] tu Quinte Fabi Maxime. Et superius diximus: Illa domus meritis Maxima dicta fuit. *Cui foret*] in futurum esset. *Restituenda res*] Romana scilicet. *Cunctando*] retardando. Nam retardatione pugnæ frenabat Hannibalis impetum. Et Ennius de hoc: Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Et Virgilius, Vnus qui nobis cunctando restituit rem, &

Continuata loco tria sidera, Coruus, & Anguis,
Et medius Crater inter vtrunque iacet.
Idibus illa latent, oriuntur nocte sequenti:
Quæ tibi cur tria sint tam sociata, canam.
Forte Ioui Phœbus festum solenne parabat.
Non faciat longas fabula nostra moras.
I mea, dixit, auis, ne quid pia sacra moretur,
Et tenuem viuis fontibus affer aquam.
Coruus inauratum pedibus cratera recuruis
Tollit, & aërium peruolat altus iter.
Stabat adhuc duris ficus densissima pomis:
Tentat eam rostro, non erat apta legi.
Immemor imperij sedisse sub arbore fertur,
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iámque satur nigris longum rapit vnguibus hydrum,
Ad dominum redijt, fictáque verba refert:
Hic mihi causa moræ viuarum obsessor aquarum,
Hic tenuit fontes, officiúmque meum.
Addis ait culpæ mendacia Phœbus, & audes
Fatidicum verbis fallere velle deum.
At tibi, dum lactens hærebit in arbore ficus,
De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.

ANT. A *Continuata loco tria*] &c. Tres angues in cœlo sunt (vt ait Seruius) vnus qui est in Septentrione: alius serpentarij, qui à Græcis ὀφιοῦχος dicitur. Tertius australis, in quo sunt Coruus & Crater: qui vt autor ait hoc loco, decimosexto calendas Martias oritur vesperi. Cæterùm Columella Craterem tantùm oriri scribit hoc tempore. Et Higinus autor est, B eundem anguem, quem Hydram dicunt, trium signorum zodiaci, hoc est, Cancri, Leonis, & Virginis longitudinem occupare, cum quibus oritur. nam cum ortu Aquarij & Piscium in occasum fertur, vt: Occidit obliqua cùm surgit Aquarius vrna, Et nitidi Pisces primum tenuistis Olympum. Hæc Hydra cum Coruo & Cratere 41. stellis constare C dicitur: cuius situm, qui à nobis omittitur, consulentibus (vt diximus) breuitati, apud Higinum lectos inueniet. Hic ortus, de quo nunc agimus, & vespertinus & chronicus appellatur, qui fit in ipso solis occasu, siue ipsius noctis initio. * *Continuata loco*] Decimoquarto die Februarij oritur Crater, deinde Coruus ortu ἀχρονύχῳ. Hydra significat Nilum, Crater ascensum Nili, Coruus sitiens decrescentem. *I mea, dixit, auis*] Corui, cùm futura prædicere putentur, Apollinis numini dicati sunt. Ouidius alibi: sed ales Sensit adulterium Phœbeius. Eorum pessima significatio est (vt inquit Plinius) cum glutiunt vocem velut strangulati: qui (vt idem scribit) cùm Mediæ hospites occisi sunt, omnes è Peloponneso & Attica regione volauerunt. Cur autem in Apollinis tutela sint, secundum fabulam Lactantius grammaticus docet, vbi interpretatur D illud Statij in 3. Theb. Non comes obscurus tripodum. *Inauratum cratera*] Particula in, auget hoc loco: vt si dixeris, Impotens regno. Dicitur autem crater à κεράω, id est, misceo. *Immemor imperij*] oblitus, quòd Apollo imperasset, vt aquam afferret. *Longum rapit vnguibus hydrum*] Recte hydrum, cùm meminerit aquarum, à quibus hydrus nomen accepit. *Dum lactens hærebit in arbore ficus*] Ægrescunt corui (autore Plinio) sexagenis diebus, siti maximè, antequam fici coquantur autumno. Cum his & anseres (vt idem scribit) ab æstate in autumnum morbo conflictari dicuntur. Non placet & ficum pro morbo (vt Priscianus docet) flecti secundum quartam declinationem, & quòd id non meminerim me legisse, & quòd à fico ficosus deducitur, vt Ficosa est vxor, ficosus & ipse maritus. non ficuosus, à ficu: vt ab actu actuosus, à fructu fructuosus, à quæstu quæstuosus.

PAVL. E *Continuata loco tria*] &c. Nocte post idus Februarias, hoc est decimosexto calendas Martias, Coruus, Anguis, & Crater oriuntur: qui cur cœlo sint locati, eandem ferè causam quàm Poëta, Higinus refert. Coruus tutela Apollinis visus, eo sacrificante, missus aquam puram petitum, vidit ficuum arbores immaturarum: expectans vt maturescerent, in arbore consedit. Post maturitatem pluribus comesis, expectans Apollo coruum, cum cratere volantem vidit. Coactus tamen est mora corui, alia aqua vti. Pro quo amisso, hac eum ignominia affecit, vt donec ficus maturuerint, bibere non posset, ita quòd illis diebus guttur habeat pertusum. Qui cùm vellet sitim corui significare, inter sidera collocauit cratera, & supposuit hydram, quæ coruum sitientem moraretur. Ipsa verò hydra trium signorum lon- F gitudinem occupans, Cancri, Leonis, Virginis, inter æquinoctialem & hyemalem circulum collocatus. Oriuntur hæc, Hydra, Coruus, Crater, sole occidente in extrema parte Aquarij. Verùm vt Plinius ostendit, Italiæ Miluus oritur decimotertio calendas Martias. *Tria ergo sidera*] tres constellationes. *Continuata*] sunt scilicet. *Loco*] in eodem loco. & ob id continuata, quia occupant spacium Cancri, Leonis, & Virginis. Aut continuata, quia simul sociata sunt, Coruus, Anguis, & Hydra. *Et Crater medius latet inter vtrunque*] inter Coruum & Anguem. Latet dixit, quia est obscuriorum stellarum. Crater genus G est poculi, & Græce κρατήρ. Ideo habet illud e longum apud nostros *Illa*] sidera: scilicet Coruus, Anguis, Crater. *Latent idibus*] quia tunc non oriuntur cosmicè, hoc est, quando sol occidit: sed *Oriuntur*] oriri incipiunt. *Nocte sequenti*] nocte post idus. *Quæ*] sidera tria. *Canam tibi cur sint tam sociata*] ita iuncta & continuata. *Fortè Ioui Phœbus*] &c. Nunc ipsam fabellam H explicat, nec in ea velle longius immorari pollicetur. Erat Phœbus Ioui sacrificaturus, pro sacrificij vsu coruum iussit aquã è viuis fontibus afferre. *Fortè*] casu *Phœbus parabat sacrum solenne*] quasi solenne sacrificium. *Ioui*] in honorẽ Iouis. Illud solẽne dicitur, quod semel solum in anno fit: etsi interdum confunditur. *Fabula nostra*] &c. quia in recensenda fabula diutius non immorabor. Habemus fabulã, argumentum, & historiã, quæ sic Cicero diffiniuit: Fabula est, quæ neq; res veras, nec verisimiles cõtinet: vt hæc I quæ tragœdijs tradita sunt. Argumẽtum est ficta res, quæ tamen fieri potuit: velut argumenta comœdiarũ. Historia est res gesta, sed ab ætatis nostræ memoria remota. Sacrificaturus Phœbus dixit, *O auis mea*] ô corue. Coruus enim est sub Apollinis tutela, qui prius albus erat. At niger factus est, reuelato adulterio Coronidis puellæ à Phœbo amatæ, de qua natus est Æsculapius, vt in 2. Metam. *I*, vade. *Et ne quid*] ne aliquid. *Moretur*] detineat in mora. *Pia sacra*] religiosa sacrificia. vel pia, quia filij ad patrẽ *Et affer aquã tenuem*] putã & liquidã *E viuis fontibus*] è scaturienti fonte. *Coruus inauratũ*] &c. Obtemperaturus Phœbo coruus, accepit craterẽ deauratum, & volare occœpit. Coruus Græce κόραξ dicitur. *Tollit*] & attollit. *Cratera inauratũ*] deauratum. nõ enim erat aureum, sed deauratũ. Aureum est ex toto, auratũ ex parte. Inaurata autẽ erãt pocula, quib⁹ sacrificabatur. *Pedibus recuruis*] quasi vnguibus reflexis. *Et altus*] sublimis. *Peruolat*] &c. quasi volat per aẽrẽ. Iter enim ab eundo dicitur. Et est trãslatio ab K incessu pedũ. *Stabat ficus*] arbor ipsa *Stabat*] promineebat. Nam stare prominere est interdũ *Dẽsissima pomis*] quasi habens poma spissa. *Adhuc duris*] immaturis. Et ideo dura erãt ipsa poma. *Coruus tentat eam*] eius poma, eam ficum. *Non erat apta legi*] ad colligẽdum: quia immatura. Pellectus auiditate ficos edendi, immemor factus est iussorum Phœbi: expectauitq; donec fici maturescerẽt. *Immemor imperij*] illius scilicet, quod Phœbus imperauerat. hoc est, vt aquam ferret. *Fertur*] dicitur. *Sedisse sub ardore*] dum, donec, vel vsque quo, *Poma fierent dulcia*] matura *Tarda mora*] lõga expectatione. Et hinc natum est prouerbium, de his qui tardius reuertuntur, Misimus coruũ *Iamque satur*] &c. Posteaquã maturuere ficus, ad saturitatẽ de his comedis coruus, redijtq; ad Phœbũ, referens hydrum, quem tãtę retardationis causam fuisse arguit nã & fontes obseruabat, & officium eius impediebat. L *Iamque*] coruus ipse. *Satur*] comesis ficubus. *Rapit longum hydrum*] longum anguem. *Nigris vnguibus*] Hydrum dicimus serpentem, qui in aquis degit. *Redit ad dominum*] ad Phœbum *Et refert ficta verba*] falsa & composita verba *Hic*] anguis scilicet. *Obsessor aquarum viuarum*] quasi viui fontis. vt paulo antè, Viuis fontibus. *Fuit mihi causa moræ*] retardationis. *Hic*] anguis. *Tenuit fontes*] occupauit aquas. *Et officium meum*] quod ex meo officio fieri debebat, hic impediuit. Officiũ est cõgruus vniuscuiusq; actus *Addis ait culpæ*] &c. Excusauerat se coruus hoc mendacio, quod cognitũ est à Phœbo. Nam nihil eum latẽre poterat, qui non modò præsentia videbat, sed futura omnia præsciebat. Ideo in cor-

A oem inuehitur. *Ait*] dixit Phœbus. *Tu addis culpa*] crimini & noxæ tuæ. *Mendacia*] quasi dicat: Nō satis est te deliquisse, nisi etiam mendacio te excuses. *Et audes*] Hoc ad eorū temeritatem. *Audes vella fallere*] decipere. *Verbis*] fictis & falsis. *Fatidicum deum*] fata prædicentem. Et est argumentū à maiori, Qui futura prædicit, non abs te potest decipi de præsenti, cùm omnia videat. *At tibi*] &c. Hac Phœbus coruum ignominia affecit, vt dum essent in arbore ficus, haberet guttur pronisum, quo aquam nō ebiberet. *At aqua gelida bibantur tibi*] à te. *De nullo fonte*] de nulla aquarum scaturigine. *Dum ficus lactens*] habens lacteum succum & tunc est immatura. *Haerebit*] pendebit. *In arbore*] in ficu.

Dixit, & antiqui monumenta perennia facti,
Anguis, auis, crater, sidera iuncta micant.
Tertia post idus nudos aurora Lupercos
Aspicit, & Fauni sacra bicornis erunt.
Dicite Pierides, sacrorum quæ sit origo,
Attigerit Latias vnde petita domos.
Pana deum pecoris veteres coluisse feruntur
Arcades, Arcadijs plurimus ille iugis.

ANTON. *Tertia post idus nudos*] &c. Decimoquinto calendas Martias in honorem Panos Lupercalia celebrantur, quæ multi scriptores tradiderunt antiquis temporibus fuisse pastorum, similia Lycæis Arcadum. Videntur autē instituta expiationis gra-B tia (vt inquit Plutarchus in Romulo) cùm celebrentur hoc mense, quem expiatiuum interpretātur: & eorum diem coństet februatam veteres appellasse, in qua nudi iuuenes Lycæum Pana venerantes, per lusum ac lasciuiam currebant: quibus mulieres palmas caprinarū pellium scuticis cædendas præbebāt, persuasum habentes, ea verbera prægnantibus pariendi, sterilibus autem concipiendi facultatē afferre. Vnde illud est Iuuenalis: Nec prodest agili palmas præbere Luperco. Lupercaliorū originem nonnulli Romulo ac Remo tribuunt, qui (vt Valerius Maximus scribit) solennitatis huius morem tunc inchoarūt, cum lætitia exultātes, quòd eius auus Numitor rex Albanorum eo loco, vbi educati fuerant, vrbem condere permiserat, facto sacrificio,
C cæsisq; capris, epulorum hilaritate, & vino largiore pronecti, diuisa pastorali turba, incincti pellibus immolatarū hostiarū, obuios iocantes petiere. Scripsit idem fere Bucas quidam, quem fabulari Plutarchus existimat. Ait enim, interempto Amulio, Romulum ad eum locum cum lætitia cucurrisse, in quo infantibus lupa mammā summiserat, memoriāq; illius cursus Lupercaliorū celebritate referri. Sed vulgatior fama tenet, Euandrum hoc solenne ex Arcadia in Italiā attulisse: quod Plutarchus, Liuius, & plerīq; alij scribunt: cui Faunus (teste Iustino) & agros, & montem, quem ille postea Palatinum appellauit, benignè dicitur assignasse: in cuius radicibus tēplum Lycæo, quem Græci Pana, Romani Lupercū appellant, constituit: cuius dei simulacrum nudum, caprina pelle amictū erat: quo habitu Romæ (vt idem autor ait) Lupercalibus currebatur. In his moris fuit vt capræ iugularentur, sisterentúrq; ibi duo adolescentes, quorum frontes alij
D cultro sanguine perfuso tingerent, alij statim lanā lacte madentem admouentes abstergerent, ea lege, vt abstersos adolescētes ridere oporteret, qui deinde incisis in corrigias caprarum pellibus discurrentes obuios verberabant: quarum rerum causas, quæcunq; afferri possunt, Plutarchus docet in Romulo. Propriū ac suum præterea eius celebritatis fuit, vt Luperci canē immolarent: vel expiationis gratia, quòd Græci ad expiandū canes adhibere soliti sunt: vel ad lupæ gratiā, quæ Romulum ac Remū nutriisse dicitur, cui non immeritò iugulabatur animal lupis inimicum: vel quia Pani sacrificiū fit, cui propter greges amicus est canis. Ab ea lupa nonnulli Lupercalibus nomen inditum volunt. Vnde Luperci inde cursum incipiebant, vbi Romulum expositū ferunt. Inueniuntur tamen (vt ait Quintilianus) qui Lupercalia tres ar-
E tes orationis esse contendant, quasi luere per caprū. Quæ alij inde nominata existimant, quòd inuocatione Panos lupi à stabulis arcerentur. Quem deū inde Lycæum dictum arbitrantur. λύκος enim Græcè dicitur lupus. Quāuis scripserit Varro (vt diuus Augustinus refert) Arcades quosdā in lupos fuisse conuersos: quorū qui humanas carnes non degustauerāt, decimo anno in pristinū statum reuersi sunt, è quibus idem Varro vnius nomē expressit, qui degustato sacrificio, quod deo suo Lycęo Arcades faciebant, dicitur mutatus in lupum, & post nouē annos figuræ propriæ restitutus. Vnde Panē Lycæum dictum idem autor existimat. cui placet quoq; Lupercalia dicta esse, quòd in Lupercali Luperci sacra facerent. Est enim Lupercal (teste Seruio) spelunca sub mōte Palatino, in qua de capro luebatur, id est, sacrificabatur. Vnde & Lupercal dictum nōnulli putant. Alij, quòd lupa il-
F lic Remū Romulúmq; nutrierit. Alij locū esse Lycæo, id est, Pani, sacratū volunt, eius etiā mons Lycæus in Arcadia cōsecratus est, in quo Lycæi Iouis templum fuit, testibus Plinio & Strabone. Lupercale sacrū Augustus paulatim abolitum restituit, suscepto pōtificatu maximo, vt ait Suetonius: vetuitq; Lupercalibus currere imberbes. Hæ feriæ publicæ ac statiuæ sunt, teste Macrobio, vt Agonalia, Carmētaliáq;. Sanè Mendesij in Ægypto Pana colunt ac hircinos & caprinos, vt Herodotus scribit. quem deum è Vesta & Cœlo natū Euemerus tradit, quod non placet. Eius nutrix Æge fuit, ea qua Iupiter dicitur filium suscepisse, qui quòd Æges & Panos filius putaretur, Ægipā appellatus est. G

Fauni sacra bicornis erunt] Faunus à fando nomē accepit, vt suprà diximus. Vnde ab Horatio dictus virorum Mercurialiū custos, quoniam à Mercurio sermo manauit. Idem & Inuus dicitur, & Pan, hoc est, totius naturę deus, vt Panos vocabulū ostendit: dicitúrq; habere coronā, in radiorū solis, & cornuum lunæ similitudinē. Est enim Pan vniuersæ substātiæ materialis dominator. quare Arcades eum appellabant τὸν τῆς ὕλης κύριον. habētq; barbā prolixam, virgam, fistulā, & caprinos pedes: quarum rerum significationem Macrobius tradit. H

PAVL. *Dixit, & antiqui*] &c. Phœbus in perpetuam rei memoriā anguem, coruū, cratera cœlo figurauit. *Dixit*] Phœbus scilicet superiora verba. *Et anguis*] auis, coruus. *Crater*] poculum per appositionem. *Sidera iuncta*] sociata & continuata. *Micant*] splendent. *Monumenta perennia*] quasi in perpetuam memoriā. *Facti antiqui*] huius antiquæ rei. *Monumenta*] Monumentum (vt veteres iurisconsulti diffiniunt) est, quod gratia seruādæ memoriæ existit. Et aliàs: Monumentū, generalis res est, in posterū memoriæ causa prodita: quæ si corpus, vel reliquiæ inferuntur, fiet sepulchrum. Si verò nil eorum inferatur, erit monumentū, memoriæ causa factum, quod Græci μνῆμα appellant. Est enim μνημεῖον monumentū & memoriale. μνημονεύω, memoriam facio. μνήμη & μνεία, memoria μνήμων, memor. *Tertia post idus*] &c. Decimoquinto calendas Martias fiunt in honorē Fauni Lupercalia: quæ quāuis à Romulo sint qui dicant instituta fuisse (vt inferius suo loco dicemus) tamen in Latio ab Euandro originē habuere. Nā qui sub eo erant Arcades in colle, vbi Pallantium condidere, firmati, admonente eos Carmenti (vt Dionysius inquit) Lycæo Pani templum construxere. Est enim apud Arcades Pan vetustissimus, plurimúmq; in honore habitus. Hæc ille. Et Liuius inquit: Ferunt Euandrum solenne allatū ex Arcadia instituisse, vt nudi iuuenes Lycæum Pana venerantes per luxum atq; lasciuiam currerent. quem Romani deinde vocauerunt Inuum & reliqua. Testis est etiam Eustathius, Euandrum Pani templum dedicasse. Et Trogus dixit, Euandrum sub Palatino templū Lycæo, quem Græci Pana, Romani Lupercum vocant, constituisse. Pana, Faunū, Inuū, eundem esse constat, de quo plura superiore libro diximus. Sed quæ supererant, hoc in loco explicantur. Arcades syluarum dominum eum appellāt. Habet cornua, barbámq; prolixam, caprinos pedes, virgā & fistulā gerens: cuius amor & deliciæ Echo creditur, nullius osculis obnoxia. At sub hac figura Macrobius solem intelligi debere disputauit. Probus verò sub huius nomine Iouem, hoc est, mundum ipsum coli disseruit: præcipuè cùm Pan apud Græcos omne significat, quasi vniuersam naturam comprehendens. Sed Honoratus Inuum Pana esse dixit, ab ineundo passim cum animalibus. Nec deest, qui dicat Faunum primum fuisse, qui syluestres homines in ciuicos cultus deduxerit, templa fecerit, quæ ab eo Fana appellari Probus inquit. Sed si de ipso Pane intelligimus, non asseritur. nam qui syluestris est, in ciuicos cultus alios deducere non potuit. Sed hoc (vt superius diximus) Saturno & Iano ascribitur. In Panis ergo honorē hac die constituta sunt Lycæa ludicra, quæ à nostris Lupercalia dicta sunt. Fiebant autem à nudis Lupercis: tecti tamen erant (ve testis est ipse Trogus) caprina pelle. Nam quo habitu simulacrū ipsius dei figurabatur, eo habitu sua sacra fiebant. Sed variæ de hoc causę referuntur, quas inferius explicabimus. Inquit ergo: *Tertia aurora*] hoc est, tertia dies. *Post idus*] Erit decimoquinto die mensis Februarij, hoc est, decimoquinto calendas Martias. *Aspicit nudos Lupercos*] Faunos sacerdotes, qui Lupercalia sacra faciebant in Lupercali, vt Varro inquit. Locum enim, vbi sacra hæc fiebant, à Romanis Lupercal, à Græcis Lycæum, quod idem ferè

sonat, nã & λύκος lupus est. licet posset hoc deduci à Lycæo Arcadiæ monte. Sed de Lupercali inferius dissercmus. *Et erũt sacra*] sacrificia & festa. *Fauni bicornis*) nã cum cornibus figuratur. *Dicite Pierides*) &c. In referenda horum sacrorum origine Musarum implorat numina. *Dicite ô Pierides*] Pierides post Pierij filias deuictas, quarũ concertatio in Metamor. refertur, cognominatas fuisse Musas multi asserunt. Põpeius tamen à Pierio monte Pierides dictas Musas dixit. *Dicite quæ sit origo sacrorum*] Lupercalium scilicet. *Et Vnde*] à quo loco. *Possit attigerit domos Latias*] Duo petit, vnde habuerint initium, & vnde in Italiam venerint. *Pana deum pecoris*] &c. Exponit nunc, Pana fuisse vetustissimum Arcadiæ numen, præsidémq; pecorum: quod loca ipsa Arcadica testãtur, quæ ille frequentabat, & in quibus colebatur. *Arcades Veteres*] Vetustissima enim gens est Arcadica, vt superiore libro diximus. Dictique sunt, vt alij, ab Arcade Callistus: vt Eusthathius, Themistus ex Ioue filio *Feruntur*] dicuntur. *Coluisse Pana*) pro Panem, deum armenti. Hoc est, quod Honoratus inquit, quòd erat passim cum animalibus. *Ille*) Pan scilicet. *Erat plurimus*) quia pluris & magni numinis, & religionis *In iugis Arcadiæ*] in montibus Arcadiæ. Nam mõs In tria diuiditur, radices, latera, & iuga. Montes in Arcadia, qui à Plinio referuntur, Pholoe cum oppido, item Cyllene: Lycæus, in quo Lycæi Iouis delubrum, Mænalus, Artemisius, Parthenius, Lampheus, Nonacris. Est etiam & Erymanthus. In his ergo montibus celebris erat Panis religio.

Testis erit Pholoë, testes Stymphalides vnda,
Quique citis Ladon in mare currit aquis.
Cinctáque pineتis nemoris iuga Nonacrini,
Altáque Trœzene, Parrhasiaque niues.
Pan erat armenti, Pan illic numen aquarum:
Munus ob incolumes ille ferebat oues.
Transtulit Euander syluestria numina secum:
Hic vbi nunc vrbs est, tunc locus vrbis erat.
Inde deum colimus, deuectáque sacra Pelasgis:
Flamen ad hæc prisco more dialis erat.
Cur igitur currant, & cur sic currere mos est,
Nuda ferant posita corpora veste rogas?
Ipse deus velox discurrere gaudet in altis
Montibus, & subitas concipit ille fugas.
Ipse deus nudus nudos iubet esse ministros,
Nec satis ad cursus commoda vestis erat.
Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur
Arcades, & luna gens prior illa fuit.
Vita feris similis, nullos agitata per vsus:
Artis adhuc expers, & rude vulgus erat.

ANTON. *Testis erit Pholoë*] Pholoë mons Arcadiæ, vbi præter Cyllenen (vt diximus) autore Strabone, insigniores montes sunt Pholoë, Lycæus, Mænalus, ac Parthenus. *Testes Stymphalides Vnda*] Est in Arcadia mons Stymphalus, & lacus Stymphalis, à quo aues Stymphalidas dictas, & ab Hercule sagittis ac tympanis fugatas poëtæ finxerunt. Quamuis Lactantius grãmaticus scribat, occisas eas ab Hercule non sagittis, sed æris sonitu. Alij sublatas dicunt & tinnitu tabulæ æreæ, & sagittis, cùm in hunc locũ conuenissent, & totius regionis fructus popularentur. E Stymphalide lacu Erasinus fluuius erũpit, vt autor est Strabo: cuius ripis Stymphalum oppidum olim incumbebat, quod abest à lacu stadiis quinquaginta. *Quique citis Ladon*] Ladon fluuius eiusdem regionis est, vt: Arcades hunc, Ladónq; rapax, & Mænalus ingens Ritè colunt. Huic & Erasino contrarium quiddam euenit. Ladonis enim fluẽta occluso quondam fonte detenta sunt: Erasinus verò exitum aliquãdo non habuit. *Nemoris iuga Nonacrini*) Nonacris (teste Lactantio grãmatico) nomen est loci vel agri Arcadiæ. Nam quòd quidã Nonacriam dici volunt Arcadiã, à nouem montium summitatibus, non placet. Eius mõs Nonacris est, autore Plinio. *Altaq; Trœzene*] Hæc ciuitas à Plinio quoq; Trœzene dicitur lib. 4. Natur. hist. A Strabone, vt à plerisq; alijs, Trœzen. Illud trium est, hoc duarũ syllabarũ nomen. Ouidius alibi: Hic secum Trœzena colam Pittheia regna. Est autẽ Trœzen vrbs prope Isthmum, quam quidam distare à mari sex millibus passuũ tradiderunt, cũ Strabo quindecim tãtùm stadiis scribat. Ea sic dicta existimatur à Trœzene Pelopis filio, qui cum fratre Pittheo ea Pisea terra cõmigrans, illic regnauit: quo mortuo, regnum obtinuit Pittheus. Idem geographus Trœzena vrbem fuisse insignem dicit, appellatámq; olim Posidoniam, quòd Posidoni, id est, Neptuno, sacra fuerit. Vnde ait Plutarchus in Theseo: Neptunum enim Trœzenij summa religione colunt, & eius dei tutelæ eorum ciuitas dicata est, cui & fructuum primitias deligunt, & insignem in nummo tridentem incisum habent. Legimus & apud Ouidium alibi: Hic raptam Trœzeno celeri virtute recepit. Ergo quod pauci aduerterunt in nominatiuo casu & Trœze & Trœzen dicitur, & Trœzene. Hãc vrbẽ sunt qui Arcadiæ tribuunt. Sunt & qui Atticæ, quod miramur. Est enim inter Isthmũ & Scylleum, testibus Pomponio & Plinio: quorum ille Trœzenios inquit esse illustrea fide societatis Atticæ, hic verò eam vrbem Achaiæ tribuit: cuius portui, quem Menturn vocant, parua imminet insula (vt autor est Strabo) quam Calauriam dicunt. *Flamen dialis*] sacerdos Iouis. Quod ideo dicit, quia in Lycæo monte Arcadiæ Lycæi Iouis tẽplum fuisse, memoriæ traditũ est. Et sunt, qui Pana Iouẽ esse voluerũt. *Cur igitur currant*] Luperci nudi currebant, velut nuditatẽ Panos imitarẽtur, vel vt referrent vetustissimorum Arcadum morẽ: vel vt testarentur, rẽ quondam à nudis prosperè gestã. nam cùm in honorẽ Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, Romanorũ pecora (vt inquit Seruius) subitò à latronibus rapta sunt. Illi profectis vestibus persequuti sunt latrones: quibus oppressis, ac receptis, consuetudo permãsit, vt nudi Lupercalia celebrarẽt. Scripsit & idem ferè C. Acilius, teste Plutarcho, qui ait ea pecora fuisse Romuli: ac peractis Fauno votis, nudos ad peruestigandum excurrisse, ne sudor eos impediret retardarétque. *Ipse deus Velox*] Pan, siue Faunus, qui fingitur syluarum dominus: & cùm sit caprinis pedibus, ea dicitur esse velocitate, qua Satyri. *Ipse deus nudus*) Non erat huius dei simulacrum omni ex parte nudum, sed tectum (vt diximus) pelle caprina, quæ dicebat Deum Arcadiæ, vbi olim Arcades vetustissimi similem feris vitam egerunt. *Luna gens prior illa fuit*] Diximus suprà, cur Arcades proselini ac nobiles prædicentur.

PAVL. *Erit testis*] quòd scilicet in Arcadia coleretur Pan. *Pholoë*] Pholoe (vt Strabo inquit) mons est Arcadiæ, Olympiæ proxima imminens. *Testes erunt Vnda Stymphalides*] Est enim lacus Stymphalius in Arcadia, & in eius ripis erat Stymphalum oppidum. Sed eruptione facta ipsius lacus, & desiccatione, à lacu abest Stymphalia vrbs (vt testatur Strabo) suo tẽpore, quinquaginta stadiis. *Et testis erit Ladon, qui currit in mare citis*] hoc est, cõmotis & rapidis aquis. Est enim Ladon Arcadiæ fluuius: qui cùm prius exitum non haberet, paludẽ faciebat. Postea terræmotu alueũ inuenit. *Et erunt testes iuga*] summitates montium. *Nemoris Nonacrini*] Nonacrin esse esse Arcadiæ montẽ diximus. Et Higinus, vbi multa de Callistus fabula retulit, ait: Quæ res in Nonacri monte Arcadiæ gesta demonstrat. Sed multi dicunt, à nouẽ eminentioribus montibus Nonacriã dictam esse Arcadiam, vt Trinacriã Siciliã. Sed hic nemoris Nonacrini pro Nonacri monte nemoroso dicit. *Cincta pinetis*] quia plena sunt pinu. *Et alta Trœzene*] Trœzen & Trœzene, idem, est vrbs Arcadiæ, apud sinum Hermionicum, amœno sedens & eminenti in colle, in quo sæpe fœliciori tempore ludebam carmina. *Et niues Parrhasiæ*] Parrhasiam superius Arcadiã dictã fuisse diximus, & erat etiam Parrhasia vrbs. Sed hic Parrhasiæ niues, quasi niuosi omnes Arcadiæ montes. *Pan erat armenti*] &c. In Arcadia Pan pecorum & aquarum deus erat, & pro ouium incolumitate Pani munera offerebãt. *Pan erat illic*] in Arcadia. *Numen armenti*] deus pecorum: quia illorum custodiæ & tutelæ præerat. nam ea tuebatur. *Erat Pan illic*] &c. etiã & aquarum deus. *Ille*] Pan. *Ferebat munus*] quia sibi munera offerebãtur. *Ob oues incolumes*] quas ab omni morbo tuebatur. *Transtulit Euander*] &c. Iam retulit, vnde sacra habuerint originẽ, hoc est, ab Arcadibus, qui in Arcadia plurimũ colebatur. Nũc refert, vnde in Italiã venerint. Illa, inquit, ex Arcadia in Italiam, in locis vbi cõdita est Roma, Euander trãsuexit. *Euander*] De hoc superius diximus. *Transtulit secum*] &c. quasi Panis sacra, qui dominus est syluarum, vt diximus. *Huc*] in Italiam. *Vbi nunc est Vrbs*] Roma scilicet. *Tunc*] Euandro adueniente. *Erat locus Vrbis*] nondum erat condita, sed ibi condi debebat, quæ esset futura orbis domina. *Inde*] ab illa translatione Euandri. *Colimus*] nos scilicet Latini. *Deum*] Pana scilicet. *Et sacra deuecta Pelasgis*] hoc est,

A translata in Latium ab Arcadibus. Nam vt superius diximus, Eustathius Arcadiã inquit aliquã in appellatam fuisse Pelasgiam, aliquando Lycaoniã, aliquando Gigantida, aliquãdo Parrhasiam *Flamen dialis*] hoc est, Iouis sacerdos *Erat prisco more*] veteri consuetudine. *Ad hoc*] sacra scilicet perficiẽda. *Flamen*] Varro inquit, flamines, quòd in Latio capite velato erant semper, ac caput cinctum habebant filo, flamines dicti. Horũ singuli cognomina habẽt ab eo deo cui sacra faciũt Sed partim sunt aperta, partim obscura. Aperta, vt Martialis, Vulcanalis: obscura, Dialis, & Furinalis, cùm Dialis à Ioue sit & reliqua. *Cur igitur currãt*]&c. In his Fauni sacris nudi iuuenes currebãt. Causas quærit ergo, cur currant, & cur nudi Et ipse causam explicat: quòd discurrẽs sua velocitate deus discurrẽtes etiã optat, & sine vestibus: nã vestes cursum impediũt Præterea & antequã essent homines in ci-
B uilẽ cultum redacti, velut syluestres feræ degebãt, præcipuè sine lanarum vsu. Ergo cùm hoc sacrum ab Arcadibus emanarit, quæ gens vetustissima est, in vetustatis monumentum veterũ etiam mores referuntur *Cur igitur currãt*] sacra ipsa celebrantes *Et cur ess mos*] consuetudo. *Currere*] Et cõiunxit verba in quẽ, unq. interrogantẽ. *Rogas*] interrogas *Cur corpora sunt nuda, posita veste*] cur denudantur, posito velamine. *Ipse deus*] Pan *Velox*] celer Et Horat. in odis: Velox amœnũ sæpe Lucretilẽ Mutat Lycæo Faunus *Gaudet discurrere*] &c. quasi modò hâc, modò illâc per altos montes currere. *Et ipse concipit*] &c repentinos & celeres cursus concipit animo, & exercet corpore. *Ipse deus nudus*] &c. Causa, cur nudos ministros optet: quia & ipse nudus *Ipse deus nudus*] Amicitur tamẽ, vt alij, pelle caprina: vt alij, pelle hinuli Hinulus appellatur ceruus paruus in primis mẽsibus. *Iubet ire*] currere. *Ministros nudos*] in sacris ipsis *Nec vestis erat*] &c nã esset potius impedimẽto, quàm expeditioni. *Ante Iouem genitũ*]&c. Nũc aggreditur syluestrem ipsum vetustatis cultũ. Sed cùm vetustissima omnium esset gẽs Arcadica, quæ Pana colebat, in
G Panis sacris vetustatis cultus refertur. De vetustate Arcadiæ diximus superiore libro. de qua etiam & Strabo inquit: Arcadiceq; genres Græcã nationem vetustate præstare credũnt, Azanes atq. Parrhasij, & cęteri generis eiusdẽ *Ergo Arcades*] &c. quasi terras habitasse. *Ante Iouem genitum*] antequam Iupiter gigneretur. hoc est, antequã dij essent. *Et illa gẽs fuit prior luna*] Et superius: *Orta prior luna*] &c. Vbi & cur hoc creditum sit, retulimus. Et Lycophrone teste, propter gentis antiquitatem, Arcades προσέληνοι id est, Antelunares dicti sunt. *Vita*] illorum scilicet Arcadum vetustissimorum *Similis*] erat scilicet *Feræ*] id est, ferinæ vitæ. nam velut feræ degebant. *Agitata*] frequẽtata, seu exercita. *Per nullos vsus*] per nullam consuetudinem aut conuersationem, seu nullam
H industriã. *Erat vulgus ad hoc*] ad ea tempora. *Expers artis*] sine vlla arte. *Et rude*] impolitum, informatum. Nam neque à se habebãt, neque ab alijs acceperant ciuiliorem cultum. Nullum adhuc illis fuerat cum cæteris hominibus commercium.

Pro domibus frondes norant, pro frugibus herbas:
 Nectar erat palmis hausta duabus aqua.
Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus,
 Nulla sub imperio terra colentis erat.
Nullus adhuc erat vsus equi, se quisque ferebat:
 Ibat ouis lana corpus amicta sua.
Sub Ioue durabant, & corpora nuda gerebant,
 Docta graues imbres, & tolerare notos.
Nunc quoque detecti referunt monumenta vetusti
 Moris, & antiquas testificantur opes.
Sed cur præcipuè fugiat velamina Faunus,
 Traditur antiqui fabula plena ioci.
Fortè comes dominæ iuuenis Tirynthius ibat,
 Vidit ab excelso Faunus vtrunque iugo.

ANTON. *Nectar erat*] nectaris loco: hoc est, vini suauis-
C simi. Accipimus enim vinum interdum vocabulo nectaris: quãuis sit deorum latex, vt poëtę fabulantur, vt: Nectar & ambrosiam latices epulásq; deorũ. Vinum aqua misceri Staphylus inuenit, autore Plinio *Lana*] Hãc Lydi primi credũtur sordibus infecisse *Sub Ioue durabant*] cùm nondum esset domorũ vsus, quas primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis cõstituerũt. Antè enim spe-
D cus erant, pro domibus. De his, & aliarum rerum inuentoribus lege Plinium lib 7. Natur hist. Sub Ioue autem, est sub aëre, sub dio. Horat. Manet sub Ioue frigido Venator. Durabant verò absolutè dictum est, vt: Durate, atque expectate cicadas. *Antiquas testificãtur opes*) Quia satis diues est, qui contẽtus pauco, nulla re indiget. Priscam ergo simplicitatem ac nuditatem, opes vocat. *Comes dominæ*] Notum est, Herculem aliquando passum esse imperium Omphales, quæ (vt scribit Donatus) Lydiæ regina fuit, & Herculem sibi seruiẽtem ad lanificium cõpulit: cùm ipsa calathum, & colum, cultúsque fœmineos cũ sagittis Hercul.s, claua, & leonis pelle mutasset. Sunt qui Omphalen & Iolen eandem esse, memoriæ prodiderunt Alij (quod magis placet) Omphalen reginam Lydiæ fuisse dicunt, de qua Ouidius alibi: Se quoq; nym-
E pha tuis ornauit Iardanis armis Ea est, ex qua Hercules Lamum filium suscepit Leg. Diodorum, ne tibi omnia referã. Iole verò fuit Euryti filia, regis Oechaliæ: qua vrbe capta, Hercules occisis Euryti liberis, Iolen rapuit: adamauitque tantum in modũ, vt passus dicatur ea ea, quicquid sub Omphale antea perpessus fuerat.

provenit ex motu laborioso *Nulla terra*] Nulla terræ pars. *Erat sub imperio colentis*] hoc est agricolæ. Nam nondum cupido parebât arua colono. *Nullus adhuc erat*] &c. Nondum erant domiti equi, sed quisq; suis pedibus incedebat: neq; erat vsus lanificij. *Nullus*
I *adhuc erat vsus equi*] Equo vehi Bellerophon primus edocuit, equorũ frenos Pelethronius inuenit. *Quisque ferebat se*] non vehebatur equo, sed suis pedibus ambulabat. *Ouis ibat amicta corpus*] habẽs corpus amictum, coopertum. *Sua lana*] quia non tondebatur ad hominum vestes. Non erat vsus lanificij, sed sine vestibus degebatur. De huiusmodi artium inuẽtoribus ita à Plinio refertur: Qui ex Italia infecere lanas, Sardi textilia, fusum in lanificio Closter filius Arachnes,
K linum & retia Arachne, fulloniam artem Nicias Megarensis, sutrinam Bacius. *Durabant sub Ioue*] sub dio: hoc est, sub aperto cœlo: quia tectis carebant Durabant ergo, quasi patienter perseuerabant sub aëre *Et gerebant nuda corpora*) quia sine vestibus *Docta*] corpora scilicet. *Tolerare graues*]. molestos. aut graues, noxios. *Imbres*] nimbos & pluuias. Græcè enim ὄμβρος, imber & nimbus. *Et tolerare notos*] ventos Sed notus propriè est meridionalis ventus, & sæpe inducit pluuias dicitúrque à νότῳ, quod est humecto: seu νοτίζω, humefacio. *Nunc quoque*] nunc etiam. *Detecti*) hoc est, nudi. *Referunt monumenta*] quasi repræsentant memoriã *Moris vetusti*] antiquæ consuetudinis. *Et testificantur*] ipsi Luperci scilicet. *Antiquas opes*] quæ fuerint antiquis: quasi referunt antiquam paupertatem, cùm nudi sint. *Sed cur præcipuè*] &c Retulit primò ludorum Lupercorũ morem ad morem vetustissimæ gentis, nunc idem ad Faunũ
L ipsum refert, quòd odio vestes habeat, cùm ob mutationẽ vestium Herculis & Omphales deceptus fuerit: fabulámque ipsam narrat, quã mox explicabimus. *Sed cur Faunus præcipuè fugiat velamina*] cur maximè odio habeat & curet vestes. *Traditur fabula plena ioci antiqui*] hoc est, traditur fabula antiqua plena ioco. *Fortè comes dominæ*] &c. Hercules cùm ab Euryto in Oechalia dominanti, Iolen filiam in coniugem petens, repulsam habuisset, iniuria motus Euryti abegit equos. Iphitus ad illos inuestigandos Tirynthum accessit Iussus turrim ascendere speculatum, cùm non videret, ab Hercule præceps deiectus est. Ob cuius mortem cùm in morbum incidisset, vt se à cæde mundaret, ad Neleum accessit. Qui cùm filios consuluisset, omnes præter Nestorem purgandum esse minimè censuerunt. Accessit ad Deiphobũ Hippolyti filium, ac sanatus est. Consuluit Apollinem. Re-

PAVL. *Norant*] illi scilicet. *Frondes pro domibus*] quia non fabricabant mœnia, sed nemora incolebant. Ideo frondes dixit, quasi frondosas arbores. *Et norant herbas pro frugibus*] nõ erat illis vsus frugum, sed illarum loco herbas edebant. Neque vsus vini. & ideo. *Nectar*] hoc est, potio. Sed propriè nectar deorum potio est. *Erat aqua hausta*] epotabant hausta è fonte. *Duabus palmis*] quia poculorum adhuc vsus non erat, sed manus poculorũ officium explebant. Domum constituerunt primi Eurialus & Hyperbius fratres Athenis. An-
F tea specus erant pro domibus. Gellio Toxius Cœli filius lutei ædificij inuentor placet, exemplo sumpto ab hirundinũ nidis, vt superius quoque diximus Diodorus structuram domus Vestæ assignat *Nullus anhelabat sub*] &c. Non erat vsus aratri, non agricolationis *Nullus taurus*] nullus bos. *Anhelabat sub adunco vomere*) quia non domabatur, nec ad aratrũ cogebatur Ideo non anhelitum crebrum emittebant, qui

A [illegible] olē eius vaktu [illegible] ims cnam sote, si usto vède- [illegible] sun [illegible] I [illegible] s daretur Coactus patère, [illegible] icis in A [illegible] au [illegible] ns, sponte sua venundatus, [illegible] nis fac [illegible] æ Iardanę eorum regioę [illegible] Mæ [illegible] dicuntur, precium cùm [illegible] atum [illegible] na val [illegible] tudine recuperata, Om- [illegible], omnes eius regi [illegible] s latrones sustulit, prædo- [illegible] tellos parti [illegible] peremit, partim Omphalę vin- ctos tra [illegible] it, & alia multa fecit Cognita eius virtute, & quis esset, Omphale & liberum fecit, & ex eo genuit filium La- monem. Ergo dum Omphales seruus esset, poëta inquit, dum per Lydiam comes dominæ accederet, Omphales a- more captum Faunum fuisse: noctúque cùm in antro re- quiescerent, ad illos accessisse. Sed cùm Hercules & Om- phale vestem mutassent, ea mutatione delusum vestes oon amare, & ideo nudos ministros suis in sacris optare. Poëta fabulam hanc Fauni late explicat & nos suis in locis, quibus opus est, dicemus. *Iuuenis Tyrynthius*] Hercules: à Tyrintho oppido, de quo suprà diximus. *Ibat fortè comes Omphale*] cui seruiebat. *Faunus*] ipse Pan *Vidit Vtrumque*] Herculem & Omphalen. *Ab excelso loco*] à G summo monte. Nam & in montibus Lydiæ versabatur, de quo multa dicuntur in Metamor.

Vidit, & incaluit: Montanáque numina, dixit,
Nil mihi vobiscum est, hic meus ardor erit.
Ibat odoratis humeros perfusa capillis
Mæonis, aurato conspicienda sinu.
Aurea pellebant tepidos vmbracula soles,
Quæ tamen Herculeæ sustinuère manus.
Iam Bacchi nemus, & Tmoli vineta tenebant:
Hesperus & fusco roscidus ibat equo.
Antra subit tophis laqueata, & pumice viuo:
Garrulus in primo limine riuus erat.
Dúmque parant epulas potandáque vina ministri,
Cultibus Alciden induit illa suis.
Dat tenues tunicas Getulo murice tinctas,
Dat tenuem zonam, qua modo cincta fuit,
Ventre minor zona est: tunicarum vincla relaxat,
Vt posset magnas exeruisse manus.
Fregerat armillas non illa ad brachia factas,
Scindebant magni vincula parua pedes.
Ipsa capit clauámque grauem, spoliúmque leonis,
Conditáque in pharetra tela minora sua.
Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno,

ANTON. *Montana numina*] Nymphas accipe, quas B Faunus persequitur, vt: Faune nympharum fugientum amator. Dicit autem Oreades, quę montium sunt, vt ipsum nomen ostendit. *Mæonis*] Lyda. Constat enim, Lydiam olim Mæoniam appellatam. Lege Strabonem. Hinc autor infrà Omphalem & Mæonida vocat, & Lydam: vt, Lumina posé Mæonis &, Ridet amatorem Lyda puella suum. *Vmbracula*] C Existimauerunt quidam (vt inquit Macrobius) hoc nomen Virgilio autore compositum, qui ait: Hinc candida populus antro Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites. Cùm & Varro Rerũ diuinarum lib. 10 dixerit nonnullis magistratibus in oppido id genus vmbraculi cõcessum Et Cicero in quinto de Legibus: Quæ restant, in illis aliorum vmbraculis persequamur De hoc veli genere ait D Martialis: Accipe quæ nimios vincant vmbracula soles, Sit licet & ventus, te tua vela tegent. Idem veli genus dicitur & vmbella, quod nomen ab vmbra deducitur. *Tmolo*.] Hic mons Lydiæ celeberrimus, etiam Timolus dicitur, vt: Timolus assurgit, quibus & rex ipse Phaneus. Vnde ait Plin. Lydia celebratur maximè Sardibus, in latere Tmoli montis, qui antè Timolus appellabatur, vitibus consitus. In huius cacomine 150 annis viuere homines, Mutianus autor est, vt idem Plinius refert De hoc monte Naso alibi: Aphrica qui or segetes, quot Tmolia terra racemos. *Fusco equo*] ob noctis aduentum. Hesperus, Vesper, Locifer, ac Venus, idem est, quamuis tempore distinguantur *Laqueata*] Metaphoricè: cùm nihil ibi artis esset, sed naturæ omnia. *Tunicarum vincla relaxat*] cùm tunicæ Omphales Herculis membra non caperent *Vincula parua*] calceos minores, quàm requirebat pedis Herculei magnitudo, de quo longè Aulus Gellius.

PAVLI E *Vidit*] Repetitio est verbi Nam & vidit, *Et incaluit*] id est, arsit amore illius Omphales *Et dixit, O numina montana*] hoc est, Oreades, quæ sunt deæ montium. Qui enim per montes vagabatur, montanas nymphas amabat. Sed visa Omphale, illas aspernatur Dixit, Montana numina: ô Oreades. *Nihil est mihi vobiscum*] quasi non amo vos. *Hic erit ardor meus*] Omphales scilicet. nam hanc ardeo. *Ibat Mæonis*] Omphale: à patria. Nam Lydia Mæonia dicta est: & inde Mæones populi, quos vocatos aliquando Maonas inquit Strabo. Maonas est apud Strabones omnes. Sed vel fuit librariorum, aut tradu- ctorum ignorantia. Non nostro sermone vtrunque Mæonas sonare debet. Nam est apud Eustathium nostrum, F dici μαίονες, id est, Mæones. Nam illud α vertitur in e longum à nostris. Aut μαίονες, per αι, quæ est diphthongus, & in æ diphthongum nostram vertitur. Et sic etiam ipso tono Mæonas dicimus, diphthongarè tamen. Ergo non Maonas, sed per æ Mæonas dicendum est. *Ergo ibat Mæonis*] Omphale Mæonia *Perfusa humeros*] habens humeros perfusos. *Capillis odoratis*] propter vnguenta scilicet, quorum vsus est Lydis. *Conspicienda*] digna conspici, vel conspicua. *Aurato sinu*] veste aurata, filo aureo contexta. Sinu hic pro veste, aut pallio: quod & superius ostendimus. *Aurea vmbracula*] hoc est, aurea velamina: vel auro contecta, vmbram facientia. *Pellebant soles tepidos*] hoc est, calores solis. *Quæ tamen*] H vmbracula. *Sustinuere manus Herculeæ*] manus Herculis. Nam ipse sua manu sustentabat. Velut nunc de more est, supra magnorum dominorum capita pallia ferre, quas Veneti vmbrellas vocant. melius vmbracula dicuntur. *Iam Hercules & Omphale tenebant*] occupabant pe- I dibus scilicet. *Nemus Bacchi*] Pro Bacchi nemore, cùm de Mæonia agat, regionem illam exustam vocatam, quæ & Mæonia dicta est, intelligere debemus. Nam vt Strabo & Eustathius asserunt, cinerulenta in superficie dicitur, & tota arboribus caret, præter vitem. Ergo cùm nullas habeat arbores nisi vites, quibus & optimis abundat, Bacchi nemus dicetur. quæ quidem vites exustum vinum ferunt, ita elegans, vt nulli cedat. Cuius exemplum ex Catania deprehendi potest: quæ quanquam cinere operta sit; optimum ta- K men & largum vinum gignit. Vnde perurbanè quidam Bacchum ignigenam dicunt. *Et Tmoli vineta*] Tmolus in Lydia fœlix (vt Strabo inquit) mons, qui in vertice speculam habet exedram albi lapidis, quam Persæ condiderunt. Imminet ipse mons Sardibus, quæ vrbs (vt Eustathius ait) regio est Lydorum. Ex Tmolo Pactolus fluit, harenas aureas habens. Et Tmolum vitibus consitum Plinius dixit. *Vineta ergò Tmoli*] Bacchi nemora intelligit. *Hesperus*] vesper. Et Virgil. Ite domum saturæ, venit hesperus, ite capellæ. Stella est serotina, quæ & manè Lucifer. *Roscidus*] humidus. & hoc à noctis humiditate. *Ibat equo fusco*] quia fusca est nox. Per hanc enim circumlocutionem principium noctis demonstrat. Vel equo fusco, per metaphoram: id est, cursu obscuro quia post solis occasum lucet. De Vespere, qui & Locifer, sæpe diximus. Sed Dio- L dorus Hesperum inquit Atlantis filium, iustitia ac humanitate insignem: qui cùm in Atlantis montis cacumine ad obseruandos astrorum cursus ascendisset subitò à ventis arreptus, nequaquam amplius visus est Ob eius virtutem, cuius miserata plebs, honores sibi præbens immortales, astrum cœleste lucidissimum eius nomine vocauit. & reliqua. Sed alij volunt, vt idem sit Hesperus & Vesper. *Antra subit tophis*] &c. Adueniente nocte non petunere palatia, sed antra non manu facta, sed natiua. *Subit*] Hercules ipse. *Antra*] cryptas. Græcè ἄντρα. *Laqueata*] non tamen arte, sed ipsa natura. *Tophis, & viuo pumice*] Sunt hæ lapidum species omnibus notæ. *Riuus garrulus*] ab aquarum murmure:

quasi strepidulus riuus. *a fluo*, quod est fluo. *In primo limine*] ante ingressum ipsius antri, vt augeret loci amœnitatem. *Dumque parant epulas*] &c. Dum parabãtur à ministris epulæ, quibus vescerentur, Omphale suis vestibus Herculem adornauit, ipsa verò Herculis arma & vestes accepit. & post epulas somno, diuersis tamen toris se dediderunt. *Et dum ministri* qui seruiebant. *Parant epulas & vina potanda. Illa*] Omphale scilicet *Induit* vestit. *Alciden*] Herculem ab Alceo Amphitryonis patre, vt alias diximus. Suis vestibus illa illum induit *Dat* Omphale scilicet Herculi. *Tunicas tenues* subtiles. *Tinctas Getulo murice*] quasi purpura ex Africa. Getuli enim Afri sunt. Et in Africa, in Getulo Oceani littore præcipuum purpurarum rotem Plinius esse testatur. De purpuris & muricibus superius diximus. *Dat zonam teretem*] cingulum rotundum Zona, ζώνη Græce dicitur, à ζωννύω, quod est cingo. *Qua fuit cincta modo*] ipsa Omphale. *Ventre minor zona*] &c. Hercules membrosior erat, & corpulentior ipsa Omphale ergo neque tunicæ, neque zona illi apta erat. *Zona*] Omphales. *Est minor ventre*] Herculis scilicet. *Et ipse Hercules relaxat*] aperit. *Vincla*] laqueos tuorcarum. *Vt posset exeruisse*] pro exercere, extrahere. *Magnas manus*] nam foramina non erant capacia *Fregerat armillas*] &c. Cùm vellet brachiis suis Hercules aptare armillas dominæ, fregit, similiter & calceos. De armillis superius diximus, ibi: Armillis capta Sabinis *Fregerat armillas*] brachiorum ornamenta. *Non factas ad illa brachia*] Herculea scilicet sed ad Omphales. *Magni pedes*] Herculei scilicet. *Scindebant vincula parua*] hoc est, calceos paruos. Nam his pedes vinciuntur, & magnitudine pedis Herculei scindebantur illi. *Ipsa* Omphale. *Capit clauam*] qua Hercules vtebatur. *Grauem*] ponderosam. *Et spolium leonis*. Hercules semper pro amictu leonis pelle vsus est. Spolium dixit, quia erat pellis leonis Nemei, quem Hercules interfecit. *Et capit tela minora*] quæ minora erant è telis Herculeis. *Condita in pharetra sua*] propria. Accipit e pharetra sagittas minores. *Sic*] hoc est, coornatu, seu mutato cultu. *Functi epulis*] quasi sic discubuere. *Sic* Repetitio est. *Sic* ornati mutatis vestibus. *Dant sua corpera somno*] tedunt se quieti.

Et positis iuxtà secubuere toris.
Causa, repertori vitis quia sacra parabant,
Quæ facerent purè, cùm foret orta dies.
Noctis erat medium (quid non amor improbus audet)
Roscida per tenebras Faunus ad antra venit.
Vtque videt comites somno vinóque grauatos,
Spem capit, in dominis esse soporis idem.
Intrat, & huc illuc temerarius errat adulter:
Et præfert cautas subsequitúrque manus.
Venerat ad strati captata cubilia lecti,
Et fœlix prima sorte futurus erat.
Vt tetigit fului setis hirsuta leonis
Vellera, pertimuit, sustinuítque manum.
Attonitúsque metu redijt: ceu sæpe viator
Turbatum viso rettulit angue pedem.
Inde tori, qui iunctus erat, velamina tangit
Mollia, mendaci decipitúrque nota.
Ascendit, spondaque sibi propiore recumbit:
Et tumidum cornu durius inguen erat.
Interea tunicas ora subduxit ab ima:
Horrebant densis aspera crura pilis.
Cætera tentantem cubito Tirynthius heros
Reppulit, è summo decidit ille toro,
Fit sonus, & comites inclamat, lumina poscit
Mæonis: illatis ignibus acta patent.
Ille gemit, lecto grauiter deiectus ab alto,
Membráque de dura vix sua tollit humo.
Ridet & Alcides, & qui videre iacentem:
Ridet amatorem Lyda puella suum.
Veste deus lusus fallentes lumina vestes
Non amat, & nudos ad sua sacra vocat.
Adde peregrinis causas mea Musa latinas,
Inque suo noster puluere curras equus.

ANTON. *Secubuere*] seorsum cubuerunt: quia postero die Baccho rem diuinã facturi sunt. Vnde illud est: Discedat ab aris, Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus. Decet enim ad sacra puros accedere: ac præcipuè Liberi, quæ ad purgationem animæ pertinebant. Licebat tamen diei natalis sacrificio voluptatibus operam dare, teste Seruio: cùm in aliis esset obseruatio castitatis. *Pertimuit*] existimans Herculem esse, cuius vestem tetigisset. *Ora subduxit ab ima*] à veste extremo. *Reppulit*] Duplicatur p versus gratia: quemadmodum & aliæ quædam literæ, vt quattuor, relligio, rettulit.

PAVL. *Et secubuere*] id est, seorsim cubuere, & diuisim. *Toris* lectis *Iuxtà*] id est, prope. *Positis*] quia propè erat alter alteri. *Causa, repertori vitis* &c. Secubabant hi, cùm essent manè Baccho sacrificaturi, quod per castitas maiore fieri solebat. Aiunt enim, Orpheum Orgia, id est, sacrificia Bacchi instituisse: à menstruosis solùm mulieribus, quando ab ipsarum cõmixtione viri abhorreant, celebrari, & hoc vt caste fierent. Sic ab his secubabatur, vt caste Baccho sacrificarent. *Causa*] est scilicet, quare se cubuere. *Quia parabant sacra repertori vitis*] parabant sacrificia Baccho. Nam eum vini veteres repertorem putauere *Quæ sacra* scilicet *Facerent purè*] hoc est, caste *Cum foret orta dies*] quamprimùm dies illuxisset, vel etiam ipso mane *Noctis erat medium*] &c Sopitis dominis & ser[uis], cùm esset media nox, Faunus illuc concessit. *Erat medium noctis*] quasi erat media nox. *Quid non audet amor improbus*] insanus: quasi insanus amator & est M[e]ton[y]miæ spe[ci]es. Et Virgil. Improbe amor, [quid] non mortal[ia] pe[c]tora cogis? Audet ergo omnia amato[r] insanus. *Faunus venit ad antra*] ad ea, in quibus illi recumbebant. *Roscida*] humida *Per tenebras*] per obscura: quia noctis tempor[e], cùm [i]am sibi traditam opportunitatem putaret *Vtque*] & vt Faunus ipse. *Videt comites*] famulos, qui eos comitabãtur. *Grauatos somno & vino*] alterum enim facit alterum. nam ex vino fit somnus. *Capit spem*] id est, sperat *Esse idem soporis in dominis* quasi in[ui]dem dormire dominos, vt famulos. putabat Herculẽ & Omphalen iam dormire *Intrat* ingreditur antrum *Adulter*] non qui erat, sed qui esse cupiebat. *Temerarius*] quia nimium audebat. & ideo temerarius, quasi imprudẽs & audax *Errat huc & illuc*] nã sine lumine incedebat. *Et præfert*] antefert. *Et subsequitur cautas manus*] Vt moris est per obscura incedẽtiũ, semper manus præferunt, ne crura aut vultũ infligãt. Et sic pręeuntes manus subsequuntur, quasi pòst sequitur. Ita nũc Faunus. *Venerat ad strati*] &c. Appulit primo cubili, in quo Omphale requiescebat. Sed quia illa amictu Herculis, hoc est, leonis pelle tecta erat, putans Herculẽ esse, cœpit pertimere, & susti[n]ere manus. *Venerat* ipse Faunus *Ad cubilia captata*] quæ captauerat. *Lecti strati*] instrati aut iacentis: quia ad Omphalæ l[ec]tum. *Et erat futurus fœlix prima sorte*] primo euentu, aut primo casu: quia venerat ad l[e]ctũ quem cupiuerat *Vt* po[st]quam. *Tetigit*] Faunus. *Vellera hirsuta setis*] quasi vellera setarum [hir]sutarũ. vel vellera hirsuta, qu[a]e [as]pera setis, id est, pilis. *Leonis fului*] rufi, qui propter [e]st leonis color. *Pertimuit*] quia putab[at] Herculem esse. *Et sustinuit manum*] quasi sursum tenuit [el]e[ua]u[it] manum, ne sentiret Hercules, cùm eum putaret esse. *Et attonitus*] quasi [c]ōcussus. *Metu*] timore. *Redijt* retrocessit Redijt hoc in loco illud re habet vltimam longam. Ratio, quia in compositis ab eo is, hæc tempora in terti[a] persona, cùm syncopantur, vt adijt pro adiuit, subijt [pro] s[u]b[i]uit, illam vltimam producunt. [E]t plerumque apu[d] Oui[d]. on[n]i[a] ap[u]t, nec legit idonea ciclo, &c. *Vt sæpe viator rettulit pedem*] retrocessit *Pedem turbatum*] id est, commotum. *Viso angue*] Naturale est. Sol[e]mus enim expau[es]c[er]e aut visum, aut calcatum anguẽ.

[illegible] & frigiditatem Iuuenalis. Palleat, vt nudis pres[illegible] calcibus anguem. *Viso angue*] viso serpente. *Inde tori*] [illegible] cessit e cubiculo Omphales, cùm ibi Herculem esse [illegible] & accessit ad Herculem, deceptusque est velaminibus puellæ, quibus ille tectus erat. *Inde*] postea. *Tangit mollia velamina*] mollia, quia non [illegible] leonis pellis, sed [illegible] vestis Omphales. *Tori*] lecti [illegible] herbis. *Qui erat proximus*] qui erat ibi contiguus. *Et decipitur mendaci nota*] id est, falso signo muliebrium ornamentorum. *Ascendit*] torum illum. *Et recumbit*] resupinat se, aut collocat se. *Sponda sibi propiore*] ea parte lecti, quæ sibi magis erat propinqua. Sponda enim pars lecti est. *Et inguen tumidum*] id est, penes inflatus & ar[illegible]us. *Erat durius cornu*] Dura sunt Fauni cornua, sed tunc durior erat penes. *Interea*] Faunus. *Subduxit*] quasi eleuauit. *Tunicas*] vestes. *Ab ima ora*] id est, ab extremitate inferiore vestium cœperat vestes eleuare. Ora enim extremitas interdum, seu margo est. *Horrebant crura asperta*] quasi horrida erant. *Densis pilis*] densitate pilorum. Non erant crura leuia, qualia ille sperauerat. *Cætera tentantem*] &c. Eleuauerat vestem. & cùm vellet se ad rem accingere, Herculis cubito excussus est. *Heros Tyrinthius*] Hercules. *Reppulit*] excussit cubito. *Tentantem*] Faunum molientem. *Cætera*] negocia. *Ille*] Faunus excussus. *Decidit è summo toro*] excussus ab Hercule decidit in humum. *Fit sonus*] strepitus ex eo Fauni casu. *Mæonis*] Omphale Mæonia. *Inclamat comites*] inclamare, est conuiciis & maledictis insectari. Ita illa in suos inclamabat. *Et poscit lumina*] lucem accensæ faces. *Acta*] quæ acta erant. *Patent*] fiunt manifesta. *Illata ignibus*] allato lumine. *Ille*] Faunus. *Decidit grauiter*] moleste, vel ponderose ab alto lecto. *Gemit*] suspirat, vel gemitus edit. *Et vix tollit*] pro attollit, hoc est, cum labore attollere poterat sua membra. *De dura humo*] tam grauiter ceciderat, vt vix assurgere posset. *Ridet & Alcides* &c. Faunus in eo casu omnibus risum excitauit. *Ridet*] casum Fauni. *Et Alcides*] Hercules. *Et qui*] cæteri. *Qui videre iacentem*] Faunum. *Lyda puella*] Omphale ex Lydia. Nam quæ Mæonia regio prius vocabatur, appellata Lydia, à Lydo Atyos filio. *Ridet amatorem suum*] ridet casum Fauni, qui eam amabat. *Veste deus lusus*] &c. Hæc igitur causa est, cur nudos ministros in sacris suis optet, quia vestes odit, quib. delusus est ipse Faunus. *Deus*] Faunus. *Lusus*] delusus. *Veste*] Omphales, quam cum Hercule mutauerat. *Non amat*] ergo odit. *Vestes fallentes*] quibus falluntur, decipiuntur. *Lumina*] oculi. *Et vocat nudos*] ministros scilicet, aut Lupercos. *Ad sua sacra*] vt sibi sacrificent. *Adde peregrinis causas*] &c. Hactenus poeta Lupercalium externas causas retulit, nunc latinam relaturus est. Hæc autem multiplex refertur. Ipse tamen hanc recenset. Romulum scilicet & Remum, dum Fauno sacrificarent, dum pararentur epulæ, nudos se cum comitibus ludos exercentes, vocatos ex alto à pastore monitósque prædones abigere armenta. Vnde vt erant sine vestibus, ipsis irruentibus, occursu Remi abacta armenta recuperata sunt. Vnde in rei memoriam institutum fuisse inquit, vt Luperci nudi currerent. Confirmat hoc. Nam idem fere dicere videtur interpres Virgilij in 8. Æneid. in eo versu: Hinc exultantes Salios, nudósque Lupercos. C. autem Acylius (vt Plutarchus refert) scripsit, Romulum, cùm ante conditam vrbem sua pecora perdidisset, Fauno supplicatum concessisse. Deinde nudum, ne sudore impediretur, eos saltus currendo lustrasse: & ideo ludicra hæc à nudis Lupercis celebrari. Refert & alteram ab hac Plutarchus sententiam. Bucæ cuiusdam in elegiis de Romanorum rerum inscriptionibus, Romulum, Amulio superato, cum Remo fratre præ lætitia ad locum vsque expositionis eorum, in quo lupa lac dedisset, cucurrisse. Quod vt posteritati commendaretur, eos ludos instituisse, ideóque nobiles adolescentes currere: ac obuios ferire eo pacto, vt referant Romulum & Remum strictis ensibus ex Alba cucurrisse: sanguinolentóque gladio faciem attingere, vt illius cædis posteris monumentum esset: & lacte in sanguinis abstersione vti, vt eorum diuinam educationem iudicarent. De hoc autem aliter Valerius Maximus sentit, ita inquit: Lupercalium mos à Romulo & Remo inchoatus est tunc, cùm lætitia exultantes, quòd his auus Numitor rex Albanorum, eo loco, vbi educati fuerant, vrbem condere permiserat, sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui, quem Euander Argis consecrauerat: facto sacrificio, cæsisque capris, epularum hilaritate, ac vino largiore pronecti, diuisa pastorali turba, cincti ouinis pellibus immolatarum hostiarum, iocantes petiuerunt: cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Hæc ille. Nos verò reliqua, quæ ad rem hanc faciebant, superius diximus. Nunc ergo inquit Poëta, Musæ opem ad id implorãs: *O mea Musa, adde Latinas causas peregrinis*] ô Calliope, add: huic rei causam latinam, cùm peregrinam & externam explicuerimus. *Currat noster equus*] Per translationem ab equo & campo: hoc est, nostrum ingenium. *In suo puluere*] in campo puluerulento: hoc est, in latina materia. Nam Latinus ipse Latina relaturus est, & Romanis potius quàm Græcis ascribere vult moris originem.

> *Cornipedi Fauno cæsa de more capella,*
> *Venit ad exiguas turba vocata dapes.*
> *Dúmque sacerdotes verubus transuta salignis*
> *Exta parant, medias sole tenente vias,*
> *Romulus & frater, pastoralisque iuuentus*
> *Solibus & campo corpora nuda dabant.*
> *Cæstibus, & iaculis, & missi pondere saxi*
> *Brachia per lusus experienda dabant.*
> *Pastor ab excelso: Per deuia rura iuuencos*
> *Romule, prædones, & Reme, dixit, agunt.*
> *Longum erat armari: diuersis exit vterque*
> *Partibus, occursu præda retenta Remi est.*
> *Vt rediit, verubus stridentia detrahit exta:*
> *Atque ait, Hæc certè non nisi victor edet.*
> *Dicta facit, Fabiique simul: venit irritus illuc*
> *Romulus, & mensas ossáque nuda videt.*
> *Risit, & indoluit Fabios potuisse Remúmque*
> *Vincere, Quintilios non potuisse suos.*
> *Fama manet facti, posito velamine currunt:*
> *Et memorem famam, qui bene gessit, habet.*

ANTON. *Cornipedi Fauno*] Faunus, siue Pan, in capræ desinit pedes. Vel terræ soliditas ostenditur: Faunum enim deũ esse terrenum atque infernũ volunt, vt diximus supra. Vel quia Pan [illegible] Sol est, vt quibusdam placet: cùm radios superne dimittit in terras, vel cùm se recolligit, in montibus visitur. Nouimus autem caprum, licet terrenum animal sit, semper tamen petere alta pascẽdo. Sane hæc latina causa nuditatis Lupercorum [illegible] tantùm explicatur. Sunt tamen & aliæ non externæ, quas lege apud Plutarchum. *Cæstibus*] Quartæ declinationis hoc nomen est, cum pugilum arma significat vt. Seu crudo fidit pugnã committere cæstu. Nam cæstus cæstu, Veneris baltheum significat. Horatius flagellum vocat vt S[illegible] [illegible]s Cloen fla[illegible] *Verubus stridentia detrahit exta*] Remus victor, qu[illegible] in [illegible] [illegible]ubantur, vt Quinti[illegible] [illegible]um, exta sem[illegible] [illegible]extraxit e [illegible] ubus: ne Romulus [illegible] Quinti[illegible], qui frustra prædo[illegible]es persequuti fuerant, iis re[illegible]tur [illegible] sed ipse cum Fabiis, qui [illegible] pra præda victo[illegible] [illegible] Vn[illegible]e quod tantum [illegible] eis licuisset, Licen[illegible]tes dictæ sunt. *Irritus*] nõ propter id quod sequitur. *Mensas ossáque nuda videt*] sed quia sine præda redierat, cui Remus occurrit. *Et memorem famam qui bene gessit, habet*] Nuditas Lupercorũ propagat famam rei à Remo bene ac fœliciter gestæ.

PAVL. *Cornipedi Fauno cæsa*] &c Cõuenit turba ad sacrificium Fauni, immolata capella, quã mactari in iisdem sacris mos fuit, licèt sint qui dicant, ad id sacrificij gen[illegible] Romanos canem mactare cõsuesse. De quo Plutarchus rationẽ refert: vel quòd Græci in piacularibus sacris canẽ mactare cõsueuerant: vel potius, vt Romulus nutrici lupæ gratias referret, quæ atrocissimos hostes canes habet: vel vt canis ad iracundiam succenditur, ita ad cursum Luperci succendetentur. Etenim 68. quoque Problem ita inquit Luperci sunt qui Lupercalibus per lasciuiam discurrentes obuios cæ[illegible]unt. An quòd genus quoddam lustrandæ ciuitatis est & quo mense illa fiunt, Februarius dicitur: & diem quo pellibus occurrentes verberant, Februarium & Februarium vocant quo verbo purgatio significatur.

Cane autem omnino (vt ita dicam) Græci vtebâtur. Et multi etiam nunc in purgationibus canem tegulant. Proserpinæ quoque catulos cum cæteris purgamentis efferunt, & eos qui capiandi sunt catulis, hoc piaculi genus Circumcatulationem appellantes. An quòd λύκος, lupus Latinè dicitur: λύκαια verò, Lupercalia. & lupo canis est hostis, & iccirco Lupercalibus cæditur. An quòd Lupercis canes oblatrantes molesti sunt. An quia Pani sacrificium fit. Pan autem propter greges amicus est cani. Inquit ergo: *Turba vocata*] vt Romulus, & Remus, & comites, & quæuis multitudo cum his. *Venit ad dapes exiguas*] non sumptuosas, sed modicas. *Cæsa capella*] mactata capella. *Fauno cornipedi*] habet enim caprinos pedes. & ideo cornipes. Et cornipedem dicimus equum: ita cætera huiusmodi vngulum aut pedum animalia. *Dumque*] & dum. *Sacerdotes*] qui sacrificio præerant. *Parant exta*] interiora Quid exta sint, superius diximus. *Transuta*] quasi traiecta. *Verubus salignis*] è salice factis *Sole tenente medias vias*] medium cursum: hoc est, in meridie. *Romulus & frater*] Remus. *Et iuuentus pastoralis*] quasi pastorum iuuenũ multitudo. Sequebatur enim eos pastorum turba. *Dabant nuda corpora* id est, denudabant corpora, vel exercenda præbebant corpora denudata. *Solibus*] solis caloribus. *Et campo*] Et Horatius in Carminibus suis, Patiens pulueris atque solis, dixit *Cæstibus & iaculis*] &c. Exercebant se cæstu, & iaculi & saxi iactu. *Dabant brachia exercenda*] quasi exercebant & exercebant brachia. *Per lusum*] non vt pugnarent, sed vt luderent, exercerentque se. *Cæstibus*] cæstuũ agitatione Est enim cæstus genus clauæ, pilas plumbeas corio appensas habens, quo Daretem & Entellum pugnasse legimus. *Et iaculis*] iaculorum iactu. *Et pondere saxi misso*] hoc est, ponderoso saxo emisso. *Pastor ab excelso*] &c. Inclamauit eos pastor quidam ex alto, monens, prædones iuuencos abigere. *Pastor*] quidam. *Ab excelso*] ab alta specula. *Dixit ô Romule & Reme, prædones agunt*] pro abigunt. *Iuuencos per rura deuia*] per rura, quæ deorsum à via sunt. Rura dicuntur (vt Varro inquit) quòd in agris quotannis rursum eadem facienda, vt sursus fructus capias. *Longum erat armari*] &c. Nudi, sicut erant, ne longa mora armandi noceret, hinc Romulus, inde Remus occurrit, prædamque ab hoste Remus eripuit. Longum erat armari: quasi longa mora fuisset, si se armare voluissent. *Vterque*] Romulus & Remus. *Exit diuersis partibus*] in diuersas partes: nam alter hinc, alter illinc. *Præda est recepta*] recuperata & seruata. *Occursu*] interuentu Remi. *Vt rediit*] &c. Reuersus cum victoria Remus, decocta exta accepit, dicens, non nisi victorem ex illis edere debere: itaque cum Fabiis comitibus suis fecit. Vt rediit, posteaquam recuperata præda Remus rediit. *Detrahit*] extrahit. *Exta*] interiora illa *Stridentia*] stridorem facientia & dum coquerentur, & dum extrahere tentur verubus. *Atque ait*] dixit. *Hæc*] exta scilicet. *Certè non edet*] comedet. *Nisi victor*] ille qui prædam ab hostibus eripuit. *Dicta facit*] &c. Facit Remus cum Fabiis, quod dixerat. Fabij enim erant Remi socij, & Quintilij erant Romuli. Erat enim ipsa multitudo diuisa in duas partes: altera Romulum, altera Remum sequebatur. Sed de hoc alias. *Facit*] Remus scilicet. *Dicta*] quæ dixerat. Et *Fabij simul*] nam simul edebant, sine Romulo, & Romuli sociis. *Romulus irritus*] Irrita dicimus tela, in ipso iactu deficientia, aut nihil proficientia. Ita & irritum Romulum, qui incassum accesserat, cùm nihil profecerit. *Venit illuc*] vbi Remus & Fabij erant. *Et videt mensas & ossa nuda*] quia iam carnem comederant. & ideo nuda ossa *Mensas*] Mensam escariam, Varro inquit, cibillam appellabãt: ea erat quadrata, vt etiam nunc in castris est, à cibo cibilla dicta, postea rotunda facta. Et quod à nobis media, & à Græcis μέσα, mensa dici potest: nisi etiam quòd ponebant pleraq; in cibo mesa. *Risit*] Romulus scilicet. *Et indoluit*] quasi ægrè tulit. *Potuisse vincere*] victoriam reportare, præda recuperata, Fabios & Remum. *Et non potuisse*] vincere scilicet. *Suos Quintilios*] comites suos. Non inuidebat fratris gloriæ, sed dolebat suos Quintilios non fuisse tanti, quanti fuerant Fabij. *Fama manet facti*] &c. Cùm retulerit hæc, incerto autore addit. *Fama manet facti*] quasi ita factum fuisse dicitur, superest fama. Deinde probat re ipsa, quòd sine vestibus currant in ipsis Lupercalibus. *Currunt posito velamine*] pro depositis vestibus, id est, nudi, vt cucurrerat aduersus prædones *Et qui bene gessit*] hoc est, Remus, qui prædam recepit. *Habet famam memorem*] quasi perpetuam: quia celebris fuit apud posteros.

> *Forsitan & quæras, cur sit locus ille Lupercal,*
> *Quaue locum tali nomine causa notet.*
> *Syluia Vestalis cælestia semina partu*
> *Ediderat, patruo regna tenente suo.*
> *Is iubet auferri paruos, & in amne necari.*
> *Quid facis? ex ipsis Romulus alter erit.*

ANTON. *Cur sit locus ille Lupercal*] De Lupercali diximus suprà. Id quoniam à plerisque sic dictum existimatur, quòd ibi Romulum ac Remum expositos lupa nutrierit, narrat Rheam Syluiam, siue Iliam Numitoris filiam, quam Amulius pulso fratre Vestalem virginem legit, à Marte compressam geminos peperisse: quibus iussu Amulij in profluentem aquam missis, superueniens lupa mitissima mammas præbuit, lingua pueros lambens, & ob eam causam locum Lupercal nominatum. De huius lupæ miraculo lege Liuium ac Dionysium. *Patruo regna tenente suo*] Proca rex Albanorum Numitorem & Amulium filios procreauit, legauitque regnum Numitori, qui erat natu maior. Sed plus potuit vis, quàm Procæ voluntas, aut ætatis verecundia, vt ait Liuius Amulius enim fratre pulso, regnum occupauit. *Is iubet auferri*] &c. Amulius addidit sceleri scelus: interemit enim stirpem virilem fratris ac Rheæ Syluiæ, cùm per speciem honoris eam Vestalem Virginem legisset, ademit spem partus. Sed sacerdos (vt aiunt) à Marte compressa, cùm geminos edidisset, vincta in custodiam data est: quam alij interemptam, alij seruatã dicunt Infantes verò iussu Amulij expositi sunt in alluuia fluminis Tyberini.

PAVL. *Forsitan & quæras*] &c. Locus in quo Fauni sacra fiunt, Lupercal dicitur. Causam cur ita appellent, Poëta explicat, & primò his duobus versibus quæstionem mouet. *Forsitan*] fortè. *Et quæras cur ille locus*] in quo scilicet fiunt Lupercalia. *Sit Lupercal*] Sed quia obscurè dixerat, apertius declarat. *Quaue*] vel quæ. *Causa notet locum tali nomine*] cur ita appelletur locus ille *Syluia Vestalis*] &c. Historiam aggreditur ortus & expositionis Romuli & Remi. Nam vbi expositis lupa lac tribuit, locus ille Lupercal dictus est. Sed de horum ortu latius in principio tertij libri referemus. *Syluia*] quæ & Rhea, & Ilia dicta est, grauida vbi gemellos pueros edidit, sententiam Amulius tulit, censente etiam (vt is poscebat) ciuium consensu, lege vetendum esse iubente, quæ corpus polluisset, virgis cæsam mori: quod autem natum esset, in profluentem deijci: vnde alij occatam illam dicere, alij seruatam, supplicante Amulij filia pro consobrinæ suæ salute. Sed infantes ipsos, Amulio iubẽte, vt autoritate Fabij Pictoris, quem Cyothius, & Cato, & Piso, & alij multi sequuti sunt, Dionysius refert, in alueo iacentes, à famulis quibusdam exportatos esse constat, in flumium iaciendos, quindecim fermè millibus passuum ab Alba distantem. Hi, cùm inundasset fluuius, & vlterius progredi non possent, vbi prima inundatio ex cursu facta est, super aquam ipsam alueum exponunt. Is parumper innatauit, & illisus lapidi infantes eiicit, qui vagientes per lacunam voluebantur. Lupa autem quædam apparens, paulo antè fœta, turgentibus lacte vberibus, mammas subinittebat ad ora puerorum, lingua lutum abstergens, quo pleni erant. Interim pastores adueniunt, vnus lupam prospicit: miraculo stupefactus cæteros rem inspecturos vocat: qui rem diuinam videre se rati, propius accedebãt, terrentes clamore belluam Illa velut mansueta, ab infantibus sensim depulsa, abiit in proximam syluã, vbi erat petra caua, fontes aperiens, & saltus Panos dicebatur: eratq; ibidem dei ara. Antrum verò, vnde fons emanabat, coniunctum Pallantis ędificiis ostendebatur, secundam viam qua itur ad Hippodromum: templúmque erat ei proximum, cum huius imagine in quo lupæ duobus pueris vbera præbentis, antiquæ operæ ærea simulacra. Sed vbi abscessit fera, infantes ipsos pastores, vt educarentur, tanquam dei essent, studium adhibentes suscepere. Cõcessi tamen sunt Faustulo subulcorum regiorum magistro petenti, quod latius sequenti libro referemus. Locum ergo hunc ex re Poëta Lupercal appellatum inquit. Ac ne cui mirum esse videatur, Romulum lupa educatum, fatale quidem hoc fuit: vt multi qui essent magna imperia cõstituti, difficile ortum haberẽt, & summo cum discrimine educarẽtur. Vt de Cyro legimus, quem Astyages auus maternus, quia per quietem viderat ariolorũ interpretatione, nepotem ei futurũ, cuius magnitudo prænunciaretur, & ipsius Astyagis regni amissionem portendi, exponi iussit, cui in syluis vbera canis subministrauit: sed susceptus à pastore pro pastoris filio educatus.

A Quid quod de Habide legimus, Gorgonidis vetuſtiſſimi Hiſpanorum regis ea ſtupro filiæ nepote pudore flagitij exponi iuſſus eſt. Poſt dies aliquot inuentus eſt, ferarum lacte nutritus. Relatus in tramite anguſto, per quem armenta commeare cōſueuerant, proiectus inuiolatus mãſit, nec eguit alimentis, obiectus ieiunis canibus & ſuibus, & earum vberibus educatus eſt. Ad vltimum hunc Gorgoris in Oceanum abijci iuſſit: ſed manifeſto quodam numine inter furentes æſtus leui ſalo in littore expoſitur: nec multo pôſt cerua ei adfuit, quæ vbera paruulo offerret. Denique vt regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, vt non fruſtrà deorum maieſtate tot periculis liberat⁹ videretur. Moſes quoque paruulus ab Ægyptus in Nilum deiectus, hic etiam Dei munere ſeruatus eſt. Multi præterea iiſdem diſcriminibus ſeruati, ad ſummã imperij maieſtatem euaſere. Vt verum illud Senecæ ſit: Semperque magno cõſtitit naſci deum. Sed ad rem redeam. *Sylueа*
B *Veſtalis*] Veſtæ ſacerdos, Numitoris filia. *Ediderat*) pepererat, enixa erat partu. *Semina cæleſtia*] gemellos pueros ſemine cœleſtis dei, hoc eſt, Martis, genitos. *Tenente regna*] regnante in Alba, vel regna occupãte. *Suo patruo*] Amulio, qui Numitorem fratrem regno fraudarat. Albanum regnum poſt multos reges Amulio & Numitori fratribus per ſucceſſionis ordinem deuenit. Amulius (vt Plutarchus refert) res Albanas bifariam diuiſit, in regnum ſcilicet, & quod ex Troia maiores theſaurum deuexerant: vt vtram partem velit, alter deligeret. Numitor regnum elegit. Amulius ob auri magnitudinem factus potentior, fratrem adortus, ſedem regiam facile occupauit. Regna ergo tenente ſuo patruo Amulio. Nam illa Numitoris erat filia, quam Amulius, ne ex ea liberi procrearentur, Veſtæ ſacerdotem deuouit, vt omnem pariundi ſpem adimeret perpetua virginitatis obſeruantia. De hoc Syluiæ partu & caſu aliàs in Natali vrbis à nobis dictum eſt: Syluia fit genitrix, heu prolem enixa gemellam, Et virgis tædi virgo miſeranda iubetur. Defodiérque ſolo: pœna G hæc Veſtalibus ipſis, Quæ vetitum patiantur opus. lacrymabilis Antho Ante patrem ſupplex tumidum procumbit, & orat, Orat opem miſeræ: & precibus ſeruata ſororis Dicitur. at geminos deferri ad Tybridis amnem, Immergique iubet fluuio. mandata miniſtri Inuiti peragunt. tãtum ſcelus vnda refugit, Et pueri in ſicca miſeri verſantur arena. cætera paulo pôſt. *Is*] Amulius ſcilicet, Iliæ patruus. *Iubet auferri*] aſportari. *Paruos*] infantes Romulum & Remum. *Et necare in amne*] quaſi necandos in profluentem deiici. *Quid facis*] Conuerſio ſermonis ad Amulium. Et poteſt eſſe hoc cum miſeratione dictum, & etiam ironicè, cùm nihil proficeret. Quid facis, cur hoc iubes. Vel quid facis: quaſi dicat, nihil. *Alter ex iſtis*] pueris. *Erat Romulus*. quaſi dicat: Erat ille, qui conditurus erat vrbem toti orbi dominaturam: vel erat ille, qui iniuriam hanc vlciſceretur, & teipſum trucidabit, & omne tuum genus extinguet. H

> *Iuſſa recuſantes peragunt lacrymoſa miniſtri:*
> *Flent tamen, & geminos in loca iuſſa ferunt.*
> *Albula, quem Tyberim merſus Tyberinus in vndis*
> *Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis.*
> *Hîc vbi nunc fora ſunt, lintres errare videres,*
> *Quáque iacent valles maxime circe tua.*
> *Huc vbi venerunt (neque enim procedere poſſunt*
> *Longius) ex illis vnus & alter ait:*
> *Ah quàm ſunt ſimiles, ah quàm formoſus vterque eſt:*
> *Plus tamen ex iſtis iſte vigoris habet.*
> *Si genus arguitur vultu, niſi fallit imago,*
> *Neſcio quem è vobis ſuſpicior eſſe deum.*
> *At ſi quis veſtra deus eſſet originis autor,*
> *In tam præcipiti tempore ferret opem.*

ANTON. *Iuſſa recuſantes*] animo: cùm re non auderent, crudeliſſimum tyrannum formidantes. *Albula quem Tyberim*] &c. Tyberis, teſte Plinio, antè Thybris appellatus eſt, & prius Al-
C bula, ab albo aquæ colore, vt ait Feſtus: quamuis cum Horatius flauum dicat, vt: Vidimus flauum Tyberim retortis Littore Hetruſco violenter vndis. Similiter & Virgil. vt: Vorticibus rapidis, & multa flauus harena. Sed & Varro: Tyberini, inquit, ſunt, qui Albulam vocitatum literis tradiderunt. Quod nomen amiſſum eſt, vt ait Virgil. vt: A quo pôſt Itali fluuium
D cognomine Thybrim Diximus, amiſit verum vetus Albula nomen. Hic fluuius (vt inquit Strabo) per Hetruriam excurrit. deinceps autem ipſam diſterminans, primùm quidé ab ea diuidit Vmbriam, poſtea verò Sabinos & Latinos. Dicitur autem Thybris, & Tyberis, & Tyberinus: de quorũ nominum deductione varia leguntur. Vide Seruium, Feſtum, Liuium, ac Varronem: quorum vltimus Tyberim inquit à Tyberino rege Latinorum dictum, quòd ibi interierit. *Hic vbi nunc fora ſunt*) &c. Plutarchus in Romulo inter Palatinum Capitolinúmque colles aliquando paludem fuiſſe oſtendit, haud longe ab ea parte, quam forũ vocant. Solinus quoque Pallanteum, inquit, oppidum in Palatio aliquandiu Aborigenes habitauerant, propter incommodum vicinæ paludis, quam præterfluens Thybris fecerat. Hinc illud eſt Pro-
E pertij: Romanum ſatis eſt poſſe videre forum. Hâc quondã Tyberinus iter faciebat. & aiunt, Remorum auditos per vada pulſa ſonos. Poſſumus igitur per fora, vel Romanum forum accipere, vt ſit pluralis numerus pro ſingulari: vel cum eo boarium & piſcarium. *Lintres errare videres*] Maiores noſtri vtebantur non ſolùm fluuialibus ſcaphis compactis, ſed cauatis arbore lintribus, id eſt, monoxylis. Vnde ait Virg. Cauat arbore lintres. *Maxime circe*] De hoc Seruius: Ficus, inquit, Ruminalis fuit, vbi nunc eſt Lupercal in circo. Hac enim labebatur Tyberis, antequam Neptuno factis ſacrificijs auerteretur. Fluxit & idem fluuius per velabrum. vnde Aduerſus dicitur ab Agrippa, teſte Porphyrione. Ouidius in ſexto huius operis libro, paludoſi fori ac velabri meminit, his verbis: Hîc vbi nunc fora ſunt, vdæ tremuere paludes,
F Amne redundãti foſſa madebat aqua. Qua velabra ſolent in circum ducere põpã, Nil præter ſalices craſſáque canna fuit. Sané circi maximi veſtigia hodie inter Palatinum montẽ & Auentinum conſpiciuntur: cui Tarquinio Priſco regnante, locus deſignatus eſt, teſte Liuio. Poſtea verò (vt ſcribit Plinius) extructus eſt à Cæſare dictatore, longitudine ſtadiorum trium, latitudine vnius: ſed cum ædificijs, iugerum quaternum, ad ſedem ducentorum quadraginta milliũ. Sed de hoc aliàs. Varro trium circorum vrbis meminit, maximi, intimi, ac flaminij. Sed fuit & Neronis circus in Vaticano. *Huc vbi venerunt*] &c. Liuius: Diuinitus ſuper ripas Tyberis eff uſus lenibus ſtagnis nec adiri vſquã ad iuſti curſum poterat amnis: & poſſe quamuis languida mergi aqua infantes, ſpẽ ferẽtibus dabat. *Plus tamen ex iſtis iſte vigorũ habet*) Romulum dicit, cuius diuina penè indoles in infãtia nõ latebat, K

PAVL. *Iuſſa recuſantes peragunt*) &c. Exhorrentes quibus id negocij mandatũ erat, tantum ſceleris, inniti, quod iuſſum erat, non ſine lacrymis exequuntur, deferúntque illos quò Amulius iuſſerat. *Miniſtri recuſantes*] quaſi recuſare volentes, vel inuiti. *Peragunt*] perficiunt. *Iuſſa*] quæ dominus iuſſerat. *Lacrymoſa*] pro quibus lacrymandum eſſet. vel iuſſa lacrymoſa, lacrymas ab illis quibus id iuſſum erat, elicientia. *Flent tamen*] Flere etiam magis eſt quàm lacrymari. *Et ferunt geminos*] gemellos, Romulum & Remum. *In loca iuſſa*] ad profluentem. *Albula quem Tyberim*] &c. Inundauerat Tybris, vt vidimus hoc quoque tempore bis, maximè ſeptimo idus Ianuarias, anno Salutis 1482. dum hæc profitebamur, cùm Tybris omnes ripas excederet. Ita & tunc auctus imbribus ſupra ripas eruperat. Inquit ergo: *Albula*] fluuius, ita ab aquæ colore appellatus. Sed cùm in eo merſus eſſet Tyberinus, qui Calpeto Albanorum regi ſucceſſit, Tyberis appellari cœpit. & ideo hic: *Quem fluuius Tyberinus*) de quo agetur in quarto libro. *Merſus in vndis reddidit Tyberim*] Nã ex eo Tybris, ſeu Tyberis appellatus eſt. Nec diſſentit Varro. nam poſt multa de hoc inquit: Sunt qui Tyberim priſcum nomen Latinum, Albulam vocitatum literis tradiderunt, poſterius propter Tyberinum regem Latinorum mutatum, quòd ibi interierit. Sed de hoc aliàs dabitur diſputandi locus. *Tumebat aquis hybernis*] hyemalibus. Non enim erat hyemale tempus, ſed autumnale. Nam vt Tarutius L mathematicus collegit, tempora referente Plutarcho, primam Romuli in matre conceptionem anno tertio ſecundæ Olympiadis aſſeruit extitiſſe, menſe quem Romani Decembrem vocant, natum verò menſe Septembri. Ergo non hyemale tempus. Sed ſi quis diceret fortè, quòd longè poſt ortum fuerint expoſiti, errant: nam hic paulo pôſt de Ilia, Quæ facta eſt vno mater & orba die. Aquis ergo hybernis, ad pluuias & imbres reſpexit, quibus auctus erat Tybris, magis quàm ſi hyemale tempus fuiſſet.

Hic vbi nunc fora ſunt] &c. Ita inundauerat Tybris, vt æquos circa ſe campos occuparet. nam per loca,

A vbi postea fora constituta fuere, & per circum maximum nauiculis iretur. *Videres*] videre potuisses. *Errare lintres*] nauiculas. Sed propriè lintres naues sunt fluuiales. *Hac*] quasi per hæc loca. *Vbi nunc sunt fora*] hoc est, forum Romanum, & forum boarium, & piscarium, de quibus superiore libro diximus. *Quaque*] & ea parte qua. *Iacent ima valles à circo maximo*] Circus maximus dictus est (vt Varroni placet) quòd circum spectaculis ædificatis, ibi ludi fiunt: & quòd ibi circum metas fertur pompa, & equi currũt. Sed eo tempore non extructus erat, vt circi locum ostenderet Liuius, quem postea locum designatum à Tarquinio Prisco Liuius refert. Circique tres à Varrone referuntur, maximus, intimus, flaminius. Fuit & postea Neronis circus in Vaticano. *Vbi*] postquam. *Venerunt*] ipsi qui eos deferebant famuli. *Huc*] ad loca ipsa. *Neque enim*] certè. *Possunt procedere*] progredi. *Longius*] propter aquas ipsas. *Ex illis*] mi-B nistris. *Vnus & alter ait*] quasi & alter & alter ita loquuti sunt. *Ah*] Dolentis est. *Quàm sunt similes*] quis erat similis vtrique forma. *Ah quam*] quantum. *Vterque est formosus*] pulcher. *Tamen ille ex illis*] alter ex duobus. *Habet plus vigoris*] Vt alluderet Romulo, qui & membris, & viuacitate, aut ipso vigore erat superior Remo. *Si genus arguitur*] &c. Vertens deinde se ad pueros, commotus Romuli Indole, diuinam stirpem esse suspicari fatetur. Etsi Poëta non refert, mouebatur tamen hic in ipsa indolis contemplatione, contemptione Numitoris cum Amulio, asserentis filiæ deum violentiam intulisse, geminósque parituram: & vbi peperit gemellos: tum maximè instãtis ex deo concepisse. Hic ergo ex hoc motus inquit: *Si genus*] si nobilitas, aut si genus, vnde origo trahitur. *Arguitur*] ostenditur. *Vultu*] ipsa facie. *Nisi imago fallat*] nisi me decipiat ipsa forma, aut ipsa effigies. *Nescio quem è vobis suspicor*] G reor. *Esse deum*] dei filium. Vti sæpe regem regis filium dicimus. Videtur dubitare, cùm dicat, Nescio quem. & hoc quia dixerat, Ah, quàm sunt similes. *At si quis vestra*] &c. Diuinam stirpem esse suspicatur: sed in hoc dubitat. nam si cuiuspiam dei filij essent, succurreret in eo statu pater. *At si quis*] si aliquis deus. *Esset autor vestræ originis*] esset vobis genitor. *Ferret opem*] auxilium. *In tempore tam præcipiti*] tam repentino. Et ex hoc materiam mouet, quòd nihil his superfit temporis. *Ferret opem*] Iocunda est hæc repetitio, Ferret opem: & habet admirabilem quendam affectum. Mouétque hic commiserationem à puerorum matre, quæ neq; sibi ipsi, neque pueris succurrere poterat. Augétque commiserationem, quòd vno eodémque die, quo mater facta est, filiorum interitu mater esse desiit.

Ferret opem certè, si non ope mater egeret,
Quæ facta est vno mater & orba die.
Nata simul, moritura simul, simul ite sub vndas
Corpora. desierat, deposuitque sinu.
Vagierant ambo pariter, sensisse putares:
Hi redeunt vdis in sua tecta genis.
Sustinet impositos summa cauus alueus vnda.
Ah quantum fati parua tabella tulit.
Alueus in limo syluis appulsus opacis
Paulatim fluuio deficiente sedet.
Arbor erat, remanent vestigia: quaque vocatur
Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.

ANTON. *Si non ope mater egeret*] quia Rheam Syluiã vinctam Amulius iusserat custodiri. Nam fuisse interfectam, Ouidius sentire non videtur. *Quæ facta est vno mater & orba die*] quæ quo C die peperit, amisit & filios. *Depositque sinu*] deposuit infantes, sed cũ alueo. Liuius: Tenet fama, cùm fluitantem alueum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, lupã sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse. Vocat autem alueum cunas. Lege Dionysium, nobis placet Liuium sequi. *Arbor erat*] &c. Ruminalem ficum, ad quam eiecti sunt Remus & Romulus, Romularem quoque vocatam esse, autor est Liuius, qui ait: In proxima alluuie, vbi nunc ficus Ruminalis est, quam Ro-D mularem vocatam ferunt, pueros exponunt. Sed quoniam poëtæ non solùm mutare, verùm etiam mutilare vocabula consueuerunt, autore Seruio, & Ruminalis Rumina, & Romularis Romula hoc loco dicitur. Hæc arbor (vt eidem placet) Ruminalis à rumone appellata est, id est, Tyberi: sic dicto, quòd ripas rumiget & excedat. qui in sacris etiam à secando Seca dicebatur: & in aliqua vrbis parte Terens, eo quòd ripas terat. Alij (vt idem Seruius docet) Ruminalẽ quasi Romularem dictam existimãt. Alij, inter quos Festus, Varro, & Plinius, sic dictam putant, quòd sub ea lupa Romulo & Remo mãmam dederit, quæ antiquo vocabulo rumis dicebatur, siue Ruma, vt Nonio placet. Vnde rustici agnos hædósve lactentes, quoniam adhuc sub mammis haberentur, subrumos appellabant. Sunt & qui à ruminationibus armẽtorum, quæ eò in vmbram cogebantur, eam arborem rumi-E nalem dictam crediderũt, vt scribit Plutarchus. Verbum autem ruminare deductum est (autore Seruio) à ruma eminẽte gutturis parte, per quam admissus cibus à certis animalibus reuocatur: vel à rumine, loca in ventre (vt Nonio placet) quo cibus sumitur, & vnde redditur. De quo ait Pomponius (vt idem inquit) in prostibolo: Ego rumorem paruifacio, dum sit rumen, qui impleam. Cæterùm Festus rumen inquit esse colli partem, qua esca deuoratur. Vnde ruminari dicebatur, quod nunc dicimus ruminare. Legimus apud Plutarchum, deam quandam, quæ educationi infantium præesse putabatur, maiores nostros Romiliam appellasse: apud cuius sacellum Varro inquit satam à pastoribus ficum, vbi rem diuinam lacte pro lactentibus faciebãt. Sunt & qui deam eandem altricem puerorũ Ruminã vocent, cuius sacris vinum F non adhibebant, cum sit infantibus noxium: sed ei sacrificãtes hostias lacte aspergere cõsueuerunt. Non omittendũ hoc loco, quod ait Plinius, coli ficum arborẽ, in foro ac comitio Romæ natã, sacram fulguribus ibi conditis, magisq; ob memoriam eius quæ Romuli ac Remi nutrix fuit, miraculo ex ære iuxta dicato, tanquam in comitium spontè transisset. De Ruminali ficu Cornelius Tacitus: Eodẽ, inquit, anno Ruminalem arborem in comitio: quæ super octingentos & quadraginta annos Remi Romulíq; infantiam texerat, mortuis ramalibus, & arescente diminutam prodigij loco, donec in nouos fœtus reuiuisceret. Hæc arbor arescens infœlicia, virescens Romano imperio fœlicia H portendere putabatur, cuius vestigia imperante Augusto apparebant, vt I Naso testatur hoc loco.

PAVL. *Ferret certè opem*] auxilium. *Mater*] illa. *Si nõ egeret ope*] Egebat quidem: nam in eã animaduerterat Amulius. *Quæ facta est mater*] quia peperit filios. *Et orba*] quia interrupti filij. *Vno die*] eodem die. Orba (vt Pompeius inquit) significat apud Poëtas priuatam aliqua persona chara. Et orba est, quæ patrem, aut matrem, aut filios, quasi lumen amisit. *Nata simul*] &c. Et ex hoc cõmiserationem mouet, quòd plures in eandem perniciem trahebãtur. nam ambo & simul nati, simul erant morituri. *Nata simul corpora*] ò gemelli, qui simul nati estis. *Moritura simul*] quia simul ad interitum damnati. *Ite simul sub vndas*] quasi simul immergamini. Et his dictis, vbi inundatio tacta est, cùm longius progredi non possent, non iecit: sed cum eo alueo, in quo erant K super aquas leuiter posuit. *Desierat*] loqui scilicet. *Et deposuit sinu* à pectore super aquas pueros cum alueo, in quo eos tulerant. *Vagierant ambo pariter*] &c. Depositi infantes cum cuna in aquis, vagitum dedere ambo, ita vt sentire viderentur quod & illi dixerant, & se in fluuio esse super alueo. Et in Natali vrbis: Quid nisi pro miseris poterant vagire querelis ministrique ipsi fatum infantium puerorum lacrymãtes redière. *Ambo*] infantes scilicet, Romulus & Remus. *Pariter vagierant*] quia simul vagitum dederunt. Vagire propriè puerorum est. *Putares*] putare posses. *Sensisse*] quid scilicet ageretur. Simile illud est in Heroidibus, de Canacis filio exponi iusso: Vagitus dedit ille miser, sensisse putares. *Hi*] famuli scilicet. *Redeunt in sua tecta*] in Albam. *Vdis genis*] madidis, seu perfusis lacrymis, ob casum puerorum. *Sustinet impositos*] &c. Alueus ille cum pueris (vt paulo su- L perius diximus) paruìsper innatauit. Ideo hic: *Cauus alueus*] Diffinitio est cunæ. Alueum dicimus fossam, per quam flumina defluunt. Ita & eadem forma cauum ligneum, vt cuna est, alueum dicere possumus. *Sustinet*] non deiicit, sed sursum tenet. *Impositos*] pueros scilicet. *Summa vnda*] super summam vndam. *Heu quantum fati*] &c. Hac exclamatione materiam mouet Poëta, ob discrimen, in quo fuerat omnis res Romana. Nam qui Romam conditurus erat, toti orbi dominaturam, parua tabella super aquis iacebat. Heu quantum fati, quantum fatalis potentiæ. *Tulit parua tabella*] alueus ipse. *Alueus in limo*] &c. Diximus autore Dionysiõ, alueum hunc lapidi illisum pueros eiecisse. Poëta verò inquit, alueum, vbi defecit flumen, in limo sedisse. *Alueus*] ipsa cuna cum pueris;

Appulsum syluis opacis] quia appulerat illuc ad opacas syluas, quæ tunc erant circa Pallantium. *Desistente paulatim flumine*] fluminis inundatione. *Sedet*] residet. *In limo*] in limosa terra. *Arbor erat*] &c. Plutarchus locum, vbi hi cum alueo constiterint, Germanum à posteris vocatum ait: cùm maiores Germanos dicerent, quos fratres appellamus. Et subdit: Caprificum quoddam, quæ eo fortè loco coaluerat, à Romulo ipso (vt opinantur plurimi) Ruminalem vocant: vel quòd ibi prostrata pecora sub vmbra ruminare consueuerunt, vel potius propter puerorum lactationem. nam mammas veteres rumas appellabant. Meminit & Ruminalis ficus Liuius, dicens: Vbi nunc ficus Ruminalis est, Romularem vocatam ferunt, pueros exponunt. De qua Plinius ita inquit: Colitur ficus arbor, in foro ipso ac comitio Romæ nata, sacra fulguribus ibi conditis, magisq; ob memoriam eius, quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellatur quoniam sub ea inuenta est lupa, infantibus præbens rumē, ita vocabant mammam, miraculo ex ære iuxta dicato, tanquam in comitium sponte transisset, adacto auigio illico arescit, rursúsque cura sacerdotum seritur. & reliqua. Varro Germalum ait, à Germanis Romulo & Remo. Quod ad ficū Ruminalem, & Pompeius de hac: Ruminalis, ait, ficus dicta est, quòd sub ea arbore lupa mammam dederit Romulo & Remo. Mamma autem rumis dicitur. Vnde & Rustici appellant hœdos subrumos, qui adhuc sub mammis habentur. Et rumen est pars colli, qua esca deuoratur: vnde rumare dicebatur, quod nunc ruminare. A rumine ergo Ruminalis ficus dicta est, quæ arescens magno erat ostento, virescens incolume imperium significabat: sed cùm penitus aruit, penitus Romanorum omnē corruit imperium. *Arbor erat, remanēt vestigia*] quia adhuc eius tempore truncus apparebat, nondum penitus aruerat. *Quæque*] & quæ. *Vocatur nunc ficus Romula*] ab ipso Romulo. *Erat*] olim scilicet. *Ficus Rumula*] quasi Ruminalis, à rumine. Sub hac illi arbore expositi fuere. Inde & Rumina dea dicta est: cui cùm rem diuinam faciebant, hostiis lac spargebant, & libabant: vinum autem non adhibebant. De quo Plutarchus ait 57. Problemate: An quòd Latini rumam mammam nominant, & ficum Ruminalem ideo factam ferunt, quòd ibi lupa mām am Romulo præbuit. Quemadmodū eas igitur, quę pueros alunt, à mamma dicimus θηλάς. sic Rumina nutrix quædā, & puerorum altrix, merū infantibus præcipuè noxiū prorsus nō recepit.

Venit ad expositos, mirum, lupa fœta gemellos.
Quis credat pueris non nocuisse feram?
Nō nocuisse parū est. prodest quoque: quos lupa nutrit,
Perdere cognatæ sustinuere manus.
Constitit, & cauda teneris blanditur alumnis,
Et lingit lingua corpora bina sua.
Marte satos scires, timor abfuit, vbera sugunt,
Nec sibi promissi lactis aluntur ope.
Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal.
Magna dati nutrix præmia lactis habet.
Quis vetat Arcadio dictos à monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.
Nupta quid expectas? non tu pollentibus herbis,
Nec prece, nec magico carmine mater eris.
Excipe fœcundæ patienter verbera dextræ.
Iam socer optatum nomen habebit aui.
Nam fuit illa dies, dura cùm sorte maritæ
Reddebant vteri pignora rara sui.
Quid mihi, clamabat, prodest rapuisse Sabinas,
Romulus? hoc illo sceptra tenente fuit.

ANTON. *Venit ad expositos*] Locum, vbi Romulus ac Remus expositi sunt, Germanū vocarunt, teste Plutarcho: cui antea Germano nomen fuerat, quòd Germanos fratres vocemus. *Cognatæ manus*] Amulij. Cognati sunt, qui commune nascendi initium habuerunt. *Marte satos scires*] quibus nihil timentibus lupa fertur vbera præbuisse. Sed & adfuisse Picus dicitur, nutritor & custos. Hæc autem animalia putantur Marti sacra. *Nec sibi promissi lactis aluntur ope*] nutriuntur lacte, quod natura feris, non infantibus, siue hominibus promittit. Sed & Cyro exposito canis dicitur vbera præbuisse, & alijs ad summa natis imperia similia in infantibus contigerunt. *Quis vetat Arcadio*] &c. Lycæum dicit, vbi Fauni templum fuit, cui Lycæa celebrabant, quæ nos dicimus Lupercalia. *Nupta quid expectas*] &c. Exhortatur nuptas, vt excipiant verbera Lupercorū, si matres fieri cupiunt, ac deposita sterilitate concipere, cùm ea maiorem vim habeant herbis, magicisve carminibus, ad fœcunditatem faciendam: quod eo tēpore cognitum est, quo Romanæ mulieres, quas sub Romulo sterilitas inuaserat, corio secto percussio receperunt pariendi facultatem. *Pollentibus herbis*] Herbarum multæ fœcunditatem faciūt, quarum moly laudatissima est, teste Homero: cuius inuentio Mercurio assignatur. Vnde illud est ridiculum: Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit, Quem cur moly vocant, mentula moly fuit. *Hoc illo sceptra tenente fuit*] Per interpositionem dicit eam sterilitatem fuisse regnante Romulo.

PAVL. *Lupa fœta*] quæ paulo antè pepererat. *Venit ad gemellos*] Romulum & Remum: Gemelli enim dicuntur, qui vno eodem partu nascuntur. *Expositos*] quos Amulius exponi iusserat, vel tunc extra amnem positos. *Venit mirum*] quasi, mirabiliter. *Quis credat feram*] lupam. *Non nocuisse pueris*] quasi nemo credens: & tamen non nocuit. *Non nocuisse*] Locus indignationis est, ab Amulij immanitate. Nā bellua eo mitior fuit, cùm quos ipse nepotes perditum iri destinauerit, lupa nutrit. *Mirum*] inquit, erat, *feram pueris non nocuisse*] sed hoc admirabilius, quòd *non nocuisse parum est*] habita ratione, quòd eos aluerit, parum est non nocuisse. *Prodest quoque*] sed prodest lupa nutrix, quia nutricis officium implebat, illi vbera porrigendo. *Quos manus cognata*] quasi violentia & immanitas Amuliana. *Sustinuere*] pro pati potuere. *Perdere*] ad necem mittere. *Cognatæ manus*] Cognati, vt Vlpianus inquit titulo, vnde cognati appellati sunt, quasi ex vno nati (vt Labeo ait) & quasi commune nascendi initium habuerint. Et Modestinus de Gradibus: Cognati ab eo dicti putantur, quòd quasi vnà cōmuniterve nati, vel ab eodem orti progenitive sint. Et Paulus etiam titulo de Gradibus: Cognationis nomen à Græca voce dictum videtur. συγγενεῖς illi vocāt, quos nos cognatos appellamus. Cognati sunt & quos agnatos lex duodecim tabularum appellat. Sed hi sunt agnati, qui per patrem ex eadem familia coniunguntur; qui autem per fœminas, cognati tantùm nominantur. &c. *Constitit, & cauda*] &c. & vbera dabat, & cauda blandiebatur, linguáq; cœnum (vt diximus) quo pleni erāt, abstergebat. *Constitit*] quasi firma stetit lupa ipsa. *Et cauda*] caudæ agitatione. *Blanditur teneris alumnis*] pueris, quos alebat. *Et lingit bina corpora*] id est, vtrunq;. *Sua lingua*] & hoc, vt lutum abstergeret. Et in Natali vrbis de hoc eodem: Vagitus enim tamen lupa seorsit ad vndas, Sedatura sitim progressa accurrit, & illos Deposita feritate videt, miserata iacentes Liberat è cœno, dehinc vbera plena gemellis Admouet. ô superi, quanta est clementia cœli. Qui positurus erat populis ingentia magnis Mœnia, perpetuos terræ latura triumphos, Pascitur infœlix infantia lacte ferino. *Marte satos scires*] &c. Magnitudine animi etiam in primo natali die infantes se Martis filios professi sunt. nam neque expauere ob beluam, neque à ferinis vberibus abhorrebant. Aluntur ergo ferino lacte, quod sibi non debebatur. *Scires*] scire posses. *Eos satos*] natos ex Marte. *Timor abfuit*] quia beluam non timebant, etiam ob id, quia animal hoc Marti dicatum est. *Ducunt vbera*] quasi sugunt lac ex vberibus. *Aluntur ope lactis nec promissi sibi*] quasi lacte, quod illis non debebatur, sed luporum catulis. *Illa loco nomen fecit*] &c. A lupa ergo Lupercal locus ille appellatus est. Sic & Lupercales dici possunt. Plutarchus etiam cùm multa de his retulerit, & Arcadibus ascripserit, subdidit: potuit tamen à lupa illa, quæ Romulum educauit, rectè emanasse, cùm Lupercales inde ludicrum incœpto, vbi expositum Romulum fuisse ferunt. & reliqua. *Illa*] lupa scilicet, facit nomen loco. *Locus ille*] vbi lupa lac Romulo dedit. *Lupercal*] scilicet dicitur. *Nutrix*] lupa.

Habet magna præmia dati lactis] ipsi Romulo: quia perpetuum viuit ob id. *Quis vetat Arcadio*] &c. Etsi Latinam causam retulit, non negat tamen, paulo

Lupercos dici à Lycæo monte Arcadiæ. nam λύκος, lupus. Et in eo monte erat templum Fauni Lycæi: vnde Lycæa ludicra, quæ nos Lupercalia. Sic & Lupercales, seu Luperci ex eodem deduci possunt. *Quis*] aut quid vetat: prohibet, negat. quasi dicat, nihil. Lupercos dictos à mõte Arcadico, hoc est, à Lycæo Arcadiæ monte. *Faunus Lycæus habet templa in Arcadia*] templum illud appellatur Fauni Lycæi, sic & Faunus Lycæus vt etiam à templo dicimus Iouem Olympicum: non tamen ab Olympo monte, vt diximus superius. *Nupta quid expectas*] &c. Lupercalium die (vt Pompeius inquit) mulieres februabantur amiculo Iunonis, id est, pelle capri a. Et Plutarchus: Mulieres adultæ vltro se Lupercalibus offerunt, existimantes id sibi fœlicem pariundi facultatem præstare. Ergo (vt Poëta inquit) quod non herbis, non incantationibus fieri poterat, vt scilicet mulieres conciperent, fiebat verberibus caprinorum coriorum. Et vnde mos hic emanarit, explicat, à Romulo scilicet. Nam cùm aduerteret sterilitatem mulierum, Iunoni ob id in Exquiliis sacrificatum esset & eius oraculo habitum, vt mulieres hircus iniret. Qua voce ab augure interpretata, mactatus est caper, & eius excecto corio verberatæ puellæ vnde postea concipiendi facultas data est. Monet ergo nuptas, vt verbera hæc patienter excipiant. *Nupta quid expectas*] non eris tu mater, non cõcipies.

Herbis pollentibus] virtute pollentium & potentium herbarum. *Nec prece*] hoc est, nec supplici voto, aut precibus ad deos. *Nec magico carmine*] hoc est, incantationibus. *Excipe*] accipe patienter *Verbera dextra fecunda*] dextræ Lupercalis fructum facientis: nam ob ipsa verbera concipies. Et licet Iuuenalis dicat, Nec prodest agili palmas præbere Luperco: non tamen in manibus, sed in tergia cædebantur, vt inferius dicemus. *Iam socer*] pater viri tui. *Habebit optatum nomen aui*] quia tu paries illi nepotem. *Nam fuit illa dies*] &c. Nunc ipsam causam aggreditur, cur pro conceptione accipienda sint verbera *Nam fuit illa dies*] illud tempus. *Cùm*] quando. *Maesta*] vxores, seu nuptæ. *Reddebant rara pignora*] rarum fœtum: quia rarò parturiebant. *Vteri sui*] ventris. *Dura sorte*] duro euentu, vel ita maligna parca volente. *Quid mihi*] &c. Fuit hæc sterilitas Romulo regnante: ex quo ipse querebatur, nihil prodesse ad procreandam prolem, vt imperij vires augerentur. *Sabinas rapuisse*] nã id illi neq; vires, neq; prolem augebat, sed peperit bellum. Vtilius igitur erat sine vxoribus esse, quam his raptis bellum peperisse. *Clamabat Romulus*] quid mihi prodest, quasi dicat, nihil. *Rapuisse Sabinas*] Delibauimus hanc historiam superius, & alias suo loco repetemus. *Hoc*] scilicet quod dicitur de sterilitate. *Fuit ille*] Romulo. *Tenente regna*] regnante eo.

ANTON. *Si mea non*, &c. Si rapuisse Sabinas nihil profuit ad augendam prolẽ & corroborandas vires imperij, sed bellum tantummodo inserraui. *Iunonis magnæ nomine lucus erat*] Hic lucus Iunoni sacer fuit, ad radices mõtis Exquilij, vt quibusdã placet: vbi etiam templũ Iunonis Lucinæ fuisse arbitrãtur ante vrbem cõditam, quam deam ab eo luco Lucinam cognominatam ferunt. licet Plinius ædem Iunonis Lucinæ lõgè post reges exactos conditam tradat, qui etiam deam ipsam, inquit, à luco Lucinam nominatam: vt Romæ verò * lotus in Lucinæ area, anno qui fuit sine magistratibus 369. vrbis æde condita. incertum quanto ipsa vetustior. Esse quidem vetustiorẽ, non est dubium, cùm ab eo luco Lucina nominetur. Sũt tamen, qui a luce

Si mea non vires, sed bellum iniuria fecit,
Vtilius fuerat non habuisse nurus.
Monte sub Exquilio multis inciduus annis
Iunonis magnæ nomine lucus erat.
Huc vbi venerunt pariter nuptæque virique,
Suppliciter posito procubuere genu.
Cùm subitò mota tremuere cacumina sylua,
Et dea per lucos mira locuta suos.
Italides matres, inquit, sacer hircus inito.
Obstupuit dubio territa turba sono.
Augur erat, nomen longis intercidit annis,
Nuper ab Hetrusca venerat exul humo.
Ille caprum mactat, iussæ sua terga puellæ
Pellibus exectis percutienda dabant.
Luna resumebat decimo noua cornua motu,
Virque pater subitò, nuptáque mater erat.
Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu dea lucis habes.
Parce precor facilis grauidis Lucina puellis,
Maturúmque vtero molliter aufer onus.

gredior. *Nomen longis intercidit annis*] Deest cuius relatiuum, quod interdum supprimitur, vt: Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. *Nuptáque mater erat.*] Matris nomen nuptæ sibi vẽdicant, cùm pepererunt.

PAVL. *Si mea iniuria*] quam scilicet Sabinis intuli virginum rapto. *Non fecit vires*] non auxit vires regni mei. *Sed fecit bellum*] quia (vt diximus superius) exortum est inde bellum. *Vtilius*] magis vtile: quia sine bello. *Fuerat*] non habuisse nurus, hoc est fœminas, licèt propriè nurus sit vxor filij. Iniuria (vt Vlpianus inquit) ex eo dicta est, quòd non iure fiat. Omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. Et interdum iniquitatem iniuriam dicimus. Iniuriam fieri Labeo ait, aut re, aut

Lucinam dictam velint. Vnde (inquit Festus) Opigenam Iunonem matronæ colebant, quòd ferre eam opem in partu laborantibus crederent. Et supercilia, testibus Festo & Varrone, in Iunonis tutela esse putauerunt, quòd iis protegantur oculi, per quos luce fruimus, quam tribuere Iunonem existimabant. Hæc enim dea, id est, aër siue spiritus, plurimum congruit, si temperatus (vt inquit Solinus) cum propè ad vterum liberandum venerint, momenta maturitatis enitentis. Nonnulli & Dianam Lucinam dici: vt, Casta faue Lucina: quia nouilunij vis (vt scribit Eusebius) ad pariendum non parum confert. Et proprium munus est Lunæ, teste Macrobio, distendere rimas corporis, & meatibus viam dare, quod est accelerando partui salutare. Vnde Lucina à parturientibus inuocatur, vna ex quinque diis, quos precari solebant, qui matrimonio iungebantur, autore Plutarcho. Ii fuerunt Iupiter adultus, Iuno adulta, Venus, Diana, Suadela. Colebatur & Romæ Iuno Iuga, sic dicta, quòd nubentes coniungeret: à cuius ara Iugarius vicus nomen accepit, autore Festo. *Tremuere cacumina sylua*] aduentu numinis, hoc est Iunonis: quæ cùm sit aër, non solùm mouet syluarum cacumina, sed & terras interdum: vt videmus in terræmotu, quem facit ventus erumpere cupiens. *Mira locuta*]. Bene mira. Monstrosum enim videbatur quod Iuno dixerat, vel putari poterat dixisse, vt hircus iniret matres Romanas. Dicimus enim, Ineo Tertullianam: pro, concumbo cum Tertullia. Sed dubium verbum est ineo, cùm & alia significet: vt Ineo gratiam, id est, in gratiam eo, teste Donato: & ineo templum, pro in-

verbis: re, quoties manus inferuntur: verbis, quando conuicium fit. *Monte sub Exquilio*] &c. Lucus Iunonia intactus ferro erat sub monte Exquilino. De hoc Varro: Secundæ, inquit, regionis Exquiliæ. Alij has scripserunt ab excubiis regis dictas: alij ab eo, quòd excultæ à rege Tullo essent. Et postea in Exquiliis lucum & ædem Iunonis Lucinæ esse asserit. In hoc ergo luco supplicatum est Iunoni à nuptis & viris. *Lucus nomine magnæ Iunonis*] locus qui Iunoni erat sacer, & lucus Iunonis Lucinæ dicebatur *Inciduus*: quasi non cæduus. *Multis annis*] quia per multos annos non erant inde incisa ligna. *Sub monte Exquilio*] ad radices Exquilini montis. *Vbi*] postquam. *Et nuptæ, & viri pariter*] simul. *Venerunt huc*] ad hunc locum Iunonis. *Procubuere suppliciter posito genu*] quasi adorantes proni flectete genua. *Tum*] tunc. *Cacumina*] summitates. *Syluæ motæ*] quasi arborum commotarum: vel cacumina motæ syluæ, quasi commota iuga nemorosa. *Tremuere*] Vt apud Virgil. Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri Syluarum. *Dea*] Iuno. *Est locuta mira*] admiranda *Per suos lucos*] Nam ex luco audita est vox Iunonia quid esset agendum. *Italides matres*] &c. Hæc vox ex luco reddita est, & locutam deam putarunt. *Inquit*] dixit ipsa dea. *Hircus sacer*] caper sacratus. *Inito*] pro ineat. *Matres Italides*] Latinas, seu Romanas, ab Italo. Matres, nuptæ, quæ matres esse cupiunt. *Turba*] cœtus & virorum & mulierum. *Obstupuit territa dubio sono*] verbo ambiguo. Nam verbum hoc Inito, ambiguum erat. Verebantur ne monerentur, vt hircis succumberent.

Initum enim

A Inuit enim verbum (teste Pompeio) interdum pro concubitu poni potest, interdum pro introit, interdum pro inuenit. Et sic interpretata voce ab augure, caprino secto corio inuento, verberatæque sunt mulieres. *Augur erat*] &c. Augurem tūc affuisse loquit: sed nomen referri nō potest, quia vetustate ex hominum memoria euanuit. Ex Hetruria tamē venerat in vrbem. Hetrusci enim sēper diuinandi peritia fuere celebres, & omni religionis cultu insignes. Inquit ergo: *Augur erat*] tunc Romulo regnante. *Augur*] Aliàs diximus inter octo sacrorum ordines à Numa institutos fuisse collegium augurum. *Nomen*] ipsius auguris. *Intercidit*] qus ſi excidit à memoria. *Longis annis*] vetustate. *Augur*] ipse: vel subintelligе, qui. *Nuper venerat causi ab humo Hetrusca*] ab Hetruria, ab

B ipsa Thuscia, seu Tyrrhenia cùm exularet, in vrbem venit. *Ille*] augur scilicet *Mactat caprum*] Caper Baccho mactabatur, etiam Fauno mactari cœpit. Sic & capræ, quas & Palladi immolari legimus, quòd oleas lambendo steriles faciant.

Puellæ iussæ] ab augure scilicet. *Dabant sua terga percutienda*] offerebant terga Lupercis, quæ verberarent. *Pellibus excisis*] id est, coriis caprinis. *Excisis*] quasi diuisis. Ergo non manus, sed terga verberabantur. *Luna resumebat*] &c. Verberatæ caprino corio puellæ decimo mēse parere cœpere. *Luna resumebat noua cornua*] & hoc in nouilunio. *Decimo motu*] quasi decimo mense. *Vir subitò erat pater*] quia iam filios ex vxore habebat. *Et nupta mater*] quia iam pepererat. Et quia superius dixit: Iunonis magnæ nomine lucus erat. qui per illa, & per hæc verba de Iunone Saturnia, quòd Lucina vocata sit, intelligi volunt, falluntur. Nam Lucinam Diodorus Iunonis filiam dixit.

C Et poëta in Metamorphos. Lucinam à Iunone missam, vt nexis manibus non sineret Alcmenam parere, retulit. Varro autem Lunam Iunonem Lucinam vocari ait, vel quòd è terra luceat: vel quòd ab luce eius qua quis conceptus, vsque ad eam qua partus quis in lucem, Luna iuuat, donec mensibus actis produxit in lucem, dicta à iuuando & luce Iuno Lucina, à quo parientes eam inuocant. Mulieres huic deæ supercilia sua attribuebant. Virgilius etiam Dianam Lucinam vocauit: Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Et Virgilij interpres Honoratus à parturientibus

G inuocari dicit, quia primùm nata parturienti matri Apollinem obstetricis officium exercuit. Iuno ergo Lucina Diana, cuius illud apud Ciceronem exemplum legitur, quòd qua nocte natus esset Alexander, eadem Dianæ Ephesiæ templum conflagrasset. Et subditur causa, quòd Diana, cùm in partu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo. Nisi referas ad illud, quòd eadem sit Iuno & Diana, tunc rectè intelligeres. Inquit ergo: *Gratia Lucina*] scilicet sit. *Lucus*] Vel de hoc qui erat in Esquilis, vel de quocunque luco pro nemore, cùm nemoribus præsit Diana. *Dedit tibi hæc nomina*] Lucinæ scilicet: quia à luco Lucina. *Aut quia tu dea habes principium lucis*] humanæ scilicet: quia tu nascentes ad lucem producis, inde à luce Lucina dicta es. *Parce precor grauidis*] &c. Lucinam precatur, vt grauidis adsit puellis, vt pariant sine dolore. *Parce Lucina facilis*] propitia. *Parce precor puellis grauidis*] quasi parce dolori patientium puellarum. *Et aufer*] accipias. *Molliter*]

H suauiter, sine dolore, sed potius cum voluptate. *Vtero*] ex vtero puellari. *Onus maturum*] quasi infantem, qui in vtero tempus cepleuit. Pro puellis precatur, quia tenelliores, & ad partum rudes. Vnde in Heroidibus: Et rudis ad partus, & noua miles eram.

Orta dies fuerit, tu desine credere ventis:
Perdidit illius temporis aura fidem.
Flamina non constant, & sex reserata diebus
Carceris Aeolij ianua lata patet.
Iam leuis obliqua subsedit Aquarius vrna
Proximus æquoreos excipe Piscis equos.
Te memorant, fratrémque tuum (nam iuncta micatis
Signa) duos tergo sustinuisse deos.

ANTON. *Orta dies fuerit*] &c. Decimoquarto calend. Martias sol in Pisces transitum facit: quo tēpore (vt ait Columella) nonnunquam est ventosa tempestas (vt autor hoc loco) ventorum inconstantia. Scribit & idem Columella, decimotertio ac duodecimo calendas Fauonium esse, vel Austrum, cum

D grandine ac nimbus. Sciendum, vberrimam piscium capturam esse, sole signum Piscium transeunte, quos in vltimo zodiaci ordine locatos consecrasse Soli scribit Macrobius, non imaginationem aliquam eorum naturæ, sed ostentationem potentiæ sideris: à quo vita non solùm aëriis terrenisque animalibus datur, sed illis quoque quorum conuersatio aquis mersa velut aspectu solis caulat: cuius tanta vis est, vt abstrusa quoque penetrando viuificet. Sunt autem Pisces, qui zodiaco tribuuntur, duo, quorum alter Boreus appellatur: non quòd sit ad Arcticum circulum, sed quòd inter Aequinoctialem & Æstiuum constitutus, Arcticum circulum & polum spectare videatur. Alter verò Notius dicitur, qui sub Equi scapulis, non longè ab æquinoctiali circulo collocatus, spectat ad occasum. Sed cauendum ne fallamur, existimantes vnum tantùm esse Notium Piscem. Hic enim, cuius

E meminit autor hoc loco, constat stellis 17. & Aquarij vndā non excipit, habetq. Boreum fratrem stellis duodecim figuratū. Alter verò Notius, qui solus est (teste Higino) constat tantùm duodecim stellis, ad quē aquæ perfusio peruenit: & oritur quidem cum Piscibus, sed occidit oriente Cancro, vt: Cadit ipse, renasci Incipit vt Cancer, sed Piscibus eminet ortis. Est autem inter hyemalem & antarcticū circulum ita cōstitutus, vt ad caurinum spectare videatur: dicitúrq. Notius à Noto vēto, teste Manilio, vt: Tum Notius piscis venti de nomine dictus, Exurgit de parte Noti. Item à Seruio Australis, ab alijs Austrinus, vt: At Notium Graio dicūt quem nomine piscem, Dicimus Austrinum, patrio sermone loquentes. *Iam leuis obliqua*] &c. Sole à Piscibus accepto, Aquarius ab eo destitutus poëticè dicitur subsidere, & quasi à vehendi labore cessare. vnde & leuis à Poëta dicitur. Nisi fortè dixeris leuē Aquarium, quia ipse est secundū aliquos Ganymedes, qui ab

F aquila dicitur sublatus in cœlū. Oritur autē hoc tempore Aquarij pars heliacè. *Nam iuncta micatis signa*] Bene iuncta: cōnectuntur enim duo pisces nodo cœlesti, sine linea, quam 11. stellæ constituunt ab Arietis pede priore, à quo Pisces tangi Manilius autor est, vt: Piscibus assuetas auidè subeuntibus vndas, Quos aries tangit. *Duos tergo sustinuisse deos*] Venerem & Cupidinem, qui fugientes † Typhœū eos persequentem in bello Giganteo, peruenisse dicuntur ad Euphraten fluuium: vbi cùm in aquam desiluissent, à gemellis piscibus excepti sūt, qui à merito translati feruntur in cœlum. Vnde Syri memores

I beneficij in Venerem Cupidinémque collati, piscibus abstinent: verētúrque piscari, ne si pisces comprehenderint, damnare eos pij præsidij videantur. Diodorus tamen huius superstitionis aliam causam affert. Ait enim, Venerem aliquando obuiam factam deæ, quam Syri Derceti vocant, facie hominis, ac reliqua parte corporis piscem, speciosi cuiusdam adolescentis amorem ei iniecisse, & ex eorum coitu filiam natam, Dercetinque pudore ductam amouisse adolescentem, & ad loca quædam deserta & saxosa filiam exposuisse, eámque ab auibus esse nutritam: deam verò pudore ac dolore compulsam, in lacum se abiecisse, atque ibi conuersam in piscem. Vnde Syri & piscibus abstinent, & eos pro numinibus venerantur. Higinus scribit, Venerem &

K Cupidinem periculo liberatos, cùm se in formam piscium conuertissent. Alij aliter fabulantur.

PAVL. *Orta dies fuerit*] &c. Iam omnes Lupercaliū causas absoluit, & lōgius in his immoratus redit ad instituta, hoc est, ad dictū ordinem: monétq., post Lupercalia die proxima, quæ erit decimoquarto calendas Martias, hoc est, decimoseptimo die Februarij, credendū non esse ventis, & ob id minimè esse nauigandū: sex enim diebus ventorum claustra aperta sunt, vt qua velint, possint egredi. *Orta dies fuerit*] subintelligas vbi, postquā illuxerit dies post ipsa Lupercalia. *Desine tu credere ventis*] quasi noli te ventis cōmittere, aut noli illis credere. Causam & ipse affert. *Aura*] ventus. *Illius temporis*] illorum dierū. *Perdidit fidem*] quia decipiunt credentes, nā modò hic, modò ille flat ventus. *Flamina*] venti, seu ventorū flatus. *Non constant*] quia non sunt firma, sed variè mutantur.

L *Et ianua lata carceris Aeolij*] ab Æolo rege ventorū, seu qui ventorum rex creditus est, vt in Aeneide habuistis. Ideo creditus est ventorū deus, quia Aeolus Thellinis filius rationē ventorū adinuenit. *Patet reserata*] aperta. *Sex diebus*] nā vndiq. spirant venti illis sex diebus. & ob id creditur Æolius carcer apertus esse. Sed hoc ideo dictum, quia principiū veris semper habet tempus incōstās, modò serenū, modò turbidū: & hoc pro varietate ventorū, cùm & ipsi inconstantes sint. Vnde Cæsar apud Lucanum: Fortius hyberni flatus cœlúmq. fretúmq., Cùm cœpere, tenēt, quàm quos incumbere certos Perfida nubiferi vetat incōstātia veris. *Iam leuis obliquas*] &c. Eadem die sol relicto Aquario, Piscium ingreditur

A signum. De Aquario superius diximus, de Pisce mox dicemus. *Iam leuis Aquarius*]leuis, quia à solis labore leuatus. *Subsedit*]quia ab officio secessit *Vrna obliqua*]obliquè enim spectat & vrna, qua aquas effundit versus Pisces: & ideo obliqua. Vrna propriè est vas, quo aqua hauritur. Vnde Varro: Vrnæ dictæ, quòd vrinant in aqua hauriendà, vt vrinator: Vrinare est mergi in aquam. *Tu piscis proximus*]qui Aquariũ subsequeris. *Excipe*]quasi recipias. *Equos æthereos*] ætherei Solis equos, de quibus superius dictum est. *Te memorant*] &c. Causam refert Piscium in cœlo locatorum, quæ & ab Higino autore Diogneti Erithræi ita tradita: Quondam scilicet tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumẽ Euphraten venisse, ibidémque repentè Typhona apparuisse, Venerem in flumen se cum filio iecisse, & mutasse se in B piscium formam: quo facto, periculo liberatos fuisse, destitisséque Syros his locis proximis pisces edere, quòd eos verentur capere, ne videantur deorum præsidia impugnare. Et alio loco idem Higinus inquit, piscem, qui Notius appellatur, laborantem quondam Isim seruasse: pro quo beneficio simulacrum piscis & eius filiorum illam inter astra constituisse. Itaque Syrij complures pisces non edunt, & eorum simulacra inaurata pro dijs penatibus colunt. Aliqui dicunt pisces in Euphrate amne ouum inuentum in siccum deiecisse, & inde columbã exisse, quę Venus credita est, quam volitare per vrbes Syriorum volunt, à cuius volatu futura capiãt aruspices. Pisces à Ioue Veneris precibus cœlo impositos ob id ferunt, quòd eius originis causa fuissent. Pisces verò duo sunt: alter Notius, alter Boreus dicitur. Boreus inter ęquino- G ctialem & æstiuum circulum sub Andromadæ brachio collocatus, arcticum polum spectans constituitur. Alter in zodiaco circulo extremo, sub scapulis Equi, non longè ab æquinoctiali circulo collocatus spectat ad occasum. Inquit ergo poëta; cùm ad Piscem verba apostrophet: *Memorant*] veteres scilicet. *Te & fratrem tuum*]quasi alterum piscem. Et facit hanc parenthesin, quòd dixerat, Te & fratrem tuum. *Nam micatis*] splẽdetis *Signa iuncta*]Non quòd iuncta sint. nam ille Notius, hic Boreus: sed pariter in cursu vadunt, & eodem micant tempore. *Memorant te & fratrem tuum sustinuisse tergo duos deos*]Venerem & Cupidinem. Alij enim dicunt, cùm Venus cum filio in Euphrateo se præcipitasset, à piscibus eos susceptos tergo fuisse. Alij verò dicunt, se in pisces mutasse (vt diximus) & eo pacto exitium euitasse.

Terribilem quondam fugiens Typhona Dione,
Tunc cum pro cœlo Iuppiter arma tulit,
Venit ad Euphraten, comitata Cupidine paruo,
Inque Palæstinæ margine sedit aquæ.
Populus & cannæ riparum summa tegebant:
Spémque dabant salices, hos quoque posse tegi.
Dum latet, insonuit vento nemus: illa timore
Pallet, & hostiles credit adesse manus.
Vtque sinu natum tenuit: Succurrite nymphæ,
Et dis auxilium ferte duobus, ait.
Nec mora, prosiluit: pisces subiere gemelli,
Pro quo nunc dignum sidera nomen habent.
Inde nefas ducunt, genus hoc imponere mensis,
Ne violent timidi piscibus ora Syri.
Proxima lux vacua est, at tertia dicta Quirino:
Qui tenet hoc nomen, Romulus antè fuit.

ANTON. *Palæstinæ*] Syria Palæstina vocatur, quę contingit Arabas, autore Plinio: quam maxima gens Iudæorum habitat, vt tradit Eusebius. *Hostiles credit adesse manus*] putauit adesse Ty- C phoeum, siue Typhœũ, qui eam persequebatur. *Timidi*] quia primus in orbe deos fecit timor, vt quidã putarũt Religioni deditos timidos appellamus. *At tertia dicta Quirino*]Quirinalia, quæ & stultorum feriæ dicebãtur, Romani duodecimo calendas Martias celebrabant, dicta à Quirino, id est, Romulo, cui rem diuinam faciebant. Apud veteres enim lancea quiris dicebatur, autore D Plutarcho. Item Curis, vnde Curitis Iuno appellata est, vt Festus tradit, quæ hastam ferre putabatur. Et quia moris fuit lancea donari, qui strenuè pugnantes laudem fortitudinis meruissent, factum est vt Romulus, perinde ac Martius quidam deus, & pugnax, Quirinus diceretur: à quo Romani Quirites dicti. vnde quiritari verbum deducitur, teste Donato. Cæterùm (vt Festo placet) Curis hasta est, lingua Sabinorum. vnde Romulum Quirinum vocarunt, quòd hasta veteretur. Licèt quidam sic dictum velint à Curibus, oppido Sabinorum, à quo & Quirinalis collis nomen accepit, quòd in eum commigrarunt Sabini, à Curibus venientes. Quamuis alij à templo Quirini sic dictum existiment, à quo portæ Quirinali nomen est inditum, quòd proximè eam Quirini sacellum esset, vel quòd ea in collem Quirinalem iretur. Alijs autem placet, & Quirinum dictum, vel quòd Græcè E κοίρανος rex dicitur, vt ait Seruius: vel propter generis nobilitatem. Mars enim, quum sæuit, Gradiuus dicitur: quum tranquillus est, Quirinus. cuius Romæ duo templa fuerunt: vnum Quirini intra vrbem, quasi custodis, & tranquilli: aliud in Appia via, extra vrbem, prope portam, quasi bellatoris, id est, Gradiui. Quamuis quidam scripserint, foris Hastatum veteres coluisse, Quirinum Gradiuúmque domi. Ad ædem Quirini, quam inter vetustissima delubra vrbis habitam Plinius scribit, sacræ myrti fuere duæ: altera Patricia appellata, altera Plebeia. Patricia multis annis præualuit, flaccescente Plebeia exuberans & læta: quamdiu senatus quoque floruit, illa vigens, Plebeia torrida & squallida: quæ postquam præualuit, flaccescente Patricia, Marsico bello languida autoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem maiestas emarcuit. Quirini templum dolioru appella- F tionem aliquando tenuit, cuius rei causam Plutarchus explicat in Camillo. Idem scribit, Numam Iouis Martisq; sacerdotib. à Romulo constitutis adiecisse tertium Romuli, quem à Quirino Quirinalem flaminem appellauit. Huic deo L. Papirij Cursoris pater ædem vouit, quã postea Papirius dedicauit. Sanè Romulum non hoc tempore, sed nonis Quintilib. senatus in curia lacerauit. Lege Plutarchum

PAVL. *Terribilem quondam fugiens*] &c. Dione, Hesiodo teste, Oceani & Tethyos filia, & Veneris ma- H ter fuit: sed sæpe à poëtis pro ipsa Venere ponitur. vt inferi⁹: Hippolyte infœlix velles coluisse Dionem, Cùm consternantis diriperetis equis. Sanè (vt in Odis diximus, autoritate Ciceronis) Veneres quatuor fuisse cõstat: primam Cœlo & Die natam, alterã spuma procreatam, tertiã Iouis filiam ex Dione, & quartam Cyro Syriáq; concep- I tam. Hic verò Dione ꝓ ipsa Venere ponitur. *Dione*] Venus. *Fugiens quondã Typhona terribilem*] Typhon vnus è filijs Terræ fuit. Vnde Seneca in Tragœdiis: Non tam ferum Typhona neglecto Ioue irata Tellus edidit quondam parens. *Tunc cum Iupiter tulit arma pro cœlo*]hoc est, in ipsa Gigantomachia, quando à Gigantibus in cœlum, à dijs pro cœlo pugnatum est. *Venus ipsa*] Venus. *Comitata paruo Cupidine*]vel quia puer erat, vel quia tunc paruus. *Ad Euphraten*] De Euphrate superiore libro diximus, ibi, Thura nec Euphrates. *Iamq; sedit*] ipsa Venus ob laborẽ fessa. *Margine*]quasi in ripis. *Aquæ Palæstinæ*] Palæstinam aquam dixit, non quòd Euphrates per Palæstinã fluat, sed quia Palæstina regio Syriæ iuncta est, & Arabiæ, in K vltimos fines eam ambit Euphrates, ideo Palestinę aquę. *Populus & cannæ*] &c. Delituit Venus cum filio inter populos arbores, & cannas, & salices, quę in ripis erant. *Populus*]arbor Herculi sacra *Et cannæ tenebant*]occupabant. *Summa*]summitates riparum. *Et salices quoque*]etiam. *Dabant spem posse tegi hos*]Venerem cum filio. *Dum latet*]ipsa Venus. *Insonuit*] sonitum fecit. *Vento*]ob ventum *Nemus*]arbores ipsæ. *Illa*] Venus *Pallet timore*] Hoc naturale est, pallere timentem. *Et credit adesse hostiles manus*]adesse Typhoeum ipsum. *Vtque tenuit natum*)Cupidinem. *Sinu*] quasi ante pectus, vel cum veste ante pectus. *Ait, o nymphæ*] ô aquarũ harum deę. *Succurrite, & ferte auxiliũ dijs duobus*) quasi matri & filio, Veneri & Cupidini opẽ feratis. *Nec mora*] &c. Vbi hæc loquuta est Ven⁹, desiluit in flumẽ, & à duob⁹ piscibus excepta est, ob ꝙ L cœlo figurati sunt. *Nec mora*)scilicet fuit. *Prosiluit*)quasi lõgè saltauit in ipsũ amnẽ. *Pisces gemelli*)quia fratres cùm superi⁹ diceret, Te & fratrẽ tuũ. *Subiere*)supposuere se Veneri & filio. *Pro quo*)facto scilicet. *Sidera*) ipsæ pisciũ cõstellationes. *Habent dignũ nomẽ*)quasi habẽt ꝙ mereatur, quia sunt stellis additi. *Inde*]ab hoc. *Syri timidi*]populi Syriæ, qui circa Euphraten habitant. Ducũt, existimant nefas. *Imponere mensis hoc genus*]piscium scilicet. *Ne violent ora piscibus*) Hypallage est: id est, ne violare videãtur numina pisciũ ore: aut polluere ora tãto scelere, esu scilicet sacrorũ piscium. *Proxima lux vacua est*]&c. Duodecimo calẽdas Martias, hoc est, decimooctauo die Februarij erit festũ Quirini, hoc est, quãdo Romulus deus Quirinus appellatus est, de quo nunc agetur, etiã de ei⁹

A mortem non quòd hac die obierit (obiit enim nonis Quintilis) sed cùm hoc cognomine post mortem vocatus est. De morte autem eius multi cum poëta concordant. Dionysius autem inquit: Qui fabulosiora tradiderunt, aiunt cum concionem habentem in exercitu, cadente interim caligine sereno cœlo, & tempestate magna coorta cum fragore, non amplius apparuisse, raptúmque eum credunt à patre Marte. Qui verò probabiliora scribunt, à ciuibus interfectum asserunt. Causam cædis afferunt, redditionem obsidum, quos à Veientibus acceperat sine sententia publica, præter consuetum: & quòd non idem erat cũ patribus, qui fuerat: & crudelitatem eius in delinquentes, & quòd arrogans videbatur, & imperium tyrannicè exerceret. Rem in senatu gestam ferunt. Diuiso corpore eius in frusta, ne cadauer appareret, B exisse eos, occulentes sub amictu quã quisque habuerat partem, clamque humi mandantes. Alij concionantem à nouis ciuibus dicunt interfectum eo tempore quo iam erant tenebræ, dispersa congregatione populi, nec assistente ei custodia regia: & propterea dicunt, eam diem Consternationis multitudinis cognomen habuisse, & hucusque Turbæ fuga dicatur. Liuius: Cùm ad exercitũ, inquit, recensendum, cõcionem in campo ad Capreæ paludem haberet, subitò coorta tempestas cum magno fragore tonitribúsq;, tam denso regem operuit nimbo, vt conspectum eius concioni abstulerit, nec deinde in terris Romulus fuit. Et paulo pòst: Fuisse credo aliquos, qui discerptum regem patrum manibus taciti arguerent. & reliqua. Plutarchus de hoc eodem: Raptus, inquit, nec admodum pòst (incredibile dictu) è mediis ciuium C oculis euanuit nonis Quintilibus, nullum penitus suæ mortis vestigium relinquens, nisi quædam humanæ rationis expertia: quia quidem die adhuc posteri quædam obseruant, quæ de Romuli cæde mœrorem indicant. Et paulo pòst: Creditum illum est, cùm in Vulcani templo senatum habuisset, ab infensis patribus laceratum, & suam quemq; partem in sino clàm tulisse. Alij raptum à omnibus è media concione ferunt, cùm ad recensendum exercitum ad Capream paludem conuenisset: vbi repentè exorta tempestas cum tonitribus, ac ingenti ventorum fragore terram vndiq; grandine operuisset, sol quoq; velut intempesta nocte defecisset. Valerius, vbi de ingratis agit, in hæc verba loquutus est: Vrbis nostræ parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia lacerauit: nec duxit nefas, ei vi- G tam adimere, qui æternum Romano imperio spiritum ingenerauerat. & reliqua. Hæc igitur & huiusmodi verba de morte Romuli referuntur. Maior pars in hoc concordat, quòd discerptus fuerit à senatu. Quod autem de Iulio Proculo Poëta refert, cui Romulus post mortem apparuerat, idem fere & à Liuio & à Plutarcho refertur. Causas verò, cur Quirinus cognominatus sit, his verbis Plutarchus expressit. Nonnulli existimant, Romulum Quirinum appellatum esse, quòd belli ac pugnæ studiosissimus extiterit. Alij, cùm etiam Romani Quirites appellarentur. Alij ab eo genere teli, quod prisci quirinum dicebant: vnde Iunonis Quirinalis imago sit ab ea cuspide appellata. Et in regia telum illud cõstitutũ, Martem vocantq; quiq; hostes eo feriebat, ornare etiã laudibus consueuerant. Ideo Romulum, tanquã belli ac pu- H gnæ deum, Quirinum appellarunt. Templum quoq; constituêre ei in eo colle, qui nunc ab eo Quirinalis appellatur. Varro autem Quirinum à Quiritibus dictum dixit. Sed ad Poëtam redeamus. *Proxima*] inquit, lux: id est, sequens dies post solem Pisces ingressum. *Est vacua*] sine festo, vel sino mysterio. *At tertia*] dies scilicet subsequens, quæ erit duodecimo calendas Martias *Est dicta*] deputata, seu dicata. *Quirino*] ideo scilicet. nam tum est festum Quirini. *Ille qui tenet*] habet. *Hoc nomen*] qui nunc vocatur Quirinus. *Romulus fuit antè*] quia antè Romulus dicebatur. & nunc autem dicimus festum Quirini, & non festum Romuli.

> *Siue quòd hasta curis priscis est dicta Sabinis,*
> *Bellicus à telo venit in astra deus.*
> *Siue suo regi nomen posuere Quirites,*
> *Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.*
> *Nam pater armipotens postquam noua mœnia vidit,*
> *Multáque Romulea bella peracta manu:*
> *Iuppiter, inquit, habet Romana potentia vires,*
> *Sanguinis officio non eget illa mei.*
> *Redde patri natum, quamuis intercidit alter:*
> *Pro se, próque Remo, qui mihi restat, erit.*
> *Vnus erit, quem tu tolles in sidera cœli:*
> *Tu mihi dixisti, sint rata dicta Iouis.*
> *Iuppiter annuerat: nutu tremefactus vterque*
> *Est polus, & cœli pondera mouit Atlas.*

ANTON. *A telo*] à laude bellica, qua & diuinitatem adeptus est, & Quirini nomen *Siue suo regi*] &c. A Quiritibus Quirinum dictum plerique volunt, autore Plutarcho: cùm alij Quirites à Quirino censeant appellatos. Sũt tamen, qui à curibus Quiritibus nomen inditum putent. Vnde (vt ait D Festus) dici mos erat Romanis in omnibus sacrificiis * pedibúsque pop. Rom Quiritibúsq;, hoc est, Curensibus: quæ ciuitas, vt idem inquit, Sabinorum potentissima fuit. Inde quiritare dicebatur clamare, autore Nonio, tractum ab his qui Quirites inuocabant. Notandum, Quiritem singulari numero non facilè apud veteres inueniri, teste Porphyrione. *Quia Romanis iunxerat ille Cures*] Notum est, Romulum & Tatium censuisse, vt ex duobus populis vnus fieret, & Sabini Romam migrarent: cuius vrbis nomine seruato, Ro- E mani & Sabini Quirites dicerentur. *Sanguinis mei*] Romuli, qui est sanguis, id est, filius Martis. Ponitur & sanguis ꝑ genere: vt, Aut nympharum sanguinis vna. *Nutu tremefactus vterque Est polus*] Arcticus & Antarcticus. Solo nutu Iupiter omnia concutit, qui est mundi anima. Et est Homerica & Virgiliana sententia

AVL. *Siue quòd hasta*] &c. Explicat nunc, cur Quirinus dictus sit. Idem fetè nunc autoritate Plutarchi retulimus Et Pompeius de hoc: Curis est Sabina hasta, vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus: *Siue quod*] quia. *Hasta est dicta curis priscis Sabinis*] prisca lingua Sabina. *Bellicus deus*] Quirinus belli ac pugnæ studiosus. *A telo*] ab ipsa hasta *Venit in astra*] quasi ab ipsa hasta, quę curis dicebatur, Quirinus deus vocatus est: seu bellorum laude, quæ telo illo gerebat & conficiebat, in deos relatus est. *Siue Quirites*] Romani. F *Posuere nomen suo regi*] quòd à Quiritibus Quirinus sit dictus. *Seu quia ille*] Romulus *Iunxerat Cures*] Sabinos, seu illam Sabinam vrbem. *Romanis*] Nam vbi inter Romanos & Sabinos compositæ res fuere, par honos Romulo & Tatio datus est, & ex duobus populis vnum fecère. Romulus à se vrbem Romam, & ciues Romanos appellauit. Tatius suos Quirites dixit, à Curibus Sabinorum vrbe opulentissima: à quibus etiam aliquos Quirinum Romulum dictum putasse, Pompeius testis est: & alij etiam sunt qui idem asserant. I *Nam pater armipotens*] &c. Vt non sine numine diuũm, & ex humanis excessisse, & cœlum ascendisse Romulum quis puter, pro senatus excusatione, qui arguebatur parricidij, etiam vt correspondeat, quod superius dixerat, Cœlestem fecit te pater, &c. Martem à Ioue facit impetrare, vt Romulum filium in K cœlum tollat. nam illud longè antè Marti Iupiter promiserat Ergo noue vrbe bene fundata, & confectis bellis pluribus, Mars à Ioue repetit promissa. Dixeratq; ab hasta deum Quirinũ, hoc est, ab ipsa belli præstantia in astra venisse. nunc ad id rem ipsam adiungit *Nam*] quia. *Pater*] ipsius Romuli, hoc est, Mars. *Armipotens*] quia bellis præsidet. *Postquam vidit noua mœnia*] quasi nouam vrbem mœnibus cinctam, & bene fundatam ciuitatem. *Et multa bella peracta*] confecta. *Romulea manu*] Romulea potentia. *Multa dixit*] quia Ceninense, Sabinum, & Veiens. *Inquit*] dixit *O Iupiter, Romana potentia habet vires*] auctæ sunt vires ciuiũ Romanorũ, & Romanũ imperiũ propagatũ. *Illa*] Romana scilicet potẽtia. *Non eget officio sanguinis mei*] quasi dicat, Non est illi magis opus opera filij mei Romuli, *Redde natum*] filium meum Romulum. *Patri*] mihi. *Redde dixit*] quod ex L debitu est. Et quod Iupiter promiserat, debitum erat. Honesta est petitio. nam quod promissum est, etiam quòd filius patri testificatur. *Quamuis alter*] hoc est, Remus. *Intercidit*] vita excessit. Ex hoc affectum mouet, cùm alterum e filiis amiserit, & in cœlum venire non potest. *Qui*] ille qui. *Restat*) superest mihi: hoc est, Romulus. *Erit mihi pro se & pro Remo*] fratre. quasi dicat: Satis est mihi, si hic pro se & fratre referetur in cœlum: erit hic vnus pro duobus.

Tu) ô Iupiter. *Dixisti mihi, Vnus erit*) quasi vnus tantùm ex duobus filiis erit. *Quem tu tolles*) attolles. *In sydera cœli*) quem feres ad astra, quem in deos referes. *Sint rata*) sint firma, habeant fidem. *Dicta Iouis*) quasi Iouis promissa. Et est artificiosa conclusio ab æquitate. Nam æquum est seruari, & rata esse verba regia, quæ inuiolabilia

suot. Siot ergo firma ea quæ dixisti. *Iupiter annuerat*]Vbi Mars dicendi fioem fecit, outu Iopiter ostendit, se ratum habere quod promiserat: & eo outu Iouis omne cœlum concussum est, ita vt Atlas vilus sit cœli firmameotum commouere. *Iupiter annuerat*]quasi affirmauerat Martis dicta. *Vterque polus*] Arcticus & Aotarcticus, id est, Septentrionalis & Meridionalis. Nam poli, hoc est, cœli cardines duo sunt, Borealis & Australis. Sed ioterdum polus pro ipso cœlo pooitur, quia cœli pars. *Est tremefactus*] contremuit. *Nutu*] ipsius scilicet Iouis, ac si dicere velit, Omoe cœlum contremuit. Simile est illud Virgilianum: Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. *Et Atlas mouit*] pro commouit. *Cœli pondera*]Nam Atlas fingitur cœlum humeris sustinere, de quo inferius dicemus.

Est locus, antiqui Capreæ dixère paludem:
Fortè tuis illic Romule iura dabas.
Sol fugit, & remouent subeuntia nubila cœlum,
Et grauis effusis decidit imber aquis.
Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther:
Fit fuga, rex patrijs astra petebat equis.
Luctus erat, falsæque patres in crimine cædis:
Hæsissétque animis forsitan illa fides.
Sed proculè longa veniebat Iulius Alba:
Lunáque fulgebat, nec facis vsus erat.
Cùm subitò motu sepes tremuere sinistra:
Rettulit ille gradus, horruerántque comæ.
Pulcher, & humano maior, trabeáque decorus
Romulus in media visus adesse via.
Et dixisse simul: Prohibe lugere Quirites,
Ne violent lacrymis numina nostra suis.
Thura ferant, placéntque nouum pia turba Quirinū,
Et patrias artes militiámque colant.
Iussit, & in tenues oculis euanuit auras.
Conuocat hic populum, iussáque verba refert.
Templa deo faciunt, collis quoque dictus ab illo est:
Et referunt certi sacra paterna dies.

ANTON. *Est locus*]&c. Romulus autore Liuio, cùm ad recensendum exercitum concionem in campo ad Capreæ paludem haberet, subitò coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso eum operuit nimbo, vt conspectum eius concioni abstulerit: qui (vt fertur) nusquam comparuit. Vnde inter patres & populum orta seditione, Iulius Proculus vir nobilis visum a se in Quirinali colle Romulum affirmauit, augustiore forma, cùm ad deos abiret: cuius autoritati creditum est. Itaque ædes in colle Quirinali Romulo est constituta: ipseque pro deo cultus, & Quirinus appellatus est. Alij censent fabulosa esse, quæ diximus, & Romulum in curia, siue in Vulcani templo a senatoribus laceratum, cùm tyrannidem exerceret: diuisúmque in frusta, ne cadauer vsquam appareret. Alij aliter. Lege Dionysium & Plutarchum. Diem quo is humanis rebus excessit, Vulgi fugam, ac Nonas Caprotinas appellant, quòd deinde euntes ex vrbe ad Capreæ paludem sacrificia peragant. Varroni placet, Caprotinas nonas dici, quòd Iunoni Caprotinæ mulieres sacrificarent, & sub caprifico facerent, & è caprifico virgam adhiberent. Idem etiam scribit, Poplifugiam diem dici, quòd eo repentè tumultu populus fugerit. Multa de his Plutarchus in Romulo & Camillo. Sane palus Capreæ non fuit in Capreis, insula celeberrima, sed apud vrbem, quam quidem Capreæ paludem dicunt. *Fit fuga*] Consternatis omnium animis, populus est versus in fugam. Vnde ea dies Consternationis multitudinis nomen habuit: & Poplifugia dicta est, teste Varrone, quòd repente tumultu fugerit populus. *Falsæque patres in crimine cædis*] Ad senatorum excusationem dictum est, & ne ignorare videatur historiam, ac rei veritatem. *Veniebat Iulius Alba*] Hic est Iulius Proculus, vir probus, & Romulo affinitate coniunctus: qui à senatoribus subornatus est, vt mentiretur, nunciaretque populo, vidisse se Romulum humano habitu augustiorem. Lege Liuium & Plutarchum, ne sim prolixus in re notissima. Sanè Proculū inter cognomina cum dicunt (vt Festo placet) qui natus est patre peregrinante procul à patria, vel à patre procul progresso, & attenuato, id est, admodum sene. *Horrueránque comæ*] quod est naturale subito timore perculsis. Virgil. Obstupui, steterúntque comæ. *Et patrias artes militiámque colant*] Liuius: Nuncia Romanis, cœlestes ita velle, vt mea Roma caput terrarum orbis sit: proinde rem militarem colant, sciántque, & ita posteris tradāt, nullas opes humanas armis Romanis resistere posse. Est autem ars Romanorum, regere imperio populos, teste Virgilio. *Certi dies*] quia festum Quirini statum est, ac certo & fixo die solitum celebrari.

PAVL. *Est locus*]&c. Adhæret vulgari opinioni: locum ipsum refert, ex quo, cùm concionem haberet Romulus, raptus est. *Est locus*] deest quem. *Antiqui dixere paludem Capreæ*] Capream paludem. Nec intelligas de Capreis insulis, sed de Capreæ palude, quæ erat paulò extra vrbem, mare versus. Vnde Plutarchus: Ad Capream paludem mare versus discurrere. *Fortè à Romule*] Ad Romulum ipsum sermonem conuertit. *Dabas illic iura tuis*] ciuibus scilicet. Nam ea die illic apud suos concionabatur, &, vt dicunt, recensebat exercitum. *Sol fugit*] quia eclipsis fieri visa est, vt Plutarchus inquit, cùm sol velut intempesta nocte defecisset. *Et nubila subeuntia*] venientia sub ipsum cœlū. *Remouent*] ab oculis hominū cœlū. *Et grauis imber*] nimbus. *Decidit*] ex ipsis nubibus. *Effusis aquis*] Nam vt diximus, subitò coorta tempestas denso regē operuit nimbo. *Hinc*] ex hac cœli parte. *Tonat*] Et Liuius: Cum magno fragore tonitribúsque. Et Plutarchus, vt diximus: Vbi repentè exorta tempestas cum tonitribus, ac ingenti ventorum fragore. *Hinc æther*] aër, vel cœlum ipsum. *Abrumpitur*] abrumpi & scindi videtur. *Missis* pro emissis. *Ignibus*] fulminibus & coruscationibus. Nam tunc apertum ex ipso fragore cœlū videtur. Fit fuga à multitudine scilicet: quia omnes effugere. Vnde dies illa Turbæ fuga appellata est, vt diximus ex Dionys. Et propterea dictū, eam diem Cōsternationis multitudinis cognomen habuisse & vsque ad hæc tempora Turbæ fuga dicitur. Et Plutarchus: Diem etiam, inquit, qua ipse è media euanuit cōcione, Turbæ fugam vocant, & nonas Caprotinas, eo quia sacra ad Capream paludem deferebant. & reliqua. *Rex*] Romulus scilicet. *Petebat astra*] quasi cœlum ascendebat. *Equis patrijs*] equis Martis. Curru enim suo Mars illum in cœlum referebat. *Luctus erat*] &c. Flebat populus Romuli mortem, & parricidij senatus accusabatur: creditúmque esset, à patribus interfectum fuisse, nisi adueniens ex Alba Iulius Proculus iurasset, vidisse Romulum humana forma augustiorem & alia, quæ mox dicemus. *Luctus erat*] populo scilicet. nam amissum regem lugebant. *Et erant patres*] senatus. *In crimine falsæ cædis*] quasi arguebantur huius cædis. *Falsæ*] quia non veræ. Et hoc, vt excusaret senatum, cùm reuera in senatu discerptus fuerit. *Illa fides*] illa credulitas, quòd senatus illum lacerasset. *Forsitan hæsisset*] impressisset se. *Animis*] populi scilicet. *Sed procul è longa*] &c. Dum lugeret populus, & senatus cædis accusaretur, Iulius Proculus (vt Plutarchus inquit) ex Alba oriundus, vir inter patres & genere & nobilitate primarius, tum etiam cum Romulo fide, beneuolentia, & affinitate coniunctus, turbatam regis desiderio multitudinem intuens, in concionem venit, adhibitóque iureiurando: Romulus, inquit, hodierna prima luce, cùm in forum venirem, obuiam se mihi tulit, forma longè augustior humana, ardentibus armis septus. Cuius fulgore cùm horruissem primò: Quid, inquam, rex hanc tuam infœlicem ciuitatem, ac miseros ciues, in tam grauissimo tui desiderio, luctu, & mœrore reliquisti? Ille contrà: Sic dijs placitum est Procule, cùm tot annos inter mortales extiterim, in amplissima ciuitate cōstituta, inter deorum sim cœtum immortalium. Sed lætare, & annuncia Romanis, vt iustitiam & militiam colant: cùm nullæ futuræ sint tantæ opes quæ nostris armis resistere possint. Ego verò meam semper propitio numine progeniē sospitabo. Mira huic viro tradita fides, ob affinitatem cum rege, & ob probitatem, & adhibitum iusiurandum. Tum plebs, deposita omni suspicione & contumelia, Romulum Quirinum appellantes, vt deum colere cœperunt. & reliqua. Eadem ferè refert Liuius. Sed quia Plutarchus posterior fuit, ea potuit & à Liuio, & à poeta nostro accepisse. At Lactantius primo libro Diuin. institut. Romulum, inquit, desiderio suis fuisse, declarat Ennius, apud quem populus amissum regem dolens, hæc loquitur: O Romule

A Romule dic, Qualem te patriæ custodem dij genuerunt? Tu produxisti nos intra luminis oras. O pater, ô genitor patriæ, ô sanguen dis oriundum. Ob hoc desiderium facilius creditum est Iulio Proculo mentienti, qui subornatus à patribus est, vt nunciaret plebi suæ, vidisse se regem humano habitu augustiorem: cúmque mandasse ad populum, vt sibi delubrũ fieret, se deum esse, & Quirinum vocari. Quo facto & ipsi populo persuasit, Romulum ad deos abiisse, & senatum suspicione cædis regiæ liberauit. *Sed Iulius venebat procul*] quasi longè. Sed per hanc dictionem procul, allusit poëta ad cognomen huius, quia Proculus dicebatur. Proculi verò cognomine hi vocantur, vt Pompeius inquit, qui peregrinante procul à patria patre nati sunt. *Lunaque fulgebat*] ergo nox erat.

B Et Liuius & Plutarchus, Hodierna prima luce, dicunt. Tu verò hoc referas ad Romanum diem, qui ex media nocte in mediam noctem terminabatur. Ergo hodierna prima luce, prima parte diei. & sic etiam nox esse poterat. *Nec erat vsus facis*] quia luna lumen dabat. non ergo opus erat face. *Cum*] quando. *Subito motu*] quasi repentina excussione. *Sinistra sepes*] quæ à sinistra viam sepiebant. *Tremuere*] visæ sunt tremere. & hoc, numine aduenicnte. *Ille*] Proculus. *Rettulit gradum*] quasi retrocessit. *Et coma horruerant*] & hoc propter metum: quasi riguerant. Nam naturale est, vt timore, deficiente sanguine à partibus exterioribus, contrahatur cutis: & ex ipsa contractione pili rigescunt. De hoc disseruimus superiore libro, in eo versu: Obstupui, sensiq; metu riguisse capillos. *Pulcher*] Et qualis Proculo Romulus apparuerit. *Pulcher & maior humano*] Vt Plutarchus inquit, Forma augustior humana. *Et decorus trabea*] De trabeis superiore libro in principio diximus.

C Vt à Dionysio asseritur, trabeæ vestes togatę dicuntur, purpura circũductæ, subtegmine puniceo, quas aureæ fibulæ annectebant, Romulus primùm in vrbe vsus est trabea. Et trabeis inquit Photius, vsos accipio reges. ergo *Decorus*] ornatus trabea. *Visus est adesse Romulus in media via*] quia medio in itinere apparuit ipsi Proculo. *Et dixisse*] & est visus simul dixisse. *Prohibe*] tu Iuli Procule. *Lugere Quirites*] lugere Romanum populum. *Nec ipsi*] scilicet Quirites. *Violent*] quasi offendant. *Nostra numina*] quia iam relatus sum in deos. *Suis lacrymis*] quasi dicat, Ne videantur lacrymando gloriæ inuidere. *Thura ferant*] quasi offerant mihi thura, sacrificent mihi.

G *Pia turba*] quasi religiosa multitudo. *Placent nouum Quirinum*] sacrificent mihi nouo iam deo, & Quirinum deum appellent. *Et colant patrias artes*] artes patriæ. Artes Romanæ sunt, quæ ab Anchisa Æneæ dicuntur: Tu regere imperio populos Romane memento. Hæ tibi erunt artes, pacisque imponere morem, Parcere subiectis, & debellare superbos. Artes ergo patriæ, prudentia, iustitia, clementia, æquitas, magnanimitas, & similia. *Et colant militiam*] præstantiam rei militaris: aut militiam ipsam exerceant. *Iussit & in tenues*] &c. Vbi hæc loquutus est, euanuit ab oculis Proculi. Ille populo vocato in concionem, retulit Romuli verba. *Iussit*] Romulus. *Et euanuit oculis*] vt vmbra erat inanis, sustulit se ab oculis Proculi. *In auras tenues*] & rectè: nam spiritus in spiritum, hoc est, in aërem. *Hic*] Proculus scilicet. *Conuocat populum*] in concionem scilicet. *Et refert verba iussa*] quæ Romulus iusserat. *Templa deo faciunt*, &c. Verbis Proculi plebs mota est, Quiri-

H no templum dedicauere in eo colle, qui ab hoc, vt Plutarchus refert, Quirinalis dictus est. licèt sint qui dicant, à Curibus Sabinorum, quòd ibi castra admouerint, Quirinalem appellatum. *Faciunt ergo Romani templa deo*] Quirino scilicet. *Collis quoque*] collis etiam. *Est dictus ab illo*] seu Quirino, seu Quirini templa. *Et certa*] quasi stati & constituti. *Dant referunt sacra paterna*] sacra mysteria Romuli parentis Romanorum.

Lux quoque cur eadem stultorum festa vocetur,
Accipe: parua quidem causa, sed apta, subest.
Non habuit doctos tellus antiqua colonos:
Lassabant agiles aspera bella viros.
Plus erat in gladio quàm curuo laudis aratro:
Neglectus domino pauca ferebat ager.
Farra tamen veteres iaciebant, farra metebant,
Primitias Cereri farra resecta dabant.
Vsibus admoniti flammis torrenda dederunt,
Multáque peccato damna tulere suo.

ANTON. *Lux quoque cur*] &c. Quirinalia stultorũ feriæ dicebantur, autore Festo: quòd eo die sacrificabant hi, qui solenni die aut non poterant rem diuinam facere, aut ignorauerant. Quas ferias Varro eorum inquit hominum esse, qui Fornacalibus non fuerant

D feriati: quæ sacra statiua non erant, sed indicebantur. Vnde autor ait infrà: Curio legitimis tunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec sacra stata facit. Plutarchus Quirinalia inquit his assignari, qui cuius essent tribus, ignorarent: aut his, qui non vt alij tributim Fornacalibus rem diuinam fecerant, quòd aut impediti fuissent, aut aliquò peregre profecti: aut denique diem ignorassent, quibus recuperandi eius festi Quirinalibus potestas dabetur. Sanè Fornacalia Numa Pompilius instituit Caluæ, teste Plinio: erántque farris torrendi feriæ, quod & Festus scribit, dicens Fornacalia sacra esse, cùm far in fornaculis torrebant: quæ fiunt ad fornacem, quæ in pistrinis erat, fieri consueta, religiosáque etiam agrorum terminis. Insti-

E tutum est autem à Numa, vt far torreretur: quoniam tostum cibo salubrius esset, vt diximus suprà. Quare ait Varro, messum far promendum hyeme in pistrino ad torrendum, quod ad cibarium expeditum velimus. Sciendum, quòd apud maiores nostros, quia molarum vsus non erat, vt inquit Seruius, frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant. Vnde pinsores dicti sunt, qui nunc pistores vocantur. Hinc Donatus: Triticum, inquit, torrebant prius, vt tundi posset. Virgil. Frugésque receptas, Et torrere parant flammis & frangere saxo. Legimus apud Herodotum, Scythas aratores non ad panem conficiendum serere triticum, sed ad illud torrendum. *Parua quidem causa*] non multi momenti, ac ridicula, & à stultitia orta. *Neglectus ager*] non rectè cultus, cùm ignorarent rationem agri colendi. ideóque prouentus erant tenues. *Farra tamen veteres*] &c. Maiores quamuis imperiti agriculturæ, farra tamen serebant: à quibus farinam

F dictam volunt, quamuis & ex aliis frumenti speciebus fieri soleat, quòd far apud veteres in vsu fuerit. Est autem iacere hic serere. Sanè à serendo Seiam deam, vt Segestam à segetibus appellatam veteres maximè norunt, autore Plinio: tertiámque, hoc est, Fortunam caluam, vt nonnullis placet, quam religio fuit nominare sub tecto. *Primitias Cereri*] &c. Non licebat degustare nouas fruges, aut vina, vt scribit Plinius, antequam sacerdotes primitias libassent. *Vsibus admoniti*] &c. Intelligentes, far tostum & cibo salubrius esse, & facilius tundi, cœperunt farra torrere, sed nulla

I torrendi adhibita ratione. Nam quæ in fornace torrenda erant, igne exempto, stulti homines flammis torrenda commiserunt, quæ interdum omnem farris substantiam absumebant, ita vt cinerem pro farre colligerent: & quod peius est, aliquando ipsas quoque casulas adurebant. Sciendum, Cererem deam rusticorum (vt inquit Seruius) inuenisse quidem frumenta, eadémque molere & conficere (teste Plinio) in Attica, Italia, & Sicilia, ob idq; deam iudicatam. Vt autem frumenta maturerentur, nusquam lectum est Cererem docuisse. Huic maiores sacrificabant præmetium de spicis, quas primùm messuissent, quod à præmetendo dictum videtur: sicut Libero

K mustum, quod sacrima appellabant. *Peccato suo*] stultitia, ignorantia. nisi peccatum voces impietatem, quòd inutiliter absumerent Cereris munus, vel quòd nulli deo tam diuinam facerent farra tosturi.

PAVL. *Lux quoque cur eadem*] &c. Eadem die, qua Quirini festum est, seu Quirinalia celebrantur, feriæ sunt stultorum, quas ita diffiniuit Pompeius: Stultorum feriæ appellabantur Quirinalia, quòd eo die sacrificant hi, qui solenni die aut non potuerunt rem diuinam facere, aut ignorauerũt: in qua quidem sententia & ipse poëta est. In hac eadem die Fornacalia celebrabantur, de quibus mox disseremus. Quæ quia non erant stata, hoc est certa, seu fixa, sed à sacerdote indicebantur, inscriptis in tabella foro apposita nominibus curia-

L rum, vt in suam curiam quisque conueniret, qui suam curiã ignorabant, tardius quàm cæteri sacrificabãt: & ob id stultorum feriæ tanquam ignorantium vocatæ sunt. Poëta id ad vetustatem refert. Nunc expositurus stultorum ferias, ita inquit: *Accipe*] audias, aut percipias, *Cur quoque*] cur etiam. *Eadem lux*] eadem dies, in qua sunt Quirinalia. *Vocetur festa stultorum*] quia stultorum festa sunt. *Parua quidem causa subest*] pro rerum aliarum magnitudine, quibus magna subest causa. Parua causa dixit in his, cùm parua & leuia sit, cur ita dicantur. *Parua*] sed tamen apta: conueniens, & digna est quæ referatur. Plutarchus 89. Problem. cùm agat, qua ratione Quirinalia stultorum feriæ nominentur, inquit: An quòd hunc diem, vt Iuba dicit, his assignauerunt, qui

cuius essent tribus, ignorarent. An his, qui non vt alij tributim Fornacalibus rem diuinam fecerunt, quòd aut impediti fuissent, aut aliquò peregre profecti, aut denique diem ignorassent, hoc tempore recuperandi illius festi potestas data est. *Non habuit doctos*] &c. Vt primas horum festorum causas explicet, ad antiquitatem se refert, in qua agri colendi doctrina rara aut nulla fuit: sed rei militaris maior erat disciplina, quàm rei rusticæ. *Tellus antiqua*] quasi tellus antiquorum hominum, aut tellus apud veteres. *Non habuit doctos colonos*] non habuit doctos agricolas, nec rei rusticæ peritos. *Aspera bella lassabant*] defatigabant. *Viros agiles*] viros idoneos, & qui ad omnia agi possent. *Plus erat in gladio*] &c. Magis res militaris quàm res rustica laudabatur, & sic negligentia minor ex agro fructus percipiebatur. *Plus erat laudis in gladio*] hoc est armis. *Quàm in curuo aratro*] in reflexo aratro. *Ager neglectus*] non bene cultus, cui nulla cura adhibebatur. *Pauca ferebat*] exiguum fructum reddebat. Ager ab agendo dicitur, quòd in eo quid agitur, vel quòd græce ἀγρὸς dicitur. inde ἀγροικὸς, rusticus, & ἀγρότης, agricola. ἄγριος, agrestis. *Farra tamen veteres*] &c. Vt alias diximus, autore Dionysio, sicut Græci hordeum vetustissimum frugem putantes, hordei primitias in sacris dabant, vlas eas vocantes: ita Romani preciosissimúmque vetustissimúmque fructum existimantes far, sacrificia omnia ignea ab eo incipiunt: mansitque diu, nec incidit in sumptuosiores primitias consuetudo. Far ergo poëta veteres inquit & serere solitos, & metere, & Cereri primitias offerre. Inquit ergo: Etsi neglectus erat ager, *Tamen veteres metebant*] ferebant. *Farra*] quæ Romanis in magno precio fuere. *Metebant farra*] secabant, vbi matura erant. *Et dabant*] quasi offerebant primitias. *Cereri*] quæ est dea agriculturæ. *Farra resecta*] in ipsa messe. Primitiæ sunt primi fructus, quos ex agro percipimus, dijs tamen offerendi. Vnde Plinius: Ac ne degustabant quidem nouas fruges, aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent. *Vsibus admoniti*] &c. Numa instituit deos fruge colere, & mola salsa supplicare, atque (vt autor est Hemina) far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset. Id vno modo consecutum, statuendo non esse purum ad rem diuinam, nisi tostum. Is & Fornacalia instituit, farris torrendi ferias. Hæc Plinius. Poëta ergo inquit, veteres vtilitate admonitos far torrere cœpisse, sed torrendi ignorantia damna plurima tulisse. Nam vsque adeo torrebant, vt in cinerem verterentur: & casæ, vbi torrebatur, sæpe aduresentur. Instituta igitur Fornaci deæ fuere Fornacalia, quò torrendæ fruges temperarentur. *Admoniti*] ergo veteres. *Vsibus*] pro vsu, hoc est vtilitate: quia salubrius *Dederunt farra torrenda*] desiccanda. *Flammis*] ignibus. Numa tamen (vt diximus) hoc instituit. *Et tulere multa damna*] multa incommoda. *Suo peccato*] sua ignorantia.

> *Nam modò verrebant nigras pro farre fauillas,*
> *Nunc ipsas ignes corripuere casas.*
> *Facta Dea est Fornax: læti Fornace coloni*
> *Orant, vt fruges temperet illa suas.*
> *Curio legitimis tunc Fornacalia verbis*
> *Maximus indicit, nec sacra stata facit.*
> *Inque foro multa circum pendente tabella,*
> *Signatur certa curia quaque nota.*
> *Stultaque pars populi quæ sit sua curia, nescit,*
> *Sed facit extrema sacra relicta die.*
> *Est honor & tumulis animas placare paternas,*
> *Paruáque in extructas munera ferre pyras.*

ANTON. *Facta dea est Fornax*] &c. Excogitatum atque inuentum est nouum numen deæ Fornacis, quam orabant, vt eá torrendo farri temperiem adhiberet, vt siccaretur, non vreretur. Sed Caluæ Fornacalia instituta sunt, nisi locus Plinij deprauatus est. *Curio legitimis*] &c. Curio maximus is dicebatur, cuius autoritate curiæ omnésque curiones regebãtur. Nouimus enim Romulum distribuisse populum Romanum in triginta curias, quas nonnulli etiam tribus vocant: quibus postea quinque additæ sunt, ita vt in sua quisque curia sacra publica faceret, ac ferias obseruaret, quarum sacerdotes Curiales flamines dicebantur, autore Festo: item Curiones, teste Dionysio. Vnde Curionium æs appellatum est, quòd daretur Curioni ob sacerdotium curionatus. Hinc Varro: Curia, inquit, est vbi senatus rempub. curat. Illa etiam curia dicitur, vbi cura sacrorum publica: ab his Curiones. Itẽ Curiones dicti à curiis, qui fiunt, vt in his sacra fiant. Ipsæ autem curiæ (vt quidam dicunt) singulæ à Sabinis mulieribus nomẽ traxerunt. quod Plutarcho non placet: cùm constet, earum multis à quibusdam locis datum esse vocabulum. Ex quibus singulis, cùm 35. essent, terni ad iudicandum electi sunt, qui centumuiri sunt appellati: licèt quinque supra centum essent. vnde centumuiralia iudicia dicta sunt. Sciendum, curias in decurias fuisse distinctas, quarum præfecti decuriones vocabantur. Indicebantur autem Fornacalia, cùm stata nõ essent, à curione maximo, verbis quibusdam legitimis, more maiorum, qualia ea sunt apud Macrobiũ: Die noni post calendas Ianuarias Quiritibus Compitalia erũt. *Multa circumpendente tabella*] multis tabulis, vbi certis notis singulæ curiæ dignosci poterant: quæ tabulæ suspendebantur in foro, vt vnusquisque iret in curiam suam ad rem diuinam. *Extrema die*] extremo anni tempore: hoc est, Februario, qui fuit vltimus anni mensis, vt diximus suprà. Nam si extremam diei partem acceperis, quo Fornacalia celebrantur, nulla esset caussa, cur stulta pars plebis hoc tempore faceret rem diuinam, quæ non esset Fornacalibus prætermissa. Accedit ad hoc, quòd conclusum non esset, cur Quirinalia stultorum feriæ dicerentur. *Est honor & tumulis*] &c. Hoc tempore dijs manibus iusta soluũtur, & feruntur epulæ ad sepulchra ab his, quibus ius est ibi parẽtare. Quarum meminit Virg. in 3. Æneid. vt: Solennes tum forte dapes, & tristia dona Libabat cineri Andromache. Vnde à ferendis epulis (vt Festo & Varroni placet) Feralia dicta sunt, quibus & à feriendis pecudibus nomen inditum videri potest. Quamuis enim manes vel leui munere placari soleant, vt lacte, vino, ac cæteris rebus, quarum autor hoc loco facit mentionem: mactantur tamen eis & victimæ, vt: Cædit quinas de more bidentes, Tótque sues, totidem nigrantes terga iuuencos. Earum sãguinis libatione, necnon & lactis, maiores non sine ratione in parentationibus vtebantur, quòd anima sine sanguine nobiscum non est, & corpus lacte nutritur post animæ coniunctionem. Virgil. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte, Sanguinis & sacri pateras. Idem in 5. Æneid. Hic duo ritè mero libans Carchesia Baccho, Fundis humi duo lacte nouo, duo sanguine sacro. Ex his vinum, quo sepulchra spargebantur, respersum dixerunt, autore Festo. Sciendum, inferias tertiæ partis esse Platonicæ illius iustitiæ quam diuinus philosophus in tria genera distinxit: quorum aliud docuit circa deos, aliud circa homines, aliud circa defunctos versari. Ii efferebantur vespertino tempore, cùm propter inopiam funebri pompa efferri nequirent. Vnde Vespillones nominati sunt, qui eorum cadauera funeranda curabant.

PAVL. *Nam verrebant modo nigras fauillas*] quasi extinctum cinerem. *Pro farre*] loco farris. Nam adeò torrebant, vt omnia adurerent. *Nunc ignes corripuere*] quasi adussere. *Ipsas casas*] vbi torrebatur far. *Facta dea est Fornax*] &c. Non erat primùm dea Fornax, sed tunc inuenta, & coli cœpta est. *Facta*] quasi excogitata est dea Fornax, & ab ea Fornacalia instituta à Numa *Coloni*) agricolæ. *Læti Fornace*) ipsa dea: vel quia prius intra domos, seu in aperto desiccabant ad ignem: & tunc in fornace extructa, quasi in furno torrere cœpere. Vnde Pompeius: Fornacalia feriæ institutæ farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. *Orant*) coloni ipsi. *Vt illa*) Fornax. *Temperet suas fruges*) moderetur. ne adurant. Fruges dictæ, vt fruamur. *Curio legitimis*) &c. Romulus (vt Dionysius inquit) condita vrbe, rex & ab hominibus & à dijs creatus, vrbem trifariam diuisit, & vnicuique parti vnum præfecit. hi appellati fuere tribuni. Rursus vnamquamque tribum in denas diuisit partes. has appellauit curias, quæ triginta fuere. Singulis curiis singulos præfecit, hos appellauit curiones. Rursus & curias & in decurias distinxit. Decuriarum præfectos decuriones vocauit. Sed curionum officium erat, sacris præsidere, festa & ludos populo prædicare, & ordinib. in militia præesse. Curio ergo, quasi ille qui curiæ præerat, Fornacalia festa indicebat. nam non erant stata, sicut diximus de sementi superiore libro. *Curio maximus*) quia sacerdos, & curiæ præfectus. Indicit tunc Fornacalia, Fornacis festa. *Verbis legitimis*) secundum legis præcepta. *Nec facit sacra stata*) quia non sunt stata, sed indicta, quod superiore libro declarauimus. *Inque foro multa*) &c. Die quæ præcedebat festum, appendebantur in foro tabellæ, cum signis vniuscuiusque curiæ, vt quisque in suam curiam sacrificaturum accederet.

A *Quaque curia signatur certa nota*] certo signo, ceu certo nomine. Nam singulis curiis nomina raptarum virginum Sabinarum imposita esse dicuntur. *Multa tabella circumpendente in foro*] cum ipso scilicet signo, seu nomine inscripto. *Multa tabella*] nam à singulis curiis singulæ tabellæ, & erant numero quinque & triginta. Romulus triginta instituit, sed postea quinque superadditæ fuere. *Stultaque pars populi*] &c. Illi qui ignorabant suam curiam, stulti ob id dicti sunt: quia hebetes corde, & minus intelligentes. Faciebant tamen & ipsi sacra, sed tardius cæteris. *Stultaque, & stulta pars populi*) quasi stulti ipsi. *Nescit qua sit sua curia*) & ob id cum cæteris non sacrificat. *Sed facit (sacra)* ipsa sacrificia. *Relicta*) eorum scilicet negligentia. *Die extrema*) quasi extrema parte diei, posteaquam cæteri sacrificium absoluissent. *Est honor & tumulis*] &c. Diximus superius, Februario mense instituta pro manium capiatione aut capitulatione sacrificia, vt Macrobius refert, à Numa, qui hoc mense statuit, vt iusta diis manibus soluerentur: vt Plutarchus asserere videtur, à Romulo. Nam cum Lupercalia attigit, inquit: Quæ ad expiandos manes constituta videbantur. Fiebant enim nefastis diebus Februarij mensis, quem piacularem interpretantur. Sed vt poetæ placet, morem hunc in Italiam Æneas detulit. Sunt tamen à quibusdam instituta. Eadem die qua & Quirinalia & Fornacalia fiunt, fieri & ipsa incipiunt. *Est ergo honor tumulis*] sepulchris. *Placare*] exaturare. *Animas*) vmbras. G *Paternas*) parentum, vel maiorum quorumcunque mortuorum. *Et ferre parua munera in extructas*) in compositas & ordinatas pyras. Pyra est illa lignorum congeries accensa, in qua mortuorum cadauera adurebantur. Ergo singulis annis pyræ ipsæ referebantur. Nisi intelligere malimus pyras pyramides, in quibus ossa recumbebant, seu sepulchra ipsa.

Parua petunt manes, pietas pro diuite grata est
Munere, non auidos Styx habet ima Deos.
Tegula porrectis satis est velata coronis,
Et sparsæ fruges, paruàque mica salis,
Inque mero mollita Ceres, violaque solutæ,
Hæc habeat media texta relicta via.
Nec maiora veto, sed & his placabilis vmbra est,
Adde preces, positis & sua verba focis.
Hunc morem Aeneas pietatis idoneus autor
Attulit in terras iuste Latine tuas.
Ille patris genio solennia dona ferebat,
Hinc populi ritus edidicere pios.
At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis
Bella, parentales deseruere dies.
Non impunè fuit: nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.
Vix equidem credo, bustis exisse feruntur,
Et tacitè questi tempore noctis aui.
Pérque vias vrbis latósque vlulasse per agros
Deformes animas vulgus inane ferunt.
Postea præteritis tumulis redduntur honores,
Prodigiisque venit funeribúsque modus.
Dum tamen hæc fiunt, viduæ cessate puellæ,
Exoptat puros pinea teda dies.

ANTO. B *Parua petunt manes*] dij inferi. Quod sequentia ostendunt: vt, Non auidos Styx habet ima deos. Quamuis augures tam superos quàm inferos deos manes dicebant. *Tegula porrectis*] &c. Ponebantur epulæ in his sacris super silicem, quæ inde (vt ait Seruius) Silicernium dicebantur. quo vocabulo quidam significari volunt funebre cõ- C uiuium, quod senibus exhibetur. Donatus verò Silicernium inquit cœnam esse, quæ infertur diis manibus: quod eam silentes cernant, id est, vmbræ possideant: vel quòd qui eam inferant, cernant, neque degustẽt. De coronis Naso alibi: Tu tamen extincto feralia munera semper, Déque tuis lacrymis humida serta dato. *Inque mero mollita Ceres*] quia ritus D huius sacrificij exigit merum vinum, id est, purum, autore Seruio. *Violaque soluta*] non redactæ in serta, sed circum silicem siue tegulam sparsæ. *Hæc habeat media texta relicta via*] quia extra vrbem erant tumuli mortuorũ, quos ad viarum latera hodie cernimus. Vnde ait Iuuenalis: Quorum flaminia tegitur cinis atque latina. Sepeliebantur tamen mortui etiam domi suæ: vnde orta est consuetudo, vt lares in domibus colerentur. *Nec maiora veto*] Hoc est quod diximus suprà, etiam manibus victimas immolari. *Adde preces*] quia non solùm sacrificiis, sed precibus & votis numina placantur, vt: Iunonis magnæ primùm prece nu- E men adora. Iunoni cane vota libens. Et vocis precibúsque iubent exposcere pacem. *Hunc morem Aeneas*] &c. Numa Pompilius quidem (vt diximus) statuit, vt hoc mense iusta diis manibus soluerentur. Sed Æneas putatur hunc morem placandorum manium in Italiam attulisse, qui patri Anchisę ista persoluit, vt est in quinto Æneidos. *Patris genio*] vmbræ patris, quam colebat vt loci genium. Est enim genius iocerdum vniuscuiusque loci Deus. Sed de hoc aliàs. *Solennia dona*] anniuersaria. vt: Solennes tum fortè dapes, & tristia dona Libabat cineri Andromachæ. *Parentales deseruere dies*] Romani bellis impediti dicuntur olim parentalia intermisisse, cuius impietatis pœnas luerunt morte multorum. *Omine ab isto*] ominosa, infausta impietate. Quid enim aliud sibi ominatur impius, quàm iram deorum. *Suburbanis incaluisse rogis*] Cùm multi interirent, qui non longè ab vrbis mœni- F bus vrebantur, creditum est, iratos manes parentalibus intermissis Romanos ex calamitate mulctasse. Et hoc est, quod autor ait, *Non impune fuit*) Neque enim placet interpreteris, non impune, quod nocturnis vlulatibus territi sint, qui parentalia intermisissent: sed quòd ea negligentia siue impietas Romanis multorum interitu constitit. Quod quia exploratum & certum non erat, Ouidius, si eius verba expendis, ita loquitur, vt dubitare videatur. *Prodigiisque venit*] &c. Cessauerunt multorum interitus, & prodigia, ac mortuorum querimoniæ, parentalibus restitutis. Significat enim modus hoc loco finem. H *Dum tamẽ hæc fiunt*) &c. Dum hæc sacra mortuis persoluuntur, religiosum est nubere: quemadmodũ & mense Maio, teste Porphyrione, quo Lemuria celebrantur, à Romulo instituta, vt occisi Remi vmbræ placarentur. Legimus idem aliquando custoditum & mense Martio, quo Minerua Martem vicisse dicitur, & obtenta virgini- I tate Neriene appellata. *Pinea tæda*) A parte totũ accipimus, hoc est, à face nuptiali omnem nuptiarum celebritatem. *Dies puros*] non ferales, quales sunt vndecim dies reliqui Februarij, vt apertè autor ostendit.

PAVL. *Parua petunt manes*] &c. Dixerat parua munera ferenda esse: nunc illud confirmat, quòd parua à manibus petantur, non esse apud inferos auaritiam. *Manes*) quasi dij inferi. tamen propriè boni dicuntur. Inde mane, quod est bonum: nisi quòd tunc dies manare incipiat, K intelligamus. *Petunt parua*) munera scilicet. *Pietas*) quasi pium officium. *Est grata pro munere diuite*) quia magis illis placent pietatis munera, quàm opulentiæ. *Styx*) Species pro genere, seu pars pro toto: hoc est, inferi ipsi. Nam Styx palus est inferni, & propriè mœstitiam significat. à στυγνάζω, quod est mœreo: seu στυγέω, quod est odio habeo. Styx tamen ab Hesiodo Oceani & Tethyos filia dicitur, quæ ex Pallãte Victoriam genuit: quæ adeò Giganteo bello dijs fauit, vt dij per matrem peierare non audeant. Herodotus autem tradit, Stygem paruam esse aquam in Arcadia, in ciuitate quæ dicitur Nonaris, ea petra quadam profluentem: quæ quidem aqua, Plinio teste, licet neque odore, neque colorẽ sit abominabilis, illico tamen pota necat. *Styx ergo*) ipsa inferni palus. *Non habet deos auidos*) cupidos, auaros, vt ma- L gna exposcant: sed modico sunt contenti. *Tegula*) quibus debeas manes exaturare. *Tegula*) quæ à tegendo dicta est. *Tegula*) hoc est tecta. *Velata*) ornata, circundata, seu cooperta. *Porrectis*) appositis. *Coronis*) factis scilicet è floribus, aut ex viridibus. *Satis est*] sufficit ad sacra hæc. *Et satis sunt fruges sparsæ, & parua mica salis*) hoc est, mola ipsa, quæ erat ex sale & farre mollito, vt Varro inquit, & sæpe diximus. *Et satis est Ceres mollita*) hoc est, panis mollitus. *In mero*) nõ in vino aqua mixto, sed in mero. *Et viola soluta*) non insertæ, sed solutæ, & circumspersæ. His manes contenti sunt. *Texta relicta in media via habeat hæc*) ponantur hęc in ipsa tegula, & relinquatur in media via. Nam circa viam construebantur, vt & nos apud barbaros in Aphrica, Getica, &

A morem ferè Asiatica ora seruari vidimus. *Nec maiora veto*) &c. Parua quidem dixit manibus offerenda: non tamen inhibentur maiora, sed paruis exaturantur manes. Addendæ quoque sunt preces, accensis luminibus. *Nec veto maiora*) munera scilicet offerri: non prohibeo, quod maiora facias sacrificia. *Sed & vmbra*] anima extincti corporis, quæ vmbra est. Vnde Horatius: Puluis & vmbra sumus. *Est placabilis*) placari seu saturari potest. *His* paruis scilicet oblatis muneribus. *Adde preces*) ipsis muneribus *Et sua verba*) nam posses addere preces, non tamen sua verba & ideo *Sua verba*] quasi propria, congrua, seu conuenientia defunctorum expiationi. *Accensis focis*) pro accensis luminibus, vt & nos Christiani facimus. *Hunc morem Aeneas*) &c. Conuersio orationis ad Latinum Italiæ regem, quòd in eius regnum Æneas morem hunc, expiationis scilicet animarum attule-

B rit. *O iuste Latine*) Vt eum ab æquitate, qua polluit, commendaret, iuste dixit. Latinũ genitum ex Fauno & Marica nympha Virgil. dixit. Dionysius autem, cùm Herculẽ duos filios his in locis, vbi Roma est, reliquisse dicat, Pallantem ex Euandri filia natum inquit, Latinum verò ex Hyperbonde puella quadam, quam dante patre obsidem extulit, seruauitq; quodam tempore castam. Sed cùm deinde nauigasset in Italiam, adamatam impleuit: traiecturúsque iam Argos, Aboriginum reg: Fauno collocauit. quæ causa multis opinandi fuit, non Herculis filium Latinum fuisse, sed Fauni. Eustathius autem ait Latinum Vlyssis ex Circe filium. *O iuste ergo Latine, Aeneas idoneus auctor pietatis*) quasi religiosi officij Pietas de inferiore ad superiorem est. Æneas autem insigne fuit pietatis exemplum. nam pius in patrem, pius in patriam, pius in deos. Idoneus idem in omnibus est, quasi idẽ Æneas

C ipse in omnibus pietatis officiis. *Attulit hunc morem*] hanc annuam consuetudinem pro mortuis sacrificandi. nam pro patre quotannis sacrificabat *In terras tuas*) in Latium: vnde morẽ accepere posteri. *Ille*) Æneas scilicet *Ferebat dona solemnia*: quasi annua dona. *Genio patris*) Anchisæ scilicet. Geniũ (vt Pompeius inquit) Deum appellabant, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Aufustius: Genius, inquit, est deorum filius, & parens hominis, ex quo homines gignuntur: & propterea genius meus nominatus, qui me genuit. Alij genium putarunt vniuscuiusque loci Deum. & pro hoc vltimo hic accipere posses. *Genio patris*) Deo loci: pro ipso loco, in quo pater erat sepultus. Et Virg. in 5. Æneid. ad Anchisæ tumulum: Incertus geniúmne loci. *Hinc*) ab ipso Ænea. *Populi*) Latini. *Edidicere ritus*) ordines, mores *Pios*) quia pro patribus, seu pro maiorum vmbris Poëta assignat origi-

D nem huius moris pietati Æneæ: verùm longe ante illum Pluto morem docuit honorum mortuis exhibendorũ. Nam de Ænea Diodorus loquit: Plutonem volunt sepulchrorum, funerúmque, atque honorum, qui mortuis impenduntur, vsum introduxisse, cum antea nulla rerum harum apud homines esset consuetudo. Quæ causa extitit, vt vita functis dominari existimaretur, antiquitate illi huius curæ principium tribuente. *At quondam*) &c. Sed dum bellis incumbere Romani, intermisere hæc interdum, sed non impune. Nam egressæ è sepulchris defunctorum ferunt vmbræ, errassèque cum querelis & per vrbis vias, & per agros: quod quidem magno erat ostento. Sed cùm intermissa, & extinctis debita restituerentur, cessasse prodigia hæc. *At*] sed. *Quondam*)

pro aliquando. *Dum*) populi ipsi. *Gerunt longa bella*] dum diu bellantur. *Armis pugnacibus*) cum quibus pugnatur. *Deseruere dies parentales*) diem parentalium sacrorum, in quibus pro parentibus seu maioribus extinctis epulæ sepulchris ferebantur. Vnde & Ferales, & Feralia dicta sunt, & parentare, quod est, ipsa sacra pro mortuis facere. *Non fuit hoc impune*] deseruisse scilicet parentalia. *Nam dicitur*) Refert se ad rumorem. *Ab isto omine*) quasi ab hac mala, velut infausto omine causa: quia malum fuit illa deseruisse. *Dicitur Ro-* G *ma incaluisse rogis*) arsisse rogali & suburbano igne: vel vt alij dicunt, non quòd incensa fuerit rogorum causa vlla ex parte, sed incaluit bellis ciuilibus, quæ portenderunt quæ egressæ sunt è sepulchris vmbræ. *Suburbanis*) Vt denotet, sepulchra extra vrbem fuisse in suburbiis. nam extra vrbem & adurebantur, & sepeliebantur corpora. Suburbana sunt, quæ extra vrbem sunt, & tamen sub vrbis iurisdictione. *Vix equidem credo*] &c. Pythagoreum se esse ostendit, cùm id non credat, circa sepulchra vmbras errare. *Vix equidem*) ego quidem. *Credo*) via possum adhibere fidem. *Feruntur aui*) quasi maiores extincti. *Exisse bustis*) à sepulchris. *Et tacitè questi*) querelas fudisse *Tempore noctis*) per noctem. *Et ferunt*) dicunt *Animas deformes*] vmbras teteras & pullas. per appositionem. *Vulgus inane*) quasi multitudinem leuem & vacuam. nam vtrumque inane significat. vacuam, quia H sine corpore. *Vlulasse*) quod luporum est. *Per vias vrbis*) per vias quibus in vrbem itur, & per vias quæ in in vrbe sunt. *Et per latos agros*) per lata arua. Vt apud Lucanum de Syllanis manibus, & de Mario legimus: Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes Miscentur, tantum nox atra silentibus aruis Edidit, & medio visi consurgere campo, Tristia Syllani cecinere oracula manes, Tollentemque caput gelidas Anienis ad vndas, Agricolę fracto Marium videre sepulchro *Postea praeteriti tumulis*)&c. Cessauere hæc, vt diximus, cum sepulchris honores debiti restituerentur. *Postea*) post hæc. *Honores praeteriti*) id est, intermissi, ipsa Feralia sacra derelicta. *Redduntur tumulis*) restituuntur sepulchris. *Et venit modus*) quasi finis prodigiis huiusmodi, portẽtis & mõstris. *Et funeribus*) Species Metonymiæ est: quasi defũctis, seu funeratis. *Dum tamen hæc*) &c. Dum Feralia hæc pro mortuis fiunt, quæ nuptæ sunt, secumbant à viris: quæ ma- I turæ & nubiles, neque se comant, neque coniugium ineant. Includenda quoque sunt inter templa deorum simulacra, neque illis sacrificandum. nam errant extinctorum vmbræ his diebus, vt depascantur appositas epulas. Duratque debẽt sacra hæc ad finem vsque mensis, & tot diebus hæc obseruãda sunt, erúntque dies vndecim. *Dum tamen*) dum pro donec. *Fiunt hæc*) sacra Feralia. *Cessate puellae viduae*) quasi vos puellæ, quæ nuper nuptæ estis. *Cessate*) à matrimonio: quasi secubate à viro. & ideo viduæ, id est, illis diebus viro diuisæ. Nec intelligas de his quæ nuptæ non sunt. nam has explicat versibus subsequentibus *Taeda pinea*] quasi fax matrimonialis. Tæda ex generibus pinus est, cuius accensæ vsus in connubiis erat, & in sacris. Vnde Plinius de tæda: Flammis atque lumini sacrorum etiam grata, hanc mares duntaxat ferunt, non illam mulieres, sed mares ferebant. *Pi-* K *nea ergo taeda*) & species Metonymiæ est: fax ipsa coniugalis, quasi coniugium. *Exoptat vel expectat puros dies*] non funestos, nõ mœstos, sed immaculatos, re funebri claros, & lætos.

> *Nec tibi, quae cupidae matura videbere matri,*
> *Comat virgineas hasta recurua comas.*
> *Conde tuas Hymenaee faces, & ab ignibus atris*
> *Aufer: habent alias moesta sepulchra faces.*

ANTON. *Nec tibi*] &c. Monuit viduas nubendi cupidas:

E nunc admonet virgines viro maturas, ne diebus impuris se ad nuptias præparent. *Comat virgineas hasta recurua comas*) Non dicit eburneũ instrumentũ, vt quidã volunt, quo discriminatur capillus: nec calamistrũ, vt aliis placet. Vnde Cicero calamistratam comam appellat. Est enim acus maior, qua (vt inquit Varro) calefacta in cinere capillus ornatur. vnde cinerarij ac ciniflones dicti sunt ministri calamistrorum, quibus matronæ capillum crispabant. Sed hastam significat, qua nubentis caput comebatur, vt Plutarchus & Festus meminerunt, ita vt hastæ cuspide coma discriminaretur. Dicebatur autem hæc celibaris, quam stetisse oportebat in corpore gladiatoris occisi. Ideóque ea ornabatur nubentis ca-

F put: vt sic vxor coniuncta cum viro esset, vt ipsa cum gladiatoris corpore fuerat. vel, quia matronæ in Iunonis Curetis siue Curitis tutela sunt, quæ ab hasta ferenda ita dicebatur, quòd curis, lingua Sabinorum, hasta (vt diximus) vocaretur. Vnde nonnulli eam Caritim dicunt, non Curetim, cuius statuæ vt plurimum hastæ innixæ cernebantur. Vel vt omen fieret virorum fortium gignendorum, vel quòd nuptiali cu-

se imperio viri nubens subiicitur, quia hasta summa armorum & imperij est: quam ob causam viri fortes ea donabãtur, & captiui sub eadem vendebantur. Vel quia prima connubia violenta fuerunt, vel vt discerent vxores seuerum & minime effœminatum ornatum probare, vel quòd solo ferro nuptiæ dirimendæ sint. Recurua verò hasta hoc loco dicitur, quòd deprimi soleat, dum eius ferro discrimi- L natur coma nubentis.

PAVL. *Nec tibi*] &c. Quæ nubilis est, non se comat, non incumbat cultibus, hoc est, ornatibus. Et est apostropha ad nubilem ipsam. *Nec*) sito. *Quae matura*) adulta, nubilis, viripotens. *Videbere*) videberis. *Matri cupidae*] Nam cupit hoc mater, vt filia placere studeat, vt citius viro iungatur, & per hoc vt se comat. *Ergo nunc*] his diebus. *Nec hasta recurua*] stilus reflexus: hoc est, calamistrum. *Comat tibi*) quæ matura matri videbere. *Comas*] ornet. *Comas virgineas*) crines puellares. Dum virgo est, comat comas. Figura locutionis est, quę Traductio dicitur, cùm idem verbum repetatur, modò in hac, modò in altera significatione: vt, Venism ad vos, si mihi senatus dat veniam. *Conde tuas Hymenaee fa-*

ces] &c. Neque sunt illis diebus coniugia stipulanda. Et est apostrophe ad Hymenæum. *O Hymenæe*) ὑμὴν Græcè, Latinè hymen, pellicula illa est tenuis, qua nascitur infans inuolutus. Inde Hymenæum nuptialem Deum multi deductum volunt: sed Martianus Capella Bacchi & Veneris filium dixit: cuius sit officium, in nuptiis saltare, cauere, & limina coronare. Ponitur tamen à poetis pro nuptiarum Deo. Ergo ô *Hymenæe*) conde, absconde, *Tuas faces*) matrimoniales licet. *Et aufer ab ignibus atris*] hoc est, funebribus, à Feralibus ipsis. *Mœsta sepulchra*) Mœsta ab effectu, quia mœstos omnes reddunt. Sepulchra dicuntur, quasi seorsum à pulchro. *Habent alias faces*] non habent lætas, sed mœstas. ergo alienæ sunt à tuis. *Di quoque templorum*] &c. Neque est illis diebus diis superis sacrificandum, immò occludenda sunt eorum simulacra intra templa: illa tamen operta sint.

Di quoque templorum foribus celentur opertis,
Thure vacent aræ, stentque sine igne foci.
Nunc animæ tenues, & corpora functa sepulchris
Errant, nunc posito pascitur vmbra cibo.
Nec tamen hæc vltra, quàm quot de mense supersunt
Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.
Hanc, quia iusta ferunt dixere Feralia lucem:
Vltima placandis manibus illa dies.
Ecce anus in mediis residens annosa puellis,
Sacra facit Tacitæ, nec tamen ipsa tacet.
Et digitis tria thura tribus sub limine ponit,
Qua breuis occultum mus sibi fecit iter.

ANTON. *Di quoque templorum*] &c. Clauduntur deorum templa, dum manibus iusta soluuntur, & quasi intermittitur deorum cœlestium honor. *Thure vacent aræ*] &c. Cessent sacra cætera, & sacrorum ignes. Sed reluctari nobis videtur quod infrà legimus: Ara fit, huc ignem curua fert rustica testa. Item: Illic lanigeri pecoris tibi Termine fibris Sacra iubet fieri sextus ab vrbe lapis. Dicendum igitur, ea lege cæterorum deorum sacra cessare, vt non omittantur quę pręscribit necessitas. *Nunc animæ tenues*] &c. Manifesta ratio. Mortui enim nihil cœlestibus debent, autore Seruio: & errantibus vmbris omnia fere polluuntur. Vnde non videntur posse diis superis pura sacra exhiberi, nisi Feralibus absolutis. *Corpora functa sepulchris*) vmbræ sepultorum, quæ vocantur corpora, quia reuera vmbræ tres dimensiones recipiunt. *Nec tamen hæc vltra*) &c. Deest verbum, & est sensus: Quæ dixi, non vltrà custodienda sunt, quàm quot dies supersunt ad implendum Februarium, & quot pedes nostris carminibus continentur. Significat autem vndecim dies, quibus mortuorum vmbræ putabãtur errare, ac pasci silicernio. Hexametrum enim cum pentametro vndecim pedibus constant. *Hanc quia iusta*] &c. Aduerte, non vnam his carminibus diem ostendi, lector ingeniose, sed duas ex vndecim. Hic enim sensus est: Hanc diem, quam & Quirinalia, & stultorum festum appellant, etiam Feralia dixerunt: quia fertur silicernium ad sepulchra, & soluit diis manibus iusta incipiunt. *Illa verò dies*] quæ Februarium terminat, placandis manibus vltima est. Illa igitur pronomen monstrat hoc loco, non refert: & monstrat non propinquam, sed remotissimam diem: cùm hic pronomen diem, in qua nunc sumus, ostendat. vt: Hanc, quia iusta ferunt, dixere feralia lucem. Dicti autem sunt dij manes, quasi boni ac prosperi: quòd melior mors sapientioribus, quàm vita probetur. Vnde immanes dicimus non bonos. Augures autem (vt diximus) tam superos quàm inferos deos manes dicebant, quòd per eos omnia manare crederent, autore Festo. Seruius verò manes inquit esse animas eo tempore, quo de aliis recedentes corporibus, nondum in alia transierũt: quæ cùm noxiæ sint, per antiphrasin manes dicuntur. nam manum bonum est: vnde mane secundum aliquos nomen accepit. Alij à manando manes dictos volunt, quòd animis omnia plena sint inter lunarem circulum terrenum. *Ecce anus in mediis*] &c. Sacrificatur hoc tempore Mutæ nymphæ infernæ, quæ à loquacitate Lalar vocata est, & deinde Lar, dempta syllaba. Hæc est, quæ peperisse dicitur lares, cùm eam Mercurius cõpressisset, de quibus suo loco plura dicturi sumus. Huius deæ sacra rectè Feralibus iungebantur, cùm ei cum mortuis sit cõmune silentium: cui Iupiter dicitur linguam, quæ tacere nesciebat, abstulisse. Accedat ad hoc, quòd ipsa est Larium mater, quam Macrobius Maniam vocat. Ipsi autem lares animæ putantur esse hominum, autore Festo: & in lucis piorum manes, qui lares viales dicebantur, vt Seruius scribit. Huic deæ rem diuinam facientes, inimicorum linguas compesci existimabant: quemadmodum & laribus hostiam immolantes, hostes ab his arceri putabantur, vt legimus apud Festum. Sciendum, deam Mutam non esse Angenoram, cuius festa Angeronalia dicebantur. Nam ei deæ silentij præsuli (vt inquit Solinus) Decembri mẽse sacra faciebant, instituta (vt ait Festus) quum angina omne genus animalium consumeretur, qua populus Romanus præmisso voto liberatus est, vt Modestus scripsit teste Macrobio. Licet secundum Verrium Flaccum Angerona dicta sit, quòd angores atque animorum sollicitudines propitiata depellat. Cuius simulacrum ore obligato obsignatóq; in ara Volupiæ collocatum est: quòd qui suos dolores anxietatésq; dissimulãt, patientiæ beneficio perueniant ad maximam voluptatem. Huius deæ sacellum inter antiquissimas religiones cultum est, autore Solino: quam quidam crediderũt eam esse, in cuius tutela fuerit Roma. Licet alij Opem Consiuiam, alij Iouem, alij Lunam esse crediderint. *Et digitis tria thura*] &c. Ternarium numerum Aristoteles scripsit ad sacra pertinere, qui primum imparis numeri locum tenet, vt diximus suprà. Vnde illud est. Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore Licia circumdo. Rectè igitur anus (quamuis delira mea sententia) hunc numerum sacris adhibet, qui est masculinæ virtutis, vt detrahentium lingua acrius compescatur.

PAVL. *Di quoque*) dij etiam: quasi deorum simulacra. *Celentur*) abscondantur. *Opertis*) clausis. *Foribus*] ianuis. *Templorum*) aræ. Aram Varro ab areis deducit, quæ sunt loca in vrbe pura, quòd sic etiam ara dicta sit: nisi potius ab ardore. Alij tamen dicunt à Græco verbo ἀρῶμαι, hoc est oro: & ἀρὴ oratio est. *Inde ara*] quòd in sacrificando oretur. *Aræ ergo vacent thure*] quasi vacent sacrificio, in quo thus adhibebatur. *Et foci stent sine igne*] foci loca, vbi ignis fit, vel ipsa ignis fomenta. ergo non accendantur pro cæteris sacrificiis ignes. *Nunc animæ tenues*] &c. Causa cur hæc obseruanda sunt, vt his diebus nuptæ à viris secubent, nubiles non se ornent, coniugia non ineantur, & deorum simulacra celentur, causa est, ne quid profanetur. Nã vmbræ extinctorum, cùm ad epulas veniant, errant circa sepulchra. ne quid inficiant, ab his cauendum est. *Nunc*) his diebus. *Animæ tenues*] quasi inanes vmbræ. *Et corpora functa sepulchra*) quasi vmbræ corporum functorum sepulchris, corporum quæ humata fuere. Nam inhumata centum errant annos, & ad hæc sacra non veniunt. Ergo corporum vmbræ, quæ sepulchris non caruere. *Errant*] circa sepulchra, & epulas ipsas. *Nunc vmbra pascitur*] saturatur. *Posito cibo*] appositis epulis. *Nec tamen hæc*) &c. Seruanda sunt quæ dixit, sed non vltra dies vndecim. nam totidem diebus errare creduntur vmbræ. *Hæc tamen*] quæ dicta sunt. *Nec vltrà*] quasi non pluribus diebus seruanda sunt. *Quam quot luciferi*] quot dies. *Supersunt*] restant. *De mense*) Februario scilicet. Nam si incipias à decimoctauo die numerare vsque ad finem, erunt vndecim dies. quod & ipse nunc melius declarat. *Quot carmina nostra*] hoc est, hi elegi versus *Habent pedes*] Nam alter habet sex, qui est hexameter: alter quinque, qui pentameter. Et sic sunt vndecim pedes, ita & vndecim dies supersunt de mense. *Hanc quia iusta*) &c. Ab hoc igitur, quòd epulæ sepulchris ferantur, feralis dies dicta est, & feralia sacra. Vnde Pompeius: Feralia, diis manibus sacrata festa, à ferendis epulis. Et Varro ab inferis & ferendo, quòd ferant tum epulas ad sepulchrum, quibus ius sibi parentare. *Dixere*) ergo veteres *Hanc lucem*) hanc diem. *Feralia*) quasi feralem, & feralia sacrificia. *Quia ferunt iusta*) quia pro mortuis iusta soluunt. Nam hæc propriè iusta dicimus. *Illa dies vltima*) s. est. *Placandis manibus*] ad placãdos manes. *Illa dies est vltima*] quæ feralis appellatur. Feralia & ferales, fe, longa & breui. *Ecce anus in mediis*) &c. Inter hæc feralia fiebant sacrificia deæ Mutæ: quæ etsi poëta ad fabellam referat, quã paulo inferius explicabimus, sacrum tamen erat quoddam magicum, ad compescendas detrahentium linguas. Quo vtinam & nos sciremus & possemus vti, ad allatratus Cerberi reprimendos: qui cùm sapientiam profiteri velit, ab omni sapientiæ munere profectò vacat: qui cùm alios continere moneat, seipsum continere non potest. Qui aliena vitia habet ante oculos, sua autem tergo reiicit. Non obloquens, ne

A maledicentiæ vobis, vt ille, præbeam exemplum. Sacrum quidem hoc erat magicum, sed à paucis intellectum. Poëta tamen id non aperit: nos tamen sua verba cum mysterio interpretemur, quod facillimum est nobis, qui vidimus id idē fieri pluribus in locis, eóque modo, quo à poëta refertur. Præterea religiosus quidam in Eubœa erat, qui vt genere Græcus, ita Græcis literis eruditus. Ad quem aliquando cùm per hybernia in Chalcide essemus, è triremi confugiebam: volebat enim interdum, vt aliquid nostrarum literarum aperirem. Hunc semel reperi librum legentem, cuius inscriptio erat de arcanis veneficiis cuiusdam Thessali. Inter cætera Græcè scriptum hoc sacrum aduerti, quod ille eo tempore voluit experiri, cùm essent aliqui maledici, qui eum conuiciis lacessere non desinebant. Mirum quidem dictum est, compescuit illorum maledicentiam. Idem accidit & me præ-

B sente in Hispali, & postea Rhodi. Plures enim sunt per omnem Græciam, qui huiusmodi veneficia exercent. Quod omnino alienum est à nostra religione. Neque fides est huiusmodi veneficiis adhibenda, quæ plerunque autorem in perniciem trahunt. Sed in interpretando Poëta, mutuabimus à Chalcidico rationes. *Ecce anus*] vetula. *Annosa*] plena annis. *Residens in mediis puellis*] inter medias puellas. *Facit sacra Tacitæ*] deæ Mutæ. *Nec tamen ipsa tacet*] quia silentibus cæteris loquitur ipsa, quia incantationibus vtitur. *Et ponit tria thura*] id est, tria thuris grana. *Tribus digitis sub limine*] Et erat sub limine: qua transituri essent detractores, quorum linguas compescere volebant. vel ipso thure fiebat suffumigatio loco illi, qua transituri erant. vel sic in foramine ponebant sub limine. Ideo inquit: *Qua*] ea parte. *Qua mus breuis*] paruus *Fecit sibi iter occultum*] quasi in foramine non humana manu facto, non ferro, sed quod sub limine mus sibi fecit. G

Tunc cantata tenet cum plumbo licia fusco,
Et septem nigras versat in ore fabas:
Quódque pice astrinxit, quod acu traiecit ahena,
Obsutum menta torret in igne caput.
Vina quoque instillat, vini quodcunque relictum est,
Aut ipsa, aut comites, plus tamen ipsa bibit.
Hostiles linguas, inimicáque vinximus ora,
Dicit discedens, ebriáque exit anus.
Protinus à nobis, quæ sit dea Muta requires:
Disce per antiquos quæ mihi nota senes.

ANTON. *Cum fusco licia plumbo*] Licia ad implicandas linguas, plumbum ad reprimendas adhibet. Tollebatur à risu tempera. *Et septem nigras versat in ore fabas*] Vt non solùm impedirentur ora obtrectatorum, sed & sensus hebetarentur. Sanè mortuorum animas in fabis esse quidam tradiderunt. vnde hoc legumen parentando assumebatur, autore Plin. quod (vt Festus tradit) flamini Diali

C nec tangere, nec nominare licebat, quòd id putaretur ad mortuos pertinere: cum faba & lemuralibus iaceretur laruis, & parentalibus adhiberetur sacrificiis. Vnde Varro de Vita patrum lib. 1. Fabam, inquit, in quibusdam sacris noctu iactabant, dicentes se lemures domo extra ianuam eiicere. Quæ idem Varro confirmat flaminem non vesci, quoniam in flore eius literæ lugubres reperiantur. Eadem & hebetare sensus existimata est, & somnia facere. Damnatáque est sententia Pythagorica, necnon & Ægyptiorum, qui instituisse dicuntur (teste Diodoro) valetudinis causa, vt fabis abstineretur, quæ animato maximè conueniunt, afferúntque inflationem, ac vento plenæ sunt, vt Cicero & Laertius tradiderunt, vnde & ipse animus perturbatur: similesque sunt testiculis, & inferni ianuis, vt ait Aristoteles. Cæterùm licèt Cicero, Laertius, & Callima-

D chus Pythagoram fabis abstinuisse testentur, Aristoxenus tamen eum fabas edisse, & hœdis teneris ac porculis solitum vesci memoriæ prodidit. Lege Aulum Gellium lib. 4. Noctiū Atticarum. Hoc legumento in sacris deæ Mutæ vtebantur, sed nigro: quia nympha inferna est, vt diximus. Vnde autor ait, Cum fusco licia plumbo. Septem autem fabas dicit, quia numerus septenarius vim obtinet vinciendi, ac rerum omnium ferè nodus est. De cuius numeri plenitudine, potentia, dignitate, ac maiestate lege Macrobium in libello, quo interpretatur somnium Scipionis. Eo mea sententia nihil est legi dignius. *Quódque pice astrinxit*) &c. In huiusmodi sacris ficta pro veris haberi solent: quam ob causam anus Mutæ rem diuinam faciens, humani capitis pice il-

E litu siue confecti effigiem igne torrebat, in eorum pœnam qui denotabantur. Sic & excantatores interdum in sacris, quæ Cocytia nuncupabant, duas imagines formare consueuerunt, è cera & lana: quarum cerea ad ignem liquescebat, acubus infixa, in eorum supplicium, quos insectabantur. Lege Porphyrionem. Ouidius alibi: Deuouet absentes, simulacráque cerea fingit, Et miserum tenues in iecur vrget acus. Sciendum, mentæ odorem (vt inquit Plinius) animum excitare, & saporem ac auiditatem in cibis. Sunt qui menta accusatiuum pluralem esse velint, ab eo quod est mentū. Quod si est, licèt claudicare versus videatur, sustentatur tamen cæsura: vt, Mittit Hypermestra de tot modò fratribus vni. Id magis placet, quod id herbę genus non congruit huic sacro. Legendum igitur figuratè, Obsutum menta: vt accipias capi-

F tis simulacrum mentum obsutum habens. *Vina quoque instillat*) quibus sæpe neque pes, neque mens suum satis facit officium, similiter & lingua. *Quæ sit dea Muta requires*) Vult Iuturnam sororem Turni à Ioue dilectam fuisse, ac nympham Almonis filiam, contempta Iouis maiestate, non solùm admonuisse Iuturnam, vt sibi caueret, sed etiam tanti Dei amores aperuisse Iunoni. Vnde meruit lingua priuari: qua pœna mulctata, Mutæ nomen accepit: & quę Latij nympha fuerat, nunc est paludis infernę. Fabula ita manifestè hic traditur, vt penè expositione non egeat.

H PAVL. *Tum*) postea. *Tenet*] ipsa anus. *Licia cantata*) fila licia, quorum in his vsus est, præcipuè quæ nouerit virginea manus. *Cantata*) incantata. *Plumbo fusco*) Non intelligas tuoc eam filare, & pro plumbo diuerticulū quod est in fuso: sed Plūbo, plumbi lamina, quæ in rebus magicis adhibebatur. *Fusco*) à colore ipsius. *Plumbo fusco*) vel potius illaborato. Ea ratione plumbum adhibebatur, quia ad Saturnum refertur. Nam vt aurum assignatur Ioui, & Lunæ argentum, ita plumbum Saturno, cuius sidus gelidæ ac rigentis esse naturæ constat. Adhibebatur ergo Saturni ratio, ad furorem & ardorem linguarum compescendum. *Et versat septem fabas nigras in ore*) Per fabas nigras mortui referebantur: quibus vt silentium datum est, ita detrahentibus silentium incuteretur. Versabantur in ore, quia ex ore detrahentium verba erumpunt. Fabæ enim ad mortuos pertinent. Vnde apud Pompeium: Flamini Diali nec tangere, nec nominare fabam licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore eius luctus literæ apparere videntur. Sed cur septem, & non plures, neque pauciores, rationem dicam. Cùm hic mos à Græcis emanarit, Græcæ literæ considerandæ sunt, quæ, vt & nostræ, in consonantes & vocales diuiduntur. Consonantes nihil per se, sed cum vocali sonant. Vocales per se vocem plenam faciunt. Ergo quot sunt vocales Græcæ, ad maledicorū voces reprimendas, tot fabas accipiebant. Sunt autem septem, α ε η ι ο υ ω. *Quódque pice astrinxit*] &c. Posset aliquis caput hoc ad effigies viriles & muliebres referre, quas Compitalibus in compitis suspendebant, putantes deorum inferorum esse, quos lares vocant, vt viuis scilicet parcerent: præcipuè cùm nunc de dea Muta agatur, quæ larium mater. Sed nihil ad rem. Nam sacrum hoc alterum est ab illo, & illæ effigies erant laneæ, hæ verò aliter fiebant. *Torret ergo in igne*) quasi calefacit ad ignem. *Caput obsutum*) circunsutum. *Menta*) herba illa odora. Menta à suauitate odoris dicta. Plinius dixit aliquando mintam appellatam. *Quod*) caput. *Astrinxit pice*) astrictum ex pice composuit. *Quod traiecit*) perforauit. *Acu ahena*) acu ærea. Traiiciebatur autem caput hoc circa os: vt sicut lingua figebatur acu, ita maledicentis transfigeretur. *Vina quoque instillat*] &c. Dum calefit ad ignem caput illud, vinum superius instillatur, guttis quidem exiguis. Vinum L illud, quo caput abluebatur, si quo modo potuissent, maledico bibendum tradebant. Quod autem ex ipsa instillatione supererat, & anus & comites bibebant. *Vina quoque instillat*] super caput scilicet. *Quodcunque est relictum vini*] omne quod non est superius instillatum. *Aut bibit ipsa*] anus scilicet. *Aut comites*] puellæ: & ipsa & comites bibunt. *Tamen ipsa plus bibit*] quia anus est. *Hostiles linguas*] &c. Egreditur postea è loco anus, peracto sacro, & hæc *Dicit anus, Vinximus*] à Vincio vincis, id est, alligauimus. *Linguas hostiles, & ora inimica*] vt obloqui & carpere non possint. *Dicit hæc anus discedens*] cùm discedit & exit ebria: & hos,

A qua pius alius bibit. *Protinus à nobis*] &c. Retulit sacrum, quod fit deæ Matæ, nunc quæ sit dea Muta. Nympham fuisse refert, Almonis fluuij filiam, quæ ex linguæ vitio Lalara dicebatur. Hæc, cùm Iupiter Iuturnam nympham adiret, & ipsam Iuturnam, vt caueret, monuit, & Iunoni Iouis amores detexit, indignatus Iupiter linguam illi abstulit: iubetque Mercurio, illam pro infera nympha ad inferos ducere. Qui inter eundum eius amore captus, grauidam reddidit: peperitque ea Mercurio Lares duos, qui seruant compita. Inde Compitalia festa, & dies attributi laribus, quibus in compitis sacrificabatur. Inquit ergo Poëta: *Protinus*] sub sequenter. *Requiris à nobis*] quæ sit dea Muta. *Disce*] quæ mihi nota, scilicet sunt. *Per antiquos senes*] per veteres.

ANTON. *Coryleta*] A corylo arbore sic deducitur coryletum, vt à myrto myrtetum, à pomo pometũ. *Cognatas*) quia Iuturna re vera fons est, vt diximus suprà. Potes & aliarum nympharum aquas, B & Almonis accipere. *Inuidet ipsa sibi*] stulta vtilitati propriæ aduersatur. *Annuerant omnes Tyberinides vndæ*] nymphæ omnes fluuij Tyberini. Tyberinis patronymicum fœminium est, à Tyberino deductum. *Quæque colunt thalamos Ilia diua tuos*] Aut idem dicit, quod poëtæ persæpe faciunt. Ilia enim (vt autor est Ennius) in Tyberim iussu Amulij præ- C cipitata est. Quare huic eam fluuio nupsisse fabulantur. Vnde illud est Horatij in 1 Carm. Iliæ dum se nimium querenti iactat vltorem vagus, & sinistra Labitur ripa Ioue non probante V- xorius amnis. Aut per Iliæ thalamos accipimus Anienem, de quo inquit Silius: Sulphureis gelidus qua serpit leniter vndis,

Iuppiter immodico Iuturnæ captus amore
Multa tulit, tanto non patienda Deo.
Illa modò in syluis inter coryleta iacebat,
Nunc in cognatas desiliebat aquas.
Conuocat hic nymphas, Latium quæcunque tenebant,
Et iacit in medio talia verba choro:
Inuidet ipsa sibi, vitátque, quod expedit illi,
Vestra soror, summo concubuisse Deo.
Consulite ambobus: nam quæ mea magna voluptas,
Vtilitas vestræ magna sororis erit.
Vos illi in prima fugienti obsistite ripa,
Ne sua fluminea corpora mergat aqua.
Dixerat. annuerant nymphæ Tyberinides omnes,
Quæque colunt thalamos Ilia diua tuos.
Fortè fuit Nais Lar nomine: prima sed illi
Dicta bis antiquum syllaba nomen erat.
Et vitio positum est. sæpe illi dixerat Almo,
Nata tene linguam: nec tamen illa tenet.
Quæ simul ac tetigit Iuturnæ stagna sororis:
Effuge, ait, ripas, dicta refértque Iouis.
Illa etiam Iunonem adijt, miseratáque nuptas,
Naiada Iuturnam vir tuus, inquit, amat.
Iuppiter intumuit: quáque est non vsa modestè,
Eripit huic linguam: Mercuriúmque vocat.

pineta, vineta. Coryli sunt arbores & fructus, G quæ à nobis auellanæ dicuntur. *Nunc desiliebat in aquas cognatas*] in fluuios nympharum Latinarum, quæ cognationis vinculo sibi vinctæ erãt. De cognatis superius diximus *Conuocat hic nymphas*) &c. Vbi illam Iupiter insequendo non proficiebat, Latinas nymphas conuocauit, atque illas allocutus est. *Hic*) Iupiter scilicet. *Conuocat*) H in concilium vocat. *Nymphas quæcunque tenebant Latium*) id est, omnes Latinas nymphas. *Et iacit talia verba*) qualia sequuntur. *In medio choro*) nympharum ipsarum. *Inuidet ipsa sibi*] &c. Hæc fuerunt verba Iouis ad nymphas, vt amori suo, & Iuturnæ vtilitati consulerent. *Vestra soror*] Iuturna scilicet. *Ipsa sibi inuidet*] quasi inuidet suę fœlicitati, quam consequi posset. *Et vitat*) I fugit. *Quod illi expedit*] quod illi vtile est. Quid vitat? *Succubuisse*) pro succumbere. *Summo deo*)

Ad genitorem Anio labens sine murmure Tybrim. Huic enim antea matrimonio iuncta creditur. Decurrit autem hic D fluuius ex Alba, vt inquit Strabo, & Tyberim intrat. *Fortè fuit Nais Lar nomine*] &c. Dea Muta Lar olim vocabatur, quod nomen in eius filios translatum est. Sed antea Lalar ei nomen fuit, ex loquacitatis vitio positum. Nam λαλῶ idem quod loquor significat, & λάλους Græci linguaces vocant, vt Aulus Gellius scribit. Placet & igitur primam syllabam accipias pro prima parte syllabę, hoc est, (l) litera, quę in Lalar nomine geminatur. Nouimus enim vt prior ad vnum, sic & primum ad plura referri, teste Prisciano. Nais à νάω, id est fluo, dicta est. *Sæpe illi dixerat Almo*] Hic fluuius est vrbi proximus ac celeberrimus, vbi (vt ait Vibius Sequester) mater deũm sexto calendas Apriles lauabatur. Similiter & cultros Samios ferunt in eodem lauari solitos, quibus furentes Galli inter se digladiabantur. Lucanus: Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen. Silius: Quique ostia Tuscis Amnis amãt, E tepidóque fouent Almone Cybelleo. Statius in Syluis: Quãq; Italo gemitus Almone Cybelle Ponit, & Idæos iam non reminiscitur amnes. Cadit autem hic fluuius in Tyberim. Ouidius infrà: Est locus, in Tyberim qua lubricus influit Almo, Et nomen magno perdit in amne minor. *Iuturnæ stagna sororis*) De Iuturna diximus suprà. Sororem vocat, quia nympha dicitur. *Miseratáque nuptas*) miserata Iunonem, & alias nuptas, de quibus mariti malè merentur, cùm pellices quærunt. *Eripit huic linguam*] Meritò: quia non intendendus est in Solem digitus. & quamuis exigua virtus sit, rebus præstare silentium: grauis tamen culpa est, quæ tacenda sunt, eloqui.

hoc est, mihi Ioui. Hoc illi plurimum conferret. *Consulite ambobus*] & Iuturnæ & mihi. *Nam quæ*] res illa quæ. *Erit mea voluptas magna*) quod parit mihi magnam voluptatẽ. *Erit magna vtilitas vestræ sororis*) Iuturnæ nam magno vsui & ornamento erit illi. *Vos illi in prima*) &c. Cùm illam Iuppiter insequeretur, illa se in aquas deiiciebat, & Iouis imperium in aquis non erat: ideo ab his petit, ne illam in suis aquis recipiant. *Vos obsistite illi*) Iuturnæ. *Fugienti*) cùm me fugit. *In prima ripa*) quasi non illam excipiatis intra ripas. *Ne mergat sua corpora*) suum corpus. *Aqua fluminea*) aqua fluminis: quasi ne se præcipitet in flumen, & ibi delitescat, vbi eam habere non possim. *Dixerat*] Iupiter. *Annuerant*) K id est, nutu affirmauerant. *Omnes vndæ Tyberinides*] omnes nymphæ Tyberinides. Formauit patronymicum à Tyberino, à quo nomen inditum est fluuio. Et fluuium ipsum appellare possumus Tyberinum, & Tybrim, & Tyberim, & Tybridem. *Et annuerant, ò diua Ilia, quæ colunt thalamos tuos*) nymphæ quæ colunt Anienem fluuium. Nec erretis cũ illo, qui diceret thalamos Iliæ esse in Tyberi, quòd Tybridi nupserit. Nam nupsit Anieni, sicut diximus in secunda Oda Horatij. Iliam (vt paulo superius diximus) multi volunt ab Amulio neci traditam, multi precibus filiæ Amulij seruatam dicere, quæ inde ab Aniene amata est. Sed obsequi recusabat: querens doléns que tamen calamitates suas, desperata in Anienis vndas se præcipitem dedit, vt poeta hic noster in libris de Amoribus ad Corinnam retulit. Excepta tunc est ab A- L niene, & matrimonio iuncta. Ergo Anieni, & non Tybridi nupsit. *Fortè fuit Nais*) &c. Quæ fuerit nunc illa, quæ amores Iouis retexit, Nympha fuit Lara vocata: sed ex loquacitate appellata fuit Lala. Quam cum sæpe reprehenderet pater, vt linguam comprimeret, non tamen fecit. *Fortè fuit Nais*) fluuialis nympha. Nam Naides fluuiorum deæ sunt, à νάω, quod est fluo. *Nomine Lara*] nam sic appellata. *Sed antiquum nomen erat illi*) syllaba prima bis dicta: hoc est, Lala. Geminabatur ab antiquis prima syllaba. *Positum ex vitio*] hoc est, ea garrulitate linguæ. Vitium à morbo differt: vitiũ innatum & perpetuum: morbus est temporaneus. *Ex vitio*] nam erat loquax & garrula. λαλῶ enim Græcè, Latinè loquor: Inde λάλος, loquax. Sic hæc vocabatur Lala, quia lo-

PAVL. *Iuppiter immodico Iuturnæ*) &c. Aggreditur nunc ipsos Iouis ignes, qui multa quæ non debuerat, amore perpessus. *Iupiter captus immodico*] non modico. ergo nimio amore. F *Iuturnæ*) nymphæ, quæ soror fuit Turni, de qua plura superiore libro diximus. *Multa tulit*) multa perpessus. *Non patienda tanto Deo*] quæ pati non debuisset Iupiter rex, & Deus omnipotens. *Illa modò in syluis*] &c. Fugiebat illa semper Iouem, nunc in nemoribus latitans, nunc in aquis. *Illa*] Iuturna. *Modò iacebat in syluis*] iacens latebat in nemoribus. *Inter coryleta*) Coryleta à corylis, vt quercreta

A loquax & garrula. *Sæpe Almo*] qui erat eius pater. Almo fluuius est paulum extra vrbem, via Hostiensi, qui ex paludibus oritur, non longè à templo diui Pauli. *Dixerat illi*) filiæ. *Nata tene*] comprime linguam. *Nec tamen ipsa tenet*] quia tenere non poterat. *Qua simulac*] postquam. *Tetigit stagna*] lacus. *Iuturnæ sororis*] Lacus Iuturnę erant iuxta Palatium, non longè à templo Vestæ. *Ait, effuge ripas*] Quia Iupiter dixerat, vt obsisterent in prima ripa, hæc ait, *Effuge ripas*] quasi ne maneas in ripis, sed in vndis. *Et refert dicta Iouis*] quæ dixerat nymphis Iupiter, ne eum reciperent. *Illa etiam*] Lara. *Adiit Iunonem, Et miserata nuptas*] quasi dolens, iniuriam nuptis inferri, cùm pellices succumbunt, inquit. *Vir tuus*] Iupiter. *Amat Iuturnam Naiada*) nympham fluuialem. *Iuppiter intumuit*) &c. Indignatus Iupiter, linguam, quam non continebat, hanc abstulit. *Iuppiter intumuit*] quasi indignatus est ea verbis & garrulitate illius. *Et eripit*) abstulit. *Linguam huic*] nymphæ. *Qua*] ipsa. *Non est vsa modeste*] quam non comprimebat, sed immodeste loquebatur. *Et vocat Mercurium*) qui est deorum nuncius, de quo dicetur suo loco. G

> *Duc hanc ad manes (locus ille silentibus aptus)*
> *Nympham: hæc inferna nympha paludis erit.*
> *Iussa Iouis fiunt, accepit lucus euntes:*
> *Dicitur illa duci tunc placuisse deo.*
> *Vim parat: hunc vultu pro verbis illa precatur,*
> *Et frustra muto nititur ore loqui.*
> *Fitque grauis, geminósque parit, qui compita seruant,*
> *Et vigilant nostra semper in vrbe Lares.*
> *Proxima cognati dixere Charistia cari,*
> *Et venit ad socios turba propinqua deos.*
> *Scilicet à tumulis, & qui periere propinquis,*
> *Protinus ad viuos ora referre iuuat.*
> *Póstque tot amissos, quicquid de sanguine restat,*
> *Aspicere, & generis dinumerare gradus.*
> *Innocui veniant, procul hinc procul impius esto*
> *Frater, & in partus mater acerba suos.*
> *Cui pater est viuax, qui matris digerit annos,*
> *Quæ premit inuisam socrus iniqua nurum.*
> *Tantalidæ fratres absint, & Iasonis vxor,*
> *Et quæ ruricolis semina tosta dedit.*

ANTON. *Locus ille silentibus aptus*] Non est aptior locus Mutæ inferis, vbi perpetuum est silentium. *Accepit luctus euntes*] B Bene luctus in loco essent, qui locus egebat. *Geminósque parit*) &c. Hi sunt genij, secundum aliquos, qui nobis genitis obseruatores deputentur: quibus assistentibus post mortem (vt inquit Seruius) aut afferimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem. Seruius Tullius, teste Plinio, creditus est Laris familiaris filius. Quam ob causam Compitalia, & ludos laribus primus instituisse dicitur. Cole- C bantur enim non solùm priuatim, sed publicè in compitis, coronisque & floribus ornabantur. Quare ait Plinius, coronas deorum honorem fuisse, & larium publicorum priuatorúmque. Et Iuuenalis: Laribúsque paternis Thura dabo, atque omnes violæ iactabo colores. Ij & pro incolumitate ciuitatis excubare credebantur: vt, Vrbisque laborem Testatos sudore lares. Et pro singulis familiis. Putabantúrque arcere fures, vt: Exagitant & lar, & turba Diana fures, Peruigilántque lares, peruigilántque canes. Sanè Compitalia (teste Festo, item Macrobio, Aulo Gellio, D ac Varrone) fuerunt feriæ conceptiuæ: quarum ludus, qui per vrbem in compitis agitabantur, Tarquinius Superbus restituit laribus, ac Maniæ matri larium. Quod sacrificij genus Iunius Brutus mutauit, pulso Tarquinio. Cùm enim præceptum esset ab Apolline, vt capitibus pro capitibus supplicaretur: & aliquandiu obseruatum, vt pro familiarium sospitate pueri Maniæ mactarentur, capitibus allij & papaueris supplicari iussit: factúmque est, vt effigies Maniæ suspensæ pro singulorum foribus, periculum si quod immineret familiis, expiarent. Sed de laribus alibi. *Proxima cognati*] &c. Vndecimo calendas Charistia celebrantur, dicta ἀπὸ τῆς χάριτος, quod gratiam significat: quòd eo die cognati, ad seruandam amorem & gratiam, in vnum conuenirent. Fiebat enim solenne E conuiuium, vt scribit Valerius Maximus, idque Charistia dicebatur, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: vt si qua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur. Vnde autor ait infrà: Concordia fertur Illo præcipuè mitis adesse die. Cognatos sunt qui esse dicant, quorum maternum genus idem est. Alij aliter. Agnati verò sunt, ex eadem stirpe masculina producti. Affines autem, qui non nobis natura, sed vxoribus nostris coniuncti sunt. *Ad socios deos*] ad sacra mensæ cognatæ, ac propinquæ turbæ communia, siue ad deos generis.

A tumulis ad viuos] à sacris Feralibus ad Charistia: ab his quæ tristitiam afferunt, ad iocunda. *De sanguine*) de genere. vt, A nympharum sanguinis vna. *Cui pater est viuax*) non adsit sacro conuiuio impius filius, qui odit parentum vitæ F longitudinem. Ipse alibi: Filius ante diem patrios inquirit in annos. *Tantalidæ fratres absint*] Atreus & Thyestes, nepotes Tantali ex Pelope. Nota est fabula. Non vult adesse his sacris crudeles fratres, malas nouercas, sæuas vxores, iniquas socrus, omnes denique expertes pietatis & gratiæ. In aliis quibusdam sacris (vt scribit Festus) clamitare consueuerunt:

Hostis victus, mulier virgo exesto] cùm vtrinque extra esse, & sacris non interesse oporteret. *Iasonis vxor*] quæcunque similis est Medeæ, quę fuit crudelitatis notissimæ. *Et quæ ruricolis semina tosta dedit*] Inonem dicit. Nam cum Nephele Athamantis vxor (vt ait Seruius) insania concitata in syluas abisset, Athamas filiis suis Inonē H Cadmi filiam superinduxit nouercam: quæ priuignis exitium parans, egit cum matronis, vt frumenta serenda corrumperent: quo facto, maxima fames subsequuta est. Quam ob causam cùm ad consulendum Apollinem misisset Athamas, Ino eum qui missus fuerat, dolosè corrupit, egitque, vt referret ab oraculo dictũ, Nephelés filios ad famẽ tollendam esse immo- I landos, quos ipsa accusauerat, quòd frumenta corrupissent. Quare Athamas inuidiam plebis timens, Phryxum & Hellen publicè arbitrio commisit nouercæ. Sed clam illis salutare concessit remedium: deditque operam, vt Phryxus aureum arietem abduceret, cuius ope peruenit ad Colchos. Sane Nephele nebula est. Vnde quidam fabulãtur, cùm Phryxus & Helle in eo essent, vt mactarentur, missam à matre nubem cum ariete, quo ambo sunt ab imminenti periculo liberati.

PAVL. *Dux hanc ad manes*] &c. Hæc fuere iussa Iouis ad Mercurium. *Dux hanc nympham ad manes*) ad Deos inferos. *Ille locus*] inferorum. *Est aptus silentibus*] quia ibi sunt silentia. *Et huic eripuerat linguam*] ergo mutam ad silentia. *Hæc erit nympha paludis infernæ*) quæ erat nympha paludis Latinæ, sit nympha paludis infernæ, vt inter silentes perpe- K tuò sileat. *Iussa Iouis fiunt*) &c. Ducitur illa ad inferos per Mercurium, sed inter eundum placuit Mercurio, cœpit illam ardere. *Iussa Iouis*) quæ Iupiter iusserat. *Fiunt*) nam eunt illi. *Luctus accepit euntes*] lugere cœpere: & illa, quia ad inferos ducebatur, & ille commiseratione illius motus. *Illa dicitur*] Refert se ad fabulam. *Placuisse tunc duci Deo*] Mercurio, qui eam ducebat. *Mercurius parat vim*) illi scilicet: vult eam violare. *Illa precatur hunc vultu pro verbis*] loco verborum: deerat ei lingua, non poterat loqui, ergo vultu precatur. *Et frustrà*) incassum. *Nititur loqui ore muto*) ore sine lingua. *Fitque grauis*] &c. Ex Mercurio facta est illa grauida, peperitque duos filios, qui appellati sunt Lares, & præsunt custodiæ vrbis, & seruant compita. Et Plutarchus ostendit, præsides vocari eos, & canem assistere, ipsos autem canum pellibus vestiri. Rationésque affert 51. Problem. An quòd præsides sunt: qui præsunt autem, domus custodes esse oportet, & alienis formidolosos, sicut canes videmus: mites verò, L ac leues, mansuetósque domesticis. An illud verius est, quod à quibusdam Romanis dicitur, & Chrysippus opinatur, dæmonia quædam mala circumire, quibus dij quasi carnificibus, & scelerum vltoribus aduersus iniustos & impios vtuntur. Sic lares furiales quidam sunt, & pœnarum, & exactores vitæ, & operationum speculatores. Idcirco enim fit, vt caninis pellibus induantur. Quibus & canis ideo assidet, quòd ad inuestiganda scelera, & vlciscendos improbos sagaces sunt. *Fitque*] & fit ipsa nympha. *Grauis*) grauida.

uida. *Et pari geminos Lares*) hoc est, gemellos. *Qui seruant compita*] vias. *Et semper*) ipsi Lares. *Vigilant in nostra Vrbe* quia præsunt custodiis vrbis. *Proxima cognati*) &c. Inter feralia pro mortuis sacrificia conuiuium fit inter cognatos & affines, vndecimo calendas Martias, hoc est, decimonono die Februarij. De quo Valerius, vbi de institutis antiquis agit, ita inquit: Conuiuium etiam solenne maiores instituerunt, idque Charistia appellauere, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: vt si qua inter necessarias personas querela orta esset, inter sacra mensæ, & inter hilaritatem animorum, adhibitis concordiæ fautoribus tolleretur. At poëta & ob id fieri asserere videtur etiam, vt post extinctos multos, super viuentium numerus ex eadem cognatione quotannis recenseretur. Sed his adesse debere innocentes, non autem qui fratrem interemissent, aut parricidas, aut impias matres, & filios impios, seu nouercam, & socerum nurui infensum. Inquit ergo: *Chari cognati*) chari consanguinei, qui ex eodem progenitore genus trahunt. *Dixere proxima*) festa scilicet. *Charistia*) Declinatur numero multitudinis, & deducitur ἀπὸ τῆς χάριτος, quod est gratia, quasi gratiosa conuiuia. *Et turba propinqua*) quasi cœtus propinquorum, hoc est, affinium. *Venit ad socios Deos*) quasi ad penates coniunctorum. Nam conueniebant & cognati, & affines, vt Valerius inquit. De cognatis suprà diximus. Affines sunt (vt Modestinus de Gradibus inquit) viri & vxoris cognati: dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. nam coniungendæ affinitatis causa fit ex nuptiis. *Iuuat*] scilicet certè. *Referre ora*] hoc est, vultus: quasi respicere. *Protinus*) subsequenter.

Ad viuos] ad eos qui supersunt. *A tumulis*] hoc est, à sepulchris, cognatorum scilicet. Vel à tumulis, hoc est, à Feralibus sacris. nam tunc epulæ feruntur ad sepulchra. Vel à tumulis, à tumulatis cognatis. Et erit species Metonymiæ, quando ponitur quod tenet, pro eo quod tenetur. *Et à propinquis qui periere*] id est, ab extinctis affinibus. ergo à cognatis & affinibus iam vita functis. *Et iuuat*] delectat. *Post tot amissos*] post tot cognatos vita functos. *Aspicere quicquid restat de sanguine*] quicunque supersunt de eadem cognatione. *Et dinumerare*] quasi recensere. *Gradus generis*] gradus cognationis. Sunt enim alij superioris, alij inferioris ordinis dicti, vt Paulus Iurisconsultus inquit, ad similitudinem scalarum, locorúmve procliuium, quos ita ingredimur, vt de proximo in proximum. *Innocui veniant*) &c. Non veniant ad hæc sontes, sed insontes, non frater fratri aduersus, non mater in filios crudelis. *Veniant*] ad hæc Charistia. *Innocui*] qui nihil nocuere. *Esto*] pro sit. *Procul procul*) longè. *Hinc*) ab his Charistiis. *Frater impius*] malus frater, qui in fratrem fuerit iniquus. vt Amulius in Numitorem, Peleus in Phocum, quem interemit. *Et mater acerba*] crudelis. *In partus suos*] in filios quos peperit: vt fuit Medea. *Cui pater est*] &c. Nec veniat ad hoc solenne conuiuium, qui parentum vitam odio habet, nec nurui socrus aduersa. *Esto*] inquit, procul hinc, cui, ille cui. *Pater est viuax*] cui pater nimium viuere videtur, qui est naturæ robustæ. Nam illum viuacem dicimus, qui & re & tempore vrgente absumi non potest. *Qui digerit*] qui numerat. Aut qui digerit, qui disponit. *Annos matris*] qui sperat, hoc anno, vel illo matrem morituram. *Esto procul socrus qua premit*] quæ vexat. *Nurum inuisam*] Hoc iam in prouerbium transit, vt socrus nurum diligere non possit. *Tantalidæ fratres absint*] &c. Nunc per exempla declarat, qui hoc in conuiuium admittendi non sint. *Absint*] sint procul. *Fratres Tantalidæ*] fratres Tantalidis similes, vt Atreus & Thyestes fuere, Tantali nepotes, Pelopis filij. Thyestes ex Atrei coniuge filios genuit, Atreus illos patri epulandos dedit, vt in Thyestis tragœdia Seneca refert. *Et absit vxor Iasonis*] similis vxori Iasonis, hoc est Medea, de qua superius diximus, quæ patrem prodidit, fratrem lacerauit, filios ex Iasone necauit: Creusam, ob quam repudiata fuerat, alussit. *Et absit, quæ dedit femina tosta*) sicca, seu decocta. *Ruricolis*) agricolis: quasi absit illi similis. Ino Phryxi & Helles nouerca, Athamantis vxor, agricolis adusta semina dabat: quæ cùm minimè nascerentur, sequuta est annonæ caritas. Ex quo consulti sacerdotes ab Inone corrupti fuere: dixeruntque, non posse hoc expiari nisi Phryxus & Helle mactarentur. Quo decreto, cùm ad aram starent, à Nephele matre, immissa nube cum aurei velleris ariete rapti, seruati sunt, quod latius in fine tertij libri refertur. Ergo absit nouerca illi similis.

Et soror, & Progne, Tereúsque duabus iniquus,
Et quicunque suas per scelus auget opes.
Dis generis date thura boni, Concordia fertur
Illa præcipuè mitis adesse die.
Et libate dapes, vt grati pignus amoris
Nutriat incinctos missa patella cibos.
Iámque vbi suadebit placidos nox humida somnos,
Larga precaturi sumite vina manu.
Et bene vos, patriæ bene tu pater optime Cæsar,
Dicite suffuso per sacra verba mero.
Nox vbi transierit, solito celebretur honore,
Separat indicio qui deus arua suo.

ANTON. *Dis generis date thura*) &c. Nonimus (autore Macrobio) fuisse ferias proprias, quas † quæ familia ex vsu domesticæ celebritatis obseruabat. Deos ergo generis vocat, quos priuati in colendos sibi familiæ delegissent. *Libate dapes*) ex eodem vase, vt quibusdam placet, vt indicium & omen sit amoris atque concordiæ. *Nutriat intinctos missa patella cibos*) vna atque eadem patella singulis oblata cibos suppeditet delibandos. Est autem patella, vt autor est Festus, vas picatum, paruum, sique aptum sacrificiis faciendis. Inde (vti arbitramur) libatis dapibus suaui condimento perfusis, ministri discumbentibus reliqua suggerebant. *Bene tu*) Deest verbum habeas. Suadet autor, vt singuli non solùm cognatis ac propinquis, sed Augusto bona ominentur. *Nox vbi transierit*] &c. Decimo calendas Martias Terminalia celebrantur, quæ (vt Acron scribit) ad excludenda iurgia constituta sunt, vt per epularum festiuitatem cæsis agnis constituti fines seruarentur. Fiebant autem hæc sacra Deo Termino, in cuius tutela agrorum fines & termini esse putabantur, qui (vt Varroni placet) à terendo dicti sunt, quòd hæ partes propter limitare iter maximè terantur. Huic Deo primus Numa Pompilius templum condidit, autore Plutarcho: ac sacros lapides finium dicauit Ioui Terminali, vt Dionysius scribit: statuitque, vt et sacra fierent incruenta, intelligens decere Terminalem Deum expertem esse necis & sanguinis: quòd is sit pacis custos, testisque iustitiæ. Creditur enim Numa Romanum agrum terminasse, quod Romulus facere supersedit: existimans vinciri suas vires, si terminum obseruasset. Post Numam verò ad agrorum fines etiam animalium cæde rem diuinam fecerunt. Vnde illud est Horatij: Vel agna festis cæsa Terminalibus. Fuit & mos, circum terminos vrbis hostias duci, quæ Amburbiales vocabantur. Idem rex (teste Festo) statuit, qui terminum exarasset, eum & boues sacros esse: Itaque is, vti sacrilegus, impunè occidi poterat, vt Dionysius autor est. Sanè Plutarchus in Quæstionibus quærit, cur Termino nihil animatum sacrificaretur: putátque Numam publicorum priuatorúmque terminorum constitutorem existimasse Terminum, amicitiæ ac pacis custodem (vt diximus) ab omni cæde ac sanguine incontaminatum conseruari oportere. Hunc Deum Ennius Termonem appellauit.

PAV. *Et soror, & Progne*] &c. Terei, Prognes, & Philomelæ fabula latius in Metamorphoseos libro 6. refertur. Tereus Thracum rex, Martis (vt Callimachus inquit) ex Bistonide nympha filius, hic Prognen Pandionis Atheniarum regis filiam vxorem duxit, quæ illi Ityn peperit. Rogatus à Progne, vt Philomelam sororem ad se duceret, Athenas petiit: exoratóque Pandione, Philomelam duxit. Sed inter nauigandum eius amore captus, puellam violauit, querentique facinus linguam abscidit, & custodia adhibita in syluis dereliquit: rediénsque ad Prognen, extinctam Philomelam aiebat. At illa depicto in tela Terei scelere, sorori rem aperit. Quæ Orgia simulans, in syluas venit, Philomelámque frondibus tectam in regiam conduxit, Itym filium interemit, patríque epulandum apposuit. quo cognito, cum vtramque interempturus esset Tereus, Progne in hirundinem, Philomela in sui nominis auem, Itys in fasianum, Tereus in vpupam, conuersi sunt. Vnde vt apud Plinium est, Bizyes tecta in Thracia hirundines ob

scelera Terei non subire. Absint ergo ab his sacris, similes mulieribus his & Tereo. Absit *& Progne, & soror*] hoc est, Philomela: quia ambæ in necem Itys conspirauere. *Et Tereus incognitus duabus*] Progne & Philomelæ: Progne, quòd eam coniugalia iura fregit: Philomelæ, quòd eam violauit. *Et absit, quicunque auget suas opes per scelus*] quicunque per scelera, aut tyrannidem, aut alterius bona occupat, seu depopulat. *Dis generis date*) &c. Sacrificandum est à bonis, & non à malis: illis enim charistiis adest inter cognatos Concordia. *Date boni*] vos boni, & non mali. *Thura*] quasi sacrificate. *Dijs generis*] diis eiusdem cognationis, diis domesticis, diis eiusdem generis. *Concordia*] dea, de qua superiore libro diximus. *Fertur*] dicitur. *Adesse mitis*] benigna. *Præcipuè illa die*] in qua sunt Charistia. Hoc est, quod autore Valerio diximus: vt si qua inter cognatos querela orta esset, adhibitis concordiæ fautoribus tolleretur. *Libate*] degustate. *Dapes*] quasi vnà comedite. *Libate dapes*] vt pignus grati amoris. Nam cùm simul editur, aut bibitur, omnis inimicitia, omnis querela remittitur. Ideo dapes, amoris sunt pignora. Et in iure ciuili est, agere neminé posse iniuriarū, qui cum eo qui iniuriam intulit, comederit, seu biberit, seu luserit. *Patella missa*) quasi posita super mensa. *Nutriat*) bene afficiat. *Cibos intinctos*) saginatos: quasi intingantur cibi per omnes in ipsa patella. Aut intelligas: patella nutriat, conditos suggerat. *Cibos intinctos*) sapore aliquo respersos Nam quod Græci βάμμα vocant, nostri dicunt intinctum, hoc est saporem. Inde Plinius intinctum ex myrto laudat. *Iamque vbi suadebit*) &c Bibendum est: sed tunc profusius, cùm reddenda corpora somno sunt. *Iamque vbi*) postquam. *Nox humida suadebit placidos somnos*) placidam quietem *Sumite*) accipite. *Manu sumite*] vos. *Precantes*) Sed quid precaturi sunt, sequenti versu explicat. *Vina larga*) quasi largiore poculo, vt profusius bibatur. *Et bene vos*] &c. Hæc sunt, quæ inter bibendum precari iubet. *Dicite mero suffuso*] Mero dixit, vt sit immistum, sine aqua. *Suffuso*] sparso. *Per sacra verba*] per ora, vnde sacra verba egrediuntur. *Sacra*] quia precatoria. *Dicite bene vos*] qui adestis scilicet, bene viuatis & valeatis. *Et bene tu*] scilicet viuas & valeas *Tu Cæsar*] Auguste. *Optime pater patriæ*] hoc enim cognomine appellatus fuit, vt diximus. Morem hunc bibendi seruant plerǽque barbarorum nationes, & è nostris plures. *Nox vbi transierit*] &c. Decimo calendas Martias, hoc est vigesimo die Februarij, est Termini festum. Terminalia enim sacra à Numa originem habuere, qui (vt autor est Dionysius) constituit vnumquemque circumscribere fundos suos, sacrósque finibus lapides apponere, lapidésque ipsos sacrauit Ioui Terminali: statuitque, eis sacra quotannis omnes die constituta facere, super locum ipsum coeuntes. Hæc Romani Terminalia à terminibus vocant, finésque ipsos vnius literæ mutatione à Græca lingua proferentes, terminos appellant. Quos si quis occultasset, aut transtulisset, sacrū eū esse Dei lege statuit: ita vt volenti eum occidere, tanquam sacrilegum, & securitas adesset, & purgatio pollutionis. Estque ius hoc non in priuatis modò, sed in publicis quoque constitutum & reliqua. At Terminum Deum putantes, nihil ei (vt Plutarchus) animatum sacrificant. Rationes idem affert: An quod terminos Romulus agro statuit, quò progredi, ac victos mulctare licitum esset, atque omnem agrum proprium existimare, quò (vt Leucon dicit) hasta peruenitur. Numa verò Pompilius, vir ciuilis ac iustus, & in primis sapiens, agri terminos cum finitimis constituit, & ipsis finibus terminum amnium causa nominans, quasi præsidem, & amicitiæ ac pacis custodem, ab omni cæde ac sanguine incontaminatum conseruari oportere existimauit. Cætera suis in locis dicemus. Inquit ergo Poeta: *Vbi*] postquam. *Nox*] Charistiorum scilicet. *Transierit*] & illuxerit sequens dies. *Deus qui separat*] determinat arua. *Suo indicio*] suo signo, hoc est, affixo lapide: id est, Terminus Deus. *Celebretur*] cum pompa frequentetur. *Solito honore*] assuetis sacrificiis.

> *Termine, siue lapis, siue es defossus in agro*
> *Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.*
> *Te duo diuersa domini de parte coronant:*
> *Bináque serta tibi, bináque dona ferunt.*
> *Ara fit hic, ignem curua fert rustica testa,*
> *Sumptum de tepidis ipsa colona focis.*
> *Ligna senex minuit, concisáque construit altè,*
> *Et solida ramos figere pugnat humo.*
> *Tum sicco primas irritat cortice flammas:*
> *Stat puer, & manibus lata canistra tenet.*
> *Inde vbi ter fruges medios immisit in ignes,*
> *Porrigit incisos filia parua fauos.*
> *Vina tenent alij, libantur singula flammis:*
> *Spectant, & linguis candida turba fauet.*
> *Spargitur & cæso communis terminus agno:*
> *Nec queritur, lactens cùm sibi porca datur.*

ANTON. *Siue lapis*] Tibullus: Nam fixus in agris, Qui regeret certis finibus arua lapis. *Te duo diuersa*] &c. Secundum institutionem Numæ, qui statuit, vt quotannis ad locum Termini sacra fierent à coeuntibus vtrinque agrorum dominis. *Binaque serta*] &c. Non mendosi codices habēt, Bináque liba ferunt. Vnde illud est: Aut sacrum effodit medio de limite saxum, Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo. *Ara fit hic*] &c Illud necessitatis est, hoc fortunæ: Non enim semper testa ignis fertur. *Vbi ter fruges*] &c. Pultem dicit, cuius modò fecimus mentionem. *Libantur singula flammis*] è singulis libamenta iaciuntur in flammas. *Candida turba*] vel candidata festo, ac solenni die: vel pia ac benigna. *Spargitur & cæso communis terminus agno*] Distingue tempora, ne Ouidius & Horatius errare videantur, qui Termino etiam animato scribunt rem diuinam fieri. Nam quòd statuit Numa, vt huic Deo sacra fierent incruenta, non semper, neque ab omnibus postea custoditum est. Hinc illud est quod autor subiungit, *Nec queritur*] ac si dicat: Æquè fert, lactentem quoque porcam mactari aduersus Numæ legem. Quòd si tantorum poëtarum autoritatem refringere volueris autoritate Græcorum, obiicicmus tibi illud Iuuenalis: Et quicquid Græcia mendax Audet in historia. *Lactens cùm sibi porca datur*] quæ nisi cæderetur Termino, posset aliquando terminum eruere.

PAVL. *Termine siue lapis*] &c. Nunc ad Terminum ipsa verba apostrophat, quòd à veteribus eius festum institutum sit. *O Termine*] siue es lapis. Lapidem enim illum fuisse dicunt, quem Saturnus pro Ioue deuorauit, vt paulo pòst dicemus. *Siue es stipes*] truncus arboris. *Defossus*] quasi deorsum infossus. *In agro*] in agrorum determinatione. *Tu quoque*] tu etiam. *Habes nomen*] titulum, honorem: vel nomen ipsum, quòd ita appellatus fueris. *Ab antiquis*) à veteribus: aut ab antiquis Græcis. Nam quod illi τέρμονα, nos terminum dicimus. Aliqui legunt, Numen habes: quasi pro Deo coleris. *Te*) ô Termine. *Coronant duo domini de parte diuersa*) ex diuersis partibus nam cùm duorum agros diuidant, alter hinc, alter illinc, Terminum coronant *Et ferunt*] pro offerunt *Bina serta*] binas florum coronas: quia hic & illic. *Et bina dona*] quia vterque sacrificat non tamen animatum aliquod, vt diximus. *Ara fit*] &c. Modū sacrificij explicat: deinde orationē refert, quę ad Terminum haberi debeat. *Ara fit hic*] cōponitur in ipso Termini loco ara. *Colona rustica*] id est, vxor coloni rustici. *Fert ignem curua testa*] testa caua. *Ignem sumptum*] acceptum. *De tepidis*] de calidis. *Focis*] Focis, pro loco vbi fit ignis: quasi non tunc ex silice ignem eliciat, sed aliunde accipit, & affert illuc. *Ligna senex minuit*] &c. Rustica ignem affert, sed à sene rustico inciduntur & componuntur ligna ad ignem faciendum. *Senex*] ipse ruris colonus. *Minuit*] id est, incidit. *Ligna*] & *construit*: ordinat, aut componit. *Altè*] in altum. *Concisa*] ipsa incisa ligna. *Et pugnat* contendit & nititur. *Figere ramos*] hoc est stipites. *Humo solida*] terra dura: & hoc ad congeriem lignorum firmandam. *Tum postea*] ipse rusticus. *Irritat*] quasi suscitat ad incendium. *Primas flammas sicco cortice*] siccis corticibus. Vt illud Virgilij, Rapuitque in fomite flammam. Ita hic in sicco cortice flammam irritat. Quod verbum nūc penultimā longam habet, sed irritus irrita irritū penultimam breuiat. *Stat puer*] coloni filius: quia inferius filia parua. ergo filius & filia ante illum sunt. *Et tenet manibus*] Pleonasmus est. *Lata canistra*] ampla canistra in quibus erant,

quibus ad sacrificium opus erat. *Inde ubi ter fruges*] &c. Loco thuris fruges adurebantur, deinde mella delibabant. *Inde* postea. *Ubi*) postquam ipse colonus senex. *Immisit tres fruges*, tria frugum genera, aut tria grana frugum. *In medios ignes*] ut adurerentur loco thuris. *Parua filia porrigit*] ostendit delibandos, aut apponit. *Fauos incisos*] mel, seu ipsam mellis fabricam in frusta diuisam. *Alii tenent vina*] Sine vino sacrificium non fit. *Singula*] omnia. *Libantur*) libanda ponuntur. *Flammis*] nam de singulis quæ habebant, ponebant parum in igne. *Turba candida*] vel quòd in eo sacrificio candidis vestibus uterentur; vel candida, quasi pia, religiosa. *Spectant*) & fauent linguis, verbis. Est Metonymia, quod facit, pro eo quod fit, aut instrumentum pro re. *Spargitur & caeso*] &c. Hoc est quod negat Dionysius, cùm dicat: Sacrificantque adhuc eis non animatum aliquod. Neque enim pium est, cruentare lapides: sed pultes, & liba, atque alias quasdam fructuum primitias. Et ex Plutarcho etiam ostendimus, nihil animatum sacrificari. At Poëta immolari agnum, seu suillam inquit. *Terminus communis*] quia duorum dominorum. *Spargitur caeso agno*] sanguine agni immolati. *Nec queritur*] Terminus ipse. *Dum datur sibi*] cùm ad honorem eius immolatur. *Porca lactens*] hoc est suilla, dum adhuc sub lacte est.

Conueniunt, celebrántque dapes vicinia supplex,
Et cantant laudes Termine sancte tuas.
Tu populos, urbésque, & regna ingentia finis:
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro,
Legitima seruas credita rura fide.
Si tu signasses olim Thyreatida terram,
Corpora non letho missa trecenta forent.
Nec foret Othryades congestis tectus in armis.
O quantum patriæ sanguinis ille dedit.
Quid? noua cum fierent Capitolia, nempe deorum
Cuncta Ioui cessit turba, locúmque dedit.
Terminus (ut memorant veteres) inuentus in æde,
Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.

ANTONIUS. *Tu populos, ut*) &c. Quia publici termini sunt, & priuati: item in urbibus, & extra urbes. *Si tu signasses*] &c. Thyreæ, quas fuisse in Cynosuria Thucydides scribit, ut Strabo refert, oppidum fuit in agro Argiuorum, siue ad Argiuos & Lacedæmonii agri fines: quod Lacedæmonii velut suum sibi vendicantes, suis finibus adiecerunt, ut scribit Herodotus. Contrà Argiui pro loci vendicatione bellum indixere. Sed inter utrosque ita conuenit, ut treceni utrinque dimicarent, reliqui verò omnes domum suam quisque reuerterentur, ne fortè si præsentes forent, qui suos vinci cernerent, ad prælium concitarentur: utrius verò urbis treceni victores fuissent, illius victoria censeretur. Pugnantibus igitur sexcentis, cùm animi & corporis viribus pares essent, tres tantùm fuere superstites: ex Argiuis duo, Alcenor & Chromius, ex Lacedæmoniis unus Othryades. Superueniente nocte, duo Argiui, velut victores, se in patriam receperunt. Othryades verò, spoliatis Argiuorum cadaueribus, arma hostilia, quasi victoriæ testimonium, in castra retulit. Postea uterque populus in medium prodiit, se victorem affirmans. Argiui, quia plures superfuissent: Lacedæmonii, quia Othryades non fugisset, & ex hostibus spolia retulisset. Ex hac contentione initio prælio, Lacedæmonii victores euadunt. Argiui dolore perciti, capita detonserunt, cùm eis comas nutrire mos esset: statuerúntque, ne quis capillatus conspiceretur ante loci illius reparationem. Lacedæmonii contrà nutrire comas cœperunt, præter eorum consuetudinem. Othryades verò, cùm eum puderet ex trecentis solum superfuisse, in eo loco, ubi cæteri iacebant, seipsum interemit. Sed antequam animam exhalaret, sanguine suo scriptis literis trophæa iussit attolli. Hinc illud Statii legimus in 4 Theb. Et Lacedæmonium Thyreæ lectura cruorem. Et illud Valerii Maximi lib. 3. Othryadæ quoque pugna pariter, ac morte speciosa, Thyreatum laude, quàm spacio latius solum cernitur: qui sanguine suo scriptis literis, direptam hostibus victoriam tantùm non post fata in sinum patriæ cruento trophæi titulo retulit. Sanè Othryades tam primæ declinationis, qua Valerius usus est, quàm tertiæ inuenitur. Solinus: Sparta insignis cum Pollucis & Castoris templo, tum etiam Othryadis illustris viri titulis. *Noua cùm fierent Capitolia*) Antias autor est, teste Plinio, captis Apiolis oppido Latinorum, L. Tarquinium regem ex eius præda Capitolium incœpisse. Ubi cùm templum Iouis Tarquinius Superbus ædificare vellet, ut libera à cæteris religionibus arx esset, exaugurare sacella statuit, quæ multa diuersorum numinum ibi erant. Itaque cum omnium sacellorum exaugurationes aues admitterent, omnésque dei Ioui cederent, solus Terminus abscedere noluit. Unde vates deprehenderunt, quòd Terminus cùm Ioue remanens, æternum urbis imperium cum religione significaret. Quare in Capitolio pars tecti patuit, lapidem Terminum spectans, cui non nisi in diuo sacrificabatur. Hinc ait Virg. Capitoli immobile saxum. Lege Liuium, qui refert, Iouis templum in monte Tarpeio à Tarquinio Superbo relictum monumentum regni sui, nominisque: sed Tarquinios reges ambos inquit, alterum eam ædem vouisse, alterum perfecisse. Sunt & qui Iuuentam, sicut Terminum, dicunt Ioui cedere noluisse. Sequutum autem est aliud (ut idem loquit) prodigium magnitudinem imperii portendens. Caput enim humanum aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse: quo viso, intellectum est, arcem eam imperii capútque rerum fore. Quod & vates cecinere, qui in urbe erant, quique ad eam rem consultandam ex Hetruria acciti sunt.

PAULUS. *Conueniunt, celebrantque*] &c. Conuenit ad hæc sacra omnis vicinia, & Termini laudes canit. *Supplex vicinia*] quasi omnes vicini supplices. *Conueniunt*) ad epulas sacrorum hominum. *Et celebrant*) laudãt & frequẽtant. *Dapes*] ipsas sacras epulas. *Et cantant O sancte Termine laudes*] cantabant hymnos in honorem Termini. *Tu populos, urbésque*) &c. Hæc verba in Termini laudes canit Poëta: unde est oratio tota laudatoria, quam Panegyricum appellare possemus: & ab officio eius commendare Terminum incipit. *Tu finis*] pro diffinis, seu disterminas. *Populos*) Hoc quò ad ciuitates, intra mœnia, cùm in plures partes, ut Roma in regiones diuidatur. *Et urbes*] Hoc quò ad urbium agros. *Et regna ingentia*) ad regnorum ingentium confinia circunscribenda, aut signanda. *Omnis ager erit litigiosus*] litibus plenus. *Sine te*) Nam nisi termino agri signarentur, semper agrorum domini essent in lite, cùm alter alterius sibi partem ascriberet. *Nulla tibi ambitio est*) &c. Utitur his verbis Poëta, tanquam rem viuentem alloquatur. Sed reuera (ut diximus) fiebant hæc sacra Ioui Terminali. *Nulla ergo est tibi ambitio*] quia ambitione flecti non potest. De ambitu & ambitione superius diximus, quòd ambitus sit crimen affectati honoris, à circumeundo supplicandóque. Inde ambitio, ipsa actio ambientis. *Nullo auro corrumperis*) quasi nullo precio. *Seruas*] obseruas, custodis.

Rura credita) rura vel agros tibi commissos.

Fide legitima] integra, ut & lege institutum est.

Si tu signasses) &c. Multa euenêre mala ob agrorum contentionem, cùm loca disterminata non essent. ergo *Si tu*) ô Termine. *Signasses olim terram Tyreida*] Patronymicum fœmininum formauit à Tyreis. Strabo Tyreas numero multitudinis, alii Tyream dicunt. Quem locum Thucydides in Cynosuria esse inquit, ad Argiui & Lacedæmonis agri confinia. Tyream Herodotus Argiuorum & Lacedæmoniorum contentionem & pugnam fuisse asserit. Nam inter eos pactum fuit, ut utrinque treceni dimicarent. Occubuere Argiui omnes, præter Alcenum & Mathinum. Spartani, seu Lacedæmones, præter Othryadem ducem eorum, omnes cæsi. Ob quod dedecori ascribens Othryades, quòd cæteris pro patria cæsis, solus superesset, inter eas interfectorum cadauera seipsum interemit. Alii dicunt, sequenti die rursus inchoata pugna, saucium & semiuiuum, cùm in certamen descendisset, interiisse. At Strabo inquit de his: Saliorum testimonio; quorum causa Argiui ac Lacedæmonii certamen hostiliter contulerunt, in quo Lacedæmonii duce Othryada victoriam reportarunt. Ergo si Terminus fines illorum signasset, *Non forent*) pro fuissent. *Missa letho*) ad mortem. *Trecenta corpora*) quia utrinque treceni cæsi sunt, præter duos, quos diximus. *Nec foret*) &c. Lacedæmonii duce Othryade victores fuere, ut diximus. Sed cognitum est, eos vicisse inscriptione.

quam sanguin: fecerat in clypeo moriens Othryades. Vnde apud Valerium, vbi de fortitu line agit: Othryadæ quoque pugna pariter ac morte speciosa, Tyreatium laude, quàm spacio latius solum cernitur. Qui sanguine suo scriptis literis direptam hostibus victoriam, tantùm non post fata sua in sinum patriæ cruento trophæi titulo excellentissimos Spartanæ virtutis prouentus retulit. *Hac ille*] Tantus ergo vir non occubuisset, si disterminati agri fuissent. *Nec foret*) pro fuisset. *Othryades tectus in armis congestis*] in armis coaggregatis. *O quantum sanguinis dedit ille*] Othryades. *Patria*] Est hæc Poëtæ commiseratio, Quantum sanguinis effudit ille pro patria quasi dicat: Tantum, quod moriens patriæ etiam victoriam peperit. *Quid noua*] &c. Tarquinius Priscus, cùm esset Ioui Optimo fanum constructurus, de loco augures consuluit. Responsum est, In Tarpeio colle. Sed cùm ibi multæ essent deorum aræ, visum est auguribus, vt de vnaquaque ara deos consulerent, an se moueri concederet. Dij cæteri genijque permisere, in alia loca suas aras transferri. Terminus autem & Iuuenta minimè annuerunt. Attingit & hoc Lactantius, sed solum Terminum cedentibus cæteris mansisse inquit, qui lapis erat informis ac rudis. Vnde illum Virgil. Capitoli immobile saxum vocat. & eum esse dicebát, quem pro Ioue Saturnus vorasse dicebatur. Et facto Capitolio, postea foramen est in tecto relictum: vt quia non cessetat, libero cœlo frueretur. Hæc ergo his sex versibus à Poëta capitantur in laudem ipsius Termini, qui Ioui cedere noluerit. Per quod vatum interpretatione portendebatur, ita firmum esse futurum imperium Romanorum. Sed hanc ædis Iouis Optimi designationem, cùm Terminus non cessisset, Tarquinio Superbo Liuius ascribit, Dionysius verò Prisco. Ego Dionysio magis assentio. Nam & Cornelius Tacitus inquit: Vouerat Tarquinius Priscus rex bello Sabino sedem Ioui Opt. Max. iecitque fundamenta, spe magis futuræ magnitudinis, quàm tunc pop. Rom. competeret. Mox Seruius Tullius sociorum studio adiecit aliquid. Deinde Tarquinius Superbus, capta Suessa & Pometia, per hostium spolia fecit. Ergo si ille fundamenta iecit, illi hæc de Termino ascribenda sunt. Sed si quis dicat, vbi de his agit Dionysius, Superbi mentionem facere, caueat ne fallatur. nam & in his vti eos dicit arte Nanij auguris, qui tempore Tarquinij Prisci fuit. *Quid*] Cum admiratione dictum Quid. *Cùm noua Capitolia*] noua Iouis ædes. *Fierent*] fieri vellent per Tarquinium Priscum. De Capitolij ædificatione, & quæ ad rem faciebant, diximus superiore libro. *Cuncta turba*) quasi cætera omnis deorum geniorúmque multitudo. *Cessit, & locum dedit Ioui*] & hoc propter aras, quia omnes dij suas transferri permisere. *Terminum inuenitur*] inter aras scilicet. *Vt Veteres memorant*] vt ab antiquis refertur. *Restitit in æde*] in loco pro Iouis æde designato. *Restitit*] quia non cessit. *Et tenet templa cum magno Ioue*] quia inter Iouis templum est.

Nunc quoque, se supra ne quid nisi sidera cernat,
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine, post illud leuitas tibi libera non est:
Qua positus fueris in statione, manes.
Nec tu vicino quicquam concede roganti,
Ne videare hominem præposuisse Ioui.
Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris,
Clamato, Tuus est hic ager, ille suus.
Est via, qua populum Laurentes ducit in agros,
Quondam Dardanio regna petita duci.
Illic lanigeri pecoris tibi Termine fibris
Sacra vides fieri sextus ab vrbe lapis.
Gentibus est aliis tellus data limite certo,
Romanæ spacium est vrbis & orbis idem.
Nunc mihi dicenda est regis fuga: traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina mense dies.
Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir iniustus, fortis ad arma tamen.
Ceperat hic alias, alias euerterat vrbes,
Et Gabios turpi fecerat arte suos.
Namque trium minimus, proles manifesta Superbi,
In medios hostes nocte silente venit.

ANTON. *Se supra ne quid nisi sidera cernat*) vt aspectu cœli frueretur, qui Ioui cedere noluit, & magno cum Ioue templa tenet. *Leuitas tibi libera non est*) vbique fixum esse te, ac stabilem decet, nec cedere homini, qui deo cedere noluisti. *Est via, qua populum*] &c. Hæc est via Laurentina, hoc est, Laurentum ducens, vbi ancillæ Augusti Cæsaris, quæ in agro Laurenti quinque pueros pepererat, monumentum factum est eius principis iussu. Hic ad sextum lapidem Romani Termino publicè rem diuinam faciebant: quamuis Romani imperij verus terminus idem esset, qui orbis terræ. *Quondam Dardanio regna petita duci*) Æneæ, qui (vt scribit Strabo) vnà cum Anchise patre, & Ascanio filio Laurentum applicuit. Licèt Virgilius Anchisen scripserit in Sicilia humanis rebus excessisse. *Sacra vides fieri*) &c. Lapidibus milliaria designabantur, vt Strabo tradit: qui etiam docet, quòd intra quintum & sextum lapidem olim Romani agri terminus monstrabatur, vbi Ambaruale sacrificium faciebant. Hinc est quod autor dicit hoc loco, Sextus ab vrbe lapis.

Nunc mihi dicenda est] &c. Septimo calendas Martias sacrum Regifugium celebratur, sic dictum, autore Festo, quòd eo die Tarquinius Roma fugerit: quo & serpentem latrasse Plinius scribit, & Athenienses Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publicè statuam posuisse. Notum est autem, quòd cùm Tarquinius Ardeam oppugnaret, Sextus eius filius Lucretiæ stuprum intulit: vnde populus Romanus regi ademit imperium, & Tarquiniorum exilio vltus est iniuriam necemque Lucretiæ. Fuerit autem Tarquinius Superbus Tarquinij Prisci filius, an nepos, non satis liquet. Liuius, filium credit, alij multi, nepotem. Vnde illud est apud Florum: Postremus omnium fuit rex Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum. Regnum auitum, quod à Seruio tenebatur, rapere maluit quàm expectare. *Vir iniustus, fortis ad arma tamen.* Qui immissis percussoribus in Seruium scelere partam potestatem non melius egit, quàm acquisierat: & in senatum cædibus, in omnes superbia grassatus est. Cæterùm dux belli fuit excellens. Lege Liuium, quem cæteris historicis antepono. *Et Gabios turpi*) &c. Turpem autem dolum dicit, quia turpe est vincere. Vnde Æneas ait apud Virgilium, Captique dolis, lacrymisque coacti. vt ostendat, non speciosam Græcorum fuisse victoriam. Dolus autem, quo Tarquinius Gabiis potitus est, oppido vrbi propinquo (vt inquit Liuius) hic fuit. Sextum minimum è tribus filiis, quē Dionysius vult fuisse natu maximum, à se dimisit ex composito verberibus cæsum: qui ingressus Gabios, intolerabilem patris in se sæuitiam conquestus est, & nudum tergum ostendit, narrauitque se inter gladios patris elapsum, nihil vsquam sibi tutū, nisi apud eius hostes credidisse. Quare persuasi Gabini, quos Iuuenalis simplices vocat, iuuenē receperunt. Qui vbi multorum fauorem adeptus, satis virium ad omnes conatus collectū existimauit, quendam è suis ad patrē misit, sciscitatū quidnam se facere vellet. Cui Tarquinius nihil voce respondit, sed tacitus, decussis in horto papauerū capitibus, monstrauit qua ratione Gabios in suā potestatē redigeret. Nuncius quę vidisset, Sexto renuntiat: qui cęsis principibus ciuitatis, Gabios patri tradidit. Ii sunt ad viam, qua Præneste itur, teste Dionysio, nunc tamen omnino deleti. Distabant ab vrbe stadiis centum. *Trium minimus.*] Ii fuerunt Titus, Aruns, & Sextus. *Proles manifesta Superbi*] vel Tarquinio similis corpore, vel quod magis placet, moribus. ac si diceret vulgatum illud Mali corui malum ouum.

PAVL. *Nunc quoque*) nunc etiam. *Ne quid*) ne aliquid. *Cernat supra se nisi sidera*] nisi cœlum, in quo sunt sidera. hoc est, vt libero cœlo frueretur. *Tecta templi habent exiguum*) paruum. *Foramen*] nam ædificato templo, foramen est in templo relictum. *Termine, post illud*, &c. Ex illo Terminus vbicunque fixus est, effodi non potest. Et pœna erat, quam superius diximus, in eos, qui aut occuluissent, aut transtulissent Terminum. *Termine, post illud*) postea quam inde auelli non potuisti. *Non est tibi leuitas libera*) quia non leuiter aut liberè potes auelli ex tuis locis. nam capitale est. *Et manes*) & firmus manes. *In statione qua*) in loco quo positus fue-

A ris. *Vbi fixus eris*) facris. Illud sis longum. rationem io præfatione huius operis diximus. *Nec tu Vicino*) &c. vt Ioui non concessisti, sic nec homini quicquam concedas. *Nec tu*) ô Termine. *Concede*) pro concedas. *Quicquam*) aliquid. *Vicino rogante*) hoc est, si quid à te peteret, quod suum non esset, ne concedas. *Ne videare*] pro videaris. *Præposuisse hominem Ioui*] quia Ioui non cessisti, non cedas homini. *Et seu vomeribus*) &c. si quis te cæderet rusticis instrumentis, vt alter de alterius agro quid surriperet, inclames, illud illius, & hoc huius esse. *Et seu*] siue. *Tu pulsabere*] verberabere. *Vomeribus*) seu rastris, *clamato*, vociferes *Hic ager est tuus, ille est suus*. quasi, hoc tuum, & illud illius. *Est via, qua*] &c. In priuatorum agris supra terminos à priuatis sacrificabatur, in confinibus autem vrbium publicè sacrificium fiebat. Etsi Romani imperij orbis extremitates termini erant, tamen ad veterem consuetudinem obseruandam, Romani
B via Laurentina ad sextum lapidem quotannis Termino arietem immolabant. Et hoc etiam est contra id quod Diodotus inquit, & Plutarchus, vt paulò superius diximus, quòd animatum non immolabatur. *Est via, qua ducit populum in agros Laurentes*] est via, per quam itur Laurentum, quæ fuerat regia Latina. Dicta est via Laurentina, quæ est inter viam Hostiensem & Appiam. Postea per Appositionem addit, *Regna quondam petita duci Dardanio*] hoc est Æneæ, quia illuc appulit, & post mortem Latini regnauit. *Illic*) in ea via Laurentina. *O Termine*] sextus lapis, Signabantur tunc millia passuum lapidibus, Ergo sextus lapis ab vrbe: id est, in loco distanti ab vrbe sex mil pas. *Videt fieri sibi sacra*] sacrificia. *Fibris*] extis. *Pecoris lanigeri*] hoc est, arietis, aut ouis agni, &c nam hæ animalia lanam habent. Fibris pro extis posuit: nam exta sacrificantur. Fibræ sunt illæ in extis venæ. *Gentibus est aliis*] &c. Sacrificabatur in finibus agrorum: ac ne quis miretur tam prope vrbem à Romanis sacrificari, ac si breues essent eorum confines, inquit gentium
C cæterarum agros certis limitibus definitos esse, Romam autem cum orbe confinia terminasse. *Tellus*] quasi telluris spacium. *Est data aliis gentibus*] cæteris nationibus. *Certo*] circunscripto. *Limite*] termino. *Idem spacium*] idem terminus est. *Orbis, & Romana Vrbis*] quia eos habet vrbs terminos, quos habet orbis vniuersus. *Nunc mihi dicenda*] &c. Vigesima tertia dies mensis Februarij, hoc est, septimo calend. Martias, appellata est Regis fuga, quando Tarquinius Superbus cum filiis eiectus est. Poeta longam de hoc historiam refert, cum quo Liuius concordat, ita vt alter alterum imitatus videatur. Dionysius autem in aliquibus discrepat, vt dicemus suis in locis. Sed an Tarquinius Superbus filius nepósve fuerit Tarquinij Prisci, cui Seruius Tullius successit, satis & à Valla iampridem, & longè pòst à Pomponio no-
D stro, & aliàs à nobis disputatum est. Liuius ipse incertum relinquit, cùm dicat hic: L. Tarquinius, Prisci Tarquinij regis filius nepósve fuerit, parum liquet: plurimis tamen autoribus filium crediderim. Sed quantum ex Floro & Dionysio colligi potest, Superbus Prisci nepos fuit. Hic à prauis moribus, & ab inclementia & insolentia Superbus cognominatus est. Inquit ergo, *Nunc est dicenda*] scribenda, canenda, referenda. *Regis fuga*] fuga Tarquinij. *Sextus dies ab extremo mense*] quasi ab extrema die mensis Februarij. si numerare incipias vsque ad sexta, erit vigesimus tertius dies: nam 28. tantùm habet Februarius. *Illa ergo dies traxit nomina*] denominata est. *Ab illa*] fuga scilicet regis. Nam dicitur
G Regis fuga, & maximo in honore habebatur à Romanis, ob eiectos tyrannos, & libertatem partam. *Vltima Tarquinius*] &c. Vltimus fuit Romanorum regum Tarquinius Superbus, quem alij nepotem Prisci, alij filium dixere. Seruij Tullij filiam vxorem duxit, ipsóque socero suo interempto, regnum inuasit, quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit, & ipse gener socerum sepulchro prohibuit, Romulum quoque insepultum periisse dictitans. *Vltima ergo Tarquinius habebat regna Romana gentis*] quia vltimus Romæ regnauit. *Vir iniustus tamen fortis ad arma*] ad rem militarem, ad prælia. Et Liuius de hoc: Nec vt iniustus rex in pace, ita dux belli prauus fuit: quin ea arte æquasset superiores reges, ni degeneratum in aliis *Ceperat hic alias*] &c. In Volscos bellum mouit, Suessam & Pometiam vi captas diripuit, Gabios fraude cepit. *Hic*] Tarquinius
H scilicet. *Ceperat alias Vrbes*] quia expugnauerat. *Alias euerterat*] quia diripuerat & deleuerat. *Et fecerat suas*] quia in potestatem suam redegerat Gabios. *Turpi arte*] fraude & dolo, at filij audacia. Gabij vbi essent, ita Dionysius refert: Vrbs erat Latini generis, ab Albanis condita, centum stadiis Roma distans, super via qua Præneste itur. Gabios hanc vocabant. Nunc enim amplius habitata non est omnis, præter quartam partem, occupant diuersoria & caupones secundum viam, & reliqua *Namque trium minimus*] &c. Tarquinius tres filios habuit, Titum, Aruntem Sextum, Tarquinios. Hic natu minor, communicato cum patre consilio, Gabios transfugit, patris in se sæuitiam intolerabilem conquerens, iam ab alienis in suos vertisse superbiam, se quidem inter tela & gladios patris elapsum, & alia multa, quibus eos commouit, questus est. Redegerat ergo Superbus Gabios in suam
I potestatem. Sextus, de quo Poeta agit, vt Liuius inquit, & Poëta asserere videtur, è tribus filiis minor erat natu. Dionysius autem eum maximum natu pluribus in locis vocat: cui assentiẽdum puto, præcipuè cùm Lucretiam ambiens, vt inferius dicemus, in vxorẽ eam accipere, & reginam facere pollicebatur, cum regnum sibi tanquam natu maximo deberetur. *Namque minimus trium*] idest, minor è tribus Tarquinij filiis. Per Appositionem, *Proles manifesta*] aperta. *Superbi*] vel ob innatos mores, quibus erat ei similis, vel ob omnia certa signa. *Venit in medios hostes*] transfugit
K Gabios. *Nocte silente*] noctis tempore.

ANTEN. *Hoc cupiunt fratres*] &c. Callidè dictum, vt vitam impetret, dum ostendit mortem suam Gabinorum hostibus placituram. Tale est illud apud Virg. Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ. *Flent*
E *quoque*] Simplices Gabini misericordia moti lacrymas continere non possunt, dum notas verberum intuentur.
Iamque potens) &c. Qui sæpe in Romanos impetum fecerat, ex composito & Gabios seuerius fuerat victor. Vnde obeundo pericula ac labores, prædámque (vt inquit Liuius) munificè largiendo, tanta erat
F charitate, vt non esset Tarquinius pater potentior Romæ, quàm filius Gabiis. *Misso genitorem*) &c. Ex suis vnum sciscitatum Romam ad patrem mittit, quidnã se facere vellet: quandoquidem vt omnia vnus Gabiis posset, ei dij dedissent. *Odorata herbis*] pro odoris. Nam odoratũ est, quod aliũde odorẽ accipit: sed vsus his abutitur. *Virga*

Nudarunt gladios: Occidite, dixit, inermem:
Hoc cupiunt fratres, Tarquiniúsque pater,
Qui mea crudeli lacerauit verbere terga.
Dicere vt hæc posset, verbera passus erat.
Luna fuit, spectant iuuenem, gladiósque recondunt,
Tergáque deducta veste notata vident.
Flent quoque, & vt secum tueatur bella, precantur:
Callidus ignaris annuit ille viris.
Iámque potens misso genitorem appellat amico,
Perdendi Gabios qui sibi monstret iter.
Hortus odoratis suberat cultissimus herbis,
Septus humum riuo lenè sonantis aqua.
Illic Tarquinius mandata latentia nati
Accipit, & virga lilia summa metit.
Nuncius vt rediit, decussáque lilia dixit,
Filius, Agnosco iussa parentis, ait.

lilia) &c. Liuius: Huic nũcio, quia (credo) dubiæ fidei videbatur, nihil voce respõsum est. Rex velut deliberabũdus in hortum ædium transit, sequente nuncio filij. Ibi inambulans tacitus, summa papauerum dicitur capita baculo decussisse. Interrogando, ex-
L pectandóque responsum nuncius fessus, redit Gabios: quæ dixerit ipse, quæque viderit, refert: seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam eum vocem emisisse. Sexto vbi quid vellet parens, quidve præciperet, tacitis ambagibus paruit, primores ciuitatis criminando alios apud populum, alios sua ipsos inuidia opportunos interemit. Idem historicus paulo pòst: Donec orba consilio auxilióque Gabina res regi Romano sine vlla dimicatione in manu traderetur.
Nudarunt) Gabini, qui in excubiis erant. *Nudarunt gladios*) vt scilicet hunc interficerent. *Ille dixit*) Occidite

PAYS.

inermem: inermis enim illuc ierat. *Ergo occidite inermem*) virum sine armis. *Hoc*] vt scilicet me occidatis. *Cupiunt fratres*) Titus & Aruns. *Et pater Tarquinius*] hoc etiam cupit. Est genus dissuasionis, cùm rogat vt faciant rem hosti gratam. Vt Sinon apud Virg. Iamdudum sumite pœnas, Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ. *Qui*) fratres & pater. *Lacerarunt mea terga crudeli verbere*) pro verberibus crudelibus. *Vt posset hoc dicere*] ex veritate scilicet, quòd illi eum verberassent. *Erat passus verbera.* Et Dionysius de hoc. Diffidere, inquit, ab eo, hoc est, à patre, simulat, quia bellum aduersus Gabinos deponi nollet: verberatúsque ab eo virgis in foro, & in cæteris contumeliæ habitus. *Luna fuit*] lucebat tunc Luna, ita vt ad eius lumen bene possent discernere. *Spectant*] Gabini scilicet. *Iuuenem*] Sextum. *Et recondunt gladios*) referunt in vaginam. *Et vident terga notata*] signata virgis, aut verberibus. *Deducta veste*) remota veste. *Flent quoque*] Commiseratione moti Gabini flere cœpere: excepere illum, precati, vt secum in patrem bella gereret. Ille cùm secum haberet amicos transfugas simulatos, & aliis accersitis, sæpe in Romanos irruens, ex composito cum ingenti præda reuertebatur. Quod cùm sæpe fecisset, sperantes Gabini & ipsi Romæ castra aliquando admouere, è cœlo Sextum ipsis missum dicunt, ducem constituunt. Post multa feliciter gesta, cùm in Gabiis maximus esset, patri per secretum nuncium rem aperit, & quid facto opus esset, percontatur. Sed hæc postea prosequemur. *Flent quoque*) flent Gabini commiseratione moti. *Et precantur*) vt Sextus ipse. *Tueatur secum*] cum ipsis, bella: vel vt eos à bellis tueatur, vel defendat bella ipsa à Gabinorum parte. *Ille*) Sextus. *Callidus*) astutus. *Annuit*] nutu quæ petunt, promittit. *Ignaris veri*) Gabinis ignaris scelerum tantorum. *Iamque potens*) ipse Sextus: quia Gabinorum dux. *Appellat genitorem misso amico*] misso fideli famulo. *Appellat genitorem*] id est, respondet genitori. Imposita sibi erant hæc negocia, ergo de his genitori respondet. Appellare enim interdum est familiariter respondere, vt apud Lucilium: Cùm me mei adeunt seruuli, nõ dominam ego appellem meam? Et appellare est nominare.

Quod monstret sibi iter perdendi, conculcandi, aut subiugandi Gabios. Gabij ciuitas ipsa dicebatur, Gabini vero populi. * *Hortus odoratis*] Thrasybuli consilium est apud Herodotum, & recenset Aristot. in 6. Politic. * *Hortus odoratis*] &c. Tarquinius (vt inquit Dionysius) cognoscere nolẽs famulum, quę facere filium iuberet, ducens eum secum, pergit in adiacentem regiæ suæ hortum. Contigit autem papauera in eo multa innata esse, & sub tempus ipsum fructus & collectionis: per quæ transiens Tarquinius, eminentis cuiusque papaueris sceptro caput feriens decutiebat, nihil prorsus roganti respondens. Concordat Liuius, dicens: Huic nuncio, quia (credo) dubiæ fidei videbatur, nihil voce responsum est. Rex velut deliberabundus, in hortum ędium transit, sequente nuncio filij. Ibi inambulans tacitus, summa papauerum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando expectandóque responsum nuncius fessus, vt re imperfecta redit Gabios. Quæ dixerit, quæque viderit, refert, & reliqua. *Hortus cultissimus*] ornatus & elaboratus. *Herbis odoratis*] suberat regiæ, scilicet ipsius Tarquinij. *Sectus humum*] habens humum sectam, id est, diuisam riuo. *Aqua lenè*] pro leniter. *Sonantis*) murmurantis. *Illic*] in eo horto. *Tarquinius accipit mandata latentia*] secreta. *Nati*) Sexti scilicet. nam in hortum nuncium duxit. *Et petit*] impetit, decutit. *Virga*) sceptro. *Lilia summa*] Poëta lilia decussa inquit, Dionysius & Liuius papauera dixerẽ. In hoc Dionysius inquit videri sibi Tarquinium imitatum fuisse Thrasybulum Milesium. Nam & ille nuncio Periandri Corinthiorum regis consulentis, quemadmodum firmissimum obtineret dominatum, verbum respondit nullum: sed cum nuncio ipso sequenti per segetem inambulans, eminentiores spicas frangens, in terram deiiciebat, docens ipsum oportere spectatissimos ciues perdere. *Nuncius vt*] postquam. *Redit*) Gabios scilicet. *Et dixit lilia decussa*) deiecta virga. *Filius*) Sextus. *Ait*) dixit. *Agnosco iussa parentis*] Tarquinij. Scio, inquit, quid pater imperat.

Nec mora, principibus cæsis ex vrbe Gabina,
Traduntur ducibus mœnia nuda suis.
Ecce (nefas visu) mediis altaribus anguis
Exit, & extinctis ignibus exta rapit.
Consulitur Phœbus, sors est ita reddita: Matri
Qui dederit primus oscula, victor erit.
Oscula quisque sua matri properata tulerunt,
Non intellecto credula turba deo.

ANTON. *Ecce nefas v.*] &c. Tarquinius Superbus, cum domitis hostibus ad vrbana negocia animum conuertisset, ecce portentum ingens apparuit. Anguis enim ex columna lignea elapsus, fugã in regiam fecit. Vnde exterritus rex, Titum & Aruntem filios, quorum posteriorem quidam Aruncem vocant, ad Apollinem Delphicum misit, Bruto comite, qui stultitiam fingebat. Iuuenes vbi mandata patris perfecerunt, Apollinem consulere, ad quem eorum regnum Romanum venturum esset, dictum est, eum regnaturum, qui primus matrem reuersus oscularetur. Vnde illud est Virgilij Antiquam exquirite matrem. Brutus igitur de naui egressus, simulans casum, osculatus est terram, postéaque in cariùm regium commorauit, pulsísque Tarquiniis, primus consul creatus est. Lege Dionysium, qui vult Tarquinij filios alia causa missos fuisse ad Apollinem. Nobis placet & Liuio & Ouidio fidem adhibere.

interemit: de cęteris Sexto vt supplicium sumeret, permisere. Cæsis multis bonis, cognoscẽs omnia per literas Tarquinius, cum copiis accelerans, circa mediam noctem oppidum ingressus est, factúsque dominus Gabinorum. Inquit ergo. *Nec mora*) scilicet fuit. *Cæsis*] interfectis. *Principibus*) id est, primoribus ex vrbe Gabina. *Mœnia nuda suis ducibus*] qui ea tuebantur. *Traduntur*] produntur ab ipso Sexto patri Tarquinio. *Ecce nefas*] &c. Gabiis receptis, Tarquinius pacem cum eorum gente fecit, fœdus cum Thuscis renouauit, inde ad negocia vrbana animum conuertit. Primùm, vt quod Priscus vouerat, templum Iouis perficeret, & ad foros in Circo faciendos, cloacámque maximam, receptaculum omnium purgamentorum vrbis, Signiam Circeiósque colonos misit. Hæc agenti, vt Liuius cum Poeta concordans inquit, portentum terribile visum. Anguis ex columna lignea elapsus, cùm terrorem ac fugam in regiam fecisset, ipsius regis non tam subito pauore perculit pectus, quàm anxiis impleuit curis. Itaque cùm ad publica prodigia Hetrusci tantùm vates adhiberentur, hoc velut domestico exterritus, Delphos ad maximum inclytum in terris oraculum mittere statuit: neque alij committere ausus, duos filios per ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria, in Græciam misit. Titus & Aruns profecti. comes his additur L. Iunius Brutus, de quo paulo pòst dicemus. Dionysius tacuit portentum hoc, sed aliam causam, qua missi sunt ad oraculum, affert. Inuaserat, inquit, in principatu eius morbus quidam insuetus in virgines & pueros, per quem multa corrumpebantur corpora, grauissimus idem, vixque sanabilis in repugnãtibus, matres ipsas in partu simul cũ fœtu interficiens. Cùm adeò causam morbi cognoscere vellet, atq; liberationem, ad Delphicum oraculum Titum & Aruntem misit, Brutum quoq; cum ipsis, hoc rogantibus, vt haberent quẽ cõuiciis cõtumeliisq; afficerent. Sed antequã vlterius progrediamur, de Bruto dicendũ est, vt ab eodẽ Dionysio accepimus. L. Iunius Brutus, M. Iunij fil. fuit, e progenie vnius eorũ qui cũ Ænea coloniã deduxere, clarissimi inter Romanos numerati. Bruti Tarquinia, Tarquinij Prisci filia,

PAVL. *Nec mora*] Liuius sic: Sexto vbi quid vellet parens, quidve præciperet, tacitis ambagibus patuit, primores ciuitatis criminando alios apud populum, alios sua ipsos inuidia opportunos interemit. Multi palàm, quidam in quibus minus speciosa criminatio erat futura, clam interfecti. Et paulo pòst orba consilio auxilióque Gabina res regi Romano sine vlla dimicatione in manum traditur. Dionysius verò Sextum inquit, intellectis Tarquinij iussis, populum in concionem aduocasse, querentem, cùm in eorum fidem confugisset, in periculo esse, ne captus patri traderetur, potius deponere magistratum, & vrbe egredi paratũ, quàm acerbum aliquid pati. Addebat verbis lacrymas, miserans fortunam suam, vt qui de vita metuunt. Irritata plebe, rogantéque quinam eum prodituri essent, clarissimum Gabinorum ciuem Petronem Antistium nominauit, virum & pace & bello qui multum patriæ profuerit. Negante illo, & inquisitionem tolerante, quæsitum in domum missum est. Corruperat enim Sextus quosdam pecunia, qui literas in exitium suum, patris gemma signatas, clam inter varias tabellas absconderant. Quæ cùm delatæ, lectæque publicè essent, obstupente Petrone, & attonito, nihil respondente, iratus populus Antistium lapidibus

mater fuit. Superbus Tullium interficiens cum multis bonis, Bruti quoque patrem clam occidit: nullo tamen delicto, nisi tantùm eius diuitias ambiens. & cum eo alterum è duobus filiis maiorem natu sustulit. Iuuenis adhuc Brutus, auxilij & cognatorum inops, fatuum se simulauit, vnde Bruti cognomen assumpsit. & in ea fatuitate perseuerauit, dum visus non est habere tempus opportunum. Hunc, ademptis tamen bonis omnibus, sub se custodiebat Tarquinius, non honoris gratia, sed stulta dicens, stulta agens, & veris fatuis similia, vt adolescentibus risum moueret. Hic itaque Delphos cum Tito & Arunte petiuit: & cùm cæteri preciosa dona obtulissent deo, Brutus baculum ligneum obtulit, quod illis risum mouit: sed illic in baculum virgam auream, nemine sciente, incluserat. Posteaquam de portento, seu de morbo consuluere, interrogarunt deinde deum, cui fato datum esset Romanum imperium. Reddita est vox ex oraculo, Qui primus oscula matri dederit. Componunt inter se iuuenes, vt Sextum, qui Romæ erat, hoc lateat. Ipsi, vter matri osculum redditurus sit, vt Liuius inquit, sorti permittunt: vt Dionysius, vt vnà matrem oscularentur, pariterque regnarent. Brutus aliò ratus spectare oraculum (vt Liuius refert) velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit, quòd ea communis omnium mortalium mater esset. Vt Dionysius: Vbi quàm celerrimè Italicam terram ascendit, procidens osculatus est terram: & ita ipse primus regnauit, quia primus postea consul creatus est. Plinius osculatam Brutum terram Parnasiam ostendit, cùm dicat lib. 15. de lauris: Spectatissimas in monte Parnaso, ideóque etiam grata Apollini, adsuetis eo dona mittere, iam & regi Romano, teste L. Bruto. Forsassis etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem publicam is meruisset, lauriferam tellurem illam osculatus ex responso, & religna. Sed hæc hactenus. Inquit ergo, *Ecce nefas visum est*] visa est res infanda. Aut nefas visu, ad visum, aut dum videtur. vt si dicam mirabile dictu. *Exit anguis mediis altaribus*] de medio templo, aut de medio loco sacrificiorum. At Liuius inquit, Anguis è columna lignea elapsus. *Et capit*] deuorat, aut raptim accipit. *Exta*] ipsa intestina, quæ sacrificabantur.

Extinctis ignibus] quos ipse impetu extinxerat anguis.

Consulitur Phœbus] Accessere illi Delphos, ad Parnasi latus australe, vbi erat oraculum cæteris verius. *Consulitur Phœbus*] petitur à Phœbi oraculo consilium. Primò (vt diximus) pro portento, aut morbo: & postea consuluere, quis eorum regnaturus esset. & huic respondet Poëta. *Sors*] responsum, aut vox ex oraculo. *Est ita reddita*: *Qui primus dederit oscula matri*] qui primus matrem osculabitur *Erit victor*] erit voti compos, & regnabit. *Quisque*] & Titus & Aruns. Per appositionem. *Turba credula*] facile credens, simplex. *Tulerunt matri sua oscula properata*] oscula accelerata. Cōposuere tamen inter se, vt diximus. *Non intellecto deo*] non intellecta voce dei, voce oraculi.

ANTON. *Brutus erat stulti sapiens imitator*] L. Brutus, Tarquinia sorore Tarquinij Superbi natus, sciens fratrem à rege ob diuitias & prudentiam interfectum, se stultum simulauit, vt regis crudelitatem declinaret. De quo Iuuenalis: Quis priscum illud miratur acumen Brute tuum? Hinc est, quòd qui L. Iunius dicebatur, Bruti cognomen habuit. Is à Tito & Arunte ductus Delphos, ludibrium verius, quàm comes, aureum baculum inclusum corneo, cauato ad id baculo, tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenij sui. *Creditur offenso procubuisse pede*] Existimatum est, fuisse casus, quod erat consilij: vt non spōte matrem omnium mortalium terram ore tetigisset, sed forte prolapsus cecidisset. *Cingitur interea Romanis Ardea signis*] Hæc ciuitas Rutulorum colonia (vt inquit Strabo) 70. stadiis à mari distat, & a Laurento non valde longo dissidet spacio, teste Seruio: ab vrbe verò ad 20. millia passuum. Et dicta est, vel quasi ardua, id est, magna & nobilis. vnde (vt scribit Dionysius) ei Tarquinius propter opes tetendit insidias. vel ab augurio auis ardeæ. Fabulosum enim est quod ait Ouidius, incensam ab Ænea Ardeam, in hanc auem esse conuersam. Condita autem est hæc ciuitas (vt Plinius docet) à Danae Persei matre. Acrisius enim rex Argiuorum (vt Lactantius grammaticus tradit) Danaen filiam à Ioue vitiatam, intra arcam inclusam præcipitauit in mare. Quæ delata ad Italiam, inuenta est à piscatore, cum Perseo, quem illic enixa fuerat. Et regi oblata ita placuit, vt dicatur eam sibi vxorem fecisse, & cum ea Ardeam condidisse. *Et patitur longas obsidione moras*] longa fuit obsidio, & bellum diuturnum magis quàm acre. *Tarquinius iuuenis*] &c. Per Tarquinium iuuenem sunt qui non Sextum accipiant, Tarquinij Superbi filium natu minorem, apud quem cœnatum est, vt Liuius scribit: sed Tarquinium Collatinum, sorore Tarquinij Superbi genitum, quem postea Brutus coēgit consulatu se abdicare, & ciuitate cedere. Apud hunc putant sentire Ouidium hoc loco fuisse cœnatum, non apud Sextum: cùm dicat, Tarquinium iuuenem accepisse socios, vnúmque ex acceptis socijs Sextum dixisse quæ sequuntur. Quod nisi est, fateamur oportet relatiuum pronomen, quod est in versu pentametro, referre non solùm qui accepti sunt, sed Sextum etiam qui accepit. Nos autem duos versus, quos præposuimus, sic legendos arbitramur: Tarquinius iuuenis socios dapibúsque meróque Accipit, atque illis rege creatus ait. *Ecquid in officio thorus est socialis*] Ab eo quod continet, id quod continetur accipimus. Et est sēsus, Nunquid vxores nostræ perseuerant in lege coniugij?

> *Brutus erat stulti sapiens imitator, vt esset*
> *Tutus ab insidys dire Superbe tuis.*
> *Ille iacens pronus, matri dedit oscula terræ,*
> *Creditus offenso procubuisse pede.*
> *Cingitur interea Romanis Ardea signis,*
> *Et patitur longas obsidione moras.*
> *Dum vacat, & metuunt hostes committere pugnam,*
> *Luditur in castris, ocia miles agit.*
> *Tarquinius iuuenis socios dapibúsque meróque*
> *Accipit, ex illis rege creatus, ait:*
> *Dum nos sollicitos pigro tenet Ardea bello,*
> *Nec finit ad patrios arma referre deos:*
> *Ecquid in officio thorus est socialis, & ecquid*
> *Coniugibus nostris mutua cura sumus?*
> *Quisque suam laudat, studys certamina crescunt,*
> *Et feruet multo linguáque córque mero.*

PAVL. *Brutus sapiens*] qui cum his erat. *Erat imitator stulti*] quasi simulabat se in omnibus stultum. *Vt esset tutus o Superbe dire*] crudelis. Apostropha est. *Ab insidijs tuis*] Insidiæ sunt, quæ ad opprimendum hostem occultis in locis instruuntur. Ita insidiæ erant hæ Tarquinij, cùm clam & patrem & fratrem Bruti interfecisset: & nisi simulata stultitia illū defendisset, eum quoque interemisset. *Ille*] Brutus *Iacens pronus*] quasi ore in terram stratus. *Dedit oscula matri*] terræ, nam terram communem omniū parentem esse existimauit. *Creditus*] ab aliis. *Procubuisse*] prolapsum deorsum fuisse. *Pede offenso*] ac si pedem scrupo offendisset. *Cingitur interea*] &c. Ardea 20. millia passuum ab vrbe distans, a Danaë Acrisij filia à Ioue violata, patrísque iram ob id fugiente, condita est. Hanc obsedit Tarquinius, causam prætendens (vt Dionysius inquit) quòd Ardeates Romanos exules suscepissent, conspirarentque cum eis de reditu. Re autem vera propter opes illis tendebat insidias. Fœlicissimis tunc populorum Italicorum repugnantibus strenuè Ardeatibus, durante diu obsidione, & milites qui in castris erant, & qui in vrbe ciues, tributis fessi, belli diuturnitatem ægerrimè ferebant. *Interea Ardea*] quæ vrba fuit Rutulorum. *Cingitur Romanis signis*] vexillis: quasi obsidetur Romano exercitu. *Et patitur longas moras obsidione*] quia diu durauit, vt Liuius inquit, longo magis quàm acri bello. *Dum vacat*] dum sic vacatur à pugna. *Et hostes*] Ardeates scilicet. *Metuunt committere pugnam*] metuunt & refugiunt conserere manus. *Luditur in castris*] in stationibus aut tabernaculis militum. *Miles*] pro milites. *Agit ocia*] quia erant ociosi non pugnando. *Tarquinius iuuenis*] &c. Et Liuius inquit: Regij quidem iuuenes interdum ocia conuiuiis comessationibúsque inter se terebant. At huius conuiuij, & collocutionis horum Dionysius non meminit. Liuius cum Poëta concordat. *Iuuenis Tarquinius*] hoc est, Sextus Tarquinij filius. nam apud Sextum tum compotabant, vt etiam Liuius refert. *Accipit socios dapibus & mero*] quasi suscipit eos & cibo & potu. *Ex illis*] qui in ea cœna erant. *Creatus rege*] regis filius. *Ait*] verba quæ sequuntur. *Dum nos sollicitos*] &c. Dum in hac Ardeatium obsidione sumus, nec patriam repetere possumus, nunquid sint in nos officiosæ coniuges nostræ? num curam illæ de nobis gerunt, sicut nos de illis? Dum Ardea

tenet nos sollicitos, anaios. *Pigro bello*] lento, quia non pugnabatur. *Nec finit*] nec permittit. *Referre arma ad patrios deos*] quia cùm hic nos detineat, non finit in patriam redire. *Arma ad patrios deos*] quia confecto bello, arma in templo laui recondebantur. *Ecquid*] compositum ea en & quid, loquârum, aut nunquid. *Thorus socialis*] lectus matrimonialis M tonymia est quasi vxor nostra, vel coniuges nostræ. *Est in officio*] in actu debito: hoc est, in obseruantia pudicitiæ. *Et ecquid*] nunquid. *Summus*] nos. *Mutua cura coniugibus nostris*] cura reciproca, vt nos de ipsis curam gerimus, pro patria pugnando, an illæ de nobis curam gerant.

Quisque suam laudat] &c. Liuius de hoc. Fortè potantibus his apud Sextum Tarquinium, vbi & Collatinus Tarquinius Egerij filius cœnabat, incidit de vxoribus mentio, suam quisque laudare miris modis, & reliqua. *Quisque*] ergo illorum. *Laudat*] laudare contendit. *Suam*] coniugem. *Certamina*] contentiones. *Crescunt studio*] quasi studio, desiderio laudandi suam. *Et lingua & cor feruet*] incalescit. *Multo mero*] multa meri exhaustione. nam facti erant ob merum alacriores & loquaciores.

Surgit cui dederat clarum Collatia nomen,
Non opus est verbis, credite rebus, ait.
Nox superest, tollamur equis, vrbémque petamus.
Dicta placent, frænis impediuntur equi.
Pertulerant dominos: regalia protinus ipsi
Tecta petunt: custos in fore nullus erat.
Ecce nurum regis fusis per colla coronis
Inueniunt posito peruigilare mero.
Inde cito passu petitur Lucretia, cuius
Ante thorum calathi, lanáque mollis erat.
Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant,
Inter quas tenui sic ait illa sono:
Mittenda est domino (nunc nunc properate puellæ)
Quamprimùm nostra facta lacerna manu.
Quid tamen auditis (nam plura audire potestis)
Quantum de bello dicitur esse super?
Postmodo victa cades, melioribus Ardea restas
Improba, quæ nostros cogis abesse viros.
Sint tantùm reduces: sed enim temerarius ille
Est meus, & stricto quolibet ense ruit.
Mens abit. & morior, quoties pugnantis imago
Me subit, & gelidum pectora frigus habet.

ANTON. *Surgit, cui dederat clarum Collatia nomen*] Collatia oppidum prope Romam fuit, vt autor est Festus, sic dictum, quòd opes aliarum ciuitatum eò collatæ fuerint. vnde porta vrbis Collatina nomen accepit. Tarquinius Superbus (vt Seruius scribit) Collatiam ex collata pecunia constituisse dicitur, à qua ipsi oppido Collatiæ nomen inditũ putant: quod credendũ non est, cùm constet (vt autor est Strabo) ante vrbem conditam fuisse Collatiam. Sed fieri potuit (vt idem Seruius tradit) vt Tarquinius id oppidum auxerit, ab Albanis regibus fundatum. Ab eo Tarquinius Egerij filius, ac vir Lucretię, cognomen accepit, dictúsque Collatinus est, quòd multum Collatiæ moraretur, teste Dionysio. *Non opus est verbis*] &c. Liuius: Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri, quantum cæteris præstet Lucretia sua. *Vrbémque petamus*] Romam. nam inde Collatiam petierunt, vbi tunc erat Lucretia. *Posito peruigilare mero*] Indicium incontinentiæ, contra illud quod sequitur, Ante thorum calathi, lanáque mollis erat. *Nostra facta lacerna manu*] Lacerna vestis militaris est, quod & hic locus manifestè ostendit, vbi lucernam marito militi mittendam Lucretia præparat: & Festus qui lacernam dictã vult, quia minus capitio sit. Hinc per lacernatam amicam, Neronis sporum accipimus, apud Iuuenalem. *Plura audire potestis*] Audiunt ancillæ, quæ non audit casta mulier, & semper ferè se continens domi. *Melioribus*] Romanis, quibus statim cedere debuisti, nec pati tam diuturnam obsidionem.

PAVL. *Surgit cui dederat*] &c. Et Liuius: Inde certamine accenso, Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri, quantum cæteris præstet Lucretia sua. *Surgit*] ille. *Cui Collatia dederat clarum nomen*] L. Tarquinius, Egerij filij fratris Tarquinij Prisci filius, ex mulia (vt Dionysius inquit) in vrbe Collatia commoratione Collatinus appellatus est. Ergo *dederat Collatia clarum nomen*] Collatia, vt Pompeius inquit, oppidum fuit prope Romam, sic dicta, quòd ibi opes aliarum ciuitatum fuerint collatæ, à quo porta Romæ Collatina, appellata est. Hic Collatinus erat vir Lucretiæ, filiæ nobilissimi ciuis Romani Spurij Lucretij Tricipitini. *Ait*] ipse Collatinus. *Non opus est verbis, credite rebus*] res ipsa comprobabit. *Nox superest*] Sequitur ad huius verba Liuius: Quin si vigor iuuentæ inest, conscendimus equos, inuisimúsque præsentes nostrarum ingenia. Id cuique spectatissimum sit, quod inopinato viri aduentu occurrerit oculis. Incalueramus vino, age sane omnes citatis equis aduolant Romam, &c. Inquit ergo Collatinus, *Nox superest*] quasi noctis tempus superest, ad eundum & redeundum in castra. Erant enim noctes longiores, quia mense Februario. ergo tempus superest. *Tollamur*] attollamur. *Equis*] equitemus. *Et petamus vrbem*] eamus Romam. Poterant ire & redire, quia solùm distabat Roma mil. pas. & quatuor horis fecissent iter, maximè citatis equis, vt Liuius inquit. *Dicta*] Collatini scilicet. *Placent*] cæteris. *Equis impediuntur frenis*] frenauere equos, aptauere equis habenas. *Pertulerant dominos*] equi scilicet quasi iam venerãt Romam. *Protinus*] sub tò *Petunt ipsi regalia tecta*] ad regias ædes iuere, filiorum regis coniuges visendas. *Nullus custos erat in fore*] pro in foribus. & hoc ad illorum ignominiam: nam adesse debebant custodes, qui fores seruarent. *Ecce nurum*] &c. Quid de hoc Liuius, sub sequentibus versibus dicam. *Ecce*] inquit Poëta, velut exprobraturus lasciuiam & crapulam nurum regiarum: vt à continentia, pudicitia, & exercitio magis Lucretiã commendaret. *Ecce inueniunt nurus regis*] coniuges filiorum regis. *Fusis coronis per colla*] quasi habentes colla coronata, ornata monilibus, vt & Adriacæ vtuntur. *Peruigilare posito mero*] indulgere crapulæ. Quod si in homine turpe, in muliere turpissimum. nam olim Romanis fœminis vini vsus non fuit, vt Valerius tradit. *Inde cito passu*] &c. Et Liuius: Pergunt inde Collatiam, vbi Lucretiam haudquaquam vt regias nurus, quas in conuiuio luxúque cum æqualibus viderant tempus terentes: sed nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas, in medio ædium sedentem inueniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Hæc ille. Dionysius hoc tacuit, & cœnam & contentionem horum, accessúmque nocte in vrbem non retulit: sed Sextum Tarquinium ex Ardea Collatiam à patre ad obeunda quædam negocia missum refert, tunc Lucretiæ forma captum ea patrasse, quæ suo loco referentur. *Inde*] ex regiis ædibus, aut ex vrbe Roma. Nam erat tunc Lucretia in Collatia, quæ vrbe distabat Roma 20 stadiis. *Petitur Lucretia*] itur ad Lucretiam. *Cito passu*] acceleratis passibus. At Lucretia & crapulam & ocium euitabat. *Ante thorum*] ante lectum cuius: *Erant calathi*] canistri cum rebus ad telam facientibus. Calathi enim canistri sunt. Vnde in Arte, Afferat in calatho rustica dona puer. *Et erat ante thorum lana mollis*] non dura, quia tunc filabant. *Famulæ*] ancillæ Lucretiæ. *Trahebant pensa*] filabant lanam ipsam. Pensa tamen sunt lana, & lignum globatum, vnde filum trahitur. *Ad exiguum lumen*] & hoc ad commendandã Lucretiæ parsimoniam. *Inter quas*] ancillas scilicet. *Sic illa ait tenui sono*] quasi summissa voce, vt pudicas decet. *Mittenda est*] &c. Ancillas admonet ad opus maturandum: nã perfectura est lacernam, quam viro mittat. *Properate*] festinate. *Nunc nunc ò puellæ*] ò ancillæ. Vt sæpe pueros pro seruis ponimus, sic pro ancillis puellas. *Lacerna facta nostra manu*] quam ego fecero. Lacerna genus vestimenti expeditum, quo vtuntur milites. *Quamprimùm est mittenda domino*] viro. sed domino ancillarum, vel domino, ad maiorem seueritatem. *Quid tamen*] &c. Interrogat eas, quamdiu duraturum erit bellum. *Tamen quod auditis*] Ibant ancillæ sæpe Romam, & liberè egrediebantur domo, ita vt omnia audire possent. Ideo hic, *Nam potestis audire plura*] quàm ego audiam, quæ non egredior domo. *Quantum dicitur esse super*] hoc est, superesse. *De bello*] quando confectum erit hoc bellum, vel quantum duraturum est. *Postmodo victa cades*] &c. Conuertit sermonem ad Ardeam, quę quia obsessa à Re-

A manis, erat causa absentiæ virorum. *Ardea restas*] tu resistis modò. *Melioribus*] populis scilicet. nam Ardeates Romanis. *Post*] quasi finaliter. *Victa*] tu à Romanis. *Cades* } quia expugnaberis & deleberis. *Cades*] tu. *Improba*] mala. *Quæ cogis abesse*] à nobis scilicet, nostros viros. *Sint tantùm reduces*] &c. Pudicæ mulieres de salute virorum semper sollicitæ sunt: sic & Lucretia, quæ curis angebatur, ne qua temeritate pugnando vir occumberet. Sint tantùm reduces, etsi non cadat Ardea. *Sint tantùm reduces*] hoc est, tantummodo sospites reuertantur. Eos enim reduces dicimus qui ex aliqua expeditione ac profectione sospites in patriam reuertuntur. *Sed enim*] certè. *Ille meus*] vir scilicet. *Est temerarius*) audax, qui minus prudenter pugnam incat. *Et ruit*] ituit in hostes. *Qualibet*] ex omni parte. *Stricto*] euaginato ense. *Imago pugnantis*] viri scilicet. *Quoties me subit*] quoties videor videre illum pugnantem. *Abit mens*] efficior velut amẽs. *Et morior*] & videor mori, præ dolore scilicet. *Et gelidum frigus habet*] occupat. *Pectora*] & hoc ob metum. Rationem superius diximus. C

Desinit in lacrymis, inceptáque fila remisit.
In gremio vultum deposuitque suo.
Hoc ipsam decuit: lacrymæ decuere pudicam,
Et facies animo dignáque párque fuit.
Pone metum, venio coniunx ait. illa reuixit,
Déque viri collo dulce pependit onus.
Interea iuuenis furiales regius ignes
Concipit, & cæco raptus amore furit.
Forma placet, niueúsque color, flauíque capilli,
Quíque aderat nulla factus ab arte decor.
Verba placent, & vox, & quod corrumpere non est.
Quóque minor spes est, hoc magis ille cupit.
Iam dederat cantum lucis prænuntius ales,
Cùm referunt iuuenes in sua castra pedem.
Carpitur attonitos absentis imagine sensus
Ille, recordanti plura magísque placent.
Sic sedit, sic culta fuit, sic stamina neuit,
Neglectæ collo sic iacuere comæ.
Hos habuit vultus, hæc illi verba fuerunt.
Hic color, hæc facies, hic decor oris erat.
Vt solet à magno fluctus languescere flatu,
Sed tamen à vento, qui fuit, vnda tumet:
Sic quamuis aberat placitæ præsentia formæ,
Quem dederat præsens forma, manebat amor.
Ardet, & iniusti stimulis agitatus amoris
Comparat indigno vimque metúmque toro.
Exitus in dubio est: Audebimus vltima dixit.
Viderit: audentes fórsque Venúsque iuuant.
Cepimus audendo Gabios quoque. talia fatus
Ense latus cinxit, tergáque pressit equi.
Accipit ærata iuuenem Collatia porta,
Condere iam vultus sole parante suos.
Hostis vt hospes init penetralia Collatini,
Comiter excipitur, sanguine iunctus erat.
Quantum animis erroris inest: parat inscia rerum
Infelix epulas hostibus illa suis.
Functus erat dapibus: poscunt sua tempora somnum:
Nox erat, & tota lumina nulla domo.

ANTON. *Desinit in lacrymis*] dolor & lacrymæ coëgerunt Lucretiam sermoni finem imponere. B *Et facies animo*] &c. non minuerũt lacrymæ corporis venustatem, sed par fuit animi & corporis decor. *Et quam corrumpere non est*] Deest antecedens castitas, quæ corrumpi nequit, etsi corpori vis inferatur. *Lucis prænuncius ales*] Periphrasis galli, à quo dicimus gallicinium, quod iam aduenerat, cùm illi ex oppido Collatiam in castra redierunt. C *Carpitur attonitos absentis imagine sensus*] Figuratè dictum est, vt, Pictus acu chlamydem. & est sensus: Omnis cogitatio Sexti occupata circa Lucretiæ absentis imaginem, ita carpit ei sensus, vt quasi reddat attonitos ac sepultos. Naturale est enim, vt dum omnis animi intétio redigitur ad alicuius rei contemplationem, sensus obstupescãt. Quo D tempore viuentes penè mori discimus, quasi quodam secessu mentis atque animi facto à corpore. *Sed tamen à vento*] &c. Perturbationes animorum mari à ventis agitato aptissimè comparantur, quod & philosophi faciunt. *Exitus in dubio est, audebimus vltima*] Deest quamuis. & hoc dicit: Quamuis incertus est rei finis, & difficillimum est expugnare E re pudicissimam, tamen vbi precibus ac minis nihil egero, vi aggrediar mulierem. *Viderit*] subintelligendum est aliquis. Quod ideo fit, quia sic loqui solent, qui amore insaniunt. *Cepimus audendo Gabios quoque*] Argumentum à maiori. Si audendo expugnauimus oppidum, expugnabimus & mulierem. *Sanguine iunctus erat*] quia Tarquinius Collatinus vir Lucretiæ, sorore Tarquinii Superbi genitus fuerat, vt diximus suprà.

pari animo] quia sicut animus erat pudicus, ita facie pudicitiam præferebat: vt qualis esset animo, in vultu cognosceres. *Pone metum*] &c. Audierat Collatinus è ianuis Lucretiæ verba, viderat illam anxiam: & ob id lacrymantem pro salute sua non potuit pati, sed prodens se consolatus est eam. *Ait coniunx*] vir Lucretiæ Collatinus. *Pone*] depone metum *Venio*] adsum. *Illa reuixit*] quia exanimis videbatur, reuixit ad voces viri. H *Et pependit dulce onus de collo viri*] nam vir amplexus est eam, & ipsa virum, & sic dulce erat Lucretiæ onus. *Interea iuuenis*] &c. Liuius: Ibi Sextum Tarquiniũ mala libido Lucretiæ per vim stuprãdæ capit, tum forma, tum spectata castitas incitat. Cœpit igitur Sextus Tarquinius Lucretiã ardere. *iuuenis regius*] I Sextus regis fili⁹. *Concipit furiales ignes*] Ad detestationem huius ardoris, furiales ignes, dixit, quasi non Cupidineos, sed ab infernis furiis incussos. Vt est illud in Meta. de Myrrha: Ipse negat nocuisse tibi sua tela Cupido Myrrha, facésq; suas à crimine vindicat isto Stipite te Stygio tumidis afflauit echidnis. K E trib⁹ vna soror, &c. Sic Sextus, qui Collatini cognatus erat. *Et furis raptus*] correpť. *Cæco amore*] &c. Omnis enim amor cæcus est. *Forma placet, niueúsque color, flauiq.*] &c. Hæc quidem omnia ad amandum alliciunt, his captus est Sextus. *Forma*] ipsa facies, aut ipse formosus aspectus. Est enim forma, quæ dat esse rei, distinguit rem à re, conseruat rem in suo esse. *Placet*] ipsi Sexto. *Et color niueus*] lacteus, candidus. *Et capilli flaui*] Flauus color est (vt Gellius inquit) ex viridi, rufo, & albo concretus. Sic flauentes comæ. *Et placet decor*] ornatus qui aderat Lucretiæ. *Factus ab arte nulla*] placet decor naturalis, non fuco, non vllo artificio, sed à natura factus. *Placent verba*] dulce eloquium, aut suauia verba, & composita, & casta, non lasciua, nec ab re prolata. *Et placet vox*) quæ non est virilis, non rauca, non irata, non obscura, non festina, sed erat qualis pudicam mulierem decebat. *Et placet quod non est*) quod non datur. *Corrumpere*) hoc est, ipsa pudicitia, quam corrumpere non est ipsius. *Quóque*) & quo. *Est spes minor*) quia desperandum erat. *Hoc*) pro eo. *Magis ille cupit*) nam quod minus erat sperandum, plus ille cupiebat. *Iam dederat*) &c. Iam erat gallicinium, cùm Collatia abeuntes, in castra reuersi sunt. Et

PAVL. *Desinit in lacrymis*] &c. Hac dulci recordatione, sollicita imminenti in bello discrimine, sermonis sui finis fuere lacrymæ, destitítque ab incepto opere, flectens in gremium caput. *Desinit*] loqui scilicet. aut, *Desinit*] terminat sermonem in lacrymis. I *Et remittit*) quasi dimittit. *Fila cœpta*] quia nere desiit. *Et deposuit vultum in gremio suo*] vt dolentes & flentes solent. *Hoc ipsam decuit*] &c. Decori est pudicæ mulieri, pudicos affectus in virum ostendere. *Hoc ipsam ergo*) quòd scilicet deposuerit caput. *Decuit pudicam*) decori fuit pudicæ mulieri. *Lacrymæ decuere*) decori etiam fuere. *Et facies*] Lucretiæ scilicet. *Fuit digna &*

Liuius: Et tum quidem à nocturno iuuenili ludo in castra redeunt. *Iam ales praenuncius lucis*] hoc est, gallus, qui cantu diem prænunciat. *Dederat cantum*] vnde erat pars illa noctis, quæ gallicinium dicitur. *Cùm iuuenes referunt pedes*] redeunt. *In sua castra*] in sua tabernacula, quæ erant circa Ardeam. *Carpitur ille*] Sextus, quasi consumitur. *Sensus attonitos*] Virg. Et cæco carpitur igni. quasi habens sensum, vt visum & auditum, *Attonitos*] stupefactos. Et hinc *Imagine absentis*] nam semper ante oculos referebatur imago Lucretiæ, & verba in auribus resonabant. *Et recordanti plura magis placent*] quo plura recordabatur, eo magis ipsi plura placebant. *Sic sedit*] &c. Est hoc velut naturale amantium omnium, vt eorum quæ viderint, aut audierint de eo quod amant, assidua & dulci quadam recordatione afficiantur, vt Sextus nunc de Lucretia. *Sic sedit*] illa. *Sic fuit culta*] ornata. *Sic neuit*] filauit *Stamina*] fila ipsa. Sed propriè stamen est id, quod firmè stat dum texitur: non id, quod hinc inde trahitur. *Sic iacuere collo*] per collum. *Coma neglecta*] non arte comptæ. *Aut disiecta collo*] per collum. *Hos*] pro tales. *Habuit vultus*] Vt est illud, Hunc ego te Euryale aspicio. *Hæc verba fuere illi*] hæc locuta est. *Hic decor*] talis pulchritudo. *Hæc facies*. Et nunc vultus dixit. Sed in hoc differunt, nam vultus (vt sæpe diximus) est animi voluntas, quæ in facie ostenditur: facies est ipsa oris species. *Hic color erat oris*] talis erat color in eius vultu. *Vt solet à magno*] &c. Pulchra hæc comparatio rei illius, quam & nos longa nauigatione sæpe experti sumus, vt mare post ventos sedari solet. Sed tamen ab eo vento, qui iam ante flauit pluribus diebus, interdum tumet, & insurgunt fluctus, ac si essent venti: quia nondum residere potest impetus vndarum. Sic in Sexto Tarquinio amor, quem præsens conceperat, absens residere non poterat, immo tunc maximè sæuiebat. *Vt fluctus*] marinus scilicet. *Solet languescere*] deficere, aut dissolui. *A magno flatu*] post magnos ventos. *Sed tamen vnda tumet à vento qui fuit*] non qui tunc est, sed qui iam resedit. **Sed tamen à vento*] Etiam cùm desierint venti, tamen vnda agitatur. **Sic amor quem dederat præsens forma*] Lucretiæ scilicet, cùm coram conspiciebatur. *Manebat*] quamuis aberat præsentia, ipse conspectus. *Forma*] pulchritudinis. *Placita*] quæ placebat Sexto. *Ardet*] Absolute dictum. *Ardet*] Sextus ipse. *Et agitatur*] vexatur. *Stimulis amoris iniusti*] Iniustus erat amor, quia nuptam, quia cognati vxorem amabat. Alij legunt, Inuicti amoris: quia omnia vincit, nec vincitur, & ad omnia scelera impellit. Ideo exclamat Maro: Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis? *Comparat*] parat. *Vim*] violentiam. *Dolum*] fraudem. *Thoro indigno*] denominationis species est, continens pro contento ponitur. id est, matronæ indignæ huius & violentiæ & fraudis. *Exitus in dubio est*] &c. Verba hæc ipsius Sexti sunt. *Dixit*] Sextus *Exitus*] hoc est, finis, Vt illud, Exitus acta probat. *Est in dubio*] quia incertum est an vincatur. *Audebimus vltima*] & quæ sunt ad pudicam mulierem expugnandam. Vltima est violentia. nam primò preces, inde præmium, tum minæ, postremum vis. Audebimus ergo vltima. *Viderit*] prouideat vel ipsa, vel aliquis. * *Viderit*] ipsa Lucretia. *Et sors*] fortuna. *Et Venus iuuant audentes*] auxilio sunt his qui audent. Vnde illud, Audentem fortuna iuuat. Et illud, Audacem faciebat amor. Arguit ab exemplo fauspiuius, quòd audentia Gabios in patris potestatem redegerat. *Cepimus*] redegimus in nostram ditionem Gabios. *Et talia fatus*] locutus hæc. *Cinxit latus ense*] & *Pressit*] sedendo scilicet. *Terga equi*] ascendit equum, & abscessit è castris, & venit Collatiam. *Accipit aerata*] &c. Et Liuius: Paucis interiectis diebus, Sextus Tarquinius inscio Collatino cum comite vno Collatiam venit. Et Dionysius inquit illum illuc à patre ob negocium quoddam militare missum. *Accipit ergo*] *Collatia*] quia in eo oppido tum erat Lucretia. *Iuuenem*] Sextum. *Porta aerata*] porta ferrea. *Iam sole parante condere*] abscondere. *Vultus suos*] quasi occidente ipse. *Hostis vt hospes*] &c. Et Liuius: Vbi exceptus benignè ab ignaris consilij. Et Dionysius: Lucretia hospitio eum excepit, tanquam viri sui cognatum, multa cum promptitudine & comitate.

Hostis] ergo, Sextus. *Vt hospes*] vt amicus illic hospitaturus. *Init*] ingreditur. *Penetralia*] ædes. *Collatini*] Penetralia enim partes sunt ædiũ. Sed vt Pompeius inquit, penetralia sunt penatum deorum sacraria. *Excipitur*] recipitur. *Comiter*] benignè. Nec mirum *Sanguine erat iunctus*] nam cognatus ipsius Tarquinij Collatini viri Lucretiæ. *Quantum animis*] &c. Parat illa illi cibos, inscia audaciæ & perfidiæ illius quem propinquum, quem amicum putabat, hostis erat. quod Poëta commiserans, *Quantum*] inquit, *erroris*] pro, quantus error. *Inest animis*] est in animis mortalium. *Illa*] Lucretia scilicet. *Infelix*] ad diem illam fœlix, sed tunc infœlix ob malum imminens. Vt illud Virg. Præcipuè infœlix pesti deuota futuræ. & ob id infœlix, quia destinata futuræ pesti. Sic hæc infœlix, quia. *Rerum inscia*] perfidiæ Sexti, & violentiæ mox inferendæ, & ob futuram cædem. *Parat epulas suis hostibus*] quia Sexto & famulo. *Erat*] iam. *Functus dapibus*] iam comederat. *Somnum poscit sua tempora*] quasi iam erat tempus dormiendi. *Erat nox*] noctis tempus: & ob id corpora erant quieti reddenda. *Et nulla lumina tota domo*] quia cùm omnes somno se reddidissent, extincta erant iam lumina. Erant ergo tenebræ, quæ ad libidinem Sexti faciebant.

Surgit, & aurata vagina liberat ensem,
Et venit in thalamos nupta pudica tuos.
Vtque thorum pressit: Ferrum Lucretia mecum est,
Natus, ait, regũ, Tarquiniúsque vocor.
Illa nihil: neque enim voces virésque loquendi,
Aut aliquid toto pectore mentis habet.
Sed tremuit, quondam vt stabulis deprensa relictis,
Parua sub infesto cùm iacet agna lupo.
Quid faciat? pugnet? vincetur fœmina pugnans.
Clamet? at in dextra, qui vetet, ensis erat.
Effugiat? positis vrgentur pectora palmis,
Tunc primùm externa pectora tacta manu.
Instat amans hostis precibus, precióque minisque:
Nec prece, nec precio, nec mouet ille minis.
Nil agis, eripiam, dixit, per crimina vitam,
Falsus adulterij testis adulter ero.
Interimam famulum, cum quo deprensa fereris.
Succubuit famæ victa puella metu.
Quid victor gaudes? hæc te victoria perdet.
Heu quantum regnis nox dedit vna tuis.

ANTON. *Vagina liberat ensem*] Cùm sopiti omnes viderentur, stricto gladio ad Lucretiam venit, quæ tũ etiam dormiebat, vt Liuius autor est, à quo Dionysius non dissentit. *Stabulis deprensa relictis*] vbi pastores non sunt, siue custodes: siue nec apud Lucretiam, siue in lecto erat Collatinus. Est autem deprensa trium syllabarum participium, ne claudicet versus. *Quid faciat? pugnet*] &c. Vtitur Poëta quasi dialogo & sermocinatione, dũ miseratur Lucretiam, & excusat. *Falsus adulterij testis*] quia testificabor te in adulterio deprensam. *Interimam famulum*] Liuius: Demum vbi obstinatum muliebrem animum videbat, & ne mortis quidem metu inclinari, addit dedecus: cum mortua iugulatum seruum nudum ait positurum, vt in sordido adulterio necata dicatur.

PAVL. *Surgit, & aurata*] &c. Dionysius: Postquam, inquit, omnes dormire existimauit, exurgens vadit ad cubiculum dormientis iam Lucretiæ, habens gladium. Et Liuius: Cùm post cœnam in hospitale cubiculum ductus esset, amore ardens, postquã satis tuta circa, sopitique omnes videbãtur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit. *Surgit*] Sextus scilicet. *Et liberat*] exerit ensem vagina aurata. *Venit ô nupta pudica*] ô Collatini vxor casta. *In thalamos tuos*] in cubiculum tuum. *Vtque thorũ*] &c. Et Dionysius: Assistens, inquit, lectulo mulieris experrectæ ad strepitum, & interrogãtis quis esset, nomẽ suũ eloquens, silere eam, & in cubiculo manere iussit: occisurũ se eam minatus, si vel fugere, vel amittere vocem conaretur. Et Liuius: Sinistráq; manu mulieris pectore oppresso, Tace Lucretia, inquit, Sextus Tarquinius sum, ferrum in manu est, morieris, si emiseris vocem. In candẽ ergo sententiã & verba cum Poëta veniunt hi. *Vtque*] & vt *Pressit thorum*] lectum, in quo recumbebat Lucretia. *Ait*] Sextus ipse. *Lucretia, ferrum est mecum*] quasi habeo ensem, quo te interimam, si vocem emittis. *Vocor Tarquinius natus regis*]

quasi Sextus Tarquinius sum, regis filius. *Illa nihil*] quod potuisset ad ea respondere Lucretia, cum pauida e somno mulier propè mortem imminentem videret. Obmutuit ergo, & sine mente vlla esse videbatur. *Illa*] Lucretia scilicet. *Nihil*] scilicet respondet ad Sexti verba. *Neque enim*] certè nō. *Habet vires & voces loquendi*] erat adeo exterrita, vt nullę in toto corpore vires essent, & vocis iter penitus esset obstrusum. *Nec habet aliquid mentis toto pectore*] Mens est, qua meminimus. Videbatur ergo suiipsius immemor. *Sed tremit*] &c. Pulcra hæc est comparatio, & rei conuenientis, de miti ad mitem, de casta ad castam. nam de agna ad pudicam mulierem. Nullæ vires erant Lucretiæ ad loquendum ob pauorem, nec erat sibi mens vlla. *Sed tremit vt parua agna deprensa quondam*) aliquando. *Stabulis relictis*) quasi sine custodibus. *Cum iacet sub lupo infesto*] & bene infesto, quia nihil est agnis infestius lupo. *Quid faciat*] Est in his versib. exornatio elocutionis, quæ dicitur Ratiocinatio, per quam ipsi à nobis petimus vniuscuiusq; propositionis explanationem. & tota est in Lucretiæ defensionem. *Quid faciat*] quid facere debeat. *Pugnet*] Nunc sequitur excusatio. *Fœmina pugnans vincetur*] præcipuè à viro. Vel vincetur, quia illa inermis, ille armatus: illa fœmina, ille vir: illa debilis, ille robustus: illa iacens & oppressa, ille opprimens & erectus vincetur ergo pugnans. *Clamet*] vociferet. *At ensis adest in dextra*] Sexti scilicet. *Qui necet*] qui illam interimat. Et ille dixerat. Morieris, si emiseris vocem. *Effugiat*] non potest. *Pectora vrgentur*] premuntur. *Palmis positis*] manibus superpositis. nam sinistra pectus opprimebat manu. *Pectora*] locūda hæc repetitio in hoc commiserationis loco, ab eo quòd patitur, quod nunquam perpessa fuerat. *Nam pectora tunc primum tacta externa manu*] nemo prius tetigerat præter virum, nunc autem externus attingit. *Instat amans*] &c. Et Liuius: Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. Et Dionysius inquit, duorum ei electionem proposuisse, quorū vtrum vellet, caperet, siue mortem cum dedecore, siue vitā cum fœlicitate. Si succumbat, eam in vxorem accipiet, Romanorum, Latinorum, Hetruscorūmq; reginam faciet, cum ipse sit suscepturus regnum, vt ęquum est, filium natu maximum. Quòd si obstinatam seruare pudicitiam velit, occidā, inquit, famulum, ponam simul vestra corpora, dicámq; quòd in complexu serui te deprehendens, supplicio vos affecerim, iniuriam cognati persequens: ita vt tu turpem finem, probríque plenum subeas, nec honore corpus tuum dignetur quisquam, & reliqua. *Instat ergo amans hostis precibus*] precio, & minis *Nec ille mouet*] flectit illā. *Prece, nec precio, nec minis*] nullo enim poterat mouere. *Nil agis*] &c. Et Liuius de hoc: Vbi obstinatam videbat, & ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus. Cum mortua iugulatum seruum nudum positurum ait, vt in sordido adulterio necata dicatur. Cùm ergo non moueretur Lucretia, Sextus dixit, *Nil agis*] nil proficies hoc animo obstinato. *Eripiam vitam*] occidam te. *Per crimina*] pro fictis criminibus. *Ego adulter*] quia te, vxorem alienam, stuprare volebam. *Ero falsus testis adulterij*] dicam quòd te in adulterio deprehenderim *Interimā*] ego *Famulum*] cum quo tu scrêris, dicētis. *Deprehensa*) in crimine inuēta. Hoc terrore obstinatā pudicitiā vicit: quę nō precibus, nō precio, nō metu mortis mouebatur, victa est metu dedecoris. *Succubuit puella*) Lucretia casta *Victa metu famæ*] hoc est, infamiæ. *Quid victor*) &c. Conuersio orationis in Sextum, cū exclamatione. *Quid gaudes ô victor*] quasi dicat, gaudere nō deberes. *Hæc victoria*) quā de pudica muliere reportas *Perdet*) profligabit te & domū tuā. *Heu quātū vna nox dedit regnis tuis*) quantum abstulit. nam regno pulsus es.

Iámque erat orta dies, sparsis sedet illa capillis,
Vt solet ad nati mater itura rogum.
Grandæuúmque patrem fido cum coniuge castris
Euocat, & posita venit vterque mora.
Vtque vident habitum, quæ luctus causa requirunt,
Cui paret exequias, quóve sit icta malo.
Illa diu reticet, pudibundáque celat amictu
Ora, fluunt lacrymæ more perennis aquæ.
Hinc pater, hinc coniunx lacrymas solantur, & orant,
Indicet, & caeco fléntque pauéntque metu.
Ter conata loqui, ter destitit: ausáque quartò,
Non oculos ideo sustulit illa suos.
Hoc quoque Tarquinio debebimus, eloquar, inquit,
Eloquar infœlix dedecus ipsa meum.

ANTON. *Grandæuúmque patrem*) Tricipitinum, ad quem Lucretia nunciū misit, non in castra, sed Romam. nā Collatinum è castris, quæ erant ad Ardeam, euocauit. Dionysius vult, Lucretiam confestim Romā se contulisse, quod non credimus. *Vtque vident habitum*] quia mœstam & atratam sedentem in cubiculo inuenerūt Sp. Lucretius cum P. Valerio, & Collatinus cum L. Iunio Bruto. *Hoc quoque Tarquinio debebimus*] Ironia est. Debeo inquit, Tarquinio, quòd violata sum: nunc hoc quoque debebo, quòd mihi meum dedecus eloqui necesse est.

PAVL. *Iámque erat*] &c. Vt primùm illuxit, egressa è cubiculo Lucretia, patrato per Sextum scelere, non secus mœsta ac lacrymabunda erat, ac si mater filium sepulturæ traditura. *Iamque dies erat orta*] *Illa*] Lucretia. *Sedet capillis sparsis*] profusis. *Vt solet*] sedere scilicet. *Mater itura ad rogum nati*] ad locum vbi adurendum est filij cadauer. *Grandæuúmque patrem*] &c. Concordat cum poëta Liuius: Lucretia mœsta tanto malo, Romam nuncium eundem ad patrē, Ardeámque ad virum mittit, vt cum singulis amicis fidelibus veniant, ita facto maturatóque opus esse, rem atrocem incidisse. Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Iunio Bruto venit, cum quo fortè Romam rediens, ab nuncio vxoris fuerat conuentus. Aliter autem sentire videtur Dionysius. Nam non inquit hos in Collatiam vocatos, sed casum Lucretiam acerbissimè ferentem, celerrimè currum ascendisse, & veste lugubri, cultro sub stola abscondito, Romā venisse, nec appellantem obuiam quēquam, nec appellanti respondentem. Quæ vbi patris domū ingressa est, (aderant enim cognati quidam) procubuit ad patris genua flens, vocemque emittens nullam. Erecta à patre, luctus causam postulante, Supplico tibi, inquit, vt iniuriam hanc intolerabilem vlciscare, neque despicias filiam morte longè peiora passam. Interrogāti de iniuria, Aduoca, inquit, quoscunque potes, & amicos, & cognatos, vt hæc à me, non ab alijs accipiant: quibus auditis, consulta, nec vindictam differ. Facta celeri euocatione illustrissimorū virorum in domum eius, Lucretia rem omnem aperit. Salutato deinde patre, & deos & lares precata, celerem sibi dari migrationem è vita, educit cultrum: vnúmque pectori vulnus inferens, ad eum vsque gladium trudit. Impleta est luctu & muliebri comploratione domus. Pater infusus corpori complectebatur, reuocabátque: adhibebat recreandæ filiæ diligentiam. Ipsa verò in gremio eius palpitans, pudicámq; efflans animam, emoritur. Atrox omnibus visum est facinus: vna fuit omniū vox, præstare mori, quàm has sub tyrannide contumelias pati. Erat cum his Publius Valerius, Sabinorum nepotus, qui cum Tatio manserant, pronepos, vir prudens & alacer. Is ad exercitum ab ipsis mittitur, Lucretiæ viro rem omnem relaturus, & cum eo defectionem militum à tyrannis sollicitaturus. Vix vrbe egresso ei fit obuius, adducente numine, Collatinus rerū ignarus, & cum eo L. Iunius. cui Bruto fuit cognomento. Hæc ex Dionysio. cætera suis in locis dicemus. Sed iam ad Poëtam reuertamur. *Euocat*] inquit, Lucretia *Patrem grandæuum*] quasi grandis æui maturum. *Cum fido coniuge*] cum Collatino. *E castris*] Patrem autem (vt Liuius inquit) ex vrbe euocauit, virum autem è castris: nam tunc erant circa Ardeam. *Et vterque*) vir & pater. *Venit posita mora*] sine vlla retardatione. *Vtque*) vt. *Vident habitum*) quia & lugubri veste, & squalido vultu sedebat, & aduentu suorum lacrymæ obortæ. *Requirunt quæ causa luctus*) cur lugeat. *Cui paret exequias*) hoc est, funus. *Quóve*) vel quomodo. *Sit icta*] saucia, afflicta. *Illa diu reticet*] &c. nondum poterat emittere vocem: & quia violata pudicitia, vultum attollere nequit, sed lacrymans vultum abscondebat. *Illa*) Lucretia scilicet. *Diu reticet*) quia non loquitur. *Et celat ora pudibunda*) pudentes vultus. *Amictu*) veste. *Fluunt*) ex oculis scilicet. *Lacrymæ more aquæ perennis*) more aquæ, quæ perpetuo cursu fluit. Nam illud dicimus perenne, quod continuum est. *Hinc pater, hinc coniunx*) &c. Consolabantur & pater & vir filiam & coniugem lacrymantem, orantes aperiret quid hoc esset, nec minus flebant & pauebant ipsi. *Hinc pater*) scilicet Sp. Lucretius. *Hinc*) ex hac parte. *Coniunx*) Collatinus. *Solantur lacrymas*) lacrymantem ipsam: vel lacrymas ipsius solari conantur. *Et orant*) precantur. *Indicet*) manifestet quodcunque est. *Et flent*)

A pſi tamen. *Et pauent caeco*) hoc eſt, occulto. *Metu*) quia rem ignorabant. *Ter conata loqui*) &c. Tentauit ter, velle rem aperire: ter quoque defecit, & effari non potuit: auſa tandem, attollere oculos non potuit. *Ter conata loqui, ter destitit*) Vt illud: Incipit affari, mediáque in voce reſiſtit. *Et quartò auſa loqui*] ſcilicet eſt. *Non ideo*] non ob hoc, quòd auſa eſſet. *Illa ſuſtulit*] attollere potuit. *Oculos ſuos*] nam præ pudore aut clauſos, aut humi defixos tenebat. *Hoc quoque Tarquinio*] &c. Pluries tentauerat loqui, pluriesque deſtiterat, cauſa eſt à cauſa reticentiæ. Et artificioſa eſt hæc locutio: nam violatam pudicitiam relatura, non potuit honeſtius inſinuare, quàm dicere illum cauſam eſſe reticentiæ ſuæ. *Hoc quoque*] hoc etiam, inquit, quòd loqui non poſſum, quòd loqui non audeo. *Debebimus Tarquinio*] & multa debentur, & hoc etiam. *Eloquar*] eloquar Non niſi ſummo dolore vſa eſt hac verbi repetitione, effabor, effabor. Non ſignificat nunc hic, eloquar, ornate loquar: ſed edam, aut aperiam. *Ipſa infelix dedecus meum*] quo omne primùm ſum affecta. G

ANTON. *Hæc etiam cura cadentis erat*] Idem fecit Iulius Cæſar, qui, vt inquit Suetonius, cùm toga caput obuoluiſſet, ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, vt honeſtius B caderet, inferiore corporis parte velata. *Brutus adeſt; tandémque animo ſua nomina fallit*] Oſtendit non eſſe ſe brutum, id eſt, rationis expertē, ſed finxiſſe ſtultitiam: & acumen ſuum, maximaſque virtutes texiſſe fallacia. Fallit ergo animo ſua nomina, id eſt, cognomen ſuum falſum eſſe aperit vi animi ac prudentia. *Tar-* C *quinium*] Superbum accipe: quia ſubiugit. Profuga cum ſtirpe. *Et ſecum lacrymas inuidiámque trahit*] concuſſit lacrymas funere miſerando, necnon & odium in Tarquinios

Quodque poteſt, narrat: reſtabant vltima, fleuit
Et matronales erubuere genæ.
Dant veniam facto genitor coniúnxque coacta:
Quam, dixit, veniam vos datis, ipſa nego.
Nec mora, celato fixit ſua pectora ferro,
Et cadit in patrios ſanguinolenta pedes.
Tunc quoque iam moriens, ne non procumbat hone-
Reſpicit: hæc etiam cura cadentis erat. (ſtè,
Ecce ſuper corpus, communia damna gementes,
Obliti decoris virque patérque iacent.
Brutus adeſt, tandémque animo ſua nomina fallit,
Fixáque ſemianimi corpore tela rapit.
Stillantémque tenens generoſo ſanguine cultrum,
Edidit impauidos ore minante ſonos.
Per tibi ego hunc iuro fortem caſtúmque cruorem,
Perque tuos manes, qui mihi numen erunt:
Tarquinium profuga pœnas cum ſtirpe daturum.
Iam ſatis eſt virtus diſſimulata diu.
Illa iacens ad verba oculos ſine lumine mouit,
Viſáque concuſſa dicta probare coma.
Fertur in exequias animi matrona virilis,
Et ſecum lacrymas inuidiámque trahit.

propriij honoris: quia non ita decebat fortiſſimos viros. *Gementes damna communia*] quia ille filium, hic vxorem. *Iacent ſuper corpus*] Lucretiæ morientis. *Brutus adeſt*) &c. Concordans & Dionyſius & Liuius cum Poëta in his, niſi quòd hæc Liuius in Collatia, ille in vrbe Roma geſta eſſe ait. *Brutus adeſt*] redierat enim è caſtris cum Collatino. H *Tandémque*] hoc eſt, poſt multa *Fallit ſua nomina animo*] decipit ſuū hoc cognominētum Bruti. Nam cùm ob ſimulatam fatuitatem Brutus appellatus eſſet, tunc diſſimulatam prius prudētiā cœpit profiteri. Fallit ergo animo ſua nomina. * *Sua nomina fallit*) oſtendit ſe non eſſe brutum, id eſt, ſtolidū * *Et rapit*] raptim extrahit. *Tela fixa*] pro, gladium fixum. *Corpore* I

PAVL. *Quódque poteſt*] &c. Omnia retulit, vſque ad rem, quam præ pudore non potuit explicare, ſed ſatis intelligebatur. At Liuius ſic eam loquutam refert: Cùm vir quæſiſſet, Satin' ſalue. Minimè, inquit: quid enim ſalui eſt mulieri amiſſa pudicitia? Veſtigia viri alieni, Collatine, in lecto ſunt tuo. Cæterùm corpus eſt tantùm violatum, animus inſons, mors teſtis erit. Sed date dexteras, fidemque, haud impunè D adultero fore. Sextus eſt Tarquinius, qui hoſtis pro hoſpite, priori nocte, vi armatus, mihi ſibique, ſi vos viri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudium, &c. *Et narrat*] refert quod poſſet. *Reſtabant vltima*] hoc eſt, ipſa pudicitiæ violatio. *Fleuit*] Prius lacrymabatur, tunc fleuit: quia flere plus eſt quàm lacrymari. *Et genæ matronales*] ipſius matronæ. *Erubuere*] & hoc præ pudore. *Dant veniam*] &c. Et Liuius: Conſolantur ægram animi, auertendo noxam à coactā in autorem delicti: mentem peccare, non corpus: & vnde conſilium abfuerit, culpam abeſſe. Vos, inquit, videritis, quid illi debeatur. Ego me, etſi peccato abſoluo, ſupplicio non libero. Nec vlla deinde impudica Lucretiæ exemplo viuet. Inquit ergo Poëta, *Genitor*) Sp. Lucretius. *Et coniunx*] vir E Collatinus. *Dant veniam coactæ facto*] quæ ad facinus coacta fuerit. *Vel facto*] pro re ipſa. *Dixit*) Lucretia ſcilicet. *Ipſa*] ego ipſa. *Nego veniam quam datis*] quam conceditis: nolo quicquam mihi ignoſci. *Nec mora*] &c. Et Liuius: Cultrum quem ſub veſte habebat, cum in corde defigit, prolapſaque in vulnus moribunda cecidit. *Nec mora*] nulla retardatio eſt. *Fixit ſua pectora ferro celato*] hoc eſt, cultro, quem abditum ſub veſte habebat. * *Celato*) occultato. * *Et ſanguinolenta*] quaſi ſanguine plena. *Cadit in patrios pedes*] quia ſaucia ad pedes patris prolapſa eſt. *Tum quoque*] &c. Magna hæc honeſtatis Lucretianæ commendatio. nam quæ ſeruauit honeſtatem viuens, ſeruauit tum moriens: cauit enim, ne minus honeſtè caderet. *Tum quoque*] tum etiam. *Iam moriens reſpicit*] ne procumbat non honeſtè, ſed honeſtè: cauebat ne quid corporis detegeretur. *Sumptum ex tragœd Euripido Hecuba, de Polyxena, πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν. F * *Hæc etiam*] cura ſcilicet, vt honeſtè procumberet. *Erat cadentis*] erat iam collabentis. *Ecce ſuper corpus*] &c. Vt collapſa eſt Lucretia ad patris pedes, impleta eſt luctu domus: ſtrauerēque ſe, proprij decoris obliti, ſupra morientis corpus & pater & maritus. *Ecce & vir*] Collatinus. *Et pater*] Tricipitinus. *Obliti decoris*] maieſtatis, ſeu

ſemianimi] ſemineatinctu: quia nondum omnem effluxerat ſpiritum. *Stillantémque tenens*] &c. Liuius: Brutus, inquit, illis occupatis luctu, cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum, manantem cruore præ ſe tenens, Per hunc, inquit, caſtiſſimum ante regiam iniuriam ſanguinem iuro, vóſque dij teſtes facio, me L. Tarquinium Superbum, cum ſcelerata coniuge, & omni liberorum ſtirpe, ferro igníque quacunque deinde vi poſſum, exacturum: nec illos, nec alium quenquam regnare Romæ paſſurum. Hæc igitur fuere Bruti verba, quæ his etiam verſibus à Poëta referuntur. *Tenens ergo* Brutus ipſe. *Cultrum*] gladium. *Stillantem generoſo*] nobili. *Sanguine*] Lucretiæ ſcilicet. *Edidit*] emiſit. *Sonos impauidos*] verba ſine metu aut pauore vllo. *Ore minante*] ore minaci. *Iuro tibi*] ſubintelligas, ô Lucretia. *Per hunc fortem & caſtum cruorem*] fortem, quia quod fortiſſimus & conſtantiſſimus vir expaueſceret, ſe ſcilicet ipſum interimere, non expauit mulier. *Caſtum*] quia animum K inuiolatum, & obſtinatam pudicitiam ſeruauit. *Et per tuos manes*] id eſt, per tuas vmbras *Qui erunt mihi numen*] quos ego pro diis colam *Tarquinium*] Superbum. *Daturum pœnas*] Aliàs dicimus, tractum fuiſſe à pœna pecuniaria quæ dabatur *Daturum ergo pœnas*] plectendum. *Cum ſtirpe profuga*] Vt Liuius: Cum ſcelerata coniuge, & omni liberorum ſtirpe. *Iam ſatis virtus diſſimulata*] celata eſt. *Mihi*] à me. quia tyranni metu ſtultum ſe ſimulauerat. *Illa iacens*] &c. Dixerat ea verba Brutus, iurauit ipſe cultrum tenens, coëgit & alios iurare, cultrum etiam & aliis tradens, vt Collatino, Lucretio, Valerio. At Lucretia (vt Poëta inquit) viſa eſt hæc ſenſiſſe & approbaſſe. *Illa iacens mouit oculos ad verba*] ac ſi ſenſiſſet. *Oculos ſine lumine*] iam acies oculorum defecerat. Mouit ergo orbem illum ſine pupilla, in qua precipuè eſt vis luminis. *Et eſt viſa probare dicta coma concuſſa*] L commotis crinibus. *Fertur in ex.*] &c. Poſtea quàm hi in tyrannos coniurauerant (vt Dionyſium in hoc ſequamur, qui Romæ Lucretiam ſe interemiſſe, & conciones in regem habitas refert) conſultum eſt, vt in concionem populus vocaretur. Elato in forum Lucretiæ corpore, obiiciente Valerio, aduocare in concionem populum, magiſtratus eſſe, eóſque ſine magiſtratu non poſſe, reſpondit Brutus, ſe poſſe, cùm eſſet tribunus celerum à rege antea conſtitutus, potius opprobrij quàm honoris gratia, cùm fatuum illum exiſtimaret.

maret. Deuissi ergo præcones sunt, populum aduocantes. Interea egressis domo Lucretiæ, aspersum sanguine corpus effertur in lecto, lugubri veste instrato: extinctæque in forum, & ante curiã poni iuss. *Fertur ergo*) loquit Poëta, pro effertur. *In exequias*) in pompam funeris *Matrona animi Virilis*. nam adeò fortis, vt se ob violatam pudicitiam interimeret. Matrona quid sit, alias diximus *Et trahit secum Lacrymas*) quia lacrymantium multitudo sequebatur. *Et inuidiam*) quia fortitudini ipsius multi inuidere, vt postea multi fuere æmuli è Romanis.

Vulnus inane patet. Brutus clamore Quirites
Conuocat, & regis facta nefanda refert.
Tarquinius cum prole fugit, capit annua consul
Iura, dies regnis illa suprema fuit.

ANTON. *Tarquinius cum prole fugit*] Atrocitate rei Romæ nunciata, vbi Brutus orationem habuit, nequaquam eius pectoris ingenij, quod simulatũ ad eam diem fuerat, incensa multitudo compulsa est, vt imperium regi abrogare, exuléSque esse iuberet L. Tarquinium cum coniuge ac liberis. Cuius rei nuncio in castra perlato, cùm re noua trepidus rex pergeret Romam, ad comprimendos motus, clausæ illi portæ sunt, exiliũmque indictum. Duo regis liberi patrem secuti, exulatum Cere in Hetruscos ierunt. Sextus autem Gabios, tanquam in suum regnum profectus, ab vltoribus veterum simultatum, quas sibi ipse cædibus rapinisque conciuerat, interfectus est. Rex postea Cumis mortuus est, quò se ad Aristodemum tyrannum contulerat, vbi vitam dicitur per summam ignominiam degisse. Reliqua, quæ nos breuitati studentes præterimus, apud Liuium ac Dionysium lege. *Capit annua consul iura*) Pulsis regibus, ita odiosum fuit Romanis regium nomen, potestásque perpetua, vt imperium è continuo annuum, è singulari duplex esse voluerint, consulesque pro regibus appellarint. Primi autem fuerunt L. Iunius Brutus, & Tarquinius Collatinus.

PAVL. *Vulnus inane*) &c. Erat ante curiam iacens Lucretiæ corpus, spectaculum populo crudele, patebat vulnus. Conuenerant iam non modò qui in foro erant, sed in vrbe tota. Congregato ergo populo omni, Brutus longam habuit orationem, quam omnem Dionysius refert. Illam ego in pauca, quoad potui, verba redegi, quam mox subscribam. *Patet Vulnus inane*) quia vacuum iam exhausto sanguine. *Brutus conuocat*) vocat in concionem. *Clamore*) & magno quidem clamore præconum. *Quirites*] Romanos qui tunc in vrbe erant. *Et refert facta nefanda*) omnia scelera, & omnia facta crudelia. *Regis*) Tarquinij. Posses etiam intelligere, regis, hoc est, Sexti regis filij. Et hæc fuit eius oratio. Facturus apud vos verba, de me primùm pauca præfari volo, qui videar vir imprudens, & de rebus maximis dicere aggressus, & is, cui curatoribus opus esset. Scitote igitur, opinionem hanc communem, quam de me, vt de fatuo habetis, falsam esse, nec ab alio quàm à me ipso confictam: quod coëgit, vt gratum erat Tarquinio, & mihi quoque conferre videbatur, metus mortis. Patrem meum Tarquinius interemit, simulatque imperium accepit, vt ingentia illius bona occuparet, fratrémque maiorem natu, futurum vltorem, è medio sustulit, clàm interimens. Eripuit me illi fatuitas simulata. Sed dicam, quorum causa vos in concionem vocaui. Tarquinium neque ex patria consuetudine, neque lege principatum occupantem, neque occupato regiè vtentem, sed contumeliis & iniquitate trãsgressum omnes qui fuerint vnquam tyrannos, hac regia potestate consultauimus abdicare. Consensere patritij. Nunc verò in tempore vos quoque conuocauimus, Quirites, vt sententiam vestram pronunciantes, socios vos habeamus in patriæ libertatem vindicandam. Hic est, ciues, Tarquinius, is qui antea quàm imperium caperet, Aruntem fratrem suum, quia nollet malus fieri, veneno sustulit, in scelus hoc vxorem ipsius habens adiutricem, suæ ipsius sororem, cui stupro commiscebatur, nuptam sibi pudicam fœminam, & filiorum sociam, per eos dies iisdem venenis interfecit: priúsque quàm pyræ maceratæ essent, quæ infœlicia corpora susceperant, epulum amicis dedit, nuptiásque perfecit, homicidámque sponsam in cubiculum sororis duxit, arcanas seruans firmánsque pactiones. Impia ille, & execranda, nec in Græca, nec in Barbara terra facta, primus in Romanã vrbem introduxit, qualia peregit in socerum vtrumque Tullium clementissimum regum, deque vobis optimè meritum, palàm interimens, neque funere, neque sepultura corpus fungi permisit. Tarquiniam vxorem Tullij, & patris sui sororem, sibique beneuolam, ne virum lugere posset, laqueo confecit. Sed quid his immoror, tot habens huius accusanda scelera, præter ea quæ in cognatos socerosque peregerat? Principatum quónam modo accepit? nõ vt reges superiores ex veteri consuetudine & lege, non senatusconsulto, non interregum electione, non suffragiis à populo collatis, non auspiciis & immolationibus, sine quibus nulla esset prouidentiæ humanæ seu diuinæ vtilitas. Transgressus est ad principatum armis, & vi, & malorum factionibus, nobis inuitis, ægerriméque ferentibus. Age verò quàm miserè pessiméque ab isto omnes affecti sumus. Nostras quidem patritiorum calamitates, quas & hostes deflerent, taceo. Pauci enim ex multis relicti sumus, humiles è potentibus facti, redactique ex ingenti opulentia in paupertatem. Clari & graues viri, per quos illustris aliquando vrbs nostra videbatur, alij perditi, alij profugati. Res quoque vestræ quónam se pacto habent, Quirites? nonne nobis ademptæ leges? adempti ad sacrificia conuentus? inhibita comitia? & ferenda suffragia? & pro repub. concionatus inhibiti? Cogit enim ad quæcunque seruilia miserè laborare, lapides cædere, onera in profundam terram ferre, voragines facere. Et quis igitur finis erit calamitatum? moriente-ne Tarquinio? & quid erit tres pro vno Tarquinios habituris, patre longè scelestiores, si ipse ex priuato serò factus tyrannus, omnem tamen diligentissimè tyrannicam explicuit prauitatem? Quales credi fore ex illo genitos oportet, quibus genus improbum, educationes prauæ, ciuile aliquid quod fieret, aut memoratum, nec videre vnquam licuit, nec discere? Sed vt cognoscatis, quales vobis educat catulos Tarquinij tyrannis, spectate opus eorum vnius æuo maximi. Hæc Spurij Lucretij filia, quem præfectum vrbis tyrannus ad bellum exiens declarauit, Tarquinij Collatini vxor, tyrannorum cognati, & qui pro eo multa perpessus est mala hospitante apud se propter cognationem Sexto hesterna nocte, Collatino ad exercitum profecto, libidinosam tyrannidis contumeliam non potuit effugere, sed vt captiua necessariò deprehensa sustinuit, quæcunque minimè fas liberam mulierem pati. Quod postquam patri propinquisque alijs aperuit, precata & obtestata, vt malorum vindices fierent, absconditum gladium in sinu nudans, vidente patre, ô Quirites, per viscera exegit ferrum. O admirabilis tu quidem Lucretia, summisque efferenda laudibus, ex hac electione generosissimè extincta, ne quid te tale amplius pati opporteret. Tu quidem Lucretia muliebrem sortita sexum, generosi viri spiritum habuisti. Nos muliebri virtute inferiores erimus. Non est nostrum, Quirites, viuere in talibus volutatos malis, illorum progeniem virorum qui multa pro imperio & gloria pericula subiêre. Duorum alterum eligendum est, aut vita libera, aut mors gloriosa. Venit, quod optauimus, tempus, Tarquinio ex vrbe sublato, patritiis aggrediendæ rei principibus, nullóque deficiente, si ad opera tum promptitudine accingamur, non corporibus, non pecuniis, non armis, non ducibus, non omni denique in repub. apparatu: horum enim omnium vrbem habemus plenam. In diis spes optima habenda, quorum sacra téplaque & aras Tarquinius inquinauit. Sed si qui vestrûm, ciues, timent, qui cum Tarquinio militant, tanquam cum illo in nos venturos, haud rectè timent: grauis enim est illis tyrannus, innatúmque est omnibus desiderium libertatis. Hos etiam, si auxilio esse patriæ decreueritis, neque timor cum tyrannis, neque gratia retinebit. Si quibus illorum propter naturam prauam tyrannidis amor insidet, magnis adducemus necessitatibus, vt ex improbis probi fiant. Habemus & filios, & vxores, & parentes in vrbe obsides, quæ res anima cuique sunt sua chariores. Hæc reddere si pollicebimur, & delicti impunitatem, facilè persuadebimus à tyrannis defectionem. Quas ob res, Quirites, fidenter & optimè spectantes, in certamen prodite bellorum omnium, quæ vnquã suscepistis, pulcherrimum hoc statuentes. Vos igitur dij patrij terræ huius custodes boni, & genij, & vrbs omnium religiosissima, dióque dilectissima, in qua nati educatique sumus, deuouemus nos vobis sententia, sermone & manibus, & animis, & parati perpeti quodcunque numen & fatum feret: diuinos autem conatus pulchros fœlicem quoque secuturum finem. Iussi autem his omnibus, vt eandem sumentes fiduciam, vna vtentes sententia, seruemus ipsi, & seruemur à vobis. His verbis perorauit Brutus, quæ ex mul-

A tis ex Dionysio pauca excerpsi: quibus cómota multitudo, vt imperium regi abrogaretur, exulésque esse iuberent Tarquinium cum coniuge ac liberis. Itum est ad Ardeam, ad persuadendos milites ad defectionem, quod facile obtentum est. Sed rex iam his auditis, Romam veniens, ad comprimendos motus, nec obuians qui iam in exercitum missi erant, portas vrbis clausas inuenit, cardiúmque illi ibi indictum est. Et ideo subsequitur his duobus versibus Poëta. *Tarquinius*] rex. Fugit cum prole, cum filiis. nam duo patrem secuti sunt, qui exulatum Cere in Hetruscos ierunt. Sextus Tarquinius Gabios, tanquam in suum regnum profectus, ab vltoribus veterum simultatum, quas sibi ipse cædibus & rapinis concitauerat, est interfectus. *Consul capit iura annua*] annuas potestates. Nam creati fuere duo consules, qui summam in rempublicam potestatem haberent, L. Iunius Brutus, & Tarquinius Collatinus. * Ex regno facta est aristocratia. * *Illa dies fuit suprema*] vltima. *Regnis*] quia ex illo reges defecere. Et multum Poëta ipsi, & nimis fortè nos in eo interpretando ad ereptionem regum, & partam Romanæ vrbi libertatem immorati sumus. Sed eo mihi fuit dulcior ipsa immoratio, & in hunc historiographum collatio, quò gratior est ipsa libertas. Qui posteaquam mihi me ipsi nono abhinc anno vindicaui, celebraui quotannis festum Libertatis tertio nonas Septembres, cel brandúmque quoad vixero, institui. Sed iam ad reliqua cum Poëta redeamus. G

> *Fallimur? an veris prænuncia venis hirundo?*
> *An metuit ne quà versa recurrat hyems?*
> *Sæpe tamen Progne nimium properasse quereris,*
> *Virque tuo Tereus frigore lætus erit.*
> *Iámque duæ restant noctes de mense secundo,*
> *Mársque citos iunctis curribus vrget equos.*
> *Ex vero positum permansit Equiria nomen,*
> *Quæ deus in campo perspicit ipse suo.*
> *Iure venis Gradiue, locum tua tempora poscunt,*
> *Signatúsque tuo nomine mensis adest.*
> *Venimus in portum, libro cum mense peracto:*
> *Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua.*

ANTON. *Fallimur. an veris prænuncia venis hirundo*] Hæc B auis, quæ Græce chelidō dicitur, à cuius visu (vt suprà diximus) quidam zephyrum ad octauum calendas Martias chelidoniam vocauerunt, vere ad nos redit, cum hybernis mensibus ad Afros volare credatur. vt, Veris & aduentum nidis cantauit hirundo. Eius reditum Columella ad decimum calendas Martias ponit. Sed ideo Fallimur dictum est, quòd sæpe accidat, vt cùm hirundines C cernimus, quæ primæ ad nos reuolant aëre adhuc frigido, vix fidem earum reditus capiamus. Ab his auibus & chelidoniam herbam dictam legimus, quæ pullorum oculis in vtero visum restituunt. *Progne*] Apostrophe ad hirundinē est, in quam Progne à poëtis conuersa dicitur. *Iamque duæ restant*] &c. Tertio calend. Martias Equiria in campo Martio celebrantur, id est, ludi, quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, vt autor est Festus. De quibus Varro hæc scripsit: Equiria ab equorum cursu eo enim die currunt in campo Martio. Id nomen ex vero positum dicitur, ne à fictis equis ac scenis deductum existimetur. Mactabatur autem idibus Decembris Marti equus in cursu victor, autore Plutarcho: quòd id animal iracundū, ferox, ac bellicosū, Marti gratum existimarent, cui victorem equum accōmodatum putabant, quia ipse Mars victoriæ autor est. Omittimus hoc D loco, quæ nonnullos dicere nobis renunciatum est, ad rem hanc attinentia, omnem eis diuinandi curam, quam libēter suscipiunt, relinquentes: veterum & probatorum autorum scripta, quod (vt animus) interdum faciunt, deprauandi. Sciendum, pridie calendas Martias putari Aruntem Tarquinij filium & Brutum mutuis vulneribus cecidisse, vt Plutarchus in Publicola scriptum reliquit. *Iure venis Gradiue*] &c iure ad Equiria descendis è cœlo, & ades ludis qui tibi à Romanis celebrātur, cùm & adesse te oporteat mēsi, qui à te nomen accepit, & nunc est Februario successurus. *Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua.* Metaphora est, qua poëtæ frequentius vti solent. Ea in fine sine vitio ponitur, cùm similitudo ibi sit (teste Seruio) vitiosa.

PAVL. *Fallimur*] &c. Incipiunt circa Februarij finem redire hi- E rundines: de quibus quæ ad rem faciebant, diximus superiore libro, Tum blandi soles, ignotáque prodit hirundo. Redeunt ergo his diebus, metuunt tamen ne reuertatur hyēs. *Fallimur*] ergo, inquit, decipimurne? *An veris*] rediuit. *Hirundo prænuncia veris*] quæ aduentu suo ver nobis adesse prænunciat. *Et metuit*] ipsa hirundo. *Ne qua*] ne ex aliqua parte. *Hyems versa recurrat*] quasi retro reuertatur: & hoc ob frigora, quæ etiam durant, & solent interdum eo tempore vehementiora esse. *Sæpe tamen*] &c. Apostrophe ad hirūdinem ipsam, seu ad Prognen, quæ in hirundinē (vt diximus) conuersa est, quòd sæpe questura sit reditum accelerasse. Facit ad hoc illud Plinij notatum est, aduenas volucres spem veris attulisse, sæuissima hyeme confictas. *Sæpe tamen Progne*] hirundo. H *Quereris*] lamentaberis. *Nimium properasse*] nimium accelerasse. *Virque*] & vir *Tereus*] de quo superius diximus in Caristiis. *Erit lætus tuo frigore*] lætus tuo malo. *Iamque duæ*] &c. Tertio calendas Martias, hoc est, 27 die Februarij fiunt Equiria in campo Martio, ad honorem Martis. *Iamque duæ noctes restant*] supersunt. *De mense secundo*] hoc est, de Februario. *Et Mars vrget*] premit *Equos citos*] veloces. *Iunctis curribus*] quia iunctis ad currū equis currebant. *Ex vero*] &c. Ab equorū cursu appellati sunt ipsi ludi I Equiria. vnde & Varro: Equiria, inquit, ab equorum cursu, eo enim die currunt in campo Martio. Et Pompeius: Equiria, ludos quos Marti constituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur. *Ex vero ergo*] quasi ex re ipsa. *Permansit nomen positum Equiria*] quia ab equorum cursu. *Quæ*] Equiria scilicet. *Ipse deus*] hoc est, Mars. *Perspicit in suo campo*] quia in campo Martio.

Iure venis &c. Vt faciat transitionem ad proximum mensem, qui Marti dicatus est, iure hæc velut prænuncia sui mensis affuturi fieri asserit. *Iure venis*] celebrantur Equiria in honorem tuum, ades, iure ergo venis. *Gradiue*] Gradiuus dictus est Mars, quia gradatim itur in aciē. Pompeius: Gradiuus dictus est Mars, à gradiendo in bella vltro citróque: siue à vibratione hastæ, quod Græcè κραδαίνειν dicitur. velut vt alij dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretatur: quia corona graminea in re militari maximæ K honorationis est. *Tua tempora*] hoc est, tuus mensis. *Poscunt locum. Et adest mensis signatus tuo nomine*] adest Martius mensis, qui tibi dicatus, & à te ita denominatur. *Venimus iam in portum peracto*] perfecto, explero. *Libro*] secundo. *Cum mense*] secundo, hoc est, Februario. *Hinc*] ex hoc loco: hoc est, ex hoc mense. *Nauiget iam mihi linter*] nauis. *Alia aqua*] alia materia. Absoluimus Februarium, iam dicamus Martium. Est translatio sumpta à nauibus. Linter est nauicula fluuialis, alias diximus.

FASTORVM LIBRI SECVNDI FINIS. L

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBER TERTIVS.

Bellice, depositis clypeo paulisper & hasta,
Mars ades, & nitidas casside solue comas.
Forsitan ipse roges, quid sit cum Marte poëta:
A te qui canitur, nomina mensis habet.
Ipse vides, manibus peragi fera bella Mineruæ:
Non minus ingenuis artibus illa vacat.
Palladis exemplo ponenda tempora sume
Cuspidis, inuenies & quod inermis agas.
Tunc quoque inermis eras, cùm te Romana sacerdos
Cepit, vt huic vrbi semina magna dares.
Syluia Vestalis (quid enim vetat inde moueri?)
Sacra lauaturas manè petebat aquas.
Ventum erat ad mollem decliui tramite ripam,
Ponitur è summa fictilis vrna coma.
Fessa resedit humi, ventósque accepit aperto
Pectore, turbatas restituitque comas:

ANTON. *Bellice depositis clypeo paulisper & hasta.* Duo viris in primis depont, quæ commouebantur ab eo qui belli curam susceperat. Is enim sacrarium Martis ingressus, ancylia commouebat, vt Seruius scribit, & deinde hastam simulacri ipsius, dicens, Mars vigila. cuius vibratione Mars Gradiui nomen accepit. quamuis à gradiendo sic dictus putetur, vel à gramine, vnde ortus creditur. quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximæ honorationis est. Vnde audio non improbari à plerisque nostrum illud epigramma, quod proximè ad te misimus, Friderice imperatorum excellentissime: Hostis vt Hesperiis cedat procul aduena terris, Durum Martis opus, te vocat iste labor. In te omnis Latij spes inclinata recumbit, Fata parant fronti gramina laurigeræ. In eo non diffitemur, placuisse nobis clauam rapere ex Herculis manu. Sed vt redeamus ad rem nostram, hunc deum Romani patris appellatione venerabantur, sicut & Liberum, Marspitrem cognominantes, quasi Martem patrem, cui bellorum ac sanguinis cupido gramen herbam consecrauerunt, quæ ex humano cruore procreatur. Et mense Octobri equum in campo Martio immolabant, qui October appellabatur, autore Festo. Sed si verum quærimus, Mars sidus est, quod (vt inquit Plinius) igneæ ardentis solis vicinitate binis ferè annis conuertitur, cuiusque ardore nimio, & rigore Saturni, interiectus ambobus Iupiter temperatur, & fit admodum salutaris. Inuocatur autem Mars hoc loco, quòd ab eo hic mensis denominatus est: cui suadet, suo eius exemplo, & Palladis, vt arma deponat, & adsit scribenti. *Poëta*) qui sacerdos Musarum, ac Phœbi, non Martis, dicitur. *Ipse vides manibus peragi fera bella Mineruæ*] Huius deæ nomine veteres sapientiam accipiebant, pace & bello vtilem, sicut Mercurium ad rationem, Saturnum ad æternitatem, ad naturam Venerem referebant. Porphyrio placuit, teste Macrobio, Mineruam esse Solis virtutem, humanis mentibus prudentiam ministrantem. Quam deam dixerunt non solùm artibus præesse, sed bellis. Quare modò Bellona dicitur, modò Minerua, quasi minitans armis, vt Cornificio visum est: modò Pallas, ab hastæ vibratione. vnde oleagineis coronis ministri triumphantium vtebantur. Licèt Festus sic dictam scribat, quòd Pallantem gigantem interfecerit. Eam Cicero belli inuentricem fuisse tradit. Et Pausanias ex carmine Homeri putat, vnà cum Enyo dea præesse bellis, & ea curare. Sunt qui Mineruam à minuendo dictam arbitrantur. Alij, quòd bene moneat. Mineruæ quinque à Cicerone ponuntur, quarũ quæ ex Iouis capite nata est, lanificium & textoriam inuenit. Sed de hac alibi latius. *Romana sacerdos*] Ilia sacerdos Vestæ, quam Mars compressit, vt dictum est. Hæc Numitoris filia, ac Remi & Romuli mater, ab alijs Ilia, ab alijs Rhea, ab alijs Syluia appellatur, vt scribit Plutarchus. *Semina magna*] quanta requirebat vrbs futura totius orbis terrarum caput. *Quid enim vetat inde moueri*] Breuis est narratio, quantum ad eius spectat initium, si incipimus inde rem exponere vnde oportet. Nam vitiosum est, à nimis remoto principio narrationem ordiri. Horat. Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. Meminisse tamen debemus, quod Quintilianus docet, satius esse narrationi superesse aliquid, quã deesse. Narrat ergo Martem concubuisse cum Ilia, ex qua Romulus natus, primum anni sui mensem à Marte patre Martiũ nominauit. Alij ex alijs natum Romulum volunt. Lege Dionysium & Plutarchũ, à quibus varia referuntur: inter quæ dixisse nõnullos, Iliam ab Amulio fuisse compressam. *Sacra lauaturas*] quia erat virgo Vestalis. Sanè à lauo lautum ac lotum dicimus, & lauatum. *Fictilis vrna*] vas quo aquã haurimus, ab vrinãdo dictũ, vt Varroni placet. Est enim vrinare (vt idem inquit) in aquam mergi. Quidam literam vertentes, vrinare dicunt.

PAVL. *Bellice, depositis*] &c. Ordinem mensium per Romulum, & postea per Numam primo libro exposuimus, multáq; in secundo Venimus nunc ad tertium & librũ & mensem, quẽ primum Romulus instituit. Omissis Poëtæ rationibus, de quibus inferius dicetur, Macrobium non prætereamus, qui Romuli ordinationem referens, Primum, inquit, anni mẽsem Marti genitori suo dicauit. Huius die prima ignem nouum Vestę aris accendebant, & in regia & curiis, & in flaminum domibus laureæ veteres nouis mutabantur. Eodem mense ad Annam Perennam sacrificatum itur, vt annare, perennare commodè liceat. Mercedes exoluebant magistris, quas completus annus deberi fecit: comitia auspicabantur, vectigalia locabant, & seruis cœnas apponebant matronæ, vt domini Saturnalibus illæ, vt principio anni ad promptũ obsequium honore seruos inuitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exoluerent, & reliqua. Aggrediens ergo mensem hunc Poëta, Martis opem implorat, & adesse cupit, dum mẽsis sibi dedicati sacra referuntur. *Mars bellice*] quia armipotẽs, & bellorum deus. Sed cur Mars, superiore libro diximus. *Ades*] pro adsis, & faueas. *Depositis*] deorsum positis. *Paulisper clypeo & hasta*] armis tuis. *Clypeo*] scuto ad defensionem. *Hasta*] ad offensionem. *Et solue comas nitidas*] crines nitentes. *Casside*] galea. quasi solue galeam à capite flauo, & eam depone. *Forsitan ipse roges*] &c. Si fortè rogas, quid sit mihi cum Marte agendum, non abest ratio: quoniam mensis, qui à te denominatus est, scribẽdus est à me. *Forsitan*] fortè. *Roges*] pro interroges. *Quid sit Poëta cum Marte*] quæ res mihi cum Marte sit communis, maximè cùm poëtæ soleant Phœbum & Musas inuocare. *Mensis qui canitur*] habet à te nomina: quia vocatur Martius, à Marte denominatus. *Ipse vides*] &c. Arguitur ab exemplo Palladis, quæ & bellis præest, & tamen ingeniis fauet. Armis præesse dicitur, quòd è vertice Iouis armata prosilierit. vt inferius: An quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo prosiluisse suo. Cicero in libro de natura deorum, belli inuentricem & principem fuisse dicit. Appellata est Minerua, à minando, vel à minuendo, vt eidem Ciceroni placet. Dictáque est Pallas, vel quòd Pallas ab ea interemptus sit: vel à πάλλω, quod est vibro, quòd hastam vibrare consueuerit. De hac multa superiore anno in Odyssea. Inquit ergo Poëta. *Ipse vides*] Responsio: Ideo à te peto

explicationem, quia mensis à te habet nomen. * *Ipse vides*] tu ipse testis es. *Minerva manibus peragi fera bella*] cùm bellis præsit, vt apud Homerum, apud Flaccum legitur, cùm in aciem descendebat. *Nunc minus facit illa artibus ingenuis*] artibus liberalibus, scientiis, quę ingenuum, hoc est liberũ hominem faciunt. *Palladis exemplo*] &c. sume ergo tibi ociũ ab armis, sicut & Pallas. *Sume tempora*] accipe ocium. *Ponenda cuspidis*] disponendi teli acuti, deponendorum armorum. *Exemplo Palladis*] sicut Pallas ipse solet. *Inuenies & quod agas*] agere possis. *Inermis*] etiam cùm arma deposueris. *Tunc quoque*] &c. Arguerat ab exemplo Palladis, nunc ab exẽplo sui ipsius, quòd inermis fuerat, cùm matrem cõditoris vrbis grauem reddidit, de quo mox dicemus. *Tu quoque eras inermis*] sine armis eo tempore. *Cùm Romana sacerdos*] Rhea sacerdos Vestalis. *Cepit te*] amore scilicet. quã eam amasti, & illa concepit ea te. *Vt dares magna semina*] quasi magna principia. *Huic Vrbi*] Romanæ scilicet. *Syluia Vestalis*] &c. * Narratio. * Scripturus mensem, qui à Romulo Marti patri dicatus est, ab ipsa Romuli conceptione rem exorditur, ob quod de Romulo pauca dicenda sunt. Romulum (vt Plutarchus refert) alij Æneæ filium & Dexitheæ Phorbantis gnatæ fuisse existimant, illúmque cum fratre Remo paruulos admodum in Italiam delatos fuisse: alueum fluminis ingressos, amissis nauibus, in ripâ incolumes euasisse. Alij è Roma genitum Romulum ferunt, Troadis illius filia, quæ Latino Telemacho nupserat. Alij ex Æmilia præclara Æneæ & Lauiniæ prole, à Marte cõpressa. Sed post alia multa probabiliorem idem sententiam affert. Cùm Albanorum regnum, priuato è regia maiestate Numitore, Amulius occuparet, veritus ne ex Numitoris filia proles nasceretur, quæ Ilia, ab aliquibus tamen Rhea dicta est, illam Vestæ deuouit, cùm in adulterio deprehensam præter Vestalium conditionem obseruari iussit. Anthio tamen Amulij filia, ne quid mali Iliæ, quam amabat, eueniret, non cessabat parentem obsecrare, ne vellet in Syluiam sæuire. Edidit tandem infantes duos, quos Amulius exponi iussit, vt superiore libro diximus. Et paulò pòst subdit: Sunt qui illam dicant ab Amulio, cùm se obuiam in armis virgini dedisset, impudenter fuisse compressam. Dionysius autem rem etiam ita asserit extitisse: Amulium Numitoris filium Egestum latroter in insidiis obtruncasse, Syluiam iam nubilẽ Vestæ designasse: cui quarto deinde anno eunti in sacrum lucum Martis, aquæ ferendæ gratia, ad sacrorum vsus. Vim quidam intulit, quem non nulli vnum è procis suisse dicere, puellę amore captum. Alij Amulium ipsum fuisse dicũt armatũ non cupiditatis causa magis quàm insidiarum. Armatũ, vt stupendus conspiceretur, & cognitionem incertam relinqueret. Plurimi fabulantur, genij fuisse imaginem, cuius erat locus, adhibentem casus solis obscurationem subitam, & caliginem in aëre. aspectus imaginis longè admirabilior humano. dixisseque puellæ suo eo deo concubuisse, pariturámque geminos, hominum longè clarissimos virtute & rebus bellicis. At postea quam grauida cognita est, seruata est, vt superius diximus. De his omnibus ita in natali dictum: Inde per insidias nuncat Numitore creatum Egestum in syluis, quo fratri nulla virilis sit soboles. tantùm seruabat filia fœdes Syluia, & hanc Vestæ curãda in sacra relẽgat. Hæc quoque sine proco, geniòve, aut numine diuûm, Aut ipse insignis pressisset Amulius armis, Sacra lauaturas dũ manè incedit ad vndas, Et viridi consedit humo, correptáque somno Fit grauida, obscura tegitur caligine tellus. Sólque fidem fecit rutilo mutatus amictu, Concepisse deo: sed quo conceperat nobis incertum est. *Syluia ergo Vestalis*] Vestæ sacerdos. Postea facit Parenthesin Poëta. *Quid enim vetat*] quid prohibet. *Mouere inde*] quasi ab ipsa incipere. *Mane*] Vnde manè dicatur, alias diximus. *Petebat aquas*] ibat pro aquis. *Lauaturas sacra*] pannos, quorum erat in sacris vsus, aut quæcunque sacra. *Lauaturas*] loturas. nam aut lautum aut lotum dicimus. *Ventum erat*] ab ipsa Ilia. *Ad mollem ripam*] mollem, quia non duram, quasi herbosam. Vel mollem, suauem: quia suaues in ea carpsit somnos. *Decliui tramite*] via decliui, qua ea ripa ad aquas descendebat. *Vrna fictilis*] è creta ficta à figulis. *Vrna*] vas ad hauriendum aquam, de quo suprà diximus. *Ponitur*] deponitur. *E summa coma*] è capitis summitate. Etiam cùm capite ferebant onera, quemadmodum & nunc in Latio. *Fessa*] Ilia. *Resedit*] requieuit humo. *Et accepit ventos pectore aperto*] nudo. *Et restituit*] quasi recomposuit *Comas turbatas*) ab vrna. Resedit igitur & fessa, & flauas compositura comas

Dum sedet, vmbrosæ salices, volucrésque canoræ
Fecerunt somnos, & leue murmur aquæ.
Blanda quies furtim blandis surrepsit ocellis,
Et cadit à mento languida facta manus.
Mars videt hanc, visámque cupit, potitúrque cupita,
Et sua diuina furta fefellit ope.
Somnus abit, iacet ipsa grauis, iam scilicet intra
Viscera Romanæ conditor vrbis erat.
Languida consurgit, nec scit cur languida surgat,
Et peragit tales arbore nixa sonos:
Vtile sit faustúmque, precor, quod imagine somni
Vidimus. an somno clarius illud erat?
Ignibus Iliacis aderam, cùm lapsa capillis
Decidit ante sacros linea vitta focos.
Inde duæ pariter (visu mirabile) palmæ
Surgunt, ex illis altera maior erat.
Et grauibus ramis totum protexerat orbem,
Contigerátque sua sidera summa coma.
Ecce meus ferrum patruus molitur in illas,
Terreor à monitu, córque timore pauet.

ANTON. *Surrepsit*] clanculũ venit. à surrepo. nã si à surripio esset, surripuit præteritũ diceretur. *Mars videt hanc, visamq. cupit, potitúrque cupita*] Climax est, color rhetoricus, qui à Latinis Gradatio dicitur: habétque aptiorem artem, ac ferè omnis affectatam, ideóque esse rarior debet. Is est, cùm antè ad consequens verbum descenditur, quàm ad superius ascensum est. *Diuina furta fefellit ope*] cõpressit Iliam dormientẽ, effecitque vi numinis, vt illa nihil sentiret. *Arbore nixa*] quia languor coëgit, vt arbori incumberet. *Quod imagine somni vidimus*] Macrobius omnium quæ videre sibi dormientes videntur, quinque species ponit, & nomina, somnium, visionem, oraculum, insomnium, & phantasma: è quibus somnium propriè vocat, quod hoc loco narratur à Syluia, tegens videlicet figuris, & ambagibus velans non nisi interpretatione intelligendam significationem rei quæ demonstratur. *Decidit vitta*] significans amissam virginitatem. Erat enim vitta, pudoris insigne. Ouidius alibi: Este procul vittæ tenues, insigne pudoris. Idem: Sũmouimus omnes, Quis stola cõtingi, sumptáque vitta negat. Tibullus: Sit modò casta doce, quamuis non vitta ligatos Impediat crines. *Inde duæ pariter*] &c. E vitta delapsa, id est, ex amissa virginitate duæ palmæ surrexerunt, hoc est, nati sunt Remus ac Romulus. *Grauibus ramis*] Hi sunt Romani, imperium Oceano, famam astris terminaturi. *Ecce meus ferrum*] &c. Amulius palmas ferro parat subuertere, dum Romulum ac Remum iubet exponi vt pereant.

PAVL. *Dum sedet*) &c. Omnia sũt dulces hęc inuitantia somnos, Aura, vmbra, & cantus, lenéque murmur aquæ. *Dum ergo sedet*] Ilia *Vmbrosæ salices*] quæ erant circa ripam fluminis. *Et canoræ volucres*] canentes auiculæ. *Et leue*] suaue, quia gratũ. *Murmur aquæ*) strepitus fluentis aquæ. Vnde illud Horatij: Fontésq; riuis obstrepunt manantibus, Somnos quod inuitet leues. Hæc ergo. *Fecerunt somnos*] incussere soporem Iliæ. *Blanda quies*] &c. Inuitantibus tot ad somnum, victa & sopore est, cœpit dormire innixa dextra. sed etiam dextra, altius dormiente illa, lapsa est à mento. *Quies blanda*] & verè blanda, quia nullo discrimine blanditur omnibus. *Furtim*] occultè & paulatim. *Surrepsit victis ocellis*) Translatione à reptilibus. quasi repsit in ocellos victos ipso somno. *Et manus facta languida*] quasi deficiens, seu torpens sopore. *Cadit à mento*] ipsius. Vt honestius rem explicaret, manum cecidisse à mento inquit. nam collapsa manu, se dormiens strauit, & ita ad rem facta est paratior, & amatori tradita maior opportunitas. *Mars videt*] &c. Visa est hæc dormiens à Marte, & in eo sopore compressa. Exornatióque est hic locutionis, quæ Gradatio dicitur, qua non ante ad consequens verbum descenditur, quàm ad superius ascensum est, vt hic.

A *Mars videt hanc*] Iliam. *Et cupit visam*] quam vidit. *Et potitur cupita*] Ilia quam cupiuit. *Et fefellit sua furta*] decepit stuprum suum, hoc est, ipsam stupratam virginem. *Ope diuina*. Diuina potentia decepta est illa: nam nihil sentiens grauida est effecta. *Somnus abit*] &c. Expergefacta à somno grauior videbatur: conceperat iam Romulum, futurum vrbis vrbium reginæ conditorem. *Somnus abit*] ergo expergefacta est. *Iacet ipsa grauis*] non enim poterat & torpore somni, & grauitate concepti tam citò surgere. *Iam scilicet*] certe. *Erat intra viscera conditor vrbis*] Romulus qui vrbem conditurus erat toti orbi dominaturam. *Languida consurgit*] &c. Surrexit tandem Ilia, sed languida, quia iam erat grauida: attamen ignorabat ipsa, vnde ei boni inuixa cepit, quod per quietem viderat secum repetere. *Consurgit*] Ilia. *Languida*] torB pens & pigra. *Nescit*] ipsa. *Cur surgat languida*] torpens: nescit se esse grauidam. *Et peragit tales sonos*] talia verba. *Innixa arbore*] vix poterat se tenere pedibus, ergo arbori innixa est. *Vtile sit*] &c. Faustum optat, quod per quietem vidit, & visus & fœlicitati succedere. *Precor*] inquit, sit vtile & faustum fœlix *Quod vidimus imagine somni*] per quietem. Neque enim aliud est ipsa per somnum visio, quàm inanis quædam imago. *An erat illud clarius*] lucidius, apertius somno: effectne illud verum, quod visa sum videre? *Ignibus Iliacis*] &c. Nunc ipsa aggreditur per quietem visa, quæ quidem omnia aliquid portendunt mysterij, vt declarabimus. *Aderam*] inquit, quasi adesse videbat. *Ignibus Iliacis*] igni Vestali, ex Ilio C aduecto. Etiam & ipsa vna erat è Vestalem ignem seruantibus. Sed de igne hoc suo loco disputabitur. *Cum lanea vitta*] Vitta pannus erat tenuis, quo sacerdotes vtebantur. *Cum vitta lapsa capillis*] è capite meo. *Decidit ante sacros focos*] ante sacrum focum ignis Vestalis, vel ante ipsos Vestales ignes. Quid aliud portendit lapsa vitta, quæ pudoris insigne est, quàm virginitatem ipsius Iliæ iam etiam collapsam? & ad aram magis ire non poterat. *Inde*] ab ipsa vitta ergo, ab ipsa virginitate rapta. *Surgunt pariter duæ palmæ*. hoc portendebat nascituros gemellos. Palma autem arbor victoriæ dedicata. ita & qui ab his palmis nascerentur, victores erant orbis futuri. G

Mirabile dictu] mirabile dum dicitur. *Altera*] palma scilicet *Ex illis*] duabus. *Erat maior*] hæc portendebat Romulum. *Et grauibus ramis*] &c. Palmæ ille ramis totum orbem obumbrauerant, comis sidera attingentes. Hoc nihil aliud significare vult, nisi progeniem Romanam toti terrarum orbi dominaturam, terminaturámque cœlo famam. iuxta illud Virgil. de Cæs. Imperium Oceano, famam qui terminet astris. *Et protexerat*] illa maior palma. *Ramis grauibus*] progenie fœcunda *Totum orbem, & contingunt*] rami ipsi & ipsæ palmæ. *Summa sidera sua coma*] sua summitate. Vel ad famam referas, vt diximus, vel quòd eorum alter referetur in deos. *Ecce meus*. &c. Per hoc portenditur expositio Romuli & Remi, quos deijci in profluentem iussit Amulius. *Ecce patruus meus*] hoc est, Amulius.

Molitur ferrum] parat arma. *In illas*] palmas scilicet: quia parat eas incidere. *Terreor*] exterreor. *Admonitu*] hoc est, recordatione. Sunt tamen qui dicant, iussu ipsius Amulij, qui eas incidi iubet. *Et cor pauet*] aut micat, hoc est, tremit. *Timore meus*. H

Martia picus auis gemino pro stipite pugnant,
Et Lupa: tuta per hos vtraque palma fuit.
Dixerat, & plenam non firmis viribus vrnam
Sustulit: implerat dum sua visa refert.
Interea crescente Remo, crescente Quirino,
Cælesti tumidus pondere venter erat.
Quo minus emeritis exiret cursibus annus,
Restabant nitido iam duo signa deo.
Syluia fit mater, Vesta simulacra feruntur
Virgineas oculis opposuisse manus.
Ara deæ certè tremuit pariente ministra,
Et subijt cineres territa flamma suos.
Hæc vbi cognouit contemptor Amulius æqui
(Nam raptas fratri victor habebat opes)

ANTON. *Martia picus auis*] &c. Latini picum venerabantur, autore Plutarcho, & eo abstinebant: vel quòd eum vxoris veneficio in auem mutatum putabant oracula edere, & interrogantibus respondere: vel quòd ad Romulum ac Remum expositos non solùm lupam, sed picum quoque accessisse credebant, ac pueros aluisse. D Vnde pro gemino stipite dicitur hoc loco pugnare, vel quòd eam auem Marti sacram existimarunt, vt etiã autor est Strabo, quæ vncis vnguibus est, & natura fidens & elata, rostróque adeò firmo, vt robora subuertat, cùm truncum sæpe pulsando ad medullam vsque perueniat. Eadem in auspicijs magna est, teste Plinio, dicitúrque picus Martius, à qua Picenæ regioni nomen inditum est: quia cùm Sabini Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum dicitur consedisse. Seruius scribit, Pomonam pomorum deam amasse Picum regem, cuius est sortita coniugium. Sed eum Circe cùm amaret, & sperneE retur, irata in auem Picum Martium vertit. Quod ideo fingitur, quia augur fuit, & domi habuit picum, per quẽ futura noscebat. *Dum sua visa refert*] non alteri, sed sibi ipsi narrat, quæ dormiens viderat. Notandum sanè, Ciceronem, quod phãtasma dicitur, visum appellasse, quod revera nihil diuinationis apportat, quemadmodum & insomnium, siue enypnion. *Restabant nitido*] &c. Decem menses abijsse significat, cùm è duodecim signis zodiaci duo tantum ad implendum annum Soli percurrenda restarent. *Subijt cineres*] quia Vesta nihil aliud est quàm flamma, vt aliquibus placet. Ideo flammam dicit sese in cineres substraxisse, ne à sacerdote corrupta cerneretur. *Contemptor Amulius æqui*] iniustus. Ipse alibi: Proximus Ausonias iniusti miles Amuli Rexit opes *Victor*] voti compos, propositi effector, qui Numitori fratri regnum abstulerat.

PAVL. *Martia picus*] &c. Portendebat hoc, educandos F esse eos à lupa & & pico. Vnde Plutarchus in vita Romuli: Aiunt lupam quandam, ac volucrem picum, adeò summa cum beneuolentia infantibus astitisse, vt & hæc vbera benignè, & ille alimenta plurima cõtulerit. Sed cùm eiusmodi animalium genera Marti in primis dedicata sint, & Latini præ cæteris picum colant, non mediocrem mater præbuit fidem, eos præclarã Martis sobolẽ extitisse. Et Problemate 20. differit, qua ratione Latini picum venerãtur, & eo vehemẽter abstineãt. Et inquit: An quòd Picum vxoris veneficio mutatum ferunt, auem deinde factum, oracula edere, & interrogantibus respondere solitum. I An hoc cùm incredibile, rum mõstri plenum existimandũ. Et altera fabula multo verisimilior: Romulo ac Remo, cùm regis iussu expositi essent, non modò lupam mammas infantibus præbuisse, sed picũ quoq; ad infantes vẽtitasse, atq; aluisse. Nã omni quoq. locis nemorosis ac syluestrib*, in quib* crebrò picus apparcat, lupum versari animaduersum est. An illud magis, vt aliam alij deo auem, sic picum Marti sacrum putauerunt. Est K enim natura fidens & elatus, atq; audax. Rostrum quidem adeò firmum habet, vt robora subuertat, cùm truncum sæpe pulsando ad medullam vsq; peruenerit, &c. Inquit ergo. *Picus*] per appositionem, *Auis Martia*] quia Marti dedicata *Et lupa pugnant pro gemino stipite*] pro vtroq; trunco palmæ. nam illa vbera, hic cibos afferebat. *Vtraq; palma*] quia vterque filius. *Fuit tuta per hos*] picũ & lupam. *Dixerat & plenam*] &c. Finem fecerat relationis eorum quæ per quietem viderat. Sed dum loquebatur, vrnã impleuit, quam postea sustulit, non tamen his viribus, quibus prius solebat, quia debilitata conceptione. *Dixerat*] hoc scilicet ipsa Ilia *Et sustulit*] sursum tulit. *Vrnã plenam*] vas illud aquarium. *Non firmis viribus*] quia iam erat debilior. *Impleverat*] vrnã ipsam. *Dum refert sua visa*] dum secum visionem somnij referebat. *Interea crescente*] &c. Dũ crescebant infantes, porrigebatur venter eius, & latente onere interius, tumebat exterius. *Interea venter erat tumidus*] tumebat venter. *Crescente Remo & crescente Quirino*] Romulo, qui Quirinus appellatus est, vt superiore libro diximus *Cælesti pondere*] pondere cœlestis seminis: quia cœlestia semina conceperat, nam Marte grauida effecta est. *Quo minus*] &c. Erat iam decimus mensis, perfectúmq; tẽpus humani partus, de quo superius disputauimus quãdo Syluia peperit Et cùm virginitas obseruanda esset à Vestæ ministris, pariente Ilia, cognita est violata virginitas. A quo quidem scelere abhorrente Vesta simulacrum eius visum est oculis manum opponere, & æterni ignis flamma se sub cineres abscondisse. *Restabant iam duo signa deo nitido*] Soli qui nitidis orbem radijs illustrat. *Duo signa*] duo men

A ses. Nam singulis mensibus per singula signa cursum facit, quæ sunt duodecim in zodiaco, quibus decursis expletur annus. Restabant ergo duo menses. *Quo minus*] vt non. *Exiret annus emeritus cursibus*] spaciis exactis. Et per translationem à militia loquutus: quia dicimus emeritos, qui debita militiæ tempora complerunt. Sic emeritis cursibus, emeritis iam suis laboribus. Erat igitur decimus mensis. *Sylvia fit mater*] nam peperit. *Simulacra*] effigies aut imagines. *Feruntur*] dicuntur. *Opposuisse oculis virgineas manus*] ne scelus inspicerent, ministram scilicet stupratam parere. *Tremuit certè ara deæ*] Vestæ. *Parente*] dum pareret. *Ministra*] Ilia, quæ credita virgo erat. *Et flamma territa*] ipsa Vestalis flamma, velut refugiens scelus. *Subiit cineres suos*] latuit sub cineribus, ne videretur iã à corrupta virgine. *Hoc vbi cognouit*] &c. Quæ ad rem hanc facerent, diximus superiore libro, cùm locus exigebat, in versu, Sylua Vestalis cœlestia semina partu Ediderat. Romulum & Remum, ex lege sententiam ferens, Amulius iussit in profluentem deiici, Iliam necari licet alij seruatam dixerint precibus Anthus filiæ Amulij. Inundauerat tunc Tybris, cuius inundatione cessante, remanserant pueri cum alueo in sicco: *Amulius contemptor æqui*] æquitatis & G iustitiæ. *Vbi*] postquam. *Cognouit hoc*] Iliam scilicet peperisse. *Contemptor æqui*] ob hoc maximè. *Nam victor*] voti compos. *Habebat opes raptas fratri*] Numitori. Et de hoc eodem loco superioris libri diximus.

ANTON. *Lacte ferino*] lacte lu-B pæ. Constat autem lupos esse in tutela Martis, teste Porphyrione. *Nec taceam vestras Faustule pauper opes.* Si pauperes fuit Faustulus & Laurentia, cur autor eos opulentos vocat? Quia licet Faustulum multi dicant regij pecoris fuisse pastorē, qui Romulum ac Remū iacentes Laurentiæ vxori educandos dedit, de quo Varro inquit, quis Faustulum nescit pastorem C fuisse nutricio? coniectare tamen possumus, cum (vt loquit Strabo) fuisse subditum quendam Amulio locupletem, qui acceptos educarit infantes.

Amne iubet mergi geminos, scelus vnda refugit,
In sicca pueri destituuntur humo.
Lacte quis infantes nescit creuisse ferino?
Et Picum expositis sæpe tulisse cibos?
Non ego te tantæ nutrix Laurentia gentis,
Nec taceam vestras Faustule pauper opes.
Vester honos veniet, cùm Laurentalia dicam:
Acceptus genijs illa December habet.
Martia ter senos proles adoleuerat annos,
Et suberat flaua iam noua barba coma,
Omnibus agricolis, armentorúmque ministris

ex quo homines gignuntur: propterea que meum genium nominari, quia me genuit. Alij genium appellari deum, qui vim obtinet rerum omnium gerendarum. Sunt & qui geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem, aërem, vt autor est idē Fe- H stus: hæc enim sunt rerū semina. Duodecim quoque signa, & Lunam ac Solem inter hæc computabant, quos geniales dicere, à gerendo, quia plurimum posse putātur.

Vester honos veniet, cum Laurentalia dicam] Hæc festa secundum Varronem Accalia dicebantur, necnon & Laurentalia ab Acca Laurentia. Sed vt Plutarchus in Quæstionibus tradit, alia est Acca Laurentia, quam ferunt Romuli fuisse nutricem, cuiúsq; diem festum Romani mense Aprili celebrabant: & alia, quam cognomento Flauiam appellatam, scortum fuisse vulgatissimum tradunt, & deinde euanuisse in velabro, vbi prius Laurentia sepulta fuerat. Vnde factum existimo, vt vtriusque Laurentalia confundātur. Cæterùm Festus Laurentalia esse inquit coniugis Faustuli inuentionem Remi & Romuli, Laurentiæ festa. Huic sacerdos Martis libabat mense Aprili, vt scribit Plutarchus. D Sed & decimo calendas Ianuarias Laurentalia celebrabātur, Iouis feriæ, vt ait Macrobius, in honorem Laurentiæ: quæ cùm esset opulentissima, populum Romanum nuncupauit hæredem. Vnde solenne sacrificium ei institutū est, quo diis manibus eius per flaminem sacrificaretur. Iouisque feriæ cōsecratæ: quia existimabant animas à Ioue dari, & rursus post mortem eidem restitui. Lege Plutarchum in Romulo, & in Quæstionibus, & Macrobium in primo Saturnaliorum, à quibus & hæc, & alia quæ ad Laurentalia pertinent, explicātur. *Acceptus genijs*] vel quoniā hyems natura genialis est: vt, Inuitat genialis hyems. vel propter Saturnalia, quæ antiquitas celebrauit mense Decembri, vno tantùm die, hoc est, decimoquarto calēdas Ianuarias, mox triduo, deinde diebus septem, e quibus quinque festi habebantur. Vnde illud est Martialis: Omnia misisti mihi Saturnalibus imbei Munera, E contulerant quæ tibi quinque dies. Iis adiungebantur epulationes, vt autor est Festus. Quam ob causam December genialis, ob voluptates potuit appellari. Quoties enim voluptati operam damus, indulgere dicimus genio, teste Seruio. Vnde genialis nomen deducitur Iuuenalis, Genialis agatur iste dies. Gaudet enim noster genius voluptate, ad quam natura procliuiores sumus. Quare genialia curare dicitur, qui lautius viuit, autore Donato. Et genium fraudare dicuntur, qui necessaria & iocunda naturæ subtrahunt, ter suū defraudantes genium. Est autem genius, vt quidam volunt, naturalis deus vniuscuiusque loci, vel rei, vel hominis. Nullus enim locus est sine genio, vt placet Seruio, qui per anguem plerūque ostēditur. Persius: Pinge duos angues pueri, sacer est locus. Et nos cum nascimur, duos sortimur genios, quorum alter hortatur ad bona alter depravat ad mala. Licèt quidam F dixerint, ad omnia quidē honesta impelli nos genio & numine quodam familiari nobis nascentibus dato. Praua verò nostra mente nos cupere, quæ sua sponte mouetur: nec fieri posse, vt praua voluntate numinum faciamus, quibus nihil malum constat placere. Huic deo frons dicata est, vt auris Memoriæ, dextra Fidei, genua Misericordiæ. quem Festus refert deorum filium esse, ac parentem hominum,

vnde & eos gerulos appellarunt. *Martia ter senos*] &c. Romulus ac Remus Martis filij creuerant ad annos octodecim. Nam adolescere interdum est crescere. vt, Dum prima nouis adolescit frondib. ætas Vnde adolescentes dicti.

PAVL. *Iubet mergi amne*] in fluuio. *Geminos*] Romulum & Remum. *Vnda refugit scelus*] nam cessauit inundatio, vt diximus, & sic illi in sicco remansere. *Pueri*] Romulus & Remus. *Destituuntur*] ab ipsa vnda. *In humo sicca*] in tel- I lure sine aqua *Lacte quis*] &c. Hoc etiam superius diximus, lupam scilicet illis vbera porrexisse, & Picum cibos contulisse. *Quis nescit*] quasi dicat, omnes scire debent. *Infantes*] ipsos scilicet, Romulum & Remum. *Creuisse*] quasi educatos adoleuisse *Lacte ferino*] lacte lupino. *Et Picum*] quæ est auis Martis. *Sæpe tulisse cibos expositis*] extra amnem iacentibus. *Non ego te*] &c. Vt attigimus superiori libro, accurrentibus ad miraculum pastoribus, lupa lac pueris præbente, Faustulus concedentibus cæteris eos educandos accepit. Rediens domum, cōiugem enixam inuenit, sed mœstam, vt Dionysius inquit, infante mortuo. Solatur eam vir, gemellósq; illi pro vno extincto educandos tradit, appellatáque est hæc Laurentia. Quæ quia corporis fuerat liberioris, dixere multi, ideo creditum fuisse à lupa educatos, quòd quæ corpus prouulgasset, lupa appellari solita sit. Huius Lau- K rentiæ ob hanc educationem solenne festum apud veteres Romanos celebrabatur Decembri mense. Sed cùm posteritati sex Ouidianorum Fastorum libri deperierint, sacrum illud ex Poeta referre non possumus. Fuit postea & eiusdem nominis & famæ mulier Acca Laurentia, cui à populo Romano in Iouis feriis sacra instituta fuere, decimo die calendarum Ianuariarum, vt Macrobius refert: vt autem Plutarchus, sacrificabatur huic Aprilis mense, cuius illa ab vtrisq; horum fabella refertur, de æditu Herculis, deum tesseris prouocante, vt victus scorto & cœna mulctaretur, qui postea scortum hoc inter ædes inclusit. Postea Tarutio nuptam, viro ditissimo: quo mortuo, ditata mulier populum Romanum reliquit hæredem: ideo ab Anco in velabro loco celeberrimo vrbis sculpta est, ac solenne sacrificium institutum. Sed vt refert Plutarchus, vbi Tarutio nupserat, reliquum L vitæ tempus adeò cum laude & gloria vixisse, vt ab accolis Theophila nominaretur, & eos ideo honores à Romanis consecutam: eo eam in loco euanuisse, vbi superioris Laurentiæ corpus iacebat: quem postea Bilaurum vocauēre. Cato autem, vt Macrobius autor est, illam inquit meretricio quæstu locupletatam reliquisse populo Romano agros, Turacem, Semurum, Lincerium, & Solinium: & ideo magnificentia sepulchri, & annuæ parentationis honore dignatam. Macer verò Faustuli coniugem Tarutio Thusco post excessum primi viri nuptam ait, & eius hæreditate ditatam, populum Romanum hæredem reliquisse. Idem fere dicere videtur, quod ad æditum spectat, Plutarchus Problem. 34. & eam Flauiam à Romanis

nominatam asserit. Et Varro meminit Laurentinarum feriarum, ab Acca Laurentia, cui sacerdotes publice parentant, &c. Sed ad Poëtam redeamus. Sermonem ad ipsam Laurentiam conuertit. *O Laurentia, non taceam*] non tacere debeam ego te. *Nutrix tanta generis*] tantorum virorum, quanti fuere Romulus & Remus. *Nec taceam pauperes Faustule vestras opes*] quibus scilicet Romulum educauistis sub vestro tugurio. *Veniet vester honor*] ô Faustule & Laurentia. *Cùm dicam*] cùm scribam Laurentalia. nam festa illa in Decembri appellata fuere Laurentalia. Aliqui tamen dicunt Laurentinalia. *December acceptus genijs habet illa*] Laurentalia scilicet. Et si superius dixi, genium esse deum, qui vim haberet rerum gerendarum, & genium deorum filium, & parentem hominum, & vniuscuiusq; loci deum. ponitur tamen interdum pro voluptate. Vt cùm dicam, indulget genio, hoc est, indulget voluptati. Dicimus ergo Decembrem acceptum genijs, ob Saturnalia, quæ eo mense fiebant, quo conuiuia voluptuosa celebrabantur.

Martia ter] &c. Educati fuere hi à Faustulo & coniuge. Sunt tamen qui dicant, Numitorem conscium alimenta clã suggessisse, vt Plutarchus refert, & literis apud Gabios eruditos. Romulum autem & Remum vocatos, quoniam rumas, id est, lupæ mammas cinuogere comperti sunt. Erant indole haudquaquam seruili, sed quæ magnitudinem quãdam & probitatem præ se ferret. Cùm ambo adoleuissent viribus, ac animo præditi, quo quæque res factu difficilior erat, eo audacius se conferebant. Eadē se præstabat Romulus, quæ potius imperatorio viro quàm seruo aptiora esse videbantur. Contribules, & quemque ex infimo loco virũ, ambo ad se contrahebant. Nec pluris regis præsides, & regij pecoris magistros existimabant. Minas, & aliorum in se furorem parui ducebant. Victu & consuetudine liberali præ cæteris vtebantur, id in primis haudquaquam ingenui hominis officium esse rati, si ocio aut ignauia desipiscere animos sinerent: sed cursando, venando, prædones profligando, fures capiundo, violentissimis quibusque manus inferendo, gloriam sibi parare posse putabant. Hæc ex Plutarcho, quæ quidem & Poëta delibat. Et in Natali, vbi de eorum educatione agitur: Suscipit hinc illos Euandri Faustulus Arcas Gente satus, secúmq; refert, & tradit alendos Vxori, clarum cui tunc Laurentia nomen. Educat hæc: crescunt cœlesti semine nati. Iam pueri, iam tum iuuenes, iam pectore forti. Non his cura, greges armentáue pascere, non hos Pastorum cultus, & fistula pacta iuuabat: Sed studium, ludis primam exercere iuuentam, Aut iaculo, aut nuda corpus lassare palæstra. Et sophiæ Gabijs ambo incubuere Pelasgæ: Faustuleas tutantur opes, cedúntque fugántque Latrones, & cura fuit eis viuere rapto. *Martia proles*] Martis filij. *Adoleuerat ter senos annos*] creuerant in octauum & decimũ annũ. Adolescere enim crescere est. inde adolescens dicitur. Et adolere est vrere. vt apud Virg. Verbenas adole pingues. Et adolere augere, honorare, propitiare. vt illud Cura penum struere, & flammis adolere penates. *Et noua barba*] noua lanugo. *Suberat flaua coma*] flauis crinibus.

ANTON. *Iliada*] Patronymicũ abusiuum ab eorum matre Ilia. *Animos pater editus auget*] Quia ferunt accepisse Romulum à Faustulo, quòd esset Martis filius. Aperuit autẽ Romulo eam rem Faustulus metu subactus. lege Liuium. *Romuleóque cadit traiectus Amulius ense*] Amuliũ & Remus & Romulus obtruncarunt, quantũ è Liuio & alijs colligitur, quorũ Liuius: Vndiq;, inquit, regi dolus nectitur. Romulus nõ cum globo iuuenũ (nec enim erat ad vim apertã par) sed alijs alio itinere iussis certo tempore ad regiã venire pastoribus, ad regem impetum facit, & à domo Numitoris alia comparata manu, adiuuat Remus, ita regem obtruncant. Cæterùm Florus: Statim, inquit, prima iuuenta patruum Amulium Romulus ab arce deturbat. *Regnáque longæuo restituuntur auo*] regnum Albæ, interfecto Amulio, Numitori restitutum est. *Non expedit*] non fuit vtile. Est autem figura Liptote. ac si dicat: Perniciosissimum fuit Remo, transilijsse vrbis mœnia, ob id enim dicitur interemptus. *Aeterna vrbis*] Virgil. Imperium sine fine dedi. *A te principium Romano ducimus anno*] ab eo mense, quem à nomine tuo denominauimus, id est, Martio, quem tum eo tempore sola denominauerat voluntate. nam sequitur, Patrióque vocat de nomine mensem.

> *Iliadæ fratres iura petita dabant.*
> *Sæpe domum veniunt prædonum sanguine læti,*
> *Et redigunt actos in sua rura boues.*
> *Vt genus audierant, animos pater editus auget,*
> *Et pudet in paruis nomen habere casis.*
> *Romuleóque cadit traiectus Amulius ense:*
> *Regnáque longæuo restituuntur auo.*
> *Mœnia conduntur, quæ quamuis parua fuerunt,*
> *Non tamen expedijt transiluisse Remo.*
> *Iam modò quæ fuerant syluæ, pecorúmque recessus,*
> *Vrbs erat, æterna cùm pater vrbis ait:*
> *Arbiter armorum, de cuius sanguine natus*
> *Credor, & vt credar, pignora multa dabo:*
> *A te principium Romano ducimus anno,*
> *Primus de patrio nomine mensis erit.*
> *Vox rata fit, patrióque vocat de nomine mensem.*
> *Dicitur hæc pietas grata fuisse deo.*

insidias struit. occupatóque in sacris Romulo, Remus captus est, & ductus regi, cuius suppliciũ Numitori concessum est. Sed motus Numitor & indole & constantia Remi, cœpit interrogare quis esset. Relata expositione gemellorum, percussit Numitoris animũ nepotum memoria. Romulus interea fratris auxilio cum magna manu accurrens, Faustulo rem omnem aperuêre, cogniti sunt ambo Numitoris nepotes: ruentésque in Amulium, illum obtruncant, Albanorúmq; regnũ Numitori restituũt. *Cadit ergo Amulius traiectus*] transfixus *Ense Romuleo*] Romuli gladio. *Et regna restituuntur auo longæuo*] Numitori auo materno iam seniori. *Mœnia conduntur*] &c. Numitor ijs concessit, vt illic vbi educati fuerãt, coloniam traducere possent. Ædificata ergo sunt ibi mœnia vrbis Romæ: quæ cùm præter edictum transiluisset Remus, à Celere, qui mœnibus præerat, obtruncatus est. licet alia de eius morte causa referatur, quam superiore libro attigimus, & inferius latius explicabimus. *Mœnia ergo*] Romana scilicet. *Conduntur*] ædificantur. *Quæ quanquam fuerunt parua*] tunc cùm primùm noua erant. *Non tamen expedijt*] vtile fuit Remo.

Transiluisse] transaltasse: quia ob id extinctus est.

Iam modò] &c. Loca vbi Roma condita est, prius erant inculta & nemorosa, & ferarum saltus. Ideo hic Iam modò, etsi idem videatur significare, differunt tamen. *Iam erat Vrbs*] qua, ea parte qua. *Modò*] paulo antè.

Fuerant syluæ, & recessus] semotiones, seu loca semota. *Pecorum*] bestiarum. *Cùm pater Vrbis*] hoc est, Romulus. *Ait*] dixit verba quæ sequuntur. *Arbiter armorum*] &c. Longa rerum relatione ad hoc venit, vnde primus anni mensis Marti dicatus fuerat, à Romulo scilicet ipso, qui condita vrbe, Romani anni principium Marti genitori dedicare voluerit. Hæc ergo fuere eius verba. *O arbiter armorum*] ô bellorum domine, aut, ô armis præsidens. *De sanguine cuius credor*] ego scilicet natus. *Et dabo multa pignora*] quasi multam fidem.

Vt credar] scilicet ex te natus. Non stat adhuc sententia, sed sequitur. *Ducimus*] pro deducimus, vel dicimus. *A te principium anno Romano*] vt à Martio incipiat. *Primus mensis anni erit de patrio nomine*] quia à Marte Martius dicetur, in dei patris reuerentiam. *Vox*] ipsius Romuli. *Fit rata*] firma: quia seruauit quod dixit.

PAVL. *Fratres Iliadæ*] Romulus Remúsque Iliæ filij. *Dabant iura petita*] reddebant ius ac domini. *Omnibus agricolis*] agrorũ cultoribus. *Et menstris armentorum*] hoc est, pastoribus, quibus curæ erant armenta. *Sæpe domum*] &c. Si quãdo prædones abegissent armenta, recuperabant illa prædonum cæde. *Sæpe veniunt domum*] redeunt domum *Læti sanguine prædonum*] quos ipsi vulnerauerant. *Et redigunt*] reducunt *Boues actos*] prius abactos à prædonibus. *In sua rura*] in suam potestatem, qui modò fuerant in potestate prædonum. *Vt*] postquam. *Audierant genus*] vnde originem haberent. *Pater editus*] manifestus à Faustulo ipso, qui Romulo rem aperuit. *Auget animos*] etsi magnanimi erant, tunc longè maioris facti sunt animi. *Et pudet*] eos. *Habere nomen*] hoc est, famam & laudem. *In paruis casis*] hoc est, in villulis. nam decuisset eos vrbibus dominari. *Romuleóque cadit*] &c. Ex Plutarcho & Dionysio excerpsimus. Orta contentione inter Amulij Numitorísque pastores, ob pecorum pabulationem, Romulus & Remus aduersantes oppressere, & intacti cum præda domum rediere. Indignatus Numitor his

A *Et Vocas mensem de nomine patris*] hoc est, Martium, à Marte. Hæc pietas, hoc filij officium erga patrem. *Dicitur fuisse grata deo*] ipsi Marti: quia placuit eo affici honore, & habere primum mensem sibi consecratum.

Et tamen] &c. Etsi à Romulo principium anni à Marte sumptum est, Martem tamen longè ante Romulum Italos coluisse constat, quia ipsa natura bellica gens.

Et tamen ante omnes Martem coluere priores.
Hoc dederat studijs bellica turba suis.
Pallada Cecropidæ, Minoa Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypsipylea colit.
Iunonem Sparte, Pelopeiadésque Mycenæ,
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.
Mars Latio venerandus erat, quia præsidet armis.
Arma feræ genti rémque decúsque dabant.
Quòd si fortè vacas, peregrinos inspice Fastos:
Mensis in his etiam nomine Martis erit.
Tertius Albanis, quintus fuit ille Phaliscis,
Sextus apud populos Hernica terra tuos.
Inter Aricinos, Albanáque tempora constat,
Factáque Telegoni mœnia celsa manu.
Quintum Laurentes, bis quintum Equiculus acer,
A tribus hunc primum turba Forensis habet.

ANTON.] *Ante omnes Martem coluere priores*] Latini Martem etiam ante Romulum præcipuè coluerunt, cùm eos militia delectaret, ac belli studium. *Cecropidæ*) Athenienses, à Cecrope. In iure Palladem coluerunt, à qua ferunt Athenis fuisse nomē impositum. Nota est fabula. B *Minoa Creta Dianam*] Cretenses Dianam colūt, quam ibi à retibus Dictynnam dictam nonnulli volunt. Lege Strabonē lib. 10. eius Geographiæ. Solinus autor est, Cretenses Dianam, quam religiosissimè venerantur, Britomartem gentiliter nominare. quod nostro sermone nostro sonat virginem dulcem. cuius C ædes Dædali manus ostentat, quam nemo nisi vestigia nudus ingreditur. *Vulcanum tellus Hypsipylea colit*] Lemnon dicit, Ægei maris insulam celeberrimā, vbi regnauit Thoas pater Hypsipyles, qui Liberi filius fuisse dicitur, teste Lactantio grammatico. In hanc Iuno Vulcanum suum ac Iouis filium è cœlo præcipitem dedit, vbi à Sintiis acceptus ac nutritus dicitur. Fingitur autem præcipitatus in hanc insulam, quia Vulcanus ignis est, & constat fulmina ea aëre cadentia crebrò in eam deieci. [Homerus à Ioue præcipitatum dicit, cuius versus sunt Iliad. 1. ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι. Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα, Ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι, Κάππεσον ἐν Λήμνῳ. (ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν,) Ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα.]

Sparte, Pelopeiadésque Mycenæ) Sparta vrbs est Laconiæ, quam & Lacedæmonem dicimus. Sed & Sparta & Sparte reD ctè dicitur. Hanc & Mycenas Agamemnonis patriam Plinius dat Achaiæ. Vtrumque oppidum Iunonem colit, & Mycenarum incolæ cum Argiuis communiter. *Pinigerum Faunum*] &c. Bene addidit, ora Mænalis, cùm dixisset, Pinigerum. Legimus in Bucol. Mænalus argutúmque nemus, pinósque loquētes Semper habet. &c: Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mænalus. Sanè Faunus Pici filius, de quo multa diximus, primus in Latio Saturno eius auo sacra instituisse dicitur, vt C. Bassus memoriæ prodidit: & Faunam sororem eandémque vxorem, ac Picum consecrauit: ab eo qui noctu in pellibus oracula petebant, in Latio furere consueuerunt. *Peregrinos inspice Fastos*] quarundā vrbium Fastos, quæ in Italia sunt. Has peregrinas vocat, vel earum Fastos peregrinos, quòd aliquando non fuerint iidem qui & Romani. *Tertius Albanis*] &c. Apud Albanos Martius aliquando tertium in anno locum tenuit, apud E Phaliscos quintum, apud Hernicos sextū, apud Aricinos & Tusculanos tertium, quemadmodum & apud Albanos. *Hernica terra*] Strabo autor est, Hernicos, quorum nobilissima olim ciuitas fuit Anagnia, Lauinio, & Albæ, ac ipsi Romæ esse vicinos: qui (vt placet Seruio) sic dicti sunt, quia saxosos montes habitant. Sabinorum enim lingua saxa herne vocantur. Sed vt Higinius scripsit in lib. 2. Vrbium, teste Macrobio, Hernicus quidam Pelasgus dux Hernicis fuit, à quo ita appellati sunt. fuerunt enim veteris coloniæ Pelasgorum. *Inter Aricinos Albanáque tempora constat.* Sic dictum, vt, Sæuis inter se conuenit vrsis: id est, conuenientia est. Albana autem tempora vocat Fastos, Albanorum tempora continentes. *Factáque Telegoni mœnia celsa manu*] Tusculum dicit à Telegono Circes F & Vlyssis filio conditum. Vnde ait Horatius: Non vt superni villa candens Tusculi Circæa tangat mœnia. Et Silius: Mœnia Laertæ quondam regnata nepoti. Hoc oppidum, vt scribit Strabo, egregiis ornamentis insigne, & vineta olim, & tecta magnifica coronarunt, vbi Telegonus Mamiliam filiam procreauit, à qua, teste Festo, Mamiliorum familia est appellata. Sanè tantam fuisse ordinis

mensium inconstantiam verum existimari potest, cùm regnante Romulo, vt inquit Plutarchus, præ- G ter & rationem & ordinem mensibus vterentur. *Quintum Laurentes, bis quintum Equiculus acer*] Martius apud Laurentes quintum locum, apud Equiculos decimum tenuit. Sunt autem Equiculi populi Sabinis finitimi. Vnde Ancus Martius ius feciale trāstulit, quo ad res repetendas legati vterentur. Hos Naso bis acres, Virgilius horridos vocat. vt: Horrida præcipue cui gens, assuetáque H multo Venatu nemorū, duris Equicula glebis, Armati terram exercent, sempérque recentes Cōuectare iuuat prædas, & viuere rapto. *A tribus hunc primum turba Forensis habet*] Sensus est: Apud Equiculos, qui in foro iudiciali versabantur, quarto loco Martium habuerunt. Sunt qui Romæ seruatum aliquando in rebus iudicialibus eum ordinem velint, quod non placet. Alij per forensem turbam accipiunt quatuor tribus vrbanas, in quas Fabius censor omnem forensem turbam exeretam coniecit, auctore Liuio. Sed melius Marsius, qui à Foris, siue Forulis, quod oppidum in Sabinis fuit, Forenses gentile deducit, id quod & sequentia probant. Et de Forulis etiam Virg. meminit 7. Æneid. Forulósque, & flumen Himellæ. I

PAVL. *Et tamen priores*) Latini scilicet. *Ante omnes*] deos scilicet. *Bellica turba*] qualis est Latina. *Dederat hoc suis studiis*] suæ militari disciplinæ, suæ armorum peritiæ. Sed posset per Hypallagen resolui: quasi sua studia dedere hoc, vt Martem scilicet colerent. *Bellica turba*] Latinæ multitudini bellis assuetæ. *Pallada Cecropidæ*) &c. Quæque externa regio suum habet numen. Latini tamen Martem præ cæteris colunt. Colunt Pallada Athenæ, Creta Dianam, Lemnos Vulcanum, qui Deus est ignis. *Cecropidæ*] Athenienses, à Cecrope rege, qui in Attica regnauit, ante proditum Ilium (vt est testis Eusebius) annis 364. *Colunt Pallada*] Mineruam, de qua paulo superius diximus. Erat enim Athenis in saxo, vt Strabo refert, vetustum Mineruæ Poliadis templum, in quo lucis inextinctæ lychnus erat, & virginum domus, quam Ichnus condidit. Vrbs sacra Palladi, cùm rebus bellicis præsit, & K studiorum disciplinis, quibus Athenæ aliquando principatum obtinuere. Vel quòd certans de vrbis nomine imponendo cum Neptuno, astantibus duodecim diis victrix fuit, vt in Odyssea diximus. *Creta Minoia*] à Minoe primo Iouis & Europæ filio. *Colit Dianam*] Colitur in Creta Diana, cuius templum est in Dictæo monte Cretæ. vnde Dictynna appellata est. Licèt à Callimacho referatur, quod Strabo nō asserere videtur, Britomartem virginem Minois violentiam euasuram, è Dicte fugientem intra dictya, id est, retia piscatorum desiluisse. vnde locum Dictynnam appellauere. Quapropter & alij tradunt secutam pestem in Creta, & ex oraculo habitum, vt ædem Dianæ conderent, & inde Dictynnam appellatam. Creta autem insula à Septentrione, vt Strabo inquit, Ægeo abluitur pelago simul & Cretico: ab Austro abluitur Aphro: ad Occidentē, vt Eustathius ait, Egillā & Cytherā insulas spectat: ad Orientē Carpathon. Dictáque, L referente eodē Eustathio, vt antiqui dicūt, ab habitātibus in eo Curetibus Cureta, & per syncopen Creta. Alij à Crete quodam Iouis filio nuncupatā dicunt. Arrianus autē inquit: Non Creta cognominata est, sed Cres, ab eo qui Iouē abscōdit in monte Dictæo, quādo Saturnus inquirebat eum, perdere volens. Archias autem Creetem illam nominauit, adiectione literæ e. *Tellus Hypsipylea*] hoc est, Lemnos insula, ab Hypsipyle Thoantis filia, quæ in ea regnauit. Est enim in Ægeo mari, ab Oriente Troiam, ab occasu Athon spectās, à Borea

A Thraciam: ab Austro, sed longo tractu, Cretæ est opposita. In hac aliquando fuere nostræ deliciæ. *Colit Vulcanum* Idē asserit Eustathius: Colitur in ea Vulcanus, tertius Iouis & Iunone natus. Quatuor enim fuere Vulcani. Primus cœlo natus, alter Nilo, qui dictus est Opas, quem regno Ægyptij præfecerant, cui etiam inuentio ignis ascribitur. Tertius, de quo hic agimus, Iouis & Iunonis filius, qui Lemni fabricæ præfuisse dicitur. Quartus, qui tenuit insulas prope Æoliā. De his etiam in Odyssea diximus. *Iunonem Sparte*] &c. Spartani & Mycenæi ante alios deos Iunonem colebant, & Arcadia Faunum. *Sparte*] colit scilicet, Iunonem. Sparta vel Sparte dicimus, eadem quæ & Lacedæmon in Laconia. Taygeto monti subiectam, vt Strabo loquit. Sed cur Spartani dicti, Trogus lib. 3. docet: Qui fuere nati ex eo promiscuo cōcubitu, ob notam materni pudoris ita vocati sunt. *Et Mycenæ Pelopeiades*] à Pelope: tum quòd fuit in Peloponneso,

B tum quòd ea regia Pelopidarum. Mycenas enim, vt Strabo refert, Perseus condidit, cui Sthenelus successit in regno. Hę post Argos ampliora susceperunt incrementa, propter commigrantes in eas Pelopidas. Nam cùm omnes ad Atrei filios consisterent, Agamemnon grandior natu regnum adeptus, virtute duce, comite fortuna, regionis possessionem ampliauit. Ob hoc igitur, Pelopeiades Mycenæ: quas inter, & Argos (nam illæ inter se distant 50 stad.) erat templum Iunonis, ambabus vrbibus commune, in quo Polycleti simulacra artis laude omnium præstantissima. *Ora Mænalis*] Arcadia, à Mænalo monte, vt superius dictum est. *Colit caput pinigerum Fauni*] Faunum ipsum pinu coronatum, de quo in primo & secundo libro diximus. Sicut cætera loca habent

C sua peculiaria numina, ita numen Martis peculiare erat Romanis, propter præstantiam rei militaris. *Mars erat venerandus*] summa cum veneratione colendus. *Latio*] in Latio à Romanis. *Quia præsidet armis*] nam in sua potestate sunt arma, & bellis præest. *Arma dabant feræ genti*] populo Romano feroci in bello. *Et rem*] hoc est, imperium. *Et decus*] ornamentum & gloriam. Et est enthymema à consequenti. Mars præest armis, & illi armis cæteris præstant, ergo colere debent Martem, qui illis fauet. Non modò Romani, sed alij quoque Latini nominis populi, etiam aliqui ex Hetruscis mensem Martium habebant, vt in eorum Fastis videre licet. Verùm postea Romano imperio succumbentes, vt leges à Romanis, ita & anni quoque ordinem accepere. *Quòd si fortè vacat*] si fortè vacuum est tibi tempus ab alijs curis. *Inspice Fastos*] Fastorum libros. *Peregrinos*] Non intelligas

D Græcos aut Barbaros, sed aliarum vrbium in Italia, quoniā Italorum in eorum subiecit exempla. *Erit in his*] Fastorum libris peregrinis. *Erit mensis nomine Martis*] erit inscriptus Martius mensis. Albani cùm annum decem mensium haberent, habent & ipsi mensem Marti dicatum, eúmque tertio loco numerabant: Phalisci autem quinto, Hernici sexto, Aricini verò & Tusculani eodem loco habebant, quo Albani. *Tertius Albanis*] Mensis Martius erat tertius in ordine anni ab Ascanio instituti in Alba, quæ ab eo condita est. Ita

G enim in Fastorum libris, & annalibus eorum constare dicebatur. *Ille*] Martius. *Fuit quintus*] quinto loco. *Phaliscūm*] anno Phaliscorum, de quibus in primo diximus, qui sunt in Hetruria, non tamen ab vrbe multum distantes: habentque originem ab Halæso, quem alij filium, alij aurigam Agamemnonis dixere. *O Hernica terra*] fuit sextus apud populos tuos. Hernici populi sexto loco Martium numerabant. Via Latina sunt Hernici, in quibus est Anagnia vrbs olim insignis, vt Strabo ait. Et Virg. Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit. Hi autem oriundi sunt à Pelasgis, & appellati ita à Pelasgo quodā duce suo, qui Hernicus nominabatur, cuius rei meminit Theodosius. Idem etiā Iulius Higinius non paucis verbis probat. *Et constat inter Aricinos, & Albana tempora*] &c. conuenit idem ordo mensis inter Albanos, Aricinos, & Tusculanos. Eundem enim ordinem seruare, quoad stetit Alba. Ideo dixit, Albana tempora,

H quia ab Ascanio ad Tullum Hostiliū, qui eam subegit pugna trigemina victor, & diruit. Aricini autem ab Aricia, non longè ab Alba: quā alij ab Hippolyto, vbi reuixit, alij ab Oreste, alij ab Archilo Siculo ædificatam volunt. *Telegoni*] Telegonus Vlyssis ex Circe filius, à quo Tusculum conditum aiunt. inde Tusculani. Laurentes quinto loco, & Equiculi decimo loco Martiū numerabāt, Forenses verò quarto. *Laurentes*] à Laurēto oppido, vbi regia Latini fuit. *Habent quinti*] quinto loco. nā quintus eorū mēsis appellatur. *Equiculus acer*] fortis. *Habet hunc quintum*] hoc est decimū: nā decimo loco Martium mensem habebant. Equi & Equiculi sunt inter Marsos & Sabinos, vtrisque finitimi. Et Alba erat equorū caput. & in Equiculis primæ vrbes sunt Clyterū & Carseoli. *Turba forensis habet hunc*] mensem Martium. *Primum à*

I *tribus*] primo loco post tres menses. & sic erat quartus in ordine. Fori prope Reate in Sabinis. Inde Forenses postea dicti fuere Foruli, & eos quoque Strabo Sabinorū esse ait. Verùm cùm subsequenter Sabinorum meminerit, putāt aliqui melius dicendum, *Turba Ferensis*] hoc est, Ferentini, à Ferentino oppido, quod Strabo via Latina ponit, & est in ipsis Hernicis. Sabini & Pelignai quarto loco Martium habebant.

Et tibi cum proauis miles Peligne Sabinis
Conuenit, huic genti quartus vtrique deus.
Romulus hoc omnes vt vinceret ordine saltem,
Sanguinis autori tempora prima dedit.
Nec totidem veteres, quot nunc habuere calendas:
Ille minor geminis mensibus annus erat.
Nondum tradiderat victas victoribus artes
Gracia, facundum, sed male forte genus.
Qui bene pugnabat, Romanam nouerat artem:
Mittere qui poterat tela, disertus erat.

ANTON. *Et tibi cum proauis*] &c. Sabinis ac Pelignis conuenit, id est, conueniētia est, quòd vtraque gens quarto loco deum Martem, id est, Martium habent. Vocat autem Sabinos proauos Pelignorū, quia sunt qui Pelignos Samnitibus tribuunt. Et Samnites nouimus, teste Aulo Gellio, à Sabinis ortos, gēte antiquissima, vt autor est Strabo. à qua, vt idem inquit, Picentini Samnitésque in colonias

E deducti sunt. Eadem gēs simplicitate ac bonitate omnes superauit, à religione ac deorū cultu Seuina appellata, vt Plinius scribit. Cæterùm, vt ait Festus, Peligni ea Illyrico orti sunt. Inde enim profecti, ductu Volsci regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiæ occuparunt. Eius nepos Pelicus fuit, à quo Peligni nomen acceperunt. Sciendum, proaui vocabulum non semper accipi pro eo qui prope auum est: nā maiores sępe & auos, & proauos, & atauos appellamus. *Ordine saltem*] quia dicetur, Mēsis in his etiam nomine Martis erit. Ergo si non mēsis denominatione, ordine sine dubio reliqui à Romulo victi sunt, à quo Martius primo loco constitutus est. *Calendas*] A parte totum accipimus hoc est, menses, qui decem tantùm (vt diximus) fuere sub Romulo. *Nōdum tradiderat*] &c. Non mirum, si Romulus annum suum

F solis cursui accommodare nesciuit, quia Romani nondum à Græcis Astrologiam acceperant, quos postea domuerunt. *Facundum sed malè forte genus*] Eusebius autor est, apud barbaras nationes, quas fœcunditate agrorum excellere videmus, rarò nasci homines ingenio excellentes. Vnde vt alimentis quidam abundant, ita & hominibus carere videntur. Contrà verò Græcia, quæ sine cultu nihil producit, homines generate cœlestes atque diuinos, & ad omnem scientiam natos, deditósque (vt inquit Macrobius) ocio sapientiæ. Itaque inde omnis literarū claritas effulsit, teste Plinio. Quoniam vt scripsit

K Heraclitus, vbi aër siccior est, ibi anima prudentior. Eadem tamen gens, autore Liuio, lingua magis strenua est, quàm factis ferox. Cicero in 1. Tusculan. Quæst. Græci autem homines non satis animosi, sed prudentes, vt est captus hominum, satis hostem aspicere non possunt. Illud nobis molestius est, quod scribit Plinius, qui vbi ait, Græcos vsum olei ad luxuriam vertere, eos vocat vitiorum omnium genitores. *Disertus erat*] tanti habebatur quanti habetur hodie qui disertus est. Sed reuera disertus est minus quàm eloquens. vt, Fœcundi calices quem non fecere disertum

L

PAVL. *O miles Peligne conuenit tibi*] hic mensis scilicet. *Cum proauis Sabinis*] quia eodem loco numeras tu Martium, quo Sabini. *Quartus deus*] Martius quartus anni mensis. *Fuit huic vtrique genti*] Sabinis, & Pelignis, quos Sabinorū pronepotes ostendit Poëta. Verùm Pompeius refert, habuisse originem ab Illyrico, ductu Volsinij regis, cui cognomen fuit Lucullo. cuius nepotes fuere Pacinius, à quo Pacinates: & Pelicus, à quo Peligni. Horum olim metropolis erat Corphinium, nunc est Sulmo. Sunt enim Peligni Marsis finitimi. Cùm aduerteret Romulus, omnibus his populis, quos retulimus, esse Martium mensem à Marte denominatū, eundem accepit & ipse, deditque Marti in anno à se constituto primum locum. *Romulus dedit prima tempora*] primum mensem. *Autori sanguinis*] Marti

patri, vt diximus in principio operis. *Vt vicerat hos omnes*] populos. *Saltem ordine*] quia cùm alij alio loco haberent Martium, Romulus primo constituit. Quod à principio diximus, cùm annum alij aliter obseruarent, Romulus suum decem mensium constituit. Sic enim minor duobus mensibus, qui fuerit annus ad solis cursum redactus. *Nec veteres habuere totidem calendas*] tot menses. Principia mensium pro ipsis mensibus posuit. *Quot nunc*] quot calendæ, aut quot menses nunc habentur. *Ille annus*] veterum scilicet. *Erat minor mensibus geminis*] duobus. nam ille decem, & hic duodecim est. *Nondum tradiderat*] &c. Ideo veteres Romani habuerant annum decem mensium, quia nondum in Græciam traiecerant, vnde scientias reportassent, præsertim Astrologiam, vt ad siderum obseruationem eiusdem annus redigeretur. Sed erant aliæ artes Romanis nam præstantia rei militaris, qua cæteros superabant. *Nondum Græcia*) quæ fuit doctrinarũ parens. Vnde dictũ est: Disciplinarum genitrix venerãda bonarũ. *Tradiderat artes victas victoribus*] quia nondum victa fuerat à Romanis, qui eam postea & totum orbẽ vicere. Verùm arx Græciæ erat Peloponesus, & Peloponesi caput erat Corinthus, ideo eam vrbẽ totius Græciæ lumen vocat Cicero. Vbi cùm iniuriosius legati tractati essent, Romani duce L. Mummio eam vrbem funditus euerterunt. Aliqui legunt, Victas artes, artes victorum, quia eas à Græcis victis nondum acceperant. *Facundum genus sed malè forte*] quasi Græcia, quæ eloquentiæ, & aliarum artium laude præstaret: non autem animi fortitudine, qua in militia excelleret. *Malè*] in compositione significat negationem, vt malè sanus, pro insanus: malè fortis, non fortis. *Qui bene pugnabat*] qui strenuus erat in bello. *Nouerat artem Romanam*] cum Romanis essent vires, & animi robor, & scientia rei militaris. *Qui poterat mittere pila*] qui erat excellens pili, hoc est, teli Romani iaculator. *Erat disertus*) erat facundus, siue eloquens. Verùm plus est eloquens quàm disertus. Nam & M. Antonius apud Ciceronem ait, à se disertos visos esse multos, eloquentem autem neminem. Quod Fabi' ita exponit: Disertos putat dicere quæ oporteat, ornatè autem dicere, proprium esse eloquẽtissimi, & reliqua.

Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas
Senserat? aut geminos esse sub axe polos?
Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur
Sidonijs, Helicen Graia carina notet?
Signáque quæ longo frater percenseat anno,
Ire per hæc vno mense sororis equos?
Libera currebant, non obseruata per annum
Sidera: constabat sed tamen esse deos.
Non illi cælo labentia signa tenebant,
Sed sua, quæ magnum perdere crimen erat.
Illa quidem fœno: sed erat reuerentia fœno,
Quantam non aquilas cernis habere tuas.

ANTON. *Atlanteas*] Pleiones & Atlantis filias, de quibus alibi. *Sub axe*] Axis interdum est linea, quæ ab vno mundi polo in alterum tendit. sed habet & alias significationes. Lege Festum. *Cynosura*] Dentius Vulcani filius Cynosuram & Helicen genuit, vt quidam volunt. Quæ cùm Iouem in Ida nutriissent, eo merito in cœlum relatæ sunt. Illa vrsa minor, hæc maior dicitur. quarum prior in nauigatione obseruatur à Phœnicibus, posterior Græcis inseruit. vt: Sidonijs Cynosura regit fidissima nautis. &: Graiis Helice seruanda magistris. Naso in 4. Trist. Magna minórq; feræ, quarũ regis altera Graias Altera Sidonias, vtraque sicca, rates. De his lege Germanicum in carmine Arateo. Lege & Higinum. Nobis, vbi opus non est, omnes fabulas referre non placet. Significat autem Cynosura canis caudã. *Sororis equos*] Lunæ, quæ vocatur à Plinio sidus nouissimum, terrisq; familiarissimum & cùm sit proxima cardini, minimo ambitu 12. signa zodiaci, quæ sol anno vicenis diebus, septenisq; & tertia diei parte percurrit, ac deinde remorata in coitu solis biduo, cùm tardissime à trigesima luce rursus ad easdem vices exit. *Libera currebant*] nondum à nobis ita obseruata, vt ferrent quandam speciem seruitutis, vti nunc ferre videntur. Legimus enim suprà, Æthereáque ingenio supposuere suo. *Sed sua*] non cœlestia signa, sed sua, id est, signa militaria, siue vexilla. *Illa quidem fœno*] &c. Pauper sub Romulo Romanus exercitus hastis manipulos alligabat, quibus pro signis vtebatur. Vnde signiferi manipuli dicti sunt, autore Seruio. Hinc Donatus: Romani, inquit, & Latini cùm sub nouo centurione bellum aggressuri deputabantur, sertum sibi, vel coronam ex manipulo herbę cõficiebant, quem pro signo sequebantur. vnde manipulus militum nomen accepit. Hunc Varro esse inquit exercitus minimam manum, quæ vnum sequitur signum. Eam Flauius Vegetius contuberniam vocat, docens manipulum decem aliquando militibus constitisse: & sic dictum, quòd coniunctis manibus pariter dimicabant. Ælianus autem in libro, quem de instruendis aciebus scripsit ad Adrianum Imp. duas inquit centurias manipulum constituere. cui Aulus Gellius astipulatur, docens fuisse in legione centurias sexaginta, cohortes decem, manipulos triginta. Quamuis sub Romulo, initio eius regni, vt Plutarchus autor est, legio tria tantùm millia peditum, & trecentos equites habuit: quæ postea ita excreuit, vt sex millibus hominum constiterit, teste Vegetio, quibus etiam interdum aliqua fiebat accessio. Ideo verum est quod quidam docent, varietatem durum accessu temporis mutasse militiæ disciplinã. Festus scribit, sex millium & ducentorum hominum primùm C. Marium legionem descripsisse, cùm antea quatuor millium fuisset, vnde etiam quadrata vocabatur. Non videtur omittendum hoc loco, quod legimus apud Liuium, de manipulis, ac militum ordine. Quod, inquit, antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse, postremò in plures ordines instruebantur. ordo enim sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Prima acies hastati erant manipuli quindecim, distantes inter se modicũ spacium. manipulus leuis vicenos milites, aliã turbã scutatorum habebat. Leues autem, qui hastam tãtùm gesaq; gererẽt, vocabãtur. Hæc prima frõs in acie florem iuuenum pubescentium ad militiã habebat. Robustior deinde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes insignibus maximè armis. Hoc triginta manipulorum agmen Antepilanos appellabant: quia sub signis iam alij quindecim ordines locabãtur, ex quibus ordo vnusquisq; tres partes habebat. earũ vnamquamq; primum pilũ vocabant. Tribus ex vexillis cõstabat. Vexillum 183. homines erant. primum vexillum triarios ducebat, veteranũ militem spectatæ virtutis. Secundũ rorarios, minus robore, ætate factisq; Tertium accensos, minimæ fiduciæ manũ: eo & in postremã aciem reijciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primùm pugnã inibant. *Quantam non*] &c. C. Marius has aues Romanis legionibus in secundo cõsulatu suo propriè dicauit, teste Plinio: qui etiam scribit, penetrasse aliquando in castra gratiam vnguentorũ, ita vt aquilæ ac signa puluerulenta festis diebus inungerentur. Vt autem aquilæ signa militum comitarentur, à fœlici augurio natum est, autore Seruio, quòd Iupiter ad bellum egrediẽs aduersus Saturnum, viso aquilæ augurio sit victoriã cõsequutus. Fuit & inter signa militaria porci effigies, quintum locum obtinens: quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæsa porca fœdus firmare solebant. Item effigies Minotauri (vt alia præteream) quoniã non minus occulta esse debẽt ducũ consilia, quàm fuit eius domiciliũ labyrinthus.

PAVL. *Quis tunc*] &c. Nondum Romæ habebatur vlla astrologicæ disciplinæ ratio, sic nec astrorum cursus obseruatus: quia nondum penetrauerant in Græciam Latini, nec in Phœniciam, aut in Ægyptum: cùm Ægyptij seu Assyrij primi cœlum obseruauerint, à quibus mercatorum & nautarum cõmercio accepere Phœnices, & ab his Græci. Cúmque ad hos populos nondum necessissent, percipere cœli rationem minimè potuerunt. Sola ea erat Romanorum cura, vt tenerent sua signa, & illa tuerentur: signa autem cœlestia non intelligebant. *Quis tunc*] eo tempore, quo condita est vrbs. *Senserat Hyadas*] cognouerat suculas. *Aut Pleiadas Atlanteas*] Atlantis ex Pleione filias. Videtur hoc dicere, Quis obseruauerat sidera aut verna aut hyemalia? Hyades enim ortu hyemem referunt, Pleiades verò oriuntur in vere, inde Vergiliæ dictæ. Hyades quinque stellæ sunt in fronte Tauri, quæ fuere Atlantis ex Æthra filiæ, notequam ex iisdem parẽtibus nasceretur Hyas, à quo Musæus Hyades vocari dicit. Cicero verò ab ὕειν, quod est pluere, quia pluuiæ sunt, dici voluit. Pleiades septem fuere. De his diximus in principio sequentis libri. *Aut quis senserat esse duos polos sub axe*] polum arcticum & antarcticum axem sustinentes. Et axis pro ipso polo ponitur interdum. De quo Pompeius: Axis, inquit, quem Græci ἄξων vocant, plures habet significationes. nam pars cœli septentrionalis, & stipes teres, circa quem

A tota vertitur, & tabula sectilis, axis appellatur. Poli duo sunt, borealis & australis. Borealis altissimus est his qui sunt in nostro hemisphærio, australis imus & depressus, & qui à nobis videri non possit. Vnde Virg. primùm de boreali, hoc est, de arctico polo: deinde de australi, hoc est, antarctico loquēs, ait: Hic vertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi. *Quo senserat esse duas arctos*] vrsam maiorem & minorem, de quibus superiore libro diximus. *Quarum*] arctorum seu vrsarum. *Sidonis*] hoc est, à Phœnicibus, à Sidone vrbe. *Petatur Cynosura*] hoc est, minor vrsa, ad cuius obseruationem Phœnices nauigant. *Graia carina*] per Metonymiam, hoc est, Græcus nauta. *Notat Helicen*] hoc est, maiorem vrsam, ad cuius obseruationem Græci nauigant. Hæc enim sidera à nautis obseruabantur. De quo in 8 Pharsaliæ: Signiferi quæcunque fluunt

B labentia cœlo, Nunquam stante polo, miseros fallentia nautas Sidera non sequimur: sed qui non mergitur vndis, Axis inoccidnus, gemina clarissimus arcto, Ille regit puppes. hic cùm mihi sēper in altū Surget, & instabit summis minor vrsa Cheruchis, Bosphorū, & Scythiæ curuantē littora pontū Spectamus, quicquid spectam ab arbore sūma, Arctophylax, propiórque mari Cynosura feretur. In Syriæ portus tēdat ratis inde, Canopos Excipit australi cœlo contenta vagari Stella timens Borean. illa quoque perge sinistra Trans Pharon, in medio tangit ratis æquore Syrtin. Ex his constet, Phœnices obseruare minorem vrsam, quam primus omnium obseruasse Lycurgus Phœnix traditur. Græci Helicen sequuntur. Vnde Flaccus: Grais Helice seruanda magistris. Ponitúrque Helice pro maiore vrsa, ab Helice oppido, in quo nata Calysto ab Higino fertur, quę in ipsam maiorem vrsam ver-

C sa est. Cynosuram autem volunt aliqui (vt Higinus meminit) fuisse vnam è nutricibus Iouis, appositamque plaustro, & pro minore vrsa accipitur. *Et quæ senserat signa*] duodecim illa signa, quæ sunt in zodiaco. *Quæ percenseat*] enumeret. *Frater*] Sol. *Longo anno*] anno solari, qui constat ex duodecim mēsibus, quibus duodecim illa signa sol permeat. nam in vnoquoq; signo mensem vnum absumit. *Quos senserat equos sororis*] Lunæ. *Ire per hæc*] omnia duodecim signa. *Vno mense*] nam spacium signorum per zodiacum, quod sol duodecim mensibus decurrit, luna singulis mensibus conficit. *Sidera currebāt libera*] quasi nondum Latinorum obseruatione percepta. *Non obseruata per annum*] & ob id libera, quia non obseruata pro anni ratione. *Sed tamen*

G *constabat esse deos*] qui sideribus nomina dederant: non tamen intelligebant siderum rationem. *Illi*] conditores vrbis: aut ipsi veteres. *Non tenebant*] non intelligebant. *Signa labentia cœlo*] rationem occasus siderum, sic nec ortus. *Sed sua*] tenebant quæ tum sui iuris erant, tenebant sua signa, quibus in bellum prodibant. *Quæ signa perdere erat magnum crimen*] nam pro magno scelere habebatur, deserere signa Romana, aut hosti concedere. Sed quæ signa erant, mox dicemus. *Illa quidem fœno*] &c. Prima Romanorū signa fuere fœni manipuli, vnde manipulares milites dicti. quod ab occupatione Albæ sumpsit initium. De quo Plutarchus, cùm scribit Romulum cum pastoribus in Amulium irruentem, & Albam ingressum: Consedere, inquit, in inferiore ciuitatis loco, cùm iam intromissi essent, & partem ipsius plurimam

H occupassent, veruti longis armati, fasciculo stipularum adiuncto, quos Latini manipulos vocāt. Vnde & nunc in exercitu pedites ab his manipularij appellantur. Hæc ille. Verùm postea signa Romanorum fuere aquilæ, lupi, leones, apri, minotauri, boues. *Illa quidem*] signa scilicet. *Fœno*] ex fœno erant. *Sed erat reuerentia fœni*] nam omnes fœnum, quod pro vexillo ferebant, reuerebantur non secus ac posteri aquilas. *Quantam*] tanta erat fœno reuerentia. *Quantam cernis*] vides ô Germanice. *Habere nunc aquilas tuas*] quas tu fers in exercitu. Aquila enim erat, quæ legionem præcedebat, & vnaquæque legio ferebat aquilam.

Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Vnde maniplaris nomina miles habet.
Ergo animi indociles, & adhuc ratione carentes,
Mensibus egerunt lustra minora decem.
Annus erat, decimum cùm luna receperat orbem,
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus:
Seu quia bisquino fœmina mense parit.
Seu quòd ad vsque decem numero crescente venitur,
Principium spacijs sumitur inde nouis.
Inde pares centum denos secreuit in orbes
Romulus, hastatos instituitque decem:

ANTON. *Maniplaris*] manipularis, à fœni manipulis. figuratè dictum, versus gratia. *Mensibus egerunt*] &c. constituerunt annū decem mensium. Vnde consequens est, vt lustrū, id est, quinquenniū eius temporis minus sit nostro mensibus decem: cū hoc cōstet mensibus XL.

D illud L. *Seu quòd*] &c. Denarius numerus in honore fuit, non solùm quia decem digiti sunt in hominum manibus, & fœminæ decimo mense pariunt, sed quia is primus limes dicitur numerorum. *Inde pares centum denos secreuit in orbes Romulus*] Ex obseruatione denarij numeri factum est, vt non modò annus à Romulo in decem menses fuerit distributus, sed etiam centuriæ militum in decurias. Sanè Curiæ quæ sub Romulo triginta fuerunt, singulæ decē equites dederunt. Vnde Romulus tres equitum cēturias habuit, & qui denis equitibus præerant, Decuriones dicebantur,

E autore Festo. quod & Varro confirmat his verbis: Primi singularum decuriarum decuriones dicti. quo nomine etiā aliquando vocabatur, qui turmæ duorum & triginta equitū præerat. Significat tamen & aliud decurionis nomen. quod intactum relinquimus, cùm Laurentius Valla temporibus nostris ea de re non pauca tradiderit in Elegantijs suis. Cæterùm non belli solùm, sed domi centuriæ aliquando in decurias distributæ sunt. Liuius: Rem inter se centum patres decem decurijs factis, singulisque in singulas decurias creatis, qui summæ rerum præessent, consociant. De decurijs Columella: Mediastinæ inquit classes nō maiores quàm denum hominum faciendæ, quas decurias appellauerunt antiqui. Est autem ordo: Romulus secreuit centum in denos orbes pares. Quod si trium centuriarum equitum diuisionē acceperis, ordo erit: Secreuit centum pares in denos orbes. Sed placet superior expositio. *Hastatos instituitque decem*]

F non est existimandum, decem tantùm hastatos fuisse sub Romulo. quo regnante, antequam Tatius humanis rebus cederet, Plutarchus autor est legionem ad sex millia peditum & sexcētos equites excreuisse. Romulum ergo dicit hastatorum centurias in decurias discreuisse, quemadmodum & principum pilanorúmque. Est igitur asseueratio eius sententiæ, pares centum denos secreuit in orbes. Legimus, maiores nostros cohortes in centurias, & centurias in contubernia diuisisse: vt decem militibus, sub vno papilione degenti-

I bus, vnus præesset decanus, qui caput contubernij dicebatur, vt Vegetio placet: qui etiam inquit hastatos olim in acie secunda pugnasse, vt in prima principes: in tertia, qui & triarij vocabantur. Alij aliter scribunt. verum enim est quod diximus, mutari militiæ disciplinam. Hastati verò dicti sunt, vt Varro scribit, quòd hastis pugnarent: vt pilani, quòd pilis. quæ tela erant ferro subtili trigono præfixa, pedalique, siue vnciarum nouem. Principes verò (vt idem inquit) à principio gladijs pugnauerunt: qui postea commutata re militari, mi-

K nus illustres fuere. Ab his & principia in castris, & principalem portam dictam existimant, cuius meminit Festus. Sanè Ælianus bellatores qui pedibus suis in terra nituntur, in tres partes diuidit, armatos, peltatos, velites: quorum armatos grauem, peltatos ac velites leuem armaturam inquit appellari. Ex equitibus autem qui in turmas diuidi consueuerunt, alios esse docet cataphractos, qui toti armis teguntur: alios ferentarios, qui arcu vel iaculis solent eminus dimicare: alios hastatos, qui manus conserunt, & hasta cominus decertant: quorum alios scutum gerere, & scutatos dici: alios tradit sine scuto hasta pugnare, quos inquit & hastatos & contatos vocari. Idem etiam docet, nullam hastam sumi oportere decem cubitis breuiorem.

L PAVL. *Pertica longa*] non enim erat hasta expolita, sed rudis pertica, velut ea nemore erat auulsa. *Portabat manipulos*] suspēsos, manipulū fœni. *Inde*] ab his fœni manipulis. *Miles maniplaris*] pro manipularis. *Habet nomina*] quia inde manipulanj dicti sunt. Et Varro inquit: Manipulos exercitus minimas manus, quæ vnū sequuntur signū. *Ergo*] &c. Vt concludat, simplicitate quadam, & siderum imperitia, annus tātummodo decem mensium constitutus est. *Ergo animi indociles*] qui nihil discere poterant. *Et adhuc carentes ratione*] pro rationibus, id est, rerum causis, quas ignorabant. *Egerunt*] cōstituerunt. *Lustra minora decē mensibus*] nā vt minores anni, ita minora lustra. Lustrū enim cùm sit spacium quinque annorum, vt superius ostendimus, & annus consta-

tet ex decem mensibus, continebat tantummodo illud 50. menses. Et cùm computarent annus ex 12. mensibus, lustrum constabit ex 60. sic eo tempore 10. mensib. erat minus. licèt post Romulum à Tullo Hostilio lustrum fuerit institutum. Sed per hæc verba poëta voluit ostendere, anno naturali duos menses à principio defuisse. *Annus erat*] Decimo quoque lunæ peracto cursu, ciuilem tunc annum computabant, ex eo quòd denarius numerus perfectus sit, & in honore erat: vel quia 10. digitos continebant hominum manus, vel quòd decimo mense parit fœmina: vel quia cùm numeramus, ad decimum vsque ascendimus. *Erat annus, cum luna receperat orbem decimum*] cùm decies in rotunditatem se repleuit. *Hic numerus*] denarius scilicet. *Erat tunc*] Romuli tempore. *In magno honore*] & quia perfectior numerus. *Seu quia tot digiti sunt*] s. in hominum manibus *Per quos solemus numerare*] plerunque enim digitis numeros computamus. *Seu quia fœmina parit bisqueno*] hoc est, decimo mense, de qua plura circa principium primi libri diximus. *Seu quòd*] Venimus vsq; ad decimum, numero crescente cùm numeramus, ascendimus vsque ad decem, postea resumitur primus numerus decimo additus, vt decem, postea vndecim, viginti, postea viginti vnum: sic de reliquis. *Inde*] à decem. *Sumitur principium numeri*] scilicet quod est illud vnum. *Noui spacij*] per quæ numeramus. *Inde pares*] Non modò in anni computatione seruatus est denarius numerus, sed etiam in militia, cùm centurias, hastatos principes, pilanos equites, & omnes ordines denario numero diuisit. Quod vt facilius intelligatur, ordinem aciei referemus, qui postea seruatus est. in plures ordines instruebãtur. ordo enim sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Leues autem, qui hastam tantùm, gesaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas, totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maximè armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur. Ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat, earum vnamquamq; primum pilum vocabant. tribus ex vexillis constabat. Vexillum, centum & octoginta tres homines erant. Primum vexillum, triarios ducebat, veteranum militem spectatæ virtutis: secundum, rorarios, minus roboris ætate, factisq;: tertium, accensos, minimæ fiduciæ manu: eo & in postremam aciem reiiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omniũ primùm pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent: pede presso, eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebãt. Tum principum pugna erat: hastati sequebantur. triarij sub vexillis considebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas sub erecta cuspide in terra fixas, haud secus, quàm vallo septa inhorreret acies, tenẽtes. Si apud principes quoque haud satis prosperè esses pugnatum à prima acie, ad triarios sensim referebantur. Inde rem ad triarios rediisse, cùm laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgentes, vbi in interualla ordinũ suorum principes & hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias, vnóq; continente agmine. Iam nulla spe pòst relicta, in hostes incidebant. id erat formidolosissimum hosti, cùm veluti victos insequuti, nouam repentè aciem exurgentem, auctam numero cernebant. Hæc ex Liu. octauo primæ Deca. libro. *Inde*] ex ea ratione denarij numeri. *Romulus secreuit*] diuisit. *Centum*] centurias ipsas: quæ, vt Varro inquit, sub vno centurione sunt: quarũ cẽtenarius iustus numerus *In denos orbes pares*] in decem æquas circũnumerationes: nã denario numero diuisit. *Et instituit decem hastatos*] quo denario quoque numero diuisit. nam in singulis ordinibus decem erant: & postea ad sexagenos auctus est numerus. Hastati, vt Varro inquit, dicti, qui primi hastis pugnabant.

> *Et totidem princeps, totidem pilanus habebat*
> *Corpora: legitimo quisque merebat equo.*
> *Quinetiam partes totidem Titiensibus ille,*
> *Quósque vocant Ramnes, Luceribúsque dedit.*
> *Assuetos igitur numeros seruauit in anno,*
> *Hoc luget spacio fœmina mæsta virum:*
> *Neu dubites primæ fuerint quin ante calendæ*
> *Martis: ad hæc animum signa referre potes.*
> *Laurea flaminibus, quæ toto perstitit anno,*
> *Tollitur, & frondes sunt in honore nouæ.*
> *Ianua tunc regis posita viret arbore Phœbi.*
> *Ante tuas itidem curia prisca fores.*

ANTON. *Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora*] Principum ac pilanorum decani præfecti contubernijs, siue manipulis, totidem, hoc est, decem militibus præerant: & decuriones, decani, duces, primi ac præstites dicebantur, vt autor est Ælianus, qui tradit vltimũ in decuria, tergiductorẽ appellari. Neq; enim placet hoc loco, vt per principẽ accipias primæ cohortis centurionem. Lege Vegetium, ne tibi omnia recitem. Laurẽtius Valla docet primipilum, qui primipilatum gerit: primipilarem verò, qui gessit, nuncupari. Liuius de primipilo: Centurio erat, quem nunc primipilum appellant. *Legitimo*] non strigoso, sed quali legitimum equitem vehi oportebat ne à censoribus notaretur. Diximus suprà, equites quoque fuisse in decurias distributos. *Quin etiam partes totidẽ Titiensibus ille, Quósque vocant Ramnes, Luceribusque dedit*) Constat tres partes populi Romani fuisse sub Romulo, quas tribus dixerunt: vnam Titiensiũ, à T. Tatio duce Sabinorũ appellatam: aliam Ramnensium, à Romulo: tertiam Lucerum, quorum nominis & originis causa incerta est, vt Liuius scribit. quamuis Festus Luceres doceat appellatos à Lucero Ardeæ rege, qui Romulo aduersus Tatium bellanti auxilio fuit. Varro autem à Lucumonibus, quòd quidam id vocabulum Thuscum existimauerint. Ferunt enim Romulum (vt scribit Seruius) dimicantem contra T. Tatium, à Lucumonibus auxilia postulasse. Vnde quidam venit cum exercitu, cui iam recepto T. Tatio pars vrbis data est, à quo in vrbe Thuscus vicus nomen accepit. Thuscia enim, vt idem inquit, duodecim Lucumones habuit, id est, reges: vt, Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Plutarchus verò, à luco asyli, Luceres dictos putat, in quem multi fuga delati, ciuitate donati sunt. Has tribus tres fuisse nomẽ ipsum declarat, à quibus tribuni dicti. Vnaquæque autem tribus decem continuit curias autore Plutarcho, vnde origo fuit turmæ dictæ, quòd ter deni equites è tribus tribubus darentur, autoribus Festo & Varrone. Sciendum, Titiensem tribum quam plerique non rectè Tatiensem dicunt, à T. Tatij prænomine appellatam esse autore Festo: cuius locum deprauatum inueni, secundum quem ea tribus Titiensia dicenda est, non Tatiensis. Illud quoque non ignorandum, quod admonet Columella, multiplicatas tribus nomen pristinum retinere: sicut Centuria à centum iugeribus vocata, vt idem inquit: mox duplicata, idem nomen retinuit. Vnde ait Festus, Centuriam in agris significare ducenta iugera: in re militari, centum homines. Idem Romæ inquit triginta quinque tribus curias appellari. *Hoc luget spacio*]&c. Numa Pompilius lugendi modũ statuit, autore Plutarcho, voluitq; puerũ non lugeri citra trimatum. licere autẽ natu grandiores lugere tot mensibus, quot annos vixissent ad decẽ vsq;: prolixiore verò fieri ætatẽ lugere nullam, sed longissimum luctus tempus esse mensiũ decem. *Frondes sunt in honore nouæ*] Ingrediẽte Martio (vt inquit Macrob.) in regia curiisq; atq; flaminum domibus laureę veteres nouis laureis mutabãtur. *Ianua tunc*]&c. Domus regis sacrorũ, quẽ & regẽ sacrificulũ vocant, calendis Martiis ornari noua lauro cõsueuit, quæ arbor est Phœbi. *Curia prisca*] De hac Varro: Curiæ, inquit, duorũ generũ, vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt Curiæ veteres: & vbi senatus, humanas: vt curia Hostilia. quam primus ædificauit Hostilius rex ante hanc Rostra.

PAVL. *Et totidem corpora habebat princeps*) hoc est, principũ numerus continebat decem milites. nam & denario numero diuisi principes: qui, vt ostendit Varro, à principio gladiis pugnabant: & pòst cõmutata re militari, minus illustria sunt. *Totidem corpora habebat pilanus*] nã & pilanorum numerus, in denos quoque diuidebatur. *Pilani*] qui pilis pugnabant. Verùm, vt Varro inquit, pilani triarij quoque dicti, quòd in acie triario ordine, extremis subsidio deponebantur, quòd hi subsidebant. ab eo subsidium dictũ, à quo Plaut. Agite, nunc subsidite omnes, quasi solent triarij. *Et quisque*] & ille qui. *Merebat*] militabat. Sed merere, sine diphthongo scribere stipẽdium militare est. nam Poëta in Amoribus ait, iussit & in castris æra merere suis. *Equo legitimo*] lege sibi concesso. nec corruptè legas hunc locum, vt alij fecere. *Quisque merebat equo*] non enim quisque, sed quique dicendum est,

nam de equitum turma intelligit in denas quoque partes diuisa. nam in vnaquaque tribu decem. Turma enim, vt ostendit Varro, terma est. e in v abiit, quòd ter deni equites ex tribus tribubus, Titiensium, Ramnensium, & Lucerum, fiebant. Itaque primi singularum decuriarum, decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt, & nunc terni.

Quinetiam ille] Romulus. *Dedit totidem partes Titiensibus & Luceribus, & quos vocant Rhamnes*] etiam denario numero diuisit tribus, Titiensem, Ramnensem & Lucerem. nam vnaquæque tribus in decurias decem diuisa est. De harum appellatione ita Varro inquit: Ager Romanus primùm diuisus in partes tres: (à quo tribus appellata) Titiensium, Ramnensium, Lucerum nominatæ, vt ait Ennius, Titienses à Tatio, Ramnenses à Romulo: Luceres, vt ait Iunius, à Lucumone. Sed omnia hæc vocabula Thusca, vt Volumnius, qui tragœdias Thuscas scripsit, dicebat. Et Pompeius inquit, Titiensem tribum à prænomine Tatij regis appellatam videri: & Titiam quoque curiam ab eodem rege dictam. Et Plutarchus asserit, in compositione rerum cum Sabinis centurias tres descriptas, & appellatas, primam à Romulo, Ramnensem: alteram Tatiensem, à Tatio: & à luco Lucerem: vbi erat constitutum asyli templum. Centuriæ, tribus dictæ sunt: qui iis præerant, tribuni vocati. Pompeius autem inquit, Lucerenses & Luceres, quæ pars tertia pop. Rom. est, distributa à Tatio & Romulo, appellati sunt à Lucero Ardeæ rege, qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatium. *Assuetos*] Cùm & in diuisione populi, de quo superius, & in militia denarium seruasset numerum, seruauit & in anno ea etiam ratione, quam à principio retulimus. Per totidem menses à funere coniugis vxor Sustinet in vidua tristia signa domo. *Seruauit igitur*] Romulus.

Numeros assuetos] & in populo & in militia seruauit etiam. *In anno*] in anni ratione. *Hoc spacio*] decem mensium. *Fœmina mœsta*] vidua: & ob id mœsta. *Luget virum*] viri mortem. decem enim mensibus lugubris sese domi continebat, vt in primo libro ostendimus. *Neu dubites*) vt constet calend. Martias fuisse anni principium, ea signa ecfert, quæ in principio huius libri retulimus ex Macrobio, & in regia, & in curiis, & in flaminum domibus, & in templo Vestæ laureas veteres nouis mutari. quod quia olim in principio anni Romulei fiebat, seruabatur etiam suo tempore, & nouus ignis à Vestalibus accendebatur. *Neu*] vt non. *Dubites*] sed vt certior fias. *Quin*] quod ita hoc in loco exponas, quin, pro quod. nam crebrum hoc reperitur in epistolis Ciceronis: vt, Non dubito, quin eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares. hoc est, certus sum, quòd eo sis animo, quo ego essem. Terentius: Non dubium est quin vxorem nolit. quasi certum est, quòd nolit. Ponitur etiam pro quid non. vt est illud Salustianum, Quin igitur expergiscimini. Ponitur etiam pro insuper. vt apud Vergilium: Quin protinus omnem Perlegerent oculis. ergo hoc in loco, *Neu dubites*] certus sis. *Quin*] quòd. *Fuerint ante primæ calendæ Martis*] quòd calendæ Martij mensis fuerint prius primæ. nam in anni principio. Laurea quæ pestitur toto anno flaminibus, corona ex lauro, quæ à principio anni ad finem permansit, aut pependit in flaminum domibus. *Tollitur*] remouetur. *Et noua frondes sunt in honore*] nam eiecta vetari laurea, noua apponitur.

Tunc] Calendis martijs. *Ianua regis*] ianuæ regiæ. & de regia consulum intellige, quæ erat in Palatio. *Viret*] viridis tunc videtur. *Posita arbore Phœbi*] apposita lauro, quæ sub Phœbi tutela est propter Daphnem virginem, quam amauit in eam arborem demutatam. *Curia prisca*] quasi vires tu etiam vetus curia. *Iisdem*] similiter. *Ante tuas fores*] apposita scilicet lauro. nam illud repetendum, *Posita arbore Phœbi*] Curiæ, vt Varro inquit, duarum generum. nam & vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt Curiæ veteres: & vbi senatus humanas, vt curia Hostilia, quòd primus ædificauit Hostilius rex. Ante hanc Rostra: cuius id vocabulum, ex hostibus capta fixa sunt rostra. Et alio loco inquit: Curia, vbi senatus rempubl. curat. Illa etiam curia dicitur, vbi cura sacrorum publica. ab his curiones. Et Pomp. tertio de significatu verb. Curia, inquit, locus est vbi publicas curas gerebant. Calabra curia dicebatur, vbi tantum ratio sacrorum gerebatur. Curiæ etiam nominantur, in quibus vniuscuiusque partis pop. Rom. quid geritur. quales sunt hæ, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta. Quibus postea additæ sunt quinque, ita vt in sua quisque curia sacra publica faceret, feriásque obseruaret. Hisque curijs singulis nomina curiarum virginum imposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerant.

> *Vesta quoque vt folio niteat velata recenti,*
> *Cedit ab Iliacis laurea cana focis:*
> *Adde quòd arcana fieri nouus ignis in æde*
> *Dicitur: & vires flamma refecta capit.*
> *Nec mihi parua fides, annos hinc esse priores,*
> *Anna quòd hoc cœpta est mense Perenna coli.*
> *Hinc etiam veteres initi memorantur honores,*
> *Ad spacium belli perfide Pœne tui:*

Laurea cana] Calendis Martiis & lauræ veteres ædis Vestæ mutabantur, & accendebatur nouus ignis, teste Solino. Iliacos autem focos dicit, quia Æneas Vestæ sacra ea Troia dicitur attulisse. Vnde illud est: Et vos virginea lucentes semper in ara Laomedonteæ Troiana altaria flammæ. *Anna quòd hoc cœpta est mense Perenna coli*] Huius suprà fecimus mentionem, quam Perennam vocarunt, vt suo loco dicemus: & celebrarunt hoc mense, vt annare perennaréque commode liceret. *Hinc etiam veteres initi memorantur honores Ad spacium belli perfide Pœne tui*] Lege Liuium. apud quem inuenies & post secundum bellum Punicum idibus martijs initum consulatum. *Oliuifera*] Ager Curium, vnde T. Tatius & Numa Pompilius exciti sunt, oliuetis ac vineis egregiè præditus fuit, vt autor est Strabo. Non placet hic repetere quæ superius dicta sunt. Lege Macrobium. *Samo*] Pythagoras, qui (vt scribit Iustinus) Sami natus est, patre Demarato. Vnde illud est Vergilij: Erat hic ortu Samius, sed fugerat vnà Et Samon & dominos, odióque tyrannidis exul Sponte erat. Aristoxenus tamen (vt inquit Laërtius) Tyrrhenum hunc esse voluit, è quadam insularum, quas eiectis Tyrrhenis Athenienses tenuerunt, cuius patrem alij Vescarem fuisse tradiderunt, alij Mamarchum, alij Menesarchum annulorum sculptorem. Illud dubium non est, Italicæ philosophiæ principem hunc fuisse, cum Ionica ab Anaximandro Thaletis discipulo fluxerit: dictámque Italicam philosophiã, quòd eius autor Pythagoras in Italia plurimũ philosophatus sit. Cũ enim è Samo in Ægyptum, & mox Babylonem ad perdiscendos siderum motus, originémque mundi spectandam profectus, summam scientiam consecutus esset, regressus inde in Cretam & Lacedæmona, ad cognoscendas Minois & Lycurgi leges, in Italiam venit: vbi multum diúque philosophatus est, Tarquinio regnum obtinente, cui cognomentũ Superbus fuit, vt Aulus Gellius docet. Quare sine dubio fabulosum est quod aiunt, Numæ Põpilij præceptorẽ fuisse Pythagoram. Vnde ait Liuius, autorem eius doctrinæ, quia non extat alius, falsò Samiũ Pythagoram edunt. Et Cicero: Quinetiam inquit, arbitror propter Pythagoreorũ admirationẽ, Numam quoq; regẽ Pythagoreum, à posterioribus existimatum. nam cùm Pythagoræ disciplinam & instituta cognoscerent, regisq; eius æquitatem & sapientiam à maioribus suis accepissent, ætates autem & tempora ignorarẽt, propter vetustatem eum qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt. Sciendum tamen, scripsisse Cassium Heminam (vt ait Plinius) Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem offendisse arcam, in qua Numa rex situs fuisset, in eadémque eius libros repertos, in quibus scripta essent præcepta philosophiæ Pythagoricæ, eósque combustos à Q. Petilio prætore. Sed meminisse debemus, quod Plutarchus tradit, putasse nonnullos Pythagoram quendam Spartiatam Olympiade decimasexta, cuius anno tertio Numa rex creatus dicitur, Numæ congressum esse, ac simul cum eo regnum constituisse. Sane Pythagoras Samius (vt Aristippus Cyrenæus putauit) ideo Pythagoras appellatus est, quòd vera non minus Pythio loqueretur. à quo vnum è tribus generibus brassicæ, quæ à Catone ponuntur, Pythagoricum dicitur, quod est carentis foliis, & caule magno. Eundem philosophum Aristoxenus ait cuncta animata in cibum permisisse, præter bouem aratorem, arietemque. Et Liuius, Seruio Tullo regnante Romæ, in vltima Italiæ ora circa Metapontum Heracleámque & Crotonam iuuenum æmulantium studia cœtus habuisse. Dionysius quoque scribit, fieri non potuisse, vt Numa Pythagoræ Samij discipulus fuerit.

Laurea cana] laurea vetus. nã canos senes dicimus, à canis crinibus. *Cedit ab Iliacis focis*] remouetur à templo Vestæ, cuius sacra ex Ilio aduecta. *Vt Vesta quoque niteat*] vt Vestalis ara, aut templi ianua niteat. *Velata*] tecta. *Folio recenti*]

A nouis lauri frondibus. uam inde etiam veteres laurea temouebantur, & nouæ ponebantur. *Adde*] ad hæc, quòd dicitur fieri nouus ignis in æde arcana, in penetralibus Vestæ nouus ignis accenditur *Arcana*] lucet, quia non licebat ingredi maribus. *Flamma refecta*] noua, quæ tum succensa. *Capit vires*] cùm panlatim vehementius accendatur.

Nec mihi parua fides annos hinc esse priores] Et ex hoc etiam argui potest, mensem hunc anni principium fuisse, quòd in eo mense, vt Macrobius asserit, ad Annam Perennam sacrificaretur, vt annare perennatéque commodè liceat, quódque calendis Martiis comitia auspicabantur: qui quidem mos vsque ad bella Punica seruatus est. Tunc enim primùm cœpere auspicati comitia calendis Ianuariis. Alia ratio, cùm dicamus Quintilem quinto loco, sic Sextilem sexto, sic vsque ad Decembrem, qui est vltimus & decimus à Martio, significat Martium fuisse primum. *Nec mihi parua*

B *fides*] sed magna fides habenda est: quasi credendum est. *Hunc*] à Martio. *Esse*] fuisse. *Annos priores*] incepisse veteres annos, seu anni principia fuisse. *Quid? hoc mense est cœpta coli Anna Perenna*] quod mense Martio cœpêre fieri sacrificia Annæ Perennæ, cù esset tunc anni principium, quo (vt Macrobius inquit) aunare & perennare commodè liceret. Sed de Anna inferius dicemus. *Hinc*] ex hoc mense. *Memorantur*] referuntur. *Inita*] ab ineo inita. *Honores veteres*] magistratus prisci. quasi referuntur comitia auspicata, & initi magistratus. Honor enim (vt Callistratus Iurisconsultus inquit) est municipalis administratio reipublicæ, cum dignitatis gradu siue cū sumptu, siue cum erogatione contingens. *Ad spatium*] quasi vsque ad tempus. *O Pœne perfide*] ô Afer seu Carthaginenses fœdifragi. de quibus Silius: Te Marte sinistro Iuratúmque Iouis fœdus, conuentáque patrum Sidonij fr. du. atque impius ensis Ter placidam suasit temerando abrumpere pacem. inde fœdifragi dicti, & in prouerbio fuit, Punica perfidia. *Bella tua*] vsque ad bella Punica.

G

> Denique quintus ab hoc fuerat Quintilis, & inde
> Incipit, à numero nomina quisquis habet,
> Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis,
> Pompilius menses sensit abesse duos.
> Siue hoc à Samio doctus, qui posse renasci
> Nos putat: Egeria siue monente sua.

ANTON. *Qui posse renasci nos putat*] Notum est, voluisse Pythagoram esse animas immortales & renasci nos, animis in noua corpora transeuntibus. Ouid. alibi. Quoniam oõ corpora solù, Verum etiam volucres animæ sumus, inque feras Possumus ire domos, pecudúmque in viscera condi. *Egeria siue monente sua*] Egeriam Nympham nemoris Aricini amicam suam esse, Numa Pompilius finxit, ad affirmandam legum suarum autoritatem, vt ferum populum religio molliret, existimarent omnia ab eo tege iussu Egeriæ fieri. Statius in Syluis: Sic sacra Numæ ritúque colendos Mitis Aricino dictabat nympha sub antro. Hanc veteres crediderunt vnam esse è nouem musis, quibus Numa ædem construxit, qui hac ratione persuasit populo cum Egeria se habere congressum, cùm multos ad conuiuium inuitasset, iisque ante horam ductis, nihil ferè paratum esse ostenderet: eosdem vesperi cùm duxisset, magnificentissimum apparatū ostendit. Hæc nympha ab egerendo, vt Festo placet, Egeria dicta est, cui prægnantes sacrificabant quæ ad conceptum partum egerendum eis fauere putarentur.

non autem ad tempora Numæ. nam & Plinio referente, oleam Theophrastus celeberrimis Græcorum autoribus vrbis Romæ anno circiter quadringentesimo quadragesimo negauit. nisi intra quadringentum millia passuum à mari nasci. Fenestella verò omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco regnante, ab annis populi Romani 183. Ergo Numæ tempore oliuifera non erant. *Sensit Numa abesse duos menses*] anno scilicet à Romulo constituto, sensit deesse mensem, qui Iano deo principiorum debebatur: & alterum, qui deo purgationum. *Siue doctus*] hęc scilicet quæ instituit. *A Samio*] à Pythagora philosopho, qui Samius fuit ex Samo Ionica. *Qui*] Pythagoras. *Putat nos posse renasci*] putat animam esse immortalem, vt est. sed cùm à corpore auellitur, in alia quoque corpora transire. De quo latius in Metamorphosi: O genus attonitum gelidæ formidine mortis, Quid Styga, quid tenebras, & inania regna timetis Materiam vatum, falsique pericula mundi? Corpora siue rogus flamma, seu tabe vetustas Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis Morte. & reliqua. Numam multi volant Pythagoræ philosophi auditorem fuisse: sed, vt Dionysius inquit, repugnant tempora. Nam quatuor ætatibus Pythagoras posterior fuit. Numa sextadecima Olympiade media, Romanū accepit imperium. Pythagoras post quinquagesimam Olympiadem in Italia mansionem habuit. Præterea, quando à Romanis in regnum Numa euocatus est, nondum erat vrbs Croto, vbi Pythagoræ sedes fuit, sed condita quadriennio pòst, anno tertio decimæ septimæ Olympiadis: ita in ea vrbe, quæ nondum fuerat, discipulus eius esse non potuit. De hoc eodem Liuius: Autorem, inquit, doctrinæ eius, quia non extat alius, falsò Samium Pythagoram edunt. Quem fermo Tullio regnante Romæ, centum post annos amplius in vltima Italiæ ora circa Metapontum, Heracleámque & Crotonam, iuuenum æmulantium studia cœtus habuisse. Ex quibus locis, etsi eiusdem ætatis fuisset, quæ fama in Sabinos, aut quo linguæ commercio quenquam ad cupiditatem discendi excitasset? Quóve præsidio, vnus per tot gentes dissonas sermone, moribúsque peruenisset? Suapte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis, instructúmque non tam peregrinis artibus, quàm disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum: quo genere quondam nullum incorruptius fuit. Hæc ille. Plutarchus verò ybi aliorum opiniones tetulit, & posteriorem Pythagoram dixit: addit non hunc Pythagoram, sed Pythagoram Spartiatam, qui stadium in Olympia vicisset, Olympiade sextadecima, cuius anno tertio Numa in regnum constitutus est, in Italiam errabundum venisse, Numæque congressum, ac simul regnum constituisse. Quare nonnulla ca Laconibus Romanis instituta, doctore Pythagora, admixta sunt. & reliqua. Sed vt de euocatione Numæ in regnum, aliquid dicamus, ex historiis nostris mutuabimur. Post mortem Romuli, cùm inter reges per annum regnasset, & plebs regem exposceret, permissa quo populo potestas. Decreuerunt enim patres, vt cū ia populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres autores fierent. Tum interrex concione aduocata: Quod bonum, faustum, fœlix que sit, inquit, Quirites, regem create, ita patribus visum est. Patres deinde, si dignum, qui secundus à Romulo numeretur, crearitis, autores fient. Adeò id

H

PAVL. *Denique quintus*] Iulius, qui prius Quintilis dicebatur, vt in primo diximus: Quæ sequitur numero turba vocata fuit. *Fuerat quintus ab hoc*] quintus à Martio. *Et inde*] à quintili. *Quisquis*] mensium. *Incipit*] cuiuscunque sit initiam.

D *Habet nomina à numero*] nam Sextilis à sex, September à septem, October ab octo: & sic de reliquis. *Primus*] Et primo libro diximus quo Romuleo Numam duos menses addidisse. Nunc idem refert, Romulus annum decem mensium computatat à Martio incipientem, qui conficeretur diebus 304. vt sex menses Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, tricenùm essent dierum: quatuor verò Martius, Maius, Quintilis, October, tricenûm & singulis caperdirentur. Numa quinquaginta dies addidit, vt in trecentas quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim Lunæ cursus confici credebat, annus extenderetur. His, quinquaginta à se additis adiecit alios sex retractos illis mēsibus sex, qui viginti habebāt dies, id est, de singulis singulos, factósque quinquaginta & sex dies in duos nouos mēses pari ratione diuisit, ac

E de duobus priorem Ianuarium nuncupauit. Secundū dicauit Februo deo lustrationum. Paulo pòst in honorē imparis numeri, secretum hoc, & ante Pythagoram parturiente natura, vnum adiecit diem, quem Ianuario dedit, vt tam in anno quàm in mensibus singulis, præter vnum Februarium impar numerus seruaretur. Nam quia duodecim menses si singuli, aut pari, aut impari numero putarêtur, consummationē parem facerent. Vnde, pari numero institutus vniuersam putationem imparem fecit. Ianuarius, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, vndetricenis censebātur diebus. Martius, Maius, Quintilis, October, dies tricenos singulos possidebant. Solus Februarius viginti & octo retinuit dies, quasi inferis & diminutio & par numerus conueniret. Hæc ex Macrobio de anno à Numa instituto, cui postea Cęsar addidit decem dies, & instituit in fine cuiusque quarti an-

F ni, vt dies vnus intercalaris adderetur ad supplementum quartæ partis diei, sed de his in principio diximus. Si quis plenam aut cumulatam rationem intercalationis scire cupit, legat ipsum Macrobium. *Primus Pompilius*] Numa Pompilius, Pompilij Pomponij viri illustris filius. *Deductus Romam ab aruis oliuiferis*] accitus in regem ex Sabinis aruis olea abundantibus. Respexit poëta ad sua tempora,

I

K

L

A gratum plebi fuit, vt ne victi beneficio viderentur, id modò sciscerent, iuberentque, vt senatus decerneret, qui Romæ regnaret. Inclyta iustitia religióq; ea tempestate Numæ Pompilij erat. Curibus Sabinis habitabat consultissimus vir, vt in illa quisquam ætate esse poterat, omnis diuini atque humani iuris. Audito nomine Numæ, patres Romani, quanquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde sumpto, videbatur, tamen neque se quisquam, nec factionis suæ alium, nec denique patrum, aut ciuium quenquam præferre illi viro ausi, ad vnum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitus sicut Romulus augurio vrbe condenda, regnũ adeptus est. De se quoque deos consuli iussit. Inde ab augure, cui deinde honoris gratia publicum id perpetuúmque sacerdotium fuit, deductus in arcem, lapidem ad meridiem versus consedit. Augur ad læuam eius capite velato sedem B cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellarunt. Inde vbi prospectu in vrbem agrúmque capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinauit, dextras ad Meridiem partes, læuásque ad Septentrionem esse dixit. Signum, contra quod longissimè conspectum oculi ferebant, animo finiuit. Tum lituo in læuam manum translato, dextra in capite Numę imposita precatus ita est: Iuppiter pater, si fas est hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ esse, vti tu, signa nobis certa ac clara sint inter eos fines quos feci. Tum peregit verbis auspicia, quæ mitti vellet: quibus missis, declara- G tus rex Numa de templo descendit. Qui regno ita potitus, vrbem nouam conditam vi & armis, iure legibúsque ac moribus de integro condere parat. Sed hæc hactenus: quæ ideo retuli, vt his quoque commentarijs adderem morem creandorum regum. *Sine monente*] instruente, seu docente. *Egeria sua*] quam suam coniugem esse fingebat. Egeriam enim (vt Dionysius inquit) fabulati sunt nympham quandam fuisse, Numam docentem sapientiam regiam. Alij non nympham, sed Musarum vnam. De ea tamen plura inferius dabitur dicendi locus.

ANTON. *Sed tamen errabant etiam tunc tempora, donec Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit*] nódum annus solis cursui accommodatus fuerat. Lege Macrobium & Solinum. Iulius Cęsar postea rem tãtùm suscepit impleuitq;. Sed tum quoq; C per sacerdotes vitio admisso, Augustus annum reformauit. Non pigeret varios intercalantiũ errores referre, nisi veremur, ne & ipsi obiter erraremus, lectori fastidium afferentes. *Ille deus*] Iulius Cæsar, qui in deos relatus est, vt diximus suprà, quod Iupiter promiserat Veneri, vt: Hunc tu olim cœlo spolijs Orientis onustum Accipies, secura vocabitur hic quoque votis. *Nec deus ignotas hospes inire domos*] Sensus est: Voluit deus cœlum inire non hospes, hoc est, cœli penè ciuis ex præcognito. *Moras solis*] omnẽ tempus quod absumitur, donec sol à Capricor- D no per Cancrum redit ad Capricornum. *Exactis notis*] signis exquisitis. Est enim exigere interdum exquirere, vt, Tempus secum ipsa modúmque Exigit. &, Sociísque exacta referre. Sunt autem omnium anni dierum notæ in Fastis, quæ colliguntur trecentæ sexaginta quinque, quibus anno intercalari vnam adijci Cæsar instituit. *Et pleno tempora quarta die*] plenum diem è quatuor temporibus. Est enim figura Hypallage. Dicit autem diem qui conficitur ex quadrantibus quatuor, vt diximus suprà. vocatúrq; dies intercalaris, quoniam vt ratio solis conueniat, interponitur. *In lustrum accedere debet*] quarto anno intercalari debet consummata, id est, perfecta ex quadrantibus dies. De lustro diximus suprà. *Si licet occultos*] &c. Verecundè petit à Marte, quam ob causam matronæ calendas Martias colant. *Officijs virilibus*] bello. Vnde Numa (vt Plutarchus arbitratur) ideò Martium à Marte cognominatum è prima sede mutauit, E quòd in omnib. vellet rem vrbanam bellicæ in honore præferri. Ianus enim, vnde Ianuarius nomen habet, dicitur ferũ & syluestrem cultum in vrbanum ciuiléque mutasse.

Sed tamen errabant etiam tunc tempora, donec
Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit.
Non hæc ille deus, tantæque propaginis autor
Credidit officijs esse minora suis.
Promissúmque sibi voluit prænoscere cælum,
Nec deus ignotas hospes inire domos.
Ille moras solis, quibus in sua signa rediret,
Traditur exactis disposuisse notis.
Is decies senos ter centum & quinque diebus
Iunxit, & expleto tempora quinta die.
Hic anni modus est: In lustrum accedere debet,
Qua consummatur partibus vna dies.
Si licet occultos monitus audire deorum
Vatibus, vt certè fama licere putat:
Cum sis officijs Gradiue virilibus aptus,

ad certiorem ordinem redigeret. Sed cùm intercalationibus esset erratum, rem emendauit Augustus, sublato omni errore intercalari, vt di- H ximus in primo quoque libro. *Ille deus*] Cæsar, qui iam in deos relatus est. *Et autor tantæ propaginis*] tantæ sobolis, quasi pater Augusti, auus Tiberij, & proauus tuus ô Germanice. *Non credidit hæc*] hanc temporum curam. *Esse minora*] quasi minus digna se, bene cõuenientia. *Suis officijs*] muneribus & actionibus imperatoris, tam in rebus bellicis quàm I vrbanis. *Voluit Cæsar prænoscere cælum*] antequam ascenderet, voluit cognoscere indagatione & obseruatione siderum, & cœli rationem. *Promissum sibi*] Nam promiserat id Iupiter Veneri à temporibus Æn. ę: quod à Virgilio refertur, Iouem loquentem introducentes. Hunc tu olim cœlo spolijs Orientis onustum Accipies. *Nec deus*] nec voluit ipse Cæsar. *Hospes*] tanquam hospes & peregrinus. *Inire*] ingredi. *Domos ignotas*] sed præcognitas: voluit prænoscere loca cœlestia, ad quæ venturus erat. *Ille traditur*] dicitur. *Disposuisse notis exactis*] signis & terminis diffinitis & constitutis. *Moras solis*] hoc est, tempora quæ eundo & redeundo sol absumit. Aut ipsa solstitia intellige, hybernum & æstiuum. Tunc enim remorari sol videtur, ante octauum calendarum Iuliarum, & ante octauum calendarum Ianuariarum. K *Quibus moris*] quibus solstitijs. *Rediret in sua regna*] rediret sol è Cancro in Capricornum, & è Capricorno in Cancrum. Ab his igitur conuersionibus solis. Nam conuertit se sol ex inferiore gradu Capricorni ad altiorem gradum Cancri, sic ex Cancro in Capricorno. Ideo Græci solstitium τροπὰς dicunt, cum τροπὴ conuersio sit. Cæsar constituit spacium ciuilis anni. *Is*] Cæsar. Iunxit, ad anni terminationem. *Decies senos*] sexagenos dies. *Ter centum & quinque diebus*] coniunxit simul trecentos sexagintaquinque dies. *Et tempora quinta*] quintos quosque annos. *Die expleto*] die integro, qui tunc intercalatur. Vtdũ hæc profiteremur, quò potius casus, quã ratio deduxit: ex enim die hunc locũ legimus, qui quidẽ dies ad intercalationẽ Februario superadditus est, anno Salutis 1476. *Tempora quinta*] dixit: non quòd quintis annis fiat intercalatio, sed L quaternis, hoc est, in fine cuiusq; anni, sed quia de quinto in quintum, numerando vtrúmq; intercalatum. Vt quartanam febrem dicimus, quia de quarto in quartum, & tamen duo sunt intermedij dies: sed numeratur à die febris ad alteram febrem. Ita ab anno intercalationis ad alteram intercalationem. Ideo subdit. *Hic anni modus*] terminus & diffinitio anni. *Dies vna*] intercalaris. *Qua consummatur*] perficitur & expletur. *Partibus*] senis cuiusq; anni horis. Sic in fine quarti anni accipitur vna dies integra. *Debet accedere in lustrum*] in quinquennium. Nunquam in fine quinquennij addatur dies, sed numerando ab intercalato ad intercalatum, efficies quinarium numerum, vt à 76. ad 80. quinarium complectens. *Si licet*] &c. Cùm videatur Poëta iam satis euagatus

PAVL. *Sed tamen errabant etiam tunc tempora*] &c. Post Numæ ordinationem annui errare videbantur tempora, quòd à solis cursu annus non conficiebatur. vnde cœptum est intercalari Græcorum more, & in hoc etiam erratum est. Cæsar, qui in deos referendus erat, rem dignam se ratus, vt cœlum prænosset, obseruauit cœlestia, & in primis solarem cursum, incrementum & decrementum dierum. Nam cùm sol à Capricorno in Cancrum venit, dies crescunt: decrescunt verò, cùm à Cancro in Capricornum redit. Sic perpetua alternatione obseruata, ad eius rationem annum ciuilem constituit, superaddito intercalari die in fine quarti cu- F iusque anni, vt diximus etiam superius. *Sed tamen etiam tunc*) eo tempore à Numa ad Cæsarem. *Errabant tempora*] quia annus ad solis cursum non perficiebatur: & menses verni, factum est ex errore, vt hyberni aliquando essent. *Donec*] vsque quo. *Hæc quoque cura Cæsaris in multis*] hæc etiam inter multas curas tam bellicas quàm vrbanas. *Fuit vna*] quasi fuit inter cæteras præcipua, vt annum

A in hac anni disputatione, redit ad instituta, hoc est, ad ipsa festa. Calendia enim Martiis Martis festum à matronis celebratur. Causam Poëta ab ipso Marte requirit: non enim cõuenire videtur, vt mulieres colant festa dei armorum præsidis. *Si licet*] si fas est vatibus. *Audere occultos monitus deorum*] arcanas deorum instructiones & eruditiones. *Vt certè fama putas licere*] vt dicitur, & arbitratur omnes licere, cùm & vates habeant aliquid numinis. *Dic mihi ô Gradiue*] ô Mars. Et in fine superioris libri diximus quare Mars Gradiuus dictus, vel à gradiẽdo, vel à κραδαίνειν, vel à gramine. *Cùm aptus sis officiis & verbis*) per Endiadin, hoc est, officiis vtilibus nam inde Mars à maribus dictus.

Dic mihi, matrona cur tua festa colant.
Sic ego. sic posita dixit mihi casside Mauors,
Sed tamen in dextra missilis hasta fuit:
Nunc primùm studijs pacis deus vtilis armis
Aduocor, & gressus in noua castra fero.
Nec piget incœpti, iuuat hac quoque parte morari,
Hoc solum ne se posse Minerua putet.
Disce Latinorum vates operose dierum,
Quod petis, & memori pectore dicta nota.
Parua fuit (si prima velis elementa referre)
Roma, sed in parua spes tamen vrbis erat.
Mœnia iam stabant populis angusta futuris,
Credita sed turba tunc nimis ampla suæ.
Quæ fuerit nostri, si quæris, regia nati,
Aspice de canna stramínibúsque domum.
In stipula placidi capiebat munera somni,
Et tamen ex illo venit in astra thoro.
Iámque loco maius nomen Romanus habebat,
Nec coniunx illi, nec socer vllus erat.
Spernebat generos inopes vicinia diues,
Et male credebar sanguinis autor ego.
In stabulis habitasse, & oues pauisse nocebat,
Iugeráque inculti pauca tenere soli.
Cum pare quæque suo coeunt volucrésque feræque,
Atque aliquam de qua procreet anguis, habet.
Externis dantur connubia gentibus: at quæ
Romano vellet nubere, nulla fuit.

ANTON. *Dic mihi, matronæ cur tua festa colant*] Cùm Romulus aduersus T. Tatium pugnaret, fugientibus Romanis, Ioui Statori ædem vouisset, exercitus restitit, & raptæ in medium processerũt, ac pacem conciliarunt. B Quam ob causam dicatas matronis calendas Martias putant, & matronalia sacra (vt loquitur Plutarchus) eis tributa, compositi belli monumentum. Hinc est quod Horatius dicit, admirari Mecœnatẽ, vt ab eo calendę Martię celebrẽtur, qui matronã, id est, vxorẽ nõ habeat. vt, Martijs cœlebs quid agã calẽdis. Sciẽdũ, matronã differre à matrefamilias. Matronam enim dictã propriè tradiderũt, vt placet Aulo Gellio, quæ in matrimonium cum viro conuenisset, in eóq; matrimonio mãsisset, etiamsi liberi nondum nati forent. Matrem autem familiâs eam esse volunt, quæ in mariti manu mancipióque est, aut in eius, in cuius maritus manu mancipióque esset: quoniam non in matrimoniũ tantùm, sed in familiam quoque mariti, & in D sui hæredis locum venissent. Alij matronas, virgines nobiles dicunt; iidémque matresfamilias, quæ in matrimoniũ per coemptionem venerant, & per quandam iuris solẽnitatem in mariti filiam migrarunt. Vlpianus autem: Matremfamiliâs, inquit, accipere debemus eam, quę non inhoneste vixit; quanquam à cæteris fœminis mores discernunt. Vnde nihil intererit, nupta ne sit, an vidua, ingenua an libertina, nã neq; nuptię, neque natales matremfamilias faciunt, sed boni mores. Nonius veteres inquit matronam accepisse, quæ semel peperisset: matremfamilias, quæ sæpius. Matronarum (vt ait Seruius) crinales vittæ erant, quæ meretricibus non dabantur, similiter & stolæ. Vnde Festus: Matronas, inquit, appellabant eas ferè, quibus stolas habendi ius erat. Hæ (vt autor est E idem Festus) à magistratibus non summouebantur, ne pulsari contrectarique viderẽtur, néve grauidæ concuterentur: nec etiam viri sedentes cum vxoribus in vehiculo, descendere cogebantur. Eodem autore, materfamiliæ non antè dicebatur, quàm vir eius pater familiæ dictus esset. nec plures possunt hoc nomine in vna familia appellari, quo nec vidua, nec quę sine filiis est, vocari potest. *In dextra missilis hasta fuit*] quia relaturus est bellorum Sabinorum, quorum est curis, id est hasta. vnde Romulus Quirinus dictus. *Nec piget incœpti,*] &c. Liptote est. & hoc dicit: Placet maiorem in modum versari nunc in studiis pacis, ne Minerua mihi anteferatur, quæ & bello & paci præest. *Latinorum vates operose dierum*] cuius opera, id est, labor absumitur circa Fastorum dies. *Spes bonum*] magnifica, vt nunc est. Propertius: Omnia Romanæ cedent miracula terræ, Natura hic posuit, quicquid vbique fuit. *Aspice de canna straminibúsque domum*] Virgil. in 8. Æneid. Romuleóque recens horrebat F regia culmo. Vbi Seruius ait, curiam Calabriam dici, quam Romulus texerat culmis. Ouidius suprà Romuli regiam casam vocauit. vt, Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum. Hæc postea summæ apud Romanos religionis fuit. *Et tamen ex illa venit in astra thoro*] quia non diuitiis, sed virtute, cuius comes est gloria, cœlum petitur. Ea est, quæ iter pandit ad superos, teste Seneca. *Spernebat generos*] &c. Liuius scribit, misisse Romulum, qui societatem connubiúmque nouo populo peterent, legatósque nusquam benignè auditos. G *Externis dantur connubia gentibus*] Non videbatur negandum Romanis, quod in Italia concedebatur Græcis & Barbaris. Dicuntur hæc ad excusationem Romuli, vt videatur ad rapiendas Sabinas necessitate compulsus.

PAVL. H *Cur matronæ*] *colant*] celebrent. *Tua festa*] calendas tui mensis, quo die est tuũ festum. *Sic ego*] &c. Vbi ita precatus est Poëta, Mars deposita, vt ille ornauerat, galea, respondit, & hæc primùm inquit: Aduocor nunc primùm in pacis studia, qui bellis præsum, placétque studio & pacis & militiæ præesse, ne id soli Palladi ascribatur. Disce igitur, quod tu studiose poëta requiris. Et relaturus I causam, ab vrbis principio repetit. *Sic ego*] loquutus sum. *Sic dixit Mauors*] Mars magna vortens. *Posita casside*] galea. vt superius ornauerat, Et nitidas casside solue comas. *Sed tamen hasta missilis fuit in dextra*] ne penitus ab armis discederet, deposuit galeam, & retinuit hastam. Missilia tela dicimus, quæ longe mitti possunt. *Deus vtilis armis*] ego qui bellis præsum, & vtilis sum in re militari. *Nunc primum aduocor studiis pacis*] ad pacis officia, qui sẽper exercui bellica. *Fero gressus in noua castra*] in militiam pacis, & poëticam. Fero gressus, dixit, vt alluderet suo cognomini, cum Gradiuus à gradiendo dicatur. *Non piget incœpti*] non mihi graue est, prosequi quod aggressus sum. *Iuuat*] delectat. *Morari*] in mora detineri. K *Hac quoque parte*] hac etiam militia literaria, & pacis studio. *Ne Minerua*] Pallas: à minando, siue minuendo, vt aliàs dictum est. *Putet se solam posse hoc*] putet se solã posse vtrũq;, & armis & paci, seu literis præesse. *Disce tu vates operose*] studiose. *Dierum Latinorum*] fastorum Romanorũ. *Quod petis*] hoc est, causã, cur matronæ colant mea festa. *Et nota dicta pectore memori*] quæ ego dicã, memoria teneas. *Parua fuit*] &c. Causam ipsam aggrediẽs, principiũ ab vrbis initio sumit, vsq; ad raptũ Sabinarũ, pro quo illata sunt Romanis bella. Sed cùm raptæ iam matres essent, bellũ diremerũt, de quo paulo pòst. Addit & alias duas causas: vel quòd Ilia de eo mater fuerit, vel quia Iuno est eius mater: qua ratione matres colũt festũ. Nũc hoc primũ dicit, ab initio Romã fuisse paruã, sed in illa L sperabatur futura magnitudo. Regiáq; Romuli fuisse casam exiguã è palustri canna, & in stipula solitũ requiescere, inde tamẽ cœlũ ascẽdisse. Cætera suo ordine prosequemus. *Parua*] inquit, *Fuit Roma, si velis referre prima elementa*] quasi si velis memoria repetere ipsa vrbis primordia. *Sed in parua*] quãta tũc fuit. *Erat spes bonum*] tãtæ quãta nũc est; quia ab illa parua futurã hãc vrbis magnitudinẽ sperabamus. *Iã stabãt mœnia*] Romana, à Romulo cõdita. *Angusta*] arcta: quia exigua tunc vrbs quę tantũ mille pass' ambitu cõplecteretur. Sic erãt tũc angusta futurę multitudini. *Populis futuris*] quasi quę capere nõ posset futurã multitudinẽ, adeò coaluit popul' Roman'. *Sed nũc*] in ipso principio *Credita sũt nimis ãpla turba sua*] etsi, perexigua erat vrbs, tamẽ ampla & spaciosa erat nimis ipsis cõditorib': quia nõ erãt tot cũ Romulo, vt eã implere possẽt. *Si quæris*] quæ fuerit regia, dom' regis. *Nostri nati*] Romuli.

Aspice domum de canna] excuctam è palustribus cannis. *Et straminibus*] nam stramine & tecta & instrata. Casa Romuli cannis & viminibus constructa, magnæ fuit apud posteros religioni: & quoties de ea aliquid vetustate fœdabatur, sacerdotes instaurabant, vt integra seruaretur. Ideo Mars, Aspice dixit, quia etiam tunc supererat. De ea plura diximus in primo libro. *Capiebat munera placidi somni*] quasi dormiens Romulus requiescebat *In stipula*] Et est commendatio Romuli à modestia & frugalitate: quia non regio luxu & ornatu vtebatur domi, non delicatè viuebat, sed duriter: non in plumis & sericis toris, sed in stipula requiescebat. *Et tamen ex illo toro*] ex illa stipula. *Venit in astra*] relatus est in deos. *Iamque loci*] &c. Iam cœperat Romanum nomen apud finitimos extolli, maiúsque habebatur, quàm re esset: iunctæ tamen affinitates cum quoquam minimè erant, cùm vicinæ ciuitates contemnerent Romanos generos, nec Romulus habebatur Martis filius. Educatio præterea pastoralis, & inopia nocebat. Aues & venenata animalia habent, vnde possint sobolem propagare, Romanus ipse non habebat. non repudiarunt externi, repudiabantur Romani. Cùm ita fieri viderem, inspiraui mentem filio, raptóque consilio rapuit ille virgines. Hæc nunc inquit Mars. Vsus est hac insinuatione, vt ostendat iustam fuisse causam rapiendarum virginum *Iamque Romanum habebat maius nomen loco*] erat populus Romanus iam maioris nominis & famæ, quàm ipsa re locus esset: erat enim vrbs parui nominis *Nec illi*] Romano *Erat coniunx, nec vllus socer*] nec coniugem, nec socerum habebant, quia contrahere affinitatem cum his nemo volebat *Diues spernebant*] Sabini & finitimi. *Spernebant inopes generos*] contemnebant illi, & repudiabant Romanos generos, cùm essent inopes. *Et ego*] Mars. *Malè credebar*] non credebar. *Autor sanguinis*] nemo credebat Romulum esse filium Martis. Et Liuius inquit: Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem connubiúmque nouo populo peterent: vrbes quoque, vt cætera, ex infimo nasci. De-

in se qua sua virtus ac dij iuuent, magnas opes magnúmque nomen sibi facere. Satis scire, origini Romanæ & deos affuisse, & non defuturam virtutem. Proinde ne grauarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere. Nusquam legatio benignè audita est, adeò simul omnes spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. Plerísque rogitantibus dimissi, ecquod fœminis quoque asylum aperuissent. id enim demũ compar connubium fore, &c. *Nocebat*] Romulo. *Habitasse in stabulis*] cum pastoribus. *Et pauisse oues*] nam educatus à Faustulo inter pastores, aliquando oues pauisse creditur. & id illi nocebat, quia pudebat finitimos affinitates contrahere. *Et nocebat iugera pauca*] habere exiguum agrum. Iugerum tamen est, quantum vno iugo boum exarari potest. *Soli inculti*] non prius cultæ terræ. Ipsa ergo inopia cogebat habere sepultam. Et contemnebant eos, & erant (vt Dionysius inquit) vicinæ vrbes Romanis infensæ. Tentauit Romulus & illas conciliandas, & ad propagandam sobolem, contrahere cum illis coniugia. Quod cùm aspernarentur, Numitorem consuluit, statuítque, vt per raptum virginum promiscuum affinitates iungerent, quòd vim illatam ferrent æquiore animo. Cætera paulo pòst. *Quæque volucres, & quæque feræ coeunt cum suo pare*] aues, & sylucstres bestiæ habent paria, cum quibus iungantur. *Atque angui*] serpens. *Habet aliquam de qua procreet*. Mouet hoc loco commiserationem in Romanos, & indignationem in finitimos: quòd & feræ, & serpentes, quibus nihil est truculentius, habent parem, vnde sobolem possint propagare, & Romanis miseris iniuria finitimorum cõiugia non dantur. *Connubia*] matrimonia: hoc est, ipsæ coniuges. *Dantur externis generibus*] non negantur coniugia ab Italis, his qui Ital. non sunt. Eos enim appellamus, externos, qui in nostra regione non sunt & historici vocant externos, quicũque non sunt Itali. *At nulla fuit, quæ vellet nubere Romano*] nulla fuit, quæ vellet matrimonio iungi Romanis ciuibus.

> *Indolui, patriámque dedi tibi Romule mentem:*
> *Tolle preces, dixi: quod petis, arma dabunt.*
> *Festa para Conso, Consus tibi cætera dicet,*
> *Illo festa die, dum sua sacra canes.*

ANTON. *Festa para Conso*) Consualia dicit, quæ (vt scribit Plutarchus) decimoquarto calendas Septembris celebrantur, quòd eo die Sabinæ raptæ fuerint, Consualibus simulatis, hoc est, ludis, quos (vt inquit Festus) in honorem Consi faciebant, quem deum consilij putabant. Videns enim Romulus deesse coniugia, per legatos ea petiit (vt diximus) à finitimis ciuitatibus. Quibus negatis, in honorem Consi, id est, Neptuni equestris, vt quibusdam placet, Consualia simulauit. Ad quæ cùm vtriusque sexus multitudo conuenisset, dato signo, virgines raptæ sunt. Ara Consi in Circo maximo fuit, autore Plutarcho: qui deus templum habuit subterraneum & opertum, quia non solùm Neptunus eques dicebatur, siue Posidon, vt Dionysius scribit, vnde in eius honorem ludi equestres celebrabantur: sed consiliorum deus, teste Seruio. Nouimus autem, oportere arcanum ac tectum esse consilium. Quare Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet, & velata. Ferunt autem Romanos ideo dicato Consi simulacro Sabinas rapuisse, vt iustum de rapiendis consilium tegeretur. Ad huius dei aram in equestribus tantum certaminibus dabatur accessus, cùm reliquo anni tempore lateret. De hac Varro: Consualia, inquit, dicta à Conso, quòd tum feriæ publicæ ei deo, & in circo ad aram eius à sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ. Siuè Neptunus Hippius, siue Equester dictus est, teste Festo, vel quòd Pegasus ex eo & † Pegaside natus sit, vel quòd equuleus (vt putant) loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuorauit: vel quòd tridentis ictu terræ equum excitauerit, cui ob hoc in Illyrico nono quoque anno quaternos equos in mare iaciebant. Consualibus equi & asini coronis ornabantur, & ociari permittebantur, autore Plutarcho: quoniam institutum ea raptione, cùm multa manibus veheretur, ocium quoddam & remissio iumentis data est. Plura de his ludis lege apud eundem Plutarchum, ac Dionysium: nam Liuius paucis rem expedit. *Consus tibi cætera dicet*] deus consilij in ipsa ludorũ celebritate suppeditabit, quæ agenda fuerunt, ne desint coniugia.

PAVL. *Indolui*] ægrè tuli. *Et Romule*] per Apostrophen. *Dedi tibi mentem patriam*] inspiraui tibi mentẽ & consiliũ meũ. * *Patriam mentem*] Mauortiã, vt vi parares, quod legibus non liceret * *Dixi*] tolle preces, noli amplius precari finitimos. *Arma dabunt quod petis*] ipsas coniuges. quasi experiare violentiam, quia vim illatam ferent æquiore animo. Hoc autem consilium fuit Numitoris. *Para festa Conso*] deo consilio-

rum. *Consus dicet tibi cætera*] ipse consilij deus inspirabit tibi quid sis facturus. *Illo die*] ludorum scilicet. *Dum canes sua festa sacra*] dum tu celebrabis eius sacra, tunc ipse consilium tibi suggeret. Huius diei festa Consualia dicta sunt, de quibus Varro: Consualia, inquit, dicta à Conso, quòd tum feriæ publicæ ei deo, & in circo ad aram eius à sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ. Et Pompeius inquit: Consualia ludi dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilij putabant. De hoc Dionysius: Primùm, inquit, deo arcanarum consultationum duci, si dolus sibi ex sententia eueniret, sacrificium quotannis, & ferias agendas vouit. Postea verò senatui rem aperiens, vbi ipsis etiam consilium illud placuit, diem festum & ludos indicens Neptuno agendos, circummisit in vrbes proximas, euocans quicunque vellent & certaminum & mercatus esse participes. erenim cuiusque generis certamina acturus erat, equorum & hominum. Cõuenientibus itaq; ad ludos hospitibus multis cum vxoribus & filijs, vbi sacra Neptuno peregit, & certamina die vltimo, quo nundinas dissoluturus erat, iuuentuti edicit, vt cùm signum extulisset, virgines quiq; raperent, quascunq; contingerẽt, seruarẽntq; ipsas omnes ea nocte castas, dieq; postero ad se ducerent. Diuisi igitur per compita iuuenes, vt elatum videre signum, ad raptus virginum repentè discurrunt. Ingénsq; statim secuta est perturbatio, fugaq; hospitum, malum aliquod maius suspicantium. Productis autem sequenti die virginibus, ignominiæ earum consulens Romulus, quòd non ad contumeliam, sed ad nuptias captæ essent, æquũ esse cẽsebat, vt datos eis viros à fortuna diligerẽt. Dinumeratísque postea puellis, sexcẽtis & octoginta tribus numero inuẽtis, viros cœlibes totidẽ delegit, quibus puellas ipsas secundũ leges patrias vniuscuiusq; earum, consuetudinésque locauit, in communionem panis & aquæ connubia ipsa concilians, sicut etiam hucusque faciunt. Et paulo pòst: Sacratam illam solennitatem nunc etiam Romani perficiunt, Consualia vocantes, in qua etiam ara subterranea constructa, iuxta circum maximum, circumfossa terra, sacrificiisq; igneis, & solennitatibus colitur, cursúsq. equorum agitur iunctorum & non iunctorum. Vocatur autem is deus, cui hæc perficiũtur, Consus à Romanis: quem quidem interpretantes in linguã Græcam, Posidona Sysichthona esse dicũt. Et Liuius prosequitur ad ea quæ adduximus: Ægrè id Romana pubes passa, & haud dubiè ad vim res spectare cœpit. Cui tempus locũq; aptum vt daret Romulus, ægritudinẽ animi dissimulãs,

ludos ex industria parat Neptuno equestri solennes, Consualia vocat. Indici deinde finitimis spectaculũ iubet: quantóque apparatu tum sciebant, aut poterant, concelebrant, vt rem claram expectatámque facerent. Multi mortales conuenere, studio etiam videndæ nouæ vrbis, maximè proximi quique Ceninẽses, Crustumeni, Antemnates. Iam Sabinorũ omnis multitudo cum liberis ac coniugibus venit. Inuitati hospitaliter per domos, cùm situm, mœniaque & frequentẽ tectis vrbem vidissent, mirantur tam breui rem Romanam creuisse. Vbi spectaculi tempus venit, deditæque eò mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis: signóque dato, iuuentus Romana ad capiendas virgines discurrit. Magna pars fortè, vt in quemque inciderat, raptæ. Quasdam forma excellentes, primoribus patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datũ negocium erat, domos deferebant. Et Plutarchus inquit: It interea fama per finitimas vrbes, quòd sacram cuiusdam dei aram in subterraneo specu abditam offenderit, quem Consum Romani vocant, vel potius, vt Proculo placet, Neptunum equestrem. Hanc igitur cùm aperuisset, ilico sacra solennésque ludos simulat se facturum. Conuenit ex finitimis ingens multitudo cum vxoribus & filiis. Signum autem dederat Romulus, vt cùm assurgeret, & purpuream chlamydem complicaret, omnes in Sabinas irruerent. Triginta à nonnullis raptas fuisse traditur, vnde triginta curiæ appellatæ sint. Valerius Antias 537. fuisse tradit, Iobas verò 683. A quarum contagione Romulus penitus abstinuit, postquam Hersiliam vnam habuit, ex qua duos filios genuit, alteram fœmellam Primam vocatam, alterum Aollium dictum, ab ea ciuium multitudine conuocata, sed postea mutatis literis Abyllium vocatum. Reliqua verò suis in locis satis amplè ac succinctè inferius prosequemur.

Intumuere Cures, & quos dolor attigit idem,
Tunc primùm generis intulit arma socer.
Iámque ferè raptæ matrum quoque nomen habebant.
Tractáque erant longa bella propinqua mora.
Conueniunt nuptæ dictam Iunonis in ædem,
Quas inter mea sic est nurus ausa loqui:
O pariter raptæ, quoniam hoc commune tenemus,
Non vltrà lentè possumus esse piæ.

ANTON. *Intumuere Cures*] Ab eo quod continet, id quod continetur accipimus, & à parte totum: hoc est, Sabinos, à Curibus eorum oppido. Cæterùm Crustumini, Ceninenses, & Antemnates, ad quos iniuriæ pars pertinebat, bellum mouere. Sed (vt inquit Liuius) nouissimum à Sabinis bellum ortum est, quod multo maximum fuit. Ii nihil per iram aut cupiditatem egerunt, nec ostenderunt bellum, priusquam intulerunt. Raptæ autem dicuntur à Romanis triginta virgines tantùm: quamuis nonnulli raptas fuisse tradiderint quingentas & triginta septem, alij sexcentas & octoginta tres. *Iámque ferè raptæ matrum quoque nomen habebant*] omnes raptæ iam ferè pepererant, poterántque non solùm raptæ, sed & matres vocari. *Dictam Iunonis in ædem*] in templum Iunonis, quò se conuenturas constituerant condixerántque. Est sanè conditum, quod in communi est dictum, autore Festo. *Quas inter mea sic est nurus ausa loqui*] Hersiliam dicit, ex qua legimus Romulum duos filios suscepisse. Sed sciendum, omnes virgines raptas, vt placet Seruio, excepta Hersilia, quam sublatam à marito Romulus sibi fecit vxorem. Hanc quidam aiunt Hastilio, claro inter Romanos homini nupsisse, teste Plutarcho. Quidam ipsi Romulo in matrimonium cessisse, & ex eo Primam & Abyllium peperisse. *O pariter raptæ, quoniam hoc commune tenemus*] Exæquat se inferioribus, vt beneuolentiam aucupetur, & quod vult, faciliùs persuadeat. *Non vltrà lentè possumus esse piæ*] si lentæ fuerimus ac non exequamur citò, quod faciendum est, erimus & impiæ.

PAVL. *Intumuere Cures, & quos dolor attigit idem*] Dionysius inquit: Vbi de raptu virginum, déque connubiis in vrbes proximas rumore vulgatum est, aliis quidem id factum in iram vertit: aliæ, quo affectu id factum esset, considerantes, moderatè rem tulerunt. Recidit igitur res post tempus aliquod in bella, alia quidem facilia, vnum verò cum Sabinis maximum, atque difficile: sed exitus fœlix fuit, sicut Romulo prædixerant oracula. Et Liuius scribit bella Romanis illata, & Romuli victoriam de Ceninensibus, Antemnatibus, & Crustuminis. & subsequitur: Nouissimum bellum à Sabinis ortum, multóque id maximum fuit. Nihil enim per iram aut cupiditatem actum est: nec ostenderunt bellum, priusquam intulerunt. *Cures*] Sabini, à Curibus. *Intumuere*] indignati sunt ob eam acceptam iniuriam. *Et quos*] illi quos. *Idem dolor attigit*] hoc est, quibus ex erat iniuria & dolor communis, Ceninenses, Antemnates, & Crustumini, quorum etiam virgines raptæ fuerant. *Tum primum socer*] Sabini & alij, quorum raptas filias Romani vxores acceperant. *Intulit arma generis*] intulit bella Romanis. Exigit hic locus, vt de Curibus & de Sabinis ipsis aliquid dicamus. Vt Varro ipse retulit, quemadmodum ab eius liberto accepimus, virgo quædam indigena, præcipui generis, in templum iuit Enyalij, choreas agens. Enyalium autem Sabini, & ab eis discentes Romani Quirinum vocant, nequaquam certum habentes ipsi, Marsne sit ille, an alius quidam, similes cum Marte honores habens. Alij enim de vno deo bellicorum certaminum duce vtraque putant dici nomina, alij autem duobus ea diuis bellicis imposita. In hoc itaq. dei templo saltans puella, subitò fit diuina: atq; relinquẽs chorũ, in adytum dei currit. Prægnánsq; deinde ex deo (vt omnibus visum est) facta, filium parit Modium nomine, Fabidium cognomine. Vir factus, forma quidẽ fuit non hominis, sed diui, fuítque bello omnium clarissimus. Capit deinde cupido condendæ vrbis. Magnámq; manum congregans, vicina loca incolentium, breui admodum tempore, eas condidit, quæ nũc vocantur Cures: hoc nomine, vt nonnulli scribunt, ex deo, cuius eum filium esse sermo erat, vbi imposito. vt autem alij tradunt, à cuspide: quires enim Sabini cuspides vocant. Zenodotus autem Trœzenicus historicus, Vmbricæ gentis indigenas habitasse ait circa agrum Reatinum vocatum. Pulsos deinde illinc à Pelasgis, in hanc terram aduenisse, vbi nunc habitant: mutantésque nomen simul cum loco, vocatos esse pro Vmbris Sabinos. Cato autem nomen Sabinorum genti impositum esse ait, ex Sabino Sangi diui genitalis. Hunc autem Sangum à quibusdam Pistium vocari, atque in prima eorum habitatione fuisse asserit vicum quendam vocatum Testruinam, prope vrbem Amiternam positum, ex quo mouentes tum Sabinos, in terram ait Reatinorum irrupisse, habitantibus simul cum eo Aboriginibus, vrbémque eorum clarissimam Corynas bello captam occupasse. Atque ex Reatino agro colonos emittentes, & alias condidisse vrbes, in quibus habitabant sine muris: & hanc ipsam, quæ Cures dicuntur. Regionem autem obtinere eos distantem ab Adriatico quidem mari ducentis fermè & octoginta stadiis, à Tyrrheno verò ducentis & quadraginta. Longitudinem autem eius esse ait paulò minus stadiorum mille. De alio sermone, qui in historiis est de Laconibus, qui illuc se transtulere, diximus in primo libro, in eo versu, Protinus Oebalij retulit arma Tati. *Iamque ferè raptæ matrum quoque nomen habebãt, Tractáque erant longa bella propinqua mora*] Iam inceperant raptæ matres esse, cùm ex Romanis filios peperissent: protractáque erant diutius bella. Cúmque sæpe ambiguo marte pugnatum esset, deindéque essent acies ad pugnandũ instructæ, mulieres, quarum causa bellum erat, conuenientes sine viris in quendam locum, & consilia conferentes, vt Dionysius refert, in ea fuere sententia, vt verba ipsa de reconciliatione apud vtrosque inciperent. Re ad senatum delata, placuit eas legationis munere fungi. Harum princeps Hersilia fuit, quæ longa & miserabili oratione postulauit, vt viris suis pacem concederent. Vnde commoti sunt Sabinorum animi, & fœdera inita sunt. Plutarchus tacuit legationem hanc, sed inquit: Cùm ambæ acies firmato impetu constitissent, mira res quædam, & spectatione digna stuporem omnibus attulit. Nam raptæ Sabinorum virgines, cùm id vidissent, raptis in vlnis infantibus, passisq; crinibus, diuino quodam instigante spiritu, cum lacrymis ac gemitu per medias acies peruolant, exhortantes modò patres, modò viros, vt fœdatas iam acies dirimerent, & parcerent sanguini. Cuius rei admiratione moti, sistunt aciem, tela comprimunt, iras mittunt, animos colligunt. Cætera paulo pòst. *Iámque raptæ*] puellæ Sabinæ. *Habebant ferè nomen quoque matrum*) quasi iam pepererant, vt quæ raptæ dicebantur, matres quoque vocabantur, quibus iam nati erant filij. *Et bella propinqua*) à propinquis & affinibus illata. *Erant tracta*) pro protracta & dilata. *Longa mora*) longo tempore. Vti & in Natali Romano dictum: Pugnatúmq; diu dubio discrimine, donec Mater erat, quæ virgo fuit, quæ rapta Sabina. *Nuptæ*] Sabinæ, & cæteræ iam Romanis nuptæ. *Conueniunt*) coadunantur.

In ædem Iunonis] in templum Iunonis. *Dictam*] constitutam ab ipsis. *Inter quas*] nuptas. *Mea nurus*] Hersilia, cuius paulo ante meminimus, quæ erat vxor Romuli. ideo nunc Mars suam nurum appellat. *Sic est orsa loqui*, sic farj cœpit. *O pariter raptæ, quoniam hoc commune tenemus, Non vltra lentè possumus esse piæ.* Proponit Hersilia in mulierum cœtu quæstionem, cùm vtrinque staret ad prælium instructa acies, consultarent quid decernendum esset, an viduæ fieri vellent, an parentibus orbæ. Si enim patimur viros vincere, efficiemur orbæ parentibus: si parentes, efficiemur viduæ. Vt vtrumque à nobis euitetur, pacem inter vtrosque tractemus. Efficax fuit hæc Hersiliæ propositio, quandoquidem vtrumque curandum esse facile persuasit. *O captæ pariter*] quæ simul mecum raptæ fuistis. *Quoniam tenemus hoc commune*] quoniam hæc nota omnibus communis est, quia simul raptę fuimus. *Non possumus vltrà lentè*] tardè. *Esse piæ*] quasi non possumus vlterius differre & dissimulare pietatem, quam hinc parentes, quam hinc exigunt viri.

Stant acies, sed vtra di sint pro parte rogandi,
Eligite: hinc coniunx, hinc pater arma tenet.
Quærendum est vidua fieri malitis, an orba:
Consilium vobis fortè, piúmque dabo.
Consilium dederat: parent, crinésque resoluunt,
Mæstáque funesta corpora veste tegunt.
Iam steterant acies ferro mortique paratæ,
Iam lituus pugnæ signa daturus erat:
Cùm raptæ veniunt inter patrésque virósque,
Inque sinu natos pignora chara tenent.
Vt medium campi scissis tetigere capillis,
In terram posito procubuere genu.
Et quasi sentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua suos.
Qui poterat, clamabat auum tunc denique visum,
Et qui vix poterat, posse coactus erat.
Tela viris, animique cadunt, gladiisque remotis
Dant soceri generis, accipiúntque manus.
Laudatásque tenent natas, scutóque nepotem
Fert auus, hic scuti dulcior vsus erat.
Inde diem, primásque meas celebrare Calendas
Oebalides matres non leue munus habent.
Aut quia commissi strictis mucronibus ausæ,
Finierant lacrymis Martia bella suis.
Vel quòd erat de me fœliciter Ilia mater,
Ritè colunt matres sacra diémque meum.
Quid? quòd hyems adoperta gelu tum denique cedit,
Et pereunt lapsa sole tepente niues?
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes,
Vuidáque in grauido palmite gemma tumet.

ANTON. *Sed vtra di sint pro parte rogandi, Eligite*] Proponit duo, quorum neutrum eligendum est, vt quæratur tertium, id est, pax, qua nihil est salubrius. *Vidua fiere malitis, an orba*] viduæ, parētum victoria, occidentibus viris: orbæ, vincentibus maritis. *Consilium dederat*] quale id fuerat, sequentia indicant. *Crinésque resoluunt*] ad mouendam misericordiam. vt: Interea ad templum non æquè Palladis ibant Crinibus Iliades passis. Liuius: Sabinæ mulieres, quarum ex iniuria bellū ortū erat, crinibus passis, scissaque veste, victo malis muliebri pauore, ausæ se inter tela volantia inferre, ex transuerso impetu facto dirimere infestas acies. *Pignora chara*] Quia nihil magis amatur à parentibus, quàm filij, qui sunt pignus parentum. *Quasi sentirent*] quasi intelligerent rem, quam per ætatem reuera intelligere non poterant. *Posse coactus erat*] exprimēte vagitu primam aui literam. *Tela viris animique cadunt*] vi pietatis, quæ penitus & in penetralibus animi reconditur. Liuius: Mouet res tum multitudinem, tum duces silentium, & repentina fit quies. *Soceri generis*] Soceri dicti sunt, quòd sibi generum associent. Generi, quòd assumantur generandi causa. *Scutóque nepotem Fert auus*] Auus ab æuo nominatus putatur, quòd patre antiquior sit. Nepos verò dictus videtur, quasi natus pòst. *Oebalides*] Sabinæ. Vt enim diximus suprà, Sabini volunt Lacedæmoniorum se fuisse coloniam. Vnde illud est: Protinus Oebalij rettulit arma Tati. Lacedæmonij autem Oebalij dicti sunt, ab Oebalo Argoli filio, qui in Laconia regnauit. Per Sabinas autem, siue Oebalias, accipe Romanas matronas, quarum multæ à Sabinis progenitæ sunt. *Vel quòd erat de me fœliciter Ilia mater.*] Prima ratio, qua matronæ calendas Martias colebant, hæc fuit, quòd Sabinæ strictis mucronibus interpositæ, Martia bella finierunt. Secunda est, vt fauore Martis eam felicitatem cōsequerentur in filiis, quam videbatur is Deus Iliæ concessisse, quæ à Marte compressa Romulum summæ fœlicitatis filium peperit. Tertia deinde subiungitur, quòd mense Martio terra fœcunda est, quales matronæ fieri cupiunt. Item quarta, quòd calendis Martiis Iunoni Lucinæ templum datum est ad Exquilias. Additur & quinta, quòd Mars Iunonis dicitur filius, quæ coniugiis præest. *Et pereunt*] &c. Virg. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur. *Vuida gemma*] Vuidum est, quod aliquid humoris habet intrinsecus. vnde vua dicta existimatur. nam humidum est, quod humorem habet extrinsecus.

filio discernite & deliberate. *Pro vtra parte*) pro qua duarum partiū. *Dij sint rogandi*) an pro viris, an pro parentibus. *Hinc*] ex hac parte. *Coniunx tenet arma*] quasi hic virorum exercitus est instructus, & ad pugnam paratus. *Hinc tenet arma pater*] ex altera parte parentes armati, manus sunt ad pugnam collaturi. *Est quærendum*] quasi illud inquirendum, quod melius esse ducatis. *An malitis*] potius velitis. *Fieri viduæ*] viris diuisæ: quasi an velitis potius amittere viros. *An orbæ*] sine parentibus. Orbam enim dicimus, re charissima priuatum, vt qui patrem, aut matrem, aut filios, quasi lumen amisit. *Dabo*) ago. *Vobis consilium fortè*] quod laudem fortitudinis & magnanimitatis mereatur. *Et pium*] cum laude quoque pietatis. *Consilium dederat*) Hersilia id censuerat, vt legationis officium sumerent: aut vt Poëta & Liuius afferunt, vt in medias acies irent. *Parent*] obediunt cæteræ omnes Hersiliæ. *Et resoluunt crines*) dissoluunt & pandunt capillos. *Et tegunt corpora mæsta*) mortiuam præ se ferentia. *Veste funerea*) lugubri: qualis est vsus in funere parentum aut virorum. *Iam steterant acies*] De hoc ita Liuius inquit: Sabinæ mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus passis, scissaque veste, victo malis muliebri pauore, ausæ se inter tela volantia inferre, ex transuerso impetu facto, dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respargerent, ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, liberorum hi progenie. Si affinitatis, si coniugij piget, in nos vertite iras. Nos causa belli, nos vulnerum ac cædium viris ac parentibus sumus. Melius peribimus, quàm sine alteris vestrûm viduæ aut orbæ viuamus. Plutarchus verò sic loquentes introducit: Quid mali fecimus viri? aut quid deliquimus patres? Needum satis de nobis sumptum supplicium est? cùm in tantum dedecus ac ignominiam deuenimus, vt amisso pudore & pudicitia, alienis viris raptæ premeremur, nisi & hanc quoque supremam omnium, ac infœlicissimam calamitatem vestro telo, vestro sanguine perferamus? Si vindicandum erat horum scelus, si vlciscēda iniuria, si redimenda tanto sanguine captiuitas nostra, cur non ab initio vniuersum nequissimos hostes venistis? Cur contempsimus, cùm recens erat scelus, & adhuc pudorem & virginitatem nostram intra sua limina tuebamur? Sed expectastis scilicet, vt cum his viris aliquo pignore deuinciremur, quo maiori postea mœrore ac molestia & maritis iam factis patribus, & vobis afficeremur. Quippe quę tam nefando prælio, tam infestissimo ferro, communi sanguine ac parricidio partus no-

PAVL. *Stant acies*] quasi iam ad pugnam instructi exercitus hinc parentum, hinc virorum sunt. *Sed eligite*) quasi maturo con-

stros fœdari intueamur. Hæccine est paterna pietas? Hæccine liberorum amor? Hæccine connubiis fides? Si salutem nostram petitis, si libertatē quæritis, si pietatem colitis, mittite hos animos, mittite hæc arma, quæ non nisi in generos vestros, quasi in proprium sanguinem contulistis. Neve sinite, vt sine his viris viuamus, ex quibus iam & liberos genuimus, & beneuolentiam & charitatem comparauimus. Neue in aliam seruitutem ac calamitatem concidamus. Hæc Hersilia vnàque cum cæteris locuta est. *Iamque steterant acies*) instructi suis ordinibus ad pugnam fuerant exercitus. *Parata ferro*] armis exercendis. *Et morti*] ad mortem: quasi ad inferenda suscipiendaque vulnera & mortem. *Iam lituus erat daturus signa pugnæ*] tuba erat clangore ad pugnam acies motura. nam cum primùm insonuisset, conseruissent manus. *Lituus est baculum incuruum*] quo sedentes augures auibus templa designabant. & pro tuba etiam incurua ponitur. Virgilius: Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Et lituus ille Romuli baculus, qui post Romulum in medio incendio integer mansit. Sed de eo aliàs. *Cùm raptæ mulieres*] quæ raptæ fuerant. *Veniunt inter patres & inter viros*) irruperunt medias acies. vt in Natali: Tum properata manus conserta per agmina passis Crinibus ante patres charos, interque maritos, Germanósque ruunt, & dulcia pignora natos Osculant, cœlum magnis bine questibus implent. *Et tenent in sinu natos*) quasi ferunt filios ex Romanis natos complexos. *Chara pignora*) quia nil charius filiis. *Vt*) postquam. *Tenuere medium campi*) quasi fuere in medio cāpo, vbi paratæ erant acies. *Capillis scissis*) & passis & scissis crinibus. *Procubuere*) insleaxere se. *Genu in terram posito*) more supplicum ante deos & reges summos. Et Dionysius post legationem & Hersiliæ verba inquit: His dictis procubuerunt omnes ad regis genua simul cum filiis, permanseruntque humi prostratæ, donec eas astantes erigerent, moderata omnia pro viribus se facturos polliciti. Ita nunc Poëta procubuisse eas dicit. *Et nepotes*) ipsi infantes, quos in vlnis ferebant mulieres. *Tendebant*] extendebant. *Parua brachia ad auos suos*) ad Sabinos. *Blando clamore*) leni vagitu, quo auorum mentes ad misertationem alliciebant. *Quasi sentirent*) quasi cognoscerent ipsos: aut quasi sentirēt, de qua à matribus agebatur. *Qui poterat*) ex illis infantibus. *Clamabat auum*] qui erat bimus aut trimus, vt per ætatem posset verbū proferre, clamabat auum, etiamsi verbum non proferebat, vagiebat. Et allusit Poëta ad puerilem vocem: nam illa est a a sic prima litera videbatur auum clamare. *Tum denique visum*] quem tandem tum primùm viderat. *Et qui non poterat*] tunc vagire aut clamare. *Erat coactus posse*) cogebatur à matribus, vt vagiret & clamaret. *Tela virûmque cadunt*] &c. Et Liuius: Mouet res tum multitudinem, tum duces. Silentium & repentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt. Nec pacem modò, sed ciuitatem vnam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam, ita geminata vrbe, vt Sabinis tamen aliquid daretur. Quirites à Curibus appellati, & reliqua. Eadem ferè ab aliis quoque referuntur. *Tela & animi cadunt virûm*] concidère arma è manibus illorum, & hostiles animi commoti supplici filiarum oratione, & nepotum aspectu. *Et remotis gladiis*] rejectis vtrinque ensibus. *Soceri*] Sabini. *Dant manus generis*) Romanis. *Et accipiunt*) quia alter alterius dextram tangebat. Generi autem & nurus appellatione, vt Vlpianus loquit: sponsus quoque & sponsa continentur. Item soceri & socrus appellatione, sponsorum parentes contineri videntur. Et titulo de Verborum significationibus: Generi, inquit, appellatione & nepti & pronepti, tam ex filio quàm ex filia editarum, cæterarúmque maritos contineri manifestum est. *Fert nentes*] ipsi Sabini parentes. *Natas*] filias. *Laudatas*] dignas laude. Aut laudatas & commendatas ab earum pietate, quæ bellum diremerunt, & honores ob id habiti, vt ab ipsis triginta curiæ denominarentur, licèt sint qui aliter sentiant. Præterea vt ab omni labore essent liberæ, præterquam à lanificio. *Auus*] Sabinus. *Fert nepotem scuto*] imponebat & ferebat nepotem scuto, velut in cuna. *Hic vsus scuti*] in ferendo in concordia & pace nepotem. *Erat dulcior*] quàm fuerit in discordia & bello. *Inde*) ex illo. *Matres Oebalides*] Laconicæ, id est, Sabinæ. Nam vt Plutarchus inquit, Sabini Lacedæmoniorum colonias fuisse volunt. Sed de hoc in primo latius. *Habent non leue munus*) habent ipsæ Sabinæ matres, & ab his progenitæ, magnum hoc munus. *Celebrare diem, & primas meas calendas*) diem calendarum Martiarum, mihi dicatarum. Sacrificabant Marti matres Romanæ calendis Martiis, non quòd eo die essent Consualia, sed in honorem Martis. Nam vt Plutarchus inquit, constat tantum facinus perpetratum die octaua ac decima mensis Sextilis, quem nunc Augustum vocant, qua quidem Consa Consualia festa celebrabant. Hæc ille in vita Romuli. Sed vt ostendit in Problematibus, Problemate 46. eo die Consualiorū equos & asinos coronis exornant, & ociari sinunt. Et has rationes adducit: An quòd Neptuno Equestri diem festum agunt. Asinus autem propter equum pari fruitur licentia. An illud potius, quòd instituta nauigatione cum multa nauibus veherentur, otium quoddam ac remissio iumentis data est. *Aut quia commissi strictis mucronibus ausa*) &c. Hac ratione matres Marti sacrificant, vel quia ausæ ingredi medias acies bellis finem imposuere. Vel Iliæ recordatione, quæ ex me Romulum peperit. *Aut quia ausa sunt*) ipsæ matres. *Committi strictis mucronibus*) committere se euaginatis ensibus. *Finierant Martia bella*) finem imposuerant bellis, quibus ego præsum. *Suis lacrymis*) fletu & querelis suis. *Vel quòd Ilia*) virgo Vestalis, Numitoris filia. *Erat de me mater*] pepererat ex me Romulum. *Feliciter*) quia fœlix fuit ille partus, qui erat tantam vrbem positurus. *Matres*) Romanæ. *Ritè*) ex ritu & consuetudine. *Colunt sacra & diem meum*] celebrant & sacrificant mihi calendis Martiis. *Quid quod hyems adoperta gelu tum denique cedit*] Tertia ratio, cur matres celebrant calendas Martias: quia tunc est tempus fœcundum, quo omnia virescere incipiunt, & procreare suos fœtus. Et quæ fœcunda est, aut fœcunda esse cupit, principium fœcundi temporis colit. Inde matres Marti eo die sacrificant. *Quid*) dicam scilicet. *Quòd hyems*] hyemale tempus. *Adoperta gelu*) quasi quæ terras glacie & niuibus tegit. *Tunc denique cedat*) cùm ego referam vernum tempus, cedit tunc hyems. *Et niues lapsæ*] collapsæ: quia in aquas resolutæ labuntur. *Sole tepente*) qui tum tepidior fit, quàm in hyeme fuerit. *Pereunt*) ab ipso sole liquefactæ. *Frondes detonsa frigore*) quæ rigore frigoris deciderant ex arboribus. *Redeunt arboribus*) quia renasci incipiunt. *Gemma vvida tumet in palmite vitis*) turgescit in ipsis vitium sarmentis. Vuidum dicimus, quod habet humorem interius, sicut vua: humidum verò, quod exterius. Gemma pro oculo vitis ponitur, vt in primo diximus. Ipse tamen non potest dici vuidus, sed ex eo vuida nascuntur. *Palmite tenero*) dixit, propter redeuntem succum.

> *Quaque diu latuit, nunc se qua tollat in auras,*
> *Fertilis occultas inuenit herba vias.*
> *Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi,*
> *Nunc auis in ramo tecta larémque parat.*
> *Tempora iure colunt Latiæ fœcunda parentes,*
> *Quarum militiam votáque partus habet.*
> *Adde quòd excubias vbi rex Romanus agebat,*
> *Qui nunc Exquilias nomina collis habet:*

ANTON. *Militiam votaque*] &c. Desiderat mulier partū, sicut & miles prælium: quamuis non sine periculis illa ad partum, hic descendat ad prælium. *Excubias vbi rex Romanus habebat*) Scripserunt quidam (vt ait Varro) Exquilias ab excubiis regis dictas. Alij, quòd excultæ à rege Tullo fuerint. Seruius enim Tullus, quem Solinus Exquilinum dicit, Quirinalem & Viminalem colles vrbi addidit, & auxit Exquilias, teste Liuio: ibique ipse, vt loco dignitas fieret, habitauit. vbi & Virgilius domū habuit, autore Seruio, iuxta hortos Mecœnatis, qui eo in loco ab eo constituti sunt ob aëris salubritatem, cùm Exquilina regio antè sepulchris vacaret. Ab Exquiliis Exquilina dicta est, vna quatuor tribuum, in quas vrbs à Seruio Tullo diuisa est. Eæ fuerunt Suburbana, Palatina, Collina, Exquilina. Sanè Romulus bello Sabino in Exquiliis excubias egit. inde Exquiliæ dictæ.

PAVL. *Et herba quæ diu latuit*] hoc est, per hyemem sub terris fuerat. Latuerat tamen aut semen, aut radices, herba verò aruerat. *Inuenit herba ipsa fertilis vias occultas*) nam subierat ocultas. *Qua*) parte scilicet hoc [illegible], qu[illegible] vis. *Tollat se in auras*) emergat in aëra, & attollat se. *Nunc*) verno tempore. *Nunc*) in vere. *Ager est fœcundus*) partum ferentium: quia nascuntur & crescunt fruges in spicas. Fœcundus à faciendo dicitur, quòd fructum faciat. *Nunc est hora*) est tempus. *Creandi pecoris*) redit enim amor, & coniunctionis appetitus pecoribus ipsis. & quod quidem, vt Cic. ostendit, commune est omnium animantium, procreandi causa. Pariunt ergo verno tempore pecora, præsertim hœdi & agni.

A *Nunc avis parat in ramo*) in ramis arborum. *Tecta & larem*] tecta, vt sit sub frondibus. *Larem*] nidum: vt pariat in eo, & educet pullos. *Iure*] meritò igitur. *Parentes Latiæ*] Romanæ mulieres. *Colunt fœcunda tempora*] celebrant principium veris: hoc est, calend. meas, quæ tempora sunt fœtus referentia. *Quarum*] mulierum. *Militiam & vota habet partus*) quasi quarum studium & votum est ipsa in pariendo fœcunditas. Nam pro militia laborem partus significat, pro voto desiderium: quoniam partus mulierum laboriosus est, & desideratus. *Adde*) &c. Quarta ratio, quia cal. martiis in valle Exquilina nuptæ templum Iunoni Lucinæ dedicarunt, pro assequenda fœcunditate, de quo latius diximus superiore libro. Cúmque Iuno præsit nuptiis, & sit Martis mater, iure ob Martis reuerentiam Marti mulieres cal. Martiis sacrificant. *Agebat excubias*) vigilias & custodias. Ex superiore libro diximus, autore Varr. Exquilias dictas ab excubiis regis: vel ab eo, quòd excultæ à rege Tullo essent. *Quæ collis habet nunc nomina Exquilias*) vocantur nunc Exquiliæ, ab excubando, seu excolendo. G

Illic à nuribus Iunoni templa Latinis
Hæc sunt (si memini) publica facta die.
Quid moror? & variis onero tua pectora causis?
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.
Mater amat nuptas, matrum me turba frequentat:
Hæc nos præcipuè tam pia causa decet.
Ferte deæ flores, gaudet florentibus herbis
Hæc dea: de tenero cingite flore caput.
Dicite, Tu lucem nobis Lucina dedisti.
Dicite, Tu voto parturientis ades.
Si qua tamen grauida est, resoluto crine precetur,
Vt soluat partus molliter ipsa suos.
Quis mihi nunc dicet, quare cælestia Martis
Arma ferant Salij, Mamuriúmque canant?
Nympha mone, nemori stagnóque operata Diana,
Nympha Numæ coniunx ad tua festa veni.

ANTON. *A nuribus Latinis*] Nurus eo quòd nubant, dicuntur nomen accepisse. *Publica facta*] sacrata. Neque enim caB stimare debemus, vnius diei spacio & cœptam esse, & perfectam fuisse. Festus autor est, Iunonis ædem calendis Martiis coli cœptam. *Quid moror*) &c. Descendit ad vltimam rationem, qua docet, iure fieri, vt matronæ calend. Martias colant. *Gaudet florentibus*] &c. Iuno floribus gaudet, vnde creditur Mars tacto flore à Iunone conceptus. Hunc Fe-C stus existimare nonnullos refert Gradiuum dictum, quòd gramine ortus sit. quod interpretatur, vt idem inquit, & nos diximus suprà, quia corona graminea in re militari maximæ honorationis est. Ego ex flore Martem conceptum fingi existimauerim, quia sæpenumero è re nullius momenti concipitur discordia, & bellum oritur. *Lucem Lucina dedisti*] quia ope Iunonis Lucinæ partus in lucem editur. *Si qua*] &c. Non expectent quæ grauidæ sunt, pariendi tempus, vt tunc dicant, Iuno Lucina fer opem: serua me, obsecro: sed incipiant cal. mart. precari Iunonem, vt cum tempus aduenerit pariendi, eius ope partus molliter emittatur.

Quis mihi) Anno octauo regni Numæ, cum pestis Italiam D occuparet, Romam quoque inuasisset, ferunt breue scutum è cœlo lapsum in Numæ manus, qui se ait ex Egeria, musisque audisse, scutum ad vrbis salutem missum seruare oportere: aliis vndecim ad eius similitudinem factis, quibus id misceretur, ne internosci posset. Datum est igitur negotium Mamurio inclyto fabro summóque, artificibus cæteris diffidentibus desperantibúsque, vt similia eius ancilia fingeret. Quod opus cùm ille arte exquisitissima absoluisset, ita vt neque ipse Numa iam scutum cœleste dignosceret, & ei quodcunque peteret præmium, se exhibiturum polliceretur: artifex non pecuniam, sed gloriam pro mercede petiit, vt videlicet Salij inter carmina suum nomen canerent. quod per multa tempora obseruatum est. In Saliorum enim carminibus cum Pyrrhichij modulo absolutis Veturius Mamurius canebatur. Licèt quidam dixerint, Veteram Memoriam cani, vt E Plutarchus & Varro scripsere. Eidem Mamurio legimus diē consecratum esse, quo pellem virgis ferebant ad artis similitudinem. Constat autem, Salios ancilia custodisse, quæ hoc tempore circumferre consueuerunt. Erant enim Martis sacerdotes à Numa constituti, ac dicti Salij, non, vt quidam fabulantur, à viro Samothrace, seu Mantineo: sed à saliendo, quòd (vt loquit Seruius) circa aras saliant & tripudient. Id enim in sacris quotannis & facere solent, & debent, vt inquit Varro, vbi suauiter mouebantur conuersiones ac mutationes celeri & crebro numero robustè leuitérque tollentes. Saltabatur autem in religionibus, teste Seruio, quia nullā maiores nostri corporis partem esse voluerūt, quæ non sentiret religionem. nam vt cantus ad animum, ita saltatio ad mobilitatem corporis pertinebat. Hi sacerdotes (vt ait Plutarchus) induti puniceis tunicis, æneísque balteis succincti, æneas capitum galeas ferebant, ac paruis gladiis arma pulsabant: quibus, secundum Liuium, Numa tunicæ pictæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectoris tegmen. iidem dextra virgam, læua peltam gerebant. de quia loco suo dicemus. Vergilius eos Herculi dedit, quamuis antiquitas sacrauerit Marti: vt, Tum Salij ad cantus incensa altaria circum, Populeis adsunt euincti tempora ramis. Quod rectè poetam fecisse, Macrobius docet: quòd Hercules apud pōtifices idem qui & Mars habebatur. & Chaldæi stellam Herculis vocent, quam reliqui omnes Martis appellant. Saliorum numerum Tullius Hostilius dicitur duplicasse, cùm Numa duodecim tantum ex patriciis iuuenes spectatissimos ad id sacerdotiū legerit quod quanti fuerit, hinc facile coniectare licet. Quòd Appius Claudius vir triumphalis Salius vsque ad senectutem fuit, & pro gloria obtinuit quòd inter collegas optimè saltaret. H Neque abhorruisse ab eodem sacerdotio dicuntur, Africanus, & L. Florius* Bibaculus: quorum posterior tulit ancilia, præcedentibus sex lictoribus, cū prætor esset. Hinc epulæ splendidæ atque opiparæ ab Horatio Saliares dicuntur: vt, Nunc saliaribus ornare puluinar deorum Tempus erit dapibus sodales. Saliebant autem hi sacerdotes non solùm circa aras, sed per vrbem, duodecim an- I cilia circūferentes, ne illa firmo intuitu cerni possent. *Nympha mone*] Inuocat Egeriam omnium Numæ consiliorum consciam, cum qua is credi voluit se habere congressum, ac frui secreto eius colloquio, vt consilia, quibus respubl. ab eo rege administrabatur, maximam autoritatem haberent. Cæterùm nonnulli eum hydromantia vsum existimant, vt futura prænosceret. *Nemori stagnóque operata Diana*] Artemisium dicit Dianæ lucum, vt inquit Strabo, cuius templum sylua circumdata, cui lacus more pelagi fluctuans adiacet. Dicebatur autem id templum ædificium Tauricæ, vbi Orestes Dianæ simulacrum collocauit, quod è Scythia Taurica creditur attulisse: sic dicta à Tauris, loco eius regionis, vt: Est locus in Scythia, Tauros dixere priores. Id simulacrum fasce cælatum dicitur, quo tempore ab Oreste surreptum est. vnde Dianam Fascelidem perhibent nuncupatam. eadem & Aricina dicebatur, quòd haud longè esset ab Aricia. Item vt K quibusdam placet, Nemorensis, à nemore Aricino. De quo ait Lucan. Quâ sublime nemus Scythicæ, qua regna Dianæ. Et Cato in primo Originum, teste Prisciano: Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Libius Tusculanus dedicauit. Hunc Artemisium veteres dixerunt à Diana, quæ Artemis dicitur, autore Macrobio, quasi aerotemis, id est, aerē secans. ipsa enim est Luna, vt diximus suprà. Vult autem Egeriam esse Dianæ Aricinæ ministram. Vnde ait, *Operata*) quod interdum de sacris dicitur, autore Seruio. Est sanè Aricia oppidum non longè ab vrbe, à qua distare dicitur ad decē millia passuum: & prope Albam, à qua distat stadiis viginti. In eius nemore oppidum esse aiunt quod hodie dicitur Cynthianum. L

PAVL. *Illic*] in Exquiliis. *A nuribus Latinis*] mulieribus Romanis. *Sunt facta templa publica Iunonis*) publicè fuere consecrata templa Iunonis Lucinæ, de quibus superius. *Hac die si memini*] calend. meis, si rectè recordor. *Quid moror*] quid diutius moror. *Et onero tua pectora variis causis*] quasi cur affero tibi tot rationes. *Quod tu petis*] quasi ratio huius rei. *Ecce eminet ante oculos tuos*] ecce tu me vides Iunonis filium, qui sum huiusce rei causa. *Mater*] Iuno.

Amat nuptas] præest connubiis, & nuptæ sunt illi curæ, quia eas amat. *Turba matrum frequentat me*] celebrat diem meum, & frequentes eunt matres in ædem meam. *Hæc causa tam pia*] quia piæ matres me colunt. *Præcipuè*] quasi in primis. *Decet nos*) & me & matrem, aut me Iunonis filium.

A Mars enim ex Iunone & gramine natus est, vt inferius dicemus. *Ferte deae*] &c. Hortatur nuptas vt Iunonem colant, sertisque capita sertis coronata, precenturque vt parturientibus adsit, quò sine dolore possint partum edere.

Ferte] offerte flores. *Dea*] Iunoni Lucinæ. *Hæc dea*] Iuno. *Gaudet herbis florentibus*] gaudet offerri sibi flores, & floridas herbas. *Cingite*] coronate. *Caput vestrum de tenero flore*] sertis ex tenellis floribus contextis. *Dicite*) vos nuptæ. *Tu Lucina dedisti nobis lucem*] quia te duce ad lucem venimus. Superiore libro diximus, Iunonem Lucinam Dianam esse. licet Diodorus Lucinam Iunonis filiam dicat. & alio in loco poeta Lucinã à Iunone missam, & hic pro Iunone intelligi velle, demonstrat. ratio est, quæ ex Macrobio sumitus, veteres putasse Iunonem & Lunam candem esse, quia Luna per aërem meat. vnde ἄρτεμιν nuncupauerunt ἀερότεμιν,
B quòd aëra secat & Iuno aëris arbitra est, cui mensium initia consecrarunt, vt in primo libro diximus. *Deesse*] tu Iuno. *Ades voto parturientis*] cùm a parturiente vocaris, fer opem, & serua illam. *Tamen siqua est grauida*] cùm Calend ita Iunonem nuptæ precari debent, si qua ex his grauida esset. *Precetur crine resoluto*) crinibus solutis & passis. *Vt illa*] Lucina. *Soluat partus suos*] inclusum partum soluat, vt cedere possit. *Molliter*] leniter, & sine vllo dolose.

Quis mihi nunc] Hactenus cum Marte locutus est. nunc scripturus festum Saliorum, Egeriam nympham implorat de qua paulo pòst. Et vt superius diximus, Numa sacrorum institutiones in octo partes diuisit. Sexta pars, vt Halicarnasseus inquit, his distributa est, qui vocantur à Romanis Salij, quos Numa ex patriciis creauit iuuenes 12 spectatissimos deligens, quorum sacra manebant in Palatio, vocatique Palatini. hi quidem Agonales, à quibusdam Collini dicti, quorum sacrarium erat in Collino monte, post Numam ab Hostilio rege conditum ex voto. hi Salij, omnes saltatores & laudatores armatorum deorum Tunicas versicolores, balteis succincti æreis, apices capitibus imponentes, pileos altos, quos Græci cirbasias appellant: accincti omnes gladio: dextra lanceam, aut virgam tenent, læua peltam Thraciam. ea est scuti cuneati specie, arctiora habentis latera, qualia ferunt apud Græcos, qui Curetum sacra perficiunt. vnum inesse dicunt cœlo demissum, inuentúmque in regia Nu- G mæ, nemine inferente. nec visa apud Italos tali forma. veritum Numam insidias, & scuta ancilia huic cœlesti similia, multa parasse dicunt cum Mamurio quodam opifice, ita vt incerta insidiaturis, & indiscreta fieret diuini illius natura, nec internosci posset: & reliqua. Hæc autem à poeta multis versibus explicantur. Festum verò ipsum calendis Martiis celebratur Sed cætera quæ ad rem faciunt, suis in locis referemus. *Quis nunc docet mihi*] quasi à quo discere potero. *Quare Salij Martis*] qui sacerdotes sunt Martis. *Ferant arma cælestia*] ancilia ipsa, & illud quod è cœlo cecidit. *Mamuriumque canant*] cantando Mamurij nomen repetunt. Voluit enim ipse Mamurius in mercedem clypeorum, quos fecit instar illius cœlestis, cani carminibus Saliorum. Sed de eo paulo inferius. *Mone*] instrue & doceas tu me. *O nympha* Et Periphrasi Egeriam ostendit, de qua paulò pòst. *Operosa*] officiosa. *Nemori & lacui Dianæ*] quia nympha est fontis, qui in nemore Cynthiæ est, vbi nunc oppidum ap- H pellatur Cynthianum, cuius fontis riuulus stagnum init prope Ariciam. *O nympha*] ò Egeria. *Coniunx Numæ*) cum qua Numa congressum se habere dicebat. *Veni ad tua festa*] ad ea festa, quæ tuo consilio sunt instituta.

Vallis Aricinæ sylua præcinctus opaca
Est locus antiqua religione sacer.
Hic latet Hippolytus loris distractus equorum:
Vnde nemus nullis illud aditur equis.
Licia dependent longas velantia sepes,
Et posita est merita multa tabella deæ.

ANTO. C *Antiqua religione*) quia Orestes in eo luco cum Iphigenia sorore templum sacrarũt, quod necesse est fuisse paulo post Troiam dirutam, & longè ante Romam conditam Nota sunt, quæ de Oreste poëtæ fabulantur. quamuis multa sint, quorum Sophocles & Euripides meminerũt. Vnde illud est: Scriptus & in tergo, nec dum finitus Orestes *Hic latet Hippolytus*) &c. Cùm Hippolytum equi traxissent, lacerassentque, Diana eum ab inferis per Æsculapium reuocauit, ac nymphæ commendauit E-
D geriæ: & Virbium, quasi bis virum vocari iussit. Sed renera (vt inquit Seruius) Virbius est numen Dianæ coniunctum, vt Veneri Adonis. Nec nos moueat Horatius, qui ait: Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum. Quem Virgilius scribit ad sidera rursus Aetherea, & superas cœli venisse sub auras, Pæoniis reuocatum herbis, & honore Dianæ Non enim quod Horatius dicit, ad illud referri debet, quòd post distractionem, quam ab equis est passus Hippolytus, in vitam restitutus dicitur: sed ad cõditionem mortalitatis, quam ante reuocationem effugere non potuit, fauore Dianæ. Is fuit Thesei filius ex Antiope, siue Hippolyte Amazone, qui apud Pyttheum Trœzenæ educatus est. De qua Ouidius: Hic tecum Trœzena colam Pytheia regna. *Vnde nemus nullis illud aditur equis*] Virg. in 7. Æneid. Vnde etiam templo Triuiæ, lucisque sacratis Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum, Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.
E Idem & scripsit Callimachus, teste Seruio. *Licia dependent longas velantia sepes*] tabellæ pictæ, ac licio suspensæ ab his qui vota soluerunt Quod & maiores nostri facere consueuerunt. vnde illud est Tibulli: Nam posse mederi Picta docet templis multa tabella tuis Et hac ætate non pauci faciunt. Scimus autem, Dianam morbo affectis opem afferre. Quare Siculi eam (teste Diomede) Lyen appellarunt, λύω id est soluo, quasi solutricem malorum, quòd ea placata laborantes morbis, finem malis inuenerunt.

PAVL. *Vallis Aricina sylua præcinctus opaca*] &c. Relaturus Poëta, quæ, & vbi sit Egeria, facit topographiam, hoc est, loci descriptionem. Locum enim esse dicit in Aricina valle, vbi latet Hippolytus, & Dianæ simulacrum est ex Taurica aduectum, cui mitiore iam ritu fiunt sacra. Inde riuulus defluit, aquas Egeria suggerit: quę Musis grata, Numæ vxor & consilium fuit. Sed quoniam exigit locus, vt de Egeria dicamus, de ea plura repetenda sunt. Numa accepto imperio, effrenum populum religione compescuit, de Egeria (vt Dionysius inquit) sermonem confinxit, quo facilius ipsum attenderent, qui diuina verebantur, & impositas ab eo leges promptè susciperent, tanquam à diis latas. Imitatus exemplum Minois Cretensis, & Lycurgi Lacedæmonis, quorum alter colloquio se frui Iouis I aiebat. Pergens in Dictæum montem, vbi Iupiter educatus est, descendebat in specum sacram: vbi leges componens, quas à Ioue accipere affirmabat, illas ad populũ ferebat. Lycurgus Delphos profectus, doctum se esse ab Apolline dicebat legum constitutionem, quas Lacedæmoniis tradebat. Sic Numa Egeriam deam præferebat, &c. Et Liuius inquit: Simulat sibi cum dea Egeria congressus nocturnos esse. Eius se monitu, quæ acceptissima diis essent, sacra instituere. Et Lactantius ille Firmianus, cùm antiquorum sacrificia damnet, sic inquit: Harum vanitatum apud Romanos autor, & constitutor Sabinus ille rex, qui maximè animos hominum rudes atque imperitos nouis superstitionibus implicauit. Quod vt faceret aliqua cum autoritate, simulat cum Egeria nocturnos se habere congressus. Erat quædam spelunca peropaca in nemore Aricino, vnde riuus K perenni fonte manabat. Huc remotis arbitris se inferre consueuerat, vt mentiri possit, monitu deæ coniugis ea sacra populo se tradere, quæ acceptissima diis essent. Videlicet astutiam Minois voluit imitari, qui se in antrum Iouis recondebat: & ibi diu moratus, leges tanquam sibi à Ioue traditas afferebat: vt homines ad parendum non modò imperio, sed etiam religione constringeret. Nec difficile sanè fuit persuadere pastoribus. Itaque pontifices, flamines, salios, augures creauit, Deos per familias descripsit. Sic noui populi feroces animos mitigauit, & ad studia pacis à rebus bellicis auocauit Sed cùm alios falleret, seipsum tamen non fefellit. Nam post annos plurimos, Cornelio & Bebio consulibus, in agro scribæ Petilij, sub Ianiculo, arcæ duæ lapideæ sunt repertæ à fossoribus, quarum in altera corpus Numæ fuit, in altera septem Latini libri, de iure Pontificio: item Græci totidem, de disciplina sapientiæ scripti: quibus religiones non L eas modò, quas ipse instituerat, sed omnes præterea dissoluit. Qua re ad senatum delata, decretum est, vt hi libri abolerentur. Ita eos Q. Petilius prætor vrbanus in concione populi concremauit. & reliqua. *Est locus præcinctus*) circundatus. *Sylua opaca*] vmbrosa. *Vallis Aricina*] ab Aricia, quæ distat ab Alba viginti stadiis. *Sacer antiqua religione*) hoc ideo dictum, quòd consecrata ibi ara Dianæ ante Albam conditã. Nam cùm Iphigenia, cuius in primo libro meminimus, præesset aræ Dianæ Tauricæ in Scythia, vbi hospites mactabantur, appulit illuc Orestes, cui cùm eum agnouisset, pepercit.

A Quæ tentibus Scythis illam Orestem non mactasse, tumultum verita aufugit noctu cum fratre ab alio Dianæ simulacro, venitque in Italiam, & in sylua Aricina templum Dianæ consecrauit. *Hic*) in hac sylua. *Latet Hippolytus*) Thesei ex Hippolyta siue Antiope filius. *Discerptus loris* habenis. *Equorum*) id est, ab equis frenatis, & loris implicitis tractus laceratúsque est. Et quamuis Cicero fabulam esse putet, historia tamen fuit: sed in tragœdias, sic & in fabulas relata. Phædra Deucalionis Cretensis filia, Thesei vxor, ob denegatum ab Hippolyto concubitum, cum viro appetiti concubitus falsò accusat. Theseus, cum essent sibi tria vota à Neptuno concessa, vt in fabulis est, Hippolyti interitum optauit. de quo apud Annæum in Tr. Genitor æquoreus dedit, Vt vota prono trina concipiam Deo, Et inuocata munus hoc sanxit Styge. En perge donum triste regnator freti. Non B cernat vltra lucidum Hippolytus diem, Adeátque manes iuuenis irato patre & reliqua. At Neptunus monstrum ingens immisit, quo caterriti equi Hippolyti, fugientes eum disiecere, & loris implicitum lacerauere. Sed vt in historiis legimus, cùm ferretur curru Hippolytus, et audita nouercæ calumnia labenti animo, frena è manibus ceciderunt. Turbati equi, excussis habenis, currum præcipitem egerunt. Quo effracto, Hyppolytus vestibus implicitus, atque ad terram delatus, interiit. Poëtæ verò eum Æsculapij ope reuixisse dicunt, Virbiúmque mutato nomine appellatum, de quo alio loco dicetur. Retinuerúntque Dianam Aricinam eum apud se dicunt. Alij Egeriæ commendatum. quod ostendit etiam Vergilius in fine septimi Æneidos: cùm dicat Egeriæ, nemorique relegatum. Appellatúmque Hippolytum voluit ab ἵππος, equus: & λύω, lacero, seu discerpo. *Vnde*) ex quo. *Illud nemus*] G Aricina sylua. *Aditur nullis equis*] ex eo quòd equi iuuenem discerpserunt, illud nemus ingredi non possunt. & Vergil. Vnde etiam Triuiæ templo, lucísque sacratis Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum, Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis. *Licia dependent velamina*] tegumina. *Longas sepes*) alligabantur tabellæ inscriptæ liciis, & appendebantur sepibus, vota testantes. Sepem à sepiendo dicimus, & plura sunt genera sepimentorum, de quibus agit Varro in Re rustica. *Et multa tabella*] inscripta nominibus seruatorum. *Est posita merita dea*] Dianæ quæ vota exaudiuit.

ANTON. *Potens voti*) Fœmina voti compos, & consecuta quicquid petiit à Diana, sæpenumero accensis facibus ex vrbe Roma confert se ad Artemisium, vt agat deæ gratias, vel vota persoluat. *Regna tenent manibus fortes,* C *pedibúsque fugaces*] Sacerdos Dianæ Aricinæ rex olim dicebatur. Vnde illud est, Immitis Ariciæ regni. Et Suetonius ait in Caligula: Nemorensi regi, quòd multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorem aduersarium subornauit. Erat autem hic sacerdos fugitiuus. fuit enim in hoc templo post mutatum ritum sacrificiorum arbor quædam, vt scribit Seruius, de qua infringi ramum nô licebat. Dabatur tamen fugitiuis potestas, vt siquis inde ramum potuisset auferre, monomachia, id est, singulari certamine, cum templi sacerdote pugnaret, qui fugitiuus erat (vt quidam putant) ad imaginem fugæ Orestis, qui post occisum regem Thoantem in regione Taurica cum sorore I- D phigenia fugit, & simulacrum inde sublatum haud longè ab Aricia collocauit. Dabatur autem facultas dimicandi quasi ad pristini sacrificij reparationem. apud Tauros enim Diana humano sanguine placabatur, cui translatæ in nemus Aricinum, seruos tantùm aliquando immolarunt. Sed cùm postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret, Diana ad Laconas translata dicitur, vbi sacrificiorum consuetudo adolescentulorum verberibus seruatur, qui (vt scribit Cic. in 2. Tuscul. quæst.) ad aram sic verberantur, vt multus è visceribus sanguis exeat: quorum nemo exclamat, nemo ingemiscit, cùm quidã verberibus afficiantur ad necem. Eundem templi sacerdotem fugitiuum fuisse, Strabo quoque testatur his verbis: Barbaricos quidam Scytharúmque circa templum mos obtinet. qui enim victimæ mactator prius extiterit, sacerdos instituitur fugitiuus quidam vir, gladium tenens, & insultus semper E circumspectans, ad tutandum strenuè paratus. Sanè mutatum sacrificij ritum ostendit Vergil. in 7. Æneid. cum ait: Pinguis vbi & placabilis ara Dianæ. Sciendum igitur, fugaces pedibus hic accipi fugitiuos. quia non nisi fugitiuus sacerdos siue Rex creari poterat. Nam si diceres regnum tenere strenuè pugnantes, ac celeriter fugientes, non rectè acciperes sensum autoris, reluctaretúrque tibi & Seruij & Strabonis autoritas. Quomodo enim ad tutandum strenuè paratus est qui fugit? Vel quomodo fugitiuum vocat Seruius, qui cum sacerdote regnum obtinente nondum monomachia pugnauit? *Et perit exemplo postmodo quisque suo.* Qui cæde aliena Rex Nemorensis creatus est, cum occurrit fortior aduersarius, priuatur & regno, & sacerdotio, illum interficitur quemadmodum & ipse alium interfecit. *Incerto murmure*] qui via percipitur sensu aurium. Hic riuus fluit e fonte, cuius nympha putatur Egeria. *Dea grata Came-* F *nis*] Liuius Camœnis eum lucum sacrauit, quòd dearum sibi concilia cum coniuge sua Egeria essent. Plutarchus in Numa: Præterea opus esse Camœnis lucum eum, & quæ circum lucum prata sunt, sacrare, quo frequenter ad suum congressum veniant. Hæc Numa ex Egeria audisse apud eundem inquit autorem. Lege vtrumque.

Sæpe potens voti frontem redimita coronis
Fœmina lucentes portat ab vrbe faces.
Regna tenent fortes manibus, pedibúsque fugaces,
Et perit exemplo postmodo quisque suo.
Defluit incerto lapidosus murmure riuus,
Sæpe, sed exiguis haustibus, inde bibit.
Egeria est quæ præbet aquas, dea grata Camœnis:
Illa Numæ coniunx consiliúmque fuit.

PAVL. *Sæpe fœmina potens*) hoc est, voti compos. *Redimita frontem coronis*] hoc est, coronata. *Portat faces lucentes ab vrbe*] portat faces accensas ex vrbe Ariciam, cùm assecuta esset H quod voto optabat. *Regna tenent fortes*) Regnum appellat poëta, eo quòd sacerdos Triuiæ illic rex vocabatur. & sicut dicimus Ariciam nemoralem, ita & regem nemorensem, & regna Dianæ dicta. Lucanus in tertio Pharsaliæ: Qua sublime nemus, Scythicæ qua regna Dianæ. & in sexto: Parua Mycenææ quàm sacrata Dianæ, Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma. & Suetonius in vita C. Caligulæ: Nemorensi regi, quòd multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorem aduersarium subornauit. sic & Naso regna dixerat. *Fortes*] ergo I *Manibus tenent regna*] ipsius Dianæ. *Et fugaces pedibus*] ille enim efficiebatur rex, qui & viribus corporis, & pedum celeritate præstaret: opus enim erat dimicatione. & qui validior erat, alterum pellebat. Strabo cùm de hoc agit, ita inquit: Est & Dianæ lucus, id est, Artemisium (sic enim vocant) è sinistra viæ regione, ex Aricia ad Aricinam syluam conscendentibus, quod templum nominant ædificium Tauricæ. nam Barbaricus quidam, Scytharúmque circa templum mos obtinet. Qui enim victimæ mactator prius extiterit, sacerdos instituitur, fugitiuus quidam vir, gladium tenens, & insultus semper circumspectans, ad tutandum strenue est paratus. Templum autem sylua circundat, cui lacus instar pelagi fluctuans adiacet. Circumcirca montanum imminet supercilium continenter, vnúmque præaltum. Caua inde regio templum aquámque excipit. Fontes spectare licet, è quibus lacus expletur. Horum sacra sub cuiusdam dæmonis ap- K pellatione habent. hoc in loco scaturigines obscuræ sunt: & reliqua. Hæc verba Strabonis indicant eum lacum montibus circundatum, qui est vltra Albam. Vbi est ab vno latere oppidum Cynthianum, ab altero nemus: sic enim alterum oppidum nunc vocant. His in locis aliquando adolescenti mihi deliciæ fuerant æstiuæ: iamdiu ab illis absfui. Verùm in eodem templo olim humana victima immolabatur. Sed cum postea, vt Honoratus inquit, Romanis sacrorum crudelitas displiceret, quanquam serui immolarentur, ad Laconas est Diana translata, vbi sacrificij consuetudo adolescentulorum verberibus seruatur: qui vocabantur βωμονῖκαι, quia aris superpositi contendebant, qui plura possent verbera sustinere. *Pedibúsque fugaces*] Fugitiuus interficiens priorẽ sacer- L dotem, creatur sacerdos. Huius successor & ipse hunc interficit. *Et quisque*] ex illis regibus Nemorensibus. *Postmodo peteret suo exemplo*] quia validior alios opprimit. *Defluit*) per lucum Cynthiæ. *Riuus lapidosus*] inter lapides fluens. *Incerto murmure*) quasi tam leui susurro, vt via auribus percipiatur. *Inde*] ex eo riuulo. *Sæpe bibi*] sed exiguis haustibus bibi sæpe, sed parum aquæ hausi. *Egeria est quæ præbet aquas*] quasi Egeria est illius fontis nympha, quæ aquas fundit. *Dea grata Camœnis*] Musis. nam vt Pomp. inquit, Camœnæ Musæ a carminibus sunt dictæ, vel quòd canunt antiquorum laudes, vel quòd sint castæ mentis præsides. sed poeta Egeriam Camœnis gratam dixit, quòd alij putauere eam esse vnam ex Musis: vel quia locus ille Camœnis est consecratus,

de quo Liuius inquit: Lucus erat quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. Quò, quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum deæ inferebat, Camœnis cum lucum sacrauit, quòd dearum sibi consilia cum coniuge sua Egeria essent:& soli Fidei solenne instituit. Ad id sacrarium flammes bigis, curru arcuato vehi iussit: manúque ad digitos vsque inuoluta, rem diuinam facere: significantes fidem tutandam, sedémque eius etiam in dextris sacratam esse,&c. Plutarchus verò vbi de Saliis agit, inquit: Annum iam octauum regnante Numa, morbus pestifer Italiam occupans, Romam inuaserat. mœrentibus cunctis, traditur peltam æneam è cœlo delapsam in Numæ manus. in eam mirabilia quædam dixisse regem, se ea Egeria, musisque audisse, peltam in vrbis salutem missam. Oportere eam seruare, aliis vndecim ad illius figuram effectis. Præterea opus esse, Camœnis lucum eum, & quæ circum lucum prata sunt, sacrare, quò frequenter ad suum congressum veniant, &c. Inde est illud Iuuenalis: Hic vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ. & paulo pòst subdit: Eiectis mendicat sylua Camœnis, In vallem Egeriæ descendimus. Egeriam volunt dictam ab egerendo, ex eo quod Pompeius inquit, Egeriæ nymphæ sacrificabant prægnantes, quòd eam putabant facile conceptam aluum egerere. *Illa*) Egeria. *Fuit coniunx Numæ & consilium*] quod dicebat se habere cum ea congressum, & consulere de rebus agendis, vt iam latè ostendimus. *Principio nimium*] Numa regno ita potitus, vt Titus inquit, Vrbem nouam, conditam vi & armis, iure, legibúsque, ac moribus de integro condere parat: quibus cum inter bella assuescere videret non posse, quippe efferatos militia animos, mitigandum ferocem populum, armorum dissuetudine ratus, Ianum & infimum Argiletum, indicem pacis bellique fecit: apertus, vt in armis esse ciuitatem: clausus, pacatos circà omnis populos signaret. & paulo pòst. Ne luxuriarent ocio animi, quos metus hostium, disciplináque militaris continuerat, omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis seculis rudem, efficacissimam, deorum metum iniiciendum ratus est. Qui cùm descendere ad animos sine aliquo commento miraculi non posset, simulat sibi cum dea Egeria congressus, &c. Quia de aliis iam egimus, non immoremur. Sed de gestis & moribus eius sic Halicarnasseus inquit, vnde pauca hæc excerpsimus: Plebeios pauperes suscepit, diuideos eis ex agro quem Romulus possederat, & ex publico partem exiguam. Patriciis prioribus nihil ademit. adiunxit iis alios quosdam honores tradidit, dissidentes composuit. disposito congruè populo, duo hæc tractauit, docuitque populum, quibus ornatam ciuitatem fieri fœlicem, & magnam putabat, cultum diuinorum: quia dij essent bonorum omnium mortalibus largitores. Deinde iustitiam, per quam data à diis bona, honestos ferre possessoribus fructus afferebat, &c.

Principiò nimium promptos ad bella Quirites
Molliri placuit iure, deûmque metu.
Inde datæ leges, ne fortior omnia posset,
Cœptáque sunt purè tradita sacra coli.
Exuitur feritas, armísque potentius æquum est,
Et cum ciue pudet conseruisse manus.
Atque aliquis modò trux visa iam vertitur ara:
Vináque dat tepidis, farráque salsa focis.
Ecce deûm genitor rutilas per nubila flammas
Spargit, & effusis æthera siccat aquis.
Non aliàs missi cecidere frequentius ignes.
Rex pauet, & vulgi pectora terror habet.
Cui dea: Ne nimium terrere, piabile fulmen
Est ait, & sæui flectitur ira Iouis.
Sed poterunt ritum Picus Faunúsque piandi
Tradere, Romani numen vtrumque soli.
Nec sine vi tradent, adhibe tu vincula captis.
Atque ita quâ possint, edidit, arte capi.
Lucus Auentino suberat niger ilicis vmbra,
Quo posses viso dicere, Numen inest.
In medio gramen, muscóque adoperta virenti
Manabat saxo vena perennis aquæ.
Inde ferè soli Faunus Picúsque bibebant:
Huc venit, & fonti rex Numa mactat ouem.

ANTON. *Principio nimiū promptos ad bella Quirites Molliri placuit iure, deûmque metu*] Docet quale fuerit Numæ studium. à pop. Rom. feritas religione mollita est, & ad quietem redacta. Vnde illud est Horatij: Romulum post hos prius, an quietum Pōpili regnum memorem. Deinde vt ostendat, cur Salij ferentes ancilia, Mamurium canant: dicit regnante Numa largissimas pluuias cum fulminibus decidisse, & suasisse Egeriam Numæ, vt fulminū expiationem à Pico & Fauno peteret: à quibus Iupiter secreta quadam arte elicitus, expiandi fulminis ritum Numam edocuit, eique pollicitus est certa se Romani imperij pignora traditurum. Vnde cùm Numa conuocato populo, rem diuinam ageret, breue scutum è cœlo delapsum est, vt diximus suprà. Hunc regem constat iustitia, prudentia & religione excellentissimum fuisse: ac populum Romanum traduxisse ad pacem & sacrificia celebranda, cùm omnem diuini cultus institutionem in octo partes distribuisset, quarum meminit Dionysius, curionum, flaminum, ducum, celerum, augurum, virginum Vestalium, Saliorum, collegij fecialium & pontificum. Vnde tantæ apud exteros populos autoritatis fuit, vt nemo eo regnante Romanis bellū intulerit. Hæc ita vulgata sunt, vt referri à nobis superfluum videatur. *Inde datæ leges*] sine quibus pax esse non potest, quæ nisi forent, violentia sibi omnia vendicaret. *Armísque potentius æquum est*) plus quàm arma æquitas potest. Sanè leges membra sunt iuris. Æquitas est, quod æquum & bonum dicimus: id est, quod sine lege & consuetudine ab omnibus probari solet. *Visa iam vertitur ara*) mollescat religione, qui antea ferus & paratus ad violentiam fuit.

Effusis æthera siccat aquis] Ætherem pro aëre posuit. vt, Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis. Hic exonceratur atque siccatur, dum pluit, & terra imbrem accipit. Contrà verò fit, dum pluuiæ imminent. vt, Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent. *Ne nimium terrere*] Imperatiuus modus est, cui aptius ne iungitur, quàm non. vt, Ne pete

Dardaniam frustrà Theti mergere classem. &, Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella. Legimus tamen in Pharsalia Lucani: Non qua tellure coacti, Quodque procul tectis captæ sedearis ab vrbis, Cernite. *Flectitur ira Iouis*] Contra Epicuros, qui esse Deos dicunt, sed nihil curare, vt autor est Cicero de Natura deorum. *Sed poterunt ritum Faunus Picusque piandi Tradere.* Hi Dei per Auentinum montem errare dicebantur, autore Plutarcho: cùm is neque vrbis pars esset, neque habitaretur. Quos cepisse Numam fabulantur, cùm vinum & mel fonti, ea quo bibere consueuerant, miscuisset. Qui vbi somno excusso, quē potus fecerat, viderunt tenacissimis se vinculis comprehensos, edocuisse regem dicuntur fulminum lustrationem. quā nis quidam (vt idem ait Plutarchus) eam lustrationem non à Pico & Fauno, sed à Ioue traditam dicant, ab iisdem diis arte magica deuocato. Qui cùm dixisset, lustrationem fieri capitibus oportere, & Numa subdidisset ceparum, Iupiter hominum inquit. Rursus verò, cū Numa præcepti acerbitatem inuertens, interrogaret, Capillis? respondisse Iouem ferunt, Animatis. & tunc Numam pisciculis menidibus subiecisse. Itaque diu obseruatum est, vt per cepas crines, & menides pisciculos fulmina lustrarentur. *Romani numen vtrumque soli*] quia Picus regnauit in Latio, Saturni filius, & Fauno pater Picus fuit. Virgilius: Fauno Picus pater, isque parentem Te Saturne refert. *Arte*] dolo. Quæ autem ars siue dolus fuerit, sequentia indicant. *Numen inest*] Densæ arbores, atque intactæ, necnon & aqua perennis, numen esse ibi ostendebant. Et bene lucum, more Virgiliano, sacrum dixit.

PAVL. *Principiò*] quasi ab initio. *Placuit*] Numæ. *Molliri*] leniri & mites fieri. *Iure*) iuris obseruantia. *Et metu deûm*) religione. nā ea demū vera religio est, cū Deum timemus. Inde volunt Deū dictum, quòd eius metus sit. & Papinius nō abre dixisse videtur, Primus in orbe Deos fecit timor. Et Pomp. inquit: Deus dictus, quòd ei nihil desit, vel quia omnia commoda

A moda hominibus dat. siue à Græco *δέος*, quod significat metũ, eo quòd hominibus metus fit. sed magis cõstat id vocabulũ ex Græco *θεός* esse dictũ, aspiratione dẽpta, qui mos antiquis nostris frequẽs erat. Numæ ergo placuit inris obseruantia, & religione ferociã, & mãsuetacere. *Quirites*] Romanos: quanquam Quirites à Curibus dicti. *Nimiũ prõptos ad bella*) bellicosos: quos Romulus armis semper exercuerat. *Inde*) ex eo. *Data leges*) à Numa. Sedit enim populo leges, quas ab Egeria accepisse simulabat. *Nõ firmior*) validior, & potẽtior. *Posset omnia*] ne omnia potẽtioris arbitrio administrarẽtur. *Dedit leges*] quibus iustitiam seruare discerẽt. *Sacra tradita*] quasi ceremoniæ, & ritus sacrorũ, & deorũ cultus, quos ipse tradidit. *Sunt cœpta coli*] & ab ipsis Romanis. *Purè*) castè. *Feritas exuitur*) cùm essent prius feroces, iam ipsam feritatem exuerunt, & induerũt mansuetudinẽ. *Et æquum est potentius armis*) quia arma & vires ab æquitate vincuntur. Illúdq; dicimus æquũ & bonum esse, quod sine lege ac consuetudine ab omnibus cõprobatur: spectatq; ad ius naturale dicitur. Nã

B Paulus iurisconsultus de Iustitia & iure: Ius, inquit, pluribus modis dicitur. Vno modo quidem, id quod æquum & bonũ est dicitur: & est ius naturale. Altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quacunque ciuitate vtile est: vt ius ciuile. neque minus ius rectè in ciuitate nostra ius honorarium, &c. Vlpianus inquit, Ius à iustitia dictum. Et vt legẽ definiamus. Cicero, Lex inquit, est certa ratio è mẽte diuina manãs, quæ recta suadeat, prohibeátque contraria. Et Papinianus ait: Lex est commune præceptum virorum prudentium. Demosthenes sic definit: Lex est, cui omnes homines debent obedire. Et Chrysippus: Lex est diuinarum & humanarum rerũ notitia. Et Modestinus: Legis virtus hæc est, imperare, vetare, punire, permittere. *Et pudet*] iã. *Cõferuisse manus cum ciue*) pu-

C det inter se pugnare. Nõ. n. aut p agris, aut aliis bonis, armis decertabãt, sed iustitiæ succũbebãt. *Atque aliquis modo*) paulo antè. *Trux*] ferus & crudelis. *Vertitur iam visa ara*) qui truces prius, & expertes religionis. *Vertitur iã visa ara*) iã mites redditi, & religiosi, cùm primũ videtint aram, vertũt se, & sacrificatũ eũt. *Et dat vina & farra s.*) hoc est, molã ex farre & sale molito. *Tepidis focis*) aris vbi fit ignis sacrificij. *Ecce deûm*. Iã exposito Numæ studio, dirigit narrationem ad inquirendã anciliorũ narrationẽ. & inquit eo tẽpore emissa ab Ioue creberrima fulmina, sic & creberrimas fuisse pluuias. Vnde fortè exortus est pestifer ille morbus, quẽ ex Plutarcho retulimus. *Ecce genitor deûm*] Iupiter. *Spargit flãmas rutilas*) coruscos ignes. i. ignea & coruscãtia fulmina. *Per nubila. Et siccat æthera*] aëra. *Aquis effusis*] effusione aquarũ. Non autẽ exonerantur atq; siccatur aër per pluuiarũ effusionẽ. *Nondum*

D *alias*] quasi nunquã hactenus, seu ad ea vsq; tẽpora. *Cecidere frequẽtius*) crebrius. *Ignes missi*] fulmina è cœlo missa. *Rex pauet*) expauescit Numa. *Et terror*) &c. omnis multitudo exterrita est. Et Plut. ea peste mœstos fuisse cũctos ostẽdit. *Cui Dea*) &c. Egeria territũ Numã cõsolatur, mõstratq; Iouẽ posse placari. Sed id ostẽdit quo pacto fieri possit, debere à Pico & Fau

no: docuitq; nympha, qua ratione eos cogeret, & ab ipsis ritũ edoceretur. *Cui*] Numæ. *Dea*) Egeria ait. *Ne nimium terrere*) nõ exterrearis nimiũ. *Fulmẽ est piabile*] quasi causæ vel delicta, quibus iratus est Iupiter, & fulmina emittit, possũt sacrificiis expurgari. *Et flectitur*) mitigatur, seu placatur. *Ira Iouis saeui*] irati. *Ritũ piãdo*) quo ritu sacrorũ mitiges iratũ Iouẽ. *Vtrũque numẽ Romani soli*] quasi vterq; Deus Latiũ tuetur. nã Latij fuere reges. Picus enim Saturni filius, quem in picum auẽ Martiam Circes veneficio versum dicunt. Vnde & Virgil.

G Fecit autem Circe, sparsítque coloribus alas. Sed Latini eum pro Deo coluerunt. Vnde est illud Plutarchi, quòd Latini eũ præ cæteris colãt: At aues eius nominis picos Martios vocat Plinius, cognomine insignes, & in auspiciis magnos. Et postea subdit: Ipsæ principales Latio sunt in auguriis, à rege, qui huic aui nomen dedit. *Faunus*] Non intelligas de pane, aut vino, qui & Faunus dicitur, Arcadum numine, de quo superius egimus: sed de huius Pici filio, patre Latini. De quo Lactantius. Sed vt Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit, sic ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno auo nefaria sacra constituit, & Picũ patrẽ inter Deos honorauit, & sororem suam Faunam, eandẽmq; coniugẽ cõsecrauit. Et de his intellexit Cicero, cùm inquit in libris de Diuinatione: Sæpe etiã in prælijs auditi Fauni, & in rebus turbidis veridicæ voces ex occulto missæ esse dicũtur. Et Varro ait: Fauni Dei Latinorũ, ita vt Faunus & Fauna sint

H in versibus, quos vocãt Saturnios. In syluestribus locis traditũ est solitos fari, à quo fando Faunos dictos. Et Honoratus quoq; ostẽdit, Faunũ & Faunã dictos à vaticinando. i. fando. *Nec tradent*] ipsi non docebũt te placare Iouem. *Sine vi*) nisi viribus cogas. *Adhibe tua vincula captis*] quasi cùm eos occupaueris, alliges tuis vinculis. vel cùm inueneris dormientes, capias, & alliges. *Atque ita edidit*) dixit, & docuit Numã Egeria. *Qua arte*) quo dolo, quibus insidiis. *Possent capi*] apprehẽdi: apposito. i. vinu in eo loco, quo illi potare cõsueuerãt. *Lucus Auẽtino*] &c. Topographia est. Erat in Auẽtino colle sylua, quæ solo aspectu inesse aliquid numinis indicabat: locúsq; erat herbidus, vnde & aqua scatebat, de qua Picus & Faunus haurire cõsueuerãt. Ibi oue mactata, dispositísq; circà poculis, Numa in insidiis latuit. *Suberat Auentino lucus*] erat sylua sub Auẽtino mõte. *Niger*) obscurus. *Vmbra ilicis*]

I q; erãt ibi dẽsæ vmbrosæ ilices. Verũ alio loco legimus, fuisse in Auẽtino syluã lauriferã. Sed quare Auẽtinus dictus, dicemus in quarto. *Quo*) luco. *Viso*) inspecto. *Inest numen*) quia indicabat, alicui numini esse sacrũ, ob vmbrã, & horrorẽ quẽ incutiebat vt de luco Massiliẽsi apud Lucanũ, Arborib' suus horror inest. *In medio*, &c. erat gramineus, seu herbid' in medio locus. *Et vena aquæ perẽnis*] perpetuò fluẽtis. *Adoperta*] tecta. *Musco*) illa tenui herba, quæ nascitur circa aquas. *Nitẽti*) viridi: aut nitẽti aquæ aspergine. *Manabat è saxo*) scaturiebat è rupe. *Inde*) ex ea aqua. *Sols ferè*) quasi soli ipsi. *Faunus & Picus bibebãt*] quia rarò alij illuc penetrabãt. *Rex Numa venit huc*] ad hũc fontem. *Et mactat ouem fonti*] immolat ouem.

Plenáque odorati disponit pocula Bacchi,
Cúmque suis antro conditus ipse latet.
Ad solitos veniunt syluestria numina fontes,
Et releuant multo pectora sicca mero.
Vina quies sequitur: gelido Numa prodit ab antro,
Vincláque sopitas addit in arcta manus.
Somnus vt abscessit, pugnando vincula tentant
Rumpere, pugnantes fortius illa tenent.
Tunc Numa: Di nemorum nostris ignoscite factis,
Si scelus ingenio scitis abesse meo.
Quóque modo possit fulmen, monstrate, piari.
Sic Numa, sic quatiens cornua Faunus ait:
Magna petis, nec quæ monitu tibi dicere nostro
Fas sit: habent fines numina nostra suos.
Di sumus agrestes, & qui dominamur in altis
Montibus: arbitrium est in sua tecta Ioui.
Hunc tu non poteris per te deducere cœlo,
Sed poteris nostra forsitan vsus ope.
Dixerat hæc Faunus, par est sententia Pici:
Deme tamen nobis vincula, Picus ait.
Iuppiter huc veniet summa perductus ab arce,
Nubila promissi Styx mihi testis erit.

ANTON. *Odorati*) odori. Nã odoratũ est propriè, vt diximus, qđ aliũde odorem accipit. *Gelido Numa prodit ab antro*) Vbi eũ intelligimus latuisse Egeriæ cõsilio, ne à Pico & Fauno ad fontẽ venientibus cerneretur. *Si scelus ing.*) &c. Affirmãtis est Si cõiũctio hoc loco, nõ dubitantis. *Magna petis*]

E quia in potestate Iouis fulmina sunt: ius autem deorũ agrestiũ, agri, nemora, mõtésq; præsertim. *Dixerat hæc Faun'*) &c. Si Fauno Picus pater est, cur Faunus prior respõdit? cur nõ cessit patri? dicemúsne ingeniosum poetã hoc loco dormitare? Atqui fãdi arbi-

F triũ inter Fauno tribuitur, cui quidã à fando nomen inditum putãt, cum Picum versum in auem Martiã fabulẽtur. *Nubila promissis Styx mihi testis erit*) Iurat per Stygiã paludẽ. Notum est, cur dij per eam iurare ac fallere timeant. Est autem Nubila adiecti-

num nomen, atrum significãs. Hinc Virgilius ait: Sub pedibus Styx atra videt, manésq; profũdi.

K PAVL. *Et disponit pocula plena*] crateres seu calices plenos. *Bacchi odorati*] vini, quod quo odorati', eo meli'. Et vsus est denominatione, vt cùm ponimus inuentorẽ pro re inuẽta. *Et cõditus*) absc̃õditus. *Latet cũ suis antro*) abscõdit se & comites in insidiis dispositos, ne absterreret eos à gustu vini, & ebrios & dormiẽtes apprehẽderet. *Ad solitos veniunt*) &c. Venere ad fontẽ dij, & exhausto vino quieti se dedere. Quos egrediẽs ex insidiis Numa occupat, & laqueis manus alligat. *Numina syluestria*] Picus & Faunus syluarum præsides. *Veniunt ad solitos fontes*) quo sæpe venire consueuerant. *Pectora sicca*) propter sitim. Releuãt ergo sitis. *Multo mero*) quia multum hauserunt. *Quies*) somnus. *Sequitur vina*] nam

A post epotum vinum somnus ocellos oppressit. *Numa prodit*) exit. *Ab antro gelido*) vbi in insidiis delituerat. *Et addit manus sopitas*] deorum supitorum. *In arcta vincula*] nam manus vtriusque laqueis alligauit. *Somnus vt abscessit*) &c. Experrecti à somno dij, quò magis tentabant vincula rumpere, eo magis implicabantur. *Vt*) postquam abscessit somnus. *Pugnant*) contendunt & conantur Picus & Faunus tentando & experiendo *Rumpere vincula*) laqueos quibus erãt deuincti. *Illa tenent fortius*) validius. *Pugnantes*) dissoluere aut frangere conantes. Et est translatio ab auibus captis in retibus aut visco. nam fugere conantes fortius tenentur, & magis implicantur. *Tunc Numa*) &c. Petit ab his veniam Numa, cùm quod fecit, non scelere fecerit: oratq; vt ostendant quo pacto Iouem placare posset. *Tunc Numa*) ait, *Dij nemorum*) qui nemora incolitis, & quorum præsides estis

B *Ignoscite nostra facta*) date veniam, & benigno animo ferte quod fecimus. *Si scitis*) pro quia scitis. *Abesse scelus ingenio meo*) quasi me non fecisse hoc vlla impietate. Decepi vos quidem ingenio, sed scelus abest. *Et monstrate quo modo*] quo ritu, quo sacrificio. *Possit piare fulmen*) possit placari Iuppiter, qui fulmina emittit: vel expurgari causa, qua fulmina emittuntur. *Sic ait*) Numa. *Sic Faunus*) Numæ respondens. *Quatiens cornua*) quia bicornis fingitur *Magna petis, nec quæ monitu tibi discere nostro Fas sit, habent fines numina nostra suos*) Hæc fuere verba Fauni: Petis quod præstare non possumus. nam agrorum & montium dij, non habemus in cœlo ius, quod solius est Iouis. quem è cœlo euocare per te non potes: poteris tamen, si à nobis docebere. *Petis*) tu Numa. *Magna*) quæ nec sit tibi fas, non liceat tibi. *Discere nostro monitu*) nostra instructione. Et addit huic rei rationem. *Numina nostra habent suos fines*) quasi quia licèt dij simus, præfinita tamen est nobis potestas, & velut circũscripta in agris & montibus. Quæ à nobis petis, opus est vt Iuppiter è cœlo veniens, te doceat, cuius sunt ipsa fulmina. Suum ergo est, tradere expiationem, & non nostrum *Dij sumus agrestes*) qui agris præsumus aut sumus dij rustici, ἀγρότης

G enim rusticus est. *Et qui dominamur in altis montibus*) quia ius & dominium habemus in montibus, & in nemoribus *Ioui est arbitrium in sua tecta*) ipse Iuppiter in cœlo dominatur. *Tu non poteris deducere hunc cælo*) non poteris elicere & euocare ad te è cœlo Iouem. *Per te*] tua ope. *At forsitan poteris*] deducere scil. *Vsus nostra ope*) nostro consilio & auxilio. *Dixerat*] hæc verba Faunus. *Par sententia est Pici*] quia affirmauit quæ Faunus dixerat. *Tamen ait Picus, Deme nobis vincula*] dissolue laqueos, & à nobis remoue. *Iuppiter veniat huc*) quasi cùm dempseris vincula, docebimus te, quo pacto Iouem elicias, & huc veniet. *Perductus ab arce summa*) ab æthere summo. *Nubila Styx*] palus inferni, per quam dij iurant. *Erit mihi testis promissi*) quasi iuro per Stygem, Iouem huc affuturum. Styx tristitiam

H significat, à στυγέω, quod est tristitiam inferre. Filia credita est Victoriæ, quæ Deos contra gigantes iuuit. Vnde datum est illi, vt nullus per eam Deus peieraret. Sed de ea plura alias.

Emissi quid agant laqueis, quæ carmina dicant,
Quáque trahant superis sedibus arte Iouem.
Scire nefas homini: nobis concessa canentur,
Quæque pio dici vatis ab ore licet.
Eliciunt cælo te Iuppiter: vnde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciúmque vocant.
Constat Auentinæ tremuisse cacumina syluæ,
Terráque subsedit pondere pressa Iouis.

ANTON. *Eliciúmque vocant*] ab eliciendo, vt Varroni placet. Vel quòd cœ-

C lo elicitus deuocatúsq; fuerit. à quo verbo elecebræ argentariæ meretrices dictæ sunt, quòd argentum eliciant, vel quòd ad eliciendum ex diuinis mentibus, quæ prodigia fulminibus, aliáve ratione missa susciperentur, atque curarentur. Et Numa in Auentino aram dicauit. de quo inquit Plin. Ictos fulmine lucos, & aras, & sacra habemus: interque Statores ac Tonantes & Feretrios, Elicium quoque accepimus Iouem. Sciendum, in Numæ libris scriptum fuisse, quo sacrificio Iupiter cœlo elici posset. Vnde Tullus Hostilius,

D vt L. Piso in primo Annalium scripsit, eodem sacrificio Iouẽ cœlo deuocare conatus, quoniam parum ritè quædam fecisset, fulmine ictus est. Et reuera dæmones putantur aliquando vt veniant, necessitate compelli, qui nocere interdum consueuerunt. Quod in patria mea quidam expertus est, ædibus vbi is erat eiusmodi Deos inuocãs, labentibus terræmotu: quem scimus pallidiorem buxo rediisse, humanis rebus postea excessisse. Illud quoque omittendum non est, quod existimant quidam Elicium Iouem, quasi Ilicium dictum: cùm scribat Plutarchus, Iouem postea quam ileos, id est, propitius factus est, abiisse, & locum eam ob rem Ilicium appellatum. Sanè ab elicio verbo maiores nostri aquælicium dixerunt, cùm aqua pluuialis quibusdam remediis eliciebatur, vt Manali lapide in vrbem ducto. De Ioue Elicio Liuij hæc verba sunt: Pontificem deinde Numa Mar-

E tium Marci filium ex patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsignatáque attribuit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque vnde in eos sumptus pecunia erogaretur, cæteráque omnia publica priuatáq; sacra Pontificis scitis subiecit: vt esset, quò consultum plebs veniret, ne quid diuini iuris negligendo, patrios ritus peregrinósque asciscendo turbaretur. Nec cœlestes modò cerimonias, sed iusta quoque funebria, placandósque manes, vt idẽ Pontifex edoceret: quæque prodigia fulminibus, aliôve quouis modo missa susciperentur atque curarentur. Ad ea elicienda è mentibus diuinis, Ioui Elicio aram in Auentino dicauit, deúmque consuluit auguriis, quæ suscipienda essent. *Tremuisse*] aduentu Iouis: cùm tanti numinis põderi terra cederet, qui solo quoq; nutu Olympũ, siue cœlũ concutit.

PAVL. *Emissi laqueis*] soluti & liberati è vinculis. *Nefas scire ho-*

F *mini quid agant*) non licet homini scire, quid Faunus & Picus soluti dixerint, quidve fecerint ad deducendum è cœlo Iouem. *Quæ carmina dicant*) quasi quibus carminibus, seu incantationibus vtantur. Et Virgilius: Carmina de cœlo possunt deducere lunã. *Et qua arte trahant*) quibus precibus abstrahant Iouẽ. *A superis sedibus*) è cœlo. Hæc omnia sunt, quæ homini scire nõ licet *Nobis cõcessa canẽtur*) dicemus ea quę cõcessa sũt poëtis scire & referre. Et quę licet dici ab ore pio vatis, dicemus quæ dici possunt à vate salua pietate *Eliciunt cælo te Iuppiter: Vnde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciúmque vocant*) Faunus & Picus precib' deducũt è cœlo Iouẽ, vnde ab eliciẽdo Elicius Iupiter dictus est. Sed vt rẽ altius repetamus: Post multa sacrorum instituta, Pon-

I tificem deinde, vt Titus inquit, Numa Martium Marci filium ex patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsignatáque attribuit, quibus hostiis, quib' diebus, ad quæ tẽpla sacra fierẽt, atq; vnde in eos sumpt' pecunia erogaretur. Cęteráq; omnia publica priuatáq; sacra Põtificis scitis subiecit: vt esset, quò cõsultum plebs veniret. ne quid diuini iuris, negligẽdo patrios ritus, peregrinósque asciscẽdo, turbaretur. Nec cœlestes modò cerimonias, sed iusta quoq; funebria, placãdósq; manes, vt idẽ Põtifex edoceret. Quæq; prodigia fulminibus, aliôve quouis modo susciperẽtur, atq; curarẽtur. Ad ea eliciẽda è mẽtibus diuinis, Ioui Elicio arã in Auentino dicauit: deúmque consuluit auguriis, quę suscipiẽda essent. Ad hęc cõsultãda procurãdáq; multitudine omni à vi & armis cõuersa, & animi aliquid agẽdo occupati erãt, & deorũ assidua insidẽs cura, interesse reb' humanis cœleste numen videretur. Ea pietate omniũ pectora im-

K buerat, vt fides ac iusiurandũ proximo legũ ac pœnarũ metu ciuitatẽ regerẽt. & reliqua. Ex eo igitur, quòd Deũ consuluit, quòd arã posuit, quòd ita omnia bene instituit, putatur Iouẽ è cœlo elicuisse. Verũ & potestatẽ esse hominibus dicũt, cogendorũ taliũ dæmonũ inuocatorũ ad respondendũ. Porphyrius.n. vt ab Eusebio aliqui inuenimus: Rectè, inquit, à Pythagora dictũ est, nõ sponte inuocatos Deos, sed necessitate quadã impulsos accedere. quamuis alios maiore, alios minore impelli necessitate nõ ignorem' Nõnulli aũt quadã accedẽdi cõsuetudine, & maxime si natura boni sunt, facilius accedũt Nõnulli cũ inuocati adueniunt, nocere conãtur, pręsertim si negligẽti' quispiã in ea re se habuerit Hęc n. omnia vera esse, ac necessitate oẽs inuocatos venire, à respõsis eorum discere possumus Nõ aũt simpliciter dicta necessitate, sed persuasio-

L ne quadã persusa coguntur. Exorata tuis veni sermonibus istuc, Mortales quos cõsilio inueniere deorũ. Et in al[illegible] multo clarius: De cœlis Hecate cur huc cõpulsa venirem? Et paulo pòst respõdetur: Victa hominũ precib' cœlestia numina terrã Coguntur petere, & casus aperire futuros Apollo quoq;, inquit, cogi se hoc responso declarauit: Caturnibus do[illegible]itus Phœbeus fulgor ab alto Defluxit taci[illegible]us, purumque p[illegible] aëra vectus, Afflatu spirãs labẽnsq; in corda sonoro Et subiit mẽtẽ innocuã, sanctiq; capacẽ Numinis, & peperit mortali ex gutture vocem. Sed hæc hactenus. *O Iuppiter, eliciunt è cælo*) Faunus & Picus eliciunt te, & deducunt è cœlo [illegible] terras. *Vnde*) ex quo. *Minores*) posteriores. aut homines nostræ ætatis, quos vernacula lingua modernos vocant Et in Tristibus: Vtque ego maiores, sic me coluere minores. & loqui-

A tur de luminibus sui temporis. *Nunc quoque*] hoc etiam tempore. *Celebrant*] colunt sub hoc cognomine. *At Vocāt Elicium*] Elicius Iuppiter dictus est ab eliciendo, vel quòd ara est ei consecrata in Auentino, ad eliciendo consilia, quibus manes placarentur, & prodigia fulminibus facta purgarentur. *Constat Auentina tremuisse cacumina sylua Terraque subsedit pondere pressa Iouis*] Descendit e cœlo Iuppiter: quo quidem aduenicnte, tremuit Auentinus mons. Vt de aduentu Hecates apud Virg. Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri Syluarum, visæque canes vlulare per vmbram, Aduentante dea. *Constat*] manifestum est. *Tremuisse cacumina*] summitates. *Sylua Auentina*] quæ in Auentino erat. nam trementibus iugis, tremuit & sylua. *Et terra pressa pondere Iouis*] qui iam è cœlo descenderat.

Subsedit] subsidere visa est, cùm vix sustinere posset tanti numinis maiestatem.

Corda micant regis, totóque è corpore sanguis
Fugit, & hirsutæ diriguere comæ.
Vtque animus rediit, Da certa piamina, dixit,
Fulminis, altorum rēxque patērque deûm.
Si tua contigimus manibus donaria puris,
Hoc quoque quod petitur, si pia lingua rogat.
Annuit oranti, sed verum ambage remota
Abdidit, & dubio terruit ore virum.
Cæde caput, dixit. Cui rex, Parebimus, inquit.
Cædenda est hortis eruta cepa meis.
Addidit hic, hominis. Sumes, ait ille, capillos.
Postulat hic animam: cui Numa, piscis, ait.
Risit, & his, inquit, facito mea tela procures,
O vir colloquio non abigende deûm.
Sed tibi protulerit cùm totos crastinus orbes
Cynthius, imperij pignora certa dabo.
Dixit, & ingenti tonitru super æthera motum
Fertur, adorantem destituitque Numam.
Ille redit lætus, memorátque Quiritibus acta.
Tarda venit dictis, difficilísque fides.
At certè credemus, ait, si verba sequatur
Exitus: en audi crastina quisquis ades.
Protulerat terris cùm totum Cynthius orbem,
Iuppiter imperij pignora certa dabit.
Discedunt dubij, promissáque tarda videntur,
Dependétque fides adueniente die.
Mollis erat tellus, rorata mane pruina:
Ante sui populus limina regis adest.
Prodit, & in solio medius consedit acerno:
Innumeri circa stántque siléntque viri.
Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus,
Sollicitæ mentes spéque metúque pauent.
Constitit, atque caput niueo velatus amictu,
Iam bene diis notas sustulit ille manus.
Atque ita, tempus adest promissi muneris, inquit,
Pollicitam dictis Iuppiter adde fidem.
Dum loquitur, totum iam sol emouerat orbem,
Et grauis æthereo venit ab axe fragor.
Ter tonuit sine nube Deus, tria fulmina misit.
Credite dicenti mira, sed apta loquor.

ANTON. *Corda micant regis*] mouentur saliunt, timente Numa. Vnde autor subiungit, *Totóque è corpore sanguis Fugit Da certa piamina, dixit, Fulminis*) dic qua ratione B fulmina missa lustrari, siue expiari, valeant.

Si tua contigimus manibus donaria puris, Hoc quoque quod petitur, si pia lingua rogat] Donaria propriè non sunt templa, sed abusiuè pro templis sæpe ponuntur. vt, vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Propriè verò loca sunt, vbi deorum dona reponuntur: quæ dona à Macrobio etiam donaria vocantur, qui ait ornamenta esse C clypeos, coronas, & huiuscemodi donaria: nec donaria dedicari eo die, quo delubra sacrantur. *Verumque ambage remota Abdidit*] sine vllo verborū circuitu verum paucis edidit, sed ne culté. *Ait enim, Cæde caput*) non exprimens cuius, nisi postquam Numa subiūxit, fore vt cepam cæderet. *Sumes, ait ille, capillos*) Seruatur decorum D personæ ab omni crudelitate abhorrentis. Itaque pro capite hominis capillos se daturum promittit. *Postulat hic animam*] petiit Iuppiter animato fulmina procurari. Vnde Numa subiecit, ea se pisciculis menidibus lustraturum.

Risit, deus: & concedens regi quicquid voluerat, iussit cepa, capillis, & menidibus fulmina expiari. *O vir colloquio non abigende meo*] qui secundum mentem operatur, E & iam colit. Et optimè dispositus est, amicissimus diis est, qui optimo & cogitatissimo gaudere existimatur, vt scribit Aristoteles. Atque vt ait Plutarchus, non equos, non aues amant, sed homines, nec aspernantur boni viri sapientisque congressum. Sic autem dictū est, Non abigēde, vt illud, Munera nec sperno. *Cynthius*) Apollo. cuius soror etiam Cynthia dicitur à Cyntho, qui mōs est Deli. *Imperij pignora certa*) ancile dicit, quod è cœlo ad vrbis salutē missum fecūt. *Difficilísque fides*] quia nō facilè credi potest, Iouem mortali cōgressum. *Tarda Videntur*) nimio desiderio videndi quę Numa prędixerat. *Pro- I dit, & in solio medius consedit acerno: Innumeri circà stantque siléntque Viri*] Regnante Numa, non erat in vrbe sella curulis, quam Hostilius rex primus Romam curauit inferri. *Sedet itaque rex in solio*] quod erat ex acere: quam arborem opetiū elegātia ac subtilitate citra secondā Plinius scribit. *Caput niueo velat' amictu*] more sacerdotū. cuius quidē autorē Ænea apud nos fuisse arbitrantur. Sed de hoc alibi lege Plutarchū in Quęstionibus. G *Ter tonuit sine nube Deus*) ominosa loquit fuisse tonitrua, Vergilius: Nō aliàs cœlo ceciderūt plura sereno Fulgura. *Mira sed acta loquar*) Reddit auditorē attētum. Acta autē dicit vera, & nō ficta.

PAVL. *Corda micāt regis, totóq; è corpore sāguis Fugit, & hirsuta diriguere comæ*) Non poterat humanitas tantū ferre diuinitatē & ideo. *Micāt*) hoc est, tremūt. *Corda regis*) Numæ, ob metū qui in corde est. *Et sanguis fugit toto corpore*) ex omnibus H corporis partibus, nā aut cordi deficiēti succurrēs, extremas partes reliquit, aut intus metu cōcreuit. *Et coma hirsuta*] hirtę & erectę. *Diriguere*] propter cedentē sanguinem core cōtracta. inde rigēt hirsuti crines, vt in primo quoq; libro dixim'. *Vt rediit animus, Da certa piamina, dixit, Fulminis, altorū rēxq; patérque Deū*) Petiit hoc ab Ioue I Numa, vbi in se rediit, vt doceat expiari fulmina, si sua pietate meretur. *Vt*] postquā. *Rediit animus*) quasi vbi in se reuersus est. Nec exterreat te syllaba, quoniā ob syncopā illud Rediit vltimo loco longū est, vt sępe in similibus vtitur Poëta, veluti in Metam. Nō adiit ad te, nec legit idonea credo Tēpora, &c. *Dixit*) Numa. *O rex, & pater Deum alter*) deorum K cœlestiū. *Da certa piamina fulminis*) doce me quo sacrificio possim te placare, ne mittas fulmina. *Si cōtigimus tua donaria*) aras tuas *Manibus puris*) castis. quasi, Da hoc, si piè & castè solitus sum tibi sacrificare. *Donaria*] aras, seu templa. Nā vt armarium dicitur, vbi arma reponuntur: sic donarium, vbi dona offerūtur, aut recōdantur. *Si pia lingua rogat*) rogādo petit *Hoc quoque quod petitur*) quasi si in his petendis pius valeo, da mihi expiationē. *Annuit*) affirmauit nutu Iupiter, aut nutu affirmationis signum Numæ dedit orāti. *Sed* L *abdidit*) inuoluit verū. *Remota ambage*) sine vlla obscura circuitione verborū, breuibus docet, sed dubie verū protulit. *Et terruit virum*) Numā *Ore dubio*) hoc est, ambiguis verbis. *Dixit*) Iupiter. *Cæde*] incide, & macta. *Caput*) sed quod caput, nō explicuit. *Cui*) illi. *Rex*] Numa inquit. *Parebimus*) obediemus. *Cepa est cædenda*) incidēda *Eruta hortis meis*] hoc est, incidā tibi cepā, quā eruā, seu euellā ex hortis meis *Addidit hic, hominis*) quasi subiūxit Iupiter, Mactato caput hominis, nō cepā. *Ait ille*] Numa respōdit. *Sumes capillos*) accipies quod capitis diminutiuū est, hoc est, capillū. nā à capite capillos dicim' *Hic*) Iupiter. *Postulat animā*) quasi nō cepā, nō capillos,

A ſed animatum corpus. da igitur mihi viuentem animam. *Cui Numa ait, Piſcis*] mactabo tibi piſcem, & piſcis animam tibi dabo. Et in his Numæ leuitas cognoſcitur, cùm non ſit ſecutus Barbarorum morem, qui humana victima putabant Deos placare. Non enim voluit ipſe mactare homines, abhorrens ab omni quidem barbarica feritate. *Riſit*) Iupiter. *Et inquit, Facito procures mea tela*] curam habeas, & ſic expiabis ſeu expurgabis mea fulmina. *His*) rebus. id eſt, cepa, capillis, piſce. Sic modum expiandi fulminis tradidit, cæſa cepa, inciſis capillis, & mactato piſce. *O vir non abigende*] non repellende, ſed admittende. *Colloquio deûm*] Magna hæc Numæ commendatio à ſanctitate & pietate, quibus dignus ſit Deorum alloquio, ipſius Iouis certiùs ſiui. *Sed tibi protulerit cum totos craſtinus orbes Cynthius, imperij*

B *pignora certa dabo*] Iam ad anciliorum cauſam deſcendit, quia ab Ioue primùm ancile traditum. Nunc enim Iupiter pollicetur ſe daturum certa imperij pignora. *Sed cum Cynthius craſtinus*] ſol diei craſtini. Cynthius Phœbus dicitur, à Cyntho monte Deli. *Protulerit*) oſtenderit. *Totum orbem*] totam rotunditatem: hoc eſt, cùm ſol craſtinus totus erit ortus. *Dabo certa pignora imperij*] dabo certam fidem manſuri imperij Romani. Dedit enim peltam: quæ quamdiu ſeruata eſt, ſeruatum eſt imperium incolume. *Dixit*] ita locutus eſt Iupiter. *Et fertur ingenti tonitru*] ſicut mos eſt, & natura ipſius. illi enim tonitrua & fulmina ſignantur. *Super æthera motum*) concuſſum, redeunte ipſo. *Deſtituit*] dereliquit. *Numam adorantem*) Hyſteron proteron. nam prius deſtituit Numam, inde in cœlum redit cū magno tonitru. *Ille redit*] ex ſylua Auentina in regiam Numa redit. *Lætus*]

C quia Iouem alloquutus. &, *Memorat acta Quiritibus*] refert quæ fecerit, quæve audiuerit, populo in concionem vocato. *Tarda & difficilis fides venit dictis*) tarde, & cum difficultate adhibebatur fides verbis eius. Non enim poterant illi hoc ſibi perſuadere, mortalem hominem Iouem eſſe allocutum, ea quoque pignora pollicentem. *At certè*] illi erant, duriores ad ea credenda, dicebant ſe fidem adhibituros, cùm res ipſa effectu comprobaretur. Numa verò refert verba Iouis: quòd die craſtini ſit vera daturus pignora. *Ait*) Numa. *At certè credemus*) quaſi ita diceris, at fidem adhibebimus. *Si exitum ſequetur verba*] ſi verba ipſa ſortientur effectum, aliter credere non vultis. *Quiſquis ades*) en audi craſtina: aduerte, quæ futura ſunt die craſtini. *Cùm Cynthius*] Sol. *Protulerit terris totum orbem*] cùm ſol craſtinus erit ortus. & vtitur more legatorum, cùm eadem omnia ferè verba referat, quæ ab Ioue acceperat, paucis tantùm immutatis. *Iupiter dabit certa pignora imperij*] pignora ſtabilis & manſuri im-

D perij. *Diſcedunt*) diſceſſit populus, dubiúſque vſque in ſequentem diem. & cùm primùm illuxit ſequenti die, conuenit ante regiam populus. exiit deinde rex, & medio loco conſedit. *Diſcedunt dubij*) ciues qui illud futurum non arbitrabantur. *& Promiſſa videntur tarda*) nam quod cupidius expectabatur, tardius affuturum exiſtimabatur. *Et fides dependet*) dubia eſt. *Aduenienti dei*) etiam vbi illuxit, dubij erant, cùm fides effectum non ſortiretur. Nam fides cùm dicatur ex fieri, & dico, quandoquidem fit id quod dicitur: cúmque adhuc non fieret, dubia erat fides. *Tellus erat mollis*)& ob id mollis, quia *Rorata*) aſperſa *Pruina*; rore cœleſti. Verùm pruina eſt vehementioris frigoris. dictaque pruina, à peruréndo, quòd perurat frondes, tenella folia. *Manè*) iam exorta aurora. *Populus adeſt ante limina*) ante fores regiæ. *Sui regis*) Numæ. vt apud Vergil. Ad limina primi Pœnorum expectant. *Prodit*) exit è regia Numa. *& conſedit*

E *medius*) medio loco. *In ſolio acerno*] non eburna, non aurea, non argentea ſella, ſed ſolio ex acere facto. *Innumeri circa ſtant circà, & ſilent*] Sedente rege, turba ſtabat: expectant verba regis. Ortus erat ſummo tantummodo margine Phœbus, Sollicitæ mentes ſpéque metúque pauent. Iam illuxerat, & ſol exoriri cœpit: dubiæ anxiæque erāt omnium mentes. Numa tecto capite precatus eſt Iouem, vt promiſſa ſeruaret. *Ortus erat Phœbus*) ſol. *Tantummodo ſummo margine*] ſumma extremitate. quia tantùm ſuperior extremitas ſolis videbatur. *Mentes*] eorum ſcilicet, qui illic cum rege erant. *Sollicitæ*) anxiæ. *Pauent*) expaueſcunt. *& ſpe & metu*) vt eſt illud Vergilij, Spemque metúmque inter. ſpe, futuri boni: metu, alicuius incommodi. *Conſtitit*] Numa. *Atque velatus caput*] habens caput velatum, id eſt, te-

G ctum. *Amictu niueo*] candido. *Suſtulit ille*) Numa eleuauit. *Manus tam bene notas dijs*] quas bene dij nouerāt, & ob eius religionem, & quia Deorum alloquio fretus. Velauit caput Numa more ſacerdotali, cùm ſalutantes aut venerantes deos, caput velent: viris autem dignitate præditis, & honore dignis, ſi quo caſu occurrerint, caput aperiunt. Hoc enim, vt inquit Plutarchus, Problemate decimo, illam quoque dubitationem videtur augere. nam ſi quæ de Ænea feruntur, vera ſunt, vt prætereunte Diomede caput operiēs, rem diuinam fecerit: rationē habet, nec repugnat: vt quemadmodum in occurſu hoſtium caput veletur, ſic amicis ac bonis viris obuiam facti, capita detegamus. Nam quod ad Deos pertinet, id proprium non eſt: ſed caſu accidit, & ab illo ſeruatum poſtea manſit. Quòd ſi aliud dicendum eſt, vide ne illud ſolum quærendum ſit, quamobrem deos vene-

H rantes, capite velentur. Alterum verò conſentaneum eſt. potentioribus enim occurrentes, idcirco caput aperiūt, non vt eis aliquid addant, ſed vt inuidia potius detrahant: ne pares diis immortalibus honores poſcere, néve eodem cultu delectari videantur. Deos verò idcirco ſic adorabant, vt aut operiendo capite, ſe ipſos humiliores redderent: aut metu, ne quid ignominioſum, ac triſte interpretandum alicunde auribus accideret. Idcirco veſtem ad aures vſque attollebant. Hoc autem eos vehementer vitaſſe, vel hinc faciliùs perſpici poteſt, quòd oraculum adeuntes, æra pulſari, & quàm maximum ſtrepitum fieri volunt. Aut illud eſt quod Caſtor dicit, mores Romanos Pythagoricis comparans, genium, qui vnicuique noſtrûm ineſt, Deos qui extra ſunt rogare, & caput velando ſupplicare, animi ſcilicet velamentū, ac reuelationem per corpus, quodam ænigmate oſtenden-

I tem. Hæc ille. *Atque ita dixit*] Numa. *Adeſt tempus promiſſi*] aduenit hora, qua promiſiſti te daturum imperij pignora. *Iuppiter adde fidem pollicitam dictis*] quaſi, fac ô Iuppiter quod pollicitus es. Da quod promiſiſti. *Dum loquitur*) dum ita oraret Numa, ter ſereno cœlo tonuit à ſeptentrione: omnes oculos inflexerant. decidítque è cœlo ſcutum, de quo paulo ſuperius diximus. Plutarchus inquit peltam æneam è cœlo delapſam, in Numæ manus decidiſſe. & Dionyſius ſcutum cœlo demiſſum, inuentum in regia Numæ, nemine inferente. *Dum loquitur*] ipſe rex Iouem orans. *Iam Sol emouerat totum orbem*] extulerat ſe totum, quia toto orbe iam ſe ſupra terram eleuauerat, &c. *Grandis fragor*) quaſi ingens crepitus. nam ingens tonitru. *Venit*

K *ab axe æthereo*] ab axe ſeptentrionali. Sic & in triſtibus: Quantus ab æthereo perſonuit axe fragor. Et illinc venientia fulmina, præcipuè cùm in exortiuas redeunt partes, Plinio autore, optima ſunt: illáque è læua parte cœli veniunt: ideo ex hetroſcorum diſciplina læua, fœlicia eſſe creduntur. *Ter Deus*] Iupiter. *Tonuit ſine nube*) quaſi cœlo ſereno. *Ter*] dixit, ob fœlicitatem imparis numeri. & *Sine nube*) quòd maioris eſſet oſtenti. Licèt Horatius ſimili tonitru exterreatur, vbi in Odis inquit, Plerunque per purum tonantes Egit equos volucrémque currum. *Tria fulmina miſit*] quia quot tonitrua, tot fulmina eiaculatus eſt. *Credite dicenti mira*] adhibete fidem verbis meis, cùm admirabilia referam. *Sed acta loquor*] dico admiranda, ſed quæ fuêre vera. Non deſunt qui ita exponant: Sed acta, ſed quæ in ſcena relata ſunt. *Cœlum*] cœpit. *Dehiſcere*) aperiri.

ANTON.

A media cœlum regione dehiſcere cœpit:
Summiſere oculos cum duce turba ſuos.
Ecce leui ſcutum verſatum leniter aura,
Decidit, à populo clamor ad aſtra venit.
Tollit humo munus, cæſa prius ille iuuenca,
Quæ dederat nulli colla premenda iugo.
Atque ancile vocat, quòd ab omni parte reciſum eſt,

A media cœlum regione dehiſcere cœpit] Cœli ſummitas hiare viſa eſt. Eius læuam partem nōnulli ortum faciunt,

F dextram occaſum. *Verſatum leniter*) quod repentè non cecidit. Vel ne violaretur, exceptum à terra: vel vt pateret miſſum commodo ac beneficio regis & Romanorum. *Atque ancile vocant quod ab omni parte reciſum eſt.* Placet quidem Feſto ſcutum cœleſte ancile nominatum eſſe, quòd ex vtroque latere reciſum eſſet, vt ſummum infimúmque eius latus medio pateret. Quod ſi verum eſt, ab An quod eſt circum, & Cædo, dictum putabimus. Alij tamen, vt Iobas cuius Plutarchus meminit, cupientes id nomē à Græco deducere, à cubito qui ἀγκών dicitur, ancile dictū exiſtimāt, quod eiuſmodi ſcuta ſolerent ad cubitū circūferri. Alij à remedio, quod aceſis dicitur, quo ruſleaum & tartum ſignificat. Vnde Saturnus Ancylomitis

L

A cognomine dictus est. Alij aliter. Lege Plutarchum in Numa. Ouidio placet ancile Latinum esse vocabulum, quod fuit scuti cuneati specie arctiora habentis latera. Eius forma antè apud Italos visa non fuerat.

PAVL. *A media regione*] non intelligas à meridie, sed ab altiore parte cœli. Illa n. media est, quæ altior: illáq; visa aperiri, vnde Iupiter scutū esset demissurus. *Turba cū duce*] populus cū rege. *Summisere oculos suos*) demisere in humum, inflexo capite respiciētes: quod & reuerētię est, & incidū cogitantis & dubitātis. *Ecce decidit*] è cœlo scil. scutum versatū: volutatum. *Leniter*] non cum impetu, sed leniter versatum. *Leue aura*] exiguo vento. *Clamor venit ad astra à populo*] recepto scuto, quod erat imperij pignus. Relatus est in cœlum clamor ab omni populo, & applaudente, & gratias agente Ioui *Tollit humo*] extulit peltam seu scutum Numa, mactauitque iu-

B uencam iniugem. & quoniam nullus inerat scuto angulus, quòd vndique cæsum videretur, Ancile vocarunt. idcirco dixit Varro, Ancilia dicta ab am, & cæsum, quòd id armorum genus ab vtraque parte recisum. Plutarchus verò inquit peltas ancilia, propter figuram. circulus enim non est, neque veluti pelta circumferentiam reddit: sed excisuram habet lineæ *[Greek]*, cuius apices curuaturam habentes, & densitate in se conuersæ, figuram ancilis faciunt: aut propter ancona, id est, cubitum, ad quem circumferuntur. hæc enim Iobas inquit, cupiens nomen à Græco deducere. Posset etiam primo in hoc cognomen à motu, vel impetu descendere, qui *[Greek]*, id est, supernè factus sit: siue ab ægrotantium cura-

G tione, quę *[Greek]* dicitur: aut ab *[Greek]*, id est, siccitatum solutione. Præterea à tristium amotione, quam *[Greek]* vocant: ex quo Castorem & Pollucem *[Greek]* Athenienses appellent, &c. *Tollit*) ille attollit Numa *Munus*] scutum è cœlo delapsum. *Humo*) è terra. *Cæsa*) mactata. *Primo iuuenca quæ dederat colla premenda nulli iugo*) immolauit Ioui iuuencam ex armento delectam, quæ adhuc iugum non tulisset. *Atque vocant*] scutum ipsum. *Ancile*) quod est recisum ab omni parte: non quòd rotundam habeat effigiem, sed ita incisum videatur, vt angulus vllus minimè discernatur. ideo poëta innuit.

Quémque notes oculis, angulus omnis abest.
Tum memor, imperij sortem consistere in illo,
Consilium multæ calliditatis init.
Plura iubet fieri simili cælata figura,
Error vt ante oculos insidiantis eat.
Mamurius morum fabrǽne exactior artis
Difficile est vlli dicere, clausit opus.
Cui Numa munificus, Facti pete præmia, dixit:
Si mea nota fides, irrita nulla petes.
Iam dederat Saliis à saltu nomina dicta,
Armáque, & ad certos verba canenda modos.
Tunc sic Mamurius: Merces mihi gloria detur,
Nomináque extremo carmine nostra sonent.
Inde sacerdotes operi promissa vetusto
Præmia persoluunt, Mamuriúmque vocant.

ANTON. *Quemque notes oculis angulus omnis abest*] ita recisum erat ab omni parte id scutum, vt nullus esset angulus, qui se oculis videndum offerret. Fuit autem breue. Vnde quidam ancile peltam Thraciam appellarunt. Ea est, vt Seruio placet, scutum breuissimum in modum Lunæ

C iam mediæ. *Imperij sortem*] bonam, si seruaretur: malam, si contrà fieret. *Plura iubet fieri*) vndecim eiusdem generis, quibus misceretur cœleste, ne internosci posset. *Morum fabrǽne exactior artis*) Fueritne morum probitate an arte præstantior. Est autem exactus, exquisitus sine perfectus. *Iam dederat Saliis à saltu nomina.*) Salios duodecim iam Marti Gradiuo legerat: de quibus abundè superius dictum est. *Ad certos verba canenda modos*) carmina cum pyr-

D rhichij modulo absoluta, nomen Mamurij continebant. Sanè Mamurius duabus syllabis posterioribus, quæ breues sunt, pyrrhichium facit, similiter & Mamurium. Est autem pyrrhichius, quem & dibrachum vocant, pes à Pyrrho denominatus, Achillis filio, qui primus victoria potitus, huiusmodi genere metri laudatus dicitur. quamuis alij à flamma pyrrhichium dictum volunt, quòd mobilitate flammarum acies imitetur. Alij aliter.

PAVL. *Omnis angulus abest quem notes*] notare & discernere possis. *Oculis*] quia nullus inest angulus. *Tum memor*) cùm animo volueret Numa, imperij pignus in scuto consistere, plura ad eius similitudinem effingenda esse curauit: vt si quis furto surripere voluisset, falleretur imagine. & Plutarchus inquit in eam peltam mirabilia quædam dixisse regem se ex Egeria Musísque audisse. Peltam enim in vrbis salutem missam, oporteréque eam asseruare, alias vndecim ad

E illius figuram, magnitudinem, & formam effectis, quo dubium, ob similitudinem, sit cœlestis illius adipiscendæ. *Memor tum*] Numa. *Consistere*] in illo scuto. *Sortem imperij*) fatum imperij Romani. *Init consilium multæ calliditatis*] post longam cogitationem illud consilium iniuit, vt plura scilicet ad eius similitudinem fierent. *Iubet fieri plura scuta*] nam vndecim alia. *Cælata simili figura*] quæ in sculptura & ipsa forma similem figuram referrent. *Vt eat error ante oculos insidiantes*] vt errarent & fallerentur similitudine illi qui per insidias & furta surripere voluissent. *Mamurius*) Plutarchus inquit: Peltam autem ex eius autoritate atque imperio effingere artifices cùm certassent, diffidentibus cæteris, Veturium Mamurium, traditur vnū è sum-

F mis opificibus vsqueadeò similitudinem effinxisse, struxisséque omnes similes, vt neque Numa iam ipse dignosceret. & Pompeius inquit: Mamurij Veturij nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant. Hac de causa Numa Pompilio regnante è cœlo cecidisse fertur ancile, id est, scutū breue quod ideo sic est appellatum, quia ex vtroque latere erat recisum: vt summum, infimúmque eius latus medio pateret.

Vnáque edita vox, omnium potentissimam fore ciuitatem quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cœleste posset.

H Probatum opus est maximè Veturij, qui præmij loco petiit, vt suum nomen inter carmina Salij canerent. *Mamurius morum fabrǽne*) an morum, an artis fabrę. *Exactior*] Mamurius: an morum laude, an artis fabrilis studio perfectior. *Difficile est vlli dicere*] quia vtrioque excellus & moribus, & arte

I fabrili. *Clausit*] cælauit. *Opus*) quia vndecim peltas ad cœlestis illius similitudinem effinxit. Hoc tamen acceptum est à Palladio. de quo suo loco. *Cui*] Mamurio. *Numa munificus*) liberalis & gratus. *Dixit, pete præmia facti*) &c. præmia artificij tui. *Nulla*) munera. seu præmia. *Petes irrita*) nihil petes frustrà. *Si mea nota fides*) si veridicus sum, & tu & cæteri fidem meā nouistis.

Iam dederat Salios] Idem, vt inquit Liuius, duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæque insigne dedit, & super tunicam æneum pectoris tegumen, cœlestiáque arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per vrbem ire canentes carmina, cum tripudiis, solenníque saltatu iussit. hæc ille. Varro quoque Salios à saltando dictos ostendit, quod facere in comitiis, in sacris quotannis & solent & debent. Plutarchus verò vbi de

K ipsis peltis agit: Harū autem, inquit, custodes ac ministros constituisse dicitur Salios sacerdotes. Salij verò vocandi sunt non, vt quidam fabulantur, à viro Samothrace, seu Mantineo, Salio nomine, qui saltationem, quæ in armis dicitur, edocuerit: sed ab ipso potius tripudio saltatorio, quòd vehemētius, robustiúsque per vrbem euntes subsaltant: cùm ad mensem Martiū sacras peltas suscipiant, indoti puniceis tunicis, æneis balteis latísque succincti, æneas capitum galeas portantes, paruis gladiis arma pulsantes. Reliquum verò saltationis pedum est opus. Mouentur enim suauiter, cōuersiones ac mutationes in celeri & crebro numero, robustè & leuiter reddentes. *Iā*, Numa. *Dederat nomina Saliis dicta à saltu*) iam delegerat duodecim iuuenes, quos à saltando Salios appellauit. *Et instituit arma*) quæ ibi gererent. *Et verba canenda*) carmina cātanda. *Ad certos modos*) ad quosdam modulos cōstitutos. Et Dionysius inquit, Mouentur ad rhythmum ex

L modulo enoplius motibus, quandoque simul ac vicissim: quandoque patria quædam canentes carmina. *Tum sic Mamurius: Merces mihi gloria detur, Nomináque extremo carmine nostra sonent*] Hic Veturius Mamurius in mercedem petiit, vt in carminibus Saliorum vltimo loco suum nomē caneretur. de quo Plutarchus: Mamurio autē inquit artis suæ mercedem fuisse ferunt, memoriā quandā per Saliorum carmē, simul cum pyrrhichij modulo absolutū. *Tum sic Mamurius*) respondit Numæ. *Merces detur mihi gloria*] quasi dicat in præmium æternitatem nominis, hoc est, famam & gloriam. *Et nostra nomina sonent extremo carmine*] resonent in vltimo loco carminis. sic erat pyrrhichij modulus in fine.

A velut est in multis iambicis, vbi sedes vltima pyrrhichio datur: velut in his, Feras ancile, clusit hoc Mamurius, Gerátque nomen inclytum Mamurius. *Inde*] ex eo. *Sacerdotes Salij*) sacerdotes Martis. *Persoluunt praemia promissa*) quae Numa promiserat. *Opere vetusto*] ancilibus vetustis à Mamurio fabrefactis: hoc est, praemissa ipsi artifici, qui fabrefecit. *Et vocant Mamurium*] repetunt nomen. hoc in fine moduli Agant & omnes gratiam Mamurio.

Nubere si qua voles, quamuis properabitis ambo,
Differ: habent parua commoda magna morae.
Arma mouent pugnam, pugna est aliena maritis.
Condita cum fuerint, aptius omen erit.
His etiam coniunx capitis discincta Dialis
Lucibus impexas debet habere comas.
Tertia nox dimensa suos vbi mouerit ortus,
Conditus è geminis piscibus alter erit.
Nam duo sunt: austris hic est, aquilonibus ille
Proximus: à vento nomen vterque tenet.
Cum croceis rorare genis Tithonia coniunx
Cœperit, & quinta tempora lucis aget:
Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes,
Mergetur, visus effugietque tuos:
At non effugiet vindemitor, hoc quoque causam,
Vnde trahat sidus parua docere mora est.

ANTON. *Nubere si qua voles, quamuis properabitis ambo, Differ*] Religio fuit nubere ancilibus nondum conditis in templo Martis, vbi ea seruari mos fuit, ne, dum arma mouebantur, quae pugnae adhiberi solent nubentibus, omen discordiae B fieret. Idem tempus non neglectum in quibusdā à maioribus nostris, Cornelius Tacitus monet his verbis: Fuere qui proficiscēti Othoni moras, religionémque nondum conditorum ancilium afferrent, tunc & vxor flaminis Dialis impexis crinibus esse debet. Vnde apparet, non esse idoneum tempus nuptiis celebrandis. Eadem flaminica, teste Au-

C lo Gellio, cùm it ad Argeos, neque comit caput, neque capillum depectit. quam autem idem discinctam dicit, quia inter multiplices cantus cerimoniásque impositas flamini Diali, fermè omnes flaminicae Diales obseruabant. Haec fuit, vt nodum neque in apice, neque in cinctu, neque alia in parte vllum haberet. Ea quoniam flammeo assiduè vtebatur, moris fuit apud Romanos, vt omnis nubens boni ominis causa flammeo amiciretur: cum flaminicae diuortium facere non liceret. *Discincta*) vel sine cincto penitus hoc tempore, vel certè non solùm triduo ancilibus nondum conditis: sed semper, vt diximus, sine nodo. *Conditus è geminis piscibus alter erit.* Quinto Nonas Martias alter piscium, qui Austrinus dicitur, mergitur occasu chronico. Duo enim pisces sunt, quibus vnum zodiaci signum tribuitur: aquilonius, & notius siue austrinus: quorum hic ante illū occidere & exoriri cernitur, vt Hyginus scribit. Vnde Columel. austrini occasum desinere inquit quarto Nonas Septembris: aquilonij verò, D septimo idus eius mensis. Est & alius piscis, vt diximus, quem hoc loco accipere non possumus, occidens ex ortu cancri, qui Notius quoque dicitur & austrinus, vocatúrque à Vergilio aquosus, quòd aquam, quae ab aquario funditur, ore excipere videatur. *Quinta tempora lucis erunt.* Tertio Nonas Martias Bootes siue Arctophylax occidit: cuius pars (vt diximus suprà) nunquam fertur in occasum: pars & oriri cernitur, & occidere. Hunc poëtae modò pigrum, modò tardum vocant. vt, Pigri serraca Bootae. & Tardum dua ante Bootem. quia vix serò alto mergitur Oceano. Eundem verno tempore occidere, ostendit Vergilius in Georg. vt: Si verò viciámque seres, vilémque phaselum, Nec Pelusiacae curam aspernabere lentis: Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes. Huius occasus quatuor signorum zodiaci tempus absumit. Lege Hyginum, & intelliges occasum, de quo nūc agitur, esse matutinum siue cosmicum. *At non effugiet vindemitor*] E Haec stella, quam Graeci trygetera, nostri vindemitorē vocant, oritur chronicè octauo Idus Martias, vt Plinius scribit: vt Columella, sexto Nonas: vt autor hoc loco, tertio Nonas. Neque enim hoc tempore matutinum eius ortum accipere possumus, cùm eam constet cum virgine in ortum ferri, septimo calend. Septembres, vt placet Columellae. Vnde & vindemitorem dictum putant, quòd exoriens manè, vt inquit Plinius, vindemiae maturitatem promittat, secundum quē oritur Caesari & Assyriae, vndecimo Calend. Septembres.

PAVL. *Nubere si qua voles, quamuis properabitis ambo, Differ: habēt parua commoda magna morae*] Saliorum festa triduo integro F durabant, quo tempore cùm malum sit nubere, quia nuptiae ab armis auspicandae non sunt, admonet nubiles expectandum esse, vsque ad ea recondita arma. Praeterea vxor flaminis Dialis eo triduo nec pectere, nec ornare se debet. *Si qua voles nubere*] si qua puella eris nuptias contractura, & viro tradenda. *Quamuis ambo properabitis*] & tu, & iuuenis, qui vir tuus erit, quamuis amore iuuenili properetis. *Differ*] tamen velis differre ad aliū diē. *Parua mora habēt magna commoda*] nam ex parua dilatione magna sequetur commoditas. *Arma mouent pugnam*] Haec est oratio cur non debet nubere, G quia non faustum omen captatur ab armis: nam mouent pugnam. *Pugna est aliena maritis*) qui cùm concordes esse debeant, à discordia & pugna penitus abhorrere debent. *Aptius*) commodius & foelicius. *Omē erit cum fuerint condita*] cum ipsa ancilia & alia arma erunt condita, tunc meliore auspicio nubere poteris. *His etiam lucibus*) his tribus diebus. *Coniunx Dialis*] H vxor flaminis Dialis: hoc est, sacerdotis Iouis. à Διὸς. *Discincta debet habere comas capitis impexas*] debet & discincta esse, nec crines pectere, nec se excolere, veluti cùm Ioui sacrificatur sunt enim nunc dies Martis. supersedendum est à cultu, qui in sacris Iouis exigitur. Etenim tantae erat venerationis vxor flaminis Dialis, vt ea extincta flamen se sacerdotio abdicaret. Cuius rei rationem inquirens Plutarchus, ita disserit Probl. An quòd qui vxorem ducens, pòst amisit, eo qui nunquam duxit multa est infelicius: eius enim qui vxorem duxit, domus in- I tegra est: eius autem qui vxorem in matrimonium acceptam amisit, non solùm imperfecta domus est, sed immunita prorsus ac manca. An eo tempore vxor vnà cum viro consecratur, quemadmodum multa sunt in sacris, quae absente vxore agi nequeunt. Priore autem amissa, alteram statim superducere, tum difficile est, tum verò indignum atque impium. *Tertia nox*] quinto Nonas Martias, hoc est, tertia die mensis noctu cosmico occasu alter è piscibus occultatur. Duos enim esse, superiore libro diximus: & fabulam quoque retulimus, qua ratione coelo essent appositi. nunc australis occulitur matutinus, quia in inferiore parte coeli est. *Vbi*] postquam. *Tertia nox*] de mense Martio scilicet. *Mouerit suos ortus*) cùm orietur, aut cum orta est. *Alter è piscibus geminis*) ex duobus *Erit conditus*] absconditus. nam occulitur notus K seu australis. nam duo sunt ipsi pisces *Hic*] qui nūc occulitur. *Est proximus austris*] sic & australē ostēdit. *Ille*] alter piscis. *est proximus aquilonibus*) ipsi septentrionali. *Vterque piscis tenet nomina à vento*] Nam à noto notius, à borea boreus dicitur, siue australis & aquilonaris. *Cū croceis*) Tertio Nonas Martias, hoc est, quinta die ipsius mensis occidit Arctophylax de quo diximus superiore libro in fabula Callist°, quòd nō occidat. sicut & oriēte in occasum labentia sidera: sed in ipsa vertigine circa polū, vndis immergi videtur, praecipuè cosmicē. nā oriēte die Poeta pigrum vocat. Nam vt Hyginius loquit, cū tantū, geminis, cancro & libra occidit, ideo serò occidere dicitur, quòd magis erectus à pedibus peruenit ad terrā: at exoriēs, citius quàm Chelę videtur. *Cùm coniunx Tithonia*] Aurora, vxor Tithoni. de quo aliàs dictū *Cœperit rorare*) rorem effundere. *Genis croceis*] Respexit ad aëris colorem, cùm videatur manè oriēs croceus sic & Verg. Tithoni croceum linquēs Aurora cubile. Sed quia Genis dixit, vnde lacrymę fluūt, L qui terris ros effunditur: respicit fabulam, quam refert in decimotertio Metam. Cùm illa ab Ioue peteret corpus Mēnonis filij, quē Achilles interemerat, illud redditū medio aëre adustū, conuersúmque in aues Memnonias, cinerem refert: & ex illo lacrymas, hoc est ipsum rorem effudisse Auroram. *Et erunt tempora quinta lucis*) erit quintus dies mensis. *Siue est Arctophylax*] custos vrsae, vt diximus superius. *Siue ille piger Bootes*] quasi siue dicas custodem vrsae. ἄρκτος vrsa, φύλαξ custos. siue Bootem, rectorem boum, quia plaustrum regere videtur. *Mergetur*] merget vid bitur. *Et effugiet visus tuos*] quia occidet eo modo quo dixi Haec omnia quae ad ortum & occasum siderum pertinent, in fine operis lucidius explicabuntur: ibi omnia repetemus. *At non effugiet*]

A occuletur, dixit Bootes: sed non occuletur, imò sese ostendet vindemitor. Oritur igitur eodem die, hoc est, tertio Nonas Martias, vindemitor. Sed aliter videtur sentire Plin. inquit enim, 11. Calend. Septembris Cæsari & Assyriæ, stella quæ vindemitor appellatur, manè exoriri incipit, vindemiæ maturitatem promittens. Quo pacto igitur tertio Non. Mar. oritur, si Plinio vndecimo Calend. Septembris? & Plinius dicit tunc mane exoriri. Aliter dicere posses quòd heliacè oriatur: & occidente sole, in summo cœlo videri. Eius fabula hæc refertur: Ampelos, puer Thrax, mirum in modum à Baccho amatus est, cui Bacchus vitem tradidit: de qua collecturus vuas, cùm vlmum vbi hærebat ascendisset, exanimis decidit: Bacchus sideribus intulit, & vitem ab eo ampelon appellauit. *At vindemitor*] vindemitoris stella. *Non effugiet*] visus scilicet tuos, quemadmodum Bootes: quia non mergitur tunc, sed exurgit. *Parua mora est*] exigua retardatio. *Docere*] vnde hoc quoque sidus: hoc etiam G sicut cætera. *Trahat causam*] ducat originem.

Ampelon intonsum satyro nymphâque creatum,
Fertur in Ismarijs Bacchus amasse iugis.
Tradidit huic vitem pendentem è frondibus vlmi,
Quæ nunc de pueri nomine nomen habet.
Dum legit in ramo pictas temerarius vuas,
Decidit, amissum Liber in astra tulit.
Sextus vbi è terra cliuosum scandet Olympum
Phœbus, & alatis æthera carpet equis:
Quisquis ades, castaque colis penetralia Vesta,
Gratare, Iliacis thuráque pone focis.
Cæsaris innumeris, quos maluit ille mereri,
Accessit titulis pontificalis honor.
Ignibus æternis æterni numina præsunt,
Cæsaris imperij pignora iuncta vident.
Di veteris Troiæ, dignissima præda ferenti,

ANTON. *Ampelon*] fabulantur puerum Ampelon à Baccho dilectum in Ismaro, qui mons est Thraciæ, translatum esse in cœlum, ac vindemitoris nomen accepisse. Quod ideo fictum est, quia ampelon Greci pampinum seu vitem dicunt, quam quidam à Baccho inuentam ferunt. vnde & labruscam ampelosagriam vocant, & vineas ampelones, quo nomine vsus est Varro: & Xylampelon, aridam vitem. Quare Iuuenalis (vt quibusdam placet) Xylampelinas vestes dicit virides, tritas, ac semiconsumptas, quales sunt vitium frondes languescentes ineunte Nouembri. Et M. Varro de Re rustica, ampelones (vt diximus) vineas vocat, vt laureta daphnones. Est & Ampelos Sami promontorium, vt ait Strabo, quamuis ea insula vino (vt idem inquit) infœlix sit, cùm Chius, Lesbos, aliæque vicinæ vina optima ferant. *De pueri nomine*] Vult vitem à nomine pueri ampelon appellari. *Sextus vbi è terra cliuosum scandet olympum Phœbus*] &c. Pridie nonas Martias Augustus pontificatum maximum suscepit, quem nunquam viuo Lepido auferre sustinuerat, vt scribit Suetonius. Et quia Pontifex maximus erat sacrarum virginum custos, teste Plutarcho, quas Vestales appellabant, idem Augustus suscepto pontificatu maximo, commoda earum virginum auxit. Cúmque in demortuæ locum capi aliam oporteret, ambiréntque multi, ne filias in sortem darent, adiurauit, si cuiusquam neptium suarum competeret ætas, eam se oblaturum fuisse. Vnde Ouidius & hic ait. *Gratare, Iliacis thuráque pone focis*] Et in sexto huius operis libro: Nunc bene lucent sacræ sub Cæsare flammæ, Ignis in Iliacis nunc erit, éstque focis. In eodem pontificatu (vt alia prætereantur quæ Suetonius refert) supra duo millia fatidicorum librorum cremauit, quæ nullis, vel parum idoneis autoribus vulgò ferebantur: ac solos retinuit Sibyllinos, eósque delectu habito, quos condidit sub Palatini Apollinis basi. *Quos maluit ille mereri*] Maluit rectè factis & virtute mereri honores, quàm sumere. *Accessit*] adiectus est. vnde accessio est adiectio. *Imperij pignora iuncta vides*] Apparet ex verbo Vides, id quod diximus, Ouidium hæc scripsisse viuente Augusto, quem vocat pignus imperij, quemadmodum & ignem Vestæ, quòd incolumitas vrbis ex vtroque pendeat. Hinc illud est: Vestáque mater, Quæ Tuscum, Tybrim, & Romana palatia seruas.

PAVL. *Bacchus fertur*] dicitur, *Amasse in iugis Ismarijs*] in Ismario monte Thraciæ. *Ampelon intonsum*] crinitum puerum. *Creatum satyro & nympha*] filium satyri vnius ex illis qui Bacchum comitantur. Aliqui filium Marsyæ dicunt, quem Satyrum Poëta inferius vocat. Sed non constat: nam Diodorus cœlibem Marsyam fuisse tradit, de quo plura inferius dicemus. *Tradidit*] Bacchus. *Huic*] Ampelo. *Vitem pendentem è frondibus vlmo*] quæ pendebat ex vlmo: cùm vlmis adiungantur, vt primo libro diximus. *Quæ*] vitis. *Nunc habet nomen de nomine pueri*] Nam vitis Græcè vocatur ἄμπελος, & ἀμπελών vinea. *Dum temerarius*] imprudens. *Legit*] colligit. *Vuas pictas*] varij coloris. *In ramo*] in ramosa vlmo. *Decidit ex alto*] scilicet in humum. *Liber*] Bacchus. *Tulit amissum*] puerum quem iam amiserat, quia extinctus erat. *In astra*] in cœlum retulit, & inter sidera collocauit. *Sextus vbi è terra cliuosum scandet Olympum Phœbus*] &c. Sexta die mensis, hoc est, pridie nonas Martias Vestæ sacrificatur, quo die Cæsar Vestæ sacerdos, & Pontifex maximus creatus est. Verùm alij hoc in loco dictum de Iulio Cæsare, alij de Augusto volunt. In vetustissimis codicibus, in ordine festorum per singulos menses illi dies Iulio Cæsari assignatur. At Poëta loqui videtur de eo, qui tunc viuebat, cùm dicat, Quos sancta fouet ille manu. Sic esset ad Augustum referendum. Nam vt in primo libro diximus, scripsit hoc opus viuente Augusto, sed edidit post eius excessum quod certè indicat ille locus in primo, Licèt ipse recuset. Nam de Tiberio H loquitur, vt in eo loco diximus. Ego illud puto, quæ apposuerat in Augusti laudem, non mutauisse, cùm emendauit: sed addidisse multa in laudem tam Tiberij, quàm Germanici. Sed vt de pontificatu Iulij Cæsaris, deinde Augusti aliquid dicamus. Defuncto Metello Pontifice maximo, cùm pontificatum studio & disceptationibus plenum Isauricus & Catulus clarissimi viri, & in senatu potentissimi peterent, haud propterea Cæsar, quin & ipse candidatus descenderet, cessit. Cæterùm pari vndique fauore ac studio apparente, Catulus quò amplior erat dignitas, eo magis euentus incertitudinem reformidans, misit qui grandi pecunia Cæsarem, vt ab ea contentione desisteret, inducerent: quibus ille grandiorem se mutuaturum, certatímque enixius petiturum esse respondit. Instante comitiorum die, cùm mater eum ad fores vsque lacrymis prosequeretur, illam complexatus dixisse fertur: Mater hodie aut Pontificem, aut exulem tuum videbis filium. Euntibus igitur certatim in suffragia tribubus, superior declaratus, non paruum senatui & optimatibus terrorem incussit, tanquam ad omne audaciæ genus plebem adducturus. & reliqua. Hæc ex Plutarcho. Tranquillus verò inquit: Deposita prouinciæ spe, pontificatum maximum petijt, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, cùm manè ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, domum nisi se Pontificem non reuersurum. Atque ita potentissimos duos competitores, multúmque & ætate & dignitate antecedentes superauit, vt K plura ipse in eorum tribubus suffragia, quàm vterque in omnibus tulerit. Hæc de Cæsare. De Augusto autem sic Tranquillus inquit: Postquam verò pontificatum maximum quẽ nunquam viuo Lepido auferre sustinuerat, mortuo deinde suscepit, quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis, vel parum idoneis autoribus vulgò ferebatur, supra duo millia contracta vndique cremauit, ac solos retinuit Sibyllinos, &c. *Vbi*] postquam. *Sextus Phœbus*] sextus sol mensis sic sextum diem significat. *Scandet*] ascendet. *Aethera*] quasi ex inferiore parte in altum. *Olympum cliuosum*] cœlum connexum. *Carpet æthera*] carpet iter per æthera. *Equis alatis*] velocibus. Ideo alatis dixit: & quatuor sunt, vt ostendimus. *Quisquis ades & colis penetralia*] sacella secretiora. *Vesta casta*] De Vesta omnia L quæ ad rem faciunt, in sexto libro dicemus, & aliquid superius attigimus. *Gratare*] pro gratulare vel ipsi Vestæ, vel tãto pontifici. *Et pone thura focis Iliacis*] aris vestalibus, vbi æterni sunt ignes, ex Ilio aduecti nam Æneas Vestæ sacra ex Troia in Italiam aduexit. *Honor pontificalis*] ipsa dignitas pontificatus. *Accessit*] addita est *Titulis innumeris Cæsaris*] multis dignitatibus. *Quos ille*] Cæsar. *Maluit*] potius voluit. *Mereri*) Subintelligendum, quàm habuit. Tamen voluit meritis omnes dignitatis gradus & titulos assequi, non ambitione, aut aura populari, sed propria virtute, si ad Iulium Cæsarem referret: quia fuit quæstor, ædilis, pontifex, toties consul & dictator: si ad Augustum, quia omnes magistratus assequutus, adeptus est alios quoque titulos. nam & Augustus cognominatus est, & pater patriæ. *Numina æternis ig-*

A *sarii*] qui relatus est in deos immortales. nam vterque eorum relatus est in deorum numerum. Et quoniam de Augusto in cœlum relato in primo libro diximus, de Iulio Cæsare paulo inferius dicemus. *Præsens æternis ignibus*] Vestalibus sacris, quæ per Pontificem maximum administrabantur. nam ignem inextinctum virgines seruabant. *Vides pignora imperij iuncta*] hoc est, Vestales ignes, & Pontificem Cæsarē, quæ sunt duo imperij pignora. Nam quoad seruantur inextincti Vestales ignes, & incolumis domus Cæsarea, seruatur incolume imperium. *Dij veteres*] &c. Orat nunc deos Troianos pro salute cognati Pontificis. Nam cùm Iulius Cæsar ab Iulo Ascanij filio progenitus fuerit, videtur cognatione attingere Vestam, cuius sacra e Troia aducta ab Aenea patre Ascanij fuerint in Italiam. Est & alia cognatio, si quis altius inspiciat. Nam Vesta Saturni filia fuit, quæ structuram domus inuenisse dicitur, autore Diod. sic illa soror Iouis, & Iupiter Veneris pater, à qua emanauit genus Iuleum. Ea omnino cognatio est. & Augustus in Iuleam domum adoptatus, ea quoque cognatione deos attingebat. *De Troia veteres*] antiquæ: ô Vesta & dij penates. *Præda dig.*] Aeneæ, qui vos è medijs hostibus tanquam prædam G eripuit.

ANTON. *Qua grauis Aeneas tutus*] &c. Grauis hic non refertur ad animum, sed ad corpus. *Cognatum caput*] Augustum, qui à B Troianis originem ducit. nam Aeneam seruos Vestam è Troia in Latium transtulisse. Vocauit autem Augustum sacerdotem, quia fuit Pontifex maximus, vt hoc loco autor ostendit. *Quos sancta fouet ille manu*] Quia legimus supra, Sancta vocaret augusta patres: iure Augusti manus sanctæ à Poëta dicuntur. Hæ fouent ignes Vestæ, cùm sacris Vestæ C ac cæteris constet Pontificem maximum præsidere. *Lucos Veiouis ante duos*] Duo luci, ad quos nonis Martijs Veioui, id est, Ioui paruo ędes dicata est, fuerunt sub rupe Tarpeia, vbi & Asylum, de quo ait Cornelius Tacitus: Tum diuersos Capitolij aditus inuadunt, iuxta lucum Asyli, & qua Tarpeia rupes centum D gradibus aditur. Liuius verò: Locus, inquit, qui nunc septus densis sentibus, inter duos lucos est, Asylum aperit. De his lucis dixisse Martialem existimant: Illinc Pompeij dona, nemúsque duplex. Fuerunt & multa circa vrbem loca dijs attributa, quæ lucos vocabant, quorū prouentus in ludos conferebantur, teste Plutarcho. Est autē Veiupiter (vt diximus) paruus Iupiter, sicut Ouidius sentit hoc loco: cuius ædes fuit (teste Aulo Gellio) inter arcem & Capitolium. Sed idem vult Veiouem esse non iuuenem, siue paruum Iouem, sed Iouem vim nocendi habentem, non iuuandi potestatem. Quòd vt Diiouem dicimus, Luceciúmque: quoniam nos die ac luce, quasi vita ipsa afficit, & iuuat: ita & Veiouem appellauerunt, dempta atque detracta iuuandi E potestate: cùm constet deos quosdam, vt prosint, celebrari: quosdam ne obsint, placari. Ve enim particula modò intensionem significat, modò minutionem. vnde quædam vocabula, quibus ea præponitur, ambigua sunt, ac diuersam significationem capiunt. Quare vescum salem dicimus, ex edendi intentione: & aliter vescum, cum edendi fastidio. quo vocabulo Lucretius pro edaci vsus est, teste Festo. vt, Nec mare quæ impendent vesco sale saxa peresa. Virgilius verò (vt placet Nonio) pro minutim conciso, vt, Vescas salicum frondes. Vbi Seruius vescum inquit significare siccum ac tenuem. Alibi verò aliter. Simulacrum Veiouis habuit aliquando sagittas. quare eum deum plerique Apollinem esse dixerunt, cui capram immolabant, cuius animalis effigies erat apud eius simulacrum. Coluerunt & Campani Iouem imberbem, qui à Virgilio Anxyrus dicitus. vt, Quis F Iuppiter Anxyrus aruis Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco. A quo nonnulli Anxur Volscæ gentis oppidum nominatum putant. Ipse autem Anxyrus dictus est, quòd barbam nunquam rasisset. quasi [illegible], id est, sine nouacula, vt ait Seruius vel ab [illegible], id est, rado. Lucum, luci partem, quam Romulus Asyli structura complexus est. Fuit hic lucus (teste Dionysio) inter arcem & Capitolium. *Huc, dixit, confuge, tutus eris*] Asyli locum ostendit, dicti [illegible], id est, à nō auferēdo. vel (vt alijs placet) [illegible], quod est traho. Inde enim nullus abduci poterat. Quod nō fuit in omnibus tēplis, vt Seruius docet, sed in his tātùm, quibus id erat consecrationis lege con- H cessum. Primi autem Asylum instituisse dicuntur apud Athenienses Herculis filij, cùm eos insequerentur qui ab Hercule oppressi fuerant. Alij nō à filijs Herculis, sed à nepotibus id Asylū, id est, tēplū Misericordæ institutū dicūt, vt, Herculeos sedē fū dasse nepotes. Quod Romulus imitatus, ipse quoq; A- I sylū cōdidit: emētitúsq; est, id se Apollinis oraculo cōdidisse. Quidā tamē Cadmū primò Asylū instituisse ferūt, cū ad Thebas cōdendas multitudinē desideraret. Placet Asylū potius deducas ab α & [illegible], quàm aliunde. *Fulmina nulla tenet*] quæ barbatum decent non puerum Iouem. *Cœlum affectare*] quo niam gigantes affectu ducti sunt ad oppugnationem cœli, non recta voluntate. Hinc ipse alibi: Affectasse ferunt re- K gnum cœleste gigantes. *Capra*] Amaltheæ capræ effigies, quæ suo lacte Iouem infantem nutrisse dicitur. *Nympha pauisse feruntur Cretides*] Putantur Melissa & Amalthea Melissi regis Cretensis filiæ Iouem aluisse. *Vegrandia farra*] &c. Vult vegrande compositum esse à ve particula priuatiua, & significare minutum, quod & Festus scribit, vt vegrande frumentum. Idem tamen nomen valdè grande interdum significat, teste Nonio, vbi ve particula vim augendi habet. vt, Nec vitæ vegrandi datur. Vescum quoque paruum significat. Vnde Festus: Vescus, inquit, fastidiosus. ve enim pro pusillo vtebantur. *Iamque vbi cæruleum*] &c. Signa quæ heliacè oriuntur, in principio noctis videri nequeunt. quippe cùm vt nox iniens, occasum ostendit heliacum: ita & descendens, ortum eiusmodi nobis offerat. Sensus ergo est: L Vbi nox aduenerit, suspice, ad eius finem videlicet, non noctis initio: quia equi Gorgonei collum videbis in ortum heliacum ferri. Est autem ortus matutinus equi, cui Pegaso nomen est, secundum Columellam, quarto nonas Martias: secundum Manilium, sole vigesimam primam partem Piscium obtinente. Higinus verò idem signum inquit cum Aquario, & altero Piscium, cum quo occidit, exoriri. Eius pars antecedit hoc tempore solem cum Piscibus orientem. Constat autem Pegasus (vt autori placet hoc loco) stellis quindecim: vt Higino, octodecim, qui quòd [illegible], id est, fontem produxerit, Pegasi nomen accepit. Nota est fabula. Gorgoneus verò dictus est, quòd ex sanguine Medusæ Gorgonis eum natum fabulantur, cuius domus Gorgones fuerunt insulæ, teste Plinio, bidui nauigatione distantes à continenti, quas quidam Gorgades vocāt, quò penetrauit Hanno Pœnorum imperator. Sunt enim contra Atlantem montem, ad fines Mauritaniæ. vnde nonnulli alias fuisse Hespe-

Qua grauis Aeneas tutus ab hoste fuit.
Ortus ab Aenea tangit cognata sacerdos
Numina, cognatum Vesta tuere caput.
Quos sancta fouet ille manu, bene viuitis ignes:
Viuite inextincti flammáque dúxque precor.
Vna nota est Martis nonis sacrata, quòd illis
Templa putant lucos Veiouis ante duos.
Romulus vt saxo lucum circumdedit alto,
Cuilibet, Huc, dixit, confuge, tutus eris.
O quàm de tenui Romanus origine creuit,
Turba vetus quàm non inuidiosa fuit.
Ne tamen ignaro nouitas tibi nominis obstet;
Disce quis iste deus, cúrve vocetur ita.
Iuppiter est iuuenis, iuueniles aspice vultus:
Aspice deinde manus, fulmina nulla tenet.
Fulmina post ausos cælum affectare gigantes
Sumpta Ioui, primo tempore inermis erat.
Ignibus Ossa nouis, & Pelion altior Ossa
Arsit, & in solida fixus Olympus humo.
Stat quoque Capra simul, nympha pauisse feruntur
Cretides, infanti lac dedit illa Ioui.
Nunc vocor ad nomen. Vegrandia farra coloni,
Quæ male creuerunt, vescáque parua vocant.
Vis ea si verbi est, cur non ego Veiouis ædem,
Aedem non magni suspicor esse Iouis?
Iámque vbi cæruleum variabunt sidera cœlum,
Suspice, Gorgonei colla videbis equi.

cides, alias Gorgones, rectè arbitrantur nam Hesperides habuisse hortos dicuntur ad Lixon Libyæ. Secundum, de huius signi ortu atque occasu plerosque ita diuersa tradere, vt ferè videre non sit vnum eum altero congruentem.

PAVL. *Qua*] præda. *Æneas grauis*] onustus. *Fuit tutus ab hoste*] ab hostium insidijs, quia sospes euasit. *Sacerdos or. ab Æn*] Cæsar à Iulio nepote progenitus. Et de Augusto potes intelligere. Diui Iulij ea adoptione filius, & gloriabatur ipse quoque ab Ænea genus ducere. *Tangis cog. nu*] Vestam & penates. De cognatis superius diximus. *Vesta, fouete*] defendas & seruës. *Cognatum caput*] Cæsarem Aug. *Ignes*] Vestales. *Bene viuite*] inextincti estis. *Bene*] sub optimo Pontifice. *Quos ille*] Cæsar Aug. *Fouet*] quasi quibus fomites suggerit. *Manu sancta*] Allusit ad Augusti cognomen: quoniam augusta sancta dicuntur, vt ostendimus in primo. *Viuite precor inextincti & flamma & dux*] quasi viuatis æterni & ignis & Cæsar, & nunquam extinguamini. *Vna nota*] &c. Nonis Martiis festum est Veiouis, id est, parui Iouis: quo die sacrata fuere ei templa ante lucos Asyli in Intermontio. Cuius rei mysterium illud est: Vt Iupiter paruus, postea quam adultus est, cœlo regnauit: sic vrbs Roma parua ab initio, vbi Romulus aperuit Asylum, paulatim coaluit, & ad summum imperij culmen ascendit. Ideo consecrauere templum Parui Iouis eo in loco, vnde sumpsit initium augmenti. *Vna nota*] vnus titulus, vna in Fastis inscriptio. Nam nota interdum in bonam partem accipitur, vt in primo diximus. *Est nonis*] Martiis scilicet. *Quòd illis*] nonis. *Putant sacrata*] consecrata. *Templa Veiouis*] Parui Iouis. Sed de hoc nomine paulo pòst. *Ante duos lucos*] ante lucos Asyli. Nam locus erat (vt Liuius de Asylo inquit) septus densis sentibus, inter duos lucos. Ante hos duos ergo dedicatum fuit. *Romulus vt*] postquam. *Circumdedit*] sepsit. *Lucum*] quercetum in Intermontio. *Alto saxo*] Alij exponunt, mœnibus. alij per Hypallagen intelligunt, hoc est, saxum circundedit luco. Sed ita intelligendum est: Aperuit lucum saxo, hoc est, rupibus circundatum: quia hinc inde erant altæ rupes Capitolinæ. *Dixit*] Romulus. *Quilibet huc confuge*] confugias in hoc asylum. *Tutus eris*] quia nemo te inde abstrahet. De Asylo egimus in secundo. *O quàm*] pro quantum creuit. *Romanus*] populus. *De tenui origine*] de exiguo principio in magnam coaluit ciuitatem. *Quam*] quantum. *Vetus turba*] prisci Romani. *Fuit non inuidiosa*] quia tam paruus populus, tam exigua ciuitas, vt nullus inuideret. Nam in eius nomina, Gell. teste, in vtramque possunt accipi significationem: vt inuidiosum & inuidentem dicamus, & cui inuidetur. *Tamen ne nouitas nominis*] quia Veiouis nomen tibi nouum videtur. *Ne hæc nouitas obstet*] ad intelligendum festa. *Tibi ignaro*] qui ignoras nominis rationem. *Disce quis esset deus*] quis deus sit hoc nomine appellatus. *Curve vocetur ita*] vel cur sit hoc nomine vocatus. Et duo proponit, quis deus, & cur illud nomen. *Iuppiter est iuuenis*] quasi imago Iouis, quæ est in eo templo, iuuenem monstrat. *Aspice vultus iuueniles*] quos in imagine refert. *Aspice deinde manum*] etiam iuueniles. *Nulla tenet fulmina*] nam cùm iuuenis erat, ea nondum acceperat. *Fulmina sumpta Ioui*] quasi accepit Iupiter fulmina. *Post ausos gigantes affectare cœlum*] posteaquam gigantes affectarunt regnum cœleste, & ausi sunt oppugnare constructis montibus, de quibus in primo diximus. *Primo tempore*] in adolescentia. *Erat inermis*] nam non habebat fulmina. *Ossa*] mons. *Arsit nouis ignibus*] nouis fulminibus. *Et Pelion*] etiam arsit. *Altior Ossa*] propterea quòd Dicæarchus altissimum eum prodit. *Et Olympus est firmus in solida humo*] hoc est, ita fixus, vt iam auelli non possit. Sed de his latius dictum est à nobis in eo loco primi libri, Sic petitus cœlum, &c. *Stat quoque capra simul*] &c. Extat etiam cum Iouis imagine effigies Amalthex capræ, quæ suo lacte Iouem pauit, vt illud indicet aliquando Iouem paruum fuisse. Capella enim Amaltheæ nymphæ vberibus suis aluit infantem. De qua Germanicus Cæsar in Arateo carmine sic ait: Illa putatur Nutrix esse Iouis, si verò Iuppiter infans Vbera Cretææ mulxit fidissima capræ, Sidere quæ claro gratum testatur alumnum. Huius capellæ corio vsum esse pro scuto Iouem contra Titanas dimicantem, Musæus autor est. vnde à poëtis Aegiochus nominatur. *Nymphæ Cretides*] Cretenses. *Feruntur*] dicuntur. *Pauisse Iouem*] Nam Melissa & Amalthea, Melissi regis antiquissimi in Creta filiæ qui (vt Didymus inquit) primus dijs sacrificauit. *Illa*] capra. *Dedit lac Ioui*] quia aluit infantem. Sed de his plura agemus in sequenti libro. *Nunc vocor*] &c. Nunc ipsum nomen diffinit, quia Veiouis paruus est Iouis. & à simili arguit: quia vegrandia, malè, hoc est, non grandia dicuntur. Hæc enim particula ve diminutionem facit in compositis. Vnde & Pompeius: Vegrande, inquit, significat male grande: & vecors, vesanus: malecordis, malè sanus. Alij paruum, siue minutum intelligunt, vt vegrande frumentum, &c. *Nunc vocor ad nomen*] ad aperiendam nominis significationem. *Coloni*] agrorum cultores. *Vocant farra vegrandia*] quæ malè creuerunt: quæ non habuere suum incrementũ sic parua sunt. *Et vesca vocant parua*] Hodie etiam in Marsis nostris, lingua vernacula, quæ parua sunt, vesca dicuntur. vt cùm dicunt maluam vescam, de ea quam Romæ paruam vocant, intelligunt. Et Festus inquit: Vescus, fastidiosus. Ve enim pro pusillo vtebatur. Lucretius vescum dixit edacem, cum ait: Nec mare quæ impendent vesco malè saxa peresa. *Si ea vis est verbi*] si ea est proprietas vocabuli, vt vesca parua dicantur, & vegrandia non grandia. *Cur ego non suspicer*] puto. *Aedem Veiouis esse aedem non magni Iouis*] templum parui Iouis. *Iámque vbi cæruleum*] &c. Vesperi nonarum oriri inquit Pegasum equum alatum, quem Higinus Aratum adducens, & alij complures, Neptuni & Medusæ filium dixêre. Sed vt alij, ex ipso Medusæ sanguine, quam Perseus interemit, natus est. peruolauit in Helicona, vbi saxum vngula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene est appellatus. sed hic apud Pyrenem Corinthium fontem captus. Vnde Strabo: Fama est, equum Pegasum, cùm potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehensum fuisse, alatum inquam caballum è Medusæ ceruice, & de Gorgonis caeso gutture prosilientem. Vulgatum est etiam, Caballinum fontem in Helicone erupisse, cùm subiectam ibi tellurem feriret vngula. Hæc ille. Bellerophon post interfectam Chimæram, cùm altius hoc equo vsus euolaret, decidit equus, & inter sidera collocatus existimatus. Qui, vt Higinus ipse ostendit, arcticum circulum spectans, pedibus æstiuo orbe niti, extremo ore caput delphini tangere videtur, Aquarij manum dextram ceruici suæ contingens. Huius in stellis corpus apparet vsque ad vmbilicum, qui occidit cum Pisce de duobus primo, qui supra tergum eius est fixus. Exoritur cum Aquario toto, & Pisce cum quo occidit, & manu Aquarij dextra. Hic habet in rostro stellas duas obscuras, in capite vnam, in maxilla vnam, in auribus singulas, in ceruicib. quatuor obscuras: sed maximè lucet quæ proxima capiti apparet, in humero claram vnam, in pectore vnã, in scapulo vnã, in vmbilico nouissimam vnã, in genibus singulas, in poplitib. singulas. Poëta oriri dicit vesperi nonarũ Martiarũ, Plinius verò pridie idus Augusti. Sed ortum Poëtæ accipiamus heliacum nam occidente sole, tum in alto cœlo videtur. Quod apertè ostendit, cum Suspice dicat, quasi sursum aspice. *Iamque vbi sidera variabũt* Cœlum varium & pictũ ostẽdit in nocte. Cæruleum cœlum, inquit, cùm videtur similis color cœli, qui & maris. *Suspice*] attollas oculos, & cœlum respice: *Videbis colla equi Gorgonei*] Pegasi nati ex sanguine Gorgonis, hoc est, Medusæ, a Gorgadibus insulis.

Creditur hic cæsa grauida ceruice Medusæ
Sanguine respersis prosiluisse comis.
Huic supra nubes, & subter sidera lapso,
Cælum pro terra, pro pede penna fuit.
Iámque indignanti noua frena receperat ore,
Cum leuis Aonias vngula fodit aquas.
Nunc fruitur cœlo, quod pennis antè petebat:
Et nitidus stellis quinque decémque micat.
Protinus aspicies venienti nocte Coronam
Gnosida: Theseo crimine facta dea est.

ANTON. *Creditur hic*] hoc creditur, de re fabulosa. Tale & illud est: Illa putatur Nutrix esse Iouis. Pegasum alij è sanguine Medusæ natum volunt, cui Perseus caput dicitur abstulisse. Alij Neptuni & Medusæ filium dicunt, & alatum fuisse fabulantur. *Cælum*] aër hoc loco, id est volatum solùm. *Noua frena*] quia poetæ finxerũt Pegasum captum à Bellerophõte, qui post domitam Chimæram hoc equo vsus dicitur, vnde altius volans decidit, quo tempore Pegasus in cœlum trãslatus est. *Aonias aquas*] Hippocrenẽ fontẽ Bœotiæ, dictum ab equo, vt eius nomẽ ostẽdit. De quo ait Persius: Nec fonte labra prolui caballino. Hinc illud est: Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Medusæi signa tenetis equi. Strabo: Vulgatum est etiam, Caballinum fontem in Helicone erupisse, cùm subiectam ibi tellurem feriret vngula.

A *Venienti nocte Coronam*] Corona Ariadnes octauo idus o-ritur chronicè, quam (vt placet Manilio) secunda quinta pars Virginis in ortum ducit, cui Ouidius astipulatur hoc loco. Alij tamen (vt Higinus) cum Scorpione Coronam exoriri dicunt. Alij cum Libra, vt Columella & Plinius. Alij eius partem cum Libra, totam verò cum Scorpione exoriri volunt (vt Aratus) quæ occidit manè, orientibus Cancro & Leone. Constat autem stellis nouem. Et est Corona Vulcani opus, quam Venus, cùm Liber pater Ariadnem vxorem duceret, ei donasse dicitur, quamque ad vanitis insigne idem deus inter sidera collocauit. De cuius situ legimus in 8. Metam. Tenues volat illa per auras. Dúmque volat, gemmæ subitos vertuntur in ignes, Consistúntque loco, specie remanente Coronæ, Qui medius, nixique genu est anguemque tenentis. Præstat in hac Corona cæteris fulgore stella quæ-

B dam, quæ octauo idus Octobr. occidit Cæsari, teste Plinio. Hanc, & cæteras Coronam constituentes, Cretenses olim vti sidus peculiare sequebantur: Secundum Ariadnen à Theseo raptam, atque in Naxo relictam esse, vt quibusdam placet, quam Bacchi sacerdos dicitur excepisse. Alij memoriæ prodiderunt, eam diu apud Theseum permansisse, & ex eo duos filios suscepisse. Alij in Cypro grauidam à Theseo relictam ferunt: vbi excepta à mulierib. Cypriis, antequam pareret, è vita dicitur excessisse. Scriptores autem Naxij duos Minoes tradiderunt, & totidem Ariadnas, prioremque Baccho nuptisse in Naxo insula: alteram verò à Theseo destitutam, in eandem insulam nauigasse. De hac Corona non eodem modo omnes fabulantur. Lege Higinum. *Gnosida*] Cretensem à Gnoso Cretæ op-

C pido, vbi fuit Minois regia. Virgil. Gnosiaque ardentis decendat stella Coronæ.

PAVL. *Creditur hic*] equus. *Prosiluisse*] procul saliisse, vel saltans exiuisse. *Grauida ceruice Medusæ*] creditur saliisse ex execta & fœta Medusæ ceruice, quam Perseus execuit, cùm eã interemit. *Comas esparsis sanguine*] tum cùm resectũ à ceruice caput. *Cælum*] aër. *Fuit terra*] loco terræ. *Huic*] equo. *Lapsa*] volanti. *Supra nubes, & subter sidera*] quasi volati altius inter sidera & nubes. Et loco cœlũ fuit pro terra, quia per aëra volabat, ac si per terram cursum intendisset. *Penna fuit pro pede*] erat alatus, vtebatur alis pro pedibus. *Iamque receperat noua frena*] iam apud Pyrenem sub Acrocorintho deprehensus fuerat à Bellerophonte, & acceperat noua frena. *Ore indignanti*] reluctanti. *Cũ Virginia*] Pegasi. *Leuis*] quia alati equi. *Fodit aquas Aonias*] Gorgoneum, seu Caballinũ, seu Pegaseũ fontẽ in Helicone ab Aonia mõtana regione Bœotiç. *Nunc ipse equus fruitur cælo*] quia cœlo locatus est. *Quod autẽ*

petebat pennis] in quod prius euolabat. *Et nitidis micat*] lucet.

Quinque & decem stellis] cùm constet quindecim habere stellas. At Hyginus inquit decem & septem: & in numero earum, quas ipse commemorat, sunt decem & sex. non igitur absurdum esset, si locus diceret, Sexque decémque micat: quia decem & sex numero sunt. *Proximus aspicies*] Octauo idus Martias, & octauo die mensis oritur Corona, de qua dictum est: O nimium efful- ns cœli de parte serena, O oculis G nimium grata Corona meis: Aspirato mihi, si quid tua numina possunt, Humani æthereo si quid ab axe vides. Dum procul Iliacæ decus immortale Coronæ, Et quò nunc celeri non licet ire via. Gnosiacam liceat tantùm obseruare Coronam, Sint tua pro Latiis sidera sideribus. Nam quotiens orta fulges nitidissima nocte, In radios toties lumina tollo tuos. Funduntúrque genis lacrymæ, dum mente voluto, Non nostro Iliacam posse fouere sinu. & reliqua. Coronam hanc ex auro & gemmis à Vulcano factam volunt, & Veneri datam: quæ postea, cùm Ariadne Baccho nuberet, ei à Venere oblata est. Hac volunt aliqui Theseum pro lumine vsum in Labyrintho. Qui autem Argolica scripsere, aiunt coronam hãc à Venere acceptam, Bacchum secum tulisse, cùm ad reducendam matrem ab inferis accederet: sed doctus iter ab Hippolito promisso, quod peteret, coronam diuisit in loco qui ab ea στέφανος appellatus est, reducens matrem, Coronam in- H ter sidera collocauit. Vulgatior tamen fama habet, Ariadnæ à Theseo derelictæ in Dia insula, Baccho postea nuptæ, à Venere traditam: Bacchúmque deuictis Indis, Indorum regis filiam præstantem forma secum ducentem, cum quereretur Ariadne, Bacchus eam cum Corona inter sidera collocauit. Coronam humero sinistro propè contingere Arctophylax videtur. quę autem Engo quasi dextri pedis calce cõiungitur. Hæc cancro & leone exoriẽte occidere, cum scorpione exoriri perspicitur. habet autem stellas nouem in rotundo dispositas, sed ex his tres clarius cæteris lucentes. De ortu autem coronæ Plinius cum poëta non concordat. sic enim inquit: Sexto Nonas Octobris Atticæ Corona exoritur manè. Asiæ & Cæsari quinto Calendas Heniochus occidit matutino, Tertio Calendas Cæsari Corona exoriri incipit. Et postea subdit: Octauo Idus Octobris Cæsari fulgens in I Corona stella exoritur. Idibus Corona tota. Verùm alter heliacus, alter cosmicus ortus est. *Proximus*] subsequentes. *Venientis noctis*] post noctem Nonarum sequenti nocte. *Aspicies Coronam Gnosida*] Cretensem. Nam Ariadne Cretensis fuit Gnoso vrbe, vbi fuit regia Minois. *Est facta dea*] ipsa Ariadne est in cœlum relata. *Theseo crimine*] perfidia Thesei, qui eam in Dia reliquit.

D *Ingrato viro*] Theseo, à quo nonnulli Ariadnen abactam ac derelictam volunt: de qua incerta feruntur. Lege Plutarchum in Theseo. Notum est, beneficio Ariadnes Theseum è Labyrintho regressum esse. Ouid. alibi. Cùm tibi ne victus tecto morerere recuruo, Quæ regerent passos, pro duce fila dedi.

ANTON.

Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum,
Quæ dedit ingrato fila regenda viro.
Sorte thori gaudens, quid flebam rustica, dixit?
Vtiliter nobis perfidus ille fuit.
Interea liber depexus crinibus Indos
Vincit, & Eoo diues ab orbe redit.
Inter captiuas facie præstante puellas
Grata nimis Baccho filia regis erat.
Flebat amans coniunx, spatiatáque littore curuo
Edidit incultis talia verba comis:
En iterum fluctus similes audite querelas,
En iterum lacrymas accipe arena meas:
Dicebam, memini, periure & perfide Theseu:
Ille abiit: eadem crimina Bacchus habet.
Nunc quoque nulla viro, clamabo, fœmina credat,
Nomine mutato causa relata mea est.

Sorte tori gaudens] læta quòd et Bacchus pro Theseo contigisset, ac pro mortali Deus. *Depexus crinib. Indos*] Onesicritus autor est, vt scri-

E bit Strabo, Indos cæteris quidem in reb. frugales esse, circa ornatum verò curiosos. Ad eos, secundum Megasthenem (vt idem ait Strabo) nemo extrinsecus cum exercitu profectus est, præter Herculem, Liberum patrem, & Macedonas. *Filia regis*] vnam captiuarum dicit, Indorum regis filiam, quæ Baccho placuisse dicitur. *Similes audite querelas*] quales audierant fluctus, cùm Ariadne de Theseo quereretur. *Nomine mutato*] Thesei in Bacchum.

regerent passus, pro duce fila dedi: Et paulo pòst: Nec tibi quæ reditus monstrarent fila dedissem, Fila per adductas sæpe recepta manus. At ille non retulit beneficij gratiam. K *Sorte thori gaudens*] iam cùm gauderet thalami, seu coniugij fortuna. *Dixit, quid flebam rustica*] quid flere debebam, me ab illo relictam? *Ille*) Theseus fuit nobis perfidus, periurus proditor. *Vtiliter*) quasi sua perfidia fuit nobis vtilitas, quia Deo nupsimus. *Interea Liber depexus crinibus Indos Vincit, &* L *Eoo diues ab orbe redit*) Posteaquam Ariadne Baccho nupserat, ad Indicam expeditionem Bacchus profectus est: cúmque victor rediret, ducens secum Indorum regis filiam, verens Ariadne, ne illius amore à Baccho relinqueretur, cœpit miserabiliter queri, non secus ac fecerat cùm à Theseo relicta est. *Interea*) dum se fœlicem tanto coniuge Ariadne existimabat. *Liber*] Bacchus. *Vincit Indos*] & hæc quoque tetigimus in primo libro: quia tiseum n totam Indiam domuit, perque niuem vrbem es se tum- reun- dusit: & plura rel quit trophæa, statuasque iustrum expeditionum testes. *Depexis crinibus*) sicut st eo uni mos, pectere & contorte comas & barbam. *Et redit diues*) qu h cum ingenti præda. *Ab orbe Eoo*) ab oriente. *Filia regis*) Indorum scilicet. *Præstanti facie*] quæ præstabat cæteris

PAVL. *Iam bene mutarat Bacchum periuro coniuge*] iam bene virum commutauerat, nam pro homine Deum, pro periuro & perfido fidelem acceperat. *Quæ*] Ariadne. *Quæ dedit fila regenda viro ingrato*] Alludit ad illud Vergilianum: Cæca regens filo vestigia. Nam Ariadne dederat filum Theseo, quo fieret è Labyrintho regredi. Et in Heroidibus: Cùm tibi ne victus tecto morerere recuruo, Quæ

A forma. *Inter puellas captiuas*] quæ captiuæ ex India ducebantur. *Erat nimis grata Baccho*] mirum in modum placebat *Amans comunx*] Ariadne. *Flebat*) cùm audisset, illum illam ducere. *Spatiatáque littore curuo*) cùm spaciaretur: hoc est, cùm deambularet per littus sinuosum, vt est illud in Arte: An tu modò Pompeia lætus spaciare sub vmbra. *Edidit talia verba*] ita loquuta est. *Comis incultis*] crinibus non ornatis, sed solutis. *En iterum fluctus similes audite querelas, En iterum lacrymas accipe arena meas*] Querela Ariadnes, quòd adducta esset ei pellex à Baccho. Querebatur primùm de Theseo: nunc similis causa data est fletui. profunditur in questus & lacrymas, & vndique mouet commiserationem. *O fluctus*] ô marinæ vndæ. *En iterum audite similes querelas*] quales audiuistis prius, cùm à Theseo esse relicta *En iterum*] ô arena, accipe meas lacrymas, sicut tunc acceperas. *Dicebam*] tunc cùm me ille perfidus reliquisset *Memini*] me scilicet sic dixisse. *O Theseu periure & perfide*] appellabam illum periurum, & fidei violatorem. *Ille abiit*] discessit à me, nec reuocatus rediit. *Bacchus habet eadem crimina*) fidei scilicet violatæ: quia adducit pellicem. *Nunc quoque clamabo, Nulla formina credat viro*] nunc etiam illud cum clamore dicam, nõ esse à puellis adhibendam viris fidem: nam omnes sunt deceptores. *Causa mea*] ob perfidiam virilem. *Est relata mutato nomine*] nam querebat de Theseo, nunc de Baccho: ita nomen mutatum de Theseo in Bacchum.

O vtinam mea sors quò primùm cœperat, isset,
Iámque in præsenti tempore nulla forem.
Quid me in desertis morituram Liber arenis
Seruabas? potui dedoluisse semel.
Bacche leuis, leuiórque tuis, quæ tempora cingunt,
Frondibus, in lacrymas cognite Bacche meas.
Ausus es ante oculos adducta pellice nostros,
Tam bene compositum sollicitare thorum?
Heu vbi pacta fides? vbi quæ iurare solebas?
Me miseram, quoties hæc ego verba loquor.
Thesea culpabas, fallentémque ipse vocabas.
Iudicio peccas turpius ipse tuo.
Nesciat hoc quisquam, tacitisque doloribus vrar,
Ne toties falli digna fuisse puter.
Præcipuè cupiam celari Thesea, ne te
Consortem culpæ gaudeat esse suæ.
At puto præposita est fusca mihi candida pellex.
Eueniat nostris hostibus ille color.
Quid tamen hæc refero? vitio tibi gratior ipsa est.
Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.

ANTON. *In desertis morituram Liber arenis Seruabas*] Chij insulæ, vel Naxi arenas dicit, secūdū Senecam. Moriturus autem participium aptitudinem hîc, non actum significat. *Potui dedoluisse semel*] potui vbi me Theseus reliquerat, morte dolorem deponere. *Thesea culpabas*] quia carere debet omni vitio, qui in alium paratus est dicere. *Nesciat hoc quisquam*] ne mea culpa bis derelicta vel decepta videar. *Præcipuè cupiam celari Thesea*] cupio nesciri Theseum, quòd & deus quoque me spreuerit. *Præposita est fusca mihi candida pellex*] Propriè dicit pellicē, quæ cum eo corpus miscet, qui habet vxorē. Est autē hoc loco Ironia, vbi Ariadne se fuscam, & pellicem candidam dicit. Quam figuram illusionem vocant, teste Quintiliano: quæ aut pronunciatione intelligitur, aut persona, aut rei natura *Inquinat*] vitio nigredinis, quod Ariadne suspicatur in Bacchum posse transferri.

PAVL. D *O Vtinam*] &c. Vtinam, inquit, remansissem deserta in littore, nec me Bacchus repperisset: nam iam extincta non hos sentirem dolores. *O vtinam mea sors*] mea fortuna. *Isset quo primùm cœperat*] perseuerasset in tenore incœpto. *Iamque in præsenti tempore nulla forem*] quia essem extincta Et muliebris locutio est, cùm dicat *Nulla*] ac si spiritus non superfuisset. *Quid me in desertis*] &c Ariadnen in Chia insula à Theseo relictam, ex eius epistola in Heroidibus latè constat. Liberum illi opem tulisse, in coniugem accepisse, & in Metamorphosi & in Arte amandi, & in Annei tragœd. refertur, & paulo antè retulimus. Nunc queritur seruatam à Baccho fuisse: nam mortua rursus eundem minimè dolorem sentiret. Appellátque illum leuem, E quoniam adduxerit pellicem, violaritque fidem: quod eo turpius est, quòd qui Theseum damnabat, eiusdem criminis possit accusari. *O Liber*] Bacche. *Quid seruabas me morituram*] cùm iam moritura essem, cur opem attulisti. *In arenis desertis*] incultis: cùm essem in deserto littore *Potui semel dedoluisse*] quasi potui semel carere, morte scilicet. Hæc particula de, sæpe in compositione deficientem vim sui simplicis indicat: vt sæuit, desæuit, dedisco: tego, detego: sic doleo, dedoleo *Bacche leuis*] inconstans *Et leuior tuis frondibus*] quæ cingunt tempora: leuior pampinis, quibus coronaris. nam vt illi decidunt ex arboribus, nec seruant viriditatem, ita tuus animus sua inconstantia agitur. *Cognite Bacche in lacrymas meas*] quarum tu causa es, cùm pellicem superinducas. *Es ausus sollicitare*] sollicitum & anxium reddere. *Torum*] thalamum. *Tam bene compositum*] tam bene iugali iure munitum *Adducta pellice*] cùm pellicem adduxeris ante oculos nostros. Pellices nunc quidem appellantur, alienis F succumbentes, non solùm fœminæ, sed etiam mares. Antiqui eam propriè pellicem nominabant, quæ vxorem suam habenti nubat. Cui generi mulierum etiam pœna constituta est à Numa Pompilio, hac lege: Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, Iunoni crinibus dimissis agnam fœminam cædito. Pompeius Massurius libro Memorabilium, pellicem apud antiquos eam habitam scribit, quæ cùm vxor non esset, cum aliqua tamen viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. C. Flaccus in libro de Iure Papyriano scribit, pellicem nunc vulgò vocari, quæ H cum eo cui vxor sit, corpus misceat. Quidam eam, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant. *Heu vbi pacta fides*] vbi ea quam promisisti fidem. *Vbi quam solebas iurare*] per quam iurabas *Me miseram*] dico scilicet. *Quoties ego loquor hæc verba*] quoties cogor ita loqui. nam primùm perfidia Thesei, nunc verò Bacchi facit vt ita loquar. I *Culpabas Thesea*] damnabas Theseum à perfidia, quòd me reliquisset. *Et tu ipse vocabas fallacem*] quia periurus. *Tu ipse peccas turpius*] reprehensibilius tuo iudicio: quia qui perfidum & fallacem illum iudicabas, nunc cùm in eodem sis crimine, ex eo quòd illum damnabas, longè magis damnari mereris. *Nesciat hoc*] &c. Vellem, inquit, hoc omnes latêre, ne quis putet me toties mea culpa derelictam: & in primis latêre velim Theseum, ne gaudeat nunc deum in me fuisse fallacem. nam nominis exemplo culpam suam extenuaret. *Nesciat quisquam hoc*) me scilicet à Baccho fuisse deceptam. *Et vrar*) absumar ego *Tacitis doloribus*) ne tui sint cogniti, sed tacita ipsa adurar. *Ne puter*) ne existimer. *Fuisse digna toties falli*] meruisse aliqua culpa mea toties à viris decipi. K *Præcipuè*) in primis. *Cupiam celari Thesea*) cupiam hoc esse illi occultum. *Ne gaudeat te esse consortem suæ culpæ*] te fuisse eiusdem fallaciæ studiosum. *At puto*] Ironicus sermo, vt pellicem in contemptum adducat. Præfers, inquit, mihi illam candidam, cùm illa patrio colore fusca sit, & Ariadne candida. *At puto est præposita*) in amore tuo. *Mihi fuscæ*) nigranti. *Pellex candida*) captiua, quam pro amica ducis niuræ faciei. *Ille color*) fuscus, qui est in ista pellice *Eueniat nostris hostibus*) quasi non amici, sed hostes sint ita nigri, vt illa est. *Tamen quid*] cur refero. *Hæc est tibi gratior*] iucundior. *Ipso vitio*] ipsa nigredine, quod vitium est corporis. Nam, vt Modestinus de verborum significatione inquit, Morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, verum est: vitium verò, perpetuum L corporis impedimentum. Et subdit: Nam & luscus vtique vitiosus est, Morbum apud Sabinum sic diffinitum esse, sciendum est, habitum cuiusque corporis contra naturam, qui vsum eius ad id faciat deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Id autem aliàs in toto corpore, aliàs in parte accidere (nanque totius corporis morbus est, puta febris. partis, veluti cæcitatis, licèt homo ita natus sit) vitium à morbo multum differre: vtputa si quis balbus sit, nam hunc vitiosum magis esse, quàm morbosum, & reliqua. plura eorum de his ag t Vlpianus iurisconf. de quibus aliàs. *Quid facis*) ô Bacche qui illam amas. *Illa*) inquinat, polluit. *Tuos amplexus*) commaculat tua brachia suo colore: nam nigredinem contrahent.

Bacche fidem præsta, ne præfer amoribus vllam
Coniugis, assueui semper amare virum.
Ceperunt matrem formosi cornua tauri,
Me tua, sed lædit ille pudendus amor.
Ne noceat quod amo: neq; enim tibi Bacche nocebat,
Quòd flammas nobis fassus es ipse tuas.
Nec quòd nos vris, mirum facis, ortus in igne
Diceris, & patria raptus ab igne manu.
Illa ego sum, cui tu solitus promittere cœlum.
Hei mihi pro cœlo qualia dona fero.
Dixerat: audierat iam dudum verba querentis
Liber, vt à tergo fortè secutus erat.
Occupat amplexu, lacrymásque per oscula siccat,
Et pariter cœli summa petamus ait.
Tu mihi iuncta thoro, mihi iuncta vocabula sumes:
Nam tibi mutatæ Libera nomen erit.
Sintque tuæ tecum faciam monumenta Coronæ,
Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi.
Dicta facit, gemmásque nouem transformat in ignes,
Aurea per stellas nunc micat illa nouem.
Sex vbi sustulerit, totidémque remiserit orbes,
Purpureum rapido qui vehit axe diem:
Altera gramineo spectabis Equiria campo,
Quem Tyberis curuis in latus vrget aquis.
Qui tamen eiecta si fortè tenebitur vnda,
Cælius accipiet puluerulentus equos.

ANTON. A *Matrem*] Pasiphaën, ex qua & tauro natus est Minotaurus. Nota est fabula. *Me tua*] exemplo matris, cui taurus placuit cornibus præditus, nã & Baccho à poëtis dantur cornua. vt, Accedant capiti cornua, Bacchus eris. Vel quòd primus tauros iugo subiecerit, & arare docuerit: vel quòd nimio vino (vt inquit Festus) homines truces fiunt. Per cornua enim significatur protervitas & contumacia, teste Porphyrione. B Vnde illud est, Addis cornua pauperi. Cæterùm plures fuerunt Dionysij, teste Diodoro. *Ortus in igne diceris*] Bacchum ignigenam dicunt, quòd Semele matre à fulmine percussa, ab eius aluo ereptus est. *Pro cælo qualia damna fero*] Pathos ab eo quod est præter spem. *Mihi iuncta vocabula sumes*] vt me: Liberum vocant, ita & te Liberam nominabunt. C *Monumenta Coronæ*] Corona quæ referetur in cœlum, vt sit monumentum amoris Liberi in Ariadnen: non quòd eam Bacchus Ariadnæ dederit, sed quòd eam in cælum relaturus sit: quam & retulit in eius gratiam. Est autem monumentum, quicquid in posterum memoriæ causa proditur, & quicquid ob memoriam alicuius fit: vt fana, porticus, carmina, & similia & à monendo dictum existimatur. *Per stellas nunc micat illa nouem*] Seruius scribit, sex stellas esse, quibus in cœlo Corona hæc declaratur, alij nouem. vnde illud est: Inde nouem nu-D merum Cressam fecere Coronam. Id signum maximè lucere cernitur. vt, Hic illa cæmio posita est fulgore Corona. Ouidius alibi Bacchi coniuna redimita Corona, Præradiat stellis signa minuta suis. *Sex vbi sustulerit, totidémque remiserit orbes*] Tertio Idus Martias iterum Equiria celebrantur: dicta, vt ait Varro, ab equorum cursu. Eo enim die currunt in campo Martio: cuius admirabilis magnitudo (vt inquit Strabo) curules cursus, & alia equestria certamina expedita suppeditabat. Dicit autem *Altera equiria*] quia suprà legimus: Iamque duæ restant noctes de mense secundo, Marsque citos iunctis curribus vrget equos. Hos ludos diximus à Romulo institutos esse Marti patri: qui (si fortè hoc tempore, quo flumina imbribus augeri solent, campum Mar-E tium aquæ Tyberis occupassent) transferebantur ad Cælium montem. Vnde ait Festus: Martialis campus in Cælio monte dicitur, quòd in eo Equiria solebant fieri, si quando aquæ Tyberis campum Martium occupassent. Ad hunc montem via fuit propemodum plana. vt: Cælius ex alto, quà mõs descendit in æquum, Hic vbi non plana est, sed propè plana via est. Dictus autem est Cælius (vt Festo placet) à Cælio quodam ex Hetruria, qui Romulo auxilium aduersus Sabinos præbuit, & in eo domicilium habuit. Vel (vt ait Varro) à Cælio Vibenno, ex eadem prouincia, qui dicitur Romulo venisse auxilio. post cuius obitum Tusci, quòd nimis munita loca tenerent, deducti dicuntur in planum. à quibus vicus Thuscus dictus est. *Puluerulentus*] quòd eò non peruenerint aquæ Tyberis campum Martium inundantes.

PAVL. *Bacche fidem præsta*] adhibe mihi fidem. *Ne præfer*] noli præponere. *Vllam amoribus coniugis*] quia magis te amat coniux, quàm ancilla: ergone præferas vllam mihi. *Assueui sem-F per amare virum*] nam prius Theseum, deinde te ardentissimè amaui, seruauique fidem inuiolatam. *Cornua tauri formosi ceperunt matrem*] quasi Pasiphae mater capta fuit cornibus tauri pulcherrimi: nota est fabula Pasiphaës, vxoris Minois, quæ tauro succubuit, vnde natus est Minotaurus sed de his cumulatius in sexto Æneid. diximus. *Me tua*] scilicet cornua capiunt: quasi ego capta sum cornibus tuis. nam Bacchus cum cornibus pingitur: de quo paulo pòst *Sed lædit me*] scilicet quia nimium excruciat. *Ille amor pudendus*] amor tuus in captiuam. ideo pudendus, quòd serua est & fusca. aliqui re-G ferunt illud ad Pasiphaë: quia pudendus amor illius quæ tauro succubuit. *Nec noceat mihi*] scilicet quòd amo te, sed potius prosit. *Enim*] quia. *Non nocebat*] sed proderat. *Tibi*] ô Bacche, quòd tu ipse es fassus nobis flammas tuas: quòd aperuisti nobis amores tuos, sic prodesse debet & mihi, cùm scias te amari à me. *Nec facis H mirum*] hic non est res miranda. *Quòd nos vris*] quòd vror ego tuo amore. *Diceris ortus in igne*] idcirco non est mirum, quia tu natus in igne inijcis mihi flammas. *Et diceris raptus*] ereptus. *Ab igne*] à fulmine. *Manu patria*] manu Iouis nam cùm Semele exanimata esset fulmine, editus immaturus infans, femori Iouis adhæsit, vbi tempora debita compleuit. Etsi vnus tantùm Bacchus seu Dionysius à plerisque poetis re-I feruntur, plures tamen fuere. Diodorus duos fuisse testatur: priorem Indum, qui primus docuerit ex vua vinum elicere, & arborum curam: secundum ex Ioue & Proserpina: vel, vt alij, ex Cerere natum, qui primus boues ad aratrum iunxerit, cùm terra prius hominum manibus coleretur. Cui ob multa beneficia, diuini sunt constituti honores: additáque ad eius statuas, velut insigne quoddam, cornua, ob perutilem agricolis inuentionem aratri. Tertium ex Ioue & Semele Cadmi Thebis in Bœotia natum dicunt. Semeles Iouem amore captum, & cum ea sæpius cubuisse ferunt. Inde Iunonem in anciliam versam, suasisse Semelæ ab Ioue petere, vt ea secum maiestate concumberet, qua cum Iunone consuesset. Quo promisso, cum tonitru & fulmine ad eam descendit: quæ territa, expirans abortiua est. Editum ante tempus filium Iupiter in femore recipit, & partus tempore in Nysam Arabiæ ciuitatem tulit. Vbi à nymphis educatus K infans, à patre & Nysa, Dionysius est appellatus. *Dis* enim Græcè, Latinè Iuppiter. Hinc igitur ortum in igne dicit, quia Iouis fulmine. Præterea, vt inquit Pompeius, cornua Liberi patris simulacro adiiciuntur, quem inuentorem vini dicunt, eo quòd homines nimio vino truces fiunt. *Illa ego sum, cui tu*] ô Bacche. *Es solitus promittere cælum*] sæpe pollicitus es, me in cœlum referre. *Hei mihi, qualia dona fero pro cælo*] loco promissi cœli, sum ita abs te relicta: & pro munere, pellicem Indicam adducis. *Dixerat, audierat*] querentem ita Ariadnem Bacchus audiuit, amplexúsque eam, primùm verbis consolatur: deinde in cœlum retulit, coronamque simul inter astra collocauit, nouemque gemmas in totidem stellas transformauit. *Dixerat*] iam questa erat L Ariadne. *Liber*] Bacchus. *Iamdudum*] ex quo illa cœpit loqui. *Audierat verba querentis*] Ariadnes lamentantis. *Vt*] sicut. *Fortè erat sequutus à tergo*] dum deambulans illa per arenas querebatur, sequebatur à tergo Bacchus.
Occupat amplexu] amplectitur illam. *Et siccat lacrymas per oscula*] osculabatur illius genas, & siccabat lacrymas. *Et ait, Petamus pariter summa cæli*] &c. conscendamus simul in cœli summitatem. *Tu mihi iuncta toro*] quasi iuncta iure iugali: nam tu mea coniunx.
Sumes vocabula mihi iuncta] quæ iuncta es thalamo, eris quoque iuncta nomine. *Nam tibi mutatæ*] ex humana in deam, ex mortali in immortalem. *Erit nomen Libera*] nam vt ego Liber dico, tu quoque Libera diceris. *Et faciam sint tecum monumenta tua corona*] vt tecum habeas in cœlo coro-

coronam tuam, aut ipsius memoriam nam eius gemmæ in stellas transferentur. Monumentum est, vt Vlpianus iurisconsultus inquit, quod memoriæ seruandæ gratia existit. Et Florentinus: Monumentum, inquit, generaliter res est in posterum memoriæ causa prodita, in qua si corpus, vel reliquiæ inferuntur, fiet sepulchrum: si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum. *Quam coronam*] Vulcanus dedit Veneri, quod superius diximus. *Illa tibi*] nam Venus tibi dono dedit. *Docta facit*] nam retulit illam in cœlum] *Et transformat*] transmutat. *Nouem gemmas*] quæ sunt in Corona *In ignes*] in totidem stellas ignitas *Aurea*] corona ex auro. *Micat*] lucet. *Per stellas nouē*] nam quot gemmæ fuerant, tot nunc sunt stellæ, numero nouem *Sex vbi sustulerit*] Tertiodecimo die mensis, hoc est, tertio Idus Mar. fient Equiria in campo Martio prope Tybrim: quòd si inundaret Tybris, vt ille locus aquis tegeretur, itur in Cœlium montem. ibi erunt equorum cursus. quos multi putant à Romulo institutos Marti genitori. *Vbi*] postquam. *Qui*] Phœbus. *Vehit axe rapido*] refert cursu veloci. nam partem pro toto posuit. *Diem purpureum*] rubicundum *Sustulerit*] eleuarit. *Sex orbes*] totuoditates, seu solares orbes. *Demiserit*] deorsum miserit: hoc est, postquam sexies orietur sol, & totiens occidet sol, id est, postquam fluxerit sextus dies ab ipso ortu Coronæ. *Spectabis altera Equirria*] equorum cursus. *Campo gramineo*] in campo Martio herbido. Altera dixit, quia & altera fiebant in fine Februarij. de quib. suo loco diximus. *Quem*] campum. *Tybris Verges in latus*] quasi ambit ab vno latere, aquis curuis, flexis & sinuosis. Campus Martius iuxta Tybrim, vbi sæpe fiebant ludi & certamina: circum erant porticus pulcherrimæ, & horti nemorosi In eo etiam erat Augusti mausoleum ex marmore candido, in vertice æneum Augusti simulacrum habens. *Qui tamen*] campus. *Si fortè tenebitur*] occupabitur. *Vnda coacta*] inundatione Tyberina: nam tunc circuit vnda à Tybride. *Cælius*] mons. *Puluerulentus*] siccus, vbi non fit inundatio. *Accipiet equos*] & fient Equiria in Cælio. qui mons ita dictus, vt Varroni placet, à Cælio Vibenno Thusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Latinum regem. Hinc post Cæli obitum, quòd nimis munita loca tenerent, ne sine suspicione essent, deducti dicuntur in planum. ab eis dictus vicus Thuscus: & ideo ibi Vortumnum stare, quòd is Deus Etruriæ, princeps de Cælianis: quia suspicione liberi essent, traductos volunt in eum locum, qui vocatur Cæliolus, cum Cælio coniunctum Et Pompeius ait: Cælius mons dictus est à Cælio quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium aduersus Sabinos præbuit, eo quòd in eo domicilium habuit.

Idibus est Annæ festum geniale Perennæ,
Non procul à ripis aduena Tybri tuis:
Plebs venit, ac virides passim disiecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quisque sua.
Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt:
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.
Pars ibi pro rigidis calamos statuere columnis,
Desuper extentas imposuere togas.
Sole tamen, vinóque calent, annósque precantur,
Quot sumant cyathos, ad numerúmque bibunt,
Inuenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
Quæ sit per calices facta Sibylla suos.
Illic & cantant quicquid didicere theatris,
Et iactant faciles ad sua verba manus.
Et ducunt posito duras cratere choreas,
Cultáque diffusis saltat amica comis.
Cùm redeunt, titubant, & sunt spectacula vulgi,
Et fortunatos obuia turba vocat.
Occurrit nuper, visa est mihi digna relatu
Pompa, senem potum pota trahebat anus.
Quæ tamen hæc dea sit, quoniam rumoribus errat
Fabula, proposito nulla tenenda meo.
Arserat Aeneæ Dido miserabilis igne,
Arserat extructis in sua fata rogis.

ANTON. *Idibus est Annæ*] &c. Idibus Martiis priuatim & publicè sacrificabatur Annæ Perennæ, vt annare perennaréque commodè liceret, vt scribit Macrobius. Hanc deam nonnulli Lunam esse crediderunt, è cuius cursu mēses annum implentes colliguntur. Alij Themin: quam idem esse existimabant quod fas est, autore Festo. Alij Annam, Didûs sororem: alij vnam Atlātidum, alij Isidem: alij anum quandam suburbanam, quæ famescenti plebi, cùm in sacrum montem secessisset, liba dicitur ministrasse. Quod adeò gratum plebi fuit, vt eam in dearum numerū referēdam censuerit. Placet autem Silio in octauo Punicorum Annam Perennam Didûs sororem esse. vt: Regnisq; Æneadum germana colatur Elisæ. Quam nympham in Aricino agro siue Laurenti cōsecratam, à perpetuitate, Perennam existimaut appellatam. Eius festum geniale dicitur, quòd plebeij apud Tyberim genio & voluptati operam darent, & cantu & potu largiore perennem vitam sibi auspicantes. *Sub Ioue pars durat*] sub diuo, nullis tentoriis, nullis frondibus tecti. *Ad numerúmque bibunt*] Mire hoc certaminis siue ludi genus fuit apud antiquos, qui etiam tot calices interdum exhaurire cōsueuerunt, quot literas amicarum nomina continerent. Martialis: Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quattuor, Ida tribus. *Qui Nestoris ebibat annos*] tot calices, quot annos vixisse dicitur Nestor. de quo autor alibi: vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas. Cicero in Catone maiore: Videtisne vt apud Homerum sæpissimè Nestor de virtutibus suis prædicet? tertiā enim ætatem iam hominum viuebat. Iuuenalis: Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero, Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ. Est autem ætas interdum annorum triginta, vt Lactantius Grammaticus & plerique alij scribunt. *Sibylla*] Sibyllæ decem fuerunt, vt scripsit Varro. Lege Lactantium Firmianum. Earum vni dilectæ ab Apolline dicitur oblatum ab eo poscendi quod vellet arbitrium. quæ tot annos poposcit, quot harenas manibus hausisset. Hanc esse nonnulli Cumæam volunt, quæ fuit longè ante bellum Troianum, ac vixisse dicitur Roma regibus seruiente. Est autem hoc loco figura hyperbole. quis enim tot calices hauserit vno die, quot annos vixisse Sibylla dicitur. *Quicquid didicere theatris*] carmina in theatris audita, & cohærētia voluptati, cui nunc inter vina vulgus indulget. *Cùm redeunt*] è campo Martio, vbi largius poti ebrietatem contraxerunt. *Fortunatos*] quibus vina omnēm tristitiam abstulerunt.

PAVLI. *Idibus est*] Et superius diximus, autore Macrobio, mense Martio sacrificatum iri ad Annam Perennam, quo commodè annare & perennare liceat. Poëta verò referens Annæ sacra, turbam inquit in campum conuenire hæc celebraturā, & pro vitæ perennitate mero indulgere: precaríque vt quot calices exiccarent, tot annos viuerēt, ita vt inde nemo discederet non ebrius. sed quæ dea sit Anna, varias refert opiniones. alios putare Annam sororem Didûs, alios Lunam, alios Themin, alios Isidem, alios Pleiunem, seu Maiam, alios Annam quandam in suburbanis bouillis natam. Annæ autem festum Idibus Martijs celebrabatur. *Idibus*] Martiis scilicet, hoc est, decimoquinto die mēsis. *Est festum geniale*] quasi plenū voluptatis. nam genius pro deo voluptatis interdum accipitur, & pro voluptate ipsa. vt illud, Acceptus geniis illa December habet. *Annæ Perennæ*] quæ commode annare & perennare facit. *Non procul à ripis tuis ò Tybri aduena*] qui aliunde aduenit. nam ex Etruria. Ergo in campo Martio propè Tybrim fiebant sacra genialia à plebe. *Plebs venit*] in campum. *Ac disiecta per virides herbas*] effusa in diuersis locis) *Passim*) apertè per gramina. *Potat, & accumbit quisque cum pare sua*) quisque bibit, & est cum coniuge, aut socia. *Sub Ioue*] aliqui sub dio sunt, aliqui sub tentoriis, alij sub extructorum ramorum vmbra. *Pars durat sub Ioue*] sub dio: hoc est, sub aëre, non sub tectis. & Dios est Iupiter. & Horatius: Manet sub Ioue frigido Venator, teneræ coniugis immemor. *Pauci ponunt*] erigunt. *Tentoria*] more militum, vt sub tentoriis sint. *Sunt*] aliqui *Quibus casa est facta frondea è ramis*] qui calam faciunt ex

A frondosis arborum ramis. *Pars*] eorum qui illuc conuenere. *Statuere calamos*] erexere humi defixas harundines. *Pro columnis rigidis*] duris & firmis *Imposuere desuper*) super columnas ipsas. *Togas extentas*] Toga, vt Marcellus inquit, vestimentum erat commune & viris & mulieribus, tam diurnum, quàm nocturnum dicitur, à tenendo. *Sole tamen*] excalescunt multi tam calore solis, quàm exhausto mero: orantque, vt quot pocula desiccauerint, totidem annorum vita contingat. qua quidem ratione multi erant qui Nestoreum numerum superarent, & ad Sibyllæ numerum ascenderent. *Tamen calent*] illi. *Sole & Vino*] quod hauriunt. *Et precãtur annos*] precibus à diis tot annos poscunt. *Quot sumant cyathos*] quot plenos decernit vini cyathos. *Et bibunt ad numerum*] quia numerant, quoties bibunt, vt numerum teneant. *Iuuenes illic*] in eo campo. *Qui ebibat annos Nestoris*] qui toties bibat, quot annos vixit Nestor ille B Pylius, quem vixisse dicunt trecentos annos. de quo dixit: Iam tertia viuitur ætas. *Quòd sit facta Sibylla per calices suos*) quòd etiam annos Sibyllæ adæquaris. hoc ob Cumæam dictum, quæ fuerat longè ante Troiana bella: & vixeris, vt à multis asseritur, ad Romanorum vsque regum tempora. Nam in Metamorphosi ipsa Æneæ refert vixisse septem secula, superuicturámque annos 300. Sibylla dicitur, quasi Dei mens, hoc est, consilium. *Illic & cantant*] canunt quod in theatris audiuere cani: agitant & excutiunt manus, velut est mos ebriorum: & saltant depositis parumper poculis. *Et cantant illic*] in campo. *Quicquid didicere theatris*] non carmina ad hunc vsum composita, sed ea quæ in theatris didicere, cùm recitatæ sunt fabulæ. Theatrum, spectaculum à [illegible] quod est video. *Et iactant*] vt ebrij solent. *Ma*C *nus faciles ad sua verba*) nam eas ad cantum agitant. *Et ducunt iunctas choreas*) saltationes. à [illegible]] quod est salto. Vergilius: Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicũt, Syllabáque media ad placitum ponitur, vt etiam in eo versu: Immemores nostri festas duxere choreas. *Posito cratere*) deposito parumper poculo. *Et amica culta*] ornata. *Saltat diffusis comis*] passis crinibus. *Cùm redeunt*) è campo domum. *Titubant*] trementi & inconstanti passu incedunt. nã ebrij redeuntes sunt titubãtes, & firmare passum nequeunt.

Et sunt spectacula vulgi] quia ab omni multitudine spectantur. *Et turba obuia*] quæ illis redeũtibus occurrit *Vocat fortunatos*] appellat eos fœlices: quia quoad ebrij sunt, nec bona, nec mala discernunt: nec cupiditate vlla, nec ambitione mouentur. *Occurrit nuper mihi pompa*] turba ebriorũ redeuntium, & in ordinem incedentium facta est mihi obuia. *Visa est digna relatu*] digna quæ referetur. *Anus pota*] ebria vetula, quæ multum potauerat. *Trahebat senem potum*] ebrium. Iucundum erat spectaculum, cùm ebria ebrium duceret. Potus, in vtramque accipitur significatio- G nem, & pro eo qui potauerit, vt hic: & pro eo quod potauerit, vt inferius: Clauiger & tanto est Albula pota deo. *Quæ tamen*] sed quæ dea sit Anna, quoniam variæ sunt opiniones, ego omnes referam. *Tamen quæ dea sit*] hæc quæ Anna Perenna dicitur. *Quoniam fabula erratur*] incerta est & varia refertur. *Rumoribus*] incertis relationibus. *Nulla*] fabula scilicet est. *Tegenda*) velanda. *Meo proposito*] ex instituto meo: quia de omnibus agam *Arserat*] Acturus de Anna, sorore Didûs, ab ipsius morte Didûs incipit: imitatus in hoc Vergilium, qui dixit eam sibi necem consciuisse ob amorem Æneæ: quod falsum est nam non ob Æneam, sed seruatam pudicitiam. Cùm ab Hiarba rege premeretur, cogerentque eam ciues illi se tradere, extructa pyra se ipsam interemit. Oc- H cupata est, ea extincta, Carthago ab Hiarba. fugit inde Anna, postque longos errores venit in Laurentinum littus: vbi agnita ab Ænea, benignè suscepta est, commendatáque Lauiniæ. Sed cùm illa putaret adductam sibi pellicem, parauerat Annæ insidias. Quæ quidem per quietem ab vmbra sororis monita, diffugit, raptaq; est à Numicio amne. eũ postea inquireretur, fertur eleuasse caput, dixisséq; se in nymphã mutatam, & Annam Perennam vocari. *Dido miserabilis*) digna commiseratione. *Arserat igni*] hoc est, amore Æneæ. vt apud Vergilium, Vritur infœlix Dido. *Arserat rogis extructis*] lignorum congerie composita. *In sua fata*] in suam mortem. arserat ergo duplici igne, & amoris & igne rogali. nam extruxit pyram, qua esset adurendum cadauer. Deinde gladio incubuit, & in ea pyra cremata I est.

Compositúsque cinis, cumulique in marmore carmen,
Hoc breue quod moriens ipsa reliquit, erat.
Præbuit Aeneas & causam mortis & ensem,
Ipsa sua Dido concidit icta manu.
Protinus inuadunt Numidæ sine vindice regnum,
Et potitur capta Maurus Hiarba domo.
Séque memor spretum, thalamis tamen inquit Elisa,
En ego, quem totiens reppulit illa, fruor.
Diffugiunt Tyrij quò quemque agit error, vt olim
Amisso dubia rege vagantur apes.
Tertia nudatas acceperat area messes.
Inque canos ierant tertia musta lacus.
Pellitur Anna domo, lacrymánsque sororia linquit
Mœnia: germanæ iusta dat antè suæ.
Mixta bibunt molles lacrymis vnguenta fauilla,
Vertice libatas accipiúntque comas.
Térque male dixit, cineres ter ad ora relatos
Pressit, & est illis visa subesse soror:
Nacta ratem, comitésque fuga, pede labitur æquo,
Mœnia respiciens, dulce sororis opus.

ANTON. *Præbuit Aeneas & causam mortis & ensem, Ipsa sua Dido concidit icta manu*] Fabulantur quidem poëtæ, quòd ob Æneæ discessum Dido structa D pyra gladio incubuit. iidemque etiam canunt, Carthaginem paulo post excidium Troiæ conditam esse. sed (vt scribit Iustinus) Hiarbas decem Pœnorum principibus accersitis Didûs nuptias sub belli denunciatione petiit: quæ pyra in vltima parte vrbis extructa, velut placatura Sichæi manes, hostiis cæsis eam conscendit, & gladio vi- E tam finiuit. Carthago autem condita est septuaginta duobus annis antè quàm Roma. *Maurus Hiarba*] rex Mauritaniæ: quæ prouincia est Africæ ad occidentem, & fretum Gaditanum. Sed idẽ & Numidiæ regnum obtinuit, quæ ab occasu ad Mauritaniam extenditur, ab ortu ad Syrtes, vnde regio Carthaginensis incipit. Eius incolæ Numidæ, quasi nomades, à permutandis pabulis appellantur. Hunc regem Vergilius Getulum vocat. vt, Captam ducat Getulus Hiarbas. *Tertia nudatas acceperat area messes, Inque canos ierant tertia musta lacus*] Descriptio temporis poëtica, à F messibus & vindemia. *Fauilla*) cineres Didûs vnguenta, & Annæ discessuræ lacrymas bibunt. *Pede labitur æquo*] prospera vtitur nauigatione, donec ad Melitam peruentum est. Est autem pes, funis quo tenditur velum, autore Seruio: Seneca in Medea: Nunc prolato pede transuersos captare notos.

PAUL. *Et cinis est compositus*) hoc est, cinis qui ex cremato cadauere superfuit, est in vrna reconditus. *Et erat hoc breue carmen in marmore tumuli*) hoc exiguum epigramma inscriptum est tumulo. *Quod*) carmen. *Ipsa moriens reliquit*) Alludit ad illud quod in Heroidibus præ- feceras, cùm in epistola ad Æneã Dido ita dicat: Nec cõsumpta rogis in- K scribar Elisa Sichæi: Hoc tamẽ in tumuli marmore carmen erit. & subsequũtur hi duo versus, quos etiam apposuit. *Aeneas præbuit & causam mortis*) quia fugiens fuit illi causa, vt seipsam confoderet. *Et ensem*) præbuit causã, & præbuit instrumentũ. nam reliquit ensem, quo se illa confecit. *Ipsa Dido concidit*) extincta est. *Ipsa sua manu*) ad seipsam extinguendam. *Protinus inuadunt Numidæ sine* L *vindice regnum Et potitur capta Maurus Hiarba domo*) Extincta Didone Afri duce Hiarba Carthaginem occupant, Tyrij verò omnes in fugam conuersi sunt. *Numidæ*] Speciem pro genere posuit: hoc est, ipsi Afri. Numidia verò pars Africæ, inter Tingitanam & Carthaginensem regionem. *Inuadunt*) adoriuntur, & occupant. *Regnum*) Carthaginis scilicet. *Sine vindice*) quasi cùm nullus esset vindex qui iniuriam propulsaret, quoniam regina erat extincta, & alij reges non erant qui regnum tuerentur. *Et Hiarba Maurus*) nam & Numidarum rex erat, & Maurorum vel, vt Eustathius inquit, Maxicorum. Mauri in extrema ad Oceanum Lybia iuxta fretum Columnarum, vt Strabo in-

quit, Hi, vt Crispus asserit, à Medis originem traxere. sed corrupere vocabulum Libes, & pro Medis Mauros dixere. *Potitur capta domo*] Didûs regia. *Et memor*] Hiarbas. *Se spretum*] fuisse prius, quem in coniugem Dido noluerat. Vnde & Vergilius: Non antè Tyro despectus Hiarbas. *Inquit tamen, En ego quem illa*] &c. Dido. *Totiens repulit*] quia totiens spreuit, & in coniugē non admisit. *Fruor*] nunc. *Thalamis*] toro. *Elisa*] Didûs: quæ, vt Eustathius inquit, Elisa nominata est: & ab aliis Annam quoque vocatam dicit: sed vbi Carchedona condidit, Dido dicta est. Carchedona verò vocauit vrbem à se conditam, à Carchedone viro Phœnice. Sed ab Afris Carthago dicta est, quod sonat lingua Punica noua vrbs. *Tyrij*] qui secuti erant Elysam à Tyro vrbe Phœniciæ. *Quò quemque agit error*] quò vnumquemque fuga duxit. *Vt olim*] aliquando. *Vagantur*] vagantes errant. *Dubiæ amisso rege*] cùm regem amiserint, dubiæ tunc sunt apes, quem potissimùm sequantur regem. Plinius inquit: Apes rempublicam & concilia priuatim, & duces gregatim: & quod maximè mirum est, mores habere, sempérque duce prenso, totum agmen teneri: amisso, dilabi migrareque ad alios: esse vtique sine rege non posse. *Tertia nudatas acceperat area messes Inq. canos ierāt tertia musta lacus*] Tertio anno post mortem Elisæ, & occupatam ab Hiarba Carthaginem, pulsa est & Anna, quæ lacrymans iusta sorori soluit: solutóque supremo munere, fugit. *Tertia area*] in qua terantur fruges. *Acceperat messes nudatas*] frumenta è paleis excussa: & ita nudatas, quia frumenta ipsa nudata ter in area. *Et tertia musta ierant in nouos lacus*] hoc loquit, præterierat iam tertia messis, & tertia vindemia. & ex his tertium annum indicat. *Anna pellitur domo*] Carthagine. *Et lacrymans relinquit mœnia sororis*] vrbem à sorore conditam. *Dat antè iusta*] suæ germanæ: facit exequias, sorori sic iusta soluit. *Fauilla molles bibunt vnguenta mixta lacrymis*] spargit vnguento cineres, lacrymas immiscens. Ideo molles fauillas dixit, quia vnguento & lacrymis miscebantur, aut fundebantur. vel molles, quia dulces sorori. *Et accipiunt*] ipsæ fauillæ. *Comas libatas*] excerptos crines. *Vertice*] è capite Annæ. *Ter dixit Vale*] sicut moris est extremo loco dicere. *Ter pressit cineres*] ter complexus est vrnam, vbi erāt conditi. *Relatos ad ora*] quia ter osculata est. *Et soror*] Dido. *Est visa subesse*] quia visa est Annæ Dido sentire pium officium, & subesse. *Nacta ratem*] vbi nauem reperit. *Et comites fugæ*] qui eam in fuga sequerentur. *Labitur æquo pede*] non hoc referendum ad pedes eius, quia non dicitur propriè labi pedibus, sed incedere: sed referas ad nauem, Annam ferentem, quæ pedibus caret, & æquè omnis mouetur, & propriè labitur. Aut æquo pede, pro æquatis omnium pedibus remigum in verrendo mari: aut in trahenda podia, seu erigēdis malis nauium. Vnde Vergilius in quinto Æneidos, Vna omnes fecēre pedem. *Sic labitur*] Anna sua naui. *Æquo pede*] æquatis omnium nautarum pedibus. *Respiciens mœnia*] Carthaginis scilicet. *Dulce*] etiam eo tempore illi. *Opus sororis*] quod Dido soror extruxit.

ANTON. *Fertilis est Melite*] Melita insula, vnde Melitæos canes dictos esse Callimachus putat, inter Corcyram & Illyricum est, vt Plinius scribit. Strabo immioere inquit Pachyno Melitam, vnde Melitæi canes exportantur. Sed sciendum, & Samothraciam (vt autor est idem geographus) olim Melitam dictā. Cæterùm Melita, de qua nunc agimus, in Africam versa est, quēadmodum & Cosyra, testibus Plinio, Pomponio, & Diodoro. Vnde Ouidius subiungit: Quam Libyci verberat vnda freti. *Rex ibi Battus erat*] De hoc Silius: Battus Cyrenem molli tum forte sonurbat Imperio, mitis Battus, lacrymásque dedisse Casibus humanis facilis. Idem poëta vult Annam à Batto non in Melita, sed in oppidu Cyrene exceptam fuisse. Lege principium octaui libri Punicorum. Iustinus Cyrenem à Batto cōditam tradit: eúmq; sic dictum, propter linguæ obligationē. *Sed timuit magnas Pygmalionis opes*] qui Annæ imminebat exitio. vt: ferre per æquor Ex[illegible]um miseræ iam Pygmaliona docebat. Hic Annæ & Didûs frater fuit. *Nos sumus imbelles*] qui te armis tueri aduersus fratrem non possumus. *Crathidis*] Crathis fluuius est Calabriæ. de quo ipse alibi: Crathis, & hinc Sybaris nostris conterminus oris, Electro similes faciunt auróque capillos. *Cameren incola turba vocat*] deest quem. Est autem Camere agri proprium nomen ad hostia Crathidis. Quidam Cremereo legunt.

Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Libyci verberat vnda freti.
Hanc petit hospitio regis confisa vetusto:
Hospes opum diues rex ibi Battus erat.
Qui postquam didicit casus vtriusque sororis,
Hæc, inquit, tellus quantulacúnque tua est.
Et tamen hospitij seruasset ad vltima munus,
Sed timuit magnas Pygmalionis opes.
Signa recensebat bis sol sua, tertius ibat
Annus, & exilio terra paranda noua est.
Frater adest, bellóque petit, rex arma perosus,
Nos sumus imbelles, tu fuge sospes, ait.
Iussa fugit, ventóque ratem committit, & vndis.
Asperior quouis æquore frater erat.
Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes
Paruus ager: Cameren incola turba vocat.

[...]ctibus. *Hanc*] insulā. *Petit*] Anna. *Confisa vetusto hospitio regis*] fiduciā habens in antiquo hospitio Batti. & fuerant aliquando hospitia inter eos mutua, & alter alteri auxilio fuerat. *Rex ibi hospes*] qui eam suscepit hospitio. *Erat Battus diues opum*] opibus abundans. *Qui eam postquam didicit*] audiit ab ipsa Anna. *Casus vtriusque sororis*] & Elisæ miserabilem casum, & Annæ calamitatem. *Inquit, hæc tellus*] &c. Melitæa. *Quātulacunque tua est*] licèt tenue sit regnum, potes tuo arbitrio vti. *Sed tamē seruasset ad vltima*] vsq; ad finem. *Munus hospitij*] quod illi obtulerat. *Sed timuit magnas opes Pygmalionis*: timuit ingentes Pygmalionis vires, qui iam sororem Annam insequebatur. *Signa recensebat*] Iam fluxerant duo anni, ex quo è Carthagine fugit, veneratque tertius, cùm insequente Pygmalione magna classe, rex illam à se dimisit, rursúsque illa miserrima se fugæ credidit. *Sol recensebat*] renumerabat. *Bis sua signa*] duodecim illa quæ sunt in zodiaco, per quæ it & redit annum conficiens: confecerat iam bis illud spacium. *Tertius annus ibat, & noua terra est paranda exilio*] &c. cogitur illa, noua loca quærere ad exulandum. *Adest frater*] Pygmalion, qui eam insequebatur. De Pygmalione latius in primo Æneidos refertur. non insistimus in eo. *Et petit*] Annam. *Bello*] illaturus bellum apud quemcunque fuisset. *Rex*] Battus. *Perosus bella*] odio habens bella. *Ait, nos sumus imbelles*] &c. non apti ad bellum. *Tu fuge sospes*] fuge nunc incolumis, antequam maiorem facias iacturam. *Iussa*] Anna. *Fugit, & committit ratem vento & vndis*] hoc est, mari ventis agitato. *Frater*] Pygmalion. *Erat illi asperior quouis æquore.* aspera & turbida erant illa maria, sed omni asperior ac truculentior mari erat frater. *Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes Paruus ager: cameren incola turba vocat*] Vertit Anna fugiens proram in Calabriam, cùm essent prope Crathim fluuium: depositis velis, nautæ remis insurrexere: vt portui subirent, à tempestate reiecti sunt. *Est paruus ager prope amnes Crathidis*] prope Crathim fluuium. *Lapidosi*] quia ex Appenninis labens per saxa fluuij. Crathis, fluuius est Achiuorum, Herodoto teste. A quo, vt idem ait, qui in Italia fluuius, sic cognominatus est, nomen accepit. Estq; fluuius Calabriæ in ora Rheginorū. De quo in Met. Crathis, & hinc Sybaris nostris cōterminus oris, Electro similes faciunt, auróq; capillos. Et Plinius in eodē quoq; loco

PAVL. *Fertilis est Melite*] Fugiens Anna Melitem venit susceptáque hospitio à Batto rege. Qui audita & morte Elisæ, & ipsius Annæ calamitate commiseratus, omnia ei obtulit: sed seruare non potuit, Pygmalione sororem insequente. *Melite est insula fertilis*] hæc insula est in Lybico mari, inter Siciliam & Africam, distans à Pachyno Siciliæ sexaginta millia passuum, quo spacio nos ipsi in eam insulam traiecimus. nec eo anno qui fuit 1462. à natali Dominico erat fertilis, propter siccitatem. quadriennio enim integro aquis pluuiis caruerat. fertile tamen solum habet, cùm aquatur. ea ea portabantur catelli, quos Melitæos vocabant. Cuius rei meminit Strabo libro sexto. *Vicina Cosyra sterili*] cùm fertilis sit Melite, Cosyra sterilis est. Insula quidem est in eadē mari, quæ & olim, & nunc, Gozus dicitur. Regnabat in Melite Battus, quem volunt aliqui eundem esse, qui & Cyrenas in Africa cōdiderit, Cyrni regis Therrannis insulæ filium, cuius meminit Trogus. *Quā*] insulam. *Verberat vnda freti Libyci*] cùm in mari Libyco sit, Libycis pulsatur fluctibus.

A ponit Crathim. *Attola turba*] quæ incolit ripas Crathidis. *Vocat*] ipsum agrum. *Cameren*] nam prope Crathim paruus erat ager, Camere appellatus, quòd pentam Anna verterat. Nec accipias pro Camarina Sicula. nam longè distat. Est enim Camarina inter Pachynum & Lilybeum in Sicilia.

Illuc cursus erat. nec longius affuit inde,
Quàm quantum nouies mittere funda potest.
Vela cadunt primò, & dubia librantur ab aura.
Findite remigio, nauita dixit, aquas.
Dúmque parant torto subducere carbasa lino,
Percutitur rapido puppis adunca noto.
Inque patens æquor, frustrà pugnante magistro,
Fertur, & ex oculis visa refugit humus.
Assiliunt fluctus, imóque à gurgite pontus
Vertitur, & canas alueus haurit aquas.
Vincitur ars vento. nec iam moderator habenis
Vtitur, at votis: his quoque poscit opem.
Iactatur tumidas exul Phœnissa per vndas,
Humidáque apposita lumina veste tegit.
Tunc primùm Dido fœlix est dicta sorori,
Et quæcunque aliquam corpore pressit humum.
Ducitur ad Laurens ingenti flamine littus
Puppis, & expositis omnibus hausta perit.
Iam pius Aeneas regno, natáque Latini,
Auctus erat, populos miscuerátque duos.
Littore dotali, solo comitatus Achate,
Secretum nudo dum pede carpit iter:
Aspicit errantem, nec credere sustinet, Annam
Esse, quid in Latios illa veniret agros.
Dum secum Aeneas, Anna est, exclamat Achates:
Ad nomen vultus sustulit illa suos.
Heu fugiat, quid agat, quos terra quærat hiatus,
Ante oculos miseræ fata sororis erant.
Sensit, & alloquitur trepidam Cythereius heros:
Flet tamen admonitu mortis Elisa tuæ.

ANTON. *Torto lino*] funibus quibus vela deducuntur, his laxatis, his adductis, vt hodie videre licet. *Visa refugit humus*] dum nauis à vento repelleretur, in mare terra refugere visa est. *Habenis*] per metaphoram siue translationem temonem accipimus. *Phœnissa*] Anna, à Phœnicia, quæ B regio à Phœnice nomen accepit. *Tunc primùm Dido fœlix est dicta sorori*] Sic Æneas apud Vergilium: O terque quaterque beati Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere. *Expositis omnibus hausta perit*] perit quidem nauis, sed Anna, & cæteri qui in ea fuerunt, incolumes terræ redditi sunt.
C *Populos miscuerátque duos*] Scribit Strabo, Æneam vnà cum Anchise patre & Ascanio filio, qui & Iulius & Emyleon, dictus est, teste Dionysio, Laurentum appulisse, ac non longè ab Ostia oppidulum ædificasse. Deinde verò aduentantem Latinum regem Aborigenum, qui tunc loca, vbi nunc Roma est, incolebat, cū Ænea societatem iniisse ad-D uersus finitimos Rutulos, ac Latinum in pugna cecidisse, & victorem Æneam adeptum imperiū, suus etiam Latinos appellasse. Licèt enim victi victorum nomina accipiant, Æneas tamen vt fauorem Latij sibi conciliaret, Latinum nomen non solùm victus non sustulit, sed etiam Romanis imposuit. *Dotali*] quia à Latino rege regnum acceperat Æneas, dotem Lauiniæ. *Dum secum Aeneas*] Deest, dicit, vel cogitat, quid illa veniret in Latium. *Quos terra quærat hiatus*] ne videat Æneam, cuius causa perierat soror.

PAVL. *Illuc erat cursus*] ibi cursum direxerant nautæ. *Nec longius abfuit*] Anna non magis distabat. *Inde*) ab eo agro. *Quàm quantum potest mittere funda nouies*] posset quis saxum ia-E culari funda. *Vela cadunt*) vt mos est nauiatum, cùm prope portum sunt. Vela deponunt, & remis incumbunt. *Dixit nauita*) vnus è nautis, aut ipse nauis rector. *Findite aquas remigio*) iam remis fluctus vertite, & in portum tendite. *Dúmque parant*) inituri portum, à vento repelluntur. notus enim eos magno impetu adorsus, per medium fretū angustum in patentius æquor impulit, cùm nimium inualesceret tempestas. mare ipsum à profunditate versum in miseram cymbam sæuiebat. *Dum nautæ parant subducere*] remouere ea antemnis. *Carbasa*] vela. *Torto lino*] aut pro torti lini: nam linea vela, aut torto, voluto. Nam inuoluuntur vela, cùm reponuntur. Aut torto lino, rotatis seu obuersis antemnis: vbi linea vela erant, quo facilius deponerēt. *Puppis adunca*] curua. *Percutitur rapido noto*] celeri, & furioso: meridionales venti turbine. Verùm si nunc notum acciperemus eum qui flat è medio spacio inter austrum & eu-F rum, quem nautæ Syroebon vocant, rectè dictum esset. nam plurimus inflat in illius freti fauces. ergo ratem ipsam per medium fretum in patentiores aquarum campos ille turbo transtulit. *Fertur*] ratis. *In æquor patens*] in apertum & spaciosum mare. *Frustra pugnante*] incassum reluctante & retinente. *Magistro*] gubernatore nauis. *Et humus visa*] quam prius viderant. *Refugit ex oculis*] quia iam longius eos impulerat ventus. *Fluctus assiliunt*] vnde attolluntur magno turbine. *Pontus vertitur*] euitur. *Imo gurgi-G te*] quasi ab imo fundo. *Et alueus*] caua nauis: ad aluei similitudinem. *Haurit canas aquas*] haurit vndas quæ tum maximè canescunt, cùm ventis aguntur. *Vincitur ars*] Iam nihil poterat rebus consulere rector nauis sua arte. vertit se in tanto periculo ad vota. Agitur per tumidos fluctus infœlix Anna, tegebatque oculos, ne [illegible] ruentes vndas inspiceret. *Ars*] nautica. *Vincitur* H *vento*] ventorum impetu. *Nec iam moderator*] rector nauis. *Vtitur habenis*] per translationem, ab equis qui habenis reguntur. ille iam temone non regit ratem. *At votis*] vtebatur scilicet. *His quoque*] votis. *Poscit opem*] à diis ipsis. *Phœnissa exul*] Anna à Phœnicia. Sic & Vergilius, Hunc Phœnissa tenet Dido: sicut dicimus Cressam, Threisā, vel Threissam, Cilissam: sic & I Phœnissam. *Iactatur*] vt illud, Terris iactatus & alto. *Per vndas tumidas*] per mare & tumidum, & turbulentum. *Tegit lumina*] oculos. *Veste humida*] aquis respersa. *Opposita*] ipsis oculis ne videret periculum. Tum primùm fœlicem sororem extinctam, & quæcunque è vita migrasset, appellabat, præsertim quibus in Tellure solida mori contigisset, quoniam fluctibus non iactarentur. Demum appulere Laurenti litori, vbi perijt nauis: expositis tamen his qui in ea erant sospitibus in terram. *Tum primùm Dido est dicta fœlix sorori*) Appellauerat prius infœlicem, quòd sibi mortem K consciuerat. sed tum primùm fœlicem dixit, quoniam è vita migrauerat. *Iam pius Aeneas*] Eo tempore quo Anna illuc appellebat, Æneas in Latio regnabat. Venerat enim ad sedes fatales, vbi vrbem condidit, quam à Latini regis filia Lauinia, quam inito cum rege fœdere in vxorem accepit, Lauiniam appellauit, populúmque suum Latinum appellari voluit. Primo tamen anno solis Troianis imperauit: deinde extincto Latino, simul & hoste Turno in eadem pugna, accepit regnum soceri, immiscuitque simul Troianos & Latinos, & vtrisque imperauit. Eo igitur tempore cùm per littus deambularet, Annam aspexit. *Iam pius Aeneas erat auctus regno*] auxerat imperium suum. nam præter illud quod ipse constituit, soceri regnum erat assecutus. *Et nata Latini*] Laui- L nia, quam in coniugem acceperat. *Et miscuerat*] simul iunxerat. *Duos populos*) Latinum & Troianum. *Dum ipse comitatus solo Achate*) vt Virgilium imitetur, Vno comitatus Achate. qui perpetuus comes illi datur. Verùm Achatæ Homerus meminit. Sed ab aliquibus ab [illegible], quod est cura & molestia, deductum nomen putatur. Tamen Æneæ perpetuò adiungitur, ac si curam regiam significaret, quòd cura regum semper sit communis. Achates etiam preciosi lapidis nomen est, Solino & Plinio testibus: quem lapidem Sicilia in ripis Achatis fluminis primùm dedit, sed postea alibi quoque compertus. Nam & Pyrrhum regem hunc in annulo habuisse dicunt, detinētem nouem Musarum effigies nō artificiosas, sed naturales,

A & Apollinem ipsum cum lyra:ita discurrentib. maculis, autore Plin. vt Musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Dum igitur Æneas comitatus solo Achate, carpit iter secretum: quasi dum incedit remotis aliis omnibus *Nudo pede*] & quod pedes, & quod nudis pedib. incedebat. *Littore dotalis*] quod illi pro dote Latinæ contigerat. *Aspicit Annam errantem*] quæ per littus errabat *Nec credere sustinet*] non poterat credere eam esse *Quid il. ven in Lat. ag.*] dicebat hęc secum, ad quid illa nunc in Latium venit. *Dum secum Aeneas*] ea verba diceret. *Achates exclamat, Anna est*] agnouit, & eam esse clamauit. *Illa*] Anna. *Sustulit suos vultus ad nomen*] cùm audisset nomen suum ab aliis proferri, eleuauit voltum & oculos, vt intueretur. *Heu fugiat.*] Cùm Æneam agnouisset, quid facere debuisset, fugere, & quò. *Quid agat, quos hiatus terra quærat*] quam voraginem, quã dehiscentem tellurem requirat, quò se deiiciat *Fata sororis*] mors Elisæ miseræ. *Erant ante oculos*] cùm primùm vidit Æneam, venit in mentem lacrymabile sororis fatum, quæ Æneæ causa sibi mortem consciuerat. *Sensit*] Æneas cognouit & pudorem, & dolorem, ac metum illius. *Et heros Cythereius*] Æneas vir excellens, Cythereæ Veneris filius Nã Cytherea dicta est Venus, à Cythera vrbe, in quam concha G delata est, vt Festus inquit. *Et alloquitur trepidam*] timentẽ Annam *Flet tamen*] Æneas. *O Elisa.* Dido. *Admonitu*] recordatione. *Mortis tuæ*] non potuit continere lacrymas, cùm primùm recordatus est acerbissimi casus illius.

Anna per hanc iuro, quam quõdam audire solebas,
Tellurem fato prosperiore dari.
Pérque deos comites, hac nuper sede locatos,
Sæpe meas illos increpuisse moras.
Nec timui de morte tamen, metus abfuit iste.
Heu mihi, credibili fortior illa fuit.
Ne refer, aspexi non illo corpore digna
Vulnera, tartareas ausus adire domos.
At tu, seu ratio te nostris appulit oris,
Siue deus, regni commoda carpe mei.
Multa tibi memores, nil non debemus Elisæ:
Nomine grata tuo, grata sororis, eris.
Talia dicenti (neque enim spes altera restat)
Credidit, errores exposuítque suos.
Vtque domum intrauit Tyrios induta paratus,
Incipit Aeneas, cætera turba silet.
Hanc tibi cur tradam, pia causa, Lauinia coniunx,
Est mihi: consumpsi naufragus huius opes.
Orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora:
Quam precor, vt charæ more sororis ames.
Omnia promittit, falsúmque Lauinia vulnus
Mente premit tacita, dissimulátque metus.
Donáque cùm videat præter sua lumina ferri
Multa, tamen mitti clàm quoque multa putat.
Non habet exactum quid agat, furialiter odit,
Et parat insidias, & cupit vlta mori.
Nox erat, ante torum visa est astare sororis
Squalenti Dido sanguinolenta coma.
Effuge, ne dubita, mæstum soror effuge tectum.
Sub verbum querulas impulit aura fores.
*Exilit, & velox * illinc super ausa fenestra*
Se iacit: audacem fecerat † ille timor.
Cúmque metu rapitur: tunica velata recincta
Currit, vt auditis territa dama lupis.
Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius vndis
Creditur, & stagnis occuluisse suis.
Sidonis interea magno clamore per agros
Quæritur, apparent signa notæque pedum.

ANTON. *Anna per*) &c. Æneas sui discessus causam B in deos reiicit, vt excusset se apud Annam *Perque deos comites*] per deos penates, quos Æneas Lauinij collocauit *Credibili fortior illa fuit*) fortior quàm credi potuit, quæ seipsam interfecit, Vnde Dido vocata est, quod nomen Phœnicum lingua viraginem significat. *Ne refer*) quoniam Anna videbatur Æneæ relatura Didûs sororis interitũ. C *Seu ratio te nostris appulit oris, Siue deus*] siue consultò huc veneris, siue te aliquod numen impulerit. *Credidit*) vel se commisit, si accusatiuũ subaudias: vel fidem adhibuit. *Pia causa*) ne Lauinia adductam pellicem suspicetur. *Nõ habet exactum quid agat*) nondum exquisitum habet, qua pœna Annam afficiat: sed D tanto eam odio prosequitur, vt mori cupiat, dũ perdat quã pellicem putat. *Tunica velata recincta*) quod angustia temporis non videbatur pati, vt tunicã cingeret. Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius vndis Creditur: fluuius celeber morte Æneæ, vt, Littus adit, Laurens vbi tectus arundine serpit, In freta flumineis vicina Numicius vndis. Hunc iubet Æneæ quæcunque obnoxia morti Abluere.

PAVL. E *Anna per*] &c. Æneas vult deprecari culpam sui abscessus, quo illam ad necem impulit. Iurat se fuisse à diis coactum, qui moras in Carthagine increpabant: nec potuisse sibi persuadere, futurum vt illa se extinguesat. Referri vulnera non cupit, quo olim apud inferos vidit. Offert deinde ipsi Annæ emeritæ omnia quæ in regno Latino sunt.

Anna iuro per hanc tellurem) per terram Italicam. *Quam tu quondam*) cùm Carthagine essem. *Solebas audire*) à nobis scilicet. *Dari mihi fato prosp.*) fœliciore. *Iuro per deos comites*) per Vestam, & deos penates, quos mecum è F Troia tuli. *Locatos nuper*) paulo antè collocatos. *Hac sede*) Lauinij. Et rectè locatos dixit, quia per longa tempora aliò transferri aut locari non sunt passi Nam cùm Ascanius Albam condidisset, transtulissetque illuc deos, nocte redière Lauinium. *Increpuisse per deos, illos deos sæpe increp. mor.*) obiurgasse & accusasse nimias tarditatis. Sic excusans se de fuga, culpam in deos refert. *Nec timui de morte*] non timui tantum illi mali, quòd seipsam trucidaret. *Iste metus*] mortis scilicet. *Abfuit*] à me: quia id de illa non metuebam. *Heu mihi*] Cum miseratione dictum. *Illa fuit fortior credibili*] hoc est, maioris animi quàm credi potuisset, cùm mortẽ sibi cõsciuerit. *Ne refer*] non referas aliquid H de eius morte, quoniam mihi omnia nota. Nam si illa referret, dolorem & lacrymas refricaret. *Aspexi vulnera nõ digna illo corpore*] quæ corpus illud pulcherrimum non merebatur. *Ausus adire domos tar.*] aspexi, inquã, ego qui ausus sum ad inferos descendere. de quo in 6. Æn. in eo loco: Quas inter Phœnissa recens à vulnere Dido Errabat sylua in magna quã Troius heros Vt primùm iuxta stetis, agnouitq; per vmbram Obscuram. & reliqua. *At tu*] Anna. *Seu ratio appulerit te nostris oris*] siue aliqua ratione factum, quòd consultè & industria ad nos veneris. *Siue deus*] siue aliquod numen, aut casus te huc egerit. *Carpe com. reg. mei*] quasi fruere commodis omnib. mei regni, & omnia carpe quę ad cõmodũ K & vsum tuũ sũt *Nos memores*] Ostẽdit gratitudinẽ animi, quã memor est accepti beneficij. *Debemus multa tibi*] cùm fueris de nobis bene merita. *Nil non debemus Elisæ*] tibi multa, sed Elisæ debemus omnia. Etenim cùm ita loquimur, non nihil, aliquid significat. Cùm verò postponimus nõ, significat omne: magis enim postpositũ non significare facit, quàm antepositum. Ideo hic *Nil nõ debemus*] id est, L omnia debemus. *Eris grata nomine tuo*] quia tibi multum debeo *Eris grata nomine sororis*, hoc est, Elisæ, cui omnia debeo. *Talia dicenti credidit*) Anna cõmisit se Æneæ, qui ita omnia offerebat. *Et exposuit suos errores*) quemadmodũ è Carthagine pulsa, mari iactata, tandem illuc appulerit *Neque enim restat altera spes*) nihil aliud vsquã erat, vnde opem sperare posset: neque alterum erat consiliũ, nisi vt Æneæ se crederet, sibi munificę regnum offerenti. *Vtque domum intrauit*] &c. Vbi Æneæ domum ingressa est, eam ille coniugi commendauit, dicebàtque se ex officio facere. nam bona illius assumpserat: æquum est, vt aliquam vicem referat. *Vt*] postquam *Anna induta Tyrios paratus*) vestes & ornamenta

Vt] postquam. *Anna induta Tyrios paratus*] vestes & ornatus Phœnissos. Nam Tyros in Phœnicia est, vt alias diximus. *Intrant domum*] regiam Æneæ. *Incipit Aeneas*] cœpit loqui. *Cætera turba silet*] & rectè: loquente enim rege, tacent alij. *O Lauinia coniunx, causa pia*] honesta, & officiosa. *Est mihi, cur tradam tibi hanc*] cur Annam tibi & tuæ fidei commendem. Vtitur artificio commendationis. nam arguit ab æquitate rei, & exponit meritum & dignitatem. nam possedisse regnum dicit: vt plura sint, quibus videatur ad iure facere. *Ego naufragus*] cùm naufragium fecissem in mari Libyco. *Consumpsi opes huius*] quia diu fuerat Carthagine cum omni classe, & illam ibi refecerat opibus ipsius & sororis. Et Dido apud Virgilium: Eiectum littore egentem Excepi, & regni demens in parte locaui. *Orta*] nata Tyro est.

Possedit regnum in ora Libyca] Tyria est genere, sed regnum habuit in Africæ ora. *Quam ames precor more chara sororis*] prosequaris eam amore & beneuolentia, ac si esset soror. *Omnia promittit*] &c. Annuit illa se omnia facturam, comprimit tamen dolorem: timebat enim, ne esset ea pro pellice adducta.

Lauinia promittit omnia] quæ scilicet Æneas iusserat.

Premit] comprimit. *Mente tacita*] secreta.

Vulnus falsum] dolorem internum, iniustum. non enim iuste dolebat. Sic falsum vulnus, quia non vera, sed falsa causa. *At dissimulat metus*] occultat, & non palàm ostendit. vt est illud: Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Donaque cùm videat] &c. Lauinia cùm videret aperte ab Ænea ad Annam mitti munera, existimabat longe plura mitti occulte. Concepit igitur in illam maximum odium, & insidias quoque parauit.

Cum videat palam] aperte. *Ferri*] ad Annam.

Multa dona] ab Ænea missa *Præter sua lumina*] iuxta suos oculos. vt apud Virgil. Præter vada feruida vexit.

Putat] existimat. *Clam quoque*] etiam occulte.

Mitti multa] dona scilicet. *Non habet*] Lauinia scilicet adhuc. *Exactum*] diligenter exquisitum.

* *Non habet exactum*] id est constitutum, non definit eam prosequi. * *Quid agat*] in hospitam.

Odit furialiter] non hab. nunc quid aliud agat, nisi studium multo odio. Furialiter verò inquit, quia non iusto, sed à furiis incitato. *Et parat insidias*] quibus hospitam perdat. *Et cupit mori vlta*] cùm pellicem illam existimaret, vlcisci volebat iniuriam, & vita mortem non curat, dum prius illam interimat. *Nox erat*] &c. Noctu per quietem visa est admoneri à sorore, vt fugeret: & cùm fores vento crepuissent, putauit illa hostes adesse. *Exiluit*] & fugæ sese commisit. *Erat nox. Visa est Dido sanguinolenta*] plena sanguine. Nam in entus nomina significant plenitudinem: vt opulentus, plenus opibus: sic somnolentus, plenus somno.

Coma squalente] fœdatis crinibus.

Astare ante torum sororis] ante cubiculum ipsius Annæ. Dicere, est etiam sic visa dicere.

Effuge ô soror] accelera hinc fugam. *Ne dubita*] quasi nihil vereatis. *Fuge tectum mæstum*] mœstitiam allaturum.

Sub verbum] quasi in fine verborum illius.

Aura] ventus, Iuppiter commouit.

Fores querulas] stridulas. nam fores cubiculi crepuere, vnde putauit hostes adesse.

Exilit] e strato scilicet. *Et velox ausa*] quæ pauore non retardaretur. *Illinc*] de ipso cubiculo.

Iacit] deiicit se. *Super fenestra*] hoc est, de fenestra. Vt est illud Virgilij: Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa: hoc est, de Priamo, & de Hectore.

Ille timor] quem conceperat a crepitu ianuarum.

Fecerat audacem] ad fugam scilicet.

Et rapitur cum metu] timebat quidem illa, & cum eo timore rapitur, quasi raptim fuga præcipitatur. *Velata*] cooperta. *Tunica recincta*] incincta. *Tunica*] vestis longa sine manicis. *Currit*] fugiens è Lauinio. *Vt dama territa*] quæ territa est. *Auditis lupis*] cùm audierit luporum vlulatus, aut strepitum insequentium. Damæ ea genere bus captarum sunt, sed syluestres, vt Plinius inquit. Subdit: Damæ mansuescunt rarò, cùm feræ dici non iure possunt. Complura námque sunt nec placita, nec fera, sed media inter vtrumque, vt in volucribus hirundines. & reliqua. *Corniger hanc*] &c. Fugientem Annam Numicius amnis rapuit, factáque est nympha. *Numicius*] fluuius, qui labitur ex Aricina sylua per Laurentem agrum, vbi submersum Æneam dicunt. *Corniger*] Omnes enim amnes cornua habere dicuntur. Et Virgilius cornigerum Tybrim vocat, Hesperidum aquarum regnatorem. *Creditur rapuisse*] hanc Annam. *Aquis tumidis*] nã tunc erat auctus imbribus. ideo tumidis, cùm paruus sit fluuius. *Et occuluisse*] occultasse. *Stagnis suis*] aquis tunc stagnantibus. *Sidonis interea*] &c. Cùm fugisse Annam constaret, missi sunt qui eam inquirerent: inuenere vestigia, non tamen illam. *Sidonis*] Anna. à Sidone vrbe Phœniciæ. *Quæritur interea*] dum illa esset in amne. *Per agros*] Latinos. *Magno clamore*] clamabant Annam, vt illa audiret. *Apparent signa & nota pedum*] hoc est, ipsa vestigia.

Venerat ad ripas, inerant vestigia ripis,
Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.
Ipsa loqui visa est: Placidi sum nympha Numici,
Amne perenne latens, Anna Perenna vocor.
Protinus erratis læti vescuntur in agris,
Et celebrant largo séque diémque mero.
Sunt quibus hæc Luna est, quia mẽsibus impleat annum:
Pars Themin, Inachiam pars putat esse bouem.
Inuenies qui te nymphen Atlantida dicant,
Teque Ioui primos Anna dedisse cibos.
Hæc quoque, quã referam, nostras peruenit ad aures
Fama, nec à veri dissidet illa fide.
Plebs vetus, & nullis etiam tunc tuta tribunis,
Fugit, & in sacri vertice montis erat.
Iam quoque quem secum tulerant, defecerat illis
Victus, & humanis vsibus apta Ceres.

ANTON. *Sustinuit. aquas*] vt Annæ verba exaudiri possent, sustinuit aquas, & tacitas reddidit. *Amne perenne latens*] Anna, vt diximus, à perpetuitate Perenna dicta existimatur: non quòd perenne, id est, perpetuò in Numicio lateat. *Læti vescuntur in agris*] Læti quòd adepti essent quasi peculiarem deam, cœperunt vesci epulis, & genio indulgere, quod Romani postea imitati sunt. *Quia mensibus impleat annum*] Sunt qui Annam, cui in annum ius esse videtur, Lunam existimant, è cuius cursu menses colliguntur, quibus annus impletur. *Pars Themin*] Themin deam putabant, autore Festo, quæ præciperet hominib. id petere, quod fas esset: eámque id esse existimabãt, quod fas est. Eam Cœli & Terræ filiã dicunt, teste Diod. quã volunt nõ solùm diuinãdi artẽ inuenisse, sed sacra & deorũ cultus, quos videmus per annũ fuisse digestos. *Inachiam pars*] &c. Isidẽ, quæ Io fuit Inachi filia, & Romæ culta est. vt, Nos Romana tuam in tẽpla accepimus Isim. *Nymphen Atlantida*: vnã ẽ filiabus Atlantis, quã volũt Iouis fuisse nutricẽ. *In sacri vertice montis erat*] Sacer mons (autore Festo) trans Anienem fluuium, vltra tertium m. lapidẽ appellatur, quia Ioui fuerat consecratus. In eũ secessisse plebẽ Liuius scribit libro secundo primæ Decadis, Sicinio quodã autore, cùm à patribus dissideret: cuius animis deliniti oratione Menenij Agrippę, regressis in vrbem omnibus, tribuni plebis creati sunt. Nota est historia. *Defecerat illis victus*] Victus nomine aliud quoq; significat, quàm quæ nobis esui sunt. Hic per victum, panem accipimus. Vnde autor subiungit *Et humanis vsibus apta Ceres*] Bis enim idem dicit, more poëtarum.

PAVL. *Venerat erat ad ripas*] &c. Qui inquirebãt, venere ad ripas amnis Numicius vndarum fluentium sonitus cõpescuit, Annáq; loqui cœpit, dicens se in nympham esse demutatam, vocáriq; Annam Perennam. Illi qui vocem exaudiuere, celebrauẽre diẽ mero. Inde mos originẽ cepit. *Erat ventum*] iam venerãt qui quærebãt. *Ad ripas*] Numicij. *Inerant vestigia ripis*] erant notę pedũ in ripa fluminea. *Amnis conscius*] Numicius, qui eã rapuerat. *Sustinuit aquas tacitas*] ne fluentes immurmurarent, quò vox Annæ loquuturæ audiri posset, vndis tacentibus. *Ipsa loqui visa est*] Anna iam nympha visa est loqui, & ita dicere. *Sum*] ego *Nympha*] dea. *Placidi Numici*] quasi nolite me vlterius quærere. nã in nympham huius amnis cõuersa sum. *Latens*] ego. *Amne perenne*] perpetuò delitescẽs in hoc fluuio. *Vocor Anna Pe-*

A *renna*] perenni aquarum lapsu. Sic annorum dea, à perenni temporum fluxu. *Protinus errates* &c. Vescuntur qui eam quæsierant, audita voce læti. *Vescuntur in agris errata*] per quos errauerant eam quærentes. *Et celebrant se & diem large mero*] reddunt se celebres ebrietate. *Celebrem diem*] quia lætum, & pompa frequentem. *Sunt quibus hæc*] &c. Hactenus de Anna Sidonia, nunc alias opiniones refert, alios scilicet putasse Annam Perennam esse Lunam, ea ratione, cùm ipsa menses efficiat, & ex mensibus annus constet, videtur & ipsa anno quoque dominari, & sic Annam Perennam vocari. Alij dixêre Themin, quæ (Diodoro teste) Cæli & Terræ filia, diuinandi artem, & sacra cultúsque deorum introduxisse dicitur. Et Apollo quidem tradunt, cùm esset responsa daturus, Themio consulere solitum, tanquam diuinandi artis in-

B uentricem. Hæc ille. Cúmque illa sacra & cultus deorum introduxisset, assignatur illi annorum ratio, quòd ea ad anni rationem digessisset. Sic & Anna Perenna vocatur. Multi Io sim vetustissimam Ægyptiorum deam putauerunt: quòd ea quæ leges Aegyptiis dederat, annum quoque eiusdem illis constituit. Sic & Anna dicta. Sunt igitur aliqui. *Quibus hæc*) Anna Perenna. *Est Luna*] aliqui qui Lunam esse putant. *Quia impleat*) perficiat annum mensibus.

Pars putat Themin] quæ in Parnaso oracula reddebat. De quo Lucanus: Cùm regna Themis, tripodásque teneret. *Pars putat esse bouem Inachiam*] hoc est, Isidem, quæ prius Io dicebatur, Inachi regis Argiuorum filiam, à quo & Inachus fluuius. Quæ violata ab Ioue, mutata deinde in vaccam, cùm diu errasset, in Ægyptum tan-

C dem venit: vbi restituta illi priore forma, Isis appellata est, & Osiridi Iouis filio nupsit. Sed de Iside & Osiride aliter à Diodoro & Plutarcho refertur.

Inuenies & alios, qui dicant te nympham Atlantida] ea Pleionem Atlantis coniugem. nam cùm νύμφη apud Græcos sponsa sit, sponsam Atlantis intelligunt, formato patronymico ab ipso viro. Aliqui intelligunt nympham Atlantis filiam Maiam: quòd id à Mercurio filio assecuta sit, vt pro dea annorum coleretur.

Et te Anna dedisse Ioui primos cibos) & inuenies, ô Anna, qui te nutricem Iouis esse dicant. Nam cùm primis annis Iouem pauerit, te Annam Perennam vocarent. De nutricibus Iouis dictum est superius. *Hæc quoque*] &c. Refert & aliam opinionem, quam veriorem esse asserit. *Hæc etiam fama*) ipsius rei.

Quam referam] mox capiam. *Peruenit ad nostras aures*] *Nec dissidet*] illa. *A fide veri*] non discrepat à fide: nam aliquid veritatis habet. G

Plebs vetus] Plebs cùm propter nexos ob æs alienum à patribus secessisset, autore Sicinio, in montem sacrum, qui (vt Liu. & Dionys. referunt) non longè ab vrbe est, iuxta Anienem fluuium deficiente plebi victu, in eo monte quædam Anna è Bouillis liba illi subministrabat. Reconciliata postea senatui plebe, oratione Menenij Agrippæ, statuam Annæ erexêre, & ex eo pro dea colit cœpta est.

Vetus plebs] antiquus populus Romanus.

Etiam tum tuta nullis tribunis] ad ea vsque tempora nondum creatis ex plebe tribunis, ad eius defensionem: nam tum primùm creati sunt *Fugit & erat in vertice montis sacri*] quò secesserat. Sacer mons (vt Pomp. inquit) trans Anienem fluuium vltra tertium milliarium appellatur, quia Ioui fuerat consecratus. & tria millia passuum etiam Liuius distare ostendit. *Iam quoque victus*] res ad victum facientes. Verùm vt Vlpianus de Verborum significationibus ait, victus verbo continentur, quæ esui, potui, cultuíque corporis, H quæque ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait. cæteráque, quibus tuendi curandique corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione significantur. Instratum omne vestimentum continetur, quod induitur, Labeo ait. Neq; enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium, peristroma. In victum ergo vestem accipiemus. Sed Poëta victum posuit pro rebus ad esum pertinentibus. *Defecerat illa*] plebis.

Quem secum tulerant] cùm ea vrbe secesserant.

Et defecerat Ceres] panis cuius vsum Ceres tradidit.

Apta vsibus humanis] quæ conueniat vsui humanæ vitæ.

I

> *Orta suburbanis quædam fuit Anna Bouillis,*
> *Pauper sed multæ sedulitatis anus.*
> *Illa leui mitra canos incincta capillos*
> *Fingebat tremula rustica liba manu.*
> *Atque ita per populum fumantia manè solebat*
> *Diuidere; hæc populo copia grata fuit.*
> *Pace domi facta, signum posuere † perenne,*
> *Quòd sibi defectis illa ferebat opem.*
> *Nunc mihi cur cantent, superest, obscœna puellæ,*
> *Dicere, nam coëunt, certáque probra canunt.*
> *Nuper erat dea facta, venit Gradiuus ad Annam,*
> *Et cum seducta talia verba facit:*
> *Mense meo coleris, iunxi mea tempora tecum:*
> *Pendet ab officio spes mihi magna tuo.*
> *Armifer armiferæ correptus amore Mineruæ*
> *Vror, & in longo tempore vulnus alo.*

ANTON. *Orta suburbanis quædam fuit Anna Bouillis*] Bouillæ fuit non longè ab vrbe ac Lauinio, in D agro Labicano, inter Ariciam videlicet & Romam. Asconius: Postera die occurrit ei circa horam nonam Clodius, paulo vltra Bouillas, rediens ab Aricia. Persius: Accedo Bouillas, cliuúmque ad Virbi. Hunc locum suburbanum esse, ex Suetonio quoque colligimus, qui ait decuriones municipiorum & coloniarum Augusti corpus à Nola Bouillas vsque deportasse, à Bo- E uillis verò equestrem ordinem suscepisse, vrbique intulisse. quamuis hic nonnulli Capaniæ Bouillas accipiunt, quod nobis non placet. *Leui mitra canos incincta capillos*) Hoc gestamen Lydorum fuit, & Phrygum, quo & meretrices vtebantur. vt, Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra. & viri molles. vt, Mæonia mentum mitra crinémque madentem Subnixus. Propriè autem (vt inquit Seruius) est pileus iocureus, è quo pendebat buccarum tegmen. De qua Herodotus: Assyrij capita cincta habentes, mitris redimiunt. *Fingebat*] formabat, vt figuli è luto diuersa fingentes. Significat & alia verbum fingo. Sed effingere, est ad alterius formam aliquid fingere, vnde effigies dictæ. *Pace domi facta*] oratione Menenij Agrippæ. Lege Liuium. *Nunc mihi* F *cur cantent, superest, obscœna puellæ, Dicere*] Canebantur à puellis iocosa quædam, & obscœna in festo Annæ, quòd hec dea Martem ineptum rebus Veneris elusisset. *Pendet ab officio spes mihi magna tuo*) Artificiosus exordium. Ostendit enim suprà, qualis in Annam fuerit, vt beneuolam redderet. Nunc cùm suam spem ab ea pendere fateatur, orare videtur, vt sibi auxilio sit, & auget beneuolentiam.

PAVL. *Fuit quædam Anna orta*] nata. *Bouillis suburbanis*] quæ erant in suburbano. Nam duæ fuerunt Bouillæ: alterum in Latio, oppidum propè Lauinium, de quo hic agitur: alterum in Campania, propè Sinuessam. *Pauper*] illa Anna. *Sed anus multæ sedulitatis*] diligentiæ & industriæ. *Illa*] Anna Bouilla. *Incincta capillos canos*] seniles. K *Mitra leui*] innixos habebat illa eruce mitra, Lydarum mulierum more. *Fingebat*] componebat. *Manu tremula*] senili & tremecenti. *Liba rustica*] qualia ruri fiunt. De libo, primo libro diximus. *Atque ita solebat diuidere*] ea liba. *Per populum*] per plebem ipsam. *Fumantia manè*] calida: & ob id fumantia, cùm è furno eximeret. *Hæc copia*] abundantia liborum, licèt exigua esset. *Fuit grata populo*] plebi, cui libis victum suggerebat. *Pace domi facta*] vbi reconciliata est plebs patribus per Menenium Agrippam. de quo Liuius ita inquit: Placuit igitur oratorem ad plebem mitti, Menenium Agrippam L facundum virum, & quòd inde oriundus erat, plebi charum. Intromissus in castra, prisco illo dicendi, & horrido modo nihil aliud quàm hoc narrasse fertur: Tempore quo in homine non, vt nunc, omnia in vnum consentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat, indignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac ministerio ventri omnia quæri, ventrem in medio quietum nihil aliud quàm datis voluptatibus frui: conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa

vnà membra, totámque corpus ad extremam tabem venisse. Inde apparuisse, ventris quoque haud segne ministerium esse, nec magis ali quàm alere eum, reddentem in omnes corporis partes. Hunc quo viuimus vigemúsque, diuisum pariter in venas, maturum confecto cibo sanguinem comparando. Hinc quàm intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in patres, flexisse mentes hominum. Agi deinde de concordia cœptum: concessúmque in conditiones, vt plebis sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilij latio aduersus consules esset, néue cui patrum capere eum magistratum liceret. Ita tribuni plebeij creati duo, C. Licinius, & L. Albinus. Hi tres collegas sibi creauerunt. In his Sicinium fuisse, seditionis autorem. De duobus qui fuerũt, minus conuenit. Sunt qui duos in sacro monte creatos tribunos esse dicant. Ibi sacratam legem latam per secessionem plebis, &c. *Ergo vbi facta est pax*] posuere signum Annæ Perennæ, erexit populus illi statuam. *Quòd illa ferebat sibi opem*] succurrebat illis in ea rerum penuria. *Ipsis defectis*] cùm iam defecissent cibi. Propter meritum illius populus gratus statuam erexit. * *Defectis*] indigentibus. actiue significat, & est ἀ[illegible] * *Nunc mihi*] &c. In his festis Anna obscœni quidam lusus referebantur, cum verbis quoque obscœnis. Eam Poëta causam affert, quòd vbi Anna relata est in deos, Mars eius operam petiit ad Pallada conciliandam, cuius amore tenebatur. Quod cùm illa se facturam promisisset, retulit postea, se illam tandem exorasse, & amatorem quodam ioco delusit, de quo paulo pòst. *Nunc superest*] restat mihi dicere. *Cur puellæ cantent obscœna*] turpia: quod eo turpius, cùm puellæ canerent. *Nam coeunt*] simul ipsæ puellæ. *Et canunt certa probra*] vituperatione digna. *Nuper*] paulo antè. *Erat facta dea*] erat Anna relata in deos.

Gradiuus] Mars de quo superius. *Venit*] ad Annam. *Et facit tales verba*] ita loquitur. *Cum seducta*] cum Anna ab illis semota. *Coleris meo mense*] quia celebratur festum tuum mense Martio. *Iunxi mea tempora tecum*] quasi feci mensem meum tibi esse communem: iunxi enim tecum tempora, vt tuæ feriæ sint eo mense, qui mihi sacratus. Et artificiosè arguit ab hac coniunctione, vt videatur illa debere id agere, vt illi opem præstet iure necessitudinis. *Magna spes mihi pendet ab officio tuo*] quasi plurimum spero in tua sedulitate. *Ego armifer*] qui armis & bellis præsum. *Vror correptus amore Mineruæ armiferæ*] quasi vehementer amo Pallada, quæ bellis præest, quemadmodum ego. Vt in principio huius libri diximus, Ipse vides manibus peragi fera bella Mineruæ. Sic nunc armiferam Mineruam vocat. *Et in longo tempore alo vulnus*] à Virg. accepit, Vulnus alit venis. Et hoc ideo dictũ, quòd quanto magis in ea cura sumus, magis augetur amor.

Effice di studio similes coeamus in vnum,
Conueniunt partes hæ tibi comis anus.
Dixerat. illa deum promisso ludit inani,
Et stultam dubia spem trahit vsque mora.
Sæpius instanti, Mandata peregimus inquit,
Euicta est precibus, vix dedit illa manus.
Credit amans, thalamósque parat: deducitur istuc
Anna tegens vultus, vt noua nupta, suos.
Oscula sumpturus subitò Mars aspicit Annam:
Nunc pudor elusum, nunc subit ira deum.
Ludis amatorem chara noua diua Minerua:
Nec res hac Veneri gratior vlla fuit.
Inde ioci veteres, obscœnáque dicta canuntur,
Et iuuat hanc magno verba dedisse deo.
Prateriturus eram gladios in principe fixos,
Cum sic à castis Vesta loquuta focis.

ANTON. *Conueniunt partes hæ tibi*] tuum est talia tractare, quæ anus es. *Stultam spem*] quia non erat sperandum, fore vt Pallas abiecta prudentia flecteretur ad Venerem. *Sæpius instanti*] vrgenti Annam vt mandata perageret. *Precibus vix dedit illa manus*] Bene via, vt res verisimilis videretur. Est autem Metaphora. *Tegens vultus*] flameo. Lucanus: Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem, Lutea demissos velarunt flamea vultus. *Veneri*] quam Mars cognouit. vt Primus adulterium Veneris cum Marte putatur Hic vidisse deus. *Verba dedisse*] decepisse. nã verba dare, est decipere. *Prateriturus eram gladios in principe fixos.*] Idibus Martiis Iulius Cæsar in Pompeij curia tribus & viginti vulneribus confossus est, testibus Suetonio & Plutarcho. licèt & sint, qui tertio idus eum interfectum dicant. Curiam in qua occisus est, obstrui placuit, vt scribit idem Suetonius, idúsque Martias Parricidium nominari. Quibus ferunt vatem prædixisse Cæsari, vt discrimen præcaueret. Qui cùm in senatum iret, vati dixisse traditur, idus Martias aduenisse. Cui vates: Venêre quidem, sed nondum præteriere, respondit. Eundem cædis locum à Pompeio ante theatrum dedicatum accepimus, Cæsarémque ad basim imaginis Pompeij à conspiratoribus interfectum, quam eius cruor magna ex parte respersit. Postea verò in deorum numerum relatum, non ore modò decernentium, sed opinione vulgi. Siquidem ludis, quos ei consecratos hæres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, quam esse animam Cæsaris crediderunt. Lege Suetonium & Plutarchum in Cæsare. item Appianum: quoniam (vt sæpe dixi) nobis omnia referre non placet. Cæsar idus Martias sibi ferales notauit Scorpionis occasu.

PAVL. *Effice*] id effectum reddas. *Vt dij similes studio*] quasi qui in eodem officio versemur. *Coeamus in vnum*] coniungamur. Cùm enim par sit nostrum numen, quia ego armifer, illa armifera, cõueniens est vt simul quoque coniungamur. *Comis*] ô benigna anus. *Hæ partes*] hæc officia: quasi dare operam vt simul coeamus. *Conueniunt tibi*] quia anus es, & sedula, tuum est efficere. *Dixerat. illa deum promisso ludit inani*] &c. Deludebat Anna Martem: at cùm nimium vrgeret, retulit se Palladis animum inflexisse, paratámque esse ad coniugium. Cúmque ille pararet nuptias, deducitur ad eum Anna velata luteo flameo, tanquam noua nupta. Et cùm ille esset eam osculaturus, cognouit se ab illa delusum. Hæc igitur erant, quæ in festis Annæ referebantur. *Dixerat ergo*] Mars. *Illa*] Anna. *Ludit*] deludit deũ. *Promisso inani*] vacuo, siue effectu: quia nõ seruabat promissa. *Et trahit*] protrahit. *Vsq.*] semper. *Spem stultã*] stulti Martis. nam stultũ erat illud sperare de Pallade. *Mora dubia*] incerta: dicebat enim se obtemperaturam, sed tempora protrahebat. *Inquit instanti sæpius*] cùm sæpius & vehementius ille instaret, dixit. *Peregimus mandata*] tua scilicet. *Et victa est precibus*] tandem exorauit. *Vix dedit illa manus*] quasi vix dedit fidem, ita prius repugnabat, vt vix vinci potuerit. Aut dedit victas manus, per trãslationẽ ab his qui in ipso prælio capiuntur, qui victas manus porrigunt. *Amans*] Mars. *Credit*] Pallada scilicet victã. *Et parat thalamos*] nuptias. Nam thalamus, torus iugalis est, vt aliàs dictum. *Ducitur illuc*] ad Martem. *Anna tegens vultus suos*] flameo scilicet. *Vt noua nupta*] vt moris est, cùm noua nupta ad virum deducitur. De quo Lucanus in secundo Pharsaliæ: Nõ timidum nuptę leuiter tectura pudorem, Lutea demissos velarunt flamea vultus. Flameo enim (vt Pomp. inquit) amicitur nubens, boni causa, quòd eo assiduè vtebatur flaminia, id est, flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Et eodem modo tegebatur nupta flameo, vt perpetuò cum viro maneret. Attigit in hoc Romanum morem Poëta. *Mars sumpturus oscula*] cùm vellet eam osculari. *Subitò aspicit Annam*] detecto enim vultu, aspicit & cognoscit illam. *Nunc pudor, nunc ira subit elusum deum*] nunc pudebat illius ignominiæ, quòd ab ea esset delusus: nunc ita excandescebat. *Noua diua*] quæ nuperrimè facta es dea. *Ludis amatorem chara Minerua*] deludis Martem, qui Mineruam amat. *Nec vlla res fuit hac Veneri gratior*] nihil potuit esse Veneri gratius, quàm Martem, cum quo aliquando concubuit, ab Anna esse delusum. *Inde ioci veteres*] qui in campo Martio referuntur. *Et canuntur dicta obscœna*] turpia. *Et iuuat*] delectat spectatores. *Hanc*] Annam.

Dedisse verba] hoc est, elusisse, seu decepisse. Nam dare verba, decipere est, vt apud Terentium, Cui dare verba difficile est. *Magno deo*] Marti. Hæc in festis Annæ referebantur. *Prateriturus eram gladios in principe fixos*] Idibus Martiis C. Cæsar interfectus est, & ea quidem dies Parricidium nominabatur, nec senatus vnquam cogebatur, in tantæ cædis mœstitiam. Erat hoc præteriturus Poëta, ne fortè refricaret lacrymas. Monitus tamẽ à Vesta, cuius sacerdos fuerat Cæsar, ne vereretur. nam & cœlo receptus est Cæsar, & de coniuratis supplicium sumptum. De eius morte in epitomate Liuij lib. 116. sic habetur: Cæsar ex Hispania quintum triumphum egit. Et cùm multi quàm

A maximísque honores ei à senatu decreti essent, inter quos vt Pater patriæ appellaretur, & sacrosanctus, ac dictator in perpetuum esset, inuidiæ causam aduersus eum præstiterunt: quòd senatui deferenti hos honores, cùm ante ædem Veneris genitricis sederet, minimè assurrexit, & quòd M. Antonio collega suo inter Lupercos currente, diadema capiti suo impositum, in sella reposuit: & quòd Epidio Marullo & Cæsetio Flauo tribunis plebis inuidia, & tanquam regnum affectanti mouentibus potestas abrogata est. Ex his causis cõspiratione in eum facta, cuius capita fuerũt Marcus Brutus, & C. Trebonius, & Cassius, & ex Cæsaris partibus D. Brutus, in curia Pompeij occisus est vigintitribus vulneribus, occupatúmq; ab interfectoribus eius Capitolium Obliuione deinde cædis eius à senatu decreta, obsidibus Antonij & Lepidi liberis acceptis, coniurati è Capitolio descenderunt. Testa-B mento Cæsaris hæres ea parte dimidia institutus est C. Octauius ex sorore nepos, & in nomen adoptatus est. Cæsaris corpus cùm in campum Martium ferretur à plebe, ante Rostra crematum est. Dictaturæ honos in perpetuum sublatus est. Et Tranquillus, cùm de hoc eodem agit, & accessisse in senatum dicit, sic prosequitur: Assidentem conspirati specie officij circunsteterunt: illicóque Cimber Tullius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus, propius accessit. Renuentíque, & gestu in aliud tempus differenti, ab vtroq; humero togam apprehendit. Deinde clamantem, Ista quidẽ vis est, alter Cassius aduersum vulnerat, paulum infra iugulum. Cæsar Cassij brachium arrepto graphio traiecit: conatúsq; prosilire, alio vulnere tardatus est. Vtq; animaduertit C vndique se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quò honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus & viginti plagis confossus est, vno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. Etsi tradiderunt quidã, Marco Bruto irruenti dixisse, καὶ σὺ τέκνον, καὶ σὺ τέκνον. Exanimis diffugientibus cunctis aliquandiu iacuit: donec lecticæ impositum, dependente brachio, tres seruuli domum retulerint. Hæc ille, qui plures quoque honores ei in morte collatos G refert. Si quis historiam cumulatiorem cupit, perlegat Plutarchum & Appianum, cum Appianus nominatim etiam referat coniuratos omnes. Sed quòd in deorum numerum relatus sit, ita idem Tranquillus inquit: Periit sexto & quinquagesimo ætatis anno, atq; in deorum numerum relatus est, non ore modò decernentium, sed & persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primus consecratos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa vndecimam horam, creditúmque est animam esse Cæsaris in cœlum recepti. & hac de causa simulacro eius in vertice additur stella. Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit, idúsq; Martias Parricidium nominari, ac ne vnquã eo die senatus cogeretur. Percussorum autem ferè neque triennio quisquam amplius superuixit, neq; sua morte defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu periit, pars nau- H fragio, pars prælio: nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violauerant. Sed hæc hactenus. *Eram præteritura*) silentio scilicet: hoc est, non relatura. *Gladios fixos in principe*) in Cæsare: hoc est, Cæsarem in curia trucidatum. *Cum Vesta sic loquuta à castis foc.*) cùm ità ex ara æterni ignis Vesta admonuit.

ANTON. *Meus fuit ille sacerdos*] Pontifex maximus. Ipse alibi: neue Cæde sacerdotis flammas extinguite Vestæ. *Simulacraque nuda reliqui*] Vult coniuratis in vmbram tantùm Cæsaris ius fuisse, cùm verum Cæsarem Vesta rapuisset in cœlum. *Et tenet in magno templa dicata foro*] Appianus: Populus cœpit interfe-D ctores eius vndique conquirere, funus etiam in medio foro edidit: temploque constituto iuxta pyram, veluti deo sacra exhibuit. Sanè Augustus, autore Plinio, Venerẽ

Ne dubita meminisse, meus fuit ille sacerdos,
Sacrilegæ telis me petiere manus.
Ipsa virum rapui, simulacráque nuda reliqui:
Quod cecidit ferro, Cæsaris vmbra fuit.
Ille quidem cælo positus Iouis atria vidit,
Et tenet in magno templa dicata foro.
At quicunque nefas ausi, prohibente deorum
Numine, polluerant pontificale caput,
Morte iacent merita, testes estote Philippi,
Et quorum sparsis ossibus albet humus.
Hoc opus, hac pietas, hac prima elementa fuerunt
Cæsaris, vlcisci iusta per arma patrem.
Postera cùm teneras aurora refecerit herbas,

PAVL. *Ne dubita meminisse*] non verearis de eo mentionẽ facere. *Ille*) Cæsar. *Fuit meus sacerdos*] nam fuit Pontifex maximus, de quo plura paulo superius diximus. *Manus sacrilegæ*] sacrilegorũ coniuratorum. Nam ideo sa- I crilegi, quia sacra violarunt: nam sacrum Pontificem maximum confoderunt. *Petiere me telis*] quasi me ipsam vulnerarunt: nam qui Pontificẽ meum violarunt, in me ipsam manus iniecerunt. *Ipsa virum rapui*] eripui ego è manibus eorũ Cæsarem, & in cœlum retu-

exeuntem è mari, nobilissimam Apellis picturam dicauit in æde Cæsaris patris. Legimus & plebem tanto fauore mortuum Cæsarem prosecutam esse, vt non solùm ad Bruti & Cassij domum cum facibus tetenderit, sed solidam columnam viginti pedum lapidis Numidici in foro statuerit, ad quam longo tempore sacrificare, vota suscipere, controuersiasq; interposito per Cæsarem iureiurando, distrahere perseuerauit. Suetonius scribit, pro Rostris auratam ædem ad simulacrum Veneris genitricis collocatam. *Morte iacent merita*) C. Cæsaris genius (vt scribit Plutarchus) terras & ma-E ria peragrans, omnes eius percussores inuestigauit, quorum nemo (teste Suetonio) triennio amplius superuixit, nemo sua morte defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu perierunt, pars naufragio, pars prælio. Nonnulli semet, inter quos Cassius, eodem pugione quo Cæsarem violauerant, interemerunt. *Testes estote Philippi*] Philippi oppidi nomen est, & camporum Thessaliæ, vbi victus est Brutus. Vtrumq; enim eo nomine significari, autor est Porphyrio. Nomen à Philippo rege deductum existimatur. Ibi Augustus Cæsar (vt scribit Plutarchus) à Bruto, contra quẽ instructus erat, profligatus, castra quoq; amisit, vixque manus hominum effugit, vt ipse in Cõmentariis scripsit, somnio cuiusdam familiarium admonitus. Cassius verò in alio cornu ab Antonio victus, cùm ignoraret Brutum vicisse, à Pindaro liberto volens mandánsq; occisus est. Deinde iterum pugnatum est, F paucis diebus interiectis, & in ea pugna victus Brutus sibi mortem consciuit: cuius caput ab Augusto Romam missum est, vt statuæ Iulij Cæsaris summitteretur. *Ossibus albet humus*] quia insepulti sunt. *Hæc prima elementa fuerunt Cæsaris*] Laudat Augustum à pietate, qua factum est, vt extinxerit omnes Iulij Cæsaris percussores, auspicatúsque fuerit res postea à se gestas vltione paterna. vnde Marti Vltori templum dedit.

li. *Et reliqui*] &c. quasi vmbram sine corpore. *Vmbra Cæsaris fuit, quæ cecidit ferro*] nõ fuit Cæsar, sed eius vmbra, in quã armis sacrilegi sæuierunt. *Ille quidem positus cælo*] locatus inter sidera, vt iam diximus. Et in Bucolicis: Ecce Dionæi pro- K cessit Cæsaris astrum. *Vidit atria Iouis*] quia in cœlum, & Iouis regiam ascendit. *Et tenet tẽpla dicata*] consecrata. *In magno foro*] in foro Romano. Et Suetonius inquit: Et pro rostris aurata ædes ad simulacrum Veneris genitricis collocata. *At quicunque ausi nefas*] ausi tam indignũ facinus. *Polluerant*] fœdauerant, seu violauerant. *Caput pontificale*] Cæsaris pontificis. *Prohibente numine deorum*] quasi contra deorũ voluntatem. *Iacent morte merita*] quam meruerũt. *Estote testes Philippi*) cãpi vbi Brutus & Cassius principes coniuratorum, alter sua, alter serui manu cõfecti sunt, & Cæs. Octauio vltori victoria parata. Philippi ciuitas est (vt in Odis Horatij quoque diximus) in Macedoniæ finibus, quæ (vt Appianus meminit) Datos olim dicebatur, Crenida ante Dati nomẽ appellata. Eum locũ Philippus vt accõmodatum metatus super Thraces vallo sepsit, & à se Philippos nuncupauit. *Et quorum*] & illi sunt testes. *Quorum ossibus sparsis*] diffusis. L *Albet humus*] nam omnes illi parricidæ mortui & insepulti iacuere. Sic & ossibus inhumatis albescere videbatur tellus. *Hoc opus*] &c. In laudem Octauij Cæsaris, qui paternã mortem ad internecionem inimicorum vltus est, & Marti Vltori ædem consecrauit. Et Sueton. inquit, ædem Marti pro vltione paterna bello Philippensi vouisse. Sed de hoc plura dicemus in quinto. *Hoc fuit opus, hæc pietas*] filij in parentem. *Hæc fuerunt prima elementa Cæsaris*) Octauij fuere magna & pia initia rerum agendarum, quibus ad summum imperium promotus est. *Vlcisci patrem*) Iulium Cæsarẽ. *Per iusta arma*) iustum enim erat vlcisci patris necẽ. Illud Octauius rediens ex Epiro, egit, vt opem contra percussores patris haberet: nec destitit, quoad omnes extinxit.

Postera cùm] &c. Decimoseptimo cal. April. hoc est, decima sexta die, prima pars Scorpionis oritur. Scorpius enim cuius prior pars, quæ Chelæ dicuntur, ita ponitur ab æquinoctiali circulo, vt eum sustinere videatur: ipse autem pedibus Ophiuchi subditus, extrema cauda circulum hyemalem contingere videtur. Occidit autem inchoato capite, exoritur erectus à chelis. Hic habet stellas in his quæ chelæ dicuntur: in vnaquaque earum binas, ex quibus proximæ sunt clariores. Præterea habet in fronte stellas tres, quarum media est clarissima. Inter scapulas tres, in ventre duas, in cauda quinque: in acumine ipso, quo percutere existimatur, duas. Omnino sunt stellæ decem & nouē. Scorpius ipse propter magnitudinem mēbrorum in duo signa diuiditur, quorum priorem partem Libram dixerunt. Sed omnino totum signum hac de causa statutum assignatur, quòd Orion cùm venaretur, & in eo exercitatissimum se esse confideret, dixisset & Dianę & Latonę, se omnia quæ ex terra oriūtur, occidere valere, quare terram permotam scorpionem eduxisse, qui eum interficere demonstratur. Iouem autem admiratū, scorpionem inter astra collocasse: vt species eius hominib. documento esset, ne quis eorum aliqua se sibi confideret. Dianam autem propter studium Orionis petiisse à Ioue, vt illi idem beneficium daret petenti, quod Terræ vltrò tribuisset. Itaq; constitutum, vt cùm Scorpio oriatur, Orion occidat. Hæc ex Higino. Poëta inquit, eo die videndū esse Scorpium manè, à prima parte. De cosmico eius ortu intelligere non possumus: nam est Arietis, qui illis diebus oriri incipit. Ego sic acciperem videri per ortum heliacū, in occasu tamen, ita vt significet occidentem libram. Sic Arietis ortus indicaretur, qui Libræ oppositus est. Sed de Ariete postea dicemus. Plinius tamen inquit, Cæsarem idus Martias sibi fetales annotasse Scorpionis occasu. Nos verò in fine operis plura simul de omnibus dicemus. *Cum posterâ*] sequens. *Aurora refecerit*] rore madefecerit herbas teneras.

> *Scorpius à prima parte videndus erit.*
> *Tertia post idus lux est celeberrima Baccho.*
> *Bacche faue vati, dum tua festa cano.*
> *Nec referam Semelen, ad quam nisi fulmina secum*
> *Iuppiter afferret, paruus inermis eras.*
> *Nec puer vt posses maturo tempore nasci,*
> *Expletum patrio corpore matris opus.*
> *Bistonas & Scythicos longum est narrare triumphos,*

ANTON. *Scorpius à prima*] &c. Secundum Chaldæos loquitur, Libram & Scorpium vnum signum accipientes. De quo ait Macrobius: Scorpius totus in quo Libra est, naturam solis imaginatur, qui hyeme torpescit. Dicit enim Libram, quā faciunt Scorpionis chelę, decimoseptimo cal. April. chronicè orituram. Quod fieri necesse est noctis initio, cùm sol hoc tempore propemodum in eo sit, vt Arietem ingrediatur. Sanè Scorpius cū chelis 19. stellis constare dicitur. Nec nos moneat quod diximus suprà, idib. Martiis occidere Scorpionem. Quis enim nesciat fieri posse, vt eodē die & *chronicè. Est autem Scorpius, Martis domus. Vnde Horatius eum formidolosum vocat. vt, Seu Libra, seu me Scorpius aspicit formidolosus. Et Virgilius ardentem. vt, Ipse tibi iam brachia contrahit ardens Scorpius. *Tertia post Idus*] &c. Decimoquinto cal. April. Baccho sacra fiunt, quæ constat (teste Seruio) Iulium Cæsarem primum Romam transtulisse. vt, Daphnis & Armenias curru subiungere tigres Instituit, Daphnis thyasos inducere Baccho. Dicuntur autem hæc festa Liberalia, à Libero, id est, Baccho, qui repertor vini, ideo Liber dicitur (vt Festo placet) quòd vino vsi omnia liberè loquantur, quos ebrietas petulantiores facit. Vnde illud est Neuij: Libera lingua loquemur ludis Liberalibus. Licèt alij à libatione Liberum dictum velint, quòd ipse libationem præbuerit. Alij quòd pro Bœotiæ libertate pugnauerit. Alij à liberando dictum putant, cuius sacra (vt inquit Seruius) ad purgationem animæ pertinebant. Alij quòd liber & vagus sit. nam secundum Arist. Apollo & Liber pater vnus atque idē Deus est. De quo ait Neuius: Hac qua sol vagus igneas habenas Immittit, propius iungitque terræ. Hinc est, quòd (vt scribit Macrob.) in sacris his religiosi arcani obseruatio tenebatur, vt Sol cùm in supero hemisphærio esset, Apollo vocaretur: cùm in infero, Dionysios, qui est Liber pater, quem Herod. scribit, vbi editus est in lucem, ab Ioue insutum femori, portatúmque in Nysam, quæ est super Ægyptum, in Æthiopia, vbi educatus dicitur. Vnde à Ioue, cuius Græcus genitiuus est Dios, & Nysa, Dionysius dictus est, & eius sacra Dionysia, vt à Baccho Bacchanalia, à Libero Liberalia. Nam Orgia & Trieteria à nullo huius Dei nomine deducta sunt: quarum illa non solùm Liberi patris, sed deorum omnium sacra apud Græcos significabant. Hæc autem ἀπὸ τῆς τριετηρίας, id est, à triennio dicta sunt, quo exacto (vt ait Lactan. grammaticus) mos fuit ea celebrari. Sanè Bacchus, vt quidam tradunt, primus omnium subactis Indis victoriam reportauit, apud quos Nysam vrbem condidit, teste Iustino: ad quā cùm Alexander Macedo venisset, oppidanis non repugnantibus, fiducia religionis Liberi patris, parci iussit, cùm secutum se non tantùm militiam, verùm etiam Dei vestigia lætaretur. Est & Nysa in Bœotia, de qua inquit Lucan. Bacchúmque auertere Nysa. Itē in Caria, in Lycia, & Ionia. Hic Deus emere & vendere instituit, inuenitq; diadema regum insigne, necnō & triumphum, vt Plin. & Macrob. meminerunt. Athenienses primi Liberales ludos instituerunt, vt quibusdam placet. Scythæ autem (vt scribit Herod.) Græcis probro dederunt Bacchanalium consuetudinem, negantes esse credibile, deum inuenisse quo homines ad dementiam adigerentur. Ægyptij Baccho porcum mactabant: alij hircum, vt diximus suprà. Eidem ma-iores nostri sacrima, id est, mustum, sacrificarūt, pro vino, vasis, ac vineis conseruandis. Cui antiquissimi rustici, autore Festo, confecta vindemia, Dionysia faciebant. Canebantur autem hymni Libero patri apud Græcos Græca, apud Latinos voce Latina, cùm hymni matris deorū vbique Græcam linguam requirerent, teste Seruio. Primus verò apud Corinthios Dithyrambici carminis genus cecinit Arion Methymnęus, quod à Dithyrambo, id est, Baccho, id nomē accepit, sic dicto, quòd per duas portas venerit, ventrem Semeles, & Iouis femur. à quo Dithyrambici poëtæ cognominati sunt: qui cùm hymnos in Bacchum canerent, tripodem in præmium accipiebant. Erant autem Bacchi sacra non tacita vt pleraque alia, sed aperta, sicut & sacra matris deorum. Adhibebantur enim orgiis Bacchi penè omnium generum instrumenta. *Nec referam Semelen*] Bacchi matrē, & Cadmi filiā. Nota est fabula. Hæc Thyone Gręcè dicitur, à qua (vt placet Porphyrioni) Bacchus Thyoneus dicitur. vnde Bacchæ, Thyades dictæ. Est autē color Occupatio. *Paruus inermis eras*] Sēsus est: Nisi Iupiter fulmine armatus venisset ad Semelen, in infantia inermis fuisses. Ac si dicat, Inter arma, hoc est, fulmina natus es: vt constaret, quantus imperator ac deus futurus esses, qui armatus erat, cùm ederetur in lucē. *Bistonas*] populos Thraciæ, in qua & stagnum Bistoniū est, dictum a rege Bistone, vt quibusdam placet. Ii cùm in sacris Liberi patris versantur, solutis crinibus, angues & capite & manu gestant, teste Porphyrione: cùm mos sit Bacchantiū (vt scribit Diodorus) comis sertis, & manibus thyrsos ferre, id est, hastas pampinis innolutas. *Et Scythicos longum est narrare triumphos*] Sunt qui primū triumphi autorē Dionysiū putēt. à quo non Indi solū, sed & Scythę domiti sunt, & alij.

PAVL. *Scorpius erit videndus à prima parte*] aut post primam partem, hoc est, post chelas: siue à prima parte sui signi, eo modo quo dictū est. *Tertia post idus lux est celeberrima Baccho*] Decimosexto calendas Aprilis, hoc est, decimaseptima die Martij festū erit Bacchi, quo die ad liba populus conueniebat in eius honorem, & pueri relicta prætexta virilem togā sumebāt. Profundi ùtq; in Bacchi laudes, & in Sileni fabula & in togæ liberę ratione, quę omnia suis in locis explicabimus. *Tertia lux*] tertia dies post idus Martias, hoc est, decimus sextus dies mēsis Martij. *Est celeberrima Baccho*] Bacchi numine: nam celebratissimum Bacchi festum. *Bacche faue vati*] faue mihi. *Dum cano*] cantando scribo. *Tua festa*] diem tuis sacris cōstitutam. *Nec referam Semelen*] &c. Non agam nūc de matre tua Semele, quæ persuasa à Iunone, non aliter credens Ioui succumbere, nisi ea secum maiestate congrederetur, qua cum Iunone, exanimata est: quòd nisi illud illa experiretur, te Iouis filium non putabat. *Nec referam*] nolim nunc referre. *Semelen*] matrem tuam: quæ, vt Diodorus inquit, ex Harmonia Veneris filia, & Cadmo nata est. *Ad quam*] Semelen. *Nisi Iuppiter inermis*] prius tamen inermis. *Afferret fulmina*] quæ postea ob iuratā fidem inuitus tulit. *Tu eras paruus*] parui nominis: quia nō creditus Iouis filius. *Nec puer vt posses*] &c. De his plura superius egimus in querela Ariadnes. Extincta Semele fulmine, quæ abortum fecit, in Iouis femur Bacchus receptus est. ideo hic, *Nec referam* scilicet. *Opus matris*] officium maternum. *Expletum corpore patrio*] hoc est, in Iouis femore. *Vt puer posses*

nasci tempore maturo] vt nascaris perfecto tempore partus, hoc est, decimo mense. *Bistonas & Scythicos*] &c. Nolo commemorare nunc victorias tuas, & triumphos toto orbe partos. Etenim Dionysius: Nam & ipse Bacchus totum orbem bellis & victoriis peragrauit. Ex Asia in Europam transfretaturus, cùm amicitiam iunisset cum Lycurgo rege Thraciæ, & ab eodem insidiis eum parareotur, vt refert Diodorus, Tharope quodam rem deferente, Lycurgum domuit, regnúmque Thraciæ Tharopi tradidit, cuius sacra & cerimonias demonstrauit. ideo hic, *Longum est memorare Bistonas*] quasi quia longum esset, nolo nunc commemorare Thracas, qui Bistones dicuntur, à Bistone fluuio, cuius meminit Plin. Inde apud Virg. Bistoniásque orues. Et in Heroid. Nec velut Actæas Bistonis vnda rates. *Et Scythicos triumphos*] quos è Scythia retulisti. Scythæ enim septentrionales sunt, partim in Europa, partim trans Tanaim in Asia. Hos etiam cum Indis Bacchus debellauit. Dionysius enim primus omnium triumphauit, elephanto Indico inuectus, vt refert Diod.

ANTON. *Gentes thuris*] Arabes, quos Bacchum ferunt etiam domuisse. *Tu quoque Thebana mala præda tacebere matris*] Pentheum dicit, quem Liberi patris sacra aspernantem, ira numinis matri lacerandum dedit. *Inque tuum furijs acte Lycurge genu*] Ipse alibi: Penthea tu venerande bipenniferúmque Lycurgum Sacrilegos mactas. Fuit autem hic Lycurgus rex Thraciæ, qui dum in Bacchi contemptum vites succideret, crura sibi falce amputauit. vnde eum abstemium fuisse Seruius scribit. Sed historia hoc habet, voluisse Lycurgũ decipere Bacchum ex India reuertentem: cui cùm regni aditũ promisisset, noctu milites misit, qui in eius exercitum impetum facerent. quod cùm deus rescivisset, instructa acie Thraces aggressus, Lycurgum oculis priuauit, & socios eius cruci affixit. Lactãtius grammaticus duos inquit fuisse Lycurgos, Thracem, & Nemeum: quibus additur ab aliis Lycurgus legumlator. Sed Lycurgus Bacchi contemptor is est, quem quidam Boreæ, alij Dryantis filium dicunt, ac Phyllidis patrem. *Subitos pisces*] nautas Tyrrhenos, qui à Baccho in delphines conuersi sunt. Nota est fabula. *Vilis anus*] quæ cõsueuit in festo Bacchi vocare populum ad liba, quæ ipsa formauerat, & ea populo Romano distribuere, vt vnusquisq; Baccho particulam offerret, vel libaret. *In gelidis herba reperta focis*] Vult ante ortum Bacchum nullum sacrorum vsum fuisse: & vbi foci, postea sacrorum ignes continuere, nihil aliud fuisse quàm herbas. *Primitias magno supposuisse Ioui*] obtulisse Ioui primitias prædę. *Nomine ab autoris ducunt libamina nomen*] Liba quidem (vt diximus secundum Varronem) à libando dicta sunt, quòd libandi causa fiant. Libamina verò à Libero, vt Nasoni placet hoc loco. cuius festa idem Varro scribit dicta Liberalia, quòd per totum oppidum eo die sacerdotes Liberi sederent hedera coronatæ cum libis & foculo sacrificantes. Ea liba è farre & melle constabant, apta sacris, vt inquit Seruius. *Quod sacris pars datur inde focis*] Dictum inquit libum, quòd eius particulæ focis sacris sine aris libentur. *Hebro*] fluuio Thraciæ, cuius prouinciæ mõs est Rhodope, cui à regina Thracum Rhodope ibi sepulta nomen inditum putant. ibi & Pangæa sunt, quæ inoguntur Macedoniæ: vt, Video Pangæa niuosis Cana iugis. Vnde autor subiungit, *Pangeáque flumina*] è Pangæo fluentia: quod Thraciæ promontorium esse Bessis conterminum constat, ad cuius radices fluit amnis quem Nestum vocant. *Aera sequuntur apes*] Virgilius in quarto Georg. Curetum sonitus, crepitantiáque æra secutæ. Gaudent apes (teste Plinio) plausu atque tinnitu æris, eóque conuocantur. quo manifestum est, vt idem putat, auditus sensum eis inesse: quamuis nõnulli aliter sentiant. iisdem inimica est Echo resultãti sono, à quo pauidæ alterno ictu pulsantur. vt, Aut vbi concaua pulsu Saxa sonant, vocísque offensa resultat imago.

Et domitas gentes thuris, & Inde tuas.
Tu quoque Thebanæ mala præda tacebere matris,
Inque tuum furijs acte Lycurge genu.
Ecce libet subitos pisces, Tyrrhenáque monstra
Dicere, sed non est carminis huius opus.
Carminis huius opus causas exponere, quare
Vilis anus populos ad sua liba vocet.
Ante tuos ortus aræ sine honore fuerunt,
Liber, & in gelidis herba reperta focis.
Te memorant Gange, totóque oriẽte subacto,
Primitias magno supposuisse Ioui.
Cinnama tu primus, captiuáque thura dedisti,
Déque triumphato viscera tosta boue.
Nomine ab autoris ducunt libamina nomen,
Libáque, quòd sanctis pars datur inde focis.
Liba deo fiunt, succis quia dulcibus idem
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.
Ibat arenoso satyris comitatus ab Hebro,
Non habet ingratos fabula nostra iocos.
Iámque erat ad Rhodopẽ Pangæáq; flumina vẽtum,
Aerifera comitum concrepuere manus.
Ecce nouæ coeunt volucres tinnitibus actæ,
Quáque mouent sonitus æra sequuntur apes.

Et Inde tuas] gentes scilicet domitas. Indiam enim vt (diximus) totam domuit. Indus fluuius Indiæ maximus. & Indos populos dicimus. Ipsa quidem regio sub oriẽte sole iacet, de qua aliàs. *Tu quoque Thebana mala præda*] &c. Nec dicam nunc de Pentheo Thebano, aut Lycurgo Thraceo. Pentheum enim Thebis Bacchi sacra spernentem, atque prohibẽtem, Agaue mater interfecit. cuius fabula refertur in 3. Metam. Et Diodorus inquit sustulisse omnes impios, qui in orbe erant: sed maximè Pentheum, ac Lycurgum. Quem etiam dicunt, dum Bacchi vites incideret, crus sibi abscidisse. *Tu quoque*) ô Pentheu. *Mala præda matris Thebanæ*] qui ab Agaue matre tua Thebana discerptus es. *Tacebere*] à nobis: quia non commemorabo. *Et tacebere tu Lycurge*] rex Thraciæ. *Acte furijs*] qui à furiis impulsus es. *In tuum genu*] nam dum putabas vites incidere, crus à genu abscidisti. *Ecce libet*] &c. Vellem commemorare Tyrrhenos nautas, sed non pertinet ad præsens argumentum. Bacchus crediderat se Tyrrhenis nautis, vt eum Naxon deferrent: qui cùm illi vim inferre pararent, in delphinos mutati sunt. de hoc etiam in Metam. *Ecce libet dicere pisces subitos*] delphinos repentè factos &c. *Monstra Tyrrhena*) Tyrrhenos nautas, in delphinos subitò conuersos. *Sed non est opus huius carminis*] non pertinet ad hoc carmen. Ea enim in Metamorphosi carmine heroico scripsit, nunc in hoc elego non sunt repetenda. præterea non conuenit huic argumento: quia nunc non agimus de his, sed de libis, ad quæ vocatur ab anicula populus. *Opus huius carminis est*) quasi pertinet ad hoc carmen *Exponere causas quare*] quibus causis. *Vilis anus vocet populum ad sua liba*] vetula quæ liba finxerit, ad ea populum vocat. nam ab ea accipit populus in festo Bacchi. poeta rationẽ aucupatur à primis libationibus, quæ ab ipso fuerunt institutæ, præsertim cùm victor rerum primitias magno Ioui offerret: sic à Libero patre liba & libamina dicta. *O liber*] ô Dionysi, seu Bacche. cur liber, in primo diximus. *Aræ fuerunt sine honore*] sine sacrificiis. *Ante tuos ortus*] antequã tu natus esses. &, *Herba fuit*] &c. in locis vbi post ortum Bacchi aræ sunt constitutæ, herba erat. ideo foci gelidi, quia nulla fiebant sacrificia, nullus erat in ea vsus ignis, nulla victimæ torrebantur, nulla thura cremabantur *Te memorant*] te dicunt ô Liber. *Subacto Gange*] &c. postquam domuisti & subegisti populos totius oriẽtis, Indos præsertim, per quos Ganges fluuius septem alueis fluit in oriẽtem solẽ. *Supposuisse*] obtulisse Ioui primitias prædæ, & fructuũ partes. primitiæ enim fructuum diis offerebãtur, de us in secũdo libro diximus. *Tu primus*] ô Bacche, Liber pater. *Dedisti*] obtulisti Ioui. *Cinnama*] quę quidẽ nascuntur in Æthiopia Troglotide, teste Plin. At in Metamor. in Panchaia Arabiæ regione nasci dicuntur. Sit diues amomo, Cinnamáq; costúmq; suum, sudatáq; ligno Thura ferat, florésq; alios Panchaia tellus. *Et thura captiua*] captiuorum Arabum, quos subegisti, tu primus ea diis cõcremasti. *Et Ge-*

PAVL. *Et domitas gentes thuris*] quasi non agam de Arabib. à te victis, apud quos thus nascitur. ouã in Catthabania regione Arabiæ. Sed de his latius in primo libro diximus. *Et In-*

sterra testa] cocta. *De boue triumphato*] de boue rapto ab hostibus, de quibus triumphasti. *Libamina*) libaminnes, quæcunque in sacris libantur. *Duxunt nomen à nomine autoris*] à Libero patre, qui primus Ioui libauit, dicta sunt libamina. Et liba, à libaminibus, seu libando, ab ipso Libero. *Quod pars* liborum scilicet. *Inde*) à libaminibus. *Datur sanctis focis*) offertur aris. idem Varro ostendit liba dicta, quòd libandi causa fiunt Fictores dicti à fingendis libis. & Saturnio in carmine, Libáq. fictores Argeos, & tutulatos. Libum panis genus erat, & melle infundebatur sed plura diximus in primo libro. Liba, ita vt diximus, infusa melle.* à Græco verbo *λείβειν*, quod est libare, aspergere aliquo liquore.* *Fiunt deo*] hoc est, ipsi Baccho. *Quia idem*] Bacchus. *Gaudet dulcibus succis*) hac causa liba Baccho offeruntur, quia dulces succi & liquores illi grati sunt, veluti mella quæ ipse adinuenit. Ideo hic, *Et ferunt*] dicũt *Mella reperta à Baccho*) quasi mellis inuentionẽ Baccho assignant. Sed de mellis inuentione, primo libro diximus. id nunc poeta ipsi deo ascribit. Refertque iocosam Sileni fabulam, cùm auidus edendi mellis, crabronum aculeis est infixus, & pro medela luto deliniri vultum iussus est. *Ibat*) Bacchus. *Comitatus satyris*) qui sunt eius comites: vt in primo diximus. *Ab Hebro arenoso* Hebrus Thraciæ fluuius prope Ænon vrbem in mare Ægeum influit. *Nostra fabula*) quam nunc referemus. *Non habet ingratos iocos*) scilicet gratos. *Iamque erat ventum*] iam venerat ad Rhodopen. Rhodope mons est Thraciæ, sic à Rhodope regina Thracum ibi sepulta cognominatus. *Et ad Pangæa flumina*] ad fluuios è Pangæo scaturientes. Pangæum enim Thraciæ promontorium Bessis conterminum: & Macedoniæ iunctum. Plin. inquit, ad cuius radices fluit amnis Nestus. Et in Pangæo auri & argenti fodinas esse testatur Herodotus. *Manus comitum*) satyrorum, & mænadum, & cæterorum, qui Bacchum comitantur. *Ærifera*) gestantes tam cymbala quàm ærea instrumenta, quibus collisis tinnitus ederetur. *Concrepuere*) insonuere. vt est illud Horatij: Quis post vina grauem militiam, aut pauperiem increpat. qui locus in eam significationem à Nonio adducitur. *Ecce volucres nouæ*] apes illic tunc ignotæ. *Acta tinnitibus*] sonitibus qui fiunt ex æris verberationn. *Coeunt*] congregantur. *Et apes sequuntur æra*) æris tinnitum. *Quò mouent sonitus*] quasi quò fient tinnitus æris, eò sequuntur & apes: & totus hic à Verg. locus in quarto Georg. Nunc age naturas apibus, quas Iuppiter ipse Addidit, expediam, pro qua mercede canoros Curetum sonitus, crepitantiáque æra sequutæ, Dictæo cœli regem pauere sub antro. & paulo antè, cum tradit, quo pacto egressæ ex aluearis apes reuocentur, sic inquit: Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cœli Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen, Obscuramque trahi vento mirabere nubem, Contemplator, aquas dulces & frondea semper Tecta petunt, huc tu iussos asperge sapores, Trita melisphylla, & cerinthæ nobile gramen: Tinnitúsque cie, & matris quate cymbala circum. Ipsæ consident medicatis sedibus: ipsæ Intima, more suo sese in cunabula condent. Sic Ouidius hoc in loco sequutas tinnitus inquit, & cauo trunco conditas, cùm id muneris Baccho velit assignari. *Liber*. Bacchus.

Colligit errantes, & in arbore claudit inani
Liber, & inuenti præmia mellis habet.
Vt satyri lenísque senex tetigere saporem,
Quærebant flauos per nemus omne fauos.
Audit in exesa stridorem examinis vlmo.
Aspicit, & celat dissimulátque senex.
Vtque piger pandi tergo residebat aselli,
Applicat hunc vlmo, corticibúsque cauis.
Constitit ipse super ramoso stipite nixus,
Atque auidè trunco condita mella petit.
Milia crabronum coeunt, & vertice nudo
Spicula defigunt, oráque prima notant.
Ille cadit præceps, & calce feritur aselli:
Inclamat socios, auxiliúmque rogat.
Concurrunt satyri, turgentiáque ora parentis
Rident: percusso claudicat ille genu.
Ridet & ipse deus, limúmque inducere monstrat.
Hic paret monitis, & linit ora luto.
Melle pater fruitur, libóque infusa calenti
Iure repertori splendida mella damus.
Fæmina cur præstet, non est rationis operta.
Fæmineos thyrso concitat ille choros.
Cur anus hoc faciat, quæris: vinosior ætas
Hæc erat, & grauidæ munera vitis amat.

ANTON. *In arbore claudit inani*] Nouimus apum aluearia interdum fieri è cauis arborum truncis. *Lenisque senex*] Silenum dicit. *Dissimulatq. senex*] neminem rem aperit, vt solus melle auidis examinis potiretur. *Milia crabronum coeunt*. hæ volucres ex equis creantur, dicuntúrque interficere hominem ictibus viginti septem. *Spicula*] aculeos, quibus affixis excitatur dolor & tumor. *Limúmque inducere monstrat*) vt intuentes Sileni faciem luto oblitam, mouerentur ad risum: persuasit Sileno vt ad tollendum dolorem tumorémque, ori & capiti limum induceret. quamuis legi apud scriptores ac medicos probatissimos, luti genus mederi eiusmodi morsibus, & haustum cum vino & illitum cum aceto. *Splendida mella*] electa & pura, qualia sacris adhiberi oportet. *Fæmina cur præstet*] Si quæris, cur in festo Bacchi fœmina potius quàm vir populo liba suppeditet: ratio in promptu est, quia fœminarum ac mænadum greges Bacchum sequebãtur, quas thyrsos gerentes deus concitabat. Constat enim Bacchum, teste Diodoro, peragrantem orbem duxisse exercitum non virorum tantũ, sed etiam mulierum. Vnde in multis Græciæ ciuitatibus cũ trieteria aduenissent, mulieres in vnum conueniebant, & virgines thyrsos gerentes, Liberum patrem hymnis & cantibus venerabantur. *Cur anus hoc faciat, quæris*] quia vinũ senectus & gaudet, & indiget, vt lacte infantia: dicitúrque vinum, lac senis.

PAVL. *Colligit errantes*] eas scilicet apes tinnitus sequutas. *Et claudit in arbore inani*] vacua: hoc est, in cauo arboris relico, siue in ipso alueario *Et habet præmia mellis inuenti*] habet laudem inuentionis mellis: nã veræ laudes sunt, virtutis præmia. *Vt satyri*] qui degustauerant mella, capti ea dulcedine, inquirebant per syluas, si ea in cauis arboribus inuenissent, Silenus putauit ea inuenisse, cũ aduerteret faui similitudinẽ, eò tacitus accessit: crabrones & vespæ infixere illi aculeos,

Vt] postquam. *Satyri*] qui Liberum patrem comitãtur. *Et lenis senex*] Silenus. de quo plura in primo. *Tetigere saporem*] gustauere saporem mellis. *Quærebant fauos flauos*] flauentia mella. *Per omne nemus*] per amœnas syluas. *Senex*] Silenus audit stridorem *Examinis*] hoc est apes stridentes, vel quas ipse apes putauit, cum essent crabrones, & vespæ. *In vlmo exesa*] caua, quã vetustas exederat. *Aspicit & celat*] nam & vespæ componunt inanes ceras ad similitudinem faui. *Et dissimulat*] quia videbatur non vidisse, ne alij quoque aduerterẽt. *Et vt piger*] quia senex. *Residebat tergo aselli pandi*] recurui: sedebat in curuo tergo aselli *Applicat hũc*] asellum. *Vlmo & cauis corticibus*] non enim descẽdit ex asello, sed cum eo ad vlmum accessit, & arborem ipsam ascẽdit. *Ipse nixus*] innixus arboris trunco. *Constitit super ramoso stipite*] super ipso trunco. *Atq; auide*] cum auiditate. *Petit mella condita*) quæ ipse illic esse existimabat. *Trunco*] ipsius vlmi. *Coeunt crabronum milia*] quasi innumeri crabrones conueniunt. *Et defigunt*] deorsum infigunt. *Spicula*] aculeos. *Vertice nudo*) nudato & detecto Sileni capite. *Et notant*) signãt aculeis, quem subitus tumor sequitur. *Prima ora*) vultum ipsum in superficie. Crabrones ex mulis, vespę ex asinis, fuci ex equis, apes ex bubus nascuntur: & de his quoque in primo. *Ille*) Silenus. *Cadit præceps*) decidit ex arbore cum capite deorsum. *Et feritur calce aselli*] asellus Sileni casu exterritus, illius genu calce percussit. *Inclamat socios*] vt ei ferant opem. *Et auxilium rogat*] rogando petit, vt ipsi succurrant, quia tollere se humo non poterat. *Satyri concurrunt*) ad clamorem Sileni. *Et rident ora turgentia*] vultum iam tumefactum crabronum spiculis infixis. *Parentis*] ipsius Sileni senioris. *Ille*) Silenus. *Claudicat genu percusso*] quod calce percusserat asellus. *Ridet & ipse deus*) Bacchus. Non sine artificio fabellas huiusmodi immiscet poëta, quoniam vt in primo diximus, sacra & festa Bacchi ioco & risu absoluebantur.

A absoluebantur. seruat & ipse morem in sacrorum descriptione: fabellas immiscet quæ risum moueant. *Et monstrat*] Bacchus. *Inducere limum*] lutum: hoc est, superponere ori tumenti lutum. *Hic*] Silenus. *Paret monitis*] facit quod ille moueciat, & linit ora luto: vt augeret risum, delinit ille vultum luto. *Pater*] Liber ipse. *Fruitur melle*] Redit ad propositum, quòd mella Baccho libantur: nam eius est inuentum: ideo fruitur, hoc est, vescitur melle, cuius vsum adinuenit. *Iure*] meritò igitur, *damus*] offerimus. *Mella splendida*] nitentia. *Infusa libo*] de quo agebamus. *Calentis*] nam tunc plus mellis hauris. *Repertore*] Bacchi meritò liba calentis melle infusa Libero patri offeruntur, cui mellis inuentio assignatur, & à quo libamina ipsa dicuntur. *Fœmina*] cur fœmina potius quàm mares, huic liborum muneri præposita sit Eamque rationem affert, quod secum

B Bacchus puellas comites ducat thyrsum ferentes. & in Græcia in festis trietericis, & in orgiis mulieres conueniunt cum thyrsis: & in choreis Bacchantes. *Non est operta*] sed aperta: non occultæ, sed manifestæ rationis. *Cur præsit fœmina*] cur fœmina sit, quæ ad liba populum vocet. *Ille*] Bacchus. *Concitat*] commouet. *Thyrso*] quæ est hasta pampinis inuoluta. *Choros fœmineos*] quos secum ducit: nam ducebat mænadas, vt Diodor. inquit. *Cur anus*] Nunc illud quærit cur potius vetula, quàm adolescentula, id faciat: ratio est, quòd anus plus appetit & plus vini bibit, quàm adolescentula. illa enim senilis ætas cùm sit effœta, & parum sanguinis habeat, & ob id frigeat, vino alitur, calet, & vires suscipit. vnde in prouerbio est, vinum esse lac senum. *Tu quæris cur anus*] vetula. *Faciat hoc*] id est, præsit libis. *Hæc ætas*] senilis scilicet. *Erat vinosior*] magis hauriens vinit & sic magis ebria. *Et amat munera vitis grauide*] amat vina & vuas, quæ è grauida vite leguntur, vnde vinum exprimitur. *Vitis grauida*] per trãslationem à prægnantibus: quia vitis quoque fœtum parit.

G

ANTON.

Cur hedera hæc cincta est? hedera est gratissima Bacc-
Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est: (cho.
Nysiadas nymphas, puerum quærente nouerca,
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.
Restat vt inueniam quare toga libera detur,
Luciferis pueris candide Bacche tuis:
Siue quòd ipse puer semper iuuenisque videris,
Et media est ætas inter vtrumque tibi.

Cur hedera hæc cincta est] oportebat eandem anum cinctam hedera liba populo ministrare. *Hedera est gratissima Baccho*) Ouid. in 1. Tristium, Deme meis hederas Bacchica serta comis. Hac Alexander coronato exercitu ex India rediit, exemplo Liberi patris, vt scribit Plin. cuius Dei thyrsos, galeas & scuta Thraces hedera ornabant in solennibus sacris: quam mirum est (vt idem

C loquitur) vllo in bonore habitam esse, cùm serpentium frigori sit gratissima, & inimica omnibus satis. hinc est quòd eam Plutarchus tradit hominibus inutilem esse, sterilémque, ac non temerè in ædibus ali innasciique permissam. Sciendum, apud Lacedæmonios simulacrum Liberi patris coli solitum, hasta insigne, non thyrso, cuius mucro hedera tegebatur, vt scribit Macrobius quod ostendebat impetus belli vinculo quodam patientiæ obligandos: habet enim hedera vinciendi obligandique naturã. Ea in tutela Liberi esse putabatur autore festo: quia vt ille iuuenis semper, ita hæc viret: vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, alligat. Dicta est autem hedera, quòd hæreat, vel quod edita petat: vel quòd id cui adhæserit, edat. Bacchi simulacrum cornua

D gestabat, vt diximus, vel vt proteruitas significaretur, & contumacia: vel quod (vt Diodor. scribit) ferunt Ammonem Bacchi patrem vsum in bello galea, cuius insigne fuit arietis caput. Vnde & Bacchæ cornua sumebant, & ceratophori dicebantur. *Puerum quærente nouerca, Hanc frondem cunis*] &c. Iunone Bacchum infantem quærente, vt perderet, ferunt Iouem eum dedisse Mercurio deferendum ad antrum Nysæ, vrbis Arabiæ, cuius suprà meminimus, vbi à nymphis summo studio educatus est: quas autor hic fabulator opposuisse Iunoni frondem hederæ cunis infantis ac arbore circumseptis. *Quare toga libera detur*] &c. Mos fuit apud Romanos, vt nobiles adolescentes in festo Liberi patris, cùm ætas postularet, deposita prætexta, virilem togã inducerent: quod genus vestis à tegendo dictum, vt autor est Varr. veteres ad calceos vsque demittebant. sicut Græci pallium teste Quint. qui miratur scripsisse Plinium, secundum

E Cicer. id facere solitum velandarum varicum gratia. Fuit autem iusta togæ mensura sex vlnarum, vt ait Porphyrion. quã vestem induit Vergil. autore Seruio, cùm esset annorum sedecim. Augustus Cæsar (vt ait Suetonius) liberis senatorum protinus promisit induere, vt celerius reipub. assuescerent. Sed vtebantur pueri, antequam virilem sumerent togam, alij prætexta tantùm, quæ olim regum & magistratuum fuit, vt Diomedes grãmaticus scribit: alij toga prætexta, patricij dontaxat, atque hi quorum patres curulem magistratũ gessissent, vt ait Macrobius. Id autem amictus genus, cui purpura prætexebatur, vt ex eius rubore pueri ingenuitatis pudore regerẽtur, ab Aulo Gelio toga dicitur. Virilis verò toga ideo libera dicitur (vnde est illud Propertij, Ante deos libera sumpta toga) quòd qui eam induissent, liberius viuerẽt. Statius in Syluis: Quem non corrumpit pubes effrena, nouæque

F Libertas properata togæ. Postea verò toga in vsũ venit pauperum tantùm, vt quibusdam placet: quas interdũ Martialis togatos vocat. & fœminæ adulterij conuictæ, cogebantur togatæ in publicum procedere, vt scribit Porphyrio. Sumebant autem pueri togam virilem in festo Liberi patris, ob ætatis conuenientiam, quæ pueris est iam maturis togæ sumendæ cum hoc deo: cuius ætas media dicitur inter pueritiam & iuuentam: vel vt cõmendarentur à parentibus Libero, quem Romani patrẽ vocant, vt quos pædagogi cura destituit, numinis tutela susciperet: vel quod

H dicere videbatur in festo Liberi patris sumi ab his liberã togã, per quam liberioris vitæ iter ingrederentur: vel ve adolescentium frequentia ludis Liberalibus non deesset, cùm ad eus multi non religione, sed togæ sumendæ studio conuenirent. De prætexta toga, prætexta & bulla puerorũ, lege Macrobiũ. Cõstat aliquando togã anno 24 sumi solitã. Media ætas: adolescentia, media inter pueritiam & iuuentã.

PAVL.

Cur hedera cincta est] Quærit hederæ causam nam anus illa hedera cingitur: & mænades, & quæcunque Baccho sacrificãtes, hedera vtebãtur. Poëta originẽ moris aucupatur ab incunabulis Bacchi: quoniã nymphæ, quæ educabant, tegebãt cunas hedera, ne puer à Iunone videretur. Verùm pro corona Liber pater est vsus hedera. ad cui⁹ exemplũ, vt loquit Plin. Alexander hedera exercitu coronato victor ex India rediit.

I Sed, vt Plutarchus ostendit, flaminẽ Dialem cõmittere piaculum si hederã attigisset: nec iter inde facere posse, vbi vmbraculũ aut arbustũ desuper promineret. & subdit rationes: An hoc simile ei est quod dicitur, De curru nõ esse, phœnici nõ insidere, scopam non transcendere: non quòd hæc Pythagorici vitent, sed quòd per hæc ab aliis deterreant. Nam quòd sub vitem ingredi prohibent, ad vinum referebant: quòd sacerdoti ebrium fieri, nefas esset. Temulentis enim vinum supra caput est: & deprimuntur omnes ebrij, & humiles fiunt, cùm hanc ipsam voluptatem vincere oporteat, non ab ea vinci. Hederam verò tanquam sterilem, hominib. inutilem, & propter fragilitatem adminiculo alterius semper egentem, vmbra solum ac viriditate oculos capientem, non temerè in ædib. ali atque innasci permiserunt. quippe quæ plantas complexa maximè noceret, nec solo extirpari

K facilè possit, quo fit vt cœlestium templis penitus amoneatur. Nec in æde Palladis Athenis ac Thebis quisquam facile hederam videat. nocturnis verò sacris, & Bacchanalibus adest. An & hoc quoque mysticum quoddam signum erat, vt à thyasis ac reliquis bacchanationibus abstinerent: Nam quæ bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerint, ad hederã statim feruntur, & abreptã manibus diuellunt, dentibus lacerãt: vt non omnino incredibilia dicere videantur, qui asserũt, hederã, quòd spiritum habeat, non mẽtes in furorẽ concitet, & loco moueat: ebrietatẽ absque vino inducere. & hilares eos reddere, qui in furorẽ procliues fuerint. &c. Cur anus ipsa est cincta hedera: cur eo die se hedera cingit, & coronam fert ex hedera. rationem mox subiungit.

L *Hedera est Baccho gratissima*] sed quare gratissima. *Nulla mora est dicere*] non retardabor in dicendo hoc quoque cur ita sit, cur longè gratior cæteris frondibus. *Ferunt*] dicũt. *Nymphas Nysiades*] à Nysa vrbe Arabiæ, quib. ab Ioue nutriendus est datus puer. *Opposuisse hanc frondem cunis*] quasi texisse cunas, vbi puer iacebat, hedera. *Quærente nouerca*] dum quæreret priuignum Iuno, quæ eũ perdere volebat. *Restat vt inueniam*] Secunda pars propositi. In Bacchi festo mẽse Martio, adolescentes nobilium filij, relicta prætexta, virilem togam sumebant. causas eas affert, vel quòd adolescens Bacchus fingeretur: vel quòd pater dicatur, iure à patribus illi filios cõmẽdari: vel quia Liber est. In eius festo libera accipienda toga, vti & illis liberior vita permittitur: vel quod tum maximè

A dabatur, cùm rei rusticæ veteres incumbentes vrbem in festo Bacchi repetebant, quo adessent, & eo die pueris toga daretur. Verùm vt rem altius repetamus, prætexta & bulla erant illustrium puerorum vestes: quarum altera magistratuum, altera triumphantium erat. De quo Vectius apud Theodosium hæc inquit: Tarquinius Priscus, quem Lucumonem vocitatum ferunt, rex tertius ab Hostilio, quintus à Romulo, de Sabinis egit triumphum. Quo bello filium suum, annos quatuordecim natum, quòd hostē manu percusserat, & pro concione laudauit, & bulla aurea, prætextáq; donauit, insigniens puerum vltra annos fortem præmiis virilitatis & honoris. Nam sicut prætexta magistratuum, ita bulla gestamen erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima. Hinc deductus mos, vt prætexta & bulla in vsum puerorum nobilium vsurparentur, ad omen ac vota conciliandæ virtutis ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt. Alij putant eundē Priscum, cū is statum ciuium, solertia prouidi principis ordinaret, cultū quoque ingenuorum puerorum inter præcipua duxisse, instituisseque, vt patritij bulla aurea, cum toga, cui purpura prætexitur, vterentur duntaxat illi, quorum patres curulem gesserant magistratum: cæteris autem vt prætexta tantùm vterentur, indultum. Sed vsque ad eos quorum parentes equis stipendia iusta meruissent. Libertinis verò nullo iure vti prætextis licebat: ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. Sed postea libertinorum quoque filiis prætexta concessa est, ex causa tali, quā M. Lælius augur refert: qui bello Punico secundo duumuiros dicit ex senatusconsulto, propter multa prodigia libros Sibyllinos adiisse, & inspectis his nunciasse in Capitolio supC plicādum, lectisterniúmque ea collata stipe faciendum, ita vt libertinæ quoque quæ longa veste vterentur, in eam rem pecuniam subministrarēt. Acta igitur obsecratio est, pueris ingenuis, itémque libertinis, & virginibus patrimis, matrimisque pronunciantibus carmen. Ex quo concessum, vt libertinorum quoque filij qui ex iusta duntaxat matre familias nati fuissent, & togam prætextam, & lorum in collo pro bullæ decore gestarēt. Valerius Flaccus ait, cum pop. Rom. pestilentia laboraret, essetque responsum, id accidere, quòd dij despicerentur: anxiam vrbē fuisse, quia nō intelligeretur oraculum: euenissétque vt Circensium die puer de cœnaculo pompam superne despiceret, & patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita vidisset: qui cùm rem gestam senatui nunciasset, placuisse velari loca ea qua D pompa veheretur. atque peste sedata, puerum qui ambiguitatem sortis absoluerat, togæ & prætextæ vsum, munus impetrauisse. Vetustatis peritissimi referunt, in raptu Sabinarum, vnam mulierem, nomine Hersiliam, dum adhæret filiæ, simul captam. quam cùm Romulus Hosto cuidam ex agro Latino, qui in asylum eius confugerat, virtute conspicuo vxorem dedisset: natum ex ea puerum, antequam alia vlla Sabinarum partum ederet: cúmque quòd primus esset in hostico procreatus, Hostium à matre vocitatum: & eundem à Romanis bulla aurea, ac prætextæ insignibus honoratum. Is enim cùm raptas ad consolandum vocasset, spopondisse fertur se eius infanti, quæ prima sibi ciuem Romanum esset enixa, illustre munus daturum. Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum, vt cordis figuram in bulla, ante pectus annecterent: quam inspicientes, ita demum se homines cogitarent, si corde præ- G starent. Togámque prætextam his additam, vt ex purpuræ rubore, ingenuitatis pudore tegerentur. De bulla autem Plutarchus Problemat. cur pueros monilibus, quæ vocant bullas, exornant: an honoris raptarum causa, vt alia multa, sic & hoc constitutum esse voluerunt, his quos ex eis suscepissent? an Tarquinij virtutem honorandam putarunt? ferunt enim Tarquinium, cùm puer adhuc esset, in prælio aduersus Latinos & Etruscos, in hostes impetum fecisse: cúmque ex equo defluxisset, excepto hostium impetu, Romanos confirmasse, hostibus in fugam conuersis. Cùm plus quam sexaginta millia hostium eo prælio cecidissent, hoc à patre & rege decoris insigne accepisse. An apud maiores nostros speciosum seruum donare, turpe non existimabatur, quemadmodum nunc quoque comœdiæ testimonio sunt? Pueris autem liberis vehementius abstinebant: ac si fortè H accideret, vt in pueros nudos inciderent, ne ambigerent. hoc insigne liberi ferre consueuerunt. An vel ad modestiam cōseruandam hoc etiam pertinet, & intemperantiæ ac flagitij frenum est, cùm virum agere eos pudeat, antequam pueritiæ insignia deponant. Nam quod Varro scribit, verisimile non est, cùm Aeoles bullam bollam proferant. Hoc consulis insigne, pueros indui solere. Sed vide ne hæc quoq; propter lunam ferant: nam lunæ figura, cùm plenilunium est, non globosa est, sed lentis formam ostendit: & quemadmodum putauit Empedocles, illud etiam quod subiectum est, non modò quod apparet. Hæc diximus de bulla & prætexta, qua ratione pueris datæ, vt intelligeretur. In adolescentia verò relicta prætexta, virilem togam sumebant. ea erat liberior vestis, pro liberiore ætate. Inde in Tristibus: Liberior fratri sumpta, mihíque toga. Ea scilicet ratione, quod puerilia omnia deponerent, & virilia induerent, essentque vitæ li- I berioris. sed ad poëtam redeamus. *Restat*] superest. *Vt inueniam quare detur toga libera*] qua ratione liberior vestis detur. *Puerus*] adolescentibus: non enim in puerili ætate, sed in adolescentia dabatur. *O candide Bacche tuis lucifer is*] tuis festis. *Siue quòd ipse puer*] vel quòd semper tu videris adolescens. *Semper iuuenis*] ex his duabus ætatibus, hoc est, puero & iuuene, erit adolescens: quia nec penitus puer, nec omnino iuuenis. Ideo subdit. *Et media ætas est tibi inter vtrumque*] inter pueritiam & iuuentam. sic erit adolescentia. Ergo quia adolescens Bacchus fingitur, in eius festo adolescenti toga datur.

Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos
Commendant curæ numinibúsque tuis.
Siue quòd es liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, & vita liberioris iter.
An quia cùm colerent prisci studiosius agros,
Et faceret patrio rure Senator opus.
Et caperet fasces à curuo Consul aratro,
Nec crimen duras esset habere manus.
Rusticus ad ludos populus veniebat in vrbem.
Sed Dijs, non studijs ille dabatur honor.
Luce sua ludos vua commentor habebat,

ANTON. *Seu quia tu pater es*] Romani auctore Macrobio, Matrem ac Liberum vnum eundémq; deum esse voluerunt, & vtrunque patris appellatione venerati sunt. vt diximus suprà. Vnde illud E est, Huc pater, ô Lenæe, veni. Seruius: Pater, inquit, licèt generale sit omnium deorum, propriè tamen Libero semper cohæret: nam Liber pater vocatur. *Senator*] senatores quorū manibus olim agri colebantur, sed & consules, imperatorésq; idem faciebant gaudente terra: vt inquit Plinius, vomere laureato. *Dijs non studijs*] religioni, ac deorum cultui, non cupiditati & voluptati. *Vua commentor*] Comminisci à con & mente dictum putatur, cùm ea finguntur in mente, quæ nō sunt. Hinc est, quod cùm comminiscentes noua excogitemus & inueniamus, commentor hic pro inuentore ponitur.

PAVL. F *Seu quia tu pater es*] vel quia Liber pater diceris. *Patres commendant sua pignora natos*] hoc est, ipsos filios. *Curæ & numinibus tuis*] tuo numini & tutelæ filij commendantur, iure eo quo pater diceris. *Siue quòd es Liber*] quia à libertate tu Liber diceris, & sub tuo patrocinio sunt vrbes & populi, quibus tu autor es libertatis. *Vestis quoque libera*] toga ipsa liberior. *Sumitur per te*] hoc est, per libertatem tuam, cui tu quidē præes, & sumitur iter vitæ liberioris. Nam tū primùm illa ætas succumbere pædagogis K desinit, & paternā quoq; renuit disciplinam. *An quia cum prisci*] veteres ipsi. *Colerēt agros studiosius*] maiore diligentia & cura rem rusticam exercerēt. *Et senator*] ipsi senatores. *Faceret opus*] proscinderet terram, effoderet, sereret. Et quod in 1. lib. dixerat, Pascebátque suas ipse senator oues. Et Plin. inquit: Et ipsorum tunc manibus imperatorū colebātur agri. *Rure patrio*] agello paterno. *Et cùm consul caperet fasces*] insignia magistratus. *A curuo aratro*] dum pro- L scinderet agrum. vt est illud Plinij: Serentem inuenerunt dati honores Serranum, vnde cognomen. aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit dictaturam. Sed plura in primo libro, in eo versu, Iura dabat populo posito modò consul aratro. *Nec esset crimen*] quasi non haberetur turpe. *Habere manus duras*] duratas assiduo labore agricolationis.

Populus rusticus] qui ruri erat. *Veniebat in Vrbem ad ludos*] diebus festis vrbem repetebat ex agris, vt ludis interesset. *Sed ille honor*] ludorum scilicet, & solēnis celebritatis. *Dabatur dijs, non studijs*] quasi celebrabāt diem festum in honorē

A deorum immortalium, non ad explenda desideria illorum qui tunc in vrbem redibant. et si veniebant vt ludos illos viderent, tamen non illorum causa, sed deorum immortalium causa exhibebantur. *Commentor Vua*] Bacchus, qui ex vuis vinum exprimere, & seruare in vsum docuit. Nam commentum dicimus fictum. vt in Metamor. Commentáq; futura narrat, id est, ficta. Et commentum aliquem in aliquid dicimus, cùm multa fingit & componit, quæ pertineant ad illud aperiendum & dilucidandum. Sic commentorem vuæ, Bacchum dicimus, qui occultum in ea fructum aperuit, & rationem ostendit. *Habebas ludos sua luce*] suo die festo exhibebantur sibi ludi.

ANTON. *Quos cum tædifera nunc habet ille dea*] Cerere, cuius sacerdotes cum facib. discurrebant, sicut & dea fecerat, ad filiā indagandā. Papinius: Túmque Actæa Ceres, cursu cui semper anhelo Votiuam taciti lassamus lampada mystę. Huius deæ sacra Romanos B Liberalibus coniūxisse, apertè quidem autor ostendit hoc loco. Sed & Virgilius haud occultè, quamuis non intellectus à Seruio in primo Geor. vt, Cuncta tibi Cererē pubes agrestis adoret, Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho Et latētet Claudian', qui Bacchū ex adytis Cereris e- C gredientē inducit. Bacchi nomina diuersa sūt, à Græcis ac Latinis deducta vocabulis. quorū rationem ab aliis hoc tēpore non malè traditam, silentio præterimus. *Tyronum*] adolescentium. quamuis tyro est nouus miles.

Quos cum tædifera nunc habet ille dea.
Ergo vt tyronum celebrare frequentia possit,
Visa dies danda non aliena togæ est.
Mite pater caput huc, placatáque cornua vertas,
Et des ingenio vela secunda meo.
Itur ad Argeos (qui sunt, sua pagina dicet)
Hac, sicut memini, prateritáque die.
Stella Lycaoniam vergit declinis ad Arcton
Miluius, hac illa nocte videnda venit.
Quis dederit volucri, si vis cognoscere, cœlum,
Saturnus regnis à Ioue pulsus erat.
Concitat iratus validos Titanas in arma,
Quaque fuit fatis debita, tentat opem.
Matre satus Terra, monstrum mirabile, taurus,
Parte sui serpens posteriore fuit.
Hunc triplici muro lucis incluserat atris,
Parcarum monitu Styx violenta trium.
Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset,
Sors erat, æternos vincere posse deos.
Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi,
Et iamiam flammis exta daturus erat.
Iupiter alitibus rapere imperat: attulit illi
Miluius, & meritis venit in astra suis.

Ergo vt frequentia tyronum] vt multitudo adolescentium frequens ex G agris in vrbem redeunt. *Possit celebrare*] celebrē reddere diem. *Dies*] hæc scilicet, qua festum Bacchi celebratur. *Non est visa aliena*] sed conueniens. *Danda togæ*] qua toga adolescenti daretur. Tyronum dixit, per translationem è nouis militibus. Nam tyro nouus miles. sic cas adolescentes tyrones vocat. *Mite pater caput*] &c. Bacchum precatur vt fa- H ueat, quo fauente eius numine cœptum opus prosequatur. *O pater*] ô Liber, ô Bacche. *Vertas huc*] ad me. *Caput mite*] leue & benignum. *Et cornua placata*] non tumida, non irata, sed quieta & lenia. *Et des vela secunda ingenio meo*] Translatio à nauigantibus. hoc est, aspirato ingenio meo, quo prospero cursu prosequar, & ad finem deducam inchoatum opus.

Itur ad Argeos] Numa Pompilius multa loca (vt Liuius scribit) sacris faciendis dedicauit, quæ Argeos pontifices vocabant: quos Varro dictos putat à principibus, qui cum Hercule Argiuo venerunt Romam, & in Saturnia subsederunt, de quibus suo loco plura dicemus. Ad eos flaminica Dialis cùm iret, nec capillo depexo, vt apud Aulum Gellium legimus, in his locis & decimosexto & deci- D moseptimo calen. Apriles Romani rem diuinam faciebant.

Stella Lycaoniam vergit declinis ad arcton Miluius] Hæc stella decimoquinto calend. Aprilis ostenditur Italiæ, teste Plinio: quam quidam dicunt hoc tempore cum Libra in ortum chronicum tolli. Miluius autem auis (vt idem autor scribit) è genere accipitrum est: quæ quamuis rapacissima sit, ac semper famelica, nihil tamen esculenti vnquam rapuit ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. Eadem flexibus caudæ videtur docuisse gubernandi artem in mari: quæ in cœlum translata (vt autor hic fabulatur) vergit ad septentrionem, & in ortum fertur (vt Ouidius tradit hoc loco) decimoquinto calendas Apriles. *Iratus*] Saturnus infestus Ioui, qui eum regno deiecerat. *Validos Titanas*] gigantes. Hos (vt ait Seruius) irata Terra aduersus deos creasse dicitur in vltionem. Vnde & Titanes dicti, ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab vltione. Alij aliter fabulantur. *Tentat opem*] vt im- E moletur taurus monstruosus, Terræ filius, cuius mactator poterat vincere deos immortales lege fatorum, si adoleret eius monstri viscera. *Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi, Et iamiam flammis exta daturus erat*] Briareus, qui & ipse monstrum est, monstrosum animal dolouit, Terræ filius. Sæpe enim euenit vt monstrum monstri opera, & impij manibus occidant impiorum. Briareus secundum fabulas centimanus fuit, & ipse est Ægeon. Est autem inenarrabilis adamantis duritia, vt ait Plinius, quod eius nomen ostendit, dicti ab α particula priuatiua, & δαμάζω, quod est domo: cuius vis cùm ferrum ignémque contemnat, hircino rumpitur sanguine calido & recenti. *Iuppiter alitibus rapere imperat*] Rectè dicimus, impero tibi certare, & impero te certare.

Eodem die quo Bacchi sacra solennia fiunt, & die I qui præcessit, itur cum pompa ad templum Castoris & Pollucis: de quo templo diximus circa finem primi libri. *Itur*] cum pompa scilicet. *Ad Argeos*] ad Argeorum, hoc est, Laconicorum deorum templa. Verùm & Varrone & Pompeio teste, argeos vocabant scirpeas effigies, quæ per virgines Vestales iaciebantur singulis annis in Tybrim. de quo dicemus in quinto libro. Et Argea, vt Pomp. afferit, loca Romæ appellantur, quòd in his sepulti essent quidam Arginorum illustres viri. Hoc autem in loco Poëta de Castore & Polluce intelligit, vel ab Argis, seu ab ipsis Argeis. Nam (vt arbitror) ipsa loca, vbi postea consecratum fuit sacellum borum numinum, apud aquam Iuturnam, appellata fuere Argeatnam ad radices Pallautij. *Qui sint*] Argei scilicet. *Dicet sua pagina*] vbi inscripta sunt festa stata. Nam in vetustissimis monumentis inscriptio huius diei, est pompa ad templum Castoris & K Pollucis, duobus continuis diebus. Sic dicet sua pagina, vbi est ea inscriptio. Et inferius quoque repetet ipsorum deorum nomina. *Itur hac die, & præterita*] quia decimoseptimo & decimosexto calendas April. *Sicut memini*] Hoc dixit, quia erat in Ponto, & diu non interfuerat his festis. Ideo, sicut memoris repeto. *Stella Lycaoniam*] &c. Ea nocte quæ sequitur, oritur Miluus. Et Plinius inquit: Miluum Italiæ ostendit decimoquinto calendas Aprilis. sic à Poëta non discrepat. Stella est in septentrionali parte cœli, cuius fabula hæc refertur. Saturno ab Ioue pulso, Titanes Ioui bellum intulerunt. Pepercerátque Terra horrendum monstrum, anteriore parte taurum, posteriore anguem: quod ita monentibus Parcis, Stygis est aquis interclusum. Cúmque fatum esset, qui beluæ adoleuisset exta, deorum imperio potiturum, Briareus mactauit. At Miluius exta Ioui retulit, pro L quo beneficio Iupiter inter astra collocauit. *Miluum stella*] quem in stellam mutauit Iupiter. *Vergit declinis*] prona sese inflectit. *Ad Arcton Lycaoniam*] ad vrsam Lycaonis filiam, de qua in secundo. *Hac*] stella *Venit videnda illa nocte*] quæ diem pompæ sequitur ea quidem nocte se ostendit.

Si vis cognoscere] scire cupis. *Quis dederit cœlum volucri*] quis miluum inter astra collocarit. *Saturnus erat pulsus regnis à Ioue*] Iupiter filius patrem regno deiecit. Inde est apud Virgilium: Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis. *Iratus*] Saturnus. *Concitat in arma*] in bella contra Iouem. *Validos Titanas*] fratres suos. Sed Poëta intelligit

PAVL. *Quos nunc ipse habet cum tædifera dea*] qui hoc tempore fi- F bi & Cereri simul eduntur. Prius enim soli Baccho fiebant, posteritas illos cum Cerealibus iunxit, nec ab re, cùm Dionysius secundus Cereris filius creditus sit. Ipsaque Ceres tædifera dicitur, quòd tæda accensa filiam Proserpinam quærebat. Sacerdotesq; eius tæda quoq; sacra celebrabāt. vnde appellati sunt δᾳδοῦχοι, à δᾳς δᾳδὸς, quod est tæda, & ἔχω habeo.

de gigantibus. In subsequenti libro de Titanibus agemus. *Et tentat opem*] auxilium. *Quæ fuit debita fatis*] quæ fatali necessitudine debeatur: illi maxime, qui monstri illius exta adoleuisset. Tentauit ergo eam opem immolationis beluæ. *Fuit factus matre terra taurus parte sui*) belua, quæ anteriore parte erat taurus, nata est ea terra. Per Appositionem. *Monstrum mirabile*] hoc est, monstrosa belua, admiratione prosequenda. *Posteriore*] parte scilicet. *Fuit serpens*] incipiebat à tauro, & desinebat in anguem. *Styx*] inferna palus. *Violenta*] propterea quòd est irremeabilis vnda. *Incluserat atris lucis*] in obscuris sylvis. *Hunc*] taurum & anguem. *Triplici muro*] triplici murorum ambitu. A Marone locum accepit: Mœnia lata videt, triplici circundata muro. *Monitu trium Parcarum*] ita Parcis iubentibus, quæ tres sunt, Clotho, Lachesis, Atropos. Hæ quæ dispensant mortalia fila sorores. *Erat sors*] erat responsum. Vnde est, Hinc Lyciæ sortes. *Qui dedisset viscera tauri adolenda flammis*] qui taurum illum mactasset, & intestina cremasset. Nam adolere interdum cremare est. vt, Verbenásque adole pingues, & mascula thura. *Posse vincere deos æternos*] superare deos bello, & potiri eorum imperio. *Briareus*) de quo Vergilius, Et centumgeminus Briareus Et Horatius: Centimanus gigas, vnus ex Terræ filiis. *Immolat hunc*] taurum scilicet. *Securi facta ex adamante*] ex lapillis inuiolabilibus: quorum (vt inquit Plinius) duritia inenarrabilis est, simúlque ignium victrix natura, & nunquam incalescens. Vnde & nomen interpretatione græca, indomita vis accepit. Et paulo pòst subdit: Siquidem illa inuicta vis duarú violentissimarú naturæ rerum, ferri ignísque contemptrix, hircino rumpitur sanguine, ac ne aliter quàm recenti calidóque macerata, & sic quoque multis ictibus. Tunc etiam præterquam eximias incudes, malleósque ferreos frangēs. Cuius hoc ingenio, quóve casu repertum? aut quæ fuit coniectura experiendi rē immensi secreti? & in fœdissimo animaliũ omnium? profectò muneris talis inuentio hominis est. Nec quærēda in vlla parte naturæ ratio, sed voluntas. Vt cùm fœliciter rumpere contingit, in tam paruas frangitur crustas, vt vix cerni possint. Expetuntur hæc à sculptoribus, ferróque includũtur, nullam non duritiē ex facili cauantes. Hæc diximus, vt credatur fieri posse securim immixto adamante. Tali igitur securi Briareus beluam immolauit. *Et iam erat daturus exta flammis*] quasi tunc cremare volebat exta. *Iuppiter imperat alitibus*] auibus. *Rapere*] imperat vt diripiant exta, antequam adoleantur ab illo. *Attulit*] exta scilicet. *Illis*] Ioui. *Miluus, & venit in astra suis meritis*] quia eo beneficio Iupiter in astris intulit. Dicimus miluium, & miluum, quem inter accipitrum genera refert Plinius, & illud de eo inquit: Notatũ in his rapacissimā ac famelicā semper alitem nihil esculenti rapere vnquamè funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara, ac ne ferentium quidem manibus, nisi lugubri municipiorũ immolantiũ ostēto. & reliqua. Ob id quidem fabulæ locus datus est, eripuisse exta ab ostentosa Briarei immolatione. Milui & ipsi hybernis mensibus latent, non tamen ante hirundines abeuntes.

Vna dies media est, fiunt cùm sacra Mineruæ,
Nomina quæ à iunctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro:
Causa, quòd est illa nata Minerua die.
Altera trésque superstrata celebrantur arena,
Ensibus exertis bellica læta dea est.
Pallada nunc pueri teneræque orate puellæ:
Qui bene placarit Pallada, doctus erit.
Pallade placata, lanam mollire puellæ
Discant, & plenas exonerare colos.
Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit, & rarum pectine densat opus.

ANTON. *Vna dies media est, & fiunt sacra Mineruæ*] Decimoterno calendas Aprilis Quinquatrus Mineruæ celebrantur, dictæ, autore Festo, quòd post diem quintum iduum celebrentur: vt triatrus, sexatrus, & similia. Primus enim dies Quinquatruum, quintus post idus inuenitur. Quintum autem dicimus, exclusis idibus non comprehensis, vt sæpe fieri consueuit. Sic Ouidius supra: Tertia post idus lux est celeberrima Baccho. Vbi nisi decimumoctauum diem mensis acceperis primum Quinquatruum diem, non quintum ab atro, sed quartum inuenies. Quinque autem diebus mos fuit Quinquatrus celebrari, quorum primus erat quidem expers sanguinis, quòd eo die Mineruam natam existimarent: reliquis verò in arena gladiatores nudis ensibus pugnabant vt, Hæc est armiferæ festis de quinque Mineruæ, Quæ fieri pugna prima cruenta solet. Quo tempore (vt inquit Porphyrio) pueri ludis insatiabiliter vtebantur: & quidam, teste Plinio, putandas generosarum vitium pergulas tradiderunt. Sunt autem qui à quinque & atro Quinquatrus volunt nomen accepisse: quòd primum quinque festorum Mineruæ quintum ab atro die sit, qui post idus inuenitur. Sed his Auli Gellij autoritas reluctatur, qui docet Quinquatrus dictas, quòd quinque ab idibus dierum numerus sit: atrus verò nihil significare, & esse nominis supplementum. Alij à quinque dierum numero Quinquatrus: quòd Pallas à Romanis hoc tempore non vno tantùm die colebatur, sed quinque coniunctis: quod nō placet. Scire autē debemus, non modò quinquatrus dici genere fœminino. Vnde est illud Festi: Minusculæ quinquatrus appellabantur idus Iuniæ. Et illud Cic. ad M. Cælium: Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ quinquatrus afferebantur. Sed & quinquatria neutro. Cornelius Tacitus: Vtque quinquatria, quibus apertæ essent insidiæ, ludis annuis celebrarentur. Et quinquatres quinquatrium virili genere, teste Prisciano. *Nomina quæ adiunctis quinque diebus habent*] Cauendum ne putemus hoc loco errare Nasonem, & à doctissimorum scriptorum traditione dissentire. Non enim dicit quinquatria à quinque dierum numero appellata, quòd Mineruæ sacra diebus quinque celebrentur: sed docet, quinquatrus nomine non solùm hunc diem vocari, qui primus quinque dierum est, & quintus post idus, sed quatuor dies adiunctos. Vnde illud est Iuuenalis, Et totis quinquatribus optat. Sensus ergo est: Sacra fiunt Mineruæ, quæ habent quinquatruum nomina, quinque diebus adiunctis. Non errauit hic quidam Iuuenalis interpres, cuius Deus omnipotens misereatur: nuper .n. excessit è vita. Eius verba hæc sunt: Quinquatria dies sacri Mineruæ, qui diebus quinque celebrabantur, vt Ouidius docet, ita appellata, quoniam quinque diebus post idus fiebant. Varro, quantum ex eius loco quamuis mutilato colligitur, à Festo atque Aulo Gellio non dissentit. Errore enim factum vult, vt quinquatrus dictæ credantur, quòd quinque dies sint. Sed vt idem inquit, quemadmodum sexatrus & septimatrus nomen acceperunt, non quòd sex septémve dies sint, sed quòd sexatrus post diem sextum idus, septimatrus post septimum sint: ita quinquatrus appellata est dies, quæ post diem quintum erat. *Altera trésque super*] &c. Sternebatur arena in theatris, vbi gladiatores pugnabant, necnon & alibi. Vnde per arenam theatrum accipimus, vel alia loca: vbi eiusmodi spectacula exhibebantur. *Ensibus exertis*] expeditis & euaginatis ensibus. Est autem exertis participium, à passiuo eius verbi, quod est exero. *Qui bene placarit Pallada, doctus erit*] quia Pallas & bello præest, vt Mars: ac Bellona dicitur, & est artium dea. Potest & rei bellicæ scientiam præstare, & artium quibus in pace vtimur. *Lanam mollire puellæ discant*] conciliata dea lanificij, artiúmque omnium, & prudentiæ: quam Metapontini (teste Iustino) pannificiis aliquando iratam placarunt. Dicitur autem Minerua & bellorum dea, & prudentiæ, quia vires sine prudentia (vt inquit Porphyrio) non tantùm vanæ sunt, verùm etiam sibi aduersariæ. Eadem artibus præesse dicitur, quia fertur nata è Iouis capite. *Stantes radio percurrere telas*] Radius instrumentum est, quo subtegmen stamini à textoribus interponitur. Est & virga, qua geometræ interdum lineas ducunt. Stantes autem dicit, quia stamen à stando nomen accepit, vt autor est Varro: qui etiam scribit, subtegmē dictum, quòd subit stamini. Id & tramam vocant: quamuis idem Varro vestimenti genus tramam esse doceat, dictā quòd id strigus trans it: densúmque à dentib. pectinis nominatum ostendat, quibus feritur.

PAVL. *Vna dies media est*] &c. Decimoquarto Calendas Apriles, hoc est, decimonono die Martij, incipiunt Quinquatria Mineruæ, quinque diebus continuis celebrantur. qua quidem ratione multi putarunt, à quinario dictum numero Quinquatria dicta. Alij à Quinquatro dic. de quo Pō. Quinquatrus festiuus dies, dictus, quòd post diem quintum iduum celebraretur. vt triatrus, & sexatrus, & septematrus, & decematrus, vel decumatrus. Et Varro ait: Quinquatrus hic dies vnus, ab nominis errore obseruatur, proinde vt sint quinque dictus. vt ab Tusculanis post diem sextum iduum similiter vocatur sexatrus, & post diem septimū septimatrus.

sic hic, quòd erat post diem quintum, quinquatrus. Hæc Varro. At ille fuit error, cùm numerarent ab idibus: quandoquidem numerari debuit ab atro, hoc est, ab iduum postridiano. Verùm hæc Quinquatria festa Poeta ita dicta ostendit à quinque diebus iunctis. Primo enim die fiebant sacrificia, tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant, quinto die erat lustratio tubarũ sonitu, & sacrificia quoque fiebant. Secundus quinquatrium dies, & primus gladiatoriæ pugnæ clarus est ortu ipsius Nasonis: eo enim die natus est. Nam vt in quarto Tristium inquit, de natali suo & fratris intelligens. Lucifer amborum natalibus affuit idem, Vna celebrata est per duo liba dies. Hæc est armiferæ de festis quinque Mineruæ, Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Vna est dies media] Inter ortum Milui, & primum diem Quinquatriorum, vna interponitur dies, & sic significat 24. diem mensis. *Et fiunt sacra Mineruæ*] sacrificia Palladi. *Et habent nomina quinque diebus adiuncta*] nam quinquatria dicta, ab ipso quinario dierum numero. *Prima dies vacat sanguine*] non effunditur primo die sanguis, quia abstinent eo die à pugna gladiatores. *Nec fas*] non licet. *Concurrere*] congredi & confligere. *Ferro*] armis. *Causa*] quare non concurritur. *Quod Minerua est nata illa die*] putabant eo die è Iouis vertice natam Mineruam. *Altera trésque super*] quatuor sequentes dies. *Celebrantur*] à gladiatoribus ipsis.

Arena strata] arena theatri, quæ sternebatur cùm digladiandum erat, & aliis quoque spectaculis. Vnde apud Iuuenalem, Et latum media sulcum deducit arena. *Dea bellica*] Pallas quæ bellis præest. *Est lata ensibus exertis*] experimento & exercitatione ensium in theatro. *Pallada nunc*] &c. Hortatur vnumquemque vel literis, vel aliis quibuscunque artibus deditum, vt festa celebrent, & placent Pallada pueri, quò literarum studio proficiant: puellæ, quo lanificio. & sic in cæteris. *O pueri, & teneræ puellæ, orate*] colite & celebrate. *Pallada*] Palladis numen. *Qui bene placarit Pallada*] qui sacrificiis placauerit, & propitium sibi fecerit Palladis numen. *Erit doctus*] quamcunque scilicet voluerit artem.

Puellæ discant mollire lanam] quasi exercere lanificium.

Pallade placata] sacrificiis scilicet, & donis, & precibus. nam ea est lanificij dea. *Et exornare plenas colos*] nere lanam. Tunc enim exornantur coli, cùm filantur pensa. *Illa etiam erudit*] instruit & docet. *Percurrere telas stantes*] firmè manentes. *Radio*] quasi docet texere pannum, cùm tenta in longum fila percurruntur radio, qui cum alio filo intericitur: deinde pectine pendenti, ad coniungenda densandáque fila ipsa verberantur. Ideo hic, *Et densat*] densare docet. *Opus*] ipsum pannum, nam quod ratum est, spissum facit inculcando. *Pectine*] pectinis percussione.

ANTON.

Qui maculas læsis de vestib. aufers] Fullonem dicit, qui à Græcis gnapheus vocatur. Artem fulloniam Nicias Megarensis inuenit, teste Plinio. *Velleribus quisquis ahena paras*] Suadet his qui lanas tingere consueuerunt, vt Palladem colant. *Vincula plantæ*] calceos quibus pedes vinciuntur. Eorum sutores non sunt propriè cerdones dicendi. Cerdo enim generale nomen eorum est, qui artificio lucrum quæritat, vt vocabulum ostendit: accipitúrque interdum pro

> *Hanc cole, qui maculas læsis de vestibus aufers:*
> *Hanc cole, velleribus quisquis ahena paras.*
> *Nec quisquam inuita faciet bene vincula plantæ*
> *Pallade, sit Tychio doctior ille licèt.*
> *Et licèt antiquo manibus collatus Epeo*
> *Sit prior, inuita Pallade mancus erit.*
> *Vos quoque, Phœbea morbos qui pellitis arte,*
> *Munera de vestris pauca referte deæ.*
> *Nec vos turba feri sensu fraudata magistri*
> *Spernite, discipulos attrahit illa nouos.*
> *Quíque moues cælum, tabulámque coloribus vris,*
> *Quíque facis docta mollia saxa manu.*
> *Mille dea est operum, certè dea carminis illa est*
> *Si mereor, studijs adsit amica meis.*

nas, Sardi textilia, fusum in lanificio Clestor filius Arachnes inuenit, linum & retia Arachne, fulloniam artem Nicias Megarensis. *Nec quisquam faciet bene vincula plantæ*] nemo poterit bene facere calceos. Ea enim sunt plantarum vincula, à vinciendo dicta, quia pedes vinciunt. *Inuita Pallade*] quasi nisi Pallas fauerit. nam si illa aduersa repugnat, frustrà laborauerit cerdo. *Sit licèt ille doctior Tychio*] etiamsi esset in ea arte cerdonum omnium præstantissimus. Aliqui

humili ac plebeio. Iuuenalis: Postquam cerdonibus esse timendus Cœperat. *Sit Tychio doctior ille licèt*] Ficium quidam existimant fuisse Ouidij temporibus præclarum artificem calceorum. Nobis placet Tychio legi, qui ab Homero nobilitatus est in septimo Iliados. Is cerdo excellentissimus multa fabricauit & præcipuè scutum Aiacis. *Antiquo manibus collatus Epeo*] Hic dicitur inuenisse ad Troiam equum, qui in muralib. machinis aries vocatur. Fuitque fabricatus Epeus, quod Metapontini testantur, qui in templo Mineruæ ferramenta, quibus is equum Troianum fabricauit, ostentant, vt scribit Iustinus. Legimus enim in vita Sertorij, Troiam ter captam esse: primùm ab Hercule, ob Laomedontis equos: deinde per ligneum equum, ab Agamemnone: tertiò à Charidemo duce, propter equum qui in porta consistens, Iliensibus eam claudere volentibus impedimento fuit. *Vos quoque Phœbea morbos qui pellitis arte*] Medicos dicit, quorum artis inuentorem alij Apollinem fuisse dicunt. vt, Inuentum medicina meum. Alij Arabum Babylonis & Apollinis filium. Ægyptij eam apud ipsos repertam volunt, vt Plinius scribit. *Munera de vestris pauca referte deæ*] Sensus est: Offerte Palladi munus aliquod, ex his quæ à nobis accipitis. *Sensu fraudata magistri*] quia sæpe discipuli non rectè intelligunt quæ magister scorit & docet. *Quique moues cælum*] Et astrologum accipere possumus, & sculptorem. Sed magis placet astrologum accipi, quoniam autor subiungit, *Quique facis docta mollia saxa manu*] *Mollia saxa*] Sic & Virgilius in sexto Æneidos, Excudent alij spirantia mollius æra. Facit enim sculptor egregius, vt æra & saxa mollissima videantur. Horatius: Et molles imitabitur ære capillos.

legunt, Sit Batio doctior, ex eo quòd Plinius dicat Batium inuenisse sutrinam: Alij legunt Pythio. quod qua ratione dicant, nescio, nisi referant ad Apollinem sandalarium. Ego autem legi, & qui me secuti sunt, idem fecère, Sit Titio: propterea quòd apud Porphyrium legimus, Titium quendam fuisse optimum calceorum magistrum. Ergo si sit ille Titio doctior, inuita Pallade calceos non bene consuet. *Et licèt antiquo*] &c. Si quis fabrili arte, aut architectura præstans, Epeum architectum equi Troiani superaret, si Pallas irata sit, exercere artem non poterit. *Et collatus*] qui conferretur antiquo Epeo. *Sit licèt prior*] quamuis esset superior in peritia architecturæ. Epeus enim fuit fabricator equi Troiani. Virgil. Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus. Et Cicero quoque asserit. Plinius verò inquit, Epeum inuenisse equum ad Troiam, qui nunc aries appellatur in muralibus machinis. *Erit mancus*] quasi manuum ope carens, aut imminutus, vt exercere suum munus nequeat. *Irata Pallade*] si illa irata sit. Ergo id agendum, vt placata sit. *Vos quoque Phœbea*] &c. Vos etiam medici libate Palladi, vt medendi arte præstare possitis. *Qui pellitis morbos*] qui curatis ægrotos, & ab his morbos auertitis. *Arte Phœbea*] arte Apollinea. Nam Apollo medicæ artis repertor traditur. Sed de hoc in primo dictum. *Referte pauca munera deæ*] libate & offerte dona Palladi. *De vestris*] muneribus scilicet. *Nec vos turba*] scholasticorum scilicet. Pro his enim dictum est, qui sub feris magistris nihil profecerunt. *Fraudata*] decepta. *Sensu*] sententia, & peruersa rerum intelligentia. *Magistri feri*] à feris minimè differentis, indocti & incultis, sine vllis moribus. *Aut feri*] crudelis, qui nimium discipulos cædat, quod alienum debet esse à liberis & bonæ indolis. *Spernite*] nolite vos aspernari & contemnere numen Palladis. *Attrahit*] ad se trahit illa *Nouos discipulos*] quia præest studiis literarum, & ingeniis fauet. *Quique moues cælum*] Alij ita dicunt: Nec spernas Pallada tu astrologe, qui cæli motus perscrutaris. Alij, quoniã subsequenter de pictor. agit, pro sculptorib. dictum putant, præsertim cùm cælum sculptorũ instrumentũ sit. vt illud, Cælo fabricata Myronis.

SYL.

Cole hanc] Pallada. *Qui aufers*] auferre voles, aut soles. *Maculas de vestibus læsis*] infectis: id est, colite eam fullones, qui vestes & pannos ab omni macula expurgatis. *Cole hanc*] Pallada. *Quisquis paras ahena*] vasa ærea. Virgilius, Littore ahena locant. *Velleribus*] quisquis pro tingendis, aut pretioso liquore inficiendis pannis vasa paras, sacrificiis placato Pallada. Verùm vt Plinius inquit, qui ex Italia infecère la-

Verũ quia subdit postea de statuariis, ad astrologos referrẽ. *Et qui veris tabulam coloribus*] hoc est, qui vstis coloribus tabellà pingis. nam magna pars colorum ea adusta materia fit. de quo latè disputat Plin. lib. 40. *Et qui facis saxa mollia docta manu*] vns statuarij, qui dura saxa in quãcunque vultis formã vertitis. ideo mollia dicit, quod ad summũ artificium refertur: præsertim cũ & minima quæq; lineamẽta, & tenuia in maioribus referãt. Ad id enim respexit, cùm & Maro dixit: Excudẽt alij spirãtia mollius æra. & Mart. Molles laudẽtus honores. Ergo vos omnes colite Pallada, & illi offerte munera. *Mille dea est operum*] præest multis artibus & officiis, & operibus. *Certè illa est dea carminis*] quasi præest & illa poëtis scribentibus carmina. *Si mereor adsis amica studiis meis*] faueat mihi, & studio meo, si dignus videor cui illa faueat.

Cœlius ex alto quà mons descendit in æquum,
Hic vbi non planè est, sed propè plana via,
Parua licèt videas captæ delubra Mineruæ,
Quæ dea natali cœpit habere suo.
Nominis in dubio causa est. capitale vocamus,
Ingenium solers, ingeniosa dea est.
Aut quia de capitis fertur sine matre paterni
Vertice cum clypeo prosiluisse suo?
Aut, quia perdomitis ad nos captiua Phaliscis
Venit, & hoc ipsum littera prima docet?
An quòd habet legem capitis, quæ pendere pœnas
Ex illo iubeat furta reperta loco:
A quacunque trahis ratione vocabula Pallas,
Pro ducibus nostris ægida semper habe.
Summa dies è quinque tubam lustrare canoram
Admonet, & forti sacrificare deæ.
Nunc potes ad solem sublato dicere vultu,

ANTON. *Cœlius ex alto quà mons descendit in æquum*] Aedes Mineruæ captæ fuit ad radices montis Cœlij: sic dictæ vel ob eius ingeniũ, quod capitale, id est, solers, creditur: vel quòd victis Faliscis imago eius captiua Romã translata est: vel quòd ex hac æde quicũque deprehẽdebatur furto aliquid abstulisse, capitis pœnas pendere lege cogebatur: vel quòd de capite Iouis nata dicitur, tẽpore quo Pindarus ex fabula auso inquit pluisse in insulam Rhodon. Licèt quidã voluerint, teste Herodoto, Mineruam esse Neptuni ac paludis Tritonidis filiam. Vnde Tritogenia, siue Tritonia dicta est, autore Lactantio grammatico. Alij tamen Tritoniam dictam putant, quia cùm sit dea sapientiæ, in partes tres diuiditur: intelligentiam præsentium, prouidentiam futurorum, ac memoriam præteritorum. Festus Tritogeniam dictam tradit à ripa Tritonis fluminis, quòd ibi primitus visa sit. Diodorus verò Cretæ fluuium inquit esse Tritonem, vbi Minerua orta est, quam deam & Alalcomeniam dixerunt, vt ait Strabo, ab Alalcomenis oppido, vbi quidam eam natam voluerunt. Fingitur autem nata de Iouis capite, vel quia naturæ ratione prudentia omnis in capite est: vel quia virtus solis humanis mentibus prudentiam subministrans, quam per Mineruam accipimus, vt scripsit Porphyrius. teste Macrobio, edita est de summa ætheris parte: ac nulla rerum corporearum admixtione ab ipso Ioue. id est, à Deo intellectum accipimus. Cicero autor est quinque Mineruas fuisse: quarum tertiam è Ioue tantùm genitam refert: qui cùm Iunonem vxorem suam sterilem intueretur, concusso capite Mineruam dicitur edidisse.

Natali suo] primo Quinquatrium die, quo deam natam volunt. *Cum clypeo suo*] vt intelligas Palladem etiam bellis præesse. Horat. Proximos illi tamen occupauit Pallas honores Prælijs audax. Significat autem ægida, quamuis & sit ægis eius pectoris munimentum. *Signo*] nota C litera, quæ in principio est & Captiuæ & Capite. *Furta*] Figuratè furta, pro furibus ac sacrilegis ponit. *Tubam lustrare canoram*] Sunt qui legant, Tuba lustrare canora: existimantes, consueuisse Romanos hoc tempore tubarum cantu lustrare vniuersam ciuitatem, vltimo videlicet quinquatrium die: quod quidam non indocti olim nobis pueris tradiderunt. nos autem legendum esse non dubitamus, Tubam lustrare canoram. quamuis enim lustrarentur & aliis temporibus tubæ, è verbis Festi Pompeij colligitur, qui ait Tubilustria, dies vocari, in quibus agna tubas lustrabant. vbi si de vltimo Quinquatrium die loqueretur, non dies, sed diem diceret. tamen & hoc tempore sacrarum tubæ in atrio sutorio lustrabantur. Lege Varronem, quem videbis quinquatrui tubilustrium sine medio coniunxisse. Nouimus autem mortuos ad tubam deduci consueuisse, autore Seruio, cùm iuberet religio (teste Lactantio Grammatico) vt maioribus tuba, minoribus tibia caneretur. Quare tubarum lustratio necessaria videbatur. Sunt & qui putent Armilustrium hic accipi oportere: quod non placet: id est, festum quo res diuinas armati faciebant, dum sacrificarent tubis canentes. Sanè tubæ interdum cornua vocantur: quia quæ nunc ex ære sunt, fiebant ex cornu bubulo. Vergil. Rauco strepuerant cornua cantu.

PAVL. *Cœlius ex alto*] In Cœlio monte apud radices templum erat Palladis captæ: quod illi consecratum est suo natali, hoc est, primo quinquatr. die. Eo enim nata est, vt diximus. Sed cur capta dicatur, enucupatur quatuor causas. Prima, vel quia dea ingeniorum est, & ingenium est in capite: vel quòd è capite Iouis exilierit, & à capite capta dicatur: aut quia eius simulacrum è captis Phaliscis Romam aduectum est: aut quia capite plectatur, qui ex eius templo quid surripiat. Ego autem nisi à detractatoribus læsæ maiestatis arguerer, dicerem captam Mineruam, quòd illi eo die, eo in loco legitimè constituto, autoritate senatus à pontificibus consecrato, potissimũ sacrificetur. Nã Pompeio Festo teste, captum locum dicimus ad sacrificandum legitimè constitutum. *Licèt*] quamuis. *Videas, parua delubra*] templa. *Mineruæ captæ*] sub appellatione captæ Palladis consecrata. *Quà mons Cœlius*] de quo superius diximus in hoc libro. *Descendit ex alto in æquum*] quasi vergit ex summitate in planum. *Hic vbi via non est plana*] non est omnino plana, sed in ipso montis cliuo. *Sed propè*] quasi, *Plana*] & locum indicat prope radices. *Quæ*] templa. *Dea*] Pallas. *Cœpit habere suo natali*] non ab initio, ex quo nata est: sed ea die mensis Martij qua olim nata est, hoc est ipso die quinquatro. vt paulo superius. Causa quòd est illa nata Minerua die. *Causa nominis est in dubio*] licèt tu videas templa, tamen causa, cur capta Minerua dicatur, dubia est. *Vocamus capitale ingenium solers*] diligens ingenium, capitale dicitur, quòd in capite sedem habeat, vbi est ipsa mens, & memoria. *Ingeniosa dea est*] nam & ingenio valet, & ingeniis præest: ideo à capitali ingenio capta Minerua dici potuit. *Aut quia fertur*] dicitur. *Prosiluisse*] saltu prodiisse. *Vertice paterni capitis*] è cerebro Iouis, quod in summo capite est. *Sine matre*] sine vsu matris. *Cum clypeo suo*] cum ægide sua. Nam ægis pro scuto accipi potest, ea ratione, quòd scuta caprino corio decocto tegebantur. & ægea capta dicitur. Verùm, vt fertur, Amaltheæ capræ mortuæ Iupiter corium detraxit, Mineruæque custodiendum dedit, quo illa scutum texit. inde dicunt fuisse ægidis appellationem. Sed Honoratus inquit, ægida munimentum pectoris esse, habens in medio Gorgonis caput. Romæ tamen est simulacrum Palladis, tam in pectore quàm in scuto caput Gorgonis habens. Et Higinus testatus caput illud in pectore habere. At quia cum clypeo prosilit è capite, capta dicta. Clypeus, scutum. à γλύφω deductum, quod est sculpo. nam ibi imagines sculpebantur. Vnde Plinius: Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines: vnde nomen habuerunt clypeorum: non, vt peruersa grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo deduci. cluere enim pugnare est. *Aut quia perdomitis ad nos captiua Phaliscis Venit, & hoc ipsum littera prima docet*] vel quia simulacrum eius, subactis Romano imperio Phaliscis, tanquam captiuum mancipium adnectum est, & inde capta Minerua dicta. *Aut quia venit ad nos*] in vrbem. *Captiua*) imago tanquam captiua delata. *Perdomitis Phaliscis*] cùm victi subactique essent Phalisci: de quibus primo libro diximus. *Et hoc signo*] hac nota, captiuæ scilicet. *Docet prima litera*] nam c. inde capta à captiua dicta, aut à captis Phaliscis.

An quòd habet legem capitis, quæ pendere pœnas Ex illo iubeat] &c. Vltima causa, quòd capite luitur furtum in eius templo commissum, seu receptum ex eodem. Inde est & Capital facinus, vt Pomp. inquit quod capitis pœna luitur. & eodem teste, Capitalis lucus, vbi si quid violatum est, caput violatoris capiatur. *An*] capta scilicet Minerua dicitur. *Quòd habet legem capitis*] quæ capite plectat. *Quæ*] lex. *Iubeat furta recepta eo loco*] fures qui inde aliquid receperint, vel surripuerint. *Pendere pœnas*] dare pœnas sacrilegij, & sic capite plecti. *Furtum*] vt iurisconsulto placet, est contrectatio rei

A alienæ, inuito domino *O Pallas à quacunque ratione*) à quacunque causa. *Trabat vocabula*] dicatis Minerua capta. *Habe egida*] habeas & paratum teneas clypeum tuum. *Pro ducibus nostris*) pro salute ducum nostrorum, Tiberij & Germanici, quasi protegas semper eos. *Summa dies*) vltima dies. vt in Heroid. Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit. id est, vltima. *E quinque*) diebus scilicet. *Admonet lustrare*] circuire, & expurgare populum. *Tuba canora*) resonanti. *Et sacrificare*) deæ forti, Palladi armorum præsidi. *Nunc potes ad solem*] Vndecimo Calendas April. Sol relictis Piscibus init Arietem, qui quidem aureum vellus habuisse dicitur. Eò Phrixus in Colchos delatus est. Athamas enim Thebanus Phrixum & Hellem genuit ex Nephyle coniuge: qua sublata, Ino Cadmi filia vxor adducta est: quæ cùm nouercali odio priuignos insectaretur, tosta semina, ne nascerentur, agricolis dabat. Sequuta est annonæ caritas. Missum est Delphos ad oraculum, ad petendam opem: qui accesserat, corruptus, retulit Phrixum & Hellem immolari debere. cúmque
B ad aram mactandi velati constitissent, à Nephyle matre superinducta nube rapti sunt. datus aries, quo fugerent. Helle in mare decidit, & ab ea Hellespontus dictus: sed à Neptuno comprehensa, Pæona procreasse fertur. Nonnulli Oedonum dixerunt. Phrixum præterea incolumem ad Æetam peruenisse volunt, & arietem Ioui immolasse, pellem in templo fixisse, & Arietis ipsius effigiem ab Ioue inter sidera constitutam. Eratosthenes ait Arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse, & Phrixo memoriæ causa dedisse, & ipsum ad sidera peruenisse alij aliter dicunt: quorum opiniones ab Hygino referuntur. Hermippus ait Liberum oppugnantem Africam, deuenisse in eum locum, qui à puluere Hammodes
C dictus est. cùm in discrimine esset, & aquarum penuria, & ob id defectione militum, aries quidem errans ad milites peruenit: quos cùm vidisset, cœpit fugere. Milites prædam petentes sequi cœperunt, vsque ad eum locum, qui postea constituto templo, Iouis Hammonis est appellatus: ibi Arietem nusquam inuenerunt: sed quod magis erat optandum, aquæ magnam copiam nacti sunt. corporibúsque recuperatis, Libero statim nunciauerunt: qui gauisus, eò exercitum deduxit: & Iouis Hammonis templum, cum Arietis cornibus simulacro facto, constituit. Arietem inter sidera fi-
G gurauit. Ita vt cùm Sol in eius foret signo, omnia nascentia recrearentur hac de causa, quòd illius fuga Liber recreauit exercitum, duodecimque signorum principem esse voluit. Adducitur & alia fabula de Hammone quodam, qui pecorum multitudinem ad Liberum adduxerit, & ob id illi dedisse agrum contra Thebas Ægyptias: & Hammonis simulacra instituta capite cornuto, vt homines memoria tenerent, eum primum pecus ostendisse. Arietem memoriæ causa inter sidera fixum dicunt, qui quidem in æquinoctiali circulo consistens, caput ad exortum habens, versus occidens primis pedibus, & exoriens caput infra triangulum, quod Deltoton vocant, tenens collocatum, pedibus propè contingens caput piscis. Poëta nunc fabulam ipsam refert, quam apertè loco retulimus Inus, scilicet nouercæ Phri-
H xi: quæ cùm apertè fabula videatur, princeps tamen astrologorum Ioannes Germanus, familiarissimus noster, omnia ad affectus ipsius arietis refert. id facit in omnibus signis, vt non sine causa à poëtis ficta esse videantur, quæcunque de his fabulosa referuntur. *Nunc*) In hoc vltimo die Quinquatrium. *Potes*] tu ô Germanice. *Sublato*) eleuato. *Vultu, ad solem ducere.*

Hic here Phrixeæ vellera pressit ouis.
Seminibus tostis scelerata fraude nouercæ,
Sustulerat nullas vt solet herba comas.
Mittitur ad Tripodas certa qui sorte reportet,
Quam sterili terræ Delphicus edat opem.
Hic quoque corruptus cum semine nunciat Helles,
Et iuuenis Phrixi funera sorte peti.

ANTON. *Hic here Phrixeæ vellera pressit ouis*) Heri & here idem est. Iuuenalis: Res hodie minor est hare quàm fuit. Donatus autor est, non dubitasse antiquos propter coniugationem e & i literarum here & heri, item mane & mani, vespere & vesperi dicere. Tu autē lector caue ne heri aduerbium hoc loco te fallat, & ducat in deuia. Non enim accipere debemus diem qui tubilustrium antecedit, hoc est, penultimum Quinquatrium diem, qui est decimo Calendas
D Apriles: sed qui est ante ipsas Quinquatrus, hoc est, diem decimumnonum huius mensis. Si enim putares fieri posse, vt penultimo Quinquatrium die, id est, decimo Calendas Apriles Sol in Arietem transitum faceret, quem suprà legimus decimotertio Calendas Martias inisse Piscium signum: procul dubio fateteris Solem quinque ac triginta dies ferè in Piscibus absumpsisse: quod si esset, solstitialis annus constaret diebus penè viginti, supra quadringentos, cùm & reliquis signis zodiaci nullum non tantundem sibi temporis vendicaret. Dicendum igitur est, decimotertio Calendas Aprilis Solem transire in Arietis signum, quæ pars zodiaci ad naturam Solis refertur, vt Macrobius scribit. Aries enim, qui à Græcis κριὸς dicitur, per sex menses hybernales sinistro incubat lateri ab æquinoctio verno super dextrum latus, si-
E cut & Sol ab eodem tempore dextrum hemisphærium, reliquo ambit sinistrum. Constat autem hoc signum stellis septēdecim. quod vnà cum Sagittario Cleostratus primùm intellexisse dicitur: qui percepit & cætera signa zodiaci primus omnium, autore Plinio. Fabulantur nonnulli, Arietem qui traiecit Phrixum, hunc esse qui inter signa primum obtinet locum. Alij translatum in cœlum volunt Arietem, qui Baccho exercitum ducenti per exusta Libyæ fontem monstrauit. Est sanè Aries calidus & humidus: qui cùm Solem recepit, incipit fieri generatio. Vnde inter signa zodiaci meruit principatum. *Seminibus tostis scelerata fraude nouercæ, Sustulerat nullas vt solet herba comas*) Ino Cadmi filia, vt diximus suprà, & vxor Athamantis regis Thebarum priuignis exitium parans, egit cum matronis vt frumenta serēda torrerent. Eadem Liberi patris nutrix fuisse dicitur, vt meminit Statius in Syluis: qui Deus cùm Phrixo & Helle in-
F saniam iniecisset, & illi in sylua errarent, exhibitus eis est à matre Nephele, quæ κριὸς à Græcis dicitur, aries aureo vellere insignis: quē cùm ascendissent, aries eos in pelagus detulit. Helle lapsa nomen ponto dedit, quem dicimus Hellespontum. Phrixus in Colchos ad regem Æetem transit, ibiq; arietem, vt mater præceperat, immolauit, pellémque auream Martis templo dicauit: quam Iason cum Argonautis petisse dicitur: quamuis nonnulli scribant, eam esse in Orchomeno, quod oppidum est Bœotiæ, ex quo Minyorū familia in Thes-
I saliam commigrauit, à quibus Argonautæ Minyæ sunt appellati. Orpheus autor est, Argonautas fuisse quatuor & quadraginta, quos alij quinquaginta fuisse dicunt, alij sexaginta. Multa hoc loco ex fabulis referre possumus: quæ cùm sint penè omnibus nota, libet silentio præterire. *Ad Tripodas*) Quod Græci τρίπους dicunt, nos dicimus tripos (quæ mensa præmium virorum fortiū fuit, vt quibusdam placet) propter tertij pedis adminiculū, quasi illi non bipedes, sed tripedes fuerint: quod nobis compertum non est. Erant autem tripodes (autore Seruio) mensæ in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades vaticinabantur. *Corruptus cum semine*) à nouerca Phrixi & Helles corruptus, quemadmodum & ipsa per matronas frumenta seren da corrupetat.

K PAVL. *Hic*) sol. *Here*] pro heri. vt apud Iuuenal Res hodie minor est here quàm fuit. *Pressit*] premere incepit. *Vellera ouis Phrixeæ*) vellera arietis, qui Phrixum in Colchos tulit: non enim fuit ouis, sed aries. Ergo cùm heri dicat, & meminerit vltimæ diei quinquatrium, debemus intelligere penultimum diem ipsorum festorum. sic erit vndecimo Calendas April. hoc est vicesimosecundo die Martij. *Herba sustulerat nullas comas*] quasi nulla herba ex frumenti semine erumperat è terra. *Vt solet*] surgere scilicet ex omni semine. *Tostis seminibus*) propter tosta, hoc est, decocta semina. *Fraude scelerata nouercæ*) dolo Inus vxoris Athamantis, nouercæ Phrixi & Helles. *Mittitur ad tripodas*) ad oraculum Apollinis Delphici. uam tripodes mensæ fuere in templo Apollinis, quibus superpositæ Phœbades vaticinabantur: vnde apud Lucanum in quinto: Sensit tripodas cessare furēs
L Appius. & postea: Tandem conterrita virgo Confugit ad Tripodas. & paulo pòst: Custodes Tripodes fatorum, arcanáque mundi: Túque potens veri pæan. & paulo pòst: Et ad Phœbi tripodas redeere futura. *Qui reportet certa sorte*) certo oraculo seu responso, vt paulo superius dictum in eo versu: Sors erat, æternos vincere posse Deos. *Quam opem*] quod auxilium. *Delphicus*) Apollo Delphis, qui sunt ad australe latus Parnasi. *Edat*) dicat. *Sterili terra*) vt sterilitati terræ remedium adhibeatur: non tamen erat terra sterilis, sed semina decocta erant causa sterilitatis, qui fructum nō proferebant. *Hic quoque*] qui missus ad oraculum fuerat. *Corruptus*) ab ipsa nouerca *Nunciat peti sorte*] ab ipso oraculo.

Funera Phrixi iuuenis) mortem Phrixi. *Cum sanguine Helles*] cum morte etiam sororis. Aliqui legunt, Hic quoque corruptum cum semine. tunc intelligas corruptum nuncium à nouerca vti, & corrupta dabat agricolis semina: nunciasseque peti & mortem Helles, & Phrixi iuuenis.

Vsque recusantem ciues, & tempus, & Ino
Compulerant regem iussa nefanda pati:
Et soror, & Phrixus velati tempora vittis
Stant simul ante aras, iunctáque fata gemunt.
Aspicit hos vt fortè pependerat æthere mater,
Et ferit attonita pectora nuda manu:
Inque draconigenam nimbis comitantibus vrbem
Desilit, & natos eripit inde suos.
Vtque fugam capiant, aries nitidissimus auro
Traditur, ille vehit per freta longa duos.
Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
Fœmina, cùm de se nomina fecit aqua.
Penè simul perijt, dum vult succurrere lapsæ
Frater, & extentas porrigit vsque manus.
Flebat vt amissa gemini consorte pericli,
Cæruleo iunctam nescius esse Deo.
Littoribus tactis aries fit sidus, & huius
Peruenit in Colchas aurea lana domos,
Tres vbi luciferos veniens præmiserit Eos,
Tempora nocturnis aqua diurna feres.
Inde quater pastor saturos vbi clauserit hœdos,
Canuerint herba rore recente quater:
Ianus adorandus, cum quo Concordia mitis,
Et Romana Salus, aráque Pacis erit:
Luna regit menses, huius quoque tempora mensis
Finit Auentino luna colenda iugo.

ANTON. *Ciues*] Thebani, quibus fames tantum præstabat audaciæ, vt regem contemnerent: quia nescit plebs ieiuna timere. *Compulerant regem iussa nefanda pati*) Cogebatur rex Athamas filios immolare, quòd ita iussisse putabatur oraculum. *Vt fortè pependerat æthere mater*) Quia Nephele ipsa, est nebula. nam & νέφος nubes, & νεφέλη, vt diximus, nebula est. *Draconigenam vrbem*] Thebas: ob draconem à Cadmo interfectum, à cuius dentibus nati opem tulerunt Cadmo vrbi ædificandæ. vt: Hos habuit comites operis Sidonius hospes, Cùm posuit iussam Phœbæis sortibus vrbem. *Nimbis comitantibus*) quia nimbi, siue imbres, à nubibus fiunt, rectè Nephelen comitantur. *Per freta longa*) Hellespontum: vt, Lōgi deus Hellesponti. Eius longitudo est à Tenedo in Propontidem. *Gemini pericli*) immolationis, & transitus Hellesponti. *Cæruleo Deo*) Neptuno, cuius Helle nympha est. Lege Hyginum, qui eā fabulatur à Neptuno fuisse compressam. *Peruenit in Colchas aurea lana domos*) ad Æetam regem Colchorum, qui in Scythia sunt, quà labitur Phasis. Ferunt Arietem sibi pellem auream detraxisse ac dedisse Phrixo, causa memoriæ, cúmque ad sidera peruenisse. *Tres vbi luciferos veniens præmiserit Eos, Tēpora nocturnis aqua diurna feres*] Duodecimo Calēd. April. erit æquinoctium vernum, quod secundum Macrob. Plinium & Columell. est ad octauum Calend. April. quem diem Phryges Hilaria appellabant, celebrantes lætitiæ exordium, cùm sperarent diem nocte longiorem. Romani (autore Festo) vtrunque æquinoctium, æquidiale dixerunt, cùm nox diei potius, quàm dies nocti adnumerari debeat: quæ tempora tamè non aliquos tempestatum significatus habent, teste Plinio. Tres autem Luciferos accipio, non à principio, sed à quinquatrium fine, tubilustrio in eo numero comprehenso. Sanè Eos aurora est, quæ à Græcis ἠὼς dicitur. Vnde nos ω in o longam vertentes, Eos dicimus, & accipimus aliquando à parte totum: hoc est ab aurora diem, quod & Græci faciunt, vt *

Quod nos verbum verbo non reddentes, sic Latinum fecimus: Multum venturi spes credula vendicat æui, Multa sed extremus truncat amica dies. *Inde quater pastor saturos vbi clauserit hœdos*] Tertio Calend. April. Iano, Concordiæ, Saluti ac Paci rem diuinam faciebant, quæ numina aptissimè connectuntur. Prudentia enim quam Iano tribuunt, concordiam facit: concordia, salutem & pacem. Multæ autem ædes Concordiæ Romæ à multis dicatæ sunt. Lege Suetonium, Liuium, Plutarchum, & Appianum. Ab æde Salutis, dicta est porta Salutaris quæ ei fuit proxima. Romanam autē Salutem vocat, quòd pro incolumitate pop. Rom. ei sacra facerent. *Auentino luna colenda iugo*] Pridie Calend. April. Dianæ in Auentino res diuina fieri consueuit: quo in monte Seruius Tullius Latinis populis persuasit, vt exemplo eorum qui Dianæ Ephesiæ ædem fecissent, & ipsi ędem Dianę ædificarēt. quod fecerūt. Vnde illud est: Quæq; Aricinum tenet, algidúmq. Quindecim Diana preces virorū &c. Et illud. Phyllis Aricinę quędā est vicina dianę. Hāc deā Aricinā nōnulli volūt Lucinā dictā, cùm Dianā siue Lunam Palatinā noctilucā vocarēt, quòd in Palatio (vt autor est Varro) templū ei⁹ noctu luceret. Suspendebantur in hac æde boum cornua, non ceruorum: quę ibi Seruius rex, decepto quodā Antrone Coratio, bouā insigni specie ac pulchritudine dicitur immolasse, & eius cornua templo affixisse, vt Iuba suis monumentis mandauit. Dianæ Auentinæ simulacrum (vt scribit Strabo) Romani eodem modo disponentes, apud Massilienses collocarūt, qui aliquando summa fœlicitate ex Romani populi amicitia floruerunt. Fuit & Romæ templū Dianę, in angiportu qui Patricius dicebatur, cuius ingressu viri abstinebant, vt Plutarchus in Quæstionibus tradit.

PAVL. *Ciues*) Thebani scilicet, propter annonæ caritatem. *Et tempus*) ipsa sterilitas temporis, cùm videretur prouenire ex aëris intemperie. *Et Ino*] nouerca. *Compulerant*) quasi iam coegerant. *Regem*) Athamantem. *Vsque*) semper *Recusantem iussa nefanda pati*) filiorum immolationē, quam ab oraculo iussam arguebant: licet ille semper recusasset, tandem pati coactus est. *Et soror & Phrixus velati tempora vittis*. Helle misera cum Phrixo fratre habentes frontem vittis velatam, vt moris est in sacrificiis talibus. vt apud Vergilium: Vittæque Deûm, quas hostia gessi. *Stant simul ante aras*) vbi erant immolandi. *Et gemunt fata iuncta*) iunctam & eandem mortem: quia simul mactabantur. *Mater*] Nephele mater Phrixi & Helles. *Aspicit hos*) Phrixum & Hellem. *Vt*) sicut. *Fortè pependerat æthere*) & rectè pependerat aëre: quia conuersa in nebulam, in aëre pendet, & νεφέλη nebula est. *Et ferit pectora nuda*] pulsat nuda pectora. *Manu attonita*) nam ipsa attonita filiorum casu. *Et desilit*] descendit. *In vrbem draconigenam*) Thebas in Bœotia, quas Cadmus posuit, qui in eo loco draconē interemit: ex cuius satis dentibus nati sunt, qui Cadmum in ea vrbe condenda iuuerunt: ideo draconigenæ dicti. quanquam & autor, hoc est, ipse Cadmus, in draconem mutatus est. vnde & alij draconigenam dictam vrbem putant. *Comitantibus nimbis*) imbribus, qui inductam nubem comitati sunt: quandoquidem imbres ab ipsis nubibus emittuntur. *Et eripit suos natos*] Phrixum & Hellem. *Inde*] ab ea ara, vbi mactandi erant. *Et vt capiant fugam*) vt nouercæ insidias effugiant. *Traditur aries auro nitidissimus*] datur illis aries aurei velleris. *Ille*) aries. *Vehit duos*] fert Phrixum & Hellen. *Per freta longa*) per maria ipsa. *Fœmina*] Helle. *Dicitur tenuisse cornu sinistra infirma*] non firma sinistra manu: quia non valida, quemadmodum dextera: ideo ex ariete ipso delapsa est. *Cùm fecit nomina aqua de se*] cùm ab occasu suo dictus est Hellespontus, hoc est, pōtus Helles, mare illud angustum inter Ægeum, & Propontida, vbi nostra fœliciore tempore congressi cum hoste sumus. * *Cùm de se nomina fecit aqua*) quando cecidit in Hellespontum, qui habet nomen ab Ἕλλη. * *Dum frater*] Phrixus. *Vult succurrere lapsæ*) ferre opem sorori, quæ ceciderat in aquas. *Et dum vsque porrigit extentas manus*] dum extendebat illi manus, vt eam iuuaret. *Penè*] quasi. *Perijt simul*) cum illa nam & ipse in periculo fuit decidendi in aquas. *Flebat*] Phrixus. *Vt amissa consorte*) sorore, quę in eadem sorte fuerat *Gemini pericli*) quia in eodem ambo periculo fuerant. *Nescius*) ipse Phrixus. *Iunctam*] sororem esse coniunctam. *Deo cæruleo*] Neptuno,

cærulei maris Deam. nam decidens illa ab eo comprehensa, & in nympham mutata. vnde in Argonauticis. Vtraque constitit Helle, Iam Panopes Thetidisque soror. *Tactis litoribus*) postquam appulit litori Phrixus. *Aries fit sidus*) quia detracta sibi pelle, cœlo locatus est, & inter sidera relatus. *Et aurea lana habent*) aureum ipsius arietis vellus. *Peruenit in Colchos domos*) ad Æetem regem Colchorum. Colchi in Scythia accolæ Phasidis, finitimi Heniochis, vnde Iason postea vellus eripuit. *Tres vbi luciferos*) septimo Calendas Aprilis, hoc est, vigesimosexto die Martij, est æquinoctium vernum. Verùm Florentinus princeps, inquit vernum æquinoctium esse octauo Calend. April. Autumnale octauo Calend Octobr. exigua tamen differentia ea vnius solùm diei. *Vbi*) postquam *Veniens Eos*) veniens aurora. nam hæc aurora est. *Præmiserit*] ante miserit. *Tres luciferos*) tres dies ab ipso lucifero sic numeratos, triduũ ab vltimo die quinquatrium, hoc est, vicesimotertio die, Martij erit vicesimusquintus dies: deinde sequentem ostendit: sic vigesimosexto die erit æquinoctium. *Feret*) ipsa aurora. *Tempora diurna*] æqua nocturnis: hoc est, diem adæquabit nocti, sic erit æquinoctium. *Inde quater*] quarto die post, non tamen numerata die æquinoctij, sed quatuor sequentibus diebus erit festum Iani, Concordiæ, Salutis, & Pacis: quoniam his eo die sacrificatur. De Iano, Concordia & Pace dictum est in primo libro. Salutis autem ædes erat apud portam Salutarem: de qua Pomp Festus: Salutaris, inquit, porta appellata est ab æde Salutis, quæ ei proxima fuit. & Varro inquit: Collis Salutaris quarticeps os aduersum est Pylonotis ędem Salutis. & Tranqu. inquit de Augusto loquens: Nonnulla etiam ex antiquis cerimoniis paulatim abolita restituit: vt Salutis augurium, Diale flaminum, &c. *Inde*) vbi, postquam. *Pastor quater clauserit hædos saturos*) vesperi quater reduxerit è pascuis, & incluserit capellas. *Et herbæ quater canuerint*) albescent. *Rore recente*) gelido. Hac periphrasi à reductione capellarum & rore, vespertinũ & matutinum tempus significat. *Quater*) sic quatuor ortus & occasus. ergo post quatriduum, hoc est, trigesimo die Martij *Ianus erit adorandus*) sacrificandum erit Iano. *Cum quo*) Iano. *Erit mitis Concordia*) adoranda, scilicet & illi est immolandum. *Et Salus Romana*) nam in ęde Salutis pro salute populi erecta litandum. *Et ara Pacis*) vbi etiam peragenda eo die sacrificia. *Luna regit menses*) Pridie calendas Aprilis, hoc est, vltimo die Martij, festum est Dianæ, cui in Auentino sacrificatur. Seruius enim Tullius sextus Romanorum rex, Latinorum populis persuasit, vti exemplo eorum qui Dianæ Ephesiæ ædem fecissent, & ipsi ędem Dianæ in Auentino ædificarent. Quo effecto, bos quædam Sabino miræ magnitudinis nata est. Responsum datum, eum populum summam imperij habiturum, cuius ciuis bouem illam immolasset. Sabinus bouem in Auentinum egit, & causam sacerdoti Rom. exposuit. Ille callidus dixit, prius eum viuo flumine manus abluere debere. Sabinus dum ad Tybrim descendit, sacerdos Rom. bouem immolauit. Ita imperium ciuibus, sibi gloriam facto consilióque quæsiuit, &c. *Luna regit menses*] De hoc à principio diximus, quòd menses à Luna computantur, & principia mensium illi sunt consecrata, cùm eandam Iunonem & Lunam esse putarent. *Huius quoque mensis*) Martij. *Finit tempora*] nam vltimus dies est illi sacer. *Luna*) hoc est, ipsa Diana. *Est colenda iugo Auentino*) in monte Auentino, vbi est illi templum a Romanis pariter & Sabinis erectum. est igitur eo die Dianæ sacrificandum.

FASTORVM LIBRI TERTII FINIS.

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBER QVARTVS.

ALMA faue, dixi, geminorum mater Amorum:
Ad vatem vultus rettulit illa suos.
Quid tibi, ait, mecum? certè modò festa canebas.
Num vetus in molli pectore vulnus habes?

ANTON. ALMA *faue, dixi, geminorum mater amorum*] Non rectè sensit Eratosthenes, qui poemata ad mentem & intelligentiam iudicãda non censuit: perinde ac si poetæ omnes non docendi, sed oblectandi gratia scripserint. cùm contrà sapientissimi viri primùm quandam philosophiam poëticam esse dixerint, & Homeri poëma nihil esse aliud quàm studium sapientiæ. Vnde poëtarum figmenta non sunt semper accipienda simpliciter, sed altius inspicienda quàm quidam opinentur. Vt ecce quod ad hunc locum attinet, igneum semen è cœlo cecidisse in mare poëtæ finxerunt, & Venerem natam è spumis. Quo nihil aliud significarunt, quàm ignem & aquam duplicem causam esse nascendi. Vnde Aries calidus & humidus, vt dictum est, inter signa zodiaci obtinuit principatum: quem tamen multi calidum esse atque aridum tradunt. Eam ob causam maiores nostri Aprilem mensem, quo nitent arua segetibus, prata herbis, arbores foliis, & ex coniunctione ignis & humoris omnia procreantur, Veneri dicauerunt, Eúmque mensem Fuluius & Iunius Gracchus, teste Varr. aliique nonnulli quasi Aphrilem nominatum existimarũt, à spuma, quam Græci aphron vocant. vnde Aphrodite Venus à Græcis dicitur, quam nostri Cœligenam vocarunt, vt idem Varro autor est. quamuis Plutarch in Numa ideo Aprilem à Venere dixerit nominatum, quòd eo mense & deæ sacrificant, & ad calendas mulieres lauant myrto coronatæ. Cingius autem in libro quem de Fastis reliquit (vt scribit Macrob.) ait imperitè quosdam opinari, antiquos hunc mensem à Venere nominasse: cum nullus dies festus, nullúmque sacrificium insigne Veneri per hunc mensem fuerit constitutum. Cui Cingio Varro consentit, affirmans Veneris nomen ne sub regibus quidem apud Romanos, Latinum vel Græcum fuisse. Ideóque non potuisse Aprilem à Venere nominari, sed ab aperiendo dici magis putandum, quasi Aperile: quòd verna temperie arridente (vt ait Plutarch.) plantarum germina aperiantur, cæteráque quæ continet terra. Sciendum tamen, non negare Verrium Flaccum (teste Macrob.) postea constitutum esse, vt hoc mense matronæ Veneri sacrum facerẽt, quæ dea & mas & fœmina putabatur. Vnde legimus, Aristophanem eam Aphroditen appellasse. quamuis (vt scribit Seruius) nonnulli dicant non solùm Venerem, sed & alia numina vtriusque sexus participationem habere. Sunt qui putant Romulum altiore prudentia ita primos ordinasse menses, vt cùm præcedens Marti esset dicatus, deo plerunque hominum necatori, secundus Veneri dicaretur, quæ vim eius quasi benefica leniret. Nã cùm in duodecim signis zodiaci primum signum Aries Marti assignatus sit, sequens, id est, Taurus, Venerem accepit. Lege Macrobium. Dicitur autem Venus geminorum Cupidinum mater. Sed scripserunt quidam, plures esse Veneres, pluresque Cupidines. vt Cicero, qui duas Veneres tradit, & tres Cupidines: primum ex Mercurio & Diana genitum, secundum ex Mercurio & secunda Venere: tertium quem Anteron dicunt. Alij hanc Venerem, quam ex testibus Cœli, & maris spuma genitam, Aphroditem vocant, geminorum Cupidinum matrem dicunt. vt, Diua non miti generata ponto

A Quam vocant matrem geminus Cupido. Hoc illud est Silij: Cùm sic suspirans roseo Venus ore decoros Alloquitur natos. Horum alter voluptatis est, quem Diogenes dicere solebat vacantium occupationem. alter pietatis. Ille enim turpis est, de quo ait Virg. in Bucol. Nunc insanus amor duri me Martis in armis, Tela inter media atque aduersos detinet hostes. Ille pius, de quo in 1 Æneid. Neque enim patrius consistere mentem Passus amor. Plato duplicem amorem esse dicit, alterum terrestrem atque vulgarem: alterum cœlestem, singularem, ac planè diuinum. Et hunc quidem esse omni studio ac diligentia expetendum: illum vitandum, tanquam humano generi perniciosum. Idemque hunc cœlestem amorem, fauorem etiam vocat, sed sanctum, ac diuino quodam instinctu prouenientē. Sagittarē Cupidinis alteram ideo auratam fingi arbitramur, quòd pulchritudo sæ-
B pissimè amorem faciat, vel quòd aurum est calidum & humectum: nam quòd auro amor conciliari soleat. vt, Aurea nūc vere sunt secula, plurimus auro Venit honos, auro conciliatur amor. Licet verum sit, vt ad id figmentum attineat, auro putatim. Altera verò, qua fugari amorem fabulantur, ideo plumbum habet, mea sententia, quòd constat adalligatis lumborum, & renum parti plumbi laminis, ob eius frigiditatem impetus Veneris inhiberi, autore Plinio. Sanè alma Venus ab alendo sic dicitur, vt alma Ceres, almus ager. Aluntur enim per Venerem animalia, hoc est, propagantur, & seruantur species, quamuis pereant indiuidua. Sed almus sanctum & pulchrum significat, autore Festo, quo nullum epitheton magis Venerem decet. Sciendum placuisse quibusdam, Amores tres esse: alijs quinque, alijs plures. Vnde illud est Propertij: Hos vetuit me numerare timor.

PAVL. *Alma faue, dixi, geminorum mater amorum*) Rationem
C huius mensis, quem nunc quarto loco numeramus, cùm secundo loco à Romulo esset institutus, à Vectio Macrobiano mutuabimur. Secundum, inquit, mensem nominauit Aprilem, vt quidam putant, cum aspiratione, quasi Aphrilem, à spuma, quam Græci ἀφρὸν vocant, vnde orta Venus creditur. Et hanc Romuli asserunt fuisse rationem, vt primum quidem mensem à patre suo Marte, secundum ab Æneę matre Venere nominaret, vt hi potissimùm anni principia seruarent, à quibus esset Romani nominis origo: cùm hodie quoque in sacris Martem patrem, Venerem genitricem vocemus. Alij putant Romulum vel altiore prudentia, vel certi numinis prouidentia, ita primos ordinasse menses, vt præcedens Marti esset dicatus, Deo plerunque hominum necatori, vt Homerus naturæ conscius ait: Ἄρες Ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα. Secundus Veneri dicaretur, quæ vim e-
D ius quasi benefica leniret. Nam & in duodecim signis zodiaci, quorum cuncta certorum numinum domicilia creduntur, cùm primum signum Aries Marti assignatus sit, sequens mox Venerem, id est, Taurus accepit: & rursus è regione Scorpius ita diuisus est, vt Deo esset vtrique communis. Nec existimatur ratione cælestis carere ipsa diuisio. St-

quidem aculeo, vel potentissimo telo pars armata posterior domicilium Martis est. Priorem verò partem, cui ζυγὸς apud Græcos nomen est, nos Libram vocamus, Venus accepit, quæ velut iugo concordi iungit matrimonia, amicitiásque componit. Sed Cyngius in eo libro quem de Fastis reliquit, ait imperitè quosdam opinari, Aprilem mensem antiquos à Venere dixisse, cùm nullus dies festus, nullúmque sacrificium insigne Veneri per hunc mensem à maioribus institutum sit. Sed ne in carminibus quidem Saliorum, G Veneris vlla, vt cæterorum cœlestium, laus celebratur. Cyngio etiam Varro consentit, affirmans nomen Veneris nec sub regibus quidem apud Romanos, vel Latinum, vel Græcum fuisse, & ideo non potuisse mensem à Venere nominari. sed cum ferè ante æquinoctium vernum triste sit cœlum, & nubibus obductum, sed & mare nauigantibus clausum, terræ etiam ipsæ aut aqua, aut pruina, aut niuibus contegantur: eáque omnia verna, id est, hoc mense aperiantur: arbores quoque, nec minus cætera, quæ continet terra, aperire se in germen incipiant: ab his omnibus mensem Aprilem dici, meritò credendum est, quasi Aperilem. Sicut apud Athenienses ἀνθεστηριὼν idem mensis vocatur, ab eo quòd hoc tempore cuncta florescant. Verrius autem Flaccus non negat, hoc die postea constitutum, vt matronæ Veneri sacrum facerent. Plutarchus verò in H vita Numæ: Aprilem, inquit, quod Aphrodites, id est, Veneris habeat cognomentum. Quo mense & deæ sacrificant, & ad calendas mulieres myrto coronatæ lauant. Quidam verò non ab Aphrodite Aprilem nominatum dicūt, sed quemadmodum simplex se nomen habet, Aprilem mensem vocatum: quoniam verna temperie arridente, plantarum aperiantur germina, &c. Sed hæc hactenus. Poëta Veneris mensem scripturus, Venerem inuocat primo versu. Affuit deinde illa, & rogat an amet, cùm eam vocet, quid velit.

O mater alma) ô Venus mater geminorum amorum.

Faue) mihi festa canenti. Alma Veneri adiungitur. Virgilius: Alma parens confessa deam. &, Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam. ab alendo, quòd omnia alat. Vnde & Cicero Venerem dictam putat, quòd ad res omnes veniat. *Geminorum amorum*) hoc est, incri & cupidinis: quia I ambo filij Veneris traduntur. Horatius in primo Carminum: Siue tu mauis Erycina ridens, Quam iocus circum volat & cupido. Et Seneca in Tu Diua non miti generata ponto, Quam vocat matrem geminus cupido. pro ioco & cupidine dictum. Alter enim est qui allicit, alter qui coniungit. *Illa*) Venus. *Retulit (nos vultus ad vatem*] vertit se ad me. *Ait, quid tibi mecum*] scilicet est: cur me nunc vocas? *Certè modo*] paulo antè: hoc est, heri. *Canebas*) cantando scribebas. *Festa*) dies festos. *Num*] an. *Habes vatem vulnus*) amoris scilicet *In molli*] in lasciuo. *Pectore*] amásne nunc, sicut prius amabas?

Scis dea, respondi, de vulnere. risit, & aër
Protinus ex illa parte serenus erat.
Saucius aut sanus nunquam tua signa reliqui:
Tu mihi propositum, tu mihi semper onus.
Quod decuit, primis sine crimine lusimus annis:
Nunc teritur nostris area maior equis.
Tempora cum causis annalibus eruta priscis,
Lapsáque sub terras, ortáque signa cano.

ANTON. *Seu de vulnere*) nosti Ouidium nunquam esse amoris expertem, qui vel sanus amare consueuit. *Nunquam tua castra reliqui*) Tractum à militibus, qui non modò non sunt transfugæ, sed & incolumes & saucij vexilla nō deserunt. *Sine crimine lusimus*]
E Ipse in secundo Tristiū: Crede mihi, distant mores à carmine nostro, Vita verecunda est, Musa iocosa mea. Quam sententiam imitatus Martialis, ait: Lasciua est nobis pagina, vita proba. Potuit hoc dicere, vt relegatum se credere videretur ob artē quam scripsisset. *Area maior*] Metaphora est. Florentinus Iurisconsultus locum inquit sine ædificio in vrbe aream, rure agrum appellari. Varro aream esse inquit, vbi frumenta secta teruntur & arescunt: à cuius similitudine loca in vrbe pura, areas dici, quæ (vt inquit Festus) quòd vacua sint, quasi exaruerint, & quicquam generare non possint, id nomen acceperunt. Bene autem meminit autor areæ in rebus sacris, quæ ad ædes deorum esse consueuit. Vnde ait Vergilius:
F Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras. Sensus autem est: In grauiore materia meum versatur ingenium.

Respondi] ego. *Scis tu dea de vulnere*] tu ipsa Venus nosti an amem, vel non amem. *Risit*] ipsa. *Et aër protinus erat serenus ex illa parte*] quasi rideret illa, aër ea ex parte se- PAVL.

renus redditus est. Aliusque tendit sententia quàm verba. Nam hoc K liquidò apparet, quoties aspectus Veneris, hoc est, ipsius sideris exorientis lætus, hoc est, purus & lucidus videtur, serenitatem aëris indicat: secus, si morbidus.

Saucius aut sanus) vel ardenter amauerim, vel non ita vehementer, nunquam tamen penitus ab amore discessi. Et in libris de Remedio: Sæpe tepent alij iuuenes, ego semper amaui: Et si quid faciam nunc quoque quæris, amo. *Saucius*] hoc est, cum vulnere. *Aut sa- L nus*) sine vulnere. *Nunquam reliqui tua signa*] translatio à militia. Nunquam discessi à castris tuis, quam semper sub te militaui, nec discessi à signis, quia non verti terga hostibus. *Tu mihi propositum*] te quia semper dicere proposueram. *Tu mihi semper onus*] qui sim in rebus tuis semper occupatus. *Lusimus*) ludendo scripsimus. *Primis annis*) in iuuenta. *Quod decuit*] quæ decorum fuit iuuenem scribere. *Sine crimine*) Et hoc aliò tendit quàm scribatur. Nā cùm ab Augusto damnatus sit, velata tamen vera causa, ob artem quam scripserat: nunc etiam, vt se apud Germanicum excuset, dicit se ea scripsisse, quę iuuenem decebat, & sine crimine: quasi dicat, per quod damnari non meruissem. Et in secundo libro Tristium, ad Augustum: Nullum legisses

A crimen in arte mea. & illud, prius tamen dictum, sed quod illud adducit, Inque meo nullum carmine crimen erit.
Nunc maior area teritur nostris equis) maior nunc mihi ad agendum materia sumpta est. Et est hoc in loco translatio a tritura frugum sumpta. nam vbi maior spicarum copia, ibi maiore area opus est. Sic ipse maiorem materiam maioribus annis accepit: nam post iuuentam. *Tempora cum causis*) Hoc fuit nostri propositum, vt tempora scriberemus cum ortu & occasu signorum. Venimus iam ad Aprilem, tuum, ô Venus, mensem: faueas igitur mo vati, tua nunc quoque tempora canenti. *Cano*] cantando scribo. *Tempora*] annum, menses, dies festos & profestos, festa stata & non stata. *Cum causis*) cum rationibus, vt in principio quoque diximus. Seu cum originibus, hoc est, cum fabulis, siue historiis, vnde quid originem habuerit. Et quoniam cum originibus diactim, nescio qui in interpretem fidelissimum,
B virum pium, & ab omni maledicentia penitus abhorrētem, nuperrimè fuerint inuecti, quasi fuerit in eo verbo maiestas naturæ læsa. Carpant licèt in puerilibus ludis, & in nomen meum passim allatrent: non tamen efficient, vt ab instituto diuellar. Illud enim mihi tam à natura datum, quàm vitę institutiona seruatum, ne quenquam verbis pruncem, ne maledicendo cuiuspiam aures offendam. Frustrà quidem lacessunt: nondum enim maledicere didici. Nec si quid fieri potest, sine vlla maledicentiæ nota respondebo. Turpissimum enim esset duci cum quouis milite certamen. Sed hoc tantùm dicere liceat, quod apud Lucanum Cæsar, Vanā spem mortis honestæ Concipis. haud, inquit, iugulo se polluet isto Nostra Metelle manus, dignum te Cæsaris ira Nul-
C lus honor faciet. Sed satis sit. Quamuis & illud tragicum adduci queat: Domi lycissam quid pauisse profuit, vt illa nostro sanguinē hauriret troci. Sed redeamus ad rem. *Cum causis*) cum originibus, seu cum rationibus, vt ab initio diximus. Nam toto opere Poëta causam aut pro ratione, aut pro origine ponit. Etenim plerunque refert, qua ratione quid fuerit institutum, & vnde originem habuerit. Vt in primo libro, cùm agit, Cur Priapo mactetur asellus, Causa pudenda quidem, sed tamen apta Deo. Refertque, vnde asinorum immolatio habuerit originem. Et postea in Carmentalibus: Vnde petam causas, ritum moremque sacrorum? Quo pacto intelligemus hoc in loco causas, pro ratione, an pro origine & ratione? Sed ne nimium immoremur, quia frequentes loci sunt huiusmodi, vbi causam pro origine ponit: nam mox subiicit, vnde principium res ipsa habuerit. Et quia non creditur, euoluamus dilucidiores locos. In secundo
D libro, vbi de Lupercalibus agit: Dicite Pierides, sacrorū quæ sit origo, Attigerit Latias vnde petita domos. Quę sit origo, dixit, & originem Lupercalium Græcam refert. Iam negari non potest. Et in eisdem sacris, cùm Latinam originem referre vult, inquit: Adde peregrinis causas mea Musa Latinas. Vidésne quàm apertissimè causas pro originibus posuerit? Eódem enim tendit vtrumque. Nam cùm primùm precatur Musas, vt dicant originem, & Græca relata est, postea precatur vt Latina causa referatur. Quis est tam pertinax, qui pro origine dictum neget, cùm originem sacrorum apertissimè referat? Quod celeberrimum est apud Poëtam,

cùm causam aut pro origine, aut pro ratione ponit. Quod vt constet, cùm causam non ponit, ponit originem. Vt in Palilibus: Expositus mos est, moris mihi restat origo. Et in Floralibus: Dic dea, respondi, ludorum quæ sit origo. In Lemuralibus: Dicta sit vnde dies, quæ nominis extat origo, Me fugit, ex aliquo est inuenienda Deo. Originem hoc in loco dicit. Sed quid prosequitur? vt videamus, qua ratione posuit: Pleiade nate mone, virga venerande potenti, Sæpe tibi Stygi-
G regia visa Iouis. Venit adoratus caducifer, aspice causam Nominis, ex ipso est cognita causa Deo. Quis negat causam pro origine positam? cum prius dicat, quæ nominis erat origo: & postea subdit, ipso Deo cognitam esse causam. & refert vnde originem habuerint Lemuralia. Et in principio sexti: Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas: Et pòst: Hic ego quærebam cœpti quę mensis origo Esset, & in cura nominis huius eram. Causas & originem indifferenter dicit. Et postea: At decus omne mihi contingit origine mensis. Constat igitur tandem ex poëta ipso, causam pro origine ponis, his argumentis, cùm referat rerum de quibus ait, originem: & cùm interdum, vbi causam non ponit, originem ponit. Vel cùm conuertat, vt causam pro origine, & originem pro causa ponat. Arguamus nunc à definitione vocabuli. Fabius Victorinus sic definit: Causa est animi impulsus ad aliquid agendum. Quicquid enim fit, ex aliquo a-
H nimi impulsu fit. Et quoniam ita fortè arguitur, Romulus causa fuit condendæ vrbis, propter ipsius animi impulsum: non tamen fuit origo. Nam hæc refertur ad principium ipsius ædificationis, cùm essent omnia quæ ad rem facerent, parata. Euoluatis Ciceronem, inuenietis duplicem causam, impulsiuam & ratiocinatiuam. Impulsiua est in ipso primo motu. Ratiocinatiua est in ratione & consilio. Primo enim loco est animi impulsus, deinde est ipsa ratiocinatio, à prima quidem origine pendens. Et ipse impulsus est origo rei. Frustrà enim adhiberetur ratio, immò adhiberi non potest, nisi sit ille animi impulsus. Nam vt ab initio diximus, ex causa est ipsa ratio, quæ quidem est rerum gerendarum ordo ex causa venientium: vt quid quo loco facias ac dicas, intelligas. Ratio sine causa esse non potest, causa verò sine ra-
I tione potest. Hoc idem Fabius inquit. Sed iam pueris notum esse arbitror, impulsum illum animi, originem esse rerum agendarum. Sed quia multis persuasum est cōtrarium, & adeò tenellis mentibus infixum, vt auelli non possit, si nobis non creditur, non Fabio, non poëtæ nostro, non rationibus, credatur tandem Aristoteli & Ciceroni. Aristoteles enim ostendit, causam esse negociorum originem. Cicero in lib. de Nat. deor. Causam, hoc est, principium, inquit. Quòd si hi errant, cum his errare malo, quàm cum cæteris rectè sentire. Arbitror etiam dicturos eos, Aristotelem & Ciceronem errasse. Sed iam finis sit. Neque volebam tam longè progredi. Deus enim testis est, me nō fuisse maledictis responsurū: sed quia locus exigebat, vt de causis agerē, volui ostēdere, vt oportuit. *Cū causis*] hoc est, cū originibus rectè dictū: non vt quenquā
K carperē, sed vt mea dicta defenderē. Sed prosequemur iter institutū. *Eruta annalibus priscis*] quæ ego magna cura & diligētia ex veterū annalibus excerpsi. *Et canam signa lapsa sub terras & orta*] ortum & occasum signorum, vt ab initio dictum est.

ANTON. *Mea tempora myrto Contigit*] quia hæc arbuscula Veneris est, vt ait Plutarch. Gaudet enim littoribus, teste Seruio, & apta est plurimis necessi-
E tatibus mulierum. Vnde imperatores, teste Aulo Gellio, corona myrtea vtebantur, qui ouantes vrbem introibant, quibúsque incruenta victoria obuenerat. Cui facilitati aptam esse frondem Veneris crediderunt: quòd non Martius, sed quasi Venereus quidam triumphus ouantium foret: à qui-
F bus corona myrtea oualis dicitur, autore Festo. Introibant autem vrbem ouantes, vel cùm bella indicta nō erant, vel cùm sine sanguine confecta fuerant. Ferunt Romanor Sabinósque, cùm propter raptas virgines dimicare voluissent, myrtea verbena, depositis armis, pacem firmasse, in loco qui postea signa habuit Veneris Cluacinæ. Cluere

Venimus ad quartum, quo tu celeberrima, mensem:
Et vatem & mensem scis Venus esse tuos.
Mota Cytherea est, leuiter mea tempora myrto
Contigit, & cœptum perfice, dixit, opus.
Sensimus, & causæ subitò patuere dierum.
Dum licet, & spirant flamina, nauis eat.
Si qua tamen pars te de Fastis tangere debet,
Cæsar in Aprili quod tuearis, habes.
Hic ad te magna descendit origine mensis,
Et fit adoptiua nobilitate tuus.
Hoc pater Iliades, cùm longum scriberet annum,
Vidit, & autores retulit ille suos.
Vtque fero Marti primam dedit ordine sortem,

enim antiqui pugnare dicebant, teste Plinio: qui arborem myrtum ideo tunc electam dicit, quia coniunctioni & myrto Venus præest. Huius arboris virgę gestatæ viatori prodesse dicuntur in longo itinere impedito. *In Aprili quod tuearis habes*) quoniam hic mensis à
L Venere nomē accepit, à qua Cæsares descēderūt. Vnde autor subiūgit, *Et fit adoptiua nobilitate tu*.) Nā Iulius Cęsar à Venere per Iulium Æneę filium originē ducēs, adoptauit Augustū, Augustus Tiberiū Neronē, Tiberius Germanicū, cui Naso (vt diximus) hoc opus inscripsit. Vnde nos iampridē aperiētes amico cuidā nostro, quid de inscriptione huius operis sentiremus, post multa illud scripsimus: Noluit immeritò Fastos scripsisse Neroni, Natus habet titulis pigmia quis meruit. *Pater Iliades*) Romulus Iliæ filius.

A *Longum cùm scriberet annum*] Lunaris comparatione longum dicit. nam breuis est, si solstitiali comparetur, qui duodecim mensibus constat. *Autores retulit ille suos*) Martem & Venerem. vt, Hæc generis princeps, ipsius ille pater.

PAVL. *Venimus ad quartum mensem*] ad Aprilē, qui quartum anni locum obtinet. *Quo*] mense. *Tu celeberrima*] cultissima & celebratissima es. *Et tu Venus scis vatem*) meipsum, qui cano tēpora. *Et mēsem esse tuos*) nā & ego tui iuris sum, & mensis tibi dicatus, & a tuo nomine nuncupatus. Faueas ergo, dū ea canimus quę ad te ipsam pertinēt. *Mota Cytherea*) Venus mota est verbis meis. *Contigit leuiter mea tempora myrto*) vt sospitaret mihi mentē, qua perciperem ea quę cupiebā. Myrtus enim Veneri sacra. De ea paulo inferius. *Et dixit, Perfice cœptū opus*] quod incœpisti, prosequere & perfice. *Sensimus*) contigisse scilicet illam tempora, & mentem inspirasse. B *Et causa dierum*] origines & mensis Aprilis, & festorum ipsius mensis. *Subito patuere*] fauente iam numine. *Dum licet*) scribere scilicet hæc. *Et spirant flamina*] dum flant secundi venti. *Eat nauis*) nauigemus. Per translationem à nautis, qui secundo vento vtuntur. Hoc dicit: Nunc cùm Venus ipsa faueat, prosequamur incœptum. *Si qua tamen*) &c. O Germanice, si quid est in Fastis, quod ad te pertineat, præcipuus est hic mensis: quoniam Veneri dicatus est, à qua quidem progenita est Iulea domus, in quam tu adoptatus es. Domesticus hic ergo vobis mensis, cùm Iuliorum progenitricis sit. *Tamen ô Cæsar*) Germanice. *Si qua pars de Fastis*] de Fastorū libris, & mēsibus ipsis. *Debet te tangere*] te mouere, quod ad te pertineat. *Habes quod tuearis*) quod tuo iure defendas. *In Aprili*) in hoc mēse. *Hic mēsis descendit ad te ipsum magna origine*) magnis causis, seu rerum principiis. nam illi numini dicatus est, à quo Cæsareum genus originē ducit. *Et fit tuus*) tui iuris, aut tibi domesticus. *Adoptiua nobilitate*) ea nobilitate Iulea, in quam tu adoptatus es. Iulius. n. G Cæsar ex Iulo Ascanij filio progenitus est. Is Octauium adoptauit filium, Octauius Tiberium, ea lege, vt ipse Germanicū fratris filiū adoptaret. Sic per adoptionem à Venere quoque originem ducit. *Hoc pater Iliades*] Romulus quoque, cùm videret se à Venere progenitum, & patrem habuisse Martē, iungit menses ipsos, nam primo loco mēsem à se ipso Marti, secundo Veneri dicatum numerauit. *Pater Iliades*] Romulus Iliæ filius, & vrbis cōditor. *Vidit hoc*) .i. se esse à Venere progenitum. *Cū scriberet*] cōstitueret. *Annū longū*) annum eundem, quem decem mensium numerauit. *Longum*) ad differentiam anni lunaris. *Et retulit ille suos autores*) Venerem, vnde esset sui generis origo: & Martem, quo natus erat. *Et vt dedit primam sortem ordine fero Marti*) vt primum locum anni a se constituti Marti assignauit. H

Quòd sibi nascenti proxima causa fuit:
Sic Venerem gradibus multis in gente receptam,
Alterius voluit mensis habere locum.
Principiúmque sui generis, reuolutáque quærens
Secula, cognatos venit ad vsque deos.
Dardanon Electra quis nescit Atlantide natum?
Scilicet Electram concubuisse Ioui.

ANTON. *Quòd sibi nascenti proxima causa fuit*) quia Mars Romulo pater fuit, eum causam proximam vocat Nā & Venus Romuli mater dicitur, sed alia ratione, multis videlicet C gradibus interiectis. *Cognatos deos*] Iouē ac Venerem: hanc Ænee parentem, illum Dardani. *Dardanon Electra*) &c. Virg. in 8 Æneid. Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & autor, Electra (vt Graij perhibēt) Atlātide cretus, Aduehitur Teucros. Electram maximus Atlas Edidit, æthereos humero qui sustinet orbes. Scire autē debemus tres fuisse Atlantes, vt inquit Seruius. Vnū regē Arcadiæ, qui pater est Maiæ. Alium Maurū, qui Maximus dicitur. Tertiū Italum patrem Electræ, ex qua & Ioue natus est Dardanus, qui Dardaniā cōdidit, vt Homerus scribit in 20. Iliad. Licet quidam Dardanum non ex Ioue, sed ex Corito rege Thusciæ natum dicant, qui Electram vxorē habuit. Ex ea & Ioue Iasium quoque genitum tradunt. vt, D Hinc Dardanus ortus, Iasiúsq; pater. Refertur sanè hoc loco Romani sanguinis nobilitas à Dardano Iouis Cretensis filio, ad Romulum. Quod Ouidius facit nō solùm vt ostēdat quare Aprilis à Venere nomen acceperit: sed Cęsaribus blandiatur, quibus placere studet. Ferunt Dardanum Corito vita functo, à quo oppidum Thuscię Coriti nomen accepit, cum de regno ab Iasio dissentiret, eo interfecto, se in Samothraciam, posteaque in Phrygiam contulisse. Sed de his varia leguntur, quia (vt inquit Virgilius) Fama est obscurior annis.

autor, & origo propinquior. *Nam pater*) qui eum genuit. *Sic Venerem receptam in gēte*) in familia. *Multis gradibus*] longa per gradus cognatione. nā per successionis ordines ab Ænea ad Iliam matrem. *Habere locum alterius mēsis*) secundi: vt secūdi anni locum obtineret ipsa Venus. *Et quærens*] loquitur ipse Romulus. *Principium sui generis*) vnde originem habuisset. *Et secula reuoluta*) ætates iam exactas, & reuolutas longa annorum serie. I *Venit vsque ad cognatos deos*] id est, vsque ad Iouem & Venerem. nam alter autor Troiani generis, altera Æneæ mater, à quo ipse progenitus est. *Dardanon Electra*) Explicat nunc Poëta Romani generis vetustatem, ipsámque genealogiam à Dardano Iouis filio, vsque ad Romulum. Quæ quidem generationis series à multis variísque scriptoribus explicata, à nobis ex fidelissimis historiographis tam Græcis quam Latinis excerpta, inque breue compendiolum superioribus annis, natali quidem Romano redacta est: exposita quoad fieri potuit breuissimè, re ipsa, ab vltima Troianorum origine, vsque ad summum Romanæ vrbis imperium. Quod si cùm locus exigere videatur, vt ipsa quoque series nunc exponenda sit, non ab re visum est, ea quæ ad Romuleum genus pertinent, ab initio ad Ro- K mulum his nostris quoque commentariolis inserere, vt nostro carmine vera nunc historia cognoscatur. Sic enim exorsi sumus.

PAVL. *Quod fuit proxima causa sibi nascenti*] quòd ipsius fuerit

Roma genethliacum tibi nunc libatur ad aram.
Candida lux orta est, qua primum iacta parenti
Fundamenta tibi, totum passura per orbem
Brachia, sidereo caput admotura tonanti.
Quo maius nihil est: tua te si gloria tangit,
E *Et decus antiquum, faueas pulcherrima nati*
Roma tuo: & prima referentem ab origine rerum
Fas sit in angustos deducere carmina fasces.
Fabula vana procul tantum modò rebus abesto.
Vera canam. Arcadicos Atlas seruabat honores,
Cùm furtis Electræ magno Dictæus amore
Iuppiter, hancque grauem, & geminata prole parētem
Reddidit, Iasius pater hinc, & Dardanus orti.
Alter agit primò æuum sine coniugis vsu.
Accipit at Chrysem magno Pallante creatam
Dardanus uxorem. proles Idæus ab illa
F *Nascitur, & Dymas. subijt postremus honori*
Arcadico. Cedit pater hinc, & filius alter,
Iasiúsque simul. magna iam classe parata
Armiferam in Thracem deueniunt, & celsa tenetur
Insula, Mercurio genitus, Samothracia nomen
Cui dedit, ad Cererem sibi dum concumbere tentat,
Occidit Iasius rutilo confossus ab igne.
Protinus in Phrygiam penetrante Dardanus oram,
Helenumque sinum tenuit. Conscendit in altos
Idæus Phrygiæ montes: Idæa vocauit
Nomine déque suo iuga celsa. atque orgia Bacchi
Instituit, Phrygios tum cum frenaret alumnos
Scamandri soboles, Idæque vmæ nymphæ.
Teucrus, Cecropio quamuis referatur ab anero
L *Aduenisse, suo populos de nomine Teucros*
Ex illo dixisse ferunt: cui nulla uirilis
Progenies: tantùm patrios Bathea penates
Nympha colit. Chryse extincta, tibi Dardane iungit
Connubio pater hanc, paritérque recepit auiti
In partem regni: & Teucro subeunte suprema
Fata rogi, Phrygia solus dominatur in omni.
Natus Erichthonius, quo fortunatior alter
Non fuit: ille auri atque equitum & ditissimus agri,
Atque huic Callirhoe Scamandri filia nupsit.
Natus ab his Tros est: hinc magnæ nomina Troiæ.
Ex Troe, & sobole Eumedis Callirhoe nati

Ilus &

A Ilus & Assaracus, Ganymedis & inclyta forma.
Incoluit campos Ilus, hinc Ilion altum,
Quod male sericauit periurus filius Ili
Laomedon. Priamus de Laomedonte creatus,
Et matutinum rapuit Tithonus in ortum.
Ingentem Priamus cum fratribus Hectora gignit:
At sacer Assaracus Clytodore coniuge fœlix
Fit pater, atque Capyn genuit. cui Naide iuncta
Nascitur Anchises. Venus hunc Simoentis ad undas
Aeneam peperit, Priami cui nupta Creusa est.
Natus & Euryleon, generis spes maxima dictus,
B Iuque fuga Ascanius. nam Troia ardente supremum,
Et Priami genere extincto, miserabile, magno
Collapso imperio, æternum penetralibus ignem,
Magnorumque deum sacra, Troianosque penates
Sustulit Aeneas, & cum genitore petiuit
Aetios montes. cui formidante lustrum
Rursus bis geminum, consumeret agmina bello
Omnia Græcorum. tribuêre abscedere tutò
Quocunque ire uelit. fato iam coniuge rapta,
E patria illacrymans, comites, natumque, patrémque
C Secum agit. & structis iam puppibus æquora uerrens
Thraces adit primum. Troiæ è regione iacentes.
Hic hyemem quàm longa fuit, quam mœsta peregit,
Mœniáque hic posuit, positoris habentia nomen.
Quique superfuerant bello, qui credere tutæ
Se potuere fugæ, dux mansuetissimus omnes
Suscipit. inde pius Thracensi littore soluit.
Vere nouo profugæ sulcant Aegea carinæ
Aequora, & Ionias cursu tranatur ad undas.
Et tamen Aeneas Siculis appellitur oris.
Dumque urbes Elymi condunt, hic altera luctus
Aspera cessit hyems: Sicula tumulatur arena
D Anchises genitor: soluuntur iusta parenti.
Vnde, ubi uelinolis subsederat ardua ponti
Vnda, uocant auræ spirantes solis ab ortu
Carbasa. Tyrrhenas agitur properata per undas
Classis ab Aenea. mox in Laurentia uentum est,
Tunc Aboriginibus parentia litora, magni
Tibridis ora subit, cui nunc erat Albula nomen.
Rex Aboriginibus reddebat iura Latinus,
Iam senior dulci populos in pace regebat,
Vnica cui soboles tantùm Lauinia uirgo.
Hunc totiens placidæ monuere insomnia noctis
E Suscipere externum, qui classem appelleret oris
Ausoniis, magnum imperium, magnam inde futuram
Progeniem, toti quæ post dominabitur orbi.
At pater Aeneas fatalia signa sequutus,
Aduenisse fugæ finem, certo omine sensit:
Condendæque locum sue prægnans indicat urbis.
Parua quidem primo designat mœnia sulco.
Nec mora, turbatis rerum nouitate Latinis,
Venit in alloquium regis. mox fœdera iungunt,
Et datur Aeneæ dulcis Lauinia coniunx.
Et simul è Phrygiis multi accepere Latinas.
Hinc omnes uno Latij cognomine dicti.
Compositam uocat Aeneas ad coniugis urbem
F Nomine, & è Phrygiis quos secum adduxerat oris,
Imperitat solus primo pater inclytus anno.
Cùm tamen à Rutulis Latij premerentur, & ipse
Afforet auxilio regis, caderetque Latinus,
Atque hostis pugna Turnus raperetur eadem,
Imperium accepit soceri, tutatur, & auget.
Et quartum regno iam tandem exegerat annum,
Cum cæde, aut bello raptus, fluxiue Numici.
Quæsitumque diu nulla tellure cadauer
Inuentum, inque deos translatum credidit omnis
Ausonia hunc pubes posuit Lauinia templum.
Atque hoc candenti scripsere in marmore carmen: G
Terrestris diuique patris, fluctúsque Numici,
Numine perpetuo qui flamina sancta gubernat,
Ascanius Latiæ suscepit pondera molis.
Hunc quoque Tyrrhenis urget Mezentius armis.
Victa tamen Latio cesserunt robora Marti
Tyrrhena, extincto crudeli funere Lauso.
Hinc memor Ascanius repetens mandata parentis
Egregij, simul & seruanda oracula diuûm
Sæpe animo uoluens: celsis in collibus Albam
Condidit, & Latiæ dicta est ea regia genti.
Et iam tres septem lustris adiecerat annos,
A patris interitu, quo regnum acceperat ingens,
Cùm ruit in funus generosa prole relicta.
Imperium natu maior deposcit Iulus, H
Venit Iuleum genus unde, decúsque superbum
Militiæ, atque omnis Romanæ gloria gentis.
Parte alia petit Aenea generatus auitum
Filius in regnum recipi, quem mater in altis
Ediderat syluis. nam cum Lauinia rapto
Coniuge, iamque grauis, priuignum mœsta timeret,
Cesserat in syluas, natumque enixa fideles
Pastores inter patrios in saltibus altis
Educat, & puero tribuit sua nomina casus.
Quódque ubi compertum est, iussu reuocantur in urbem
Ascanij. & paulo post hæc regina supremos
Versa est in cineres, & Troi sua fata sequutus.
Ergo ambo certant Latiis succedere regnis,
Hinc patruus, hinc ipse deo dilectus Iulus.
Hoc tum certamen prudens, litémque diremit
Tali iudicio populus: Succedat honori
Sacrorum, rebúsque deûm fungatur Iulus.
Et quoniam Syluis regnum hoc dotale parentis,
Syluius accipiat. factum hoc cognomina ab illo
Regibus Albanis data sunt. sequiturque parentem
Syluius Aeneas. cuius post fata Latinus
Regnum adijt, patri clarus subit Alba Latino.
Atque Albæ Capetus. solium Capys inde parentum
Occupat. hinc patrio succedit Calpete regno.
Tum Tiberinus adest, pugna qui casus, & amne
Raptus ab Etrusco, primo miserabilis æuo,
Nomen aquæ tribuit. Post hunc Agrippa gubernat
Res Italas: tunc diuum contemptor honoris
Succedit, superos imitans Alladius ignes
Impius, ingentis cupiens pro numine haberi,
Et terrere homines, superi Iouis igne crematur,
Absorptusque lacu est omnisq; unda obruit ædes
Regis. Auentinum proceres in regna uocarunt.
Romano dedit hic moriens sua nomina colli.
Filius inde Procas rebus successit auitis.
Hócque satus Numitor, & tu crudelis Amuli.
Extinctoque Proca, subijt contentio regni.
Et data conditio est, uter imperet: alter haberet
Troianas & opes, & quantumcunq; relictum est
Vasorum, fuluique auri, argentique talenta.
Accipit imperium Numitor. fit ditior alter:
Mœnibus ille potens: ast ille potentior auro,
Et regnis inhians, ingentia robora, fortem
Militiam parat, & celsam mox occupat arcem,
Imperiúmque pio fratri uolentius ademit.

A Dat tamen unde queat tenuem deducere uitam.
Inde per insidias trucidat Numitore creatum
Egestum in syluas, quo fratri nulla uirilis
Sit soboles. natam seruabat filia sedes
Syluia: & hanc Vestæ curanda in sacra relegat.
Hæc quoque siue procu genitoue, aut numine diuûm,
Aut siue insignis pressisset Amulius armis,
Sacra lauatura as dum mane accedit ad undas:
Et uiridi consedit humo, correptaque somno
Fit grauida: obscura tegitur caligine tellus.
Solque fidem facit rutilo mutatus amictu,
Concepisse deo: sed quo concepterat orbi
Incertum est. redit illa domum iam languida uirgo,
B Remque aperit matrueli autor crimina, morbus
Est causa, in templum cur non eat illa piacum:
Mens tamen interea saeui seu conscia regis,
Seu suspecta doli, metuens, curare medentes
Illam adhibet: genetrix aderat, morbumque uirili
Non, ait, hunc sexu prodendum: turgidus ira
Vxorem mittit custodem. Atque illa tyranno
Mox scelus omne refert. furit ille insanior euris,
Cum rapere ingenti maria omnia turbine tentant.
Et cæsurus erat praegnantem uiscera ferro.
Hinc instat Numitor, hinc Antho filia regis.
Inque deos referunt crimen. saeuissimus iram
C Distulit in decima redeuntia cornua lunæ.
Syluia fit genetrix, heu prolem enixa gemellam:
Et uirgis cædi uirgo miseranda iubetur,
Defodierque solo. pœna hæc Vestalibus ipsis,
Quæ uetitum patiantur opus. miserabilis Antho
Ante patrem supplex tumidum procumbit, & orat,
Orat opem misera: & precibus seruata sororis
Dicitur. at geminos deferri ad Tybridis amnem,
Immergique iubet flumo mandata ministri
Inuiti peragunt. tantum scelus unda refugit.
Et pueri in sicca miseri uersantur harena.
Quid nisi pro miseris poterant uagire querelis?
Vagitus enixa tamen lupa sensit, ad undas
D Sedatura sitim progressa accurrit, & illos
Deposita feritate uidet. miserata iacentes
Eripit è cœno: dehinc ubera plena gemellis
Admouet. ô superi quanta est clementia cæli.
Qui positurus erat populus ingentia magnis
Mœnia perpetuos terræ latura triumphos:
Pascitur infœlix infantia lacte ferino.
Atque auis expositis suggessit martia picus
Sæpe cibos. non hoc uatum, non fabula uulgi.
Sed fatale quidem: quos fors in magna uocabat
Imperia, hos casus & mille pericula rerum
E Parca subire dedit. Tot per discrimina pastum
Quid repetam Astyagis muliebri è stirpe nepotem,
Nutritum quoque lacte canum, miserantius inter
Pastores, quamuis post imperitauerit orbi.
Gorgonis indigno coitu cui filia natum
Edidit, exponi iussit sua uiscera syluis.
Lac illi tribuisse feras, uisum: inde relatus,
Inque iter augustum iactus, qua armenta redibant,
Vt miserum obruerent, etiam hæc alimenta dederunt.

Obijcitur canibus ieiunis: hi quoque pascunt,
Vbera dantque sues: & demum immergitur undis
Oceani summaque infans leuis innatat unda.
Seruaturque deûm manifesto numine. litus
Excipit, exceptum pauit quoque cerua iacentem:
Et tandem ad magnas sublatus culmina regni.
G Fatane quid referam Mosis crudelia nostri,
Eiectum Phario genuit quem mœsta fluento
Mater: & hic Domini seruatus munere cæli,
Esset ut ille Dei populo qui mœnia sancto
Poneret, & uera sub religione foueret.
Numina sic miseros seruarunt alta gemellos,
Esset ut ille deus magnam qui conderet urbem.
Ergo hæc è celso miracula monte uidentes,
Pastores stupuere omnes, pecorisque magister
Albani, magnisque feram clamoribus urget.
Illa quidem fletu similis, post oscula gressu
Discedens lento, sese in nemora alta recepit.
Conuenere duces ouium, mirantur, opemque
H Ferre parant: unà primum tellure leuantur.
Suscipit hinc illos Euandri Faustulus Arcas
Gente satus, secumque refert, & tradit alendos
Vxori, clarum cui tunc Laurentia nomen.
Educat hæc, crescunt cœlesti semine nati:
Iam pueri, iam tum iuuenes, iam pectore forti.
Non his cura greges, armentaue pascere: non hos
Pastorum cultus, & fistula pacta iuuabat:
Sed studium ludis primùm exercere iuuentam,
Aut iaculo, aut nuda corpus lassare palæstra.
Et sophia Gabiis ambo imbuere Pelasgæ.
Faustuleas tutantur opes, cæduntque fugantque
I Latrones, & cura fuit cui uiuere rapto.
Et iam bis nouies cancer gestauerat axes
Soliferos, totiens tulerat capricornus eosdem,
Cum tegerent teneras primo lanugine malas.
Inter pastores orta est contentio sæpe
Montis Auentini, & Pallantia septa tuentes.
Sæpe duo fratres Pallantia septa tuentur,
Et sub Auentino pulsant Numitoris ouile.
Res domino delata suo, regique superbo.
Mittitur infestos iuuenes qui comprimat hostis,
Lucebatque dies, magni quo festa Lycæi
Panos erant: cistôque deum dum indulget honori
K Romulus, insidiis capitur germanus ab hoste.
Ad regem trahitur, manibus post terga reuinctis.
Plectendum accepit Numitor: mox indole motus,
Obstupuit: tacitum, iuuene in penetralia ducto,
Quo genitus regnat. pastoris sanguine cretum
Sese ait. ecce subit tectum laturus alumno
Pastor opem. tutas aperit Numitoris in aures
Fata gemellorum, rémque omnem ex ordine pandit.
Romulus interea turbam collegerat omnem
Pastorum, secúmque Albana in mœnia ducit,
Subereo insignes clypeo, sudibúsque preaustis.
Inferiore urbis subierunt parte, ruúntque
L Consulto Numitore tamen sub tecta tyranni,
Et regem obtruncant, & celsa Romulus arce
Vi potitur, proléque omnis deletur Amuli.

Hactenus iuuet hæc de Romulo dixisse, quoniam eo natali nos longius progressi sumus ad Augusti tempo- F ra, referemus tamen suo loco quæ ad conditam vrbem pertinent. Sed redeamus ad poetam, & ex eo genealogiam ipsam exponamus. *Quis nescit*] quasi omnes sciant. *Dardanon natum Electra Atlantide*] Dardanum filium fuisse Electræ, Atlantis filiæ & Iouis. *Scelutes*] certè quis nescit *Electram concubuisse*) pro succubuisse. *Ioui*] hoc ab historicis refertur, ex Ioue Cretensi & Electra Atlantis filia natos fuisse Dardanum & Iasium,

Huius Erichthonius, Tros est generatus ab illo,
Assaracum creat hic, Assaracúsque Capyn.
Proximus Anchises, cum quo commune parentis
Non dedignata est nomen habere Venus.
Hinc satus Aeneas, pietas spectata per ignes:
Sacra, patrémque humeris, altera sacra, tulit.
Venimus ad fœlix aliquando nomen Iuli,
Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.
Posthumus hinc: qui quòd syluis fuit ortus in altis,
Syluius in Latia gente vocatus erat.
Isque Latine tibi pater est, subit Alba Latinum,
Proximus est titulis Epytus Alba tuis.
Ille dedit capta repetita vocabula Troia,
Et tuus est idem Capete factus auus.
Cúmque patris regnum post hunc Tiberinus haberet,
Dicitur in Thusca gurgite mersus aqua.
Iam tamen Agrippam natum, Remulúmque nepotes
Viderat, in Remulum fulmina missa ferunt.

ANTO. A *Huius Erichthonius*] hic Dardani filius mortalium omnium ditissimus fuit, teste Homero, qui habuisse dicitur tria equarum millia, quę pullos nutriebant. Non est autem hic Erichthonius, quem serpentinis pedibus fuisse fabulantur, Terræ ac Litis filium. de quo Ouid. alibi: Pallade conspecta natum de crimine virgo Sustulerit quare, B quæret Erichthonium. Hunc fabulosum idem poëta sine matre creatũ scribit Dardanus autem Erichthonium suum dicitur è Teucri filia genuisse. *Tros est generatus ab illo*) hic est Ili, Assaraci, & Ganymedis pater, quem Erichthonius genuit ex Callirhoe. Ab eo Troia dicta est, quam antè à Dardano Dardaniam, à Teucro Teucriam dixerunt. Cæterùm ab Ilo, eius filio, Ilium nomen accepit. *Assaracúsque Capyn*) Capys ex Assaraco & Clytodore genitus, Anchisen genuit. *Non dedignata est*] immortalis dea, vt mater Æneæ fieret, C non aspernata est mortalis Anchisæ coniugium. vt, Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. *Venimus ad fœlix aliquando nomen Iuli*] Hic, vt Dionysio placet, in fuga Ascanius appellatus est, antè Euryleon. Sed Cephalon scriptor vetustissimus, vt idem inquit, memoriæ prodidit quatuor Æneæ fuisse filios, Ascanium, Euryleontem, Romulum ac Remum. Fuit autem Ascanius Æneæ filius ex Creusa: quamuis Liuius dubitet, Creusæne, an Lauiniæ filius fuerit. Is (teste Seruio) à prima barbæ lanugine, quæ ei nascebatur quo tempore Mezentium superauit, secundum Catonem, Iuli nomen accepit: à quo dicta est familia Iuliorum. Quamuis sunt qui eam ab Ascanij filio denominatam velint. *Posthumus hinc*) deest verbum, Successit. Ascanius enim Syluio reliquit imperium: quoniam (vt quibusdam placet) sine liberis periit. Fuit autem Syluius Æ- D neæ filius ex Lauinia, ex qua natus est post Æneæ mortem: vnde Posthumus vocatur. Eum mater, cùm post mariti obitum Ascanij timeret insidias, in syluis, ad quas grauida confugerat, enixa dicitur, & ab iis Syluium nominasse. à quo reges Albani Syluij dicti sunt. Verg. in 6. Æen. Syluius Albanum nomen tua Posthuma proles, Quem tibi longæuo serum Lauinia coniuxa Educet syluis regem, regúmque parentem. Aliis eundem Syluium placet Ascanij non fratrem fuisse, sed filium. Lege Liuium ac Dionys. à quibus diuersa traduntur, ne te obtundam. nobis illud placet quod Liuius sentit, tam vetera pro certis affirmare non oportere. *Isque Latino tibi pater est*] Quomodo Syluius Posthumus est Latini pater, cum Liuius scribat, è Syluio natum Æneam Syluium, & Latinum ge- E nitum ex Ænea. Dicendum est, Ouidium à Liuio dissentire, cùm velit Latinum eius Syluij filium esse qui successit Ascanio. Ipse in decimoquarto Metamorphoseos: Inde sub Ascanij ditione binominis Alba, Résque Latina fuit. successit Syluius illi, Quo satis antiquo tenuit repetita Latinus Nomina cum sceptro. Crede nobis lector candide, prudentis est in rebus tantæ vetustatis non præcipitare iudicium. Seruius Honoratus Procam scribit fuisse regem duodecimum Albanorum, & Capyn sextum, non septimum ponit: qua in re Nasoni manifestè astipulatur. Idem etiam vult tredecim tantùm fuisse reges Albanorum de Æneæ & Lauiniæ genere: cùm alij aliter tradant. Hi quantum regnauerint, Eusebius docet. *Subit Alba Latinum*] Liuius: Latino Alba ortus. *Proximus est titulis Epytus* F *Alba tuis*) Epytus à Dionysio Capetus appellatur, à Liuio verò Atys, ab Eusebio Atys siue Epytus. *Ille dedit capta repetita vocabula Troia*) Epytus filium Capyn vocauit, referens nomen patris Anchisæ. Capys Capetum genuit, qui ei successit. Ouid. alibi: Post hunc Capetúsque Capysque, Sed Capys antè fuit. *Et tuus est idem Capete factus auus*) Capeti suus est Epytus. Sanè notandum, hoc loco in nomine proprio nô dubitasse Ouidiû producere antepenultimam, quam ipse alibi corripuit: quod sine vitio fit, teste Seruio. *Post hunc Tyberinum*) Hic, vt inquit Liuius, in traiectu Albulæ amnis submer- G sus celebre ad posteros nomen fluminis dedit. *Agrippam*] Hunc Eusebius tradit regnasse annos 40. cùm Dionys. tantùm scribat 33. Sed nihil mirum in tanta caligine vetustatis. *Remulúmque nepotem*) Liuius: Post Agrippam, Remulus Syluius à patre accepto imperio regnat, Auentino fulmine i- H ctus, ipse regnum per manus tradidit. Fuit autem contemptor numinum, vt scribit Dionys. vnde meruit fulmine interire. Ouidius alibi: Remulus maturior annis Fulmineo periit imitator fulminis ictu. Insanus rex, vt Deus haberetur, non dubitauit imitatus fulguribus homines exterrere.

PAVLI *Huius*) Dardani. *Erichthonius*) fuit filius ex Bathea filia Teucri, quem fortunatissimum Homer. vocat.

Tros est generatus ab Ilo) ex Erichthonio & Callirhoe natus est Tros. *Hic*) Tros. *Creat*] gignit. *Assaracum*] ex Troe & Callanide Eumedis filia natus est Assaracus, Ilus, & Ganymedes. *Hic*) Assaracus. *Creat Capym*] nam ex Assaraco & Clytodore natus est Capys. *Proximus Anchises*) quem Capys ex Naide genuit. *Cum* I *quo*) Anchisa. *Venus non est dedignata*] sed dignata. *Habere commune nomen parentis*] hoc est, non puduit Venerem Anchisæ succumbere: & ex eo parere: sic habere nomen parentis cum eo commune. Nam peperit illi Æneam. *Hinc*) ex Venere & Anchisa. *Satus*) natus est Æneas. *Pietas spectata per ignes*) quasi citius pietas experta, & cognita & probata per medios ignes. & Crispus: Ni virtus fidésque vestra spectata mihi satis foret. Æneas ereptus est à numine per ignes & hostes in excidio Troiano. Vnde ipse apud Virgil. Descendo, ac ducente Deo flammam inter & hostes Expedior: dant tela locum, flammæque recedunt.

Tulit humeris sacra) ignem Vestalem, Deos penates, & alia Troiana sacra. *Et patrem*] Anchisam, quem hu- K meris asportauit, per appositionem, *Altera sacra*) quoniam illi Æneas diuinos detulit honores. Vnde apud Virgil. Nunc pateras libate Ioui, precibúsque vocate Anchisen genitorem. Cui non tantùm immortalitatem, verumetiam ventorum tribuit potestatem. Poscamus ventos, atque hęc mea sacra quotannis Vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis. *Venimus aliquando ad fœlix nomen Iuli*) ad nomen Ascanij, Æneæ filij, ex Creusa Priami. Imitatur in hoc Vergilium, qui Ascanium Iulum appellauit. Vnde in primo Æneidos: At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat. Et veteres interpretes dicunt Iulon appellatum cùm adolescens cum Mezentio pugnauit. Verùm Dionys. inquit appellatum ab initio Euryleonta, & in fuga Ascanium, & eius filium Iulum vocatum. Pompeius quoq; ostendit Ascanium habuisse duos filios, Iulum & Æmulium. Ab Iulo manauit domus Iulea, siue Iu- L lia. Ab Æmulio genus Æmulium. *Vnde*] à quo Iulo. *Domus Iulea*] familia Iuliorum, domus ipsa Cæsarea. *Tangit auos Teucros*] Troianos. Nam à Troianis, hoc est ab ipso Iulo, progenitus est Iulius Cæsar. Vnde apud Tranquillum de prodigijs mortem Cæsaris portendentibus: Tabula ænea in monumento in quo dicebatur Capys conditor Capuæ sepultus, inuenta est, conscripta literis verbísque Gręcis, hac sententia: Quando ossa Capys detecta essent, fore vt Iulo prognatus manu consanguineorum necetur, magnísque mox Italiæ cladibus vendicetur, &c. Dionys. inquit ab eodem Iulio, Iulios vocatos. & prosequitur: Fuitque hæc familia maxima atque clarissima omnium quas nos sciamus: tulitq; tulit duces illustrissimos

quibus virtutes præbuerunt, vt de stirpis generosissimæ indole tu dubium venire nequeas, &c. *Hinc*] deinde.

Posthumum] qui post Æneæ mortem ex Lauinia natus est. qui quòd ortus fuit in altis syluis, erat vocatus Syluius in gente Latia. Latini Syluium appellauerunt, quoniam in syluis natus erat. Nam, vt Dionys. inquit, suscipiente regnum Ascanio, exterrita Lauinia, ne quid ob nouercale nomē ab eo mali acciperet, prægnās ipsa Tyrrheno cuidā regij pecoris magistro, quē Latino sciebat fuisse in primis gratū. Isque eā in desertas adducēs syluas, & vt aduentitiā quandam custodiēs, cōscius rei eam conspici permittebat, constructis in sylua ædibus nequaquā multis hominibus notis. natúmque deinde puerū aluit, Syluium à sylua nominans: quemadmodū si quis Græcè diceret ὑλαῖον. Procedente deinde tempore, vbi magnam conquisitionē mulieris fieri à Latinis cognouit, suspectúmq; multitudine Ascaniū, quasi ille perdidisset puellā, rem populo aperit. Educitque ex saltu mulierē ipsam cū puero. tali itaq; fortuna vsus Syluius, hoc nomen habuit: genúsq; illius omne deinceps regno potitū est. Postquā n. fratrem eius mori cōtigit, cùm dubia esset regni hæreditas, ad eúmne pertineret, an ad Ascanij filium maiorem Iulū, qui in paternum imperiū succedere postulabat, eorum controuersiā populus diremit, cùm alijs adductis rationib', tū hac nō minima, quòd ex matre natus esset regni hærede Syluius. Iulo aūt regni loco, sacra quędā est potestas attributa, atq; honor, cùm periculis vacans imperij, tum verò vitæ trāquillitate superior, quo nunc etiā vsq; ad ętatem meā genus illius fruitur. Hæc ille. *Posthumum*) Vlpianus Iurisconsultus: Posthumos dicimus eos duntaxat, qui post mortē parentis nascuntur. Hoc verum est in stricta significatione vocabuli. Largo tamen significatu, Posthumus dicitur etiam, qui post testamentū à patre factum nascitur, etiamsi pater viueret, &c. *Isque Latinus tibi*] Ex hoc loco detracti sunt duo versus: quod primus ego aduerti nostro tempore, Poëta enim primo loco meminit Syluij Posthumi, deinde Latini. Verùm medius horū fuit Æneas Syluius, Syluij primi filius, & huius Latini pater. Hic enim Æneas Syluius medio horum loco à Liuio memoratur. Et Dionys. inquit: Syluius autem cùm vndetriginta imperasset annis, suscipiēs imperium Æneas eius filius, vnū & triginta regnauit annos. Post hūc aūt Latinus vnū & quinquaginta. Vergilius quoque vtriusq; meminit, & Syluij Posthumi, & Æneę Syluij. primo enim loco inquit: Ille, vides, pura iuuenis qui nititur hasta, Proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras Æthereas Italo commixtus sanguine surget, Syluius Albanum nomē, tua posthuma proles, Quē tibi lōgæuo serū Lauinia cōiunx Educet syluis, regem, regúmq; parentē. Vnde genus lōga nostrū dominabitur Alba. Proximus ille Procas, Troianæ gloria gētis, Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet, Syluius Æneas pariter pietate vel armis, Egregius, si vnquam regnandam acceperit Albā. Ex his pateat, ex hoc loco detractos duos versus, quoniam nulla est mētio Æneæ Syluij, cùm esse debuisset. nec omisisset poëta, qui historiā nouerat, qui Vergilium & eius scripta viderat. Qui eodē tempore fuerat quo & Dionysius & Liuius. Sed id inde factū est. Rudes & historiarum expertes posteri, putarūt eundem fuisse Syluium, & Æneam Syluium. Ita duos versus, tanquam superfluos, abiascerunt. *O Latine hos*] Æneę Syluius. *Est pater tibi*] regnauitque (vt diximus) vnum & quinquaginta annos. Ab eo (vt Liuius inquit) colonię aliquot deductę, Prisci Latini appellati. Mansit postea Syluius omnibus cognomen, qui Albę regnarunt. *Alba subit Latinum*] Syluius Alba Latino patri successit, regnauitq; vno & quadraginta annis. *O Alba, Epytus est proximus tituli tui*] Epytus filius sequitur te, & succedit tibi in regno. Hunc Dionysius Capetum vocat, regnasséque ait sex & viginti annos. *Ille*) Epytus. *Dedit vocabula repetita capta Troia*] voluit ille repetere vocabula Troiana. Quoniam Capys fuit Anchisæ pater, & alter ab illo Capys Æneę socius, qui cum eo in Italiā venit: & Capys septimus Albanorū rex, huius Epyti seu Capeti filius, qui duodetriginta annis regnauit. *Troia capta*) quæ capta fuerat à Græcis. Aut posuit Capię, vt in principio dictionis Capym ostenderet, cui idem est Capys. *Et idem Epytus, ò Calpete, est factus tuus auus*] nam Epytus Capym, Capys Calpetum genuit. Sic Epytus, seu Calpetus erat huic auus, regnauitque Calpetus vsque ad tertiūdecimum annum. *Tyberinus post hunc*) Calpetum. Ab illo accipiens regnum: nam eius filius fuit. *Dicitur mersus*[obrutus. *In gurgite Thusca aqua*] in fluuio qui è Thuscia labitur. de quo Dionysius: Tyberinus octo regnauit annos, atque in prælio mortuus, quod secundum flumen fuit: raptúsque à profluente, flumen sibi cognomen reliquit, vocatum prius Albula. Et Liuius inquit: Tyberinus, qui in traiectu Albulæ amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. *Iam tamen viderat*] ipse Tyberinus. *Natum Agrippam*) nam eius fuit filius Agrippa. Et Dionys. inquit: Tyberino deinde successor Agrippa annos tres & triginta regnauit. Et Liuius Agrippam Tyberini filium ostendit. *Et Remulum nepotem*] viderat scilicet. Et Liuius inquit: Post Agrippam Remulus Syluius à patre accepto imperio regnat. Dionysius Alladium vocat. sic enim inquit: Post Agrippam Alladius vndeuiginti annos. Res quædam tyrannica, & cum diis inimicitias gerens. nam ab eo despiciente numina, apparatæ sunt fulgurum imitationes, & fragores tonitruis similes, quibus terreri homines, tanquam esset Deus, postulabat. Cæterùm imbribus & fulminibus in eius domum cadentibus, atque lacu, iuxta quem habitabat, insolitam inundationem capiente, inclusus, cum tota domo absorptus est: & nunc adhuc perlucente lacu in parte quadam, cùm deficit latex, subsiditque altitudo, apparent ruinæ, & alia ædificiorum vestigia, &c. *Ferunt*] dicunt. *Fulmina missa in Remulum*) in hunc Alladium. Et Liuius fulmine ictum ostendit. nam inquit: Auentino fulmine ictus, ipse regnum per manus tradidit.

Venit Auentinus post hos, locus vnde vocatur
Mons quoque. post illum tradita regna Proca.
Quem sequitur duri Numitor germanus Amuli,
Ilia cum Lauso de Numitore sati.
Ense cadit patrui Lausus, placet Ilia Marti,
Téque parit gemino iuncte Quirine Remo,
Ille suos semper Venerem Martémque parentes
Dixit, & emeruit vocis habere fidem.

ANTON. *Venit Auentinus post hos*) Ab hoc rege quidam Auentinum montem vrbis dictum volunt, quòd ibi extinctus fuerit, ac sepultus. vt, quo regnarat, eōdem Monte iacet positus, tribuitque vocabula monti. Alij ab Auentino rege Aboriginum, alij ab auibus, alij ab aduentu hominum, alij ab aduectu, alij ab Auente fluuio. Lege Festum, Seruium, ac Varronem. *Post illum tradita regna Proca*) Proca Numitorem & Amulium procreauit, legauitque regnum Numitori, qui maior natu erat. Sed plus potuit vis quàm voluntas patris, vt Liuius scribit. Amulius enim pulso Numitore, sibi regnum arripuit, additque sceleri scelus. Nam & Lausum eius filium interemit, qui à Dionysio Egestus dicitur: & Iliam, siue Rheam, quam & Syluiam vocant, Vestalem virginem legit. Est autem Lausus adolescens in venatione interemptus, vt Dionys. tradit. Plutarch. in hac historia dissentit aliquantulum à Liuio: cui nos malumus credere mentienti, quàm aliis vera tradentibus.

Gemino) gemello: quia eodèm partu Romulus ac Remus in lucem editi sunt. *Venerem Mart. par.*) In infinitum extenditur parentis nomen. vnde licet Venerem parentem Romuli appellare.

PAVL. *Post hos*] Agrippam & Remulum.

Venit Auentinus) de quo Dionysius: Huic deinde successit Auentinus, à quo vnus ex septem collibus, qui habitantur Romæ, cognomen sumpsit. Hicque annos septem & triginta imperium tenuit. Et Liuius: Is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ vrbis, cognomen colli fecit. *Vnde*) à quo Auentino. *Locus mons quoque*] etiam ipse collis. *Vocatur*) cognominatus est ab eo Auentinus. *Locus*] in quo sepultus, & totus denique mons Auentinus dictus. Aliqui legunt Lacus, vnde vocatur: quoniam Auentinus fuisset paludibus ab reliquis montibus disclusus. *Post illum*) Auentinum. *Regna sunt tradita Proca*) Proca deinde post Auentinum annos tres & viginti regnauit, vt Dionysius tradit. *Quem*) Procam. *Sequitur Numitor germanus duri Amuli*] Liuius inquit: Proca deinde regnat. Is Numitorem atque Amulium procreat. Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Syluiæ gentis legat. Plus tamen vis potuit, quàm voluntas patris, aut verecundia ætatis. Pulso fratre Amulius regnat. Plinius verò, qui de viris illustribus scripsit, tradit

Procam habuisse duos filios, Numitorem & Amulium, illíque regnum annuis vicibus habendum reliquisse, vt alternis imperarent: sed Amulium fratri imperium non reddidisse &c. Dionysius inquit: Deinde Amulius haud iure regnū occupans, cùm Numitori deberetur fratri seniori, duos & quadraginta regnat annos. Plutarchus verò, cuius sententiam in carmine sequuti sumus, ita inquit: Inter Albanorum reges, qui ab Ænea duce stirpis primordia deduxerant, totius ciuitatis duobus imperiū relictis fratribus Numitori & Amulio per successionis ordinem deuenit. Amulius verò cùm res Albanas bifariam partiretur, regnum scilicet, & quem ex Troia thesaurum maiores deuexerant, vt vtram partem velit, alter deligeret, tyrannidem potius sibi Numitor elegit. Sed Amulius ob auri magnitudinem factus potentior, fratrē adortus, sedem regiam facilè occupauit. Procta ergo inquit: *Quem*] Procam. *Sequitur Numitor*] cùm Numitori regnum deberetur. *Germanus Amuli durus*) & ob id durum imperium & crudele vocat, quia fratrem regno deiecit. *Ilia cum Lauso fati*] nati sunt. *De Numitore*) Numitor duos filius habuit: Lausum, quem Dionysius Egestum vocat: & Iliam, quæ & Rhea. *Lausus cadit ense patrui*) Amulius Lausum per insidias obtruncat. Et de eodem Liuius ait: Addit sceleri scelus, stirpē fratris virilē interemit: fratris filiæ Rheæ Syluiæ, per speciem honoris, cū Vestalē eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit. Et Dionysius: Amulius, inquit, postquam regnum Albanorum inuasit, prohibito paternis honoribus Numitore fratre maiore, & alia quædam præter ius æquúmque egit, & ad extremum prolis inopem Numitoris domum facere cogitauit: cùm ob metum, ne pœnas daret aliquando scelerū: tum cupiditate quadā vehementi, vt eam domū ab imperio arceret. Hæc itaque cùm multo antè animo agitasset, primùm quidem Numitoris filium Egestum nomine, tunc pubescentē, obseruatis locis vbi venabatur, insecutus, solitudine maxima venatum exeuntem interfecit, subornatis qui dicerent interemptum à latronibus esse adolescentē, & reliqua. *Ilia*] quæ Rhea & Syluia dicta est. *Plenas Martis*) & eam grauem reddidit. De hac diximus & in secundo, & in principio tertij. *Et parit te ô Quirine*] ô Romule. *Sancte Remo gemino*) gemello: quia gemelli fratres nati sunt. *Ille suos*] &c. Hac igitur ratione Romulus Martem & Venerem suos dicebat esse parentes, mensésque primos eōrūnos his nominibus consecrauit. *Ille*] Romulus. *Semper dones*] appellauit. *Suos parentes Venerem & Martem*) quoniam Marte genitus, & materno genere à Venere genus duceret. Rectè igitur parentes dixit: quoniam parentis appellatione non tantùm pater, sed etiam auus & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia. Hæc Caius de Verb. sig. Vlpianus verò tit. de in ius voc. Parentes, inquit, vtriusque sexus accipere debemus: sed an in infinitū quæritur. Et quidam parentem vsque ad tritauum appellari aiunt, superiores maiores dici. Hoc veteres existimasse Pōp. refert. Sed Caius Cassius omnes in infinitum parentes dixit: quod & honestius est, & meritò obtinuit. Paulus verò de gradibus ita inquit: Parentes vsque ad tritauum apud Romanos nominantur. Vlteriores, qui non habent specialenomen, maiores appellantur. Item liberi vsque ad trinepotem, vltra hos posteriores vocantur, &c. *Et meruit*) Romulus. *Habere fidem Voci*] sermonis sui: quia creditus Martis filius: Sic adhibita fides est verbis suis, cùm diceret eos suos parentes.

Néue secuturi possent nescire nepotes,
Tempora dis generis continuata dedit.
Sed Veneris mensem Graio sermone notatum
Auguror, à spumis est dea dicta maris.
Nec tibi sit mirum, Græco rem nomine dici:
Itala nam tellus, Græcia maior erat.
Venerat Euander plena cum classe suorum,
Venerat Alcides, Graius vterque fuit.
Hospes Auentinis armentum pauit in herbis
Clauiger, & tanto est Albula pota Deo.
Dux quoque Neritius, testes Læstrygones extant,
Et quod adhuc Circes nomina littus habet,

ANTON. *Tempora continuata*] Martium & Aprilem, inter quos alium mensem non interposuit. *Itala nam tellus*] &c. Floruit aliquando in Italia Græcia potentissimis & magnis vrbibus, vt ait Cic. in 4. Tuscul. quæst. Virgil. Effuge, cuncta malis habitātur mœnia Graiis. Cæterùm non pars Italiæ solùm, sed ipsa quoque Sicilia magna Græcia dicta est. Strabo in 5. Geograph. Magnam Mediterraneę partem interceperunt à Troianis orsi temporibus: iam enim tantopere res Græcæ amplificata fuerat, vt & hâc & Siciliam, magnā Græciam appellarent. *Venerat Euander*) Colligit nonnullos Græcos, necnon & Phrygum, qui se in Italiam contulerunt: quorum Euander, vt suprà diximus, cum multis ad Italiam venit. vt, Arcades his oris, genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui signa sequuti, Delegere locum, & posuere in montibus vrbem. *Venerat Alcides*) Hercules quoque non venit ad nos solus, sed cum Arginis, qui (vt dictum est) in Saturnia subsederunt. *Armentum, boues*) quos Geryoni detractos ex Hispania abduxerat. *Dux quoque Neritius*) Vlysses: quem nonnulli dictum volunt à Neritia insula, quam eius regni fuisse dicunt. Cæterùm nos eam insulam nusquam inuenimus apud probatum scriptorem: sed vt abusiuè Argiuos interdum Græcos dicimus, à parte totum accipientes, ita Vlyssem putant Neritium vocari, à Neritiis populis Locridis, siue à loco eiusdem regionis. Vnde ait Virg. Neritiæque piceis lucos. &, Hic & Neritij posuerunt mœnia Locri. Nam eius patria est Ithaca. Cicero in Oratore: Si nos id quod maximè debet, patria nostra delectat, cuius rei tanta vis est, ac tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret. Vlyssem Ouidius alibi Neritiū vocat. vt, Pro duce Neritio docti mala nostra poetæ Scribite: Neritio nam mala plura tuli. Hic quoque in Italiam venit, vbi Circe eius socios mutauit in bestias: de cuius morte nihil satis certum habetur, cùm Homeri carmen eā omiserit. Scribit tamen Porphyrio, eum per ignorantiam interfectum fuisse à Telegono eius filio, quem ex Circe susceperat. Theopompus autem, autore interprete Lycophronis, tradit Vlyssem offensum domestica turpitudine, rediisse ad Circem, & Telemachi manibus occidisse. Hic fuit Laertæ filius ex Autolyca magnanimi Autolyci filia: cuius errores Homerus scripsit in Odyssea. Sanè Strabo, vbi Locridis meminit, non imprudenter se inquit nonnullas insulas præterire, in quarum vna quidam suspicantur locum fuisse, vnde Locrēses Neritij (teste Seruio) nuncupātur. Plinius autor est, Leucadem Neritinam dici. de qua (vt scribit Strabo) Laertem dixisse aiunt, Muniuam solus vi cepi Neriton vrbem. Inde vt à monte Ithacæ eiusdē nominis, Vlysses Neritius, nō Naritius diceretur. Hoc legi sæpius, illud nō memini me legisse. Cæterū sunt qui à Nerito Ithacæ, Naritium mutata litera dictum existiment. *Testes Læstrygones extant*) Antiphates rex Læstrygonum fuit, qui vnum e socijs Vlyssis absumpsit, teste Homero. Fuit autē antiqua sedes Læstrygonū oppidū Formiæ, qui homines immanissimi humanis carnibus vescebantur. Quod quamuis Thucydides falsum existimet, verum tamen putatur à Plinio, qui lib. 7. Natur. hist. Esse, inquit, Scytharum genera, & quidem plura, quæ corporibus humanis vescerentur, indicauimus. Idipsum incredibile fortasse, ni cogitemus, in medio orbe terrarum, ac Sicilia, & Italia fuisse gentes huius monstri Cyclopas & Læstrygonas. Dicti autem sunt Læstrygones Neptuni filij: quoniam vt Aulus Gellius scribit, maiores nostri præstantissimos viros virtute, prudentia, & viribus, Iouis filios appellabant, vt Æacum, Minoa, & Sarpedona. Ferocissimos verò & immanes, atque alienos ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt: vt Cyclopa, Cercyona, & Lęstrygonas. Quare nemini mirum videri debet, quod Solinus scribit, Cyclopū specus vocari Lęstrygonum sedes. Ad hos peruenisse Vlyssem, Tibullus quoq; testatur. vt, Incultos adiit Lęstrygonas, Antiphatémque. Eos vesci humanis carnibus, quidam apud regē Alcinoum non crediderunt. Vnde illud est Iuuenalis: In mare nemo Abijciat hūc sæua dignū verāq; Charybdi Fingentē immanes Lęstrygonas & Cyclopas. *Et quod adhuc Circes littus habet*] Circe quidē mortalis fuit, sed Solis filia dicta est, cū (vt inquit Lactātius grāmaticus) fas nō sit, vt Dei filia credatur esse mortalis. Quod ideo fictū est, quia cōstat eam meretricē fuisse pulcherrimā: à qua Circęū littus nomē accepit, & oppidū Circęum, ac mōs, qui olim paludibus à continenti separabatur

A quem fama est abundare radicibus, vbi Vlyssis patera monstrabatur, qui ex Circe (vt diximus) Telegonum suscepit. Eadem mulier filium habuit Marsum, à quo gens Marsorum orta dicitur, quibus vi quadam genitali datum est domare serpentes. [Vlysses Neritius à Nerito dicitur, siue is Ithacæ mõs est vt Homerus ait Odyss. ι [illegible]]&c. siue per se insula, vt Virgil. innuere videtur, cùm inquit: Et Neritos ardua saxis. Narycij autem Locri dicuntur, à Naryce, siue Narycia vrbe, cuius meminit Stephanus.]

PAVL. *Neue sequentes nepotes possent nescire*) vt posteri nõ ignorarent, sed optimè scirent eum Martis filium, & à Venere progenitum fuisse. *Dedit duo genera*] Veneri & Marti, vnde genus duceret. *Tempora continuata*] continuatos menses, Martium & Aprilẽ: primũ à Marte, alterum à Venere denominatum *Sed Veneris mensem*) Si quis diceret, cur mensis Veneris non dicitur Venereus, quemadmodũ à Marte Martius, inquit meoiem Veneris habuisse Græcam appellationẽ. nam Venus Græce [illegible] dicitur, ab [illegible], quod est spuma: quoniã ex Saturni testiculis, & maris spuma nata sit. *Sed ego auguror mensem Veneris notatum Graeo sermone*) ego ita existimo Græca appellatione vocatum signatũmq; hunc mẽsem, vt Aprilis dicatus, quasi Aphrilis, ab [illegible]. *Dea*] Venus. *Est dicta à spumis maris*] ex quibus nata est, vocata [illegible] *Nec tibi sit mirum*] non admireris, si eã rem Græco Latini verbo expresserint: quoniam Græci Italiã inroluerant, & pars Italiæ magna Græcia dicta est Vnde Plin. cùm Italiam laudet, præsertim Cãpaniæ oram, subiungit: Ipsi de ea iudicauerunt Græci genus in gloriã sui effusissimũ, quotã partẽ ex ea appellando Græciam magnam. *Nec mirum sit tibi*] non debeat tibi esse admirationi. *Rem dici Graeo nomine*) Aprilem Græca appellatione vocatum. *Iam tellus Itala fuit magna Graecia*) non omnis tamen Italia, sed pars Italiæ magna Græcia vocata est: ea præsertim ora, quæ in Græciam vergit. *Venerat Euander*) Arguit ab exẽplo: quoniã Græcorum principes in Italiam venere, & eam regionem incoluere. De Euandro & aduentu Herculis in Italiam, diximus in primo libro: ideo hic historia non repetẽda. Venerat ergo ex Arcadia, quæ est pars Græciæ. *Euander cum plena classe suorum*] Arcadum. *Venerat Alcides*] Hercules. *Vterque*) & Euander & Hercules *Fuit Graius*) Græcus. *Hospes clauiger*) Hercules clauam gerens, peregrinus in Latio, & hospitio susceptus. *Pauit armentum*) boues ex Hispania abactos. *In herbis Auentinis*] *Et Albula*] Tybris. Sed nondũ eo tempore vocabatur Tybris, aut Tyberinus: quia longè ante Albam conditam venit in Latium Hercules: dicebatur fluuius Albula. *Et pota est a Deo*) bibit Hercules aquã Tyberinam: quasi religiosam velit aquã ostendere, ex qua Hercules biberit. *Dux quoque Neritius*] Et Vlysses in Italiam venit, & ex nymphis, quę oram Italiæ celebrem reddebant, filios genuit. Calypso enim illa Ausonem peperit, Circe Telegonum: quanquam multi dicunt ex Circes filia natum. Venit etiam ad Antiphatẽ Læstrygonum regem. *Dux Neritius*] Vlysses à Nerito. Neritos appellata est Leucate, quæ Laërtis fuit, patris Vlyssis. Et Neritus mons in Ithaca, quæ Vlyssis erat. Qui dicunt Naritium à Naritia, errant. nam Neritiam in eo mari in quo eam multi scripsere, non comperimus. Varij tamen populi erant in Locride. Virgilius: Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri. *Læstrygones extant testes*) testantur Vlyssem venisse in Italiam. Læstrygones fuere apud Caietam. nam ita Plin. loquit: Caieta portus, oppidum Formiæ dictum, & existimauere antiqui Læstrygonum sedes. Verùm ita appellati fuere, quia latrones erant in eo sinu [illegible], quod est latrocinium. Hi & Anthropophagi vocati, qui è socijs Vlyssis duos deuorarũt. *Et testis est litus, quod adhuc habet nomina Circes*] quod in hũc vsque diem vocatur littus Circeum, & quę quondam insula immenso quidem mari circundata. Si creditur Homero, nũc Italiæ adiuncta est. Strabo sic inquit: Post Antium Circeium est, stadijs ducentis distans, & nonaginta. Mons mari & paludibus instar habens insulæ, quem copiosis germinare radicibus fama est: ab ea fortasse, quæ Circe conuenientia fabulæ vulgant. Habet etiam castellum & Circes sacellum, & Mineruæ aram. Monstrat autem & quandam Vlyssis pateram, &c.

> *Et iam Telegoni, iam mœnia Tyburis vdi*
> *Stabant, Argolicæ quæ posuere manus.*
> *Venerat Atridæ fatis agitatus Halesus,*
> *A quo se dictam terra Falisca putat.*
> *Adyce Troianæ suasorem Antenora pacis,*
> *Et generum Oeniden Appule Daune tuum.*

ANTON. *Telegoni*] Hic Thusculum oppidum condidit, teste Porphyrione, vbi Mamiliam filiam procreauit, à qua (vt ait Festus) dicta est Mamiliorum familia. Horat. eius oppidi mœnia Circæa dixit, ob Telegonum Circes & Vlyssis filium, quæ (vt inquit Strabo) vineta coronabant, tectáque magnifica ex ea præsertim regione, quæ in Romanum descendit aspectum.

Mœnia Tyburis vdi) Tres fratres, vt inquit Seruius, è Græcia venerunt ad Italiam, Catyllus, Coras, & Tyburtus: qui simul omnes vnam vrbem condiderunt, & eam de fratris maioris nomine Tybur appellarunt: licèt & alias fecerint singuli. Solinus autem Tybur ex testimonio Catonis à Catyllo Arcade præfecto classis Euandri conditum dicit. Vel secundum Sextium, ab Argina iuuentute: quoniam Catyllus Amphiarai filius post interitum patris ad Thebas in Italiam venit, vbi (vt idem scribit) tres liberos procreauit: Tyburtum, quem quidam Tyburnum dicunt, Coram & Catyllum: qui pulsis veteribus Sicanis, à nomine Tyburti fratris vrbem vocauerunt. Plin. verò in Nat. hist. Tyburtes, inquit, originem multo ante vrbem Romam habent. Apud eos extant ilices tres, etiam Tyburno conditore eorum, vetustiores, apud quas inauguratus dicitur. Fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai, qui apud Thebas obierit, vna ætate ante Iliacum bellum. Hanc vrbem Strabo Herculeam vocat, vbi teste Aulo Gel. templum Herculis fuit, & in eo bibliotheca satis cõmodè (vt ille inquit) libris instructa. Dicitur autem vdum Tybur hoc loco, vel ob Anienem, cuius ibi cataracta est, quam fluuius facit, vbi nauigabilis esse incipit. Vel ob aquas varios ad morbos salutares, quas Albulas vocant. Tyburtinus enim ager earum fontibus scatet. *Halesus*) Agamemnon ex Clytæmnestra filias habuit Iphianassam, Chrysothemin, Laodicen, & Electram, vt quibusdam placet. filios verò Orestem & Halesum: quorum Halesum nonnulli Agamemnonis comitem volunt fuisse, nonnulli filium. Alij, vt Seruius scribit, filium nothum: qui morte patris Agamemnonis à Clytæmnestra interfecti coactus patriam relinquere, venit in Italiam, & Faliscos condidit. vt, Ille suos docuit Iunonia sacra Faliscos. Dicti autem sunt Falisci, aspiratione in f literam conuersa: sicut febris dicitur, quæ antea hebris dicebatur. Coluerunt autem Falisci potissimum Iunonem. vt, Adde senem Tatium, Iunonicolásque Faliscos. Qui à Virg. iusti dicuntur, quoniam ab ipsis pop. Rom. missis decemuiris, iura fecialia collegit, & nonnulla supplementa duodecim tabularum. Apud eos nonnullæ familiæ fuerunt, auctore Plinio, quæ vocabantur Hirpiæ, quæ annuo sacrificio, quod fiebat ad montem Soracteo Apollini, super ambustam lignorum struem ambulantes non adurebantur. Faliscorum Clitumnus fluuius est, cuius aqua epota boues candidos faciebat. *Suasorem Antenora pacis*) Horat. Antenor censet belli præcidere causam. Hunc dicunt nonnulli Græcis patriam prodidisse, quia & legatos qui propter Helenam venerant, suscepit hospitio, & Vlyssem mendici habitu cognitum non prodidit. Fuit autem suasor pacis, Helenæque reddendæ. Ouid alibi: Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse Consule, &c. Notum est hunc venisse in Italiam, & Patauium condidisse. *Et generum Oeniden*) &c. Diomedẽ dicit. Oenides enim pater est Tydei, Tydeus Diomedis. Qui postquam ira Veneris à se vulneratæ comperit vxorem turpiter viuere, in Apuliam venit. Vbi edomita omni Gargani montis multitudine, plurimas vrbes condidit. Itaque in Apulia Diomedis campi appellantur, vt inquit Festus, qui ei in diuisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt. Et Diomedea insula dicta est, in qua Diomedes sepultus dicitur, contra oram Apulię, vbi visuntur aues, vt ait Plinius, quas Iuba vocauit cataractas. Nos Diomedeas dicimus, infestantes clangore aduenas Barbaros. Græcis verò adulantes miro (vt idem inquit Plin.) discrimine, velut generi Diomedis hoc tribuentes. Sanè Apulia (teste Festo) Dauniæ nomen accepit, à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domesticam seditionem excedens patria, occupauit.

PAVL. *Et iam stabant mœnia Telegoni*] quæ Telegonus Vlyssis filius, qui patrem imprudenter interemerat, in Italia posuit. Tusculum enim oppidum condidit, de quo diximus in tertio. *Iam stabant mœnia Tyburis vdi*] iam & oppidum

quoque Tybur erat in Italia conditum. Plinius Tybur conditum à Tyburtino filio Amphiarai ostendit, qui apud Thebas obierit vna ætate ante Iliacum bellum. Strabo Tybur Herculeum esse ait. Cato Catyllum Arcadem, qui præfectus fuit classis Euandriæ, condidisse Tybur retulit, quod & Martianus testatur. Sextius Catyllum Amphiarai filium fuisse inquit, & liberos tres in Italia procreasse, Tyburtum, & Coracem, & Catyllum. Qui depulsis Sicanis ex oppido non longè à Roma posito, à nomine Tyburti maximi natorum oppidum vocauerunt. Horum trium fratrum Virg. in 7. meminit. Sic cōstet hæc oppida à Græcis fuisse condita. Horat. Mœnia Catylli, da Tybure dixit. Et alio loco, Tybur Argeo positum colono. *Tyburis vdi*] Poeta dixit, propter Anienem fl. qui inde fluit. *Vdi*] aquosi. *Quæ*] mœnia Tyburis. *Posuere manus Argolica*] manus Græcorum. *Venerat Halesus*] Hunc alij fuisse aurigam Agamemnonis dicunt: qui vbi dominus interijt, insidijs Aegisthi & Clytæmnestræ in Italiam venit, & non longè à Sabinis oppidum condidit: quod præposito P, ab eius nomine Phalesum vocatum est, deinde Phaliscum. Alij dicunt Halesum fuisse Agamemnonis filium: quibus magis assentiendum puto. Nam Ouidius ipse in libris de Amoribus ad Corinnam, in elegia, Cùm mihi promiseris, inquit: Argiua est pōpæ facies Agamēnone cæso, Et scelus, & patrias fugit Halesus opes. Cū patrias opes dicat, filiū videtur indicare. licèt posses ad patriā referre, melius ad patrias opes referes. *Halesus agitatus*] vexatus. *Fatis Atrida*] calamitate & morte Agamemnonis Atrei filij. *Venerat*] in Italiam. *A quo*] Haleso. *Terra Falisca putat se dictam*] putant se Faliscos dictos. De his in primo libro diximus. *Adijce Antenora suasorem pacis Troianæ*] addas his quos retulimus, Antenorem Troianum, qui ante Priamum sententiam pro pace cum Græcis ineunda sæpe dixit. Vir quidem erat magni consilij. Ille & in Italiam venit: quamuis eo tempore ea pars nondum erat addita Italiæ, vbi ille Patauium condidit. de quo in primo Aeneid. Virg. *Et adijce his, ô Appule Daune, Oeniden generum tuum*] Daunus filiam in coniugem Diomedi dedit, qui vrbem condidit, quæ appellata est Harpos, & Apuliam à socero nomine Dauniam appellauit. Et ideo Plinius inquit Apulia Dauniorum cognomine à Dauno Diomedis socero dicta est. Diomedes verò Oenei nepos, Tydei filius, fuit Dauni gener. Cùm post deletam Troiam, in patriam redire nequiret, in Apuliam venit, ibíque ad extremum fuit. De eo alio etiam loco dicemus.

Serus ab Iliacis, & post Antenora, flammis,
Attulit Aeneas in loca nostra deos,
Huius erat: Solymus Phrygia comes vnus ab Ida.
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.
Sulmonis gelidi patriæ Germanice nostræ,
Me miserum, Scythico quàm procul illa solo est.
Ergo age tam longas sed supprime Musa querelas:
Non tibi sunt mœsta sacra canenda lyra.
Quò non liuor adit? sunt qui tibi mensis honorem
Eripuisse velint, inuideántque Venus.

ANTON. *Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida*] Hunc Æneæ comitem fuisse volunt, qui Sulmonem Ouidij patriā fundasse dicitur. Silius in nono Punicorū: Nomine Rhœteo Solymus nā Dardana origo, Et Phrygio genus à proauo, qui sceptra sequut⁹ Æneæ, claram muris fūdauerat vrbē, Ex sese dictam Solymon, celebrata colonis Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo. Id oppidum Pelignæ regionis est, distans ab vrbe millibus passuum 90. vt, Sulmo mihi patria est, gelidis vberrimus vndis, Millia qui nouies distat ab vrbe decem. Sunt autem & in Asia Græci. Vnde non est, cur miremur factam Æneæ, Antenoris, & Solymi mentionē. *Me miserum*] Hic locus multos in errorē induxit, existimātes hoc opus scriptū ab Ouidio, postea quam est relegatus in Pontū: cùm hi versus ab eo additi sint operi nondum edito, cui autor causa & addidit aliquid, vt diximus, & mutauit. Is quā ob causam exulauerit, nonnulli se tandem inuenisse (vt audio) gloriantur: quibus quantum fidei adhibendum sit, alij iudicent. Nobis diuinare non placet: & cùm Delphis oracula cessent, concutere tripodem Apollineum, vt aperiat quæ & Ouidius ipse, & tot secula suppresserunt. *Non tibi sunt mœsta sacra canenda lyra*] ne polluta sacra videantur flebili ac funesto carmine. Satis enim fleuerat Naso in libris Tristium & de Ponto. *Quò non liuor adit*] Dijs quoque mortalium non parcit inuidia. Sunt enim qui Veneri denominationem huius mensis inuideant, & ab aperiendo Aprilem nominatum velint, vt diximus suprà.

PAVL. *Serus ab Iliacis*] &c. Æneas post Troiæ excidiū, & post ipsum Antenora in Italiam venit. Verùm Antenor & Æneas non Græci, sed Troiani. Sic & Solymus. At Græcus erat illis sermo. nā Aeolica lingua. Sic quo ad sermonem, Græci quoque dici poterant. *Aeneas serus*] tardus. *Ab Iliacis flammis*] post Troiam incensam. *Et post Antenora*] cùm iam antea venisset Antenor. *Attulit deos*] Vestam, seu Vestæ sacra, & penates. *In loca nostra*] in Latiū. *Huius erat Solymus*] &c. Venit etiam cum Ænea Solymus, qui in Pelignis Sulmonem Ouidij patriā condidit. Quatuor enim fuisse Æneæ filias legimus: primā in Thracia, alterā in Peloponneso, tertiā in Ægypto nuptas reliquit: quartā Solymo, qui secū è Troia venerat, tradidit. Victor postea in Latio, Solymū cū parte copiarum ad Marsos misit, qui vrbem in Pelignis fundauit. Silius de eo ita inquit: Nomine Rhœteo Solymus, nam Dardana origo, Et Phrygio genus à proauo. qui sceptra sequutus Æneæ, claram muris fundauerat vrbem, Ex sese dictam Solymon, celebrata colonis Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo. *Solymus erat huius*) Æneæ. *Comes vnus ab Ida Phrygia*] vnus ex illis qui Æneam comitati sunt ab Ida monte Phrygiæ. Ad differentiam Idæ Cretensis. Vnde in tertio Æneidos: Mons Idæus ibi, & gentis cunabula nostræ. *A quo*] Solymo. *Mœnia Sulmonis habent nomen*] nam ipse eam vrbem Solymon à nomine suo dixit. Deinde Sulmo dicta est. *O Germanice mœnia Sulmonis gelidi*] Iucunda hæc repetitio, qua mouet affectum ob exilium suum, cùm tantum à patria distet. *Gelidi*] quia aquis irriguis cingitur. *Patriæ nostræ*] mœnia Sulmonis, quæ est nostra patria. Vnde in Tristibus: Sulmo mihi patria est, gelidis vberrimus vndis, Millia qui nouies distat ab vrbe decem. *Me miserum*] scilicet dico. *Quàm procul est illa à Scythico solo*] quàm longè distat patria mea à Scythia, quò me relegauit ira principis. vt inde commiserationem moueat. Quæ quidem verba indicant, Ouidium in Scythia scripsisse hæc. Inchoauit tamen (vt superius ostendimus) Romæ, sed in Ponto perfecit, & inde edidit hos sex libros. *Ergo age tam longas*] Musam increpat, cùm queri visa sit de exilio: quoniā hæc sacra non sunt cum querelis & mœstitia referēda. *Ergo age, sed supprime Musa*] cōpescas & supprimas. *Tam longas querelas*] quàm lōgas iam diu effudimus & in libris Tristium, & in his qui de Ponto inscribuntur. etenim illæ omnes ferè elegiæ, querelæ sunt calamitosi exilij. *Sacra non sunt tibi canenda lyra mœsta*] ideo supprimere querelas debes, quia tristi & flebili carmine sacra canere non licet. *Quò non liuor adit*] Mordet in tempore suo latentes inuidos, quorū causa in exiliū pulsus est. inquit enim, non solùm homines, sed dij quoque inuidiam subeunt. Nam sunt qui nolint Aprilē Veneri dicatum, & ab ea denominatum. Fuit in ea sententia Cyngius, vt in principio huius libri diximus. Et Varro Cyngio consentiens, affirmabat nomē Veneris, nec sub regibus quidē apud Romanos, vel Latinum, vel Græcum fuisse: & ideo non potuisse mensem à Venere nominari. Sed cùm ferè ante æquinoctiū vernū triste sit cœlum, mare nauigantibus clausū, terra, aut aqua, aut pruina, aut niuibus contegatur: eáque omnia verno, id est, hoc mense, arbores quoque nec minus cætera quæ continet terra, aperire se in germen incipiant: ab his omnibus mensem Aprilem dici meritò credendum est, quasi aperilem. Hæc erat Varronis sententia, quam Macrobius etiam refert, & nos quoque superius retulimus. Poëta verò refellit, multísque versibus asserere conatur, Aprilem Veneris esse mensem: quandoquidem magnum est Veneris numen, & supra deos omnes primum, quod omnis mundi machina ab ea moderetur, & regatur ea ratione, quòd elementa quæ dissimilia & diuersa sunt, inter se summa pace & concordia teneantur. quod fieri non posset, nisi esset amor qui concordiam ingeret. Cúmque Venus amori præsit, eam quoque huius concordiæ causam esse asserendum est. Empedocles enim fuit, qui asseruit amicitia & concordia contineri elementa: & deficiente amicitia, ruitura illa per litem & discordiam. Alia ratio, quòd amore per Venerem concitante omnia coëant animalia quæ in aëre, quæve in aquis sunt. Deinde illa conciliationis pacis, & coniugiorum, & fœcunditatis dea est: vt non immeritò dixerit Cicero, Venerem dictam, quòd ad res omnes veniat. Adde, quòd ratio cultus & ornatus ab ea primùm tradita: ea eloquentiam tā oratoriam quàm poëticam tradidit. Nam cum

A alii amantes aliis puellis vterentur, vnusquisque excogitabat, qua arte magis placere possit, & allicere animos obstinatos: sic plures artes ea quidem ratione inuentas. Ad quod facit Platonicum illud de duplici Venere, vulgari & cœlesti: eâm superior illa ad virtutem & bonas artes animũ incendat. de qua alio loco dictum: O decus Ausonidum nympharum diua corona, Claráque lux oculis insidiosa meis. Nunc virides ornent flauos tua tempora myrti, Et Veneri magnæ soluere vota iuuet. Ne fallare tamen, vulgarem non ego diuam Præmoneo: quoquã supplice corde coli. Numen cum brutis homini commune calcicans, At tua sidereis pectora numinibus. Cœlestisque coli Venus illa Platonica debet Maxima: quàm paucis cognita diua viris? Excitat hæc tortasan quæque illustria mentes, Virtutémque animos excolusse facit. Dátque bonos mores, studióque incendit honesti, Euitare hominem turpia quæque docet. Ingenium ingenuas facit vt rapiatur ad artes, Vtque homini exculto pectore præstet homo. Hac duce Pierij modulantur carmina vates: Hac duce, sed castè, forma canendo datur, &c. Cùmque omnia pulchriora per eam inuenta sint, iurè illi pulchrius anni tempus assignatur. sed ad poëtam redeamus. *Quà non adest liuor*] quasi quid est cui non inuideatur? Nam non modò hominibus, sed dijs inuident. Liuor pro inui- G dia ponitur. diximus etiam superius. *Sunt, ô Venus Qui velint tibi eripuisse*] eripere. *Honorem mensis*] Aprilis. *Et inuideant*] sunt qui inuidia quadam nolint tibi hunc mensem assignari, & à te nominatum negant, velut Cyngius & Varro.

Nam, quia ver aperit tunc omnia, densáque cedit
Frigoris asperitas, fœtáque terra patet,
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum,
Quem Venus iniecta vendicat alma manu,
Illa quidem totum dignißima temperat orbem:
Illa tenet nullo regna minora Deo:
Iuráque dat cœlo, terræ, & natalibus vndis,
Pérque suos coitus continet omne genus.
Illa deos omnes (longum est numerare) creauit,
Illa satis causas, arboribúsque dedit.
Illa rudes animos hominum contraxit in vnum,
Et docuit iungi cum pare quemque sua.
Quid genus omne creat volucrum, nisi blanda volu-(ptas?
Nec coëunt pecudes, si leuis absit amor.
Cum mare trux aries cornu decertat, at idem
Frontem dilectæ lædere parcit ouis.
Deposita sequitur taurus feritate iuuencam,
Quem toti saltus, quem nemus omne tremit.
Vis eadem, lato quodcunque sub æquore viuit,
Seruat, & innumeris piscibus implet aquas.
Prima feros habitus homini detraxit. ab illa
Venerunt cultus, mundáque cura solo.
Primus amans carmen vigilatum nocte negata
Dicitur ad clausas concinuisse fores:
Eloquiúmque fuit duram exorare puellam,
Próque sua causa quisque disertus erat.

ANTON. *Quem Venus iniecta* B *vendicat alma manu*] A iurisconsultis sumpsit hunc sermonem, apud quos illud legimus: Ante manumissionẽ iniiciendæ manus facultas non denegatur. Item illud: Si vt manus iniectionem haberes, cauisti tibi, iure tuo vti posses. *Illa quidem totum dignißima temperat orbem*] Venus iungit matrimonia, amicitiasque componit, cui debetur æterna animaliũ C propagatio. Eius enim sideris natura cuncta generantur in terris, vt inquit Plinius. cuius tanta claritas est, vt vnius eius stellæ radiis vmbræ reddantur: quæ modò exoriens ante matutinum, modò ab occasu refulgens, vicem reddit solis & lunæ, vnde totum orbem dicitur temperare: quam eius naturam Pythagoras Sami- D us primus deprehendit anno vrbis Romæ 342. Accedit ad hoc, quod oratores nostri superius hemisphærium Veneris, vt inferius Proserpinæ appellatione dixerunt. *Iuráque dat cœlo*] quia dij qui rerum hominesque fuere, sine amore non vixerunt. *Natalibus vndis*] mari vbi Venus nata est: quia & pisces Venerem sentiunt. *Illa satis causas arboribúsque dedit*] quia sine terræ fœcunditate hæc non proueniunt: quæ vere flante zephyro sine officio Veneris concipere non videtur. *Contraxit in vnum*] iure matrimoniorum, quæ iungit, vt diximus, Venus.

Lædere parcit] lædit quidem aries arietem, sed idem oui parcit Veneris beneficio. *Dicitur*] Bene dicitur, de re incer- E ta: quod probo scriptori obseruandum est. *Eloquiúmque fuit duram exorare puellam*] Ipse alibi: Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses, Et tamen æquoreas traxit amore deas. *Pro sua causa*] quæ cùm turpis sit, maius artificium, ac maiorem vim postulat eloquentiæ.

bus imperat. *Aut cœlo*] hoc est, aëri. *Et terræ & vndis natalibus*] in quibus nata est, ergo dat iura omnibus elemẽtis, quia amoris vinculo cõcordia cõtinet. Aut si mythicôs respicis, quia deos qui in cœlo sũt, quiue in aquis, quiue in terris, & in ere- H bo sũt, ad amandum impellit. *Et per suos coitus*] quia sua face proueniút. *Cõtinet omne genus*] quasi & deos, & homines, & cętera animalia. *Illa creauit deos omnes*] nã coitu & dij & homines nati sunt. *Longũ est numerare*] quot scilicet deos creauerit. *Illa dedit causas satis & arboribus*] cũ præstit fœcũditati, dedit causas quibus causis agri & arbores germinarent. *Satis*] ipsis segetibus. vt I est illud, Et sata læta videt. id est, lætas segetes. & seges, vt Varro de Re rustica loquitur, quod aratum & satum. ideo alio loco à satu dictam segetem asserit. *Illa*] Venus. *Contraxit in vnum*] quasi coniunxit & copulauit concordi iugo. *Animos hominum rudes*] inexpertos: nam ea tradidit legem matrimonij. nam vt amicitias & conciliationes, ita & matrimonia componit, vt superius dictum est. *Et docuit quemque iungi cum pare sua*] ipsa lege coniugij vnumquemque cum muliere sibi pare copulari. *Quid creat omne genus volucrum*] quid est quod creare, & propagare K faciat auium genus. *Nisi voluptas blanda*] nisi blandus & alliciens, plenúsque voluptatis amor. Voluptas est iucundus motus in sensu. *Nec coeunt pecudes*] ad propagandam scilicet sobolem. *Si absit amor leuis*] ipse Cupido volucer. ideo leuis, quia alatus. Pecudum numero, vt Caius Iurisconsultus, inquit, sunt quadrupedes, quæ gregatim pascuntur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini. Sed an & sues pecudum appellatione continentur, quæritur: & rectè Labeoni placet contineri. Sed canis inter pecudes non est. longè magis bestiæ in eo numero non sunt, veluti vrsi, leones, pantheræ: elephanti autem & cameli, quasi mixti sunt. nam & iumentorum operam præstant, & natura eorum fera est, &c.

Aries trux] ferox & crudelis. *Decertat cornu cum ma-* L *re*] pugnat cum ariete. *At idem*] aries. *Parcit lædere frontem ouis dilectæ*] quia cornu in ouem, quam amat, non irruit: non enim vult illam lædere. Tanta est amoris vis, vt mares cum fœmellis, quibus iunguntur, non pugnent: inter se tamen certare solent. *Taurus*] qui ita à toruitate appellatur. *Sequitur iuuencam*] quam amat. *Deposita feritate*] quia in illam non ferus, non toruus, sed mitis & blandus videtur. *Quem*] Taurum *Toti saltus*] montes ipsi nemorosi. *Quem omne nemus tremit*] cùm tantæ sit feritatis, vt tremant eius aspectu & nemora, & quæ in nemoribus erunt animantes: attamen blandus, & sine feritate sequitur iuuencam. *Eadem vis*] eadem

PAVL. *Nam quia tunc ver aperit omnia*] cùm omnia verno tempore, id est, hoc mense, aperiantur, arbores, & cætera quæ continet terra, aperire se in germen incipiant. *Et asperitas frigoris densa cedit*] cùm cedat asperrimus ille densi rigor frigoris: quasi cùm cedente frigore, redeunte verna serenitate, cœlum aperiatur. *Et terra fœta patet*] & aperitur terra grauida, & herbas & flores parit. *Memorant dictum Aprilem ab aperto tempore*] quasi ab aperiendo dicunt nominatum Aprilem, quasi aperilem, pro ratione temporis, quo omnia aperiuntur. *Quem*] mensem. *Alma Venus vendicat*] quasi suo F iure sibi attribuit. *Iniecta manu*] etiam viribus & pugna. *Illa quidem*] Venus. *Dignißima*] honore mensis. *Temperat totum orbem*] temperiẽ toti orbi suggerit. aut quia tẽperate omnia elemẽta cõcordia continet. aut referas ad duplicẽ Venerẽ, cũ altera temperantiæ, altera lasciuiæ præsit. *Illa*] Venus. *Tenet regna minora nullo deo*] quasi illa suo numine nulli deorũ est inferior, sed superior omnibus. *Et dat iura cœlo*] quia cœliti-

coitus voluptas. *Seruat*] tuetur. *Quodcunque Venus sub lato aequore*] pisces, & quaecunque monstra in mari sunt, eadem voluptate continentur. *Et complet aquas innumeris piscibus*] cùm fœcunditatem illis suggerat. *Prima*] Venus. *Detraxit homini*]abstulit, seu remouit ab homine. *Habitus feros*] Dum victu & cultu à feris nihil differunt homines, prima eos incusso amore, quasi instinctu humanitatis, & lepidioris vitæ, traxit ad cultiorem vitam. *Ab illa*] Venere. *Venerunt cultus*] ornatus & ciuilis cultus: nam prima homines feros ad eiusdem cultum redegit. *Mundaque cura solo*] Ratio politiæ & munditiæ in solum, hoc est, in tellurem: quia qui in terris erant, homines facti sunt nitidi & splendidi, Venere splendiditatis adhibente rationem. *Primus amans*] ille qui primus omnium amare puellam cœpit. *Dicitur cecinisse*] cecinisse. *Carmen vigilatum*] lucubratum quasi vigili nocte compositum. *Ad clausas fores*] quæ illi non patebant, quando amicam iret. *Nocte negata*] cùm per noctem non admitteretur: ergo amore instigante, ille amans primus carmen excogitauit, quo posset allicere puellæ animum in amorem sui. Dicerem hoc loco de primis carminum inuentoribus, nisi alio loco dixissem, & carmine quoque cecinissem. *Et eloquium fuit exorare duram puellam*] vis facundiæ fuit impetrare à puella quod amans voluisset, etsi facundia ab ipsa natura habuerit initium, ars quoque deinde plurimũ adiuuerit: partẽ tamen laudis sibi amor vendicat, quòd impulerit homines ad blãdas preces, ad cãtus quo duras ab initio puellas allicere in amorem possent. *Quisque erat disertus*] facũdus. *Pro sua causa*] quam ante puellã esset acturus, quasi nõ opus erat amãtib⁹ patrono nã suopte ingenio erãt diserti. Quid aũt intersit inter disertũ & eloquẽtẽ, dixim⁹ in 3. lib. quamuis veteres abusiuè omne quod corpus tegeret, stolam vocauerunt. hic autem stolam in propria significatione accipias necesse est. Ouid. alibi: Quas stola contingi vittaque sumpta vetat.

Mille per hanc artes notæ studióque placendi,
Quæ latuère prius, multa reperta ferunt.
Hunc quisquam titulo mensis spoliare secundi
Audeat? à nobis, sit furor iste procul.
Quid quòd vbique potens, templísque frequentibus (aucta,
Vrbe tamen nostra ius dea maius habet.
Pro Troia Romane tua Venus arma ferebat,
Cùm gemuit teneram cuspide læsa manum.
Cælestésque duas Troiano iudice vicit,
(Ah nolim victas hoc meminisse deas)
Assaracique nurus dicta est, vt scilicet olim
Magnus Iuleos Cæsar haberet auos.
Nec Veneri tempus, quàm ver erat, aptius vllum:
Vere nitent terræ, vere remissus ager.
Nunc herba rupta tellure cacumina tollunt,
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Et formosa Venus formoso tempore digna est,
Vtq́; solet, Marti continuata suo.
Vere monet curuas materna per æquora puppes
Ire, nec hybernas iam timuisse minas,
Rite deam colitis Latiæ matrésque nurúsque,
Et vos quis vitta longáque vestis * *adest.*

ANTON. *Mille per hanc artes notæ, placẽdi studio*] Noui cultus, noui ornatus, noui cantus, noua munera excogitantur, vt videmus hoc tempore. *Vrbe tamẽ nostra ius dea maius habet*] non est cupiendus Veneri honor mensis à Romulo constitui, cùm ea sit autor Romani generis ac Romuli parens, habeátque ob eam causam ius maximum Romæ, vbi multa fuerunt Veneris templa. *Cùm gemuit*] &c. Ænea cum Diomede pugnante, Venus sese Diomedi obiecisse dicitur, à quo vulnerata est. Vergilius in vndecimo Æn. Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt Tempore, cùm ferro cœlestia corpora demens Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram. *Cælestésque deas*] Iunonem & Mineruam, quibus Venus prælata est iudicio Paridis. *Ah nolim victas hoc meminisse deas*] ne Romani aduersi aliquid patiantur memorem Iunonis ob iram, quæ Troianis fuit infensa. item ob iratam Mineruam, de qua legimus: Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades passis. *Assaracique nurus dicta est*] quia non dedignata est nubere Anchisæ, qui est Assaraci nepos. Dicta est autem nurus, eo quòd nubat. vt socer & socrus, quòd generum sibi associent. *Remissus ager*] Remittere interdum est delectare. Vnde remissus ager hic verè dicitur, quòd expers nimij frigoris & caloris quasi relaxetur, & verna temperie ac florum pulchritudine delectetur, vt nos interdum iocis animum relaxamus. *Nunc tumido gemmas cortice palmes agit*] Gemma quid sit, suprà dictum est. Palmites autem dicuntur sarmenta vitium, vt Festo placet: quoniam in modum palmarum virgulas quasi digitos edunt: vt, Pars abit in vites, & quæ modò fila fuerunt, Palmite mutantur. Sarmenti autem pars in modum mallei rostra habens, & apta plantationi, Malleolus dicitur. *Vtque solet Marti continuata suo*] Aprilis Martio iunctus est, vti olim Marti Venus iuncta secundum fabulas fuit. vt: Primus adulterium Veneris cum Marte putatur Hic vidisse deus. Sed reuera vt Mars Arietis dominus est, & ita Tauri Venus, quæ duo signa zodiaci se attingunt. item Libra Veneri, Scorpius Marti datur. Vnde illud est Horatij: Seu Libra seu Mars Scorpius aspicit formidolosus. *Materna per æquora*] quia mare Veneri matris vicem præbuit, vbi nata dicitur. *Et vos quis vitta longáque vestis adest*] cauendum ne pro verbo adest, abest legamus. Matronæ enim hoc tempore (teste Macrobio) Venerem colebant, non meretrices, quarum erat festum Veneris Erycinæ. Nam vitta & stola, vt Seruius docet, & nos suprà diximus, solarum matronarum & virginum erant. Quam ob causam legimus suprà Syluiæ Vestali vittam excidisse, cum virginitatem amisit. & Festus matronas tradit appellari eas ferè, quibus stolas habendi ius erat. Demittebantur autem stolæ ad imos pedes, teste Porphyrione; erántque vestes honestæ, teste Nonio,

PAVL. *Mille artes notæ*] per hãc Venerẽ. *Et ferunt*] dicũt. *Multa reperta*] multa excogitata & adinuenta ab amantibus. *Studio*] hoc est, desiderio. *Placendi*] quo placere possent illis, quas summo prosequebãtur amore. *Quæ latuère prius*] quæ prius nõ erãt cognita. *Audeat quisquã*] aliquis. *Spoliare*] priuare. *Hãc*] Venerẽ. *Titulo*] honore & appellatione. *Mẽsis secundi*] April. quem Romulus secũdo loco constituit: quasi quis est qui velit dicere Aprilem mensem Veneris non esse: quod quidem sanæ mentis non esset. ideo subiungit. *A nobis sit furor iste procul*] quasi non simus in ea insania, vt hoc nos asseramus. *Quid*] scilicet dicam.

Quod vbique est potens] quia vbique pro magno numine habetur, nam cùm alij alios colant deos, vt Aegyptij Isidem, Mauri Iubam, Macedones Gabirum, Pœni Vranum, Latini Faunum, Sabini Xanthum, Romani Quirinum: eodem vtique modo Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Lemnos Vulcanum, Naxos liberum, Apollinem Delphi: sic cæteri populi suum numen colunt. Sola tamen Venus vbique colitur. *Et est aucta templis frequentibus*] quia vbique templa sunt illi consecrata. *Tamen dea, ipsa Venus habet maius ius in vrbe nostra*] in vrbe Roma, propterea quòd ipsa fuerit autor Romani generis. ibi plus quàm in cæteris locis colitur, pluráque habet templa. erat enim in foro ædes Veneris genitricis, & prope viam Sacram templum Veneris Cluacinæ, & in Capitolio ædes Veneris Caluæ, & apud portam Collinam templum Veneris Erycinæ, & aliæ quoque ædes: *O Romane Venus tua*] vnde tu originem ducis. *Ferebat arma pro Troia*] pugnabat pro Troianis. Vnde in Tristibus: Iuppiter in Troiam, pro Troia stabat Apollo, Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit. *Cùm gemuit*] cùm ipsa Venus gemitu dolorem indicauit. *Læsa manum teneram*] quasi habens tenellam manum vulneratam *Cuspide*] telo. Diomedis. Nam cùm Aeneas cum Diomede pugnaret, ipsa se Diomedi in nebula opposuit pro salute filij, & vulnus in manu suscepit. idem in Remedijs: Non ego Tydides, à quo tua saucia mater In liquidum rediji æthera, Martis equis.

Et vicit duas cælestes] Pallada & Iunonem. *Troiano iudice*] quasi Troiani Paridis iudicio, cùm pomum Veneri tanquam pulchriori adiudicauit. Nota est fabula: non immorémur. *Ah ego nolim deas victas*] superatas præstantia formæ, à Venere illius iudicio. *Meminisse hoc*] ne Romanis irascerentur, quemadmodum olim Troianis. *Dicta est nurus Assaraci*] voluit Anchisæ succumbere, & esse nurus pronepotis Dardani, vt eo coitu progigneret Cæsareum genus, hoc est, familiam Iuliorum. Verum nurus fuit Capyos,

A Assaraci filij, patris Anchisæ: de quo superius dictum. *Vt scilicet*] certe. *Olim*] in futurum. *Cæsar magnus*] diuus Iul. *Cæsar haberet auos Iuleos*] eos qui ab Iulo nati sunt.

Nec Vllum tempus erat aptius quàm Ver] nulla pars anni erat Veneri conuenientior, quam vernum tempus. *Vere nitent terræ*] viriditate surgentium herbarum nitere videntur. *Vere remissus ager*] est ager lætus: nam remissus, lætus est, vt ostendit Marcellus. Lætus igitur verno tempore ager, propter lætas segetes, etiam quòd resolutis frigoribus. vt in 1. lib. dixit, Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro. *Nunc herba tollunt*] attollunt. *Cacumina*] summitates. *Rupta*] aperta tellure, vt in primo, Prodit & in summum seminis herba solum. *Verno tempore, palmes agit gemmas*] vitium sarmenta: ipsæ vites emittunt gemmas, ipsos vitis cultus. *De cortice tumido*] grauido, aut qui tumet ipsis gemmis.

B vt in primo: Et noua de grauido palmite gemma tumet. & Vergil. Turgent in palmite gemmæ. *Et formosa Venus est digna formoso tempore*] quasi quæ cęteris dijs & deabus formosior est, & quæ pulchriora cætera adinuenit, digna quoque sit pulchriore tempore *Continuata Vt solet suo Marti*] quasi habens mense Martio continuatum, vt in cœlo quoque côtinuatum illi Locum obtinet, nã cû artea Martiũ sequens, continuũ illi Taurus assignatur, vt in principio huius quarti libri diximus. Sic in signis è regione locatis *Vere monet ire curuas puppes*] naues curuas. *Per æquora materna*] nam è maris spuma procreata Sappho: Solue ratem, Venus orta mari: & in Hero: Quia maret amotum Nuda Cythereïacis edita fertur aquis. Præstat igitur Venus, vt mare, quod clausum per hyemem fuerat, pateat nunc ipsis nautis. *Nec timuisse*] timere. *Iam minas hybernas*] minaces hyemis procellas. *O Latiæ matres, & nurus Latinæ*] seu Romanæ mulieres tam vetulæ, quàm puellæ, tam matres, quàm nurus. *Rite colitis deam*] colitis Venerem, & eius festum ritè celebratis. *Et Vos G quis*] pro quibus. *Vitta & longa Vestis abest*] quæ vittatæ non estis, vt sunt Vestales virgines, & pudicæ matronæ: quod indicat per longam vestem. nam stolam indicat, quod erat matronarum pudicarum insigne: sic & instita. vnde in Arte: Este procul vittæ tenues, insigne pudoris, Quæq; tegis medios instita lôga pedes. & in Tristibus, cùm repetit eos versus, addit. Ecquid ab hac omnes rigida summouimus arte, Quas stola côtingit, vittáq; sũpta vetat. Sic nũc omnes mulieres colere Venerem inquit, præter Vestales virgines, & pudicas matronas. Sed de stola aliter sẽtire videtur Noni⁹. inquit enim stolã veteres nõ honestam vestẽ solùm, sed etiam omne quod corpus tegeret. Ennius in Telepho: Cœlo & caneo, cùm vestitus squalida septus stola, in cadẽ idẽ regnũ reliquit septus Medi stola. Varr. in Cosmor. Mulieres alias ceroetes cũ stola olysyta, idem in Eumenid. Partum venusta muliebris ornat stola. H

ANTON.

Aurea marmoreo redimicula demitte collo,
 * *Demite diuitias: tota lauanda dea est.*
* *Aurea siccato redimicula reddite collo:*
 Nunc alij flores, nunc noua danda rosa est.
Vos quoque sub viridi myrto iubet ipsa lauari:
 Causáque cur iubeat, discite, certa subest.
Littore siccabat sudantes rore capillos,
 Viderunt satyri, turba proterua, deam.
Sensit, & opposita texit sua tempora myrto,
 Tuta fuit facto, vósque referre iubet.
Discite nunc quare Fortunæ thura virili
 Detis eò, gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus posito velamine cunctas,
 Et vitium nudi corporis omne videt.
Vt tegat hoc, celétque viros, Fortuna virilis
 Præstat, & hoc paruo thure rogata facit.
Ne pigeat tritum niueo cum lacte papauer
 Sumere, & expressis mella liquata fauis.
Cùm primùm cupido Venus est deducta marito,
 Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit.
Supplicibus verbis illam placate: sub illa
 Et forma & mores & bona fama manet.

Redimicula demitte collo] Iubet amoueri monilia, & cętera ornamenta à Veneris simulacris vt eo deterso, in eius Festo exactius & suis redimiculis & rosis atque aliis floribus exornetur. C *Sub Viridi myrto*] Hac arbore diximus coronatas mulieres lauari consueuisse Calendis huius mẽsis, autore Plutarcho: quæ cur Veneri dicata sit, diximus supiù. *Vósque referre iubet*] Iubet vos myrto coronari in memoriam beneficij, quòd id genus arbusculæ in deam contulit. *Discite nunc, quare Fortunæ thura Virili Detis*] &c. D Fortuna, (quam Vergilius omnipotentem dixit: nonnulli autem philosophorum, nihil sua vi posse, sed Decreti siue Prouidentiæ ministram esse voluerunt) varijs nominibus templa Romæ habuit: vt templum Fortunæ muliebris, Fortunæ fortis, reducis, bonæ, euelpidis, malæ, atropæ, protogeniæ, virilis. Ex quibus ædes Fortunæ virilis fuit non longè ab vrbe vel apud Tiberim, vel (vt quibusdam placet) ad lacum Nemorensem: quod satis compertum non est, quò virgines maturæ viro ducebantur, quæ ibi depositis vestibus omnia corporis vitia detegeE bant, sperantes fore vt ea fortunæ beneficio viros laterent. vnde ipsa dea virilis dicta est. Cuius sacra aptè festo Veneris iungebantur: quòd earum dearum altera pulchritudinem præstat, altera custodit: facitque vt non appareant, quæ violare pulchritudinem possunt. hæc ædes à Seruio Tullio constituta est, qui (autore Plutarcho) multa Fortunæ templa dedit. cæterùm non est virilis Fortuna, quam Fortem dicimus. Forti enim ædem Tullius dedicauit secundum Tiberim mense Iunio, vt autor est Varro, & nos infrà suo loco dicemus. Sanè Fortuna sic diffinitur, causarum simul cadentium concursus, & originem è proposito ducentium, vnde aliquid euenit præter spem cum admiratione. *Paruo thure*] quo & Veneri rem diuinã faciebant *Nec pigeat*] &c. Papauer & satiuum, & sponte nascens reperitur. Eius quod satiuũ est, F Auicẽna semen domesticũ vocat: quod cum mellu sumptũ, affert robur ad res Venereas: similiter & lac, vt idẽ autor scribit, & mel solũ. vt, Omq; sumãtur, sumãtur Hymetti mella. Cum quo satiui & candidi papaueris semen tastũ in secũda mẽsa dari apud veteres consueuit. Quare ait Plin. simplicẽ & antiquã salubritatẽ papauere & melle constare. Genus edulij ex melle & papauere factũ, coccetũ dicebatur, autore Festo.

Marito] Natũ est, maritũ Veneris esse Vulcanum. *Demite*] remouete vos PAVL. matres, & nurus. *Et collo marmoreo*] candido & leui. *Aurea redimicula*] aurea ornamenta. Verùm redimicula tæniæ sũt, siue vittæ pẽdẽtes à posteriore parte mitræ: quod primi Phryges mollissimi inuenerũt. *Nunc alij flores dandi sunt*] remoueatis alia ornamẽta, & accipiatis serta ex flori- I b⁹. *Nunc est danda noua rosa*] rosæ quæ nunc nutæ erũt, & offerẽdi sunt aris flores Calẽd. Aprilibus. *Vos quoque sub viridi* Calend. April. nuptæ Veneri sacrificant, & apud templum Fortunæ virilis, quod erat in ripa Tiberina, myrto coronatæ lauantur, vt superius ex Plutarcho diximus. Eam rationem huic rei affert poëta, vt si quid vitij notaretur K in corpore, præstaret Fortuna virilis, vt viros laterert. Sed cur sub myrto? quoniam sub ea latuit arbore, cùm caneret sibi à satyris: & quòd ea arbor sub tutela Veneris esse putetur. & de ea Plinius ita refert: Fuit vbi nunc Roma est, iam cùm conderetur (quippe ita traditur) myrtea verbena, Romanos, Sabinósque cùm propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis pacificaturos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant: & in ea quoque arbore suffitienti genus habetur. ideo tum electa, quoniam coniunctioni & huic arbori Venus præsit. & reliqua. plura enim de ea Plinius inquit libro decimoquinto, capite vicesimooctauo. *Iubet ipsa*] Venus. *Lauari Vos quoque*] matres seu nuptæ. *Sub Viridi myrto*] hoc est, myrto coronatas. *Discite cur subeat*] ita lauari. L *Certa subest causa*) certa est ratio. *Siccabat*] ipsa Venus. *in littore capillos sudantes rore*) crines rore madentes. *Satyri*) Per appositionem. *Turba proterua*) procax. nam diximus in primo libro libidinosos esse. *Viderunt deam*) Venerem ita crines siccantem. *Sensit*] Venus se à satyris videri. *Et texit sua tempora myrto opposita*] texit caput, & sub myrto delituit. *Tuta fuit facto*] eo modo se ipsam tutata est à satyris. *Et iubet vos referre*] vt quemadmodum ipsa se myrto texit, per vos ita vult fieri. *Discite nunc quare Fortunæ thura Virili Detis eo, gelida qui locus humet aqua*] Eodem die cùm ita se lauarent coronatæ, vt diximus, Fortunæ virili libabant. & explicat rationem, quam modò retulimus. Sed de templo virilis Fortunæ hoc habemus

A Cùm Etruscorum opes mortuo Tarquinio Prisco, indignantes Seruium Tullum regnare, à conuentionibus deiecisset, vt Dionysius refert, durantéque bello per viginti annos, depressi tandem fuere Etrusci à Tullio, qui Ceretanos, Tarquinios, Veientes ablatione reginnis mulctauit: quam eis diuisit, qui nuper in tempub. Rom. venerant. Duóque extruxit Fortunæ templa, qua per omne vitæ tempus visus erat vti prospera: alterum in foro boario, alterum ad ripas Tiberis, et Fortunæ quā virilem appellauit. *Discite nunc vos*] nuptę. *Cur*] qua ratione. *Det vobis thura cremanda*] scilicet Fortunæ virilitatis ipsius fortunæ virilis. Eo] loco scilicet. *Qui locus humet*] madidus est *Aqua gelida*] aqua Tiberina: nam in ripa Tiberis. *Ille locus accipit cunctas*] nuptas: quia omnes eò tendunt Calend. April. *Posito velamine*] depositis vestibus. *Et videt*] ille locus. *Omne vitium nudi corporis*] quicquid vitij, & quæcunque turpis nota esset in corpore, ibi

B apparet. De vitio & morbo superiori libro diximus. *Fortuna virilis præstat*] hoc tribuit & concedit nuptæ. *Vt tegat*] tegere possit. *Hoc*] vitium & notam *Et volet viros*] ne ipsi viri sint illud vllo tempore cognituri. *Facit hoc*] ipsa fortuna. *Rogate paruo thure*] non enim exigit victimas, aut ingentia dona, sed exiguo thure exoratur. *Nec pigeat*] eo etiam die dum thura adoles. *Sumere papauer tritum*] libare contusum papauer, aut papaueris succum lacte & melle mixtum quod quidem etsi dulce est gustu, dulcem quoque somnum prouocat. hæc à multis die nuptiali dabantur, in omen, futurum, & diuturnæ voluptatis cum nupta. Verùm Plinius cùm tria genera papaueris satiui dicat, Candidum, inquit, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur: deinde subdit alia genera, nigrum,

C & erraticum. & illud subiungit: Fuisse autem in honore apud Romanos semper, indicio est Tarquinius Superbus, qui legatis à filio missis, decutiendò papauera in horto altissima, sanguinarium illud responsum ab facti ambage reddidit. *Cum niueo*] candido. *Lacte & mella liquata*] instillata & dulcia. *Fauis expressa*] nam cùm fauus exprimitur, mel instillat. *Cùm primùm Venus est deducta cupido marito*] cùm ad Vulcanum Venus deducta est. Ille enim erat suus vir: licèt plures fuerunt Veneres. Prima, Cœlo & Die nata: altera, Syria Nilóque concepta, quæ Adonidi nupsit: G tertia, maris spumis procreata: quarta Iouis filia, quæ Vulcano ducta est in coniugem. *Bibit hoc*] hunc liquorem ex papauere, melle, & lacte. *Ex illo tempore*] quo hæc bibit. *Fuit nupta*] sic & nuptæ diu sunt eo liquore vsæ. *Placate illam*] conciliate vobis Venerem. *Verbis supplicibus*] quasi humili prece. *Sub illa*] sub illius arbitrio manent & forma, & mores & bona fama. Venus ministras habet Charites, quæ præstant præstantiam formæ, & morum excellentiam, & decus famæ. Ideo appellatæ Gratiæ, quòd nascentibus gratiam infundunt, qua placere cæteris possint. Quod ergo per ministras fit, per dominam fit: ideo sub illa manere dixit. De his Charitibus plura in Odis Horatius dicit. *Roma pudicitia*] dum proaui sese pudicos seruabant, Romana pubes deficiebat. Ea libris Sibyllinis moniti sunt, Veneri templa erigerent. sed respexit Poëta ad ea monita quibus sacra Veneris Erycinæ delata sunt ex Sicilia in Italiam, & condi- H tum est illi templum sub eadem appellatione apud portam Collinam. de quo alio loco dicemus. Multa tamen diximus in secunda Oda Horatij, Sine tu mauis Erycina ridens, &c.

Roma pudicitia proauorum tempore lapsa est,
Cumaam veteres consuluistis anum.
Templa iubet Veneri fieri, quibus ordine factis,
Inde Venus verso numine corda tenet.
Semper ad Aeneadas placido pulcherrima vultu
Respice, tótque tuas diua tuere nurus:
Dum loquor, elatæ metuendus acumine caudæ
Scorpius in virides præcipitatur aquas.
Nox vbi transierit, cælúmque rubescere primo
Cœperit, & tacta rore querentur aues:

ANTON. *Roma pudicitia proauorum tempore lapsa est, Cumaam veteres consuluistis anum*] Dependet hoc ab eo quod dixit, Et bona fama manet. Incredibilis enim ardor libidinis aliquando Romanas fœminas inuasis, adeò vt omnes ferè sine vllo pudore in venerem ruerent. Quare senatus, inspectis libris

D Sibyllinis, per decemuiros censuit, vt Veneris Verticordiæ simulacrum consecraretur, vt fœminarum corda à libidine ad pudicitiam verterentur. Quod posteaquam factum est, omnium sedatus est ardor. Quo tempore, vt Valerius Maximus scribit, Sulpitia, quam Solinus Paterculi filiam, & M. Fuluij Flacci vxorem fuisse testatur, censura omnium matronarum è centum probatissimis haud temerè electa est, quæ simulacrum Veneris dedicaret. cui deæ si inijciendorum amorum potestas est, nihilominus ius est & tollendorum. Itaque rogabatur Venus, teste Lactantio Grammatico, non modò vt amores præstaret, verumetiam vt auferret. Sanè ordo est: Roma est lapsa à pudicitia tempore proauorum. *Cumæam anum*] libros Sibyllinos. incertum est (vt Seruius scribit) Sibyllina responsa cuius Sibyllæ fuerint, quæ Vergilius Cumanæ esse dixit, Varro verò

E Erythrę. Cæterū Erythrę vrbs Ioniæ fuit quidē, vt autor est Strabo. Sibylla numine afflata & antiqua mulier: sed lōgè post eam alia quoq. fuit ex eadē vrbe diuinatrix, quæ Athenais vocata dicitur. *Verso numine corda tenet*] vocatur Verticordia, quòd fœminarum corda ad pudicitiam verteris. *Scorpius in virides præcipitatur aquas*] sic dictum vt illud superius, Scorpius à prima parte videndus erit. Scorpionis enim Chelæ Libram faciunt, quæ oriente sole occidit cosmicè. Arieti enim opposita est. Vnde ait Lucanus: Aut aries donec sua tempora Libræ. Huius signi occasus matutinus tempestatem significat, teste Columella. Illud tamen sciendum, quòd reuera hoc tempore dum sol in ortum fertur, qui Arietis partem emensus est, ea pars zodiaci, quam nos Scorpium dicimus, occidere nullo modo potest. expectandum enim est, vt Taurus attingat horizontem

PAVL. F *Roma*] Romana pubes *Est lapsa*] quasi defecit, cùm non eniteretur. *Tempore proauorum*] olim cùm viuerent proaui nostri. *Pudicitia*] cùm pudicè & castè viuerent. *Veteres*] vos proaui. *Consuluistis anum Cumæam*] Sibyllam quæ Cumis in Campania fuisse dicitur. Sed non consuluerunt Sibyllam quę eo tempore non erat. Sed libros Sibyllinos, quorum superius meminimus. *Iubet* Sibylla. inspectè libri Sibyllini inspecti. *Fieri plura templa Veneri*] & plura erant in vrbe, vt paulo superius diximus. *Quibus*] templis. *Factis*] extructis ordine. *Inde*] ab illo tempore. *Venus tenet corda verso numine*] quasi habuit deinde in Romanos I animum benigniorem, mutato de irato in placatum & propitium numen. *O pulcherrima*] Venus. *Respice semper ad Aeneadas*] ad Romanos, qui ab Ænea progeniti sunt. *Vultu placido*] benigno animo. *Et tuere tu diua tot nurus tuas*] tot Romanas nuptas, quæ tibi nurus sunt, cùm viri sint Æneæ pronepotes. Aut referas ad principes mulieres, Cæsarum coniuges, cùm viri sint ex domo Iulea, quæ manauit ab Iulo Ascanij filio. *Dum loquor*] Calend. etiam Aprilis incipit occidere Scorpius, & superiore libro diximus, occidere priorem partem Scorpij, hoc est, libram, per cuius occasum significabatur ortus arietis. Nunc cùm incipiat occidere posterior pars Scorpij, significatur totius arietis ortus. *Dum loquor*] Scorpius, cuius fabulam superius diximus. *Metuendus acumine*] K aculeo seu spiculo. *Cauda elata*] in altum eleuatæ: quia, vt Higinus inquit, pedib. Ophiuchi subditur, extrema cauda circulum hyemalem contingere videtur. *Præcipitatur in virides aquas*] occidit, vt idem inquit, inclinato capite. exoritur erectus à Chelis in aquas, in Oceanum. *Nox vbi transierit*] Secunda die Aprilis, hoc est, quarto nonas exit ortus Pleiadum: quæ quia in sere oriuntur, Vergiliæ dictæ sunt. Pleiades septem fuêre, Atlantis ex Pleione nymphæ filiæ: quas, vt poëtæ Græci referunt, cùm mater in Bœotiam ducere vellet, Orion illis vim inferre voluit. Euasêre tamen fuga. illas sedecim annis persequutus est. Iupiter miseratus illas, inter astra collocauit. Hoc etiam ab Higino asseritur, & inquit: Hæ numero septem dicuntur: sed nemo amplius quàm sex videre potest. causam refert quam poëta: quòd de his septem immortalibus concubuere tres cum Ioue, duæ cum Neptuno, vna cum Marte: reliqua Sisyphi vxor fuisse demonstratur. quarum ex Electra & Ioue Dardanum, ex Maia Mercurium, ex Taygete natum Lacedæmona dicunt. Ex Alcyone autem & Neptuno Hirieū, ex Celæno Lycum & Nyctea natos, ex Sterope & Marte Oenomaum: quamuis Oenomai vxorem dixêre. Meropen autem Sisypho nuptam, Glaucum genuisse, quem complures patrem Bellerophontis esse dixerunt. quare propter reliquas sorores eius inter sidera constituta: sed quòd homini nupserat, stellam eius

A obscuratam. Alij dicunt Electram non apparere, quòd Pleiades existimantur choream ducere: sed postquam Troia capta sit, & progenies eius, quæ à Dardano fuerat, esset euersa, dolore permotam, ab his se remouisse, & in circulo qui arcticus dicitur constitisse: & quodam longo tempore lamentantes capillo passo videri: itaque è facto cometem esse appellatam. *Vbi*] postquam. *Transierit nox*] vbi secundus dies illucesceret. *Et cælum cœperit primò rubescere*] cùm fulserit aurora, & cœlum rubescit aduentu solis *Et aues tactæ rore*] fusæ rore matutino. *Querentur*] querulo cantu resonabunt. *Et vbi viator*] qui est in itinere. *Vigilata nocte*] cùm per noctem vigil ambulauerit. *Ponet facem*] relinquet quam pro nocturno lumine facem ferebat, cùm iam habeat lumen diei. A

Semustámque facem vigilata nocte viator
Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus:
Pleiades incipient humeros releuare paternos.
Quæ septem dici, sex tamen esse solent:
Seu quòd in amplexum sex hinc venêre deorum:
Nam Steropen Marti concubuisse ferunt,
Neptuno Alcyonen, & te formosa Celano,
Maian, & Electram, Taygetémque, Ioui:
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.
Pœnitet, & facti sola pudore latet:
Siue quòd Electra Troiæ spectare ruinas
Non tulit, ante oculos opposuítque manum.
Ter sine perpetuo cælum versetur in axe,
Ter iungat Titan, térque resoluat equos.

ANTON. *Semustámque facem*] non est legendum, Semiustam, ne claudicet versus. *Pleiades incipient humeros releuare paternos*] Quartu nonas Aprilis, vt Nasoni placet hoc loco, Vergiliæ siue Pleiades heliacè occi-B dunt: quas Columella, parum ab eo dissentiens, octauo Idus April. inquit celari vesperi. Dicuntur autem poëticè releuare humeros patris, quia putantur Atlantis filiæ ex Pleione. vt, Cùm cœlo emergunt, sublimi ab Atlantide natæ Pleiades, Quæ cùm celantur & euanescunt, lucis propinquitate videntur Atlantis humeri cœlum sustinentis parte oneris releuari. Has alij volunt Iouis, alij Liberi fuisse nutrices, alij ipsas asserunt fuisse Hesperides, quæ in cœlum translatæ, taurini cor-C poris partem constituunt, vt ait Macrob. & A. Gellius scribis, qui libro duodecimo Noctium Atticarum tradit ex hyadum quidem positu speciem quandam & simulacrum fieri taurini capitis. Cæteras vero partes & reliquam imaginem tauri conformatam & quasi pictam esse locis regionibúsque stellarum, quas Græci Pleiadas, nos Vergilias vocamus. Has Plinius in cauda Tauri esse, alij ante genua eius positas tradunt: quæ septem sunt, licet sex tantùm appareant. Quod ostendit Varro in hebdomadibus, teste A. Gellio, vbi septenarij numeri virtutes potestatésque commemorat. Dictæ autem sunt Pleiades vel à matre Pleione, vt quidam volunt: vel ἀπὸ τοῦ πλέω, id est, nauigo, quia ortu suo primæ nauigationis tempus ostendunt: necnon & Vergiliæ, quòd earum ortu, vt inquit Festus, ver finem facit. Vnde cauendum, ne hoc loco fallamur, existimemúsque nunc D Pleiades in ortum cosmicum tolli, non enim hoc tempore ver finem facit. Animaduertendum præterea, descriptionē matutini temporis fieri, non vt putemus mane Vergiliarū primum occasum siue occultationem heliacam apparere, cū eiusmodi occasus vesperi tantùm nostro præcipitatus aspectu, quemadmodum & ortus in crepusculo matutino: sed vt dies tantùm ostendatur, quo heliacus earum stellarum occasus incipit. Vnde quantū ad aspectū nostrū attinet, placet quod ait Columella, hoc tēpore, vt diximus, celari Pleiades vesperi. *Quæ septē dici, sex tamen esse solent*] Latet Electra mater Dardani dolore permota: quæ posteaquā Troia capta est, ne ruinā eius cerneret, oculis manū apposuisse dicitur. Quidā autē dicunt, cùm Pleiades existimentur choream ducere, Electrā euersa Troia se à sororib. amouisse, & in circulo qui arcticus E dicitur constitisse. Alij non esse Electram quæ lateat, sed Meropen, dicunt, pudore confusam: quòd cùm eius sorores diis immortalibus nupsissent, sola mortalem Sisyphum nacta fuerit. vnde natus est Glaucus, quem quidam Bellerophontis patrem fuisse dixerunt. *Alcyonen*] Hæc ex Neptuno peperit Hireum, teste Higino, à quo Hirea oppidum fuit agri Thebani. Hanc & sorores quidam è Græcis à Ioue fabulantur in cœlum translatas, cùm Orion illis vim inferre tentaret, quas dicitur annos 12. persecutus. Vnde Bacchus poëta temporibus Iuuenalis tragœdiam scripsit Alcyonem: quam quidam Alcynoen dicunt. vt, Alcyonem Bacchi Thebas & Terea Fausti. *Non tulit*] pati non potuit, cùm dolor impediret, quia ipsa mater est Dardani. Vnde Troiani originem ducunt. *Ter sine perpetuo cælum versetur in axe, Ter iungat Titan, térque resoluat equos*] Nonis Aprilibus ma-F tri deûm, siue magnæ matri, quam Cybelen dicunt, sacra faciebant. Eam (vt inquit Macrobius) nemo dubitauerit terram esse. Vnde & turritam gestat coronam, ob ciuitates quas constat esse turribus insignitas. & curru vehi dicitur, quia hoc elementum pendet in aëre, eiúsque simulacrum cum claui pingitur, quoniam terra verno tempore aperitur, hyemali clauditur. Eandem ob causam ferunt hanc deam bijugos agitare leones, vt inquit Lucretius, G animalia impetu ac feruore valida, cuius natura cœlum est, ambitu continens aërem, qui vehit terram. Hinc illud est Vergilij, Alma parens Idæa deûm. Almam enim propriè terram dicimus, quæ nos alit: licet abusiuè id epitheton alijs numinibus detur. Hanc deam, & Cœlum, Varro deos magnos esse voluit. Licèt alij H Iouem & Mineruam: Ægyptij Isidem & Osiridem, magnos deos esse arbitrarentur. Est autem mater deûm, communis dea, vt autor est Seruius, quæ certas cœli partes non habet, sed generaliter à cunctis colitur. Celebratur tamen præcipuè apud Phryges, à quorū monte Cybelo Cybelen dictam nonnulli putant: vt Berecynthiam, à Berecyntho: Dindymenem, à Dindymis. Idæā, ab Ida. Quare Antisthenes philosophus, Antisthenis Athenientis filius, cùm diceretur non esse indigena, idque ei probro daretur: & mater, inquit, deûm Phrygia est. Notandum, quòd hæc dea & Cybelle dicitur, & Cybele. illud Bacchium facit, hoc Anapæstum, item Cybeles: vt hic, Turpis Cybeles & fracta voce loquendi Libertas. Sunt qui volunt ex Dindymene vxore regis Phrygiæ natam puellam & expositam fuisse in monte Cybelo: quam mulier conspicata, I cùm ibi a feris nutriretur, sustulisse dicitur, ac Cybelen appellasse. Quæ cùm singulari forma prudentiáque præstaret, ab Apolline dilecta dicitur: & deinde iussu oraculi à Phrygibus pro dea culta. Lege Diodorum.

PAVL. *Semustam*] media parte vstā. *Et rusticus ibit ad solitum opus*] ad colendum agrum. Hac periphrasi voluit ostendere principium diei, vt demonstraret cosmicum Pleiadum ortum. *Pleiades*] Vergiliæ. *Incipient releuare humeros paternos*] humeros patris Atlantis, qui cœlum sustinere dicitur: alleuant filiæ parentem, quia longius ab illo oriuntur. Aut quia Atlas in montem sui nominis conuersus, filiæ montem ipsum releuent ab aspectu suo, cùm sese altius attollunt. *Quæ*] Pleiades. *Solent dici septem, tamen solent esse sex*] dicuntur septem, sed tantummodo sex videntur, vt diximus. *Seu quod hinc, sex venere in amplexum deorum*] quòd sex tantummodo dijs immortalibus succubuerant. *Nam ferunt*] K dicunt Steropem concubuisse Marti, & ex eo Oenomaum genuisse Alcyonam. *Et te ò Celano formosa, Neptuno*] ferunt vna concubuisse Neptuno. Hæc Alcyone, altera est ab Alcyone Ceycis, vnde dictæ sunt aues Alcyonεæ. *Maiam*] ex qua Mercurius. *Et Electram*] ex qua Dardanus. *Et Taygetem*] ex qua Lacedæmon, & mons Taygetus ab ea denominatur in Laconia. *Ioui*] scilicet concubuisse ferunt. *Septima Merope, ò Sisyphe, nupsit tibi mortali*] non diis immortalibus, vt cæteræ, sed tibi qui mortalis eras. Sisyphus Aeoli filius fuit. *Pœnitet*] Meropen, mortali nupsisse. *Et sola latet*] quia non videtur. *Pudore facti*] cùm pudeat nupsisse Sisypho. *Siue quòd Electra non tulit spectare ruinas Troiæ ante oculos*] non poterat illa respicere excidium Troiæ, & cladem suo- L rum nepotum, quia Dardano eius filio progeniti erant.

Et opposuit manum oculis] ne videret euersionem Troianæ gentis: ideireo latet ea stella, vt diximus. *Ter sine perpetuo*] Nonis Aprilibus, hoc est quinto die mensis Aprilis, erat festum Cybelis matris deorum, in cuius sacris cum tympanis, & strepitu & armisonantι choreæ agebantur eius sacerdotes. fiebant insuper & ludi ad honorem ipsius. De his multa agenda sunt. Nos omnia suo loco explicabimus. *Sine*] permitte. *Cælum versetur*] vertatur seu rotetur ter. *In axe perpetuo*] supra quem perpetuò, & sine vlla intermissione, rotatur cœlum. *Ter Titan*] sol. *Iungat & ter resoluat equos*] ter oriatur & ter occidat:

cidat: nam ortu iungit, occasu soluit equos. Sic à terra cœli vertigine, & triplici ortu & occasu tres dies significat: sic diem nonarum ostendit.

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, & Idææ festa parentis erunt.
Ibunt semimares, & inania tympana tundent,
Aeráque tinnitus ære repulsa dabunt.
Ipsa sedens molli comitum ceruice feretur
Vrbis per medias exululata vias.
Scena sonat, ludique vocant spectare Quirites,
Et fora Marte suo litigiosa vacent.
Quærere multa libet, sed me sonus æris acuti
Terret, & horrendo Lotos adunca sono.
Da dea, quàm scitè doctas Cybeleia neptes
Vidit, & has cura iussit adesse mea.
Pandite mandati memores Heliconis alumnæ,
Gaudeat assiduo cur dea magna sono:
Sic ego, sic Erato (mensis Cythereius illi
Cessit, quòd teneri nomen amoris habet)

ANTON. *Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit, & Idææ festa parentis erunt*] Vergilius in octauo Æneidos: O verè Phrygiæ, neque enim Phryges: ite per alta Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum. Tibias, de quibus alibi latius dicemus Porphyrio autor est, in Berecyntho vrbe Phrygiæ sacris magnæ matris solitas adhiberi, quibus & Romani hoc tempore vtebantur. *Ibunt semimares, & inania tympana tundent, Aeraque tinnitus ære repulsa dabunt*] Galli (vt inquit Plinius) testa Samia virilitatem amputabant, nec aliter citra perniciem. Iuuenalis: Mollia qui rapta secuit genitalia testa. Idem: Quid tamen expectant Phrygio quo tempus erat iam More supernacuam cultris abrumpere carnem. Ii (vt scribit Festus) vocabantur magnæ matris comites: qui (vt idem inquit) Galli dicti sunt à Gallo flumine: quia qui ex eo biberint, hoc furore capiuntur, vt se priuent virilitatis parte. Licèt alij putent ideo eos sibi genitalia incidere, quia violauerunt nomen patris matrisve, ne possint ipsi fieri parentes. Gallus fluuius Phrygiæ, à quo, vt placet Plinio, nomen traxere matris deûm sacerdotes, calculosis medetur sed in potando necessarius modus est, ne lymphatos agat. *Æraque tinnitus ære repulsa dabunt*] Æs in rebus diuinis adhiberi solitum est, autore Macrobio, & in his maximè sacris quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut ex gere morbos volebãt. Vtebantur autem æreis instrumentis, alterum altero percutiente etiam in sacris Liberi. Vnde illud est: Aera ne tantùm ære repulsa valent. Est sanè tinnitus vocabulum è sono natum.

Ipsa sedens molli comitum ceruice feretur Vrbis per medias exululata vias] Simulacrum matris deûm ferebatur à Gallis, eratque sedentis effigies. Ipsa enim est terra elementum depressum ad infima. *Comitum ceruice*] Bene comitum, quia, vt diximus, Galli, teste Festo, vocabantur magnæ matris comites. *Exululata*] Solebant Galli per furorem motu capitis, comam rotantes vlulatu futura pronunciare. Lucanus: crinémque rotantes Sanguineum populis vlularunt tristia Galli. *Scena sonat, ludique vocant spectare Quirites, Et fora Marte suo litigiosa vacent*] Megalesia dicit. Sic enim appellati sunt ludi magnæ matris, qui instituti sunt (vt scribit Liuius) ob dedicationem ædis eius deæ, quam Marcus Iunius Brutus in Palatio dedicauit. Ab his dicta est purpura Megalensis, vt quidam tradunt, quòd ea prætores in ludis magnæ matris vterentur. Animaduertẽdum autem, ne cum nonnullis erremus, qui interpretantur Megalesia & magnos ludos. Alij enim sunt ludi, de quibus ait Iuuenalis, Atque à plebeis longe Megalesia: & alij ludi magni. Liuius in prima Decade: Solennes, deinde anno mansère ludi Romani, magníque, variè appellati. Hos Augustus vouit Ioui, teste Suetonio si rempublicam in meliorem statum vertisset post Quintilij Vari cladem acceptam. Ludos festos omnis ætas corporata spectabat. autore Seruio. *Horrendo lotos adunca sono*] Ex loti arboris materia tibiæ fiebant, autoribus Festo, Plinio, & Iulio Polluce. Vnde, vt quidam censent, Loton Palladiam dictam legimus, quòd tibia vsus sit Pallas. Scire autem debemus, quòd, vt inquit Plinius, qui loton esse tantùm arborem putant, vel Homero autore argui possunt, qui inter herbas subnascentes deorum voluptati loton primam nominauit: quam idem Plinius prouenire inquit similem fabæ. Herodotus verò lilium vocat, cuius radicem ait esculentam esse, ac suauitate præstantem: & ex eo quod medium loti est, panes confici. Loton verò arborem alij fabam Syriacam vocant, alij fabam Græcam, alij celtin: quæ est fructu suauissimo. Vnde illud est Ouidij: Sic noua Dulichio lotos gustata palato Illo quo nocuit grata sapore fuit. Ab ea Lotophagi nominati sunt, quos Artemidorus scripsit siccam regionem incolere, & loton herbam edere ac radicem: eáque comesta, nihil potu indigere. Quod à Strabone falsum existimatur, qui ait Meningem insulam Lotophagorum terram putari, cuius Homerus meminit: ibique & lotum arborem multam esse fructo dulcissimo & Vlyssis aram, quum ad Lotophagos (vt idem Homerus scribit) tempestate maris impulsus accessit. Eadem arbor Italiæ quoque familiaris est, teste Plinio. Sed extra Italiam, præcipua circa Syrtes, atque Nasamonas quam Macrobius ex autoritate Verani inter fœlices arbores ponit. Eius lignum cariem vetustatémque non sentit: estque colore nigro, & ad tibiarum cantus expetitur, radix verò ad capulos cultellorum. Apud Thuscos sacrificæ tibiæ è buxo olim fieri consueuerunt. Ludicræ verò è loto ossibus asininis atque argento. *Da dea*] dic quæ scire cupio. vt: Sed tamen iste deus qui sit, da Tityre nobis. Sunt autem verba poëtæ ad Cybelem, quæ Musas iussit aperire Nasoni quæ vellet. *Scitè*] eleganter. Vnde apud Terentium: Scitus puer natus dicitur è Pamphylo. *Doctas neptes*] nouem Musas magni Iouis filias. vt inquit Hesiodus, quæ ex Memoria susceptæ creduntur. Licèt Alcmæon poëta Cœli & Terræ magnorum deorum filias putauerit. Varro autem, vt scribit Seruius, tres tantùm Musas esse commemorat: vnam, quæ ex aquæ nascitur motu: aliam, quam aëris ictus efficit: tertiam, quæ mera tantùm voce consistit. Earum simulacra multiplicata sunt, vt idem tradit Varro, quod in ancylibus accepimus, ita vt nouem existimentur, quas Fuluius Nobilior egregiè pictas Romam transtulit ex Ambracia. Vnde Græcus poeta mellifluam Sappho laudauit, quasi decimam Musam. cuius sensum nos Latinè sic expressimus: Mnemosyne obstupuit modulantem carmina Sappho, Credidit & decimam viuere Pieridem. Non caret autem ratione nouem Musarum numerus. Placuit enim Hesiodo octauam musam Vraniam esse, quoniam octaua sphæra, quæ septem vagas amplectitur, propriè cœlum vocatur. nam nona omnium maxima per Calliopem a quibusdam accipitur. *Sic Erato*] hæc Musa ab amore appellatur, & nuptias adinuenit. Bene igitur Electa est, vt dicat quę ad Venerem pertinẽt. *Mensis Cythereius illi Cessit*] per interpositionem dictum est. Cythereium autem mensem Aprilem vocat, quia dicatus est Veneri, quæ in Cythera insula educata dicitur, quæ olim Porphyris dicta est, vbi Æneas matri templum extruxit, teste Dionysio. Ea distare à Malea promontorio quinque millia passuum putatur, ad quam Venus concha delata est.

PAVL. *Protinus tibia Berecynthia*] Phrygia à Berecyntho monte Phrygiæ: tũ quòd hęc sacra è Phrygia aduecta, vt paulo inferius dicemus: tum etiã, quòd obliquam tibiã Midas in Phrygia adinuenit. Geminas tibias, Marsyas in eadẽ gente, vt Plinius inquit, & de quo dicemus in sexto. *Cornu inflexo*] incuruo. *Flabit*] flatu resonabit. *Et erũt festa parẽtis*] Idææ Cybelis, magnę matris deorũ, quæ è Phrygia Romã aduecta est ideo Idææ, ab Ida Troiana. *Ibũt semimares*] Galli Cybelis ministri, qui castrati sunt. ideo semimares, quia sine genitalibus. *Et tundent*] manu pulsabunt. *Tympana inania*] concaua & vacua instrumenta sunt resonãtia, cùm manu pulsantur. *Aera*) ærea quoque instrumenta. *Repulsa*) repercussa *Aere*) alio æreo instrumento. *Dabunt tinnitus*) ex collisione æris fit tinnitus, qui ita ab ipso sono vocatus est. *Ipsa sedens*] simulacrum ipsius instar sedentis. *Feretur*] in ipsa põpa *Molli ceruice comitum*] ceruice mollium & effœminatorum comitũ. *Exululata*] vlulatu celebrata *Per medias vias vrbis*) per vrbẽ ipsam. *Scena vocat*] itur in theatrum. Quod cùm haberet formam hemicycli, spacium quod erat inter duo cornua, erat sena. Vnde aut ludentes aut agentes fabulam egrediebantur. Nunc autem fiebant ludi, quæ Megalesia vocabant,

A Ita enim dicebantur ludi magnæ matri deûm facti. de quo Liuius in bello Macedonico: M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deûm in palatio dedicauit: & ludos, ob eam dedicationē factos, Megalesia appellauit. *Et vocant ludi*] qui nunc exhibētur. *Spectare Quirites*] ludos ipsos. *Et fora litigiosa*] cōtentiosa, vbi litigatur ante prætorem. *Vacent suo Marte*] per translationem à bello, vacent a litibus. *Quærere multa libet*] vellem de multis inquirere, ad hæc sacra pertinentibus. *Sed terret me sonus æris acute*] exterret eor tinnitu æris acutè resonantis. *Et lotos*] tibia ex loto. *Adunca*] incurua. *Terret*] etiam me. *Horrendo sono*] horrorem incutienti. Lotos enim, vt Pompeius inquit, arboris genus est, ex cuius materia fiebāt tibiæ, &c. ideo lotos pro tibia dixit. sed de ea plura diximus in primo libro. *Da dea*] dicito d. a causam huius sonitus. *Cybeleia*] ipsa deorum mater. *Vides neptes*] Musas Iouis

B & Memoriæ filias: sic ipsius matris neptes. *Quam festo doctas*] omni doctrinarum genere cumulatas. *Quam scite*] quam eleganter. Vnde apud Terentium, Scitus puer natus est, id est, elegans. *Et iussit has*] Musas. *Adesse cura mea*] & respondere, & docere, si quid esset in quo dubitarem.

O alumnæ Heliconis] ô Musæ quæ educatæ estis in Helicone monte. *Memores mandati*] quod mandauerit vobis mater deorum sidelle mihi. *Pandite*] demonstrate. *Cur dea magna*] ipsa magna mater. *Gaudeat sono assiduo*) non intermissio in ipsis sacris. *Sic ego*) dixeram. *Sic Erato*] respondit scilicet. Erato enim vna est è Musis, elegisque fauet vatibus: dictáque est ab ἐρῶ, quod est amo: quòd præsit his qui amoris faces recinunt. Hæc habet in Aprili mense ius, cùm hic mensis sit Veneri & amoribus sacer. *Mensis Cythereius*] Veneris mensis: hoc est, Aprilis. *Cessit illi*] Erato. *Quod habet nomen teneri amoris*] nam ἔρως latinè amor, vnde & ipsa Erato dicta.

G

Reddita Saturno sors hæc erat: Optime regum,
A nato regnis excutiere tuis.
Ille suam metuens vt quæque erat edita, prolem,
Deuorat, immersam visceribúsque tenet.
Sæpe Rhea questa est, toties fœcunda, nec vnquam
Mater, & indoluit fertilitate sua.
Iuppiter ortus erat, pro magno teste vetustas
Creditur, acceptam parce mouere fidem.
Veste latens saxum, cœlesti gutture sedit:
Sic genitor fatis decipiendus erat.
Ardua iamdudum resonat tinnitibus Ida,
Tutus vt infanti vagiat ore puer.

ANTON. *Reddita Saturno sors hæc erat: Optime regum, à nato sceptris excutiere tuis*] Ferunt Saturnum, cùm audisset esse in fatis, vt aliquando filius ei regnū adimeret, comedisse partus, qui ex Ope nati essent. Quod ideo fingitur, teste Macrob. Augusto, quia diuturnitas tēporis, æternitatis deus est: & autor temporum, vt inquit quicquid gignit, ipsa consumit. Saturnus enim Macrobius.

C Vnde à Græcis immutata litera cronos, quasi chronos vocatur. Eam ob causam Ops cùm Iupiter esset in lucem editus, seruari filium cupiens, Saturnum decepit, lapide in os eius iniecto, qui Abaddir dicitur, teste Prisciano, & à Saturno pro Ioue deuoratus est. Ipsum autem Iouem Curetibus & Corybantibus custodiendum dedit: qui pulsantes clypeos suos, & galeas, egerunt, vt vagitus Iouis patrem laterent. In cuius rei memoriam Galli Cybelen comitantes, vrbem strepitu & tonitibus complebant. Alia ad hūc locum pertinentia, quæ antiquitas fabulata est, non imprudens prætereo. Est autem sciendum, Rheam & Opem ean-

D dem esse, quæ dicitur Saturni vxor & soror: cuius dies festi, autoribus Festo & Varrone, Opalia dicebantur, celebrabantúrque (vt scribit Macrobius) mense Decembri, quemadmodum & Saturnalia, omni iam fœtu arborum coacto: quoniam Saturnum & Opem repertores frugum ac fructuum crediderunt, quos nonnulli Cœlum & Terram esse arbitrati sunt. Saturnúmque à satu dictum, cuius causa de cœlo est: & terram Opem, cuius ope humanæ vitæ alimenta quæruntur. Vel ab opere, per quod fructus frugésque nascuntur. Cui deæ sedentes vota concipiebant, & de industria terram tangebant. Esse autem Opem & Cybelen vnum numen, Ouidius ostendit alibi. vt, Ipse quoque Ausonias Cæsar matrésque nurúsque Carmina turrigeræ dicere iussit Opi.

A nato sceptris excutiere tuis] Sunt qui tradunt, Saturnum timentem ne à filio regno pelleretur, Iouis parasse insidias. Quod cùm is cognouisset, patrem è regno dicitur pepulisse.

E *Nec vnquam mater*] cùm Saturnus filios absumeret. *Acceptam parce mouere fidem*] quia quod vetustas accepit & credidit, à nobis quoque recipiendum est, ne lædatur autoritas vetustatis. *Iamdudum*] Hoc aduerbium interdum (vt placet Seruio) quamprimum significat, & nimium. *Resonat tinnitibus Ida*] Idam Cretæ dicit, de qua Virgilius: Mons Idæus ibi, & gentis cunabula nostræ. Ibi Idæi dactyli, quos Curetes, siue Corybantes poetæ appellant, teste Diomede, excogitarunt lusus genus, celarúntque vocem Iouis infantis, vt diximus suprà. Fuit autem lusus, vt concurrerent æneis clypeolis, tinnitúmque æris facerent, non sine rhythmica [illegible] dactyli compositione. Vnde à montis nomine, & qualitate facti, Idæi dactyli appellati sunt. Est & Ida in Phrygia, cui ab Ida Cretæ Teucer nomen dedit, postquam est profectus in Phrygiam.

F

PAVL. *Reddita Saturno sors hæc erat*] &c. Verba sunt ipsius Eratus, referentis Saturni & Iouis historiam, quæ erit paulo altius repetenda. Saturnus (vt poetæ referunt) erat monitus, ne prolem virilis sexus seruaret: nam ab ea deijciendus esset è regno. Ex quo destinauit omnem prolem interimere. Nato Ioue, oblatum est saxum, quod pro filio deuorauit. At infans Iupiter in Dyctæum montem, vt aliqui, in Idam Cretensem trāslatus, educatúsque est. Et cùm vagiret, ne à Saturno audiretur, pulsantur tympana & tibiæ. sic à patris insidiis tutus fuit. Aliter tamen ex historia sacra Euhemeri à Lactātio refertur, Saturnum scilicet Cœli ex Vesta filium fuisse, & Titani fratrem, vxorémque Opim duxisse. Titanus, qui maior natu erat, regnum postulabat. Persuadent mater & sorores Saturno, ne concedat. Quod vbi ille persensit, firmat cum Saturno fœdus, vt si quis liberorum ei virilis sexus natus esset, ne educeret. Id ea causa fecit, vt ad suos natos regnum rediret. Itaq; qui primò natus est, occatus est. Deinde posterius nati sunt gemini, Iupiter & Iuno. Sed Iunonem solam Saturno in conspectū dedêre: Iouem autem abscōdentes, Saturno inscio, educandum dedêre. Item Neptunum clàm à Saturno Ops parit, eúmq; clanculum abscōdit. Et cùm deinde pareret Plutonem & Glaucam, fœmella patri ostensa, clàm Pluto seruatus est, Glauca parua emoritur. Quod vbi resciuit Titanus, cum filijs venit, Saturnum & Opim comprehendit, incluśitque cum compedibus. Sed adultus Iupiter, cum Cretensibus veniens, Titanum & filios expugnauit, & parentes è vinculis liberauit, & patri regnum restituit. Sed postea admonitus sortē Saturnus, vt à Ioue caueret, ne eum regno pelleret, Ioui insidias parauit. Quo cognito Iupiter patrem fugauit, & regnum sibi vendicauit, &c. Hæc ille. Poetæ historiam ipsam peruerterunt. Sed de pulso Saturno plura diximus in primo libro. Nunc sic inquit Musa. *Hæc sors erat reddita Saturno*] hoc acceperat Saturnus responsum. *Optime regum*] rex optime. Ad illud respexit, quòd eo regnante fuisse dicitur aureum seculum. *Tu excutiere à nato*] filio. *Tuis sceptris*] instrumentum pro re: id est, tuis regnis: filius qui tibi nasciturus est, te è regno eijciet. *Ille*] Saturnus. *Metuens suam prolem*] suos filios. *Vt quæque erat edita*] nata: vt quisque viribs sexus nascebatur. *Deuorat*] quia dicunt ostensum pro Ioue saxum, & illud deuorasse. *Et tenet immersam*] sobolem obruptam. *Visceribus*] tenet intra viscera, quod deuorauit. *Rhea*] quæ & Ops, Iouis mater, Saturni vxor. *Est questa toties fœcunda, nec vnquam mater*] querebatur quòd toties pareret, nec vnquam seruabatur filius quo mater dici posset. *Et indoluit sua fertilitate*] quòd erat ita fœcunda, cùm toties pareret. *Iupiter erat ortus*] natus. *Vetustas creditur pro magno teste*] nullos alios huiusce rei testes, nisi vetustatem. cui est adhibenda fides, tanquam magno & præsenti testi. *Parce mouere fidē acceptam*] quasi, noli tu turbare credulitatem rerum, quas à veteribus accepimus, sed credas etiam tu ita fuisse. *Saxum latens veste*] saxum pannis inuolutū e[illegible] illi pro Ioue oblatum. *Sedit cœlesti gutture*] deuorauit ille & in eius gutture sedit. Quod physicè ad tempus refertur, quoniam id omnia deuoret. quod in 1. lib. attigimus. *Sic genitor*] Saturnus. *Erat decipiendus*] pro seruanda virili prole. *Ardua Ida*] mons Idæus in Creta altus, & ascensu difficilis. *Resonat iamdudum*] ex quo natus erat Iupiter, resonat mons tinnitibus æris, ne vagiens puer audiatur. Ideo inquit, *Vt puer*] infans Iupiter. *Tutus ab insidijs* scilicet patris. *Vagiat*] vagitum edat. nam vagire puerorum est. *Ore infanti*] cùm ipse infans esset.

H I K L

Pars clypeos manibus, galeas pars tundit inanes:
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit patrem, priscique imitamina facti.
Aera deæ comites, raucáque terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant,
Tibia dat Phrygios, vt dedit ante, modos.
Desierat. cœpi, Cur huic genus acre leonum
Præbeat insolitas ad iuga curua comas?
Desieram. cœpit, Feritas mollita per illam
Creditur, id curru testificata suo est.
At cur turrifera caput est onerata corona?
An primis turres vrbibus illa dedit?
Annuit. Vnde venit dixi, sua membra secandi
Impetus? vt tacui, Pieris orsa loqui.

ANTO. *Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus*] Separat Curetes à Corybantibus, secundum eos, qui volunt alios esse Curetes, alios Corybantes. Placet enim Diodoro, Corybantum fuisse Iasij filium, quem vult post patris interitum cum Dardano sacra Cybelis in Phrygiam transtulisse, initiatosque sacris Corybantes nominasse. Curetes autem esse è terra genitos, siue Idæorum dactylorum progeniem, quibus multarum rerum inuentionē tribuit. Cæterùm Strabo in decimo suæ Geographiæ multa, ac penè inexplicabilia de Curetibus refert, quos nonnulli ex Acarnania genus duxisse volunt, quidam ex Ætolia, alij ex Euboia, alij à Creta. Et vel dictos Curetes, à cura tonsuræ: quòd qui Euboiam incoluerunt, ab occipite capillati fuerint, & à fronte detonsi. vel ab Heroe quodam. vel à monte Curia, qui Pleuroni imminet, cùm ij in Ætoliā habitatum migrassent. vel à cura Iouis alendi. Quia sunt qui dicant omnem in Rhodo fuisse Telchines Rheæ comites in Creta: qui quoniā alendi Iouis curam gesserunt, Curetes nominati sunt. Alij Curetes Ætoliam habitantes. sic dictos tradunt, quòd sicuti coræ, idest puellæ, longas stolas induerē t. Lege cætera apud eundem cosmographum, hac lege, ne rideas: vbi etiam inuenies esse, qui Curetas, Corybantes, & Idæos dactylos eusdem esse tradiderunt. *Tibia dat Phrygios, vt dedit antè, modos*] Virgilius in octauo Æneidos: Ite per alta Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum. Nouimus autem, Romanos (vt scribit Seruius) sacra matris deûm more Phrygio coluisse. Idem etiam tradit, tibiam Phrygiam impares & inæquales cauernas habuisse, & dextræ quidem vnum foramen fuisse, vt scripsit Varro: sinistræ duo, quorum vnum acutum sonum habuit, alterum grauem. Dicta est autem tibia, quòd cùm olim simplex esset, ex osse fieret tibiarū, quales grues habent, & aues eiusmodi. Obliquæ tibiæ inuentionem Plinius Midæ Phrygio tribuit, geminarum verò tibiarum Marsyæ. Alij tibiæ inuentorem fuisse Apollinem volūt, alij Euterpen vnam Musarum. Sed vt cum tibus voce caneretur, Troezenium Dardanum instituisse tradunt. *Genus acre leonum*] Leones matris deûm currum trahunt, quia (vt placet Seruio) omnis feritas maternæ affectioni subiacet, vel, vt Macrobio, quia hæc dea terra est, quæ ab aëre vehitur, quem continet cœli ambitus, cuius natura similis est leonum validorum animalium impetu atque feruore. Sustinens autem rotis eadem dea dicitur, quia mundus rotatur, & volubilis est. *An primis turres vrbibus ipsa dedit*] Turrium inuentio non datur matri deûm, sed Ægyptiis potius. Erat autem Cybelis simulacrum capite corona turrium insignitum: quia ipsa est terra, quæ oppida & turres sustinet. *Impetus*] furor quo impelluntur Galli sibi abscindere pudibunda.

PAVL. *Pars*] ipsorū ministrorum. *Tundit*] verberat. *Clypeos manibus*] Aliqui legunt, Sudibus. Sic enim hic versus apud Lactantium est, Quia baculis pulsabat clypeos. *Pars tundit galeas inanes*] conuexa & vacua capitum tegmina ærea, vnde sonitus ederetur. *Hoc opus habent Curetes, hoc Corybantes*] hoc officiū, dum educabatur Iupiter, exercebant Curetes & Corybantes. Etenim post Idæos dactylos, qui in Creta fuêre, sequuti sūt, vt Diodorus inquit, Curetes, quos quidā ex terra genitos volūt Alij progeniem Idæorum dactylorū, habitasse autē in montibus: tecta & indumenta, quæ natura præberet, habentes, nondū repertis domibus. A quibus multa ad vitā vtilia inuēta sunt. Primi greges ouiū cogere, pecora alia mansuefacere, mellis, venādi, sagittandique modū induxêre. Repertere insuper ensem, galeam, ac cum armis saltandi morem, quorū strepitu permagno Saturnus deceptus est, aiunt enim Iouem clam Saturno ab Rhea matre datum, ab his nutritū fuisse. Archemachus autē Euboeus, Strabone referente, Curetas inquit Chalcidem incoluisse. Sed assiduè de Lelanto campo bellum gerentes, cùm hostes anteriorem capitarent cæsariem, eósque distraherent, ab occipite capillatos extitisse, à fronte detonsos. Vnde à cura, id est, à tonsura, Curetes, id est, detōsos appellatos, & in Aetolia habitatum migrasse. Vbi cùm intonsa seruarent capita, Acarnanes cœpisse nominati. Plerique ab Harone quodam vtramque nationem nomē tenuisse aiunt. Alij à monte quodam Curio Pleuroni imminenti, Curetas nominatos. Alij dæmonas quosdam, deorumque ministros Curetas vulgant. Alij eosdē esse Curetes, & Corybātes, & Cabeiros, & Idæos dactylos, & Telchines ostendūt. Et paulo post de Corybantibus prosequitus Strabo, plures opiniones referens, addit que post multas: Verisimilius, inquit, scripsimus, eosdem esse Curetes & Corybantes, qui in matris deorum sacrificia armati saltatores, casti & puri sunt assumpti. Ideo autem Corybantes appellati, quòd inter saltandum capita iactent, quod *κορύττειν* dicitur, quos Betarmonas vocat Homerus. Hinc qui capita saltando iactant, & numine aspirantur, & furiis agitantur, corybantiare dicimus. Diodorus verò inquit, Iasium, Corybantum genuisse. Mortuo Iasio, Dardanus & Corybantus in Phrygiam sacra Cybelis detulerunt. Corybantum initiatos sacris Corybantes nominauit, & cætera. *Res latuit patrem*) quia Iouis educatio Saturno nunquam aperta fuit. *Comites deæ*] ipsi ministri Cybeles, qui eam in pompa comitantur. *Mouent æra*] pulsant ærea instrumenta, ad tinnitus edendos. *Et terga rauca*] tympana ipsa ex tergis, hoc est, ex corijs, raucè sonantia. *Imitamina prisci facti*] ad imitationem eorum, quæ ipsi Curetes fecerant in educando Ioue. Aliqui legunt, Prisciquе imitamina facti. & eōdem tendit structura, quæ sunt imitatricia veterum factorum. Et Lactantius inquit: Quicquid est gestum in abscondendo puero, idipsum per imaginem geritur in sacris, quod Ouidius exponit in Fastis. Et adducit hos octo versus simul libro primo Diuinarum institutionum. Verùm vt idem quoque tradit, hanc totam opinionem quasi à poëtis fictam Salustius respuit: voluitque ingeniosè interpretari, cur altores Iouis dicantur Curetes fuisse. Sic ait: Quia principes diuini intelligendi fuerunt, vetustatem, vt cætera, in maius componentem, altores Iouis celebrauisse. & reliqua. Hunc cumulatè fefellit ipse Lactantius. *Pulsant ergo cymbala*] ipsa parua tympana. *Pro galeis*] loco galearum. Cùm prius consueuerant pulsare galeam & clypeum, nunc pulsabant cymbala & tympana. Ideo pro scutis pulsant tympana. *Tibia*] quæ ex loti materia erat, non est mutata. *Dat Phrygios modos*] modulos sonoros, quales in Phrygia edebantur. *Vt dedit antè*] prius quàm ipsa sacra deferrentur in vrbem. *Desierat*] loqui scilicet ipsa Erato. *Cœpi*] ego scilicet loqui. *Cur huic*] matri deûm. *Genus acre leonum*] ipsi acerrimi leones. *Præbeat comas insolitas*] iubas non assuetas ferre iugum. *Ad iuga curua*] ad currum, quem ipsi iugati trahunt. Leones enim agunt currum magnæ deorum matris. Aliqui legunt, Iubas in insolitas, & idem est.

Desieram] ego scilicet loqui. *Cœpit*] ipsa Erato loqui. *Creditur feritas mollita*] mansuefacta. *Per illam*] Cybelen, Idcirco leones trahunt eius currum, quia prima fuit quæ truces & feras bestias mansuefecerit. Sed in x. Metam. alia causa affertur de Hippomane & Atalanta, cùm pomis ille aureis à Venere datis, eam cursu deciperet & superaret, impatiens amoris, cùm in templo Cybelis congrederetur, dea ambos conuertit in leones, & eos currui alligauit. Sed Musa refert causam ad mansuefactam feritatem. Sed ab initio alij alia animalia reddidere mansueta. *Id est testificata*] ipsa Cybele. *Suo curru*] vbi habet leones alligatos.

At cur est onerata caput) cur habet caput oneratum. *Corona turrifera*) ferente turres: nam turrita pingitur.

An illa dedit turres primis Vrbibus] an prima ipsa fuerit, quæ turres vrbibus construxerit. *Annuit*] affirmauit Musa ita esse, eam scilicet turres dedisse. Plinius verò id muneris aliis assignat. Inquit enim: Thrason muros, turres, vt Aristo. Cyclopes Tirynthij: vt Theophrastus, Ægyptij. *Dixi*] ego. *Vnde Venit impetus*] ille furor. *Secandi sua membra*) cur ministri magnæ matris secant pudendas partes, & abscindunt ipsa genitalia. *Vt tacui*] ego. *Pieris*] Erato, à Piero monte, vel ab ipsis Pieribus. *Sic orsa loqui*] sic loqui cœpit.

Phryx puer in syluis facie spectabilis altis
Turrigeram casto iunxit amore deam.
Hunc sibi seruari voluit, sua templa tueri:
Et dixit, Semper fac puer esse velis.
Ille fidem iussus dedit: & si mentiar, inquit,
Vltima, qua fallam, sit Venus illa mihi.
Fallit, & in nympha Sagaritide desinit esse
Quod fuit. hinc pœnas exigit ira deæ.
Naiada vulneribus succidit in arbore factis:
Illa perit, fatum Naiadis arbor erat.
Hic furit: & credens thalami procumbere tectum,
Effugit, & cursu Dindyma summa petit.
Et modò tolle faces, remoue modò verbera, clamat:
Sæpe Palæstinas iurat adesse deas.
Ille etiam saxo corpus laniauit acuto,
Longáque in immundo puluere tracta coma est.
Vóxque fuit: Merui, meritas do sanguine pœnas:
Ah pereant partes, quæ nocuere mihi.
Ah pereant, dicebat adhuc, onus inguinis aufert,
Nulláque sunt subitò signa relicta viri.

ANTO. A *Phryx puer*] De hoc scriptores variè fabulantur. Nam vt scribit Seruius, Atys puer speciosus, cùm magnæ matris sacris præesset, à rege ciuitatis suæ amatus est. A quo cùm intelligeret vim sibi instare, clàm in syluas profugit. Vbi cùm inuentus, vim ei stuprator inferre, verenda stupratoris abscidit: qui moriens, eandem ipsam B corporis partem pueru abstulisse dicitur. Quem cùm antistites deæ semianimem sub pinu inuenissent, perlatũ in templum frustrà reficere conati, defunctum tumularunt. Cuius vt perpetua memoria maneret, magna mater instituit, vt quotannis in sacris suis plangeretur, pinúmq; arborem tutelæ suæ ascripsit: effecítque, vt cultores sui viriles sibi partes amputarent, qui cum gladijs suis esse finguntur, vt significent omnibus pro terra sua esse pugnandum. Ouidius autem in hoc loco vult puerum ipsum C dilectũ à Cybele, & deæ ipsius, ac datæ fidei immemorem, cùm cognouisset nymphã Sagaritis filiam, statim in furorem versum sibi virilia amputasse. Catullus verò eius furoris causam non deæ, sed Gallo flumini tribuit: cuius aquis epotis, puerum dicit in furorem actum, abscidisse sibi eam quam diximus, corporis partem. Diodorus autem vult Cybelen ab hoc puero fuisse compressam, cúmque iussu parentum Cybelis interfectum. Sciendũ placuisse Porphyrio philosopho (vt refert Augustinus, à quo Eusebius non dissentit) Atyn castratum nihil aliud significare, quàm florem qui decidit ante fructum. Fuit & Atys Crœsi filius, qui in venatione ab Adrasto interfectus est, autore Herod. Item Atys iunior eius frater: qui imminente percussore patri, cùm antea mutus fuisset, vocalis euasit. *Casto amore*] Vide Diodorũ, qui aliter sentit. *Fac puer esse velis*] castus & incorruptus.
D *In nympha Sagaritide*] Putant nonnulli nympham quam Atys cognouit, proprio nomine Sagaritidem appellatam, quod non placet. Addita enim est syllaba (vt poetæ interdũ faciunt) patronymicu. vt, Clióque & Beroe soror, Oceanitides ambæ. Deducitúrque nomen à Sagaru, quem fluuium constat fluere per Phrygiam ad oppidum Berecynthum.
Fatum Naiadis arbor erat] Hamadryadem esse ostendit, quam Naiadem dicit. Sunt enim Hamadryades nymphę, quę cum arboribus & nascuntur & pereunt. *Hic furit*] agitur in furorem Atys, credens tecta procumbere, cùm reuera non esset quod videbatur. *Palæstinas deas*] furias: quæ tres sunt, Alecto, Tisiphone, & Megæra, Noctis & Erebi filiæ. Has nõ à Syria Palæstina, quam maxima gens Iudæorum habitauit: sed à Palæstina vrbe, quæ est Epiri regio, Palæstinas dictas E non dubitamus. De qua inquit Lucanus lib. 5. Lapsa Palæstinas vncis confixit arenas. quoniam in Epiro est Acherusia. Et cùm Varro templa esse doceat in cœlo, in terra, & sub terra, deinde postremo illud legitur: Acherusia templa alta Orci saluete infera. (In Epiro autem Furiarum fuisse templum, Marsus ex antiquo commentario probat) *Partes quæ nocuere mihi*] pudibunda, quibus matrem deûm mihi infensam reddidi.

PAVL. *Phryx puer in syluis*] &c. Causam Eratu refert ad Atyn puerum, quem Cybele amabat. Qui quia fidam fregit, dissecuit eam partem, qua illam læserat, vnde morem habuisse inquit initium. Et de hoc Lactan. Deûm mater, inquit, & amauit formosum adolescentem, & eundem cum pellice deprehensum, excectis virilibus semiuirum reddidit. Et nunc à Gallis sacerdotibus sacra eius celebrantur, &c. Sed nos vt F aliud ad hanc rem adducamus, illud aduertendum erit, quòd poëtæ eandem esse Cybelen, & Rheam deorum matrem ostendere videntur. Verùm Diodorus Menonem Phrygiæ Lydiæque regem fuisse refert, qui vxorem duxerit Dindymenem. Ex ea natam fœminam cùm vtrunque nollent, à se expositam in Cibellum montem, hanc pardali aliæque feræ nutrierunt. Quam videns, stupénsque miraculo mulier quædam pecora pascens, eam sustulit, & à loco Cybelen nominauit. Quæ adulta, & forma & prudentia excellens fuit. Fistulam compactam, & ad lusum choreas, cymbalũ, tympanũmq; prior adinue- G nit, & pecorum & puerorum morbis remedia. Et quia multos in sinu fouit, & ob amorem singulis præstitum, matrem ab omnibus dictam ferunt. Hæc prouecta ætate adolescentem quendã eius regionis Atym nomine dilexit, quem postmodum dixerunt Papã. Cum eo clam coiens grauida facta est. Quod vt parentes norunt, in regiam accitam vt virginem pater suscepit, H & Atym & nutrices interfici iussit, atque insepultos abiici. Cybelen dolore perculsam, insanam effectam, in publicum prodisse ferunt, soláque vniuersam patriam passis crinibus perambulasse. Misertus Marsyas illam sequutus est. Post certamen cum Marsya, Apollinem eius amore captam ferunt, & cum ea vsque ad Hyperboreos errasse. Sed vexatis morbo Phrygijs, responsum est ex oraculo, vt Atyos corpus sepelirent, vt Cybelen venerarentur vt deam. Sed consumptum tempore cùm Atyos corpus non inuenirent, imaginem eius fecêre, circa quam planctu ac lamentis sacra inibant. Cybelis verò ara erecta annis singulis sacrificabant. Postmodum in Pessinunte oppido Phrygiæ sumptuosè constructo templo, honores illi sacráque so- I lennia constituêre, Mida rege ad ea plurima conferente. Positaque erant circa deæ statuam pardali, ac leones à quibus olim esset enutrita. Hæc ille. Idque superamum pro ratione quoque afferri posset superiori quæstioni, cur leones ad currum habeat. *Phryx puer*] Atys è Phrygia. *Spectabilis facie*] formosus. *In syluis altis, iunxit deam turrigeram*] cepit Cybelen gerentam turres in corona. *Casto amore*] quia illa Atym castè amauit. *Voluit*] dea. *Hunc seruari sibi*] ne cui alteri iungeretur amore, sibi soli seruari puerum voluit. *Tueri sua templa*] vt ille custodiæ templi præesset. *Et dixit, Fac semper velis esse puer*] purus & castus, ne qua voluptate corrumpare, esse. *Puer*] ætate. Sexum & conditionem dicit. *Ille*] Atys. *Dedit fidem iussus*] curauit se seruaturum K quod ille iusserat. *Et inquit, Si mentiar*] si fallam fidem, & non seruauero quod promisero. *Illa sit mihi Vltima Venus*] ille sit mihi vltimus coitus. *Qua*] Venere, seu quo coitu. *Fallam*] decipiam: quasi vt deinceps coire cum aliqua non possim. *Fallit*] quia fregit fidem. *Et desinit esse quod fuit*] desinit esse puer & castus. *In nympha Sagaritide*] filia Sagaris fluuij, qui est in Phrygia. *Ira deæ*] dea irata. *Exigit*] ex debito poscit pœnas. *Hinc*] ex hoc scelere. Sagarum, vnde Sagaritide, fluuium Phrygiæ Herodotus ostendit. Liuius verò de Bello Maced. fluuium esse dicit Gallogræciæ: qui per Phrygiam defluens, & ad Berecynthum oppidum pertinens, in Propontidem tandem influit, &c. *Succidit*] incidit ipsa Cybele *Naiada* nympham ipsam Sagaritida. *Vulneribus factis in arbore*] Ostẽdit illã Poëta nymphã fluminis, cùm dicat Naiada. à νάω, quod est fluo. Et ostendit L Hamadryada: cùm Hamadryades sint deæ arborũ, quæ cum his nascuntur & moriuntur. Sic nunc illam succisã inquit in arbore, tanquã Hamadryada: quia succidit arborẽ in qua illa viuebat, viuêre arbore: moriente arbore mortua est ipsa. *Illa perit*] extincta est. *Fatũ Naiadis erat arbor*] nã quãdiu seruata est arbor incolumis, seruata est & nympha. *Hic* Atys. *Furit*] furore corripitur. *Et credẽs procũbere tectũ thalami*] cũ furore percitus existimaret corruere tectũ. *Effugit & petit cursu sũma Dindyma*] furore agebatur celeri cursu in altos Phrygiæ mõtes. Dindyma .n. mõtes sunt in Phrygia. vnde & Cybele Dindymene dicta, vt testatur etiã Strabo. *Et clamat, Modò tolle faces*] Videbatur videre Furias seipsũ infectãtes facibus & verberibus. Ideo. *Tolle faces*] remoue verbera: noli dea

cruciate me facibus & verberibus Furiarum. Ideo subsequitus, *Sæpe iurat adesse deas Palæstinas*] Liceat nunc mihi sine arrogantia rem meam tueri, ne quis me mea laude defraudatum iri velit. Hic enim locus à nullis vnquam nostræ ætatis viris intellectus est, præterquam à nobis. Primus ego explicui: & quicunque sunt postea interpretati, aut sententiā meā secuti sunt, aut non rectè intellexerunt. Dicam primùm de loco, tum de ipsis deabus. Palæste locus est in ora Epiri, apud Oricon, quò è nauibus descendit Cæsar, cùm iret cum exercitu aduersus Pomp. Emendati codices commentariorum Cæsaris testantur: Sed in his impressis deprauatus est locus. Sic enim inquit: Postridie terram attigit, Germanorum saxa inter, & alia loca periculosa. Quietiam nactus stationē, & portus omnes timens, quos teneri ab aduersariis arbitrabatur, ad eum locum qui appellatur Pharsalia, &c. Qui appellatur Pharsalia, inquit, cùm omnino Pharsalia dicere nō debeat. Miror hoc alios non obseruasse. In codice vetustissimo, quem ego reperi & emi in Chalcide Euboica, erat, Qui appellatur Phaleste. ibi tantummodo superabundabat aspiratio. nam Paleste legendum, vt Palestia. quod negari non potest, cùm Lucan. in 5 Pharsaliæ dicat, Lapsa Palestinas vncis confixit arenas: loquens etiam de classe Cæsaris. Constet ob id, Palestinas arenas in Epiro esse: non enim nūc agimus de Palæstina Syriæ annexa. Deas verò ipsas quis non apertè videt Furias esse intelligendas? cùm poëta faces & verbera addat? Nobis aūt, cùm de hoc loco quæreremus, fidelissimus vtriusque linguæ interpres, omni doctrinarum genere & laude cumulatissimus, in quo nuper magnam iacturā fecimus, in antiquissimo lyricorum principiorum interprete ostendit, Furiarum templum in Epiro fuisse. Item & in alio Græco codice vetustissimo. Hoc non solùm mihi, sed Pomponio quoque vetustatis indagatori diligentissimo demonstrauit. Itaque deæ Palæstinæ hoc in loco pro Furiis accipiendæ, à templo quod erat in ea regione: quas adesse ille iurabat Atys, cum furore percitus esset. *Ille etiam*] Atys. *Lancinauit corpus saxo acuto*] seipsum acuto saxo verberabat, ita vt corpus laniaret. Abscidit enim lapideo cultro pudendam partem, qua deliquerat. *Coma longa*] longi crines. *Est tracta in puluere immundo*] sordido. Versabat seipsum in luto, & trahebat, inde & fœdabat crines. *Et fuit vox*] dicebat. *Merui*] ita scilicet plecti. *Do pœnas meritas*] quasi patior quod merui supplicium. *Sanguine*] sanguinis effusione. *Ah pereant partes*] corporis. *Quæ nocuere mihi*] pereant pudenda, quibus fidem violaui, quæ faciunt vt ita plectar. *Ah pereant*] dicebat adhuc: quia pluries repetebat eadem verba. *Aufert enim inguina*] abscidit sibi genitalia. *Et subitò nulla sunt relicta signa viri*] abscissis virilibus, nullum superfuit signum quo vir cognosceretur. *Hic furor*] talis furor, qualis in illo fuit.

> *Venit in exemplum furor hic, mollésque ministri*
> *Cædunt iactatis vilia membra comis.*
> *Talibus Aonia facunda voce Camœnæ,*
> *Reddita quæsiti causa furoris erat.*
> *Hoc quoque dux operis moneas precor, vnde petita*
> *Venerit. an nostra semper in vrbe fuit.*
> *Dindymon & * Cybelon, & amœnam fontibus Iden*
> *Semper, & Iliacas mater amauit opes.*
> *Cùm Troiam Aeneas Italos portauit in agros,*
> *Est dea sacriferas penè secuta rates.*
> *Sed nondum fatis Latio sua numina posci*
> *Senserat, assuetis substiterátque locis.*
> *Pòst vbi Roma potens opibus iam secula quinque*
> *Vidit, & è domito sustulit orbe caput.*

ANTON. *Venit in exemplum*] quia comites Cybelis siue Galli sibi virilitatem amputarunt. *Quæsiti furoris*] non quæsiti à Gallis, sed cuius causam ipse quæsieram. *Vnde petita Venerit*] Hannibale Italiam deuastante, inspectis libris Sibyllinis, cùm crebrius de cœlo lapidatum esset, vt Liuius scribit libro 9. Decad. 3. carmen à decemuiris inuentum est, pelli posse Italia, vinciq; alienigenam hostem, si matris Idææ numen Pessinunte Romam aduectū foret. Quod Silius testatur his versibus: Hostis vt Ausoniis discederet aduena terris Fatidicæ fuerant oracula prisca Sibyllæ, Cælicolûm Phrygia genetricem sede petitam Laomedonteæ seruandam mœnibus vrbis. Quo carmine senatus eo magis motus est, quòd legati, qui dona Delphos portauerant, referebant, sacrificātibus ipsis Apollini Pythio, omnia læta exta fuisse. Vnde placuit, vt quinq; legati ad regem Attalum mitterentur. Qui Asiam petentes, ab oraculo Delphico responsum acceperunt, compotes se per Attalum regem eius rei fore quam peterent. Sed cùm deam deuexissent, tum curarent, vt eam qui vir optimus Romæ esset, hospitio acciperet. Igitur legati cùm Pergamum ad regem se contulissent, Attalus eos Pessinuntem in Phrygiam deduxit, quo in oppido ædem Cybelis fuisse Diodorus tradit: sacrúmque his lapidem, quē matrem deûm incolæ esse dicebant, tradidit. Quem vbi Taracinæ iam esse Romæ nunciatum est, senatus P. Scipionē Nasicam iudicauit in tota ciuitate virum optimum esse. Qui cum omnibus matronis Hostiam ire iussus obuiam deæ, eámque de naui accipere, & in terram elatam tradere referendam matronis, postquam nauis ad ostium amnis Tyberini accessit, à sacerdotibus deam accepit, extulitq; in terram. vnde eam matronæ in ædem Victoriæ, quæ tum erat in Palatio, pertulêre, pridie idus Aprilis, qui dies fest° fuit. Cæterū postea dedicata æde matri deûm Romæ, vt infrà dicetur, festum eius constat ad nonas mensis fuisse translatum: nihil enim fuit tam celebre apud Romanos, quàm dedicationis dies. *Dindymon & Cybelon*] montes Phrygiæ, à quibus dea (vt diximus) Dindymene & Cybele dicta est. Oppidum verò eius Pisinus dicitur à Strabone, nunc omnes Pessinuntem vocant. *Amœnam fontibus Iden*] Idam Phrygiam constat esse fontibus plenam. vt, Venimus in plenam venatu & fontibus Idam. Vnde eam multifontem dixêrunt, vt autor est Strabo. Quod verum esse declarat fluminum multitudo, inde in mare profluentium. *Troiam*] res Troianas. vt Ilium in Italiam portans. *Secula quinque*] quingentos annos. Nam vt Aulus Gellius docet, anno ferè pòst Romam conditam quingentesimo ac trigesimoquarto secundum bellum aduersus Pœnos sumptum est. Notandū autem hoc loco, seculum significare spacium centum annorum. dictum (vt Varroni placet) à sene, quòd id spacium vsq; senis longissimum putetur. Vnde seculares ludi dicti sunt, qui (teste Festo) post annos centum fiebant. *Edomito orbe*] non re vera toto orbe, sed parte orbis subacta. Ergo à toto partem accipe. Nam vt inquit Liuius, nullas tunc in Asia ciuitates socias habebat populus Romanus.

PAVL. *Venit in exemplum*] quia inde habuit mos originem: ministri deinde Cybeles secuti sunt exemplum. *Et ministri molles*] qui ob id molles & tanquam fœminæ fiunt. *Cædunt*] incidunt. *Membra vilia*] pudendas partes. *Comis iactatis*] solutis & excussis crinibus. Verùm Catullus aliter historiam retexens, ostendit Atym per mare in Phrygiam venisse, & ad Gallum fluuium in furorem versum, silice se castrasse. Ait enim: Super alta vectus Atys, celere rate maria, Phrygium vt nemus, citato cupidine pede tetigit, adiitque opaca syluis redimita loca deæ, stimulatus vbi furenti vagus amnis rabie, deuoluit exectus acuto sibi pondere silices. Itaque vt relicta sensit sibi membra sine viro, niueis citata cepit manibus leue tympanum, &c. Ab hoc igitur initium sumpsit ista castratio, vt postea ministri deæ seu cultro [illegible], seu testa virilia execarent. Vnde Iuuenalis in Satyr. Credo pud. inquit: ecce furentis Bellonæ, matrisque deûm chorus intrat, & ingens Semiuir obscœno facies [illegible] minori, Mollia qui rapta secuit genitalia testa [illegible] reliqua. *Causa furoris quæsiti*] de quo ego quæsieram. *Est reddita*] mihi scilicet. *Voce facunda*] diserta. *Talibus*] verbis scilicet. *Aonia Camœna*] Musæ ab Aonia, de qua regione aliàs diximus. *Dux operis*] ô Musa, quæ instruis me in hoc opere. *Moneas hoc quoque*] hoc etiam doceas. *Vnde petita Venerit*] quasi vnde Romam aduecta fuerit. *An semper fuit in nostra vrbe*] an ab initio Romæ fuit, an aliunde aduecta. Vexante Italiam Hannibale, ex libris Sibyllinis lecto carmine, compertum est, alienigenam hostem Italia pelli posse, si mater Idæa deportata Romam esset. Ob quod, vt à Liuio refertur, M. Valerius Leuinus, qui bis consul fuerat, & Cæcilius Galba legati, Cn. Tremellius Flaccus, & M. Valer. Falco quæstores missi cum quinq; quinqueremibus, ex oraculo Delphico accepêre, deûm matrem concedi, sed Romæ, à viro optimo excipiendam esse hospitio. Profecti postea in Phrygiam Pessinunte, tradente illam Attalo rege, accepêre. Lapis erat, quem matrem deûm incolæ dicebant: Romámque deportarant, præmisso Falcone, qui ferri deam nunciaret, oriunetéq; à viro optimo

excipiendam esse. Habita sunt comitia per Q. Cæcil. dictatorem, creatíque consules M. Cor. Cethegus, & P. Sempronius. In eo conuentu P. Scipio Nasica, Cn. Cor. f. illius qui in Hispania ceciderat, vir optimus à senatu iudicatus, adolescens nondum quæstorius. Is cum omnib. matronis Hostiam ire iussus obuiam deæ, càmque de naui accipere, & in terram delatam tradere referendam matronis, postquam nauis ad ostium amnis Tyberini accessit, sicut erat iussus, in salum naue euectus, à sacerdotibus deam accepit, extulitque in terram. Matronæ primores ciuitatis, inter quas vnius Claudiæ Quintiæ insigne est nomen, accepere. Cui dubia, vt traditur, antea fama clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Et per manus succedentes deinde aliæ aliis, omni effusa ciuitate obuiam, thuribulis ante ianuam positis, qua præferebatur, atque accenso thure precantibus, vt volens propitiáque vrbem Romã iniret, in ædem Victoriæ, quæ est in Palatio, pertulere deã, pridie idus Aprilis. Isque dies festus fuit. Populus frequẽs dona deæ in Palatio tulit, lectisterniúmque Et ludi fuere Megalesia appellata Hæc ea Liuio excerpsimus. Sed vltimus hic locus dubitare facit: quoniã ostendit Liuius, festum & ludos constitutos pridie idus April. At Poëta idẽ ostendit nonis Aprilibus: & tamen vno eodem tempore fuerunt, vt dici non possit mutatum fuisse diem. Ego autem arbitror deprauatũ esse Liuij locum, & debere legi Nonis Aprilibus: quia poëta non potuit tam facilè deprauari, qui carmina scribit, & ipsa festa suo ordine, vt nihil videatur immutatum. Credendi par est, cum adhibuisse diligentiam, vt ita scriberet, quemadmodum erat in aliis tam Fastorum quàm Pontificum libris & annalibus, vt errare nullo quidem pacto potuerit. Quin etiam in marmore vetustissimo, vbi cætera quoque inscripta sunt, hoc festum nonis Aprilibus notatum est. Quare ita censeo deinceps in Liuio legendum. Sed ad rem redeamus. Erato nunc ipsa historiam recenset. *Mater*] Cybele deorum magna mater. *Semper amauit Dindymon & Cybelon*] Phrygiæ montes, vt diximus. vnde dicta est Dindymena & Cybele. *Et Idam*] Troianam scilicet. *Amœnam fontibus*] ideo amœnam, quia nemorosa & vmbrosa. *Et opes Iliacas*] Troianas. *Cùm Æneas portaret Troiam*] tulit Troiana sacra, Troianos deos. *In Italos agros*] in Latium. Vt est illud Virgilij, Inferrétque deos Latio. & illud, Ilium in Italiam portans. *Dea*] mater. *Pene*] quasi. *Est sequuta rates sacriferas*] naues Æneæ sacra ferentis: quasi parum defuit, quin ab Ænea deferretur in vrbem. *Sed senserat*] cognouerat, aut audiuerat. *Fatis*] ab ipsis Parcis, quæ fata, hoc est, seriem ordinémque causarum, dispensant. *Nondum poscere Latio sua numina*] nondum aduenisse tempus, quo in Italiã transferri deberet. *Et substiterat assuetis locis*] substitit tunc in Phrygia, vbi esse consueuerat. *Post*] deinde. *Vt*] postquam. *Roma potens opibus*] quæ iam potentissima atque opulentissima erat. *Vidit quinque secula*] quinque ætates: quasi quingentesimo vrbis anno. *Et sustulit*] eleuauit caput. *Edomito orbe*] magna parte orbis subacta.

> *Carminis Euboici fatalia verba sacerdos*
> *Inspicit, inspectum tale fuisse ferunt.*
> *Mater abest, matrem iubeo Romane requiras:*
> *Cùm veniet, casta est accipienda manu.*
> *Obscuræ sortes, patres ambagibus errant:*
> *Quæve parens absit, quóve petenda loco.*
> *Consulitur Pæan: Diuûmque accersite matrem,*
> *Inquit, in Idæo est inuenienda iugo.*
> *Mittuntur proceres. Phrygiæ tunc sceptra tenebat*
> *Attalus, Ausonijs rem negat ille viris.*
> *Mira canam, longo tremuit cum murmure tellus,*
> *Et sic est adytis diua loquuta suis.*

ANTON. *Carminis Euboici*] versuum Sibyllæ Cumanæ. Cumas enim cõdiderũt nõnulli profecti à Chalcide vrbe Euboïca, ad nouas sedes quęrẽdas. *Fatalia verba*] quia libri Sibyllini vrbis Romæ fata continebant. *Sacerdos*] Põtifex maximus, per excellentiã. Nisi malis accipere decẽviros, qui creabantur, vt sacros libros legerent, interpretarentúrque carmina Sibyllina. *Patres ambagibus errãt*] cùm non intelligerent, quænam esset ea mater, & vnde peti eam iuberet oraculum. *Consulitur Pæan*] mittuntur legati ad Apollinem Delphicum. *Mittuntur proceres*] Hi fuerunt M Valerius Leuinus, qui bis consul fuerat, M. Cæcilius Metellus prætorius, Sulpitius Galba ædilitius: ac duo quæstores, C. Tremelius Flaccus, & M. Valerius Falto. *Phrygia tunc sceptra tenebat Attalus*] Cauendum ne existimemus hunc Attalum esse, qui rex Pergamenorum, & Eumenis filius, populum Romanum scripsit hæredem. quod post deletam Carthaginem, & Numantia[illegible] euersa, factum inuenies. Vnde quoniam is ditissimus fuit, & splendida supellectile, factum est, vt quæ splendida & magnifica sunt, dicantur Attalica. Sed quoniam Attali plures fuere, quemadmodum & Eumenes, hunc Attalum, de quo nunc agitur, eum esse constet, qui ex Attalo natus, in bello Macedonico, quod [illegible] secundum bellum Punicum subsequutum est, Romanis aduersus Philippum auxilio fuit. De quo inquit Florus [illegible] sponte [illegible] auxiliũ Attalus rex Pergamenorum [illegible] Rhodi[illegible] nauticus populus. Est autem Pergamum Asiæ ciuitas longè clarissima, teste Plinio, ac dia (vt inquit Strabo) sub Attalicis regib. fortunata. Cuius reges si vnde profecti sint, & quid cum fecerint, scire desideras, lege eius Geographiam libro decimotertio, non longè à fine: qui hũc Attalum tradit natum ex Attalo & Antiochide Achæi filia, primò regẽ esse nuncupatũ. *Ausonijs rem negat ille viris*) Historiæ veritas hoc habet, secundum Liuium, nihil negatũ esse Romanis à rege Attalo. Populus enim Romanus memor cœptam cum eo amicitiam, propter cõmune aduersus Philippum bellum, sperãsque facturum eum regem quæ posset populi Romani causa, misit ad eum legatos, quos ille comites accepit, Pessinuntémque in Phrygiam duxit, eísque deam tradidit in Italiam deportandam, vt diximus suprà.

Adytis] Secreta parte templi tantùm sacerdoti datur accessus.

PAVL. *Sacerdos*] vel ipse Pontifex maximus, vel sacerdotes qui præerant custodiæ librorum Sibyllinorum, qui ab initio fuere duo, deinde decem, postea auctus numerus ad quindecim. *Inspexit verba fatalia*] libros Sibyllinos Romana fata continentes. *Carminis Euboici*] Sibyllæ Cumææ, de qua paulo superius à Cumis vrbe Campaniæ, quam Chalcidenses Euboici condiderunt, de quo latius diximus in 6. Æn. *Ferunt*] dicunt. *Inspectum*] carmen quod inspexerunt, fuisse tale. *Mater abest*] Hæc erat sentẽtia inspecti carminis: Abest deûm genitrix, eam in vrbem accersite, & adueniens à castis manibus excipiatur. *Abest mater*] deorum scilicet: quia in vrbem nondum attulistis. *O Romane, iubeo requiras matrem*] requirere & in vrbem ferre deûm matrem. *Cùm veniet*] aduecta erit. *Est accipienda casta manu*) Respexit Poëta ad oraculum, quod fuit, vt ab optimo viro exciperetur. *Obscuræ sortes*) obscura erant hæc responsa, quia non intelligebantur. *Patres*] ipsi senatores. *Errant ambagibus*) ipsa verborum obscuritate. *Quæve parens absit*) Non enim id apertè constabat, matrem deorum abesse, sed tantummodo matrem. Ideo errabant, quia nesciebant quæ mater abesse diceretur. *Quóve petenda loco*) & vnde accersenda esset. *Consulitur Pæan*) Apollo. Accessere legati Delphos, & ab oraculo habuere, illis concedi deûm matrem è Phrygia. *Accersite*) euocate. *Matrem diuûm*) deorum parentem. *Inquit*) ipse Apollo. *Inuenienda est in iugo Idæo*) quasi requirenda est in montibus Phrygiæ, ibi eam inuenietis. *Mittuntur proceres*] viri patricij legati & quæstores pro ea in Phrygiam. *Tunc*] eo tempore. *Attalus*] rex Pergamensium. *Tenebat sceptra Phrygia*] imperabat in Phrygia. *Ille*] Attalus. *Negat rem viris Ausonijs*) non vult matrem deûm Romanis concedere. Sed exigit hic locus, vt de regibus Pergami fiat sermo, & res altius repetatur. Lysimachus Agathoclis f. qui vnus fuit ex successoribus Alexãdri, Pergami & pecuniarum custodiam, quæ erant nouem millia talẽtorũ, vt à Strabone refertur, Philetero Tyaneno cõmisit, qui à puero spado fuerat. Is cùm optimè esset educatus, dignus visus est, cui hæc crederentur. Charus erat Lysimacho: sed cùm ab Arsinoe illius vxore dissideret, quòd eũ accusauerat, locum ad defectionem perduxit Lysimachus coactus fuerat à malis familiaribus, Agathoclẽ filiũ interficere. Seleucus Nicanor reuersus illũ sustulit, & ipse à Ptolemæo Ceranno sublatus est. Eunuchus castellum & pecuniã possidet annis viginti. Erant ei fratres duo, Eumenes natu grãdior, & Attalus iunior Ex Eumene natus est Eumenes, de patris nomine. Is Pergami successionẽ habuit, Antiochũ Seleuci filiũ apud Sardes superauit, obiit cùm annis viginti-duobus imperasset. Attalus ex Attalo & Antiochide Achæi filia natus successit, & primò rex appellatus. Galatas prælio superauit, & Romanorum amicus fuit, & cum eis aduersus Philippum pugnauit, in classe Rhodiorũ. Obijt, cùm annos

A viginti quatuor regnasset. Filios quatuor reliquit ex Apollonide Cizycena, Eumenem, Attalum, Philetetum, & Athenæum. Eumenes natu grandior regnauit. Hic cum Romanis aduersus Antiochum magnum, & aduersus Persem bellum gessit. A Romanis totam eam regionem accepit, quæ sub Antiocho circa Taurum erat. Is vrbem muniuit. Regnauit annis quadraginta nouem. Imperium Attalo filio reliquit, qui ex Stratonice Ariarathi Cappadocum regis filia natus erat. Filij admodum iuuenis, & imperij tutorem fratrem Attalum reliquit. Is cum annis vno & viginti regnasset, multis rebus gestis, iam senior mortuus est. Romanorum contra Pseudophilippum socius fuit. Imperium Attalo, qui sub tutela erat, reliquit. Is Philomator cognominatus, cùm annis quinque regnum tenuisset, morbo absumptus est. Hæredes Romanos instituit, qui postea eam regionem prouinciam fecerunt, & Asiam vocauere, eodem nomine quo & continentem. Hæc de ipsis regibus. At simulacrum matris deorũ ab eo Attalo Romanis traditum est, qui primus rex nuncupatus fuit. Poëta inquit eum ab initio negantem tradere, simulacrúmque loquutum, & se ire velle dixisse. *Mirabanam*) cantando feram admirabilia. *Tremuit tellus cum murmure*) visus est esse terræmotus cum magno fragore. *Et diua*] dea simulacrum. *Sic est locuta suo adyto*) sic ex suo sacello dicere visa est. Adytum enim est secretior pars templi, quò soli sacerdoti licet accedere.

Ipsa peti volui, nec sit mora, mitte volentem:
Dignus Roma locus, quò Deus omnis eat.
Ille soni terrore pauens: Proficiscere, dixit,
Nostra eris: in Phrygios Roma refertur auos.
Protinus innumeræ cædunt pineta secures,
Illa quibus fugiens Phryx pius vsus erat.
Mille manus coeunt, & picta coloribus vstis,
Cælestem matrem concaua puppis habet.
Illa super fluctus fertur tutissima nati,
Longaque Phrixeæ stagna sororis adit:
Rhœteúmque capax, Sigeáque littora transit,
Et Tenedon, veteres Eetionis opes.

ANTON. *Dignus Roma locus, quò Deus omnis eat*] quoniam exactissima est religio Romanorum, vel quòd Roma est deorum sedes. Lucan. Téne Deûm sedes nun vllo Marte coacti Deserere viri? *Nostra eris*] quia Romani à Phrygibus originem ducunt. *Phryx pius*] Æneas pietate insignis. *Picta coloribus vstis*] Moris fuit apud maiores, ut naues classes pictura, nec non & onerarias naues, cùm pugnaturos iuuaret (vt Plin. scribit) ad cædem speciosè vehi. Vstis autem colores cur dicat, idem ostendit, vt ea ea sit ochra exusta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Idem: Hæc si torreatur æqua parte rubrica admixta, sandicem facit. [Quanquam Plinius ibidem picturas eas, quæ inuruntur, classibus ac nauibus familiares fuisse dicat. quare hic Vstis coloribus dictum accipias licèt, pro inustis.] *Sui nati*) Neptuni: quia ipsa est deorum mater.
Phrixeæ stagna sororis) Hellespontum, cui Helle Phrixi soror nomen dedit, vt dictum est. *Rhœteúmque capax*] &c. A regione Idæ, quæ montana est, duo quidam flexus ad mare excurrunt, alter Rhœteum, alter Sigeum versus, ita vt vterque dimidiati circuli lineam faciant. Vnde cùm nouum Ilium quidam intra eorum flexuum finem esse, antiquum verò intra initium voluerint, iure Rhœteum capax dicitur, vel certè propter tot nauium receptacula. Sigeum promontorium à taciturnitate nomen accepit, quo tempore Hercules prohibitus hospitio ibi latuit, & inde per silentium Troiam inuasit. *Tenedon*] insulam prope ostia Hellesponti, quæ (vt auctor est Strabo) distat à continenti ad stadia 40. Eam alij Calydnam, alij Leucophryn dixerunt. Tenedos autem dicta est à Tene quodam, auctoribus Seruio & Cicerone: qui orta fama, quòd cum nouerca concubuisset, hanc insulam vacuam cultoribus tenuit, quæ habuit portus duos, & Apollinis Sminthei delubrum. vt, Sminthea præclaræ Tenedi dominator Apollo. Inter hanc insulam & Chium, qua Ægæus sinus panditur, à dextera Antandrum nauigantibus saxum est, quod quoniam visentibus procul capræ simile creditur, quam Græci αἶγα nuncupant, sunt qui velint Ægæum sinum inde nominatum. *Veteres Eetionis opes*] Thebam dicit, quæ (vt scribit Strabo) Lesbo fuit opposita, vbi regnauit Eetion. vt, Nos Thebam aduecti, sacram Eetionis ad vrbem. Constat autem Eetionem opulentissimum fuisse, cuius filia Andromache nupsit Hectori. Sed Achilles & Thebam euertit. vt, Lyrnesum & magnæ populatus mœnia Thebæ. & Eetionem interemit, & filios. Eandem vrbem & Thebas dicimus. vt, Tu patris in laribus Priami ad Troiam, ast ego Thebis Andromachæ magno quondam genita Eetione. Alter Aetion Samothracum ritus cerimoniásque constituit.

PAVL. *Ipsa volui peti*] ego ita volui, vt me Romani peterent. *Ne sit mora*] quasi finite, vt me Romam ferant sine vlla tardatione. *Mitte volentem*) mittas tu me Attale, cùm ire velim. *Roma dignus est locus quò eat omnis deus*] digna est vrbs, ad quam omnes dij eant, digna quæ deos omnes teneat & colat. *Ille*] Attalus. *Pauens terrore soni*] quasi pauefactus & territus verbis simulacri. *Dixit, Proficiscere*) eas Romam. *Nostra eris*] etiam cùm Romæ eris, eris nostra. nam inter nostros: quasi cum illis qui à nostro genere genus trahunt. *Roma refertur in auos Phrygios*] nam à Phrygibus ducunt originem, & nos Phryges sumus inter nos igitur vinculum est cognationis. *Protinus*) &c. Poëta ostendit ibi nauim fabricatam, quâ adnecta sit: sed diximus accessisse legatos cum quinqueremibus. *Protinus*) subitò. *Secures innumeræ cædunt*) incidunt. *Illa pineta*) pinus illorum montium. *Quibus erat vsus Phryx pius fugiens*) quæ pineta, aut ex quibus montibus pinus incidebat olim Æneas pius, cùm fabricauit naues, quibus fugiens in Latium venit. *Mille manus coeunt*] quasi conuenit iam ingens multitudo. *Et puppis concaua*] quæ iam erat fabricata. *Picta coloribus vstis*] Plerunque colores adusti sunt, vt superius dictum est. In nauibus verò pingebantur aut deorum imagines, aut historiæ, aut insignia, & similia. *Habet matrem cælestem*] quia iam deæ simulacrum est impositum naui. *Illa super*) &c. Agit nunc de itinere, aut longa profectione, per quæ maria delata fuerit vsque ad ostia Tyberina. *Illa*) deûm genitrix. *Fertur tutissima*) tuta ab omni procella & vndarum impetu. *Super fluctus nati*] super æquora Neptuni filij. *Adit longa stagna*) longum & angustum fretum. *Sororis Phrixeæ*) Helles, quæ fuit Phrixi soror, de quo superiore libro. It ergo primum in Hellespontum. Verùm ipsa deûm mater è Pessinunte allata est. Pessinus autem Tholistobogorum erat, qui Bithynis & Phrygibus sunt finitimi, apud Propontidem. Et Strabo inquit lib. 12. Emporium est ipsius eorum qui in hac regione sunt, & templum maximum habet magnæ venerationis matris deûm, quam Agdistam vocant. Sacerdotes quidam erant præpotentes, nunc eorum dignitas imminuta est. Hic locus magnificè ab Attalicis regibus structus est, & templo & porticibus ex albo lapide. Romani templum celebre reddidere, accersita inde deæ statua, quemadmodum ea quæ Æsculapij erat ex Epidauro. Hæc Strabo. Et Maximus quoque è Pessinunte accersitam asserit. Primùm igitur in Propontidem descendit, deinde in Hellespontum venit. *Transit Rhœteum capax*) Apud Rhœteum promontorium, in faucibus Hellesponti apud Troiam, ad dextram Hellespontum ingredientibus, vbi nos ipsi toties fuimus, erat nauale, & Achiuorum portus, & Achaia castra. Ideo Capax dixit, vbi tam magnæ classis fuit statio. *Et littora Sigea*) à Sigeo promontorio, itidem Hellesponto imminenti, ita appellato: quòd in eo tacitè latuerit Hercules, cùm insidias Laomedonti periuro parauit. σιγὴ enim taciturnitas est. *Et transit Tenedon*] Tenedos insula ab ostiis Hellesponti viginti quatuor millibus passuum distat. Hæc prius Leucophrys appellata, dicta etiam est & Calydna. In hanc nauigauit cum colonis Tenus Cycni filius, conditáque vrbe ab se Tenedon vocauit. Sed plura ab historicis & poëtis de ea referuntur, & nos in ea insula de situ & fertilitate eius carmen scripsimus, reperimúsque in ea insula epigrammata plura in marmoribus vetustissimis. *At veteres opes*) veteres agros & regnum. *Eetionis*) De Thebano littore intelligit, Thebæ illius, quæ apud Lyrnesum est, & sub Eetione fuerit, qui (vt testis est Homerus) pater fuit Andromaches, coniugis Hectoris, qui quidem Eetion ab Achille cum septem filiis interfectus est.

Cyclades excipiunt, Lesbo post terga relicta,
Quáque Carystenis frangitur vnda vadis.
Transit & Icarium, lapsas vbi perdidit alas
Icarus, & vasta nomina fecit aqua.
Tunc læua Creten, dextra Pelopeïadas vndas
Deserit, & Veneri sacra Cythera petit.
Hinc mare Trinacrium, candens vbi tingere ferrum
Brontes, & Steropes, Agmonidésque solent.
Aequoráque Aphra legit, Sardoáque regna sinistris
Respicit à remis, Ausoniámque tenet.
Hostia contigerat, quà se Tiberinus in altum
Diuidit, & campo liberiore natat.
Omnis eques, mixtáque grauis cum plebe senatus
Obuius ad Thusci fluminis ora venit.
Procedunt pariter matres, natique, virique,
Quæque colunt sanctos virginitate focos.
Sedula fune viri contento brachia lassant,
Vix subit aduersas hospita nauis aquas.
Sicca diu fuerat tellus, sitis vsserat herbas,
Sedit limoso pressa carina vado.
Quisquis adest operi, plusquam pro parte laborat,
Adiuuat & fortes voce sonante manus.
Illa velut medio stabilis sedet insula ponto:
Attoniti monstro, stántque pauéntque viri.

ANTO. A *Cyclades excipiunt, Lesbo post terga relicta*) Cyclades insulæ sunt maris Ægæi, quæ (vt scribit Plinius) circa Delum in orbem sitæ sunt, vnde & nomen traxere. Idem & Solinus tradit, qui eas inquit, licèt spaciis longioribus à Delo proiectas, tamen circa Delum in orbem sitas esse, quem Græci κύκλον vocant. Seruius verò non ideo Cyclades dictas putat, quòd in ro- B tunditate sint, sed quòd longo ordine circuiri eas necesse est, vel propter promontoria: vel quia naturale est, vt concitatiora sint maria vicinitate terrarum. Fuerunt autem Cyclades ab initio duodecim, deinde plures adiunctæ sunt. *Quaque Carysteis frangitur vnda vadis*] à Carysto vrbe Eubœæ, nobili marmore Carystio, vt inquit Plinius. Vnde C Lucanus eam saxosam vocat vt, Qua maris angustat fauces saxosa Carystos. Ad hoc oppidum Eubœæ, quod ad Cycladas vergit, lapis nascitur (vt autor est Strabo) quem pectunt, nent, ac texunt: vnde mantilia conficiuntur, quæ vbi sordescunt, in flammam proiecta mundantur. Est & Carystos in Laconia, vnde ab Alcmane poëta vinum Carystium celebratur. *Transit & Icarium*] Icaros insula vna e Strophadibus, mari Icario nomen dedit, quam alij Icaron, alij Icariam dicunt, ab Icaro Cretensi, quem Varro scripsit ibi interiisse naufragio. Et poëtæ fabulantur, paternæ fugæ comitem, cùm ambo pennati è Creta aufugissent, in hoc mare cecidisse, quod autoribus Plinio, Strabone, ac Solino, ab ea insula, quam diximus, nomen accepit: sicut à Carpatho, mare Carpathium, quod Icario iungitur austrum versus. Cæterum mare Icarium alij inter Cretam & Sici- D liam ponunt, alij inter Samum & Myconem, cui quidam ab Icaro Dædali filio nomen inditum volunt. Hoc mare nauigantes Romani à læua linquebant. *Dextra Pelopeïadas vndas deserit*] Creta quidem nauigantibus à læua, a dextra erat Peloponnesus. sic dicta, quasi insula Pelopis. νῆσον enim Græci insulam dicunt. Sed reuera est peninsula, siue Chersonesus: Isthmos enim Peloponnesum iungit continenti, separans Ionium ab Ægæo. vt, Æquora bina suis oppugnans fluctibus Isthmon. *Veneri sacra Cythera*) Hæc insula est Laconiæ, teste Laertio in vita Chilonis, cui olim Porphyris nomen fuit. Ab ea Venus Cytherea dicitur, vt multis placet: vel ab vrbe Cythera, vt Festus ait, in quam primùm Venus concha deuecta esse dicitur, cùm in mari concepta esset. *Mare Trinacrium*] Siculum mare. Trinacria enim est Sicilia, E sic à tribus promontoriis dicta. *Brontes*] Hic minister Vulcani significat sonitru, quod bronte Græcè dicitur: fitque, vt inquit Plinius, cùm in nube luctatur flatus, aut vapor. Steropes autem nihil aliud est, quàm astrape, id est, fulgur: quod cùm pingi nequeat, pinxit tamen Apelles in arte sua eminentissimus. Agmonides verò, qui & Pyragmon dicitur, ab incude nomen accepit, quæ à Græcis acmô vocatur. Ab his Cyclopibus fulmina fabricantur, vt poëtæ canunt: quibus sedes datur in mari Siculo, quia insulæ ibi sunt numero septem, quas Itali Vulcanias dicunt. *Aequoráque Aphra legit*] transit. vt, Crebris legimus freta concita terris. Mare Aphrum, siue Lybicum est, quod Libyam alluit. *Sardoáque regna*] Sardiniam insulam notissimam in mari Tyrrheno, Romani ad vrbem nauigantes, à læua linquebant, sed longè. vnde Poëta Prospicit, dicit. Ea à Sardo Herculis F filio nomen accepit, qui è Lybia veniens, insulam occupauit. *Omnis eques, mixtaque grauis cum plebe Senatus*) equestris ordinis viri, patres siue senatores, ac plebeij. *Quæque colunt sanctos Virginitate focos*) Periphrasis virginum Vestalium. *Contento*] extento fune, cùm omnes summo conatu nauem traherent aduersus vim fluminis. *Sitis vsserat her-*

bas] Consequens pro antecedenti. hoc est, pro caliditate sitis. *Sedit*] Constitit retenta vadis. *Plusquam pro parte laborat*] insudat, trahendi laborem tolerans, plus ferè quàm suppeditent vires. G

PAUL. *Excipiunt*] eam scilicet. *Cyclades*) quæ sunt in Ægæo insulæ, quæ Delum circumstant. De quibus Strabo, cùm meminit Deli: Eam, inquit, circumhabitatæ gloriosam reddiderunt insulæ, proinde vocauere Cyclades. Initiò quidem duodecim fuisse perhibentur, pluresque agnatæ sunt. *Lesbo relicta post terga*] Primo enim loco post Tenedon Lesbos insula oc- H currit, deinde Cyclades. Sed de Lesbo plura diximus in secundo. *Et qua vnda frangitur vadis Carysteis*) & transit ea parte, qua vndæ franguntur vadosis arenis, Carystus à Carysto vrbe, quæ est in angulo Eubœæ, versus Cycladas. *Transit & Icarium*) mare scilicet: quod est (vt Plinius inquit) inter Samum & Myconum. Sed hoc à læua relinquit. *Vbi*] in quo mari. *Icarus*] Dædali filius. *Perdidit alas vastas*) magnas. Nam I acceptis à patre pennis, cùm altius euolaret, resolutis vinculis cereis, & alas amisit, & in mare decidit, cui nomen quoque dedit. Ideo hic, *Et fecit nomina vasta aquæ*] nam ab eo appellatum est mare Icarium. *Tunc læua*] à sinistra. *Deserit Creten*) Cretam insulam, de qua in tertio libro diximus. Eam insulam non attigit, sed à læua reliquit. *Dextra deserit vndas Pelopeïadas*] mare quod Peloponnesum abluit: à Pelope dictum, qui in ea regnauit. Peloponnesus autem dicitur, quasi insula Pelopis. Ægæo & Ionio cingitur Isthmos Corinthiacus: facit ne insula sit, angusta quidem inter duo maria tellus. *Et petit Cythera sacra Veneri*] Non attigit Peloponnesum, sed petit Cytheram insulam, quæ est inter Maleam & Cretam. & in ea Cythera, Cytheriorum montes. Vnde Virgilius, Sunt alta Cythera, dixit. Insula est Veneri sacra: quoniam in propinquis vndis nata, & illuc con- K cha delata est. Vnde in Heroidibus: Nuda Cytheriacis edita fertur aquis. Et Pomponius inquit, Cytheream dictam Venerem, à Cythera vrbe, in quam concha delata est. *Hinc*] à Cytheris. *Petit mare Trinacrium*) Siculum. Quia Trinacria dicta est Sicilia, à tribus eminentibus promontoriis, Pachyno, Lilybæo, Peloro. & ἄκρα summus dicitur. Vnde Diodorus videtur ostendere à tribus angulis dictam. *Vbi*] in quo mari. *Solent tingere ferrum candens*) ferrum calidum & ignitum. *Brontes & Steropes & Agmonides*) Hi ministri sunt Vulcani, & à re quam faciunt, cognominati Brontes à βροντῇ quod est tonitru. Steropes à στεροπῇ quod est fulgur. *Agmonides*] hic à Virgilio Pyragmon dicitur, à πῦρ, quod est ignis, & ἄκμων incus. Fulmen enim hi Cyclopes conficiunt, ideo ita appellati. Venit igitur mater deûm in fretum Siculum, & insulas Æolicas, vbi esse Vulcanus existimatur. *Et legit*] nauigat. *Aequora Aphra*) mare Libycum. Nam Libycum illud ingens pelagus est, quod inter Siciliam & ipsam Libyam expansum L spectatur. *Et respicit regna Sardoa à sinistris remis*) è mari Libyco flectenti in oram Latinorum, & hostia Tiberina, est Sardinia magna insula, à sinistra: ideo, à sinistris remis dixit. Nam à sinistra parte relinquitur in mari Tyrrheno: ita appellata dicitur insula à Sardo Herculis filio, vt testis est Solinus. *Et petit*] ipsa nauis. *Ausoniam*] quia flexit cursum in littus Ausonium. *Contigit hostia*] Tiberina scilicet, vbi & Hostia vrbs, ab Anco Martio fundata. *Quà se Tiberinus*) Tibris fluuius. *Diuidit in altum*] in pelagus, quasi quà in mare influit. *Et natat campo liberiore*) per latiora spacia: nam illuc vsque fertur per alueum, postea exit in mare Tyr-

A Tiberinum. latiores quidem aquarum campos, per quos iam liberius natat. *Omnis eques*] exiuere obuiam deæ vsque ad ostia Tiberina vniuscuiusque ordinis viri, & matronæ, & virgines. Hæsitque nauis in vadis Tibridis, vt nulla hominum vi inde trahi posset. *Omnis eques*) omnes illi qui erant equestris ordinis. *Et graues senatus*] graues ipsi senatores. *Cum plebe mixta*) cum populo. *Procedunt pariter*] simul omnes eunt cum pompa. *Et matres & nati*) filij & *Viri*] quia exiuere obuiam tam mares quàm mulieres cuiuscunque ætatis, ordinis & conditionis. *Et quæ colunt sanctos foco virginitate*] hoc est, virgines Vestales, quæ æternũ ignem caste seruant. *Viri lassant*] defatigant. *Brachia sedula*] eam sedulitate & omni conamine trahentia. *Fune contento*) extento, quo conabantur trahere nauem in vadis hærentem. *Nauis hospita*) peregrina, & quæ peregrinam deam ferebat. *Vix subit*] vix subire potest, imo subire non poterat. *Aquas aduersas*] aduersum amnem. *Tellus fuerat diu sicca*] diu non pluerat, sic arnerat tellus: & quia nullis imbribus erat adiutus amnis, nouis tunc erat rarius aqua. *Siti*) ipsa siccitas, ob aquarum penuriam. *Vsserat herbas*] deficiente humore aruerant & ipsæ herbæ. *Carina pressa*] suo scilicet onere. *Sedit*] substitit hærens. *Vado limoso*] in vadis Tiberinis, & lutosis. *Quisquis adest operi*) ipsi quidem operoso labori trahendæ nauis. *Laborat plusquam pro arte*] quasi plus quàm quisque suis viribus possit. *Et adiuuat manus fortes*) robustas & fortiter trahentes. *Voce sonante*] clamore. *Illa*) nauis. *Sedet*] firma hæret. *Velut insula stabilis*) immobilis. *Medio ponto*] in medio mari: quia vt moueri non potest insula, ita moueri non poterat nauis. *Viri attoniti*) exterriti. *Stant & pauent monstro*) quasi stantes expauescunt eo nauis miraculo, quæ nullo hominum conatu moueri poterat.

ANTON. *Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto, Nec facies impar nobilitate fuit*) Non est quinta hoc loco prænomen, postpositum versus gratia: vel ordinis nomen, vt quidam putant. Legimus enim apud Liuium in libro nono Decade tertia, Matronæ primores ciuitatis, inter quas vnius Claudiæ Quintæ insigne est nomen, recepere. Hæc Claudia experimento religionis pudicissima iudicata est, vt loquit Plinius. Nauem enim cum sacris matris deûm obhærentem vado Tiberino extraxit, precata palàm: vt si sibi pudicitia constaret, sequeretur. Cuius statua, vt Valerius Maximus scribit, D in vehiculo ædis matris deûm posita, eadem æde bis incendio consumpta, flammis intacta permansit. Alia eius gentis Claudia nouo more (vt ait Suetonius) apud populum subiit iudicium maiestatis, quæ in conferta multitudine optauit, vt frater suus Pulcher reuiuisceret, atque iterum classem amitteret, vt minor turba Romæ foret. Sciendum, gentem Claudiam ortam esse ex Regillis oppido Sabinorum, deductamque ab Appio Clauso, cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomen, vt loquit Liuius: qui post exactos reges cũ quinque millibus clientum & amicorum venit Romam, & susceptus habitandam, vrbis partem accepit, E à quo Claudia tribus est & familia nominata, vt Seruius scribit. Vnde illud est Vergilij in septimo Æneidos: Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magnusque ipse agminis instar, Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens. Lege Liuium libro secundo primæ Decadis, & Plutarchum in Publicola. Meminit & eiusdem Appij Clausi Cornelius Tacitus his verbis: Maiores mei, quorum antiquissimus Clausus origine Sabina simul in ciuitatem Romanam & in familias patriciorum ascitos est, hortantur; vt paribus consiliis rempublicam capessam. Ab eo Clauso Syllius Clausos vocat, quos Claudios dicimus: vt, Clausorum decus, atque ere pto maxima Romæ Spes Nero Marcello. *Impar nobilitate*) Versus gratia e litera pro i ponitur. Dicimus enim, sum impar tibi Potes & mutationem casus factam acF cipere. *Casta quidem sed non & credita, rumor iniquus Læserat, & falsi criminis acta rea est.* Falso populi iudicio, famaque mendacio impudica dicebatur. vt: Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen, Claudia non æqua populi mala credita fama, Ornatos fertur variè fudisse capillos.

Obfuit) Stultum vulgus impudicam arguebat, ex ornatu. *Conscia mens recti famæ mendacia risit, Sed nos in vitium credula turba sumus*] Sperauit obtrectantium linguas, qui nullius est suæ turpitudinis conscius. Iuuenalis: Viuendũ est rectè tum propter plurima, túmque his præcipuè causis, vt lingua H mancipiorum contemnas. Est autem sententias color rhetoricus. *Sed nos in vitium credula, turba sumus.* Honesta reprehendendi ratio. Miscet enim se mortalibus Musa, quos arguit Iuuenalis: Hic viuimus ambitiosa Paupertate omnes. *Fluminis hausit aquam.* Sic Vergilius in nono Æneidos: ad vndam Processit, summóque hausit de gurgite I lympham, Multa deos orans. *Ter caput irrorat, ter tollit ad æthera palmas. Quicunque aspiciunt, mente carere putant*) Impari vitur numero, quòd & numero Deus impare gaudet: & statim omnia sunt cessura feliciter. *Sub certa conditione*) vt à te damnata, non immeritò pœnas luam. absoluta verò certo iudicio, populo Romano vita probetur. *In scena*] in ludis scenicis; vbi nauem tractam à Claudia retulerant K histriones: vel recta in conspectu populi, tanquam in scena. quod magis placet. *Laudatque sequendo*] non laudat verbis, dum sequitur: sed quia sequitur, laudat, hac est testatur pudicam.

Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto,
Nec facies impar nobilitate fuit.
Casta quidem (sed non est credita) rumor iniquus
Læserat, & falsi criminis acta rea est.
Cultus, & ornatos variè prodisse capillos,
Obfuit, ad rigidos linguáque prompta senes.
Conscia mens recti famæ mendacia risit:
Sed nos in vitium credula turba sumus.
Hæc vbi castarum processit ab agmine matrum,
Et manibus puram fluminis hausit aquam:
Ter caput irrorat, ter tollit ad æthera palmas,
Quicunque aspiciunt, mente carere putant.
Submissóque genu vultus in imagine diuæ
Fixit, & hos dixit crine iacente sonos:
Supplicis alma tuæ genitrix fœcũda deorum,
Accipe sub certa conditione preces.
Casta negor, si tu damnas, meruisse fatebor,
Morte luam pœnas iudice victa dea:
Sed si crimen abest, tu nostræ pignora vitæ
Re dabis, & castas casta sequere manus.
Dixit, & exiguo funem conamine traxit.
(Mira, sed in scena testificata loquor)
Mota dea est, sequitúrque ducem, laudátque sequendo,
Index lætitiæ fertur ad astra sonus.

PAVL. *Claudia Quinta*) cùm viri frustrà conarentur, ex clarissima Claudiorum familia, virgo Claudia processit: quæ cùm casta non crederetur, deam ipsam obtestata, vt suæ testimonium pudicitiæ perhiberet, exiguo deinde conamine funem trahentem, nauis sequuta est. Meminit huius rei diuus Hieronymus. & Tranquillus in vita Tiberij de eadem inquit: Quæ nauem cum sacris matris deûm Idææ obhærentem Tiberino vado extraxit, precata propalàm, vt ita demum sequeretur, si sibi pudicitia constaret. *Claudia Quinta*] non quæ esset quinta numero, sed nomine. *Referebat genus*] ducebat originem. *Ab alto Clauso*] à quo emaL nauit domus Claudia, de quo Vergilius in septimo Æneidos: Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magnúsque ipse agminis instar, Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens, Post quam in partem data Roma Sabinis, &c. *Nec facies*] ipsius Claudiæ. *Fuit impar nobilitate*) nam vt præstantis nobilitatis, ita formæ quoque præstantis. *Casta quidem*) erat. *Sed non est credita*) non credebatur esse casta. *Rumor iniquus*] non æquus, sed falsus & confictus. *Læserat*] offenderat illam, nota violatæ pudicitiæ. *Et est acta rea falsi criminis*) falso arguebatur stupri, & virginitatis non seruatæ. *Obfuit cultus*] ex his sumebantur signa coniecturalia contra-

A pti animi & corporis, quòd se excolebat, tanquam amantibus placitura: ipse ergo cultus formæ obfuit. *Et prodiisse*] apparuisse. *Capillos variè ornatos*) quos vario modo & pectebat & innectebat. *Mens conscia recti*) animus honestatis suæ conscius. *Risit mendacia famæ*] mendacem famam & rumorem, qui falsò ferebatur. *Sed nos*) Loquitur Musa, sed periode ac homo. quia nos homines scilicet. *Sumus credula turba in vitium*] facilè credimus quicquid vituperandum quoque afferitur. *Hæc*] Claudia. *Vbi*] postquam. *Processit ab agmine*) à multitudine. *Castarum matrum*] pudicarum matronarum. *Et manibus hausit aquam puram fluminis*) & manus abluit, & his aquam Tiberini gurgitis hausit. *Ter caput irrorat*) ter aqua fluminea caput fudit. *Ter tollit palmas ad æthera*] ter manus in cœlum sustulit. *Quicunque aspiciunt*) eam scilicet ita agentem. *Putant carere mente*)

B existimant amentem & insanam. *Et submisso genu*] iam inflexis genibus ipsa Claudia. *Figit vultum in imagine divæ*) figit oculos in simulacrum ipsius matris deûm. *Et dicit hos sonos*] hæc verba. *Crine iacente*] passis crinibus. *Alma genitrix deorum fœcunda*) ô mater deorum. Alma dicit, quod deos peperit, a quibus omnia aluntur: fœcunda, ob tot fœlices partus: genitrix, quòd à matre hanc habeat distantiam, quia genitrix, vt inquit Nonius, semper quæ genuerit nuncupatur. Mater verò aliquando pro nutrice ponitur. Vergilius in octauo: Geminos huic vbera circum Ludere pendentes pueros, & lambere matrem. Plautus in Menæchmis: Ita forma similis pueri, vt mater sua non internoscere posset, quæ mammam dabat: Nec adeò mater ipsa quæ illos pepererat. *Accipe preces*] meas. *Sub certa conditione*) Sumpsit verbum è iure ciuili, de conditionibus in facto consistentibus: de quibus ita agit Paulus iurisconsultus titulo de conditionibus: Conditiones consistentes in facto varietatem habent, & quasi tripartitam recipiunt diuisionem, vt quid detur, vt quid fiat, vt quid obtingat: vel retro ne detur, ne fiat, ne obtingat. ex his dandi faciendique conditiones in personas collocantur, aut ipsorum quibus quid relinquitur, aut aliorum. Tertia species in euentu ponetur, &c. Hæc verò conditio vt fiat, erit. *Casta negor*) dicunt omnes me non esse castam. *Si tu damnas me*) scilicet tanquam corruptam, & non castam. *Fatebor meruisse*) dicam ingenuè, me meruisse supplicium. *Morte luam*

G *pœnas*) plectar morte. Luere pœnas, pati supplicium pro crimine. *Victa iudice dea*) victa ego tuo iudicio, supplicio afficiar. *Sed si crimen abest*) si scis me castam & incorruptam. *Dabis in re pignora nostra vita*) te ipsa ostendes signa, imò quasi pignora & testes vitæ meæ pudicæ. *Et tu casta*) pudica & sancta. *Sequere manus castas*) meas scilicet. *Dixit*) ita precata est Claudia. *Et traxit funem*) ipsius nauis. *Exiguo conamine*) paruo conatu. Nam paruo labore traxit, & facilimè secuta est nauis. *Mira loquor*) dico quidem admirabilia. *Sed testificata in scena*] quæ relata fuerint in theatro, vt adhiberi fides debeat. *Mota dea est*) precibus ipsius Claudiæ. *Et sequitur ducem*] præcedentem &

H trahentem virginem. *Et sequendo laudat*] Ex hoc ipso laudare videtur, quia sequitur trahentem, in probationem & commendationem pudicitiæ illius. *Sonus index lætitiæ*] hoc est, plausus quo animorum indicatur lætitia. *Fertur ad astra*] nam datus est virgini plausus ingens; & voces ad sidera sublatæ.

Fluminis ad flexum veniunt: Tiberina priores
Atria dixerunt, vnde sinister abit.
Nox aderat, querno religant in stipite funem,
Dántque leui somno corpora functa cibo.
Lux erat, & querno soluunt à stipite funem,
Antè tamen posito thura dedêre foco.
Antè coronarunt puppim, & sine labe iuuencam
Mactarunt, operum coniugiique rudem.
Est locus, in Tiberim quà lubricus influit Almo,
Et magno nomen perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veste sacerdos
Almonis, dominam, sacráque lauit aquis.
Exululant comites, furiosáque tibia flatur,
Et feriunt molles taurea terga manus.
Claudia præcedit læto celeberrima vultu:
Credita vix tandem teste pudica dea est.
Ipsa sedens plaustro porta est inuecta Capena:
Sparguntur iunctæ flore recente boues.
Nasica accepit: templi non perstitit autor,
Augustus nunc est, antè Metellus erat.

ANTON. *Vnde sinister abit*) Fabulatur ibi esse regiam Tiberini, vbi fluuius

C flectitur sinistrorsum. *Operum coniugiique rudem*] vt hostia esset purissima. *Est locus in Tiberim quà lubricus influit Almo*) Huius fluuij suprà meminimus, vbi mater deûm 6. Calend. April. lauabatur, vt ait Vibius Sequester. Defluit autem Almo in Tiberim non admodum longè à porta Capena, vt nonnulli dicunt. qui-

D bus illud astipulatur: Illa sedens plaustro porta est inuecta Capena. Lota igitur Cybele tunc in eo fluuio: vnde factum existimamus, vt postea illic lauari consueuerit. *Comites*) nō omnes qui deam comitabantur, sed Galli, vt diximus suprà. *Furiosáque tibia*) ob Gallos qui furere videbantur. *Taurea terga*) tympana: quibus

E Curetes vsi fuerant, cùm Rhea Iouem peperisset. ea è pellibus fieri, dubium non est. *Boues*] à quibus deæ plaustrum trahebatur. *Nasica accepit, templi non perstitit autor*) Accepit legendum est, non Incepit, vt quidam volunt, qui existimāt votam fuisse hanc ædem à Scipione Nasica, quod alienum est ab historia Liuij, qui scribit Nasicam in salum naue euectum, deam à sacerdotibus accepisse, atque in terram extulisse: & M. Liuium & Claudium censores ædem matris deûm faciendam locasse, eámque 13. anno postquam locata erat, M. Iunium Brutum dedicasse. Quare non placet quod in opusculo virorum illustrium legimus, vbi eius libelli autor, quicunque fuerit (neque enim est Plinius, vt multi putant) scribit templum hoc incepisse Nasicam: quod cùm bis incendio absumptum fuerit, vt diximus suprà, nemini mirum vi-

F deri debet, quòd Ouid. scribit hoc loco & Metellum eius ædis autorem fuisse, & post Metellum Augustum: quem constat refecisse ædes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas, teste Suetonio. Hinc est quòd festum matris deûm Romæ celebrari, vt diximus, consueuit, non pridie Idus Apriles, sed nonis huius mensis, quibus ea ædes ab Augusto fuerat dedicata: quam quidam volunt fuisse non longè ab ea porta, qua deæ simulachrum in vrbem inuectum est: sed in palatio fuit, teste Liuio.

PAVL. *Veniunt ad flexum fluminis*] Claudia, senatus, & populus, & matronæ veniunt illuc, vbi se incipit reflectere in

I læuam amnis. *Priores dixere atria Tiberina*] dixêre veteres esse domum Tiberidis. *Inde sinister abit*] vertit se in sinistram, vbi est reflexus fluminis: putauere antiqui esse regiam numinis Tiberini. Vnde Vergilius de eodem loco, cùm facit Deum ipsum loquentem: Ego sum pleno quem flumine cernis Stringentem

K ripas, & pinguia culta secantem, Cæruleus Tibris, cœlo gratissimus amnis. Hic mihi magna domus, celsis caput vrbibus exit. *Nox aderat*) substitere per noctem in ipso flexu. quo ab ostiis Tiberinis venerant. *Religant funem à stipite querno*] à trunco quercus. Religare pro innectere, seu ligare dicimus. Vergil. Cùm Laomedontia pubes Gramineo ripæ religauit ab aggere classem. *Corpora functa cibo*] postquam comederunt. *Dant locum somno*] quieti se tradiderunt. *Lux aderat*] iam illuxerat. *Soluunt funem à stipite querno*] vbi vesperi religauerant. *Tamen*) antequam soluerent. *Dedere thura posito foco*] erecta ad tempus ara, & succenso igne thura ado-

L lenere. *Antè coronarunt puppim*] antequam inde discederēt, nauem vitoribus coronarunt. *Et mactarunt iuuencam sine labe*) delectam ex armento, sine vlla macula, quę nulla posset labe notari, iuuencam immolarunt. *Et rudem operum, & coniugij*) quæ nec arasset, nec taurum sustinuisset. & tria dat huic hostiæ, facit delectam, iniugem, & puram. sed de his diximus in primo libro. *Est locus*) facit topographiam. *Quo Almo lubricus influit in Tiberim*) Almo paruus est fluuius, qui intersecans Hostiensem viam, non longè ab illo flexu init Tibrim. Aliqui putant esse illum qui est inter portam vrbis Hostiensem, & templum diui Pauli. remotior ab vrbe esse non potest: quia Galli quotannis ibant illuc cum matris simulacro: quod indicat Lucanus, Et lotam paruo reuocant

A Almone Cybelem. *Et minor*] amnis. *Perdit nomen in magno amne*] Almo paruus fluuius amittit suum nomen, cum influit in Tiberim: vt de Isara inquit Lucanus, cùm influit in Rhodanum, Qui gurgite ductus Per tam multa suo famæ maioris in amnem Lapsus ad æquoreas nomen non pertulit vndas. *Illic*] in eo loco apud hostium Almonis. *Sacerdos canus*] iam senior cum veste. *Purpurea*] quò esset ornatior. *Lauit dominam*] deæ simulacrum. *Et sacra*] quæ simul ... bantur. *Aquis Almonis*] ipsius parui amnis, & inde mos sumpsit initium referendæ deæ illuc. *Exululant comites*] Galli ministri Cybelis vlulatum ediderunt. *Et flatur*] flatu resonant. *Tibia furiosa*] vel horrenda, vt paulo superius, horrendo sono dixit, vel furiosa, quia furere ipsi ministri videbantur. *Et manus molles*] mollium ministrorum.

B *Feriunt terga taurea*] tympana ex taurorum corio. *Claudia præcedit*] anteit. *Celeberrima*] laudatissima. *Vultu læto*] læta enim alias antecedebat. *Vix tandem est credita pudica*] tandem omnes credidere eam castam, sed difficulter : credidere tamen. *Teste dea*] quæ castas eius manus sequuta est. *Ipsa*] deûm mater. *Sedens plaustro*] quæ iam curtui erat imposita. *Est inuecta*] illata, & intra vrbem vecta. *Porta Capena*] qua exitur in viam Appiam : & vnde regio portæ Capenæ dicta est, qua porta itur ad ædem diui Sebastiani. *Boues iuncta*] quæ iugatæ currum trahunt. *Sparguntur flore recente*] recentibus floribus & vias sternebant: & qui in spectaculo erant, prætereuntes floribus spargebant. *Nasica accepit*] P. Scipio Nasica, qui vir optimus à senatu iudicatus est, deam accepit in ingressu vrbis. Verùm Liuius, G loquit ab hoc acceptam in ostiis Tiberinis, deditíque inde ferendam matronis *Templi non perstitit autor*] hic ipse Nasica templum deæ non construxit, sed Q. Cæcilius Metellus, ex donis deæ collatis templum in regione portæ Capenæ matri deorum erexit, instaurauítque illud postea Augustus, & ludos constituit, & vt etiam a mulieribus carmina canerentur. Vnde in principio secundi libri Tristium: Ipse quoque Ausonias Cæsar matrésque nurúsque Carmina turrigeræ dicere iussit Opi. *Augustus nunc est*] autor scilicet templi, nam illud restituit tempore ipsius poëtæ, ideo nunc est, quia nostro tempore ædem reparauit. *Ante erat Metellus*] Cæcilius erat autor, qui ab initio erexit.

Substitit hic Erato, mora fit, dum cætera quæro,
Dic, inquam, parua cur stipe quærat opes?
Contulit æs populus, de quo delubra Metellus
Fecit, ait, dandæ mos stipis inde manet.
Cur vicibus factis ineant conuiuia, quæro,
Tunc magis indictas concelebrántque dapes.
Quòd bene mutarit sedem Berecynthia, dixit,
Captant mutatis sedibus omen idem.
Institeram, quare primi Megalesia ludi
Vrbe forent nostra, cùm dea (sensit enim)
Illa deos, inquit, peperit: cessere parenti,
Principiúmque dati mater honoris habet:
Cur igitur Gallos, qui se excidère, vocamus?
Cùm tantùm à Phrygia Gallica distet humus?
Inter ait viridem Cybelen, altásque Celænas
Amnis it insana nomine Gallus aqua.
Qui bibit inde, furit: procul hinc discedite, quîs est
Cura bonæ mentis: qui bibit inde, furit.
Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum
In domina mensis? an sua causa subest?

ANTON. *Parua cur stipe quærat opes*] Moris fuit hoc tempore, vt Romani matri deûm nummos siue stipem quamnis afferrent, quoniam stipe à populo collata, eius deæ templum à Metello fuerat constitutum. *Cur vicibus factis*] &c.

C Mutuas sodalitates dicit. Cic. in Catone maiore: Sodalitates enim me quæstore constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis. *Indictas*] à pontifice siue à Gallis comitibus matris deûm, siue ab epulonibus. Lege Festum. *Mutatis sedibus*] mutantur à nobis sedes, cùm è conuiuiis acceedimus ad diuersa conuiuia. Quod Romani

D faciebant boni ominis causa: quoniam Cybele è Phrygia Romã translata bene ac fœliciter sedem mutauerat. *Quare primi Megalesia ludi*] &c. Hi ludi quorum suprà meminimus iure, primi ludorum omnium habebantur, quia par erat, vt dij parenti suæ cederent, & eum honorem matri exhiberent. *Cur igitur*] &c. diximus suprà, matris deûm comites à Gallo flumine Gallos vocari. *Altásque Celænas*] vrbem Phrygiæ, patriam Marsyę, quem ab Apolline superatum & excoriatum ferunt. Vnde illud est Lucani : Et quæ tua munera Pallas Lugent damnatæ Phœbo victore Celænæ. Id oppidum nonnulli Lydiæ tribuunt, quod nos monere non debet, cùm Phry-

E giæ, Cariæ ac Lydiæ loca ita inter se coeant, vt non facilè distinguantur. Sciendum & collem ipsum, in quo vrbs est, Celænas dici, vt autor est Strabo: & oppidum ipsum, in cuius foro suspensa visebatur Marsyæ pellis, vt Herodotus scribit, in vtrem formata, quam ei detractam Phryges ferebant Apollinem suspendisse. *Insana*] quæ insanos facit, vt dictum est. *Procul hinc discedite quis est*] &c. Sensus est: Vos, quibus cura est bonæ mentis, discedite procul à Gallo flumine. *Herbosum moretum*] in sodalitatibus magnæ matris apponebatur conuiuis moretum e lacte, caseo, & herbis ob conuenientiam eius cibi cum dea. Lac enim & herbæ fuit veterum cibus, & ipsam deam vetustissimam esse nemo dubitauerit: quippe quæ est deorum mater.

PAVL. *Substitit hic Erato*] hic desiit loqui Musa. *Mora fit*] retardatur. *Dum cætera quæro*] in quibus inerat dubitatio.

F *Dic, inquam, cur quærat opes*] ipsa dea cur sibi nummos quæratur. *Parua stipe*] paruo nummo. Eo enim die singuli singulos nummos offerebant. *Aes*] contulit æs populus. Vt paulo superius diximus, populus frequens in palatio dona deæ tulit, quod testatur Liuius. Ergo ab ære collato à populo, mos consecutum quotannis stipum originem sumpsit. *De quo*] ære quod populus contulit. *Metellus*] ipse Q. Cæcilius Metellus. *Fecit delubra*] extruxit templum. *Inde*] ex eo.

H *Manet mos*] seruatur consuetudo. *Dandæ stipis*] offerendorum nummorum. *Quæro cur ineant conuiuia factis vicibus*] postea interrogo, vnde ea sit consuetudo, quòd in his festis vicissim modò ad hæc, modò ad illa conuiuia eant. *Et magis tunc*] magis quàm vllo vnquam tempore. *Concelebrant*] cum celebritate frequentant. *Dapes in-*

I *dictas*] ipsa conuiuia indicta. nam indicebantur ab ipsis sacerdotibus, & postea vicissim ibant. *Quod Berecynthia*] ideo factis vicibus ineunt conuiuia, quòd deorum mater. *Bene mutauit sedem*] prosperè commutauit montes Phrygiæ, pro vrbe Roma *Captant idem omen*] prosperæ

K mutationis. *Mutatis sedibus*] cùm è conuiuio in conuiuium se recipiant. Præerant huic rei epulones, quibus id inditum nomen, quod, Pompeio teste, indicendi Ioui, cæterísque diis epulas, potestatem haberent. & Cicero in libro de Oratore : Pontifices, inquit, veteres, propter sacrorum multitudinem, tres viros epulones esse voluerunt, cùm esse ne ipsi à Numa, vt etiam illud ludicrum epulare sacrificium facerent, instituti. & alio loco: Romę, inquit, erant sacra deæ matris, in quibus diebus festis noctè epulabantur. Erant autem septem numero, &c. Hi ergo erant, qui conuiuia commutabant. *Institeram*] quærebam scilicet. *Quare ludi Megalesia forent primi in Vrbe nostra*] cur Romæ primi dicantur, & primo loco fiant ludi ipsi, quos constituit M. Iunius Brutus, & Megalesia appellantur, & de quibus paulo superius diximus, & quorum Liuius meminit. *Cùm dea*] Erato. *Inquit enim*] quia sensit, me scilicet quærentem *Illa* Cy-

L bele. *Peperit deos*] Iouem, Iunonem, Neptunum, Plutonem. *Cessere parenti*] dij ipsi voluere matri cedere. *Et mater habet principium dati honoris*] hoc est, primum ludorum honorem. nam cùm ludi diis exhibeantur, primus honos matri deorum debetur. ideo ipsi primi & magni dicuntur ludi. *Cur ergo vocamus Gallos, qui se exciderunt*] alia quæstio; Cur Galli dicti sint ministri Cybeles, qui sibi virilia exciderunt, seu amputauerunt. *Cùm humus Gallica*] Gallia ipsa. *Tantum distet*] disiuncta & longè remota sit. *A Phrygia*] vnde huc aducta dea: hoc inquit, cur appellantur eo nomine, quandoquidem à Gallia appellari non potuerint. *Inter ait viridem Cybelen*] Musa causam appellationis ad Gallum fluuium refert, cuius aqua epota furorem gignit. Is labitur per ea loca Phrygiæ, vbi matris deûm erant templa. Initium enim capit ex Modris Phrygiæ, & in Sagarum antuem

influit. & Plinius inquit: Gallus Phrygiæ flumen est, de cuius aqua potantes redduntur insani. & Martian. asserit: Ideo ministros matris deûm Gallos dictos ait Erato. *Gallus amnis*] fluuius. *Aqua insana*) insaniam & furorem incutienti. *Is*) fluis. *Inter viridem Cybelen*] Cybelon & Cybelem dicimus montem, de quo paulo superius. *Et altas Celænas*] Celænæ in Phrygia collis quidam est, vt Strabo inquit, in quo vrbs fuit eiusdem nominis. Hinc Antiochus Soter homines transtulit in eam quæ nunc Apamia dicitur, & vrbem appellauit de nomine matris Apamiæ Artabazi filiæ, quæ Seleuco Nicanori nupsit. Hæc in Phrygia ab illo seseruerunt. Sed ipsorum locorum nomina, in loca nostra Marsorum translata sunt, vt fuisse hæc oppida potaueriim etiam ante Marsyam ex Asia pullum. sed de his in 6. lib. plura dicemus. *Qui bibet inde*] ex eo fluuio. *Furit*] furorem concipit. *Discedite hinc procul*] longè ab hoc fluuio recedite, ne sitis postea furore perciti. *Qui*] pro quibus. *Est cura bonæ mentis*] qui sanæ mentis estis, & insanire non vultis. *Qui bibit inde, furit*] Repetitio priotis expositionis ad vehementiora monita. *Nec pudet herbosum*] Vltima quæstio, Cur in epulis deæ moretum adhibeatur. Causam refert Musa ad antiquos cibos, cùm lacte & herbis olim homines vescerentur. Neque enim est aliud moretum, nisi admixtio multarum rerû cum lacte & caseo. Licèt sint qui pro intinctu viridi accipiant. *Dixi*] ego. *Non pudet positus in mensis dominæ*] apponere deæ epulis. *Herbosum moretum*] ex herbis & lacte & caseo confectum. *An sua causa subest*] an est aliqua causa propria, quare id fiat. *An veteres*] antiqui. *Narrantur vsi*] quasi dicant, vesci solitos ipsos veteres.

Lacte mero veteres vsi narrantur, & herbis,
Sponte sua si quas terra ferebat, ait:
Candidus elixæ miscetur caseus herbæ,
Cognoscat primos vt dea prisca cibos.
Postera cum cælo motis Pallantias astris
Fulserit, & niueos luna leuarit equos.
Qui dicet, quondam sacrata est colle Quirini
Hac Fortuna die publica, verus erit:
Tertia lux, memini, ludis erit: hac mihi quidam
Spectanti senior continuúsque loco.
Hæc, ait, illa dies Libycis qua Cæsar in oris,
Perfida magnanimi contudit arma Iubæ.
Dux mihi Cæsar erat, sub quo meruisse tribunus
Glorior, officiis præfuit ille meis.

ANTON. *Lacte mero*] lacte solo. Hoc cibo viuunt nonnulli barbari, quos miratur Plin. ignorare tot spernere tot sæculis casei dotem: quo tradunt vixisse Zoroastren in desertis, annis 20. ita temperato, vt vetustatem non sentiret. *Postera cum cælo*] &c. Octauo. Idus April. celebratur dedicatio ædis Fortunæ publicæ in monte Quirinali: quo in loco sacrata est ædes eius deæ, quam nonnulli Protogeniam, Liuius Primigeniam vocat, non à Cn. Domitio prætore vrbano, vt quidã volunt, non intelligentes quid Liuius tradat: sed à Q. Martio Ahala duumuiro ad id ipsum creato, quam ædem vouerat 10 annis antè P. Sempronius Sophus: qui cùm in agro Crotoniensi cum Hannibale malè pugnasset, coniunctis deinde copiis cum legionibus P. Licinii proconsulis, cum eodem hoste conflixit: & cùm in principio pugnæ ædem Fortunæ primigeniæ vouisset, si hostes fudisset, compos eius voti factus est. Hostes enim fusi ac fugati sunt, & supra quatuor milia armatorum cæsa. Itaque idem Sempronius censor postea eam ædem locauit, quæ neque ab eo, neque à Cn. Domitio, sed à Q. Martio dedicata est. Est autem Fortuna publica, quæ & primigenia dicitur. ne quis dubitet, legat 3. Dec. Liuii lib. 9. non longè à fine, vbi eius Fortunæ historicus meminit, cùm in eodem lib. ac paulo antè scripsisset temporibus secundi belli Punici matrem deûm è Phrygia in Italiam fuisse translatam. Idem etiam tradit, M. Liuium & C. Claudium censores ædem matris deûm locasse in palatio faciendam. Pallantias autem Aurora dicitur à fratre Pallante. vt: Cum prævia lucis Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem. Est frater eius Pallas, Titanis filius, ex quo & Terra natam esse Auroram fabulantur. Sunt & qui Auroræ patrem Pallantem vocant. *Luna leuarit equos*) equi à luna hoc loco leuari nunc dicuntur lucis aduentu. *Tertia lux*) Sexto Idus April. Iul. Cæsar in Libya superauit Iubam & Scipionem, cùm persequeretur reliquias exercitus Pompeiani. nota est historia. Sciendum tamen, Iubam, quem fuisse & superbum & inertissimum legimus, ideo hoc in loco magnanimum dici, quòd & magno animo Cæsari aduersatus est, & in oppido Zamæ lignis congestis maximam in medio foro pyram construxit: vt si forte bello foret superatus, igne subiecto se in eam proiiceret. is demum fluentibus rebus ad voluntatem Cæsaris, cum Petreio conatus est vt per virtutem interfecti esse viderentur. & cùm infirmiorem illum ferro consumpsisset, impetrauit à seruo vt se interficeret: idque obtinuit. Appianus scribit, eum regẽ, ac Petreiũ, cùm nec fugã, nec salutem vlterius spectare possent, inedia se ac vulneribus inuicem confecisse. Triumphauit autem Cæsar (vt inquit Plutarchus) non de Scipione, sed de Iuba rege, cuius filius Iuba in triumpho ductus est admodum infans: fortunatúsque ea captiuitate, qua factum est, vt ea Numida ac barbaro inter scriptores doctissimos numeretur. Sanè Iubã autor perfidum vocat, ob Aphrorum ingenia, quæ & fallere & fidem frangere cõsueuerunt. *Contudit*) perfregit, ac tundendo superauit. *Tribunus*) hic senior qui Ouidio ludos spectanti assidebat, tribunus militum fuerat sub Cæsar. Est autem à tribu, tribunis nomen inditum. Fuerunt enim sub Romulo tres tribus, quibus qui præerant, tribuni vocabantur.

PAVL. *Mero lacte & herbis*) his enim vescebantur ante panis vsum. *Si quas*] quasi & aliis cibis, si aliquos. *Ferebat terra sua sponte*) non arata, non consita, sed suapte natura. *Candidus caseum miscetur elixa herba*) hoc nunc offertur epulis deæ, caseos cum herbis elixis, quod moretum. *Vt dea prisca*] deorum maior antiqua. *Cognoscat primos cibos*] qualibus Saturni tempore vesci consueuerunt. Hactenus de sacris Cybeles. *Postera cùm cælo*) octauo Idus April. hoc est, sexta die mensis. Erit festum publicæ Fortunæ: cuius templum à Cæsare consecratum est in colle Quirinali, post Africanam victoriam de Scipione, & rege Iuba. de quo paulo pòst. *Postea Pallantias*] sequens Aurora, Pallantis ex Titanum genere filia. *Cùm fulserit motis astris*] pulsis syderibus, quæ aduentu maioris luminis obscurantur. *Et luna leuarit equos niueos*] alleuiarit ab ipso opere: hoc est, vbi occidet luna, & mane illuxit. *Verus erit, qui dicet*] vera loquetur, quicunque id asseret. *Publica Fortuna est sacrata*) ædes Fortunæ publicæ consecrata fuit quondam. *Hac die*) quæ octaua est Iduum April. *Tertia lux*) tertia dies à festo publicæ Fortunæ: hoc est, sexto Idus April. *Erit ludis*) deputata ad exhibendos ludos: eo enim die ludi fiunt. *Memini*) memoria repeto. *Hac die*) scilicet. *Quidam senior continuus mihi spectanti*) qui spectabam ipsos ludos. *Et loco*) quasi qui continuato ordine proximo mihi loco sedebat, cùm proximus esset dignitate. *Ait*] dixit. *Hæc illa dies*] referebat ille senex in ludis eum esse diem quo Cæsar in Africa victor fuerat. Etenim victo Pharnace Cæsar Romam rediit. Consul iterum creatus est. vbi cognouit Catonis & Scipionis fugam in Africam, qui ad bellum ab rege Iuba accendebãtur, illuc traiecit: & Catone iam mortuo, Iubæ & Scipionis debellauit exercitum. Expauescentibus inaudito prius tubarũ clamore regiis elephãtis, Scipio naue fugiẽs, seipsum interemit. Rex interim Iuba, vt in Commentariis est, ab omnibus ciuitatibus exclusus, desperata salute, cùm iã conatus esset cũ Petreio, vt per virtutẽ interfecti esse viderẽtur, ferro inter se depugnãt, atq; infirmiorẽ imbecilliorẽmq; Iuba Petreiũ facilè ferro consumpsit. Deinde ipse sibi cùm conaretur gladio traiicere pectus, nec posset, precibus à seruo suo impetrauit, vt se interficeret, idq; obtinuit, &c. Cæsar verò Romã ex Aphrica rediẽs, vt inquit Plutarchus, ea ea victoria magnificè per ora populi ferebatur. Tantum enim agri ab eo in ditionẽ subactum, vt annuo prouentu percepturus fiscus esset. Tritici quidẽ ducẽta millia modiûm Atticorũ, olei verò trecẽtas myriadas. At quot inde triũphos egit Alexãdrinũ, Ponticũ, Aphricanũ, non de Scipione, sed de Iuba rege. Eius filius, Iuba quoq; nomine, infãs admodũ in eo deductus

de [illegible] umpho Fortunatissimam vtiq; captiuitatem, [illegible] st, vt ex barbaro se e Numida inter doctissi- [illegible] a numeretur. Post triũphos ingentia militi- bus [illegible] a ledit. Ad conciliandam sibi plebem spectacu- [illegible] iaque celebrauit. Vno die in duobus ac vi- [illegible] iclinioru epulum præbens vniuersis, munus [illegible] & nauale certamẽ adhibuit, & reliqua. Ille ig[illegible] [illegible] ebat Cæsaris victoriam, qua quidem ipsi ludi fuisse videntur instituti. *Hac illa dixerit.* s. *Qua Cæsar in oris Libycis*) in Aphrica. *Contudit*) tundẽdo attriuit & oppressit. *Arma perfida*) perfidam & fœdifragam Punicam militiam. *Magnanimi Iubæ*) regis Mauritaniæ. *Dux mihi Cæsar erat*) quasi eo tempore ego sub Cæsare militabã. *Sub quo tribunus*) qui eram tribunus mil. *Gloriæ meruisse*) ad gloriam mihi ascribo sub Cæsare militasse. *Ille*) Cæsar. *Præfuit officiis meis*) quia ille imperator, & ego sub eo tribunus.

Hanc ego militia sedem, tu pace parasti,
Inter bisquinos vsus honore viros.
Plura locuturi, subito subducimur imbre.
Pendula cœlestes Libra mouebat aquas.
Ante tamen quàm summa dies spectacula sistat,
Ensifer Orion æquore mersus erit.
Proxima victricem cùm Romam inspexerit Eos,
Et dederit Phœbo stella fugata locum:

Hanc ego militia) &c. A[illegible] ii. Suetou. [illegible] lis milites se- [illegible] populo: & cùm [illegible] equ[illegible] sũ attrito bellis ciuilibus patrimo nio, spectare ludos è 14. non auderent, metu pœnæ theatralis, pronũciauit non teneri ea, quibus ipsis, parẽtibúsve equestet cẽsus vnquam fuisset. *Inter bisquinos vsus honore viros*) Poëta hoc loco decemuirum se fuisse testatur. nam errant, qui Ouidiũ equitem quidem fuisse dicunt, sed nullum honorem præterea, nisi triumuiratum tulisse: hi, ne deinceps fallantur, videant accuratius quomodo hunc locũ interpretentur: & illũ, Nec malè commissa est nobis fortuna reorum, Vsq; decẽ decies inspicienda viris. Sane triumuiratum Ouidius tulit admodũ iuuenis, vt, Cepimus & teneræ primos ætatis honores, Deq; viris quondam pars tribus vna fui. Sciendum, decemuiros sub Augusto centumuiralem hastam coegisse, quam quæstura functi cogere consueuerant. Is etiam noua quædã officia excogitauit, in quibus triumuiratũ legẽdi senatus, & triumuiratum recognoscendi turmas equitum. adiecitque tribus iudicũ decurijs quartam, ex inferiore censu, quæ ducenariorum vocata est: iudicaulique de leuioribus summis. *Pendula cælestes Libra mouebat aquas*) Libra in ortum ferebatur, cùm Sol vnà cum ariete ludis nondum perfectis, (vt autor inquit) tenderet ad occasum sexto Idus huius mensis, quo tempore significatur tempestas, autore Columella. Pendulam autem Libram dicit, non quòd occidat, (id enim fieri nullo modo potest, ludis nondum absolutis, & paulo ante solis occasum) sed quod Pendulum est Libræ perpetuum epitheton. Quis enim nesciat, sole cum ariete in occasum tendente, nocte iã propinqua, cùm solem ipsum pars arietis antecedat, Libram necessariò in ortum ferri? *Ante tamen quam summa dies spectacula sistat, Ensifer Orion æquore mersus erit*) Orion in cœlo ita formatus est, vt ensem gerere videatur. Vnde illud est Lucani: Ensiferi nimium fulget latus Orionis. Est autem huius signi tanta magnitudo, vt multis diebus oriatur & occidat. Quare (vt inquit Seruius) eius apud peritos est incerta tempestas. dicitur tamen occidere exorto Scorpionis, à quo interẽptus creditur. Vnde cõsequens est, vt hoc tẽpore penè occidat, cum solis occasu, qui magnam partẽ arietis emensus est. Is enim vbi Oceano immersus est, trahit secum, vt ita dixerim, Taurum, cuius occasu sine dubio & Scorpius oriatur, & Orion occidat necesse est: qui in cœlo ita locatus est, vt dextra ensem tenere, & cum tauro certare videatur. itaque Hesiodus Orionis occasu verno, id est, hoc tempore terram esse arandam docet. Plinius autor est, in Creta terræmotu rupto monte inuentum esse corpus stans quadraginta sex cubitorum: quod quidam fuisse Orionis tradiderunt. Sciendum, Accium hoc signum Iugulum appellasse, teste Varrone. Alij iugulam stellam esse volunt sic dictam à forma iuglandis, quæ cæteris nucibus maior est. *Cùm Romam inspexerit eos*) Aurora Eos dicitur, vt supra docuimus: & à Græcis ἠὼς, teste Seruio. Nam Eous est lucifer, vt, Te matutinus flentem conspexit Eous. Et flẽtem paulo vidit pòst Hesperus idem. Est etiam Eous adiectiuum, cuius prima syllaba modò producitur natura, modò corripitur ob sequentem vocalem. Vel quoniam & Ios dicimus & Eos. Sanè quinto Idus huius mensis Romani rem diuinam Cereri faciebant, cui & ludos Circenses celebrabant, vt Cornelius Tacitus autor est. Ea, vt Diodorus scribit, frumenti quod fortè inter alias herbas nascebatur, ignotum cæteris vsum prima inuenit, ante Proserpinam à se genitam: qua rapta, omnia frumenta incendisse dicitur. Sed posteaquam Ioui reconciliata est, [illegible] cuius odium frumenta incenderat, ferunt eam frumẽti semen dedisse Triptolemo, mandasséque vt id mortalibus diui[illegible] ret [illegible]e monstraret seminandi modum. Eadem traditur leg[illegible] de[illegible], quibus homines iuste viuere assuescerent: vnde & Legifera dicta est, & eius festa Thesmophoria vocantur.

Ante vsum enim frumenti homines passim sine legibus vagabantur: quæ feritas eo inuẽto sublata est, vt inquit Seruius, postquam ex agrorum diuisione nata sunt iura. Hinc Ouidius ait alibi: Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro, Prima dedit fruges, alimentáque mitia terris, Prima dedit leges. Aristoteles tamen sæpenumero cùm in Athenienses inueheretur, dicebat eos frumenta & leges inuenisse, sed frumentis vti, non legibus. Quod ideo diximus, quia constat Cererem Siculam fuisse, vt Solino placet [illegible] quamuis negari nequeat, haud longè ab Athenis fuisse Triptolemi patriam, vbi templum fuit Cereris Eleusinæ, vt autor est Strabo: vbi (vt quidam tradunt) quòd noctu sacra Cereris fierent, sacerdotes fa[illegible]ibus discurrentes, quos ab earum gestatione Daduchos appellarunt, & cursu propè Bacchico furentes, deam colebant, à cuius sacris impij & scelerati voce præconis summouebantur. Romæ autem solis matronis licebat sacrum Cereris anniuersariũ celebrare: quod intermissum est propter cladem Cannensem, cùm nulla eo tempore matrona luctus expers foret. Lugentibus enim, vt inquit Liuius, id sacrum facere non licebat: quod gratum erat, vt scribit Plutarchus, si à lætis hominibus celebraretur. Huius deæ festa, quoniam è Græcis translata fuissent, Græca sacra dicebantur, autore Festo. Cuius ædes, vt ait Plinius, ad Circum maximum fuit, quam Demophilus & Gorgasus palæstæ laudatissimi atque pictores, vtroque genere artis suæ excoluerunt, versibus inscriptis Græcè, quibus significarunt à dextra opera Dimophili esse, à parte læua Gorgasi. Meminisse autem debemus quod Seruius tradit, Cererem deam esse rusticorum. cui Vergilius in primo Georg. anniuersarium sacrum verno tempore fieri præcipit. vt: Annua magnæ Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis Extremæ sub casu hyemis iam vere sereno. Sacrificabatur autem Cereri & Premetio, vt inquit Festus, de spicis quas primùm messuissent, & lacte, melle ac vino. vt: Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho. & porca fœcunda, & grauida in sacrificio ambaruali. Item ad 12. Calẽdas Ianuarias, sue prægnante, panibus ac mulso, vt Macrobius tradit. Cæterùm in Cereris nuptijs (autore Seruio) vinum adhiberi nefas erat: quæ, vt idem inquit, Horci nuptiæ dicebantur, solebántque à pontificibus solennitate maxima celebrari. In sacris autem mulso libari non ignorauit Vergilius, teste Macrob. Vnde in Georgicis, miti Baccho, inquit, fauos dilue: mitescere vinum dicens, cùm mulsum fieri cœperit. Sacerdotes Cereris Baptæ dicebantur, quòd lauari eos oporteret, dum initiarentur. Initia autem, vt Varro scribit, dicuntur Cereris sacra. Ipsa autem Ceres, vt eidem placet, dicta est quòd gerat fruges: vel à creando, vt Seruius scribit, à qua Cerriti dicti sunt, teste Nonio, quasi Ceretis ita vocati.

Ego parans hanc sedem militia, tu parasti pace) Erant in eo ordine subselliorum, vbi sedere non licebat, nisi qui magistratum gesserant. Inquit ergo ille se militia, quia tribunus fuerat, ius in eo subselliorum ordine sibi parasse. Poëtam verò domi in pace. *Vsus honore inter bisquinos viros*, qui magistratum in decemuiratu gessisti. Fuerat enim poëta decemuir, antea tamẽ iuueniatu triumuir. Vnde in quarto Tristium: Cepimus & teneræ primos ætatis honores, Eque viris quondam pars tribus vna fui. Egitque causas in foro centumuirali, de quo in secundo Tristium ad Augustum: Nec malè commissa est nobis fortuna reorum, Vsque decem decies inspicienda viris. Quin inter centumuiros iudicem dixisse constat, vt à principio diximus. Hoc autem in loco decemuirum sese ostendit, fuit enim in eo magistratu decemuirali, in quo ipsi iudices de causis ad arbitrium iudicabant, de quo seipsum ab integritate & fide commendat. In secundo enim Tristiũ sic inquit:

A Res quoque priuatas statui sine crimine iudex, Déque mea fassa est pars quoque victa fide. Sed de huiusmodi iudiciis in libris de Orat. ad Q. fratrem Cicer. cumulatius disseremus. Plura locuturi, cùm & alia multa simul collocuturi essemus. *Subducimur*) repellimur à subselliis. *Subito imbre*] subita pluuia. *Libra pendula*] pendens, quę iam in occasu erat. *Monebat caelestes aquas*] inferebat pluuias. Egimus supertus de occasu Librę: non exigit hic locus, vt ea repetamus, quę iam dicta sunt. Sed illud dixisse satis sit, Libram in occasu pluuias plerunque inferre: nunc quoque in ipso occasu premitur, ideo monet aquas. *Tamen antequam summa dies*) antequam vltima pars diei. *Sistat spectacula*] quasi finem imponat ludis. *Orion ensifer*] ferens ensem. Nam armatus cum gladio figuratur. *Erit mersus aequore*; iam occiderit. sic designat ipsius Orionis occasum: quod quidem sidus procellosum est. Plinius tamen occidere inquit gladium eius Idibus, B nouemb. sic magna esset differentia in occasu. Nos autem in sequenti libro, quæ ad eum pertinent, latius referemus *Proxima Victricem*) Quinto Idus April. hoc est nona die mensis, ludi fiunt ad honorem Cereris in Circo maximo. primùm tamen fiunt Equiria. Ad ludos aût cû pompa itur, feruntúrque deorum imagines magna reuerentia & frequentia populi: haberútque is Cereri honor, quòd ab ea reperto frumento, & conficiendi panis vsu, syluestrem victum delicatiori cibo mutarit. De Cerere plura diximus in 1 lib. Hoc G quoque in loco plura referentur, præsertim quæ ad Proserpinæ raptum, & errores ipsius spectant. *Proxima ceu* sequens aurora. nam *eos* aurora est. *Cum inspexerit Romam Victricem*) hoc est, cùm sequens dies effulserit, & Romam orbis victricem radiis illustrarit. *Et stella fugata dederit locum Phoebo*) quasi stellæ erunt ab aspectu nostro fugatæ. nam vincentur à maiore lumine.

Circus erit pompa celeber, numeróque deorum,
Primáque ventosis palma petetur equis.
Hinc Cereris ludi non est opus indice causa,
Sponte deæ munus, promeritúmque patet.
Panis erat primus virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat.
Et modò carpebant viuax de cespite gramen.
Nunc epulæ è tenera fronde cacumen erant.
Postmodo glans nata est, bene erat iam glande reperta,
Duráque magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato,
Mutauit glandes vtiliore cibo.
Illa iugo tauros collum præbere coëgit:
Tunc primùm soles eruta vidit humus.
Aes erat in precio, chalybis iam massa placebat:
Heu heu perpetuò debuit illa tegi.
Pace Ceres læta est: & vos orate coloni
Perpetuam pacem, pacificúmque ducem,
Farra Deæ, micæque licet salientis honorem
Detis, & in veteres thurea grana focos:
Sed si thura aberint, vnctas accendite tædas:
Parua bonæ Cereri (sint modò casta) placent.
A boue succincti cultros remouete ministri:
Bos aret, ignauum sacrificate suem.
Apta iugo ceruix non est ferienda securi,
Viuat, & in dura sæpe laboret humo.
Exigit ipse locus raptus vt virginis edam:
Plura recognosces, pauca docendus eris:

ANTON. *Circus erit pompa celeber, numeróque deorum*] Circus (vt diximus, teste Tacito) Romani Circenses ludos celebrabant, in quorum pompa deorum imagines vehebantur. Vnde illud est Macrobij, Vehitur enim simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circensium deorum simulacra. Et illud: Euenissetque vt Circensium C die puer de cœnaculo pompam supernè despiceret, & matri referret quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita vidisset. Tranquillus in Augusto: Die Circensium proximo solemni pompæ simulacrum Dei detraxit. Ferebatur autem ea pompa circum metas, teste Varrone: qui ait Circû maximum dictû, quòd D circum spectacula ædificatus, vbi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Eum circum, apud quem, vt diximus, ædes Cereris fuit, Plinius scribit à Cæsare dictatore, vt suprà docuimus in secundo huius operis libro, extructum fuisse longitudine stadiorum trium, ac latitudine vnius. sed cum ædificiis iugerum quaternûm ad sedem ducentorum quadraginta millium. E Constat tamen, autore Liuio, eius Circi locum antè à Tarquinio Prisco esse designatum, ac diuisa loca patribus, equitibúsque, vbi spectacula sibi quisque faceret. Secundum, vehiculum quo deorum exuuiæ (vt ait Festus) ludis Circensibus in Circum ad puluinar vehebantur, thensam appellari, quæ erat argentea, vt idem autor docet: dicta à re diuina, autore Seruio *Prima palma*] Celebrabantur primùm Equiria, deinde Cereris ludi *Sponte deæ munus, promeritúmque patet*] Tale est Cereris meritum, vt non facile detur melius aliquid inueniri, cùm in inuento Cereris sita sit non viuendi tantùm, sed bene atque honeste viuendi ratio: quorum alterum frumenta præstant, alterum leges. *Panis erant primus virides mortalibus herbæ*] Diodorus: Eodémque modo & homines a principio genitos dicunt in agris pastum quæritantes, syluestri & incondita vita vixisse, quibus herbæ & arborum fructus vltro victum præberent. *Gramen*] Herbę speciê E hic accipimus omnibus notam *Bene erat iam glande reperta*] glãdis farina spissatur in panis vsum, autore Plinio. *Magnificas opes*] si ad herbas, non ad frumenta referantur.

Perpetuò debuit illa tegi] ne inde fierent arma bellica, quibus agricultura impeditur, & homines pereunt *Pacificúmque ducem*] Augustû qui autor est pacis, cuius Ceres alũna est.

Honorem] sacrificium è mola, ea enim est quam per farra & micã salientẽ significat *Vnctas accendite tædas*; pice vel cera, & similibus, vt facile ar- H deant. Vult autẽ accẽdi tædas, quia earum ope Ceres raptã Proserpinã quæsisse dicitur. vt: Illic accẽdit geminas pro lãpade pinus, Hic Cereris sacris nûc quoque tæda datur Hanc ob causam Ceres dea tædifera dicitur. vt, Et per tædiferæ mystica sacra deæ. *Bos aret*) nõ vult bouẽ mactari Cereri, cuius opera mortales percipiũt eius deæ munera. *Plura rec.*] I multa quidem audies & recognosces quę nosti, doceberis quę nosti.

PAVL. *Circus*] maximus. sc. quẽ Tarquinius Priscus extruxit inter Auentinũ & Palatium. *Erit celeber pompa*] nã cũ pompa frequẽtatus Põpa enim est ipse ordo procedẽtium in supplicatione. Vnde nunc à nostris processio dicitur. & pompã quoq; funebrẽ dicimus. *Et numero deorũ*] quasi multis K deorũ imaginibus, quæ ordine quoq; suo referuntur. *Et prima palma*) prima victoria in ipso circo. *Petetur equis ventosis*] pernicibus instar ventorum. Primo enim loco erit equorum cursus *Hinc*) post Equiria. *Ludi Cereris*] qui exhibentur ad honorem Cereris. *Nõ est opus indice causa*] demõstrat rę originis horũ ludorũ: quia non est petere à omnibus rationem, cùm per se pateat. *Munus deæ*) Cereris. *Et promeritum*) quasi quod ipsa de genere humano promerita sit. *Patet sponte*) per se & ratione sui ipsius manifestũ est *Virides herbæ erant panis primis mortalibus*) vt referat merita Cereris splendidioris cibi inuentricis. Hoc inquit: Primi mortales loco panis, qui nondum traditus erat, vescebantur virentibus herbis. *Quas herbas dabat tell' nullo sollicitãte*] nullo terrã ipsam colẽte. Sua n. spõte procreabat herbas. *Et modò carpebãt*] ipsi mortales. *Gramen viuax*) virens, quod tã citò non arescit *De cespite*] de terra herbida. *Nûc epulæ*] mortalium. *Erat cacumen è tenera frõde*] L summitas illa tenellarum frondium: quæ quia ten[illegible]ior, & ad esum quoque facilior est. *Post modo glã nata est*] ab initio vesci cœpere tenellis, & cũ pullulanti bu[illegible]us, postea natę sunt ipsę glandes, & hic cœpit [illegible]sior cibus. *Bene erat*] hominibus scil. *Iã reperta glande*) quoniam [illegible] erant glandes, & glãdiferę arbores [illegible] Vnde & [illegible] inquit: Proximũ erat narrare glandiferas quoq[illegible] primæ victum mortaliu alueruot, nutrices inopi ac fere fortis, & Et paulo pòst: Glande opes nûc quoque multarum gẽtium constant, necnon & inopiã frugũ arefactis emolitur farina,

spissatúrque in panis vsum, & reliqua. *Et dura quercus*) quæ prima est glandiferarum arborum. *Habebat opes magnificas*) propter splendidiorem cibum ex glandibus quàm ex herbis. *Prima Ceres vocato ad meliora alimenta*] cùm vocasset hominem ad vtiliorem præstantioremque cibum. *Mutauit glandes vtiliore cibo*] hoc est, pane. Tradito enim vsu panis, glandes reiectæ sunt. *Illa coegit*) &c. Prima Ceres domare boues, & ad iugum ligare docuit. Sed qui prius domuerint, in primo diximus. *Tunc pri.bu.eru. terra profissa*] & euersa, arata. *Videt soles*] nam quæ prius euersa non fuerat, cùm nulla esset ratio colendorum agrorum, tum primùm effossa soli paruit. *Aes erat in precio*] cœperat iã esse in precio, cùm esset opus ferreis instrumentis ad proscindendam terram. *Iam massa chalybis*] ipse infabricatus chalybs. ita appellatus à Chalybibus populis ad dextram Euxini, primis ipsius generis æris repertoribus. *Placebat*) ad formanda scilicet rustica instrumenta. *Heu bene perpet.deb.teg. il.chalybis massa*) vtilius enim esset, materies ferri si semper tecta fuisset. Nõ gesta armata bella cruenta manu. Causa fuit ferrum belli, crebræq; rapinæ, Excidium miseris, exitiúmque fuit. ideo poëta optaset tectam fuisse semper ferri massam, quia inde fabricata bellica instrumenta. *Ceres est læ pa.*) quoniam vt in fine primi dixerat, Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres. *Et vos co.*] agricolæ *Orate*] precibus à diis poscite. *Pacem perpet.*) quæ perpetua & sine intermissione sit. *Et perpe.du.*) optate perpetuam vitam Tiberio, qui pacem præstat. *Farra licet*) Ceres non exigit opulentum sacrificium, sed farre & sale contenta est, & thure, & succensis tædis. *Licet detis*] offeratis deæ Cereri *Farra*) quæ quo essent in precio, in 1. & 2. diximus. *Et honorem mi.sal.*) hoc est, micæ salis. nam igne saliens edit crepitum offeratis igitur molam, quæ erat ex sale & farre molito. *Et grana thu*) grana thuris adolenda. *In ve.fo.*] in veteres aras. *Sed si thura aberunt*) cùm haberi thus non poterit.

Accendite iad vnct.] quæ pinguedine prius perungi debent, vt vehementius accendantur. In ludis enim Cereris tædæ accensæ feruntur, quòd raptam filiam accensa face quæsierit. *Parua*) munera. s. *Placent bo. Cer.*] quia modico contenta est. *Sint mera.*] ea quæ offeruntur: quasi modò pia & casta mente offerantur: vt in 1. lib. diximus, Mens humilis, mens casta placet, castam accipe mentem. *A boue suc*) Admonet ne bos immoletur. Nam capitale erat apud veteres bouẽ mactare: quem, vt Plin. inquit, socium laboris atque agriculturæ habemus, vt in primo quoque dictum. *O ministri suc.*) vos qui succincta veste sacra ministratis. qui mos succingendi à Gabinis emanauit. Nam Gabini cùm sacrificarent, vestes succingere, vt expeditiores essent ad insequendos lupos, qui hostias fugabant. Et iterum cùm nunciatum esset affore prædones, succincti accurrerunt. Quare constituere, vt deinceps succincti sacrificarent. & inde est quod Lucan. inquit: Turba minor ritu sequitur succincta Gabino. *Remouete cultros à boue*) nolite bouem immolare, & ab eo remouete gladios. *Aret bos*) arate & proscindite terram boue. *Sacrificate ignauum suem*) immolate porcum ignauum, & inutilem, & inertem: quia neque lana, vt oues: neque ferendo onere, vt equi, muli, asini, cameli: neque arando, vt boues viuant. Sed immolatur Cereri, quòd semina eruerit, vt in primo diximus. *Ceruix*) bouis scilicet apta. *Iugo*] ferendo. *Non est ferienda*] cædenda. *Securi*) quia bouem ferire non debemus. *Viuat*) bos *Et sæpe la.in.du.hu.*) exerceatur in proscindenda terra. *Exigit iste locus*] quoniam Cereris sacra canimus, ipsa res exigere videtur. *Vt edam raptus virginis*) quemadmodum à Plutone Proserpina Cereris filia rapta fuerit. *Plura recognosces*) in huius raptus relatione multa quidem recognosces. *Pauca erit docendus*] quia paucis ego expediam

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,
Trinacris à positu nomen adepta loci.
Grata domus Cereri, multas ea possidet vrbes,
In quibus est culto fertilis Enna solo.
Frigida cælestûm matres Arethusa vocarat,
Venerat ad sacras & dea flaua dapes.

ANTON. *Terra tribus scopulis*) &c. Sicilia, quæ & Sicania dicitur, Trinacriæ quoque nomine à multis appellatur, aut Triquetræ, à triangula specie, vt inquit Plinius. Cuius insulæ quot anguli sunt, totidem promontoria ad extremum efficiunt. Quarum Pachynus ad orientem vergit, vt autor est Strabo: Pelorus in Italiam. Tertium verò, quod Lilybæum vocant, in Lybiã extentum, eam simul & hybernum prospectat occasum. Sed Trinacria, vt idem geographus docet, nomen est primis seculis vsurpatum. Nam postea hæc insula, translatum in consonantiorem vocem vocabulo, Trinacris appellata est. Siciliam verò dictam volunt ab Italis, quos Siculos appellarũt. Sed sunt qui volunt Sicanos Hispaniæ populos in Italiam venisse, duce Siculo: qui inde pulsi, insulam vicinam Italiæ tenuerunt. Vnde ab ipsis Sicaniam, alii eorum duce putarũt Siciliam nominatam. *Grata domus Cereri*] Lucanus in tertio Pharsaliæ: Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis, Nec plus Hesperiam longinquis messibus vllæ, Nec Romana magis complerunt horrea terræ. Inde (vt inquit Solinus) Ceres fuit magistra fructuariæ sationis. Nos tamen deprauatum Solini locum arbitramur, legendũmque frumentariæ sationis. *In quibus est culto fertilis Enna solo*] Huius vrbis nomen geminato nn scribendum est, dicendũmque Enna, non Ætna. Neque enim vel Ætnam montem accipimus, perpetuo clarum incendio, cuius crateri ambitu viginti stadiorum patere dicitur. Vel Ætnam oppidum, quod abest à Catana stadiis octoginta. Vel Catanam ipsam, quam Syracusanorum tyrannus Hieron, pulsis inde veteribus incolis, Ætnam pro Catana appellauit, cùm neutrum eorum oppidorum vel æde Cereris, vel frumenti copia celebretur. Sed accipimus hoc loco eam Ennam, quæ (vt scribit Pomponius Mela) famam habet ob Cereris templum: ac non longè distat ab Eryce, cuius incolas Plinius vocat Ennenses, ac manifestè ab Ætnensibus separat. Id vt diligentius animaduerteremus, effecit iampridem Perutius Doxa Fanensis, vir acri ingenio admirandóque, qui omnes totius orbis prouincias separatim expinxit, & loca in his suis interuallis ita distinxit, vt existimemus nihil exactius pene fieri potuisse. Is est, quem anno Salutis 1478. senatus Fanensis triumuirum legit portus designando, qui nunc me quæstore magna impensa ad Argillam flumen extruitur. Ennæ ager feracissimus est, cuius meminit Strabo his verbis: Intra insulam est Enna, modicis quidem possessa inquilinis, super collem iacens, in qua sacra Cereris ædes est. Ea montanas amplectitur planicies totas arabiles. Solinus autem: Hic, inquit, campus Ennensis in floribus semper, & omni vernus die: quem prope est demersum foramen, quo Ditem patrem ad raptus liberè exeuntem fama est lucem hausisse. *Arethusa*] Hæc virgo Dianæ comes, in fontem sui nominis conuersa est, quo Syracusæ gloriantur. Nota est fabula. In eo fonte Plinius reddi inquit iacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponesiaco littori infunditur: & quod mirum est, eiusdem fontis aquas fimũ redolere, propter Olympiam. Quidam dicũt (vt scribit Seruius) ad Arethusam nympham Siciliæ Alpheũ ex Elide venire per maria. Alii ipsam Arethusam in fontem mutatam, Alpheum fugere, & ex Elide ad Siciliam venire. Strabo geographus, quod de Alpheo & Arethusa nonnulli verum putant, omnino existimat fabulosum. *Vocarat*] ad conuiuium: quod sequens versus ostendit. *Dea flaua*] Ceres: propter aristarum maturitatem, quibus color flauus est.

PAVL. *Terra tribus scopulis*] Aggreditur Proserpinæ raptum, qui ab aliis quoque poëtis celebratus est. Et post poëtam ipsum Claudianus cecinit summa cum maiestate dicendi, quẽ nos quoque magna diligentia & cura interpretati sumus. Raptus Proserpinæ in Enna, non in Ætna monte, sed in pratis Ennæ ciuitatis, quæ est in medio fermè loco ipsius insulæ. Diu deinde mater eam quæritans errauit, donec ab Sole cognouit à patruo raptam. Legémque accepit, reducere ab inferis posse eam, nisi quid illa ap Erebo comedisset. Compertum est, hausisse grana mali punici. reuocari penitus non potuit. Datum tamen, vt aliquo tempore esset cum matre superius, aliquo apud inferos cum viro. Hæc ex fabula. Eusebius autem inquit, Proserpinam speciosissimam fuisse virginem, Cereris filiam, & Sicani regis vxorem. Quam ob famam singularis pulchritudinis Orcus Molossorum rex rapuit, & matrimonio sibi copulauit. Sed quia de Sicilia & raptu virginis sumus acturi, facit ad rem illud quod Diodorus inquit: Sicilia optima insularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. Hæc olim Trinacria ab eius forma primùm appellata, Sicania deinceps ab incolis dicta est. Postremò ab Italis, qui Siculi dicebantur, Siciliam dixere. Tradunt Siculi Siciliã Cereri ac Proserpinæ sacram esse. Fabulantúrq; poëtarum quidam, post Plutonis ac Proserpinæ nuptias hanc insulam Anacalyptæ nymphæ traditam. Si-

Filia consuetis vt erat comitata puellis,
Errabat nudo per sua prata pede.
Valle sub vmbrosa locus est, aspergine multa
Humidus, ex alto desilientis aqua.
Tot fuerant illic, quot habet natura colores,
Pictáque dissimili flore nitebat humus.
Quam simul aspexit: Comites accedite, dixit,
Et mecum vestros flore replete sinus.
Præda puellares animos delectat inanis,
Et non sentitur sedulitate labor.
Hæc implet lento calathos è vimine textos:
Hæc gremium, laxos degrauat illa sinus.
Illa legit calthas, huic sunt violaria curæ,
Illa papauereas subsecat vngue comas.
Has hyacinthe tenes, illas amaranthe moraris:
Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant.

A canos autem qui in ea habitarunt, indigenas esse. Scriptores tradunt, has primùm deas in Sicilia visas, inque ea primò frumentum terræ bonitate ortum, in agro Leontino, quod has deas reperisse constat. Raptam ibi Proserpinam argumento esse volunt, quòd hæ deæ in hac tanquam insula admodum eis dilecta habitarũt. Raptũ Proserpinæ in pratis iuxta Ennam ciuitati propinquis ferunt, quæ liliis variisque floribus dea dignis ornata erant. vbi propter odorum fragrantiam sagaces canes odoratu carent. Est ibi pratum à superiore parte planum, admodum aquis redundans, altus circum, & præcipitiis vndique abscissus locus, ex quo à nonnullis Siciliæ vmbilicus appellatur. Spelũca insuper grandis est, per quam Plutonem fabulantur cum rapta virgine currum transisse. Hæc Diodorus. Et Solinus inquit, in Sicilia cam- B pum Enneum esse floridum, & semper vernantem. Huius & demersum foramen aspicitur, per quod Ditem ad raptum Proserpinæ exeuntem fama est hausisse lucem, &c. *Terra procurrit in æquor*] protenditur in magnum pelagus. *Tribus scopulis*] tribus promontoriis, Lilybæo, Pachyno, Peloro. *Adepta nomen Trinacris à positu loci*) quæ à situ & forma trianguli Trinacris est appellata. Vnde Strabo: Sicilia, inquit, tribus formata angulis. Itcirco primis seculis Trinacria, posterioribus Trinacris appellata est, translato in consonantiorem vocem vocabulo. *Grata domus Cereri*) quoniam eam insulam incoluit. *Ea*) Sicilia. *Possidet multas vrbes*] nam multæ sunt in ea ciuitates, cùm populosissima sit. *In quibus*] vrbibus. *Est Enna fertilis culto solo*] Enna quæ feracem habet agrum. Nec intelligas de monte Ætna, aut de vrbe, quæ in eo monte sita est: sed de Enna per duplex nn non per tn. quod oppidum est in media ferè insula, cuius Cic. meminit in Verrinis. Et Strabo inquit: In- G tra insulam est Enna, modicis quidem possessa inquilinis, super collem iacens, in qua sacra Cereri ædes. Ea montanas amplectitur planicies totas arabiles. *Frigida*) &c Nympha Syracusij fontis, quam Arethusam vocant, deas ad conuiuium vocarat. Accesserat & Ceres. quod ideo fictum esse à poetis constat, vt occasio daretur amatori rapiendæ virginis, absente custodia matris. Claudianus inquit Cererem accessisse in Phrygiam reuisendæ matris gratia. Sed Arethusam fontem esse dicunt in Elide, in Peloponneso: delabique inde eius aquam, immixtam etiam Alpheo, subterraneo meatu, vsque Syracusas in Sicilia, ibique apud littus ante vrbis portam erumpit, & Arethusæ nomen adhuc remanet. *Arethusa*) nympha. *Frigida*) ob aquæ frigiditatem. *Vocarat*] ad conuiuia scilicet *Matres cælestum*] deas deorum genitrices *Et dea flaua*] Ceres. à flauis spicis, quibus coronatur. *Venerat ad sacras dapes*] epulas ab Arethusa pararas. H *Est locus sub valle vmbrosa*] nemorosa. *Humidus*] irriguus. *Multa aspergine aquæ*) & scaturigine & aspersione aquę. *Ex alto desilientis*] quæ è loco edito deorsum labitur, seu desilit. *Tot colores fuerant illic, quot habet natura*] Omnis colorum varietas, quæ in rerum natura est, erat in ea tellure, pro ingenti & copia & varietate, quæ inerat florum. I *Humus nitebat*) nitida videbatur. *Picta dissimili flore*] varia & diuersis floribus. *Quam*] humum floridam. *Simul*) postquam aspexit Proserpina. *Dixit, Comites*] ô ancillæ. *Accedite*] huc scilicet ad legendos flores. *Et replete mecum nostros sinus*] nostras vestes. *Flore*] pro floribus. *Præda inanis*] Per translationem, ab eo quòd hosti rapiuntur: hoc est, ipsi flores inanes. *Delectat animos puellares*] ancillas ipsas, cùm magnam ex illis floribus conciperent volu- K ptatem. *Et labor non sentitur sedulitate*) quasi ipso colligendorum florum studio laborem non sentiunt. *Hæc*) puella. *Implet calathos*) vasa viminea. Ideo hic, *Nexos*] contextos & colligatos. *E vimine lento*] flexibili: nam è tenuibus, & adhuc virentibus virgulis. Virg. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. *Hæc*] implet gremium floribus. *Illa degrauat*] onerat. *Laxos sinus*] vestes apertas. *Illa legit calthas*] Calthæ flores sunt violis similes. Plinius post violarum genera, cum vltimo loco calathianam referat, subsequitur: Proxima ei caltha est, concolor: amplitudine. Vincit numero foliorum marinam, quinque folia non excedentẽ. Eadem odore superatur. Est enim grauis caltha, non leuior ea, quam scopam regiam appellant: quòd folia eius oleant, non flores. *Huic*] alteri. *Violaria sunt curæ*; nam violas è violariis decerpebat. Earum plura genera: purpureæ, luteæ, albæ. *Illa subsecat vngue*] decerpit. *Comas papaureas*) ipsa papauera. De his superius dictum. *Hæ*) puellas. *Tenes tu hyacinthe*] nam eas retines in te colligendo. Plinius inter L genera violarum hyacinthum ponit. sic enim inquit: Purpureæ latiore folio, statim ab radice carnosa exeunt, quæ solo Græco nomine à cæteris discernuntur, appellatæ hyacinthi, & ab his hyacinthina vestis, &c. Nota est fabula pueri Hyacinthi conuersi in hunc florem, quæ in Metamorph. libro decimo refertur. Sic de Aiace, de quo in decimotertio Metamorph. Et Plinius alio loco: Atque inde nomen hyacintho comitatur fabula duplex, luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat. aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt Græcarum literarum figura ea videatur insculpta.

ANTON. *Filia*] Proserpina. Hanc Eusebius tradit veram fuisse Cereris filiam formosissimam, & Sicani regis coniugem, C quæ ab Horco rege Molossorum rapta dicitur. *Ex alto desilientis aquæ*] quæ è montibus fluebat in vallem. *Quot habet natura colores*) Sunt sanè colores tot, ac tam diuersi, vt multis desint vocabula. *Non sentitur sedulitate labor*] nimio studio, quo laborem fallit. *Hæc implet calathos.* Calathi modò sunt calices, autore Seruio. vt, D Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. Modò vasa apta lanificiis, quæ vocabantur Thalassiones, siue Quasilli, vt scribit Festus. Modò vasa ærea, quibus lac, vel recens caseus continetur. vt, Quod iam tenebris & sole cadente, Sub lucem exportant calathis. *Illa legit calthas*] Hos flores quidam esse tradunt colore luteo. vt, Mollia luteola pingit vacinia caltha. Plinius violæ cuidam similem esse caltham scribit, ac vincere numero foliorum violam, quæ marina dicitur, quinque folia non excedentem. *Huic sunt violaria curæ*) De speciebus & coloribus violæ lege Plinium, qui hyacinthum vult esse violæ speciem. Lege & eundem de papauere. *Illas amaranthe moraris*] Hic flos est immarcessibilis, vt eius indicat nomen, colore purpureo. Vnde illud est Tibulli: Et color in niueo corpore purpureus. Vt cùm contexunt amaranthis alba puellæ Lilia, & autumno candida mala rubent. Hunc scribit Plinius spicam purpuream verius esse, quàm florem, decerptúmque asseruari & postquam defecerunt cuncti flores, madefactum aqua reuiuiscere, & facere coronas hybernas. Hinc illud est Columellæ, Immortalésque amaranthi. *Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant*] Thymum & ros marinus herbæ sunt omnibus notæ. Hic laudatissimus est, ac variis morborum generibus medetur: illud apibus gratissimum. Ex meliloto autem coronæ fieri consueuerunt: cuius rei indicio est eius nomen: sertula enim campana vocari consueuit.

PAVL. *Filia*] Proserpina. *Vt erat comitata cõsuetis puellis*] quam comitabantur, sicut consueuerant, ancillæ & virgines. *Errabat*] vagabatur. *Per sua prata*] Ennæ. *Nudo pede*] vt F moris erat, pedibus nudis incedere nymphas. Claudianus inquit inclusam fuisse Proserpinam à matre in ædibus illis, quę humana ope expugnari non potuissent: sed inde eductã à Venere, Pallade, & Diana. *Valle sub vmbrosa*] Topographia est. Describit enim vallem amœnam, vbi florida erant illa prata, quò Proserpina cum ancillis accessit. Dum studiosæ sunt florum legendorum, illa à patruo rapta est.

A *Illas*] alias puellas. *Moraris*] in mora detinet. *O amaranthe*] De amarantho Plinius sic inquit: Amarantho non dubie vincimur. Est autem spica purpurea verius, quàm flos aliquis, & ipse sine odore. Mirum in eo gaudere decerpi, & letius renasci. Prouenit Augusto mense, durat in autumnũ. Alexandrino palma, qui decerptus asseruatur mirêque postquam defecêre cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit, & hybernas coronas facit. Summo naturæ eius in nomine est appellatio, quoniam non marcescit. *Pars*] illarum puellarum. *Amat thyma*] & thymi flores colligit. Herba quidem nota, & apibus grata, vnde præstantiora mella decerpunt. Eius genera candidum ac nigricans. Floret autem (vt Plinius inquit) circa solstitia, cùm & apes decerpunt, & augurium mellis est. Prouentu enim sperant apiarij, largè florescente eo. Læditur imbribus, amittitque florem. *Pars rorem*) marinum scilicet. Ros marinus in hortensibus omnibus notus. *Vel amat meliloton*] meliloti flores legit. Melilotos (vt inquit Plinius) vbique nascitur. Laudatissima tamen in Attica: vbicunque verò recens, nec candi- G cans, & croco quàm similis. quanquam in Italia odoratior, & candida. Et alio loco sertulam campanam inquit vocari, à sertis, quæ inde fiunt. Odor eius proximus est croco.

Plurima lecta rosa est, sunt & sine nomine flores:
Ipsa crocos tenues, liliáque alba legit,
Carpendi studio paulatim longius itur,
Et dominam casu nulla secuta comes.
Hanc videt, & visam patruus velociter aufert,
Regnáque ceruleis in sua portat equis.
Illa quidem clamabat, Io charissima mater
Auferor, ipsa suos absciderátque sinus.
Panditur intereà Diti via: nanque diurnum
Lumen inassueti non patiuntur equi.
At chorus æqualis, cumulato flore, ministra,
Persephone, clamant, ad tua dona veni.
Vt clamata silet, montes vlulatibus implent,
Et feriunt nuda pectora mæsta manu.
Attonita est plangore Ceres, modò venerat Ennam:
Nec mora, Me miseram, filia, (dixit) vbi es?
Mentis inops rapitur, vt quas audire solemus,
Threicias fusis Mænades ire comis.
Vt vitulo mugit sua mater ab vbere rapto,
Et quærit fœtus per nemus omne suos:
Sic dea nec retinet gemitus, & concita cursu
Fertur, & è campis incipit Enna tuis.
Inde puellaris nacta est vestigia plantæ,
Et pressam natæ pondere vidit humum.
Forsitan ille dies erroris summa fuisset,
Si non turbassent signa reperta sues.
Iamque Leontinos, Anisenáque flumina cursu

ANTON. *Patruus*] Pluto, qui Iouis est & Cereris frater. *Panditur interea* B *Diti via*] per craterem, cuius meminit Solinus. de quo alibi legimus, Et pronos currus medio cratere recipit. *Persephone*] Græcum est. περσεφόνη enim à Græcis dicitur, quam nos Proserpinam vocamus. *Attonita est*] obstupuit audito plangore, & causa tanti vlulatus. *Threicias Mænades*) quæ in sacris Bacchi insaniunt, vt earum nomen ostendit. *E campis* C *incipit Enna tuis*) non ab Ætna incipit, sed à campis Ennæ filiã quærere. *Signa*] vestigia quæ duxissent Cererem ad craterem, nisi fuissent à suibus perturbata. *Leontinos*) oppidum Siciliæ, quod non multum distat ab Enna. Vnde Strabo duas inquit perinde ac maris arces à Posidonio sitas esse. Describit Syracusas videlicet, & Erycen. Me- D diam verò inter vtrumque Ennam imminere circunstantibus campis, vastatum verò esse Leontinorum agrum vniuersum. Fuerunt autem Leontini patria Gorgiæ præceptoris Isocratis. *Anisenaque flumina*] Non est Anio in Sicilia, sed amœna inquit flumina, qualis est Anio. Sicut & tempe dicimus amœna loca, etiam extra Thessaliam, cùm propriè tempe sint eius prouinciæ. Lege Horatiũ in Ode septima, vbi laudat & Thessala tempe, & Anienem fluuium notissimum, quem præcipitem vocat.

Diti) patefacta est Plutoni via: hoc est, antrum illud apertum, per quod ad inferos descendebatur. *Namque equi inassueti*) qui non consueuere pati lucem. *Non patiuntur lumen diurnum*] claram diei lucem pati non possunt. Ideo H celerrimè refugit Pluto, quòd eius equi, sicut & vmbræ omnes, quæ in Erebo, hoc est, in obscuritate tartarea diutius fuerint, lucis sunt impatientes. & ea ratione non licet illis, nisi noctu interdum per superiora vagari. Vnde apud Virg. cùm dicat Anchisen iam nimis cum filio per quietem esse immoratum, Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis. *At ministra*) ancillę ipsius I virginis. *Chorus æqualis*] qui ancillarum chorus erat eiusdem ætatis cum Proserpina. *Cumulato flore*) numerus pro numero: hoc est, cumulatis floribus. *Clamant, ô Persephone*] Ita enim appellata est ea virgo Cereris filia. Proserpina verò postea dicta, cum eadem & Luna esse credita sit. Vnde Varro inquit: Hinc Epicharmus Ennij Proser- K pinam quoque appellat, quòd solet esse sub terra. Proserpina dicta, quòd hæc vt serpens, modò in dextram, modò in sinistram partem latè mouetur. Serpere & proserpere idem dicebant, vt Plautus, qui scribit, Quasi proserpens bestia. *Veni ad tua dona*) huc ades ad flores tibi iam pro munere lectos. *Vt clamata silet*) postquam vocata non respondet. *Implent montes vlulatibus*] quia magno vlulatu & gemitu per omnes montes amissam dominam requirebant. *Et nuda manu feriunt pectora mæsta*] verberabant & nuda pectora manibus, quia dominam non inueniebant. *Attonita est plangore Ceres*] &c. Rediens ab Arethusa miseranda mater, audito vlulatu & planctu ancillarum, obstupuit: & non inueniens filiam, amens facta est, & velut furore percita cœpit per omnia loca quærere filiam, venitq; ad locum vnde rapta est. Inerant vestigia, quę ad antrum ducebãt: L deprehendissetque ea die furtum, nisi ipsa vestigia à suibus turbata essent. Deinde progressa totam Trinacriam perlustrauit. Postea accensa face, noctuque vagata est. *Ceres est attonita plangore*] planctu puellarum. *Modo venerat Ennam*] redierat iam in Ennam, vbi erat eius domicilium. *Nec mora*] nec vlla fuit retardatio. *Dixit, Me miseram*] dico scilicet. *Vbi es filia*] tu Proserpina: quia non ades, ideo me miseram dico. *Inops mentis*] quasi sine mente. *Rapitur*] raptim agitur: non ratione, sed furore. Vt quas solemus audire Mænades Threicias ire fusis comis: ita furore rapta est Ceres, veluti referuntur nobis ire furore concitas Thyades ipsas mulieres, cùm Baccho sacrificauerint. De Mænadibus superius diximus, quæ Bacchum seu Dionysium comitatæ sunt: quas ita dictas putant à furore: μανία enim furor est.

PAVL. *Plurima lecta rosa est*) & rosas quoque legerunt. *Sunt & flores sine nomine*) quia multos decerpunt, quorum nomina E non referuntur. *Ipsa*) Proserpina. *Legit crocos tenues*] croci flores. de croco diximus in primo libro. *Et alba lilia*] nam & rubens inuenitur, & purpureum. ideo alba dixit. Et de albo Plinius inquit: Candor eius eximius, foris striatus, & ab angustis in latitudinem paulatim sese laxantis, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, & semine, stantibus in medio croceis. Ita odor colórque duplex, &c. *Itur longius*] it Proserpina paulatim remotius à cæteris. *Studio carpendi*] carpendorum florum. *Et casu nulla comes est secuta dominam*] accidit vt nulla ex puellis dominam sequeretur. *Patruus*) Pluto: nam frater Iouis & Cereris, qua ratione patruus erat Proserpinæ. *Videt hanc*) neptem virginem. *Et velociter aufert visam*] summa cum velocitate, quoniam quadriga vehebatur, rapuit quam vidit. *Et por-* F *tat in sua regna*] in Erebum. *Equis ceruleis*) subnigricantibus. Quatuor enim illi assignantur equi, quorum nomina Orceus, Nycteus, Ethonus, & Adaster. *Illa quidem*] Proserpina. *Clamabat, Io mater charissima*] ô Ceres genitrix, quæ tibi vnica sum filia, & quæ mihi charissima es, cùm ego sim tibi. *Auferor*) rapta sum, & asportor. *Ipsa*] virgo. *Absciderat suos sinus*) vestes abscidit. *Interea panditur via*

A *Vt mugit mater sua*) ita gemebat illa, & quærebat filiam, vt mugitum edit vacca. *Rapto ab vbere vitulo*) cùm vitulus raptus erat ab ipsis matris vberibus. *Et quærit sues fœtus*) suum filium. *Per omne nemus*) per omnes saltus & nemora. *Sic dea*) Ceres gemebat & quærebat. *Nec retinet gemitum*) immo semper gemit. *Sed concita cursu fertur*, quasi perona agitur. *Et ô Enna*) ô vrbs quam Ceres incolunt. *Incipit è campis suis*] nam quærere filiam cœpit è campis Enneis. *Inde*] ex ipsis campis *Nacta est*] inuenit. *Vestigia*] signa. *Plantæ puellaris*) virgineæ pedis. Planta pro inferiore parte pedis ponitur. Inuenit ergo Ceres imaginem plantæ virgineæ humo impressam, qua illa incesserat. *Et vidit humum*) tellurem. *Pressam*] calcatam. *Noto pondere*) filiæ pedibus matri notis. *Forsitan illa dies*) qua cœpit eam quærere.

B *Fuisset summa*] id est, vltima. *Et erras*] quia non magis errasset. *Sues*) porci. *Non turbassent*) rictu & pedibus terram euertendo. *Signa reperta*] ipsa vestigia: quæ si mater esset sequuta, duxisset eam ad demersum foramen illud, vnde abducta ad Erebum erat filia. *Iamque præterit cursu*) & iam transit. *Leontinos*) qui fuêre in Sicilia, inter Lilybæum & Pelorídem mediterranei, prope Centuripinos. *Et flumina Amena*) Ita scriptum est in codicibus vetustissimis: sed non comperimus Amenem in Sicilia. Ego existimo sublatum incuria librariorum vnum elementorum, s scilicet, & Amsenam dicere oportere. Nam Plinio teste, Amses in Sicilia fluuius est. sic enim loquit: Colonia Tauromi- G nium, quæ antè † Anasoa. Flumen Amsses mons Ætna, & Cere. Et sicut à Tyberi Tyberina fluenta dicimus, ita ab Amse Amsena dicere possumus. [Asines in editionibus vulgò legitur, lib. tertio, capite octauo.]

> *Præterit, & ripas herbifer Aci tuas.*
> *Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapi,*
> *Et te vorticibus non adeunde Gela.*
> *Liquerat Ortygiam, Megareáque Pantagiámque,*
> *Quáque Simetheas accipit æquor aquas.*
> *Antráque Cyclopum positus exusta caminis,*
> *Quique locus curuæ nomina falcis habet.*
> *Himeráque, & Didymẽ, Agrigẽtáque, Taurominiũq.*

ANTON. *Herbifer Acis*] Hic fluuius (vt autor est Vibius Sequester) ex Ætna monte in mare decurrit: quem, teste Solino, nullus frigore antecessit, quamuis ea e monte defluat, qui vomit incendia. Silius. Quique per Ætnæos Acis petit æquora fines. In hunc fluuium versus dicitur Acis Fauni & Simethidis nymphæ filius, qui à Polyphemo creditur interfectus: quem ferunt è ripis huius fluminis in Vlyssem saxa torsisse. *Præ-*

C *terit & Cyanen*] Hic fons est, cuius aquæ miscentur Anapi, non longè à Syracusis. vt, Quáque suis Cyanen miscet Anapis aquis. *Lenis Anapi*) Remouetur s littera, vt euitet Homœoproton. Sic Virgil. Reliquias Danaum, atque immitis Achilli. Sunt tamen qui & Anapum dicunt fluuium leniter decurrentem. *Vorticibus non adeunde Gela*] Hic fluuius est Siciliæ, ad Gelam oppidum, quod testibus Virgilio & Claudiano, à fluuio nomen accepit. vt, Immanísque Gela fluuij de nomine dicta. &, Noménque Gelas qui præbuit vrbi. Id oppidum Gelon tyrannus Hieroni fratri tradidit, cùm ipse Syracusis potitus esset, vt scribit Herodotus: circa quod lal tanti splendoris est, autore Plinio, vt imaginem recipiat. *Liquerat Ortygiam*] Non accipimus Ortygiam Apollinis, hoc est, Delon quæ est in mari Ægæo: quid enim illi est cum Sicilia? sed Ortygiam, quæ (vt inquit Strabo) Siciliæ

D ponti coniungitur, habétque fontem Arethusam, in pelagus fluuium emittentem, quem Alpheum esse fabulantur. Virgilius in tertio Æneidos: Sicanio prætenta sinu iacet insula contra Plemmyrium vndosum, nomen dixere priores Ortygiam. Est autem ad Syracusas. *Megareáque*] Conceditur poetis adiicere aliquid nominibus, item ea mutare, vel mutilare, autore Seruio: cùm & studeant varietati, & carminis lege id interdum facere compellantur. Vnde illud est, Vrbémque Fidenam: cùm Fidenas dicamus. Quare autor hoc loco Megarea vocat vrbem, quæ Megara nominatur: éstque vrbium Siciliæ vetustissima, autore Plutarcho, condita à Doriensibus, vt inquit Strabo. Ea olim Hybla dicebatur: cuius nomen, cùm oppidum euanuerit, idem Geographus propter Hyblæi mellis præstantiam remanere testatur. Fuit

E autem Megara non longè à Syracusis, teste Seruio: atqui vt docet Strabo, inter Catanam & Syracusas. Habent & Græci Megara oppidum, quod Isthmo adiacet, teste Laertio: cuius incolæ cum aliis quibusdam Doriensibus Megaram in Sicilia condiderunt. *Pantagiam*] fluuium apud Megaram, cuius meminit Virgil. in tertio Æneidos. vt, Viuo prætervehor ostia saxo Pantagiæ, Megarósque sinus. Dictus est autem Pantagias, vt placet Seruio, quasi vndique sonans. quia vt plenus fieret, implebat sonitu penè totam Siciliam. Sed postea, cùm Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis voluntate. Eum saxa rotare, etiam Claudianus tradit. vt, Saxa rotantem Pantagiam. Hunc quidam Pantagiam dicunt. *Quáque Simetheas accipit æquor aquas*) Simethus fluuius agrum Catanæum influit, vt scribit Stra-

F bo: apud quem Dei fuerunt, vt ait Seruius, necnon & Macrobius quinto Saturnaliorum, quos quidam Palicos vocit. Est autem Catana inter Pelorum ac Pachynum, vt Messana, Taurominium, Megara, & Syracusæ. A Simetho & Simetheus & Simethius deducuntur. vt, Eductum Martis luco Simethia circum Flumina. Quo in nomine mirari non debemus mutatam primæ syllabæ quantitatem, cùm à proprio nomine denotetur.

Antráque Cyclopũ positus exusta caminis] Ætnam dicit, quæ Vulcano & eius fabris Cyclopibus datur, quorum suprà meminimus. Est autem caminus, fornax. *Quique locus curuæ nomina falcis habet*) Falcem Græci drepanon dicunt, à H qua nomen inditum putant Drepano Siciliæ oppido, quod distat à Lilybęo (vt inquit Polybius) millia passuum non amplius quindecim. quia ferũt Saturnum post amputata virilia patri Cœlo, in eam partem Siciliæ falcem proiecisse. Alij Drepanum sic dictum volunt à littoris curuitate. Est & Corinthi Drepanum, teste Lactantio Grammatico. vt, Qua Drepani scopulos, & oliuiferæ Sicyonis Culta ferunt. *Himera*] Mora suo mutat & declinationem & genus. Est autem Himera oppidum inter Pelorum ac Lilybæum, quod Zanclęi condiderunt, vt autor est Strabo, qui ait Himeram non amplius habitari, similiter & Gelam, Callipolim, & Selenuntem, atque alias vrbes Siciliæ, quas idem I auctor deletas esse testatur. Himera quoque nomen est fluuij) etus insulæ non incelebris. *Didymen*) Ex insulis Liparæorum, quas & Æolias dicimus, Siciliæ adiacentes, vna est, quam à forma Didymen, id est, gemellam, vocant. *Agrigentáque, Taurominiúmque*) Agragas oppidum est inter Pachynum & Lilybæum, quod Agrigentum nostri dixerunt, autore Plinio. Est & Agragas montis nomen. vt, Arduus inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia, magnanimũm quõdam generator equorum. Tauromiπium verò, quod Poeta mutilato vocabulo Taurominum vocat, est ad latus Siciliæ, quod Euripum facit: dicebatúrque olim Naxos, vt ait Plinius. Laudantur maiorem in modum nulli ad Tauro- K minium capti. Vnde illud est: Mullus erit domino quem misit Corsica, vel quem Taurominitanæ rupes.

PAVL. *Et præterit Aci herbifer ripas tuas*] hoc est, transit ô Aci gramineas ripas, quas interfluis. Aliqui legebant, Herbifer Ance: cùm Aci debeat esse. nam Acis fluuius (vt Theocritus ostendit) ex Ætna monte fluit, ex cuius ripis Polyphemum in Vlyssem egisse saxa dicunt. Et in hunc fluuium conuersum in Metamor. Poëta afferit Acim filium Fauni & Symethidos nymphæ, tunc cùm illum ob Galatheam eum aspernantem Polyphemus occidit. *Et præterit Cyanen*] Cyane fons est in agro Syracusano. Verùm Poëta in Metamorph. nympham fuisse ostendit, quæ cùm non posset raptui Plutonis obsistere, flens in fontem sui nominis conuersa est, qui Anapo fluuio commixto non longè à Syracusis iuxta Ortygiam in mare labitur. *Et præterit fontes lenis Anapi*) leni fluxu labentis. Anapus Cyanę commiscetur. *Et præterit te Gela non adeunde*] quasi qui facilè adiri, hoc est, pertransiri, non potes. *Vorticibus*] propter aquas vorticosas. L Nam Gelas fluuius magnus prope Camerinam, cuius & Plinius meminit. *Liquerat*] iam ipsa Ceres errando.

Ortygiam] Ortygia insula in Ægæo, quam & Delon dicimus. Et eodem nomine appellatur insula ante Syracusas, de qua hic intelligit: nunc tamen adiuncta continenti videtur. *Et liquerat Megarea*] hoc est, Megaram ipsam in Sicilia, cuius Strabo meminit: vbi eunctorum inquit amnium eruptiones occurrere, qui in ostia portuosa ex Ætna dilabantur. *Et Pantagiam*] qui fluuius est propè Megaram. *Et qua æquor accipit aquas Simetheas*] quasi liquerat eam oram, qua

A Simethus fluuius in mare exit, Est enim non longè ab vrbe Catanensi, iuxta quem Thalia, siue vt alij volunt, Ætna nympha Iouis Palicos peperit. *Antraque Cyclopum*] antra Ætnæa, Cyclopibus (vt Homerus, & alij quoque poëtæ dicunt) habitata. Cyclopes dicti à circulari oculo, quem vnicum in fronte habent. *Exusta positis caminis*] extructis fornacibus, propter Cyclopes, qui ministri Vulcani dicuntur, quorum superius meminimus. *Quique locus habet nomina curuæ falcis*] Intelligit locum, qui à curua falce denominatus est Drepanum promontorium, cuius meminit Plinius. Est etiam & oppidum in Sicilia, ad occidentem, quod ita dictum. Sunt qui velint à falce Saturni, quæ ibi ceciderit. δρέπανον Græcè, falx Latinè. *Himeram*] Aliqui legunt, Himeráque & Didymen. Melius Himeran & Dydimen. Oppidum est Himera à Zanclæis conditum in ipsa Trinacria. Meminit Strabo. Et Plinius. Himera cum fl. inquit Didyme verò vna est ex Aeolicis insulis, in freto Siculo. *Agrigentaque*] Agrigentum oppidum ab Ionibus conditum in Sicilia. Plinius verò inquit: Oppidum Agragas, quod & nostri Agrigentum dixêre. *Tauromeniumque*] pro, G Tauromenium oppidum. Et Plinius inquit. Colonia Tauromenium, quæ antè Naxos, vt diximus.

Sacrorúmque Melam pascua læta boum.
Hinc Camerinan adit, Thapsúmque, & * oloria Tēpe,
Quáque iacet zephyro semper apertus Eryx.
Iámque Peloriaden, Lilybæáque, iámque Pachynon
Lustrarat, terræ cornua prima suæ.
Quacunque ingreditur, miseris loca cuncta querelis
Implet, vt amissum * cum gemit ales Ityn.
Pérque vices modò Persephone, modò filia mater
Clamat, & alternis nomen vtrumque ciet.
Sed neque Persephone Cererem, neque filia matrem
Audit, & alternis nomen vtrumque perit.
* Vnáque pastorem vidisset, an arua colentem,
Vox erat, Hac gressus ecqua puella tulit?
Iam color vnus inest rebus, tenebrísque teguntur
Omnia, iam vigiles conticuère canes.
Alta iacet vasti super ora Typhoeos Aetna,
Cuius anhelatis ignibus ardet humus.
Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hinc Cereris sacris nunc quoque tæda datur.
Est specus exesi structura pumicis asper,
Non homini facilis, non adeunda feræ.
Quò simulac venit, frænatos curribus angues
Iunxit, & æquoreas sicca pererrat aquas.
Et fugit ad Syrtes, & te Zanclea Charybdis,
Et vos Nisæi, naufraga monstra, canes.

ANTON. *Melam*] Huius nominis fluuium non solùm habet Sicilia, sed & aliæ regiones, quæ ab aquarum B nigredine nomen fluuiis indiderunt. Celebratur autem in primis Melas Bœotiæ, qui epotus (teste Plinio) oues nigras reddit. *Hinc Camerinan adit*] Ora Siciliæ, quæ à Pachyno in Lilybæum extenditur, tota penè relicta est, vt ait Strabo: priscarum tamen habitationum vestigia seruans, è quibus Camerina fuit, Syracusanorum colonia. Est & Camerina paludis nomen. C vt, Fatis nunquam concessa mouere Apparet Camerina procul. *Thapsúmque*] insulam distantem à Sicilia ad decem stadia, vt quidam dicunt. Ea est apud Syracusas, quam Virgil. iacere dicit. vt, Thapsúmque iacentem. Est enim fluctibus par, autore Seruio. *Oloria Tempe*] cygneia. vt, Inde lacus Hiries videt, & cygneia Tempe. Et sic D dictum est, vt illud suprà, Aonenáq. flumina cursu Præterit. Et vel Thapsum dicit iacentem, ac vadosam, & aptam vsum cygnorum vadis gaudentium. Vnde illud est, Ad vada Mæandri concinit albus olor. Sunt enim cygni (vt diximus) aues terra & aqua victum quærentes. Aut quemuis locum amœnum apud Syracusas, & cygnis gratum quamuis Tempe propriè sint amœnissima loca Thessaliæ, ad Peneum, canorum concentu auium, vt inquit Plinius. Idem tradit, ad Helorum oppidum apud Syracusas stagna esse quæ autor hic significare potuit. *Quaque iacet Zephyro semper apertus Eryx*] Hic mons Siciliæ dictus est ab Eryce Veneris & Butæ filio, qui ab Hercule cæsus dicitur. Imminet autem Eryx mari ea parte, quæ ad Italiam spectat, vt scribit Polybius, inter Drepanum & Panormum: excedítque magnitudine reliquos montes Siciliæ, præter vnam Aetnam. In eius vertice plani-E cies est, vbi fuit Erycinæ Veneris templum, omnium Siciliæ templorum ornatissimum opulentissimúmque. Eodem in monte Anchises sepultus dicitur, licèt secundum Catonem ad Italiam venerit. Dionysius autor est, Æneam templum patri constituisse, vbi hæc fuit inscriptio: Diui terrestris, qui fluuij Numici vndas gubernat. *Terræ cornua prima suæ*] Tria Siciliæ promontoria vocat cornua eius insulæ, Pelorum, Lilybæum, Pachynum. *Cùm gemit ales Ityn*] Progneo dicit. vt, Quem detestato quondam iugulauerat ense, Nunc gemit ereptum garrula mater Ityn. Hic Itys in phasianum conuersus dicitur, vt Seruio placet, Progne in hirundinem. quamuis Probus in commentariis Bucolicorum scripserit, Philomelam in hirundinem, Prognen in luscinam fuisse conuersam. *Vnáque pastorem vidisset*] F Deest si. & est ordo: Vna vox erat, ecqua puella hac gressus tulit, si pastorem vidisset. *Aetna*] Huic monti Typhoei caput subiectum esse fabulantur. vt, Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro, Læua Pachyne tibi, Lilybæo crura premuntur, Degrauat Ætna caput sub qua resupinus arenas Eiectat, flammámque fero vomit ore Typhœus. Ouidius alibi, Arua Phinei celebrat diuersa Typhoëdis Aetnæ. Typhoeum nonnulli extra Siciliam excruciari dicunt. Pindarus verò in Sicilia, qui eum Centimanum vocat. Sanè Aetnam quidam dicunt nominatum ab Aetna Cœli & Terræ filia, alij ab Aetna Briarei, alij aliter fabulantur. *Cereris sacris nunc quoque tæda datur*] H Diximus suprà, sacerdotes Cereris Daduchos appellatos, à tædæ gestatione. Item legimus: Et si thura aberunt, vnctas accendite tædas. *Est specus*] &c. Locum describit altum & præcipitem, & accessu difficilem, quem Ceres conscendit frenatura dracones. *Frenatos curribus angues*] Per angues Cereris, sulcorum obliquitatem accipimus. I *Sicca*] tacto ac presso mari à curru, non à Cerere. *Syrtes*] Scyllam & Charybdin Syrtes vocat: quòd non minora pericula illic subeantur, quàm ad Syrtes Aphricæ. *Zanclæa Charybdis*] proxima Zanclæ, hoc est, Messanæ, quæ olim ob loci curuitatem Zancle vocabatur: quoniam curua zanclia dicebantur, vt autor est Strabo. Ante hanc vrbem Charybdis est, immensum videlicet profundum, quo inundationes freti nauigia per magnas circumductiones ac vortices præcipitata detrahunt, quæ secundum Salustium circa Tauromenitanum littus egeruntur, vt Seruius refert. Fuit autem Charybdis (vt quidam fabulantur) fœmina K voracissima, quæ cùm rapuisset boues Herculis, à Ioue fulminata, atque in mare præcipitata dicitur: vbi naturam pristinam seruans, sorbet vniuersa. *Nisæi canes*] Nota est Scyllæ fabula, cuius canes Nisæos dicit: cùm ipsa fuerit Phorci, non Nisi filia. Sic Virgilius in Buc. Quid loquar aut Scyllam Nisi. Est autem Scylla in Italia, secundum Seruium, cùm Charybdis detur Siciliæ. vt, Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis Obsidet. Vtriusque Plinius meminit his verbis: In eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis mare vorticosum, ambo clara sæuitia. *Naufraga monstra*] Admiscet fabulæ veritatem: scopulorum enim cauernæ recipientes mare, ac refundentes, naufragium minitantur.

PAVL. *Et liquerat Melam*] fluuium, qui ita dictus à colore nigræ L aquæ. Pluribus in locis sunt flumina eodem nomine nuncupata, vt in Mygdonia, Cilicia, Thracia, Bœotia, Sicilia, de quo hic agitur, & aliis quoq; in locis. *Læta pascua*] quæ sunt pinguia & fertilia. *Boum sacrorum*] sacrificio destinatorum. Nam vt ex campis, quos irrigat Clytumnus amnis Vmbriæ, abducebantur boues immolandi, vel ex Phaliscis, ita ex pascuis Siculis, quæ ab eo fluuio irrigantur. *Hinc adit*] vadit ipsa Ceres. *Camerinan*] oppidum prope Gelam fluuium. *Et Thapsum*] quæ parua est insula iuxta Syracusas, par penè fluctui. Inde Virgilius, Thapsúmque iacentem, dixit. *Et oloria*] hoc est, cygneia. *Tempe*] quæ in Sicilia sunt, instar Thessalicorum. Planicies quidem est, quam irrigat Elorus fluuius. Cúmque in ipsius ostijs multi soleant esse cygni, oloria

dixit. Alij legunt: Thapson, cygoeáque Tempe. & idem est. *Et quà tacet Eryx*] quia inde etiam pertransiuit. *Semper apertus zephyro*] qui mons Eryx oppositus est zephyro vento ex occidente flanti, vbi erat templum Veneris Erycinæ, quod in magna fuit religione Romanis. Sed de hoc aliàs. *Iamque lustrarat*) circuierat. *Peloriadem*) arcem Pelori. *Et Lilybæa*) Lilybæum, seu Lilybæi montis iuga. *Iamque lustrarat Pachynum*] promontorium. *Prima coruna*] prima promontoria. Hæc enim illa sunt promontoria in tribus Siciliæ angulis, Pelorus ad septentrionem, Pachynus ad ortum, Lilybæus ad austrum. *Terra sua*] suæ insulæ. *Quacunque ingreditur*] incedit ipsa Ceres *Implet loca cuncta miseris querelis*] per omnia loca, per quæ illa ibat, miserabiliter querebatur. *Vt cùm ales gemit Ityn amissum*] vt Tereus in vpupam conuersus genuit filium Ityn nomine, iam in auem quoque conuersum. Nota est fabula, quæ & in Metam. referetur, & in secundo libro attigimus. *Et per vices* vicissim. *Mater*] Ceres. *Modo clamat Persephone, modo filia*] modò suo nomine vocabat, modò filiæ appellatione. *Et alternis*] vicibus scilicet. *Ciet*] vocat. *Vtrumque nomen*] & Persephones & filiæ. *Sed neque Persephone*] ipsa clamata *Audit Cererem*] clamantem. *Neque filia matrem*] quia neutra appellatione vocata respondet *Et vtrumque nomen*] & Persephones & filiæ. *Pereat alternis*] per ipsas vices repetitum: quia ab illa, iam ad inferos abducta, non audiebatur.

Vidisset pastorem colentem vina] si inspexisset illa pastorem vino indulgentem. *An vidisset colentem arua*] rusticum arantem, & proscindentem agrum. *Vox erat*] ita Ceres loquebatur, & pastores & agricolas interrogãs. *Ecqua puella tulit hac gressus*] an aliqua puella transiuit per hanc viam? *Iã color vnus adest rebus*] iã erat nox, & vnus esse rebus omnibus color videbatur, quia nihil nisi tenebræ discernebãtur. *Et omnia teguntur tenebris*] obscuritate & nocturna caligine. *Iã vigiles canes conticuere* quia quieti & ipsi se dedêre *Alta Aetna*] & altus quidem mons est Aetna, vnde erũpit ille ignis. Illuc accessit Ceres, & faces accendit: alligatisq; ad currũ draconibus, eum ascendit, & ad remotiora loca progressa est *Aetna alta iacet super ora vasti Typhoeos*] Imposita est Typhoeo tota Sicilia, & Aetna eius caput degrauat, vt diximus in primo libro. Sed Encelado impositam Aetnam alij dicunt. *Cuius*] Typhoeos *Ignibus anhelatis*] anhelitu iactatis *Ardet humus*] Aetnæa scilicet: ex eius pectore emanat per hiatum Aetnæ ignis *Illic*] in igne Aetnæo. *Accendit*] Ceres *Geminas pinus pro lampade*] pro splendore & nocturna luce duas pinus succendit *Hinc*] ex hoc. *Nunc quoque datur tæda sacris Cereris*] inde mos habuit originẽ, vt sacerdotes Cereris ipsi deæ sacrificantes, tædã accensam ferant, appellatiq; ex eo δᾳδοῦχοι, de quo diximus in tertio libro. *Est specus*] &c. Facit topographiam, quo in loco illa frænasset dracones. *Est specus asper structura pumicea*] excisi: propter natiuam ipsius structuram in exeso & abroso vetustate pumice, erat ipse specus asper. *Regio quidem non adeunda homini*] non feræ: hoc est, in quam regionem, id est, in quo specu nec homines ascendere, nec feræ poterant, ob difficilem ascensum, & excelsitatem loci. Et videtur illum locum significare, quem Diodorus inquit vndiq; præcipitiis abscissũ esse. *Quæ simulac venit*] in quæ specus postquam Ceres venit *Iunxit angues frænatos curribus*) dracones iam fræna tenentes simul ligatos ad currum iunxit *Et sicca*) nullis vndis madida *Peterrat aquas æquoreas*] errat per marina eo curru vecta. Sicula enim loca suis pedibus peragrauit: longius autem iturã currum ascendit, quem angues agunt. *Et fugit*] celeriter venit. *Ad Syrtes*] Non tamen accessit in Aphricam, sed similitudine quadam Syrtium Lybicarum, propter nauigantium discrimina, loca circa Scyllam & Charybdin, Syrtes appellat. *Et te Zanclæa Charybdi*] Messanam in Sicilia (vt Strabo inquit) condidere Messenij, qui Peloponnesum habitabant, à quibus & nomen permutauit. Namque prius Zancle vocabatur, cùm curua essent loca. nam curua zanclia vocant. Ante vrbem paululum in traiectu Charybdis ostenditur. Venit ergo ad te Ceres ò Charybdis. Et Plinius inquit: In eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis mare vorticosum, ambo clara sæuitia, &c. *Et venit*] etiam. *Ad vos canes Nisæi*] hoc est, canes Scyllæi. Æquiuocatio nominis fecit errorem. Nam & Scylla dicta est Nisi Megarensis filia. Etiam & filia Phorci, quæ demutata est veneficio Circes in monstrum illud, quod à Virgilio ita describitur in tertio Æneidos: Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus, postremo immani corpore pistrix, Delphinum caudas vtero cõmissa luporum. Sed hoc ideo fictum, quòd saxum ingens sit, humanam habens effigiem in parte superiori: in inferiori verò habet resectos scopulos, sub radicibus cauernosos, inter quos dum æstuum mare intrat, ab eisdem refractum tumultuando repræsentat latratum canum, & vlulantes lupos.

Monstra naufraga] quasi vbi sæpe naufragium faciunt, qui inde nauigant.

> *Adriacúmque patens latè, bimarémque Corinthon:*
> *Sic venit ad portus Attica terra tuos.*
> *Hic primùm sedit gelido mæstissima saxo,*
> *Illud Cecropidæ nunc quoque triste vocant.*
> *Sub Ioue durauit multis immota diebus,*
> *Et lunæ patiens, & pluuialis aquæ.*
> *Sors sua cuique loco est, qui nunc Cerealis Eleusis*
> *Dicitur, hæc Celei rura fuère senis.*
> *Ille domum glandes, excussáque mora rubetis*
> *Portat, & arsuris arida ligna focis.*
> *Filia parua duas redigebat monte capellas,*
> *Et tener in cunis filius æger erat.*

ANTO. *Adriacúmque patens latè*] Hoc est, mare, quod superũ appellamus. Nomẽ accepit ab Adria oppido clarissimo. Est autem pars maris Ionij, licèt quidam scriptores aliter sentiant. *Corinthum*] oppidum in Isthmo, inter mare Ionium & Aegæum. *Gelido saxo*] quod deinde Athenienses proprio nomine Triste appellarunt. [Pausanias in Att. puteum fuisse dicit, vbi primùm Ceres consedit, facie anilis Argiuæ mulieris, noméoque puteo ἄνθιον fuisse.] *Sub Ioue durauit*] sub dio. Durauit autem absolutum est. vt, Durare, & vosmet rebus seruate secundis. *Cerealis Eleusis*] Dicimus & Eleusin, quo nominatiuo vtitur Plinius. & est vrbs Atticæ regionis, vbi Strabo Eleusinæ Cereris templum fuisse testatur. Et Seruius regnasse Celeum inquit, cui Ceres, filiam quærens, & liberalissimè ab eo suscepta, ostendit omne genus agriculturæ, filiúmque eius Triptolemum recens natum per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: eúmque alatis serpentibus superpositum, per orbem misit, ad vsum frumenti hominibus indicãdum: quem Lactantius grammaticus scribit primum instituisse Cereris sacra, quæ Græcè (vt diximus) Thesmophoria appellantur. Eundem traduut bouis & aratri inuentorem fuisse, vt Plinius autor est. Ferunt autem Iamben Celei famulam ausam esse Cererem malè tractare, cùm eam sollicitam aspexisset: à qua deductum nomen iambi pedis putatur, vt Diomedes grammaticus scribit, qui vxorem Celei Meganiram vocat, quæ ab Ouidio dicitur Menalia. *Excussáque mora rubetis*) quoniam & aliunde quoque habentur mora.

PAVL. *Adriacúmque patens latè*] venit in sinum Adriacum latè patentem: de quo paulo pòst dicemus, cùm de Aegæo & Ionio agemus. *Et Corinthum bimarẽ*] quæ vrbs quondam caput & lumen totius Græciæ, in edito monte sedet, inter Aegæum & Ionium. ideo bimaris dicitur: nam in ipso Isthmo Achaico. *Sic venit*] Ceres. *O Attica*] quæ Aegæo ablueris. *In portus tuos*] nam exeuntibus Peloponnesum per Isthmum, statim occurrit Attica. Venit enim Ceres ad eam Atticæ regionem, vbi postea Eleusio ciuitas condita est. *Hic*] in ipsa regione. *Primùm sedit mœstissima saxo gelido*] descendens tum primùm è curru, sedit in eo saxo afflicta mater, tam dulci orbata filia. *Cecropidæ*] Athenienses. à Cecrope rege, qui vagam ac dispersam multitudinem in † decem vrbes habitandas digessit: quarũ nomina, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphydna, Toricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, & Phalerius. *Nunc quoque vocant illud Triste*) ab ea Cereris mœstitia etiamnum illud saxum ab Atheniensibus Triste nuncupatur. *Sub Ioue*) sub dio. Vt est apud Horatium: Manet sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor. *Immota*) quæ nunquam se ex eo saxo dimouerit. *Multis diebus durauit*) patienter perseuerauit sub dio. *Et patiens lunæ*) quasi frigoris nocturni, sub serena luna. *Et aquæ pluuialis*) quæ eam supernè rorabat. *Sors sua cuique loco est*) quasi quisq; locus ad aliquam fortunam destinatus, seruatúsq; est. Nam in cãpis Atticis, vbi exiguum rus erat Celei senis, futura erat aliquando Eleusis ciuitas, clara Cereris religione. Ea enim in Attica est, vbi (vt Strabo libro 9 inquit) Eleusiuæ Cereris tẽplũ extat, & fanum mysticum, quod Ictinus apparauit, turbæ theatralis capacissimum. Dicitur autem Eleusis & Eleusin, & inde E-

A leusina sacra. Celeus autem ipse senex, cùm in saxo sedentem Cererem reperisset, quæ anum simulabat, orauit, vt domum eius iniret: obtestatusque per salutem filiæ, flexit deã. Ingrediens, languentem illius filium liberauit: daturaque erat illi immortalitatem, nisi parentum simplicitas obstitisset. Hic fuit ille Triptolemus, cui sementandi vsum mõstrauit, de quo paulo pòst dicemus. *Qui locus nunc dicitur Eleusis Cerealis*] quasi vrbs Cereris. *Hæc fuere rura Celei senis*] hæc rura colebat Celeus & Menalina. *Ille*] Celeus. *Portat glandes domum*, quibus familiã pasceret. *Et mora excussa rubetis*] mora aggesta, è rubis excerpta aut decussa. *Et ligna arida foci arsura*] quæ cremari deberẽt ab ignibus. *Filia parua reducebat monte duas capellas*] erat huic Celeo parua filia, eaq; sub vesperã capellas domũ e pascuis reducebat. *Et filius tener*] tenellus adhuc puer. *Erat æger in cunis*] laborabat infans aduersa valetudine.

Mater, ait virgo (mota est Dea nomine matris)
Quid facis in solis incomitata locis?
Perstitit & senior, quamuis onus vrget, & orat,
Tecta suæ subeat quantulacunque casæ.
Illa negat: simularat anum, mitráque capillos
Presserat: instanti talia verba refert.
Sospes eas, sempérque parens, mihi filia rapta est:
Heu melior quanto sors tua sorte mea est.
Dixit, & vt lacryma (neque enĩ lacrymare deorũ est)
Decidit in tepidos lucida gutta sinus.
Flent pariter mollésque animis virgóque senéxque,
E quibus hæc iusti verba fuêre senis:
Sic tibi, quam raptam quæris, sit filia sospes:
Surge, nec exigua despice tecta casæ.
Cui dea sic inquit, Scisti qua cogere posses:
Séque leuat saxo, subsequitúrque senem.
Dux comiti narrat, quòd sit sibi filius æger,
Nec capiat somnos, inuigilétque malis.
Illa soporiferum, paruos initura penates,
Colligit agresti lene papauer humo.
Dum legit, oblito fertur gustasse palato,
Longámque imprudens exoluisse famem.
Quæ quia principio posuit ieiunia noctis,
Tempus habent mensæ sidera visa sibi.
Limen vt intrauit, luctu videt omnia plena:
Iam spes in puero nulla salutis erat.
*Matre salutata, mater * Menalina vocatur,*
Iungere dignata est os puerile suo.
Pallor abit, subitásque vident in corpore vires:
Tantus cælesti venit ab ore vigor.
Tota domus læta est: hac est matérque, patérque,
Natáque tres illi tota fuêre domus.

ANTON. *Mater ait virgo*] Reuerentiæ nomen est mater hoc loco & vocatiuus casus. *Mota est dea*] recordata est filiæ, quam amiserat. *Quamuis onus*

B *vrget*] quia dixerat, Portat & arsuris arida ligna focis. *Simularat anum*] tegebat diuinitatem, anus effigie. *Neque enim lacrymare deorum est*] mortalium sunt dolor & lacrymæ, omnesque animi perturbationes beatitudinem auertentes, non deorum immortalium. *Scisti qua cogere posses*] inuenisti rationem, qua cogeres obsequi voluntati tuæ. Quia dixerat Ce-

C leus: *Sic tibi, quam raptam quæris, sit filia sospes*] *Inuigilétque malis*] quiescere nequeat acerbitate morbi. *Oblito palato*] quia decreuerat Ceres ieiunio se affligere, nihilq; gustare nisi inuenta filia. *Exoluisse famem*] Diæresis est. vt, Infantem caulis inuoluisse manum. *Tempus habent mensæ sidera visa sibi*] Sẽsus est: Quia Ceres

D in principio noctis ieiunium soluit, sidera visa tẽpus mensæ sibi habẽt. Dicit autem Vesperam, quæ apud Plautum cœnam significat. Sed sciẽdũ (vt inquit Festus) cõsueuisse apud antiquos cœnã dici, quod nunc est prandium, & meridianum cibum vocari cœnæ nomine Vespernam autem dici, quam nunc cœnam appellamus *Iungere dignata est os puerile suo*] vt vt spiritus immortalis à puero mortem auerteret.

PAVL. *Virgo*] puella Celei filia. *Ait, Mater*] vocauit illa Cererem nomine matris. *Mota est dea nomine matris*] commota est Ceres, cùm audiret se matrem vocari, recordatione filiæ

E quam quærebat. Et illa postea prosequuta est, *Quid facis incomitata in solis locis*] quid tu sola in hac solitudine & isto saxo sedens facis? *Perstitit & senior*] Celeus. *Quamuis onus*] lignorum scilicet, quæ referebat. *Vrget*] premit & aggrauat illum: perstitit tamen. *Et orat*] deam. *Vt subeat*] ingrediatur. *Tecta suæ casæ quantulacunque*] exiguum eius tugurium. *Illa*] Ceres. *Negat*] se velle subire casam. *Simularat anum*] non enim videbatur dea, sed similem se anui cuidam fecerat. *Et presserat capillos mitra*] ferebat in capite mitram, more gentis Phrygiæ & Mæoniæ. *Refert talia verba*] ita respondet. *Instanti*] Celeo, qui instabat vt iniret casam. *Sospes eas*] abeas incolumis *Et semper parens*] quasi vt semper tibi filia sit sospes, nec ea orbari possis. *Mihi est rapta filia*] quasi sis semper tu parẽs, quoniam ego sem-

F per mater esse non possum, quia amisi filiam. *Heu quanto est melior sors tua sorte mea*] quasi quanto es tu felicior quam ego sim. nam fortunatior homo quàm dea tu tecum habes filiam, ego raptam quæro. Et mouet inde cõmiserationem. nam ob inuidiosẽ dictum, sed cum dolore prolata verba, ob eius calamitatem. *Dixit*] Ceres. *Et lucida gutta vt lacryma decidit in tepidos sinus*] non fleuit, vt lacrymas effunderet. nã vt inquit, *Neq. enim lacrymare deorũ est*] quia dij nequeũt

G effundere lacrymas sed emicuit ex oculis gutta in ipsos oculorum sinus, ad lacrymæ similitudinem. Vt est illud Virg. Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes. *Flent pariter mollésque animis*] lenes & mites animi *Et virgo & senex*] & pater & filia commiserari calamitatem Cereris, & ipsi simul fleuere. *E quibus*] duobus. *Hæc fuere verba iusti senis*] ita

H Celeus loquutus est. *Sic*] obtestatus est. *Filia quam raptam quæris, sit tibi sospes*] ita incolumis tibi est, debeat filia, quæ cùm rapta sit, à te nunc quæritur. *Surge*] ex isto saxo. *Nec despice tecta*] non asperneris & paruifacias tectum hoc. *Casæ exigua*] parui huius nostri tugurij *Cui*] Celeo. *Dea sic inquit, Scisti qua cogere posses*] quasi scisti vti ea oratione, qua facilè me ad obse-

I quendum impelleres, cũ sospitem mihi filiam optaueris. *Et leuat se saxo*] surrexit. *Et subsequitur senem*] Celeum. *Dux*] ipse Celeus senex. *Narrat comiti*] Cereri. *Quòd sit sibi æger filius*] refert se habere domi filiũ, & illum in cunis ęgrotum. *Nec cap. so.*] nec dormire queat. *Et inuigilet malis*] omnino languore inuigilet puer, cùm quie-

K scere non possit. *Illa*] Ceres *Initura par. pe.*] ingressura exiguã illius casam. *Colligit papauer soporiferum*] soporem inferens comedẽti. Diximus de papauere superius. *Humo agresti*] ex terra inculta. Ideo legit papauer, vt induceret languenti puero somnum. *Fertur gustasse palato oblito*] propositi scilicet sui. Id enim dicunt Cererem decreuisse, non antè comesse, quàm filiam comperisset: tunc verò oblita propositi, gustauit papauer. *Et fertur imprudens*] imprudenter. *Exoluisse*] pro soluisse. Est enim hic diæresis necessitate carminis. *Longam famem*] soluit enim ieiunium, quia pluribus diebus nihil gustauerat.

Quæ] Ceres. *Quia posuit ieiunia*] quia comedit. *Principio noctis*] in ipso crepusculo. *Sidera visa habent sibi tempus mensæ*] Et illud in sacris eius seruatur, vt

L non ante sidera visa, sed in principio noctis epulemur: quoniam ea eo primùm tempore soluit ieiunia. *Limen vt intrauit*] postquam ingressa est Celei domum. *Videt omnia plena luctu*] vt ter logẽtẽ pueri matrem, eo quòd moriebatur filius. *Iam nulla spes salutis erat in puero*] quia iam desperandum erat de illo. *Salutata matre*] postquam languentis pueri matrem salutauit. *Mater vocatur Menalina*] ita illa appellabatur. *Est dignata*] Ceres. *Iungere os puerile suo*] ori scilicet. Etsi dea erat, & immortalis, mortalem tamen puerum non est exosculari dedignata: & libato osculo ille sanatus est. *Abit pallor*] ex ore puerili. *Et vident subitas vires in corpore*] parentes subitò redditum robur & valetudinem pueruli corpori viderunt. *Tantus*] iam magnus. *Vigor venit ab ore cælesti*] ab ore Cereris: tantus enim fuit diuinitatis vigor, vt statim illum sanaret. *Tota domus læta est*]

omnes qui domi erant, ingenti sunt affecti lætitia. *Et mater, & pater, & nata*] Celeus, Menalina, & filia. *Tres illi*] parêtes, & filia *Fuere tota domus*] quia nulli erât alij nisi hi tres. *Mox ponût epulas*] parant mensam & epulas, vt simul vescantur,

Mox epulas ponunt liquefacta coagula lacte,
  Pomáque, & in ceris aurea mella suis.
Abstinet alma Ceres, somníque papauera causas
  Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer.
Noctis erat medium, placidique silentia somni: 5
  Triptolemum gremio sustulit illa suo.
Térque manu permulsit eum, tria carmina dixit,
  Carmina mortali non referenda sono.
Inque foco corpus pueri viuente fauilla
  Obruit, humanum purget vt ignis onus. 10
Excutitur somno stultè pia mater, & amens.
  Quid facis? exclamat, membráque ab igne rapit.
Cui dea, dum non vis, dixit, scelerata fuisti,
  Irrita materno sunt mea dona metu.
Iste quidem moriturus erit, sed primus arabit, 15
  Et feret, & culta præmia tollet humo.
Dixit, & egrediens nubem trahit, inque dracones
  Transit, & alifero tollitur axe Ceres.
Sunion expositum, Piræáque tuta recessu
  Linquit & in dextrum qua iacet ora latus. 20
Hinc adit Aegæum, quo Cycladas inspicit omnes,
  Ioniúmque capax, Icariúmque legit.

cessura. *Exclamat, Quid facis*] & hæc fuit amentia ipsius, quia exclamauit. *Et capit membra ab igne*] puerum ab ipsis prunis. sic deam ab opere instituto reuocauit. *Cui*] Menalinæ matri illius pueri. *Dixit, Fuisti scelerata, dum non vis*] cùm animo non sis, actu ipso fuisti scelerata: quia eram illi diuinitatem exhibitura, tu intempestiuè, & ab incepto reuocasti ita vt exequi non possim quod volebam. *Mea dona*) quibus etiam illũ ornatura. *Sunt irrita*) iam vana reddita & sine effectu. *Metu materno*) propterea quòd tu extimuisti. *Ille quidem*] puer. *Erit moriturus*) cùm immortalem reddere voluissem. *Sed primum arabit*) postquam immortalitatem dare non potui tua causa, habeat hoc aliud munus: primus sit qui terram proscindat. Etenim Ceres post inuentam Proserpinam docuit hunc Triptolemum arare, serere & colligere fruges maturas, & seruare. Vnde Diodorus sic inquit: Ceres frumenti, quod fortè inter alias herbas nascebatur ignotum cæteris, prima vsum adinuenit, docuitque homines vescendi, seruandi ac serendi modum. Est autem frumentum ab ipsa ante geniram Proserpinam repertum. Nam post eius à Plutone raptum frumenta omnia incendisse ferunt, tum in Iouis odium, tum propter dolorem filiæ: sed ea inuenta, & reconciliatam esse Ioui, & Triptolemo frumenti dedisse semen: mandasséque, vt cum omnibus id donum participans seminandi modum monstraret, &c. Ideo hoc in loco poeta ex verbis Cereris primum aratorum ostendit Triptolemum. Itcirco in Georg. Vergil. Vnáque puer monstrator aratri Diaet. & Plinius hunc primum aratrum refert inuenisse.

Et feret] primus semen frumenti terræ iaciet. *Et tollet præmia culta humo*] & percipiet fructum ex terra quam coluerit. *Dixit*] Ceres. *At egrediens*] exiens Celei domo. *Trahit nubem*] diuinam scilicet: quam dij secum trahunt, ne ab hominibus videãtur. *Et transit in dracones*] in currum, quem dracones agunt. *Et tollitur Ceres axe alifero*] attollitur curru volanti, propter alatos dracones. *Linquit recessu*] suo scilicet: cùm ex ea regione discederet, reliquit. *Sunion expositum*] Sunium Atticæ promontorium, porrectum in mari, qua ad sinistram reflectitur ituris ex Attica in Eubœã, vbi est templum Panos, & ædes Veneris. Nunc à nauigantibus appellatur caput columnarum. *Et Piræa tuta*] tutos portus. Piræus enim Atheniensium portus est. *Et quæ ora iacet in dextrum latus*] Reliquit Atticam totam, quam quidem e summo per Ægæum in Cycladas (vt Poeta scribit) abeuntes ad dextram relinquunt. *Hinc*] ex Attica.

Adit Aegæum] quod quidem pelagus ita dictum multi volunt, quòd in id Ægæus rex Athenarum se præcipitauerit. Plinius autem asserit, à scopulo, qui est inter Tenedum & Chium, capræ effigiem habente. nam æga græcè capram dicunt. Eustathius verò inquit: Ægæum mare dicitur (vt quibusdam videtur) à Capris Euboicis, quo in loco sic appellato poeta Neptuni equos requiescere facit. Alij autem ab Ægæo Homerico, vt in Iliade scriptum est, &c. *Quo*] in mari. *Inspicit ipsa*] Ceres. *Omnes Cycladas*] insulas circa Delon: de quibus paulo superiùs diximus, in nauigatione magnæ matris. *Et legit*] transit. Non enim nauigat, sed curru superuolat. *Ionium capax*] magnum mare Ionium, quod inter Aegæum & Adriaticum sinum est Verùm Eustathius de eo sic inquit: Ionius sinus post Siculum dilatatur, ad Boream rursus incuruans, ad Hesperum recessum serpit. nec solùm Ionius sinus nominatur, sed Adria ipse dicitur, & Adriaticum mare. Diligentiores autem Ionium partem Adriatici dicunt. Dicitur autem (vt Lycophroni

ANTON. *Liquefacta coagula lacte*] lac densatum coagulo. *Cum tepido lacte*] Lac in febre ac dolore capitis mederi docent non exhibendum. *Viuente fauilla*] obruit prunis cinere, sed pruna admixta. *Stultè pia mater*] quæ dum studet opẽ ferre filio, non est passa eum fieri immortalem. *Sed primum arabit*] Athenienses primi (vt Iustinus refert) non solùm olei, lanificij ac vini vsum docuerût, sed arare quoque ac frumenta serere glande vescentibus mõstrauerunt. Idem etiam scribit, frumenti sationẽ à Triptolemo repertam esse, & eius muneris honorem noctes initiorũ sacratas. Hunc licèt nõnulli inuentorem aratri fuisse tradiderint, legimus tamen Osirim id inuenisse, vt: Primus aratra manu solerti fecit Osiris. Quod nos mouere non debet, cùm non vnus aratrum in toto orbe monstrauerit, sed diuersi in diuersis locis. *Sunion expositum*] Seneca in Hippolyto: Pars illa diu vacat immunis qua curuatæ littora ponit Sunion viget. Hoc promontorium Atheniensium est, vbi rerum venalium emporium fuit, teste Donato. ad quod si à Ceraunijs montibus rectam lineam duxeris, in orientem protensam, totam Peloponnesum ad austrum relinquens. Distat Sunium à Piræo secundum Plinium millibus passuum 42. *Piræáque tuta recessu*] Piræa legendum est hoc loco, subtracta e penultima, versus gratia, à Piræeo portu Atheniensium, qui Græcè πειραιεύς dicitur. Cæterùm multi in soluta oratione etiam Piræus scribunt. *In dextrum qua iacet ora latus*] Ordo: Linquit oram Atticæ, videlicet quæ iacet in dextrum latus *Aegæum*] Hoc mare vnde nomen acceperit, suprà dictum est. in eo Cyclades sunt. *Ioniúmque capax, Icariúmque legit*] De Icario mari etiam suprà diximus Ionium verò rectè capax dicitur, cùm nonnulli immensum esse sinum Ionium tradant, porrectúmque ab Ionia ad Siciliam & Italiam: cuius partes esse Epiroticum mare, Achaicum & Adriacum volunt. Vit. Insulæ Ionio in magno. Id ab Ionia regione Asiæ clarissima nomen accepit: quamuis quidam velint Io Inachi filiam huic mari nomen dedisse. Alij verò aliter sentiunt.

PAVL. *Liquefacta coag. la*] hæ fuerunt epulæ, lac coagulatum. *Et poma & mella aurea*] aurei coloris. *In suis ceris*) quia nondum è fauis expressa. *Ceres alma*] quæ omnes alit. *Abstinet*) ab epulis scilicet: non enim esse voluit. *Tibi puer*) Triptoleme quem modò sanauerat. *Da tibi papa. bib. cum tep. lacte*) contusa papauera, & lacti immixta, dat illi haurienda. *Somni causas*] cùm somnum prouocent, vt illi somnum inducerent, vt diximus de hoc superiùs, Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer Sumere, &c. *Noctis erat medium*) quasi desluxerat iam media pars noctis. *Placidique silentia somni*) erat enim ea hora, qua omnia silent & quiescunt animalia. *Illa*) Ceres. *Sustulit*) eleuauit. *Triptolemum*) puerum. *Suo gremio*] suo sinu: erat enim illi puero immortalitatem largitura. *Et ter permulsit manu*) cùm mulcendo tractauit puerum. *Dixit tria carmina*] quib. eximeret ab illo mortalitatem *Carmina non referenda mortali sono*] quæ nec homini nota sunt, nec pronunciari nisi à numine possunt. *Et obruit*] inuoluit. *Corpus pueri foco*] foci cinere. *Viuente fauilla*] quasi viuentib. prunis. ea ratione calido cinere & prunis obruebat, vt exureret quicquid erat humanitatis in puero, & diuinum postea redderet. *Vt ignis purget onus humanum*] corpus quod hominis erat. *Excutitur somno stultè*] expergiscitur imprudenter illius mater. *Pia & amens*] pia, quo ad curam filij, humanitatis ea officio: amens, quia sua imprudentia abstulit diuinitatem à filio, quam erat illi Ceres con-

A videtur, & Æschylo) ab Ius, quæ bos facta hinc enatauit. alij autem a Ionoe viro Italo, vel ab Ionio viro Illyrico. [illegible]m aiunt & a Gazæ, vsque in Ægyptium pelagus Io- [illegible], similiter ab Ius, & illic Gazam Iooam vocant quidam, [illegible]bi bos erat in statua Ius quæ est Lunæ. Io enim L[illegible] [illegible]cundum Argiuam linguam. Prædicti autem Io- nis filius Adrias ex historia traditur, à quo & ipsum pelagus Adriacum appellatur. alij sic dicunt, Est Adria ciuitas illustris, & apud ipsam fluuius Adria, & fluuius Adria Bona autem pascuis ibi terra, ita quòd bis in anno fructum ferat. Hæc ex Eustathio *Et legit Icarium*, de quo etiam paulo superiùs dictum.

ANTON. *Meroe sicca que terra* in[illegible] Meroe, vt inquit Se[illegible] [illegible]ypet figuram h[illegible] [illegible] ut magnitudine sua cæteras Nili infulas superas. Eius enim lo[illegible]do est fere trium mil[illegible] stadiorũ, latitu- B do mille. ambitur Lybiã versus magnis quibusdã harenæ cumulis, Arabiam versus continuis montium precipitiis. Est in ea Meroe ciuitas, quã Cambyses condidit, appellauitq; Meroë a matris nomine. *Rhenum, Rhodanumque, Padumque*] Hos fluuios autor Hesperios vocat, quod ab Hesperia, quæ modò Italiã, modò Hispaniam significat. sed quòd sub C Hespero sint, id ad occidentẽ, cùm suprà Indiæ meminerit. Nã Rhenus Galliam à Germania diuidit, Rhodanus per Galliam Transalpinam, Padus per Cisalpinam fluit. *Errat & in cælo*] vt à sideribus petat, num filiã viderit. *Parrhasides stellæ*] Alloquitur vtãq; Arctõ, siue vrsam, Helicen videlicet & Cynosurã, quas à Parrhasia, id est, Arca- D dia Parrhasides vocat. In ea prouincia Azanes atq; Parrhasij, vt diximᵘ, crediti sunt cæteros Græcos vetustate præstare. *Crimine nox vacua est*] culpat orbis, quæ noctu omnia videmus, filiam tuam nocte à nullo raptam. *Solem consule*] quia is cuncta videt, atque audit omnia, vt inquit poeta. *Iouis fratri*] Plutoni, cui cessit tertium regnum, hoc est, inferi.

Pérque vrbes Asiæ longum petis Hellespontum,
Diuersúmque locis alta pererrat iter.
Nam modò thurilegos Arabas, modò despicit Indos,
Hinc Libs, hinc Meroe, terráque sicca subest.
Nũc adit Hesperios, Rhenũ, Rhodanúmque, Padumq;,
Téque futuræ parens Tibri potentis aquæ.
Quo feror? immensum est erratas dicere terras:
Præteritus Cereri nullus in orbe locus.
Errat & in cælo, liquidíque immunia ponti,
Alloquitur gelido proxima signa polo.
Parrhasides stellæ (nanque omnia nosse potestis,
Æquoreas nunquam cùm subeatis aquas)
Persephonem natam miseræ monstrate parenti.
Dixerat. huic Helice talia verba refert:
Crimine nox vacua est: Solem de virgine rapta
Consule, qui latè facta diurna videt.
Sol aditus, quam quæris ait (ne vana labores)
Nupta Iouis fratris tertia regna tenet.
Questa diu secum sic est affata tonantem,
Maximaque in vultu signa dolentis erant.
Si memor es de quo mihi sit Proserpina nata,
Dimidium curæ debes habere tuæ.
Orbe pererrato, sola est iniuria facti
Cognita, commissi præmia raptor habet.
At neque Persephone digna est prædone marito,
Nec gener hoc nobis more parandus erat.
Quid grauius victore Gyge captiua tulissem?
Quàm nunc te cæli sceptra tenente tuli?
Verùm impunè ferat, nos hæc patiemur inulta:
Reddat, & emendet facta priora nouis.

Lucan. 10 Pharsalia lib. 10. gurgite rupto Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis, Læta comis hebeni, quæ quamuis arbore multa frondeat, æstatem nulla sibi mitigat vmbra, Linea tã rectũ mũdi ferit illa leonẽ. *Et terra sicca*] subest enĩ Aethiopia, & plaga torrida. nã & in torrida est ipsa Meroe. *Nunc adit Hesp.*] reflectens in occidentem cursum, occidentis quoque populos & mõtes & flumina perlustrauit. *Hesperios* Italos, & Hispanos. *Rhenum*] fluuium ex alpib. profluentem, Gallos à Germanis diuidentem, & in Gallicum Oceanũ exeuntem. *Et Rhodanum* fluuium Galliç, qui Anineonem præterfluẽs, per ipsam Narbonensem prouinciam, in mare internum exit, & à Rhoda Rhodanus dictus. Nam Plin. inquit: Atque vbi Rhoda Rhodanorum fuit, vnde dictus multo Galliarum fertilissimus Rhodanus amnis, ex alpibus se rapiẽs per Lemanũ lacum segnemque deferens Ararim, nec minus se ipso torrentem Isaram & Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica. Ex his alterum Hispaniense, alterum Metapinum: tertium idemque amplissimum Massalioticum, &c. *Et Padum*] qui per Cisalpinam Galliam labens, quinque bustiis in Adriacum exit. *Et adit te Tibri futuræ parens potentis aquæ*] tunc sine honore erat Tibris, sed futurus erat regnator aquarum, quemadmodum appellat Vergilius. inquit ergo: Venit ad te ô Tiberi, qui [illegible] parens aquæ dominantis, propter futuram imperij Romani magnitudinem. *Quo feror*] hæc omnia commemorando. *Immensum est*] quasi magnum, plus quàm fieri possit est. *Dicere terras erratas*] per quas Ceres errauerit, *Nullus locus in orbe est præteritus*] omissus *Cereri nullus est locus*] ad quem nõn accesserit, quia omnia orbis loca perlustrauit. *Errat & in cælo*) vt à sideribus sciscitaretur quid de filia. *Et alloquitur signa proxima polo gelido*) stellas Arctico polo propinquas. *Immunia liquidi ponte*] quæ aquis occiduis non immerguntur: quasi sine muore Oceani. nam stellæ quæ in ea parte poli arctici sunt, non tendunt in occasum. *Parrhasides stellæ*) Ceres cùm totũ orbem pererrasset, nec filiam comperisset, cœlum ascendit, & vrsas de filia interrogat. *Stellæ Parrhasides*] Vrsa maior, & vrsa minor Arcadiæ. & Parrhasia, quæ & Arcadia. Sed de his in 2 & 3. diximus. *Nanque omnia nosse potestis*] quia in sublimi parte cœli estis, & inde nunquam discedetis, omnia prospicere & cognoscere vobis datur. *Cum nunquam subeatis aquas æquoreas*] cùm nunquam occidatis in Oceanum. *Monstrate Persephonem miseræ parenti*] ostendite mihi filiam meam. *Dixerat*] Ceres. *Helice*] vrsa maior. *Refert huic talia verba*) ita respondit. *Nox vacua est crimine*] quasi, filia tua non est rapta per noctem: sic nox sine culpa est huius criminis. *Consule Solem de rapta virgine*] pete id ab Sole, vt demonstret: quoniam nocturna fi[illegible] [illegible] *Qui*] Sol. *Latè*) amplè *Videt facta diurna*) quæ per diem fiunt. *Sol aditus*) cùm illa ad Solem accessisset, ab eo accepit filiam à Plutone raptam, & illi nuptam. *Sol adit*) quem illa adiit. *Ait*)

In vultu signa dolentis erant] Horatius: Si vis me flere, dolendum est Primùm ipsi tibi. *Dimidium curæ*] &c. Quia tu Proserpinæ pater es, non debes negligere filiam, pro qua tantum laboris subiit mater. & arguit ab honesto, cupiens persuadere Ioui, det operam, vt restituat Pluto quam rapuit, torquens rhetoricè aduersarium in odium trahens. *Sola est iniuria facti cognita*] orbe perfecti errans per vniuersum orbem, nisi quod cognoui à quo rapta sit filia. *Commissi præ- E mia raptor habet*], qui habere debuit pœnam. *Victore Gyge*] A parte totum accipiendum est. nam hoc dicit: Si gigantes te ac cæteros deos è cœlo deiecissent, nil poteram grauius pati. Est autem Gyges frater Briarei, qui Centimanus fuisse dicitur. vt, Centimanúmque Gygem, semiuirúmque bouẽ.

PAVL. *Perque vrbes Asiæ*] per eas vrbes, quæ erant in ora Asiatica, & Ægæo etiam alluebantur. *Petis longum Hellespontum*] de quo pluribus in loco diximus. & longus quidem sinus est Hellespontus, cum angustus sit. Protenditur enim ab Ægæo in Propontida. *Et alta*] sublimis ipsa Ceres. *Pererrat etiã diuersum locis*] quasi per diuersa loca filiam quærens errabat. *Nam modo despicit*] è curru deorsum aspicit. *Arabas thurilegos*] thura colligentes, de quibus diximᵘ in 1. *Modo despicit Indos*] Orientis populos. nam India sub ipso Oriente sole est. Ita dicta est ab Indo flumine maximo. I *Hinc subest*] Cereri per aëra deuectæ. *Libs*] Libyæ populos, [illegible] euolauit enim Libyam. *Hinc subest Meroe*] nam super Me[illegible]em quoque volauit. insula quidem Nili est. de qua Diodorus. Complectitur, inquit, fluuius insulas plures, sed præcipuam Meroem. in qua est vrbs insignis insulæ nomine, quam Cambyses condidit, à matre denominat. Ciuita[illegible] [illegible]n ea sunt plures. Sed cæteris nobilior Meroe. de ea

A *quam quæris*] filia quam requiris, & de qua me consulis. *Nupta sibi fratris*] Plutonis *Tenet tertia regna*] iam effecta est inferorum regina. Prima regna cœlestia fuere Iouis, aquarum Neptuni. Tertia regna fuere terrarum, seu terræ viscerum: ea fuere Ditis. Sic & illi nupta Proserpina, regina est. *Ne vana labores*] ne frustrà errando magis te excrucies. *Questa diu secum*] cùm tacitas secum querelas effudisset. *Sic est affata tonantem*] alloquuta Iouem. *Et maxima signa dolentis erant in vultu*] quia dolorem vultu maximum indicabat. *Si memor es de quo*] Verba Cereris ad Iouem cum artificiosa querela. queritur enim raptam filiam: habetque accusationem in iuridiciali statu primo loco. inde arguit in principio, communem esse debere hanc ipsi Ioui curam, cùm ex eo genita sit. Narratio: quòd posteaquam orbem

B peragrauit, solùm cognouit scelus. & qui plecti deberet, præmia pro peccato consequutus est. Non opus fuit expositione rei, quoniam nota erat. Deinde arguit ab atrocitate rei, quòd ea puella Ioue & Cerere nata, non erat digna quæ raperetur. Augétque hanc atrocitatem ab vtriusque persona, Iouis & raptoris: nam quid indignius pati ille potuisset, si Titanes te è regno deiecissent, quàm nóbe te r[e]gnant[e]. quasi illud dicat, quia nec ille rapere, nec tu p[e]rmittere debuisti. Vltimo verò loco illud petit, vt filia restituatur, & de vindicta remittere curam. *Si es memor*] ò Iupiter. *De quo sit mihi natu Proserpina*] ex quo ego grauida Proserpinam pepererim. *Debes habere dimidium curæ tuæ*] quasi cùm ex te genita sit, & mihi & tibi communis filia, communis quoque filiæ cura tibi esse d[e]beret. *Orbe peragrato*] cùm orbem peragrauerim. *Sola est cognita iniuria facti*] solùm in tot laboribus cognoscere potuit rei ipsius iniuriam: quasi à quo filia mihi rapta sit. *Raptor*] Pluto qui rapuit. *Habet præmia commisso*

G habet præmium pro scelere: quia potitur rapta, cùm affici supplicio mereatur. *At neque Persephone*] filia. *Est digna marito prædone*] non digna quæ raperetur & raptor nuberet. *Nec hoc more*] per violentiam & raptum. *Erat nobis parandus gener*] quasi neque nos digni eramus, quibus gener è raptore contingeret. *Quid grauius*] quid tristius & molestius. *Captiua*] si capta fuisset ab hostibus. *Tulisset victore Gyge*] quasi si gigãtes te è r[e]gno deiecissent. Gyges enim, vt Hesiodus in Theog. ostendit, Cœli & Terræ filius, Briaréique frater, qui cum aliis gigantibus diis bellum intulit. *Quam tulit nunc te tenente sceptra cœli*] te in cœlo regnante. *Verum impunè ferat*] nulla pœna mulctetur raptor. *Nos inulta*] sine vltione. *Patiemur hoc*] tolerabimus hanc iniuriam nobis illatam. *Reddat*] mihi scilicet raptor filiam. *Et emendet facta priora*] quæ prius fecit. *Nonne factu*] quasi restituat filiam, sic illatam iniuriam rependet.

H

ANTON. *Iuppiter hanc lenit*] dum excusat Plutonem, in amorem transferens crimen, & cum dicit non esse pudendum generũ, cui vel Iupiter nobilitate non præstat. *Non ego nobilior*] quamuis melius regnum mihi sorte contigerit, non sum tamen Plutone nobilior, cui regnum contigit inferorum: cùm cœlum mihi, & Neptuno maria, non præstantia nobilitatis, sed sorte contigerit. *Stat*] placet. vt, Stat casus renouare vrbis. *Si quidem ieiuna remansit*] Si quidem hoc loco duæ

C

D partes orationis sunt. Vnde Si produci debuit, quod sequens carmen ostendit: vt, *Sin minus inferni coniugis vxor erit*] Sed quis dubitet tantæ autoritatis Poëtæ vel maiora concedi. Est autem sensus: Tentemus rescindere matrimoniũ, si Proserpina nihil apud inferos gustauit, & ieiuna permansit. *Spéque redit citius*] Alludit ad velocitatem planetæ. *Punica*] à Pœnis poma Punica acceperunt, quæ & granata dicuntur. Lege Plin. *Tartarea recipi*] &c. Artis est interdum petere quæ volumus, vt quæ

Iuppiter hanc lenit, factúmque excusat amore,
Nec gener est nobis ille pudendus, ait.
Non ego nobilior, posita est mihi regia cœlo:
Possidet alter aquas, alter inane chaos.
Sed si forte tibi non est mutabile pectus,
Státque semel iuncti rumpere vincla thori.
Hoc quoque tentemus, si quidem ieiuna remansit:
Sin minus, inferni coniugis vxor erit.
Tartara iussus adit sumptis caducifer alis,
Spéque redit citius, visáque certa refert.
Rapta tribus, dixit, soluit ieiunia granis,
Punica quæ lento cortice poma tegunt.
Non secus indoluit, quàm si modo rapta fuisset
Mœsta parens, longa vixque refecta mora est.
Atque ita, nec nobis cœlum est habitabile, dixit,
Tartarea recipi me quoque valle iube.
Et factura fuit, pactus nisi Iuppiter esset,
Bis tribus vt cœlo mensibus illa foret.
Tum demum vultúmque Ceres, animúmque recepit,
Imposuitque suæ spicea serta comæ.
Largáque prouenit cessatis messis in aruis,
Et vix congestas area cepit opes.

Et Chaos, & Phlegethon loca nocte silentia latè. *Quod si fortè non est tibi pectus mutabile*] si à proposito remoueri non potes. *Et stat*] quasi id fixũ animo sedet. *Rumpere vincula tori semel iuncti*] quasi violare fœdera cõiugii, quæ semel iuncta sũt. *Tori iuncti*) dixit per metonymiam: na[m] quod tenet, pro eo quod tenetur, Torus enim coniugio

I

[o]ccasionem tenet. *Hoc quoque tentemus*) [vt] coniugium violetur, & illa ab inferis reuocetur. *Siquidem*) pro si. *Remansit ieiuna*) si nihil apud inferos hausit, rũpetur torus, & reducetur. *Si minus*) si non fuit ieiuna. *Erit vxor inferni coniugis*) hab[ebit] illa Plutonẽ virũ. *Tartara iussus adit*) Missus est ad inferos Mercurius ea causa, retulitq; illã tria grana Punica comedisse: qua quidẽ ratione reuocari non poterat. Verùm in

K

E volumus consequamur. *Bis tribus*] &c. Hoc ideo fingitur, quia Luna modò augens, modò minuens lumen suum videtur apud superos & inferos æquis temporum spaciis commorari. *Cessatis*] Participium sine verbi origine, vt Erratus, Triumphatus.

Metam. refert ab Ascalapho ex Acheronte & Orne genito proditã, ea grana comedisse: propterea ille in bubonem demutatus est. *Caducifer*] Mercurius virgã serpentibus nexam ferens, quem caduceum vocant. *Iussus*] ab Ioue. *Adit tartara sumptis alis*) talaribus aliisis aureis, quæ πέδιλα ab Homero vocantur. *Redit citius spe*) ocyus quàm illa sperabat. *Et refert certa visa*) ea quæ vidit & comperit. *Rapta*) Proserpina. *Soluit ieiunia*) famẽ: nam comedit. *Tribus granis, quæ grana, tegunt Punica poma*) mala Punica. *Cortice lento*) molli & fragili. De Punicis pomis ita Plin. inquit. Circa Carthaginem Punicum malũ cognomen sibi vendicat, aliqui Granatum appellant, diuisum & in genera, apyrinum vocando, cui lignosus nucleus abest. Sed candidior ei natura, & blandiores acini, minúsque amari, distinctique membranis. Quinque species, dulcia, amara, mixta, acida, vinosa, & reliqua. *Non secus*] non aliter. *Indoluit mœsta parens*) Ceres ipsa cùm reuocari filia non posset. *Quam si fuisset modo rapta*) prius tamen leniebat dolorem, spe reuocandæ ab inferis filiæ: nunc cùm non detur, ita indoluit, ac si modò esset illa rapta: grauior enim est recens dolor, quàm tempore aliquo extenuatus. *Et vix est refecta*] quasi via recreari potuit. *Longa mora*] longo tempore. *Atque ita*] dixit. *Nec cœlum est habitabile nobis*] postea quam filia esse in cœlo non potest, nec ego cœlum colam. *Iube me quoq.*] me etiam iubeas ò Iupiter *Recipi valle tartarea*] apud inferos vt diutius cum filia esse possim. *Et factura fuit*] descensura ad inferos. *Nisi Iupiter esset pactus*] hoc Cereri promisisset. *Vt illa foret bis trib.*] hoc est, sex mensibus, cœlo.

L

PAVL. *Iupiter hanc lenit*] consolatur Cererem. *Et excusat factum*] deprecatur culpam. *Amore*] Est enim translatio criminis in amorem, vt Pluto excusatus habeatur. Et in Metam. refertur illud cùm Pluto prodisset ex inferis, ad Trinacriæ fundamenta conspicienda, cùm viderentur à Typhœo concussa, à Cupidine percussus est, & visam tum primùm virginem arsit ac rapuit. Nunc verò Iupiter Cererem leniens, pudori eum generum non esse inquit, quoniam frater est: tamen si illa filiam omnino velit, reducetur ab inferis, si in hunc diem ibi ieiuna fuerit. *Ait*]

F Iupiter. *Nec ille gener est nobis pudendus*] non est quo erubescere possumus eo genero. *Non ego nobilior*] non sum præstantior illi nobilitate: nam ex iisdem parentibus nati sumus. *Regia est mihi posita*] extructa. *Cœlo*] quasi regnum cœleste in his cecidit. *Alter*] è fratribus scilicet, hoc est, ipse Neptunus *Possidet aquas*] nam aquis dominatur. *Alter*] Pluto *Possidet inane chaos*] vacua Erebi regna. in Metam. Perebaos hoc ingens, vastique silentia regni. Verg.

Hoc

Hoc illi promisit & concessit Iuppiter, vt filia senis mensibus esset apud inferos, senis apud superos. Quod quidē ad lunam refertur, quæ partem temporis in inferiore, partem in superiore hemisphærio absumit. Vnde, quod superius quoque adduximus, Varro Proserpinam inquit lunam esse. Quę vt serpens modò in dextram, modò in sinistram, modò in superiorem, modò in inferiorem partem cœli mouetur. Et ipsa luna apud superos & inferos æquis temporum spacijs commoratur. Diuus verò Augustinus & alij ita interpretantur, vt Proserpina fœcunditatem seminum indicet, & à proserpendo ipsa Proserpina dicatur: & filia Cereris, id est, terræ: quæ cùm quodam tempore defuisset, apud inferos rapta dicebatur, vnde cessauerunt aratra, & rustica instrumenta. Sed cùm luctu publico celebrata redijsset fœcunditas, fuerunt præ gaudio solennia quædam illi instituta, præferrim Athenis, magnificentissima. *Tunc demum*] cùm permissum esset senis mensibus redire illam ad superos. *Ceres recepit vultum & animum*] & pallor mœrore contractus abijt è vultu, & animum ipsa recepit: nam recreata est ab ingenti dolore. *Et imposuit suæ comæ*] suis crinibus. *Serta spicea*] ea spicis: nam his Ceres coronatur. *Et prouenit larga*] copiosa. *Messis in aruis cessatis*] derelictis ab ipsa Cerere: aut quæ tamdiu cessauerant à procreandis frugibus sic iam reddita est aruis fœcunditas. *Et area vix cepit*] vix capere potuit. *Opes congestas*) frumentum cumulatum: quod in tam magna copia fuerat, vt capaces eius areæ non essent.

Alba decet Cererem vestis, Cerealibus albas
Sumite, nunc pulli velleris vsus abest.
Occupat Apriles Idus cognomine victor
Iuppiter, hac illi sunt data templa die.
Hac quoque, ni fallor, populo dignissima nostro,
Atria Libertas cœpit habere die.
Luce secutura tutos pete nauita portus,
Ventus ab occasu grandine mixtus erit.
Sit licèt & fuerit, tamen hac Mutinensia Cæsar
Grandine militia contudit arma sua.
Tertia post Veneris cùm lux surrexerit Idus,
Pontifices forda sacra litate boue.

ANTON. *Alba decet*] &c. Albæ vestes Cerealibus sumebantur, vel quòd lætæ deę sacra fierent, inuenta Proserpina: vel certè ob colorem, quem in aristis cernimus messis tempore. Vnde illud est: Maturis albescit messis aristis. Eædem vestes sacerdotib. congruæ sunt, autore Seruio. Statius de Amphiarao: Albáq; purpureas interplicat infula cristas. *Occupat Apr.*] &c. Omnium quidē mensium Idus, vt suprà diximus, dicatæ sunt Ioui, vt Macrob. tradit 1. Saturnaliū. Sed huius mensis Idib. Iupiter victor ideo colebatus, quòd eo die templum ei Romæ dicatum fuerat. Vouit autem Ioui victori ædem Q. Fabius, audita morte collegæ P. Decij, & voto concepto ad castra Samnitū perrexit, vbi eorum Imperator Gellius periit, cæsaq; sunt hostium millia 24. & octo capta. Post quam victoriam Fabius spolia hostium cōiecta in aceruum Ioui victori cremauit. Lege lib. vlt. 1. Dec. Liuij. Vouit & Ioui victori poculum mulsi Papyrius consul, teste eodem historico, vt Samnitū legiones funderet. Moris autem fuit apud Romanos, vt bella gesturi de parte prædæ aliquid numinib. pollicerentur. Vnde Romæ (vt inquit Seruius) templum fuit Iouis prædatoris. Sunt & alia Iouis cognomina, vt Stator, Feretrius, Pugnax, Vltor, Pistor, Inuictus, Optimus, Maximus, Tonans, ei deo diuersis rationib. attributa. Sciendum, diem hunc, hoc est Idus April. natalem fuisse Mœcenatis, teste Porphyrione. *Atria libertas*] &c. Idibus quoque April. datū est atrium Libertati. De quo Oui. alibi: Nec me quæ doctis patuerunt prima libellis, Atria libertas tangere passa sua est. Est autem atrium, vt placet Festo, ædificij genus ante ædes, continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit: dictum quasi aratrium, quòd oriatur à terra. quamuis Varro putet, & Seruius doceat, atrium esse priorem partem domus, vbi erant culinæ: sic dictam, quòd atra esset ex fumo. Atrium Libertatis nonnulli fuisse arbitrantur in Auentino, vbi constat eius deæ templum fuisse, vt scribit Festus, & Liuius meminit 3. Dec. lib. 4. cuius atrium Suet. tradit structum esse hortatu Augusti ab Asinio Pollione. Sed refectum ab eo & excultum existimare possumus, cùm longè ante Augusti tempora Libertatis atrium Romæ fuerit, vbi Tarentinorum obsides custoditi sunt: qui cùm inde profugissent, cæsi virgis, & è saxo deiecti sunt. quod atrium postea Sextus Helius Pætus & Cn. Cornelius Cethegus censores refecerunt, amplificauerúntque, vt Liuius scribit. Fuit etiam in vrbe templum alterum Libertatis, quod Clodius dirutæ Ciceronis domo in eius area dedicauit, autore Plutarcho. *Luce secutura*] &c. Admonentur nautæ, vt 18. Cal. Maias portum petāt. Est enim eo tēpore ventosa tempestas & imber, sed haud constanter, vt scribit Columel. *hac Mutinensia Cæsar Grandine militia contudit arma sua*] Cùm Antonius Brutum obsessum Mutinæ armis expellere niteretur, Augustus cum Hirtio & Pansa consulibus Bruto iussus opem ferre, Antonium castris exuit: quo tempore non modò ducis, sed etiam militis munere functus est. Nam in media dimicatione aquilifero legionis suæ saucio, aquilam humeris subijt, diúq; portauit. Nota est historia. Nota mors cōsulis vtriusq; de qua Ouid alibi: Editus hac ego sum: necnon, vt tempora noris, Cùm cecidit fato consul vterq; pari. Plutarchus autor est, Ciceronem omnes mortales in Antonium concitasse: eóq; autore & Antonium hostem esse iudicatum, & fasces Augusto decretos: victúmq; Antoniū cùm è bello Mutinensi fugeret, aquā corruptam bibisse; radicésq; & fructus syluestres cibū habuisse. Sanè Decimus Brutus Mutinæ obsessus, Labienus cognomento dictus est. *Tertia post Veneris cùm lux surrexerit Idus*] 17. Cal. Maias Fordicidia celebrantur: quæ, vt inquit Varro, dicta sunt à fordis bubus cędendis, quòd eo die publicè immolabantur boues prægnātes in curiis, quas boues fordas dicebant: vel à fœtu, vt Festo placet: vel quòd in vētre ferant. Eædem & Hordæ vocabātur, vt Varro autor est: qui, cùm in bubulo genere quatuor dicantur ætatis gradus, docet primam ætatem esse vitulorum, secundam iuuencorum, tertiam bouum nouellorum, quartam vetulorū: & discerni in prima vitulum & vitulā, in secunda iuuencum & iuuencam, in tertia & quarta taurum & vaccā: sed vaccam sterilem, tauram inquit appellari: hordam verò quæ prægnās est. & ab ea in fastis esse diem, Hordicalia. Cædebantur autē boues fordæ telluri ipsa similitudine placitutæ, vt annus fœcundior proueniret. Terra enim hoc tempore quasi grauida est. Illud etiā sciendum, quòd (vt suprà diximus) vidua quæ intra decē mēses à viri morte nupsisset, fordā bouē Numæ legib. immolabat.

PAVS. *Alba vestis decet Cererem*] qui Cereri sacrificant, habere debent albas vestes. *Sumite albas*] vestes scelicet. *Cerealibus*] in sacris Cereris, quæ Cerealia dicuntur. *Nunc abest vsus pulli velleris*] quasi vestis nigra esse in vsu non debet. *Occupat April.*] Idibus April. cōsecrata est ædes Ioui Victori: quā consecrationem multi Augusto assignāt, quòd post Actiacā victoriā ædem Ioui consecrauit. Verùm is, vt Tranquillus inquit, Tonāti Ioui ædem cōsecrauit, liberatus periculo, cùm expeditione Cantabrica per nocturnū iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruúmq; perducentē exanimasset. *Iuppiter Victor*] sub cognomēto Victoris. *Occupat idus April.*] quia eo die Festū est Iouis Victoris, & tamen omnes Idus Ioui sacræ sunt, & immolatur illi. Sed accessit hac die ædis consecratio, & victoris titulus. *Hac die*] Iduum April. *Sunt data illi templa*] constituta & consecrata templa, vt iam dictum est. *Hac quoq; ni fallor*] eadem Iduum die ædificatū & cōsecratū atrium Libertatis, quod extruxit Asinius Pollio, vt Suetonius tradit, & vbi fuerat olim bibliotheca. quod ostendere videtur Ouid. in 3. Tristium in ipso principio, cùm dicat: Nec me quæ doctis patuerunt prima libellis Atria Libertas tangere passa sua est. Libertas autem, vt est apud Florentinum Iurisconsul. de statu hominum, est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. *Hac quoq; die*] Iduum scilicet April. *Ni fallor*] ni ego decipior: quasi, rectè memini. *Libertas dignissima populo nostro*] Romano, *cœpit habere sua atria*] ab Asinio Pollione in Palatio extructa, vt ex eo loco Tristium percipi potest. *Luce sequutura*] 18 Calend. Maias, hoc est 14. die April ventus erit grandinosus: quod constat ex nautarum obseruatione. Vnde multi putāt eo die quiescendum esse in portu, nec pelago credendum, constellatione quadam sese arieti sub occasu coniungenti, ventos & grandines impellenti. Ea tamen die, quamuis turbida & grandinosa, Octau. Cæsar victor fuit bello Mutinensi. Nam cùm D. Brutus à M. Antonio Mutinæ obsideretur, Ciceronis consilio in Antonium missus est: iussusque, vt Tranquillus scribit, comparato exercitu pro prætore præesse: & cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum acceperant, D. Bruto opem ferre. Demandatum bellum 3 mense confecit duobus prælijs; Priore Antonius eum fugisse scribit, ac sine paluda-

A mento quoq;, post biduum demum apparuisse. Sequenti fatis constat non modò ducis, sed etiam militis functum munere, atq; in media dimicatione aquiliferо legionis suę grauiter saucio, aquilam humeris subiisse, diúque portasse. Huc cùm bello Hirtius in acie, Pansáque pòst ex vulnere periissent, rumor increbuit, ambos opera eius occisos: vt Antonio fugato, repub. consulibus orbata, solus victores exercitus occuparet. Pansæ quinque adeò suspecta mors fuit, vt Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Adiicit his Aquilius Niger, alterum è consulibus Hirtium in pugnæ tumultu ab ipso interemptum, &c. *Luce secutura*] quæ sequetur Idus *O nauita pete tutos portus*] eas in portū, antequam mare turbetur. *Erit ventus ab occasu mixtus grādine*] Flabunt occidui mixta iam grandine venti, Æquoreas B passim quæ modò turbet aquas. Quámque subis, tuta non à statione recedas, Ni redeat velis lætior aura tuis. *Sit licèt*

& fuerit] quamuis nunc & olim solitus sit flare ventus cum grandine. *Tamen Cæsar*] Octauius. *Hac grandine*] hac die grandinosa. *Contudit*] concussit & fudit. *Arma Mutinensia*] arma Antonij apud Mutinam. *Sua militia*] suis militibus. *Tertia post Veneris*] 17. Cal. Maiarum, hoc est 15 die April. immolantur terræ grauidæ fordæ boues in curiis. quod sacrificium à Numa institutum ferunt in agrorum & pecorum sterilitate, à Fauno per quietem monito, Egeria somnium interpretante. appellabantúrque sacra hæc Fordicidia. Vnde Varro inquit: Fordicidia à fordis bobus. Bos G forda, quæ fert in ventre: quòd ea die publicè immolantur boues prægnantes in curiis. *Cùm tertia lux*] tertia dies. *Surrexerit post idus Veneris*] post Idus April. Sic erit 17 ante Cal. nam tertius ille dies post Idus: numerando tamen, vt debes, ab ipso die Iduum *O pontifices litate sacra*] sacrificate. *Bone forda*] vacca grauida.

Forda, ferens bos est, fœcundáque: dicta ferendo.
Hinc etiam fœtus nomen habere putant.
Nunc grauidū pecus est, grauida quoq; semine terra,
Telluri plena victima plena datur.
Pars cadit arce Iouis: ter denas curia vaccas
Accipit, & largo sparsa cruore madet.
Ast vbi visceribus vitulos rapuere ministri,
Sectáque fumosis exta dedère focis,
Igne cremat vitulos, quæ natu maxima virgo est:
Luce Palis populos purget vt ille cinis.
Rege Numa, fructu non respondente labori,
Irrita decepti vota colentis erant.
Nam modò siccus erat gelidis aquilonibus annus,
Nunc ager assidua luxuriabat aqua.
Sæpe Ceres primis dominum fallebat in herbis,
Et leuis obsesso stabat auena solo.
Et pecus ante diem partus edebat acerbos,
Agnáque nascendo sæpe necabat ouem.
Sylua vetus, nulláque diu violata securi
Stabat, Mænalio sacra relicta deo.
Ille dabat tacitis animo responsa quieto
Noctibus, hic geminas rex Numa mactat oues.
Primo cadit Fauno, leni cadit altera Somno,
Sternitur in duro vellus vtrumque solo.
Bis caput intonsum fontana spargitur vnda,
Bis sua faginea tempora fronde tegit.
Vsus abest Veneris, nec fas animalia mensis
Ponere, nec digitis annulus vllus inest.
Vesper vbi est tectus, supra nouo vellera corpus
Ponit, adorato per sua verba deo.
Interea placidam redimita papauere frontem,
Nox venit, & secum somnia nigra trahit.

ANTON. *Forda, ferens bos est: fœcundáque dicta ferendo*] Ordo est: Bos ferens, fœcundáque, forda est, à ferendo dicta. *Hinc etiam fœtus*] Vult fœtus à ferendo dici. Sed sunt qui fœtum à fouendo nominatum putant, & à fœtu fœnus. *Pars cadit arce Iouis*] Fordarum aliæ in Capitolio, aliæ in curiis cædebantur, quæ fuerunt 30. vt diximus: quibus quinque postea additæ sunt. Vnde Ouid. subiungit, Terde-C nas curia vaccas Accipit. *Ministri*] sacrorum ministros dicit. *Igne cremat vitulos, quæ natu maxima virgo est*] Vestalis virgo & eius deæ ministra, quā terram esse voluit, cuius fœcunditas hoc tempore fordarum boum sacrificiis quæritur. Itaque cinis vitulorum seruabatur in tēplo Vestæ, vt inde suffimen fieret, quo populus Palilibus purgaretur. vt: I pete virginea populus D suffimen ab ara: Vesta dabit, Vestæ munere purus eris. Restabat autem id suffimen, vt infrà dicturi sumus, ex equi sanguine, cinere vituli, ac fabarum stipulis. *Rege Numa*] Docet Numam horum sacrorum autorem fuisse, qui, cùm modò siccitas, modò nimiæ pluuiæ sterilitatem facerent, consuluit Faunum, à quo sacrificandæ bouis fordæ E ritum accepit. *Luxuriabat*] nimium herbarum fundebat: quod frugibus non conducit. *Ante diem*] ante congruum tēpus. Vnde, pecorum quoque sterilitas damnabatur. *Necabat ouem*] quia immaturi partus perniciosi sunt parientibus. *Sylua vetus*] hæc fuit in Auentino. Lege Plutarchum in Numa. *Mænalio deo*] Fauno: à Mænalo monte Arcadiæ. De hoc satis dictū est suprà. *Animo quieto*] per somnum. *Vellus vtrumque*] vtraque pellis ouium, quas Numa Fauno Somnóq; mactauerat *Bis caput intonsum fontana spargitur vnda*] Bis, non ter dicit: quia Faunus, vt quidam volunt, agrestis atque infernus deus est. *Nec fas animalia mensis Ponere*] &c. neque pollui rebus Veneris, nec vesci carnibus oportebat. *Nec digitis* F *annulus vllus inest*] Quia (vt inquit Seruius) in ratione sacrorum par est & animæ & corporis causa: & plerumq; quæ non possunt circa animā fieri, fiunt circa corpus. vt soluere vel ligare vt possit anima, quod per se non potest ex cognatione sentire. Itaque Numa digitis annulos exemit, ne qua parte animo religato ad numen accederet. à quo noctu oracula in pellibus petebantur in Latio, vt diximus suprà. *Per*

sua verba] congrua. vt, Sunt & sua dona parenti. *Redimita papauere frontem*] Fingit noctem corona papauerea coronatam, quia somnum inducit.

PAVL. *Forda ferens bos est*] H Definitio vocabuli, quòd bos forda dicitur, quæ grauida est, hoc est, quæ fert. *Et fœcunda, dicta à ferendo*] & superius à facio fœcundum deduci diximus. Verùm poëta id quoque à ferendo dictū censet, quòd ferax sit, & sæpe fructum ferat. *Hinc etiam*] à ferendo. *Putant habere nomen fœtus*] quòd fœtus & fœtura à ferendo dicatur. Fœtus enim I est, quod ex mulieribus, vel pecoribus nascitur: & multi à fouendo deduci putant. Inde & fœtura, hoc est, genitura, quę pro toto animalium prouentu poni consueuit. Vergil. in Buc. Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. Quod verbū elegantissimè Plinius transtulit ad scriptum opus, cùm in principio magni illius operis de Naturali histor. ad Do- K mitianum dicat: Opus natum apud me proxima fœtura licentiore epistola narrare constitui, &c. Præterea & fœtam dicimus tam prægnantem quàm quæ peperit. Vergilius in Buc. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas: & in Æneide: Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro Procubuisse lupam, &c. *Nunc*] in mense Aprilis. *Pecus est grauidum*] grauidę oues, capellæ, boues, equæ, & similia. *Terra quoque grauida semine*] retinent semina, quæ adhuc superius ad maturitatem non ascenderunt. *Victima plena*) grauida. *Datur*) immo- L latur. *Terra plena*) grauidæ. *Pars*) victimarum. *Cadit*) immolatur. *Arce Iouis*) in templo Iouis Capitolini. *Curia accepit terdenas vaccas*) pro numero curiarum vaccæ 30 ipsis curiis immolantur. Vnaquæque enim curia suam vaccam mactat. Triginta autem curias fuisse, superius diximus, Varro quoque in curiis, non in curia dixit. *Et sparsa*) vnaquaque curia. *Cruore largo*) largè & abundanter profuso. *Madet*) madescit infecta ipso sanguine. *Ast vbi*) postquam *Ministri*) sacrorum. *Rapuerunt vitulos visceribus*) qui concepti intra viscera vaccæ, adhuc retinentur, dum immolantur matres: sic emactatæ victimæ vitecribus rapiuntur. *Et dedere exta*) intestina. *Secta*) & rectè

Secta, cùm ea diis prosecentur, quæ maximè extant, prominéntque. *Foci fumosi*] vbi exta adurantur. *Virgo, quæ natu est maxima*] quæ esset maior ætate cæteris virginibus Vestalibus. hoc est, prima Vestalium. *Cremat igne vitulos*] eos qui e visceribus rapti erunt, cremat & redigit in cinerem. *Vt ille cinis*] cremati vituli. *Purget populos luce Palis*] In Palilibus expurgabatur populus suffitione sanguinis equini, & ipsius cineris, & stipulæ fabarum: de quo paulo pòst dicemus. *Rege Numa, fructu*] Aggreditur nunc ipsam sterilitatem, quæ regnante Numa fuerit, vnde habuerit initium mos mactandarum boum. *Vota colentis*] agricolæ. *Decepti*) ab ipsa agrorum sterilitate. *Erant irrita*] inania: quia fructum non consequebantur. *Rege Numa*] cùm regnaret Numa: de quo multa superiore libro diximus. *Fructu non respondente labori*] cùm aut paruum, aut nihil ex agro perciperetur, ita vt suus labori fructus minimè referretur. *Nam modò annus erat siccus gelidis aquilonib.*] cùm flarent septentrionales venti, qui frigora & serenitatem nobis afferunt: erant sicca tempora sine pluuia, sic ipsa siccitate inferebatur sterilitas. *Nunc ager luxuriabat aqua assidua*] nimio humore luxuriabant agri. Luxuria quidem est interdum intempestiua abundantia. Vnde apud Vergilium: Luxuriam segetum tenera depascit in herba. Sic tunc intempestiua abundantia ad maturitatem non proueniebat. & luxuria est nimia profusio. Inde est illud Ciceronis: Quàm sit turpe, dessinere luxuria. At desfluebat agri, cùm steriles simul & fertiles herbas effunderent, vt à sterilibus Cereres confunderentur. *Sæpe Ceres*] Per denominationem. hoc est, ipsa seges. *Fallebat*] decipiebat. *Dominum in primis herbis*] cùm tenellæ adhuc essent herbæ, ad maturitatem non peruenirebant.

Et auena leuis] sterilis. vt apud Vergil. Steriles dominantur auenæ. *Stabat in solo obsesso*] tellure quam obsidebat, vbi surgere fructiferas fruges non patiebatur. Ideo & Plinius primum omnium frumenti vitium, auenam esse ostendit. *Et pecus edebat*] emittebat. *Partus acerbos*] immaturos. *Ante diem*) intempestiuos. & in ipsis pecudibus erat sterilitas eadem ratione. *Agna sæpe necabat ouem*) matrem. *Nascendo*] cùm intempestiue oriretur, matri inferebat exitium. *Sylua vetus*) Numa ea sterilitate motus, accessit in syluam in qua Faunus oracula reddere solebat. Mactatisque ouibus sacrificauit: & quieti postea stratis velleribus sese dedit. *Stabat sylua vetus*) Et videtur scribere syluam Laurentinam, vbi erat oraculum Fauni. quamuis Maro videatur de Tyburtino agro intelligere. Sed de eo diximus in 7. Æn. *Et nulla dum securi violata*) non enim erat sylua cædua, cùm nulla ibi securi cæderetur arbos. Syluā à Græco dici volunt: nam ὕλη, sylua dicitur. ὕλην etiam materiā dicant. & quod ea tempore scribitur velocissimè, Sylua vocatur. De quo Fabius Quintil. lib. 10. Diuersum, inquit, est eorum vitium, qui primò decurrere per materiam stylo quàm velocissimè volunt: & sequentes calorem atque impetum, ea tempore scribunt, hanc syluam vocant, &c. *Sacra sylua roborea deo Mænalio*) Fauno seu Pani Arcadi, à Mænaliis Arcadiæ montibus. De hoc diximus in primo & in secundo. Verùm qui in Latio dabat responsa, ad Arcades referre non debemus. Nam erat numen Latinum, & Latini regis pater. Vnde in 7 Æn. Vergilius: At rex sollicitus monstris oracula Fauni Fatidici genitoris adit. Fuitque hic Pici filius. Confudit itaque historiam aut fabulam, cùm de Arcade dicat. Sed de hoc Fauno alio loco dicemus. *Ille*) Faunus. *Dabat responsa tacitis noctibus*) animo quieto: hoc est quasi noctu per quietem edebat oracula. sicut eodem in loco ostendit Verg. *Rex Numa mactat*) immolat. *Geminas*) duas. *Oues hic*) in hac sylua. *Prima*) ouis. *Cadit Fauno*) immolatur ad honorem Fauni. *Altera* ouis. *Cadit leui Somno*) immolatur deo somniorum.

Vtrumque vellus] pellis vtriusque ouis. *Sternitur in dura solo*) sternuntur humi pelles super quib. noctu requiescat: quemadmodum fecisse Latinum Maro scribit. *Bis spargitur caput intonsum*) crinitum. *Vnda fontana*] vt se ab omni crimine expiaret, aspersit se viui fontis aqua. vt est illud, donec me flumine viuo Abluero. Sed hoc in loco non pro cæde, at vt expurgatus esset ad explorandas deorum mentes. *Bis tegit sua tempora fronde faginea*] bis sibi caput fago coronauit. *Vsus abest Veneris*] quasi abstinet ab omni coitu, vt nihil polluti esset, à quo numina abhorrerent. *Nec fas*] nec licet. *Ponere animalia mensis*) apponere carnes: nam & abstinebat ab esu carnium. *Nec vllus annulus inest digito*) & annulos quoque deponebant, vt sine cultu procederet. *Vesper vbi tectus*] quasi post occasum vesperis, circiter secundam horam noctis. *Ponit corpus supra noua vellera*] ouium pelles, quas humi strauerat: se etiam ipsis strauit, & quieti se dedit. *Adorato deo per sua verba*] cùm ipsius numen suis precibus adorasset. *Interea pauidam*] Cùm Numa noctu concubia quieti se dedisset, venit Faunus, & monuit placandam esse tellurem duum boum morte, ita vt vna iuuenca cæsa duas exhiberet. Mœstum regem huius oraculi ambage, docuit Egeria mactandam esse bouem grauidam: quo facto, reddita est agris & pecoribus fœcunditas. *Interea nox*] De ea parte noctis, quæ Concubia dicitur, intelligit, cùm corpora quieti se dederint. Nam paulo antè primam partem noctis ostendit per occasum vesperis. *Redimita placidam frontem papauere*] habens caput papauere coronatum: propterea quòd id, vt iam diximus, somnum inducat, dat illa secum soporem, quem regi & cæteris animalibus incussit. *Et trahit secum somnia nigra*] ea quæ sub variis formis dormientibus sese ostendunt. De quibus in Metam. latius agit poëta. *Nigra*] pro nocturno tempore: vel quòd eorum sedes sit in Erebo, vbi omnia nigra. etiam quòd clausis oculis omnia nigra videntur.

Faunus adest, ouiúmque premens pede vellera duro
Edidit à dextro talia verba thoro:
Morte boum tibi rex tellus placanda duarum,
Dètque sacris animas vna iuuenca duas.
Excutitur terrore quies, Numa visa resoluit,
Et secum ambages, cæcáque iussa refert:
Expedit errantem nemori gratissima coniunx,
Et dixit, grauida posceris exta bouis.
Exta bouis grauidæ dantur. fœcundior annus
Prouenit, & fructum terra pecúsque ferunt.
Hanc quondam Cytherea diem properantius ire
Iussit, & æthereos præcipitauit equos,
Vt titulum imperij quamprimum luce sequenti
Augusto iuueni prospera signa darent.
Sed iam præteritas vbi quartus Lucifer Idus
Respicit, hac Hyades Dorida nocte tenent.
Proxima cùm veniet terras visura patentes

ANTON. *Pede duro*] caprino per quem terræ soliditas ostenditur. Sanè aptè hoc loco per deum terrenum atque inferum explicatur ratio placandæ telluris. *Cæcaque iussa*) obscura: quæ interpretari rex, quamuis prudentissimus, nesciebat. *Expedit errantem nemori gratissima coniunx*. Egeria Numæ rem aperit nympha nemoris Aricini. *Hanc quondam Cytherea diem properantius ire iussit*] Venus cui mensis Aprilis dicatus est, iussit aliquando hunc diem celeriter ac solito citius labi, vt succederet dies qui est 16. Calendas Maias, quo Augustus titulum cepit imperij. Constat autem eum adeptum esse magistratus atque honores ante tempus. Cepit enim primum consulatum vigesimo ætatis anno, teste Suetonio: siue vt Solinus & alij scribunt, decimooctauo. Idémque post Hircij & Pansæ interitum, cùm M. Antonius fugam arripuisset, dux ab exercitu salutatus est. *Hac Hyades Dorida nocte tenent*] Doris est Oceani filia, & vxor Nerei, quā poëtæ nonnunquam pro mari ponunt. vt, Doris amara suam non intermisceeat vndam. Dicit ergo Hyades 15. Cal. Maias, qui dies quartus ab exclusis Idibus numeratur, occidere vesperi, sidus vehemens & terra marique turbidum, vt inquit Plinius, qui etiam scribit eas vesperi occidere Cæsari, 15. Cal. Maij: appellarique vulgo Palilicium sidus, quoniam 11. Calend. Maij festum deæ Palis atq. vrbis Romæ natalis est, quo ferè serenitas redditur post pluuias, quas Hyades faciunt. Vnde illud est Vergilij in 1. Æneid. Arcturum pluuiásq. Hyadas. Sunt autem Hyades (vt placet Seruio) stellæ in fronte Tauri: quæ cùm oriuntur & occidunt, pluuias cient. Quare ab eo quod est ὕω, id est pluo, Hyades appellatæ sunt. Licèt alij ab υ litera eas dictas puta-

A nerint. Alij ὑπὸ τῶν ὑῶν, id est à suibus: quoniam in suis formatæ sunt faciem. Easdem stellas Latini suculas vocant, vel à succo: vel, vt scribit Aulus Gellius, dissentiens à Tirone liberto Ciceronis, quia, vt quod Græci ὑπὲρ, nos super dicimus: sic stellæ quæ ab illis Hyades, à nobis primò Syades, deinde Suculæ appellatæ sunt. quas idem Aulus Gellius non esse inquit in Tauri capite, vt Tiro dicit, cum nullum videatur præter eas Tauri caput: sed ita sitas esse in circulo, qui Zodiacus dicitur, vt ea earum positu species quædam & simulacrum esse videatur Tauri capitis. sicut reliqua imago Tauri conformata est locis regionibúsque earū stellarum quas Græci Pleiadas, nos Vergilias vocamus. Fuerunt autem Hyades, vt alij dicunt, Atlantis filiæ: vt alij, Liberi nutrices. *Promissaque Venus*] 14. Calendas Maias ex Ariete sol abit in Taurum: siue 15. Calendas, vt scribit Columella. Nam

B versus ille, Tertia post Hyadas cùm lux erit orta remotas: non antecedit transitum solis in Taurum, vt in emendatissimis codicibus legimus, sed sequi debet. Est autem sciendum, Taurum non à capite aut fronte, sed à dorso in ortum ferri, vt autor est Seruius. Hic Taurus est, qui Europam trāsuexit in Cretam, vt Euripides fabulatus est, qui secundum Higinum constat quatuordecim stellis. Dicitur autem maior victima, vel quia sine dubio Ariete maior est, quia Taurus fuit victima triumphantium, vt, Hinc albi Clitumne greges & maxima taurus Victima. De albis enim tauris sacrificabant triumphantes, autore Seruio. Hoc signum Zodiaci, quemadmodum & alia, ad naturam solis refertur, quod Ægyptius cultus ostendit. Lege Macrobium in Saturnalibus. Nonnulli volunt Io quæ in bouem conuersa est, à Ioue in cœlum fuisse translatam: cuius prior pars apparet tauri effigie, reliquum corpus obscurius videtur. Lege Higinum.

PAVL. C *Adest Faunus & premens*) calcans. *Vellera ouium*) pelles instratas. *Duro pede*] Respicit ad Faunum Arcadem, cùm sit capripes. *Edidit*) protulit. *Talia verba a dextro thoro*] à dextra thori parte. *O rex*] Numa. *Tellus est placanda tibi*] placare tellurem debes. *Morte duorum boum*) immolato duos boues. & in hoc non erat ambiguitas: sed quæ sequuntur verba fecere ambiguitatem. *Vna iuuenca*) quam tu mactabis. *Det sacris duas animas*] vt vnius mactatione, duæ animæ immolentur. *Excutitur quies*) somnus. *Terrore*) nam per quietem exterritus ambiguo oraculo somnū excussit. *Numa visa resoluit*) quæ dormienti visa sunt. *Et refert secum ambages*) obscura oracula per verborum circuitus. *Et iussa cæca*) obscura, quæ non intelligebat. *Coniunx*) Egeria. De qua in tertio. *Gratissima nemori*) Aricino. *Expedit errantem nemori gratissima coniunx*) soluit ambi-

D guitatem, & regem ab errore liberauit. *Et dixit, Tu posceris exta bouis grauidæ*] vberis prægnantem vaccam immolare. *Dantur*) libantur diis. *Exta bouis grauidæ*) nam bos grauida immolata est. *Annus prouenit fœcundior*) magna fuit eo tempore fœcunditas, magnaque fructuum copia ex agro prouenit. *Et terra & pecus ferunt fructum*) & ex agro & pecore prouenēre fructus. *Hanc quondam Cytherea*) Venus, quæ præest Aprili mensi, post Mutinensem victoriam, præcipitem hanc Fordicidiorum diem impulit, vt accelararet dies sequens, qui est decimusſextus calendarum Maiarum, quo die Octauius Cæsar adolescens crearetur à militibus

G imperator. Mortuis enim Hirtio & Pansa consulibus, & fugato M. Antonio, Octauius qui pro prætore fuerat, pro duce à victore exercitus salutatus est. Cui, vt in Epitomate Liuij habetur, parum gratus senatus fuit: qui Bruto ab obsidione Mutinensi ab Octauio Cæsare liberato, honore triumphi decreto Cæsaris, militúmque eius mentionem non satis gratam habuit: ob quod Cæsar reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit. Et præclusis aduentu eius his qui in eum iniqui erant, cùm annos decem & octo haberet, consul creatus est. *Cytherea*) Venus.

Iussit quondam hanc diem) Fordicidiorum. *Ire*) labi. *Properantius*) celerius. *Et præcipitaui*) præcipites & celeres egit. *Equos æthereos*) qui per æthera solis currum agunt. *Vt quamprimum luce*) die sequen-

H ti quæ Fordicidia sequebatur. *Prospera signa*) victores milites sub fœlicibus signis. *Darent Augusto iuueni*) Octauio adolescenti, quia non iam Augustus vocabatur. *Titulum imperij*) vt iam mortuis consulibus pro imperatore esset. *Sed iam præteritas vbi quartus luxerit idus Respicit, hac Hyades Dorida nocte tenent.* Eadem die decimasexta calend. Maias est occasus Hyadum, quæ & suculæ dictæ: vt alij, quinque, vt alij, septem stellæ sunt in fronte Tauri: fueréque Atlantis ex Æthra filiæ. Sed fabula inferius referetur. Cicero ab ὕειν, quod est pluere, dictas putat. Plinius his etiam diebus earum occasum ostendit. Inquit enim: Decimoquarto calend. Maij, Ægypto suculæ occidunt vesperi, sidus vehemens, & terra marique turbidum: decimosexto Atticæ, decimo-

I quinto Cæsari. continuóque triduo significat. *Sed iam vbi quartus luxerit*] quartus dies. *Respiciet idus præteritas*] quæ iam præterierunt: hoc est, quarto die post idus. *Hyades*) suculæ. *Tenent hac nocte Dorida*] occidunt, & tenent mare. Dorida Hesiodus in Theogonia nympham esse inquit, Oceani ex Thety vxore filiam, ex qua magnus nympharum numerus natus est. Et à poëtis sæpe Doris pro mari ponitur, vt hic. & apud Virgilium: Doris amara suam non intermisceat vndam.

Memnonis in roseis lutea mater equis,
De duce lanigeri pecoris, qui perdidit Hellen,
Sol abit, egressa victima maior adest.
Vacca sit, an taurus, non est cognoscere promptum:
Pars prior apparet, posteriora latent.
Seu tamen est taurus, siue est hoc fœmina signum,
Iunone inuita munus amoris habet.
Tertia post Hyadas cùm lux erit orta remotas,
Carcere partitos circus habebit equos.
Cur igitur missa iunctis ardentia tædis
Terga ferant vulpes, causa docenda mihi est.
Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.
Hac ego Pelignos, natalia rura petebam,
Parua, sed assiduis humida semper aquis.
Hospitis antiqui solitas intrauimus ædes,
Dempserat emeritis iam iuga Phœbus equis.
Is mihi multa quidem, sed & hæc narrare solebat,
Vnde meum præsens instrueretur opus.
Hoc, ait, in campo (campúmque ostendit) habebat

ANTON. *Mater Memnonis*) Aurora, ex qua & Tithono natus est Memnon. *Pars prior apparet*] Mendosus est apud omnes Higini locus, vbi Propior legitur, pro eo quod est Prior. *Posteriora latent*] Nonnulli huic Tauro caudam tribuunt, vt Columella, & Plinius, qui ait esse in fronte Tauri suculas, in cauda septem,

E quas appellauere Vergilias. *Tertia post Hyadas cùm lux erit orta remotas*] &c. duodecimo Calendas Maias Equiria in Circo maximo celebrantur, & vulpes incenduntur, siue comburuntur fugientes, vt pœnas luant incensæ messis agri Carseolani. Cùm enim apud Carseolos oppidum Latij, rusticus quidam vulpi à se captæ, ac fœno & stipulis

F inuolutæ ignē admouisset, ea fugiens, vniuersam agri Carseolani messem absumpsit incendio. Quare vulpes cerealibus stipulis vrebantur implicitæ, quòd Cereris muneribus obfuissent. Qua de causa et deæ porca cædebatur, vt diximus suprà. Sanè tertiam diem accipe, excluso die occasus Hyadum. *Circus habebit equos*) Hi non semel tantùm è carceribus emittebantur, sed & sæpes, vt quidam putant.

K Vnde illud est Martialis: Nemo quater missos currere sensit equos. *Natalia rura petebam*, per Valeriam viam, quæ à Tiburtinis capiēs initium, vt docet Strabo, ad Marsos, & Corfiniū Pelignorum metropolim ducit: in qua Latinę vrbes sunt, Valeria, Carseoli, & Alba. *Assiduis aquis*) Ipse alibi: Sulmo mihi patria est, gelidis vberrimus vndis. *Emeritis*] Sumptū à militibus, qui emeriti

L appellantur, cùm adepti sunt militiæ vocationē.

PAVL. *Tertia post Hyadas*) &c. Decimoquarto calendas Maias erant Equiria in Circo maximo, inter Palatium & Auentinum. Eadémque die est vulpium fugientium cōbustio. Quod vnde habuerit originem, Poëta ipse explicat. *Cùm erit tertia lux post remotas Hyadas*) cùm fulserit tertia dies post occasum Hyadum & designat decimumoctauum diem mensis. *Circus habebit equos partitos*) diuisos, & ordine

dispositos. *Carcere*] in ipso repagulo, vnde ad cursum emittuntur. *Cur igitur vulpes missa*] dimissæ. *Tædis iunctis*] facibus alligatis. Tæda enim ea generibus arborum picem ferentium, flammis atque lumini factorum etiam grata. *Feruntur ardentia terga*] nam accensas tædas ferentes emittuntur, & fugientes aduruntur. *Causa docenda mihi*] quasi docebo, vnde hic mos habuerit originem. *Vulpes*] seu volpes dicta est, vt Ælius inquit, Varrone teste, quòd pedibus volet. Verùm Græcè ἀλώπηξ dicitur. *Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis Terra*] &c. Adurendarum eo pacto vulpium morē originē habuisse refert ab adolescente quodam, filio cuiusdam rustici Carseolani: qui cùm maturis frugibus vulpem laqueis implicitam comprehendisset, eam stipula inuoluit, & accenso igne dimisit. Fugiens illa, maturas fruges adussit. Id singulis annis referebatur, quòd vulpes Cereri ob adustas fruges pœnas darent. Poëta id se didicisse dicit ab hospite Carseolano, cùm è Roma in Pelignos rediret. *Frigida terra est Carseolis*] Carseoli numero multitudinis vrbs erat. Carseolani dicuntur coloni. In via Valeria sunt, medio quidem spacio inter vrbem & Marsorum municipium, in quo ego natus sum. Erántque Carseoli vna ex claris Æquorum vrbibus. Carseolana mihi teneros dilecta per annos Lux erat, & iuris debuit esse mei. Sed fortuna mihi partos inuidit agellos, Diuitiásque omnes sustulit illa meas. Nam periit montana domus, generosa propago: Cui fata atque homines, diique fuere truces. Iam pia quæ in miserum fortuna redundat alumnum, Nulla sit, vt merito gratia parta meo. Sed hoc Poëta dicit, Carseolana terra frigida est. *Nec apta oliuis ferendis*] ad procreandas oleas. Gaudent enim oliuæ calido solo, vt in Georgicis diximus. *Sed ager ingeniosus ad segetes*] à natura dispositus ad fruges. nam frugum ferax est. *Hac*] per hanc terram. *Ego petebam Pelignos*] redibam in patriam. Vnde dicti sunt Peligni, diximus in tertio libro. *Rura natalia*] in quibus ego natus sum. Et alio loco inquit, Peligni ruris alumnus. *Parua*] quidem rura. *Sed humida aquis assiduis*] quæ opposita aquis assiduè fluentibus, eas accipiunt, & ab iisdē irrigantur. Plura enim sunt flumina in Pelignis. *Intraueramus solitas ædes antiqui hospitis*] ingressus sum domum hospitis Carseolani, quò recipi hospitio sæpe consueueram. *Iam Phœbus dempserat iuga equis*] soluerat equos à curru. *Emeritis*] labore diei. Et est translatio à militibus, cùm emeritis datur vacatio. Iam sol occiderat. E Roma enim Carseolos iustum est vnius diei iter. *Is*] hospes. *Solebat multa quidem narrare*) multa mihi referebat. *Sed & hec*] etiam narrabat, quæ ad rationem vulpium pertinebant. *Vnde*] ex quibus relatis. *Instrueretur præsens opus meum*] Fastorum opus, quod in præsentiarum scribimus, cùm ad Fastorum rationem mos quoque ille pertineat. *Ait in hoc campo*] & ostendit campum, qui ipsi Carseolorum vrbi adiacebat.

ANTON. *Dure*] constanter agri colendi laborem, & difficilia tolerāti. *Peragebat*) perfectè colebat, atque tractabat. *Hæc modò verrebat stantem tibicine telam*] Lignum accipe, quo tela sustinetur. Nam & in ædificiis tibicines appellamus, quibus ea sustinentur. In qua significatione (vt quidam volunt) aut plurali vtimur numero, aut tantùm ablatiuo singulari. vt, Nos vrbem incolimus tenui tibicine fultam. Hinc & Tibicines versus dicim᷑, quibus additur aliquid ad solam metri sustentationem. vt, Aspectans syluam immensam, & sic forte precator. &, Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Seruius alia leuissimis versibus scripsit, quos per totum pro tigillis vel tibicinibus interponi à se dicebat, ad sustinendum opus, donec solidæ columnæ aduenirent. Dicti autem tibicines in ædificiis existimantur, autore Festo, à similitudine tibiis canentium: qui vt cantantes sustinent, ita illi ædificia. Sanè verrere est trahere, aliàs vertere vel mundare. *Grato calfacit igne focum.* Manifestè hoc loco apparet, focum non esse ignem, sed locum qui ignem fouet. *Et tamen*] quamuis igne domum calefaciat, texit tamen, vt arma & vestes aduersus vim frigoris paret. *In conualle salicti*] Conuallis est planicies ex omni parte montibus comprehensa. Nam vallis est duobus lateribus inclusa planicies. *Abstulerat multas illa cohortis aues*] Cohors in villa ex pluribus tectis coniungitur, vt vnū quiddam fit, vt autor est Varro. Vnde sic dicta existimari potest, quòd circa eum locum coërcetur pecus. Quidam cortem, siue cohortem appellant tantùm domus partem, vbi seruantur altilia. quod non placet. Nonius spacia inquit esse villarum intra maceriam. Cæterùm cohors militum nominata videtur, quòd vt illa ex pluribus tectis coniungitur, ita hæc ex manipulis pluribus copulatur. *Monumenta manent*) quia vulpes seruandæ memoriæ gratia comburuntur: eius videlicet incendii, quod vulpes capta à rustico excitauit. *Et quia lex est*] vt quo die vulpes comburuntur, Carseolana vulpes non nominetur. *Dicere certam Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat*] Figura est Hypallage.

Rus breue cum duro parca colona viro.
Ille suam peragebat humum, siue vsus aratri,
Seu curuæ falcis, siue bidentis erat.
Hac modò verrebat cum raro pectine pratum,
Nunc matris plumis oua fouenda dabat.
Aut virides maluas, aut fungos colligit albos,
Aut humilem grato calfacit igne focum.
Et tamen assiduis exercet brachia telis,
Aduersúsque minas frigoris arma parat.
Filius huius erat primo lasciuus in æuo,
Addiderátque annos ad duo lustra duos.
Is capit extremi vulpem conualle salicti,
Abstulerat multas illa cohortis aues.
Captiuam stipula fœnóque inuoluit, & ignes
Admouet, vrentes effugit illa manus.
Quà fugit, incendit vestitos messibus agros,
Damnosis vires ignibus aura dabat.
Factum abiit, monumenta manent. nā dicere certā
Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.
Vtque luat pœnas, genus hoc Cerealibus ardet:
Quóque modo segetes perdidit, ipsa perit.
Proxima cùm veniet terras visura patentes
Memnonis in roseis lutea mater equis,

PAVL. Nam hoc dicit: Certa & fixa lex vetat Carseolanā vulpem nominari, quæ infausta & execrabilis tā perniciosum excitauit incendium. Fuit & illud monumentum rei, quòd vulpes vrebantur Cerealibus stipulis inuolutæ. *Parca colona*] rustica, seu colona vxor. *Cum viro duro*] patiente & tolerante laborum. Nam durum interdum patiens & perseuerans est. Inde est illud Virgilii, Scipiadas duros bello. & illud: Gēs dura, atque aspera cultu. *Habebat breue rus*] exiguum agellum. *Ille*] colonus. *Peragebat*] colebat. *Suam humum*] quasi suum agellum. *Siue erat vsus aratri*) siue aratro terram proscindebat. *Seu falcis curuæ*] siue falce fruges secabat. *Siue erat vsus bidentis*] seu terram bidente fodiebat. *Hæc*] rustica colona coniunx, cū ita se vir exerceret. *Ipsa modò verrebat pratum cū raro pectine*] cum rastro paucorum dentium pratum vertens fœnum colligebat. *Nunc dabat oua fouenda matris plumis*] supponebat oua, vt foeta & calefacta incubante gallina pulli nascerentur. *Aut colligit virides maluas*] quæ aluum molliunt, vt Plinius inquit. illa colligebat, vt epulas pararet. *Aut albas fungos*) qui in pratis nascuntur. Vnde Horatius, Pratalibus optima fungis. *Aut calefacit humilem focum grato igne*] accendebat ignem in suis focis, pro decoquendis oleribus, & cæteris. *Et tamen exercet*] defatigat brachia. *Telis assiduis*] colo & fuso. Tela pendula, quæ sunt arma muliebria. *Et parat arma aduersus minas frigoris*] parat vestes, nendo & texendo, contra hyberna frigora. *Filius huius*] colonæ scilicet. *Lasciuus in primo æuo*] in prima ætate: nam adhuc puer. *Addiderat duos annos ad duo lustra*] decēnio biennium addiderat. sic duodecimum erat natus annum. *Is*] puer. *Capit vulpem in conualle extremi salicti*] laqueis apprehendit vulpem in conualle. vbi sunt extremæ illæ salices, aut vbi finis erat salicti. *Illa*] vulpes. *Abstulerat*] rapuerat. *Multas aues cohortis*) pullos è cohorte. Cohortem appellamus illud spacium medio loco villæ, ad similitudinem atrii, cui spacio plura tecta coniunguntur. Inde de Militari Varro inquit: Cohors, quòd vt in villa ex pluribus

tectis coniungitur, ac quidem fit vnum, sic is ex manipulis pluribus copulatur. Cohórsque in villa, quòd circa eum locum pecus coorceretur. *Inuoluit captiuam*] puer ille implicat vulpem quam ceperat. *Stipula & fœno*) paleis, & fœnu aridu. *Et admouet ignes*] & succendit ignem in stipula circa vulpem. *Illa*) vulpes. *Effugit manus vrentes*) manus pueriles, quæ eam vrebant. *Quà fugit, accendit agros vestites messibus*] quacunque parte fugiebat vulpes, accendit fruges iam in agris cultis maturas. Vestitos dixit, cùm sint quatuor genera agrorum: nudus, consitus, pascuus, floridus. Nudus est, qui cultura vestitur. Vestitos ergo, quia erant in his fruges. *Aura*) ventus. *Dabat vires ignibus damnosis*] damnũ frugibus inferentibus. Vento enim coalescebat ignis. Inde Sappho: Vrar, vt indomitis ignem exercentibus euris, Fertilis accensis messibus ardet ager. *Factum abijt*] præterit quod tunc factum est. *Monumenta manent*] remansit apud posteros memoria, & ea seruatur. Nam vt Vlpianus iurisconsultus inquit, monumentum est, quod seruandæ memoriæ gratia extitit. *Nam nunc quoque lex Carseolana vetat dicere certam vulpem*] Manet, inquit, memoria facti. Nam cùm eodem modo plectatur vulpes, ex lege Carseolana cautum est, ne ad id certa vulpes constituatur. Nam, *dicere*, constituere interdum est. Constituta ad id certa vulpes esse non debet: sed vt antiquum factum referatur, quæ hoc tempore laqueis capitur, ea incendio plectatur, non quæ prius parata esset. *Et vt hoc genus*] animalium scilicet. *Luat pœnas*) supplicio afficiatur. *Ardet cerealibus*] stipulis & paleis frugum. *Et perit ipsa*] vulpes. *Quo modo perdidit segetes*] eo modo quo adussit fruges, aduritur & ipsa. *Proxima cùm veniet terras visura patentes, Memnonis in roseis lutea mater equis*] &c. Decimotertio calendas Maias

sol Ariete relicto, Taurum init: qui taurus inter astra constitutus dicitur, quòd Europam incolumem transuexit in Cretam, vt Euripides dicit. Nonnulli autem volunt, cùm Io in bouem sit conuersa, vt ei Iupiter satisfacere videretur, constituisse, quòd eius propior pars apparet, vt tauri, sed reliquum corpus eius obscurius videatur. Spectat autẽ ad exortum solem: cuius oris effigiem quæ continent stellæ, Hyades appellantur, de quibus suo loco dicemus. Taurus ad exortum signorum dimidia parte collocatus, vt incipere geno, ac defigere ad terram videatur. Caput eodem habens accentum, genua eius à reliquo corpore diuidit circulus æquinoctialis. Cornu sinistro coniungitur cum sinistro pede eius, qui auriga appellatur. Inter huius finitionem corporis, & Arietis caudam, stellæ sunt, quas Vergilias nostri, Græci Pleiades appellauerunt. Hic cluius occidit & exoritur. Habet in cornibus singulas stellas, sed sinistro clariorem: in oculis singulas, in fronte mediam vnam, ex quibus cornua locis nascuntur singulis: quæ septem stellæ Hyades nuncupantur. etsi nonnulli quas duas diximus nouissimas, stellas negauerint esse, vt omnino Hyades essent quinque. Præterea in sinistro genu priore habet stellam vnam, & super vngula vnam, in dextro genu vnam, & inter scapulas tres, nouissimam earum cæteris clariorem, in pectore vnam, quæ sunt omnino præter vergilias quatuordecim. *Cùm mater Memnonis*] Aurora. *Proxima*] ipsis Equiriis: hoc est, dies sequens. *Lutea*] crocea. nam luteus color propriè (vt Marcellus inquit) crocinus est. Virgil. in Bucol. Iam croceo mutabit vellera luto. Et in Æneide: Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. *Veniet in equis roseis*] rubicundis. *Visura terras patentes*] hoc est, cùm sequens aurora diem referet.

De duce lanigeri pecoris, qui perdidit Hellen,
Sol abit, egresso victima maior adest.
Vacca sit, an taurus, non est cognoscere promptum.
Pars prior apparet, posteriora latent.
Seu tamen est taurus, siue hoc est fœmina signum,
Iunone inuita munus amoris habet.
Nox abijt, oritúrque aurora, Palilia poscor:
Non poscor frustrà, si fauet alma Pales.

ANTON. *Nox abijt, oritúrque aurora, Palilia poscor: Non poscor frustrà, si*] &c. Palem deam pabuli, alij Vestam, alij matrem deûm esse volunt, autore Seruio: cui vndecimo calendas Maias sacra soluebantur, teste Solino. Quamuis sunt, qui duodecimo calendas ea tradiderint celebrari: quæ (vt inquit Varro) à Pale Palilia dicta sunt, vt à Cerere Cerealia. Eadem tamen & Parilia dicebantur: vel quòd is dies, quo serenitas reddebatur, lucem parere videretur: vel quòd (vt autor est Festus) pro partu pecoris Pali sacra fierẽt, quæ pastorum dea putabatur: quibus mos fuit, Palilibus ouilia purgare, transilire flãmas, lacte, sapa & milio sacra persoluere, necnon & conuiuia celebrare, vt, Annua pastorum conuiuia, lusus in vrbe, Cùm pagana madent fercula diuitiis. Quo tempore obseruatum est, ne qua hostia cæderetur, autoribus Plutarcho & Solino: vt dies vrbis Romæ origine consecratus, purus esset à sanguine, quamuis Tarũtinus quidam (vt scribit Plutarchus) voluerit Romulum quinto idus Aprilis vrbis fundamenta iecisse, cui fidem non adhibemus, cùm multorum traditionibus constet Romam Palilibus conditam. Vnde illud est Propertij: Vrbi festus erat, dixere Palilia patres, Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

PAVL. *Sol abit*) discedit. *De duce pecoris lanigeri*) ab Ariete, qui dux est lanati gregis. *Qui*] Aries *Perdidit Hellen*] quæ ex eo in pontum decidit, vt superiore libro diximus. *Egresso*) soli scilicet ex Ariete. *Inest maior victima*] inest taurus, qui longè maior ariete. *Non est cognoscere promptum*) non habetur in promptu, vt facilè cognosci possit. *Vacca sit an taurus*] siue mas, siue fœmina sit. *Pars prior apparet*] anteriora videntur, vt cognosci possit bouis forma. *Posteriora latent*] quoniam non apparet pars posterior, vt discerni possint genitalia, quo taurus esse cognoscatur. *Seu tamen hoc signum est taurus, siue est hoc fœmina*] siue sit imago tauri, siue sit vaccæ. *Habet munus amoris inuita Iunone*] quasi locata est in cœlo ea imago ab Ioue, in præmium amoris, repugnante etiam Iunone. Nam vt diximus, aut est imago tauri, quo transuecta est Europa in Cretam: aut est imago vaccæ, in quam Io conuersa fuit. *Nox abijt, oriturque dies, Palilia poscor*] Duodecimo calendas Maias, hoc est, vigesima die Aprilis, erunt festa Palilia, quæ (vti Varro inquit) à Pale dicta, quòd ei deæ feriæ fierent. Pales enim dicebatur dea pastorum, cuius festa Palilia: vt alij, Parilia, quòd parte pecoris idem sacra fiebant. Alij putauerunt deam Palem Vestam, alij Terram fuisse. Est etiam & Romæ natalis. Vnde & Pomp. inquit: Parilibus Romulus vrbem condidit, quem

diem festum præcipuè habebant minores. Varro & Plinius hoc festum cum natali vrbis Romæ duodecimo calendas Maias ostendunt. Sunt tamen qui volunt vigesima secunda die Aprilis esse. Quòd si rectè Poëtam interpretamur, vigesimam diem tenebimus: idem si Plutarchum, si Plinium, si Varronem sequimur. Plutarchus inquit, τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν μαΐων. hoc est, ante vndecimũ calendarum Maiarum. Et qui dicunt duodecimo calendas, ita accipias, vt aliud sit dicere duodecimo calendas, aliud ante duodecimum. nam primùm numerabis ab ipso die calendarum. Cùm verò dicet, Ante vndecimum, siue duodecimum, numerabis vndecimo aut duodecimo ab ipso die calendarum, & tenebis postea diem antecedentem. Nonne differentia aliqua esse debet in sermone, cum ita loquimur, Ad vndecimum calendarum, & ante vndecimum, sic cum vndecimo dicimus? qua ratione ex his colligemus, vigesima die Aprilis esse Palilia. Sed hæc nihil valeant, afferantur aliæ rationes. In indicibus Fastorum veterum, & codicibus vetustissimis, vigesima die Aprilis festum illud notatum est. Nec his creditur. Credatur tandem marmoribus, in quibus eodem die idem inscriptum est. Et hoc non satis sit, sed colligamus ex Poëtæ locis: ne decipi possimus, incipiamus ab idibus. Certum est, illam diem esse tertiamdecimam mensis Aprilis. Occupat Aprilis idus cognomine victor Iuppiter. Quid postea? Luce sequutura tutos pete nauita portus. & significat decimamquartam diem mensis. Deinde: Tertia post Veneris cùm lux surrexerit idus, Pontifices forda sacra litate boue. Significat tertio die ab idibus, hoc est, decimoquinto die mensis. Ne quis tergiuersetur, & rideat, tanquam vana loquamur: quia hac ratione deducam vos vsque ad finem mensis, constaréque faciam, aliter esse non posse. Postea inquit: Hanc quondam Cytherea diem properantius ire Iussit, & æthereos præcipitauit equos. & significat etiam de decimoquinto die mensis. Et subdit: Vt titulum imperij quamprimùm luce sequenti, Augusto iuueni prospera signa darent. & designat sextamdecimam diem. Deinde: Sed iam præteritas vbi quartus lucifer idus Respicit, hac Hyades Dorida nocte tenent. & ostendit eandem diem decimamsextam. nam à tertiodecimo die numerando quatuor, erunt decem & sex. Postea prosequitur: Tertia post Hyadas cùm lux erit orta remotas, Carcere partitos circus habebit equos. & signifi-

cat tertio die ab occasu Hyadum. Sic erit decimaoctaua die mensis Aprilis. [Sed hic tamen videndum, num potius decimanona Aprilis, quàm decimaoctaua accipienda sit. Nam & Solinus vndecimo calendas Maij Natalem Romæ facit, & Plinius nono calend. Maij Vinalia peragi dicit, hoc est vigesimatertia Aprilis: quod festum tertia die post Palilia peragi Ouidius ait.] Deinde: Proxima cùm veniet terras visura parentes, Memnonis in roseis lutea mater equis. De duce lanigeri pecoris qui perdidit Helleo, Sol abit, egresso victima maior ineft. Significat diem sequentem, & erit decimanona mensis. Postea: *Nox abijt, oriturque aurora, Palilia poscor*] & significat vigesimam diē. Estne id satis? vultisne me plura dicere? An non bene hæc computauerim? immo nisi quis ita computet, totum ordinem peruertet. Quod facilè cognoscetur, cùm ad finem vsque prosequuti erimus. nam post Palilia inquit: Dicta Pales nobis est, iam Vinalia dicam, Vna tamen media est inter vtrumque dies. & sic iudicat vigesimumsecundum diem. Quid postea ait? Sex vbi quæ restant luces, Aprilis habebit. Hic locus fortè aliquos decepit, cùm putarent de fine mensis Poëtam dicere: cùm dicat, Quæ restant. Sed nondum est finis, quia adhuc supersunt festa. Tu verò ita interpretatus: Vbi Aprilis habebit sex luces, sex dies. Quæ restant: hoc est, ex his quæ adhuc supersunt. quasi non numerando diem Vinaliorum, sed sex alios dies ex his quæ restant. In medio cursu tempora veris erunt. Et demonstrat vigesimumoctauum diem mensis. Vltimo loco inquit, Cum Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto. aut (vt emendati codices habent) Cùm Priami coniunx Tithonia fratre relicto, Sustulit immenso ter iubar orbe suum. & significat tertio die à medio vere, & ab ipso vigesimonono die. Sic erit trigesimus, & vltimus Aprilis dies. Quòd si hanc nostram computationem non probabis, vide ne totum ordinem peruertas. nam nisi hanc serues, recto ordine ad finem vsque non procedes. At ego recto ordine ad finem vsque processi: rectè igitur computaui. Quandoquidem aliter computare non potes, quin ordinem peruertas. Constet ergo omnibus, & nostræ in primis academiæ, vigesimo die Aprilis esse Palilia & natalem vrbis: quem diem sodalitas nostra literaria religiosissimè colat, propter festum sanctissimorū martyrum Victoris, Fortunati, & Genesij, eiusdem sodalitatis protectorum, quod eodem die à fidelibus cunctis celebratur. Sed hæc hactenus. Nox abijt, & oritur aurora: quasi subsequitur dies. Poscor Palilia, vt de Palilibus agā. Non poscor frustrà: nam mox ea sacra canemus. *Si fauet alma Pales*] cui nunc sacra fiunt: si ipsa faueat, ego omnia aperiam.

ANTON. *Alma Pales*] Hanc deam Virgilius, Ouidius, aliiq; scriptores non pauci fœminino genere appellant: nonnulli, inter quos Varro, etiam masculino. *De vitulo cinerem, stipulámque fabalem*] Captat beneuolentiam à sua persona, ostendens sine arrogantia, qualis in deā fuerit. Erat autem suffimenti genus, quo populus febiuari, hoc est, purgari Palilib. consueuit, ex equi sanguine, stipulis fabarum, & cineribus vitulorum vstorum in Fordicidiis à Vestali virgine, vt diximus suprà. Decebat enim populum Romanum maximè purum esse die, quem vrbis natalem maiores (vt dictum est) purum esse à sanguine voluerunt. Solebant autem & ex aliis rebus fieri suffimenta. vt, Ara dabat fumos, herbis contenta Sabinis, Et non exiguo laurus adusta sono. Itaque Festus scribit laurum omnibus suffitionibus adhiberi. Qui etiam tradit, quo tempore vuæ calcatæ pilo premebantur, suffimenta fieri cōsueuisse ex faba milioque mulso sparso. Et Plinius in arbore myrto docet haberi suffimenti genus. Est autem suffimentum, fumigatio. Suffire enim est fumigare, autore Seruio. Vnde deducuntur suffimentum, suffitus, suffitio, & suffimen producta penultima. Et est verbum suffio actiuæ significationis, quamuis à fio componatur, quod est passiuæ: à quo in infinitiuo modo fire magis analogum est, quàm fieri. Vnde est in 4. Geor. At suffire thymo. *Februa tosta*] purgamenta è rebus tostis. *Certè ego*] &c. Accendebantur Palilibus aceruì fœni vel stipularum, quorum flammas moris fuit pastoribus transilire, Tibullus: At madidus Baccho sua festa Palilia pastor Concinet, à stabulis tunc procul este lupi. Ille leuis stipulæ solennes potus aceruos Accendet, flammas transilietque sacras. Persius, Fumosa Palilia fœno. Propertius: Cúmque super raros fœni flammantis aceruos Traiicit immundas ebria turba dapes. Id cur fieret, infrà explicabitur. *Virga laurea*] qua aquam spargentes se expiabant. vnde is ramus februa dicebatur. *Suffimen*] Sacerdotes Vestæ seruabant, vt dictū est, hoc suffimenti genus. *Culmen inane*] fructu inde sublato. *Ad prima crepuscula*] summo mane, tūc pastores suffitu pecora lustrare consueuerunt. *Virgaque verrat humum*] vt omnia sint munda & pura Palilibus. *Carulei fiant puro de sulfure fumi*] Genera sulfuris quamor sunt, è quibus quod viuum dicimus, habet (teste Plinio) in religionibus locum, ad expiandas suffitu domos. Est & aliud genus vt reliqua omittātur, cui vnus tantùm vsus est ad sufficiendas lanas, quibus candorem ac mollitiem confert. Purgabantur etiam (vt quidam dicunt) qui aliquo piaculo polluti fuissēt, sulfure, aqua, & igni. Iuuenalis: Cuperent lustrari, si qua darētur Sulfura cum tædis, & si foret humida laurus. Ouidius alibi, Terque senem flāma, ter aqua, ter sulfure lustrat. *Vre maris rores*] Rosmarinus quid sit, nemo est qui nesciat. *Tadamque*] In Europa sex genere sunt cognatarum arborum, quæ resinā ferunt, autore Plinio, pinus, pinaster, picea, abies, larix, & tæda: è quibus (vt idem scribit) tæda grata est flammis, & sacrorum lumini. *Libaque de milio*] Docuit quomodo lustraretur pecus: nunc quæ sacra Pali exhibenda sint, docet. Ea sunt libum è milio, item mulctra lacte, fiscella milio plena, & aliæ dapes deæ cōgruę, ac pastorales. *Dapibúsque refectus*] vbi gustaueris dapes, ac libaueris. *Consule, dic, pariter*] &c. Tradito lustrationis ritu, & sacri, admonet pastorem, quibus precibus colenda sit Pales. *Stabulis noxa repulsa meis*] Seruius vult, noxam pœnam esse, noxiam verò culpam. Cæterùm & damnum, & culpam, & pœnam, ac peccatum noxæ nomine appellari, dubium non est. Lege Festum, Nonium, Donatum, Macrobium, & Vlpianum: ne si quicquid de hac re dixerim, recitauero, dicas in me illud Horatij: Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

In bustis] Bustum, quasi bene vstum dicitur, autore Festo: & est propriè locus, in quo mortuus est combustus & sepultus. nam vbi tantùm combustus est, vstrina vocatur. Cæterùm sepulchra nunc, vt idem docet, busta appellantur.

Alma Pales faueas pastorum sacra canenti,
Prosequor officio si tua facta pio.
Certè ego de vitulo cinerem, stipulámque fabalem,
Sæpe tuli plena februa tosta manu.
Certè ego transilij positas ter in ordine flammas,
Virgáque rorales laurea misit aquas.
Mota dea est, operique fauet: naualibus exit
Puppis, habent ventos iam mea vela suos.
I, pete virginea populus suffimen ab ara:
Vesta dabit, Vesta numine purus eris.
Sanguis equi suffimen erit, vitulique fauilla,
Tertia res duræ culmen inane fabæ.
Pastor oues saturas ad prima crepuscula lustret:
Vnda prius spargat, virgáque verrat humum.
Frondibus & fixis decorentur ouilia ramis,
Et tegat ornatas longa corona fores.
Cærulei fiant puro de sulfure fumi,
Tactáque fumanti sulfure balet ouis.
Vre † maris rores, tædámque, herbásque Sabinas
Et crepet in medijs laurus adusta focis.
Libáque de milio milij fiscella sequatur,
Rustica præcipuè est hoc dea læta cibo.
Adde dapes mulctrámque suas: dapibúsq; refectus,
Syluicolam tepido lacte precare Palem.
Consule, dic, pecori pariter, pecorísque magistris,
Effugiat stabulis noxa repulsa meis.
Siue sacro paui, sedíve sub arbore sacra,
Pabuláque in bustis inscia carpsit ouis.

PAVL. A *Alma Pales*] &c. Inuocat nunc eam deam, vt faueat, præsertim cùm religione eius numen prosequatur, propterea quòd sæpe eo die se expurgarit. de quo genere expurgationis paulo pòst *Faueas alma Pales canenti sacra pastoria*] faueas mihi, qui cano pastoralia sacra, cùm tu pastoribus præsis. *Si prosequor tua facta*] merita & laudes tuas. *Pro officio*] pietate officiosa, & religiosè. *Certè ego sæpe tuli cinerem de Vitulo*] nempe fauere debes, qui tibi sæpe sacrificaui, & tuli expurgationem. Lustraui enim me suffitione cineris vitulini, & equini sanguinis, & faba. quod piaminis genus paulo superius attigimus. *Et stipulam fabalem*] aridos fabarum culmos. *Februa tosta*] purgamina tostarum rerum. Nam vt in principio secundi diximus, omnia purgamina februa dicebantur. *Plena manu*) nam ea quibus expiaremur, plenis manibus tuli. *Certè ego ter transilij*] transiliui.

B *Flammas in ordine positas*] dispositos ad transilitionem pastorum & populi ignes. Ter enim ignes transiliebant. Nam ab initio, cùm esset vrbem Romulus conditurus, transilire fecit multitudinem per ignes, expiationis pollutionum causa quod Dionysius ipse testatur. Plures tamen huiusce rei rationes afferuntur à Poëta, de quibus paulo pòst. *Et Virga Laurea*) lauri ramus, quæ & februa quoque dicta. *Misit aquas rorales*) aspergentes: quasi aspersit me aqua purgatoria, cum ipso laureo ramo. *Mota dea est*) ad preces meas. *Et fauet opere*) nostro scilicet) *Puppis exit naualibus*) ea re è naualibus ratis, vt in altum tendat. *Iam mea Vela habent suos Ventos*) vt secundo cursu ferantur. Et hac translatione à prosperè nauigantibus illud ostendit, fauere numina, & se iam oblatum argumentum fœlici ingenio percurrere posse, & Palis sacra ostendere. *I pete Virginea*] His in sacris primo

C loco expurgatio ex suffitione fieri debet: purgari quoque pecora debent. Deinde libandæ epulæ, quibus dea ipsa placetur. Tertio loco piæ erunt preces. Hæc omnia pluribus versibus à Poëta traduntur. *O popule, i, pete suffimen*) suffitionem, ad te expurgandum: hoc est, ipsas res, quibus te suffias, seu suffumiges. *Ab ara Virginea*) ab ara Vestali: nam Vestales virgines tibi dabunt. *Vesta dabit*) suffimen ipsum. *Eris purus munere Vestæ*) quo te ab omni pollutionum scelere expiabis, & purus redderis. *Suffimen*) ipsa suffitio. *Erit sanguis equi*) Ad lustrationem in Palilibus immiscebatur sanguis equinus, cùm adusti nondum nati vituli, sed è mactatæ matris vtero exerti cineres, & fabarum culmis, & ex his super prunas impositis fiebat suffitio. *Et fauilla Vituli*) cinis vitulinus. *Tertia res erit culmen inane duræ fabæ*) erunt culmi vacui fabarum.

D Nam dixerat, Stipulámque fabalem. non ipsa faba, aut fabarum cortices, sed stipulæ sine suo fructu. *Pastor lustret*) lustrare, hoc est, expurgare debet. *Oues saturas*) vbi depastæ fuerint. *Ad prima crepuscula*) vespertino tempore, post occasum solis. quod tempus dubium est an diei, an noctis sit. Nam crepusculum (vt inquit Varro) significat dubium. ab eo res dubiæ dictæ creperæ. Quod crepusculum, dies etiam nunc sit, an iam nox, multis dubium. *Vnde prius spargat*) spargendæ sunt oues aqua. *Et Virga*) pastoralis. *Verrat humum*) nam debet pastor tellurem virga verrere. *Ouilia*) vbi oues tenentur. *Decorentur frondibus & fixis ramis*) ornari debent ouilia frondosis & virentibus circumfixis ramis. *Et multa corona*) multa serta seu florum, seu virentium ramorum. *Tegat ornatas fores*) quæ frondibus & coronis ornantur. *Fores*) ipsorum ouilium. *Fumi caerulei*) nigricantes.

E *Fiant*) ad lustrationem ouium. *De puro sulfure*) Sed nō modò oues, verùm ipsi homines purgabantur, si aliquo piaculo essent polluti, sulfure, aqua, igne, lauro. Inde Iuuenalis inquit: Cuperent lustrari, si qua darentur Sulfura cum tædis, & si foret humida laurus. Et Ouidius ipse alio loco: Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat. Et lauro Massurius, autor Plin. triumphantes coronari putauit, quoniam ex arbore purgarentur cædes in bello commissæ. Et de lauro humida Ouidius etiam, cùm paulo antè dixerit, Virgáque rorales laurea misit aquas. alio quoque loco: Vda sit hic laurus, lauro purgantur ab vda, Omnia quæ dominos sunt habitura nouos. Sed plura de huiusmodi purgationibus ab Honorato referuntur. *Ouis balet*) balatum edat. nam balare est ouium. *Tacta*] lustrata, seu suffita. *Sulfure fumante*) fumo sulfuris. *Vro oleas mares*) steriles: & quæ non sunt ex tribus illis generibus, quæ à Marone & Plinio referuntur, Arcadibus, radiis, & pausia. *Et tædam*) de ea sæpe dictum est. *Et herbas Sabinas*) de quibus in primo diximus. Sabinæ herbæ vsus erat ad suffitionem. Meminit

G Plinius, in primo libro: Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis. Adhibebatur in consecratione templorum, qui mos ad nostros quoque transiit. *Et laurus adusta crepet*) stridat, aut crepitum faciat. *In mediis focis*) vbi aduretur. Et in primo, Et non exiguo laurus adusta sono. *Libáque de milio*] hæc deæ Pali offerenda & libanda. De libo in primo & tertio diximus. *Fiscella milij sequatur*] nam non modò libum ex milio offerendum, sed etiam fiscella cum milio. Est enim fiscella vas iunceum, quo caseus formatur. *Dea rustica*] Pales. *Est læta*) contenta. *Hoc præcipuè cibo*) quasi gaudet in primis sibi milium libari. *Adde dapes mulctramque suas*) addat huic libationi vas ipsum, in quo lac mulgetur. Vnde Virg. Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus. *Et dapes suas*) hoc est, lac & caseum. *Et dapibus refectis*] vbi has dapes libaueris. *Precare deam syluicolam*] Palem

H pastorum deam, syluas incolentem. *Lacte tepido*) oblatione & libatione lactis. *Consule, dixit pariter*) His precibus poscit numen adorandum, quæ ad purgationem quoque pertinet. nam poscitur venia, si quid amissum esset, si quid sacri pollutum, aut si fugata numina syluestria, pecorum aut hominum acie profana. Deinde vt salubria & vtilia præstet, & noxia cuncta à pecore & pastoribus auertantur. *Dea consule*) ô dea. *Pariter pecori, & magistris pecoris*) prouideas simul pecudum pastorúmque saluti. *Effugiat à stabulis meis*) ab ouilibus & septis. *Noxa repulsa*) quasi repellatur omne delictum, & omne damnum. Nam noxa delictum est, vt ostendit Vlpian. tit. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Et eiusdem appellatione omne delictum contineri, Caius de Verb. sig. affirmat. Et noxa solutum verbum erat in edictis ædili-

I ciis. De quo idem Vlp. de ædil. edic. Noxa solutus non sit, quod autem ædiles: sic intelligendum est, vt non hoc debeat pronunciari, nullam eum noxam commisisse: sed illud, noxa solutum esse: hoc est, noxali iudicio subiectum esse. Ergo si noxam commisit, nec permanet, noxa solutus videtur. Noxas accipere debemus priuatas, hoc est, eas quæcunque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus & reliqua. *Siue sacro paui*) siue deliqui, quòd pauerim pecudes in loco sacro. Sacra loca ea sunt vt Vlpianus de Rerum diuisione inquit, quæ publicè sunt dedicata, siue in ciuitate sint, siue in agro. Sciendum est, locum publicum tum sacrum fieri posse, cùm princeps eum dedicauerit, vel dedicandi dederit potestatem. Illud notandum est, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. Sacer locus, consecratus. Sacrarium, est locus, in quo

K sacra reponuntur. quod etiam in ædificio priuato esse potest: & solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde euocare, &c. *Sediue sub arbore sacra*) si pascens oues sedissem sub arboribus sacris, quæ essent in locis sacris, aut aliqua religione alicui numini dicatæ, vt de ramo aureo dixit Maro, Iunoni infernæ dictus sacer. *Vel ouis inscia*) imprudens. *Pauit pabula*) quasi carpsit gramina. *In bustis*] in sepulchris. nam & id noxæ quoque dabatur. Bustum vt Pomp. inquit, propriè dicitur locus, in quo mortuus est combustus & sepultus. Dicitur bustum, quasi bene vstum. Vbi verò combustus quis tantummodo, alibi verò est sepultus, is locus ab vrendo vstrina vocatur. Sed modò busta sepulchra vocamus. Hæc ille. Inde Poëta in 2. lib. bustis exisse feruntur, Et tacitæ questi tempore noctis aui. Et Lucan. Pendit in expleto non fanda

L piacula busto.

Si nemus intrauit vetitum, nostrísque fugata
Sunt oculis nymphæ, semicapérque deus.
Si mea falx ramo lucum spoliauit opaco,
Vnde data est ægræ fiscina frondis oui.

ANTON. *Nemus Vetitum*] vt sacrum ac dicatum numini. *Semicaperque deus*] Pan: quem diximus esse caprinis pedibus, & ha-

F bere cornua. Ratio aperta est. *Vnde*] ex quo ramo impleui fiscinam frondibus, ægræ oui apponendam.

Si nympha nostris fugata) &c. si nostro aspectu ad fugā impulerimus faunum, collium, syluarum & arborum deas: vt Naiadas, Napæas, Dryadas, & Hamadryadas. *Et deus semicaper*] vel si Faunum fugauerimus, cornua & caprinos habentē pedes: *Si mea falx spoliauit lucum*) &c. etiā repellatur omne delictum, si falce inciderim frondosos ramos ex sacro luco. *Vnde*) ex quibus ramis *Est data fiscina frondis*) cista frondium. *Oui ægræ*) infirmæ. Fiscina ex viminibus, qua ferun-

PAVL. *Si intrauit nemus Vetitum*] si ouis inierit nemora, quæ essent sub tutela numinum, & aditus pecori esset inhibitus. Vt in sylua Aricina, vnde quadrupedes arcentur eqor. Nemora, amœniores eas syluas ostendit Pomp. *Vt*] pro vel.

A tus paleæ, fœnum, frondes, & similia. Inde fiscella ex iuncis, aut ex tenui vimine, ad formandum caseum.

Da veniam culpæ: nec dum degrandinat, obsit
Agresti Fauno supposuisse pecus.
Nec noceat turbasse lacus: ignoscite nymphæ,
Mota quòd obscuras vngula fecit aquas.
Tu dea pro nobis fontes, fontanáque placa
Numina, tu sparsos per nemus omne deos.
Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ,
Nec Faunum, medio cùm premit arua die.
Pelle procul morbos, valeant hominésque gregésque:
Et valeant vigiles, prouida turba, canes.
Néue minus multas redigam, quàm manè fuerunt:
Néue gemam, referens vellera rapta lupo.
Absit iniqua fames, herba frondésque supersint:
Quæque lauent artus, quæque bibantur aquæ.
Vbera plena premam, referat mihi caseus æra,
Déntque viam liquido vimina rara sero.
Sítque salax aries, conceptáque semina coniux
Reddat, & in stabulo multa sit agna meo.
Lanáque proueniat nullas læsura puellas,
Mollis, & ad teneras quamlibet apta manus.
Quæ precor, eueniant: & nos faciamus ad annum
Pastorum dominæ grandia liba Pali.
His dea placanda est, hæc tu conuersus ad ortus
Dic quater, & viuo perlue rore manus.
Tunc licet apposita veluti cratere camella,
Lac niueum potes, purpuréamque sapam.
Móxque per ardentes stipulæ crepitantis aceruos
Traycias celeri strenua membra pede.
Expositus mos est, moris mihi restat origo:
Turba facit dubium, cœptáque nostra tenet.
Omnia purgat edax ignis, vitiúmque metallis
Excoquit: idcirco cum duce purgat oues.
An quia cunctarum contraria semina rerum
Sunt duo, discordes ignis & vnda dei.
Iunxerunt elementa patres, aptúmque putarunt
Ignibus, & sparsa tingere corpus aqua.

ANTON. *Agresti Fauno*] luco, vel antro Fauni. *Nec nos videamus labra Dianæ*] Propter Actæonem dictū est, vt, Infelix Actæon vidit sine veste Dianam. Est autem labrum interdum vasis genus, vt hoc loco. Virg. in 11. Æneid. Hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit. Eo lauandi gratia, quemadmodum & solio vtebantur. *Vellera*] pelles ouium B aliorúmve animalium à lupo raptorum. *Referat mihi caseus æra*] Propter illud Virgilij dictum suspicor, Nonnunquam grauis ære domum mihi dextra redibat. *Vimina rara*] fiscellæ, vbi lac pressum formam accipit. *Salax*] fortis in Venerē. vt, Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax. *Nullas læsura puellas, mollis*] quæ siue mole- C stia puellarum redigatur in fila. *Viuo rore*) aut naturali rore, quia summo mane hæc fiebant: aut aqua viui fluminis. *Apposita veluti cratere camella*] Camellam vasis genus esse, dubitandum non est, cùm eam Ouidius pro cratere apponi iubeat. Id vas à curuitate dictum censemus: quia camurus peregrinum vocabulum, vnde nos D fortè (vt inquit Macrobius) cameram figurauimus, curuum significat, autore Seruio. Alij legunt, camilla: quod nō placet, accipientes ministram in sacris. Quamuis non negem, Romanos pueros, puellásve nobiles, & iuuenes, camillos & camillas appellasse flaminicarum & flaminum ministros: Mercuriúmque à Thuscis Camillum dictum, quòd minister sit deorum. Licet quidam dixerint, vt autor est Festus, omnes pueros ab antiquis camillos appellatos. Is etiam scribit, camillam vocari cumeram: quòd vas opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nu- E bentis vtensilia. [Et quid si à cumera cumellam legamus? intelligamúsque vas rusticum, quale & cumera est, condendis frumentis peculiare] *Lac niueum*] De hoc Tibullus Et placidam soleo spargere lacte Palem. *Purpuréamque sapam*] Vino cognata res sapa est, vt Plinius docet, musto decocto, donec tertia pars supersit. quod vbi ad dimidiam partem decoctum est, defrutum appellatur. Alij scribunt sapam fieri ex vua decocta: & defrutum id esse, quod vocat Plinius sapam. Passum autem fit vel ex vuis diutius in vite sole adustis, vel aliter. Lege Plinium & Columellam. Nonius sapam inquit mellatium dici, & esse mustum ad mediam partem decoctum. Id mixtum lacti, burrhanica potio dicebatur, autore Festo, à russo colore, quem burrhum vocabant. Cùm ergo hic Naso ex eodem vase lac & sapam potari scribat, dubium non est, eum significare burrhanicā potionem. *Expositus mos est, moris mihi restat origo*] Transi- F tio, color rhetoricus & est sensus: Exposui morem sacrorum, restat vt origo & causa explicetur, qua institutum est, vt pastores aqua spargantur, ignésque transiliant. *Turba*] causarum quæ adduci possunt, multitudo. *Omnia purgat edax ignis.* Si metallorum vitia & sordes ignea vi absumuntur, & metalla defæcatiora & puriora per ignem fiunt: iure id elementum Palilibus, ad greges pastorésque purgandos. *Contraria semina rerum*] Ouidius: Et ab his oriuntur cuncta duobus.

PAVL. *Da veniam culpæ*] ignosce delicto. *Nec obsit*] noceat. *Dum degrādinat*] vsquequo desquiat grādo. G *Supposuisse pecus Fauno agresti*] dum instant imbres & grandines, non sit delictum, ducere pecus sub frondosas arbores, aut in antra, quæ loca fortè à Fauno colerētur: manerēque ibi, vsquequo desinat pluere aut grandinare. *Agresti*] agrorum & syluarum præsidi. *Nec noceat*) quasi non habeatur illud delictum, aut non exigatur pro eo delicto pœna. *Turbasse lacus*] turbidas reddidisse aquas, siue cùm potant H pecora, siue cùm abluuntur. *Ignoscite nymphæ*] date vos veniam. *Quòd vngula mota*] vngulæ ouium, aut aliarum pecudum, cùm transiliunt amnes. *Fecit aquas obscuras*] turbidas. *Tu dea*] Pales. *Placa pro nobis fōtes & fontana numina*] placato nobis & aquas & aquarum deas. *Tu placa nobis deos sparsos per omne nemus*] deos omnes, I qui nemoribus, aut singulis arboribus præsunt. *Nec videamus nos Dryadas*] nemorum nymphas. *Nec labra Dianæ*] non videamus peluim, in qua se Diana abluit. labrum pro pelui ponitur. Vnde Virgilius. Sicut aquæ tremulum labris, vbi lumen ahenis Omnia peruolitat. Non videamus igitur Dianam se abluentem, quemad- K modum Actæon, ne in ceruos quoque mutemur.

Nec videamus Faunum, cùm premit arua medio die] cùm in meridie graditur, aut requiescit in aruis. *Pelle procul morbos*) & à nobis, & à pecoribus pellas ægritudines. Sed superius de morbo diximus. *Valeant & homines & greges*] sint incolumes pastores & oues.

Et valeant canes vigiles) qui vigilant ad ouium custodiam. *Turba prouida*) quæ cauet, ne quid ouium furto subtrahatur. *Néue redigam multas minus*] quàm fuerunt manè: non reducam vesperi minorem ouium numerum, quàm manè in pascua eduxerim: sed totidem, aut plures. *Néue gemam*) ne doleam. & ob id gemā. *Referens vellera rapta lupo*) quasi ne interimat oues lupus, vt cogar referre pellem sine oue: sed sint tuta L pecora ab insidiis luporum. Et compertum est, pannum è lana ouium, quas interemit lupus, pediculos gignere. *Absit iniqua fames*] sed semper sit ciborum copia. *Et herba & frondes supersint*) habeant oues in maxima copia herbas & frondes, ita vt potius supersint quàm penuria sit.

Et aquæ] etiam supersint. *Et quæ lauant artus*] quibus oues abluuntur. *Et quæ bibuntur*] vt siti non premantur. *Premam vbera plena*] vt semper sit lactis copia. *Caseus referat mihi æra*] vendam caseum, & nummos indè referam. *Et rara vimina*] fiscellarum. *Dent viam liquido sero*] vt bene excoletur è formato caseo, aut ex coagulato lacte serum. *Aries*) qui oues implet. *Sit salax*) libidinosus, vt sæpe coëat. *Et coniunx*)

ouis. *Reddat femina concepta*) pariat agnos. *Et multa agna sit in stabulis meis*) quasi pariant oues plures agnas, quàm agnos: vt habeam plures fœmellas, quàm mares. *Et proueniat mollis lana, lasura*] &c. quasi ea lana tondeatur ex ouibus, quæ mollis sit, & facillimè à puellis neri possit. *Et apta ad quaslibet manus teneras*] vt tenella virginum manu inde primùm pensa & fila, deinde panni conficiantur. *Et nos*] pastores. *Faciamus ad annum*] quasi singulis annis. *Grandia liba Pali*) pastorum dominæ: vt magna liba ex milio offeramus Pali. *His*] precibus scilicet. *Dea*] Pales. *Est placanda*] hoc pacto placemus, & propitiam nobis reddamus. *Tu*) pastor. *Conuersus ad ortus*] ad orientem solem. *Dic quater hæc*] has preces. *Et perlue manus viuo rore*] abluas viuentis aqua fluminis. *Tunc*) cùm manus abluetis. *Licet potes lac niueum*) & licet, & debes tunc lac potare. *Apposita canella soluta cratere*] pro cratere apponas canellam, & ea lac haurito. Canella ligneum vas est. Aliqui volunt vimineum esse, ita arctè contextum, vt poculi præstet vicem. Cana autem (vt Pompeius inquit) dicunt Græci, nos canistra, & per diminutionem canistella. inde etiam detorquere possumus canella. *At potes purpuream sapam*] lacti immixtam. Cognatam tem vino esse sapam, inquit Plinius, musto decocto. donec tertia pars supersit. *Mox que per ardentes*] &c. & cùm hæc feceris, expurges te igne. *Et mox*) statim. *Traijcias*] transiacias. *Membra strenua*] agilia. *Pede celeri*) pedum saltu. *Per ardentes aceruos*) cumulos. *Stipulæ crepitantis*) quæ crepitat dum aduritur. Debes igitur transilire per ignes ad extremam lustrationem. *Expositus mos est*) exposui ego morem sacrorum Palilium. *Restat mihi origo moris*] superest vt dicam, vnde hic mos originem habuerit: quasi tua causa institutum sit per ignes transilire, & aqua se abluere. *Turba*) quasi multitudo causarum. *Facit dubium*] quia nescio quam potissimùm causam affirmem. *Et tenet nostra cœpta*] retardat paululum ab incœpto. *Omnia purgat ignis*] &c. Plures affert Poëta rationes huiusmodi lustrationis. An quòd metalla igne expurgantur, sic eo lustrantur & pastores & oues. An quòd duo hæc, ignis & humor, sunt causa generationis. Vt in Metamor. Et ab his oriuntur cuncta duobus. ita & lustrationis causam putant. An quòd per ea viuamus, & his exules interdicebantur, & hæc in limine nuptiali ponebantur: sic ad lustrationem quoque pertinere arbitrati sunt. An vt Phaëthontis incendium, & Deucalionis cataclysmos referatur. An ab excepta stipulis flamma è silice excussa. An vt referatur Æneæ pietas, qui tutus per Troiana incendia fugit. An quòd coloni, qui Romam condiderunt, quas incoluerant casas, in coloniam abeuntes incenderunt, vt illius ignis memoria quoque referatur. *Ignis edax*] qui absumit. *Purgat omnia*] ipsa scilicet edacitate. *Et excoquit vitium metallis*] purgat metalla, & adurit quicquid vitij inest. *Idcirco*] propter id. *Purgat oues cum duce*] cum pastore. *An quia duo sunt semina cunctarum rerum*] duo hæc ignis & aqua, sunt causa nascendi. Ignis enim à gignendo, seu nascendo dicitur, quòd inde omnia nascantur. Aqua dicta, à qua viuimus. Sed de his plura diximus in primo libro. Duo igitur hæc sunt omnium rerum semina. *Contraria*) inter se discordantia. *Ignis & vnda duo discordes*] quia calor & humor discordes sunt. Cùm sit summa concordia inter elementa, hæc duo tamen discordia causa sunt rerum gignendarum. *Patres*] maiores nostri.

Iunxerunt elementa] cùm instituissent hæc sacra, coniunxerunt hæc discordia elementa, ignem & aquam, generationis causam. *Et putarunt aptum*] conueniens.

Tingere corpus] abluere, & ita se expurgare. *Ignibus & aqua sparsa*] fosa: quasi transilitione per ignes, & aspersione aquæ se lustrare.

An quòd in his vita causa est, hæc perdidit exul,
His noua fit coniunx, hæc duo magna putant.
Vix equidem credo. sunt qui Phaëthonta referri
Credunt, & nimias Deucalionis opes.
Pars quoque, pastores cùm saxis saxa ferirent,
Scintillam subitò prosiluisse ferunt.
Primo quidem periit, stipulis excepta secunda est.
Hoc argumentum flamma Palilis habet.
An magis hunc morem pietas Aeneia fecit,
Innocuum victo cui dedit ignis iter.
Hoc tamen est verò propius, cùm condita Roma est:
Transferri iussos in noua tecta lares.
Mutantesque domum tectis agrestibus ignem,
Et cessatura supposuisse casa.

ANTON. *Hæc perdidit exul*] Aqua & igni solebat exulibus interdici, quæ duæ res vitam humanam maximè continent. Vnde illud est in epistola ad Brutum: At si dederint quod petimus, tamen paulo pòst futurum puto, vt hostes iudicemur, vt aqua & igni nobis interdicatur. Contrà verò noui aquam & ignem accipiebant, vt autor est Festus: & funus prosequuti, redeuntes ignem supergrediebantur, aqua aspersi: quod genus purgationis suffitionem vocabant. Appellabantur autem hi, quibus aqua & igni interdictum erat, capite diminuti, quemadmodum & qui venissent in hostium potestatem. *His noua fit coniunx*] Duplex causa nascendi, aqua & ignis, quorum hic mas dicitur, illa fœmina, nuptiis in limine adhibebantur, vt Varro scribit, nec sine his mariti vxores accipiebant. Vnde vsus obtinuit, teste Seruio, vt nubentibus faces prælucerent: & aqua petita de puro fonte per puerum fœlicissimũ, vel puellam, nuptiis interesset, qua nubentibus solebant pedes lauari. Festus scribit, in nuptiis facem in honorem Cereris præferri, aquáq; spargi nouam nuptam: siue vt casta puráq; ad virum veniat, siue vt ignem atque aquam cum viro communicet. Alij dicunt, in nuptiis ideo faces præire, quòd antea nubentes non nisi per noctem ducerentur, quibus postea prima & secunda hora ominis causa tributa est. Quidã verò tradunt, morem fuisse, vt sponsa ignem & aquam tangeret, quæ ante eam ferebãtur, vt vxor esse potissimùm propagandæ sobolis causa ostenderetur: & institutam esse maris & fœminæ coniunctionem, maximè ad generandam prolem. Lege Plutarchum in Quæstionibus, vbi quærit: Quid est, quòd noua nupta, cùm in matrimonium datur, ignem & aquam iubetur attingere? & cur nec plures, nec pauciores, sed quinque tantùm faces in nuptiis accenderentur? vbi (vt inquit Festus) pueri tres adhibebantur: vnus, qui ex alba spina facem præferret: duo, qui nubentem tenerent. Item pronubæ, quæ semel nupsissent, auspicij causa, vt singulare matrimonium perseuerarет. Rapi autem solebat fax, qua prælucente, ad virum noua nupta deducta fuerat ab vtriusque amicis, ne aut vxor eam sub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in sepolchro comburendam curaret, quo vtroque mors propinqua alterutrius captari putabatur. Rapi etiam simulabatur virgo ex gremio matris: aut si ea non esset, ex proxima necessitudine, cùm viro traderetur, quòd videlicet ea res fœliciter Romulo cessisset. *Sunt qui Phaëthonta referri credunt*] Phaëthontis incendium, quem Theophrastus obiisse dixit in Æthiopia Ammonis, & ob id delubrum ibi esse, atque o- [illegible] Palilibus referatur, non video. Vnde placet, quod Ouidius dicit, *Vix equidem credo*] Illud tamen constat, noc[illegible]dium Phaëthõtis, muneribus deæ Palis, quemadmo[illegible] Deucalionis diluuium. *Hoc argumentum flamma Palilis habet*] Flammæ, quas Palilibus consueuerunt transilire pastores, arguunt ignem à pastoribus fuisse inuentum, [illegible] potius repertum ictu & collisione saxorum, quod tamen fabulosum est. Pyrodes enim Cilicis filius ignẽ inuenit teste Plinio. *Innocuum victo*] &c. Virgil. in 2. Æneidos: Descendo, ac ducente deo flammam inter & hostes Expedior, dant tela locum flammæque recedunt. *Lares*) Non accipimus hic deos tantùm, sed quicquid erat in pastorum tuguriis. *Tectis agrestibus*] casis hoc tuguriis, quæ incendio consumpserunt rustici, siue pastores in vrbem migraturi. Vnde cùm & ipsi fortè per flammas & pecora saliissent, custoditum est Palilibus, & natali die vrbis, vt per flammas similiter saliretur.

PAVL. *An quòd causa vita est in his*) quòd duo hæc humanam & animantium vitam contineant, quòd ex his nascendi initium sit. *Hæc perdidit exul*) nam hæc exilio damnatis interdicta sunt. *Et his noua fit coniunx*) quia hæc nuptiali die in limine ponebãtur. vnde & illud Pomp. Aqua & igni tam interdici solet damnatis, quàm accipiunt nuptæ. Redeuntes autem ab exilio, ignem supergrediebantur, aqua aspersi. quod purgationis genus vocabãt suffitionẽ. Hæc ille. Plutarchus agit, qua ratione noua nupta, cùm in matrimoniũ datur, ignem & aquã iubetur attingere. & ait: An quòd

vt in elementis ac principiis eorum alter maris, altera fœminæ locum tenet: & is principium motionis inijcit, illa vero subiecti ac materiæ vim habet. An quòd ignis purgat, aqua verò circumfert ac lustrat. Vxorem verò puram & castam manere oportet. An illud potius, quòd quemadmodũ ignis humoris expers, nec alit quicquam, & ieiunus est, atque aridus: aqua verò sine calore, sterilis est, & ignaua. Sic mas & fœmina, nisi coëant, disiuncti languescant, & nihil efficiant necesse est. Quorum coniunctio est matrimonium, coëuntibus coniunctum perficit, qui deserendus non est, & omnis fortunæ casus communiter subeundus, etiamsi nullius boni, nisi ignis & aquę participes inter se futuri sunt, & cætera. *Hæc duo magna putant*] ignem & aquam magna quidem esse existimant. *Vix equidem credo*] vix possum illud mihi persuadere, quod sibi persuadent. Alij sunt, qui credunt referri Phaëtõtis incendium, cùm ascendit ille patris Luciferos currus, & terras exussit. de quo in 2. Metamor. Quod quamuis fabulosum sit, in Timæo tamen Platonis ad rem naturalem refertur, de quo aliàs à nobis disputatum. *Et nimias aquas Deucalionis*] diluuium, quod fuisse dicunt tempore Deucalionis. de quo in 1. Metamor. Alij hæc referri arbitrantur, ego autem id credere non possum. *Pars quoque pastorum*] ab initio aliqui pastores. *Feriebant saxa cum saxis*] silicem cum silice collidebant. *Ferunt*] dicunt. *Subitò prosiluisse scintillam*] Verùm primus excudit ignem è silice Pyrodes Cilicis filius, & eundem asseruare ferulam Prometheus docuit. *Prima quidem*] scintilla quæ prosilijt è silice. *Perijt*] extincta est. *Secunda scintilla est excepta stupulis*] & in his susceptus est ignis. *Flamma Palilis*] quæ in Palilib. transilitur. *Habet hoc arg.*] quasi habet hanc causam & rationem, ad quam referri possit. *An magis p. Ae. f. h. m.*] an originem habuit hic mos ab Ænea pio. *Cui victo*] cùm victa captáque esset eius patria. *Igni*] quo Troia cremabatur. *Dedit iter innocuum*] sine vlla corporis læsione. Vt in 2. Æneid. flammam inter & hostes Expedior, dãt tela locum, flammæque recedunt. *Tamen hoc*] quod nunc dicam. *Est vero propius*] accedit propius ad veritatem. *Cùm condita Roma est*] cum Romanus vrbem condidit. *Lares*] deos domesticos. *Iussos transferre in noua tecta*] in Romam conditam. *Et mutantes domum*] qui tiguria pro noua vrbe condita commutabant. *Supposuisse ignem tectis agrestibus*] tuguriis ipsorum pastorum & rusticorum. *Et casa cessatura*] quæ suo iam domino erat vacatura. Hoc dicit: Hoc propinquius vero, quasi verisimilius eos incendisse casas, translaturos in vrbem penates.

Per flammas saliisse pecus, saliisse colonos:
Quod fit natali nunc quoque Roma tuo.
Ipse locum vati casus facit. vrbis origo
Venit, ades factis magne Quirine tuis.
Iam luerat pœnas frater Numitoris, & omne
Pastorum gemino sub duce vulgus erat.

ANTON. *Vrbis origo venit*] Vrbem Romam multi, vt dictum est, Palilibus cõditam tradunt. Ouid. alibi: Festisque Palilibus vrbis Mœnia conduntur. Eius murorum fundamenta Romulus iecit duodeuiginti natus annos, vt scribit Solinus 11. Cal. Maij, hora post secundam ante tertiam plenam Ioue in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis. Sed (vt Seruius tradit) inuenitur de originibus vrbium tanta dissensio, vt ne vrbis Romæ origo diligenter possit agnosci. Eam Romulus reliquit tres portas habentẽ aut quatuor, vt quidam memoriæ tradiderunt, teste Plinio, cuius pomœrium Palatini montis radicibus terminabatur: quod pro incrementis reipub. aliquotiens prolatum est, vt Aulus Gellius scribit. Voluerunt autem Romani ignotum esse ipsius vrbis Latinum nomen, necnon & dei, siue masculus is est, seu fœmina, in cuius tutela Roma est, ne is posset ab hostibus (vt inquit Plinius) in oppugnationibus euocari: itaque Valerius Soranus ausus enũciare alterum vrbis nomen, optima & salutari fide abolitum, pœnas luit. Sanè Plutarchus in Romulo constare inquit opinione omniũ, vrbẽ ad 12. Calendas Maij condi cœptã: quãuis Tarantinus, vt diximus, Romæ fundamenta iacta esse dixerit 5. Idus Aprilis. Sed idem 13. Calend. Maij inquit pastores Palilia celebrasse. Quod (vt dicam quod sentio) mihi placere non potest. Idem in Numa ad 14. Calend. Maias vrbem conditam scribit. De cuius origine lege Dionysium, Liuium & Plutarchum, ne tibi à nobis hîc omnia referãtur. *Iam luerat*] &c. Incipit rem exponere à principio non remoto, hoc est, à morte Amulij: quo sublato ac Numitori Albana re permissa, Romulum ac Remum cupido cepit in his locis, vbi expositi & educati fuerant, vrbis condendæ: quamuis nonnulli eam cogitationem tribuunt Numitori. *Omne pastorum vulgus*] non solùm pastores, sed Albani, Latinique, & ex iis e Troiano genere nobiles.

PAVL. *Per flammas saliisse pecus*] succensis iam casis, abacta inde pecora transiliisse per ipsos ignes. *Saliisse colonos*] qui in vrbem demigrabant. Seruatur hoc in re militari, vt abituri milites in alia castra incendant munitiones & extructa tuguria loci, vbi prius fuerint. *Quod*] salire pecus & pastores per ignes. *Fit nunc quoque ô Roma tuo natali*] eo die quo primùm condi cœpisti, in ipsis scilicet Palilibus. *Ipse casus facit locum vati*] quasi casu venimus in hunc locum, vt de initiis vrbis agendum sit. *Venit vrbis origo*] adest natalis vrbis, cuius origo referenda est. *Magne Quirine*] ô Romule. *Ades tuis factis*] quasi huc ades, & faueas dum tua facta cano. *Iam luerat pœnas frater*] &c. Numitorem ab Amulio fratre regno deiectum, & Numitoris filium per insidias obtruncatum, Syluiam filiam Vestæ relegatam, conceptos, natos, expositos, educatos, adultos, Romulum & Remũ, interfectum Amulium, superius suis in locis diximus. Regnum deinde Numitori restitutũ est. Primúq; Romulus eum regẽ salutauit. Nunc verò venimus ad diem & locum, quo de condita vrbe agendum est. Sequemur in hoc Dionysium, à quo omnia fidelissime referũtur, nec ab eo discordat Liuius & Plutarchus. Mortuo Amulio, vbi imperium adeptus est Numitor, statim parare dominiũ proprium adolescentibus vrbe altera condita, cogitauit, ne factio in posterum vlla oriri possit. communicatóq; cum eis consilio, vbi ipsis eadem visa sunt, regionem dat eis in qua educati erant: & ex populo quod suspectum erat, & ex Troiano genere nobilissimos, & si qui etiam voluissent, cõmigrandi potestatem fecit. Donauitq; etiam adolescentes armis, pecuniis, frumento, seruis & iumẽtis onerariis, & si quid aliud esset conducens vrbis constitutioni. Vt verò Alba demigrarunt Romulus & Remus, commiscentes quicquid erat hominum in Palatio, vel circa Saturniam habitantium, multitudinem omnem in duas partes diuidunt. Hoc autẽ eis opinionem præbuit ambitionis, vt æmulatione celerius opera perficerent. Cæterùm seditionis causa maximi mali fuit. Nam vterque dum suũ ducẽ extollũt, nata est cupiditas, vt alter alteri dominetur. Erupe rũt primùm, cùm non eundem locum condẽdæ vrbi eligeret vterque. Romulo enim sententia, vt in Palatio fortuna loci, vbi seruati & nutriti fuerant, conderent: Remo, vt ab eo vocatã Remoriam incolerent. Est enim locus ad capiendã vrbem opportunus collis, haud procul Tiberi 30. stadiis Roma distãs. Dũ ita cõtendũt, visum est vt omnia auo materno permittãt. Is iubet iudices deos facere, vt pactis sacris bonas aues obseruẽt: & qui prius meliores habuisset, is esset coloniæ dominus. Comprobata sententia, Romulus ascendit Palatiũ, Remus Auentinũ, adhibita ambobus custodia, ne quid perperam ageretur. Romulus siue dolo, siue iubente deo, per nuncios fratrem venire iubet, quia meliores aues haberet prior. Remo sex vultures signum dant à dextris volantes. Sed vbi ad fratrem venit, quærit quisnam prior aues vidisset? Hærebat, nihil habens quid responderet. Interim vndecim vultures fausti se Romulo ostendunt. rem grauiter tulit Remus, quòd per fraudem coloniam à se detractam cerneret. Nam prior ipse faustas aues inspexerat. Orta est contentio, & pugna, in qua mortuus est Remus: & educator adolescentium Faustulus, dum inermis se inter armatos iecit, contentionem diremptiurus. mortuum Remum frater in Remoria sepelit: & miserrimã victoriã adeptus, pœnitentia gestorũ se ipsum in vitæ desperationẽ conuertit. Verùm Acca Laurentia educatrice eorum consolante, persuasos Latinos cõgregat, quicunq; pugnę superfuerãt, paulo plures tribus hominũ millibus. Palatiũ munit. Hic sermo de morte Remi verisimilior omniũ est. Licèt quidam dicant, cõcesso fratri principatu, dolentẽ Remũ extructo muro, cùm demonstrare vellet inanes munitiones, dixisse, Ecquis hostis non hæc facile trãscẽderet, sicut ego? transiluissẽq; muros. Tũ Celerẽ quẽdam operi præsidentẽ respõdisse: At quis nostrũ nõ hũc hostẽ facilè repelleret? Caput inde ei retro percussisse, & statim interfecisse: & eũ finẽ dissensionis fuisse. Vbi aũt nulla causa impedimẽto erat vrbis cõstructioni prędicta die, qua initiũ factũ esset, cõstituens ad tẽpus sacrificiis maximis, primũ aquilas accepit: deinde ignib. ante tabernacula fieri iussis, educit populũ flãmas trãsilirẽ expiationis pollutionũ causa. Peractis sacris quãtũ dis

humana ratione effici poterat, conuocatis omnib. in destinatum vrbis locum, quadrangularem formam describit coli : iunctisque ad aratrum bobus, mare & fœmina, sulcum perpetuum duxit qui esset motum excepturus. Hæc cùm fecisset, immolatis ambobus bobus, multisque aliis victimis, institit operibus. Hunc diem minus feriatum nullo Romani quotannis solennem agunt, vocant Parêtalia. Immolantque in eo de fœcunditate quadrupedum agricolæ, & pastores sacrificium gratum ineunte vere. Hæc ex Dionys. excerpsimus. Plutarchus inquit: Cùm fœminam bouem & marem coniunxisset aratro, mœnium loca designabat. Sequentium verò opera erat, vt quas glebas aratrum eruisset, verterent in interiorem partem, nec sinerent modicam quidem tellurem delabi, hac siquidē aratri, eruptione, cùm quasi linea quadā mœnia designasset, quod loci post ac circa erat, per syncopam Pomœrium, quasi post murum, appellauit : vbi autem vrbi aditus sptius se offerebant, opportuno loci spatio relicto, intactam tellurem prætermittebat : vnde mœnia sacra, præter aditus, vocabant. quibus sacri nomen indicere iniquum ducebant, cùm omnia cuiuscunque generis quæ humanæ vitæ necessaria sunt, per eos inferre ac referre opus erat, quæ sæpenumero minus sancta ac pudica esse contingebat. Constat itaque vrbem Romam ante vndecimum Cal Maiarum conditam extitisse : quam diem Romani vnam inter sacratissimas habent, Natalem patriæ appellantes. Quare nullum antea viuens corpus mactare consueuisse traditur, ne sanctissimum patriæ natalitium aliquo impuro sanguine cruentaceat. Celebrant quoque ante conditam vrbem eadem potissimùm die pastoralia quædam festa solennia, quæ Palilia appellant, &c. Et Varro inquit, Romam vrbem condidit, quæ incipiebat à sylua quæ est in area Apollinis in Palatio vsque ad supercilium scalarum Caci in Auentino, versus occidentem vsque ad Tugurium Faustuli, vbi casa Romuli fuit. Iecit fundamenta duodeuiginti natus annos, 12. Calend Mai. hora diei secunda. Hæc ille. A Romulo igitur Roma vocata est. Sed fuit & aliud nomen quod nominare nefas erat. de quo Plinius: Roma ipsa, cuius nomen alterum dicere arcanis cerimoniarum nefas habetur. Optimáque & salutari fide abolitum enunciauit Valerius Soranus, luitque mox pœnas. Non alienum videtur inserere hoc loco exemplum religionis antiquæ, ob hoc maximè silentium instituæ. Namque diua Angerona, cui sacrificabatur ad diem 12. Calendarum Ianuariarum : ore obligato obsignatóque simulachrum habet. Sed ad rem redeamus. *Iam frater Numitoris*] Amulius. *Luerat pœnas*] nam affectus supplicio. *Et omne vulgus*] omnis multitudo. *Pastorum erat sub gemino duce*] Romulo & Remo, quem Græci ῥῶμην dicunt. Verùm extincto cum omni sobole Amulio, regnum Albanum Numitori restitutum est. Vnde in Natali dictum: Regnáque materna & sceptri decus omne Latini Restituuntur auo. qui postquam Albana tumultu Pectora composuit senior turbata repente, Persuadet geminis educere ab vrbe colonos : Quo sedeat, locus exigitur prope Tibridis vndas.

> *Contrahere agrestes, & mœnia ponere vtrique*
> *Conuenit: ambiguum est nomina ponat vter.*
> *Nil opus est dixit certamine Romulus vllo:*
> *Magna fides auium est: experiamur aues.*
> *Res placet, alter init nemorosi saxa Palati,*
> *Alter Auentini mane cacumen adit.*
> *Sex Remus hic volucres, bis sex videt ordine frater.*
> *Statur, & arbitrium Romulus vrbis habet:*
> *Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.*
> *† Sacra Pali suberant: inde mouetur opus.*
> *Fossa fit ad solidum, fruges iaciuntur in ima,*
> *Et de vicino terra petita solo est.*
> *Fossa repletur humo, plenaque imponitur ara,*
> *Et nouus accenso fungitur igne focus.*
> *Inde premens stiuam designat mœnia sulco:*
> *Alba iugum niueo cum boue vacca tulit.*
> *Vox fuit hæc regis, condenti Iuppiter vrbem*
> *Et genitor Mauors, Vestáque mater ades,*
> *Quósque pium est adhibere deos, aduertite * vultus,*
> *Auspicibus vobis hoc mihi surgat opus.*
> *Longa sit huic ætas, dominaque potentia terræ,*
> *Sitque sub hac oriens, occiduúsque dies.*
> *Ille precabatur, tonitru dedit omina læuo*
> *Iuppiter, & læuo fulmina missa polo.*

ANTON. *Vtrique conuenit*] conuenerunt quidem gemini fratres in vnam sententiam, vt contractis in vnum agrestibus, vrbem conderent. id autem non conuenit, vter vrbi nomen daret, vter conditam imperio regeret. *Experiamur aues*] ad tollendum certamen experiamur per aues, vtrum nostrum dij eligant. *Alter init nemorosi saxa Palati*] Romulum dicit nā Remus sedit in Auentino, vbi elegit locum quem ab eo postea † Remoniū appellarunt, autore Plutarcho. Romulus autem Palatium occupauit : qui mons Romæ sic dictus est, vel à balatu ouium: vel quod palare, id est errare in eo pecudes solerent: vel à Pale pastorum dea. Sunt & qui aliunde ad nomen montis loditū putent. Lege Festum, Solinū, Liuium ac Varronē. *Sex Remus*] prior Remo sex vultures auguriū tulerunt. sed duplex numerus Romulo se ostendit, Vnde orto certamine Remus in turba ictus cecidit, quamuis quidam tradant, quòd nouos muros transiliisset, ab irato Romulo interfectum. quod fabulosum existimatur. *Statur*] surgitur viso augurio. *Apta dies legitur*] Hetrusci aruspicis consilio siue multorum.

Sacra Palis suberant] hæc dea & ante vrbem conditam colebatur, vbi nunc Roma est. Tibullus. Romulus æternæ nondum fundauerat vrbis Mœnia, consorti non habitanda Remo, Sed tunc pascebant herbosa Palatia vaccæ, Et stabant humiles in Iouis arce casæ. Lacte madens illic suberat Pan ilicis vmbræ, Et facta agresti lignea falce Pales. Sanè vt inquit Varro, cùm duæ hominum vitæ traditæ sint, rustica & vrbana, rustica multo antiquior est quod tempus fuit cùm rura colerēt homines, & vrbē non haberent. *Inde mouetur opus*] à re diuina & sacrificio. *Fossa fit ad solidum*] Hæc fossa (vt scribit Plut. in Romulo) eadē quo cœlū nomine mundus vocabatur: quam Romulus rotundam effodit in loco, cui postea Comitio nomen fuit, accersitis quibusdā viris ex Hetruria, qui sacrorum rituum ac mysteriorum periti habebantur, In eam qui aderant iaciebāt primitias rerum : quibus (vt idem inquit) lege quidē vt honastis, natura autem vt necessariis vtebantur: necnon & particulā terræ ex qua quisque profectus erat. Dicitur & mundus, sed patens sacrū, Diti patri & Proserpinæ dicatum, autore Macrobio. *Fruges iaciuntur in ima*] ad auspicandam (vt quidam putant) vrbis fertilitatem. Nam quod terrā aliunde petitam dicit eò deiici, vel ad vrbis potentiam pertinet, vel ad retinendam patriæ charitatē. *Plenaque imponitur ara*] ne tanta res fieret sine re diuina, cùm aliter etiam apud antiquos neque ager arari, neque vrbs condi posset. *Stiuam*] aratri manicam. Cicero: A stiua ipsa homines mecū loquebantur. *Alba iugū niueo cum boue vacca tulit*] vt fieret primigenius sulcus. Sic enim is dicebatur, autore Festo, quem in condenda noua vrbe tauro & vacca designationis causa imprimebāt. Conditores enim ciuitatis taurum in dextram, vaccam intrinsecus iungebant: & incincti, ritu Gabino, id est togæ parte caput velati, parte succincti, tenebāt stiuam incuruam, vt glebæ omnes intrinsecus caderent, & ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum suspendētes circa loca portarum. Varro quoque tauro & vacca definitum esse inquit quænam essent muris portæ, cùm Roma est condita. Tradebantur autem eiusmodi ritus in Hetruscorum libris, qui rituales nominati sunt: in quibus scriptum erat, quo ritu vrbes conderentur, item aræ ædésque sacrarentur, etiā tribus & centuriæ distribuerentur. *Iuppiter*] à quo est omnis potētia: ipse est iuuans pater. *Vestaque mater*] Non inuocatur hęc sine ratione: nam de hac dea inquit Vergil. Vestáque mater Quæ Thuscū, Tybrim & Romana Palatia seruas. *Aduertite cuncti*] secundum morem antiquorum, qui nullam orationem nisi inuocatis numinibus inchoabant. *Tonitru læuo*] prospero. De diuinis enim loquitur. vt, Intonuit læuum. &, Numina læua sinunt. Læua autem tonitrua prospera existimantur,

A mātur, vt Plinio videtur, quoniam læua parte mūdi ortus est.

PAVL. *Conuenit vtrique contrahere agrestes*] quasi nulla dissensio fuit inter eos in hoc, quia vtriusque erat communis sententia, vt coadunarent rusticos, & quoscunque pastores. *Ponere mœnia*] ædificare vrbem. Verùm omnia data sunt illis ab auo materno. vt in Natali: Et iuuenum delecta manus, seruique vitentes, Arma, pecus, nummi, fruges, iumenta, supellex, Munere dantur aui. pariter quoque conuenit omnis Incola Ianiculi, & qui te Saturnia pauci Incoluere viri. *Ambiguum est*] hoc erat dubium, & in hoc dissentiebant. *Vter ponat mœnia*] quis præsit condendæ vrbi, quis locū optet, nominet, imperet. vt in Natali: Iam cùm fundamina primùm Designanda forent, oritur certamen iniquum, Quo ponant, vter imperitet, quis nominat vrbem. *Romulus dixit, Nil*

B *est opus certamine vllo*] non est opus contentione. *Magna fides auium*] quasi adhibēda est in hoc fides auibus, quæ magna est. Nam portendēt cui dij dederint. *Experiamur aues*] ipsa auguria. Verùm hoc fuit Numitoris consilium, vt iudicibus dijs per auguria contentionem finirent. *Res placet*] quasi hoc vtrique placuit, vt aues experiantur. *Alter*] Romulus *init tecta Palatii nemorosi*] ascendit montem Palatinum, vbi adhuc erant nemora. *Alter*] Remus. *Mane init cacumen Auentinum*] ascendit in montem Auentinum. Et in Natali: Consilio sedant aui, statútque volantum Iudicio ascendit Palantia saxa Quirinus, Alter Auentini nemorosa cacumina montis. *Remus*] videt. *Hinc*] in Auentino. *Sex volucres*] sex vultures. *Frater*] Romulus. *Videt bis sex ordine*] videt duodecim vultures. *Statur fiedere* scilicet sine vlla dissensione. *Et Romulus habet arbitrium vrbis*] ha-

C bet ius condendæ & appellandæ vrbis, & imperandi. Verùm cùm se deceptum Remus videret, cùm esset prior tempore, licèt numero esset superior Romulus, ad pugnam ruit qua quidem occubuit. vnde in Natali: Hinc sex, ast illinc bis sex videre volucres. Ille prior numero, prior hic sed tēpore. rursus Contendunt miseri. fratrem Remus occidit alter. Et qui se mediis præceps iniecerat armis Faustulus, iratos heu placaturus alumnos, Heu male fraterno respersa est sanguine tellus. Romulus indoluit, curámque abiecerat vrbis Condendæ. vetita sed eum Laurentia firmat. *Apta dies legitur*] eligitur opportuna & congrua dies pro cœli dispositione ad fœlicitatem condendæ vrbis. Vocauitque Etruscos eius artis peritos. de quo vt aliquid dicamus, vt in Natalis compendio redegimus: Doctus ab Etrusca venit accersitus haruspex. Obseruare diem, totius & astra diei, Quæ facinot ad

D rem tantam, crebrétque vocatur Qui sacris inhiet candenti in veste sacerdos: Et delecta dies aderat: primùm ignibus omnes Expurgant sese, morémque Palilia seruant. Tum quoque festa Palis populis veneranda Latinis, Nona quidem Maias redeuntia sole Calendas Bisseno, Aprilem cùm lux vicena tenebit. Humana quicquid potuit pictore sacrorum Absoluunt, cœlum quando bis prætereunt astris: Saturnio Geminis, Venus effulgebat in orbe Virginis, & Pisces lustrabat Iuppiter vdos. Scorpio Mercurium, Martem Capricorne tenebas. Sol erat in Tauro, seruabat Cynthia Libram. Candida lucebat iámque hora secunda diei, Iungitur alba iugo candenti vacca iuuenco, &c. Multi putant nullo pacto potuisse eam esse cœli dispositionem. Nos autem vt ea ex historiis accepimus, ita tradimus. *Qua mœnia signet aratro*] ducat sulcum, qua iacturus est fundamenta. Ea hoc inquit

E Halicarnasseus permansisse morē Romanis circum arationes locorum in conditione vrbium. *Sacra Palis suberant*] erant Pablia, & celebranda sacra Palis. *Inde mouetur opus*] incipiunt & designare vrbem, & fodere, quo in loco iacienda erant fundamenta, eo vt aram prius struerent, & sacrificarent. *Fossa fit ad solidum*] vsque ad duram & firmam tellurem, quæ pondere non subsidat. *Iaciuntur fruges in ima*] in profundam fossam iaciebant fruges in omen futuræ vbertatis. *Et terra petita de vicino solo*] de alieno & finitimo agro in fossam tellurem, in omen propugnandi agri & imperij. *Fossa repletur humo*] alienâ scilicet vsque ad cumulum. *Ara imponitur plena*] postquam repleta est fossa, erecta est superius ara. *Et nouus focus*] ipsa ara modò erecta, vbi fit ignis sacrificij. *Funditur igne accenso*] quia in medio loco accensus est ignis. Sic findere focum videtur. *Inde postea premens stiuam*] vt sulcus terræ imprimeretur. Stiua est manica illa G aratri, quæ tenetur manibus, cùm aratur. De qua Vergil. Stiuáque, quæ currus à tergo torqueat imos. *Designat mœnia sulco*] circumducto aratro. Sulco designata est vrbs, vt diximus. circumfossa deinde tellus, & iacta fundamenta. *Vacca alba cum niueo boue tulit iugum*] iuuencus & iuuenca candidi delecti ex armento, & præstantes cæteris, & iniuges, qui nunquam tulerant iugum, ad hoc opus adhibiti, vt essent postea victimæ omni ex parte dijs magis acceptæ. *Vox fuit hæc regis*] condentis vrbem, hæc effatus est Romulus, cùm conditurus vrbem. mœnia designaret, precatus deos vt adessent, quò ea vrbs eorum auspicio conderetur, vt æternitatem vrbi darent, & totius orbis imperium. Inuocauit Iouem, quia magnus & iuuans pater dicitur: Martem, quia eius pa- H ter & virilibus rebus præest: & Vestam, sub cuius tutela genus Troianum erat, quòd è Troia aducta fuerant eius sacra. Est & alia ratio, quòd Vestam multi terram putant. & in Re rustica, cùm Varro ostendat inuocandos duodecim deos, qui maximè agricolarum duces sunt, Primùm, inquit, qui omnes fructus agriculturæ cœlo & terra continent, Iouem & Tellurem, qui dij parentes magni dicuntur. Iuppiter, pater appellatur: Tellus, terra mater. Aut dices illam esse rationem, quòd Vestalis fuerit virgo, quæ eum genuerit. *Ades*] & faueas. *O Iuppiter, & Mauors*] Mars, magna vortens. *Genitor*] quo ego natus sum. *Et Vesta mater ades*] & adeste omnes dij. *Quos*] deos. *Pium est adhibere*] ad hoc quod aggredimur opus, quorum opem ex pietatis officio possumus implorare. *Aduertite vultus*] quasi vertite animum ad nos, & I fauete *Surgat mihi hoc opus*] condam ego hanc vrbem. *Vobis auspicibus*] fauentibus: hoc est vestro fauore, & auspicio. *Longa ætas sit huic*] quasi concedite condendæ huic vrbi æternitatem. *Et sit huic potentia domina terræ*] possit & ius habeat in omni tellure, rebus omnibus dominanti: quasi potenti quoque terræ dominetur. *Et oriens dies & occiduus sit sub hac*] quasi habeat imperium orbis ab Oriente in Occidentem. *Ille*] Romulus. *Loquebatur*] precabatur hæc. *Iuppiter dedit omina*] signa fœlicia. *Tonitru læuo*] sinistro: nam læua tonitrua, fœlicia sunt. De quo ita Plinius inquit: Læua prospera sunt, quoniam læua parte mundi ortus est. Et eo respectu Thusci in sedecim partes diuisêre mundum. Prima est à septentrionibus ad æquinoctialem exortum: secunda ad meridiem, tertia ad æquinoctialem occasum: quarta obtinet quod reliquum est ab occasu ad septentrionem. Has in qua- K ternas iterum diuisêre partes: ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem è contrario appellauere dextras. Ex his maximè dira, quæ per septentriones occasum attingunt. Itaque plurimum refert, vnde venerint fulmina, & quò concesserint, optimum est, in exortiuas redire partes. Ideo cùm à prima cœli parte venerint, & in eandem concesserint, summa felicitas portenditur: quale Syllæ dictatori ostentum datum accipimus. Cætera ipsius mundi portione, minus prospera, aut dira. Hæc ille quæ ita omina pro ostento posuit. Omen, vt Marcellus inquit, votum est mentis, & vocis. vnde sacrificātibus dicitur, Bona habere ominand est, vt circumstantes & buna mente velint, & recta oribus proferant *Et fulmina missa læuo polo*] læua parte cœli: nam è septentrionali. *Ciues*] qui qui coadunati erant ad condendam vrbem.

ANTON. *Et nouus exiguo tempore murus erat*] Huius muri ambitus magnam Herculis aram amplexus est. Cœptus enim sulcus est secundū aliquos, à foro boario, vbi ærei F tauri effigies fuit. Varro nouam hanc vrbem tradit incepisse à sylua quæ erat in area Apollinis in Palatio, vsque ad supercilium scalarum Caci in Auentino versus occidentem, vsque ad tugurium Faustuli, vbi casa Romuli fuit. *Hoc Celer vrget opus*] &c. Hic interfector Remi fuit, vt quidam scriptores tradiderunt: licèt quidam verior eum ab irato Romulo interfectum, vt Plutarchus meminit, qui etiā scribit Celerem, quē diximus vnū ex comitib' Romuli, interfecto Remo in Hetruriā secessisse: & ab eo tractum apud Romanos, vt veloces celeres dicerētur. & Q. Metellū Celerē appellatū, q̄ mortuo patre admirabili L celeritate apparatus instituisset ludū cotū q̄ singulari certamine pugnarēt. Sed, vt scribit Fest', Celeres antiqui dixerūt, quos nūc equites dicimus: quósque nonnulli à celeritate: alij, vt dixim', à Celere appellatos existimarunt, qui initio à Romulo equitib' præpositus fuit: quos electos e singulis curiis cōstat 300. fuisse. is (vt inquit Seru') cùm Remum occidisset

Augurio læti iaciunt fundamina ciues,
Et nouus exiguo tempore murus erat.
Hoc Celer vrget opus, quem Romulus ipse vocarat,
Sintque Celer curæ dixerat ista tuæ.
Néve quis aut muros, aut factam vomere fossam,
Transeat, audentem talia dede neci.

A tribunus militum fieri meruit, ac tribunus Celerum appellati. Variatum est autem nomen equitum sæpenumero, vt Plinius tradit. Celeres enim sub Romulo ac regibus appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, cum oppidum in Thuscis eo nomine cepissent sine vllo peditum adiumento.

PAVL. *Lati augurio*] eo ostento fœlici. *Iaciunt fundamina*] fundamenta nouæ vrbi. *Et exiguo tempore*] tam breui. *Erat nouus murus*] quia iam extructa stabant mœnia. *Hoc Celer vrges opus*] Celerem hunc Romulus operi præfecerat. nam & præsidentem operi, paulo antè ea Halicarnasea ostendimus. Sed de eo paulo pòst. *Vrges*] ergo. *hoc opus*] accelerat opus inchoatum. Nam, vt Nonius inquit, Vrgere interdum accelerare significat. Vir. Tibi quem noctes festina diésq; Vrgebam. *Quem*] Celerem. *Romulus ipse vocarat*] & operi præesse iusserat. *Et dixerat, o Celer sint ista cura tua*] geras tu curam mœnium extruendorum. *Neve quis aut transeat*] transire audeat. *Muros*] ipsa mœnia. *Aut factam vomere fossam*] sulcum quem vomere designauimus. hoc dicit, id tibi curæ sit, ne quis transiliat mœnia, aut aratro designata loca: neve aliunde quis egrediatur, quàm per institutam portam. *Dede necι*] interimas. *Audentem talia*] G si quis inde transilire auderet Et ex hoc quoque Romuli edicto admoniti postea, sanxerunt in iure ciuili capitale esse, transcendere mœnia vrbium.

Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros
Cœpit, & his populus dicere tutus erit.
Nec mora transiliit: retrò Celer occupat ausum.
Ille premit duram sanguinolentus humum.
Hæc vbi rex didicit, lacrymas introrsus obortas
Deuorat, & clausum pectore vulnus habet.
Flere palàm non vult, exempláque fortia seruat,
Sícque meos muros transeat hostis ait.
Dat tamen exequias, nec iam suspendere fletum,
Sustinet & pietas dissimulata patet.
Osculáque applicuit posito suprema feretro,
Atque ait, Inuito frater adempte vale.
Arsurósque artus, vnxit, fecere quod ille
Faustulus, & mœstas Acca soluta comas.
Tum iuuenem nondum facti fleuere Quirites,
Vltima prolato subdita flamma rogo est.
Vrbs oritur (quis tunc hoc vlli credere posset)
Victorem terris impositura pedem.

ANTON. *Remus ignorans*] Dixerunt quidam, Remum nouos muros transiluisse fratris ludibrio. *Clausum pectore*] &c. Romulus palàm flere non vult B sine ingemiscere, ne amor, qui debetur patriæ ac legib. fraternæ pietati cedere videatur, cùm is extorquere debeat vim naturæ. Vnde illud est in sexto Æneid. Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido. *Sic*] vt C eiusmodi pœnam subeat. *Arsurósque artus vnxit*] &c. Quia maiores non lauabant solùm cadauera, quòd nunc facimus, sed vngebant. vt, Corpúsque lauant frigentis & vngunt. Cæterùm suspicari possumus, temporibus Romuli non fuisse vngendorum cadauerum morem, si Plinium audimus: si poetas, aliter. Sanè Faustulus periit cum Remo, secundum Plutarchum. *Nondum facti fleuere Quirites*] nondum percusso fœdere cum Tatio ac Sabinis, à quorum oppido Curibus Quirites dicti existimantur. D *Subdita flamma*] postquam Remus sepultus est in Remoria, teste Plutarcho.

PAVL. *Quod*] edictum Romuli. *Remus ignorans, cœpit contemnere humiles muros*] inscius fraterni edicti, contemnebat humilia & exigua mœnia. *Et cœpit dicere, Populus erit tutus his*] quasi poteritne se populus his mœnibus tueri. hæc verò per contemptum dicta erant & transiliit deinde muros, & à Celere mox neci datus est. Liuius verò inquit: Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum nouos transiluisse muros. Inde ab irato Romulo, cùm verbis quoque increpitans adiecisset: Sic deinde quicunque alius transiliet mea mœnia, interfectum. Et Plutarchus inquit: Quidam ab alio occisum ferunt ex his qui cum eo erant, quem Celerem appellabant. Postea subdit: Celer in Tyrrheniam euasit. & ab illo Romani viros nequaquam segnes, Celeres appellarunt. Vnde Q. Metellus Celer dictus, quòd parenti mortuo gladiatorios E ludos paucissimis diebus absoluit, cùm omnes apparatus illius celeritatem obstupescerent, admirarentúrque diligentiam, &c. Verùm hic Celer præfectus fuit equitum, qui Celeres quoque dicti. De quo Pompeius: Celeres, inquit, antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo his præpositus fuit, qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis, ideóque omnino trecenti fuere. *Nec mora transiliit*] transsaltauit muros Remus, vbi ea verba dixerat. *Celer*] præfectus. *Retro occupat ausum*] à tergo eum petiit, vt Dionysius inquit, percussit. Opprimit igitur Remum, qui transilire muros ausus erat. *Ille*] Remus. *Sanguinolentus*] plenus sanguine. *Premit humum duram*] nam exanimis in humum corruit. *Vbi rex didicit hæc*] postquam Romulus rescivit fratrem extinctum. *Deuorat lacrymas obortas introrsum*] compescere nititur repentè F natas lacrymas: quoniam illud factum erat, quòd cõtra edictum regiũ muros ille transilierat. Ideo Romulus & dolorẽ & conceptas intus lacrymas comprimebat, vt exemplum cæteris afferatur seruandæ legis: & vt animi magnitudinem ac fortitudinem quoque ostenderet. *Et habet vulnus clausum pectore*] quasi premit altum corde dolorem. *Non vult flere palàm*] apertè. *Et seruat exempla fortia*] fortium & magnanimorum heroum. *Et ait*] *Sic hostis transeat meos muros*] eodem euentu transiliant hostes: quasi, siquis hostis transilire hoc audebit, sic pereat. *Dat tamen exequias*] quamuis talem sese ostendat. *Dat tamen exequias*] soluit iusta tamen. *Nec iam*] dum H soluuntur iusta. *Sustinet suspendere fletum*] potest lacrymas continere. *Et pietas dissimulata patet*] apertè ostendit pium in fratrem animum, quem paulo antè dissimulauerat. *Et implicuit oscula suprema*] implicita habuit oscula vltima. Hoc ideo dictum, quia implicuit se in amplexibus & osculis. *Posito feretro*] cùm esset iam ele- I uatum cadauer, & depositum feretrum cum ipso cadauere. Feretrum à ferendo, quo corpora efferuntur. *Atque ait, ô frater adempte inuito*] qui ademptus & sublatus es mihi nolenti. *Vale*] quod verbum vltimo loco proferebatur. *Et vnxit artus arsuros*] perungere fecit: vt moris postea fuit, corpus quod cremandum erat. Respexit poëta ad posteriora tempora. Nam ab initio vrbis non erat vsus vnguentorum, nec perungendorum corporum. Primùm, quod sciam, inuenisse Plinius dicat, castris Darij regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexander cepit scrinium vnguentorum. Postea voluptas eius à nostris quoque inter laudatissima, atque etiam honestissima vitæ bona admissa est. Honos quoque & ad defunctos pertinere cœpit, &c. *Quod fecere* K *ille Faustulus*] verùm Faustulus gemellorum nutricius, cum fratre, cecidere in ea contentione. Sed superfuit Acca nutrix illorum. *Et Acca soluta mœstas comas*] Acca Laurentia habens præ mœstitia passos crines. De ipsa nutrice diximus in tertio. *Tum Quirites nondum facti*] ipsi homines qui cùm Romani erant, nondum appellati Quirites. Nam posteaquam in communionem vrbis & vitæ recepti Sabini, à Curibus Sabinis Quirites dicti. *Fleuere iuuenem*] Remum extinctum. *Vltima flamma est subdita rogo prolato*] posteaquam satis plorauerant, vltimo loco summisere facem rogo, & cremauerunt cadauer, & tumulo deinde condiderunt. Et vt Dionysius inquit, in Remoria eum sepelit, quandoquidem & viuens, ille eum locum sedibus destinabat. L Et Plutarch. Constituta inquit ingenti scrobe in Romuleo colle circa eum locum, quem nunc Comitium appellant, fratrem sepeliuit. Cúmque obruisset vnà cum illo quædam sarmenta, instituit, vt omnium rerum primitiæ, quæ ad vsum hominis, vitæ necessitatem, lege aut natura traditæ sunt, eò deportarentur. Et denique ex qua quisque ciuitate aut loco Romam adibat, parum ex ea tellure secum ferens in scrobem illam ingerebat: quæ quidem cùm in orbem deducta esset, mundum aut cœlum appellabant, &c. *Vrbs oritur*] surgunt mœnia, extruuntur ædes & reliqua. *Impositura pedem victorem terris*] subactura totum terrarum orbem. Sic victore pede terras calcatura. *Quis tunc posset hoc vlli credere*] quis eo tẽpore potuisset hoc sibi persuadere, tam humilem ab initio vrbem ad eam magnitudinem prouehendam vt toti esset orbi dominatura

Cuncta regas, & sis magno sub Cæsare semper,
Sæpe etiam plures nominis huius habe.
Et quotiens steteris domito sublimis in orbe,
Omnia sint humeris inferiora tuis.
Dicta Pales nobis, idem Vinalia dicam:
Vna tamen media est inter vtrunque dies.
Numina vulgares Veneris celebrate puellæ:
Multa professarum quæstibus apta Venus:
Poscite thure dato formam, populique fauorem,
Poscite blanditias, dignáque verba ioco
Cúmque sua domina date grata sisymbria myrto,
Textáque composita iuncea vincla rosa.

ANTO. A *Plures nominis huius*] ut nunquam desit familia Cæsarum. Potes & pro fama nomen accipere. *Idem Vinalia dicam*] Significatio, non voci, redditur relatiuum. Celebrantur autem Vinalia 9. Cal. Maij, quæ sunt Ioui sacra, non Veneri, teste Varrone & Massurio in secundo Fastorum. Ioui enim maiores sua vina libabant, vt autor est Fe- B stus, quæ sacrificij causa antequam gustarentur, demebantur ex dolijs, calpari, quod fuit vasis fictilis genus. Meminisse autem debemus quod Plinius scribit priscorum vitam rudem fuisse, ac sine literis, sed non parum ingeniosam, in illis obseruationem apparere, qui cùm illa tempora fructibus metuerent, instituerunt ferias, diésque festos, Rubigalia, Floralia, & Vinalia: quorum Rubigalia agebantur, vt idem Plinius docet, ad 7. Calend. Maij, quoniam tunc segetes ferè rubigo occupat: Floralia 4. Calend. eiusdem mensis, vt omnia bene deflorescerent. Vinaliorum autem altera, hoc est priora, hoc mense agebantur, vel vt Plinius (nisi eius locus depravatus est) scriptum reliquit, 9 cal † Martij, degustandis vinis instituta: & nihil ad fructus attinentia. Altera verò agebantur ad 14 Calend. Septembris, vt C Festus docet: quæ Varro à fidicula incipiente occidere mane determinauit, instituta tempestatibus leniendis: & dicta rustica, vt Varro & Festus tradunt: quo die Veneri dedicata ædes fuerat, & feriati erant olitores, ac nouum vinum in vrbem ferebatur: adeò vt in Thusculanis sacris esset, ne vinum nouum in vrbem veheretur, antequam Vinalia calarentur. Moris etiam fuit aliquando nonnullis in locis Latij, teste Varrone, vt vindemiæ primùm à sacerdotibus publicè fierent. Itaque Romæ flamen dialis vindemiam auspicabatur, qui cùm Ioui agna fecisset, inter eius exta cæsa & proiecta vinum legebat. Plutarchus autor est, Vinalibus multum vini e templo Veneris profundi solitum: velut ostenderetur, diem festum agi sobriè oportere: vel quòd ferunt Mezentium Hetruscorum ducem ad Æneam misisse, qui cum eo fœdus facerent, vt quotannis certum vini numerum ab eo D acciperet: quod postea cùm Æneæ poscenti negasset Mezentius, Tyrrhenis daturum se pollicitus est, si prælio vicisset. Itaque Æneam victorem re cognita dijs immortalibus vinum consecrasse, & collectum templo Veneris effudisse. Ceterùm Dionysium scribit Hetruscorum regem non Æneæ, sed Ascanio, perinde ac in seruitutem redacto imperasse, vt vinũ Hetruscis daretur: quod cùm ferendum esse non videretur, vinum sacrum Ioui esse decreuerunt. *Vna tamen*] &c. Si Vinalia 9. Calend Maij celebrantur, vt è Plinio quamuis depravato colligimus, & inter Palilia atque Vinalia vnam tantum diem mediam esse confitemur, consequens est, vt Palilia etiam Plinij testimonio 11. Calend. Maij celebrentur. *Numina vulgares Veneris celebrate puellæ*] Meretrices hoc tempore colebant Venerem Erycinam, quæ templum habuit Romæ extra portam Collinam: cui, vt in- E quit Strabo, insignis porticus adiacebat. Liu. tertiæ Decadis libro vltimo: Ita abundauit Tiberis, vt ludi Apollinares Circo inundato extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris parati sint. Appianus: Sylla copijs prouectis ad Collinam portam circa meridiem castra locat, non longè à Veneris templo. Huic deæ matronæ Romanæ mense Augusto ad imitationem Ægyptiorum pudenda deferebant, cum sacrorum pompa. & quamuis id solenne meretricum esset, nemini tamen licebat præterquam matronæ castæ, id sacrum tractare ac deponere in sinu Veneris. Id vt verum existimetur, facit quòd quidam tradant consueuisse olim consules Romanos, & omnes qui cum aliquo imperio se in Siciliam conferebant, Erycinam Venerem sic venerari, vt in eo l totum ac mulierum remissionem conuerterentur, quòd eo pacto iocundum esse deæ suum aduentum existimarent. Professa- F rum earum quæ artem meretriciam profitentur: si obscœni quæstus artis nomen merentur. Meretrices Plautus Prolectas appellauit, quòd ante stabula sedeant, vt inquit Festus. Eædem prostibulæ dictæ. *Grata Sisymbria*] Dabantur & Veneri ientacula, item serta, & vnguenta. Plautus in Asinaria: Tum si coronas, serta, vnguenta iusserit ancillam ferre Veneri aut Cupidini. Idem in Curculione: Me inferre Veneri vouì iam ientaculum. Gratum autem sisymbrium Veneri existimatur, quoniam syluestre, quod in sicco ortum, odora- G tius est, & angustiore folio coronis inseritur: & decoctum in vino, sanat in facie mulierum cutis vitia. Sed coronat (vt inquit Plinius) tantum folio vt serpyllum. Reperitur hæc herba & satiua, & syluestris vocatur: quæ syluestris, à quibusdam tymbicum, nasturtio similis, quæ in irriguis locis nascitur, & est pedali altitudine. Varroni placet sisymbrium ex græco vocabulo deductum esse, vt maluam & lilium. Eius herbæ succus ad excutiendum ex vtero partum non paruam vim habere dicitur: ex quo etiam Veneri grata putari potest, vt myrtus: de qua diximus suprà. *Iun-* H *cea vincla*] coronas è rusis sisymbriis & similibus iunco suppositio siue contexto.

PAVL. *Cuncta regas tu ô Roma*] regas totum orbem. *Et sis sub magno Cæsare*] semper Cæsar seu Tiberius, seu Germanicus imperet. *Sæpe etiam herba plures huius nominis*] habeas sæpe plures Cæsares. *Et quotiens tu Roma sublimis*] excelsa & triumphans *Steteris in orbe domito*] quem domuisti. *Omnia sint inferiora tuis humeris*] omnia tibi succumbant, & magnitudine tua omnia superes. *Dicta Pales nobis est*] iam diximus de Palilibus. *Idem Vinalia dicam*] 10. Calendas Maias, hoc est, 22. die mensis Aprilis Vinalia festa celebrantur, diemque Iouis esse ostendit, cùm festum Veneris dicatur, quo die, vt Plutarchus tradit, multum vini ex templo Veneris profundunt. Et has rationes affert. An illud est I quod multi dicunt, Mezentium Hetruscorum ducem ad Aeneam misisse, qui cum eo fœdus facerent, vt quotannis certum vini numerum ab eo acciperet. Quod postea cùm Aeneas poscenti negasset, pollicitũ Tyrrhenis fertur, si prælio vicisset, vinũ daturum. Re cognita, Aeneam dijs immortalibus vinum consecrasse: post victoriam deinde collectũ, templo Veneris effudisse. An hoc quoque signum est, diem festum sobriè agi oportere, quòd dij longè magis vini effusione, quàm ingurgitatione gaudeant. Verùm quod Plutarchus de Aenea inquit, Dionysius Ascanio ascribit. Nam vbi de morte Aeneæ egit, sic prosequitur: Imperium suscipit Euryleon, qui mutato nomine dictus est Ascanius. Erant autem inclusi muris eo tempore Troiani. & cùm hostibus semper noua aduentarent auxilia, haud satis validæ Latinorum vires erant ad subueniendum obsessis Lauini. Primùm igitur in amicitiam æquásque conditiones prouocauit hostes Ascanius. Vt verò nihil proficit, permittere ipsis K coactus est, vt quibus ipsi vellent conditionibus bellum dissoluerent. Rexque Etruscorum, & alia, tanquam in seruitutem redactis, intolerabilia imperat: & vinum quodcunque ferret ager Latinorum, quotannis Etruscis dandum: haud ferenda visa est. Fructúmque vitis sacrum Ioui esse decreuerunt, ferente sententiam Ascanio. Varro autem diem hunc Ioui assignat. inquit enim: Vinalia à vino. hic dies Iouis, non Veneris. Huius rei cura non leuis in Latio. Nam aliquot in locis vindemiæ primùm ab sacerdotibus publicè fiebant, vt Romæ etiã nunc. Hanc flamen Dialis auspicabatur vindemiam: & vt iussit vinum legere, agna Ioui facit. Inter cuius exta cæsa & proiecta flamen prorsus vinum legit. In Thusculanis sacris est: Vinum nouum ne vehatur in vrbem, antequam Vinalia calentur. Hæc Varronis verba ostendunt L Vinalia fuisse in autumno. Sic & Pompeius, qui inquit: Rustica Vinalia 14. Calend. Septembris celebrabant, quo die primùm in vrbem vinum deferebant. Verùm erant & priora Vinalia in vere, quorum meminit Plinius, degustandis vinis constituta: licèt locus in Plinio depravatus sit, cùm dicat 9. Calend Mar. cùm Maias debeat dicere. Hic autem dies Iouis erat, vt ex Varrone diximus. Nam & Massurius libro secundo Fastorum: Vinaliorum, inquit, dies Ioui sacer est: non, vt quidam putant, Veneri, &c. *Iam dicam Vinalia*] Vinaliorum rationem. *Vna tamen dies est media inter vtrumque*] inter Palilia & Vinalia vnus dies est interpositus. *Numina vulgares Veneris celebrate puellæ*] Hortatus puellas liberaliores sui corporis, vt Veneri libens,

A frequentésq; eant ad ædem Veneris Erycinæ, quæ è Sicilia Romam à Mar. Marcello, victis Syracusis, translata est, & apud portam Collinam ædes est illi consecrata, sub eadem appellatione ab Eryce monte Siciliæ, in quem dicunt conuersum Erycē Veneris filium, & in eo ab Aenea Veneri matri templum conditum. Diodorus tamē inquit Erycem Veneris filium in monte vrbem sui nominis condidisse, & in arce templum matri dicasse, quæ Erycina dicitur. Et addit: Nunquam huius veneratio templi destitit. Aeneas hic vota soluit, dona obtulit. Et Carthaginenses, & Romani duces, & consules ad templū veniunt, positáque seueritate ludunt. S P Q R instituit 16. Siciliæ vrbes, aurum cōferre Veneri Erycinæ, militésque ducentos ad templi tutelam deputauit, &c. *Puellæ vulgares*] ô meretriculæ. *Celebrate numina Veneris*] quasi sacrificate. *Multa Venus*] hoc est, plurima voluptas
B venerea. nisi ita legas, Multa, pro multum. *Venus est apta*) quæ professarum visui & lucro earum quę meretriciam profitentur artem. *Poscite formam thure dato*) adolescentes thura poscite formæ decorem, qui quidem datur à Gratiis, quæ ministræ sunt Veneris. *Et fauorem populi*] quo formam laudet populus, & vobis faueat. *Poscite blanditias*] quibus iuuenes alliciatis. *Et verba digna*] quæ conuenientia. *Ioco*] Veneris filio: de quo superius dictum. & Horat. in Odis: Quam volat circum Iocus & Cupido. Iocus enim est qui allicit. *Date sisymbria grata dominæ*] offerte sisymbria Veneri, quæ illi grata sunt. Sisymbrium, vt Plinius libro vigesimo inquit, syluestre à quibusdā tymbreū appellatum, pedali non plus altitudine, quod in riguis nascitur: simile nasturtio est: vtrumq; efficax aduersus aculeata animalia. Et in libro 19. Sisymbrium, inquit, ferunt lætissimum. nascitur in puteorū parietibus, & circa piscinas ac stagna. *Cum sua myrto*] quæ est illi dicata. *Et vimcula iuncea texta*) hoc est, vincientes iuncos contextos. *Rosa composita*] id est, coronam rosarū compositarum iuncis illigantibus contextarū Veneri ipsi dato. G

Templa frequentari Collinæ proxima porta
Nunc decet, à Siculo nomina colle tenet.
Vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis
Claudius, & bello te quoque cepit Eryx.
Carmine viuacis Venus est translata Sibyllæ,
Inque suæ stirpis maluit vrbe coli.
Cur igitur festum Veneris Vinalia dicant,
Quæritis? & quare sit Iouis ista dies?
Turnus, an Aeneas Latiæ gener esset Amatæ,
Bellum erat: Hetruscas Turnus adorat opes.
Clarus erat, sumptísque ferox Mezentius armis,
Et vel equo magnus, vel pede maior erat.
Quem Rutuli, Turnúsque suis adsciscere tentant
Partibus: hac contrà dux quoque Thuscus ait:
Stat mihi non paruo virtus mea, vulnera testor,
Armáque, quæ sparsi sanguine sæpe meo,
Qui petis auxilium, non grandia diuide mecum
Præmia, de lacubus proxima musta tuis.

ANTON. *A Siculo nomina colle tenent*] ab Eryce. Vnde Venus fertur Romam translata monitu carminis Sibyllini, posteaquam Claudius Marcellus Syracusas, & alia Siciliæ oppida, quæ erant in potestate Carthaginensium, expugnauit. In Eryce fanum fuit Veneris, quod secundū aliquos, ab Aenea, secū-
C dum alios ab Eryce Veneris ac Butæ, siue Neptuni filio conditū, singulari veneratione antiquitus colebatur, refertum mulierum frequentia, vt inquit Strabo, eius deæ ministerio dicatarū. Id postea vetustate collapsū, Claudius imperator, vt ex ærario populo Romano reficeretur, autor fuit, teste Suetonio. Fuit & Romæ in Capitolio templum Veneris Erycinæ, autore Liuio, qui scribit Q. Fabium Maximum à senatu po-
D stulasse, vt ædem eius deæ, quam dictator vouisset, dedicari liceret, & creatos esse duumuiros ædibus dedicandis, Attilium Menti, Fabium Veneri Erycinæ, quæ in Capitolio fuerunt vno canali decretæ. *Syracusas Arethusidas*] oppidum Siciliæ nobilissimum, de quo diximus. apud ipsum fons est Arethusa. Claudius Propertius: Qua Siculæ victor telluris Claudi', & qua Cæsar ab humana cessit in astra via. Scio esse qui accipi Appium Claudium velint, qui Messanā obsessā obsidione liberauit, Hieronem q; impulit magna cū strage suorum fugere Syracusas: qui tanta celeritate victus est, vt se prius victum, quàm hostem videret, fateretur. Quod nobis non placet. Accipiendus enim est M. Claudius Marcellus, qui fuit Syracusarum gloriosissimus expugnator, plurimáque inde signa in vrbem reportauit. egitque in triumpho non homines tantùm, verumetiam deos: primúsque Han-
E nibalem docuit vinci posse. Constet ergo duos Claudios Siciliam contudisse, Appium Claudium: & sexagesimo ferè anno pòst, Claudium Marcellum. *Translata*] Romam è Sicilia. *Festum Veneris Vinalia*] Colitur quidem Venus Vinaliorum die: sed Vinalia Ioui sunt sacra, non Veneri. *Amatæ*] Hæc fuit mater Lauiniæ, propter quam inter Æneam & Turnum nata sunt bella. *Hetruscas Turnus adorat opes*] diffisus suis, auxilium petit à Mezentio: qui haud grauatim se Rutulis iunxit, teste Liuio. *Clarus erat*] &c. Hic vt scripsit Cato in primo Originum, Rutulis imperauit, vt sibi offerrent quas diis primitias offerebant. Vnde à Vergilio dictus est contemptor deorum, quòd diuinos honores sibi exegisset. Latini, vt idem Cato autor est, similis imperij metu ita vouerunt: Iupiter si tibi curæ est, nos ea tibi dare potius, quàm Mezentio, nos victores facias. Eum re-
F gem Varro scripsit, vt Plinius refert, tulisse auxilium Rutulis contra Latinos vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset. *Stat mihi non paruo*] constat sanguine ac multis vulneribus. *Non grandia præmia*] petimus exigua præmia, si expendatur nostræ fortitudinis meritum.

PAVL. *Nunc decet frequentari templa*] decet vos frequentes ire ad templa Veneris. *Proxima porta Collina*] quæ propinqua sunt Portæ quæ Collina dicta est: quæ porta Salaria dicta, iuxta collē Quirinalem. *Tenet nomina à colle Siculo*] vocatur ædes Veneris Erycinæ, ab Eryce monte Siciliæ. de quo Strabo inquit: Eryx quoque collis excelsus habitatur, in quo Veneris tēplum locatum est, quod singulari veneratione colitur, antiquitus mulierū frequentia refertū, illius ministerio dicatarum: quas & è Sicilia, & externis è regionibus multi locarant. hac verò tēpestate sicut & ipsa colonia viduata colonis est, sic & templum desolatū, & sanctorū hominū copia defecit. Est & Romæ ante portā Collinā deæ huius ædificiū, q; Veneris Erycinæ templū dictitant. Cui cum æde sacra insignis adiacet porticus. Hæc ille. *Et vt Claudius*) postquam Mar. Claudius, quem quinquies consulem, Marci filium, extitisse tradunt eiq; sicuti Posidonius refert, cognomen, quod martium est, primùm ex familia fuisse Marcello. Exercitatione namq; bellicosus erat, robustus corpore, manu potens, natura ad dimicandum vir ardens, quod illius certamina declarant: acer ac strenuus: ad cæteras vitæ partes humanus atque modestus. Gallorū ducem singulari certamine fudit: spolia Ioui Feretrio retulit, primus Hannibalem vinci posse docuit, Syracusas expugnauit, in insidiis postea ab Hannibale interceptus est. *Abstulit armis*] expugnauit. *Syracusas Arethusidas*] ab Arethusa Syracusij fontis nympha. *Et cepit te quoque Eryx bello*] etiam Erycem montem armis occupauit. *Venus*] Erycina scilicet. *Est translata*] è Sicilia in vrbem. *Carmine viuacis Sibyllæ*] quasi, translata à Romanis monitu carmine Sibyllino. *Viuacis*] Dixit propter Cumæam Sibyllam, cui datum erat tot annos viuere, quot partes arenę palmis accepit. de quo in decimoquarto Metam. & aliàs à nobis dictum. *Et maluit coli in vrbe stirpis suæ*] potius voluit coli in vrbe Roma, quę à propepotibus Aeneæ condita est. *Cur igitur cùm festum sit Veneris, cur dies Iouis*] & refert ipsam historiam. Quòd Mezentius Etruscorū rex veniens in auxilium Turni, Rutulorū sibi dari vinum pepigit. Aeneas verò Latinorū vinū Ioui vouit. Ex Dionysio tamen diximus fuisse Ascanium. *Cur dicam*] igitur. *Vinalia festum Veneris? quæritis*] cur Vinaliorum diem dicam Veneris festum esse. *Et quare ista dies sit Iouis*] nam Ioui celebritati destinata. *Bellum erat*] armis certabatur. *An Turnus*] rex Rutulorum. *An Aeneas esset gener Latiæ Amatæ*] accipere deberet in vxorem Lauiniam Latini regis, & Amatæ reginæ filiam. nota est historia. *Turnus adorat opes Etruscorum*] orando supplex poscit Tyrrhenorum opem. de quo Liuius: Turnus, inquit, Rutulique diffisi rebus, ad florentes opes Etruscorum, Mezentiúmque eorum regem, confugiunt. qui Cere opulento tum oppido imperitans, iam inde ab initio minimè lætus nouæ origine vrbis, & tum nimio plusquam satis tutum esset accolis, rem Troianam crescere ratus: haud grauatim socia arma Rutulis iunxit, &c. *Mezentius erat cla-* H I K L

A rum] illustris. *Et ferox*] strenuus. *Sumptis armis*] cùm sumpsisset arma ad pugnam. *Et vel equo magnus*] ingens erat, & magnarum virium, si pugnasset eques. *Vel pede maior*] maius præ se ferebat robur, si pedes pugnasset. *Quem*] Mezentium. *Rutuli & Turnus*] ipse Rutulorum rex. *Tentant ascriscere suis partibus*] adiungere in suum auxilium, & iungere cum eo militiam. *E contra*] quasi ex altera parte. *Dux Thuscus*] rex Tyrrhenus. *Ait*] ita. *Virtus*] robur, & fortitudo mea *Stat*] pro constat. *Mihi non parue*] sed magno. * Non vili precio seruio, neque leui labore paraui peritiam rei militaris. * *Testor Galeam*] quæ suscepi in bello: quæ quidem indicant, non paruo mihi constitisse, fuisse strenuum & præstantem in bello. *Et testor arma*] quæ sæpe sparsi sanguine meo: sæpe infeci cruore è vulneribus meis effuso. *Qui petis auxilium*] Turne, & vos Rutuli, qui meam opem imploratis. *Diuide mecum non grandia præmia*] proxima musta de lacubus tuis. hoc est, diuide mecum vina, quæ proxima vindemia è vitibus tuis percipies: quod exiguum erit præmium, quasi, & tamen eo exiguo ero contentus. *De lacubus*] de doliis, per translationem, i lacunis. nam G Varro inquit: Lacus, lacuna magna, vbi aqua contineri potest.

ANTON. *Quàm velit Aeneas ista negata mihi*] Callidum suasionis genus. dicit enim placiturum hostibus Rutulorum, vt quæ petit musta, non consequatur. Sanè, vt Festus autor est, Aeneas pugnans cum Mezentio, cùm nusquam apparuisset, indiges ab Ascanio appellatus est, cuius nomine etiã templum construxit. *Hostica vindemia*] Rutulorum meorum hostium musta. *Cadit Mezentius ingens*] Secundũ poëtas, non secundũ historiam. *Merito Ioui*] qui fauit causæ meliori. vnde Vinalia ei dicata sunt.

Nulla mora est operi: vestrum est dare, vincere nostrum est:
Quàm velit Aeneas ista negata mihi.
Annuerant Rutuli: Mezentius induit arma,
Induit Aeneas, alloquitúrque Iouem.
Hostica Tyrrheno vota est vindemia regi,
Iuppiter è Latio palmite musta feres.
Vota valent meliora: cadit Mezentius ingens,
Atque indignanti pectore plangit humum.
Venerat autumnus calcatis sordidus vuis,
Redduntur merito debita vina Ioui.
Dicta dies hinc est Vinalia, Iuppiter illam
Vendicat, & festis gaudet inesse suis.
Sex vbi quæ restent luces Aprilis habebit,
In medio cursu tempora veris erunt.
Et frustrà pecudem quæres Athamantidos Helles,
*Signáque dant imbres, exoritúrque * Canis.*

PAVL. *Nulla mora est operæ*] nõ erit retardatio laboris: nã mox in bellũ pdibo. *Vestrũ est dare*] musta scil. *Vincere est nostrũ*] ad nos ptinet, pete vobis victoriã. *Quã velit Aeneas*] ista musta vestra. *Negata mihi*] velit Aeneas vos mihi nolle ea tradere, quo vobis auxilio non essem. *Annuerant Rutuli*] pmiserãt se daturos. *Mezẽtius induit arma*] armauit se ad bellũ cõtra Aeneã. *Induit Aeneas*] ipse etiã stema suscepit. *Et alloquitur Iouem*] antequã in certamen cum Mezentio exiret, ita Iouem allocutus est. *Hostica vindemia*] fructus vindemiæ hostilis: hoc est, musta Rutulorũ. *Vota est*] vota, promissa. *Regi Tyrrheno*] Mezentio regi Etruscorum à Tyrrheno Atyos regis Mæoniæ filio Thuscis Tyrrhenia addicta est. *Tu ò Iuppiter feres musta è palmite Latio*] è vitibus Latinorũ. nã Latium tibi ego vinum voueo. *Vota meliora valent*] vota Aeneæ, quæ magis pia fuêre, cum Ioui vinum vouerit. *Valent*] quia sunt effectũ consequuta. *Cadit Mezentius ingens*] ab Aenea singulari certamine peremptus. *Atq; plangit*] percutit. *Humum*] cùm moreretur. *Pectore indignãti*] cũ indignatione renitẽti, cùm ipsã animã exhalaret. & in hoc poëta Vergiliũ sequutus, qui tradit Mezentiũ ab Aenea peremptũ: cùm id nõ cõstet. Sed ex historia hoc habemus: Ascaniũ à Mezentio obsessũ, cum suis ex improuiso castra hostilia adortũ, Lausum Mezẽtij filiũ interemisse: tũc Mezentiũ pacẽ & pactiones iniisse cum Ascanio: Tibriq; terminũ vtriusq; regni cõstitutũ, Etruscorũ scilicet & Latinorũ. *Venerat autumnus*] quo tempore vuæ colligũtur. *Sordidus*] deturbatus. *Calcatis vuis*] calce pressis & prelo ad exprimẽda musta. *Debita vina redduntur merito Ioui*] soluũtur vota, offertúrq; vinũ Ioui promerenti, p victoria Aeneæ præstita. *Hinc*] ex hoc vino Ioui oblato. *Dies est dicta Vinalia*] nõ enim huiusmodi nomina festorũ p ferẽda, K nisi numero multitudinis: vt Saturnalia, Bacchanalia, Cerealia, Palilia. ideo dies dicta Vinalia, quia Vinaliorũ celebritas refertur eo die. *Iuppiter vendicat sibi illã*] attribuit sibi eũ diẽ. *Et gaudet inesse suis festis*] q etiã illa sit in diebus suo numini cõstitutis. *Sex vbi quæ restãt*] 4. Cal. Maij, hoc est, 28. die Apr. erit medietas veris, & heliacus Arietis occasus: nã totus tũ à sole abit, & oritur Canis: de quo paulo pòst dicemus. & erũt Rubigalia, quæ, vt Varro inquit, ab Rubigo dicta. secũdũ segetes huic deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes Agricolæ. antiqui Rubigũ dicũt deũ: & inuocabant, vt idẽ Varro ostẽdit li. 1. de Re rustica. De Rubigalibus Plinius ita inquit: Rubigalia Numa cõstituit ãno regni sui vndecimo, quæ nũc agũtur ad *sextũ Calẽdas Maias, quoniá tũc ferè segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinauit, sole Tauri L partẽ decimã obtinẽte, sicut tũc ferebat ratio: sed vera causa est, quòd post dies vndeuiginti ab æquinoctio verno per id quatriduũ varia gentiũ obseruatione in 4. Calendarũ Maiarũ Canis occidit, sidus & per se vehemẽs, & cui præoccidere Caniculã necesse sit. Hæc Plinius. Sed discrepat à poëta, cùm alter dicat eo die Canẽ exoriri, alter occidere & Plini⁹ paulo ante eũ locũ occultari quoq; Canem quarto Calẽd. Maij ostẽdit. Ego ita acciperẽ, Plinio vesperi occultari, Poetæ verò mane exoriri. Iunius antẽ Moderatus pridie Calendas Maias celari Canem ostẽdit. Duo tamen Canes in cœlo figurãtur, Canis & Procyon. De quibus Higinus. Canis, inquit, leporẽ fugiẽtẽ cõsequẽs, posterioribus pedib⁹ clauditur ab hyemali circulo, pedẽ dextrũ Orionis penè suo capite cõiũgẽs, capite ad occasũ spectãs: sed caput ad æquinoctialẽ circulũ tendit,

Sex vbi quæ restẽt luces Aprilis habebit, In medio cursu tempora veris erunt] Restent, legendũ est, non Restant & est sensus: Cum Aprilis ea tantùm dies superfuerint, hoc est, septimo calendas, in medio cursu ver erit. Tunc enim & Rubigalia celebrantur, vt Plinius docet. Itaque cauendum est, ne sexto die post Vinalia, hoc est, quarto calendas Maij, putemus vel esse ver medium, vel Rubigalia celebrari: ne vnà cum Plinio nobis Festus quoque & Seruius aduersentur, qui scribunt, septimo calendas Maias esse Rubigalia. Illud præterea sciendum, ne fortè in veris dimensione fallamur, medium esse non solùm, D quod æquè distat ab extremis, sed quod est inter extrema: atque à principio ita discedit, vt finem non attingat. Item & manifestum. vt, Senus medios dilapsus in hostes. &, Quanquam media iam morte tenetur. *Et frustrà pecudem quæres Athamantidos Helles*] Aries hoc tempore & immergitur Oceano, ante solis occasum, & latet occasu heliaco magna ex parte, antequam is in ortum feratur. quod fieri necesse est, sole in Tauri ferè parte septima constituto. *Signáque dant imbres*] quia paulo pòst, vt scribit Columella, est ferè auster cum pluuia. *Exoritúrque canis*] Hic canis, de quo nũc agimus, qui (teste Macrobio) Tauro vicinus est, & oriri hoc tempore dicitur, & occidere. Oritur quidem ortu cosmico, occidit heliaco. Vnde & Columella Canem inquit celari vesperi pridie calendas Maias. Et Virgilius in Georgicis: Auratis aperit cum cornibus annum Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro. Neque enim placet, quod Seruius dicit, occidere Canem hoc tempore, quia post E horam quintam diei cum Cancro in ortum feratur. Quis enim est, qui eiusmodi occasum siderum tradit? Rectè igitur sentit Macrobius, docens, sole Taurum tenente, non videri hunc canem tectum lucis propinquitate. Quod adeò verum est, vt Ouidius eundem canem, quem Erigoneium vocat, mense Maio doceat in ortum ferri, quem heliacum dicimus. Scio quosdam esse nostrorum temporum astronomos, qui stellam quandam in Scorpione Canem appellant, quæ oriente Tauro occidat necesse est. Est & canis, qui Procyon dicitur. quod sidus apud Romanos, autore Plinio, nomen non habet: oritúrque idibus Iuliis, vt placet Columellæ. qui etiam scribit, Caniculam paulo pòst exoriri. Quo tempore accenduntur solis vapores, vt ait Plinius, feruent maria, mouẽtur stagna, & vina in cellis fluctuant. Hæc habet in extrema lingua stellam vnam, quæ dicitur Canis: in F capite, siue vt quibusdam placet, in ore aliam, quã Syrion vocant. vt, Emissæ protẽdit imagine linguæ Stellã vnã, ipsa Canis quæ dicitur. altera summo Stat capiti, Graio dicunt quam Syriõ serẽ Nomine. Fest. autor est, esse Romæ Catulariã portam, sic appellatã, quòd non longè ab ea, ad placandum Caniculæ sidus frugibus inimicum, rufæ canes immolentur, vt fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur.

A Occidit oriente Sagittario, exoriens autem cum Cancro. Is canis habet in lingua stellam vnam, quæ stella canis appellatur. In capite autem alteram, quam nonnulli Syrion appellant. In vtrisque auribus obscuras singulas, in pectore duas, in pede priore tres, inter scapulas tres, in sinistro lumbo vnam, in pede posteriore vnam, in pede dextro vnam, in cauda quatuor. Omnino sunt decem & nouem. Procyon verò in lacteo circulo defixis pedibus æquinoctialem circulum tangit. Spectat ad occasum, vt inter Geminos & Cancrum constitutus. Qui quòd ante maiorem canem exoritur, Procyon est appellatus. Hic autem occidit exortu Capricorni, exoritur cum Leone: sed est omnino stellarum numerus trium. Hæc ille. Moderatus verò ostendit, Procyona exoriri mane Iduum Quintilium, & Caniculam oriri decimosexto calendarum Sextilium. Verùm B quia de Rubigine agebamus, id mali accidit, cùm malefactos aquis culmos solis calor adurit. Et Plinius inquit: Frugum vinearúmque malum, nullo minus noxium est Rubigo: frequentissimaque hæc in roscido tractu, conuallibúsque, ac perflatum non habentibus, è diuerso caret ea ventosa & excelsa. *Vbi Aprilis habebit sex luces*] sex dies. *Quæ restant*] ex his quæ supersunt & subsequuntur. Nec intelligas vsque ad finem. nam alia festa ponit vltimo die mensis: sed sex dies numeratos post Vinalia, siue ipso die Vinaliorum: & sexto die postea, hoc est, vigesimooctauo die Aprilis. *Tempora veris erunt in medio cursu*] in medio spacio. G *Et frustra quæres pecudem Helles Athamantidos*] frustrà requires arietem Phrixi & Helles, Athamantis Thebani f. Hoc dicit, Tu non videbis iam Arietem cum sole orientem: nam totus nunc Taurus cum sole oritur, & Aries iam antecessit. *Dant signa imbres*] quos eo tempore Aries inducit. Et Moderatus ostendit eo die austrum cum pluuia. *Et canis exoritur*] de quo iam diximus.

ANTON. *Hac mihi Nomento Romam cùm luce redirem*] Nomentum oppidum est in Latio, ad decimũ, siue decimumquintum ab vrbe lapidem, à quo via Nomẽtana nomẽ accepit. Eius meminit Virgilius in sexto Aeneidos. vt, Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbémq; Fidenam, Hi Collatinis imponent montibus arces. *Candida turba*] non-C nulli candidati, cùm ad rem diuinam faciendam irent in lucum Rubigini consecratum, comitarentúrque flaminem Quirinalem. *Antiqua lucum Rubiginis*] E duodecim diis, qui maximè agricolarum duces sunt, teste Varrone, Robigus colebatur: non vt prodesset, quemadmodum Ceres, Liber, D Iupiter, ac Bonus euentus: sed ne obesset rubigine, quam Plinius maximam segetum pestem, ac cœleste frugum vinearúmque malum appellat. Vnde illud est Virgilij in primo Georgicorum: Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos Esset rubigo.

Hac mihi Nomento Romam cùm luce redirem,
Obstitit in media candida turba via.
Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ouis.
Protinus accessi, ritus ne nescius essem:
Edidit hæc flamen verba Quirine tuus:
Aspera Rubigo parcas Cerealibus herbis,
Et tremat in summa leue cacumen humo.
Tu sata sideribus cœli nutrita secundis
Crescere dum fiant falcibus apta, finas.
Vis tua non leuis est: quæ tu frumenta notasti,
Mœstus in amissis illa colonus habet.
Nec venti tantùm Cereri nocuère, nec imbres,
Nec sic marmoreo pallet adusta gelu.
Quantum sic culmos Titan incalfacit vdos,
Tunc locus est iræ diua tremenda tuæ.
Parce precor, scabrásque manus à messibus aufer:
Néve noce cultu, posse nocere sat est.
Nec teneras segetes, sed durum amplectere ferrum:
Quódque potest alios perdere, perde prior.
Vtilius gladios, & tela nocentia carpes:
*Nil opus est istis, ocia mundus * agit.*
Sarcula nunc, durúsque bidens, & vomer aduncus
Ruris opes niteant, inquinet arma situs.
Conatúsque aliquis vagina ducere ferrum,
Astrictum longa sentiat esse mora.
At tu ne viola Cererem, sempérque colonus
Absenti possit soluere vota tibi.

Et illud Columellæ: Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas, Sanguine lactentis catuli placatur, & extis. Est autem rubigo, putredo quædam exedens ac perimens cul-E mos, quam in vitibus carbunculum vocant. Cuiúsque nonnulli causam esse dixerunt rorem inustum sole. quod Plinius ex parte falsum putat, eiusmodique putredinem frigore constare arbitratur, ac non fieri, nisi interlunio, plenáve luna. Lege librum decimumoctauum Naturalis historiæ. Colebatur itaq; Rubigo, vt Febris, ac Mala fortuna, ne obesset, vt diximus: cuius secundum segetes sacrificabatur, vt autor est Varro. Eius feriæ Rubigalia à Numa Pompilio institutæ sunt, anno regni sui vndecimo, quæ aguntur ad septimum calendas Maij, quia tunc ferè segetes rubigo occupat. Quod tempus Varro determinauit, sole Tauri partem decimam obtinente, sicut tunc ferebat ratio. Hoc malum in tractu roscido, conuallibúsque, ac locis perflatum non habentibus frequentissimum est, in vẽtosis & excelsis nullum. F quo siligo minus quàm cætera frumenta periclitatur: quoniam semper rectam habet spicam, nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Auertitur autem lauri ramis in aruo defixis, vt Plinius scribit, transitque in earum folia ex aruis. *Exta canis*] ad placandum Canem cœlestem, qui interdum frugibus nocet. Vnde rufas canes diximus immolari solitas ad Catulariam portam. *Aspera rubigo*] Colebant & Rubigum deum, quem & Robigum dicimus. *Tremat*] agitetur à vento, ne rubigo noceat. *Sideribus secundis*] cœli clementia & fauore. *Si culmos Titan incalfacit vdos*] vel cùm repentè sol pluuiæ succedit, vel cùm roscidum inquit ro-H rem. *Amplectere ferrum*] non omne ferrum, sed quod perniciosum est, vt bellicum. *Ocia mundus agit*] Cæsarum prudentia & virtute. *Inquinet arma situs*] A sinendo situs nomen accepit. Seruius situm vocat lanuginem ex humore procreatam. Hic est sordes & squallor, quem ferrum contrahit, longa pace intactum. *Absenti*] quia nocet robigo, cùm I adest: nec rogatur vt adsit, vti Ceres & copia.

PAVL. *Hac mihi Nomento*] &c. Cùm Poëta ex suburbano Romam rediret, vt ipse inquit, occurrentem turbam habuit, Rubigini sacrificaturam, cui sacerdos canem & ouem immolat. *Cum hac luce*) hoc die. *Redirem*] ego. *Nomento Romam*] Nomentum in via qua in Sabinos itur, ad decimumquintum ab vrbe lapi-K dem. *Candida turba*] cãdidis induta vestibus. *Obstitit*] occurrens, aut obuia mihi stetit in media via. *Flamen*) sacerdos. Nam qui à Græcis stephanophori, à Romanis flamines dicti sunt. Et à gestatione pileorum & infularũ, hoc nomine appellantur, vt Dionysius inquit. Sed de his in secundo diximus. *Ibat in antiquum lucũ Rubiginis*] in lucum ab antiquis Rubigini consecratum. *Daturus flammis exta canis*] daturus exta ouis: immolaturus canem & ouem, & intestina crematurus. *Protinus accessi*] statim illuc iui. *Ne essem nescius ritus*] vt discerem ritum & morem sacrorum. *O Quirine*] ô Romule. *Tuus Flamen*] tuus sacerdos nam erat is flamen Quirinalis. *Edidit hæc*] verba scilicet. *Aspera Rubigo, parcas Cerealibus herbis, Et tremat in* L *summa leue*.] &c. Oratio flaminis ad ipsam Rubiginem, quam precatur vt segetibus parcat, sæuiat in arma, non sata, aut rustica instrumenta, quò à colonis sibi vota soluantur. Verùm (vt diximus) Rubigum deum vocabant, & eidem sacrificabant, *O Rubigo aspera, parcas herbis Cerealibus*] noli attingere cereales segetes. *Et cacumen*] segetum, aut herbarum cerealium. *Leue*] politum, à te non obsessum. *Tremat*] impunè agitetur. *In summa humo*] in summitate telluris. *Sinas*] permittas tu. *Crescere sata*] crescere & peruenire ad maturitatem segetes. *Nutrita*] ipsa sata. *Secundis sideribus cœli*] prospero siderum cursu. *Dum*] vsquequo. *Fiant apta falcibus*] matura fiunt, & falce secari possint. *Vis tua non leuis est*] sed grauis: nam

A magni momenti. *Colonus mœstus*) tristis. *Habet ille frumenta iam amissa*) quia iam amissa æstimat. *Quæ tu notasti*) corrupisti. nam statim Cùm fuerint fruges scabra rubigine læsæ, Cogitur amissas flere colonus opes. *Nec venti nocuere tantum Cereri*] nō sunt tā noxij frugibus Cereris vēti. *Nec imbres*) pluuiæ. *Nec sic pallet ipsa Ceres*) hoc est, ipsa seges. *Adusta gelu marmoreo*) quasi nec pruinæ, nec glacies tātum nocent. *Quantum si Titan*) sol. *Incalfacit*] calefacit. *Culmos vdos*] madidos. Tunc enim gignitur rubigo, cùm madidi culmi segetis nimio solis calore desiccantur. & ideo inquit, *Tunc diua tremenda*] Rubigo timenda. *Est locus ira tuæ*) quia tunc tua ira sæuit in segetes. *Parce precor*] & noli in segetes sæuire. *Aufer*] remoue. *Manus scabras*] asperas. *A messibus*) à frugibus. *Neu noce cultis*] noli B nocere segetibus. *Sat est posse nocere*) Vt in Heroidibus: Perdere posse sat est, si quem iuuat ipsa potestas. Sic nunc satis sit posse lædere. *Nec tenerus segetes*) non deteras in humum fruges. *Sed amplectere durum ferrum*] quasi abrodas bellica instrumenta æratalia. *Perde prius*] potius quàm segetes perdas. *Quod potest alios perdere*) ferrum quo necantur homines. *Vtilius carpes*] rodet. *Gladios & tela nocentia*] arma ipsa perniciosa. *Nihil opus est illis*] armis. ideo ea abrodas. *Mundus agit ocia*] quasi qui in orbe sunt, ociosam vitam agunt, ab omni bellorum tumultu vacantem. *Niteant nunc opes ruris*] nitida & splendida sint rustica instrumenta. *Sarcula*) quæ à sarciendo dicta sunt, crates sunt illæ dentatæ, quæ supertrahuntur satis. Horatius: Gaudentem patrio findere sarculo, agros. *Et durus bidens, & aduncus*] curuus. *Vomer*) Niteant hæc & alia instrumenta, quorum vsus est ad proscindendam euertendamque terram. Vergilius, Sulco attritus splendescere vomer. Et vomerum quatuor genera ostendit Plinius: cultrum rostra- G tum, porrectum in mucronem, fastigiatam. *Situs*] squalor & putredo. *Inquinet*) commaculet. *Arma*) bellica, & non cerealia. *Et conatus aliquis ducere ferrum vagina*) cùm gladium extrere è vagina volet. *Sentiat esse adstrictum longa mora*) cognoscat rubigine pressum, & in vagina hærentem, vt facilè exeri non possit *Atra*] Rubigo. *Ne viola Cererem*] noli corrumpere cerealia dona. *Et colonus possit semper soluere tibi vota absenti*) vt nuncupata vota tibi non lædenti fruges soluat. Hæc verba à flamine Quirinali proferebantur, deinde immolaunt Rubigini, adhibito etiam in sacris thure & mero. Varro in Re rustica, cùm duodecim deos inuocare doceat, qui facientes adiuuent, inquit: Quarto loco Rubigum, ad Floram: quibus propitiis, neque robigo frumenta, neque arbores corrumpit, neq; non tempestiuè florent. Itaque publicè Robigo feriæ Robigalia, Floræ ludi Floralia instituti. H

Dixerat. à dextra villis mantile solutis,
Cúmque meri patera thuris acerra fuit.
Thura focis, vinúmque dedit, fibrásque bidentis,
Turpiáque obscœnæ vidimus exta canis.
Tum mihi cur detur sacris noua victima quæris?
Quæsieram. Causam percipe flamen ait.
Est canis, Icarium dicunt: quo sidere moto,
Tosta sitit tellus, præripitúrque seges.
Pro cane sidereo, canis hic imponitur aræ,
Et quare fiat, nil nisi nomen habet.
Cùm Phrygis Assaraci Tithonia, fratre relicto,
Sustulit immenso ter iubar ore suum,
Mille venit variis florum dea nexa coronis,
Scena ioci morem liberioris habet.
Exit & in Maias festum Florale calendas:
Tunc repetam, nunc me grandius vrget opus.

ANTON. *Acerra*] arcula thuraria. licèt etiam aliud significet. *Obscœnæ canis*] à cuius sacris abhorret animus. *Est canis, Icarium dicunt*] deest quē. C vt, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, Carthago. Canis Icarius est, cuius ductu Erigone patris Icarii cadauer inuenit. qui cùm acceptum à Libero patre vinum pastoribus potandum exhibuisset, ab his interfectus est: qui ebrij facti, putauerunt se veneno fuisse D tentatos. Hunc Propertius Icarum vocat. vt, Icare Cecropiis meritò iugulate colonis. Alij Icarium, à quo Statius in Thebaide vitium vmbram Icariam vocat. Is receptus in cœlum, Bootæ nomen accepit: vbi Erigone virgo, canis autem eodem quo prius nomine appellatur. Hunc quidam ferunt Hmeram dictum: cuius ductu cum Erigone patrem inuenisset à pastoribus interfectum, ipsa sibi mortem consciuit, cui canis spiritu parentauit. quem quidam scripserunt se in puteum deiecisse, Anygrum dictum, hoc est, sine humore, quòd nemo postea eius aquis vsus fuerit. Erigone aristam ferre in cœlo dicitur, autore Macrobio, quæ fructibus curuatur. Eam esse iustitiam credunt, quæ sola facit nascentes fru- E ctus ad vsus hominum peruenire. Eandem, & Pudorem è terris ænea ætate fugisse ad superos, Hesiodus autor est. Sanè Bacchus apud Statium in Thebaide suam Erigonen vocat, ob Icarum patrem. Vnde olim in honorem Erigones Libero rem diuinam faciebant. *Phrygis Assaraci*] Licet poëtis non solùm minuere & augere, vt diximus, sed etiam mutare vocabula. Vnde hic Assaracum pro Priamo accipiamus necesse est.. Tithonus enim, cuius vxor Aurora est, fuit Laomedontis filius, ac Priami frater. *Sustulit ter iubar*] Quarto cal. Maias docet Floralia celebrari, necnon & ineunte Maio. de quibus in sequenti libro latius tractabitur. *Ioci liberioris*) Martialis: Nosses iocosæ dulce cum sacrum Floræ. Ouidius infrà: Mater ades florum ludis celebrata iocosis.

PAVL. *Dixerat*) flamen. *A dextra*] illius fuit. *Mantile villis solutis*] non implicitis, aut nodosis, non vt apud Virgilium, Tonsísque ferunt mantilia villis: sed solutis. *Et fuit acerra thuris cum patera meri*] Thus & merum adhibebantur in F his sacris, vt in cæteris, veluti ostendimus. Acerram Pompeius esse inquit aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. & asserit alios dicere, arculam esse thurariam scilicet, vbi thus reponebant. Patera poculum est. Virg. in 2. Geor. Hic laticis qualem pateris libamus & auro Et in Æneid. Impleuitque mero pateram. *Dedit thura &*

Vinum focis] thus & merum flammis iniecit. *Et fibras bidentis*] exta ouis. Fibras pro extis posuit, quæ erant in bimatu, ea quoque cremantur. *Vidimus*] itidem dari flammis. *Turpia exta*] intestina. *Canis obscœnæ*] turpis. Turpia & obscœna ideo dixit, quòd cùm de more non esset, canem im- I molare, turpiora illa videbantur, quæ in assiduo vsu non erant. Etiam & illud additur, quòd in epulas non mactabatur, & nouum illud sacrificij genus obscœnum videbatur. *Tunc flamen ait, Quæritur noua*] inusitata. *Victima detur causis*] cur præter morem canis immoletur. *Quæsieram*) ego scilicet illud à flamine. *Percipe causam*) rationem huius rei. *Est canis, Icarium*] Immolari canem, pro Caniculæ sidere: cuius exortu (vt Plinius inquit) accendi solis vaporem quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in K terra sentiuntur. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna: & reliqua. Mactatur igitur hic canis nulla alia ratione, nisi quia cœlestis syderis nomē retinet. * Igitur canis immolatur propter caniculam stellam, ne nimio æstu noceat frugibus. *Est canis*) in cœlo stell. *Dicunt Icarium*] ferunt esse canem Icari, qui interfectus fuit à pastoribus, epoto quod is dederat vino. Cuius filia Erigona laqueo se suspendit, & canis se in Anygrum puteum deiecit. misertus Iupiter, cœlo locauit. Alij putant canem fuisse Europæ, alij Orionis. Sed hæc cumulatius ab Higino referuntur. *Quo sidere moto*) cùm mouetur in ipso ortu. *Tosta tellus sitit*] propter ignes quos effundit. *Et seges præripitur*] cùm arescat nimio calore. *Hic canis imponitur aræ*] immolatur. *Pro cane sidereo*) pro ipso sidere. *Et quare fiat*] qua ratione immoletur. *Nil habet nisi nomen*] vt in cœlo sidus, ita hoc in terris animal canis vocatur, & propter nomen L canis cani mactatur. *Cùm Priami consumus Tithonia*] &c. Tertio die à Robigalibus, hoc est, pridie calendas Maias, id est, vltimo die Aprilis, erunt Floralia. Verùm Floraliorum celebritas transfertur in calen Maias, cùm sit pridie calend. sacrificandum Vestæ & Apollini in Palatio, in sacellis ab Augusto consecratis, iunctis suis ædibus. Templum enim Apollinis, vt Tranquillus inquit, ea parte Palatinæ domus excitauit, quam fulmine ictam desiderari à deo aruspices pronunciarent. Addita porticus, cum bibliotheca Latina Græcáque. Quo loco iam senior sæpe etiam senatum habuit, decuriásque iudicum recognouit. Sed de eo nos plura in Tristibus diximus, & de Vesta diximus in sexto. Cùm

coniunx *Tithonia*] Aurora Tithoni vxor. *Relicto fratre*] Priami, relicto Tithono Laomedontis filio, sic Priami fratre. Erat hic locus deprauatus, cùm ita legeretur, *Cùm Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto*) Et omnibus constat, Tithonum non fuisse fratrem Assaraci, sed Priami. Assaracus enim fuit filius Trois, & frater Ili, & patruus Laomedontis, ex quo Priamus & Tithonus nati sunt. Nos ita locum emendauimus, Cum Priami coniunx Tithonia fratre relicto. *Ter sustulit*) eleuauit immenso ore. *Iubar*) splendorem suum. Nisi referas ad Luciferum, vt est illud Vergilij, Iprimis iubare exorto. Sed de hoc in primo libro diximus. Id nunc dicit,

Tertio die à Robigalibus *Venit dea florum*) Flora ipsa *Nexa*) coronata *Variis coronis*] variorum florum sertis. *Scena*] theatrum, vbi scena est. de quo superius. *Habet morem scena liberiorem*] lasciuiæ licentioris, quæ refertur in ipsis ludis. de quo in sequenti libro dicetur. *Festum Florale exit in calendas Maias*) differtur in sequentem diem. nam propter consecrata ab Augusto sacella, Apollini & Vestæ sacrificatur. *Tunc*] cùm de calendis Maiis agam. *Repetam*] Floralis ipsa. *Nunc vrget*] cogit me Gradiuus *Maius opus*] nam maiora numina Apollinis & Vestæ, quàm Floræ.

ANTON. *Aufert Vesta diem*) vendicat sibi hunc diem Vesta, sacrata in ædibus quas Augustus habuit in Palatio, & incendio absumptas restituit, vt, Vestáque Cæsareos inter sacrata penates. Fuit & in earum parte Apollinis templum structum ab Augusto, & admirandis operibus exornatum, vt Iosephus tradit.

> *Aufert Vesta diem, cognati Vesta recepta est*
> *Limine, sic iusti constituere senes.*
> *Phœbus habet partem, Vestæ pars altera cessit:*
> *Quod superest illis, tertius ipse tenet.*
> *State Palatinæ laurus, prætextáque quercu*
> *Stet domus, æternos tres habet vna deos.*

Vnde illud est, Et cum Cæsarea tu Phœbe domestice Vesta. & illud, Scripta Palatinus quæcunque reponit Apollo. Suetonius in Augusto: Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitauit, quam fulmine ictam desiderari à deo aruspices pronunciarant. Habitauit autem Augustus, teste eodem Suetonio, primò iuxta forum Romanum, postea in Palatio, vbi exornauit ædem Apollinis porticibus, & bibliotheca Latina Græcaque: in qua fuisse colossum Apollinis constat quinquaginta pedum, dubium ære nobiliorem, an pulchritudine. Habuit idem templum cortinas aureas, quas Augustus conflatis omnibus argenteis statuis sibi positis Deo dicauit. Item lychnum pensilem, arboris modo mala ferentis lucentem, quam Alexander (vt inquit Plinius) ceperat expugnatione Thebarum. *Cognati*] Augusti vt, Ortus ab Ænea tangit cognata sacerdos Numina, cognatum Vesta tuere caput. *State Palatinæ laurus, prætextáque quercu Stet domus*) Nata est laurus eo die, quo natus est Augustus, in Palatio, vt autor est Seruius, vnde triumphantes coronari consueuerunt. Sed ante ianuam ædium Augusti non dubitamus plures fuisse lauros, & inter eas mediam quercum: quòd & hic Palatinæ laurus numero plurium dicuntur, & alibi legimus: Postibus Augustis eadem fidissima custos Ante fores stabis, mediámque tuebere quercum. Nam si vna esset laurus, non mediam, sed vel læuam, vel dextram, vel sacram quercum diceret, aut aliquid tale. De lauro ipse alibi: Cur tamen apposita velatur ianua lauro, Cingit & Augustas arbor opaca comas? An quia perpetuos meruit domus ista triumphos? An quia Leucadio semper amata Deo est? Fuit & laurus in Capitolio, iuxta quercum, vnde coronæ certaminibus dabantur. *Æternos tres habet vna deos*] Vestam, Apollinem, & Augustum, qui viuens meruit diuinos honores vt, Præsenti tibi diuinus largimur honores, Iurandasque tuum per nomen ponimus aras. Huic imperatori præstantissimo, quem secessus maritimi præcipuè delectarunt, dici non potest, quantum vrbs Fani Fortunæ mea patria debeat, quod hoc loco silentio præterire non possumus. Ea enim vna est è duodetriginta coloniis, quibus deductis, Italiam ab Augusto frequentatam, operibúsque ac vectigalibus publicis excultam accipimus, vt Suetonius tradit. Vnde Pomponius Mela eam vrbem Fanestrem coloniam vocat: vbi videre licet diui Augusti mœnia vetustissima, hinc integra, illinc magna ex parte diruta bello Gotthorum: necnó & turres exporrectas circiter octo ac viginti: portámque minacem, vt ita dixerim, atque magnificam, structam eo genere lapidis, quod Tyburtinum vocant: cui ego nullam ferè ipsius vrbis Romæ portarum præferendam existimauerim. quæ omnia nemo dubitauerit constitisse ducentum millibus nummûm auri, quos hodie Venetos appellamus. Accedit adhæc aquæductus, quanto (dij immortales) impendio, quot & quibus puteis, quibus fornicibus camaratus. Item cloacæ Romanis simillimæ: ac tres in agro Fanensi pontes, quorum eminentissimus cernitur in via Flaminia, ad agri forum Semproniensium, ac Fanensium fines. Nec mirum. Constat enim, Augustum, cùm vias Italiæ triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribueret, quò faciliùs vrbs vndique adiretur, Flaminiam viam Arimino tenus muniendam sibi desumpsisse. Eam ad mare superum excipit porta Fanensis, cuius modò fecimus mentionem: ad quam proximè repertus est nummus aureus, ab Augusto percussus, ex vna quidem parte expressa eius imperatoris effigie, non multum ætate prouecti: ex altera sphinge, hac inscriptione: Augustus diui filius, tribunitiæ potestatis XVII. Eius portæ titulum hic subiecimus, ne fortè nos quispiam existimet fabulari: quem olim Cyriacus ille Anconites, vir inclytus, & vetustarum rerum solertissimus indagator, magno Fanensium ciuium conuentu legit nobis pueris, atque interpretatus est, cùm exultaret maiorem in modum, perinde ac eius opera semisepulta Fanensium gloria reuixisset. Erant enim æreæ literæ, atque auratæ, pedali altitudine, ac tanti imperatoris maiestati atque operis congruentes. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVST. PONTIFEX MAX. COS. TRIBVNITIAE POTEST. XXXII. IMP. XXVI PATER PATRIAE MVRVM DEDIT, CVRANTE L. TVRCIO SECVNDO APRONIANI PRAEF. VRB. FIL. ASTERIO V.C. CORR. FLAM. ET PICENI.

PAVL. *Vesta est recepta limine cognati*] in ædibus Augusti Palatinis, vbi est illi sacellum consecratum. Cognatam domum Iuliam Vestæ dicit, quod ostendimus in superiore libro. *Sic constituere iusti senes*] iustus senatus: nam consecratus locus ex senatus authoritate. *Phœbus habet partem*) cùm eius templum occupet partem Palatinæ domus *Altera*) hæc secunda pars. *Cessit Vestæ*] nam & partem ædium eius templum occupat. *Ipse tertius*) Augustus. *Tenet quod superest illis*) eam ædium partem quam duo illa templa non occupant. *State*) quasi æternæ estote. *Laurus & quercus prætexta*) ornata & cincta hinc inde lauris, aut prætexta coronis. Erat enim quercus illa Palatina, cum lauris ante fores ædium Augusti. In Metamor. Ante fores stabis, mediámque tuebere quercum. Et in Tristibus de ea domo: Et Iouis hæc, dixi, domus est: quod vt esse putarem, Augurium menti querna corona dabat. Et postea: Cur tamen apposita velatur ianua lauro, Cingit & Augustas arbor opaca comas? An quia perpetuos meruit domus ista triumphos? An quia Leucadio semper amata Deo? Ipsaue quòd festa est, an quòd facit omnia festa? Quam tribuit terris, pacis an ista nota est? Vtque viret laurus semper, nec fronde caduca Carpitur, æternum sic habet illa decus. & reliqua. *Stet domus*) perpetua sit. *Vna domus habet tres æternos deos*) Augustum, Apollinem, Vestam.

FASTORVM LIBRI QVARTI FINIS.

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBER QVINTVS.

QVAERITIS vnde putem Maio data nomina mensi:
Non satis est liquido cognita causa mihi.
Vt stat, & incertus quà sit sibi nescit eundum,
Cùm videt ex omni parte viator iter:
Sic quia posse datur diuersas reddere causas,
Quà ferar ignoro, copiáque ipsa nocet.
Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Medusæi signa tenetis equi.

ANTON. *QVAERITIS vnde putem Maio data nomina mensi*] De huius mensis nomine magna dissensio est inter autores, teste Macrobio: cùm quidam putent à maioribus Maium nominatum, vt diximus in primo huius operis libro: nonnulli Maium Deū apud Thusculanos Iouem esse, atque inde ad Romanos transisse commemorent. Cingius à Maia dictū existimauit, vxore Vulcani, cui flamen Vulcanalis calendis Maiis rem diuinam faciebat. licet Piso eam Maiestam, non Maiam voluerit appellari. Alij (vt scribit Plutarch in Numa) à Maia matre Mercurij Maio nomen inditum putans, quòd hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio sacrificarent: quorum alteri, hoc est, Mercurio, idibus Maia ædes dedicata est, auctore Festo. quem deum quidam eo die natum volunt. vt, Maiæ Mercurium creastis idus. Alij affirmant, Maiam quæ hoc mense colebatur, Terram esse, sic dictam à magnitudine: eoi Cornelius Labeo scripsit, vt Macrobius refert, ædem calendis Maiis esse dedicatam, eandémque esse Bonam deam, & Faunam, Opem, ac Fatuam dici. Bonam, quòd omnium nobis ad victum bonorum causa est. Faunam, quòd omni vsui animantium fauet. Opem, quòd eius auxilio vita constet. Fatuam, a fando. Vnde in sacris ei Mercurius iungebatur, quia vox nascenti homini terræ contactu datur. Infantes enim partu editi non prius vocem edunt, quàm attigerint terram. Ouidius autem hoc loco aliam quandam opinionem affert, putantium à maiestate Maio datum esse vocabulum, quæ à magnitudine dicta est, autore Festo, qui etiam docet, Maium lingua Osca Mesium appellatum. *Liquido*] manifestè. In o terminatur id aduerbium, vt falsò. *Copiáque ipsa nocet*] multitudo causarum facit vt hæream, sicuti viator interdum, vbi peruenit ad triuia vel quadriuia. *Dicite quæ fontes*] &c. Bene in re difficili Musarum quærit auxilium, quæ (vt diximus) à nonnullis putantur Iouis & Memoriæ filiæ. dicuntúrque modò Pierides, à Pieria, vbi natæ sunt. quamuis quidam secundum fabulas aliter tradant. modò Heliconiades, ab Helicone. modò Thespiades, à Thespiis oppido Bœotiæ. modò Hippocrenides, ἀπὸ τῆς ἱπποκρήνης, eiusdem regionis fonte. vt à Libethro, qui locus est Thraciæ, Libethrides. Item Castalides, à fonte Castalio. Et Aganippides, ab Aganippe, quem fontem esse in Bœotia Musis sacrum dicunt. Vnde illud est Iuuenalis: Cùm desertis Aganippes Vallibus esuriens migraret in atria Clio. Is fons ab equo Pegaso nomen traxit, quemadmodum & Hippocrene. Nota est fabula. [Pausanias in Bœoticis diuersas facit Aganippen & Hippocrenen, vtramque tamen in Helicone, alteram infra, alteram supra Musarum consecratum nemus. Ac Aganippeo quidem ab Aganippe Permessi filia dictam, Hippocrenen autem ab euentu, quòd à Pegaso ictu vngulæ aperta fuerit. Etiam Vibius Sequester vtriusque seorsim meminit, & diuersarum. Potest igitur hoc loco Aganippides, pro gentili accipi: vt si dicam, Heliconiadis Hippocrenes.]

PAVL. *Quæritis vnde putem*] &c. Maium Romulus tertium posuit, de cuius nomine inter autores lata dissensio est. Nam Fuluius Nobilior in Fastis, quos in æde Herculis & Musarum posuit, Romulum dicit, postquam populum in maiores iunioresque diuisit, vt altera pars consilio, altera armis rempub. tuerentur, in honorem vtriusque partis hunc Maium, sequentem Iunium vocasse. Sunt qui hunc mensem ad nostros Fastos à Thusculanis transisse commemorent: apud quos nunc quoque vocatur Deus Maius, qui est Iupiter, à magnitudine scilicet & maiestate dictus. Cingius mensem putat nominatum à Maia, quam Vulcani vxorem dicit, Argumentóque vtitur, quòd flamen Vulcanalis cal. Maiis huic deæ rem diuinam facit. Sed Piso vxorem Vulcani Maiestam, non Maiam dicit vocari. Contendunt alij, Maiam Mercurij matrem mensi nomen dedisse: hinc maximè probantes, quòd hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter Mercurióque sacrificant. Affirmant quidam, quibus Cornelius Labeo consentit, hanc Maiam, cui mense Maio res diuina celebratur, Terram esse, hoc adeptam nomen à magnitudine, sicut & mater magna in sacris vocatur. Assertionémque existimationis suæ etiam hinc colligunt, quòd sus prægnans ei mactatur, quæ hostia est propria Terræ. Et Mercurium ideo illi in sacris adiungi dicunt, quia vox nascenti homini terræ contactu datur. Scimus autem Mercurium vocis & sermonis potentem. Autor est Cornelius Labeo, hanc Maiæ, id est, Terræ, ædem calen. Maiis dedicatam, sub nomine Bonæ deæ. Et eandem esse Bonam deam, & Terram, ex ipso ritu occultiore sacrorum doceri posse confirmat. Sed de Bona dea paulo inferius dicemus. Hæc ex Theodosio. Plutarchus Maium à Maia vocari asserit, qui Mercurio sacer sit. & subdit, Iunium verò ab anni tempore. Sunt etiam qui hosce ab ætate maiora & iuniore cognominatos dicant. Poëta autem de origine mensis dubium se esse ostendit, propter causarum copiam, quæ sese offerre. quare à Musis petit vt certior causa referatur. *Quæritis vnde*) à qua causa. *Putem*) ego. *Data nomina Maio mensi*: qua ratione Romulus tertio loco à se mensem institutum Maium nominauerit. *Causa*) ipsius nominis. *Non satis liquido*) non satis apertè & dilucidè. *Est cognita mihi*] quia nescio verissimam causam. *Vt viator*) cùm videt iter ex omni parte: sicut ille qui in itinere est, cùm appulerit compitis, vbi plures simul viæ conueniunt. *Stat*] hæret, vel subsistit. *Et incertus*] dubius, *Quà sit eundum*) quod iter teneat. *Sic ego ignoro quà ferar*) quasi, quam potissimùm opinionem sequar, & quam veriorem esse causam dicam. *Quia datur posse reddere diuersas causas*) posse afferre varias huius nominis rationes. *Et ipsa copia nocet*) quia reddit me dubium. Et alio loco, Inopem me copia fecit. *Dicite vos*) scilicet Musæ. *Quæ tenetis fontes Aganippidos Hippocrenes*] fontem Pegaseum in Helicone. Verùm infra verticem Acrocorinthi Pyrenem fontem adesse inquit Strabo: & famam esse, equum Pegasum cùm potaset eo in loco, à Bellerophonte deprehensum fuisse: alatum inquam caballum è Medusæ ceruice, & de Gorgonis caeso gutture prosilientem. Vulgatū est etiā, Caballinū in Helicone fontem erupisse, cùm subitā ibi rupem feriret vngula. Hæc ille. Hunc ergo fontē in Helicone Aganippen multi vocauere, ex ἄγαν, quod est valdè, & ἵππος, equus: quasi propriè sit equi, hoc est, ab equo factus. Dicitur etiā Aganippis Aganippidos, vt hoc in loco: & Aganippe, Aganippes. Iuuenalis: Cùm desertis Aganippes Vallibus esuriens migraret in atria Clio. Appellauerunt etiam ipsum fontem Hippocrenem. nam ἵππος equus κρήνη fons. Verùm volunt alij Hippocrenem alterum ab Aganippe fontem esse in Bœotia: sed ob ipsum nomen datum esse locum poëtis, vt pro Pegaseo Hippocrenem dicerent. Poëta vtrumque per abundantiam dixit. *Dicite vos Musæ*], quæ tenetis fontes fontis Caballini, fontem Pegaseum in Helicone.

Grata signa) vestigia. *Equi Medusæi*] è sangui-

ne Medusæ nati. *Aut, signa*] monumenta equi, quo vogula terram effodiente erupit aqua.

Dissensere deæ, quarum Polyhymnia cœpit
Prima. silent aliæ, dictáque mente notant.
Post chaos, vt primùm data sunt tria corpora mundo,
Inque nouas species omne recessit opus:
Pondere terra suo subsedit, & æquora traxit:
At cœlum leuitas in loca summa tulit.
Sol quoque cum stellis nulla grauitate retentus,
Et vos lunares † exiluistis equi.
Sed neque terra diu cœlo, nec cætera Phœbo
Sidera cedebant, par erat omnis honos.
Sæpe aliquis solio, quod tu Saturne tenebas,
Ausus de media plebe sedere deus.
Et latus Oceano quisquam deus aduena iunxit,
Et Thetis extremo sæpe recepta loco est.
Donec Honor, placidóque decens Reuerentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris.
Hinc sata Maiestas, quæ mundum temperat omnem:
Quáque die partu est edita, magna fuit.
Nec mora, consedit medio sublimis Olympo,
Aurea purpureo conspicienda sinu.
Consedere simul Pudor & Metus, omne videres
Numen ad hanc vultus composuisse suos.
Protinus intrauit mentes suspectus honorum.
Fit precium dignis nec sibi quisque placet.
Hic status in cœlo multos permansit in annos,
Dum senior fatis excidit arce deus.
Terra feros partus, immania monstra, gigantes
Edidit, ausuros in Iouis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues:
Atque ait, In magnos arma mouete deos.
Extruere hi montes ad sydera summa parabant,
Et magnum bello sollicitare Iouem.
Fulmina de cœli iaculatus Iuppiter arce,
Vertit in autores pondera vasta suos.
His bene Maiestas armis defensa deorum
Restat, & ex illo tempore culta manet.
Assidet inde Ioui, Iouis est fidissima custos,
Et præstat sine vi sceptra tenenda Ioui.

ANTON. *Quarum Polyhymnia cœpit prima*) Hæc Musa interdum Polymneia dicitur, interpretatúrq; multa memoria, scitúmque agriculturam inuenisse. Vnde rei vetustissimæ narrationem rectè huic tribuit. Nihil enim est antiquius elementorum confusione, quæ dicitur chaos, vnde Polymneia exordiū sumit: vt ostendat, Maij nomen à Maiestate deductum. Eadem Musa, vt hoc loco etiam, Polybymnia dicitur, cùm Græci eam Polyhymniam vocent, à multa laude, vel cantu. *Tria corpora*] Atqui elementa non tria, sed quatuor sunt, in quæ digestum est antiquissimū chaos. Sed sunt qui cœli nomine aërem & ætherem complectuntur, vt Ouidius hoc loco itē Virg. vt, Principio cœlum ac terras, campósque liquentes. *In nouas species*] in elementa, quæ sunt membra antiquæ confusionis. vel in formas. *Nec cætera Phœbo Sidera cedebant*] inferiora præstantioribus nullum honorem & reuerentiam exhibebant. *Oceano*) cui cedendum erat, vt parenti. Nam & Homerus ait ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τηθύν. Et Virgil. Oceanum patrem rerum. *Thetis*] Achillis matrem hic accipias necesse est, vt ostendit quantitas syllabarum. Ea non est dearum infima, quamuis nupserit Peleo. *Corpora legitimis imposuere toris*] iuncti sunt legitimo matrimonio. Vult enim Reuerentiam nupsisse Honori, & Maiestatem esse Honoris ac Reuerentiæ filiam. Is enim censetur omnium maximus, quem omnes honore ac reuerentia prosequuntur. Vnde illud est, Maiestas conuenit ipsa deo. Silius de Hannibale: Tot bellis quæsita viro, tot ex libus armat Maiestas æterna ducē. Valer. Max. maiestatem esse inquit longum ac beatum honorem sine onere. Ea rectè mundum vniuersum temperare dicitur, quoniam sine maiestate salui esse non possumus. Quare Persæ non piè solùm, vt ait Q. Curtius, sed etiam prudenter reges suos inter deos coluere, intelligentes, maiestatē imperij salutis esse tutelam, cuius præsentia & pudorem facit, & metum, quo improbi coercentur. Hinc illa ad Priamū Helenæ verba sunt: O metuende mihi semper, sempérq; tremende Chare pater. Sed timoris duplex est species, vt inquit Aristoteles. Vna cum reuerentia & pudore, qua vtuntur ad patres modesti filij, & ciues bonis moribus prædici, ad eos à quibus cum beneuolentia gubernantur. Altera cum inimicitia & odio, qualis est serui ad dominos, & ciuis ad tyrānos. Sciendum, maiestatem à magnitudine nomen accepisse, autore Festo: quæ cùm sit (vti diximus) salubertima iure grauioribus pœnis afficiuntur, qui læserint maiestatem. *Medio olympo*] quia eminentior locus decuit Maiestatem. *Purpureo sinu*] quia non omnibus olim concessum est vti purpura, vt diximus, quę confert aliquid maiestati. *Ad hanc vultum composuisse suos*] quoniam hi quibus inest maiestas, omnium in se ora conuertunt. *Suspectus honorum*] nō despectus, vt antea, cùm nulla honoris ratio haberetur. *Nec sibi quisque placet*] nullus deorum tantum sibi tribuit, vt dedignetur honore prosequi aliū maiori dignitate præstantem. *Senior deus*] Saturnus, quem Iupiter regno eiecit. Is Deus dicitur pluuiarū. vnde fingitur senex, quia senes semper gelidi sunt. Cuius sacra, quę Saturnalia vocantur, multis seculis præcedunt Romanę vrbis ætatem, autore Macrobio. in quibus humiliores potentioribus cereos dono dare consueuerunt: quia cādelis pauperes, locupletes cereis vtebantur. Huic deo aperto capite immolabant: quoniam à Romanis veritatis deus habebatur, quæ occultari nequit, cùm cæteris ferè diis cœlestibus immolantes velarentur. Licét quidam putauerint Saturnum esse terrestrem & subterraneū deum, quo regnante ferunt ætatem aureā fuisse. licet eam Homerus (vt ait Plato) designauerit in Cyclopibus, quos inquit post diluuium vixisse in speluncis, fructibus sponte nascentibus. *Terra feros partus, immania monstra, gigantes Edidit*] Post eiectum Saturnū nati sunt gigantes, qui ausi sunt lædere Maiestatem, & Ioui bellum inferre. *Pro cruribus angues*] quia poëtę fabulantur, gigātes fuisse pedibus serpētinis. *Pondera vasta*] Pelium, Ossam, & Olympum. *Assidet inde Ioui*] Post victos gigātes satis est Ioui sola maiestas, neque armis opus est, ad imperium retinendum: cùm cæteri deorum volentes, ac sua sponte cedant Iouis maiestati.

PAVL. *Dissensere deæ*] Musæ fuere inter se dissentientes: nā illud ab illa, aliud ab alia dicebatur. *Prima quarum*] ante alias. *Polyhymnia cœpit*] loqui. s. *Aliæ*] musæ. *Silēt*] ea loquēte. *Et notant dicta mente*] intētæ enim audiūt. Polymnia Musarū vna, ita dicta, vt Diodorus ait, quia cātus suauitate poëtas reddit gloria immortales. Aliqui dictā putāt à πολὺ multum, & μνεία memoria. & præcise Rhetoribus, quibus opus est multa memoria. Aliqui dictam volunt à πολὺ multū, & ὕμνος laudatio, quòd laudationibus præsit & scribūt Polyhymnia. vt apud Horatiū: Si neque tibias Euterpe cohibet, nec Polyhymnia. Et in hoc quoq; versu Polyhymnia legunt. *Post chaos*] &c. Polymnia illud his verbis asserere cōtendit, Maium mēsem à maiestate dictum. Nā cùm ab initio post diuisum digestúmq; chaos, nulla haberetur ratio aut ætatis, aut dignitatis, & inhonorati ab aliis essent deorum principes, nata est Maiestas, hęsitq; primùm Saturno, deinde Ioui: eáque fecit, vt superiores ab inferioribus venerarentur. Eiusq; numine factū est, vt in terris quoq; personarū, ætatis, ac dignitatis ratio habeatur. Illi igitur ob numinis magnitudinem, mēsem hūc veteres cōsecrauerūt. *Post chaos*] post illā rerum ab initio cōfusam vnitatē. *Vt primùm data sunt mūdo tria corpora*] digestū illud chaos in elementorū ordinem. Hoc in loco tria corpora dicit. & in primo: Lucid^9 hic aër, & quę tria corpora

A restant, Ignis, aqua, & tellus, vnus aceruus erāt. quatuor corpora demonstrauit. Nunc hæc tria ita intelligas, tellurem, aquam, aëra: quoniam ignis cum cœlo altius euolauit. *Et omne opus*] quasi omnis materia. *Recessit in nouas species*] in nouas formas. *Terra subsedit*] depressa est. *Suo pondere*] grauitate sua. Sic enim in Metam. inquit: Et pressa est grauitate sua, circumfluus humor Vltima possedit. *Et traxit aqua*) maria, ipsas aquas. *At leuitas tulit cœlum*) hoc est, æthera, vbi est elementum ignis. *In summa loca*) vt in Metam. Summáque locum sibi legit in arce. *Sol quoque cum stellis retentus nulla grauitate*] cùm in imo nullo pondere densioris molis pressus teneretur, exiuit ex chao, & altiora cum cœlo petiuit. *Et vos ô equi lunares*] qui bigam Lunæ agitis. *Enituistis*] & ad superiora quoque ascendistis. *Sed terra diu non cedebat cœlo*] non reuerebatur cœlum, cùm se inferiorem illo non existimaret. *Sidera cætera non cedebant Phœbo*] cæteræ

B stellæ soli tanquam inferiori ac digniori cedere nolebant. *Omnis honor*] omnis dignitas. *Erat par*) quia nulla erat discretio personarū, & dignitas. *Par erat*] sine ordine, vbi est ἀταξία] non potest diu esse tranquillitas. *Sæpe aliquis deus de media plebe*] de vulgari multitudine. Et in Metamorph. Plebs habitat diuersa locis. *Est ausus, ô Saturne, sedere in solio quod tu tenebas*) sine vlla regis reuerentia plebeij audebant regali insidere sella. *Et quisquam deus aduena*) aliunde adueniens. *Iuxtaque latus Oceani*) ausus est sedere prope Oceanum, deorum omnium parentem, vt superius diximus. *Et Themis*) quæ fuit soror Saturni: quam dicunt diuinandi artem, sacra, cultúsque deorum introduxisse: eáque quæ ad bene viuendum, & pacem pertinēt, ostendisse. Apollo quidem traditur, cùm esset responsa daturus, Themis consulere solitus, tanquam diuinandi artis inuentricem. *Sæpe est recepta*

C *Vltimo loco*) cùm nemo esset qui eam reuereretur, & cederet. Aliqui legunt, Et Thetis extremo. & versus non stabit, nam illud is longum est. Vt apud Virgilium in Georg. Teque sibi generum Thetis emat omnibus vndis, Posses legere, Extremo & Thetis sæpe recepta loco. & intelligas de vxore Oceani, de qua superius diximus. *Donec Honor*) ita inhonorati erant dij. *Donec*) vsquequo. *Honor*] dignitas. *Et Reuerentia decens*) decora. *Vultu placido*) benigno. *Imposuere*) collocauere. *Corpora*) deorum ipsorum, & heroum. *Toris legitimis*) qui essent illis lege constituti. *Hinc*] ex Honore & Reuerentia *Sata Maiestas*) quæ à magnitudine dicitur, vt Pompeius inquit. Est enim ipsa amplitudo dignitatis, maiestas clarorum virorum, sine tribunalium fastigio, vt in-

D quit Valerius, sine apparitorum ministerio, patens in amplitudine sua obtinenda. Grato enim & iocundo introitu animis hominum illabitur, admirationis prætexta velata, quam rectè quis dixerit longum & beatum honorem esse. *Quæ*) Maiestas. *Temperat*] regit & moderatur. *Mundum omnem*) cùm omnia illi succumbant, & eius arbitrio agantur. *Et qua die est edita partu*) quasi & ab initio, cùm primùm nata est. *Fuit magna*] & cætera numinibus maior. inde à magnitudine nomen sortita est. *Nec mora consedit sublimis*] excelsa. *Medio Olympo*] in altiore cœli parte: vt cùm esset re, ita & loco cæteris eminentior. *Aurea conspi-*
cienda] spectabilis & admiranda. *Sinu purpureo*] veste purpurea: quæ quidem magistratus summos decebat, & quæ semper magni fuit apud veteres. Et de purpureo colore Plinius inquit: Color hic pro maiestate pueritiæ est, distinguit ab equite curiam, dijs aduocatur placandis, omnemque illuminat vestem, in triumphali miscetur auro. *Pudor & Metus simul consedere*) cum ipsa Maiestate: quæ duo faciunt abhorrere ab omni turpitudinis nota. *Videres*] videre tu

G potuisses. *Omne numen*] omnes deos. *Composuisse suos vultus ad honorem*] vt solùm ipsam Maiestatem contemplarentur & intuerentur. *Protinus*] statim. *Suspectus honoris intrauit mentes*) cùm prius nulla ratio haberetur honoris, nunc obseruata Maiestate, honoris fuit suspectus cœpit omnes. *Fit pretium dignis*] quasi dignitas esse cœpit in precio, & qui digniores erant, pluris existimabantur. *Nec quisque placet sibi*] Habebantur, inquit, in precio digniores: non vt quisque placeret sibi ipsi, sed vt placeret alijs: nam tum demum pluris existimabatur dignior, cùm alijs placeret. *Hic status permansit*] perseuerauit in cœlo. *In annos multos*] Regnante enim Saturno, pro maiestatis amplitudine, habita est ratio dignitatis. *Dum deus senior*] vsquequo Saturnus. *Excidit arce*] eiectus est è regno cœlesti, & ab Ioue filio pul-

H sus. *Fatis*] fatali necessitudine. *Terra feros partus*] &c. Post eiectum ab Ioue Saturnum, Terra gigantes peperit, qui ausi sunt extructis montibus, dijs bellum inferre, sed ab Ioue fusi sunt. *Terra edidit*] peperit. *Feros*) feroces & crudeles partus: hoc est, ipsos gigantes. *Monstra immania*) magna & crudelia. *Ausuros*) qui olim auderent. *Ire in Iouis domum*) oppugnare cœlum. *Dedit*) Terra *Illis*) gigantibus. *Mille manus*) propterea quòd Briareus & alij erant, qui habebant centum manus. *Et pro cruribus angues*) quoniam habebant pedes serpentinos. *Atque ait*) Terra. *Mouete arma in magnos deos*) inferatis bellum dijs. *Hi parant extruere montes*) Pelion, Ossam, Olympum, de quibus in primo libro diximus. *Ad sydera summa*) vsque in cœlum, vt illuc per extructos montes ascenderent. *Et sollicitare*) anxium & sollicitum reddere. *Iouem magnum*) bello: illum enim volebant superis detrudere regnis. Verùm

I fuêre Titanes, de quibus in quarto diximus, cum quibus bellum gestum est. Poëtæ gigantes finxere. *Iupiter iaculatus fulmina*) intorquens fulmina, quæ ipsi Ioui assignantur. *De arce cœli*) de æthere superiore. *Vertit*] euertit. *Vasta pondera*) vastos montes. *In autores suos*] in eos qui pro oppugnando cœlo construxerant. *His armis*) Iouis scilicet, his fulminibus. *Maiestas deorum est bene defensa*) quia eam Iupiter ab omni discrimine vendicauit. *Restat*] superat. *Et ex illo tempore*) ab extinctis gigantibus. *Manet culta*) nam colitur & obseruatur ab omnibus. *Inde*) ex illo. *Assidet Ioui*) apud Iouem sedet, & facit vt illum omnes reuereantur. *Fidissima custos est Iouis*) propterea quòd ab eo non discedit, vt illum seruet in sua dignitate. *Et præstat sceptra tenenda*) præstat imperium Ioui. *Sine vi*) nam non

K per vim & tyrannidem imperat, sed facit Maiestas, vt dij cæteri sua sponte Ioui pareant, tanquam digniori.

Venit & in terras: coluerunt Romulus illam,
Et Numa, mox alij, tempore quisque suo.
Illa patres in honore pio, matrésque tuetur,
Illa comes pueris virginibúsque venit.
Illa datos fasces commendat, ebúrque curule,
Illa coronatis alta triumphat equis.
Finierat voces Polyhymnia: dicta probarunt
Clióque, & curuæ scita Thalia lyræ.
Excipit Vranie, fecêre silentia cuncta:
Et vox audiri nulla, nisi illa, potest.
Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inque suo precio ruga senilis erat.
Martis opus iuuenes, animosáque bella gerebant,
Et pro dis aderant in statione suis.
Viribus ille senex, nec habendis vtilis armis,
Consilio patriæ sæpe ferebat opem.
Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,
Nomen & ætatis mite senatus habet.

ANTON. *Et Numa*] cui nemo bellum intulit. *Comes pueris*) hi etiam non ignobiles, ac bonæ indolis, maiestate non carēt.

E vnde illud est Plinij, Color hic pro maiestate pueritiæ est. *Illa datos fasces commendat*) consules, & cæteros magistratus venerabiles reddit. *Alta triumphat*) assidet triumphanti post victoriam. *Clio*) Hæc musa à gloria nomen accepit, à qua inuentam historiam dicunt. Constat autem, accendi nos ad studia, famæ deside-

F rio. Thalia verò à θάλλειν, hoc est, germinando dicta est: quia nihil magis germinat, quàm doctrina. Cui Musæ serendarū arborum inuentio tribuitur. Sed Thalia Musa est, Thalia vna Charitum. Differunt accentu & scriptura, vt nonnulli volunt: quamuis quidam aliter sentiant. *Vrania*) Musa quæ cœlestis interpretatur, ac Linum dicitur genuisse. Et est Græca declinatio, ne claudicet versus. quāuis si Vraniam legeris, sustentari potest cæsura. vt, Mittit Hypermestra: Huic astrologiæ da-

L tur inuentio. *Magna fuit*] &c. Senectus, quam Iuuenalis sacram vocat, nusquam terrarum honoratiorem locum habuit, quàm apud Lacedemonios, vt Iustinus refert: idque Lycurgi legibus, qui maximum honorem nō diuitum & potentium, sed pro gradu ętatis senum esse voluit. Quem morem deinde Romani accepe-

peruit, vt Aulus Gellius scribit: apud quos maiores natu à minoribus colebantur, ad deorum propè ac parentum vicē: atq; omni in loco, inque omni specie honores priores potiorésque habebantur, à conuiuióque seniores à minoribus domū reducebantur. Sed postquam soboles (vt idem inquit) ciuitati necessaria visa est, & ad prolem populi frequentandam præmiis atque inuitamētis opus fuit, tum antelati sunt quibusdam in rebus, qui vxores, quique liberos haberent, senioribus, neque liberos neque vxores habentibus. Plutarc. autor est, Publicolam, cùm Lucretium Lucretiæ patrem collegam sibi subrogasset, ei, quòd senior esset, primo loco cessisse, ac fasces tradidisse: eúmq; honorē postea senibus semper habitum. Eosdem & Chilo Lacedæmonius honorandos monuit, teste Laertio. Et Pythagoras Samius, qui quod tempore præcederet, id honorabilius existimandum censuit: sicvt in occasu ortum, in seculo principium fine, in vita generationem corruptione. Idem & deos in honore semidéis docuit præferendos, hominibúsque heroas, ac parentes hominibus cæteris. *In suo precio*) in propria veneratione, & ætate congrua. *Pro dìs suis*] pro defensione patriæ, ac deorum eius. *Nomen & ætatis*) Adeò verum est, non nisi senibus curiam patuisse, vt senatores à senecta ætate nomen acceperint. quos quidam à sinendo dictos volunt, quòd ipsi per senatusconsultum agendi facultatem darent. Sed vt putemus ætatem magis, quàm verbum sino senatui nomē dedisse, facit & quòd apud Græcos γέρων senex dicitur, senatúsque γερουσία: & Plutarchi ac Ciceronis autoritas: quorū hic, In agris, inquit, tunc erant senatores, id est, senes &, Quæ nisi essent in senibus, non summum consilium nostri appellassent senatum. Ille autem scribit, Romulum ex optimatibus centum creasse senatores, eorúmque collegium ex ætate senatum appellasse. Neque enim placet, quod Priscianus tradit, senatum componi a vocabulo natus. Secundum, morem fuisse Romæ aliquando senatoribus in curiam cum prætextatis filiis introire. Sed Papirij prætextati facto senatus decreuit, ne pueri cum parentibus in curiam introirent, ac ne cui pauciores 25. annos nato senatum ingredi liceret. vbi quod capitur consilium, vel à consulendo dictum est, autore Festo: vel à consiliando, quòd in vnam sententiam plurium mentes consiliant, vel conueniant. vel à silentio, quo id maximè innuitur. *Venit & in terras*) & hæsit regibus & heroibus, fecitque eos ab aliis obseruari. *Romulus & Numa*] qui fuēre primi reges Rom. *Coluerunt illam*] Maiestatem: vt essent & haberentur cæteris digniores. *Mox alij*] reges & proceres. *Quisque suo tempore*] coluit illam. *Illa tuetur*) sustentat. *Patres & matres in suo honore*) quasi facit vt habeatur ratio geniture & ætatis: vt filij parentes, vt iuuenes eos qui maiores nato sunt, reuereantur. *Illa*) Maiestas. *Venit comes pueris & virginibus*) nam hæret illis qui præstantioris erunt indolis. *Illa commendat datos fasces*) hoc est, consularem dignitatem facit vt consules à populo venerentur. *Et ebur curule*] eburneam, & conspicuam signis curulem sellam: de qua in 1. lib. diximus. Sed est hic denominatio: nam quod tenet, pro eo quod tenetur. Curulem enim sellam, pro ipsis ædilibus. & consulum etiam erat eburnea sella. *Illa*) Maiestas. *Alta*] sublimis triumphat. *Equis coronatis*] hoc est, hæret etiam ducibus, & imperatoribus triumphantibus curru coronato. *Polyhymnia finierat voces*] nam hactenus & de Maiestate loquuta est: vt illud asserere videretur, Maiū mensem à Maiestate denominatum. *Clio & Thalia festa curuæ lyræ*] quasi docta resonare lyram. *Pechorumi docta*] Polyhymniæ. *Clio*] musa dicta à κλέος, quod est gloria, quæ ex poetarū laudibus oritur. Thalia à θάλλω, quod est vireo, seu germino: quoniam in longum tempus poëtarum laus parta virescat. *Excepit Vrania*] suscipit illa causam agendam, & subsequuta est statim Polyhymniæ sermonem. Virgil. Tunc sic excepit regia Iuno. *Cuncta*] cæteræ Musæ. *Fecere silentia*] siluerunt loquente illa; quæ dicta est Vrania, ab οὐρανοῦ, id est, à cælo, quòd viros eruditos in cælum tulit. *Et nulla vox potest audiri nisi illa*) nam silentibus cæteris, sola vox illius audiebatur. *Magna fuit quondam*) &c. Ostendit Vrania Maium dictū à maioribus, hoc est, à senibus, cùm maxima haberetur illis reuerentia. Et ex Lycurgi legibus illud apud Lacedæmonios semper seruatum, vt seniorem omnes reuererentur, & minores natu maioribus semper cederent. Sic & in vrbe Roma ratio ætatis est habita ab initio. & Romulus ipse multitudinem in iuuenes & senes diuisit: vt altera pars armis, altera consilio rempub. tueretur. A maioribus igitur Maium, à iunioribus Iunium nuncupauit. *Magna reuerentia fuit quondam capitis cani*] magnopere olim caput canum, hoc est, senilem ætatem cæteri reuerebantur. *Et ruga senilis*) quæ senilē ætatem indicat. Nam ob defectum sanguinis, qui est in senibus, fit frons & facies ipsa rugosa. *Erat in suo precio*) quia tam apud Romanos quàm apud Lacedæmonios ea ætas cæteris præferebatur. *Iuuenes gerebant Martia opera*] gerebant arma, & pro patria pugnabant. *Bella animosa*) quasi cum laude fortitudinis & magnanimitatis. *Et aderant in statione*) quasi firmi in acie, vt à signis nunquam discederent, nec hostibus terga verterent. *Pro dìs suis*) pro defensione patriæ, & deorum suorum. *Viribus illa minor*) ætas senilis robore corporis inferior. *Nec vtilis habendis armis*) inutilis ad arma bellis exercenda. *Ferebat opem patriæ consilio*) cùm corpore prodesse patriæ non posset, proderat consiliis. *Nec curia tunc patuit*) nisi post annos seros: quasi non eo tempore licebat quenquam in ordinem senatorium aduocare, nisi post grandem ætatem. Ideo non patuit cuiquam scilicet curia, vbi senatus habebatur, nisi senibus. Seniores enim in senatores eligebantur. *Et senatus habet mite nomen ætatis*) nam à senili ætate senatus dictus.

ANTON. *Iura dabat populo senior*) Prætores, consules, & eiusmodi magistratus non creabantur, nisi ætate prouecti. quamuis vbi necessitas postulabat, etiam iuuenes crearentur: vt Scipioni contigit. *Certis legibus*) vt illa fuit, qua post Papirij factum cautum est, ne cui liceret senatum ingredi, nisi supra quinque ac 20. annos processisset ætate. *Interior si comes vnus erat*) Sensus est: Si duo iuuenes comitabantur senem, recipiebatur senex medio loco. Si autem seni vnus tantùm erat iuuenis comes, interior locus senis esse consueuit. Id quod hodie multis in ciuitatibus custoditur. Sunt qui non interior, sed anterior legunt: quod magis placet. *Censuram longa senecta dabat*) Non alia reuerentia tribuebatur seni, quàm censori morum ac disciplinæ Romanæ arbitro. *Delectáque corpora patres dixit*) Diximus suprà, cur senatores patrum nomine vocarentur. sed etiam subiiciemus aliquid. *Summa noua vrbis*) regendæ ciuitatis arbitrium. *Nec auum sustinuisse nepos*) Non ausus est Romulus aui Numitoris imperio reluctari, & hunc mensem à maioribus, id est senibus, Maium nominauit, qui consilio rempub. tuebantur. Dicebantúrque patres vel à patrocinio: vel quòd hi solùm, qui patres forent, creari possent, vt scribit Plutarchus in Romulo. quod ex primis illis conuenis non multis contigit. Vel (vt Festo placet) quòd agrorum partes attribuerint tenuioribus, ac liberis propriis. Sed illis probabilius videtur, quòd quidam tradiderunt, dictos patres à curæ similitudine: qui deinde, ascripti in eum ordinem pluribus, patres conscripti vocati sunt. *Non leue pignus*) Litote figura. & est sensus: Successit Maio Iunius, grauissimum pignus honoris, quem Romulus ciuibus suis proposuit, qui noluit etiam iuniores abire inhonoratos.

Iura dabat populo senior, finitáque certis
Legibus est ætas, vnde petatur honor.
Et medius iuuenum non indignantibus ipsis
Ibat, & anterior si comes vnus erat.
Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere? censuram longa senecta dabat.
Romulus hoc vidit, delectáque corpora patres
Dixit: ad hos vrbis summa relata noua est.
Hinc sua maiores tribuisse vocabula Maio
Tangor, & ætati consuluisse suæ.
Et Numitor dixisse potest, da Romule mensem
Hunc senibus: nec auum sustinuisse nepos:
Nec leue propositi pignus successit honoris,
Iunius à iuuenum nomine dictus adest.

PAVL. *Senior dabat iura populo*) prætores etiam, qui ius dicerent, & post eiectos reges ipsi consules ex senili ætate creabantur. *Aetas est finita certis legibus*) quasi circumscripta & determinata legibus est ætas. *Vnde*) à qua ætate. *Petatur honor*) petantur dignitates nam lege cautum est, ne quis minor quadraginta annis, aut, vt alij dicunt, triginta sex, peteret, aut iniret consulatum: quoniam haberetur ratio ætatis. Verùm

tùm Scipio, qui ante annos iniit, solutus fuit legibus, vrgente necessitate. *Et medius iuuenum ibat*) iuniores reuerentiæ gratia medio loco seniorem accipiebant, & sic simul incedebant. *Non indignantibus*) ipsis iunioribus, scilicet, cùm non indignarentur medio loco senem ducere. *Et si erat vnus comes interiora loco*: quia medio, & dignior ille locus. *Quis auderet dicere*] ex iuuenibus quis esset ausus loqui *Coram sene verba digna rubore*) verba turpia. *Longa senecta*) ipsa ætas senilis. *Dabat censuram*] turpium. Ergo tanta erat seniorum reuerentia, vt viderentur ipsi senes pro censoribus adesse iuuenibus: sic pudenda & reprehensione digna loqui non audebant. *Romulus vidit hoc*] omnia quæ diximus de senecta. *Dixit patres corpora electa*) senes ipsos, quos legit, cùm senatum constituit, Patres appellauit: aut quòd patroni multitudinis erant, aut quòd patres cæterorum videbantur: aut à virtute & præstantia nobilitatis, vt ea nominis mansuetudine, arrogantia & inuidia procul essent. Sed de his plura in 1. libro diximus. *Ad hos*] patres. *Est relata summa noua vrbis*) omnis cura, & imperij summa relata est. *Hinc*) ex his rationibus. *Tangor*) moueor ad ita existimandum. *Maiores*] seniores: hoc est, ipsum senatum. *Tribuisse vocabula Maio*) dedisse appellationem huic mensi, vt ab ipsis maioribus Maius diceretur. *Et consuluisse suæ ætati*] habuisse rationem ætatis. *Et Numitor*] auus maternus Romuli. *Potest dixisse*) potuit ita dicere. *O Romule da hunc mensem senibus*) quasi, da huic mensi à senibus appellationem. *Nec nepos*) Romulus: quoniam filiæ Numitoris filius. *Sustinuisse*) sustinere potuit auum: quasi, non potuit sustinere diutius illius preces, noluit postulata negare: sed obsequutus est, & mensem à senibus appellauit. *Non sucessit*) non subsequutum est post illud. *Leue pignus*) sed graue.

Honoris proposito) quem proposuit Romulus suis ciuibus. *Adest*) post Maium mensem, *Iunius dictus à nomine iuuenum*] Nam vt Maium à maioribus, ita Iunium à iuuenibus appellauit. *Tunc neglectos*] post Vraniam Calliope regina musarum aliam attulit causam nominis: refértque ex Oceano & Tethy natam esse Pleionem: ex ea & Atlante natas esse Pleiadas, de quibus in quarto egimus: & ex Pleiadibus pulchriorem Maiam Ioui placuisse: & in Arcadia Mercurium peperisse, cuius numen magnum erat apud Arcades. Vnde Euander ad nos profectus, sacra Arcadica attulit. A Mercurio igitur factum, vt hic mensis de nomine matris Maius denominaretur. *Tunc Calliopea*] Calliope & Calliopea dicimus, sicut Penelope & Penelopea. Dicitur autem Calliope, à pulchro ore. ὄψ, vultus & facies dicitur. κάλλος, pulchritudo. καλή, pulchra & bona. præest heroicis versibus. Et Diodorus inquit dictum, quòd cantus suauitate cæteras antecedens, magni ab autoribus existimetur.

Tunc sic neglectos hedera redimita capillos
Prima sui cœpit Calliopea chori.
Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,
Qui terram liquidis quà patet ambit aquis:
Hinc sata Pleione cum cælifero Atlante
Iungitur, ut fama est, Pleiadásque parit.
Quarum Maia suas forma superasse sorores
Traditur, & summo concubuisse Ioui.
Hæc enixa iugo cupressifera Cyllenes
Aetherium volucri qui pede carpit iter.
Arcades hunc, Ladónque rapax, & Mænalus ingens,
Ritè colunt, Luna credita terra prior.
Exul ab Arcadia Latios Euander in agros
Venerat impositos attuleratque deos.
Hic, vbi nunc Roma est, orbis caput, arbor, & herba,
Et pauca pecudes, & casa rara fuit.
Quò postquam ventum est, consistite, præscia mater,
Nam locus imperij, rus erit istud, ait.
Et matri & vati paret Nonacrius heros,
Inque peregrina constitit hospes humo.
Sacraque multa quidem, sed Fauni prima bicornis
Has docuit gentes, alipedísque dei.
Semicaper coleris succinctis Faune Lupercis,
Cùm lustrant celebres verbera secta vias.
At tu materno donasti nomine mensem
Inuentor curuæ furibus apte fidis:

Prima sui cœpit Calliopea chori] non prima dicendi ordine. Legimus enim suprà: Quarum Polyhymnia cœpit Prima. Sed Musarum princeps, quia ea nihil canorius est. Vnde à pulchritudine faciei & vocis nomen accepit, per quam nonnulli ipsum vocis concentum accipiunt, dicentes hanc maximam Musam poëtis opem ferre, qui summorum virorum & heroum gesta versibus heroicis scribunt. *Titanida Tethyn*] Vult Tethyn Titani filiam esse, quam alij è Cœlo & Vesta genitam volunt. quod non placet. Hæc est vxor Oceani.

Pleione] Oceani & Tethyos filia, ac Pleiadum mater. *Cyllenes*] montis Arcadiæ, quem quidam, vt autor est Strabo, dixerunt surgere ad altitudinem 20. stadiorum ad perpendiculum. Circa eum Plinius scribit merulas candidas nasci, nec vsquam alibi. Ab hoc monte Mercurius Cyllenius dicitur. licèt quidam sic dictum velint, quod à Cyllene nympha sit educatus. Alij aliunde. Lege Festum. *Ladónque rapax*) Ladonis accolæ. qui fluuius est Arcadiæ, cuius fluenta occluso quondam fonte detinebantur, vt inquit Strabo. *Et casa rara*) Bene Casa, quia pastorum erant tuguria. *Præscia mater*] Carmentis futurorum perita & fatidica. *Alipedisque dei*) Mercurij. *Cùm lustrant celebres verbera secta vias*) cùm sectæ pelles Lupercorum vias lustrant, hoc est, purgant ciuitatem: vt, Secta quoque pelle Luperci Omne solum lustrant: idque piamen habent. *Materno nomine*) à Maia matre Maium nominasti. *Inuentor curuæ fidis*) Horat. in primo Carminum: Te canam magni Iouis & deorum Nuncium, curuæque lyræ parentem. Eratosthenes (vt Hyginus refert) Mercurium inquit è testudine fecisse lyram, atque Orpheo tradidisse. quam nonnulli volunt septem fuisse chordarum. Macrobius verò huic deo tetrachordum dicit attribui, vt Apollini lyram chordarum septem, quæ imitata est musicam rationem, qua Pythagoras voluit mundum esse compositum, vt scribit Quintil. Est autem fides, autor Festo, citharæ genus: sic dictæ, quòd tantum inter se chordæ eius, quantum inter homines fides, concordet. Sanè Plinius, Citharam, inquit, inuenit Amphion: vt alij, Orpheus, vt alij, Linus: septem chordis additis, Terpander. octauam Simonides addidit, nonam Timotheus. Differunt nonnihil lyra & cithara, testibus Hygino & Porphyrione: quorum ille, postquam ipse, inquit, citharam inuenit, illi lyram dicitur tradidisse. Hic autem, antè, ait, lyra septem chordas habebat: excogitata postea cithara est. sed ista confunduntur. Statius in Syluis: Vocalis citharæ repertor Arcas. Sunt qui Apollinem tradant lyram à Mercurio accepisse, eámque inde ad Amphionem peruenisse. Vnde illud est: Mercuri nam te docilis magistro Mouit Amphion lapides canendo. Iidem dicunt fidem propriè dici neruum citharæ: sed & pro cithara solere accipi. vt, Tentat audaci fide Mantuanæ Gaudia famæ. Diodor. tres maximè Mercurios celebrat, quorum primum Ægyptium fuisse docet, cui multarum rerum datur inuentio, & præsertim lyræ, quam trichordam fecisse dicitur: imitatus tria anni tempora, cùm ab æstate acutam, ab hyeme grauem, à vere mediam sumpserit. Alij quinque fuisse Mercurios tradunt: quibus nonnulli sextum addunt, Iouis & Maiæ filium. Cui poëtæ, ac si vnus tantùm Mercurius fuerit, aliorum omnium facta & inuenta tribuunt. *Furibus apte*] Mercurius ideirco traditur furandi repertor, siue ingeniosus ad furta, quia oratio, cuius ipse inuentor est, animos audientium fallit, ac per eloquentiam mentes hominum quasi furatur & surripit.

Vnde Iul. Cæſ. in accuſatione Dolabellæ queſtus eſt extorqueri ſibi cauſam optimam Lucij Cottæ patrocinio. Horat. in primo Carminum: Callidum quicquid placuit iocoſo Condere furto. Sciendum, Mercurium, qui Apollinis boues furatus eſt, Bacchi & Proſerpinæ filium dici. Diod. tamen placet, Mercurium in Creta ex Ioue natum, multum valuiſſe præſtigijs in alienis clanculum peculandis.

PAVL. *Redimita capillos neglectos*) incomptos. *Hederas*) hoc eſt, habens caput hedera coronatum. *Prima*) princeps & regina. *Sua thoro*) cœtus Muſarum. *Cœpit ſic*) ſcilicet loqui. *Oceanus*) de quo iam pluries dictum. *Duxerat*) in coniugem ſcilicet. *Tethyn Titanida*] Titanis filiam. imò eam Diodor. inter Titanes refert, vnam ex 5. ſororibus Saturni: qui quidem Titanes numero 11 ex vno Cureturn & matre Tithea nati ſint. *Qui Oceanus ambit*] circuit. *Terram qua patet liquidis aquis*) vndis. & in Met. Circumfluus humor Vltima poſſedit, ſolidúmque coercuit orbem. *Hac*] ex Oceano & Tethy. *Pleione ſata*] nata. *Iungitur cum cœlifero Atlante*) nupſit Atlanti ſuſtinenti cœlum humeris. *Vt fama eſt*] vt dicitur. *Et parit Pleiadas*] numero 7. diximus in 4. *Quarum*] Pleiadum. *Maia traditur ſuperaſſe forma ſuas ſorores*] fuiſſe forma cæteris ſororibus præſtantior.

Et concubuiſſe ſummo Ioui] qui eam grauidam reddidit. *Hac*] Maia. *Enixa eſt*) ſcilicet peperit. *Qui carpit iter aëtherium volucri pede*] Mercurium: qui deorum nuncius per aëra volat pedibus pernicibus, cùm ferat talaria alata.

Iugo Cyllenes) in Cyllene monte Arcadiæ, vnde Cyllenius vocatus eſt. *Cupreſſifera*) quòd cupreſſis abundet.

Arcades & Ladon rapax] fluuius Arcadiæ, ex paludibus Pheni fluens. *Et Mænalus ingens*] Mons eſt Mænalus.

Rite colunt hunc) Mercurium. *Terra*] Arcadica.

Condita prior luna) Terram pro ipſis Arcadibus poſuit, qui ſe ante lunam natos eſſe putabant. Vnde & Lycophron ait, ob ſummam gentis vetuſtatem antelunares dictos. *Euander*] de quo in primo. *Exul*) profugus. *Venerat ab Arcadia in agros Latios*) venit in Latium. *Et tranſtulerat impoſitos deos*] Arcadica numina & ſacra in Latium tulit. vt eſt illud, Inferrétque deos Latio & ipſe colebat numina, & alij colenda tradidit. *Hic vbi nunc Roma eſt orbis caput*) quæ toti orbi dominatur. *Arbor & herba erant*] quia inculta loca erant, quo tempore venit Euander.

Et paucæ pecudes] quæ eſſent in illis paſcuis. *Et caſa rara fuit*] pauca admodum tuguriola paſtorum. *Quo poſtquam ventum eſt*] vbi illuc Euander appulit. *Mater praſcia*] Carmentis fatidica. *Conſiſtere iuſſit filium*) curſum ſiſtere. *Nam iſtud rus*] quaſi locus, vbi ſunt hæc tuguria. *Erit locus imperij*) fatalis imperij ſedes. & in primo: Fallor, an hi fient ingentia mœnia colles, Iuráque ab hac terra cætera terra petet. *Heros Nonacrius*) Euander. à Nonacri Arcadiæ monte. *Paret & matri*) vt debet filius matri parere. *Et vati*) & illi quæ futurorum præſcia, vera prædicebat. *Et hoſpes peregrinus*] ipſe Euander conſtitit in humo peregrina, quæ illi erat externa. *Docuit has gentes multa quidem ſacra*) docuit Latinos ritus, & cæremonias, & multa alia more Arcadico ſacra. Sed prima ſacra Fauni bicornis, ipſius Panos, vetuſtiſſimi quidem Arcadum numinis: de quo in primo & ſecundo. *Et dei alipedis*) Mercurij. *Faune ſemicaper*) quòd cornua & caprinos pedes habeat. *Celebrat Lupercis ſuccinctis*) Luperci ſuccincti & vias & vrbem luſtrant. *Verbera ſecta*) hoc eſt, ipſa coria ſecta, quibus manus verberantur. *Colluſtrant*) expurgant. *Celeres manus*) nam diſcurrentibus per vrbem Lupercis, ſteriles mulieres palmas cædendas præbebant. Ita enim fœcundas ſe fore ſperabant, vt Plutarchus & Poëta ſcribunt: de quo latius egimus in ſecundo. *At tu inuentor curuæ fidis*] ô Mercuri lyræ repertor: de quo in primo diximus. Fides enim pro lyra ponitur. & Plinius fidiculam vocat lyram ipſam in cœlo. & Pompeius inquit: Fides, genus citharæ, dicta quòd tantum inter ſe chordæ eius, quantum inter homines fides concordet. Cuius diminutiuum fidicula eſt.

Apta furibus) quoniam furtis præeſt, eo argumento, quòd boues primùm, deinde feretram furatus ſit. Et Lactant. de eo: Fur & latro Mercurius. Verùm aliqui ad eloquentiam, cui præeſt, illud referunt. Nam illa audientium animos fallit, & velut furari corda hominum videtur. *Donaſti menſem materno nomine*) appellauiſti hunc menſem Maium, à Maia matre tua.

Nec pietas hæc prima tua eſt: ſeptena putaris
Pleiadum numero fila dediſſe lyræ.
Hæc quoque deſierat, laudata eſt voce ſororum.
Quid faciam? turbæ pars habet omnis idem.
Gratia Pieridum nobis æqualiter adſit.
Nulláque laudetur plúſve minúſve mihi.
Ab Ioue ſurgat opus, prima mihi nocte videnda
Stella eſt in cunis officioſa Iouis.

ANTON. *Septena fila*] quia tot ſunt Pleiades, quarum in numero Maia eſt. vel ſeptena, vt alijs placet, ob numerum planetarum.

Quid faciam) cuius Muſæ opinionem ſequar? *Turba pars*) &c. Nullius narratio non luculenta & veriſimilis fuit. Vnde laudentur omnes æquè, ne deſit nobis vllius Muſarum gratia. *Videnda ſtella*) &c. Conſenſerunt multi, quod ratum eſt, teſte Plinio, vt Philippus, Calippus, Dio, Doſitheus, Parmeniſcus, Conon, Democritus & Eudoxus, quarto Calend. Octobris Capellam manè in ortum ferri: & tertio Calend. eiuſdem menſis hœdos, quos Seruius ſcribit exoriri cum Scorpio, menſe Octobri. Sed ſunt qui cũ poſtrema parte Arietis capram Amaltheam oriri doceant, quę pars Zodiaci hoc tempore pręcedit Solem orientem. Columella Calendis Maiis oriri manè capram inquit, & eſſe auſtrinũ diẽ, & interdum pluuias. quod ſidus Plinius eodẽ menſe, hoc eſt, 12. Calend. Iunij veſpere inquit occidere. id in ſiniſtro humero Heniochi eſſe dicitur. i. aurigæ, cuius pedem cum cornu Tauri vna ſtella coniungit. Vnde illud eſt Manilij: Vicina ferens flexo veſtigia Tauro Heniochus. Eſt autem hic auriga haud longè à ſeptentrione duas ſtellas in manu retinẽs, quas appellamus hœdos, ſidus pluuiale, vt Lact. grãmaticus & alij ſcriptores dicunt, & ortu & occaſu concitans tempeſtates. Horatius: Poſt inſana capræ ſidera. Vergil. Quantus ab occaſu veniens pluuialibus hœdis Verberat imber humũ. Signũ Heniochi ob eius magnitudinem multis oritur diebus, teſte Seruio, tempeſtáſq; aut pręcedit ſignum, aut ſequitur, aut eſt eo eſt. Oritur autem cum Ariete, ſecundum Manilium, vt: Sed cùm ſe terris Aries ter quinq; peractis Partibus extollit, primùm iuga tollit ab vndis Heniochus. Sed & cum Tauro quoque, ſecundum alios, idem in ortum ducitur. vt: Naſcitur hic Aries, cùm ſurgit, & aurea tollit Corona taurus. Fuit autẽ Amalthea Iouis nutrix vt Lactantius grammaticus tradic: quam quidam dicunt vnà cũ ſorore Meliſſa Iouem infantẽ nutriſſe lacte ac melle. Alij volũt Meliſſi regis Cretæ filias, quibus Iupiter fuerat cõmendatus, cùm vacuis eſſent vberibus, aluiſſe Iouem lacte capræ Amaltheæ, quæ poſtea in cœlum tranſlata dicitur. vt: Illa putatur Nutrix eſſe Iouis, ſi verè Iupiter infans Vbera Cretææ mulſit fidiſſima capræ Sidere quæ claro gratum teſtatur alumnum. Eſt autem non longè à Tauro, teſte Varrone, qui in Re ruſtica, Capriarum, inquit, dentes inimici ſatiuis: quas etiam aſtrologi ita receperunt in cœlum, vt extra lymbũ 12. ſignorum excluſerint. ſunt duo hœdi & capra non longè à Tauro. Huius lactu Plinius ſuſpicatur ideo fingi nutritum Iouem, quòd poſt humanum lac nullum magis alat caprino. Lege fabulam apud Hyginum.

PAVL. *Nec eſt hæc prima pietas tua*) non fuit hoc primũ tuę pietatis argumentum. *Putaris dediſſe ſeptena fila lyræ*] crederis tu lyræ abs te repertæ ſeptẽ chordas adhibuiſſe. *Numero Pleiadis*] ob pietatem tuã in matrem, & matris ſorores, ab earũ numero quę ſeptẽ fuere, ſic ſeptẽ fila cõſtituiſſe. Aliqui ad ſeptẽ planetas referunt, aliqui ad vocũ diſcrimina. Et Plinius oſtẽdit Amphiona: vel, vt alij, Orphea: vel, vt alij, Linũ, 7. chordas addidiſſe: Terpandrũ octauam, Simonidẽ nonã. *Hæc quoque Calliope deſierat*] loqui. ſ. *Laudata eſt voce ſororum*] cæteræ enim omnes Muſę Calliopẽ reginã laudauerũt. *Quid fa.* quaſi quã opinionẽ ſequar. *Omnis pars turba habet idẽ*) quaſi vnaquęque Muſa habet idem in me iuris: & cùm ſingulę ſingulis rationibus innitantur, neſcio quam magis affirmem.

Adſit nobis æqualiter) pari modo. *Gratia Pieridum*] Muſarum. qui aliam alijs præferre non debeo. Ideo earum omnium gratia pari modo mihi adſit.

Et nulla laudetur mihi) à me. *Plúſve minúſve*] non laudem aliquam earum magis quàm cæteras, ſed pari modo omnes à me laudentur.

Ab Ioue surgat opus) Non approbata vlla Musarum sententia, ad expositionē & signorum & festorū Maij mensis transit. Nocte igitur Calend. Maij Capella oritur. & Plinius 8. Idus Maias Capellam pluuialem exoriri asserit. Capellæ fabulam superius attigimus. Nunc verò altius repetemus. Hyginus sic inquit: Dicunt Olenum quendam fuisse nomine Vulcani filium. Ex hoc duas nymphas Ægam & Helicen natas, quæ Iouis fuerunt nutrices. Alij autem ab his etiam vrbes quasdam appellari dixerunt: Olenon in Aulide, Helicen in Peloponneso, & Ægam in Æmonia. De quibus Homerus in Iliados secundo agit. Parmeniscus autem ait, Melissum quendam fuisse regem Cretæ: ad eius filias, Iouem nutriendum esse delatum: quæ quòd lac non haberent, capram admisisse, Amaltheam nomine, quæ eum dicitur educasse. Hanc autem geminos hœdos solitam esse procreare: & fere eo tempore peperisse quo Iupiter nutriendus est allatus. itaque propter beneficium matris in cœlum relatos. & hœdos Cleostratus dicitur primus inter sydera ostendisse. Musæus autem dicit Iouis nutrices Artemidem, Amaltheam, nymphas, quibus eum mater Ops tradidisse existimatur. Amaltheam autem habuisse capram quandam in delicijs, quæ Iouem aluisset. Nonnulli etiam Ægeam solis filiam dixerunt, multo candore corporis præstantem. cui contrarius pulchritudinis horridus aspectus existebat. Quo Titanes perterriti, petierunt à terra, vt eius corpus obscuraret. quam terra specu quodam celasse dicitur in insula Cretæ, quæ postea Iouis fuisse nutrix demonstratur. Sed cùm Iupiter fidens adolescentia, bellum contra Titanas appararet: responsum est ei, si vincere vellet, vt Ægos pelle tectus, & capite Gorgonis bellum administraret, quam Ægida appellauerunt. Itaque facto quod suprà declarauimus, Iupiter Titanas superans, regnum est adeptus, & reliqua ossa ægos caprina pelle contecta, anima donauit, & stellis figuratam memoriæ commendauit: & postea quibus vicerat, Mineruæ concessit, arma. Homerus ait Ægam quandam fuisse Panos vxorem: eam compressam à Ioue peperisse: quæ viri sui Panos filium diceret: itaque puerum Ægidam, Iouem Ægiochum dictum: qui, quòd eum diligebat puerum, inter astra capræ figuram memoriæ causa collocauit. Hæc ille. Cætera quæ ad rem facerent, diximus superius. *Surgat opus, ab Ioue*] incipiamus mensem Maium ab Ioue describere. *Prima nocte*] Calend. scilicet. *Est videnda stella officiosa in cunis Iouis*] stella capræ Amaltheæ, quæ officio nutricis functa est in Ioue educando, cùm in cunis esset. *Nascetur*) oritur. *Signum pluuiale*) pluuias inferens in ortu.

Nascitur Olenia signum pluuiale cappella:
Illa dati cœlum præmia lactis habet.
Nais Amalthea, Cretæa nobilis Ida,
Dicitur in syluis occuluisse Iouem.
Huic fuit hœdorum mater formosa duorum,
Inter Dictæos conspicienda greges,
Cornibus aeriis, atque in sua terga recuruis,
Vbere, quod nutrix posset habere Iouis.
Lac dabat illa deo: sed fregit in arbore cornu,
Truncáque dimidia parte decoris erat.
Sustulit hoc nymphe, cinxitque recentibus herbis,
Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille vbi res cœli tenuit, solióque paterno
Sedit, & inuicto nil Ioue maius erat.
Sidera nutricem nutricis fertile cornu,
Fecit, quod dominæ nunc quoque nomen habet.
Præstitibus Maiæ Laribus videre Calendæ
Aram constitui, paruáque signa deûm.

ANTON. *Olenia capella*) ab Oleno Vulcani filio, cuius filiæ Iouis fuêre nutrices, vt quidam tradunt: vel ab Oleno, vrbe Achaiæ, ad quam Iouem ferunt lactis alimenta suscepisse. Sunt & alibi vrbes eiusdem nominis.

Nais Amalthea) Non claudicat versus. vi enim cæsuræ syllaba correpta producitur.

Vbere) tanto quantum alumnus Iupiter postulabat. *Res cœli*) imperium. vt, Postquam res Asiæ, Priamíque euertere gentem Immeritam visum superis.

Fertile cornu) Cornu copiæ dicitur κέρας ἀμαλθείας, quod nonnulli fabulantur ab Achelôi fonte Herculem sustulisse, vt Strabo autor est. Quod iden finxerunt, quia Hercules aggeribus & aquarum ductibus Acheloum perperam ac damnosè labentem coercuit. Cúmque agri propinqui flumini aquarum abundantia vastarentur Oenei gratia, cui erat affinitate coniunctus, Acheloum siccauit. Vnde subsecuta est agrorum fertilitas, hoc est, cornu copiæ. Phocion Peripateticus, teste A. Gellio, librum multæ variæque historiæ refertum inscripsit κέρας ἀμαλθείας. Dicitur autem Amaltheæ, siue Achelôi cornu datum copiæ, secundum aliquos, quia fortuna, cuius ministra copia est, ditissima est omnium: & in cornu virtus est multorum animalium. vt fortunæ vires in diuitijs sunt, quibus multos ad se trahit. Diodorus tradit Amaltheam puellam ab Ammone ad Ceraunios montes delectam, & cognitam præfectam esse regioni feracissimæ, cuius forma bouis cornu similis fuit. Vnde factum inquit, vt posteritas locum fructibus copiosum appellauerit Amaltheæ cornu.

Præstitibus Maiæ] &c. Calendis Maiis Laribus Præstitibus ara Romæ dicata est, quos Plutarchus in Quæstionibus præsides vocat. Colebantur autem & priuatim in domibus, teste Seruio: & publicè in compitis tradito ritu à Seruio Tullio, autore Plinio. Qui eum regem creditum inquit Laris familiaris filium, & ob id Compitalia & ludos Laribus primùm instituisse: quibus postea, vt Macrobius meminit, 11. Calendas Ianuarias feriæ dedicatæ sunt, & bello Antiochiæ vota est ædes ab Æmilio Regillo prætore in campo Martio. Hi quòd omnia suis oculis tuta præstarẽt, Præstites dicti sũt, vt Ouidio placet hoc loco, nominatíque sunt etiã Hostilij, quòd hostes arcere putarentur. Festus Præstitem ab antiquis dictum scribit in eadem significatione, qua nũc antistitem dicimus. Vnde sunt & alij deorum, quos Præstites cognominamus. quare Macrobius Præstites deos inquit homini nascenti secundum Ægyptios adesse quatuor: Dæmona, Tychen, Erota, Anágcen. Lares igitur præstites dicti sunt, quòd non solum priuatarum ædium ac inimicorum, sed & vrbia custodiæ præesse credebãtur. vt, Vrbisque laborẽ Testatos sudore Lares. Putabãtur autem Lares esse animæ hominum, siue dij inferiores, autore Festo. Vnde ait Seruius in lucis habitare manes piorum, qui Lares viales sunt, & laruas vmbras vocari. Eos Porphyrio deos domesticos appellat, scribitque Augustum posuisse in compitis Lares, ac sacerdotes libertinos eis dedisse. Alij, vt Lactantius & Diomedes grammatici scribunt, Idæos dactylos, siue Curetes Lares esse putant, eósque tres esse arbitrantur: sed dicuntur ab alijs duo. vt, Geminósque parit qui compita seruant, Et vigilant nostra semper in vrbe Lares. Item, Bina gemellorum quærebam signa deorum. His additus est aliquando Augusti genius. vnde infrà legimus, Et vici numina terna colunt. Ornabantur Lares floribus & coronis. Suetonius in Augusto: Compitales Lares ornare bis in anno instituit vernis floribus & æstiuis. Tibullus: Rure puer verno primùm de flore coronam Fecit, & antiquis imposuit Laribus. Iuuenalis: O parui nostríque lares quos thure minuto Aut farre & tenui soleo exornare corona. Plinius: Iam tum coronæ deorum honos erant, & Larium publicorum priuatorumque. Sed fuerunt aliquando coronæ, quibus Lares ornabantur, adeò magnificæ, vt ea essent amplitudine, qua & donaticæ, quibus victores, vt inquit Festus, in ludis donabantur. Placari autem putabantur Lares gallorum fibris, vt quidam tradunt. Quare Iuuenalem dixisse arbitramur, Laribus cristam promittere galli Non audent. Horum patrem esse Mercurium, supra ostensum est: matrem Varro & Macrobius docent Maniam appellari: cui cùm pro sospitate familiarum pueri mactarentur ex responso Apollinis, quo præceptum erat, vt capitibus supplicaretur, Iunius Brutus pulso Tarquinio id sacrificij genus aliter constituit celebrandum, allis & papaueris capitibus supplicari. Ea sacra ex viis compi-

torum, vbi celebrabantur; compitalia dicta sunt, quæ solebant quotannis concipi: quemadmodum & Latinæ feriæ, vt autor est Varro: qui compitalia scribit diem esse Laribus attributum, in quo laneæ effigies in compitis suspendebantur, vt ait Festus, vt Lares viuis parcerent, & eiusmodi simulacris contenti essent. Concipiebantur autem Compitalia, vt docet Macrobius, ferè his verbis: Die nona post calendas Ianuarias Quiritibus Compitalia erunt. Ea Tarquinius Superbus restituit Laribus ac Maniæ: sed postea remoto scelere crudelis sacrificij, factum est, vt idem inquit Macrobius, vt effigies Maniæ suspensæ periculum, si quod immineret familiis, expiarent. Diomedes grammaticus autor est, constituisse Romulum in honorem scrophæ, quæ triginta porcos pepererat, Lares, qui grundiles dicebantur: quia pro grunnire, quod porcorum est, grundire à veteribus dicebatur.

PAVL. *Capella Olenia*) capra Helices nymphæ, Oleni filiæ: vel ab Oleno oppido in Bœotia. De quo Seneca: Olenos tectis habitata raris. & Poëta in Heroidibus, Pleias & Arctophylax, Oleniúmque pecus. Et Olenos ciuitas in Ætolia, cuius meminit Homerus in Iliade, iuxta quam Calydonius aper peremptus dicitur. Et Olenos etiam in Achaia, de quo Strabo agit in octauo libro, meminitque Oleniæ capellæ. & non longè ab Oleno est Ægium oppidum, vbi aliqui volunt Iouem fuisse educatum: ita enim inquit Strabo: At Ægium satis incolarum habet. Isto in loco Iouem à capra lactis alimenta suscepisse scribunt, sicut Aratus prodidit: Diuáque capra Ioui, fama est, hic præbuit vber. Et subdit: Oleniámque Iouis vates dixere capellam. *Illa*) capella.

Habet cœlum) in cœlo figurata est. *Præmia lactis dati*] propterea quòd eius lacte Iupiter educatus est.

Amalthea Naïs) nympha. verùm Naïades fluuiorum & fontium nymphæ sunt. à νάω, quòd est fluo.

Nobilis in Ida Cretæa) in Cretensi. *Dicitur occuluisse Iouem in syluis*] nam illi nutriendum datum in syluis putat.

Mater formosa duorum hædorum fuit hæc) hæc Amalthea habuit pulchram capellam, quæ duos hœdos pepererat.

Conspicienda] admiranda. *Inter Dictæos greges*] inter capellas Dictæi montis. *Cornibus aeriis*) conspicienda inquam, propter alta cornua. *Atque in sua terga recuruis*) quæ in terga reflectebantur. *Vbere*) etiam conspicienda. *Quod posset habere nutrix Iouis*] ea quæ Iouem educabat. *Illa*] capra.

Dabat lac deo] Ioui prima alimenta suggerebat. *Sed fregit cornu in arbore*] dum irruit in arborem cornibus, alterum è duobus fregit. *Et erat trunca dimidia parte decoris*] nam effracto cornu, media pars decoris erat sublata. *Nympha sustulit hoc*] Amalthea eleuauit cornu truncatum.

Et cinxit herbis recentibus, Et tulit plenum pomis ad ora Iouis) impleuit illa pomis cornu, quod odoris herbis & floribus cinxerat, & ad Iouem puerum tulit. *Ille*] Iupiter. *Vbi*) postquam. *Tenuit res cœli*] occupauit regnum cœli. *Et sedit solio paterno*) solio Saturni. *Et nil erat maius Ioue inuicto*) qui vicerat omnes hostes, & inuictus semper fuit, & iam superior erat omnibus diis. *Fecit nutricem sydera*) capram in sydera transmutauit. *Cornu nutricis fecit fertile*] fecit illud cornu copiæ. & in Metamorph. dicit cornu Acheloi, quod Hercules truncauit, sacratum, & datam illi copiam, Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum Sacrarunt: diuésque meo data copia cornu. Et nunc loquitur cornu Amaltheæ datam copiam. Sic & alij tradunt. Sed à regione datus est locus fabulæ. Diodorus enim scribit Hammonem perambulantem iuxta Ceraunios montes, conspectam à se virginem forma pulcherrimam Amaltheam nomine adamasse, filiúmque ex ea genuisse, specie ac robore corporis insignem. Amaltheam verò propinquæ oræ præfecisse, bouis cornu persimili, ex quo occiduum cornu sit nominata. Et quoniam ea regio esset vineis, cæterísque fructiferis arboribus referta, à muliere autem regeretur, Amaltheæ cornu cani dixere. Propterea & posteri homines optimam copiosámque fructibus patriam, ab ea similitudine Amaltheæ cornu appellarunt. Hæc ille. Ideo poëta dicit, *Quod*] cornu. *Nunc quoque habet nomen dominæ*) nam cornu Amaltheæ dicitur. Et Horat. inquit: Copia manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu.

Præstitibus Maiæ Laribus] Cal. Maias est festum Larium quòd ea die ara fuerit illis consecrata à Curibus Sabinis. Hi Lares dij domestici, qui & priuatas domos, & vrbes seruant, & tuentur mœnia, Laræ nymphæ & Mercurij filij. de quo in secundo diximus: appellatique sunt Præstites, quòd omnia præstent tuta: & quòd pro nobis, & pro mœnibus stent. Verùm Pompeius inquit: Præstites in eadem significatione dicebant antiqui, qua nunc Antistes dicimus. *Calendæ Maiæ videre*) hoc est, homines Calendis Maiis viderunt. *Constitui*) erigi & consecrari. *Aram Laribus præstitibus*) qui Præstites dicti. *Et parua signa deûm*) parua ipsorum Larium simulacra.

> *Ara erat illa quidem Curibus, sed longa vetustas*
> *Destruit, & saxo longa senecta nocet.*
> *Causa tamen positi fuerat cognominis illis,*
> *Quòd præstant oculis omnia tuta suis.*
> *Stant quoque pro nobis, & præsunt mœnibus vrbis.*
> *Et sunt præsentes, auxiliúmque ferunt.*
> *Et canis ante pedes saxo fabricatus eodem*
> *Stabat. quæ standi cum Lare causa fuit?*
> *Seruat vterque domũ, domino quoq; fidus vterque est,*
> *Compita grata Deo, compita grata cani.*
> *Exagitant, & Lar, & turba Dianiæ fures,*
> *Peruigilántque lares, peruigilántque canes.*

ANTO. *Ara erat illa quidem Curibus*] Ex Curibus, oppido Sabinorum, Romam translata est ara, quam Romani Calendis Maiis dedicarũt. Vnde autor ait infrà: Bina gemellorum quærebam signa deorum. &, Mille Lares, geniúmque ducis qui tradidit illos, Vrbs habet. *Saxo longa senecta nocet*) quia vix deorum simulacra cerni poterant vetustate consumpta. *Stant quoque pro nobis*] sicuti pro Curibus steterunt, ita nunc pro vrbe Roma stant. *Et sunt præsentes*) fauent imperio Romano. nam præsentia numinis, fauor est. vt, Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos. *Canis ante pedes*] Effingebatur apud Lares canis simulacrum, quoniam is diligenter excubat: quemadmodum & Lar fidus est domino, ac furibus aduersatur. De hoc Columella: Quis, inquit, tanta vociferatione bestiam vel furem prædicat, quanta iste latratu? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis denique vltor aut vindex constantior? Plinius libro octauo Naturalis historiæ: Fidelissimi ante omnia homini canes atque equi: & pugnasse aduersus latrones canem pro domino accepimus: confectúmque plagis, à corpore non recessisse, volucres & feras abigentem. Lege cætera scitu digna. Plutarchus in Quæstionibus, Laribus, inquit, quos propriè præsides vocant, canes assistere, & ipsos canum pellibus amiciri, quoniam qui præsides sunt, eos alienis formidolosos esse oportet, vti canes videmus: domesticis verò mites ac mansuetos: vel quòd Lares quidam furiales sunt, & exactores vitæ nostræ, atque operationum speculatores, quibus assidet canis, quem nouimus ad inuestigandum sagacem esse. Lares Persius succinctos vocat vt, Bullaque succinctis Laribus donata pependit: quòd succingerent canum pelles, quibus induebantur, vt essent ad speculandum actiones hominum expediti: iis adolescentes generosi, exacta pueritia, bullas suspendebant. *Saxo fabrefactus eodem*) quo & Lares. Hoc saxum, vt diximus, è Curibus Romam translatum est, vbi Calendis Maiis Romæ aram, quam Laribus constituerant, dedicarunt. nam quamuis id saxum & antea Curibus fuerat dedicatum, nolim tamen existimes externam dedicationem Romæ (quod apud nullum scriptorem inuenies) celebrari. quod si esset, non daretur in Romanorum fastis profestum diem inueniri. *Turba Diania*] canes quibus Diana venatrix vtitur.

PAVL. *Illa quidem ara erat Curibus*] & à Curibus Sabinis erecta, & in qua Cures sacrificabant. *Sed longa vetustas destruit*) nã vetustate collapsa est. *Et longa senecta*] ipsa vetustas *Nocet saxo*) quod vetustate est exesum & collapsũ. *Tamẽ causa cogno-*

A *mœnis posita est*) causa quòd [appellantur dij Præstites. *Fuerat*) quòd præstant omnia tuta suis oculis:cùm præsint custodię, tuentur omnia oculis vigilantibus. *Stant quoque pro nobis*] sunt in statione pro salute nostra. *Et præsunt mænibus Vrbis*] custodiæ mœniū nostrorum. *Et (sunt præsentes)* quia à nobis nō recedūt.*Et ferunt auxilia*) præstāt nobis implorātam opē.

PAVL. *Et canis ante pedes*) addiræ canis Laribus. Et Plutarchus Problem.lib agit: Cur Laribus, quos propriè præsides vocant,canis assi titit ipsi autem canum pellibus vestiuntur? An quòd præsides sunt,qui præsunt?Hos autem domus custodes esse oportet,& alienis formidolosos,sicut canes videmus:mites verò ac lenes,mansuetósque domesticis? An illud verius est,quod à quibusdam Romanis dicitur,& Chrysippus opinatur,dæmonia quædam mala circumire, quibus dij quasi

B carnifici bus, & scelerum vltoribus aduersus iniustos & impios vtuntur. Sic Lares furiales quidam sunt & pœnarum & exactores vitæ, & operationum speculatores. Iccirco enim fit,vt caninis pellibus in duantur: quibus & canis ideo assidet, quòd ad inuestigāda scelera & vlciscendos impro- bos,sagaces fiat. *Et canis stabat fabricatus eodem saxo*] imago canis in eodem marmore sculpta. *Ante pedes*) Larum. *Quæ causa fuit standi cum Lare*) qua ratione Lari canis assistit. *Seruat Vterque domum*] hæc est ratio,quòd Lar & canis custo lit domum *Vterque est fidus domino*) fidelis suo domino est canis,de quo Plinius: Ex his animalibus multa sunt cognitu digna, fidelissimúmque ante omnia homini canis. & fidelis Lar,qui domum seruat *Compita*) vbi plures viæ

G competunt. *Sunt grata Deo*] Lari,id est,quoniam in compitis coluntur.*id.est* & Compitales dicti Et Sueton.de Augusto inquit: Compitales Lares ornare bis in anno instituit vernis floribus & æstiuis. *Compita grata canes*] quoniam & ea seruat. *Et Lar*] Duo tamen sunt Lares.vt in a. Geminósque parit qui compita seruant, Et vigilant nostra semper in vrbe Lares. *Et turba Dianæ*) canes Dianæ dicati. *Exagitant*) venant & repellunt fures. *Et vigilant Lares*] & peruigilant canes: vtrique sunt vigiles, vt custodiant & mœnia, & domus,& compita,ne quid mali per noctem fiat. *Quærebam bina signa*] bina simulacra.

ANTON. *Bina gemellorum quærebam signa deorum Viribus annosæ facta caduca moræ*,Deiceodu paulatim ad Augusti laudē. & est sensus Quærebam vbi essent Lares gemelli è Curibus aduecti, & inueni in vrbe nō duos tantùm sine gemellos Lares, qui fuerant Sabi-

> *Bina gemellorum quærebam signa deorum*
> *Viribus annosæ facta caduca moræ,*
> *Mille Lares geniúmque ducis,qui tradidit illos,*
> *Vrbs habet,& vici numina terna colunt.*
> *Quò feror? Augustus mensis mihi carminis huius*
> *Ius habet,interea diua canenda Bona est.*

prægnans...vt, Atqi Bonā tenere placāt abdomine porcę.Et magno cratere

H deam. Sunt qui dicunt Bonam deam Floram esse, in cuius ædem omni florum genere exornatā mulieres mystum non inferebant, quæ cùm vinum ei biberent, lac appellabant,

norum,sed mille ac penè infinitos,cùm omnia vicorum vrbis compita duos Lares haberent, & cum his Augusti geniū. *Geniúmque ducis qui tradidit illos*] August. genium,qui nouo more Lares coli voluit: cùm, vt ostendi nous testimonio Suetonij,instituerit,vt non semel, sed bis in anno ornarentur vernis floribus & æstiuis. nam ante Augusti tempora compitalia,vt diximus,dies Laribus attributus, autor Varrone,11.Cal. Ianuarias celebrari solebant. quamuis concipi consueuerunt, vt suprà ostendimus. Ritus autem antiquissimus colendi Lares,à Seruio rege traditos est. *Numina terna*) duos Lares,& Augusti genium. De genio diximus suprà. Taorum autem honor tribuebatur Augusti genio, vt reges amici ac socij Romanorum ... tem fouis O ympici Athenis

D antiquitus coeptam perficere com muni sumptu ac ci dedicare destinauerint. *Quò feror*] Sensus est: Præoccupor quæ mense Augusto atque in octauo huius operis libro dicenda fuerio Augusti laudem: non quòd mense Augusto compitalia celebrarentur,cùm eiusmodi feriæ hyemis essent, nō æstatis:sed quòd eo tempore Lares, ritu tradito ab Augusto Cæsare,æstiuis floribus ornarentur. nam vernis solebant ex eius institutio hoc tempore,id est,Calend.Maijs,exornari.

Interea diua canenda Bona est.] Huius quoque deæ festum Romani hoc tempore celebrabant, quo Maiæ, quam quidam Bonam deam esse volunt,ædes dedicata est. Varro, vt Macrobius refert,Bonam deam Fauni filiam esse tradidit, adeò pudicam, vt extra gynæceum nunquam sit egressa, nec virum vnquam viderit,nec à viro visa sit,nec nomen eius in publico auditum fuerit. Quidam eam Medeam putāt,quòd

E in eius æde omne genus herbarum esset, ex quibus antistites dabant plerunque medicinas: & quòd templum eius virum introire non liceat,propter iniuriam quam ab ingrato viro Iasone perpessa est Iuncalis: Vbi velari pictura ubetur,Quęcunque alterius sexus imitata figuram est. Tibullus: Sacra Bonæ maribus non adeunda deæ.Romani eam Dryada puellam, Fauni vxorem existimant, in cuius sacris mulieres multa Bacchanalibus similia faciebant, peragentes noctu magnam partem sacrorum, & sonis tibiarum longas vigilias exercentes. Lege Macrobium in Saturnalibus, & Plutarchum in Cæsare: vbi multa quæ ad haec rem pertinent,pertractantur. Sciendum sacrificium Bonę deæ publicum dici,& tamen esse minimè publicum: ac propterea Damium appellari,vt Festus docet. Fiebat enim in occulto, & contrarietate Damium dicebatur: & dea quoque ipsa Damia,& sacerdos eius Damiatrix vocabatur. sed ideo publicū

F appellari consueuit (vt publica saltem his intacta malis agerentur sacra) quia mos fuit quotannis pro salute populi Romani in ædibus pontificis maximi huic deæ sacra fieri, vt legimus in vita Ciceronis,quibus faciendis tantùm mulieres aderant. Quare ait Iuuenalis, non sine stomacho, sed more nostro Exagitata procul non intrat fœmina limē. solis ara deæ maribus patet. Mactabatur in his sacris sus

quarum rerum causas Plutarchus tradit. Nonnulli Græcorum eam ex Liberi matribus esse, alij Proserpinam, alij Semelen crediderunt.

Deorum gemellorum] Larium, qui gemini sunt. *Facta*

PAVL. *caduca*] collapsa, & deleta. *Viribus annosæ moræ*)hoc est, longitudine temporis,id est,ipsa vetustate. *Vrbs*] Roma. *Habet mille Lares*] mille Larium simulacra. *Et genium du-*

I *cis*) Mercurij. *Qui tradidit illos*] qui genuit Lares, cùm Laram nympham iussu Iouis ad inferos duceret; eam grauem reddidit. Genium enim appellabant deum qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Aufustius, Genius, inquit, est deorum filius & parens hominum, ex quo homines gignuntur. & propterea genius meos nominatur, quia me genuit. Alij genium esse putarunt vniuscuiúsque loci deum. præterea Marcellus, autore Labeone, ostendit genium generis esse deum. *Et vici colunt terna numina*) in vrbibus & compitis vicorum colebantur duo Lares, & ipse genius. sunt qui ad triuium referant, quoniam in triuiis colebantur. *Quo feror*) quò progredior. *Augustus mensis habet mihi ius huius carminis*] quasi,non est agendum nunc de compitalibus: nam ea celebrantur in mense Augusto. *Interea diua canenda Bo-*

K *na est*] agendum est de dea Bona, cuius festum Calendas Maias celebratur. Vnde Cornelius Labeo, Theodosio teste,Maiæ, id est, Terræ, ædem Calendis Maias dedicatum, sub nomine Bonæ deæ,& eandem esse Bonam deam,ex ipso ritu occultiore sacrorum doceri posse, confirmat. Hanc etiam Bonam,Faunámque,Opem,& Fatuam pontificum libris indigitari:Bonam,quòd omnium nobis ad victum bonorum causa est: Faunam,quòd omni vsui animantium fauet:Opem,quòd ipsius auxilio vita constet:Fatuam,à fando. Infantes partu editi, non prius vocem edunt, quàm terram attigerint. Sunt qui dicant hanc deam potentiam habere Iunonis, ideo quòd regale sceptrum in sinistra addiuum. Eandem alij Proserpinam credunt: porcáque ei rem diuinam fieri, quia segetem, quam mortalibus Ceres tribuit, porca depasta est. Alij χθονίαν Ἑκάτην, Bœotij Semelem credunt. Nec non Fauni filiam dicunt: ob-

L stitisséque voluntati patris in amorem suum lapsi, vt & virga myrtea ab eo verberaretur, cùm desiderio patris, nec vino ab eodem pressa, cessisset. Transfigurasse tamen in serpentem pater creditur,& coisse cum filia. Horum hoc indicia proferunt, quòd virgam myrteam haberi in templo nefas sit, quòd super caput eius extendatur vitis, qua pater eam decipere tentauit:quod vinum in templum eius nō suo nomine soleat inferri,sed vas mellarium & vinum, lac nuncuperur:serpentésque in templo eius,nec timentes, nec terrentes appareant.Quidā Medeam putant, quòd in æde eius omne genus herbarum sit,ex quibus antistites dāt medicinas; quod templum virum ingredi non liceat, propter iniuriam quam ab ingrato viro Iasone perpessa est.hæc apud Græcos

A θεὸς γυναικεία dicitur. Quam Varro filiam Fauni tradidit adeò pudicam, vt extra γυναικωνῖτιν nunquam sit egressa, nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec virum vnquam viderit, vel à viro visa sit: propter quod nec vir templum eius ingreditur. vnde & mulieres in sacro Herculis non licet interesse: quia Herculi Geryonis boues per Italiæ agros agenti, sitienti respondit mulier, aquam non posse præstare, quòd fœminarum deo celebraretur dies, nec ex eo apparatu viris gustare fas esset: propter quod Hercules facturus sacrum, detestatus est præsentiam fœminarum. Et Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit, ne mulierem interesse permitterent. Hæc sunt quæ de Bona dea à Theodosio referuntur. Et Plutarchus inquit: Romæ Bona dea colitur, quam Græci quidem γυναικεῖαν nominant. Eam Phryges, Midæ nepotes, regis pa-B rentem asserunt. Romani Dryada puellam, Fauni vxorem existimant. Nonnulli Græcorum illam ex Liberi matribus esse, quam ne fari liceat. vnde & mulieres, cùm festos ei dies peragunt, tabernacula in vitigineis integunt ramis. Sacrum insuper draconem deo secundum fabellam erigunt. Dúmque illi sacra celebrantur, neque eò virum accedere, neque domi adesse fas est in eis sacrificiis. ipsæ inter se mulieres, multa orphicis consentanea facere traduntur. Cùm igitur ea instant solennia, vir ipse seu præturam, seu consulare gerat imperium, cunctique mares inde commigrant. Vxor domum ornatissimè extruit, vbi maxima sacrorum pars noctu peragitur, & reliqua. Lactantius verò inquit: Vt Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit, sic ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno auo nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter deos honorauit: & sororem suam Faunam, eandémque coniugem, consecrauit. Quam C. Bassus Fatuam nominatam G tradit, quòd mulieribus fata canere consueuisset, vt Faunus viris. Eandem Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo eam quoad vixerit, præter suum virum, mas viderit, nec nomen eius audierit. Idcirco illi mulieres in operto sacrificant, & Bonam deam nominant. Et C. Sextus Clodius in eo libro quem Græcè scripsit, refert Fauni hanc vxorem fuisse: quã, quia contra morem, decúsque regium, clàm vini ollam ebiberat, & ebria facta erat, virgis myrteis à viro vsque ad mortem cæsam. Postea verò cùm eum facti sui pœniteret, & desiderium eius ferre non posset, diuinum illi honorem detulisse. Idcirco in sacris eius obuolutam vini amphoram poni, &c.

Est moles natiua loco, res nomina fecit,
Appellant saxum, pars bona montis ea est.
Hic Remus institerat frustra, quo tempore fratri
Prima Palatinæ regna dedistis aues.
Templa patres illic oculos exosa viriles,
Leniter accliui constituere iugo.
Dedicat hoc veteris Crassorum nominis hæres,
Virgineo nullum corpore passa virum.
Liuia restituit, ne non imitata maritum
Esset, & ex omni parte secuta virum.
Postera cùm roseam pulsis Hyperionis astris
In matutinis lampada tollet equis,
Frigidus Argestis summas mulcebit aristas,
Candidáque à † Capreis vela dabuntur aquis.
At simul inducent nocturna crepuscula noctem,
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ora micant tauri septem radiantia flammis,
Nauita quas Hyadas Graecus ab imbre notat.
Pars Bacchum nutrisse putat, pars credidit esse
Tethyos has neptes Oceaniqúe senis.
Nondum stabat Atlas humeros oneratus Olympo,
Cùm satus est forma conspiciendus Hyas.
Hunc stirps Oceani maturis nixibus Aethra
Edidit, & nymphas. sed prius ortus Hyas.

ANTON. *Est moles natiua loco*) Docet ædem Bonæ deæ fuisse in monte Auentino. *Pars bona montis*) magna pars. vt, Bona pars non vngues ponere curat, Non barbam. C ne existimemus saxum quod dicit, Auentini montis fuisse particulam, quem Remus cepit, teste Liuio, ad inaugurandum templum, cuius frater Romulus Palatium conscendit. Remoriam ergo significat locum in Auentino, vt autor est Festus, vbi Remus de vrbe condenda cst. *Leniter accliui*) non in summo saxo, sed in cliuo ascensu facili. D *Crassorum nominis hæres*) Crassam virginem appellatam dicit, quæ hoc templum dedicauit, quod postea restitutum est à Liuia Drusilla, imitata maritum Augustum, quem suprà diximus refectorẽ fuisse templorum. Audio esse qui Clausorum legant, accipientes Claudiam virginem, de qua multa superius dicta E sunt. Cæterùm quæcunque ea fuerit, à qua hæc ædes dedicata est, nihil vsquam de ipsa compertum inuenies, quantum ad ædis dedicationem attinet. *Postera Hyperionis*] Aurora Hyperionis filia, cuius exortu 6. nonas Maij flare incipit ventum quem Græci Argestem vocant, nos Caurum dicimus, vt A. Gel. & Plin. docent. is aduersus Aquilonem flat, & hoc tempore in ortu auroræ non tepet. Sed meminisse debemus, zephyrum à nonnullis Argestem appellari, teste Plin. Plurimi tamen fauonium separant ab Argeste, & eos esse finitimos docent, secundum quos Plutar. ait in Sertorio: Qui verò à mari perflant Argestæ & zephyri, raros & temperatos imbres ex pelago afferunt. *À Capreis*] Insula Caprearum contra Neapolim sita est, autore Seruio, distátque à Surrento 8 millibus passuum, teste Plinio, qui eam scribit arce Tiberij Cæsaris nobilem esse. Eam Augustus magnificentissimis ædificiis F ibi structis (vt inquit Strabo) peculiare sibi receptaculum fecit: & Tiberius (vt Sueton. tradit) maiorem in modum adamauit, quod vno paruóque litore adiretur, septa vndique præruptis immensæ altitudinis rupibus, & profundo mari. Hinc est quòd multis vndique ad eam insulam confluentibus, poëta eam celebrans, inquit Argestem non paucis inde soluentibus opportunum. *Pars Hyadum*] &c. Sexto quoH que nonas Maij Hyades heliacè oriuntur. sed has existimandum non est primis tenebris, seu noctis initio apparere, cùm autor eas hoc in loco tradat in ortum heliacum ferri, quæ antea latebant tectæ lucis propinquitate. nã hoc dicit: Vbi nox aduenerit, Hyades omnes apparebunt: quod in occasu, vel paulo post occasum solis fieri vllo I modo non potest, cùm omne sidus quod noctu oritur, sine dubio vel ortu chronico se ostendat, vel emergat heliaco: quarum hic abeunti nocti, ille incipienti datur. Quod cùm ita sit, & hoc tempore non Taurus, sed Scorpius Tauri occasu in ortum chronicum feratur noctis initio: reliquum est vt fateamur apparituras quidem Hyades noctu, K sed ortu heliaco, & paulo ante solis exortum. Hæ stellæ vnde Hyades nominentur, diximus suprà. Sunt autem septem, quamuis nonnulli duas stellas excludentes, quæ sunt vbi nascuntur Tauri cornua, Hyades quinque tantùm esse tradiderint. *Pars Bacchum nutrisse putant*] secundum Pherecydem, qui eas dicit Liberi fuisse nutrices. *Tethyos has neptes*] Oceanus & Tethys Æthram genuerunt. Ea nupsit Atlanti nondum in montem conuerso, & Hyades peperit. necnon & ante illas filium qui appellatus est Hyas, à quo sunt qui putent sorores eius Hyades dictas.

PAVL. *Est moles natiua loco res nomina fecit, Appellant saxũ, pars bona mõtis ea est*) Poëta templũ Bonæ deæ in Auentino descri L bit, quod Claudia virgo, de qua egimus superiore libro consecrauit: postea vetustate collapsum, Liuia Augusta restituit. *Moles natiua est loco*] rupes à natura, non manuũ artificio fabricata. *Res nomina fecit*) quia saxum ingens est. *Saxum appellant*] erat pars bona montis: nam magna rupes Auentini montis: sed in ea parte erat, quæ Tibri imminet. Hæ]in hoc saxo. *Remus frustra institerat*] cũ captauit augurium pro condenda vrbe: sed frustrà, quia victus est augurio Romuli. *Quo tẽpore*) eo tempore quo *aues Palatinæ*) vos vultures, quos Romul⁹ ex Palatio obseruauit. *Dedistis prima regna fratri*] Romulo, qui victor augurio regnũ adeptus est. *Illic*] in eo saxo. *Patres*] senatores. *Constituere tẽpla*] Bonę deæ. *Exosa oculos viriles*] quasi, quę ingredi viros nõ liceret. *Iugo leniter accli-*

A *ui*]curuato quasi iugo lenis, hoc est facili ascēsu cliui. *Heres Veteris nominis Clausorū*] Claudia ex antiquo Clausorū genere: de quo diximus superiore libro. sed illud nōc addimus ex Liuio 2. ab Vrbe condita, Claudiorū genus venisse ex Regillo oppido Sabinorū, duce Accio Clauso, anno quinto post eiectos reges, qui Romæ fuit Appius Claudius: & qui venēre cū eo, fecere tribum Claudiam. *Passa corpore Virgineo nullum Virum*] quæ nunquam viro succubuit: fuit enim virgo Vestalis, & spectatæ pudicitiæ testimonio quoque maris deū. *Liuia*] coniunx Augusti. *Restituit*] templum illud cùm esset vetustate collapsum. *Ne non*] hoc est vt. *Esset imitata maritum, & ex omni parte secuta Virum*] vt omni ea parte imitaretur virum, qui & antiqua templa restituebat, & noua constituebat, vt in secundo diximus: Templorum positor, templorum sancte repertor, &c. *Postea cùm roseam, pulsis Hyperionis astris*] Sexto Nonas Maias oriuntur, heliace tamen, Hyades, quarum superius meminimus. Pherecydes Liberi nutrices esse demonstrat, numero septem: quas aiunt nymphas Dodonidas appellatas. Harum nomina sunt, Ambrosia, Eudora, Pedyle, Coronis, Polyxo, Phyleto, Thyane. hę dicuntur à Lycurgo fugatæ, & præter Ambrosiam omnes ad Tethym profugisse. Hyadas appellatas Musæus tradit, quòd earum Hyas fuerit frater, à sororibus plurimum dilectus. qui cùm venans à Leone esset interfectus, quinque ea sororibus lamentationibus assiduis permotæ dicuntur interiisse. Quare eas, quia plurimum de eius morte laborarent, Hyades dictas. Cicero appellatas dicit ab ὕειν, quod est pluere. à Latinis hæ stellæ, suculæ dictæ, Honorato teste. *Cùm postera Hyperionis*] sequens aurora ab Hyperione, qui creditus est Solis, ac Lunæ & auroræ pater, vt in primo C docuimus. *Cùm tollet roseam lampada*] lucem rubicun-

ANTON. *Dum noua lanugo*] &c. Hyas in adolescentia venator fuit leporum & ceruorum, in iuuenta aprorum, leonum, & ferarum eiusmodi. *Adoleuit*] creuit. vt, Dum prima nouis adolescit frōdibus ætas. *Illa dedit cœlum*] Pietas in causa fuit, vt Hyades referantur in cœlum, quibus Hyas nomen dedit. *Mater ades florum*] Floralia instituta D quidem sunt (vt Plinius docet) mense Aprili, hoc est, quarto caland. Maij, anno vrbis 516. ex oraculis Sibyllæ, vt omnia bene deflorescerent. Quorum diē Varro determinauit, sole Tauri partem quartamdecimam obtinente: quoniam si in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges & omnia quæ florebunt, lædi necesse sit. Sed celebrātur & ineunte Maio. vt, Exit & in Maias festum Florale calendas. Erántque ludi Florales iocosi, vt diximus suprà: in quibus & ædiles cicer, fabam, aliáq; eiusmodi populo spargebant, teste Porphyrione. Vnde inquit Persius: Cicer ingeat largè Rixanti populo. Et mulieres nudabantur. propter E quod ait Iuuenal. Dignissima prorsus Florali matrona tuba. Et Valerius Max. refert, Catone theatrum ingresso, non ausum esse populum, in ludis Floræ postulare, vt mulieres nudarentur: Catonémque è theatro discessisse, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret. Vnde illud est Martial. Messes iocosæ, dulce cùm sacrum Floræ, In theatrum cur Cato seuere venisti? An ideo tantùm venires, vt exires? Tradiderunt nonnulli, hos ludos in patricio vico vrbis solitos celebrari, qui à patriciis nomen accepit, vt Aphricus à Pœnis. Varro autem in cliuo, quem proximum vocat. Scire autem debemus, Floram mulierem fuisse, quæ cùm magnas opes quæstu meretricio quæsiuisset, populum Rom. scripsit scripsit hæredem, certámq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore natalis eius dies celebraretur, editione ludorū, quos Floralia dixerunt. Quod quia senatui flagitiosum vi- F debatur, vt scribit Lactantius Firmianus, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur. Deámq; esse finxerunt, quæ florib. præesset. quam Ouidius hoc loco non ignobilem nympham fuisse fabulatur, cui Chloris nomen fuerit, cámq; Zephyro nuptam quasi dotis loco id accepisse muneris à marito, vt haberet florum omnium potestatem. Plinius autor est, fuisse Romæ Floram

Dum noua lanugo pauidos formidine ceruos
Terret, & est illi præda benigna lepus.
At postquam virtus annis adoleuit, in apros
Audet, & hirsutas cominus ire feras.
Dúmque petit latebras, fœtæ catulósque leænæ,
Ille fuit Libycæ præda cruenta leæ.
Mater Hyan, & Hyan mœstæ fleuere sorores,
Ceruicémque polo suppositurus Atlas.
Victus vterque parens tamen est pietate sororum:
Illa dedit cœlum, nomina fecit Hyas.
Mater ades florum, ludis celebrata iocosis:
Distuleram partes mense priore tuas.
Incipis Aprili, transis in tempora Maij:
Alter te fugiens, cùm venit, alter habet.

dam. λαμπὰς Græcè fax. *Pulsis astris*] quæ obscurantur aduentu maioris luminis. *In equis matutinis*] matutino tempore surgentibus. *Agrestis*] rusticus ipse. *Frigidam*] nam frigida hora diei. *Mutilabit summas aristas*] quæ iam è culmis emerserē, & carpit aliquas aristas, & diis offert, & sacrificium pro ipsis aristis facit, cùm sint Floralia, illud precatur, ne non tempestiuè floreant, & vt perueniant ad maturitatem. *Et candida Vela dabuntur aquis*] mari. *A campis*] à litoribus: quo- G niam flabunt à terra venti, puppes à litore & portu discedent. *At crepuscula nocturna*] tempus illud post occasum solis, vt superius ostendimus. *Semel*] postquam. *Inducent noctem*] cùm erit nox sexti diei nonarum. *Nulla pars Hyadum*] nulla stella ex Hyadibus. *De toto grege*] de toto numero. *Latet*] quia omnes ea nocte simul apparent. *Ora tauri micant*] splendent. *Radiantia septem flammis*] septem flammeis stellis, quæ sunt in fronte Tauri, vt superiore libro docuimus. *Quas*] stellas *Nauita Gratus Vocat Hyadas ab imbre*] à pluuia: hoc est, ab ὕειν, quod est pluere: Græci Hyadas dicunt. *Pars Bacchum nutrisse putat*] multi putant Liberū nutritum ab his sororibus fuisse, & ideo cœlum meruisse. *Pars credidit esse has neptes Tethyos, & Oceani senis*] filias Aethræ nymphæ, filiæ Oceani & Tethyos. sic Oceani neptes sunt. *Nondum Atlas stabat oneratus humeros Olympo*] nondū Atlas H conuersus erat in montem ira ominis, vt sustineret humeris cœlum. *Cùm est satus*] natus ex Atlante & Aethra. *Hyas conspiciendus forma*] Hyas formosus, & præstantia formæ admirandus *Aethra stirps Oceani*] filia Oceani. *Edidit hunc*] Hyam. *Maturis mensibus*] maturo partu in decimo mense. *Et nymphas*] peperit etiam Hyadas sorores. *Sed prior ortus Hyas*] natus est Hyas, antequam nascerentur sorores.

Praxitelis opus, itē Triptolemum ac Cererem in hortis Seruilianis. Sed cauēdum, ne (quod quidam ætatis nostræ homines memoriæ prodiderunt) existimemus hanc I Floram esse, quam Pompeius magnus dilexit, scortum adeo celebre, vt (teste Plutarcho) meruerit simulachrum in æde Castoris & Pollucis. Qui enim spatia temporum metietur, inueniet aliam esse Floram, cui Romani Floralia instituerunt: & aliam, à cuius osculo Pōpeius nunquā sine morsu discedere consueuit. *Ludis celebrata iocosis*] verborū licentia, quib. effundebatur omnis obscœnitas, nuditate meretricū, ac motibus impudētibus. Lege Lactant. li.

PAVL. K *Dum noua lanugo*] dum est ille adolescens primæ lanuginis. *Terret formidine ceruos pauidos*] cùm esset venator insequebatur ceruos, & illos exterrebat. *Et lepus est illi præda benigna*] & lepores quoque ex venatione referebat: quos aut fallebat laqueis, aut canibus vrgebat, aut sagittis figebat. *At postquam Virtus adoleuit annis*] per hypallagem, id est, postquā anni adoleuere virtutem, cum iā iuuenis esset robustior. *Audet cominus ire in apr.*] propinquiore pugna adoriri apros. *Et hir.*] villosas, vt sūt leones. *Dúmq. petit lat. & catul. leæn.*] dū petit latibula & cubilia ferarū, & leænarū catulos rapere tentat. *Ipse fuit præda cruenta Libycæ leæ*] à leæna Libyca laceratus est. *Mater*] Aethra. *Fleuit Hyan*] filium à lea discerptum. *Et sorores mœstæ fleuere Hyan*] fratris mortem lacrymis & fletu prosequutæ sunt. *Et Atlas*] pater mortem filij fleuit. *Suppositurus ceruicem cœlo*] qui futurus erat mons, L & cœlum sustentaturus. *Tamen Vterque parens*] Atlas & Aethra *Est Victus pietate sororum*] flebant & ipsi, quia sorores in extincti fletu absumptæ sunt. *Illa*] pietas. *Dedit cœlum*] nam propter pietatem in cœlum relatæ sunt. *Nomina fecit Hyas*] ab Hya fratre Hyades dictæ sunt. *Mater ades florum*] Eadem die celebratur festum Floræ, quod ex Aprili in Maium translatum est. Floralia instituta Plinius refert vrbis anno 516. ex oraculis Sibyllæ, vt omnia bene deflorescerent. Hunc diem Varro determinat, sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo si in hoc quatriduum incideret plenilunium, fruges, & omnia quæ florērent, lædi necesse est. Instituti ergo ludi Florales, longè post vet sacrum institutum votum à Posthumio & Lenate

A consulibus: vt in historiis habemus, & poëta quoque meminit, qui deam Chlorim fingit Zephyro nuptam, quæ hortis & floribus omnibus præesset. Ea verò sic à Lactantio refertur. Flora cùm magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset, populum Rom. scripsit hæredem, certámque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quod quia senatui flagitiosum videbatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur. Deam finxerunt esse, quæ floribus præsit: eámque oportere placari, vt fruges cum arboribus aut vitibus bene prosperéque florescerent. Eum colorem secutus in Fastis poëta, non ignobilem nympham narrauit, quæ sit Chloris vocitata: eámque Zephyro nuptam, quasi B dotis loco id accepisse muneris à marito, vt haberet omniũ florum potestatem. Honestè quidem ista dicuntur, sed inhonestè turpiterque creduntur. Non debent, cùm veritas quæritur, huiusmodi nos velamenta decipere. Celebrantur ergo illi ludi cum omni lasciuia, conuenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur, exuuntur etiam vestibus, populo flagitante meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio: & in conspectu populi, vsque ad satietatem impudicorum luminum, cum impudendis motibus detinentur. Hæc ille. Et Poëta in Tristibus de his etiam ludis impudicis inquit: Sæpe supercilij nudas matrona seueri, Et Veneris stantes ad genus omne videt. Corpora Vestales o- G culi meretricia cernunt, &c. *Ades mater florum*] adsis, & faueas tu Flora. *Celebrata ludis iocosis*] quasi cuius festum cum omni ludorum lasciuia celebratur. *Distuleram mense priore partes tuas*] distuli in hunc mensem de te scribere, cùm festum tuum esset in Aprili *Incipis Aprili*] nam pridie calendas Maias *Transis in tempora Maij*] quòd mense Maio celebrentur ludi. *Alter mensis*] Aprilis. *Habet te fugiens*) cùm fugit: hoc est, vltimo die. *Alter cum venit*) Maius te habet in principio.

ANTON. *Confinia mensum*] significare, pro mensium. Aprilis finẽ dicit, & principium Maij *Ille vel ille*] quia vterque mensis vernus est, & tu florum dea *Circus in hunc exit*] ludi Florales in circis, siue theatris celebrati, à fine Aprilis in hunc mensem exeũt. Nisi existimes Equiria quoque C hoc tempore celebrari: quod non placet. nam in theatro Floralia interdum celebrasse Romanos, dubium non est. *Ipsa doce*] quæ dea es, & de te quæ vera sunt, poteris explicare. *Litera Græca*] χ litera, quam Græci aspiratam habent, in f. conuersa est, vocabulo deprauato. *Campi fœlicis*] fortunatarum insularum: quas Horatius D diuites vocat, vt, Petamus arua, diuites & insulas, Reddit vbi Cererẽ tellus inarata quotannis, Et imputata floret vsque vinea. Ibi nonnulli poëtarum Elysium campum, & regionem piorum esse tradiderunt. Aeria enim salubritas eius regionis peculiaris est: quæ in occasum vergens, nunquam tepore caret. Sunt enim insulæ fortunatæ contra Mauritaniæ finem, ad occidentem: quarum qualitatem non congruere penitus ad earum nuncupationem, quidam docuerunt, teste Solino. *Graue est*) difficile mihi est, laudare propriam pulchritudinem, seruata modestia. *Generum patri repperit*] Honestè dicit à Zephyro se fuisse compressam. *Ausus Erecthea præmia ferre domo*] ausus ra- E pere Orythiam, ex qua & Borea dicũtur Zetes & Calais procreati. Ea secundum historiam fuit Erecthei Athenarum regis filia, quam Boreas rex Thraciæ habuit, & abduxit in Thraciam. *Vim tamen emendat*] delet rapinæ iniuriam, matrimonij beneficio.

Cùm tua sint, cedántque tibi confinia mensum,
*Conuenit in laudes ille *vel ille tuas.*
Circus in hunc exit, clamatáque palma theatris:
Hoc quoque cum circi munere carmen eat.
Ipsa doce quæ scis, hominum sententia fallax,
Optima tu proprij nominis autor eris.
Sic ego: sic nostris respondit diua rogatis,
Dum loquitur, vernas efflat ab ore rosas.
Chloris eram, quæ Flora vocor, corrupta Latino
Nominis est nostri littera Græca sono.
Chloris eram nymphe campi fœlicis, vbi audis
Rem fortunatis antè fuisse viris.
Quæ fuerit mihi forma, graue est narrare modestè:
Sed generum matri repperit illa deum.
Ver erat, errabam: Zephyrus conspexit, abibam.
Insequitur, fugio. fortior ille fuit.
Et dederat fratri Boreas ius omne rapinæ,
Ausus Erecthea præmia ferre domo.
Vim tamen emendat, dando mihi nomina nuptæ:
Inque meo non est vlla querela thoro.
Vere fruor semper, semper nitidissimus annus:
Arbor habet frondes, pabula semper humus.
Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris:
Aura fouet, liquidæ fonte rigatur aqua.

Dum loquitur) ipsa dea Flora. *Afflat*] spirat ab ore. *Rosas vernas*] odorem rosarum verni temporis. *Chloris eram*] &c. H Nunc Flora Chlorim se vocatam dicit, fuisséque fœlicis horti nympham. quæ cùm esset admirandæ pulchritudinis, à Zephyro amatam: & ab eo datum, vt florib. præesset: & se flores per omnem terram disseminasse. *Chloris eram, quæ Flora vocor*) appellabar ego prius Chloris, & nunc dicor Flora. *Litera Græca nostri nominis*) prima litera mei nominis. I *Est corrupta Latino sono*) Latina appellatione. Nam in principio, vbi esse debebat χ Græcum, posuêre f. Latinum, & pro Chlori Floram dixerunt. χλόη, à viriditate. χλόαι enim viridia sunt. *Eram ego Chloris nymphe campi fœlicis*] fœlicium hortorum nympha *Vbi*] in quo campo, aut in quibus hortis. *Tu audis fuisse antè rem*] familiarem scilicet, hoc est diuitias. *Viris* K *fortunatis*] his qui in aureo seculo fuissent: qui his vescebantur, quæ tellus sua sponte procreasset. Aut viris fortunatis, ipsis regibus. Quoniam (vt inquit Plinius) antiquitas nihil prius mirata est, quàm & Hesperidum hortos, ac regum Adonis & Alcinoi, itemque pensiles, siue illos Semiramis, siue Assyriæ rex Cyrus fecerit. Aut ad insulas fortunatas referas, de quibus alio loco diximus. *Quæ fuerit mihi forma*] quasi quantum ego formosa fuerim. *Graue est narrare modestè*] quasi referre non possem, seruata modestiæ ratione. Et in prouerbio est, Laus in proprio ore sordescit. *Sed illa*] forma.

Repperit deum generum matri] nam ea captus Zephyrus, me in coniugem accepit. sic deus repertus est, qui gener matris esset. *Erat ver, errabam*] per ipsos hortos. *Zephyrus*] ven- L tus ipse, qui ab occidente flat. *Conspexit*] me errantem. *Abibam*] ab eius aspectu discedebam: *Insequitur*] ille abeuntem. *Fugio*] ego celerius fugere cœpi. *Ille fuit fortior*) validior, & maiore impetu Nec ab re dicuntur hæc: quoniã flãte verno tẽpore Zephyro, & ipsã Chlorin, hoc est, viriditatẽ insequẽte, terra nouum colorem induit, omnia reuirescunt, & flores edũt *Et Boreas dederat fratri*] Zephyro. *Omne ius rapinæ*] cõcessit illi omnem mei rapiendi potestatem. Boreas enim ex septẽtrione flat. Verùm & Boreã in Thracia regnasse, amasséque Orythiam Erechthei regis Athenarũ filiã, rapuisséque illã & in Thraciã duxisse, Eusebius refert: ex qua Zethus & Calais nati sunt. Ergo cùm Boreas raptor puellæ fuerit, & pro vento à poetis accipiatur, dedit & potestatẽ & vires Zephyro rapiendæ Floræ. *Ausus*) Boreas. *Ferre præmia domo*] *Erechthea*] rapere ex Athenis Orythiam regis Erechthei filiam.

PAVL. *Cùm confinia mensum*] pro mensium *Sint tua*] Finis Aprilis, & principium Maij, illa sunt horum duorum mensium cõfinia: finis vnius, & principium alterius *Et cedant tibi*] quia in his coleris, *Ille vel ille conuenit in laudes tuas*] & Aprilis & Maius conuenit tuæ celebritati *Circus exit in hunc*] mensem scilicet: ludi qui in circo, seu theatro fiunt, transferuntur in hunc mẽsẽ. *Et verba clamata theatris*] verba iocosa, quæ in theatro cum clamore proferuntur, in hunc mensem trãsferuntur. *Hoc quoq. carmen*] nostrum. *Eat cum munere circi*] cum ludis theatralibus: cùm illi fiant in mense Maio, ita & F in mẽse Maio sua sacra canamus. *Ipsa doce quæ scis*] dicas tu de te ipsa, quæ dea sis. *Hominum sententia fallax*] solẽt enim homines non vera dicere. *Tu eris optima autor proprij nominis*) quasi tu optimè causam tui nominis docere poteris. Et dixit autor fœminino genere, vt in Metamor. Meritorum autore relicta. *Sic ego*) deam de nomine rogaui. *Sic & ipsa respondit rogatis meis*] responsum dedit meæ rogationi.

A *Emendat tamen*] ipse Zephyrus. *Vim*] violentiam mihi illatam. *Dando nomina nuptæ*] nam licet rapuerit, in vxorem tamen habuit. *Et non est vlla querela in meo thoro*] quia nihil est, de quo aut ego possim, aut ille queri, cùm mutua sit inter nos beneuolentia. *Vere fruor semper*] quia ver æternum est, vbi ego sum. *Semper nitidissimus annus*] quia semper vernum est mihi tempus. *Arbor habet frondes*] semper sunt virentes arbores in agris meis. *Semper humum habet pabula*] nam semper viret. *Est mihi fœcundus hortus*] habeo ego fœcundum hortum. *In agris dotalibus*] in dotem mihi traditis. *Aura fouet*] quasi semper illic lenis zephyri flatus spirat, vt foueat nascentia in eo. *Rigatur ipse*] hortus. *Fonte nitida aqua*] Et irrigandos esse hortos Plinius præcipit.

Hunc meus impleuit generoso flore maritus,
 Atque ait, Arbitrium tu dea floris habe.
Sæpe ego digestos volui numerare colores,
 Nec potui: numero copia maior erat.
Roscida cùm primùm folijs excussa pruina est,
 Et variæ radijs intepuere comæ.
* Conueniunt pictis incinctæ vestibus Horæ,
 Inque leues calathos munera nostra legunt.
Protinus accedunt Charites, nectúntque coronas,
 Sertáque cœlestes implicitura comas.
Prima per immensas sparsi noua semina * gentes:
 Vnius tellus antè coloris erat.
Prima Therapnæo feci de sanguine florem,
 Et manet in folio scripta querela suo.
Tu quoque nomen habes cultos Narcisse per hortos,
 Infœlix, quòd non alter, & alter eras.
Quid Croco, aut Attin referam, Cinyráque creatũ,
 De quorum per me vulnere surgit honor?

ANTON. *Generoso flore*] Poëticè singulari numero vtitur pro plurali: quamuis id etiam conceditur interdum soluta oratione scribentibus. *Volui numerare colores, Nec potui*] B Magna ostẽditur copia, quę numerũ non admittet. Ipse alibi: Nec si fortè roges, possem tibi dicere quot sint: Pauperis est numerare pecus. *Incinctæ vestibus Horæ*] Hæ sunt, de quibus autor ait in primo huius operis libro: Præsident foribus cœli cum mitibus Horis. *Protinus accedunt Charites*] Gratiæ Veneris famulæ, vt Lactantius grammaticus scribit. Alij Veneris C & Liberi filias dicunt, teste Seruio. Alij Iouis filias ex Eunomia. Hæ sunt Aglaia, Euphrosyna, Pasithea: quarum postremam nonnulli Thaliam dicunt vt, Ἀγλαΐα, Εὐφροσύνη, Θαλία. *Prima Therapnæo &c.* Therapne vrbs est, siue vicus Laconiæ. vnde autor vocat Hyacinthi sanguinem Therapnæum. quamuis Amyclis natus dicatur, quæ ciuitas est eiusdem regionis. Claudianus: Te quoque flebilibus mœrens Hyacinthe figuris, Narcissúmque metunt, tunc inclyta gramina veris Præstantes olim pueros, tu natus Amyclis, Hunc Helicon genuit: te disci perculit error, Hunc fontis decepit amor. Sunt autem Amyclæ sacræ Apollini, teste Lactantio grammatico: vbi (vt idem inquit) Hyacinthus occisus est, quem Apollo dilexit. Martialis: Torquebat Phœbum Daphne fugitiua, sed illas Oebalius D flammas iussit abire puer. Hunc Apollo, cùm disco luderet, imprudens oppressit mutauitque in florem eiusdem nominis, vbi duæ literæ inscriptæ cernuntur, αι, quæ vox lugubris est. Plinius violas esse inquit purpureas, quæ sponte apricis & macris locis proueniunt, ac latiore folio exeunt statim ab radice carnosa, solásque græco nomine à cæteris discerni appellatas, ita vt ab iis hyacinthina vestis. Quidam apud Plinium legunt, Ianthina vestis, quod non displicet.

In folio scripta querela suo] Sunt qui regum nomina inscripta fabulentur, propter Aiacem. vt, Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascuntur flores. *Qui non alter & alter eras*] infœlix, quia vnus fuisti, & non amasti alterũ, sed teipsum, siue imaginem tuam. Nota est fabula. Hic flos qualis sit, apud Plin. lege. *Crocon*] Adolescentem Crocum, E mutatum in florem sui nominis, poetæ finxerunt: quem amasse ferunt puellam Smilacem, quam quidam Smilacem, alij Milacem vocant. & conuersam dicunt in fruticem sui nominis, infaustum sacris & coronis, quoniam fit lugubris. Est autem smilax similis hederæ, profecta primùm è Cilicia: sed in Græcia frequentior, teste Plinio, qui etiam docet, primam nobilitatem esse croco Cilicio, & ibi in monte Coryco, taxúmque à Græcis smilacem vocari: & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt si qui dormiant sub ea, cibúmue capiãt, moriantur. Sed eius smilacis materiei, quam hederæ similem diximus, proprium est, vt auribus admota leuem sonum reddat. *Atyn*] Atys matris deũm concubitum fugiẽs genitalia sibi amputauit. Florem per eũ accipi diuus Augustinus tradit. Sunt qui hoc loco non Atyn matris deũm, sed alterum accipiendum putent. *Cinyraque creatum*] Adonis Cinyræ ac Myrrhæ filius ab apro dilaniatus dicitur, ac mu- F tatus in florem. Hunc Venus amasse traditur. vt, Sæpe sub ilicibus Venerem Cinyráque creatum Sustinuit positos quælibet herba duos.

PAVL. *Meus maritus*] Zephyrus. *Impleuit hunc*] hortum. *Generoso flore*] nobilibus & pulcherrimis floribus. *Atque ait, Tu dea*] Flora nympha. *Habe arbitrium floris*] habeas ius in omnes flores. *Sæpe ego volui numerare colores digestos*] obseruabam varietatem colorum, tam bene G per flores dispositam, & numerare volebam. *Nec potui*] numerare. *Copia*] multitudo colorum. *Erat maior numero*] nam infiniti erant, & qui numerari non possent. Et de qua varietate Plin. inquit: Sed ne pictura quidem sufficienti imagini colorum reddendæ, maximarúmque rerum varietati. *Roscida cùm*] H &c. Ex eo horto, cùm sol rorem desiccauerit, Horæ & Charites flores colligunt, & diis serta contexunt. *Cùm primùm pruina roscida*] id est, ipse ros. *Excussa est à folijs*] excutitur vento, & desiccatur sole. *Et variæ comæ*] varij flores. *Intepuere radijs*] solis rorem desiccantis. *Conueniunt Horæ*] quæ cœli portas seruare dicuntur: de quibus in primo diximus. *Incinctæ vestibus pictis*] varij coloris. *Et legunt nostra munera*] colligunt nostros flores. *In leues calathos*] quales ex tenuissimo vimine, Virg. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ I calathis. *Protinus accedunt Charites*] quæ Latinè Gratiæ dicuntur. Sunt autem tres: Ἀγλαΐα, quod significat ornamentum, Εὐφροσύνη, lætitia, Θαλία, celebritas Iouis & Eunomiæ filiæ dicuntur. Verùm multi dicunt è Cœli semine natas, astitisséque Ioui in cunis puero. *Et nectunt coronas*] ex floribus, quas diis offerebant. Et in sacris, & in triumphis erat coronarum vsus. Vnde & Plinius: Quin & vocabulum, inquit, ipsum tandem inde communicatum est inter sacra, & bellicos honores, coronis sibi nomen suum vindicantibus. *Et serta implicitura cœlestes comas*] quibus dij caput implicant. Et Plinius inquit: Cùm verò è floribus fierent serta, à ferendo serta appellabantur. *Prima ego sparsi noua semina*] nouos flores. *Per immensas gentes*] quasi per totum orbem. *Tellus erat antè vnius coloris*] nulla erat in ea K viriditas, nec varietas, vnus erat tantùm color. Flora enim prius flores accepit in horto suo, deinde ea totam his terram impleuit. *Prima ego feci florem de sanguine Therapnæo*] prima conuerti Hyacinthi pueri sanguinem in purpureas violas: de quo diximus superiore libro, vbi de pratis Ennæis egimus. *Therapnæo*] à Therapne vrbe Laconiæ. Et in Heroidibus: Rure Therapnæo nata puella Phrygem. *Et querela*] Apollinis de morte pueri, quem amauit, & imprudenter occidit. *Manet scripta in folio suo*] signatæ enim literæ tenuissimis venulis discernuntur, vt superius diximus. Et Poëta agit de his in decimo Metam. & in decimotertio, cũ Aiacem dicat in hunc quoque florem demutatum. *Tu quoque, ô Narcisse, habes nomen per hortos cultos*] & in hortis tu celebraris: quia nomen tuum flos retinet, in quem conuersus es. *Infœlix quòd non eras alter & alter*] quòd non eratis duo, quòd non erat alter à tertio quem amabas: sed idem e- L tas. nam imagine tua captus interisti. Nota est fabula, quæ refertur à Poëta in quarto Metamor. De generibus librorũ est, cuius duo genera: vnum purpureo flore, alterum herbaceũ. Secundũ genus stomacho inutile, & ideo ab aliquibus Vomitorium dicitur. Caput grauat ideo volũt à narce narcissũ dictũ nõ à puero. *Quid referã Crocon*] iuuenẽ Crocũ in florẽ quoq; cõuersum, de quo in primo diximus *Aut Attin*] puerũ à nymphis amatũ, & in flores sui nominis cõuersum. *Cinyraq; creatũ*] Adonin Cinyræ regis ex Myrrha filia natũ, quẽ Venus amauit, de quo in 10. Met. & ab apro interemptũ in florẽ demutauit: cecinitq; carmẽ, quod ex eo Adonicum dicitur. Et Adonij Plinius meminit. *De quorum* puerorum. *Vulnere per me*] quasi mea opera. *Surgit honos*] surgunt ipsi flores, quibus habetur honos in coronamentis.

Mars quoque, si nescis, per nostras editus artes,
Iuppiter hoc, vt adhuc nesciat, vsque precor.
Sancta Iouem Iuno, nata sine matre Mineruâ,
Officio doluit non eguisse suo.
Ibat vt Oceano quereretur facta mariti,
Restitit ad nostras fessa labore fores.
Quam simul aspexi, Quid te Saturnia, dixi,
Attulit? exposuit quem petat ipsa locum.
Addidit & causas, verbis solabar amicis:
Non, inquit, verbis cura leuanda mea est.
Si pater est factus neglecto coniugis vsu,
Iuppiter, & solus nomen vtrumque tenet.
Cur ego desperem fieri sine coniuge mater?
Et parere intacto, dummodo casta, viro?
Omnia tentabo latis medicamina terris,
Et freta, tartareos excutiámque sinus.
Vox erat in cursu, vultum dubitantis habebam:
Nescio quid nymphe posse videris, ait.
Ter volui promittere opem, ter lingua retenta est.
Ira Iouis magni causa timoris erat.
Fer precor auxilium, dixit, celabitur autor,
Et Stygiæ numen testificabor aquæ.
Quod petis, Oleniis inquam, tibi missus ab aruis
Flos dabit: est hortis vnicus ille meis.
Qui dedit hunc, dixit: Sterilē quoque tange iuuencā,
Mater erit. tetigi. nec mora, mater erat.
Protinus hærentem decerpsi pollice florem:
* *Tangitur, & tacto concipit illa sinu.*
Iámque grauis Thracen, & læua Propontidos intrat:
Fitque potens voti, Mársque creatus erat.
Tunc memor accepti per me natalis, Habeto
Tu quoque Romulea, dixit, in vrbe locum.
Forsitan in teneris tantùm mea regna coronis
Esse putes: tangit numen & arua meum.
Si bene floruerint segetes, erit area diues:
Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.
Si bene floruerint oleæ, nitidissimus annus.
Poma quoque euentum temporis huius habent.
Flore semel læso, pereunt viciæque, fabæque:
Et pereunt lentes aduena Nile tuæ.
Vina quoque in magnis operosè condita cellis
Florent, & nebulæ dolia summa tegunt.
Mella meum munus: volucres ego mella daturas
Ad violam, & cytisos, & thyma cana voco.

ANTON. A *Mars quoque*) &c. Martem alij Iouis & Iunonis filium dicunt. Alij Iunonis tantùm, quā ferunt tacto flore concepisse, & deinde peperisse Martem deum: quem quidam (autore Festo) Gradiuum dictum volunt, quòd è gramine natus sit. Quod ideo fingitur, quia corona graminea in re militari multæ est honorationis. B Huic deo gramen consecratum dicunt, quòd id ex humano cruore procreetur. *Oceano*) apud Oceanum, qui est deorum parens. *Facta mariti*) quā Mineruam non ex Iunone, sed e suo vertice produxisset. *Solabar*) minuebam dolorem. Id enim est solari. *Nomen vtrumque*] patris & matris. *Ter volui promittere opem*) Impar numerus fœlix est, vt C diximus. Id & quæ hic subiiciuntur, ostendunt. *Oleniis aruis*] ab vrbe Oleno. Ea est in Achaia, vt diximus suprà, Item in Bœotia, & alibi. Placet accipias Olenū Arcadiæ, propter florē moly herbæ. *Mater erat*] sterilis iuuēca cōcepit, & peperit. *Thracē*] partē Scythię, vt nonnullis placet, hoc est Thraciā, quæ alit homines ferocissimos, à quib9 D Mars colitur. Vnde illud est in 3. Aen. Terra procul vastis colitur Mauortia cāpis, Thraces arant. *Læuamque Propontidos*] terrā quā Propontis alluit à læua, id est, Thraciā ipsam. Est autē Propontis, vbi mare pāditur inter Euxinum mare & Hellespontum. *Nitidissimus annus*] abundans oleo, quo vncti homines nudis corporibus nitēt. vt, Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit. E Hinc poëtę palæstrā nitidam dicunt. vt, Mote tuæ gentis, nitida dum nuda palæstra Ludis. &, Læte lyræ pulsu, nitida quoque læte palæstra. Athenienses primi nudi atque vncti oleo, in gymnasiis se exercuerunt, autore Thucydide. *Et pereunt lentes aduena Nile tuæ*] Ægyptias lentes dicit. Virg. de his in 1. Geor. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Duo apud Pelusintas, siue Ægyptios huius leguminis genera sunt: alterum rotundius ac nigrius, alterum sua figura. Taurus philosophus Athenis accipiebat amicos cœna, vt scribit Aulus Gel. cuius fundamentum erat, in olla vna lentes Ægyptiæ, & cucurbitæ minutim cæsæ. Existimauit sanè antiquitas, æqui animi fieri homines, qui lentibus vescerentur. Vnde lentos dicimus, qui nullo mouentur affectu. *Vina quoque*] &c. Ipsa quoque vina in cellis vinariis condita florere dicuntur, cùm in summo velut flores gignunt, qui si candidi fuerint, F probātur, teste Plinio. Hos autor nebulas vocat. *Cytisos*] frutices laudati pabulo ouium. Cæterùm vt Plin. tradit, fuerunt qui dicerent apes nunquam de flore cytisi pabula contingere: cum quibus non sentit Ouidius.

PAVL. *Mars quoque*] &c. Refert nunc, Martem sua arte natū. Nā cùm Iuno filios parere non posset, videretque Mineruā sine vsu matris è vertice Iouis natam, opē imploratura ad Oceanum & Tethyn ibat. Sed cū longo itinere ad Floræ fores consedisset, interrogata, viæ & mœstitię causam exposuit. Dedit illa illi florē: quo tacta, sine viri vsu grauida effecta est, & Martem peperit. Inde est, quòd gramine ortus dicatur, vt diximus in fine secundi. *Si nescis*) tu ô poeta. *Mars quoque est editus*) ex Iunone natus. *Per nostras artes*] nā ex nostris floribus. *Precor*] ego. *Vt Iuppiter nesciat vsque hoc*] precor vt semper lateat Iouē hoc cultum. *Vt adhuc*] vt vsq; in hūc diem nesciuit, sic nec in posterum rescire possit. *Iuno sancta doluit Iouem non eguisse suo officio*] H non fuisse illi opus suo concubitu. *Nata Minerua sine matre*] cùm nata esset Pallas sine vsu matris, ex vertice Iouis armata prosiliens, vt in tertio diximus. *Ibat*] Iuno. *Vt quereretur*] eum querela exponeret. *Oceano*] deorum parēti. *Factam mariti*] Iouis. *Fessa labore*] itineris. *Restitit ad nostras fores*] substitit ante ianuam ædium mearum. *Quam*] Iunonem *Simul*] post- I quam *Aspexi*, *Dixi*, *O Saturnia, quid te attulit*] quæ causa te huc ad nos aduexit? *Exposuit quem locum ipsa petat*] narrat quò eat. *Addidit & causam*] nam se ire ad Oceanum, vt de hoc Ioue quereretur. *Verbis solabar amicis*] quasi volebam eius dolorem lenire dulci sermone. *Inquit, Mea cura non est K leuanda verbis*] dolor hic meus non est sermone leniendus, sed re. *Si Iuppiter est factus pater, neglecto vsu coniugis*] si ex Ioue nata est Minerua, sine congressu vxoris. *Et solus tenet nomen vtrumque*] & patris & matris. *Cur ego desperem fieri mater sine coniuge*] si facile fuit Ioni parere filiam, cur ego diffidam mihi ipsi, velut parere non possim sine vsu viri, cùm facilius esse debeat fœminis, quàm maribus? *Et parere intacto viro*] sine vllo concubitu. *Dummodo casta*] seruata lege pudicitiæ. *Tentabo omnia medicamina latis terris*) experiar quicquid medicamēti est in terris. *Et freta*] & quic- L quid medicaminis erit in mari. *Et excutiam tartareos sinus*] paludes infernas. *Vox erat in cursu*] quasi prosequebatur illa sermonem. *Habebam vultum dubitantis*] vultu ego indicabā dubitare an illi responderem, cum opem præstare possem: an retinerē metu Iouis. *Ait, O nymphe, nescio quid videris posse*] nescio quid vultu indicas te posse præstare. *Ter volui promittere opē*) polliceri illi auxiliū, & dare medicamētū, quo parere posset. *Ter lingua retenta est*] cōtinui linguā, ne loquerer. *Ira Iouis magni erat causa timoris*] tacebā ego, quòd Iouis irā timebā. *Fer precor auxiliū dixit*] affer opē tu Flora mihi. *Celabitur autor*] quasi nunquā rescire poterit, te mihi opē dedisse. *Testificabor numen aquæ Stygiæ*] iuro ego per Stygiam paludē, hoc semper fore occultū Ioui. De Styge aliàs dictū. *Inquam*] dicu ego. *Flos mihi missus ab aruis Oleniis*] dabit quod, petis flos aduectus ab agris Oleni vrbis, de qua paulo

A superius, faciet te parere sine vsu viri. *Ille est vnicus in hortis meis*] vnum tantummodo habeo, non plures. *Qui dedit hunc*] Zephyrus, qui mihi florem illum tribuit, dixit.

Contingo sterilem iuuencam, erit mater] tanta est in hoc flore vis, vt si sterilem iuuencam tangas, subitò erit grauida, & pariet. *Tetigi*] ego iuuencam sterilem. *Nec mora, erat mater*] nam mox grauida peperit. *Protinus decerpsi pollice florem hærentem*] statim truncaui florem vnguibus, suo stipiti inhærentem. *Tangitur*] Iuno eo flore. *Illa concepit sinu intacto*] concepit vtero pudico, non ab aliis tacto. aut concepit in vtero, quem eo flore tetigerat. *Iámque grauis*] grauida.

Ibat Thracen] in Thraciam. *Et læuam Propontidos*] ad sinistram Propontidis. quod mare illud est inter Hellespontum & pontum Euxinum, & à sinistra Thraciam abluit. *Fítque*
B *potens voti*] peperit sine vsu viri: sic fuit voti compos. *Et Mars erat creatus*] natus in Thracia sine viri semine. Ideo & Thraciæ præsidet. Virgil. Gradiuúmque patrem, Geticis qui præsidet aruis. *Tum*] postea. *Memor accepti per me natalis*] lōgè pòst Mars memor beneficij, quod mea ope nactus erat.

Habeto, dixit, tu quoque locum in vrbe Romulea] quasi celebreris tu quoq; Romæ, & templum tibi consecretur. *Forsitan in teneris*] &c. Non modò est mihi data potestas in flores, vnde serta & coronæ fiunt: sed in arbores quoque & in segetes: quæ si bene floruerint, fertilitatem pollicentur. A floribus enim prognostica ipsa captantur. vt Maro quoque ostendit de amygdalorum floribus, & tenellis fœtibus, in 1. Geor. Contemplator item cùm nux se plurima syluis Induet in florem, & ramos curuabit olentes Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur, Magnáque cum magno veniet
C tritura calore, &c. *Putes tu forsitan esse tantùm mea regna*] existimes fortè tu, tantummodo me habere ius *In teneris coronis*] ex tenellis floribus connexis. *Numen meum tangit & arua*] nam & in aruis quoque habeo potestatem. *Si bene floruerint segetes*] si copiosè & tempestiuè floruerint. *Erit area diues*] nam magna erit tritura, & magna frugum copia. *Si*

vinea bene] copiosè & tempestiuè floruerit. *Erit Bacchus*] erit vini etiam copia ingēs. *Si olea bene floruerint, erit annus nitidissimus*] erit magna quoq; olei copia. Nitidissimus dixit, respectu eorum quę oleo perunguntur, nam peruncta nitēt. *Poma quoque habent euentum temporis huius*] habēt & poma fortunam verno tempore, cùm florent, quòd si bene floruerint, fertilitatem pollicentur *Flore semel læso*] si pruina corrumpet, aut peruret, aut venti decutient flores. *Pereunt vitiaque fabaque*] fruges & legumina tam vtilia, quam noxia G pereunt. Vitiæ dictæ (vt aliqui volunt) quòd frumenta vitient. & tamen Plinius ea pinguescere arua asserit. De fabis plura diximus in Georgicis *Et pereunt ô Nile aduena*] qui aliunde aduenis in Aegyptum. *Tua lentes*] quasi pereunt etiā lentes Aegyptiæ. Nā duo genera lentis (vt Plin. inquit) Aegypto, alterū rotundius nigriúsq; alterū sua figura. Vnde varro vsu trāslatū est in lēticulas nomē. *Vina queq; e ep*] cū artificio cōposita *In magnis cellis*] in magnis doliis. *Florent*] supernè florere videntur *Et nebula*, q tostar nebulæ fit in superficie *Dolia summa petunt*] summitatem vasorum, vbi cōdita erunt vina Et Plin florem vini candidum probari dicit: rubentē triste signum esse, si non is vini calor sit. *Mella meum munus*] quia e floribus, qui sunt mei iuris, decerpuntur *Ego voco volucres daturas mella*] apes, quæ mella in aluearijs componunt. *Voco ad violam*] Speciē pro genere posuit: nā ad flores De violis diximus *Et cytisos*] Frutice esse cytisū inquit Plinius, ab Amphilocho Atheniensi summis laudib⁹ prædicatū, pabulo ouiū. Et addit: Non ex alio pabulo lactis maior copia, eius melior, super omnia pecudum medicina, a morib⁹ omni vsu præstāte. Apes quoq; nunquā de flore cytisi pabula cūtingere promittit Democritus & Aristomachus. Ex quo miror poëtā dixisse, ad cytisos apes vocari. Hic frutex (vt Plinius inquit) inuentus est in Cythnu insula. inde translatus in omnes Cycladas, mox in Græcas vrbes, cafet magno prouentu: rarúsq; est in Italia *Et thyma grata*] De thymo, superiore libro diximus.

Nos quoque idē facimus, tunc cùm iuuenilibus annis
Luxuriant animi, corporáque ipsa vigent.
Talia dicentem tacitus mirabar. at illa,
Ius tibi dicendi, si qua requiris, ait.
Dic dea, respondi, ludorum quæ sit origo?
Vix bene desieram, rettulit illa mihi.
Cætera luxuria nondum instrumenta vigebant,
Aut pecus, aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est,
Sed iam de vetito quisque parabat opes.
Venerat in morem populi depascere saltus.
Idque diu licuit, pœnáque nulla fuit.
Vindice seruabat nullo sua publica vulgus,
Iámque in priuato pascere inertis erat.
Plebis ad Aediles perducta licentia talis
Publicios, animus defuit antè viris.
Rem populus recipit. mulctam subière nocentes,
Vindicibus laudi publica cura fuit.

ANTON. *Nos quoque idem facimus*] Iuuenal. Festinat enim decurrere velox Flosculus. Cicero in Catone maiore, Temeritas est videlicet florentis ætatis. *Ludorum quæ sit origo*] E parte mulctæ, qua plectebantur qui pecora in publicis saltibus pa-
D uissent, Florales ludos institutos dicit. *Cætera luxuriæ instrumenta*] vt aurum, argentum, baloca, vnguenta. *Hinc etiam locuples*] à locorum possessionibus dicti sunt locupletes, vt à pecore pecunia. Maiorum enim diuitiæ aut locis, id est, agris constabant, aut pecore. Vnde locupletes dicti sunt, quasi locis, .i. agris pleni. Et pecunia à pecore nomen accepit.
E sicut & peculatus, quem docet Festus dictum à pecore, tunc cùm Romani nihil præter pecora haberent. Vnde peculij nomen deductum Seruius putat, qui ab eo vult pecuniam deriuari. Plin. signatum æs fuisse tradit, nota pecudum, atq; inde pecuniam appellatam: cuius nomine non solùm æs, argentum, aurúmue signatum, sed & omnia corpora continentur, quorum æstimationem metimur nummo. Hinc illud est Varronis, quòd in pecore pecunia tunc consistebat. Et illud Donati in alia significatione, sic: Veteres multa vocabant, cùm expensa pecunia ferretur more veterum, non vt nunc annumeraretur. Apud maiores pecunia sacrificium fieri dicebatur, quòd ex his rebus constabat, quam nunc pecuniam dicimus, teste Festo: qui & scribit id quod diximus apud antiquos, opes & patrimonia ex pecoribus præcipuè constitisse, & inde dici pecunias & peculia *Populi de-*
F *pascere saltus*] publicos saltus., non priuatos. *Vindice nullo*] nullo defendente, vel asciscente populo Rom. quod erat publicum, non priuatum. Vindicare interdum est asciscere, vel defendere. *In priuato pascere inertis erat*] is iners habebatur, cuius pecora non in publico pascerentur. Vnde cùm Publicijs ædilib. plebis mandatum esset, afficerent pœna quicunque populi Rom. saltus depascerent, & ij timidius

mādata exequerētur, popul⁹ coēgit nocētes mulctā subire, cuius pars in I Floræ ludos collata est. *Mulctā subière nocentes*] Mulcta Oscè pœna dicitur, autore Festo: fuitque olim non nisi ouium, boúmq; impendio, teste Plinio. Sunt qui mulctam specialis peccati animaduersionem volunt, ac pœnam velint esse generale nomen. De mulcta mox plura dicemus. *Vindicibus*] Publicij fuerunt ædiles plebis: quorum muneris erat, ludos instituere. Ab his Publicius cliuus nomen accepit. Var- K ro: Cliuus publicius, ab ædilibus plebeij publicis, qui eum publicè ædificarunt. Sunt qui legant, Ab ædibus plebei, quod procedere vllo modo non potest, cùm subiiciat Varro: Simili de causa Publius & Costonius, quòd ab his viris dicuntur ædificati. Sed de hoc satis suprà dictum est Vindices aut non Publicios, sed eos qui in populo curam vtilitatis publicæ susceperunt.

PAVL. *Nos quoque idem facimus*] nos etiam ad flores vocamus L ætate iuuenili. *Tunc cùm animi*] nostri. *Luxuriant*] lasciuiunt. *Annis iuuenilibus*] per ipsam iuuentam. *Cùm ipsa corpora vigent*] ob feruorem sanguinis in iuuenta. *Talia dicentem tacitus mirabar*] ego intentus verbis illius, silens, cum admiratione deam intuebar *At illa ait, Si qua requiris*] si quid requirere vis *Ius tibi dicendi*) potestas tibi est loquendi, & requirendi quæ voles. *Respondi, Dic dea, quæ sit origo ludorum*] vnde Florales ludi originem habuerint. *Vix bene desieram*] loqui scilicet. *Illa retulit mihi. Cætera luxuria*] &c. Inquit Flora, habuisse ludos originem à pœna pecuniaria exacta ab illis, qui publicis pascuis non pepercerant: cùm enim non essent diuitiæ in pretiosis mercibus, sed in agris, & in pecoribus. Cuius verò pecus in saltibus populi depastum esset, pecunia mulctabantur: & ex parte mulctę exhibiti sunt Florales ludi *Nondum vigebant cætera instrumenta luxuriæ*] nondum vigebant illa instrumenta, quibus magna iam cū-

pia cõpararetur & profunderetur: quia nõdũ erat copia auri & argenti, quæ ad luxuriam pertinent. Instrumentũ inquit Vlp. esse apparatum rerum diutius mansurarũ. *Diues*] qui eo tempore diues habebatur. *Aut habebat pecus, aut latam humum*] non possidebat aurum, aut argentum, sed pecudes, & latos agros. *Hinc etiam locuples*] à lata humo, hoc est, à locis, dictus est locuples. Et Plin. inquit: Hinc & locupletes dicebant loci, hoc est, agri plenos. *Hinc ipsa pecunia dicta est*] Et Plin. Pecunia ipsa à pecore appellabatur. Videtur quidẽ totũ hunc locum à poëta accepisse. Et illud postea subdit, quod in primo diximus. Seruius rex, ouium boũmq; effigie primus æra signauit. *Sed iam quisque parabat opes de vetito*] de eo quod suum non erat, diuitias sibi parabat. *Venerat in morem*] iam id in cõsuetudinẽ versum. *Depascere saltus populi*] nemora, mõtes, & pascua, quæ populi erant, & non priuata. *Et id diu latuit*] quia ad populum non referebatur. *Et nulla pœna fuit*) quia nemo mulctabatur. *Vulgus*] populus ipse. *Seruabat sua publica nullo vindice*] nullo qui vlcisceretur dãnũ pabulis inferentem, aut nullo qui mine rem populi vindicaret. *Sua publica*] dixit, quia ex illis pascuis erat populi reditus. Et postea ad alia quoque translatum verbum. Vnde & Plin. inquit: Etiamnum in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. *Etiam inertis erat*] quasi pertinere ad segnem & inertem videbatur. *Pascere in priuato*] in loco proprio, & non publico. *Talis licentia plebis*] hæc licentia, qua abutebantur plebeij homines in depascendis saltibus publicis. *Perducta*] relata est. *Ad ædiles publicios*] qui publica procurabant. Ædiles creare à patribus plebs impetrauit, vbi è Sacro monte rediit, qui essent post tribunitiam potestatem, & sacras & priuatas ædes procurarent, præessentque annonæ & à solio eburno Curules dicti sunt & duo ex his ornati regiis insignibus, curam sacrorum & ludorum habebant. Curulium ædilium adeò creuit aliquando potestas, vt ad eos summa rerum, & imperij consularis maiestas venerit. Verùm, vt est apud Pomp. Iurisc. de Origine iuris, ædiles duo ex plebe constituti erant: atque ita appellati, quòd ædibus præessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, &c. *Animos defuit antè vetus*] non audebant olim ædiles plectere aliquem ex illis. *Rem populus recepit*] accepit populus suam ipse causam agendam, vt eos plecteret, quorum quadrupes pauperiem fecisse dicebantur. *Nocentes subiere mulctam*] dedêre pœnam. Oscæ enim mulctam pœnam dicebant, Pomponio teste. Sed Vlp. inquit: Mulctam inter & pœnam multum interest, cùm pœna generale sit nomen, omnium delictorum punitio: mulcta specialis peccati, cuius animaduersio hodie est pecuniaria: pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis & existimationis irrogari solet. Et mulcta quidem ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit: pœna autem non irrogatur, nisi quæ lege, vel quoquo alio iure specialiter huic delicto imposita est. quinimmò mulcta ibi dicitur, vbi specialis pœna non est à lege imposita. Item Mulctam is dicere potest, cui adiudicatio est. Magistratus enim solos, & præsides prouinciarum posse mulctam dicere, mandatis permissum est. Pœnam autem quilibet irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit. Hæc ille. Plin. verò inquit: Mulctatio quoque non nisi ouium boũmque impendio dicebatur. *Publica cura fuit laudi vindicibus*] laudati sunt illi, qui gesserunt curã publicã, rem populi populo vendicarunt.

ANTON. *Mulcta data est ex parte mihi*) Mulctatitiæ pecuniæ pars in Floræ ludos collata est, pars in cliuum publicium: vt is qui erat nimium arduus, molliorẽ adeũtibus præberet ascensum, ac sterneretur. Hunc nonnulli tradiderunt protendi ad Sublicium pontem: quod non cõstat. Cęterùm ludi Floræ non in hoc cliuo, sed in alio aliquando celebrabãtur, quem Varro proximum vocat: qui cùm Publij & Coscônij meminisset, Cliuus, inquit, proximus ad Florales versus. Non prætereundum hoc loco, quod scribunt Plin. & Plutar. mulctam legum antiquarum (vt nos etiam suprà tetigimus) pecore cõstitisse: & cùm nummorum vsus apud Romanos nondum frequens esset, consueuisse plecti sontes bobus ouibúsque. Fuit autem mulcta, quæ appellabatur suprema, instituta in singulos dies, vt Aul. Gel. tradit, duarum ouium, ac triginta boum: vltra quem numerum mulctam dicere in dies singulos ius non erat: & propterea suprema, id est, summa & maxima appellabatur. nam minima erat vnius ouis. Sed quoniam eiusmodi mulcta à magistratib. dicta, adigebantur boues ouésque, aliàs pretij parui, aliàs maioris. idcirco postea lege Aternia constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues æris centeni. Hinc Festus: Maximam, inquit, mulctã dixerunt trium millium & viginti assium: quòd non licebat quondam plurib. viginti bobus, & duabus ouibus quenquã mulctari: æstimabaturque bos centussibus, ouis decussibus. *Parte locant cliuum*] Cauendum ne legamus, Parte locant cliui: credentes locatum, id est, constitutum fuisse aliquid in cliuo publicio, quod ad Floram attineat. Quod si esset, non mulctæ pars, sed omnis pecunia mulctatitia contigisset Floræ: quod procedere vllo modo non potest. Legendum est sanè, Parte locant cliuum. Est enim hîc locare, conducenti præscribere aliquid faciendum non constituere. vt, Alta theatri Fundamenta locant. *Annua credid*] &c. Ludi Florales ab initio anniuersarij non fuerunt, sed tales postea constituti sunt, Lenate Posthumióque consulibus: cùm indignata florum dea deseruisset officium suum, & corruptis floribus, fructus quoque perierint & arborum & herbarum. *Nos quoque sicut & homines*] quorum artes honos alit, vt autor est Cicero. *Hostia blanda*] cuius honore & sacrificio diis blandientes, meremur admissi veniam. *Iustum modum*) quia contempti dij suprà modũ irascuntur, si credere fas est.

Mulcta data est ex parte mihi, magnóque fauore
Victores ludos instituêre nouos.
*Parte locant * cliui, qui tunc erat ardua rupes:*
Vtile nunc iter est, Publiciúmque vocant.
Annua credideram spectacula facta, negauit,
Addidit & dictis altera verba suis.
Nos quoque tangit honos: festis gaudemus, & aris:
Turbáque cœlestes ambitiosa sumus.
Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos,
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iouem vidi, cùm iam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.
At si negligimur, magnis iniuria pœnis
Soluitur, & iustum præterit illa modum.

Mulcta ex parte est data mihi) pœna illa ex parte erogata est ad exhibendos mihi ludos. *Et magno fauore*) senatus scilicet, & pop. Rom. *Victores*] illi qui exegerant à delinquentibus mulctam: aut victores Romani. *Instituere ludos nouos*] quia tum primùm instituti sunt mihi ludi. *Parte locant cliuu*] quasi locarunt circum aut theatrum pro meis ludis, in parte cliui Capitolini scilicet. Sed plures erant cliui, vt diximus in 1. lib. *Qui*] cliuus. *Tunc erat rupes ardua*] alta & difficilis ascensu. *Nunc est iter vtile*] quia commodum omnibus. *Et vocant Publicium*] Publicius cliuus, vt ait Var. ab ædilib. publicis, qui eum publicè ædificarunt. Simili de causa Publius & Cosconius cliui, quòd ab his viris dicuntur ædificati. Cliuus proximus ad Florales versus, versus Capitolium vetus. Ergo sub cliuo ludi fiebant. Sũt tamen qui intelligendum censent illud, Parte locant cliui, quòd ea parte mulctæ facti sunt ludi, & ea parte ædificatus est ille cliuus. *Annua credideram spectacula facta*) putaueram ego annuos ludos illi institutos, hoc est, singulis annis. Ita enim annuum accipimus. Et in iure est, si quis annua legata reliquerit, deberi illa ab hæredibus singulis annis. *Negauit*) dea, annuos ludos exhibitos. *Et addidit altera verba verbis suis*] quia rursus loqui cœpit. *Nos quoque*) &c. Nunc aliud arguit dea, numina studiosa esse honoris, & flecti muneribus, & pietate hominum, & spernentes deos grauibus affici suppliciis: quod arguitur plurimorum exemplo. Si cùm ea sperta esset à Romanis, indignata flores abstulit: ita vt nec ex agro oleo, nec ex agro consito, nec ex agro pascuo, nec ex florido fructus prouenirent. tunc senatus, si omnia bene floruissent, annuos mihi ludos vouit. reddidimus flores, & à Posthumio & Lenate cõsulibus ludi sunt mihi persoluti. *Nos quoque*] deos. *Tangit honor*) quia & nos dij sumus honoris cupidi. *Gaudemus festis*) diebus festis nobis constitutis. *Et aris*] templis & sacrificiis. *Turbaque cælestes*] nos dij. *Sumus turba ambitiosa*) honoris cupida. *Sæpe aliquis peccando*) cùm peccaret. *Fecit deos iniquos*) non æquos, non propitios sibi, sed eos ad iram prouocauit. *Et pro delictis*) pro impetranda delictorum venia. *Hostia fuit blanda*) quasi tanquam blanditiis allexit deos ad veniam: nam sedata est ira sacrificio. *Sæpe vidi Iouem thure dato*] quasi oblato illi sacrificio, & cremato thure. *Sustinuisse*]

conti-

A continuisse manum. *Cùm iam vellet mittere sua fulmina)* cùm in aliquem delinquentem iratus, esset emissurus sua tela, continuit manum, motus illius pietate, cùm post delicta ipsi Ioui sacrificaret. *At si neglegimur*] si spernimus à mortalibus. *Soluitur iniuria*] quasi plectuntur spernentes pro iniuria nobis illata. *Magnae*] grauissimis. *Poenae*] quia grauissimo supplicio afficiuntur. *Et ira*] deorum scilicet. *Praeterit*] excedit. *Iustum modum*] quia nimium irascimur.

Respice Thestiaden, flammis absentibus arsit:
Causa est. quòd Phoebes ara sine igne fuit.
*Respice Tantaliden, eadem dea * vela tenebat:*
Virgo est, & spretos bis tamen vlta focos.
Hippolyte infoelix velles coluisse Dionem,
Cùm consternatus diripereris equis.
Longa referre mora est collecta obliuia damnis.
Me quoque Romani praeteriere patres.
Quid facerem? per quod fierem manifesta doloris?
Exigerent nostrae qualia damna notae?
Excidit officium tristi mihi: nulla tuebar
Rura, nec in precio fertilis hortus erat.
Lilia deciderant, violas arere videres,
Filáque punicei languida facta croci.
Saepe mihi Zephyrus, Dotes corrumpere noli
Ipsa tuas, dixit. dos mihi vilis erat.
Florebant oleae, venti nocuere proterui:
Florebant segetes, grandine laesa seges.
In spe vitis erat, coelum nigrescit ab austris,
Et subita frondes decutiuntur aqua.
Nec volui fieri, nec sum crudelis in ira:
Cura repellendi sed mihi nulla fuit.
Conuenere patres, & si bene floreat annus,
Numinibus nostris annua festa vouent.
Annuimus † voto: Consul cum Consule ludos
Posthumio Laenas persoluere mihi.
Quaerere conabar quare lascinia maior

ANTON. *Thestiaden*] Meleagrum, à Thestio auo materno, hoc est patre Altheae. Nota est fabula. Ipse alibi: Vtque cremasse suum fertur sub stipite natum Thestias, & melior matre fuisse soror. *Phoebes*) Dianae: quam Oeneus praeterit, cùm diis omnibus sacra faceret. B Vnde Meleager eius filius vnà cum fatali stipite consumptus est. *Respice Tantaliden*] Agamemnonem, qui dictus est Atrei filius ex Merope. Atreus autem pater est Pelops, Pelopis Tantalus. Ouid. alibi: Tantalides omnes, ipsúmque regebat Achillem. Hic pars militiae dux erat, ille ducum. Sed vt placet Seruio, vlnrpatinè Agamemnō & Menelaus Atridae C dicti sunt, cùm fuerint Plisthenis filij: quorum Agamemnon, cùm Dianae ceruam occidisset ignarus, illa irata, ventorū flatus remouit, vt diximus suprà. vnde adducta est Iphigenia Agamemnonis filia, vt immolaretur. Ipse autem postea ab vxore Clytemnestra dicitur interemptus. Is post interitum Plisthenis ab Atreo educatus est, vnde à patrui nomine Atrides magis, quàm à patre Plisthenides D dicitur. Fuerūt sanè Pelopis filij Atreus, Plisthenes, & Thyestes, & eorum soror Lysidice. *Eadem dea vela tenebat*] in Aulide retenta sunt vela Graecorum. *Virgo est*, &c. Sensus est: Diana quidem est Virgo, & clemens esse debuit: bis tamen vltra modum vlta est acceptam iniuriam, morte Meleagri, & Iphigeniae sacrificio: cùm Agamemnon, quam focis & re diuina debuit venerari, neglexisset, ceruа interempta. *Dionem*] Venerem: quae irata Hippolyto, à quo spernebatur, iniecit stimulos amoris Phaedrae. vnde ille ab equis discerptus est. *Consternatus*) territis. Consternamur animo, cōsternimur corpore. *Collecta obliuia damnis*] signatè. hoc est, damna collecta ex obliuione deorum, atque contemptu. *Nostra nota*] ignominiae, quam spreta omissis ludis acceperam. *Excidit officium tristi mihi*] corrupti sunt flores sola deae tristitia. *Purpurei croci*] Masculino genere crocum dici- E mus, florem significantes. *Venti nocuere*] qui flores oleis abstulerunt. *Nec volui fieri*] ne cadere videatur crudelitas in placidissimam deam. Hinc est quod ait suprà, Excidit officium tristi mihi. quod casus fuit, non voluntatis. *Conuenere patres*] Senatus vouit tunc Florae annuos ludos, si herbae & arbores bene florerēt. quod cùm euenisset, Laenas & Posthumius consules vota soluerunt.

PAVL. *Respice Thestiaden*] Meleagrum, Thestij ex Althea matre nepotem. *Arsit flammis ardentibus*] Nota est fabula apri Calydonij, Aetoliae à Diana immissi, quòd ei Oeneus rex Meleagri pater non sacrificauerat. Aper à Meleagro occisus est, & datum amicè spolium, cùm ab auunculis illi ereptum esset, auunculos & ipse interemit. Althea mater pronior animo in fratres, quàm in filium, stipitem diu seruatum, in quo erat filij fatum, flammis iniecit: & eo F ardente, arsit infoelix Meleager. *Causa est quòd ara Phoebes*) ara Dianae. *Fuit sine igne*] sine sacrificio. *Respice Tantaliden*] Niobem Tantali filiam. *Eadem dea*] Diana. *Tenebat tela*] sagittas: quibus confodit & extinxit numerosam illius sobolem. *Virgo est*] ipsa Diana. *Et tamen bis vlta focos spretos*] bis vindictam sumpsit de his qui suas spernebant aras. nam de Calydonia domo, & de Niobe: quae duodecim filiorum numero tumida, superiorem se Latonae iactabat, quae duos tantùm pepererat, cùm ipsa 12. pepe- G risset. Indignati Phoebus & Phoebe, sobolem extinxerunt, & illa in saxum versa est. *Hippolyte infoelix, velles coluisse Dionem*] Venerem, Diones filiam. *Cùm diripereris*] discerperetis. *Equis consternatis*] inetu monstri ad fugam concitatis. De Hippolyto diximus in tertio. Nunc hoc dicit: Tu voluisses colere Venerem, & vt debuisses, amanti puellae H obsequi. quod si fecisses, non fuisses ab equis discerptus. Consternatio, vt Pomponius inquit, est concitatio quaedam subita ex aliquo metu, à sternutamento deducta, quòd eo toto corpore concutimur. *Longa referre mora est*] longum esset recensere. *Obliuia hominum*] cùm obliuiscuntur debitarum immolatio- I num. *Collecta damnis*] damna mortalium, & dementium poenas. *Me quoque praeteriere*] silentio scilicet. *Romani patres*] senatores. *Quid facerem*) facere debuissem. *Per quod fierem manifesta doloris*] quasi per quod me illud aegrè ferre, liquidò constaret. *Qualia damna exigerent*] exigere debeant. *Nostrae notae*] dedecus & ignominia: qua notata eram, cùm essem sine ludis & sacrificio. *Excidit officium tristi mihi*] quasi ego moesta ab officio vacaui. *Nulla rura tuebar*) nullos fouebam agros. sic & nulli florebant, aut intempestinè deflorebāt. *Nec in precio erat hortus fertilis*] vbi solet esse florum copia, iam infoecundi, quos non tuebar, horti K nō florebant. *Lilia deciderant*] quia malè defloruerant: aut statim erumpentes flores necabantur. *Videres violas arere*] quasi subitò natas arescere. *Et fila croci purpurei facta languida*) defecta & dissoluta. Nam & languor interdum defectionem & dissolutionē significat teste Nonio. Vnde Verg. Purpureus veluti cùm flos succisus aratro Languescit moriens. *Saepe Zephyrus*) vir meus, dixit mihi. *Noli corrumpere dotes tuas*] flores ipsos, & floridos agros, qui tibi dati loco doris. *Dos mihi vilis erat*) viles erāt horti & flores, in quos aerius saeuiebam. *Florebant oleae*) emittebant flores. *Venti proterui nocuere*] nam eos ex arboribus decussere, & sic malè defloruerunt. *Florebant segetes*] fruges ipsae cùm in herbis essent, flores edebant. *Seges est laesa grandine*) nam flores decussi, & fructum non reddidit. *Vitis erat in spe*) amissis intempestinè segetibus, & oleis, supererat spes vinearum, *Coelum nigrescit*) fit nubilum. *Austris*) meridionalibus ven- L tis & pluuiam inferentibus. *Et frondes*) vitium. *Excutiuntur subita aqua*) subitis nimbis. *Nec volui fieri crudelis*) nec in ira volui fieri crudelis. licèt irata essem, tamen meopte ingenio neque crudelis sum, neque esse volui. Ego enim illa noxia agris indicabam: sed cùm venirent, non auertebam. ideo inquit, *Sed mihi nulla fuit cura repellendi*] non adhibebam curam in repellendis noxiis, sed patiebar ita fieri.

Conuenere patres] senatores. *Et vouent festa annua numinibus nostris*) vouerunt ludos mihi, qui à meo nomine Florales dicerentur. *Si annus bene floreat*) quasi, si quolibet anno agri tempestiuè & copiosè florescerent. *Annuimus voto*) quasi, nutu promisimus fore, vt agri benè florescerent. *Laenas, consul cum consule Posthumio*) di: quo-

A bus superius diximus. *Persoluere mihi ludos*) edidere ipsos Florales ludos. vt ex Plinio diximus, instituti fuere 516. anno Vrbis. *Quærere conabar*) contendebam mecum, vt quærerem de lasciuia ludorũ. Sed venit mihi in mentẽ, numen non esse graue, sed leue & iocosum: quòd ea offerat munera, quibus aut amantes, aut epulantes hausto mero & in delicijs vtantur. *Conabar*) igitur, inquit, *quærere, quare in his ludis foret lasciuia maior*] quàm in cæteris ludis, nam celebrati cum omni lasciuia vsque ad satietatem impudicorum luminum.

ANTON. *Liberiórque iocus*] non solùm lasciuia ceterum in his ludis fuit, sed iocus nequam & impudicus. is propterea verbis est *Succurrit*] in mentem venit. *Sutilibus coronis*] Coronę sutiles in solennibus conuiuiis dari cõsueuerunt, primùm ex rosis, postea ex folijs nardi Suebantur flores, vnde sutiles coronæ dictæ De varietate coronarum lege Plinium Is docet aliquando consueuisse sutiles coronas fieri ex solo rosarum folio et fecerit luxuria. *Philyra*] Ablatiuus casus est Philyra. nec significat hoc loco stemmata, siue coronas, cùm antepenultima corripiatur, nec duplicetur littera: sed mulieris nomen est, quæ coronas nectere consueuit De qua legimus apud Horatium: Displicent nexæ Philyræ coronæ. Vbi si stemmata significes, versus claudicabit [Philyra legendum, & hic, & apud Horatium. Quæ aut in sint Philyræ, & quomodo in coronas adhibebãtur, vide Politiani Miscell. 72. & Plinium lib. 16. cap 14. *Vncta coma*) vnguentata more maiorũ. *Serta*] grauia quasi scotsum à risu, vt quibusdam placet. *Acheloe*] Secundũ antiquitatem locutus est: quæ, vt Seruius docet, aquam Acheloum vocabat. Idem & apud Macrobium inuenies. *Ex Ariadnæo sidere*] ex corona Ariadnes. *Scena leuis*] lasciui ludi, lasciua spectacula: quia seuera meretrix fuit. *Cothurnatas deas*] graues Alludit ad grauiora spectacula, quæ exhibebantur, dum tragœdiæ referentur, quæ cothurnatorum poetarũ sunt *Non est de tetricis*] hæc dea non est è numero tetricarum & grauiũ, earũq; quæ magna profiteantur, vt sapientiam, vim bellicam, regna: sed quæ lenia, communia, & plebeia. Vnde Florales ludi à meretricibus celebrantur.

§

His foret in ludis, liberiórque iocus:
Sed mihi succurrit numen non esse seuerum,
Aptáque delicijs munera ferre deam.
Tempora sutilibus pinguntur tecta coronis,
Et latet iniecta splendida mensa rosa.
Ebrius incinctis Philyra conuiua capillis
*Saltat, & imprudens * vtitur arte meri.*
Ebrius ad durum formosæ limen amicæ
Cantat, habent vncta mollia serta comæ.
Nulla coronata peraguntur seria fronte,
Nec liquida iuncto flore bibuntur aqua.
Donec eras mistus nullis Acheloe racemis,
Gratia sumendæ non erat vlla rosæ.
Bacchus amat flores. Baccho placuisse coronam,
Ex Ariadnæo sidere nosse potes.
Scena leuis decet hanc: non est, mihi credite, non est
Illa cothurnatas inter habenda deas.
Turba quidem cur hos celebret meretricia ludos,
Non ex difficili causa petita fuit.
Non est de tetricis, non est de magna professis,
Vult sua plebeio sacra patere choro.
Et monet ætatis specie, dum floreat, vti.
** Contemnit spinam, cùm cecidere rosæ?*
Cur tamen vt dantur vestes Cerealibus albæ,
Sic est hæc cultu versicolore decens?
Aut quia maturis albescit messis aristis?
Et color & species floribus omnis inest?
Annuit, & motu flores cecidêre capillis:
Decidere in mensas vt rosa missa solet.
Lumina restabant, quorum me causa latebat,
Cùm sic errores abstulit illa meos
Vel quia purpureis collucent floribus agri,
Lumina sunt nostros visa decere dies:
Vel quia nec flos est hebeti, nec flamma colore,
Atque oculos in se splendor vterque trahit:

floribus coronata picturam imitari videntur. *Coronis sutilibus*) exsutis floribus Coronæ enim & tenuiores sunt, & Ægyptiæ, & sutiles, & pactiles. Tenuiores coronas antiqui, vt Plinius asserit, Strophia appellarunt. hinc & Strophiola. & cùm ex floribus fierent serta, à serendo seriuæ appellabantur. Hybernæ verò, cùm negantur flores, Ægyptiæ dictæ, quòd ex Ægypto flores veniebant. Cœpit inde luxuria facere coronas ex metallo, quas ob tenuitatem Romani dixêre corollas. Crassus diues ex argẽto & auro, imitatione foliorum, coronas dedit ludis suis Et, vt idem inquit, etiam tum coronæ deorum honos erant, & Lariũ publicorũ, priuatorũmq; & sepulchrorũ, & manium. Summáq; autoritas pactili coronæ. sutiles Saliorũ sacris inuenimus. Adeò luxuria processit, vt sutiles coronæ non fierent nisi ex mero folio rosarum, & mox ex herbis & floribus Indicis petitæ: laudatissimæque ex nardi folio dabantur vnguentatæ, & potissimum fœminarum pompis. & reliqua. *Et mensa splẽdida*] lauta & luxuriosa. *Latet iniecta rosa*] fusis rosis in ipsis conuiuiis. *Conuiua ebrius*] post epotum vinum. *Saltat capillis incinctis*] innexis: hoc est coronatis. *Philyra contextũ* Philyra, & Glycere corollariæ fuere, & bracteas dedisse Philyram, inquit Plinius. *Et imprudens*] conuiua. *Vtitur arte meri*] cùm ebrietate incompositè saltet. *Ebrius*] amator scilicet. *Cantat ad limen durum*) ad duras fores quæ non aperiuntur. *Amica formosa*) Sicut & Tibull. Delia tulla fores. & ipse Poëta: Ianitor indignè dura religate catena, Difficilem moto cardine pande forem. *Coma vncta*) vnguento fusæ. *Habent mollia serta*] nam vnguentati coronabantur, vt etiam est apud Lucanum in conuiuio Cleopatræ: Accipiunt sertas nardo florente coronas, Et nunquam fugiente rosa, multúmque madenti Infudêre comæ, quod nondum euanuit aura Cinna nec externæ nec perdidit aëra terræ, Aduectúmque recens vicinæ messis amomum. *Nulla seria*] grauia cum adhibito rebus ordine. *Peraguntur fronte coronata*] sed iocosa omnia, nec modo, nec ordine seruato. Nam accedente ebrietate, coronati seria facere non possunt. *Nec liquida*] puræ & vitreæ aquæ. *Bibuntur iunctis flore*) ab his qui caput habent floribus coronatum: nam vina immixta aquis non hauriunt, sed merum potant. *Donec in Acheloe eras mixtus nullis racemis*] nullo racemorum fructu, hoc est, nullo vino, id est, dum aqua pura bibebatur. *Non erat vlla gratia rosæ sumendæ*] non erat gratus vllus coronarum vsus. Nam aquam haurientes non coronantur. Quæ

Cur tamen vt dantur vestes Cerealibus albæ, Sic est hæc cultu versicolore decens] Quærit cur in ludis floralibus vterentur vestibus non albis, vt in Cerealibus, sed versicoloribus, hoc est diuersorum colorum. *Maturis albescit messis aristis*] Dabantur Cerealibus albæ vestes, vt diximus, quia is color & quidem vnus est segeti iam maturæ: Floralibus versicolores, quia nullus color est qui non inueniatur in floribus. *Lumina restabant*) faces quarum lucem Floralibus adhibebant: vel quòd alliciunt ad se oculos, vt ipsi flores: vel quòd his nocte vtimur, cuius licentiam scimus florali lasciuiæ cõuenire: vel quòd vt faces, ita & flores videntur lucem fundere. *Hebeti colore*] Hebes color est flaccidus, & ardore carens.

PAVL. *Et iocus liberior*] quia lasciuia liberior. *Sed mihi succurrit*] in mentem venit. *Non esse seuerum*] tetricum & graue. *Et deam*] Floram. *Ferre munera*] ipsos flores & coronas. *Apta delicijs* iocis Cupidineis, & Bacchicis. *Tempora*] frontes, & ipsa tempora. *Tota pinguntur*] quia varijs

A Acheloë inquit, voluit Vergilium imitari, dicentem: Pocula quæ vinctis Acheloia miscuit vuis. Nec tamen ego cum Seruio & Macrobio sentio, qui illud dictum putant quòd antiqui Acheloiam aquam vocabant. Nam illud Vergilianum, & hoc Ouidianum, ad historiam referendum censeo. Scimus enim Acheloum esse in Ætoliæ fluuium. & Ætolum fuisse constat Staphylum Sytheni filium, qui fuit vuæ repertor. Vnde ab eo Græci σταφυλὴν vuam appellauere. Et Plinius tradit Staphylum hunc primum docuisse vinum aqua misceri. Ergo quia hic docuit, & Ætolus fuit, referatur ad Ætoliæ fluuium, cuius aqua prima fuerit immixta vino. Sed de his in Georgicis disseruimus. *Bacchus amat flores*] eo argumento, quòd post epotum vinum corona accipitur. *Tu potes nosse placuisse coronam Baccho*] quòd Baccho grata fuerit B corona. *Ex sidere Ariadnes*] ea corona Ariadnes, de qua diximus in tertio, & alio loco: Potus, amans, reges de flore atque ære coronas Accipiant, detur viua corona mihi. *Scena leuis*] leue theatrum, vbi leuia & lasciua referuntur. *Decet hanc*] Floram. *Non est credite mihi*] non est illa Flora. *Habenda inter cothurnatas deas*] non est existimanda nympha ea his quæ Dianam sequuntur, vt virgo sit: nam impudica est. & tacitè ostendit meretricem, vt fuisse constat. Virgines autem cothurno vtebantur. vt apud Vergilium. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram, Purpureóque altè suras vincire cothurno. Aut potius illud referas ad res etiam theatrales. Nam scena latius conuenit Floralibus, quæ læuia & lasciua sunt. Grauibus verò rebus est opus grauiore scena, veluti cùm facta regum referuntur. Ergo inter graues Musas non est ha- C benda meretrix. Ecquid grauius esse potest tragœdia? ea tamen cothurnata fingitur, quia poëtæ tragici cothurnati erant, & in libro de Amoribus ad Corinnam sic inquit: Venit & ingenti violenta tragœdia passu, Fronte comæ torua palla iacebat humi. Læua manus sceptrum latè regale mouebat, Lydius alta pedum vincla cothurnus erat. Et in secundo Tristium: Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis, Quæque grauis debet verba cothurnus habet. Cùm igitur cothurnus tragicorum grauia scribentium sit, ita intelligas non esse illam habendam inter seueriores Musas, quibus ducibus seuerissima in theatro referuntur. Sed habendam inter meretriculas, sic leuissima & impudica in theatro fiunt. *Cur turba meretricia celebrat hos ludos*] cur in ludis meretrices fungantur officio mimorum? *Causa non fuit petita ex difficili*] sed ex facili: nam statim intellexit D causam. *Non est de tetricis*] grauibus & seueris. *Non est de professis magna*] de illis deabus quæ magna profitentur: vt Ceres, quæ præest frugibus: Pallas lanificio, & alij bonis artibus: Themis vaticiniis non est sese ex harum numero. *Vult patere sua sacra choro plebeio*] quasi spectari ludos à plebeijs, non à grauibus senatorij ordinis viris. Vnde est illud Martialis. Nosses iocosæ dulce cùm sacrum Floræ, Festósque lusus, & licentiam vulgi, Cur in theatrum Cato seuere venisti? An ideo tantùm veneras, vt exires? *Et monet*] Flora. *Vti specie ætatis*] vel decore & pulchritudine iuuenilis æui. *Dum floreat*] ipsa ætas: antequam instet grauior ætas. G

Contemnunt spinam, cùm cecidere rosæ] non habentur in precio spinæ, cùm rosæ ceciderint, sed dum rosæ nitent: sic decet formæ in ætate iuuenili, non in senectute.

Cur tamen] in Cerealibus ludis, vt in quarto libro diximus, albæ vestes adhibentur, ab aristarum colore: sic in Floralibus pictæ & variæ, ab ipsa florum varietate. *Vt*] quamuis. *Alba vestes dantur Cerealibus*] ludis Cereris. *Cur tamen sit est hac*] ludorum tantum vestis. *Decens eadem versicolore*] ornato diuersorum colorum. *An quia messis*] ipsæ fruges tam messis tempore. *Albescit arista matura*] cùm ad maturitatem venerint: & de qua ad rationem Cerealium. *Et omnis color & omnis species*] decor. *Inest floribus*] & hoc ad rationem vestis floralis, quòd omnis color & decor insit floribus. *Annuit*] affirmauit quod ego dicebam. *Et flores cecidêre motis capillis*] cùm annuens illa caput innueret, excussi sunt è crinibus flores. H *Vt solet rosa missa incidere in mensas*] quemadmodum iniectæ rosæ decidunt in ipsas mensas accumbentibus conuiuis. *Lumina restabant*] & luminum quoque vsus erat in Floralibus. quorum triplex affertur ratio: aut à splendore agri floridi, cum radio nitentis solis collucent flores: aut quia flores, vti & lumina, abstrahunt in se oculos: aut quia Floralis lascimia caigerer nocturnum tempus, sic & ipsa per noctem lumina. *Restabant lumina*] supererat ratio luminum, quæ nondum erat exposita. *Quorum*] luminum. *Causa latebat me*] ignorabam causam. *Cùm sic illa*] Flora. *Abstulit errores meos*] nam docuit quod nesciebam. *Vel quia agri*] floridi scilicet. I *Collucent ignibus purpureis*] purpureo sole. *Lumina sunt visa decere nostros dies*] decora & conuenientia Floralibus ludis. *Vel quia nec flos nec flamma est hebeti colore*] nec nitentes flores, nec accensæ faces sunt coloris obtusi, sed puri & nitidi. *Atque vtrerque splendor*] & floris & facis. *Trahit in se oculos*] facit vt oculi statim in eos conuertantur.

Vel quia deliciis nocturna licentia nostris
Conuenit: à vero tertia causa venit.
Est breue præterea, de quo mihi quærere restat,
Si liceat, dixi: dixit & illa, licet.
Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leænis,
Imbelles capreæ, sollicitúsque lepus.
Non sibi respondit syluas cessisse, sed hortos,
Aruáque pugnaci non adeunda feræ.
Omnia finierat: tenues secessit in auras,
Mansit odor: posses scire fuisse deam.
Floreat vt toto carmen Nasonis in æuo,
Sparge precor donis pectora nostra tuis.
Nocte minus quarta promet sua sidera Chiron
Semiuir, & flaui corpore mixtus equi.
Pelion Aemoniæ mons est obuersus in austros:
Summa virent pinu, cætera quercus habet.

ANTON. *A vero tertia causa venit*) hæc igitur probanda est. *Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leænis Imbelles capreæ, sollicitúsque lepus*] Martialis: Et Floræ Lycias lassat arena feras. Quærit cur non leones, sed capræ ac lepores in ludis Floralibus agitentur. cuius rei causa est, quòd E hæc dea non præest syluis, vbi leones: sed hortis ac pratis, vbi capræ leporésque versantur. *Clauduntur rete*] Rete legendum est, non Ritè, vt quidam legunt, nescientes quòd rete ablatiuus pro reti ponitur hoc loco, teste Prisciano, qui scribit ablatiuum tertiæ declinationis per i proferri in neutris, quæ in e correptam desinunt, & appellatiua sunt: & vetustissimos huiusmodi nominum ablatiuum etiam in e proferre. vt, Cingitur Oceano Li- F byco mare flumine Nilo. *Fuisse deam*) vel Floram, ex odore florum; vel quamcunque deam, quòd diuinum odorem liquerit, qualem spirant comæ Veneris apud Vergilium. *Nocte minus quarta*] Si Cal. Maiis sumis initium, quinto nonas: si ab cantu Hyadum, quarto nonas dicit Sagittarium *in ortum ferri noctis initio: quod fieri necesse est occidentibus Geminis paulo pòst solis occasum.

est autem sagittarius, teste Macrob. nonnium zodiaci domiciliorū imus atque postremus: ideo ex homine in ferā per membra posteriora degenerans, quòd in postremis K partibus in suis à superis in infera detrusus videtur. hunc, autor est Columella, tertio nonas huius mensis pluuiam significare, quem poëtæ Chironem Centaurum esse fabulantur: cui ferūt arma Herculis, quem hospitio exceperat, pertractāti sagittam, hydræ sanguine illitam, in pedem cecidisse. Vnde cùm is dolore intolerabili labo- L raret, miseratione deorū in cœlum translatus, Sagittarij nomen accepit, vbi constat stellis 15 vt Hyginus tradit. dicitur tamen Chiron, autore Plin. curatus centaurea, quam quidam Chironiam vocant.

PAVL. *Vel quia licentia nocturna*] per noctem. *Conuenit nostris deliciis*] iocis & lasciuiæ nostræ. *Tertia causa*) hæc vltima ratio. *Venit à vero*) quia verum illud est, plura licere per noctem. & ioci impudici decentius per noctem, quàm per diē exercendi: & non lumina exigit. *Præterea breue est de quo restat mihi quærere*) superest etiam dubium, de quo inquirendum esset. *Si liceat*] modò quærere. *Dixit. & illa licet* po-

A tes sciscitari quod velis: oam respondebo. *Cur capra imbelles*) capræ syluestres, quæ non vnguibus, ooo dētibus, noo cornu pugnant. *Et lepus solecitus*) timidus. *Claudentur este*) & sic inclusi ferebantur in theatrum, & fiebat venatio. *Pro Libyca leana*] quod animal ferox & pugnax, cur pro hoc imbelle tibi datur pecus. Respondit sibi non cessisse syluas, sed hortos: se syluarum noo esse dominam, sed hortorum. *Et arua non adeunda fera pugnaci*) agros cessisse sibi, quò leooes, & vrsi, & similia animalia noo accedūt, sed capræ, & lepores imbelles. *Omnia finierat*) & iā nihil erat de quo quereretur. *Successit in tenues auras*] vt dij & vmbræ solent. nam euanuit illa ab oculis poëtæ. *Mansit odor etiam in eras abscessa*] vt est illud Vergil. Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauere. *Posses scire fuisse deam*] ipso odore nouisses diuinitatem. *Sparge precor no-*
B *stra pectora tuis donis*] effundas flores tuos in meo pectore. *Vt carmen Nasonis floreat in toto anno*] vt floridum semper sit carmen nostrum: quasi, vt assequatur immortalitatem. *Noctis mium quarta*] tertia nocte post Cal Mai. oritur Chiroo Centaurus Saturni & Philyræ filius. Qui non modò cæteros Centauros, sed homines quoque iustitia superasse, Æsculapiúmque & Achillem nutrisse existimatur. Pietate igitur & diligentia effecit, vt inter deos annumeraretur. apud hunc Hercules cùm diuerteret, & simul cum Chirone sedens sagittas considerateret, fertur vna earum decidisse supra pedem Chironis, & eum interfecisse. Alij dicunt Centaurū miratum, quòd iam breuibus sagittis, tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipsum contendere arcum conatum, & sagittam prolapsam io pedem eius incidisse. Misertus Iuppiter, eum inter astra constituit, cum hostia quam
C supra aram tenens immolare videtur. Centaurus ita figuratur, vt antarctico circulo niti pedibus, humeris hyemalem fulciente videatur. Caput prope caudam hydræ coniungens, hostiam dextra manu tenens, supinámque pedibus, & extremo ore circulum hyemalem tangit, inter eum & antarcticum collocata. Centauri autem crura à reliquo corpore diuidit circulus, qui Lacteus appellatur. Hic spectans ad ortum signorum totus occidit, Aquario & Piscibus exortis. Exoritur autem cum Scorpione & Sagittario. habet stellas supra caput tres obscuras. In vtrisque G humeris singulas claras. In cubito sinistro vnam, in manu vnam, in medio pectore equino vnam, in prioribus poplitibus vtrisque singulas, inter scapulas quatuor, in ventre duas claras, in cauda tres, in lumbo equino vnam, in genibus posterioribus singulas, in poplitibus singulas. omnino sunt triginta quatuor. Hæc ex Hygino. *Nocte minus quarta*] hoc est, tertia nocte post Calend. Maias, id est, 5. nonas. Sic & Columella ostendit quinto nonas oriri. *Chiron promet*] aperiet. *Sua sidera*] quia ea nocte videntur omnes eius stellæ. *Semiuir*] Centaurus: nam ex parte homo, ex parte equus. ideo ait, *Et mixtum corpore equi flamen*] superior pars humana est, inferior equina. *Pelion mons Aemonia*) Thessaliæ: de quo diximus in primo. *Est obuersus in austros*] in meridiem: nam ab orientali parte H surgens, ad meridionalem Æmathiæ partem protenditur ipse mons. de quo Lucanus in sexto: Cùm per summa post Phœbum trahit altior æstas, Pelion opponit radiis nascentibus vmbras. Æmonia autem ab Æmone dicta est: à cuius filio Thessalo, Thessalia postea vocitata. *Summa virent pinu*] in summitate ipsius montis sunt pineta.
Cætera quercus habet] in cæteris partibus sunt querceta.

Phillyrides tenuit: saxo stant antra vetusto,
Quæ iustum memorant incoluisse senem.
Ille manus olim missuras Hectora letho
Creditur in lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exhausta parte laborum,
Iussáque restabant vltima penè viro.
Stare simul casu Troiæ duo fata videres:
Hinc puer Aeacides, hinc Ioue natus erat.
Excipit hospitio iuuenem Phillyrius Heros,
Et causam aduentus hic rogat, ille docet.
Respicit intereà clauam, spoliúmque leonis,
Virque, ait, his armis, armáque digna viro.
Nec se, quin horrens auderent tangere setis
Vellus, Achille a continuere manus.
Dúmque senex tractat squalentia tela venenis,
Excidit, & læuo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chiron, traxitque e corpore ferrum,
Et gemit Alcides, Aemoniúsque puer.
Ipse tamen lectas Pagasæis collibus herbas
Temperat, & vana vulnera mulcet ope.
Virus edax superabat opem, penitúsque recepta
Ossibus, & toto corpore pestis erat.
Sanguine Centauri Lernææ sanguis Echidnæ
Mixtus, ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat vt ante patrem lacrymis perfusus Achilles:
Sic flendus Peleus, si moreretur, erat.

ANTON. *Phillyrides*] A Philyra, cum qua coïuncte Saturno, Ops eius vxor aduenit. cuius præsentiā veritus deus, se in equū conuertit. vnde natus est Chiroo centaurus, quem Vergilius quoq; à matre Philyridem dicit vt, Phillyrides Chirō, Amythaoniúsque Melampus. *Iustum senem*] secundum † Orpheum qui Chi-
D ronem centaurorum *δικαιότατον*, id est, iustissimum, vocat. *Manus missuras Hectora letho*] Achillem Chironis discipulum qui Hectorem interfecit. *Exhausta parte laborum*] Quo tempore Hercules mandata Eurysthei penè omnia impleuerat. *Troiæ duo fata*] Herculem & Achillem. Troiam enim Hercules, cùm regnaret Laomedon, depopulatus est. Quare Ilienses
E postea cùm Achilli, Patroclo, Antilocho & Aiaci sacrificarent, Herculem colere noluerunt. *Horrens vellus*] pellem leonis, quam Achilles nō modò non exhorruit, sed auidè tractauit. *Squalentia tela venenis*] sagittas veneno hydræ illitas.
Lectas Pagasæis collibus herbas) Verisimilis narratio, cùm quidam velint Chironem medicinam herbariam inuenisse, vt autor est Plinius. De Pagasis quæ in Thessalia sunt, diximus suprà. *Lernææ sanguis echidnæ*] hydræ quam echidnā
F & cæteram etiam dicimus. Eam nonnulli tria volunt habuisse capita, alij nouem, alij quinquaginta.
PAVL. *Phillyrides*] Chiron: à Philyra nympha, Oceani & Tethyos filia: ex qua Saturnus in equum versus, Chironem genuit, à qua Philyrides nominatus est. *Tenuit eum*) scilicet montem. *Stant antra saxo vetusto*] quasi, adhuc supersunt antra in rupe ipsius montis. *Quæ memorant incoluisse iustum senem*] in quibus dicunt Chironem habitasse, iustitiæ laude insignem. *Ille creditur detinuisse in Lyricis modis*] lyræ seu citharæ sono. *Manus missuras Hectora letho*] manus I Achillis pueri, qui interfecturus postea erat Hectorem. Et in Arte: Phillyrides puerum cithara præfecit Achillem, Atq; animos molli contudit arte feros. Quas Hector sensurus erat, poscente magistro, Verberibus iussas præbuit ille manus. *Venerat*] ad Chironem. *Alcides*] Hercules. *Exhausta parte laborum*] quasi tā magna ex parte absolutis laboribus. *Restabant viro*] supererant adhuc K Herculi. *Penè*] quasi. *Vltima iussa*] vltima quæ ab Eurystheo essēt nutu Iunonis imposita: volunt vltimū laborē fuisse Cerberū, quē ab inferis traxit. *Te videres casu*) forte fortuna. *Stare simul duo fata Troiæ*] duos viros, qui diuersis tēporibus Troiā exciderunt: Herculē, qui sub Laomedōte Troiā diruit: & Achillē, qui postea Hectorē interemit, quo L mortuo, spoliata vrbs præsidio, facilè postea capta & euersa est. *Hic erat puer Æacides*) Achilles Æaci nepos. *Hinc natus Ioue*] Hercules. *Heros Phillyreius*] Chiron natus. *Excipit hospitio iuuenem*] suscepit Herculem hospitem. [Philyreius legendum est, non Phillyrius. nam posterius hoc exemplo caret Philyreius autem regulare est. à Philyra enim φιλυρεῖος & per diæresin φιλυρήιος fit Sic Apollonius lib. 1. [illegible] &c. Quod autem supra dixit Phillyrides gemino ll, poëtico anadiplasiasmo factum est. Sic enim & Pindarus 3.

A vnde Pythiorum dixit: Ἤδη αὖ χειρουργὸν [illegible] ἀμύντορα τῶν ἀλγεινῶν νούσων [illegible] &c.] *Hic*] Chiron. *Rogat causam aduentus*] qua causa venerit. *Ille*] Hercules. *Docet*] causam scilicet. *Instructa respicit clauam*] qua Hercules monstra domitabat. *Et spolium leonis*] pellem leonis Nemei ab ipso Hercule interfecti. *Aut ô vir armis & arma digna viro*] ô Hercules digne qui hæc arma geras, & digna hæc quæ abs te gerantur. *Nec manus Achillea*] cótinere nó potuit manus. *Quin auderent tangere vellus horrens setis*] pellem illam hirsutam & villosam, cùm soleant pueri similibus expauescere, ipse non expauit. Sic in Argonauticis de eodem Valerius Flaccus: Stupet in donibus, magnúmque sonantes Haurit, & Herculeo fert cominus ora leoni. *Dumque senex*] Chiron. *Tractat tela squalentia venenis*] sagittas Herculis infectas veneno hydræ lernææ. *Sagitta excidit*]
B decidit é manibus Chironis. *Et est fixa laeue pede*] decidens sagitta infixa est sinistro Chironis pedi. *Ingemuit Chiron*] cùm esset saucius. *Traxitque è corpore ferrum*] eruit sagittam è pede saucio. *Et gemit Alcides*] Hercules. *Et puer Æmonius*] Thessalus Achilles. *Ipse tamen*] Chiron. *Temperat herbas*] volebat sibiipsi is adhibere medicamentum, quoniã & peritiam habebat artis medicæ, & plura ad medelam esse constat ab illo tradita: centauream quoque herbam ab eo denominatam. Nunc verò sibi opem allaturus, temperabat herbas. *Lectas*] quas ipse collegerat. *Montibus Pagaseis*] Thessalicis; à Pagasis. Pagasæ in Thessalia sunt, Pheraeorum emporium: quo ex loco, vt Strabo inquit, Pelias Iasonem, ac nauem Argo foras emisit. Pagasas autem ideo dictas esse aiunt, quia eo in loco nauem Argo compegerit. Alij verò similius existimant, loco ipsi nomen impositum propter vicinos fontes, id est πηγαί, qui frequenter aquam effundunt. hæc Strabo. *Et mulcet*) Chiron. *Vulnera*] lenire & sedare conatus dolorem vulneris. *Vana ope*] non profecturo medicamento. *Virus edax*] venenum abrodens. *Superabat opem*) medicinam omnem. *Pectus erat penitus recepta*] le- G thale venenum interius penetrauerat. *Ossibus, & toto corpore*] nam in omnia membra serpserat sanguis echidnæ lernææ, hoc est venenum hydræ. *Mixtus sanguine Centauri*] Chironis *Nulla dabat tempora ad auxilium*) adeò vehemens illud virus erat, vt statim per omne corpus fusum, nullum relinqueret ad opem afferendam tempus. Ἔχιδνα vipera est. hic pro hydra ponitur. *Lernaa*] à Lerna palude in sinu Argolico in Peloponneso. & fluuius eodem quo palus nomine, vt Strabo ait: in qua tantas de hydra fabulas poëtæ tradiderunt. *Achilles stabat perfusus lacrymis vt ante patrem*] ita stabat ante illum flens, & gemens puer, veluti ante parentem. *Sic*] eodem modo. *Erat flendus Peleus*] pater à filio. *Si moreretur*) quasi dicat, non aliter ille fleuisset morientem patrem.

H

ANTON. *Morum quos fecit præmia doctor habet*] pium discipulum experitur, quem optimis moribus instituerat. *Nona dies a-*
C *derat*] nonus dies agebatur, ex quo vulnus acceperat Chiron. *Bis septem stellis*] Alij 15. dicũt. *Lyra curua*) Hæc, vt suprà traditum est, cum Sagittario in ortum fertur. *Nox tertia*] Pridie nonas Maias [Columella tamen & Plinius ad 3. Idnum huius mensis Fidiculam oriri tradit.] Lyram inquit chronicè orituram, vel tertio nonas. *Cùm erat*] &c. Pridie no-
D nas Sole abdito in occasu media pars Scorpionis videri poterit sublata ortu chronico. Constat enim id signum exoriri occasu Tauri. [Et Columella, pridie nonas Maij, Nepa medius occidit, inquit. *Nocturna Lemuria*] celebrantur. Ea scribit Porphyrio cõsueuisse per triduũ celebrari ante additum anno mensem Februarium. Quamobrem hoc mense religio est nubere. Idem Lemores vocat vagantes vmbras hominum ante diem mortuorum, quos dictos esse tradit, quasi Remures, à Remo, cuius occisi vmbras frater Romulus
E cùm placare vellet, Lemuria instituisse dicitur, quæ à quibusdam vocantur etiam Lemuralia, quo tempore fabam iactabant noctu, dicebántq; teste Varrone, Lemures à se domo extra ianuam elici. Hinc Festus fabam inquit nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere: nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus sacrificiis adhibetur. Sanè à laruis laruatos dicimus malè sanos, ac laruarum incursione animo vexatos: qui & Ceriti vocantur, teste Nonio. Soluebantur autem inferiæ mortuis hoc tempore, quemadmodum & Feralibus mense Februario. Putabant enim vmbras iactu fabarum placari, ac domo abigi. *Annus erat breuior*] Occurrit quæstioni. Diceret enim quispiam non oportere nunc mortuis iusta persolui, cùm data sint manibus secundo anni mense, quo Feralia celebrantur: cui respondet seruari ve-
F terem ritum, quia cùm Lemuralia instituta sunt, annus Ianuarium ac Februarium non habebat. *Compositi*) sepulti cineribus in vrna collocatis.

Sæpe manus ægras manibus † fingebat amicis:
Morum, quos fecit, præmia doctor habet.
Oscula sæpe dedit, dixit quoque sæpe iacenti:
Viue, precor, nec me chare relinque pater.
Nona dies aderat, cùm tu iustissime Chiron,
Bis septem stellis corpora cinctus eras.
Hunc Lyra curua sequi cuperet, sed idonea nondum
Est via: nox aptum tertia tempus erit.
Scorpius in cælo, cùm cras lucescere nonas
*Dicimus, à media parte * tenendus erit.*
Hinc vbi † propulerit formosa ter Hesperus ora,
Ter dederint Phœbo sidera victa locum:
Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Annus erat breuior, nec adhuc pia februa norant,
Nec tu dux mensum Iane biformis eras.
Iam tamen extincto cineri sua dona ferebant,
Compositique nepos busta piabat aui.
Mensis erat Maius maiorum nomine dictus,
Qui partem prisci nunc quoque moris habet.

Habet præmia morum quos fecit) quibus puerũ informauit. *Præmia*] officiosam illius pietatem. *Oscula sæpe dedit*) osculabatur iacẽtẽ. *Dixit quoque sæpe iacenti*) Chironi recumbenti. *Viue, precor, nec pater chare, relinque me*; viuas, nec alumnũ tuum relinquas. *Nona dies aderat*] nona dies post acceptum vulnus. *Cùm tu Chiron iustissime*) I qui mortales iustitia superasti. *Eras cinctus corpora*) habebas corpus cinctum. *Bis septem stellis*) & Hyginus 14. esse loquit. Et tamen stellæ, quas ille refert per Centauri corpus dispositas, sunt numero 24. non numeratis stellis Victimæ & Aræ. ideo & nos superius 24. esse diximus. Sed qua ratione 14. dicãt, ipsi viderint. *Hunc Lyra*] Tertio Non. Maias appa- K ret Lyra, de qua diximus in primo. Nunc heliaco ortu in cælo videtur. *Lyra curua cuperet sequi hunc*) Chironem, quasi, statim post eum oriri. *Sed nondum est via idonea*) nondum patet Lyræ aditus, quia non potest statim post illum apparere. *Tertia nox*) ab ortu Chironis. *Est aptum*) congruum Lyræ tempus. Cùm igitur 15. Non. oriatur Chiron, 3. Non. Lyra apparet. *Scorpius in cælo*) De Scorpio etiam superius dictum: pridie tamen nonas Maias media eius pars occidit, & media apparet. Et per hæc designatur ortus cosmicus tauri, qui illi est oppositus. Cùm dicitur cras lucescere Nonas: pridie nonas, cùm dicere possumus, Cras est dies Non. Maiarum. *Scorpius erit notandus in cælo à media parte*) quia media pars tantùm inspicietur. *Tunc vbi pertulerit*] Septimo Idus Maias fiunt Lemuria, non multum à Feralibus sacris L differentia. illa quidem mense Februario pro mortuis celebrantur: hæc quoque pro mortuis: sed ab antiquis mense Maio, qui à maioribus ita nominatus est, auis iusta soluebantur, cùm nondum duo menses essent à Numa additi. Nam postea instituta parentalia Februario mẽse, quo fiebant lustrationes. Seruatus tamen mos est, vt mense hoc Lemuria ad placandos Lemures fierent. De nomine ipso, & vnde originem habuerint, paulo pòst dicemus. *Tunc vbi Hesperus*) Hesperum pro Lucifero posuit. Etsi idem est, tamen Luciferum mane dicimus: sed de eo in primo diximus. *Postquam igitur Lucifer ter protulerit formosa ora*] erit ortus, aut ab ortu surrexerit. *Et ter dederint locum Phœbo*] cedent soli. *Sidera victa*) quæ vincuntur à ma-

PAVL. *Sæpe fingebat*] componebat & tractabat. *Manus ægras*] inualidas & iam morientes. *Manibus*] suis amicis. *Doctor*] ipse Chiron, qui Achillem puerum bonis moribus instituit.

A ture lumine. Sic indicat tertium diem post nonas: hoc est septimum diem Iduum, & nonum diem mensis. *Erit ritus veteris sacri*] à veteribus instituti. *Lemuria nocturna*] sacra ipsa Lemuria, quæ noctu fiunt. *Illa dabunt inferias tacitis manibus*] soluuntur iusta vmbris carentium. *Inferiæ*] sacrificia quæ pro inferis fiunt. *Annus erat breuior*] quando hæc instituta sunt, annus erat decem mensium. *Nec adhuc nouerant pia februa*] lustrationes postea Februario mense institutas. *Nec tu Iane biformis*] Iane biceps. *Eras dux mensium*] primus mensium, non erat adhuc tibi dicatus primus anni mensis: nam nondum additi illi duo menses, Ianuarius & Februarius. *Tamen ferebant*] offerebant. *Sua dona*] conuenientia munera & libationes. *Cineri extincto*] nam soluebãt iusta extinctis. *Nepos piabat*] sacrificio lustrabat. *Busta*] sepulchra. *Aui compositi*] humati. *Mensis erat Maius*] quo fiebant hæ lustrationes & sacrificia. *Dictum nomine maiorum*] à maioribus Maius, vt superius ostendimus. *Qui*] mẽsis. *Habet nunc quoque partem prisci moris*] quia nunc etiam seruatur ex parte priscorum illa consuetudo. G

ANTON. *Nox vbi iam media est*] Noctem intempestam dicit, aptum tempus laruis siue vmbris silẽtibus. *Timidúsque deorum*] nihil omittens quod ritus B exigat sacrificij: quem ritum ideo veterem dicit, quòd à Romulo institutus est vrbis conditore. *Vincula nulla*] vel vt solutus faciat rem diuinam. Vnde illud est Silij: Discinctis mos thura dare. Et pes nudus, tonsæque comæ. Vel, ne perstrepat, cùm vmbræ gaudeant silentio. *Digitis medio cum pollice iunctis*] quòd ita C ritus postulat sacrificij: vel ne vmbra veniat ante iactum fabarum, dum is qui sacra facturus est, manus nondum patére ad earum iactum ostendit. Nam quòd quidem, vt audio, interpositum

Nox vbi iam media est, somnóque silentia prabet,*
Et canis & varia conticuistis aues.
Ille memor veteris ritus, timidúsque deorum
Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.
Signáque dat digitis medio cum pollice iunctis,
Occurrat tacito ne leuis vmbra sibi.
Cúmque manus purè fontana perluit vnda,
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.
Auersúsque iacit: sed dum iacit, hac ego mitto,
His, inquit, redimo méque meósque fabis.
Hac nouies dicit, nec respicit, vmbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente sequi.
Rursus aquam tangit, Temesæáque concrepat æra,
Et rogat, vt tectis exeat vmbra suis.
Cùm dixit nouies, manes exite paterni,
Respicit, & purè sacra peracta putat.
Dicta sit vnde dies, qua nominis extet origo,
Me fugit, ex aliquo est inuenienda deo.

Lemuralibus. vnde Põp. Fabã, inquit, nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere. nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore eius luctus literæ apparere videntur. Et Plin. inquit: Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est præualẽs pulmentari cibo, & hebetare sẽsus ex.stimata, insomnia quoq; facere. ob H hæc Pythagorica sententia dãnata: vel, vt alij tradidere, quoniã mortuorum animæ sunt in ea: qua de causa parentando vtiq; absumitur. Varro & ob hæc flamines ea non vesci tradit, quoniã & in flore eius literæ lugubres reperiãtur. Et hoc extremũ à Pythagora quoque

digitis pollicem accipiunt in contemptum vmbrarum, ridiculum est. quid enim absurdius quàm aperte contemnere quem placare coneris? *Nigras fabas*] quia nigris Lemuribus sacra fiunt. vt, Et nigri Lemures, nodóque pericula rupto. Assumebatur autem hoc legumen parentando, vt diximus supra: quia mortuorum animas in fabis esse quidam tradide- D runt: in quarum floribus, autore Festo, luctus literæ apparere videntur. *Auersúsque iacit*] post tergum. Vnde autor subiicit, Vmbra putatur Colligere, & nullo terga vidente sequi. *Rursus aquam tangit*] spargit se aqua, qua & antè se sparserat. requirunt enim hæc sacra aspersionem magis, quàm ablutionem, teste Seruio *Temesæáque concrepat æra*] pulsat & crepare facit æreum instrumentum. sic dictum, vt requiesco te. Temesæ autem vrbs Cypri habuit metalla æris Item aliud oppidum in Brutiis eiusdem nominis. Sanè crepitus fit ad finem sacrificij, vt volens vmbra discedat: vnde sunt abacta silentia. [Strabo, Cypriam, τάμασον vocat. De Italica autem Homerum intellexisse vult 1. Odyss. vbi ait ἐς τέμεσαν μετὰ χαλκόν, &c.]

asseritur. Primus nempe à fabis, autore Didymo, propter somniorum vaticinium, Amphiaraus abstinuit. Traduntur etiam & Orphei versus, quib. timidos abstinere manus à fabis, & ab earũ vsu, quæ capita pepererunt, iubet, &c. *Auersúsque iacit*] proiicit eas à tergo. *Sed dum iacit inquit has ego mitto*] dum ille proiicit eas à tergo, illas fabas iacio *Et redimo me, & meos his fabis*] quasi, si quid mali timuerer mihi & meis ab ipsis vmbris, salutem nostram his ego redemerim. *Has dicit nouies*] Quia pro salute viuorum dicuntur, vtitur impari numero. ideo nouies in cæteris par numerus datur inferis. *Nec respicit*] non reflectit à tergo aciem: *Vmbra putatur colligere*] ipsas fabas. *Sequi terga nullo vidente*] sequi illum qui eas iecerit, nemine vmbrã inspiciente, aut sentiente. *Rursus aquam tangit*] abluit manus aqua fontana. *Et concrepat*] pulsat *Aera Temesaea*] à Temesa vrbe Brutiorum, quam Ausonij condiderũt, & quam homines Strab ætate Tempsam vocitabant. Erat K ibi ærarium, & ærisodinarum locus ostendebatur. *Et rogat vt vmbra exeat suis tectis*] precatur vt abeat vmbra auita, aut paterna: quoniam illud arbitrabantur, vmbram vagari circa corpus, & errare interdum per loca quæ incoluerit. hoc igitur sacrum fit ad placandas eas, arcendásque domo. *Cùm dixit nouies, Manes paterni*] ô vmbra patris, seu vmbræ parentum, tam patrum quàm auorum. *Exite*] è domo *Respicit tandem*] reflectit oculos. *Et putat sacra purè peracta*] se castè perfecisse sacrificium *Dicta sit*] &c. Nescire videtur poëta, quare Lemuria dicta sint. pergit igitur ad inquirendam nominis originem. Mercurium inuocat, à quo causa ipsa aperitur. Aucupatúrque eam amore Remi, cui Romul. Maio mense parentandum instituerit inde Lemuria, quasi Remuria dicta. Verùm Lemures, vnde Lemuria, multi existimant L imagines noxias esse, quæ noctu appareãt: etiam esse ita dictas sugillatorum vmbras. aliqui vmbras omnes mortuorũ, Lemures appellant. Non desunt nostræ religionis viri sanctissimi, qui dicant apud veteres sicut lares boni habiti sunt: ita Lemures spiritus mali, ad quos arcẽdos fiebant quæ diximus sacra. Quidam magnus verborum interpres Lemures vmbras esse quasdam asserit, quæ cum corporibus morãtur. Vel quasi à Remo dictas, cuius vmbra insequebatur fratrẽ suum Romulum. Nonius tamen inquit, Lemures esse laruas nocturnas, & terrificationes imaginum, & bestiarum. vnde Varro de Vita patrum libro primo, Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra ianuam eiicere. *Fugit me*] hoc est latet me: id est, nescio. *Vnde sit dicta dies*] id est, vnde dicantur ipsa

PAVL. *Nox vbi iam media est*] Surgit nocte intempesta qui vmbras placaturus est, nudis incedens pedibus: aqua se fontana perluit: fabas quas ore versauerit, à tergo iacit, dicitque se illis redimere: pulsátque æra, & orat vt abeant vmbræ quod E si nouies fecerit, perfecisse putat sacrificium. *Iam vbi nox media est*] ea pars noctis quæ intempesta dicitur, quando non datur tempus rebus agendis. *Et prabet silentia somnus*] cùm omnes quieti & silentio se dederint. *Et canis & aues conticuistis*] quia nec canes latrabant, nec aues occinebant & videtur significare conticinium, & id asserunt multi: tamen illa hora mediæ noctis non ita appellatur: sed vt Macrob. & & Varro ostendunt, Conticinium est inter gallicinium & diluculum. *Ille*] nepos qui vult auo libare. *Memor veteris ritus*] priscæ consuetudinis. *Et timidus deorum*] qui timet deos inferos, ne per noctem occurrant sibi. *Surgit*] è strato scilicet. *Geminos pedes nulla habent vincula*] non habet ille calceos, aut crepidulas in pedibus. *Et dat signa digitis iunctis cum medio pollice*] ponit pollicem in medio quatuor digitorũ. Duos vltimos digitos cogit in manũ, alios duos ere- F ctos habet, & illis dat signa, quemadmodũ & nos solemus. *Ne leuis vmbra*] anima extinctorũ. *Occurrat sibi tacito*] per silẽtia nocturna. *Et cũ purè perluit*] cũ abluerit castè manus. *Vnda fontana*] aqua fontis, aut aqua viuentis fluuij. *Vertitur & accipit fabas nigras ore*] versat prius ore: vt in 2. Et septem nigras versat in ore fabas. licèt illud ad sacrum magicum referatur. Fabarum tamen vsus erat in Feralibus &

A Lemuria: *Quæ tamen origo nominis*] vnde nomen ipsum originem ducat, qua ratione ita dicamus. *Ex aliquo deo est inuenienda*] cùm nos ipsos lateat, à numine requirendum est. *Mone*] instrue tu.

Pleiade nate mone, virga venerande potenti,
Sæpe tibi est Stygij regia visa Iouis.
Venit adoratus Caducifer: accipe causam
Nominis: ex ipso est cognita causa deo:
Romulus vt tumulo fraternas condidit vmbras,
Et male veloci iusta soluta Remo,
Faustulus infœlix, & passis Acca capillis,
Spargebant lacrymis ossa perusta suis:
Inde domum redeunt sub prima crepuscula mœsti,
Vtque erat, in duro procubuere thoro,
Vmbra cruenta Remi visa est assistere lecto,
Atque hæc exiguo murmure verba loqui:
En ego dimidium vestri, parsque altera voti,
Cernite sim qualis, qui modo talis eram.
Qui modo si volucres habuissem regna iubentes,
In populo potui maximus esse meo.
Nunc elapsa rogi flammis, & inanis imago,
Hæc est ex illo forma relicta Remo.
Heu vbi Mars pater est, si vos modo vera locuti,
Vberáque expositis ille ferina dedit.
Quem lupa seruauit, manus hunc temeraria ciuis
Perdidit: ò quanto mitior illa fuit.
Sæue Celer crudelem animam per vulnera reddas,
Vtque ego, sub terras sanguinolentus eas.
Noluit hoc frater, pietas æqualis in illo est:
Quod potuit, lacrymas manibus ille dedit:
Hunc vos per lacrymas, per vestra alimenta rogate,
Vt celebrem nostro signet honore diem.
Mandantem amplecti cupiunt, & brachia tendunt:
Lubrica prensantes effugit vmbra manus:
Visáque confugiens somnos abduxit imago.
Ad regem voces fratris vterque ferunt.
Romulus obsequitur, lucémque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixêre silentum,
Hic verbi sensus, vis ea vocis erat:
Fana tamen veteres illis clausere diebus,

ANTON. *Pleiade nate*) &c. Consulit Mercurium, ac petit vnde Lemuria nomé acceperint: quoniam huic deo cõmercium est cũ vmbris: vt, Tum virgã capit: hac animas ille euocat orco Pallẽtes, alias sub tristia tartara mittit. Horat. in 1. Carmin. Tu pias lætis animas reponis Sedibus, virgáq; leuẽ coerces Aurea turbã, superis deorum Gratus & imis. B Accedit ad hoc, quòd ipse est interpres: vnde & Hermes vocatur. *Virga*] caduceo: vnde Mercur. Caduciferum vocat. *Malè veloci*] aut quia non euitauit Celerem, à quo rastro fertur occisus: aut quia ludibrio fratris nouos muros transiliuit. Quamuis fabulosum putatur, vt diximus, quòd eam ob causam à fratre fuerit interemptus. *Ac-* C *ca.* De Acca Laurentia, & Faustulo, suprà dictum est. *Dimidium voti*] altera pars voti vestri: cùm altera sit Romulus. *Si volucres habuissem regna iubẽtes*] si fuissem victor augurio vt frater Romulus fuit. *Inanis imago*] vmbra tantùm. Ea est imago corporis. *Vbi Mars pater est*] qui mihi opem non tulit. Mouet misericordiã variè. *Quem lupa seruauit*] Color, quẽ D Cicero Contentionẽ vocat. *Ciuis*] Celerem dicit. *Pietas æqualis in illo est*] Scio inquit, me non interemptum Romuli voluntate, qui mihi respondebat in amore ac pietate fraterna. *Prensantes manus*] prehendere volẽtes, non quæ prehenderent. *Lucémque Remuria dixit*] à Remo Remuria nominauit: sed postea r litera asperiore in leniorẽ mutata, Lemuria dicta sunt.

E Placet nonnullis Lemures esse vmbras noxias, ac laruas nocturnas, terrificationesque. Vnde Lemuria nomen acceperunt pro iis auertendis instituta.

PAVL. *Nate pleiade.* Mercurius, ex Maia vna Pleiadũ natus *Venerãde virga potenti*] caduceo: quæ virga est serpẽtib. nexa *Potenti*] quia cum ea multa potest. vt apud Verg. Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco Pallentes, alias sub tartara tristia mittit. Dat somnos, adimítque, & lumina morte resignat. *Sæpe est tibi visa regia Iouis Stygij*] sæpe tu ad inferos in Plutonis regiam descendisti, cùm nuncius sis vtrorumq; deorum, supernorum & inferorum. vnde Horat. Superis deorum Gratus & imis. *Venit adorator Caducifer*] Mercurius cum caduceo, quẽ ego adoraui, statim affuit. *Accipe causam*) hoc est, originẽ nominis. & hic locus apertè eos mentiri ostendit, qui dicunt causam pro origine poni non posse. nã poëta dixerat, Quæ nominis exret origo: & nunc hic respõ- F det, *Accipe causam*) hoc est originem. sed de his satis diximus in principio quarti. *Causa nominis*] origo huius appellationis. *Est cognita ex ipso deo*] ex ipso Mercurio. & eo inspirãte omnia cognouit. *Romulus vt*] &c. Remum extinctũ, vt superiore lib. diximus, frater magnificentissimè, vt illis temporibus licebat, humauit in Remoria. Noctu per quietẽ visa est imago Remi astare lecto Faustuli, & Laurentiæ nutricis, querique de miseranda sua morte, & crudelitate Celeris, qui eum interemerat: orareque, vt à Romulo illud precib. impetrarent, qui suo nomine diem signaret. Romul. ea causa instituit diẽ G illi festum, appellauitq; Remuria. mutata deinde est prima litera, & Lemuria dicta. postea ab illa vmbræ, Lemures appellatæ sunt. *Vt*] postquam. *Romulus condidit tumulo fraternas vmbras*] humauit fratrem Remum. *Et sunt soluta iusta*) celebratæ exequiæ. *Remo malè veloci*) qui malè velociter transiluit muros. nam fuit illa infausta velocitas, quæ mortẽ illi pepe- H rit. *Faustulus infelix*) Sed vt superiore lib. diximus, Faustulus fuerat & ipse interẽptus. *Et Acca*) Laurentia nutrix. *Capillis sparsis*) fusis. *Spargebant suis lacrymis ossa perusta*) lacrymabantur ad sepulchrum, & Remi ossa tristi rore rigabant. *Inde mœsti redeunt domum sub prima crepuscula*) iam cũ aduesperasset, mœsti mox te alumni, redíere do- I mum. *Procubuere in duro toro, vt erat*) dedêre sese quieti, non in molli, sed in duro toro recumbentes. vt durus erat quem habebant torũ, ita in eo procubuerunt. *Vmbra Remi cruenta*] cruore respersa. *Est visa assistere*] astare. *Lecto*) toro Faustuli & Accæ. *Atque loqui hæc verba exiguo murmure*)& visa est dicere ea exigua voce. *En cernite*) respicite. *Qualis ego sim*) &c. K qua in statu sim, qualem me vobis referam, dimidium animæ vestræ, & vna pars vestri desiderij, cùm duo essemus. Altera pars Romul. altera ego: altera sospes, altera periit. *Qui modò*) paulo antè. *Eram talis*) eram frater regis & est locus commiserationis ab eo quod fuerat, & quod nunc est. *Qui si modò habuissem volucres iubentes regna*] si habuissem auguria. fœliciora, quæ mihi regna portendissent. *Potui esse maximus in populo meo*] potui esse rex in ciuitate quam ego constituissem. *Nunc sum imago lapsa rogi flammis*] sum nunc vmbra, quæ se eripere potuit ex igne rogali. *Et inanis*] vacua: cùm careat corpore, & impalpabilis sit, imago dixit. Verg. Et nunc magna L mei sub terras ibit imago. *Hæc forma est relicta ex illo Remo*) Auget commiserationem ab eodem loco: Hæc imago superest ex vestro alumno. *Heu vbi Mars*) &c Mouetur à genere misericordia: Vbi etiam qui me genuit deus? cur opẽ filio non præstitit? *Si vos modò vera loquuti*) si verum est quod dicebatis, me esse Marte genitum. *Et ille*) Mars. *Dedit vbera ferina expositis*] pauit nos infantes lacte lupæ, cùm essemus expositi, de qua in secundo & tertio diximus: Lacte quis infantes nescit creuisse ferino, Et Picum expositis sæpe tulisse cibos? *Nos seruauit lupa*] quæ vbera nobis admouit. *Manus temeraria ciuis*] Celeris. *Perdidit*] interemit & est locus indignationis in Celerem, quòd fuerit immitior immiti fera. *O quanto mitior fuit illa*] lupa. & hæc in commẽdationem illius lupæ mansuetudinis, & exprobrationem

immanitatis illius. *Sane Celer reddat animam crudelem per vulnera*] luas crudelitatem tuam morte, vt pro vita mea, quā eripuisti, vitam tuam persoluas *Et eat tu sanguinolentus sub terras vt ego*) occidaris tu quemadmodum me occidisti, & vmbra tua cruenta vagetur vt mea. *Frater*] Rumulus. *Noluit hoc*) vt me interimeres. *Pietas aequalis in illo est*] ille est in me pius, vt ego in illum, id est amabat me mutuo amore. *Quod potuit*) dedit illi lacrymas manibus, & iusta soluit, & lacrymis prosequutus est. *Vos*] Faustule & Acca. *Rogate hunc*] Romulum. *Per lacrymas*) vestras. *Per vestra alimenta*] quibus & illum & me aluistis. *Vt signet diem celebrem nostro honore*) vt instituat sub meo nomine diem festum.

Cupiunt amplecti mandantem] volunt Faustulus & Acca amplecti Remum, qui talia mandabat *Et brachia tendunt*] vt eum amplecterentur. *Vmbra lubrica*] quæ facilè elabitur. *Effugit manus prensantes*) apprehendere eam volentes. *Imago visa*] vmbræ Remi, quam illi per quietem visi sunt videre. *Confugiens abduxit somnos*] nam illos excitauit. *Vterque* Faustulus & Acca. *Ferunt voces fratris*] mandata Remi. *Ad regem*] Romulum. *Romulus obsequitur*] gessit illi morem: nam signauit diem honore fratris. *Et dixit lucem Remuria*] appellauit à nomine fratris diem parentationis Remuria. Sic enim in numero multitudinis dicimus: vt diem festum Floræ, Floralia: Robigi, Robigalia: Saturni, Saturnalia: ita Remi, Remuria. *Illam diem dixit Remuria*) qua feruntur iusta, qua fiunt parentationes. *Auis positis*] sepulchro conditis. *Aspera littera est mutata in lenem*) R, quæ litera est paulo asperior, est mutata in literam, quæ est lenior & suauior pronunciatu: nam in L. *Longo tempore*] longitudine temporis. *Quæ*] litera. *Fuit prima toto nomine*] prima littera erat R, nunc est L. prius igitur Remuria, nunc Lemuria dicimus. *Mox etiam*) subsequentes. *Dixere Lemures animas silentum*] appellauêre posteri indifferenter vmbras omnes extinctorum, Lemures. *Hic sensus verbi*) hoc significat nomen ipsum: nam Lemures, vmbræ dicuntur. *Vis vocis*] proprietas nominis. *Erat ea*] nam Remi parentationes significabat. *Fana*] templa. *Illis diebus*] Lemuriorum.

Vt nunc ferali tempora operta vides.
Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupsit non diuturna fuit.
Hac quoque de causa si te prouerbia tangunt,
Mense malas Maio nubere vulgus ait:
Sed tamen hæc tria sunt sub eodem nomine festa,
Inter se nulla continuata die.
Quorum si medijs Bœoton Oriona quæris,
Falsus eris, signi causa canenda mihi.
Iuppiter, & lato qui regnat in æquore frater,
Carpebant socias Mercuriúsque vias.
Tempus erat, quo versa iugo referuntur aratra,
Et pronus satura lac bibit agnus ouis.
Forte senex Hyreus angusti cultor agelli,
Hos videt, exiguam stabat vt ante casam.
Atque ita: Longa via est. nec tēpora longa supersunt,
Dixit, & hospitibus ianua nostra patet.
Addidit & vultum verbis, iterúmque rogauit,
Parent promissis, dissimulántque deos.

ANTON. *Vt nunc ferali*) &c. Claudebantur templa Lemuralibus: quod Feralibus fieri consueuit vt, Dij quoq; templorū foribus eclētur opertis, Thure vacent aræ, sténtq; sine igne foci. *Mense malas Maio nubere*) quę contemnunt religionē. nō nubebant autem hoc mense. vt Plut. docet, vel quòd Maius inter Apr. & Iun. medius interiectus est: quorū cū alter Veneri, Iunoni alter dicatus sit, deabus quæ nuptiis præsunt: aut paulo antè vxores ducebantur, aut parū expectabatur. Vel quòd hoc tempore maximo piaculo vtebantur effigies vice hominum de ponte iaciētes. Vel quòd maiores, hoc est senes, à quib. Maius appellatus existimatur, infensam Venerem habent. Vel quòd hoc mense plerīq; Latinorum mortuis parentabant. *Sed tamen*) &c. Quia dixerat, Lucémque Remuria dixit, Illam qua positis iusta feruntur auis: docet Lemuria non vnius tantùm diei festum esse, sed trium, ac per triduum celebrari, vt suprà ostendimus Porphyrionis testimonio. Sed attende lector, ne te fugiat quod Ouid. sentit hoc loco: Tria, inquit, festa sunt eiusdem nominis, quia Lemuria per triduum celebrantur, sed nullo die continuata sunt: quia nocte, non die rem diuinam vmbris siue Lemuribus faciebant. Vnde autor ait suprà, Nocturna Lemuria. item, Nox vbi iam media est. Triduum ergo cùm dicimus, diem accipe quem nostrorum temporum astronomi naturalem vocant: cum verò nulla die continuata inquit Lemuriorum festa, dies accipiendus est, quem idem artificialē appellat, cuiúsq; nomine non comprehendimus noctem. *Bœoton*] Oriō (vt scribit Seruius & Hyginus) occidit exortu Scorpionis: quo surgēte hoc tēpore, vnà cum sole in occasum fertur. Huius signi tāta magnitudo est, vt nō dubitat Manilius Orionē cœli partē maximā appellare. vt, Hinc vocat Oriō magni pars maxima cœli. Hinc autor Bœotū vocat: quia Thebæ, apud quas Hyreus Iouē, Neptunū, ac Mercurium excepit hospitio, in Bœotia sunt, vbi Orion ex duorū vrina procreatus dicitur, vt eius nomē ostēdit. Orion enim Græci vrinā, siue lotiū dicūt. Vnde Vriō dict⁹ est, qui postea facta cōmutatione (v) diphthōgi in (o) vt quidā volūt, Orionis nomē accepit. Huius effigies, quæ in cœlo est, cū Cancro toto corpore pariter in ortū fertur, cuius apud peritos est incerta tēpestas, cū multis diebus oriatur. Si fabulas quęris, lege Hyginum. Cōstat stellis 17. *Falsus eris*) fallēris, quærens stellas Orionis, quæ videri nequeunt. *Tempus erat*) Describit vesperā, qua aratra versa domū referūtur, & oues pastæ agnos lactare consueuerūt *Senex Hyreus*) Hunc senem Pindarus dixit in insula Chio, non apud Thebas, deos quos diximus accepisse *Addidit & vultū*) qua præ se ferebat optimā voluntatem, quæ ex vultu sæpe colligitur. Ipse alibi: Super omnia vultus Accessere boni, nec iners paupérque voluntas. *Dissimulántque deos*) occultant diuinitatem, vt homines putentur.

PAVL. *Tempore Ferali*) in Feralibus mense Februario. De hoc in secundo libro diximus, Dij quoque templorum foribus celentur opertis, Thure vacent aræ, stēntque sine igne foci. *Nec ea tempora sunt apta*] congrua, *Tædis viduæ nec eadem apta tædæ virginis*) illis diebus neque viduam, neque virginem bonum est nubere. Sic & in parētalibus mense Februario. vt in secundo: Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris Aufer, habent alias mœsta sepulchra faces. *Quæ nupsit*) illis diebus. *Non fuit diuturna*] cum viro scilicet. nam aut repudiata, aut mortua citò. *Hac quoque de causa*] quia aut repudiatur, aut moritur. *Ait vulgus malas*] mulieres. *Nubere mense Maio*] quæ futuræ nō essent diuturnæ. *Si prouerbia tangunt te*] Quoniam id erat in prouerbio, eo mense tradi viris malas: quoniā bonæ non nuberent. Et Plutar. ait in Problem. 86. quare mense Maio non ducāt vxores. & has rationes adducit. An quòd inter Aprilē & Iuniū medius interiectus est: quorū cùm alter Veneri, Iunoni alter dicatus, deabus scilicet, quæ nuptiis præsunt, aut parum antè capiunt, aut parum expectant. An quòd hoc mense maximo piaculo vtuntur, effigies modò de ponte abiicientes, cum prius homines consueuissent. Vnde Flaminiam Iunonis sacerdotem tristem esse eo tempore: quippe eo mense nullo cultu vtatur, moris est. An quod plerīq; Latinorum hoc mense mortuis parentant: & ob eam causam Mercurium quoq; eodem mense venerantur, qui Maio cognominis est. An vt quidam dicunt, Maius à maioribus natu appellatus est, Iunius à iunioribus. Nuptiis verò accommodatior est iunior, vt inquit Euripides. Nam senectus à Venere aliena, ipsaque Venus senibus infensa est. Abstinent igitur nuptiis, Iunium expectantes, qui Maium deinceps excipit. *Sed tamen hæc tria festa*] Lemuria, & continentia à nuptiis, & templa clausa. *Sub eodem tempore*] quia iisdem diebus. *Sed continuata inter se nullo die*) Non sunt continuata, vt aliud post aliud fiat: sed vt iisdem diebus sunt hęc omnia. Nam vt in Februario pluribus diebus fiunt Parentalia, & est idem ferè ritus: ita hoc mense plures sunt dies, quibus parentatur, & clausa sunt templa, & non nubunt. *Quorum si medijs*] si medio spacio eorum: quasi si eodem tempore. *Quæris Oriona Bœoton*] à Bœotia: si vis videre stellas Orionis. *Die 11. Orion occidit occasu heliaco. Fuit autem Orion princeps Bœotiæ, auditor Atlantis astrologi: ideo eius appellatio ad sidera translata est.* *Falsus*] deceptus eris: quoniam videre non poteris, nā iam occidit. Est ergo eodē tempore, hoc est septimo idùs Maias, Orionis occasus. *Causa signi est mihi canenda*] canam quis fuerit Orion, & qua causa cœlo locatus sit. *Iuppiter*) &c. Poëta fabulam hanc refert,

Iouem, Neptunum & Mercurium hospitio receptos ab Hyreo: qui cognitis diis, bouem immolat. Cùm ab his sobolē concedi peteret, minxisse in corium bouis, & iussisse humari. Decimo mense natum puerum: Vriona ab vrina appellatum, deinde Orionā. Quam fabulam ab Aristomacho & Pindaro accepit poëta, quæ etiam ab Higino refertur. Hic Orion (vt illi prosequuntur) è Thebis Chium venit: Meropem Oenopionis filiam stuprauit, pro qua excæcatus est & eiectus, Lemnon nauigauit, ad Vulcanum, à quo equum decoratus est: & Sol oriens lumina restituit. Hister dicit à Diana fuisse dilectum, adeò vt illi penè nupserit. Apollo ægrè ferebat, sororémque obiurgabat, & illum astutia quadam interemit. Nam cùm ille nataret, prouocauit Dianam ad emittendam sagittam vsque ad nigrum, quod in mari videbatur, quod erat Orionis caput: & immissa sagitta peremptus est ille. Sed eiectum ad litus corpus Diana vbi cognouit, multis prosequuta lacrymis inter sidera statuit. Sunt qui dicant, eum quòd venandi studio polleret, se iactasse, Terram nullum animal párere posse, quod ipse non interficeret. Terra scorpionem peperit, & Orionem peremit. Diana inter sidera collocauit. Et alias quoque opiniones refert Higinus: quas qui volet, accipiat. Orionem autem, vt idem asserit, à zona & reliquo corpore æquinoctialis circulus diuidit, cum tauro decertantem collocatum, dextra manu clauam tenentem, & in arcticum etiam spectantem ad occasum, & occidentem exortu Scorpionis posteriore parte, & Sagittario exoriente: cum Cancro autem toto corpore pariter exurgentem. Hic habet in capite stellas tres claras, in vtrisque humeris singulas, in cubito dextro obscuram vnam, in manu similiter vnam, in zona tres: in eo quo gladius deformatur, tres obscuras, in vtrisque genibus singulas claras, in pedibus singulas obscuras. Omnino sunt decem & septem. *Iuppiter & frater*] Neptunus. *Qui regnat in lato æquore*] qui habet imperium maris. *Et Mercurius carpebant vias socias*] quia simul per vias, velut peregre incedebant. *Erat tempus, quo aratra versa iugo referuntur*] erat vespertinum tempus, cùm sol acciderat, & versa (vt solent à bubulcis post opus referri in iugis) domum aratra referebantur. *Et agnus pronus*] inclinās se ad vbera. *Bibit lac satura ouis*] cùm redigunitur in ouilia oues per diem depastæ, & agni lac maternum hauriunt. Hac duplici periphrasi ostendit vesperam: quo tempore & coloni ab opere rustico, & pecora à pascuis reuocantur.

Fortè Hyreus senex cultor angusti agelli] qui rus exiguū colebat. *Videt hos*] deos. *Vt stabat*] sicut fortè tunc illi stare contigit. *Ante exiguam casam*] ante paruum tugoriolum. *Atque ita dixit*] itaprior loquutus est. *Longa est via*] quasi dicat, Quò tenditis? non enim longius ire potestis, cùm longum iter hinc ad vrbem sit. *Nec tempora longa supersunt*] quia iam sol occidit. *Et nostra ianua patet hospitibus*] quasi ego, qui soleo suscipere domi, hospites habere, & aperta est ianua. *Addidit & vultum verbis*]: nam læta verba læto quoque vultu proferebat. *Et iterum rogauit*] vt sisterent cursum, & domum inirent. *Parent promissis*] morem gerunt illi, & grata habent illius pollicita. *Et dissimulant deos*] nolunt pro diis cognosci.

> *Tecta senis subeunt nigro deformia fumo,*
> *Ignis in hesterno stipite paruus erat.*
> *Ipse genu nixus flammas excussit ab aura:*
> *Et promit quassas, comminuitque faces.*
> *Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat:*
> *Et spumat testa pressus vterque sua.*
> *Dúmque mora est, tremula dat vina rubētia dextra:*
> *Accipit æquoreus pocula prima deus.*
> *Quæ simul exhausit: Da, nunc bibat ordine, dixit,*
> *Iuppiter. audito palluit ille Ioue.*
> *Vtque animus rediit, cultorem pauperis agri*
> *Immolat, & magno torret in igne bouem.*
> *Quæque puer quondam primis diffuderat annis,*
> *Promit fumoso condita vina cado.*
> *Nec mora, flumineam lino celantibus vluam,*
> *Sic quoque non altus incubuere toris.*
> *Nunc dape, nunc posito mensæ nituere lyæo:*
> *Terra rubens crater, pocula fagus erat.*

ANTON. *Comminuitque faces*] Faces à flammis multum differre, hoc loco manifestè apparet. *Stant calices*] Accipimus hîc per calices, vasa, quibus coquuntur olera, & similia. Alibi sæpenumero calices pocula sunt, dicta vel ab eo quòd est cylix, vna litera commutata: vel quòd in iis calidum bibatur, autore Festo. *Testa sua*] Inter testam & calicem spuma interdum effundi solet. *Cultorem pauperis agri*] immolat bouem, audito Iouis nomine. *Diffuderat*] Iuuenal. Ipse capillato diffusum consule potat. *Vluam*] Antiqui stramento in lectis vtebantur. postea luxu inualescente, stramentum pauperibus relictum est, cùm diuites tomento Leucanico vterentur, hoc est farcimine culcitrarum ex pilis & lana panno detonsa. Demum eousque deliciæ processerunt, vt quæramus plumam cygnorum, quæ subest supereminentibus pēnis. *Terra rubens*] &c. Apparet hoc loco, craterem propriè esse vas magnum, ex quo vinum funditur in pocula. quamuis poëtæ, vt solent, multa persæpe confundant. Nam si crater poculum esset, non vnum craterem diceret, qui pocula plurium numero subiungit. Magnum autem esse craterem ne quis dubitet, audiat Plin. docentem, Semiramidis craterem collegisse pondus 15. talentorum, & Ægyptium talē tum patere pondo 80. teste Varr. Audiat præterea Virg. dicentem, Crateres magnos statuunt, & vina coronant. Item, Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit. Statius in Theb. Bacchus in altos Crateras paterásque redit. Iuuenal. Vrnæ cratera capacem. Ouid. in 12 Metam. Antiquus crater, quem vastum vastior ipse Sustulit Ægides. Constat præterea, craterem, quem in cœlo Hydra sustinet, si stellas, quibus formatur, intuearis, ita procerum esse, vt inre crater non poculū nominetur. Propriè autem craterē non esse poculū, his versibus liqueat: Pocula bina nouo spumātia lacte quotānis, Craterésq; duos statuā tibi pinguis oliui.

PAVL. *Subeunt tecta senis*] ingrediuntur casam Hyrei. *Deformia*] turpia tecta. *Nigro fumo*] erant enim vndiq; propter fumū nigricantia. *Paruus ignis erat in externo stipite*] quem pridie succenderat, cùm eo die nondum succendisset ignem. *Ipse*] Hyreus. *Nixus genu*] flectens humi genu, & eo se firmans. *Excussit flāmas ab aura*] quasi flans flammam exsuscitauit. Alij legunt, Flammas exsuscitat aura. & eodem tendit sensus, immò & magis propria est locutio. *Et promit*] ostendit, seu profert. *Faces quassas*] quatiendo succēdit. *Et comminuit*] condeponit, & non quatit. Tunc imminuentur flāmæ. vt in Amorib. ad Corinnā: Vidi ego iactatas mota face crescere flammas, Et vidi nullo concutiente mori. Aut ita intelligas: Promit, profert. *Faces quassas*] ligna arida contusa, quas pro facib. succendēdis parauit. *Et cōminuit*] diuidit, seu discidit in particulas minutas, vt facilius succēdātur. vt in Georg. V. Ferróq; faces inspicat acuto. Et illud mota face, ad lignū refertur, vbi lumen, seu ignis accenditur. Vnde Var. in Gerunto didascalo: Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia solita, etiam nunc pinea fax indicat, & alio loco adest fax inuoluta incendio. Et de vita patrum: Cùm à noua nupta ignis in face afferretur, foco eius sumptus. Cùm fax ex pinu alba esset, vt eam puer ingenuus afferret. Lucan. in 2 Quā cùm Catilina parauit Arsuras in tecta faces. *Stant calices*] Calicem pro poculo plerunq; accipimus, vt superius in tertio, quid si per calices facta Sibylla suos. Iuuenalis: Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso. Et pro maiore quoque vase accipitur. Cicero Tuscul. 5. Quid hic calia mulsi? impinguandus est, vt plorare se desinat. Var. Apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & Cumanos calices. Poëta autem hoc in loco posuit pro vasis, vbi legumina & olera decoquuntur. Varro tamen de Lingua latina inquit: Calix à caldo, quòd in eo calda plus apponebatur, & caldum eo bibatur. Stant ergo apud ignem calices. *Inde*] ex ea parte foci. *Minor*] calix scilicet, *habebat fabas, alter habebat olus*) olera tunc decoquenda. *Et vterque*] calix. *Spumat pressus*] tectus. *Sua testa*] Tecti enim calices, spumam circa ipsas testas emittebant, quoniam testis tegebantur. *Dúmque mora est*) dum immorantur, vsquequo parentur epulæ. *Dat*) Hyreus. *Vina rubentia dextra tremula*] tremente: quoniam senex erat, offert vina diis bibēda. *Deus æquoreus*) Neptunus. *Accipit prima pocula*) & prior ipse bibit. *Quod simul*) postquam. *Exhausit*) bibit quicquid erat in poculo. *Dixit, Da, nunc ordine Iuppiter bibat*] sequere ordinem, & da vina Ioui bibenda: & hæc

A voce deos esse prodidit. *Ille*) Hyreus. *Palluit audito Ioue*) audito Iouis nomine. Expauit enim, cùm videret coràm,& domi haberet deos hospites, Iouē præsertim, deorum omnium maximum. *Vtque animus rediit*) quasi postquam in seipsum rediuit: quia prius videbatur attonitus. nunc cùm mens rediit. *Immolat cultorem pauperis agri*) mactat bouem, quo exiguum colebat agrum. *Retorret*) decoquit bouem. *In magno igne*) maiore enim igne opus erat in decoquendo boue, quam in oleribus. *Et promit vina condita cado fumoso*) haurit vina vetustiora: sic & meliora, quæ olim in doliis condiderat. Cadi, ænea vasa, quibus vina conduntur. Luc l. Millia ducentum frumenti tolles, vini medimnum mille cadûm. Virg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Varro in Vita patrum: Hortensio supra decem millia cadûm hæredi reliquit. Horat. Et cadum Marsi memorem duelli. *Quæ*] vina. *Puer*) quondam Hyreus. *Diffuderat*) in diuersos cados fuderat. *Primis annis*) ab ipsa pueritia. *Nec mora*) procubuere, accubuere. *Non altis toris*) in toris enim discumbebant. vt in Heroid. Et premitis pictos corpora Graia toros. Aut intelligas recumbere in toris, & habere ante se mensas epulis paratas. *Celantibus*) tegentibus. *Lino*) lineis linteis. *Fluminean vluam*) fluuialem aut palustrem herbam. Ex hac ergo strati erant tori, & linteis postea tecti. *Mensa*) quæ erant ante eos paratæ. *Nituere nunc dape*) tam allatis dapibus, & à splendidis dapibus nituere, dixit *Nunc posito lyæo*) mero illo veteri. G

Crater) quo bibebant. *Erat terra rubens*] erat crater fictilis ex creta rubra. *Pocula fagus erat*) Hoc dicit: Vinum afferebatur in vase ligneo, potabatur in cratere cretaceo. Confundit hæc poëta, vt pocula non pro crateribus ponat, cùm illa à potatione dicantur, vt ostendit Varro.

Verba fuere Iouis: Si quid fert impetus, ora,
Omne feres. placidi verba fuere senis.
** Chara fuit coniunx, prima mihi * chara iuuenta*
Cognita. nunc vbi sit quæritis? vrna tegit.
Huic ego iuratus vobis in verba vocatis,
Coniugio, dixi, sola fruere meo.
Et dixi, & seruo. sed enim diuersa voluntas
Est mihi: nec coniunx, sed pater esse volo.
Annuerant omnes, omnes ad terga iuuenci
Constiterant, pudor est vlteriora loqui.
Tunc super iniecta texere madentia terra.
Iámque decem menses, & puer ortus erat.
Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Oriona:
Perdidit antiquum littera prima sonum.
Creuerat immensum, comitem sibi Delia sumpsit:
Ille deæ custos, ille satelles erat.
Verba mouent iras non circunspecta deorum.
Quam nequeam, dixit, vincere, nulla fera est.
Scorpion immisit tellus: fuit impetus illi,
Curua gemellipara spicula ferre deæ.
Obstitit Orion: Latona nitentibus astris
Addidit, & meriti præmia, dixit, habe.
Sed quid & Orion, & cætera sidera mundo
Cedere festinant? nóxque coarctat iter?

ANTON. *Quicquid fert impetus opta*) Petere humanam cupiditatem impetum vocat, (vt ait Cic.) auidè semper aliquid expetans, non multum differt ab amentia. vnde illud est Iuuenal. Nos animorum Impulsu, & magna cæcáque cupidine ducti, Coniugium petimus, partúmq. vxoris *Et dixi, & seruo*) quia post vxoris interitum nullam vnquā C mulierem cognoui. *Diuersa voluntas est mihi*] cupio repugnantia, castitatem videlicet, & liberos. *Pudor est*] pudet referre, minxisse deos in corium bouis. Nota est fabula. *Madentia*] terga iuuenci lotio madida. *Littera prima*] Vult o literam in o conuersam fuisse, & ab vrina Vrionē dictum, & postea Orionem. quamuis quidam aliter censeant. *Creuit in D immensum*] Virg. Quam magnus Orion, Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna viam scindens. Hunc quidam volunt fuisse Neptuni filium, cui datum est super fluctus & aristas currere. *Cometem sibi Delia sumpsit*] Cum hac dea Orion factus venator, dum vellet concumbere, eius sagittis occisus est. Alij dicunt eum immisso scorpione periisse, & deorum miseratione in cœlum esse translatum. *Spicula ferre*] auferre. Voluit, inquit, scorpius Dianæ auferre spicula. *Cætera sydera*] &c. Adulatur Augusto, fingens cedere noctem diei, vt celebretur festum Martis Vltoris. Sed re vera noctes hoc tempore contractiores fiunt. Notandum autem, quòd cum Lemoria 7 idus mensis incipiant ce-E lebrari, eadémque triduum amplectantur, consequens est, vt 4. idus festum Martis Vltoris celebretur.

PAVL. *Verba fuere Iouis*] hæc Iupiter locutus est. *Ora*] orando à nobis posces. *Si quid fert impetus*) si quid cupis. De impetu superius diximus. *Verba senis placidi fuere*] hæc respondit benignus senex Hyreus. *Fuit mihi chara coniunx*) habui ego charam coniugem. *Cura mihi prima iuuenta*] amor mihi in ætate iuuenili. Nam cura pro amore interdum. Virg. Graui iamdudum saucia cura: hoc est, amore. In multis codicibus est, Prima mihi chara iuuenta. tunc sic intelligas: Chara quidem mihi, & cognita à principio iuuenilis ætatis. *Nunc quæritis vbi sit*] quasi si id quæritis. *Tegit vrna*) extincta & condita est in vrna. *Ego iuratus dixi hunc*] iureiurando id promisi. *Vocatis vo-F bis in verba*) cùm iuramento vos in testes vocassem. *Tu sola fruere coniuge meo*] tu vnica eris mihi coniunx *Et dixi hæc, & seruo*] quod promisi. *Sed enim mihi est voluntas diuersa*] sibi ipsi repugnans. *Nec volo esse coniunx*) nolo esse vir alterius vxoris. *Sed volo esse pater*] nolo coniugem, & filium volo. *Annuerant omnes*) nutu promisere se facturos quod ille volebat, vt & pater esset, & non coniunx. *Omnes constiterāt*) simul steterāt. *Ad terga iuuenci*] ad coriū bouis *Pudor est vlterius à loqui*] Non vult exprimere quid fecerint: minxerunt tamen in eo corio. *Tunc texere madentia*] ter-H ga scilicet: hoc est, coriū madidum vrina. *Terra iniecta*] nam humauerunt vtrem cum vrina. *Iamq. decem menses*] præterierant. *Et erat ortus puer*] decimo enim mēse natus est, velut ex humano partu. *Tunc Hyreus*] senex. *Quia sic genitus*] eo modo natus. *Vocat Vriona*] ab vrina. *Littera prima*] quæ erat u. *Perdidit antiquum sonum*] nam mutata in o, & dictus est Orion. I Sed Strabo ait, quia in Oræo oppido Eubœæ educatus est, appellatum Oriona. Hoc pacto natus dicitur Orion. Sed Hesiodus Neptuni filium dicit ex Euryale Minois filia: concessúmque illi, vt supra fluctus curreret, & supra aristas *Creuerat immēsū*) quia tam magnus erat, & re & nomine. *Delia*) Diana. *Sumpsit eum sibi comitem*) immò & plus quàm comitem: nam diligebat mirum in modum, & nu-K bera volebat illi. *Ille*) Orion. *Erat custos deæ*) ille erat satelles: erat comes, minister, & custos illius. *Verba non circumscripta*] non ponderata & examinata antequam proferantur, sed temerè prolata. *Mouent iras deorum*] nam indignantur dij, cùm homines aliquid cum insolentia dicūt. *Dixit*] Orion. *Nulla fera est, quam nequeam vincere*] Hoc enim protulit: Non potest tellus feram vllam gignere, quam ego non vincam. *Tellus immisit scorpion*) peperit Terra scorpionem, & in Orionem misit. *Fuit illi*] scorpioni. *Impetus*] cupido. *Ferre*] pro auferre. *Spicula curua*] sagittas hamatas. *Deæ gemelliparæ*] Dianæ, quæ vno eodem partu cum Phœbo nata est. *Orion obstitit*] scorpioni, & tamen ab eo interemptus est. *Latona*) Diana Latonæ filia. Sicut & Dionem pro Venere dici, superius ostendimus, nomen matris pro nomine filiæ. *Addidit astris nitentibus*] L cœlo locauit, & sideribus intulit. *Et dixit habe præmia meriti*] quia de me benemeritus es, habeas cœlum in mercedem laborum tuorum, & virtutis tuæ. *Sed quid & Orion*] Post occasum Orionis, & Vrsalem, festum Martis Vltoris: quod poëta videtur statim subdere occasui Orionis. Verùm non celebratur 6 cal. Mai. sed 4. eo enim die signatum est id festū, & in antiquis marmorib. & in vetustis codicibus, quo quidē die Cæs. Octauius cōsecrauit in foro à se extructo ædē Martis Vltoris: quā, vt Suet. inquit, pro vltione paterna bello Philippēsi vouerat. Ipse enim Cæs. & Antonius apud Philip. vario euētu cōtra Brutum & Cassium pugnauerunt, ita vt vtriusque dextra cornua vicerint, & castra quoque vtrinque ab his qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem

A fortunam partium mutâ quidem Cassij fecit, qui cùm in cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi consciuit. Altero deinde prælio victus M. Brutus, & ipse vitam finiuit, exorato Stratone fugæ comite, vt sibi gladium adigeret. Sed plura de his leges apud Plutarchum in Bruto & Ant. & apud Appianum, qui historiam omnem refert. Poëta pluribus versibus extollit & festum, & ædem ipsam, & Augustum. *Sed quid (& Orion, & cætera sidera)* eius sidera omnia. *Festinant*] properant. *Cedere mundo*] cœlo: vt diem tradant. *Et non coarctat etet*] coontrahit spatium, & se præcipitem agit, vt dies cedat.

Quid solito citius liquido iubar æquore tollit,
Candida lucifero præueniente dies?
Fallor? an arma sonant? non fallimur, arma sonabãt.
Mars venit, & veniens bellica signa dedit.
Vltor ad ipse suos cœlo descendit honores,
Templáque in Augusto conspicienda foro.
* *Est deus, est ingens & opus: debebat in vrbe*
Non aliter nati Mars habitare sui.
Digna giganteis hæc sunt delubra trophæis,
Hinc fera Gradiuum bella mouere decet.
Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset,
Seu quis ab occiduo sole domandus erit.
* *Prospicit armipotens operis fastigia summi,*
Et probat inuictos summa tenere deos.
† *Prospicit in foribus diuersæ tela figuræ,*
Armáque terrarum milite victa suo.
Hinc videt Aenean oneratum pondere charo,
Et tot Iuleæ nobilitatis auos.
Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem,
Claráque dispositis acta subesse viris.

ANTON. *Vltor*] E plurimis operibus quæ struxit Augustus, præcipua fuerũt (teste Suetonio) forum Augusti, & ædes Martis Vltoris: quem Ouidius alibi & magnum, & vltorem vocat. vt, Venerit in magni templum tua B Numina Martis, Stat Venus vltori iuncta viro ante fores. Magnum quidem dictum existimamus ob ædificij magnitudinem. vt, Digna giganteis sunt hæc delubra trophæis. Vltorem verò (vt idem Suetonius scribit) ideo dictum constat, quòd Augustus eam ædem vouerat bello Philippensi, C aduersus Brutum Cassiúmque suscepto, ad vlciscendam mortem Cæsaris patris. Ita sanxit, vt in ea de bellis triumphisque consuleretur senatus, & prouincias petituri cum imperio inde deducerentur: quique victores redissent, in eam insignia triumphorum inferrent. vbi quorundam barbarorum principes ab Augusto iurare coacti sunt, mansuros se in fide, ac pace quam peterent. Fuerunt in hoc templo scyphi è ferro dicati, vt autor est Plin. Item alia spectatu digna, adeò vt non immeritò inter præ- D cipua & ornatissima diui Augusti opera nominetur: sicut & eiusdem magnificentissimum, quod huic ædi proximum fuit. de quo Iuuenal. Palladium mi Beatidius meus ad Martis fuit huius aram. Eius fori extruendi causa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, nõ sufficientibus duobus (vt ait Sueton.) etiam tertio indigere. Itaq; festinantius publicatum est, necdum perfecta Martis æde. *Giganteis trophæis*] Sensus est: Tanta est huius templi magnitudo, vt non solùm dignum videatur insignibus triumphorum, quæ à victoribus eò inferuntur ex Augusti Cæsaris instituto: sed gigantum trophæis ac spolijs, quæ dij victores potuerunt è gigantibus reportare. Trophæum propriè quid sit, nemo ignorat. *Diuersæ tela figuræ*] quia erant ibi diuersarum gentium spolia, ac varia telorum genera. *Æneam*] effigiem Æneæ gerentis Anchisem, quem è flammis Troiæ ardentis eripuit. *Iliaden humeris ducis ar-* E *ma ferentem*] Romulum, à matre Ilia: qui Acronem Ceninensium ducem singulari prælio vicit, & spolia Ioui Feretrio consecrauit: quæ opima dicta sunt, vel ab opibus, vt Varroni placet, teste Plutarcho: vel ab opere rei gestæ. Est enim opus egregium & clarissimum, belli ducem parem sibi ducem superare. Festus Opem inquit esse Saturni cõiugem, hoc est Terram, quæ omnes opes humano generi tribuit. Vnde & opulentos dicimus, vt idem loquit, rebus terrestribus copiosos: & hostias opimas, præcipuè pingues. Item opima, magnifica & ampla spolia. De Feretrio Ioue diximus supra. Lege Liuium.

PAVL. *Quid dies candida*) serena. *Tollit*] attollit. *Liquido æquore*] ab Oceano orientis: vel à mari non turbido, sed vitreo, claro. *Iubar*] solis splendorem. *Citius solito*] quasi cur ita acceleret dies. *Præueniente lucifero*] stella Veneris, quæ prænunciat diem. *Fallor*] decipior ne? *An sonant arma*] F propter festum Martis, & ludos qui illi exhibentur. *Non fallimur, sonabant arma*] aduenientе armorum præside. *Venit Mars* ad festum & ludos suos. *Et veniens dedit bellica signa*] nam arma insonuerunt. *Ipse Vltor*] sub cognomine & titulo vltoris. *Descendit è cœlo ad suos honores*] ad sacrificia quæ sibi fiunt. *Et ad templa sui nomini consecrata*) Conspicienda, admiranda. *In foro Augusto*] quod Augustus ipse extruxit prope viam sacrã. G Et in 3. Trist. cùm de eodem loquatur: Paruit, & ducens, Hæc sunt fora Cæsaris, inquit. Hæc est à sacris quæ via nomen habet. Et cùm multa opera Augustus publica extruxisset, præcipua fuere forũ cum æde Martis vltoris, templum Apollinis in Palatio, & ædes Iouis Tonãtis. Sed fori extruendi, vt Tranquil. meminit, causa fuit hominum & iudiciorum multitudo: quæ videbatur ob H sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautúmque vt separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicum fierent. *Et deus est ingens*) & magnus deus est ipse Mars. *Et opus*) est etiam ingens. Nã magnum illi templum erectum, magnúmque erat illud forum. *Non aliter*) quàm in maximo ædificio. *Debebat Mars habitare in vrbe sui nati*) in vrbe Roma, quam I Romulus Martis filius condidit. *Hæc delubra*) templa. *Sunt digna trophæis giganteis*) spolijs gigantum: quasi Iouis & cæterorum deorum victoria de gigantibus parta, vbi illorũ spolia essent affixa. Et Lucan. Babylon spolianda trophæis Ausonijs. Sed trophæum à τροπῇ, quod est conuersio, dictũ. Nam qui hostes in fugã vertisset, trophæum erigebat, cum hostilibus spolijs. Sed de hoc aliàs. *Decet Gradiuum*) quasi decorum est Marti. *Mouere fera bella hinc*) ex hoc templo educere exercitum in aciem, ad inferenda hostib. bella. aut dicas decere ex eo templo auspicari bellum. *Seu quis impius*] sceleratus. *Lacesset*] prouocabit nos. *Ab orbe Eoo*] ab oriẽte. *Seu quis erit domandus ab sole occiduo*] ab occidẽte. Siue domandi sunt hostes, qui nos ab oriente prouocarint: seu qui sunt in occidente, quòd a fide Rom. desciuerint, ex hoc tẽ- K plo auspicanda sunt bella. *Armipotens*] Mars. *Prospicit fastigia summi operis*] summitatem excelsi templi. *Et probat deos inuictos tenere summa*) illud laudat, magna & inuicta numina habere summa templa, & in illis coli. *Prospicit in foribus*] ipsius templi. *Tela diuersæ figuræ*] nam vt erant diuersæ formæ, cultu, lingua, gentes deuictæ: ita & diuersa arma ab illis relata, & illius templi postibus affixa. *Et prospicit arma terrarum victa suo milite*] arma diuersarum gentium quæ à Rom. milite victa fuerant. *Hinc*] postea. *Videt Aenean*) Æneæ effigiem. *Oneratum charo põdere*] ferentem humeris patrem. *Et tot auos nobilitatis Iuleæ*] videt etiam in pictura tot claros viros de domo Iulea, Iulij pronepotes. *Hinc videt Iliaden*] Romulum ex Ilia natum. *Ferentem humeris arma ducis*] arma Acronis ducis Ceninensium, quem Romulus obtruncauerat, & spoliauerat. Eáque suspensa, fabricato ad id L aptè ferculo, vt Liuius inquit, gerens in Capitolium ascendit. Ibique cùm ea ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit templo Iouis fines, cognoméque addidit dei. Iuppiter feretrie, inquit, hæc tibi victor Romulus, rex regia arma fero: templúmque his regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico, sedem opimis spolijs, quæ regibus ducibúsque hostium cæsis, me autorem sequentes, posteri ferent, &c. Erat ergo Romulus ea arma referẽs in pictura. *Et videt clara acta*] fortia & illustria facta. *Subesse viris dispositis*] in ordine positis. Erant enim in eo templo effigies clarissimorum consulum & virorum fortium, cum inscriptione rerum quas fœlicissimè gessissent.

Spectat & Augusto pratextum nomine templum:
Et † visum est lecto Cæsare maius opus.
Vouerat hoc iuuenis tunc, cùm pia sustulit arma:
A tantis princeps incipiendus erat.
*Ille manus tendens * astanti milite iusto,*
In coniuratos talia dicta dedit:
Si mihi † pellendi pater est, Vestaque sacerdos
Autor, & vlcisci nomen vtrumque paro.
Mars ades, & satia scelerato sanguine ferrum,
Stetque fauor causa pro meliore tuus.
Templa feres, & me victore vocaberis vltor,
Vouerat, & fuso lætus ab hoste redit.
Nec satis est † meminisse sui cognomina Martis:
Persequitur Parthi signa retenta manu.
Gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis,
Et circumfusis inuia fluminibus.
Addiderant animos Crassorum funera genti,
Cùm perijt miles, signáque, duxque simul:
Signa decus belli Parthus Romana tenebat,
Romanaque aquilæ signifer hostis erat.
Isque pudor mansisset adhuc, nisi fortibus armis
Cæsaris Ausonia protegerentur opes.
Ille notas veteres, & longi dedecus æui
Sustulit: agnorunt signa recepta suos.
Quid tibi nunc solitæ mitti post terga sagittæ?
Quid loca? quid rapidi profuit vsus equi?

ANT. A *Lecto Cæsare maius opus*] cui inscriptum nomen Augusti Cæsaris, tribuit maiestatem. Hic & eius filij, nec non & familiares, item viri, & soror, adeò, vt Strabo meminit, ornando vrbi animum adiecerunt, vt ea in re superiorum penè omnium Romanorũ studia superarint. *A tantis princeps*] &c. A pietate, à rebus magnificè gestis, in vltionem patris principatum suum Augustus B debuit auspicari. Suetonius: Omnium bellorum initium & causam hinc assumpsit, nihil conuenientius ducens, quàm necem auunculi vindicari. *Nomen vtrumque*] patris & sacerdotis. Ipse alibi: Cæsque patentis Nos in bella suus fortissimus vltor habebit Item Facinúsque repellite, neve Cæde sacerdotis flammis extinguite Vestæ. Fuit Iulius Cæsar, vt di- C ctum est, pontifex max. Vnde Vestæ sacerdos dicitur. *Victo latus ab hoste redit*] Breuis & artificiosa narratio. Vbi enim exitus rei satis ostẽdit priora, debemus, vt Quintil. docet, hoc esse contenti, quo reliqua intelliguntur. *Nec satis est*] Vult martem Bisultorem cognominatum esse, quia Parthi Augusto cesserunt Armeniam vendicanti, reddideruntque signa militaria, quæ M. Crasso & M. Anton. ademerant. qua in re Cæsar plus fecit, vt inquit Iustinus, magnitudine nominis sui, quàm armis alius imperator facere D potuisset. De Parthorum motibus Lege Iustinum eundem. *Signa retenta*] vexilla quæ sublata sunt à Parthis ante ciuile bellum Cæsaris & Pompeij, in quo Parthi Pompeianarum partium fuere, propter Crassi necem, cuius filium in partibus Cæsaris esse audierant, quem vltorem patris victore Cæsare futurum nõ dubitabãt. Mors Crassi patris in colloquiũ vocati, & comprehensi, nec nõ & filii eius, nota est. Sed sublata sunt & iterum signa Romana, exercitu Antonij superato. *Campis*] vbi equites multum nocere consueuerunt. Vnde periti imperatores, cùm parum equitatu pollent, ad montes se conferunt. *Inuia fluminibus*] quia Parthos Euphrates, & alia flumina circumfusa, tuentur aduersus impetum hostium *Miles*] exercitus Crassi. *Notas veteres*] veterẽ ignominiam, qua Romani affecti sunt amissis vexillis. *Agnorunt signa recepta suos*] Inanimatæ rei dat sensum, more poetarum.

PAVL. *Spectat & templum prætextum Augusto nomine*] inscriptũ E & signatum sub titulo Cæsaris Augusti. *Et lecto Cæsare*] nomine Cæsaris. *Est visum maius opus*] quàm fuerit cæterorũ omnium *Vouerat hoc iuuenis*] Octauius princeps cùm iuuenis esset, hoc templum bello Philippensi vouit. *Tunc cùm sustulit arma pia*] & ob id pia: nam pro vltione patris.

Erat incipiendus princeps à tantis] quasi, ab his maximis rebus auspicari debebat principatum. *Ille*] Cæsar Octauius. *Tendens manus instanti milite iusto*] cùm instaret secum militia, quæ iusta arma gerebat pro vlciscenda morte Cæsaris. *Dedit talia dicta in coniuratos*] contra Brutum & Cassium, & complices. *Si*] modò *pater*] Cæsar, qui in filium me adoptauit. *Et Vesta sacerdos*] nam pontifex max. sic & sacerdos Vestæ. *Est autor mihi bellandi*] est causa, vt hæc ego bella geram. *Et paro vlcisci vtrumque nomen*] & patris, & F pontificis. quasi dicat, si propter hanc causam iusta bella gero. *Ades Mars*] & faueas mihi. *Et sanguine*] ferrum, arma nostra. *Sanguine scelerato*] sceleratorum parricidarum. *Et fauor tuus sit pro causa meliore*] sit pro nobis qui iustiora arma gerimus. *Feres templa*] voueo ego tibi templum. *Et me victore*] si ego ero victor. *Vocaberis Vltor*] nam statuã tibi templum sub titulo Martis Vltoris. *Vouerat*] hoc fuerat eius votum. *Et redit latus*] nam victor. *Ab hoste fuso*] quem in Philippis fudit. *Nec satis est Martem meruisse semel cognomina*] nõ fuit id satis Octauio Cæsari, Martem ob præstitum illi fa- G uorẽ semel Vltorem esse cognominatum. Sed rursus eu cognomine appellauit, cùm voluit vlcisci cladem illã à Parthis illatam. *Prosequitur signa retenta manu Parthi*] signa Romana Crassiana clade à Parthis sublata. Parthi autem, vt Trogus meminit, Scythæ fuere. & Scythica lingua, nomen hoc exules sonat. populi quidem sunt Persis finitimi, H vt Strab. placet. Plin. verò inquit: Ipsa Persia iãpridem in Parthorum translata nomen. Et alio loco: Persarũ regna, quæ nunc Parthorum sunt. Et Marcellinus Parthiam Persidos regionem dicit. Plin. regna Parthorum duodeuiginti esse refert. Hos autem qui primus Romanorum adoriretur, ac propulsaret, L. Sylla refertur. Post quem in eosdem L. Lucullus se accinxerat. Interrupit consilium Pompeius ad bellum Mithridaticum missus. Victóque I Mithridate, & in Asia prouincijs multis in potestatem Romani imperij redactis, cum iisdem fœdus fecit. Postea M. Crassus bellum Parthis illaturus, Euphratem fluuium transiuit, victúsque prælio: in quo & filius eius cecidit, cùm reliquias exercitus in collem recepisset. Euocatus in colloquiũ ab hostibus, vt de pace acturus, quorum dux erat Surenas, comprehensus & ne quid viuus pateretur, repugnans interemptus est, & ita periit. Tunc igitur Parthi Romana abstulere signa, & iterũ deuictis Antonij copijs. Sed postea imperãte Cæs. Augusto, mortuo in Syria Claudio eius nepote, Parthi signa militaria M. Crasso & M. Antonio quæ ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidésque insuper obtulerũt. Poëta igitur hæc scribit in Augusti laudem, cui reddita fuerint à Parthis signa. *Gens fuit*) fuere ipsi Parthi, & Persæ. *Et tuta* K *campis, & equis, & sagittis*] Plura dat Parthis, quibus ab externorum bellis tuti essent, equos, & vastam planiciem, quã facillimè equites tueri possent, & sagittas, quib. eminus arcere possent hostem. *Et inuia*) inaccessibilis. *Fluminibus circumfusis*) vt difficilis esset ad eos transitus, propter Euphratem, Tygrim, & alia ingentia flumina. Et de his apud Lucanum in 8. Phars. inquit: Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum, Caspiaque immensos seducunt claustra recessus, Et polus Assyrias alter noctésque diésque Vertit, & abruptum est nostro mare discolor vnda, Oceanúsque suus regnandi sola voluptas, Celsior in campis sonipes, & fortior arcus. Nec puer aut senior lethales tendere neruos Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta. His igitur quatuor rebus tuti erant. Accessit & illud: clades Crassiana, quo effecti sunt audiores. *Funera Crassorum*) M. Crassi patris, & L Publij Crassi filij, & legionum quæ cum his fuere. *Addiderant animos genti*] Parthis ipsis. *Cùm perijt miles*) exercitus ipse Romanus. *Et signa*) vexilla quæ fuera sublata. *Et simul dux*) ipse Crassus. *Parthus tenebat signa Romana*) aquilas & cætera vexilla. *Decus belli*) ornamentum Romanæ militiæ. *Et hostis erat signifer Romana aquila*. Parthus erat qui aquilam ferebat. *Et is pudor*) quasi hæc ignominia, quæ Romanis ruborem inijciebat. *Mansisset adhuc*) in hunc vsque diem. *Nisi opes Ausoniæ*) Italicæ. *Protegerentur*) defenderentur. *Armis Cæsaris*) nisi Cæsar Augustus Romanum imperium tueretur. *Ille*) Augustus. *Sustulit veteres notas*) veterem illam ignominiam. *Et dedecus longi æui*) infamiam longi temporis. nam coëgit Parthos reddere signa. *Recepta ergo signa*) quæ recuperata fuere ab Augusto

A Augusto. *Agnorunt suos*] Romanos scilicet milites. Et est Protopopeia, quando datur anima reb⁹ inanimatis. Aut per hypallagem intelligas, Romani agnorunt sua signa recuperata. *Quid tibi*] ô Parthe. *Quid profuere tibi sagitta solita mitti post terga*] quid profuit peritia iaculationis sagittarum, quas eques fugiens à tergo mittit? vnde illud dictum Fatalia tela veneno illita, quæ fugiens post terga reliquerit hostis. *Quid loca*] profuere scilicet quæ erant inaccessa.

Quid rapidi profuit Vsus equi?] quid iuuit illud quo plurimum valebas, hoc est ipse equus? nam in pugna pedites Parthi non valent, nec nisi in campis sese exercent. de quo etiam apud Lucan. Lentulus ita inquit: Sarmaticos inter campos, effusaque plano Tigridis arua solo, nulli superabilis hosti Libertate fugæ: sed non vbi terra tumebit, Aspera conscendes montis iuga: nec per opacas Bella geret tenebras in certo debilis arui.

Parthe refers aquilas, victos quoque porrigis arcus,
Pignora iam nostri nulla pudoris habes.
Rite deo templúmque datum, noménque Bisultor,
Emeritus voti debita soluit honor.
Solennes ludos Circi celebrate Quirites,
Non visa est fortem scena decere deum.
Pleiadas aspicies omnes, totúmque sororum
Agmen, vbi ante Idus nox erit vna super.
Tunc mihi non dubijs autoribus incipit æstas,
Et tepidi finem tempora veris habent.
Idibus ora prior stellantia tollere taurum
Indicat: huic signo fabula nota subest.
Præbuit vt taurus Tyriæ sua terga puellæ
Iuppiter, & falsa cornua fronte tulit:
Illa iubam dextra, læua retinebat amictus,
Et timor ipse noui causa decoris erat.
Aura sinus implet, flauos mouet aura capillos:
Sidoni sic fueras aspicienda Ioui.
Sæpe puellares subduxit ab æquore plantas,
Et metuit tactus assilientis aquæ.
Sæpe deus prudens tergum demittit in vndas,
Hæreat vt collo fortius illa suo.

ANTON. *Parthe refers aquilas*] Solo Augusti nomine territi signa reddiderunt: quamuis & arma non deerant. *Meritus honor*] quem meruit Mars, Augusto concessa victoria. B Et est sensus: Quia honor Marti debebatur, Cæsar vota persoluit. *Circum celebrate*] Non est Circum hoc loco nomen, & accusatiuus casus ab eo quod est Circus, sed aduerbiũ. Nam hoc dicit: Celebrate Quirites per vniuersam vrbem ludos die qua Marti ædes dicata est, ob Augusti victoriam, quia nunc visa est fortem C scena decere deum. Hoc est, in tanta vrbis lætitia, ludi non dedecent Martē, Romanæ gentis autorem. [Sed Circi legitur, non Circum. quæ et altera expositio melior, etiam ob collationem scenæ] *Pleiades aspicies*] &c. Sol hoc tempore penè in eo est, vt in Geminos introitum faciat. Vnde Pleiades, quarum suprà meminimus, pridie Idus Maias apparent, antequam Sol in ortum feratur, quarum exortum Plin. tradit Sole Tauri partem 25. obtinente sex diebus ante Maias Idus: quo tempore Columella quoque omnes inquit Vergilias apparere. Earum occasus paulo ante Idus Nouembris hye-D mem inchoat, teste Plinio, ortus verò æstatem. Itaque Vergiliæ dictæ sunt, autore Festo, quòd earum ortu ver finem facit. Vnde ait Propertius: O vtinam hybernæ duplicentur tempora brumæ, Et sit iners tardis nauita Vergiliis. Sunt autem vel in cauda Tauri, vt quibusdam placere dubium non est: vel ita positæ, vt ex earum positu, teste A. Gel. imago Tauri præter caput conformata videatur: vel ante genu Tauri, vt placet Seruio. cui illud astipulatur: Ac propter læuũ genus omni ea parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce videbis. Vbi notandum genus pro genu dictum, vt Priscianus docet. *Incipit æstas*] Si exortu Vergiliarum ver finem facit, necesse est vt æstas ab eo tempore sumat exordium: quam quidam diffiniunt eminentem terræ aërem, consotum, & calefactum solis ad septentrionē E cursu. Sciendũ, nonnullos non à veris fine, sed à verni temporis significatione, Vergiliis nomē inditũ existimare: quas & Pleiades dicimus, quòd primæ nauigationis tempus ostendāt. *Idibus ora prior stellantia tollere Taurũ Indicat*] Repetendũ est noctis nomē & est ordo: Nox prior Idib⁹ indicat Taurũ tollere ora stellãtia. Admonet antē tantùm hoc loco, videri apertius Tauri caput Idibus Maiis ante ortum Solis. Nam heliaci ortus sucularũ siue Hyadũ meminit suprà: vt, Pars Hyadũ toto de grege nulla latet. &, Ora micāt tauri septē radiantia flammis. Docet tamē Columella, suculas paulo post Idus huius mēsis, hoc est, 12. Cal. Iun. exoriri. Sane Taur⁹ oritur à clunibus, secundũ Manilium. vt, Aspice Taurũ Clunib. & Geminos pedibus, testudine Cancrũ, Surgere, *Fabula nota subest*] Si nota est, cur explicatur? obruendis enim, tametsi intelligo. *Tyria puella*] Europæ. Seneca in Hercule furēte: Hinc qua repētit vere laxantur dies Tyriæ per vndas vector Europæ nitet. F Eadem & Sidonis dicitur, à Sidone, quæ non plus quàm 200. stadiis distat à Tyro, vocatūrq; à Plinio Thebarũ Bœotiarum parens. Eam, vt inquit Iustinus, Tyrij condiderunt, quorum gens à Phœnicibus fluxit. Ii enim terræmotu vexati, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primò, mox mari proximum litus incoluerunt, condiderúntque vrbem, quam à piscium vbertate Sidona appellasunt. Piscem enim Phœnices Sidon vocant. Post G multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati, nauib. appulsi, Tyron vrbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. *Noui decoris*] vel magni, siue excellentis: vel reuera noui. *Subduxit ab æquore plantas*] Europa, non Iupiter.

PAVL. *Parthe refers aquilas*] Romana ad H Augustum signa. *Et porrigis victos arcus*] iam tu victus, supplex tua signa Cæsari Augusto porrigis. *Iam nulla habes pignora nostri pudoris*] non habes iam signa, aut aliud, quo erubescere possimus. *Ritè est datum templum deo*] ritè & meritò ædes est Marti consecrata. *Et nomen Bisultor*] meritò quoque bis est Vltor cognominatus: nam I Augustum iuuit in vltione paterna, & Parthorum iniuria vlciscenda. sic bis vltor & de parricidis, & de hostibus. *Et meritus honor*] qui ab Augusto Marti benemerito debebatur. *Soluit debita Vota*] nam quod vouerat Cæsar, templum Marti consecrauit. *Quirites celebrate ludos solennes*] qui quotannis Marti exhibentur. *Circo*] in Circo maximo. *Scena non est visa decere fortem deum*] scena, vbi leuia referuntur, & fabulæ recitantur, nō conuenit rebus Martiis: sed in Circo opus est nunc & equotũ cursu certare, & Martios ludos exhibere. Maior enim ratio erat Circēsium q̃ theatraliũ. Erant .n. illa grauiora spectacula *Pleiades aspicies*] Pridie Id. Maij Vergiliæ oriuntur. de his diximus in lib. 4 præterea æstatis est initium. & superius ea Florentino diximus, principium æstatis esse 8. Idus. *Tu aspicies omnes Pleiadas*] K quæ & Vergiliæ dictæ *Et totum agmen sororum*] omnia ipsa sidera. vt superiùs dictum: quæ septē dici, sex tamen esse lo-cot. *Vbi vna nox erit super*] id est, supererit. *Ante Idus*] hoc est, pridie Idus *Tunc*] eo tempore. *Incipit mihi æstas*] est æstatis initium. *Non dubijs autoribus*] certis autoribus. *Et tempora Veris tepidi habent finem*] est finis veris, cùm aër erat temperatus, & est principiũ æstatis, cùm aër incipit esse feruētior. *Idibus ora*] &c. Nocte Iduũ Mai. altius attollit Taurus, cùm sit cessurus Geminis. De Taur. o superiore egimus l. Poëta causam signi refert ad Europæ raptum, quòd imago Tauri fuerit cœlo locata, sicut nos quoq; suprà retulimus. licèt sint qui vaccam esse dicant, & ad Io referant. *Prior Idibus*] hoc est, nox quæ præcedit Idus *Indicat*] ostendit. *Taurum tollere*] attollere altius à sole in ortu *Ora stellantia*] stellis oris: quas suprà explicuimus. *Fabula nota*] quasi quam omnes norunt. *Subest huic signo*] ipsi Tauro: quia omnib notum qua ratione fuerit cœlo figuratus. *Taurus*] Iupiter in L taurum demutatus. *Vt præbuit terga sua*] cùm se mansuetum ostendens, procubuit ante puellam, deditq; illi terga equitanda Vnde Horat. Sic & Europæ niueum doloso Credidit tauro latus *Puella Tyria*] Europæ. à Tyro Phœniciæ: nam filia regis Agenoris. De quo latius in fine 2. lib. Met. *Et tenuit*] Iupiter. *Falsa* non vera. *Cornua fronte*] nam taurum se simulauerat. Verùm si historiam respicimus, habuit Iupiter taurum in puppi figuratum. De quo Lactant. loquens, ait: Rapuisse dicitur in aquila catamitum, Poëticus color est. sed vi per legionem rapuit, cuius insigne aquila est: aut nauis, in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam: sicut taurum figuratum, cùm rapuit &

Mars quoque, si nescis, per nostras editus artes,
Iuppiter hoc, vt adhuc nesciat, vsque precor.
Sancta Iouem Iuno, nata sine matre Minerua,
Officio doluit non eguisse suo.
Ibat vt Oceano quereretur facta mariti,
Restitit ad nostras fessa labore fores.
Quam simul aspexi, Quid te Saturnia, dixi,
Attulit? exposuit quem petat ipsa locum.
Addidit & causas, verbis solabar amicis:
Non, inquit, verbis cura leuanda mea est.
Si pater est factus neglecto coniugis vsu,
Iuppiter, & solus nomen vtrumque tenet.
Cur ego desperem fieri sine coniuge mater?
Et parere intacto, dummodo casta, viro?
Omnia tentabo latis medicamina terris,
Et freta, tartareos excutiámque sinus.
Vox erat in cursu, vultum dubitantis habebam:
Nescio quid nymphe posse videris, ait.
Ter volui promittere opem, ter lingua retenta est.
Ira Iouis magni causa timoris erat.
Fer precor auxilium, dixit, celabitur autor,
Et Stygiæ numen testificabor aquæ.
Quod petis, Oleniis, inquam, tibi missus ab aruis
Flos dabit: est hortis vnicus ille meis.
Qui dedit hunc, dixit: Sterilē quoque tange iuuencā,
Mater erit. tetigi. nec mora, mater erat.
Protinus hærentem decerpsi pollice florem:
* *Tangitur, & tacto concipit illa sinu.*
Iámque grauis Thracen, & læua Propontidos intrat:
Fitque potens voti, Mársque creatus erat.
Tunc memor accepti per me natalis, Habeto
Tu quoque Romulea, dixit, in vrbe locum.
Forsitan in teneris tantum mea regna coronis
Esse putes: tangit numen & arua meum.
Si bene floruerint segetes, erit area diues:
Si bene florucrint vinea, Bacchus erit.
Si bene floruerint oleæ, nitidissimus annus.
Poma quoque euentum temporis huius habent.
Flore semel læso, pereunt vitiaque fabaque:
Et pereunt lentes aduena Nile tuæ.
Vina quoque in magnis operosè condita cellis
Florent, & nebulæ dolia summa tegunt.
Mella meum munus: volucres ego mella daturas
Ad violam, & cytisos, & thyma cana voco.

ANTO. A *Mars quoque*) &c. Martem alij Iouis & Iunonis filium dicunt. Alij Iunonis tantùm, quā feruut tacto flore concepisse, & deinde peperisse Martem deum: quem quidam (autore Festo) Gradiuum dictom volunt, quòd è gramine ortus sit. Quod ideo fingitur, quia corona graminea in re militari multæ est honorationis. B Huic deo gramen consecratum dicunt, quòd id ex humano cruore procrescat. *Oceano*) apud Oceanum, qui est deorum parens. *Facta mariti*) qui Mineruam non ex Iunone, sed è suo vertice produxisset. *Solabar*) miniuebam dolorem. Id enim est solari. *Nomen vtrumque*] patris & matris. *Ter volui promittere opem*) Impar numerus fœlix est, vt C diximus. Id & quæ hic subiiciuntur, ostendunt. *Oleniis aruis*] ab vrbe Oleno. Ea est in Achaia, vt diximus suprà. Item in Bœotia, & alibi. Placet accipias Olenō Arcadiæ, propter florē moly herbæ. *Mater erat*] statim et rēca cōcepit, & peperit. *Thracē*] partē Scythiæ, vt nonnullis placet, hoc est Thraciā, quæ alit homines ferocissimos, à quib⁹ D Mars colitur. Vnde illud est in 3. Aen. Terra procul vastis colitur Mauortia cāpis, Thraces arant. *Læuamque Propontidos*] terrā quā Propontis alluit à læua, id est, Thraciā ipsam. Est autē Propontis, vbi mare pāditur inter Euxinum mare & Hellespontum. *Nitidissimus annus*] abundans oleo, quo vncti homines nudis corporibus nitēt. vt, Nudatósq; humeros oleo perfusa nitescit. E Hinc poëtę palæstrā nitidam dicunt. vt, More tuæ gentis, nitida dum nuda palæstra Ludis. &, Læte lyræ pulsu, nitida quoque læte palæstra. Athenienses primi nudi atque vncti oleo, in gymnasiis se exercuerunt, autore Thucydide. *Et pereunt lentes aduena Nile tuæ*] Ægyptias lentes dicit. Virg. de his in 1. Geor. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Duo apud Pelusiotas, siue Ægyptios huius leguminis genera sunt: alterum rotundius ac nigrius, alterum sua figura. Taurus philosophus Athenis accipiebat amicos cœna, vt scribit Aulus Gel. cuius fundamentum erat, in olla vna lentes Ægyptiæ, & cucurbitæ minutim cæsæ. Existimauit sanè antiquitas, æqui animi fieri homines, qui lentibus vescerentur. Vnde lentos dicimus, qui nullo mouentur affectu. *Vina quoque*] &c. Ipsa quoque vina in cellis vinariis condita florere dicuntur, cùm in summo velut flores gignuntur: qui si candidi fuerint, F probātur, teste Plinio. Hos autor nebulas vocat. *Cytisos*] frutices laudati pabulo ouium. Cæterùm vt Plin. tradit, fuerunt qui dicerent apes nunquam de flore cytisi pabula contingere: cum quibus non sentit Ouidius.

PAVL. *Mars quoque*] &c. Refert nunc, Martem sua arte natū. Nā cùm Iuno filios parere non posset, videretque Mineruā sine vsu matris è vertice Iouis natam, opē imploratura ad Oceanum & Tethyn ibat. Sed cū longo itinere ad Floræ fores consedisset, interrogata, viæ & mœstitię causam exposuit. Dedit illa illi florē: quo tacta, sine viri vsu grauida effecta est, & Martem peperit. Inde est, quòd gramine ortus dicatur, vt diximus in fine secundi. *Si nescis*] tu ô poeta. *Mars quoque est editus*] ex Iunone natus. *Per nostras artes*] id est, ex nostris floribus. *Precor*] ego. *Vt Iuppiter nesciat vsque hoc*] precor vt semper sit Ioui occultum. *Vt adhuc*] vt vsq; in hūc diem occultum est, sic nec in posterum rescire possit. *Iuno sancta doluit Iouem non eguisse suo officio*] non fuisse illi opus suo concubitu. H *Nata Minerua sine matre*] cùm nata esset Pallas sine vsu matris, ex vertice Iouis armata prosiliens, vt in tertio diximus. *Ibat*] Iuno. *Vt quereretur*] cum querela exponeret. *Oceano*] deorum parēti. *Facta mariti*] Iouis. *Fessa labore*] itineris. *Restitit ad nostras fores*] substitit ante ianuam ædium mearum. *Quam*] Iunonem. *Simul*] post- I quam *Aspexi, Dixi, O Saturnia, quid te attulit*] quæ causa te huc ad nos aducat? *Exposuit quem locum ipsa petat*] narrat quò eat. *Addidit & causam*] nam se ire ad Oceanum, vt de hoc Ioue quereretur. *Verbis solabar amicis*] quasi volebam eius dolorem lenire dulci sermone. *Inquit, Mea cura non est leuanda verbis*] dolor K hic meus non est sermone leniendus, sed re. *Si Iuppiter est factus pater, neglecto vsu coniugis*] si ex Ioue nata est Minerua, sine congressu vxoris. *Et solus tenet nomen vtrumque*] & patris & matris. *Cur ego desperem fieri mater sine coniuge*] si facile fuit Ioui parere filiam, cur ego diffidam mihi ipsi, velut parere non possim sine vsu viri, cùm facilius esse debeat fœminis, quàm maribus. *Et parere intacto viro*] sine vllo concubitu. *Dummodo casta*] seruata lege pudicitiæ. *Tentabo omnia medicamina latis terris*) experiar quicquid medicamēti est in terris. *Et freta*] & quic- L quid medicaminis erit in mari. *Et excutiam tartareos sinus*] paludes infernas. *Vox erat in cursu*] quasi prosequebatur illa sermonem. *Habebam vultum dubitantis*] vultu ego indicabā dubitare an illi responderem, cum opem præstare possem: at retinerē metu Iouis. *Ait, O nymphe, nescio quid videris posse*) nescio quid vultu indicas te posse prętare. *Ter volui promittere opē*) polliceri illi auxiliū, & dare medicamētū, quo parere posset. *Ter lingua retenta est*] cōtinui linguā, ne loquerer. *Ira Iouis magni erat causa timoris*] tacebā ego, q; Iouis irā timebā. *Fer precor auxiliū dixit*] affer opē tu Flora mihi. *Celabitur autor*] quasi nunquā rescire poterit, te mihi opē dedisse. *Testificabor numen aquæ Stygiæ*] iuro ego per Stygiam paludē, hoc semper fore occultū Ioui. De Styge aliàs dictū. *Inquam*] inquo ego. *Flos mihi missus ab aruis Oleniis*] dabit quod, petis flos aductus ab agris Oleni vrbis, de qua paulo

A superius, faciet te parere siue vsu viri. *Ille est vnum in hortis meis*] vnum tantummodo habeo, non plures. *Quis dedit hunc*] Zephyrus, qui mihi florem illum tribuit, dixit.

Contingo sterilem iuuencam, erit mater] tanta est in hoc flore vis, vt si sterilem iuuencam tangas, subitò erit grauida, & pariet. *Tetigi*] ego iuuencam sterilem. *Nec mora, erat mater*] iam mox grauida peperit. *Protinus decerpsi pollice florem hærentem*] statim truncaui florem vnguibus, suo stipiti inhærentem. *Tangitur*] Iuno eo flore. *Illa concepit sinu intacto*] concepit vtero pudico, non ab aliis tacto. aut concepit in vtero, quem eo flore tetigerat. *Iamque grauis*] grauida.

Ibat Thracen] in Thraciam. *Et lænam Propontidos*] ad sinistram Propontidis. quod mare illud est inter Hellespontum & pontum Euxinum, & à sinistra Thraciam abluit. *Fitque*

B *potens voti*] peperit siue vsu viri: sic fuit voti compos. *Et Mars erat creatus*] natus in Thracia sine viri semine. Ideo & Thraciæ præsidet. Virgil. Gradiuúmque patrem, Geticis qui præsidet aruis. *Tum*] postea. *Memor accepti per me natalis*] lōgè pòst Mars memor beneficij, quod mea ope nactus erat.

Habeto, dixit, tu quoque locum in Vrbe Romulea] quasi celebreris tu quoq. Romæ, & templum tibi consecretur. *Forsitan in teneris*] &c. Non modò est mihi data potestas in flores, vnde serta & coronæ fiunt: sed in arbores quoque & in segetes: quæ si bene floruerint, fertilitatem pollicentur. A floribus enim prognostica ipsa captantur. vt Maro quoque ostendit de amygdalorum floribus, & tenellis fœtibus, in 1. Geor. Contemplator item cùm nux se plurima syluis Induet in florem, & ramos curuabit olentes Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur, Magnáque cum magno veniet

C tritura calore, &c. *Putes tu forsitan esse tantùm mea regna*] existimes fortè tu, tantummodo me habere ius *In teneris coronis*] ex tenellis floribus connexis. *Numen meum tangit & arua*] iam & in aruis quoque habeo potestatem. *Si bene floruerint segetes*] si copiosè & tempestiuè floruerint. *Erit area diues*] nam magna erit tritura, & magna frugum copia. *Si vinea bene*] copiosè & tempestiuè floruerit. *Erit Bacchus*] erit vini etiam copia ingēs. *Si olea bene floruerint, erit annus nitidissimus*] erit magna quoq. olei copia. Nitidissimus dixit, respectu eorum quę oleo perunguntur. nam peruocta nitēt. *Poma quoque habent euentum temporis huius*] habēt & poma fortunam verno tempore, cùm florent. quòd si bene floruerint, fertilitatem pollicentur. *Flore semel læso*] si pruina corrumpet, aut peruret, aut venti decutient flores. *Pereunt viciaque fabaque*] fruges & legumina tam vtilia, quam noxia G pereunt. Viciæ dictæ (vt aliqui volunt) quòd frumenta vincient. & tamen Plinius ea pinguescere arua asserit. De fabis plura diximus in Georgicis. *Et pereunt ô Nile aduena*] quæ aliunde aduecta in Aegyptum. *Tua lentes*] quasi pereunt etiā lentes Aegyptiæ. Nā duo genera lentis (vt Plin. inquit) Aegypto, alterū rotundius nigriúsq., alterū sua figura. Vnde vario vsu trāslatū est in lēticulas nomē. *Vina quoq. e op*] cū artificio cōposita. *In magnis cellis*] in magnis doliis. *Florent*] supernè florere videntur *Et nebula*, q. instar nebulæ fit in superficie *Dolia summa petunt*] summitatem vasorum, vbi cōdita erunt vina Et Plin. florem vini candidum probari dicit: rubentē trist. signum esse, si non is vini calor sit. *Mella meum munus*] quia e floribus, qui sunt mei iuris, decerpuntur *Ego voco volucres datura mella*] apes, quæ mella in aluearijs componunt. *Voco ad violam*] Specie pro genere posuit: nā ad flores De violis diximus *Et cytisos*] Fruticē esse cytisū inquit Plinius, ab Amphilocho Atheniensi summis laudib⁹ prædicatū, pabulo ouiū. Et addit: Non ex alio pabulo lactis maior copia, aut melior, super omnia pecudum medicina, a morb⁹ omni vsu præstāte. Apes quoq. nunquā de flore cytisi pabula cōtingere promittit Democritus & Aristomachus. Ex quo miror poëtā dixisse, ad cytisos apes vocari. Hic frutex (vt Plinius inquit) inuentus est in Cytno insula. inde translatus in omnes Cycladas, mox in Græcas vrbes, cafci magno prouentu: rarúsq. est in Italia *Et thyma grata*] De thymo, superiore libro diximus.

Nos quoque idē facimus, tunc cùm iuuenilibus annis
Luxuriant animi, corporáque ipsa vigent.
Talia dicentem tacitus mirabar. at illa,
Ius tibi dicendi, si qua requiris, ait.
Dic dea, respondi, ludorum quæ sit origo?
Vix bene desieram, retulit illa mihi.
Cætera luxuria nondum instrumenta vigebant,
Aut pecus, aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est,
Sed iam de vetito quisque parabat opes.
Venerat in morem populi depascere saltus.
Idque diu licuit, pœnáque nulla fuit.
Vindice seruabat nullo sua publica vulgus,
Iámque in priuato pascere inertis erat.
Plebis ad Aediles perducta licentia talis
Publicios, animus defuit antè viris.
Rem populus recipit. mulctam subière nocentes,
Vindicibus laudi publica cura fuit.

ANTON. *Nos quoque idem facimus*] iuuenal. Festinat enim decurrere velox Flosculus. Cicero in Catone maiore, Temeritas est videlicet florentis ætatis. *Ludorum quæ sit origo*] E parte mulctæ, qua plectebantur qui pecora in publicis saltibus pa-

D uissent, Florales ludos institutos dicit. *Cætera luxuriæ instrumenta*] vt aurum, argentum, balnea, vnguenta. *Hinc etiam locuples*] à locorum possessionibus dicti sunt locupletes, vt à pecore pecuniosi. Maiorum enim diuitiæ aut locis, id est, agris constabant, aut pecore. Vnde locupletes dicti sunt, quasi locis, .i. agris pleni. Et pecunia à pecore nomen accepit.

E sicut & peculatus, quem docet Festus dictum à pecore, tunc cùm Romani nihil præter pecora haberent. Vnde peculij nomen deductum Seruius putat, qui ab eo vult pecuniam deriuari. Plin. signatum æs fuisse tradit, nota pecudum, atq; inde pecuniam appellatam: cuius nomine non solùm æs, argentum, aut simile signatum, sed & omnia corpora continentur, quorum æstimationem metimur nummo. Hinc illud est Varronis, quòd in pecore pecunia tunc consistebat. Et illud Donati in alia significatione, sic: Veteres multa vocatim, cùm expensa pecunia ferretur more veterum, non vt nunc annumeraretur. Apud maiores pecunia sacrificium fieri dicebatur, quòd ea his rebus constabat, quam nunc pecuniam dicimus, teste Festo: qui & scribit id quod diximus apud antiquos, opes & patrimonia ea pecoribus præcipuè constitisse, & inde dici pecunias & peculia *Populi de-*

F *pascere saltus*] publicos saltus., non priuatos. *Vindice nullo*] nullo defendente, vel asciscente populo Rom. quod erat publicum, non priuatum. Vindicare interdum est asciscere, vel defendere. *In priuato pascere inertis erat*] is iners habebatur, cuius pecora non in publico pascerentur. Vnde cùm Publicijs ædilib. plebis mandatum esset, afficerent pœna quicunque populi Rom. saltus depascerent, & ij timidius

mādata exequerētur, popul⁹ cōtingentes mulctā subire, cuius pars in Floræ ludos collata est. *Mulctā subiere nocentes*] Mulcta Osce pœna dicitur, autore Festo: fuitque olim non nisi ouium, boúmq; impendio, teste Plinio. Sunt qui mulctam specialis peccati animaduersionem vocent, ac pœnam velint esse generale nomen. De mulcta mox plura dicemus. *Vindicibus*] Publicij fuerunt ædiles plebis: quorum muneris erat, ludos instituere. Ab his Publicius cliuus nomen accepit. Varro: Cliuus publicius, ab ædilibus plebeij publicis, qui eum publicè ædificarunt Sunt qui legant, Ab ædibus plebei. quod procedere vllo modo non potest, cùm subiiciat Varro: Simili de causa Publius & Costonius, quòd ab his viris dicuntur ædificati. Sed de hoc satis suprà dictum est. Vindices aut non Publicios, sed eos qui in populo curam vtilitatis publicæ susceperunt.

PAVL. *Nos quoque idem facimus*] nos etiam id flores vocamus ætate iuuenili. *Tunc cùm annis*] nostri. *Luxuriant*] lasciuiunt. *Annis iuuenilibus*, per ipsam iuuentam. *Cùm ipsa corpora vigent*] ob feruorem sanguinis in iuuenta. *Talia dicentem tacitus mirabar*] ego intentus verbis illius, silens, cum admiratione deam intuebar *At illa ait, Si qua requiris*] si quid requirere vis *Ius tibi dicendi*) potestas tibi est loquendi, & requirendi quæ voles. *Respondi, Dic dea, quæ sit origo ludorum*] vnde Florales ludi originem habuerint. *Vix bene desieram*] loqui scilicet. *Illa retulit mihi*: *Cætera luxuria*] &c. Inquit Flora, habuiss. ludos originem à pœna pecuniaria exacta ab illis, qui publicis pascuis non pepercerant cùm olim non essent diuitiæ in preciosis mercibus, sed in agris, & in pecoribus. Cuius verò pecus in saltibus populi depastum esset, pecunia mulctabantur: & ea parte mulctę exhibiti sunt Florales ludi *Nondum vigebant cætera instrumenta luxuriæ*] nondum vigebant alia instrumenta, quibus magna iecū cu-

pia cōpararetur & profunderetur: quia nōdū erat copia auri & argenti, quæ ad luxuriam pertinent. Instrumentū inquit Vlp. esse apparatum rerum diutius mansurarū. *Diues*] qui eo tempore diues habebatur. *Aut habebat pecus, aut latam humum*] non possidebat aurum, aut argentum, sed pecudes, & latos agros. *Hinc etiam locuples*] à lata humo, hoc est, à locis, dictus est locuples. Et Plin. inquit: Hinc & locupletes dicebant loci, hoc est, agri plenos. *Hinc ipsa pecunia dicta est*] Et Plin. Pecunia ipsa à pecore appellabatur. Videtur quidē totū hunc locum à poëta accepisse. Et illud postea subdit, quod in primo diximus. Seruius rex, ouium boūmq; effigie primus æra signauit. *Sed iam quisque parabat opes de vetito*] de eo quod suum non erat, diuitias sibi parabat. *Venerat in morem*] iam id in cōsuetudinē versum. *Depascere saltus populi*] nemora, mōtes & pascua, quæ populi erant, & non priuata. *Et id diu latuit*] quia ad populum non referebatur. *Et nulla pœna fuit*) quia nemo mulctabatur. *Vulgus*] populus ipse. *Seruabat sua publica nullo vindice*] nullo qui vlcisceretur dānū pabulis inferentem, aut nullo qui tunc rem populi vindicaret. *Sua publica*] dicit, quia ea illis pascuis erat populi reditus. Et postea ad alia quoque translatum verbum. Vnde & Plin. inquit: Etiamnum in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. *Etiam inertis erat*] quasi pertinere ad segnem & inertem videbatur. *Pascere in priuato*] in loco proprio, & non publico. *Talis licentia plebis*] hæc licentia, qua abutebantur plebeij homines in depascendis saltibus publicis. *Perducta*] relata est. *Ad ædiles publicios*] qui publica procurabant. Ædiles creatæ à patribus plebs impetrauit, vbi è Sacro monte rediit, qui essent post tribunitiam potestatem, & sacras & priuatas ædes procurarent, præessentque annonæ. & à solio eburno Curules dicti sunt & duo ea his ornati regiis insignibus, curam sacrorum & ludorum habebant. Curulium ædilium adeò creuit aliquando potestas, vt ad eos summa rerum, & imperij consularis maiestas veniret. Verùm, vt est apud Pomp. Iurisc. de Origine iuris, ædiles duo ex plebe constituti erant: atque ita appellati, quòd ædibus præessent, in quibus omnia scita sua plebs defendebat, &c. *Animus defuit antè vetus*] non audebant olim ædiles plectere aliquem ex illis. *Rem populus recepit*] accepit populus suam ipse causam agendam, vt eos plecteret, quorum quadrupes pauperiem fecisse dicebatur. *Nocentes subiere mulctam*] dedêre pœnam. Osci enim mulctam pœnam dicebant, Pomponio teste. Sed Vlp. inquit: Mulctam inter & pœnam multum interest, cùm pœna generale sit nomen, omnium delictorum punitio: mulcta specialis peccati, cuius animaduersio hodie est pecuniaria: pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis & existimationis irrogari solet. Et mulcta quidem ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit: pœna autem non irrogatur, nisi quæ lege, vel quoquo alio iure specialiter huic delicto imposita est, quinimmò mulcta ibi dicitur, vbi specialis pœna non est à lege imposita. Item Mulctam is dicere potest, cui adiudicatio est. Magistratus enim solos, & præsides prouinciarum posse mulctam dicere, mandatis permissum est. Pœnam autem quisque irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit. Hæc ille. Plin. verò inquit: Mulctatio quoque non nisi ouium boúmque impendio dicebatur. *Publica cura fuit laudi vindicibus*] laudati sunt illi, qui gerentes curā publicā, rem populi populo vendicarunt.

ANTON. *Mulcta data est ex parte mihi*) Mulctatitiæ pecuniæ pars in Floræ ludos collata est, pars in cliuum publicium: vt is qui erat nimium arduus, molliorē adeuntibus præberet ascensum, ac sterneretur. Hunc nonnulli tradiderunt protendi ad Sublicium pontem: quod non cōstat. Ceterùm ludi Floræ non in hoc cliuo, sed in alio aliquando celebrabātur, quem Varro proximum vocat: qui cùm Publij & Cosconij meminisset, Cliuus, inquit, proximus ad Florales visus. Non prætereundum hoc loco, quod scribunt Plin. & Plutar. mulctam legum antiquarum (vt nos etiam suprà tetigimus) pecore cōstitisse: & cùm nummorum vsus apud Romanos nondum frequens esset, consueuisse plecti sontes bobus ouibúsque. Fuit autem mulcta, quæ appellabatur suprema, instituta in singulos dies, vt Aul. Gel. tradit, duarum ouium, ac triginta boum: vltra quem numerum mulctam dicere in dies singulos ius non erat: & propterea suprema, id est, summa & maxima appellabatur, nam minima erat vnius ouis. Sed quoniam eiusmodi mulcta à magistratib. dicta, adigebantur boues ouésque, aliàs pretij parui, aliàs maioris. idcirco postea lege Ateria constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues æris centeni. Hinc Festus: Maximam, inquit, mulctā dixerunt trium millium & viginti assium: quòd non licebat quondam plurib. viginti bobus, & duabus ouibus quenquā mulctari: æstimabatúrque bos centussibus, ouis decussibus. *Parte locant cliuum*] Cauendum ne legamus, Parte locant cliui: credentes locatum, id est, constitutum fuisse aliquid in cliuo publicio, quod ad Floram attineat. Quod si esset, non mulctæ pars, sed omnis pecunia mulctatitia contigisset Floræ: quod procedere vllo modo non potest. Legendum est sanè, Parte locant cliuum. Est enim hîc locare, conducenti præscribere aliquid faciendum non constituere. vt, Alta theatri Fundamenta locant. *Annua credid*] &c. Ludi Florales ab initio anniuersarij non fuerunt, sed tales postea constituti sunt, Lenate Posthumióque consulibus: cùm indignata florum dea deseruisset officium suum, & corruptis floribus, fructus quoque perierint & arborum & herbarum. *Nos quoque sicut & homines*] quorum artes honos alit, vt autor est Cicero. *Hostia blanda*] cuius honore & sacrificio diis blandientes, meremur admissi veniam. *Iustum modum*) quia contempti dij supra modū irascuntur, si credere fas est.

Mulcta data est ex parte mihi, magnóque fauore
Victores ludos instituêre nouos.
*Parte locant * cliui, qui tunc erat ardua rupes:*
Vtile nunc iter est, Publiciúmque vocant.
Annua credideram spectacula facta, negauit,
Addidit & dictis altera verba suis.
Nos quoque tangit honos: festis gaudemus, & aris:
Turbáque cœlestes ambitiosa sumus.
Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos,
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iouem vidi, cùm iam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.
At si negligimur, magnis iniuria pœnis
Soluitur, & iustum præterit illa modum.

Mulcta ex parte est data mihi) pœna illa ex parte erogata est ad exhibendos mihi ludos. *Et magno fauore*) senatus scilicet, & pop. Rom. *Victores*] illi qui exegerant à delinquentibus mulctam: aut victores Romani. *Instituere ludos nouos*] quia tum primùm instituti sunt mihi ludi. *Parte locant cliui*] quasi locarunt circum aut theatrum pro meis ludis, in parte cliui Capitolini scilicet. Sed plures erant cliui, vt diximus in 1. lib. *Qui*] cliuus. *Tunc erat rupes ardua*] alta & difficilis ascensu. *Nunc est iter vtile*] quia commodum omnibus. *Et vocant Publicium*] Publicius cliuus, vt ait Var. ab ædilib. publicis, qui eum publicè ædificarunt. Simili de causa Publius & Cosconius cliui, quòd ab his viris dicuntur ædificati. Cliuus proximus ad Florales visus, versus Capitolium vetus. Ergo sub cliuo ludi fiebant. Sūt tamen qui intelligendum censent illud, Parte locant cliui, quòd ex parte mulctæ facti sunt ludi, & ex parte ædificatus est ille cliuus. *Annua credideram spectacula facta*) putaueram ego annuos ludos illi institutos, hoc est, singulis annis. Ita enim annuum accipimus. Et in iure est, si quis annua legata reliquerit, deberi illa ab hæredibus singulis annis. *Negauit*) dea, annuos ludos exhibitos. *Et addidit altera verba verbis suis*] quia rursus loqui cœpit. *Nos quoque*) &c. Nunc aliud arguit dea, numina studiosa esse honoris, & flecti muneribus, & pietate hominum, & spernentes deos grauibus affici suppliciis: quod arguitur plurimorum exemplo. Si cùm ea spreta esset à Romanis, indignata flores abstulit: ita vt nec in agro nudo, nec ex agro consito, nec ex agro pascuo, nec ex florido fructus prouenirent. tunc senatus, si omnia bene floruissent, annuos mihi ludos vouit. reddidimus flores, & à Posthumio & Lenate cōsulibus ludi sunt mihi persoluti. *Nos quoque*] deos. *Tangit honor*) quia & nos dij sumus honoris cupidi. *Gaudemus festis*) diebus festis nobis constitutis. *Et aris*] templis & sacrificiis. *Turbaque cœlestes*] nos dij. *Sumus turba ambitiosa*) honoris cupida. *Sæpe aliquis peccando*) cùm peccaret. *Fecit deos iniquos*) non æquos, non propitios sibi, sed eos ad iram prouocauit. *Et pro delictis*) pro impetranda delictorum venia. *Hostia fuit blanda*) quasi tanquam blanditiis allexit deus ad veniam: nam sedata est ira sacrificio. *Sæpe vidi Iouem thure dato*] quasi oblato illi sacrificio, & cremato thure. *Sustinuisse*] conti-

continuisse manum. *Cùm iam vellet mittere sua fulmina*) cùm in aliquem delinquentem iratus, esset emissurus sua tela, continuit manum, motus illius pietate, cùm post delicta ipsi Ioui sacrificaret. *At si negligimus*] si spernimus à mortalibus. *Soluitur iniuria*] quasi plectuntur spernentes pro iniuria nobis illata. *Magnus*] grauissimis. *Pœnâ*] quia grauissimo supplicio afficiuntur. *Et ira*] deorum scilicet. *Praterit*] excedit. *Iustum modum*] quia nimium irascimur.

ANTON. *Thestiaden*] Meleagrum, à Thestio auo materno, hoc est patre Altheæ. Nota est fabula. Ipse alibi: Vtque cremasse suum ferent sub stipite natum Thestias, & melius matre fuisse soror. *Phœbes*) Dianæ: quam Oeneus præterijt, cùm diis omnibus sacra faceret. Vnde Meleager eius filius vna cum fatali stipite consumptus est. *Respice Tantaliden*] Agamemnonem, qui dictus est Atrei filius ex Merope. Atrei autem pater est Pelops, Pelopis Tantalus. Ouid. alibi: Tantalides omnes, ipsúmque regebat Achillem. Hic pars militiæ dux erat, ille ducum. Sed vt placet Seruio, vsurpatiuè Agamemnō & Menelaus Atridæ dicti sunt, cùm fuerint Plisthenis filij: quorum Agamemnon, cùm Dianæ ceruam occidisset ignarus, illa irata, ventorū flatus remouit, vt diximus suprà. vnde adducta est Iphigenia Agamemnonis filia, vt immolaretur. Ipse autem postea ab vxore Clytęmnestra dicitur interemptus. Is post interitum Plisthenis ab Atreo educatus est. vnde

Respice Thestiaden, flammis absentibus arsit:
Causa est, quòd Phœbes ara sine igne fuit.
*Respice Tantaliden, eadem dea * vela tenebat:*
Virgo est, & spretos bis tamen vlta focos.
Hippolyte infœlix velles coluisse Dionem,
Cùm consternatis diripereris equis.
Longa referre mora est collecta obliuia damnis.
Me quoque Romani præteriere patres.
Quid facerem? per quod fierem manifesta doloris?
Exigerent nostræ qualia damna notæ?
Excidit officium triste mihi: nulla tuebar
Rura, nec in precio fertilis hortus erat.
Lilia deciderant, violas arere videres,
Filáque punicei languida facta croci.
Sæpe mihi Zephyrus, Dotes corrumpere noli
Ipsa tuas, dixit. dos mihi vilis erat.
Florebant oleæ, venti nocuere proterui:
Florebant segetes, grandine læsa seges.
In spe vitis erat, cœlum nigrescit ab austris,
Et subita frondes decutiuntur aqua.
Nec volui fieri, nec sum crudelis in ira:
Cura repellendi sed mihi nulla fuit.
Conuenere patres, & si bene floreat annus,
Numinibus nostris annua festa vouent.
Annuimus † voto: Consul cum Consule ludos
Posthumio Lænas persoluere mihi.
Quærere conabar quare lasciuia maior

Niobe: quæ duodecim filiorum numero tumida, superiorem se Latona iactabat, quæ duos tantùm pepererat, cùm ipsa tantum peperisset. Indignati Phœbus & Phœbe, sobolem extinxerunt, & illa in saxum versa est. *Hippolyte infœlix, velles coluisse Dionem*] Venerem, Diones filiam. *Cùm diriperetis*] discerperetis. *Equis consternatis*] metu monstri ad fugam concitatis. De Hippolyto diximus in tertio. Nunc hoc dicit: Tu voluisses colere Venerem, & vt debuisses, amanti puellæ obsequi. quod si fecisses, non fuisses ab equis discerptus. Consternatio, vt Pompōnius inquit, est concitatio quædam subita ex aliquo metu, à sternutamento deducta, quòd eo toto corpore concutimur. *Longa referre mora est*] longum esset recensere. *Obliuia hominum*] cùm obliuiscuntur debitarum immolationum. *Collecta damnis*] damna mortalium, & dementiorum pœnas. *Me quoque præteriere*] silentio scilicet. *Romani patres*] senatores. *Quid facerem*) facere debuissem. *Per quod fierem manifesta doloris*] quasi per quod me illud ægrè ferre, liquidò constaret. *Qualia damna exigerent*] exigere debeant. *Nostra notæ*] dedecus & ignominia: qua notata eram, cùm essem sine ludis & sacrificio. *Excidit officium triste mihi*] quasi ego mœsta ab officio vacaui. *Nulla rura tuebar*) nullos fouebam agros. sic & nulli florebant, aut intempestiuè deflorebāt. *Nec in precio erat hortus fertilis*] vbi solet esse florum copia, iam infœcundi, quos non tuebar, horti nō florebant. *Lilia deciderant*] quia malè defloruerant: aut statim erumpentes flores necabantur. *Videres violas arere*] quasi subitò natas arescere. *Et fila croci purpurei facta languida*) defecta & dissoluta. Nam & languor interdum defectionem & dissolutionē significat teste Nonio. Vnde Verg. Purpureus veluti cùm flos succisus aratro Languescit moriens. *Sæpe Zephyrus*) vir meus, dixit mihi. *Noli corrumpere dotes tuas*] flores ipsos, & floridos agros, qui tibi dati loco dotis. *Dos mihi vilis erat*) viles erāt horti & flores, in quos acrius sæuiebam. *Florebant oleæ*) emittebant flores. *Venti proterui nocuere*] nam eos ex arboribus decussere, & sic malè defloruerunt. *Florebant segetes*] fruges ipsæ cùm in herbis essent, flores edebant. *Seges est læsa grandine*) nam flores decussit, & fructum non reddidit. *Vitis erat in spe*) amissis intempestiuè segetibus, & oleis, supererat spes vinearum. *Cœlum nigrescit*) fit nubilum. *Austris*) meridionalibus ventis & pluuiam inferentibus. *Et frondes*) vitium. *Excutiuntur subita aqua*] subitis nimbis. *Nec volui fieri crudelis*) nec ita volui fieri crudelis licèt irata essem, tamen meopte ingenio neque crudelis sum, neque esse volui. Ego enim illa noxia agris indicabam: sed cùm venirent, non auertebam. idem loquit, *Sed mihi nulla fuit cura repellendi*) non adhibebam curam in repellendis noxijs, sed patiebar ita fieri.

à patruo nomine Atrides magis, quàm à patre Plisthenides dicitur. Fuerūt sanè Pelopis filij Atreus, Plisthenes, & Thyestes, & eorum soror Lysidice. *Eadem dea vela tenebat*] in Aulide retenta sunt vela Græcorum. *Virgo est*, &c. Sensus est: Diana quidem est Virgo, & clemens esse debuit: bis tamen vltra modum vlta est acceptam iniuriam, morte Meleagri, & Iphigeniæ sacrificio: cùm Agamemnon, quam focis & re diuina debuit venerari, neglexisset, cerua interempta. *Dionem*] Venerem: quæ irata Hippolyto, à quo spernebatur, iniecit stimulos amoris Phædræ. vnde ille ab equis discerptus est. *Consternatis*] territis. Consternamur animo, cōsternimur corpore. *Collecta obliuia damnis*] figuratè. hoc est, damna collecta ex obliuione deorum, atque contemptu. *Nostra notæ*] ignominiæ, quam spreta omissis ludis acceperam. *Excidit officium triste mihi*] corrupti sunt flores sola deæ tristitia. *Purpurei croci*] Masculino genere crocum dicimus, florem significantes. *Venti nocuere*] qui flores oleis abstulerunt. *Nec volui fieri*] ne cadere videatur crudelitas in placidissimam deam. Hinc est quod ait suprà, Excidit officium triste mihi. quod casus fuit, non voluntatis. *Conuenere patres*] Senatus vouit tunc Floræ annuos ludos, si herbę & arbores bene florerēt. quod cùm euenisset, Lenas & Posthumius consules vota soluerunt.

PAVL. *Respice Thestiaden*] Meleagrum, Thestij ex Althea matre nepotem. *Arsit flammis ardentibus*] Nota est fabula apri Calydonij, Ætoliæ à Diana immissi, quòd ei Oeneus rex Meleagri pater non sacrificauerat. Aper à Meleagro occisus est, & datum amicę spolium, cùm ab auunculis illi ereptum esset, auunculos & ipse interemit. Althea mater promior animo in fratres, quàm in filium, stipitem diu seruatum, in quo erat filij fatum, flammis iniecit: & eo ardente, arsit infœlix Meleager. *Causa est quòd ara Phœbes*] ara Dianæ. *Fuit sine igne*] sine sacrificio. *Respice Tantaliden*] Niobem Tantali filiam. *Eadem dea*] Diana. *Tenebat tela*] sagittas: quibus confodit & extinxit numerosam illius sobolem. *Virgo est*] ipsa Diana. *Et tamen bis vlta focos spretos*] bis vindictam sumpsit de his qui suas spernebant aras. nam de Calydonia domo, & de Niobe:

Conuenere patres) senatores. *Et vouent festa annua numinibus nostris*) vouerunt ludos mihi, qui à meo nomine Florales dicerentur. *Si annus bene floreat*) quasi, si quolibet anno agri tempestiue & copiosè florescerent. *Annuimus voto*) quasi, nutu promisimus fore, vt agri bene florescerent. *Lenas, consul cum consule Posthumio*) de quo

A bus superius diximus. *Persoluere mihi ludos*) edidere ipsos Florales ludos. vt ea Plinio diximus, institu-ti fuere 516. anno Vrbis. *Quaerere conabar*) contendebam mecum, vt quaererem de lasciuia ludorũ. Sed venit mihi in mentẽ, numen non esse graue, sed leue & iocosum: quòd ea offerat munera, quibus aut amantes, aut epulantes hausto mero & in delicijs vtantur. *Conabar*) igitur, inquit, *quaerere, quare in his ludis foret lasciuia maior*] quàm in caeteris ludis, nam celebrant cum omni lasciuia vsque ad satietatem impudicorum luminum.

His foret in ludis, liberiórque iocus:
Sed mihi succurrit numen non esse seuerum,
Aptáque delicijs munera ferre deam.
Tempora sutilibus pinguntur tecta coronis,
Et latet iniecta splendida mensa rosa.
Ebrius incinctis Philyra conuiua capillis
*Saltat, & imprudens * vtitur arte meri.*
Ebrius ad durum formosae limen amicae
Cantat, habent vncta mollia serta comae.
Nulla coronata peraguntur seria fronte,
Nec liquida iuncto flore bibuntur aqua.
Donec eras mistus nullis Acheloe racemis,
Gratia sumenda non erat vlla rosae.
Bacchus amat flores, Baccho placuisse coronam,
Ex Ariadnaeo sidere nosse potes.
Scena leuis decet hanc: non est, mihi credite, non est
Illa cothurnatas inter habenda deas.
Turba quidem cur hos celebret meretricia ludos,
Non ex difficili causa petita fuit.
Non est de tetricis, non est de magna professis,
Vult sua plebeio sacra patere choro.
Et monet aetatis specie, dum floreat, vti.
** Contemnit spinam, cùm cecidere rosae?*
Cur tamen vt dantur vestes Cerealibus albae,
Sic est haec cultu versicolore decens?
Aut quia maturis albescit messis aristis?
Et color & species floribus omnis inest?
Annuit, & motis flores cecidere capillis:
Decidere in mensas vt rosa missa solet.
Lumina restabant, quorum me causa latebat,
Cùm sic errores abstulit illa meos
Vel quia purpureis collucent floribus agri,
Lumina sunt nostros visa decere dies:
Vel quia nec flos est hebeti, nec flamma colore,
Atque oculos in se splendor vterque trahit:

ANTON. *Liberiórque iocus*) non solùm lasciuia rerum in his ludis fuit, sed iocus nequam & impudiens, is propriè an verbis est. *Succurrit*] in mentem venit. *Sutilibus coronis*] Coronae sutiles in solennibus cõuiuijs dari cõsueuerunt, B primùm ea rosis, postea ex folijs nardi Sucbantur flores, vnde sutiles coronae dictae De varietate coronarum lege Plinium In docet aliquando consueuisse sutiles coronas fieri ex solo rosarum folio crescente luxuria. *Philyra*] Ablatiuus casus est Philyra nec significat hoc loco stemmata, siue coronas, cùm antepenultima corripiatur, nec dupliciter litera: sed mulie- C ris nomen est, quae coronas nectere consueuit De qua legimus apud Horatium: Displiceor nexae Philyrae coronae. Vbi si stemmata significes, versus claudicabit [Philyra legendum, & hic, & apud Horatium. Quae aut in sint Philyrae, & quumodo in coronas adhibebãtur, vide Politiani Miscell. 72. & Plinium lib. 16. cap 21. *Vncta coma*] vnguentatae more maiorũ. D *Scena*] grauia quasi seorsum à risu, vt quibusdam placet. *Acheloe*] Secundũ antiquitatem locutus est: quae, vt Seruius docet, aquam Acheloum vocabat. Idem & apud Macrobium inuenies. *Ex Ariadnaeo sidere*] ex corona Ariadnes. *Scena leuis*] lasciui ludi, lasciua spectacula: quia reuera meretria fuit. *Cothurnatas deas*] graues Alludit ad grauiora spectacula, quae exhibebantur, dum tragoediae referrentur, quae cothurnatorum poetarũ sunt *Non est de tetricis*] haec dea non est è numero E tetricarum & grauiũ, earũq; quae magna profiteantur, vt sapientiam, vim bellicam, regna: sed quae leuia, communia, & plebeia. Vnde Florales ludi à meretricibus celebrantur.

Cur tamen vt dantur vestes Cerealibus albae, Sic est haec cultu versicolore decens] Quaerit cur in ludis floralibus vterentur vestibus non albis, vt in Cerealibus, sed versicoloribus, hoc est diuersorum colorum. *Maturis albescit messis aristis*] Dabantur Cerealibus albae vestes, vt diximus, quia is color & quidem vnus est segeti iam maturae: Floralibus versicolores, quia nullus color est qui non inueniatur in floribus. *Lumina restabant*) faces quarum lucem Floralibus adhibebant: vel quòd alliciunt ad se oculos, vt ipsi flores: vel quòd his nocte vtimur, cuius licentiam scimus florali lasciuiae cõuenire: vel quòd vt faces, ita & flores videntur lucem funde- F re. *Hebeti colore*] Hebes color est flaccidus, & nitore carens.

PAVL. *Et iocus liberior*] quia lasciuia liberior. *Sed mihi succurrit*] in mentem venit. *Non esse seuerum*] tetricum & graue. *Et deam*] Floram. *Ferre munera*] ipsos flores & coronas. *Apta delicijs*] iocis Cupidineis, & Bacchicis. *Tempora*] frontes, & ipsa tempora. *Tecta pinguntur*] quia varijs floribus coronata picturam imitari videntur. *Coronis sutilibus*) consu- G tis floribus. Coronae enim & tenuiores sunt, & Aegyptiae, & sutiles, & pactiles. Tenuiores coronas antiqui, vt Plinius asserit, Struphia appellarunt. hinc & Strophiola. & cùm ex floribus fierent serta, à serendo seriae appellabantur. Hybernae verò, cùm negantur flores, Aegyptiae dictae, quòd ex Aegypto flores veniebant. Coepit inde lu- H xuria facere coronas ex metallo, quas ob tenuitatem Romani diaere corollas. Crassus diues ex argẽto & auro, imitatione foliorum, coronas dedit ludis suis. Et, vt idem inquit, etiam tum coronae deorum honos erant, & Lariũ publicorũ, priuatorũmq; & sepulchrorũ, & manium. Summáq; autoritas pactili coronae. sutiles Saliorũ sacris inuenimus. Adeò luxu- I ria processit, vt sutiles coronae non fierent nisi ex mero folio rosarum, & mox ea herbis & floribus Indicis petitae: laudatissimaeque ex nardi folio dabantur vnguentatae, & potissimum foeminarum pompis. & reliqua. *Et mensa splendida*] lauta & luxuriosa. *Latet iniecta rosa*] fusis rosis in ipsis conuiuijs. *Conuiua ebrius*] post epotum vinum. *Saltat capillis incinctis*] innexis: hoc est coronatis. *Philyra contexit* Philyra, & Glycere corollariae fuere, & bracteas dedisse Philyram, inquit Plinius. *Et imprudens*] conuiua. *Vtitur arte meri*] cùm ebrietate incompositè saltet. *Ebrius*] amator scilicet. *Cantat ad limen durum*) ad duras fores quae non aperiuntur. *Amica formosa*) Sicut & Tibull. Delia tolle fores. & ipse Poëta: Iamiam indignè dura religate catena, Difficilem moto cardine pande forem. *Coma vncta*) vnguento fusae. *Habent mollia serta*] nam vnguentati coronabantur, vt etiam est apud Lucanum in conuiuio Cleopatrae: Accipiunt sertas nardo florente coronas, Et nunquam fugiente rosa, multúmque madentes Infudére comae, quod nondum euanuit L aura Cinna nec externae nec perdidit aëra terrae, Aduectúmque recens vicinae messis amomum. *Nulla seria*] grauia cum adhibito rebus ordine. *Peraguntur fronte coronata*] sed iocosa omnia, nec modo, nec ordine seruato. Nam accedente ebrietate, coronati seria facere non possunt. *Nec liquida*] purae & vitreae aquae. *Bibuntur vinctis flore*) ab his qui caput habent floribus coronatum: nam vina immixta aquis non hauriunt, sed merum potant. *Donec tu Acheloe eras mixtus nullis racemis*] nullo racemorum fructu, hoc est, nullo vino, id est, dum aqua pura bibebatur. *Non erat vlla grata rosa sumenda*] non erat gratus vllus coronarum vsus. Nam aquam haurientes non coronantur. Quae

A Acheloë inquit, voluit Vergilium imitari, dicentem: Pocula quæ vinctis Acheloia miscuit vuis. Nec tamen ego cum Seruio & Macrobio sentio, qui illud dictum putant quòd antiqui Acheloium aquam vocabant. Nam illud Vergilianum, & hoc Ouidianum, ad historiam referendum censeo. Seruius enim Acheloum esse in Ætolia fluuium. & Ætolum fuisse constat Staphylum Sytheni filium, qui fuit vuæ repertor. Vnde ab eo Græci σταφυλὴν vuam appellauere. Et Plinius tradit Staphylum hunc primum docuisse vinum aqua miscere. Ergo quia hic docuit, & Ætolus fuit, referatur ad Ætoliæ fluuium, cuius aqua prima fuerit immixta vino. Sed de his in Georgicis disseruimus. *Bacchus amat flores*] eo argumento, quòd post epotum vinum corona accipitur. *Tu potes nosse placuisse coronam Baccho*] quòd Baccho grata fuerit
B corona. *Ex sidere Ariadneo*] ex corona Ariadnes, de qua diximus in tertio, & alio loco: Potus, amans, reges de flore atque ære coronas Accipiant, detur viua corona mihi. *Scena leuis*] leue theatrum, vbi leuia & lasciua referuntur. *Decet hanc*] Floram. *Non est credita mihi*] non est illa Flora. *Habenda inter cothurnatas deas*] non est existimanda nympha ex his quæ Dianam sequuntur, vt virgo sit: nam impudica est. & tacitè ostendit meretricem, vt fuisse constat. Virgines autem cothurno vtebantur. vt apud Vergilium. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram, Purpureóque altè suras vincire cothurno. Aut potius illud referas ad res etiam theatrales. Nam scena leuis conuenit Floralibus, quæ læuia & lasciua sunt. Grauibus verò rebus est opus grauiore scena, veluti cùm facta regum referuntur. Ergo inter graues Musas non est ha-
C benda meretrix. Ecquid grauius esse potest tragœdia? ea tamen cothurnata fingitur, quia poëtæ tragici cothurnati erant, & in libro de Amoribus ad Corinnam sic loquit: Venit & ingenti violenta tragœdia passu, Fronte comæ torua palla iacebat humi. Læua manus sceptrum latè regale mouebat, Lydius alta pedum vincla cothurnus erat. Et in secundo Tristium: Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis, Quæque grauis debet verba cothurnus habet. Cùm igitur cothurnus tragicorum grauia scribentium sit, ita intelligas non esse illam habendam inter seueriores Musas, quibus ducibus seuerissima in theatro referuntur. Sed habendam inter meretriculas, sic leuissima & impudica in theatro fiunt. *Cur turba meretricia celebrat hos ludos*] cur in ludis meretrices fungantur officio mimorum? *Causa non fuit petita ex difficili*] sed ex facili: nam statim intellexit
D causam. *Non est de tetricis*] grauibus & seueris. *Non est de professis magna*] de illis deabus quæ magna profitentur: vt Ceres, quæ præest frugibus: Pallas lanificio, & alij bonis artibus: Themis vaticiniis. non est fere ex harum numero. *Vult patere sua sacra choro plebeio*] quasi spectari ludos à plebeijs, non à grauibus senatorij ordinis viris. Vnde est illud Martialis: Nosses iocosæ dulce cùm sacrum Floræ, Festósque lusus, & licentiam vulgi, Cur in theatrum Cato seuere venisti? An ideo tantùm veneras, vt exires? *Et monet*] Flora. *Vti specie ætatis*] vel decore & pulchritudine iuuenilis æui. *Dum floreat*] ipsa ætas: antequam instet grauior ætas. G

Contemnunt spinam, cùm recidere rosæ] non habentur in precio spinæ, cùm rosæ ceciderint, sed dum rosæ nitent: sic decor formæ in ætate iuuenili, non in senectute.

Cur tamen] in Cerealibus ludis, vt in quarto libro diximus, albæ vestes adhibentur, ob aristarum colore: sic in Floralibus pictæ & variæ, ab ipsa florum varietate. *Vt*] quamuis. *Alba vestes dentur Cerealibus*] ludis Cereris. *Cur tamen sit est hæc*] ludorum tuorum vestis. *Decens cultu versicolore*] ornatu diuersorum colorum. *An quia messis*] ipsæ fruges iam messis tempore. *Albescit arista matura*] cùm ad maturitatem venerint: & de quo ad rationem Cerealium. *Et omnis color & omnis species*] decor. *Inest floribus*] & hoc ad rationem vestis floralis, quòd omnis color & decor insit floribus. *Annuit*] affirmauit quod ego di- H cebam. *Et flores excidêre motis capillis*] cùm annuens illa caput moueret, excussi sunt è crinibus flores. *Vt solet rosa missa insidere in mensas*] quemadmodum iniectæ rosæ deciduot in ipsas mensas accumbentibus conuiuis. *Lumina restabant*] & luminum quoque vsus erat in Floralibus. quorum triplex affertur ratio: aut à splendore agri floridi, cum radio orientis solis collucent flores: aut quia flores, vti & lumina, abstrahunt in se oculos: aut quia Floralis lasciuia exigeret nocturnum tempus, sic & ipsa per noctem lumina. *Restabant lumina*] supererat ratio luminum, quæ nondum erat exposita. *Quorum*] luminum. *Causa latebat me*] ignorabam causam. *Cum sit illa*] Flora. *Abstulit errores meos*] nam docuit quod nesciebam. *Vel quia agri*] floridi scilicet. I *Collucent ignibus purpureis*] purpureo sole. *Lumina sunt visa decere nostros dies*] decora & conuenientia Floralibus ludis. *Vel quia nec flos nec flamma est hebetis colore*] nec nitentes flores, nec accensæ faces sunt coloris obtusi, sed puri & nitidi. *Atque vtrerque splendor*] & floris & facis. *Trahit in se oculos*] facit vt oculi statim in eos conuertantur.

Vel quia delicijs nocturna licentia nostris
Conuenit: à vero tertia causa venit.
Est breue præterea, de quo mihi quærere restat,
Si liceat, dixi: dixit & illa, licet.
Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leænis,
Imbelles capræ, sollicitúsque lepus.
Non sibi respondit syluas cessisse, sed hortos.
Aruáque pugnaci non adeunda feræ.
Omnia finierat. tenues secessit in auras,
Mansit odor: posses scire fuisse deam.
Floreat vt toto carmen Nasonis in æuo,
Sparge precor donis pectora nostra tuis.
Nocte minus quarta promet sua sidera Chiron
Semivir, & flaui corpore mixtus equi.
Pelion Aemoniæ mons est obuersus in austros:
Summa virent pinu, cætera quercus habet.

ANTON. *A vero tertia causa venit*] hæc igitur probanda est. *Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leænis imbelles capræ, sollicitúsque lepus*] Martialis: Et Floræ Lycias lassat arena feras. Quærit cur non leones, sed capræ ac lepores in ludis Floralibus agitentur. cuius rei causa est, quòd
E hæc dea non præest syluis, vbi leones: sed hortis ac pratis, vbi capræ leporésque versantur. *Clauduntur rete*] Rete legendum est, non Ritè, vt quidam legunt, nescientes quòd rete ablatiuus pro reti ponitur hoc loco, teste Prisciano, qui scribit ablatiuum tertiæ declinationis per e proferri in neutris, quæ in e correptam desinunt, & appellatiua sunt: & vetustissimos huiuscemodi nominum ablatiuum etiam in e protulisse. vt, Cingitur Oceano Li-
F byco mare flumine Nilo. *Fuisse deam*] vel Floram, ex odore florum, vel quamcunque deam, quòd diuinum odorem liquerit, qualem spirant comæ Veneris apud Vergilium. *Nocte minus quarta*] Si Cal. Maias sumis initium, quinto nonas: si ab exortu Hyadum, quarto nonas dicit Sagittarium in ortum ferri noctis initio: quod fieri necesse est occidentibus Geminis paulo pòst solis occasum. Est autem Sagittarius, teste Macrob. omnium zodiaci domiciliorum imus atque postremus: ideo ex homine in feram per membra posteriora degene- K rans, quòd in postremis partibus in suis à superis in infera detrusus videtur. hunc, autor est Columella, tertio nonas huius mensis pluuiam significare, quem poëtæ Chironem Centaurum esse fabulantur: cui ferunt arma Herculis, quem hospitio exceperat, pertractanti sagittam, hydræ sanguine illitam, in pedem excidisse. Vnde cùm is dolore intolerabili labo- L raret, miseratione deorum in cœlum translatus, Sagittarij nomen accepit, vbi constat stellis 15 vt Hyginus tradit. dicitur tamen Chiron, autore Plin. curatus centaurea, quam quidam Chironiam vocant.

PAVL. *Vel quia licentia nocturna*] per noctem. *Conuenit nostris delicijs*] iocis & lasciuiæ nostræ. *Tertia causa*] hæc vltima ratio. *Venit à vero*] quia verum illud est, plura licere per noctem. & ioci impudici decentius per noctem, quàm per diem exercendi: & non lumina exigit. *Præterea breue est de quo restat mihi quærere*] superest etiam dubium, de quo inquirendum esset. *Si liceat*] modò queat esse. *Dixit, & illa licet*] ro-

A tes sciscitari quod velis: nam respondebo. *Cur capra imbelles*) capræ sylvestres, quæ non unguibus, non dentibus, non cornu pugnant. *Et lepus solertius*) timidus. *Clauduntur vero*) & sic inclusi ferebantur in theatrum, & fiebat venatio. *Pro Libycis leonis*] quod animal ferox & pugnax, cur pro hoc imbelle tibi datus pecus. Respondit sibi non cessisse syluas, sed hortos: se syluarum non esse dominam, sed hortorum. *Et arma non adeunda fera pugnaci*) agros cessisse sibi, quò leones, & vrsi, & similia animalia non accedūt, sed capræ, & lepores imbelles *Omnia finierat*) & iā nihil erat de quo quereretur. *Successit in tenues auras*] vt dij & vmbræ solent. nam euanuit illa ab oculis poëtæ. *Mansit odor etiam inter abscessa*] vt est illud Vergil. Ambrosiaque comæ diuinum vertice odorem Spirauere. *Posses scire fuisse deam*] ipso odore nouisses diuinitatem. *Sparge precor nostra pectora tuis donis*] effundas flores tuos in meo pectore.

B *Vt carmen Nasonis floreat in toto anno*] vt floridum semper sit carmen nostrum: quasi, vt assequatur immortalitatem. *Nocte minus quarta*] tertia nocte post Cal Mai. oritur Chiron Centaurus Saturni & Philyræ filius. Qui non modò cæteros Centauros, sed homines quoque iustitia superasse, Æsculapiúmque & Achillem nutrisse existimatur. Pietate igitur & diligentia effecit, vt inter deos annumeraretur. apud hunc Hercules cùm diuerteret, & simul cum Chirone sedens sagittas consideraret, fertur vna earum decidisse supra pedem Chironis, & eum interfecisse. Alij dicunt Centaurū miratum, quòd tam breuibus sagittis, tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipsum contendere arcum conatum, & sagittam prolapsam in pedem eius incidisse. Misertus Iuppiter, eum inter astra constituit, cum hostia quam

C supra aram tenens immolare videtur. Centaurus ita figuratur, vt antarctico circolo niti pedibus, humeris hyemalem sustinere videatur. Caput prope caudam hydræ continens, hostiam dextra manu tenens, supinámque pedibus, & extremo ore circulum hyemalem tangit, inter eum & antarcticum collocata. Centauri autem crura à reliquo corpore diuidit circulus, qui Lacteus appellatur. Hic spectans ad ortum signorum totus occidit, Aquario & Piscibus exortis. Exoritur autem cum Scorpione & Sagittario. habet stellas supra caput tres obscuras. In vtrisque G humeris singulas claras. In cubito sinistro vnam, in manu vnam, in medio pectore equino vnam, in prioribus poplitibus vtrisque singulas, inter scapulas quatuor, in ventre duas claras, in cauda tres, in lumbo equino vnam, in genibus posterioribus singulas, in poplitibus singulas. omnino sunt triginta quatuor. Hæc ex Hygino. *Nocte minus quarta*] hoc est, tertia nocte post Calend. Maias, id est, 5 nonas. Sic & Columella ostendit quinto nonas oriri. *Chiron promet*] aperiet. *Sua sidera*] quia ea nocte videntur omnes eius stellæ. *Semiuir*] Centaureus: nam ex parte homo, ex parte equus. ideo ait, *Et mixtus corpore equo flaue*] superior pars humana est, inferior equina. *Pelion mons Aemoniæ*] Thessaliæ: de quo diximus in primo. *Est obuersus in austros*] in meridiem: nam ab orientali parte H surgens, ad meridionalem Æmathiæ partem protenditur ipse mons, de quo Lucanus in sexto: Cùm per summa polū Phœbum trahit altior æstas, Pelion opponit radiis nascentibus vmbras. Æmonia autem ab Æmone dicta est: à cuius filio Thessalo, Thessalia postea vocitata. *Summa virent pinu*] in summitate ipsius montis sunt pineta.

Cætera quercus habet] in cæteris partibus sunt querceta.

ANTON. *Phillyrides*] A Philyra, cum qua coëunte Saturno, Ops eius vxor aduenit. cuius præsentiā veritus deus, se in equū conuertit. vnde natus est Chiron centaurus, quem Vergilius quoq; à matre Philyridem dicit. vt, Phillyrides Chirō, Amythaoniúsque Melampus. *Iustum senem*] secundum † Orpheum qui Chironem centaurorum δικαιότατον, id est, iustissimum, vocat. *Manus missuras Hectora letho*] Achillem Chironis discipulum qui Hectorem

D interfecit. *Exhausta parte laborum*] Quo tempore Hercules mandata Eurysthei penè omnia impleuerat. *Troia duo fata*] Herculem & Achillem. Troiam enim Hercules, cùm regnaret Laomedon, depopulatus est. Quare Ilienses

E postea cùm Achilli, Patroclo, Antilocho & Aiaci sacrificarent, Herculem colere noluerunt. *Horrens vellus*] pellem leonis, quam Achilles nō modò non exhorruit, sed auidè tractauit. *Squalentia tela venenis*] sagittas veneno hydræ illitas.

Phillyrides tenuit: saxo stant antra vetusto,
    Quæ iustum memorant incoluisse senem.
Ille manus olim missuras Hectora letho
    Creditur in lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exhausta parte laborum,
    Iussáque restabant vltima penè viro.
Stare simul casu Troiæ duo fata videres:
    Hinc puer Aeacides, hinc Ioue natus erat.
Excipit hospitio iuuenem Phillyrius Heros,
    Et causam aduentus hic rogat, ille docet.
Respicit intereà clauam, spoliúmque leonis,
    Virque, ait, his armis, armáque digna viro.
Nec se, quin horrens auderent tangere setis
    Vellus, Achillea continuere manus.
Dúmque senex tractat squalentia tela venenis,
    Excidit, & læuo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chiron, traxitque * e corpore ferrum,
    Et gemit Alcides, Aemoniúsque puer.
Ipse tamen lectas Pagasæis collibus herbas
    Temperat, & vana vulnera mulcet ope.
Virus edax superabat opem, penitúsque recepta
    Ossibus, & toto corpore pestis erat.
Sanguine Centauri Lernææ sanguis Echidnæ
    Mixtus, ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat vt ante patrem lacrymis perfusus Achilles:
    Sic flendus Peleus, si moreretur, erat.

senem] in quibus dicunt Chironem habitasse, iustitiæ laude insignem. *Ille creditur detinuisse in Lyrico modo*] lyræ seu citharæ sono. *Manus missuras Hectora letho*] manus I Achillis pueri, qui interfecturus postea erat Hectorem. Et in Arte: Phillyrides puerum cithara præfecit Achillem, Atq; animos molli contudit arte feros. Quas Hector sensurus erat, poscente magistro, Verberibus iussas præbuit ille manus. *Venerat*] ad Chironem. *Alcides*] Hercules. *Exhausta parte laborum*] quasi iā magna ex parte absolutis laboribus. *Restabant viro*] supererant adhuc K Herculi. *Penè*] quasi. *Vltima iussa*] vltima quæ ab Eurystheo essēt ontu Iunonis imposita: volunt vltimū laborē fuisse Cerberū, quē ab inferis traxit *Tu videres casu*) forte fortuna. *Stare simul duo fata Troiæ*] duos viros, qui diuersis tēporibus Troiā exciderunt: Herculē, qui sub Laomedōte Troiā diruit: & Achillē, qui postea Hectorē interemit, quo L mortuo, spoliata vrbs præsidio, facilè postea capta & euersa est. *Hic erat puer Æacides*) Achilles Æaci nepos *Hinc natus Ioue*) Hercules. *Heros Phillyreius*] Chiron natus. *Excepit hospitio iuuenē*] suscepit Herculem hospitem. [Philyreius legendum est, non Phillyrius. nam posterius hoc exemplo caret Philyreius autem regulare est. à Philyra enim φιλυρεῖος & per diæresin φιλυρήϊος fit Sic Apollonius lib. a. [illegible] &c. Quod autem suprà dixit Phillyrides gemino ll, poëtico anadiplasiasmo factum est. Sic enim & Pindarus].

Lectas Pagasæis collibus herbas) Verisimilis narratio, cùm quidam velint Chironem medicinam herbariam inuenisse, vt autor est Plinius. De Pagasis quæ in Thessalia sunt, diximus suprà *Lernææ sanguis echidnæ*] hydræ quam echidnā

F & excetram etiam dicimus. Eam nonnulli tria volunt habuisse capita, alij nouem, alij quinquaginta.

PAVL. *Phillyrides*] Chiron: à Philyra nympha, Oceani & Tethyos filia: ex qua Saturnus in equum versus, Chironem genuit, à qua Phillyrides nominatus est. *Tenuit eum*) scilicet montem. *Stant antra saxo vetusto*] quasi, adhuc supersunt antra in rupa ipsius montis. *Quæ memorant incoluisse iustum*

A ôde Pythiorum dixit: Ἤ ϑελω χειρονά ... Hic] Chiroo. *Rogat causam aduentus*] qua causa venerit. *Ille*] Hercules. *Docet*] causam scilicet. *Interea respicit clauam*] qua Hercules monstra domitabat. *Et spolium leonis*] pellem leonis Nemei ab ipso Hercule interfecti. *Aut ô vir armis & arma digna viro*] ô Hercules digoe qui hæc arma geras, & digna hæc quæ abs te geraotur. *Nec manus Achillea*] côtinere oô potuit manus. *Quin auderent tangere vellus horrens setis*] pellem illam hirsutam & villosam. cùm soleant pueri similibus expanescere, ipse oon expauit. Sic in Argooauticis de eodem Valerius Flaccus: Stupet iu ducibus, magoûmque sonzores Haurit, & Herculeô fert cominus ôra leoni. *Dumque senex*] Chiroo. *Tractat tela squalentia veneno*] sagittas Herculis infectas veneno hydræ lernææ. *Sagitta excedit*] B decidit è manibus Chironis. *Et est fixa læuo pede*] decidens sagitta infixa est sinistro Chiroois pedi. *Ingemuit Chiron*] cùm esset saucius. *Traxitque è corpore ferrum*] eius sagittam è pede saucio. *Et gemit Alcides*] Hercules. *Et puer Æmonius*] Thessalus Achilles. *Ipse tamen*] Chiroo *Temperat herbas*] volebat sibiipsi is adhibere medicamentum, quoniã & peritiam habebat artis medicæ, & plura ad medelam esse coostat ab illo tradita: centauream quoque herbam ab eo denominatam Nunc verò sibi opem allaturus, temperabat herbas. *Lectas*] quas ipse collegerat. *Manibus Pagaseis*] Thessalicis, à Pagasis. Pagasæ in Thessalia sunt, Pheraium emporium: quo ex loco, vt Strabo inquit, Pelias Iasonem, ac oauem Argo foras emisit. Pagasas autem ideo dictas esse aiunt, quia eo in loco nauem Argo compegerit. Alij verò similios existimaot, loco ipsi nomen impositum propter vicioos fontes, id est πηγὰς, qui frequenter aquam effunduot. hæc Strabo *Et mulcet*) Chiton. *Vulnera*] leoire & sedare conatur dolorem vuloeris. *Vana ope*] noo profecturo medicamento. *Virus edax*] venenum abrodens. *Superabat opem*) medicioam omoem. *Pesta erat penitus recepta*] le- G thale venenum interius peoetrauerat. *Ossibus, & toto corpore*] naoi in omoia meoibra respirat languis echidnæ lernææ, hoc est veoeoum hydræ. *Mixtus sanguine Centauri*] Chironis *Nulla dabat tempora ad auxilium*] adeò vehemeus illud virus erat, vt statim per omne corpus fusum, oullum relioqueret ad opem afferendam tempus. Ἔχιδνα vipera est. hic pro hydra ponitur. *Lernæa*] à Lerna palude in sinu Argolico in Peloponneso. & fluuius eodem quo palus oomioe, vt Strabo ait: io qua tantas de hydra fabulas poëtæ tradiderunt. *Achilles stabat perfusus lacrymis vt ante patrem*] ita stabat ante illum flens, & geuitos puer, veluti ante parentem. *Sic*] eodem modo. *Erat flendus Peleus*] pater à filio. *Si moreretur*) quasi dicat, oon aliter ille fleuisset morieotem patrem.

H

ANTON. *Morum quos fecit præmia doctor habet*] piom discipulum expertur, quem optimis moribus instituerat. *Nona dies aderat*] nonus dies age- C batur, ex qoo vulnus acceperat Chiron. *Bis septem stellis*] Alij 15. dicût. *Lyra curua*) Hæc, vt suprà traditum est, cum Sagittario in ortum fertur. *Nox tertia*] Pridie nooas Maias [Columella tamen & Plinius ad 3. Iduum huius mensis Fidiculam oriri tradit.] Lyram ioquit chronicè orituram, vel tertio nonas. *Cùm eras*] &c. Pridie oonas Sole abdito io occa- D su media pars Scorpiooïs videri poterit sublata ortu chronico. Constat enim id signum exoriri occasu Tauri. [Et Columella, pridie oooas Maij, Nepa medius occidit, ioquit. *Nocturna Lemuria*] celebrantur Ea scribit Porphyrio côsueuisse per tridoũ celebrari aote additum anoo mensem Februarium. Quamobrem hoc mense religio est nubere. Idem Lemures vocat vagaotes vmbras homioum ante diem mortuorum, quos dictos esse tradit, quasi Remures, à Remo. cuius oceisi vmbras frater Romulus E cùm placare vellet, Lemuria instituisse dicitur. quæ à quibusdam vocantur etiam Lemuralia, quo tempore fabam iactabant noctu, dicebãotq; teste Varrone, Lemures à se domo extra ianuam elici. Hioc Festus fabam ioquit oec tangere, oec oominare Diali flamini licet, quòd ea putaretur ad mortuos pertinere: nam & Lemuralibus iacitur laruis, & pareotalibus sacrificiis adhibetur. Sanè à laruis laruatos dicimus malè saoos, ac laruarum iocursiooe animo vexatos: qui & Cereri vocantur, teste Nonio. Soluebantur autem inferiæ mortuis hoc tempore, quemadmodum & Feralibus mense Februario. Putabant enim vmbras iactu fabarum placari, ac domo abigi. *Annus erat breuior*] Occurrit quæstioni. Diceret enim quispiam non oportere nunc mortuis iusta persolui, cùm data sint manibus secuodu anni mense, quo Feralia celebrantur: cui respondet seruari ve- F terem ritum, quia cùm Lemuralia iostituta sunt, aonus Ianuarium ac Februarium noo habebat. *Compositi*) sepulti cineribus in vrna collocatis.

Sæpe manus ægras manibus † fingebat amicis:
Morum, quos fecit, præmia doctor habet.
Oscula sæpe dedit, dixit quoque sæpe iacenti:
Viue, precor, nec me chare relinque pater.
Nona dies aderat, cùm tu iustissime Chiron,
Bis septem stellis corpora cinctus eras.
Hunc Lyra curua sequi cuperet, sed idonea nondum
Est via: nox aptum tertia tempus erit.
Scorpius in cælo, cùm cras lucescere nonas
*Dicimus, à media parte * tenendus erit.*
Hinc vbi † protulerit formosa ter Hesperus ora,
Ter dederint Phœbo sidera victa locum:
Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Annus erat breuior, nec adhuc pia februa norant,
Nec tu dux mensum Iane biformis eras.
Iam tamen extincto cineri sua dona ferebant,
Compositique nepos busta piabat aui.
Mensis erat Maius maiorum nomine dictus,
Qui partem prisci nunc quoque moris habet.

Habet præmia morum quos fecit) quibus puerũ informauit. *Præmia*] officiosam illius pietatem. *Oscula sæpe dedit*) osculabatur tacitè. *Dixit quoque sæpe iacenti*) Chirooi recubanti. *Viue, precor, nec pater chare, relinque me*) viuas, nec alumnũ tuum relinquas. *Nona dies aderat*] oooo die post acceptum vulnus. *Cùm tu Chiron iustissime*) I qui mortales iustitia superasti *Eras cinctus corpora*) habebas corpus cioctum. *Bis septem stellis*) & Hygious 14. esse ioquit. Et tamen stellæ, quas ille refert per Centauri corpus dispositas, sunt oumero 24. non numeratis stellis Victimæ & Aræ. ideo & oos superius 24. esse diximus. Sed qua ratione 14. dicat, ipsi videriot. *Hunc Lyra*] Tertio Noo. Maias appa- K ret Lyra, de qua diximus io primo. Nunc heliaco ortu in cælo videtur. *Lyra curua cuperet sequi hunc*) Chirouem, quasi, statim post eum oriri. *Sed nondum est via idonea*) uoodum patet Lyræ aditus, quia noo potest statim post illum apparere. *Tertia nox*) ab ortu Chironis. *Est aptum*) congruum Lyræ tempus. Cùm igitur 15. Non. oritur Chiron, 3. Non. Lyra apparet. *Scorpius in cælo*) De Scorpio etiam superius dictum: pridie tamen oonas Maias media eius pars occidit, & mediâ apparet. Et per hæc designatur ortus cosmicus tauri, qui illi est oppositus. Cùm dicitur cras lucescere Nonas: pridie nonas, cùm dicere possumus, Cras est dies Noo. Maiarum. *Scorpius erit notandus in cælo à media parte*) quia media pars tantùm ioſpicietur *Tunc vbi protulerit*] Septimo Idus Maias fiunt Lemuria, noo multum à Feralibus sacris L differentia. illa quidem mense Februario pro mortuis celebrantur: hæc quoque pro mortuis: sed ab antiquis mensa Maio, qui à maioribus ita nominatus est, aliis iusta soluebantur, cùm noodum duo menses essent à Numa additi. Nam postea iostituta parentalia Februario mẽse, quo fiebant lustrationes. Seruatus tamen mos est, vt mense hoc Lemuria ad placandos Lemures fierent. De oomine ipso, & vnde originem habuerint, paulo pòst disseremus. *Tunc vbi Hesperus*] Hesperum pro Lucifero posuit. Etsi idem est, tamen Luciferum mane dicimus: sed de eo in primo diximus. *Postquam igitur Lucifer ter protulerit formosa ora*] erit ortus, aut ab ortu surrexerit. *Et ter dederint locum Phœbo*] cedent soli. *Sidera victa*] quæ vincuntur à ma-

PAVL. *Sæpe fingebat*] compooebat & tractabat. *Manus ægras*] inualidas & iam morientes. *Manibus*] suis amicis. *Doctor*] ipse Chiron, qui Achillem puerum bonis moribus instituit.

A iore lumine. Sic indicat tertium diem post nonas: hoc est septimum diem Iduum, & nonum diem mensis. *Erit ritus veteris sacri*] à veteribus instituti. *Lemuria nocturna*] sacra ipsa Lemuria, quæ noctu fiunt. *Illa dabunt inferias tacitis manibus*] soluunt iusta vmbris extinctorum. *Inferias*] sacrificia quæ pro inferis fiunt. *Annus erat breuior*] quando hæc instituta sunt, annus erat decem mensium. *Nec adhuc norant pia februa*] lustrationes postea Februario mense institutas. *Nec tu Iane biformis*] Iane biceps. *Eras dux mensium*] pro mensium. non erat adhuc tibi dicatus primus anni mensis: nam nondum additi illi duo menses, Ianuarius & Februarius. *Tamen ferebant*] offerebant. *Sua dona*] conuenientia munera & libationes *Cineri extincto*] nam soluebāt iusta extinctis. *Nepos piabat*] sacrificio lustrabat. *Busta*] sepulchra. *Aut compositi*] humati. *Mensis erat Maius*] quo fiebant hæ lustrationes & sacrificia. *Dictum nomine maiorum*] à maioribus Maius, vt superius ostendimus. *Qui*] mēsis. *Habet nunc quoque partem prisci moris*] quia nunc etiam seruarint ex parte priscorum illa consuetudo. G

Nox vbi iam media est, * *somnóque silentia præbet,*
Et canis & variæ conticuistis aues.
Ille memor veteris ritus, timidúsque deorum
Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.
Signáque dat digitis medio cum pollice iunctis,
Occurrat tacito ne leuis vmbra sibi.
Cúmque manus purè fontana perluit vnda,
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.
Auersúsque iacit: sed dum iacit, hæc ego mitto,
His, inquit, redimo méque meósque fabis.
Hæc nouies dicit, nec respicit, vmbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente sequi.
Rursus aquam tangit, Temesæáque concrepat æra,
Et rogat, vt tectis exeat vmbra suis.
Cùm dixit nouies, manes exite paterni,
Respicit, & purè sacra peracta putat.
Dicta sit vnde dies, quæ nominis extet origo,
Me fugit, ex aliquo est inuenienda deo.

ANTON. *Nox vbi iam media est*] Noctem intempestā dicit, aptum tempus larnis siue vmbris silētibus. *Timidúsque deorum*] nihil omittens quod ritus exigat sacrificij: quem ritum ideo veterem dicit, B quòd à Romulo institutus est vrbis conditore. *Vincula nulla*] vel vt solutus facit rem diuinam Vnde illud est Silij: Discinctis mos thura dare. Et pes nudus, tonsæque comæ Vel, ne perstrepat, cùm vmbræ gaudeant silentio. *Digitis medio cum pollice iunctis*] quòd ita ritus postulat sacrificij: C vel ne vmbra veniat ante iactum fabarum, dum is qui sacra facturus est, manus nondum patére ad earum iactum ostendit. Nam quòd quidem, vti audio, interpositum digitis pollicem accipiant in contemptum vmbrarum, ridiculum est. quid enim absurdius quàm apertè contemnere quem placare coneris? *Nigras fabas*] quia nigris Lemuribus sacra fiunt, vt, Et nigri Leiones, ouóque pellicula rupto. Assumebatur autem hoc legumen parentando, vt diximus suprà: quia mortuorum animas in fabis esse quidam tradiderunt: in quarum floribus, autore Festo, luctus literæ apparere videntur. D *Auersúsque iacit*] post tergum. Vnde autor subiicit, Vmbra putatur Colligere, & nullo terga vidente sequi. *Rursus aquam tangit*] spargit se aqua, qua & antè se sparserat. requirunt enim hæc sacra aspersionem magis, quàm ablutionem, teste Seruio *Temesæáque concrepat æra*] pulsat & crepare facit æreum instrumentum. sic dictum, vt requiesco te. Temesæ autem vrbs Cypri habuit metalla æris. Item aliud oppidum in Brutiis eiusdem nominis. Sanè crepitus fit ad finem sacrificij, vt valens vmbra discedat: vnde sunt abacta silentia. [Strabo, Cyprum, μίγωνος vocat. De Italica autem Homerum intellexisse vult 1. Odyss. vbi ait ἐς τέμεσιν μετὰ χαλκόν, &c.)

PAVL. *Nox vbi iam media est*] Surgit nocte intempesta qui vmbras placaturos est, nudis incedens pedibus: aqua se fontana perluit: fabas quas ore versauerit, à tergo iacit, dicitque se illis redimere: pulsátque æra, & orat vt abeant vmbræ quod E si nouies fecerit, perfecisse putat sacrificium. *Iam vbi nox media est*] ea pars noctis quæ intempesta dicitur, quando non datur tempus rebus agendis. *Et præbet silentia somno*] cùm omnes quieti & silentio se dederint. *Et canis & aues conticuistis*] quia nec canes latrabant, nec aues tecinebant & videtur significare conticinium, & id asserunt multi: tamen illa hora mediæ noctis non ita appellatur: sed vt Macrob. & & Varro ostendunt, Conticinium est inter gallicinium & diluculum. *Ille*] nepos qui vult auo libare *Memor veteris ritus*] priscæ consuetudinis. *Et timidus deorum*] qui timet deos inferos, ne per noctem occurrant sibi. *Surgit*] è strato scilicet. *Gemini pedes nulla habent vincula*] non habet ille calceos, aut crepidulas in pedibus. *Et dat signa digitis iunctis cum medio pollice*] ponit pollicem in medio quatuor digitorū. Duos vltimos digitos cogit in manū, alios duos ereF ctos habet, & illis dat signa, quemadmodū & nos solemus. *Ne leuis vmbra*] anima extinctorū. *Occurrat sibi tacito*) per silētia nocturna. *Et cū purè perluit*] cū abluerit castè manus. *Vnda fontana*) aqua fontis, aut aqua viuentis fluuij. *Vertitur & accipit fabas nigras ore*] versat prius ore 1 vt in 2. Et septem nigras versat in ore fabas licèt illud ad sacrum magicum referatur. Fabarum tamen vsus erat in Feralibus & Lemuralibus. vnde Pōp. Fabā, inquit, nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere. nam & Lemuralibus iacitur larnis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore eius luctus literæ apparere videntur. Et Plin. inquit: Quia & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est prævalēs pulmentari cibo, & hebetare sēsus existimata, inH somnia quoq; facere. ob hæc Pythagorica sententia dānata: vel, vt alij tradidere, quoniā mortuorum animæ sunt in ea: qua de causa parentando vtiq; absumitur. Varro & ob hæc flamines ea non vesci tradit, quoniā & in flore eius literæ lugubres reperiātur Et hoc extremū à Pythagora quoque asseritur. Primus nempe à fabis, autore Didymo, propter somniorum vaticinium, Amphiaraus abstinuit. Traduntur etiam & Orphei versus, quib. timidos abstinere manus à fabis, & ab earū vsu, quæ capita pepererunt, iubet, &c. *Auersúsque iacit*] proiicit eas à tergo. *Sed dum iacit inquit hæc ego mitto*] dum ille proiicit eas à tergo, illas fabas iacio. *Et redimo me, & meos his fabis*] quasi, si quid mali immineret mihi & meis ab ipsis vmbris, salutem nostram his ego redemerim. *Hæc dicit nouies*) Quia pro salute viuentium dicuntur, vtitur impari numero. ideo nouies in cæteris par numerus datur inferis. *Nec respicit*] non reflectit à tergo aciem: *Vmbra putatur colligere*] ipsas fabas. *Sequi terga nullo vidente*] sequi illum qui eas iecerit, nemine vmbrā inspiciente, aut sentiente. *Rursus aquam tangit*] abluit manus aqua fontana. *Et concrepat*] pulsat. *Aera Temesæa*] à Temesa vrbe Brutiorum, quam Ausonij condiderūt, & quam homines Strab ætate Tempsam vocitabant. Erat K ibi ærarium, & ærifodinarum locus ostendebatur. *Et rogat vt vmbra exeat suis tectis*] precatur vt abeat vmbra auita, aut paterna: quoniam illud arbitrabantur, vmbram vagari circa corpus, & errare interdum per loca quæ incoluerit. hoc igitur iactum fit ad placandas eas, atque eodásque domo. *Cùm dixit nouies, Manes paterni*) ô vmbra patris, seu vmbræ parentum, tam patrum quàm auorum. *Exite*] è domo. *Respicit tandem demum*) reflectit oculos. *Et putat sacra purè peracta*) se caste perfecisse sacrificium. *Dicta sit*] &c. Nescire videtur poëta, quare Lemuria dicta sint. pergit igitur ad inquirendam nominis originem. Mercurium inuocatā quo causa ipsa aperitur. Aucupatúrque eam amore Remi, cui Romul. Maio mense parentandum instituerit inde Lemuria, quasi Remuria dicta. Verùm Lemures, vnde Lemuria, multi existimant L imagines noxias esse, quæ noctu apparecāt: etiam esse ita dictas sugillatorum vmbras. aliqui vmbras omnes mortuorū, Lemures appellant. Non desunt nostræ religionis viri sanctissimi, qui dicant apud veteres sicut lares boni habiti sunt: ita Lemures spiritus mali, ad quos arcēdos fiebant quæ diximus sacra. Quidam magnus verborum interpres Lemures vmbras esse quasdam asserit, quæ cum corporibus morātur. Vel quasi à Remo dictas, cuius vmbra insequebatur fratrē suum Romulum. Nonius tamen inquit, Lemures esse laruas nocturnas, & terrificationes imaginum, & bestiarum. vnde Varro de Vita patrum libro primo, Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra ianuam eiicere. *Fugit me*] hoc est latet me: id est, nescio. *Vnde sit dicta dies*] id est, vnde dicantur ipsa

A Lemuria: *Quæ extet origo nominis*] vnde nomen *deo est inuenienda*] cùm nos ipsos lateat, à numine teipsum originem ducat, qua ratione ita dicamus. *Ex aliquo* quirendum est. *Moue*] instrue tu.

Pleiade nate mone, virga venerande potenti,
Sæpe tibi est Stygy regia visa Iouis.
Venit adoratus Caducifer: accipe causam
Nominis: ex ipso est cognita causa deo:
Romulus vt tumulo fraternas condidit vmbras,
Et malè veloci iusta soluta Remo,
Faustulus infœlix, & passis Acca capillis,
Spargebant lacrymis ossa perusta suis:
Inde domum redeunt sub prima crepuscula mæsti,
Vtque erat, in duro procubuere thoro.
Vmbra cruenta Remi visa est assistere lecto,
Atque hæc exiguo murmure verba loqui:
En ego dimidium vestri pársque altera voti,
Cernite sim qualis, qui modo talis eram.
Qui modo si volucres habuissem regna iubentes,
In populo potui maximus esse meo.
Nunc elapsa rogi flammis, & inanis imago,
Hæc est ex illo forma relicta Remo.
Heu vbi Mars pater est, si vos modo vera locuti,
Vberáque expositis ille ferina dedit.
Quem lupa seruauit, manus hunc temeraria ciuis
Perdidit: ô quanto mitior illa fuit.
Sæue Celer crudelem animam per vulnera reddas,
Vtque ego, sub terras sanguinolentus eas.
Noluit hoc frater, pietas æqualis in illo est:
Quod potuit, lacrymas manibus ille dedit:
Hunc vos per lacrymas, per vestra alimenta rogate,
Vt celebrem nostro signes honore diem.
Mandantem amplecti cupiunt, & brachia tendunt:
Lubrica prensantes effugit vmbra manus:
Visáque confugiens somnos abduxit imago.
Ad regem voces fratris vterque ferunt:
Romulus obsequitur, lucémque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixêre silentum,
Hic verbi sensus, vis ea vocis erat:
Fana tamen veteres illis clausere diebus,

ANTON. *Pleiade nate*) &c. Consulit Mercurium, et petit vnde Lemuria nomē acceperint: quoniam huic deo cōmercium est cū vmbris: vt, Tum virgā capit: hac animas ille euocat orco Pallētes, alias sub tristia tartara mittit. Horat in 1. Carmin. Tu pias lętis animas reponis Sedibus, virgáq; leuē coerces Aurea turbā, superis deorum Gratus & imis. Accedit ad hoc, quòd
B ipse est interpres: vnde & Hermes vocatur. *Virga*] caduceo: vnde Mercur. Caduciferum vocat. *Malè veloci*] aut quia non euitauit Celerem, à quo rastro fertur occisus: aut quia ludibrio fratris nouos muros transiliuit. Quamuis fabulosum putatur, vt diximus, quòd eam ob causam à fratre fuerit interemptus. *Ac-*
C *ca*. De Acca Laurentia, & Faustulo, suprà dictum est. *Dimidium voti*] altera pars voti vestri: cùm altera sit Romulus. *Si volucres habuissem regna iubētes*) si fuissem victor augurio vti frater Romulus fuit. *Inanis imago*] vmbra tantùm. Ea est imago corporis. *Vbi Mars pater est*] qui mihi opem non tulit. Mouet misericordiá variè. *Quem lupa seruauit*] Color, quē
D Cicero Contentionē vocat. *Ciuis*] Celerem dicit. *Pietas æqualis in illo est*] Scio inquit, me non interemptum Romuli voluntate, qui mihi respondebat in amore ac pietate fraterna. *Prensantes manus*] prehendere volētes, non quæ prehenderent. *Lucémque Remuria dixit*) à Remo Remuria nominauit: sed postea e litera asperiore in leniorē mutata, Lemuria dicta sunt.

triciis, queríque de miseranda sua morte, & crudelitate Celeris, qui cum interemerat: oraréque, vt à Romulo illud precib. impetrarent, quo suo nomine diem signaret. Romul. ea causa instituit diē
G illi festum, appellauitq; Remuria. mutata deinde est prima litera, & Lemuria dicta. postea ab illo vmbræ, Lemures appellatæ sunt. *Vt*] postquam. *Romulus condidit tumulo fraternas vmbras*] humauit fratrem Remum. *Et sunt soluta iusta*) celebratæ exequiæ. *Remo malè veloci*) qui malè velociter transiluit muros. nam fuit illa infausta velocitas, quæ mortē illi peperit. *Faustulus infelix*) Sed
H vt superiore lib. diximus, Faustulus fuerat & ipse interēptus. Et *Acca*) Laurentia nutrix. *Capillis sparsis*) fusis. *Spargebant suis lacrymis ossa perusta*) lacrymabantur ad sepulchrum, & Remi ossa tristi rore rigabant. *Inde mæsti redeunt domum sub prima crepuscula*) iam cū aduesperasset, mœsti morte alumni, rediere do-
I mum. *Procubuere in duro toro, vt erat*) dedêre sese quieti, non in molli, sed in duro toro recumbentes, vt durus erat quem habebant torū, ita in eo procubuerunt. *Vmbra Remi cruenta*] etiam re-spersa. *Est visa assistere*] astare. *Lecto*) toro Faustuli & Accæ. *Atque loqui hæc verba exiguo murmure*) & visa est dicere ea exigua voce, *En cernite*) re-
K spicite. *Qualis ego sim*) &c. quo in statu sim, qualem me vobis referam, dimidium animæ vestræ, & vna pars vestri desiderij, cùm duo essemus. Altera pars Romul. altera ego: altera sospes, altera periit. *Qui modò*) paulo antè. *Eram talis*) etiam frater regis & est locus commiserationis ab eo quod fuerat, & quod nunc est. *Qui si modò habuissem volucres iubentes regna*] si habuissem auguria fœliciora, quæ mihi regnum portendissent. *Potui esse maximus in populo meo*] potui esse rex in ciuitate quam ego constituissem. *Nunc sum imago lapsa rogi flammis*] sum nunc vmbra, quæ se eripere potuit ex igne rogali. *Et inanis*] vacua: cùm careat corpo-
L re, & impalpabilis sit, imago dixit. Verg. Et nunc magna mei sub terras ibit imago. *Hæc forma est relicta ex illo Remo*) Auget commiserationem ab eodem loco: Hæc imago superest ex vestro alumno. *Heu vbi Mars*) &c. Mouetur à genere misericordia: Vbi etiam qui me genuit deus, cur opē filio non præstitit? *Si vos modò vera loquuti*) si verum est quod dicebatis, me esse Marte genitum. *Et ille*] Mars. *Dedit vbera ferina expositis*] pauit nos infantes lacte lupæ, cùm essemus expositi. de quo in secundo & tertio diximus: Lacte quis infantes nescit creuisse ferino, Et Picum expositis sæpe tulisse cibos? *Nos seruauit lupa*] quæ vbera nobis admouit. *Manus temeraria ciuis*] Celeris. *Perdidit*] interemit. & est locus indignationis in Celerem, quòd fuerit immitior immitis fera. *O quanto mitior fuit illa*] lupa. & hæc in commendationem illius lupæ mansuetudinis, & exprobrationem

E Placet nonnullis Lemures esse vmbras noxias, ac laruas nocturnas, terrificatricésque. Vnde Lemuria nomen acceperunt pro iis auertendis instituta.

PAVL. *Nate pleiade*. Mercurius, ex Maia vna Pleiadū natus *Venerāde virga potens*] caduceo: quæ virga est serpētib. nexa *Potenti*] quia cum ea multa potest. vt apud Verg. Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco Pallentes, alias sub tartara tristia mittit. Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat. *Sæpe est tibi visa regia Iouis Stygy.* sæpe tu ad inferos in Plutonis regiam descendisti, cùm nuncius sis vtrorumq; deorum, supernorum & inferorum. vnde Horat. Superis deorum Gratus & imis. *Venit adorator Caducifer*] Mercurius cum caduceo, quē ego adoraui, statim affuit. *Accipe causam*) hoc est, originē nominis. & hic locus aperte eos mentiri ostendit, qui dicunt causam pro origine poni non posse. nā poëta dixerat, Quæ nominis extet origo: & nunc hic respō-
F det, *Accipe causam*) hoc est originem. sed de his satis diximus in principio quarti. *Causa nominis*] origo huius appellationis. *Est cognita ex ipso deo*] ex ipso Mercurio. & eo inspirāte omnia cognoui. *Romulus vt*] &c. Remum extinctū, vt superiore lib. diximus, frater magnificentissimè, vt illis temporibus licebat, humauit in Remoria. Noctu per quietē visa est imago Remi astare lecto Faustuli, & Laurentiæ nu-

immanitatis illius. *Sane Celer reddas animam crudelem per vulnera*] luas crudelitatem tuam morte, vt pro vita mea, quā eripuisti, vitam tuam persoluas. *Et eas tu sanguinolentus sub terras vt ego*) occidaris tu quemadmodum me occidisti, & vmbra tua cruenta vagetur vt mea. *Frater*] Romulus. *Noluit hoc*) vt me interimeres. *Pietas aequalis in illo est*] illi est in me pius, vt ego in illum, id est amabat me mutuo amore. *Quod potuit*) dedit illi lacrymas manibus, & iusta soluit, & lacrymis prosequutus est. *Vos*] Faustule & Acca. *Rogate hunc*] Romulum. *Per lacrymas*) vestras. *Per vestra alimenta*] quibus & illum & me aluistis. *Vt signet diem celebrem nostro honore*) vt instituat sub meo nomine diem festum.

Cupiunt amplecti mandantem] volunt Faustulus & Acca amplecti Remum, qui talia mandabat. *Et brachia tendunt*] vt eum amplecterentur. *Vmbra lubrica*] quæ facilè elabitur. *Effugit manus prensantes*) apprehendere eam volentes. *Imago visa*] vmbræ Remi, quam illi per quietem visi sunt videre. *Confugiens abduxit somnos*] nam illos excitauit. *Vterque* Faustulus & Acca. *Ferunt voces fratris*] mandata Remi. *Ad regem*] Romulum. *Romulus obsequitur*] gessit illi morem: nam signauit diem honore fratris. *Et dixit lucem Remuria*] appellauit à nomine fratris diem parentationis Remuria. Sic enim in numero multitudinis dicimus: vt diem festum Floræ, Floralia: Robigi, Robigalia: Saturni, Saturnalia: ita Remi, Remuria. *Illam diem dixit Remuria*) qua feruntur iusta, qua fiunt parentationes. *Aui positis*] sepulchro conditis. *Aspera littera est mutata in lenem*) R, quæ litera est paulo asperior, est mutata in literam, quæ est lenior & suauior pronunciatu: nam in L. *Longo tempore*] longitudine temporis. *Quæ*] littera. *Fuit prima toto nomine*] prima littera erat R, nunc est L. prius igitur Remuria, nunc Lemuria dicimus. *Mox etiam*) subsequentes. *Dixere Lemures animas silentum*] appellauêre posteri indifferenter vmbras omnes extinctorum, Lemures. *Hic sensus verbi*) hoc significat nomen ipsum: nam Lemures, vmbræ dicuntur. *Vis vocis*] proprietas nominis. *Erat ea*] nam Remi parentationes significabat. *Fana*] templa. *Illis diebus*] Lemuriorum.

> *Vt nunc ferali tempora operta vides.*
> *Nec vidua tædis eadem, nec virginis apta*
> *Tempora, quæ nupsit non diuturna fuit.*
> *Hac quoque de causa si te prouerbia tangunt,*
> *Mense malas Maio nubere vulgus ait:*
> *Sed tamen hæc tria sunt sub eodem nomine festa,*
> *Inter se nulla continuata die.*
> *Quorum si medijs Bœoton Oriona quæris,*
> *Falsus eris, signi causa canenda mihi.*
> *Iuppiter, & lato qui regnat in æquore frater,*
> *Carpebant socias Mercuriúsque vias.*
> *Tempus erat, quo versa iugo referuntur aratra,*
> *Et pronus saturæ lac bibit agnus ouis.*
> *Forte senex Hyreus angusti cultor agelli,*
> *Hos videt, exiguam stabat vt ante casam.*
> *Atque ita: Longa via est, nec tēpora longa supersunt,*
> *Dixit, & hospitibus ianua nostra patet.*
> *Addidit & vultum verbis, iterúmque rogauit,*
> *Parent promissis, dissimulántque deos.*

ANTON. *Vt nunc ferali*) &c. Claudebantur templa Lemuralibus: quod Feralibus fieri consueuit. vt, Dij quoq; templorū foribus celētur opertis, Thuréque vacent aræ, stentq; sine igne foci. *Mense malas Maio nubere*) quę contemnunt religionē. nō nubebant autem hoc mense. vt Plut. docet, vel quòd Maius inter Apr. & Iun. medius interiectus est: quorū cū alter Veneri, Iunoni alter dicatus sit, deabus quæ nuptiis præsunt: aut paulo antè nuptiæ ducebantur, aut parū expectabantur. Vel quòd hoe tempore maximo piaculo vtebantur effigies vice hominum de ponte iaciētes. Vel quòd maiores, hoc est senes, à quib. Maius appellatus existimatur, infensam Venerem habent. Vel quòd hoc mense pleriq; Latinorum mortuis parentabant. *Sed tamen*) &c. Quia dixerat, Lucémque Remuria dixit, Illam qua positis iusta feruntur auis: docet Lemuria non vnius tantùm diei festum esse, sed trium, ac per triduum celebrari, vt suprà ostendimus Porphyrionis testimonio. Sed attende lector, ne te fugiat quod Ouid sensit hoc loco: Tria, inquit, festa sunt eiusdem nominis, quia Lemuria per triduum celebrantur, sed nullo die continuata sunt: quia nocte, non die rem diuinam vmbris siue Lemuribus faciebant. Vnde autor ait suprà, Nocturna Lemuria. tesem, Nox vbi iam media est. Triduum ergo cùm dicimus, diem accipe quem nostrorum temporum astronomi naturalem vocant: cum verò nulla die continuata inquit Lemuriorum festa, dies accipiendus est, quem idem artificialē appellat, cuiúsq; nómine non comprehendimus noctem. *Bœoton*] Oriō (vt scribit Seruius & Hyginus) occidit exortu Scorpionis: quo surgēte hoc tēpore, vnà cum sole in occasum fertur. Huius signi tāta magnitudo est, vt nō dubitet Manilius Orionē cœli partē maximā appellare. vt, Hinc vocat Oriō magni pars maxima cœli. Hinc autor Bœotū vocat: quia Thebæ, apud quas Hyreus Ionē, Neptunū, ac Mercurium excepit hospitio, in Bœotia sunt, vbi Orion ex duorū vrina procreatus dicitur, vt eius nomē ostēdit. Orion enim Græci vrinā, siue lotiū dicūt. Vnde Vriō dict' est, qui postea facta cōmutatione (ν) diphthōgi in (o) vt quidā volūt, Orionis nomē accepit. Huius effigies, quæ in cœlo est, cū Cācro toto corpore pariter in ortū fertur, cuius apud peritos est incerta tēpestas, cū multis diebus oriatur. Si fabulas quęris, lege Hyginum. Cōstat stellis 17. *Falsus eris*) fallēris, quærens stellas Orionis, quæ videri nequeunt. *Tempus erat*) Describit vesperā, qua aratra versa domū referūtur, & oues pastæ agnos lactare consueuerūt. *Senex Hyreus*) Hunc senem Pindarus dixit in insula Chio, non apud Thebas, deos quos diximus accepisse. *Addidit & vultū*) quā præ se ferebat optimā voluntatem, quæ ex vultu sæpe colligitur. Ipse alibi: Super omnia vultus Accessere boni, nec iners paupérque voluntas. *Dissimulantque deos*) occultant diuinitatem, vt homines putentur.

PAVL. *Tempore Ferali*) in Feralibus mense Februario. De hoc in secundo libro diximus, Dij quoque templorum foribus celentur opertis, Thure vacent aræ, stentque sine igne foci. *Nec ea tempora sunt apta*] congrua. *Tædis viduæ nec eadem apta tædis virginis*) illis diebus neque viduam, neque virginem bonum est nubere. Sic & in parētalibus mense Februario. vt in secundo: Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris Aufer, habent alias mœsta sepulchra faces. *Quæ nupsit*) illis diebus. *Non fuit diuturna*] cum viro scilicet. nam aut repudiata, aut mortua citò. *Hac quoque de causa*] quia aut repudiatur, aut moritur. *Ait vulgus malas*] mulieres. *Nubere mense Maio*] quæ futuræ nō essent diuturnæ. *Si prouerbia tangunt te*] Quoniam id erat in prouerbio, eo mense tradi viris malas: quoniā bonæ non nuberent. Et Plutarchus in Problem. 86. quare mense Maio non ducāt vxores, & has rationes adducit. An quòd inter Aprilē & Iuniū medius interiectus est: quorū cùm alter Veneri, Iunoni alter dicatus, deabus scilicet, quæ nuptiis præsunt, aut paulumantè capiunt, aut parum expectant. An quòd hoc mense maximo piaculo vtuntur, effigies modò de ponte abiicientes, cum prius homines consueuissent. Vnde Flaminiam Iunonis sacerdotem tristem esse eo tempore: quippe eo mense nullo cultu vtatur, motia est. An quod pleriq; Latinorum hoc mense mortuis parentant: & ob eam causam Mercurium quoq; eodem mense venerantur, qui Maio cognominis est. An vt quidam dicunt, Maius à maioribus natu appellatus est, Iunius à iunioribus. Nuptiis verò accommodatior est iuuentus, vt inquit Euripides. Nam senectus à Venere aliena, ipsaque Venus senibus infensa est. Abstinent igitur nuptiis, Iunium expectantes, qui Maium deinceps excipit. *Sed tamen hæc tria festa*] Lemuria, & continentia à nuptiis, & templa clausa. *Sub eodem tempore*] quia iisdem diebus. *Sed continuata inter se nullo die*) Non sunt continuata, vt aliud post aliud fiat: sed vt iisdem diebus sint hęc omnia. Nam vt in Februario pluribus diebus fiunt Parentalia, & est idem ferè ritus: ita hoc mense plures sunt dies, quibus parentatur, & clausa sunt templa, & non nubunt. *Quorum si medijs*] si medio spacio eorum: quasi si eodem tempore. *Quæris Oriona Bœoton*] à Bœotia: si vis videre stellas Orionis. *Die 11. Orion occidit occasu heliaco. Fuit autem Orion princeps Bœotiæ, auditor Atlantis astrologi: ideo eius appellatio ad sidera translata est.* *Falsus*] deceptus eris: quoniam videre non poteris, quā iam occidit. Est ergo eodē tempore, hoc est septimo idūs Maias, Orionis occasus. *Causa signi est mihi canenda*] canam quis fuerit Orion, & qua causa cœlo locatus sit. *Iuppiter*) &c. Poëta fabulam hanc refert,

Iouem, Neptunum & Mercurium hospitio receptos ab Hyreo: qui cognitis diis, bouem immolat. Cùm ab his sobolé concedi peteret, minxisse in corium bouis, & iussisse humari. Decimo mense natum puerum: Vriona ab vrina appellatum, deinde Oriona. Quam fabulam ab Aristomacho & Pindaro accepit poëta, quæ etiam ab Higino refertur. Hic Orion (vt illi prosequuntur) è Thebis Chium venit: Meropem Enopionis filiam stuprauit, pro qua excæcatus est. & eiectus, Lemnon nauigauit, ad Vulcanum, à quo e-quo decoratus est: & Sol oriens lumina restituit. Histrius dicit à Diana fuisse dilectum, adeò vt illi pené nupserit. Apollo ægrè ferebat, sororémque obiurgabat, & illum astutia quadam interemit. Nam cùm ille nataret, prouocauit Dianam ad emittendam sagittam vsque ad nigrum, quod in mari videbatur, quod erat Orionis caput: & immissa sagitta peremptus est ille. Sed eiectum ad litus corpus Diana vbi cognouit, multis prosequuta lacrymis inter sidera statuit. Sunt qui dicant, eum quòd venandi studio polleret, se iactasse, Terram nullum animal parere posse, quod ipse non interficeret. Terra scorpionem peperit, & Orionem peremit. Diana inter sidera collocauit. Et alias quoque opiniones refert Higinus: quas qui volet, accipiat. Orionem autem, vt idem asserit, à zona & reliquo corpore æquinoctialis circulus diuidit, cum tauro decertantem collocatum, dextra manu clauam tenentem, & in arcticum etiam spectantem ad occasum, & occidentem exortu Scorpionis posteriore parte, & Sagittario exoriente: cum Cancro autem toto corpore pariter exurgentem. Hic habet in capite stellas tres claras, in vtrisque humeris singulas, in cubito dextro obscuram vnam, in manu similiter vnam, in zona tres: in eo quo gladius deformatur, tres obscuras, in vtrisque genibus singulas claras, in pedibus singulas obscuras. Omnino sunt decem & septem. *Iuppiter & frater*] Neptunus. *Qui regnat in lato æquore*] qui habet imperium maris. *Et Mercurius carpebant vias simul*] quia simul per vias, velut peregre incedebant. *Erat tempus, quo aratra versa iugo referuntur*] erat vespertinum tempus, cùm sol acciderat, & versa (vt solent à bubulcis post opus referri in iugis) domum aratra referebantur. *Et agnus pronus*] inclinãs se ad vbera. *Bibit lac saturæ ouis*] cùm rediguntur in ouilia oues per diem depastæ, & agni lac maternum hauriunt. Hac dupliei periphrasi ostendit vesperam: quo tempore & coloni ab opere rustico, & pecora à pascuis reuocantur.

Fortè Hyreus senex cultor angusti agelli] qui rus exiguũ colebat. *Videt hos*] deos. *Vt stabat*] sicut fortè tunc illi stare contigit. *Ante exiguam casam*] ante paruum tuguriolum. *Atque ita dixit*] inaptior loquutus est *Longa est via*] quasi dicat, Quò tenditis? non enim longius ire potestis, cùm longum iter breue ad vrbes sit. *Nec tempora longa supersunt*) quia iam sol occidit. *Et nostra ianua patet hospitibus*] quasi ego, qui soleo suscipere domi, hospites habere, & aperta est ianua. *Addidit & vultum verbis*]: nam læta verba læto quoque vultu proferebat. *Et iterum rogauit*] vt sisterent cursum, & domum inirent. *Parent promissis*] morem gerunt illi, & grata habent illius pollicita. *Et dissimulant deos*] nolunt pro diis cognosci.

Tecta senis subeunt nigro deformia fumo,
Ignis in hesterno stipite paruus erat.
Ipse genu nixus flammas excussit ab aura:
Et promit quassas, comminuitque faces.
Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat:
Et spumat testa pressus vterque sua.
Dúmque mora est, tremula dat vina rubẽtia dextra:
Accipit æquoreus pocula prima deus.
Quæ simul exhausit: Da, nunc bibat ordine, dixit,
Iuppiter. audito palluit ille Ioue.
Vtque animus rediit, cultorem pauperis agri
Immolat, & magno torret in igne bouem.
Quæque puer quondam primis diffuderat annis,
Promit fumoso condita vina cado.
Nec mora, flumineam lino celantibus vluam,
Sic quoque non altis incubuere toris.
Nunc dape, nunc posito mensæ nituere lyæo:
Terra rubens crater, pocula fagus erat.

ANTON. *Comminuitque faces*] Faces à flammis multum differre, hoc loco manifestè apparet. *Stant calices*] Accipimus hic per calices, vasa, quibus coquuntur olera, & similia. Alibi sæpenumero calices pocula sunt, dicta vel ab eo quòd est cylix, vna litera commutata: vel quòd in iis calidum biberetur, autore Festo. *Testa sua*] Intra testam & calicem spuma interdum effundi solet. *Cultorem pauperis agri*) immolat bouem, audito Iouis nomine. *Diffuderat*] Iuuenal. Ipse capillato diffusum consule potat. *Vluam*] Antiqui stramentis in lectis vtebantur. postea luxu inualescente, stramentum pauperibus relictum est, cùm diuites tomento Lucanico vterentur, hoc est farcimine culcitrarum ex pilis & lana panno detonsa. Demum eoúsque deliciæ processerunt, vt quæramus plumam cygnorum, quæ subest superemineritibus pẽnis. *Terra rubens*] &c. Apparet hoc loco, craterem propriè esse vas magnum, ex quo vinum funditur in pocula. quamuis poëtæ, vt solent, multa persæpe confundant. Nam si crater poculum esset, non vnam craterem diceret, qui pocula plurium numero subiungit. Magnum autem esse craterem ne quis dubitet, audiat Plin. docentem, Semiramidis craterem collegisse pondus 15. talentorum, & Ægyptium calẽtum patere pondo 80. teste Varr. Audiat præterea Virg. dicentem, Crateres magnos statuunt, & vina coronant. Item, Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit. Statius in Theb. Bacchus in altos Crateras pateráſque redit. Iuuenal. Vrnæ cratera capacem. Ouid. in 12. Metam. Antiquus crater, quem vastum vastior ipse Sustulit Ægides. Constat præterea, craterem, quem in cœlo Hydra sustinet, si stellas, quibus formatur, intuearis, ita procerum esse, vt iure crater non poculũ nominetur. Propriè autem craterẽ non esse poculũ, his versibus liqueat: Pocula bina nouo spumãtia lacte quotãnis, Crateréſq; duos statuã tibi pinguis oliui.

PAVL. *Subeunt tecta senis*] ingrediuntur casam Hyrei. *Deformia*] turpia tecta. *Nigro fumo*] erant enim vndiq; propter fumũ nigricantia. *Paruus ignis erat in externo stipite*] quem pridie succenderat, cùm eo die nondum succendisset ignem. *Ipse*] Hyreus. *Nixus genu*] flectens humi genu, & eo se firmans. *Extinxit flãmas ab aura*] quasi flans flammam exsuscitauit. Alij legunt, Flammas excitas aura. & eodem tendit sensus, immò & magis propria est locutio. *Et promit*] ostendit, seu profert *Faces quassas*] quatiendo succẽsa. *Et comminuit*] condepouit, & non quarit. Tunc imminuentur flãmæ. vt in Antorib. ad Corinnã: Vidi ego iactatas mota face crescere flammas, Et vidi nullo concutiente mori. Aut ita intelligas: Promit, profert. *Faces quassas*] ligna arida contusa, quas pro facib. succedẽdis parauit. *Et cõminuit*] diuidit, seu discidit in particulas minutas, vt facilius succẽdãtur. vt in Georg. V. Ferróq; faces inspicat acuto. Et illud mota face, ad lignũ refertur, vbi lumen, seu ignis accenditur. Vnde Var. in Gerunto didascalo: Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia solita, etiam nunc pinea fax indicat, & alio loco adest fax inuoluta incendio. Et de vita patrum: Cùm à noua nupta ignis in face afferretur, foco eius sumptus. Cùm fax ex pinu alba esset, vt eam puer ingenuus afferret. Lucan. in 2 Quã cùm Catilina parauit Arsuras in tecta faces *Stant calices*] Calicem pro poculo plerunq; accipimus, vt superius in tertio, quid si per calices facta Sibylla suos Iuuenalis: Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso Et pro maiore quoque vase accipitur. Cicero Tuscul. 3. Quid hic calix mulsi? impinguandus est, vt plorare se desinat. Var. Apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & Cumanos calices. Poëta autem hoc in loco posuit pro vasis, vbi legumina & olera decoquuntur. Varro tamen de Lingua latina inquit: Calix à caldo, quòd in eo calda plus apponebatur, & caldum eo bibatur. Stant ergo apud ignem calices. *Inde*] ex ea parte foci. *Minor*] calix scilicet, *habebat fabas, alter habebat olus*) olera tunc decoquenda. *Et vterque*] calix. *Spumat pressus*] tectus. *Sua testa*] Tecti enim calices, spumam circa ipsas testas emittebant, quoniam testis tegebantur. *Dúmque mora est*] dum immorantur, vſqueqno parentur epulæ. *Dat*) Hyreus. *Vina rubentia dextra tremula*] trementi: quoniam senex erat, offert vina diis bibẽda. *Deus æquoreus*) Neptunus. *Accepit prima pocula*) & prior ipse bibit. *Quod simul*) postquam. *Exhausit*) bibit quicquid erat in poculo. *Dixit, Da, nunc ordine Iuppiter bibat*] sequere ordinem, & da vina Ioui bibenda: & hac

voce deos esse prodidit. *Ille*) Hyreus. *Pallant audito Ioue*) audito Iouis nomine. Expauit enim, cùm videret coràm, & domi haberet deos hospites, Iouẽ præsertim, deorum omnium maximum. *Vtque animus rediit*) quasi postquam in seipsum rediuit: quia prius videbatur attonitus. nunc cùm mens rediit. *Immolat cultorem pauperis agri*) mactat bouem, quo exiguum colebat agrum. *At torret*) decoquit bouem. *In magno igne*) maiore enim igne opus erat in decoquendo boue, quàm in oleribus. *Et promit vina condita cado fumoso*) haurit vina vetustiora: sic & meliora, quæ olim in doliis condiderat. Cadi, ænea vasa, quibus vina conduntur. Lucil. Millia ducentum frumenti tolles, vini medimnum mille cadûm. Virg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Varro in Vita patrum: Hortensio supra decem millia cadûm hæredi reliquit Horat. Et cadum Marsi memorem duelli. *Quæ*) vina. *Puer*) quondam Hyreus. *Diffuderat*) in diuersos cados fuderat. *Primis annis*) ab ipsa pueritia. *Nec mora*) procubuere, accubuere. *Non altos tori*) in toris enim discumbebant, vt in Heroid. Et premitis pictos corpora Graia toros. Aut intelligas recumbere in toris, & habere ante se mensas epulis paratas. *Celantibus*) tegentibus. *Lino*) lineis linteis. *Fluminea vluam*) fluuialem aut palustrem herbam. Ex hac ergo strati erant tori, & linteis postea tecti. *Mensa*) quæ erant ante eos paratæ. *Nituere nunc dape*) iam allatis dapibus, & à splendidis dapibus nituere, dicit *Nunc posito lyæo*) mero illo veteri.

Crater) quo bibebant. *Erat terra rubens*] erat crater fictilis ex creta rubra. *Pocula fagus erat*) Hoc dicit: Vinum afferebatur in vase ligneo, potabatur in cratere creteo. Confundit hæc poëta, vt pocula non pro crateribus ponat, cùm illa à potatione dicantur, vt ostendit Varro.

Verba fuere Iouis: Si quid fert impetus, ora,
Omne feres. placidi verba fuere senis.
** Chara fuit coniunx, prima mihi * chara iuuenta*
Cognita. nunc vbi sit quæritis? vrna tegit.
Huic ego iuratus vobis in verba vocatis,
Coniugio, dixi, sola fruere meo.
Et dixi, & seruo. sed enim diuersa voluntas
Est mihi: nec coniunx, sed pater esse volo.
Annuerant omnes, omnes ad terga iuuenci
Constiterant, pudor est vlteriora loqui.
Tunc super iniecta texere madentia terra.
Iámque decem menses, & puer ortus erat.
Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Oriona:
Perdidit antiquum littera prima sonum.
Creuerat immensum, comitem sibi Delia sumpsit:
Ille deæ custos, ille satelles erat.
Verba mouent iras non circunspecta deorum.
Quam nequeam, dixit, vincere, nulla fera est.
Scorpion immisit tellus: fuit impetus illi,
Curua gemellipara spicula ferre deæ.
Obstitit Orion: Latona nitentibus astris
Addidit, & meriti præmia, dixit, habe.
Sed quid & Orion, & cætera sidera mundo
Cedere festinant? nóxque coarctat iter?

ANTON. *Quicquid fert impetus ipsa*) Petite humanam cupiditatem impetum vocat, (vt ait Cic.) animi semper aliquid expetens, non multum differt ab amentia. vnde illud est Iuuenal. Nos animorum Impulsu, & magna cæcàque cupidine ducti, Coniugium petimus, partúmque vxoris *Et dixi, & seruo*) quia post vxoris interitum nullam vnquã mulierem cognoui. *Diuersa voluntas est mihi*] cupio repugnantia, castitatem videlicet, & liberos. *Pudor est*] pudet referre, minxisse deus in corium bouis. Nota est fabula. *Madentia*] terga iuuenci lotio madida. *Littera prima*] Vult u literam in o tenuciam fuisse, & ab vrina Vrionẽ dictum, & postea Orionem. quamuis quidam aliter censeant. *Creuit in immensum*] Virg. Quam magnus Orion, Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna viam scindens. Hunc quidam volunt fuisse Neptuni filium, cui datum est super fluctus & aristas currere. *Comitem sibi Delia sumpsit*] Cum hac dea Orion factus venator, dum vellet concumbere, eius sagittis occisus est. Alij dicunt eum immisso scorpione periisse, & deorum miseratione in cœlum esse translatum *Spicula ferre*] auferre. Voluit, inquit, scorpius Dianæ auferre spicula. *Cætera sydera*] &c. Adulatur Augusto, fingens cedere noctem diei, vt celebretur festum Martis Vltoris. Sed reuera noctes hoc tempore contractiores fiunt. Notandum autem, quòd cum Lemuria 7 idus mensis incipiant celebrari, eadémque triduum amplectantur, consequens est, vt 4 idus festum Martis Vltoris celebretur.

PAVL. *Verba fuere Iouis*] hæc Iupiter locutus est. *Ora*] orando à nobis posces. *Si quid fert impetus*) si quid cupis. De impetu superius diximus. *Verba senis placidi fuere*] hæc respondit benignus senex Hyreus. *Fuit mihi chara coniunx*] habui ego charam coniugem. *Cura mihi prima iuuenta*] amor mihi in ætate iuuenili. Nam cura pro amore interdum. Virg. Gram iamdudum saucia cura: hoc est, amore. In multis codicibus est, Prima mihi chara iuuenta. tunc sic intelligas: Chara quidem mihi, & cognita à principio iuuenilis ætatis. *Nunc quæritis vbi sit*] quasi si id quæritis. *Tegit vrna*) extincta & condita est in vrna. *Ego iuratus dixi huic*] interiurando id promisi *Vocatis vobis in verba*) cùm iuramento vos in testes vocassem. *Tu sola fruere coniuge meo*] tu vnica eris mihi coniunx *Et dixi hoc, & seruo*] quod promisi. *Sed enim mihi est voluntas diuersa*] sibi ipsi repugnans. *Nec volo esse coniunx*) nolo esse vir alterius vxoris. *Sed volo esse pater*] nolo coniugem, & filium volo. *Annuerant omnes*) nutu promisere se facturos quod ille volebat, vt & pater esset, & non coniunx. *Omnes constiterãt*) simul steterãt. *Ad terga iuuenci*] ad coriũ bouis *Pudor est vlterior a loqui*] Non vult exprimere quid fecerint: minxerunt tamen in eo corio. *Tunc texere madẽtia*] terga scilicet: hoc est, coriũ madidum vrina. *Terra iniecta*] nam humanetur vterum cum vrina. *Iámque decem menses*] præterierant. *Et erat ortus puer*] decimo enim mẽse natus est, velut ex humano partu. *Tunc Hyreus*] senex. *Quia sic genitus*] eo modo natus. *Vocat Vriona*] ab vrina. *Littera prima*] quæ erat u. *Perdidit antiquum sonum*] nam mutata in o, & dictus est Orion. Sed Strabo ait, quia in Oreo oppido Eubœæ educatus est, appellatum Oriona. Hoc pacto natus dicitur Orion. Sed Hesiodus Neptuni filium dicit ex Euryale Minois filia: concessúmque illi, vt supra fluctus curreret, & supra aristas. *Creuerat immẽsũ*) quia iam magnus erat, & re & nomine. *Delia*) Diana. *Sumpsit eum sibi comitem*) immò & plus quàm comitem: nam diligebat mirum in modum, & nubere volebat illi. *Ille*) Orion. *Erat custos deæ*) ille erat satelles: erat comes, minister, & custos illius. *Verba non circunscripta*] non ponderata & examinata antequam proferantur, sed temerè prolata. *Mouent iras deorum*] nam indignantur dij, cùm homines aliquid cum insolentia dicũt. *Dixit*) Orion. *Nulla fera est, quam nequeam vincere*] Hoc enim protulit: Non potest tellus feram vllam gignere, quam ego non vincam. *Tellus immisit scorpion*) peperit Terra scorpionem, & in Orionem misit. *Fuit illi*] scorpioni. *Impetus*] cupido. *Ferre*] pro auferre. *Spicula curua*] sagittas hamatas. *Dea gemellipara*] Dianæ, quæ vno eodem partu cum Phœbo nata est. *Orion obstitit*] scorpioni, & tamen ab eo interemptus est. *Latona*) Diana Latonæ filia. Sicut & Dionem pro Venere dici, superius ostendimus, nomen matris pro nomine filiæ. *Addidit astris nitentibus*] cœlo locauit, & siderib^9 intulit. *Et dixit habe præmia meriti*] quia de me benemeritus es, habeas cœlum in mercedem laborum tuorum, & virtutis tuæ. *Sed quid & Orion*] Post occasum Orionis, & Vrialem, festum Martis Vltoris: quod poëta videtur statim subdere occasui Orionis. Verùm non celebratur 6 cal. Mai. sed 4. eo enim die signatum est id festũ, & in antiquis marmorib. & in vetustis. codicibus, quo quidẽ die Cæs. Octauius cõsecrauit in foro à se extructo ædẽ Martis Vltoris: quã, vt Suet. inquit, pro vltione paterna bello Philippẽsi vouerat. Ipse enim Cæs. & Antonius apud Philip. vario euẽtu cõtra Brutum & Cassium pugnauerunt, ita vt vtriusque dextra cornua vicerint, & castra quoque vtrinque ab his qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem

fortunam partium mors quidem Cassij fecit, qui cùm in eo cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi consciuit. Altero deinde prælio victus M. Brutus, & ipse vitam finiuit, exorato Stratone fugæ comite, vt sibi gladium adigeret. Sed plura de his leges apud Plutarchum in Bruto & Ant. & apud Appianum, qui historiam omnem refert. Poëta pluribus versibus extollit & festum, & ædem ipsam, & Augustum. *Sed quid & Orion, & cætera sidera*] cur sidera omnia. *Festinant*] properant. *Cedere mundo*] cœlo: vt diem reddant. *Et nox coarctat iter*] contrahit spacium, & se præcipitem agit, vt dies cedat.

Quid solito citius liquido iubar æquore tollit,
Candida lucifero præueniente dies?
Fallor? an arma sonant? non fallimur, arma sonabãt.
Mars venit, & veniens bellica signa dedit.
Vltor ad ipse suos cœlo descendit honores,
Templáque in Augusto conspicienda foro.
* *Est deus, est ingens & opus: debebat in vrbe*
Non aliter nati Mars habitare sui.
Digna giganteis hæc sunt delubra trophæis,
Hinc fera Gradiuum bella mouere decet.
Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset,
Seu quis ab occiduo sole domandus erit.
* *Prospicit armipotens operis fastigia summi,*
Et probat inuictos summa tenere deos.
† *Prospicit in foribus diuersa tela figura,*
Armáque terrarum milite victa suo.
Hinc videt Aenean oneratum pondere charo,
Et tot Iuleæ nobilitatis auos.
Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem,
Claráque dispositis acta subesse viris.

ANTON. *Vltor*] E plurimis operibus quæ struxit Augustus, præcipua fuerũt (teste Suetonio) forum Augusti, & ædes Martis Vltoris: quem Ouidius alibi & magnum, & vltorem vocat. vt, Veneris in magni templum tua Nomina Martis, Stat Venus vltori iuncta viro ante fores. Magnum quidem dictum existimamus ob ædificij magnitudinem. vt, Digna giganteis sunt hæc delubra trophæis. Vltorem verò (vt idem Suetonius scribit) iden dictum constat, quòd Augustus eam ædem vouerat bello Philippensi, aduersus Brutum Cassiúmque suscepto, ad vlciscendam mortem Cæsaris patris. Ita sanxit, vt in ea de bellis triumphísque consuleretur senatus, & prouinciis petituri cum imperio inde deducerentur: quique victores redissent, in eam insignia triumphorum inferrent. vbi quorundam barbarorum principes ab Augusto iurare coacti sunt, mansuros se in fide, ac pace quam peterent. Fuerunt in hoc templo scyphi è ferro dicati, vt autor est Plin. Item alia spectatu digna, adeò vt non immeritò inter præcipua & ornatissima diui Augusti opera nominetur: sicut & eiusdem magnificentissimum, quod huic ædi proximum fuit. de qua Iuuenal. Pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram. Eius fori extruendi causa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, nõ sufficientibus duobus (vt ait Sueton.) etiam tertio indigere. Itaq; festinantius publicatum est, necdum perfecta Martis æde. *Giganteis trophæis*] Sensus est: Tanta est huius templi magnitudo, vt non solùm dignum videatur insignibus triumphorum, quæ à victoribus eò inferuntur ex Augusti Cæsaris instituto: sed gigantum trophæis ac spoliis, quæ dij victores potuerunt è gigantibus reportare. Trophæum propriè quid sit, nemo ignorat. *Diuersa tela figura*] quia erant ibi diuersarum gentium spolia, ac varia telorum genera. *Æneam*] effigiem Æneæ gerentis Anchisem, quem è flammis Troiæ ardentis eripuit. *Iliaden humeris ducis arma ferentem*] Romulum, à matre Ilia: qui Acronem Ceninensium ducem singulari prælio vicit, & spolia Ioui Feretrio consecrauit: quæ opima dicta sunt, vel ab opibus, vt Varroni placet, teste Plutarcho: vel ab opere rei gestæ. Est enim opus egregium & clarissimum, belli ducem patem sibi ducem superare. Festus Opem inquit esse Saturni cõiugem, hoc est Terram, quæ omnes opes humano generi tribuit. Vnde & opulentos dicimus, vt idem inquit, rebus terrestribus copiosos: & hostias opimas, præcipuè pingues. Item opima, magnifica & ampla spolia. De Feretrio Ioue diximus suprà. Lege Liuium.

PAVL. *Quid dies candida*] serena. *Tollit*] attollit. *Liquido æquore*] ab Oceano orientis: vel a mari non turbido, sed vitreo, claro. *Iubar*] solis splendorem. *Citius solito*] quasi cur ita acceleratur dies. *Præueniente lucifero*] stella Veneris, quæ prænunciat diem. *Fallor*] decipiõr ne. *An sonant arma*] propter festum Martis, & ludos qui illi exhibentur. *Non fallimur, sonabant arma*] aduentu armorum præside. *Venit Mars*] ad festum & ludos suos. *Et veniens dedit bellica signa*] nam arma insonuerunt. *Ipse Vltor*] sub cognomine & titulo vltoris. *Descendit è cælo ad suos honores*] ad sacrificia quæ sibi fiunt. *Et ad templa suo nomine consecrata*) Conspicienda, admiranda. *In foro Augusto*) quod Augustus ipse extruxit prope viam sacrã. Et in 3. Trist. cùm de eodem loquatur: Paruit, & ducens, Hæc sunt fora Cæsaris, inquit. Hæc est à sacris quæ via nomen habet. Et cùm multa operã Augustus publica extruxisset, præcipua fuere forũ cum æde Martis vltoris, templum Apollinis in Palatio, & ædes Iouis Tonãtis. Sed fori extruendi, vt Tranquil. meminit, causa fuit hominum & iudiciorum multitudo: quæ videbatur nõ sufficientibus duobus; etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautúmque vt separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicum fierent. *Et deus est ingens*) & magnus deus est ipse Mars. *Et opus*) est etiam ingens. Nã magnum illi templum erectum, magnúmque erat illud forum. *Non aliter*) quàm in maximo ædificio. *Debebat Mars habitare in Vrbe sui nati*) in vrbe Roma, quam Romulus Martis filius condidit. *Hæc delubra*) templa. *Sunt digna trophæis giganteis*) spoliis gigantum: quasi Iouis & cæterorum deorum victoria de gigantibus parta, vbi illorũ spolia essent affixa. Et Lucan. Babylon spolianda trophæis Ausoniis. Sed trophæum à τροπῇ, quod est conuersio, dictũ. Nam qui hostes in fugã vertisset, trophæum erigebat, cum hostilibus spoliis. Sed de hoc aliàs. *Decet Gradiuum*) quasi decorum est Marti. *Mouere fera bella hinc*) ex hoc templo educere exercitum in aciem, ad inferenda hostib. bella. aut dicas decere ex eo templo auspicari bellum. *Seu quis impius*] sceleratus. *Lacesset*] prouocabit nos. *Ab orbe Eoo*] ab oriẽte. *Seu quis erit domandus ab sole occiduo*) ab occidẽte. Siue domandi sunt hostes, qui nos ab oriente prouocarint: seu qui sunt in occidente, quòd à fide Rom. defecerint, ex hoc tẽplo auspicanda sunt bella. *Armipotens*] Mars. *Prospicit fastigia summi operis*] summitatem excelsi templi. *Et probat deos inuictos tenere summa*) illud laudat, magna & inuicta numina habere summa templa, & in illis coli. *Prospicit in foribus*] ipsius templi. *Tela diuersa figura*] nam vt erant diuersæ forma, cultu, lingua, gentes deuictæ: ita & diuersa arma ab illis erepta, & illius templi postibus affixa. *Et prospicit arma terrarum victa suo milite*] arma diuersarum gentium quæ à Rom. milite victa fuerant. *Hinc*] postea. *Videt Aenean*) Æneæ effigiem. *Oneratum charo pondere*] ferentem humeris patrem. *Et tot auos nobilitatis Iuleæ*] videt etiam in pictura tot claros viros de domo Iulea, Iulij pronepotes. *Hinc videt Iliaden*] Romulum ex Ilia natum. *Ferentem humeris arma ducis*] arma Acronis ducis Ceninensium, quem Romulus obtruncauerat, & spoliauerat. Eaque suspensa, fabricato ad id apte ferculo, vt Liuius inquit, gerens in Capitolium ascendit. Ibique cùm ea ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit templo Iouis fines, cognomẽnque addidit deo. Iuppiter feretrie, inquit, hæc tibi victor Romulus, rex regia arma fero: templúmque his regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quæ regibus ducibúsque hostium cæsis, me autorem sequentes, posteri ferent, &c. Erat ergo Romulus ea arma referẽs in pictura. *Et videt clara acta*] fortia & illustria facta. *Subesse viris dispositis*] in ordine positis. Erant enim in eo templo effigies clarissimorum consulum & virorum fortium, cum inscriptione rerum quas fœlicissimè gessissent.

Augusto. *Agnorunt suos*] Romanos scilicet milites. Et est Prosopopœia, quando datur anima reb⁹ inanimatis. Aut per hypallagen intelligas, Romani agnorunt sua signa recuperata. *Quid tibi*] ô Parthe. *Quid profuere tibi sagitta solita mitti post terga?*] quid profuit peritia iaculationis sagittarum, quas eques fugiens à tergo mittit? vnde illud dictum Fatalia tela veneno illita, quæ fugiens post terga reliquerit hostis. *Quid loca*] profuere scilicet quæ erant inaccessa.

Quid rapidi profuit vsus equi?] quid iuuit illud quo plurimum valebas, hoc est ipse equus? nam in pugna pedites Parthi non valent, nec nisi in campis sese exercent. de quo etiam apud Lucan. Lentulus ita inquit: Sarmaticos inter campos, effusaque plano Tigridis arua solo, nulli superabilis hosti Libertate fugæ: sed non vbi terra tumebit, Aspera conscendet montis iuga: nec per opacas Bella geret tenebras in certo debilis arui.

Parthe refers aquilas, victos quoque porrigis arcus,
Pignora iam nostri nulla pudoris habes.
Rite deo templúmque datum, noménque Bisultor,
Emeritus voti debita soluit honor.
Solennes ludos Circi celebrate Quirites,
Non visa est fortem scena decere deum.
Pleiadas aspicies omnes, totúmque sororum
Agmen, vbi ante Idus nox erit vna super.
Tunc mihi non dubijs autoribus incipit æstas,
Et tepidi finem tempora veris habent.
Idibus ora prior stellantia tollere taurum
Indicat: huic signo fabula nota subest.
Præbuit vt taurus Tyriæ sua terga puellæ
Iuppiter, & falsa cornua fronte tulit:
Illa iubam dextra, læua retinebat amictus,
Et timor ipse noui causa decoris erat.
Aura sinus implet, flauos mouet aura capillos:
Sidoni sic fueras aspicienda Ioui.
Sæpe puellares subduxit ab æquore plantas,
Et metuit tactus assilientis aquæ.
Sæpe deus prudens tergum demittit in vndas,
Hæreat vt collo fortius illa suo.

ANTON. *Parthe refers aquilas*] Solo Augusti nomine territi signa reddiderũt: quamuis & arma non deerant. *Meritus honor*] quem meruit Mars, Augusto concessa victoria. Et est sensus: Quia honor Marti debebatur, Cæsar vota persoluit. *Circum celebrate*] Non est Circum hoc loco nomen, & accusatiuus casus ab eo quod est Circus, sed aduerbiũ. Nam hoc dicit: Celebrate Quirites per vniuersam vrbem ludos die qua Marti ædes dicata est, ob Augusti victoriam, quia nunc visa est fortem scena decere deum. Hoc est, in tanta vrbis lætitia, ludi non dedecent Martẽ, Romanę gentis autorem. [Sed Circi legitur, non Circum. quare altera expositio melior, etiam ob collationem scenæ] *Pleiades aspicies*] &c. Sol hoc tempore penè in eo est, vt in Geminos introitum faciat. Vnde Pleiades, quarum suprà meminimus, pridie Idus Maias apparent, antequam Sol in ortum feratur, quarum exortum Plin. tradit Sole Tauri partem 25. obtinente sex diebus ante Maias Idus: quo tempore Columella quoque omnes inquit Vergilias apparere. Earum occasus paulo ante Idus Nouembris hyemem inchoat, teste Plinio, ortus verò æstatem. Itaque Vergiliæ dictæ sunt, autore Festo, quòd earum ortu ver finem facit. Vnde ait Propertius: O vtinam hybernæ duplicentur tempora brumæ, Et sit iners tardis nauita Vergiliis. Sunt autem vel in cauda Tauri, vt quibusdam placere dubium non est: vel ita positæ, vt ex earum positu, teste A. Gel. imago Tauri præter caput conformata videatur: vel ante genu Tauri, vt placet Seruio. cui illud astipulatur: Ac propter læuũ genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce videbis. Vbi notandum genus pro genu dictum, vt Priscianus docet. *Incipit æstas*] Si exortu Vergiliarum ver finem facit, necesse est vt æstas ab eo tempore sumat exordium: quam quidam diffiniunt eminentem terræ aërem, conflatum, & calefactum solis ad septentrionẽ cursu. Sciendũ, nonnullos non à verna fine, sed à verni temporis significatione, Vergiliis nomẽ inditũ existimare: quas & Pleiades dicimus, quòd primæ nauigationis tempus ostendãt. *Idibus ora prior stellantia tollere Taurũ Indicat*] Repetendũ est noctis nomẽ & est ordo: Nox prior Idib⁹ indicat Taurũ tollere ora stellãtia. Admonet autẽ tantùm hoc loco, videri apertius Tauri caput Idibus Maiis ante ortum Solis. Nam heliaci ortus sucularũ siue Hyadũ meminit suprà: vt, Pars Hyadũ toto de grege nulla latet. &, Ora micãt tauri septẽ radiantia flammis. Docet tamẽ Columella, suculas paulo post Idus huius mẽsis, hoc est, 12. Cal. Iun. exoriri. Sane Taur⁹ oritur à clunibus, secundũ Manilium. vt, Aspice Taurũ Clunib. & Geminos pedibus, testudine Cancrũ, Surgere. *Fabula nota subest*] Si nota est, cur explicatur? obtundis enim, tametsi intelligo. *Tyria puella*] Europæ. Seneca in Hercule furẽte: Hinc qua repẽti vere laxantur dies Tyriæ per vndas vector Europæ nitet. Eadem & Sidonis dicitur, à Sidone, quæ non plus quàm 200. stadiis distat à Tyro, vocatúrq; à Plinio Thebarũ Bœotiarum parens. Eam, vt inquit Iustinus, Tyrij condiderunt, quorum genus à Phœnicibus fluxit. Ij enim terræmotu vexati, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primò, mox mari proximum litus incoluerunt, condiderúntque vrbem, quam à piscium vbertate Sidoon appellarunt. Piscem enim Phœnices Sidon vocant. Post multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati, nauib. appulsi, Tyron vrbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. *Noui decoris*] vel magni, siue excellentis: vel recens noui. *Subduxit ab æquore plantas*] Europa, non Iupiter.

PAVL. *Parthe refers aquilas*] Romana ad Augustum signa. *Et porrigis victos arcus*] iam tu victus, supplex tua signa Cæsari Augusto porrigis. *Iam nulla habes pignora nostri pudoris*] non habes iam signa, aut aliud, quo erubescere possimus. *Ritè est datum templum deo*] ritè & meritò ædes est Marti consecrata. *Et nomen Bisultor*] meritò quoque bis est Vltor cognominatus: nam Augustum iuuit in vltione paterna, & Parthorum iniuria vlciscenda. sic bis vltor & de parricidis, & de hostibus. *Et meritus honor*] qui ab Augusto Marti benemerito debebatur. *Soluit debita voti*] nam quod vouerat Cæsar, templum Marti consecrauit. *Quirites celebrate ludos solennes*] qui quotannis Marti exhibentur. *Circo*] in Circo maximo. *Scena non est visa decere fortem deum*] scena, vbi leuia referuntur, & fabulæ recitantur, nõ conuenit rebus Martiis: sed in Circo opus est nunc & equorũ cursu certare, & Martios ludos exhibere. Maior enim ratio erat Circẽsium q̃ theatraliũ. Erant .n. illa grauiora spectacula. *Pleiades aspicies*] Pridie Id. Maij Vergiliæ oriuntur. de his diximus in lib. 4. præterea æstatis est initium. & superius ex Florentino diximus, principium æstatis esse 8. Idus. *Tu aspicies omnes Pleiadas*] quæ & Vergiliæ dictæ. *Et totum agmen sororum*] omnia ipsa sidera. vt superiùs dictum: quæ septẽ dici, sex tamen esse solent. *Vbi vna nox erit super*] id est, supererit. *Ante Idus*] hoc est, pridie Idus. *Tunc*] eo tempore. *Incipit mihi æstas*] est æstatis initium. *Non dubijs autoribus*] certis autoribus. *Et tempora veris tepidi habent finem*] est finis veris, cùm aër erat temperatus, & est principiũ æstatis, cùm aër incipit esse feruens. *Idibus ora*] &c. Nocte Iduũ Mai. altius attollit Taurus, cùm sit cessurus Geminis. De Tauro superiore egimus l. Poëta causam signi refert ad Europæ raptum, quòd imago Tauri fuerit cœlo locata, sicut nos quoq; suprà retulimus. licèt sint qui vaccam esse dicant, & ad Io referant. *Prior Idibus*] hoc est, nox quæ præcedit Idus. *Indicat*] ostendit. *Taurum tollere*] attollere altius à sole in ortu. *Ora stellantia*] stellas oris: quas suprà explicuimus. *Fabula nota*] quasi quam omnes norunt. *Subest huic signo*] ipsi Tauro: quia omnib. notum qua ratione fuerit cœlo figuratus. *Taurus*] Iupiter in taurum demutatus. *Vt prebuit terga sua*] cùm se mansuetum ostenderet, procubuit ante puellam, dedítq; illi terga equitanda. Vnde Horat. Sic & Europæ niueum doloso Credidit tauro latus. *Puella Tyria*] Europæ. à Tyro Phœniciæ: nam filia regis Agenoris. De quo latius in fine 2. lib. Met. *Et tenuit*] Iupiter. *Falsa* non vera. *Cornua fronte*] nam taurum se simulauerat. Verùm si historiam respicimus, habuit Iupiter taurum in puppi figuratum. De quo Lactant. loquens, ait: Rapuisse dicitur in aquila catamitum, Poëticus color est. sed vi per legionem rapuit, cuius insigne aquila est: aut nauis, in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam: sicut taurum figuratum, cùm rapuit &

[A] transuexit Europam *Illa*] Europa. *Retinebat dextra iubam*] crines tauri, quo firmius inhæreret. *Læua retinebat amictum*] vestes, ne aquis maderent. *Et ipse timor*] puellæ. *Erat causa noua decoris*] Augebat enim timor eius decorem tum in vultu, quòd præ timore candidior videbatur: tum in ipso gestu, & habitu. *Aura implet sinum*] vestes: nisi dicas latenter historiam tangere, quòd leni vento vela implerentur, cùm naue transueheretur. *Aura mouet capillos flauos*] hoc quidem decorem illius augebat, cùm flaui crines vento agerentur.

Sidoni] ô Europa, à Sidone vrbe Phœniciæ. *Sic*] hoc modo. *Fuerat aspicere Ioui*] cùm formosior videretur, & ob id illi gratior. *Sæpe subduxit*] remouit. *Ab æquore plantas puell.*] contrahebat, vt altius eleuaret pedes, ne attingeret aquas. *Et metuit tactum aquæ assilientis*] metuit ne ab vnda salienti tangeretur, hoc est, ne aqua spargeretur. *Sæpe deus*] Iupiter in tauri forma. *Prudens demisit tergum in vndas*] inflectebat se in vndas, incussurus illi metum. *Vt illa fortius*] firmius. *Hæreat illa suo collo*] quò arctius eum puella amplecteretur. [G]

Littoribus tactis stabat sine cornibus vllis
Iuppiter, inque deum de boue versus erat.
Taurus init cœlum, te Sidoni Iuppiter implet,
Pársque trium terræ tertia nomen habet.
Hoc alij signum Phariam dixêre iuuencam,
Quæ bos ex homine est, ex boue facta dea.
Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
Mittere roboreo scirpea ponte solet.
Corpora post decies senos qui credidit annos
Missa neci, sceleris crimine damnat auos.
Fama vetus, tunc cùm Saturnia terra vocata est,
Talia fatidici dicta fuisse senis:

[ANTON.] *Littoribus tactis*] Cretæ insulæ, ad quam deus vexit Europã *Taurus init*] &c. Effigies tauri quã deus exuit, in zodiaci signum translata est. [B] *Phariam dixêre iuuencam*] in quam Io conuersa est, quæ in Ægypto Isidis nomen accepit. nota est fabula. *Simulacra virorum*] Immolandorũ hominũ ritus fuit olim in Latio, quemadmodũ & apud quosdã immanissimos barbarorũ. quẽ nonnulli à Pelasgis fluxisse crediderunt, qui sedibus suis pulsi, & incerti quib. locis adhærerent, apud Dodonam oraculum acceperunt, in quo hoc erat: καὶ κεφαλὰς ἅδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. Vnde cùm post [C] errores plurimos in Latium appulissent, erexerunt Diti sacellum, & Saturno aram, dénique hunc virorum victimis, illum humanis capitibus placauerunt. quod genus sacri redactum est ab Hercule in mitiorem ritum, qui suasit posteris Pelasgorum, vt inferrent Diti non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata: & Saturni aras non viris mactandis, sed accensis luminibus cumularent: quia non solùm vir, sed lumen per nomen quod est φῶς significetur. Eundem Herculem scribit Plutarchus, cùm barbari ea loca vbi nunc Roma est incolentes, Græcos quos ceperant in Tiberim deiicerent, edocuisse illos vt veterem morem & superstitionem imitantes, simulacra viuorum hominum in flumen dimitterent. in sacris enim, vt inquit Seruius, simulata pro veris accipiuntur. Vnde cùm de animalibus, quæ non facilè inueniuntur, sacrificandum est, simulacra eorum [D] pane & cera fiunt, ac pro veris accipiuntur. Itaque postea Idib. Maiis circa plenilunium pontifices virginésq; Vestales, item prætores, aliíq; quos sacris adesse fas erat (vt inquit Eusebius) immolatis animalib. vti ius pontificium postulabat, argeos, id est, triginta hominum simulacra, siue scirpeas effigies, de põte Sublicio singulis annis in Tiberim iaciebãt. Dicti autẽ Argei sunt, vel quòd Hercules cùm occiso Geryone victor per Italiã armenta duxisset, simulacra hominum pro numero Argiuorũ sociorúmq; quos casu peregrinationis amiserat, dicitur in fluuiũ dimisisse: vt aqua secunda in mare deuecti, pro defunctorum corporibus veluti patriis sedibus redderentur. Vel à Pelasgis, quos scripsit Macrob. post acceptum oraculum ad Dodonam in Italiam peruenisse. Vel à Græcis, quos barbari, vt diximus, Latiũ incolẽtes in fluuium iaciebant. Græci enim omnes, vt inquit Plutar. Argiui à veteribus dicebantur. Sanè Festus autor est, fuisse in vrbe loca [E] quæ Argea vocabantur, quòd in his sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. Et Varro Argeos inquit dictos putari à principibus qui cum Hercule Argiuo venêre Romam, & in Saturnia subsederunt. *Roboreo ponte*] Sublicio, quẽ Plutarchus scribit ligneum factum & absolutum ab Anco Martio rege: & postea lapideum extructum ab Æmylio quæstore. Vnde non placet quod Lactantius tradit, è ponte Miluio hominem in Tiberim missum. Varro pontem Sublicium à pontificibus inquit primùm factum: & sæpe restitutum. Eius contignationem Plinius ita dispositam inquit fuisse, vt eximerentur trabes sine fulturis, ac reponerentur: quod in eo ponte religiosum fuit, postea quam Coclite Horatio defendente ægrè reuulsus est. Dictus autem est Sublicius à sublicis, quæ sunt, vt Cato scripsit, perticæ longiores, ex quibus pons totus fuit, postquam institutum est, ne ferro & [F] clauis contingeretur. Hunc, vt quidam tradunt, Antoninus Pius imperator marmoreum fecit. Sed non prætereundum, quod scribit Macrobius, structum fuisse ad tempus hunc pontem sub Hercule: & postea Sublicium dictum, ex quo idem Hercules dicitur hominum simulacra in fluuium demisisse. *Decies senos*] sexaginta. Vnde Festus, Depontani, inquit, senes appellabantur, qui sexagenarij de ponte deiiciebãtur. Libet hoc loco per rerum laudare maiorũ nostrorũ pietatẽ, ac prudẽtiã, curãtiũ ne oporteret sexagenarios senes anni scalarij pericula formidare. Cæterùm id Romę factũ nõ crediderĩ. apud Scythas seruatũ cũ morẽ fœdissimũ aliquãdo fuisse, dubiũ nõ est. *Tũc e Sat. ter. voc. est*] Primi cultores Italiæ, secũdũ Trogũ, Aborigines fuere, vt Iustinus refert: quorum regẽ [H] Saturnũ tãtæ inquit fuisse iustitię, vt neque seruierit sub eo quisquã, nec priuatæ rei quicquã habuerit. Ita Italiam regia nomina Saturniam appellatam: & montem quem inhabitabat, Saturnium dictum, vbi postea Capitolium fuit. Sed est & Saturnia nomen oppidi, vt suprà ostendimus.

[PAVL.] *Littoribus tactis*] postquã in Cretã peruenit. *Stabat sup. sine vllis cornib.*] nã exuerat formã tauri. *Et de boue erat ver. in d.*] resũpsit verã formã. *Taurus*] figura tauri. *Init cœl.*] quia cœlo locata. *Sidoni*] Europa. *Implet te Iupit.*] grauidã fecit, & de te Minoẽ genuit. *Et tertia pars terræ habet tuum nomẽ*] diuisus enim orbis in tres partes, ab ea vna triũ partiũ, Europa vocata est. vnde Horat. Bene ferre magnã Disce fortunã, tua sectus orbis Nomina ducet. [I] *Dixerunt*] aliqui scilicet. *Hoc cœli signum Phariã iuuẽcã*] esse Io Inachi regis Argiuorũ filiam. *Quod bos est facta ex homine*) cùm demutauit Iupiter eam in vaccã, ne pateret eius furtũ. *Ex boue facta dea*] cùm rediit in pristinã formã, & in Ægypto meruit diuinos honores. Putãt igitur illã vaccam esse in cœlo figuratam. sed vt superiùs dictum, Vacca sit, an taurus non est cognoscere promptum. *Phariam*] Aegyptiam à Pharo insula parua in Nilo: quæ Alexandriæ ponte iungebatur. de qua Lucan. in 10. Tunc claustrum pelagi cepit Pharon, insula quondam In medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos: at nunc est Pellæis proxima muris. *Tunc quoque priscorum virgo*] Idib. Maiis scirpea simulacra iaciuntur in Tibrim è roboreo ponte, vnde prius solebant emitti homines. Cuius rei meminerunt [K] Dionys. lib. 1. de Antiquit. Italica. Lactant. in 1. Diuinarum institutionum, Plutarchus in Problematibus, Macrobius in Saturnalibus: & Eusebius lib. 4. de Euangelica præparatione, Dionysij verba referens: Asserunt, inquit, Saturno in Italia priscis temporibus ita sacrificatum fuisse, quemadmodũ apud Carthaginẽses, antequã vrbs eorũ dirueretur. Celtę verò ad hæc vsq; tẽpora, & occidẽtaliores ferè oẽs, homicidia sacrificãt. Hercules aũt fertur primus in Saturno ara ædificata, intemeratas hostias immolasse: ac legẽ, qua homines sacrificabãtur, reuocasse: & ne, quasi patrio ritu neglecto, superstitione inani incolæ turbarẽtur, simulacra pro viuis hominibus, quos in fluẽta Tiberis proiiciebãt, hostiatũ ornata modo in Tiberĩ immittere docuit. quæ res à Romanis, tẽporib' quoq; nostris, Idib. Maiis diligẽter fieri solet. Ea n. die põtifices, animalib' primò secũdũ leges immolatis, virginésq; Vestales, prætores, aliíq; ciues, quos sacris adesse fas est, triginta simu- [L] lacra hominũ, quæ Argiuos appellãt, à põte sacro in Tiberĩ demittũt, & cætera. Epicad' verò refert, Herculẽ occiso Geryone, cũ victor per Italiã armẽta duxisset, põte, qui nũc Sublicius dicitur, ad tẽpus instructo, hominũ simulacra pro numero sociorũ, quos casu peregrinationis amiserat, in fluuiũ demisisse: vt aqua secũda in mare deuecta, pro corporib' defũctorũ, veluti patriis sedib' redderẽtur: & inde vsũ talia simulacra fingẽdi, inter sacra mãsisse. Verũ alij cũ superiore cõcordãt. Hic è põte sublicio iacta inquit. sic & Plutarch. Dionys. è põte sacro. Lactãt. è põte Miluio. qui ita de ea re agit: Saturn' in Latio eodẽ genere sacrificij cultus est: nõ quidẽ vt homo ad arã immolaretur, sed vti in Tiberim de põte Miluio mitteretur. Quod ex responso quodã factitatũ, Varr. autor est: cui' responsi vltimus versus est talis, καὶ κεφαλὰς ἅδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

A Et capita Saturno, & patri mittite hominem. quòd quia videtur ambiguum, & fax illi, & homo iaci solet. Verùm id genus sacrificij ab Hercule, cùm ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum. Ritum tamen permanere, vt pro veris hominibus, imagines iacerentur è scirpo, vt Ouidius in Fastis docet. Et adducit ipse Lactantius plures ex versibus Ouidianis. Plutarchus verò hanc eius rei rationem affert. Quòd antiquis temporibus barbari ea loca incolentes, Græcos quos ceperant, eo pacto interficerent. Herculem verò postea admirati, ab hospitum & externorum cæde abstinuerunt: docti ab eodem, vt veterem morem ac superstitionem imitantes, effigies in flumen abijcerent. nam veteres Græcos omnes Argiuos æqualiter appellabãt: nisi propter vicinitatẽ, Argiuos Arcadum Euander existimans, qui patriam fugiens, B ibi consedit, odium & amicitiam retinoit. Poeta verò ostẽdit alios & responso factum tradidisse, vt duo corpora in Tibrim iacerentur. Alios verò putauisse iuuenes solitos è pontibus impellere senes, vt ipsi essent qui in comitiis suffragia darent: & inde morem habuisse originem, seruatúmque vsque ad Herculis tempora. *Tunc quoque*] eo etiam die. *Virgo*] Vestalis scilicet. *Soles mittere*] eijcere. *Simulacra corpora priscorum virorum*] effigies antiquorum ex scirpis compositas. *Ponte roboreo*] ligneo: hoc est è põte sublicio, ex sublicis, hoc est ex ipsis oblõgis & erectis lignis compacto. *Qui credidit corpora missa neci*] qui putat necatos homines. *Post decies senos*] hoc est post sexaginta annos. *Damnat auos criminis scelera*] arguit maiores sceleratæ cædis, & summæ immanitatis. quasi dicat, Nõ ita sunt maiores tanti sceleris arguendi. Et hoc ideo inquit, quia putabant aliqui eundẽ mo- G rem in Italia fuisse, qui apud plerosque Scytharũ populos seruatur, vbi sexagenarij necãtur: vt ea ratione institutũ arbitrarẽtur in Latio, sexagenarios è ponte in fluuiũ mitti solitos. quod poeta negat, cùm maiores non sint tanti sceleris accusandi. Verũ aliqui ex Græcis seruarũt hunc morem. nam in Cea insula lex lata erat: Qui rectè viuere nequeant, turpiter ne viuunto. Edixit enim lex, maiores annis sexaginta natos aconito vitã finire, vt cæteris cibaria sufficerent. Hæc Strabo refert. *Fama vetus*] quasi iã antiquis hæc fama emanauit. *Tunc cùm terra*] Latina scilicet. *Est vocata Saturnia*] quasi ante vrbẽ cõditã, cũ & Saturnius collis vocaretur, qui nunc Capitolinus dicitur, & in eo Saturnia vrbs, vt primò diximus. *Talia fuisse dicta senis fatidici*] hoc fuisse vatis respõsũ.

arua] Latina: victo in Hispania Geryone, vt diximus in primo. H *Sacra tristia*) ob humanam victimam. *Peracta deo Leucadio*) In omnibus codicibus etiam vetustissimis, ita scriptum est, deo Leucadio: ita vt intelligi non posset, quare Leucadio diceretur. & alij aliud sentiebant, & alij aliter deprauabant. At Lactantius, qui hunc locum adducit, ita hunc versum ponit, I *Tristia Leucadio sacra parata modo*] & hoc pacto reddit sensum faciliorem: Sacra quæ parantur eo modo, quo sacrificatur Apollini ad Æcium in mari Leucadio: nam immolatur humana victima. De quo Virgilius: Et formidatus nautis aperitur Apollo. Ita hic immolabantur homines Saturno. Et tamen si omnino illud asserendum esset vt Leucadio deo diceremus, erat quidem ad locum referendum in vrbe, vbi erat eius templum, & Opis simul & vt Saturnum Leucadium dicebant, ita & Opem Leucadiam. Plautus enim Opis Leucadiæ meminit. Sic vtroque modo rectè dices. Et fama est. *Illum*] Herculem. *Misisse Quirites stramineos*] stramineas effigies Quiritium. *In aquam*] in Tibrim. Sed non Quiritium, quia nondum K condita Roma, neque erat Quiritium appellatio. Sed poeta posteriore vocabulo pro re veteri vsus est. nam effigies illorum, qui tunc ea incolebant loca. Et fama est. *Iaci corpora falsa*] corporum effigies. *Exemplo Herculis*] vt Herculem imitentur. *Pars putat*] alij sunt qui existimant. *Iuuenes præcipitasse*] præcipites iecisse è pontibus. *Senes infirmos*] inualidos, qui defendere se non poterant à iuuenibus. *Vt ipsi*] iuuenes. *Soli ferrent suffragia*] vt in comitiis darent, cui vellent, suffragia, sine senum repugnantia. *Tibri doce verum, tua ripa vetustior*] Nomen Tiberinum inuocat, vt veram causam referat. Quæ quidem ab illo ad Herculis comites refertur, qui in illis collibus, vbi postea vrbs est condita, remanserunt. At cùm amore patriæ L tangerẽtur, aliqui ex his in morte mandabant, vt mitterentur in Tibrim, quò ab vndis in patriã reportarẽtur. Hæredes verò non parebant, sed humabant extinctos, & scirpeas imagines in fluuiũ deijciebant. *Doce tu verũ Tibri*) vnde hic mos originem habuerit. *Tua ripa est vetustior vrbe*] antiquior quàm sit Roma. *Tu bene potes nosse*] propter ipsam vetustatem. *Principium ritus*] originem huius moris. *Tibris*] deus ipse Tiberinus. *Extulit*] eleuauit. *Caput arundiferum*] arundine coronatum. Ea enim est fluuiorum corona, quod referuntur ad ripas arundine obsitas. *Medijs aluei*] per quem fluit. *Et dimouet ora rauca*] à rauco aquarum murmure. *Talibus sonis*] his dictis. *Vidi*] ego. *Hæc loca*) Romana. *Herbas desertas*] quasi pascua in solitudine iacentia. *Sine mœnibus*] cùm nondum esset vrbs, aut aliud oppidum conditum.

Falcifero libata seni duo corpora gentes
Mittite, quæ Thuscis excipiantur aquis.
Donec in hac venit Tirynthius arua, quotannis
Tristia Leucadio sacra peracta deo.
Illum stramineos in aquam misisse Quirites,
Herculis exemplo corpora falsa iaci.
Pars putat, vt ferrent iuuenes suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitasse senes.
Tibri doce verum: tua ripa vetustior vrbe est,
Principium ritus tu bene nosse potes.
Tibris arundiferum medijs caput extulit vndis,
Raucáque dimouit talibus ora sonis:
Hæc loca desertas vidi sine mœnibus herbas:
Pascebat sparsos vtraque ripa boues.
Et quem nunc gentes Tiberim norúntque timéntque,
Tunc etiam pecori despiciendus eram.

ANTON. *Donec in hac*] &c. Redegit quidem Hercules crudele sacrum ad mitiorem ritum, vt diximus: sed eousque processit sacri religiosi celebratio, vt Cn. Cornelio Lẽtulo, P. Licinio Crasso C coss. senatusconsultum factum fuerit, ne homo immolaretur. & postea Tiberius Cæsar sustulerit Druidas, ita vt multũ debeatur Romanis, vt ait Plinius, per quos sublata sunt monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum habebatur. *Thuscis aquis*) Tiberi. *Tristia Leucadio*) &c. Non placet, quòd nonnulli dicunt à parte totum accipi, & Satur- D num Leucadium dictum, quòd in Epiro, cuius insula est Leucas, oraculum inferret, huic deo virorum victimis rem diuinam fieri. Sed Leucadium dictum accipimus, suppleta quasi particula. quod poëtæ facere consueuerunt, teste Seruio. Quoniam viuis hominibus ex alto deiectis, ei sacra fierent, quemadmodum & Apollini apud Leucadem. Leucadium enim deum propriè Apollinem dicimus. Ouid. alibi. An quia Leucadio semper amata deo. Fuit eius ædes in Actio promontorio apud Leucadem. Vnde illud est Virg. Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo. Leucadiis autem (vt inquit Strabo) mos patrius fuit, vt in Apollinis sacrificio quotannis sontem aliquem, auertendæ deorum iræ gratia, è montis specula deijcerent. Nouimus enim (vt autor est Porphyrio, & nos diximus supra) E quosdam è diis placari, ne obsint. & Apollinem à nonnullis pestilentem deum existimari. Vnde illud est: Condito mitis placidúsque telo, Supplices audi pueros Apollo. Strabo autor est, Corinthios Leucadẽ, quæ fuit olim Chersonesus, in formam insulæ redegisse: quæ à petra albicante protenta in pelagus, nomen accepit: vel secundum Alcmæonidem, à Leucadio Icarij filio. *Stramineos Quirites*] simulacra Quiritum è stramine. Quirites autem dixit, non quòd tum essent, sed quòd postea eo in loco Quirites fuerunt. *Corpora falsa iaci*] repetendum, Fama est. *Vt ferrent iuuenes suffragia soli*] quia seniorum consilia solent sæpe numero affectibus iuuenum reluctari. *Tua ripa vetustior vrbe est*] facilè tibi est verum docere, qui es vrbe vetustior, & nosti quæ fuerunt ante vrbem conditam.

PAVL. *Mittite ò gentes, duo corpora libata*] duos homines litatos. *Falcifero seni*] Saturno ferenti falcem. Cum falce enim figu- F ratur, quòd ea fruges execare docuerit. Aut quòd Saturnus *æuum* dicatur, & tempus significat, cui fals attribuitur: quoniam tempus omnia metat, execet, & incidat. *Quæ*] duo corpora. *Excipiantur aquis Thuscis*] Tiberinis. Hoc igitur responsum fuit, vt duo deijcerentur in fluuium, & sic Saturno litarentur. *Donec Tirynthius*] & fama fuit, vsquequo Hercules à Tirynthio oppido Bœotiæ. *Venit in hac*

Vtraque ripa] & Latina & Hetrusca. *Pascebat boues sparsos*] hinc inde fusos. *Et eram tunc ego Tibris despiciendus pecori*] quasi pro vili & abiecto, quem pecora ipsa contemnerent. *Quem Tibrim nunc omnes gentes verentur*] propter magnitudinem Romani imperij. *Et timent*] Romanæ vires, timent quoque numen meum.

Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur:
Ille meas remis aduena torsit aquas.
Venit & Alcides turba comitatus Achiua.
Albula (si memini) tunc mihi nomen erat.
Excipit hospitio iuuenem Pallantius heros:
Et tandem Caco debita pœna fuit.
Victor abit, secúmque boues Erythreida prædam
*Abstrahit: * & comites longius ire negant.*
Magnáque pars horum desertis mansit in agris,
Montibus his ponunt spémque larémque suum.
Sæpe tamen patria dulci tanguntur amore:
Atque aliquis moriens hoc breue mandat opus:
Mittite me in Tiberim, Tiberinis vectus vt vndis,
Littus ad Inachium puluis inanis eam.
Displicet hæredi mandati cura sepulchri:
Mortuus Ausonia conditur hospes humo.
Scirpea pro domino Tiberi iactatur imago,
Vt repetat Graias per freta longa domos.
Hactenus vt subij viuo rorantia saxo
Antra, leues cursum sustinuistis aquæ.
Clare nepos Atlantis ades, quem montibus olim
Edidit Arcadijs Pleias vna Ioui.
Pacis & armorum superis imísque deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter.
Læte lyræ pulsu, nitida quoque læte palæstra,
Quo didicit cultè lingua docente loqui.
Templa tibi posuere patres spectantia Circum
Idibus, ex illo est hæc tibi sacra dies.
Te quicunque suas profitentur vendere merces,
Thure dato, tribuas vt sibi lucra, rogant.

ANTON. *Torsit aquas*] nauigans aduersus fluminis impetum. *Pallantius heros*] Euander Pallantis nepos regis Arcadiæ. *Comites longius ire negant*] Argiui, quos ait Varro (vt diximus) in Saturnia subsedisse. *Moriens hoc breue mandat opus*] Si moriens, quo modo mandat? Morientem hic dicit, paulo pòst moriturum. *Littus ad Inachium*] Argiuum: vel à rege Inacho, qui apud Argiuos regnauit: vel à flumine. *Displicet hæredi*] quia quod mandatum fuerat, impium videbatur. *Clare nepos Atlantis ades*] Idibus Maiis Mercurius colebatur, quem quidem eo die in lucem editum ferunt. vt, Maiæ Mercurium creastis idus. Erat autem is dies festus mercatorum, vt Festo placet, quòd ędes Mercurij esset huius mensis idibus dedicata, quæ fuit non lōgè à Circo maximo vt, Templa pij posuère patres spectantia Circum. Existimabatur enim Mercurius non solùm inuentor sermonis, lyræ, siue citharæ, palæstræ, atque furtorum: sed viarum atque itinerum dux, minister ac nuncius inter superos atque inferos deos, ac mercatorum omnium deus: cùm ad quæstus pecuniæ, mercaturásque habere vim maximam crederetur. Vnde ait Plau. in Amphit. Vt vos in vestris vultis mercimonijs emendis vendundísque me lætum lucris afficere, atque adiuuare in rebus omnibus. Itaque sunt, qui Mercurium putent à mercibus nominatum. quamuis alij dictum velint, quasi medium currentem, quòd sermo currat inter homines medius. Vnde à Græcis Hermes dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quia sermo latentes cogitationes interpretatur. Diximus suprà, plures fuisse Mercurios. quod & Cicero docet. Lactantius grammaticus quatuor inquit fuisse. Vnum Iouis & Maiæ filium, alium Cœli & Cei, tertium Liberi & Proserpinæ, quartum Iouis & Cyllenes. Alij trium tantùm meminere: Ægyptij, Cretensis, & Atlantici. Alij sex: quorum vltimum ex Ioue & Maia Atlantis filia natum volunt, ad quem cæterorum referuntur inuentaque omnia commemorare hoc loco non grauaremur, nisi rectè Seruius admoneret, in deorum ratione fabulas sequendas, cùm veritas ignoretur. Mercurius ab Ægyptiis Anubis dicitur, à quibus canino capite vnà cum Iside colebatur. Eiusdem apud Gallos (teste Cæsare in Comment.) plurima fuere simulacra, qui eum putabant omnium artium inuentorem. Athenienses verò primi è Græcis (vt inquit Herod.) edocti à Pelasgis, statuas Mercurij erectis virilibus habuerunt. cuius rei rationem apud Macrobium lector inueniet. Huic deo Romani lacte, non vino supplicarunt, in vico, quem putant eam ob causam Sobrium appellatum. *Pacis & armorum arbiter*] Eloquentia & sedat animos concitatos, & concitat sedatos: nec habet in se qualitatem, vt quidam docent, sed eam accipit ab agente. Vnde Cicero in Rhetorica vetere, non vtrum bonum, an malum sit eloquentia, quærit; sed vtrum plus boni an mali ferat, ostendit. Fiebat autem pax per caduceatores, teste Seruio: sicut per feciales bella indicebantur. Ii à faciendis fœderibus, illi à caduceo nomen habuerunt: dicti quòd per caduceatores bella cadere & dirimi consueuerunt. Caducei meminit Plin. Natur. hist. lib. 29. his verbis: Hic tamen complexus anguium, & efferatorum concordia, causa videtur esse, quare exteræ gentes Caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguiū fecerint. *Alato qui pede carpis iter.*] Vel quia Mercurius citò recurrit in ortum suum, vel quia volucer sermo per aërē fertur, vel ob solis velocitatē: secundū eos, qui eundem esse Mercuriū atq; Apollinem volunt. *Nitida quoque læte palæstra*) Lyræ ac palæstræ inuentorē fuisse Mercuriū Ægyptiū, Diodorus autor est.

PAVL. *Sæpe refertur tibi nomen Arcadis Euandri*] quasi dicat: Tu debes scire, qui fuerit Euander Arcas, quandoquidem eius nomen à te sæpe refertur. *Ille*] Euander. *Aduena*] peregrinus. *Torsit aquas meas remis*] ille classes aduerso amne meo, in hæc loca egit. *Venit & Alcides*] Hercules. *Comitatus turba Achiua*] quasi habens secum Græcos comites. *Tunc erat mihi nomen Albula*] eo tempore vocabar Albula: quia nondum rex Albanus dederat mihi nomen Tiberinum. *Si memini*] quia memini ita fuisse. *Heros Pallantius*] Euander: siue à Pallante, siue à Pallātio. *Excipit iuuenē*] Herculē. *Hospitio*] vt in primo dictū. *Et tandem debita pœna fuit Caco*] nā ob raptas boues ab Hercule mactatus est, & expurgata est eo mōstro rupes Auētina. *Victor*) Hercules qui Cacū interemerat. *Abijt*) discedit. *Et abstrahit*] abducit secū. *Boues prædā Erythreida*] armentā, quæ fuere Geryonis, qui regnauit in Erythra insula, ad dexterā faucesū freti Atlantici in Hispania, inde Erythreida prædā dixit. Sed de his omnibus in primo diximus. *Et comites*] Herculis. *Negant longius ire*] noluērunt sequi Herculem, sed volunt in Latio remanere. *Et magna pars horum*) comitū Herculis. *Mansit in agris desertis*) vbi alij non erant coloni. *Et ponūt spem & larem suum his montibus*) reliquere spem patriæ, & in his collibus eam cum domicilio & fortunis collocarunt. *Tamen sæpe tanguntur dulci amore patriæ*) quia sæpe desiderio eius commouebantur. *Atque aliquis moriens*) cùm iam morituri essent. *Mandat hoc breue opus*) quod hæres exequatur: hoc exiguum illi officium mandat. *Mittite me in Tiberim*) cùm expirauero, & soluerītis iusta, deiicite me in fluuium. *Ego vectus ab vndis Tiberinis*] quem Tibris deuehet in maria, & vsque in Græciam. *Ego puluis inanis*] qui redactus ero in leuem puluerem. *Eam in littus Argiuum*) hoc ast, in littus patrium. *Cura mandati sepulchri*) cura illius officij vt mitteretur in aquas, tāquam in sepulchrum. *Displicet hæredi*] tanquam illud impium esset, non humare corpora, sed in aquas iacere. *Hospes mortuus*] Argiuus ille extinctus. *Conditur humo Ausonia*] tellure Latina humatur.

Scirpea imago] effigies è scirpis. *Iactatur Tyberi pro domino*] mittitur in fluuium pro corpore illius. *Vt repetat Graias domos*] vt redeat in Græciam. *Per freta longa*] per ipsa maria, longo spacio in Græciam vsque tendentia. *Hactenus*] Hucusque loquutus est deus amnis Tyberinus. *Et subijt antra*] quæ erant sua palatia, de quibus in quarto diximus. *Rorantia*] aquis madentia. *Antra viuo saxo*] quasi antrum ab ipsa natura in saxo excisum. Et ab aliquibus interpretibus Virg. refertur ad naturalē animā, cū dicat, Viuóq; sedilia saxo. Idē dici potest in hoc loco. *Leues aquæ sustinuistis cursum*]

quoad ille in tuam regiam ingrederetur, continuistis impetum. *Clare nepos Atlantis*] Inuocat nunc Mercurium: quoniam idibus Maijs est eius festum, quo die fuit illi a senatu ædes apud Circum maximum consecrata. Et eodem die mercatores ad aquam Mercurij extra portam Capenam sese lustrabant: & precibus id petebant, vt à quibuscunque periurijs abluerentur: & lucri accessiones, & cum lucris gaudia afferri. *Ades clare Atlantis nepos*] Mercuri facunde nepos Atlantis: vt Horat. inquit. nam ex Maia illius filia natus. *Quem olim vna Pleias*] Maia ex Pleiadum numero. *Edidit Ioui*, peperit Ioui filium. *Montibus Arcadia*] in Cyllene mõte Arcadiæ, vnde Cyllenius dictus, vt supra docuimus.

Arbiter pacis & armorum] pro caduceo dictum, quo pacem ferri, & bella indicit, cùm pax esse cessatura. *Superis imisque deorum*] vel arbiter vtrisque dijs, aut qui gratus est dijs cœlitibus, & dijs inferis. vt est illud Horatianum. Superis deorum Gratus & imis. *Qui carpis iter alato pede*] Quique volas, quoties pedibus talaria nectis Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra, Seu terram, rapido pariter cum flamine portent. Sed hoc ideo à poetis dictum, quòd eius stella ex erraticis celerius cæteris in ortum recurrat.

Læte pulsa lyra] quam tu ipse reperisti. Et Horat. Curuæque lyræ parentem. *Læte quoque nitida palæstra*] quoniam certamen palæstræ primus tradidit. Horatius: Et decoræ more palæstræ. *Nitida*] quia oleo perũcti palæstra certabant. *Quo docente lingua didicit culte loqui*] quia Mercurius est, qui loqui doceat. *Culte*] ornate. Et Macrobius: Scimus, inquit, Mercurium vocis & sermonis patentem. Et Horatius: Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus. *Patres*] senatores. *Posuere*] erexere & consecrauere. *Tibi templa spectantia Circum*] quæ prope Circum maximum sunt, qui est inter Palatium & Auentinum. Nec solùm ibi templum Mercurij, sed aliorum & plurium numinum sacella consecrata vt ædes Veneris, quam Fabius Gurges construxit, cuius meminit Liuius Ædes Cereris, cuius meminit Plinius. Et templum Iuuentutis, cuius Liuius etiam meminit de bello Macedonico. Et Columna belli, de qua dicemus in libro sequenti. Et templum Herculis à Sylla erectum, & alia quoque sacella. *Idibus*] Maijs scilicet, consecratum fuit tibi templum. *Ex illo*] tempore scilicet. *Hæc dies*] iduum Maiarum. *Est tibi sacra*] quoniam appellatur Mercurij festum, & tibi eo die sacrificatur. *Quicunque profitentur vendere suas merces*] omnes mercatores, qui habent venales merces, & mercaturam profitentur. *Rogant te dato thure*] postquam aris tuis thura obtulerunt, precantur. *Vt tribuas sibi lucra*] vt lucrari possint de mercibus. Et Mercurius mercibus præest, ideo mercatores ei sacrificant.

Est aqua Mercurij porta vicina Capena.
Si iuuat expertis credere, numen habet.
Huc venit incinctus tunica mercator, & vrna
Purus suffusam, quam ferat, haurit aquam.*
Vda fit hinc laurus: lauro sparguntur ab vda,
Omnia quæ dominos sunt habitura nouos.
Spargit & ipsa suos laura rorante capillos,
Et peragit solita fallere voce preces.
Ablue præteriti periuria temporis, inquit,
Ablue præterita perfida verba die.*
Siue ego te feci testem, falsóve citaui
Non audituri numina vana Iouis:
Siue deum prudens alium, diuámve fefelli,
Abstulerint celeres improba verba noti.
Et pereant veniente die periuria nobis:
Nec curent superi, si qua loquutus ero.
Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro:
Et face vt emptori verba dedisse iuuet.
Talia Mercurius poscentes risit ab alto,
Se memor Ortygias surripuisse boues.
At mihi pande precor multa meliora petenti,
In Geminos ex quo tempore Phœbus eat.
Cùm totidem de mense dies superasse videbis,

ANTON. *Porta vicina Capena*] Hãc portã nonnulli existimãt esse, quæ & Trigemina dicta est, quòd ad eã Trigemini Horatij sepulti fuerint. quod verũmne sit, alij viderint. Capenæ autẽ nomẽ accepit, vel à lucis Capenis, vt inquit Seruius: vel ab oppido Capena, vt alijs placet. Fuit apud hanc portã aqua Mercurij, vt Ouidi* scribit hoc loco: qua mercatores idibus Maijs se ac suas merces spargere cõsueuerũt. Itẽ lapis Manalis, quẽ in vrbẽ inferebãt, vt ait Festus, quoties ob nimiam siccitatẽ pluuias cupiebãt. Preterea fõtes, ac puteri, vbi Fontinalia celebrabãtur, coronatis puteis, & sparsis floribus in fontes. Hinc illud est Martial. Capena grandi porta qua fluit gutta. Et illud Iuuenal. Substitit ad veteres arcus, madidámq; Capenã. Rediculi etiã fanũ extra portam hãc fuisse legimus, sic dicti, quòd accedẽs ad vrbẽ Hannibal, ex eo loco redierit, quibusdã perterritus visis. Sunt qui portã Capenã esse Appiã quoq; nominatã doceãt. *Numen habent*] purgãdi vim ac potestatẽ. *Vrna*] vas est proprie, quo aquam haurimus. quia vrinare, est in aquã mergi, teste Varrone. Dicimus & vrinare. Qui in aquã mergitur, Plinius vrinantes vocat. Vnarium verò Varro esse inquit in culina, vbi vrnæ cum aqua positæ habentur. *Omnia quæ dominos sunt habitura nouos*] merces: quæ cùm vẽduntur, dominũ mutant. *Solita fallere voce*] Eadẽ voce preces peragit mercator, qua & fallere cõsueuit emptores. *Præterita die*] Dies hoc loco tempus significat indeterminatũ: quemadmodũ & ibi. *Et pereant veniente die periuria nobis*] vbi petit futuri quoq; tẽporis periuria condonari. *Talia Mercurius poscẽtes ridet*] Non succẽset iniusta petentibus, quippe qui esse dicitur ingeniosus ad furta. Dicitur autem Mercurius, qui Apollini boues furatus est, fuisse Bacchi & Proserpinæ filius de quo ait Horat. Te boues olim nisi reddidisses, Per dolum amotas, puerum minaci Voce dum terret, viduus pharetra Risit Apollo. *Ortygias*) Apollineas, ab Ortygia insula, quæ Delos dicitur.

PAVL. *Est aqua Mercurij*] quæ quidem ita appellatur, quod Mercurio sacrificaturi, ibi se prius abluebant. *Vicina porta Capenæ*) paulo extra portã Capenã: vbi & Fontinalia celebrabantur, coronatis puteis, & sparsis florib. in fontes Eodem loco erat lapis Manalis extra eã portã, iuxta ædẽ Martis: quẽ cùm propter nimiam siccitatem in vrbem pertraherent, insequebatur pluuia statim: eũmque quòd aquas manaret, Manalem lapidem dixêre. Nec longè fluit Almo, de quo superiore libro dictum. Martialis: Capena grãdi porta, qua fluit gutta: Phrygiæque matris Almo, qua lauat ferrum Ea autẽ est porta Capena, qua itur ad ædẽ diui Sebastiani. *Si iuuat credere expertis*] quasi si adhibenda est fides illis, qui rẽ & experientia norunt. *Habet numen*] inest aliquid numinis illi aquæ: quoniam ea expiãtur mercatores. *Mercator incinctus tunica*) habens incinctã tunicam. *Venit huc*] ad eam aquã. *Et haurit aquam*] ex fonte. *Vrna*] hoc enim vasis genere hauriebatur aqua. Inde vrnarium dictũ: quòd vrnas (vt Varro inquit) cũ aqua positas ibi potissimũ habebãt in culina. Ab eo etiã nũc ante balneũ locus, vbi poni solebant, vrnarium vocatur. Vrnæ dictæ, quòd vrinẽt in aqua hauriẽda vt vrinatur. Vrinare est mergi in aquã. *Quam*] aquã ferat. *Suffusam*] in vrnã scilicet, aut suffusam, pro suffundendã in seipsũ. *Purus*] quasi suffusione capiẽdus. *Hinc*] ex hac aqua. *Laurus fit vda*] madida ipsa aqua. *Et omnia quæ sunt habitura nouos dominos*] omnia quæ habent venalia precio cõmutãda. *Sparguntur ab vda lauro*] vt ea primùm lustret, deinde seipsum. Sed de his generibus expurgationis diximus in quarto, in Palilibus. *Et ipse spargit suos capillos*] vt se expurget. *Lauro rorante*] aquis madẽte. *Et peragit preces*] precatur Mercuriũ, vt ab omni periurio & fallacia cũ expiatũ esse velit. *Voce solita fall.*] qua semper solet alios decipere. *Abl. inquit, per. pra. tẽp.*] ô Mercuri, expurga me ab omni periurij crimine, in quo vsque in hunc diẽ deliquerim. *Abl. ver. per.*] fallacia. *Fed. prius*] non seruata: expurga me ab eo, quòd fidem violauerim. *Siue ego fe. te test*] si iurãs te in testẽ vocauerim, etiam absolue tu me. *Ve*) pro vel. *Si fal. cit. num ma. Ioui nõ aud*] quasi si falsò iurãs, vocaui Iouẽ magnũ in testẽ, non auditurũ mea verba fallẽtia, & per eius numina peierauí, etiã absolue tu me *Siue ego pr*] callidus & astutus. *Fef. d*] alium *Vel al. d.*] si per aliorũ deorũ, aliarũmq; dearũ numina. *Cel n. abs. ver. im*) maligna fuerint irrita mea dicta, & in vẽtos abierint. *Et per. nob. per*] quasi deleatur à nobis periuriorum crimen *Veniente die*] cùm primùm illuxerit. *Nec cur sup.*] quasi non aduertãt dij. *Si qua ero lo*] si quid licẽtiosius iactem in deos, & in homines, & ad eos decipiendos. *Da mo lu. mi*] vt ex mercib mihi

lucra perueniant. *Da facto gaudia lucro*] vt lætè fruar his quæ lucratus fuero: non vt eueniat mihi, quemadmodum & nimium cupidis, qui semper diuitiis inhiantes, partis frui nesciunt. *Et face*] &c. *Vt iuuet dedisse verba emptori*] vt prosit, & vtile mihi sit, emptorem fefellisse. *Mercurius ridet ab alto cælo poscentes talia*] qui à periuriis absolui poscunt, & licere alios fallere. nam & ipse aliquando alios fallebat. *Memor se furto pauisse boues Ortygias*] memor se furto subtraxisse Pheræas vaccas regis Admeti, quæ sub custodia Phœbi erant, cùm priuatus deitate, pastoralem vitam ageret Phœbus; sed nimis terrens, ni redderet, paulo pòst pharetram quoque amisit. vnde Horat. Te bouet olim nisi reddidisses, Per dolum amotas, puerum minaci Voce dum terret viduus pharetra Risit Apollo. *Ortygias*] à Delo insula, quæ Ortygia dicta est. nam Ortygius deus erat earum custos. *At mihi pande*] &c. Quærit vuna à Mercurio poëta quo tempore sol eat in Geminos. & respondet ille, xi cal. Iun. hoc est, 20. die Maij. *At precor pande mihi*] aperias oro id mihi. *Petentis longè meliora*] quàm petant à te mercatores nam illi vt alios fallant, ego vt alios instruam. *Ex quo tempore*] quo die huius mensis. *Sol eat in Geminos*] relicto Tauri signo, Geminorum signum ingrediatur.

Quot sunt Herculei facta laboris, ait.
Dic, ego respondi, causam mihi sideris huius:
Causam facundo reddidit ore deus.
Abstulerant raptas Phœben, Phœbésque sororem
Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.
Bella parant, repetúntque suas & frater, & Idas,
Leucippo fieri pactus vterque gener.
His amor, vt repetant, illis vt reddere nolint,
Suadet, & ex causa pugnat vterque pari.
Effugere Oebalidæ * *cursu potuere sequentes,*
Sed visum est celeri vincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus est, apta area pugnæ:
Constiterant illo nomina fida loco.

ANTON. *Quot sunt Hercules*] &c. Decimoquarto cal. Iunias sol in Geminos transitum facit: vt Ouidio placet hoc loco, cui astipulatur Columella. Quo tempore reliqui sunt huius mensis duodecim dies, qui plene atque integri hoc locu accipiendi sunt. Quod ni feceris, existimans decimotertio cal. Iunij solem abire in Geminos, sequentia non procedent. Cùm enim autor decimoquarto cal Iunij (vt infrà legitur) solem doceat abire in Cancrũ, id ages, vt triginta dies non absumantur, sole Geminos metiente. Dicuntur autem labores Herculis fuisse duodecim. Seneca in Herc. fur. Dextra conare aggredi ingens opus, labore bisseno amplius. Apuleius: Pollum, tuquam, primam istam virtutis adoriam ad exemplum duodenarum laborum Herculei numerare. Nec nos moueant plerique scriptores, à quibus plures labores Herculis explicantur. Nam & Diodorus duodecim inquit fuisse certamina, quæ ab eo perfici mandauit Eurystheus. Et Seruius Herculem docet à prudentioribus mente magis quàm corpore fortem induci, adeò vt duodecim eius labores ad aliquid referri possint: cur cùm plura fecerit, duodecim tamen assignantur, propter agnita duodecim signa. Itaque etiam dicitur ab inferis traxisse Cerberum: quia omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempsit. Eusebius verò Apollinem inquit Herculem vocari, quod ægrotantibus medeatur, & morbos pellat: & duodecim ei labores attribui, quoniam per duodena signa pertranseat. Sanè Varro (vt inquit Macrob.) Herculem putat victorem dictum, quòd omne animalium genus vicerit. vnde constat labores Herculis penè innumeros fuisse. Itaque Romæ duæ Victoris Herculis ædes fuerunt: vna ad portam Trigeminam, altera in foro boario: in quo imago Herculis fuit Triumphalis dicta quòd per dies triumphi triumphali habitu induceretur. nam colossus eius fuit in Capitolio. Hic deus semper pedes incessit, autore Seruio, cùm equos habuerit nobilissimos. Cuius ille mos fuit omni laude dignus, vt etiam nũ togatus laborantibus subueniret. Per eum pueri cùm iurarẽt, sub tecto id facere prohibebantur, iubebanturq; sub diuum progredi: quòd Hercules non domi, sed foris, ac sub diuo vitam egisset. Cui cùm res diuina fieret, alius deorum nõ appellabatur. quoniam eum semideum putarũt, etiam cùm inter homines ageret. Idem deus Communis dictus est: vel quia idem est Hercules, qui & Mars, quẽ Cicero communem dixit. vnde Virgil. dat salios Herculi, quos Martis esse constat. Vel quia is vacauit commodis hominum, ac tutelæ. Vel quia numinum alia sunt tantùm cœlestia, alia tantùm terrestria, alia media. Eundem astrologum dixerũt, vt Festo placet: quòd eo die se flammis iniecit, quo futura erat solis obscuratio. Is postquam è piratis, quos Busiris miserat, raptas Hesperidas Atlanti restituit, reuera ab eo astrologiam edoctus est, ita vt primus putetur sphæram in Græciam attulisse. Cui Menœtius Actoris filius, primus in Opunte oppido, tauro, capro, & asere rem diuinam fecisse traditur. Cæterùm Hercules alij tres fuisse putant, quod Diodoro placuisse videtur. Alij sex, quorum gesta Herculi Alcmenæ ac Iouis tertij filio assignantur. Alij, vt Varro, tres & quadraginta. *Sideris huius*] Geminorũ: qui secũdum Varronẽ sunt Hercules & Apollo, secundum alios, Castor & Pollux: qui interiisse dicũtur, cùm Idas & Lynceus Spartam oppugnassent, vt Higinus scribit. licèt Ouidius hoc in loco aliter fabuletur. Illud ferè inter omnes conuenit, Pollucẽ fratri mortuo concessisse vitæ suæ dimidiũ. vt, Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itq; reditq; viam toties. Quod vel ideo fingitur, quia eorũ stellæ ita se habent, vt occidẽte vna, oriatur altera. Vel quia alternis diebus lucent. Vel quia per Geminos vnũ atq; eundẽ solem significamus, vt ait Macrob. modò in imu mũdi descẽdentẽ, modò in summã altitudinẽ resurgentẽ. Geminorũ sidera cùm se ostendũt, laborantibus nautis spem salutis præbẽt, teste Porphyr. Catul. Hic velut in nigro iactatis turbine nautis, Leniter aspirans aura secunda venit, Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata. Horat. Sic fratres Helenæ, lucida sidera, Ventorúmque regat pater. Martial. Et gratum nautis sidus fulgere Laconum. Sed scribit etiam Porphyrio, constare inter nautas, Castoris & Pollucis stellas plerumque nauibus esse infestas. quod ideo dictum existimari potest, quia fulgurum effigies modò antennis, modò aliis nauiũ partibus (vt inquit Plin.) seu vocali quodã sono insistẽtes, atq; vt volucres sedẽ ex sede mutãtes, si geminæ quidem venerint, salutares sint, ac prosperi prænunciæ: si verò solitariæ venerint, graues, & modò nauigia mergentes: modò si in carinæ ima deciderint, exurentes. Sciendum scripsisse quosdam: Geminorum sidera Iasonem & Triptolemum esse. Lege Higinum: is Geminos scribit constare stellis 18.

Phœben Phœbésque sororem] Propertius: Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe, Pollucem cultu non Elaira soror. Leucippus Ætolus filias habuit Phœben & Elairam, quæ raptæ feruntur à Castore & Polluce, cùm Idas & Lynceus fratres eas vxores ducturi essent. Itaque Castor à Lynceo interfectus est. Pollux Lynceum interemit. Idas verò, cùm in Pollucem impetum faceret, à Ioue dicitur fulminatus. Qui cùm Pollucem in cœlum relaturus esset, motus eius precibus concessit ei, vt sex mensibus Castor cœlo poriretur, & totidem Pollux. *Hic eques*] Castor eques. nam Pollux est, quem pugilem dicit. *His amor vt repetant*] Idæ & Lynceo suasit amor, vt raptas vxores siue sponsas repeterent. *Oebalidæ*] Lacones. In Laconia enim, siue Oebalia sunt Amyclæ, patria Castoris & Pollucis. [Vel potius, quoniam pater Tyndareus Oebalus fuit, auus autem Castoris & Pollucis, vt Comment. Eurip. in Orestem.]

PAVL. *Ait*] Ibit tunc, cùm videbis superesse totidem dies de mense, quot sunt facta Hercules laboris: cùm tot dies restant adhuc de Maio, quot fuere labores Herculis. Duodecim illi fuere, ergo cùm supersunt duodecim dies. & sic indicat tertiumdecimum diem calendarum, tunc sol iuit Geminos. *Ego respondi, Dic causam huius sideris*] qua causa sit hoc signum in cœlo figuratum. *Deus*] Mercurius. *Reddidit causam ore facundo*] quoniam & eloquentiæ præesse dicitur, ideo Facundo ore dixit. *Abstulerant raptas*] Geminos. quod etiam Higinus asserit, complures astrologi dixere Castorem & Pollucem, quos constat omnium fratrum inter se fuisse amantissimos. Alij dixere esse Herculem & Apollinem. Alij Triptolemum & Iasium, à Cerere dilectos. Sed vt poeta refert, Castor & Pollux rapuere Phœben & Elairam filias Leucippi in Ætolia, quæ pactæ erant coniugio Idæ & Lynceo fratribus. Pugnauere ergo ob coniuges. Castor qui mortalis erat, à Lynceo interimitur. Pollux Lynceum interemit. Idas cùm in Pollucem irrueret, ab Ioue fulminatus est & exanimatus hastam non dimisit, sed dextra tenuit. Iupiter in cœlum sublaturus erat Pollucem. sed eius precibus factum est, vt sex mensibus Castor in cœlo esset, totidem Pollux, ita vt senis mensibus vterque Iouis beneficio fungeretur.

A Verùm ipsi Gemini in cœlo Aurigæ dextra parte supra Orionē collocati videntur: ita tamen, vt Orion inter Taurum & Geminum sit constitutus. Capita eorum diuiduntur à reliquo corpore, circulo eo, qui æstiuum dirimere dictus est, ita vt complexa corpora inter se teneantur. Occidunt directi à pedibus. Exoriuntur autem inclinatè, vt iacentes. Sed is qui Cancro est proximus, habet in capite stellam vnam claram, in vtrisque humeris singulas claras, in dextro cubito vnam, in genibus vtrisque singulas, in pedibus vtrisque singulas. Alter verò in capite vnam, in sinistro humero vnam, in dextro alteram, in vtrisque manibus singulas, in dextro genu vnam, in sinistro genu alteram, in pedibus vtrisque singulas, & infra sinistrum pedem vnam, quæ Tropus appellatur, & sunt decem & octo. *Fratres Tyndaridæ*) Castor & Pollux Tyndari priuigni: nam Iouis ex Leda Tyndari coniuge filij.
B *Abstulerant raptas*) quas rapuerant. *Phœben & sororem Phœbes*) Elairam, Leucippi Ætoli filias. *Hic*] Castor scilicet, eques: quoniam celebrem equum Cyllarum habet. *Ille*] Pollux. *Pugil*] qui pugnis & cæstu pollet. Horat. Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem. *Et frater & Idas*] Lynceus, & ipse Idas. *Pactus vterque fuit gener Leucippo*) qui promiserant se eas velle in coniuges. *Parant bella*, contra Castorem & Pollucem. *Et repetunt suas*] virgines sibi nuptas. *Amor suadet huic*) Idæ & Lynceo. *Vt repetant*) raptas. *Illis*] Castori & Polluci. *Vt nolint reddere*] Vtrisque illud ab amore suadebatur, vt qui non haberent, repeterent: qui haberent, non redderent. G *Et vterque*] pugnat scilicet: pro, vterque pugnant.

Ex causa pari] ex pari amore. *Oebalidæ*] Castor & Pollux Oebalij, hoc est, Laconici: vt in primo libro docuimus, Oebalios Laconicos esse. *Potuere cursu effugere sequentes*] potuere se fuga eripere ab Ida & Lynceo, qui insequebantur. *Sed est visum turpe*] dignum reprehensione. *Vincere celeri fuga*] subterfugere prælium, & fuga se facere voti compotem. *Est locus liber ab arboribus*] locus quidam apertus. *Area apta pugnæ*] vbi tam equo quam pugnis contendi possit. *Illo loco*, in illa area. *Constiterant nomina fida*] Castor & Pollux, qui mutuæ fidei clarum nomen habent.

Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense,
Non expectato vulnere pressit humum.
Vltor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta,
Qua ceruix humeros continuata tegit.
Ibat in hunc Idas, vixque est Iouis igne repulsus:
Tela tamen dextræ fulmine rapta negant.
Iámque tibi Pollux cœlum sublime patebat,
Cùm mea, dixisti, percipe verba pater.
Quod mihi das vni cœlum, partire duobus:
Dimidium toto munere maius erit.
Dixit, & alterna fratrem statione redemit:
Vtile sollicitæ sidus vtrumque rati.
Ad Ianum redeat, qui quærit Agonia quid sint:
Quæ tamen in Fastis hoc quoque tempus habent.
Nocte sequente diem canis Erigoneius exit.
Est alio signi reddita causa loco.
Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt:
Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

ANTON. *Non expectato vulnere*] quia non crediderat fieri posse, vt ab eo vulneraretur, quem non timebat. *Tela tamen dextra fulmine rapta negant*] Maxima ostenditur hominis fortitudo, è cuius manibus tela non potuit fulmen excutere. *Alterna statione*) De hac Plin. Credi deos ono genitos, & alternis C diebus viuentes mortétésque, puerilium propè deliramentorum est. Fuit Romæ in foro ędes Castoris & Pollucis, quę tantùm Castoris vocabatur. vnde M Bibulus collega C. Cæsaris conquestus sibi, quod Polluci: atque vt è geminis fratribus ædes in foro constituta, tantùm Castoris vocaretur: ita suam Cæsarisque munificentiam, vnius Cæsaris D dici. *Ad Ianum redeat*) De Agonalibus, quę etiam decimoquarto Calendas Iunias celebrantur, abunde dictum est in Ianuario, siue primo huius operis libro. *Nocte sequente diem*] &c. Canis, quem diximus Tauro vicinum esse, vt Macrob. scribit, hoc tempore in ortum heliacum oritur: de cuius ortu cosmico suprà legimus, Signáque dant imbres exoritúrque canis. Hic Tauro solem tenente latebat, occasu quem heliacum vocant. Vnde consequens est, vt ex eo solis à Geminis, paulo ante auroram incipiat apparere. *Proxima Vulcani lux est*] Non dicit Vulcanalia, quibus populus Romanus pro se in ignem animalia mittebat: à quo tempore legimus incœpisse Plinium lucubrare. Nec Armilustrium, quo Romani armati res diuinas faciebant, & inter sacrificandum tubis canebant. Sed diem sacrum Vulcano, quem decimotertio Calen. Iun. lustrandis tubis deputatum, E Lustria nominabant. Lustrabantur autem agna, vt inquit Festus, docens eum diem Tubilustrium appellari: quemadmodum & Varro, qui (vt dictum est) tubas in atrio sutorio lustrari solitas scribit. Sciendum, fuisse Romæ Vulcani templum, ante Numæ regis tempora, vbi quidam suspicati sunt, Romulum à patribus fuisse discerptum. Plutarchus Vulcani ædem tradit extra vrbem à Romulo positam: vt cùm vrbs incendiis esset exposita, Vulcanus quidem coleretur: sed ita, vt mœnibus esset inclusus. Hunc Veneris maritum esse finxerunt, quia Venereum officium calore consistit. Tubæ cur lustrarentur, diximus suprà.

PAVL. *Castor traiectus pectora*] habens transfossum pectus. *Ab ense Lynceo*] Lyncei gladio, qui primus hostem percussit.
F *Pressit humum vulnere non expectato*] decidit extinctus vulnere ab illo infixo, quem non timebat: sic nec inde vulnus expectarat. *Pollux vltor*] fraternæ mortis. *Adest, & perforat Lyncea*] percussorem Castoris. *Hasta*] qua eum transfodit, & extinctum humi strauit. *Qua ceruix continuata tegit humeros*] hoc est, inter collum & humeros. Nam sub ipso iugulo hastam infixit, & transacta est ex altera parte supra humeros. *Idas ibat in hunc*] Pollucem. *Et vix est repulsus igne Iouis*] vix fulmine repelli potuit, sed repulsus tamen. H Verùm ea erat audacia, & immanitas, vt exanimatus adhuc in illum velle ruere videretur. *Tamen negant tela capta dextra*] è manu illius. *Fulmine*] nam moriens telum non reliquit. *O Pollux, iam patebat tibi cœlum*] quia tā Iupiter te in cœlum sustulerat. *Cùm tu dixisti, Pater*] ô Iupiter. *Percipe verba mea*] audi & percipias, quod nunc I abs te precibus posco. *Quod das mihi vni partire cœlum duobus*] quod obtulisti mihi cœli munus, effice vt illud commune sit mihi & fratri: diuiso pari portione inter vtrumque munere. *Dimidium*) muneris scilicet. *Erit maius toto munere*) distributum mihi & fratri, erit mihi longe maius, quàm si solus habeam. *Dixit & redemit fratrem alterna statione*] vt alternis vicibus essent in cœlo. Et hoc ex eo dictum, quod Homerus ait, Pollucem concessisse fratri dimidiam vitam. Itaque alterna diebus quemque lucere. *Vtrumque sidus*) Castoris & Pollucis. *Vtile rati sollicitæ*) cùm K in procella versatur. Apparent enim nautis in tempestate laborantibus ignes, quos dicebant esse Castorem & Pollucem. Horum & Plinius quoque meminit. & Higinus inquit habuisse ad muneris à Neptuno, vt saluti essent naufragis. Valerius Flaccus: Atlerit à Ioue cùm respicere Argo nauim &, Ingenti flammarum nubila sulco Diruit per inane facem, qua puppe propinqua In bifidum discessit iter, fratrésque petiuit Tyndareos placidè, & mediis in frontibus hæsit Protinus amborum, lumenque innoxia fudit Purpureum, miseris olim implorabile nautis. Et Horat. puerósque Ledæ, Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem, quorum simul alba nautis Stella refulsit, Defluit saxis agitatus humor, Concidunt venti, fugiúntque nubes, Et minax (nam sic voluêre) ponto Vnda recumbit. *Ad Ianum redeat*] Hoc L etiam die fiunt certamina Agonalia, in honorem Iani. De his diximus in primo libro. Inde accipiant, qui quæ sint, nosse cupiunt. *Redeat ad Ianum*] ad Ianuarium mensem, ad primum librum. *Qui quid sint Agonalia, quærit*] nam in primo libro de Agonalibus latius disseruimus.
Quæ tamen in Fastis] in ipso dierum ordine. *Habent hoc quoque tempus*) hunc etiam diem decimumtertium Cal. Iun. *Nocte sequente canis*] Fabulam & rationem signi vtriusque canis, in fine quarti libri retulimus. Nocte verò quæ præcedit diem duodecimū Calen. Ian. Erigoneius canis oritur. *Canis Erigoneius*) ab Erigone Icari filia. *Exit nocte sequente*) quæ sequitur Agonalia. *Alio loco est reddita causa signi*] nam in fine quarti. *Proxima Vulcani* &c. Vndecimo Calendas Iunias festum est Vulcani, ad lustrationem tubarum. Idea

A tes sciscitari quod velis: nam respondebo. *Cur capra imbelles)* capræ syluestres, quæ non vnguibus, non dẽtibus, non cornu pugnant. *Et lepus solicitus)* timidus. *Clauduntur rete)* & sic inclusi ferebantur in theatrum, & fiebat venatio. *Pro Libycis leonis*] quod animal ferox & pugnax, cur pro hoc imbelle tibi datur pecus. Respondit sibi non cessisse syluas, sed hortos: se syluarum non esse dominam, sed hortorum. *Et arua non adeunda fera pugnaci)* agros cessisse sibi, quò leones, & vrsi, & similia animalia non accedũt, sed capræ, & lepores imbelles. *Omnia finierat)* & iã nihil erat de quo quæreretur. *Successit in tenues auras*] vt dij & vmbræ solent. nam euanuit illa ab oculis poetæ. *Mansit odor etiam in eius abscessu*] vt est illud Vergil. Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauere. *Posses scire fuisse deam*] ipso odore nouisses diuinitatem. *Sparge precor nostra pectora tuis donis*] effundas flores tuos in meo pectore.

B *Vt carmen Nasonis floreat in toto anno*] vt floridum semper sit carmen nostrum: quasi, vt assequatur immortalitatem. *Nocte minus quarta*] tertia nocte post Cal. Mai. oritur Chiron Centaurus Saturni & Philyræ filius. Qui non modò cæteros Centauros, sed homines quoque iustitia superasse, Æsculapiúmque & Achillem nutrisse existimatur. Pietate igitur & diligentia effecit, vt inter deos annumeraretur. apud hunc Hercules cùm diuerteret, & simul cum Chirone sedens sagittas consideraret, fertur vna earum decidisse supra pedem Chironis, & eum interfecisse. Alij dicunt Centaurũ miratum, quòd tam breuibus sagittis, tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipsum contendere arcum conatum, & sagittam prolapsam in pedem eius incidisse. Misertus Iuppiter, eum inter astra constituit, cum hostia quam

C supra aram tenens immolare videtur. Centaurus ita figuratur, vt antarctico circulo niti pedibus, humeris hyemalem sustinere videatur. Caput prope caudam hydræ coniungens, hostiam dextra manu tenens, supinámque pedibus, & extremo ore circulum hyemalem tangit, inter eum & antarcticum collocata. Centauri autem crura à reliquo corpore diuidit circulus, qui Lacteus appellatur. Hic spectans ad ortum signorum totus occidit, Aquario & Piscibus exortis. Exoritur autem cum Scorpione & Sagittario. habet stellas supra caput tres obscuras. In vtrisque

G humeris singulas claras. In cubito sinistro vnam, in manu vnam, in medio pectore equino vnam, in prioribus poplitibus vtrisque singulas, inter scapulas quatuor, in ventre duas claras, in cauda tres, in lumbo equino vnam, in genibus posterioribus singulas, in poplitibus singulas. omnino sunt triginta quatuor. Hæc ex Hygino. *Nocte minus quarta*] hoc est, tertia nocte post Calend. Maias, id est, 5. nonas. Sic & Columella ostendit quinto nonas oriri. *Chiron promet*] aperiet. *Sua sidera*] quia ea nocte videntur omnes eius stellæ. *Semiuir*] Centaurus: nam ex parte homo, ex parte equus. ideo ait, *Et mixtus corpore equi flauus*] superior pars humana est, inferior equina. *Pelion mons Aemonia*] Thessaliæ: de quo diximus in primo. *Est obuersus in austros*] in meridiem: nam ab orientali parte

H surgens, ad meridionalem Æmathiæ partem protenditur ipse mons, de quo Lucanus in sexto: Cùm per summa poli Phœbum trahit altior æstas, Pelion opponit radiis nascentibus vmbras. Æmonia autem ab Æmone dicta est: à cuius filio Thessalo, Thessalia postea vocitata. *Summa virent pinu*] in summitate ipsius montis sunt pineta.

Cætera quercum habet] in cæteris partibus sunt querceta.

Phillyrides tenuit: saxo stant antra vetusto,
Quæ iustum memorant incoluisse senem.
Ille manus olim missuras Hectora letho
Creditur in lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exhausta parte laborum,
Iussáque restabant vltima penè viro.
Stare simul casu Troiæ duo fata videres:
Hinc puer Aeacides, hinc Ioue natus erat.
Excipit hospitio iuuenem Phillyrius Heros,
Et causam aduentus hic rogat, ille docet.
Respicit intereà clauam, spoliúmque leonis,
Virque, ait, his armis, armáque digna viro.
Nec se, quin horrens auderent tangere setis
Vellus, Achillea continuere manus.
Dúmque senex tractat squalentia tela venenis,
Excidit, & læuo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chiron, traxitque è corpore ferrum,
Et gemit Alcides, Aemoniúsque puer.
Ipse tamen lectas Pagasæis collibus herbas
Temperat, & vana vulnera mulcet ope.
Virus edax superabat opem, penitúsque recepta
Ossibus, & toto corpore pestis erat.
Sanguine Centauri Lernææ sanguis Echidnæ
Mixtus, ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat vt ante patrem lacrymis perfusus Achilles:
Sic flendus Peleus, si moreretur, erat.

ANTON. *Phillyrides*] A Philyra, cum qua coëunte Saturno, Ops eius vxor aduenit. cuius præsentiã veritus deus, se in equũ conuertit. vnde natus est Chiron centaurus, quem Vergilius quoq; à matre Philyridem dicit. vt, Phillyrides Chirõ, Amythaoniúsque Melampus. *Iustum senem*] secundum † Orpheum qui Chi-

D ronem centaurorum δικαιότατον, id est, iustissimum, vocat. *Manus missuras Hectora letho*] Achillem Chironis discipulum qui Hectorem interfecit. *Exhausta parte laborum*] Quo tempore Hercules mandata Eurysthei penè omnia impleuerat. *Troiæ duo fata*) Herculem & Achillem. Troiam enim Hercules, cùm regnaret Laomedon, depopulatus est. Quare Ilienses

E postea cùm Achilli, Patroclo, Antilocho & Aiaci sacrificarent, Herculem colere noluerunt. *Horrens vellus*] pellem leonis, quam Achilles nõ modò non exhorruit, sed auidè tractauit. *Squalentia tela venenis*] sagittas veneno hydræ illitas.

senem] in quibus dicunt Chironem habitasse, iustitiæ laude insignem. *Ille creditur detinuisse in Lyricis modis*] lyræ seu citharæ sono. *Manus missuras Hectora letho*] manus

I Achillis pueri, qui interfecturus postea erat Hectorem. Et in Arte: Phillyrides puerum cithara præfecit Achillem, Atq; animos molli contudit arte feros. Quas Hector sensurus erat, poscente magistro, Verberibus iussas præbuit ille manus. *Venerat*] ad Chironem. *Alcides*] Hercules. *Exhausta parte laborum*) quasi iã magna ea parte absolutis laboribus. *Restabant viro*] supererant adhuc

K Herculi. *Penè*] quasi. *Vltima iussa*] vltima quæ ab Eurystheo essẽt nutu Iunonis imposita: volunt vltimũ laborẽ fuisse Cerberũ, quẽ ab inferis traxit. *Tu videres casu*) forte fortuna. *Stare simul duo fata Troiæ*) duos viros, qui diuersis tẽporibus Troiã exciderunt: Herculẽ, qui sub Laomedõte Troiã diruit: & Achillẽ, qui postea

L Hectorẽ interemit, quo mortuo, spoliata vrbs præsidio, facilè postea capta & euersa est. *Hic erat puer Æacides*) Achilles Æaci nepos. *Hinc natus Ioue*) Hercules. *Heros Phillyreius*] Chiron natus. *Excepit hospitio iuuenẽ*] suscepit Herculem hospitem. [Philyreius legendum est, non Phillyrius. nam posterius hoc exemplo caret. Philyreius autem regulare est. à Philyra enim Φιλυρήϊος & per diæresin Φιλυρήϊος fit. Sic Apollonius lib. 2. [illegible] &c. Quod autem suprà dixit Phillyrides gemino ll, poëtico anadiplasiasmo factum est. Sic enim & Pindarus]

Lectas Pagasæis collibus herbas) Verisimilis narratio, cùm quidam velint Chironem medicinam herbariam inuenisse, vt autor est Plinius. De Pagasis quæ in Thessalia sunt, diximus suprà. *Lernææ sanguis echidnæ*] hydræ quam echidnã

F & excetram etiam dicimus. Eam nonnulli tria volunt habuisse capita, alij nouem, alij quinquaginta.

PAVL. *Phillyrides*] Chiron: à Philyra nympha, Oceani & Tethyos filia: ex qua Saturnus in equum versus, Chironem genuit, à qua Philyrides nominatus est. *Tenuit eum*) scilicet montem. *Stant antra saxo vetusto*] quasi, adhuc supersunt antra in rupa ipsius montis. *Quæ memorant incoluisse iustum*

ôde Pythiorum dixit: [illegible] &c.] *Hic*] Chiron. *Rogat causam aduentus*] qua causa venerit. *Ille*] Hercules. *Docet*] causam scilicet. *Interea respicit clauam*] qua Hercules monstra domitabat. *Et spolium leonis*] pellem leonis Nemei ab ipso Hercule interfecti. *Aut ô vir armis & arma digna viro*] ô Hercules digne qui hæc arma geras, & digna hæc quæ abs te gerantur. *Nec manus Achillea*] cõtinere nõ potuit manus. *Quin auderent tangere villus horrens setis*] pellem illam hirsutam & villosam, cùm soleant pueri similibus expauescere, ipse non expauit. Sic in Argonauticis de eodem Valerius Flaccus: Stupet in ducibus, magnúmque sonantes Haurit, & Herculeo fert cominus ora leoni. *Dumque senex*] Chiron. *Tractat tela squalentia veneno*] sagittas Herculis infectas veneno hydræ lernææ. *Sagitta excidit*] decidit è manibus Chironis. *Et est fixa læuo pede*] decidens sagitta infixa est sinistro Chironis pedi. *Ingemuit Chiron*] cùm esset sancius. *Traxitque è corpore ferrum*] eruit sagittam è pede saucio. *Et gemuit Alcides*] Hercules. *Et puer Æmonius*] Thessalus Achilles. *Ipse tamen*] Chiron. *Temperat herbas*] volebat sibiipsi is adhibere medicamentum, quoniã & peritiam habebat artis medicæ, & plura ad medelam esse constat ab illo tradita: centauream quoque herbam ab eo denominatam. Nunc verò sibi opem allaturus, temperabat herbas. *Lectas*] quas ipse collegerat. *Montibus Pagasæis*] Thessalicis, à Pagasis. Pagasæ in Thessalia sunt, Pheræarum emporium, quo ex loco, vt Strabo inquit, Pelias Iasonem, ac nauem Argo foras emisit. Pagasas autem ideo dictas esse aiunt, quia eo in loco nauem Argo compegerit. Alij verò similius existimant, loco ipsi nomen impositum propter vicinos fontes, id est πηγαί, qui frequenter aquam effundunt. hæc Strabo. *Et mulcet*) Chiron. *Vulnera*] lenire & sedare conatur dolorem vulneris. *Vana ope*] non profecturo medicamento. *Virus edax*] venenum abrodens. *Superabat opem*) medicinam omnem. *Pectus erat penitus recepta*] lethale venenum interius penetrauerat. *Ossibus, & toto tempore*] nam in omnia membra serpserat sanguis echidnæ lernææ, hoc est venenum hydræ. *Mixtus sanguine Centauri*] Chironis. *Nulla dabat tempora ad auxilium*] adeò vehemens illud virus erat, vt statim per omne corpus fusum, nullum relinqueret ad opem afferendam tempus. ἔχιδνα vipera est. hic pro hydra ponitur. *Lernææ*] à Lerna palude in sinu Argolico in Peloponneso. & fluuius eodem quo palus nomine, vt Strabo ait: in qua tantas de hydra fabulas poëtæ tradiderunt. *Achilles stabat perfusus lacrymis vt ante patrem*] ita stabat ante illum flens, & gemens puer, velut ante parentem. *Sic*] eodem modo. *Erat flendus Peleus*] pater à filio. *Si moreretur*) quasi dicat, non aliter ille fleuisset morientem patrem.

Sæpe manus ægras manibus † fingebat amicis:
Morum, quos fecit, præmia doctor habet.
Oscula sæpe dedit, dixit quoque sæpe iacenti:
Viue, precor, nec me chare relinque pater.
Nona dies aderat, cùm tu iustissime Chiron,
Bis septem stellis corpora cinctus eras.
Hunc Lyra curua sequi cuperet, sed idonea nondum
Est via: nox aptum tertia tempus erit.
Scorpius in cœlo, cùm cras lucescere nonas
*Dicimus, à media parte * tenendus erit.*
Hinc vbi † propulerit formosa ter Hesperus ora,
Ter dederint Phœbo sidera victa locum:
Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Annus erat breuior, nec adhuc pia februa norant,
Nec tu dux mensum Iane biformis eras.
Iam tamen extincto cineri sua dona ferebant,
Compositique nepos busta piabat aui.
Mensis erat Maius maiorum nomine dictus,
Qui partem prisci nunc quoque moris habet.

ANTON. *Morum quos fecit præmia doctor habet*] pium discipulum experitur, quem optimis moribus instituerat. *Nona dies aderat*] nonus dies agebatur, ex quo vulnus acceperat Chiron. *Bis septem stellis*] Alij 15. dicũt. *Lyra curua*) Hæc, vt suprà traditum est, cum Sagittario in ortum fertur. *Nox tertia*] Pridie nonas Maias [Columella tamen & Plinius ad 3. Iduum huius mensis Fidiculam oriri tradit.] Lyram inquit chronicè orituram, vel tertio nonas. *Cùm eras*] &c. Pridie nonas Sole abdito in occasu media pars Scorpionis videri poterit sublata ortu chronico. Constat enim id signum exoriri occasu Tauri. [Et Columella, pridie nonas Maij, Nepa medius occidit, inquit. *Nocturna Lemuria*] celebrantur. Ea scribit Porphyrio cõsueuisse per triduũ celebrari ante additum anno mensem Februarium. Quamobrem hoc mense religio est nubere. Idem Lemures vocat vagantes vmbras hominum ante diem mortuorum, quos dictos esse tradit, quasi Remures, à Remo. cuius occisi vmbras frater Romulus cùm placare vellet, Lemuria instituisse dicitur. quæ à quibusdam vocantur etiam Lemuralia, quo tempore fabam iactabant noctu, dicebántq; teste Varrone, Lemures à se domo extra ianuam elici. Hinc Festus fabam inquit nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere: nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus sacrificiis adhibetur. Sanè à laruis laruatos dicimus malè sanos, ac laruarum incursione animo vexatos: qui & Cerriti vocantur, teste Nonio. Soluebantur autem inferiæ mortuis hoc tempore, quemadmodum & Feralibus mense Februario. Putabant enim vmbras iactu fabarum placari, ac domo abigi. *Annus erat breuior*] Occurrit quæstioni. Diceret enim quispiam non oportere nunc mortuis iusta persolui, cùm data sint manibus secundo anni mense, quo Feralia celebrantur: cui respondet seruari veterem ritum, quia cùm Lemuralia instituta sunt, annus Ianuarium ac Februarium non habebat. *Compositi*) sepulti cineribus in vrna collocatis.

Habet præmia meruit quos fecit) quibus puerũ informauit. *Præmia*] officiosam illius pietatem. *Oscula sæpe dedit*) osculabatur iacẽtẽ. *Dixit quoque sæpe iacenti*) Chironi recubanti. *Viue, precor, nec pater chare, relinque me*) viuas, nec alumnũ tuum relinquas. *Nona dies aderat*] nono die post acceptum vulnus. *Cùm tu Chiron iustissime*) qui mortales iustitia superasti. *Eras cinctus corpora*) habebas corpus cinctum. *Bis septem stellis*) & Hyginus 14. esse inquit. Et tamen stellæ, quas ille refert per Centauri corpus dispositas, sunt numero 24. non numeratis stellis Victimæ & Aræ. ideo & nos superius 24. esse diximus. Sed qua ratione 14. dicãt, ipsi viderint. *Hunc Lyra*] Tertio Non. Maias apparet Lyra, de qua diximus in primo. Nunc heliaco ortu in cœlo videtur. *Lyra curua cuperet sequi hunc*) Chironem, quasi, statim post eum oriri. *Sed nondum est via idonea*) nondum patet Lyræ aditus, quia non potest statim post illum apparere. *Tertia nox*) ab ortu Chironis. *Est aptum*) congruum Lyræ tempus. Cùm igitur 13. Non. oriatur Chiron, 3. Non. Lyra apparet. *Scorpius in cælo*) De Scorpio etiam superius dictum: pridie tamen nonas Maias media eius pars occidit, & mediá apparet. Et per hæc designatur ortus cosmicus tauri, qui illi est oppositus. Cùm dicitur cras lucescere Nonas: pridie nonas, cùm dicere possumus, Cras est dies Non. Maiarum. *Scorpius erit notandus in cælo à media parte*) quia media pars tantùm inspicietur. *Tunc vbi pepulerit*] Septimo Idus Maias fiunt Lemuria, non multum à Feralibus sacris differentia. illa quidem mense Februario pro mortuis celebrantur: hæc quoque pro mortuis: sed ab antiquis mense Maio, qui à maioribus ita nominatus est, auis iusta soluebantur, cùm nondum duo menses essent à Numa additi. Nam postea instituta parentalia Februario mẽse, quo flebant lustrationes. Seruatus tamen mos est, vt mense hoc Lemuria ad placandos Lemures fierent. De nomine ipso, & vnde originem habuerint, paulo pòst dicemus. *Tunc vbi Hesperus*) Hesperum pro Lucifero posuit. Etsi idem est, tamen Luciferum mane dicimus: sed de eo in primo diximus. *Postquam igitur Lucifer ter protulerit formosa ora*] erit ortus, aut ab ortu surrexerit. *Et ter dederint locum Phœbo*] cedent soli. *Sidera victa*) quæ vincuntur à ma-

PAVL. *Sæpe fingebat*] componebat & tractabat. *Manus ægras*] inualidas & iam morientes. *Manibus*] suis amicis. *Doctor*] ipse Chiron, qui Achillem puerum bonis moribus instituit.

A iore lumine. Sic indicat tertium diem post nonas: hoc est septimum diem Iduum, & nonum diem mensis. *Erit ritus veteris sacri*] à veteribus instituti. *Lemuria nocturna*] sacra ipsa Lemuria, quæ noctu fiunt. *Illa dabunt inferias tacitis manibus*] soluunt iusta vmbris extinctorum *Inferiæ*] sacrificia quæ pro inferis fiunt. *Annus erat breuior*) quando hæc instituta sunt, annus erat decem mensium. *Nec adhuc nouerant pia februa*] lustrationes postea Februario mense institutas. *Nec tu Iane biformis*) Iane biceps. *Erat dux mensum*] pro mensium. non erat adhuc tibi dicatus primus anni mensis: nam nondum additi illi duo menses, Ianuarius & Februarius. *Tamen ferebant*] offerebant. *Sua dona*] conuenientia munera & libationes *Cineri extincto*] nam soluebāt iusta extinctis. *Nepos probabat*] sacrificio lustrabat. *Busta*] sepulchra. *Aui compositi*] humati. *Mensis erat Maius*] quo fiebant hæ lustrationes & sacrificia. *Dictum nomine maiorum*] à maioribus Maius, vt superius ostendimus. *Qui*] mēsis. *Habet num quoque partem prisci moris*] quia nunc etiam seruatur ex parte priscorum illa consuetudo. G

Nox vbi iam media est, somnóque silentia præbet,*
Et canis & variæ conticuistis aues.
Ille memor veteris ritus, timidúsque deorum
Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.
Signáque dat digitis medio cum pollice iunctis,
Occurrat tacito ne leuis vmbra sibi.
Cúmque manus purè fontana perluit vnda,
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.
Auersúsque iacit: sed dum iacit, hæc ego mitto,
His, inquit, redimo méque meósque fabis.
Hæc nouies dicit, nec respicit, vmbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente sequi.
Rursus aquam tangit, Temesæáque concrepat æra,
Et rogat, vt tectis exeat vmbra suis.
Cùm dixit nouies, manes exite paterni,
Respicit, & purè sacra peracta putat.
Dicta sit vnde dies, quæ nominis extet origo,
Me fugit, ex aliquo est inuenienda deo.

ANTON. *Nox vbi iam media est*] Noctem intempestā dicit, aptum tempus laruis siue vmbris silētibus. *Timidúsque deorum*] nihil omittens quod ritus B exigat sacrificij: quem ritum ideo veterem dicit, quòd à Romulo institutus est vrbis conditore. *Vincula nulla*] vel vt solutus facit rem diuinam. Vnde illud est Silij: Discinctis mos thura dare. Et pes nudus, tonsæque comæ Vel, ne perstrepat, cùm vmbræ gaudeant silentio *Digitis medio cum pollice iunctis*] quòd ita C ritus postulat sacrificij: vel ne vmbra veniat ante iactum fabarum, dum is qui sacra facturus est, manus nondum purè ad earum tactum ostendit. Nam quòd quidem, vti audio, interpositum digitis pollicem accipiant in contemptum vmbrarum, ridiculum est. quid enim absurdius quàm apertè contemnere quem placare coneris? *Nigras fabas*] quia nigris Lemuribus sacra fiunt. vt, Et nigri Lemures, ouóque pericula rupto. Assumebatur autem hoc legumen parentando, vt diximus suprà: quia mortuorum animas in fabis esse quidam tradide- D runt: in quarum floribus, autore Festo, luctus literæ apparere videntur. *Auersúsque iacit*] post tergum. Vnde autor subiicit, Vmbra putatur Colligere, & nullo terga vidente sequi. *Rursus aquam tangit*] spargit se aqua, qua & antè se sparserat. requirunt enim hæc sacra aspersionem magis, quàm ablutionem, teste Seruio. *Temesæáque concrepat æra*] pulsat & crepare facit æreum instrumentum. sic dictum, vt requiesco te. Temesæ autem vrbs Cypri habuit metalla æris Item aliud oppidum in Brutiis eiusdem nominis. Sanè crepitus fit ad finem sacrificij, vt volens vmbra discedat: vnde sunt abacta silentia. [Strabo, Cyprium, [illegible] vocat. De Italica autem Homerum intellexisse vult 1. Odyss. vbi ait ἐς τέμεσσαν μετὰ χαλκόν, &c.)

PAVL. *Nox vbi iam media est*] Surgit nocte intempesta qui vmbras placaturus est, nudus incedens pedibus: aqua se fontana perluit: fabas quas ore versauerit, à tergo iacit, dicitque se illis redimere: pulsátque æra, & orat vt abeant vmbræ quod E si nouies fecerit, perfecisse putat sacrificium. *Iam vbi non media est*] ea pars noctis quæ intempesta dicitur, quando non datur tempus rebus agendis. *Et præbet silentia somno*] cùm omnes quieti & silentio se dederint. *Et canis & aues conticuistis*] quia nec canes latrabant, nec aues strepebant & videtur significare conticinium, & id afferunt multi: tamen illa hora mediæ noctis non ita appellatur: sed vt Macrob. & & Varro ostendunt, Conticinium est inter gallicinium & diluculum. *Ille*) nepos qui vult suo libare. *Memor veteris ritus*) priscæ consuetudinis. *Et timidus deorum*] qui timet deos inferos, ne per noctem occurrant sibi. *Surgit*) è strato scilicet. *Geminos pedes nulla habent vincula*] non habet ille calceos, aut crepidulas in pedibus. *Et dat signa digitis iunctis cum medio pollice*] ponit pollicem in medio quatuor digitorū. Duos vltimos digitos cogit in manū, alios duos ere- F ctos habet, & illis dat signa, quemadmodū & nos solemus. *Ne leuis vmbra*] anima extinctorū. *Occurrat sibi tacito*) per silētia noctium. *Et cū purè perluit*] cū abluerit castè manus. *Vnda fontana*) aqua fontis, aut aqua viuentis fluuij. *Vertitur & accipit fabas nigras ore*] versat prius ore: vt in 2. Et septem nigras versat in ore fabas. licèt illud ad sacrum magicum referatur. Fabarum tamen vsus erat in Feralibus & Lemuralibus. vnde Pōp. Fabā, inquit, nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere. nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore eius luctus literæ apparere videntur Et Plin. inquit: Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est præualēs pulmentari cibo, & hebetare sēsus existimata, in- H somnia quoq; facere. ob hæc Pythagorica sententia dānata: vel, vt alij tradidere, quoniā mortuorum animæ sunt in ea: qua de causa parentando vtiq; absumitur. Varro & ob hæc flamines ea non vesci tradit, quoniā & in flore eius literæ lugubres reperiātur. Et hoc extremū à Pythagora quoque asseritur. Primus nempe à fabis, autore Didymo, propter somniorum vaticinium, Amphiaraus abstinuit. Traduntur etiam & Orphei versus, quib. timidus abstinere manus à fabis, & ab earū vsu, quæ capita pepererunt, iubet, &c. *Auersúsque iacit*) proiicit eas à tergo. *Sed dum iacit inquit hæc ego mitto*] dum ille proiicit eas à tergo, illas fabas iacio. *Et redimo me, & meos his fabis*] quasi, si quid mali immineret mihi & meis ab ipsis vmbris, salutem nostram hîc ego redemerim *Hæc dicit nouies*) Quia pro salute viuentium dicuntur, vtitur impari numero. ideo nouies in cæteris par numerus datur inferis. *Nec respicit*] non reflectit à tergo aciem: *Vmbra putatur colligere*] ipsas fabas. *Sequi terga nullo vidente*) sequi illum qui eas iecerit, nemine vmbrā inspiciente, aut sentiente. *Rursus aquam tangit*] abluit manus aqua fontana. *Et concrepat*] pulsat. *Aera Temesæa*) à Temesa vrbe Brutiorum, quam Ausonij condiderūt, & quam homines Strab. ætate Tempsam vocitabant. Erat K ibi ærarium, & ærifodinarum locus ostendebatur. *Et rogat vt vmbra exeat suis tectis*] precatur vt abeat vmbra auita, aut paterna: quoniam illud arbitrabantur, vmbram vagari circa corpus, & errare interdum per loca quæ incoluerit. hoc igitur factum fit ad placandas eas, arcendásque domo. *Cùm dixit nouies, Manes paterni*) ô vmbra patris, seu vmbræ parentum, tam patrum quàm auorum. *Exite*] è domo *Respicit tunc demum*) reflectit oculos. *Et putat sacra purè peracta*) se castè perfecisse sacrificium *Dicta sit*] &c. Nescire videtur poëta, quare Lemuria dicta sint. pergit igitur ad inquirendam nominis originem. Mercurium inuocat, à quo causa ipsa aperitur. Aucupatúrque eam amore Remi, cui Romul. Maio mense parentandum instituerit inde Lemuria, quasi Remuria dicta. Verùm Lemures, vnde Lemuria, multi existimant L imagines noctis esse, quæ noctu appareāt: etiam esse ita dictas sugillatorum vmbras. aliqui vmbras omnes mortuorū, Lemures appellant. Non desunt nostræ religionis viri sanctissimi, qui dicant apud veteres sicut lares bonæ habiti sunt: ita Lemures spiritus mali, ad quos arcēdos fiebant quæ diximus sacra. Quidam magnus verborum interpres Lemures vmbras esse quasdam asserit, quæ cum corporibus morātur. Vel quasi à Remo dictas, cuius vmbra insequebatur fratrē suum Romulum. Nonius tamen inquit, Lemures esse laruas nocturnas, & terrificationes imaginum, & bestiarum. vnde Varro de Vita patrum libro primo, Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra ianuam eiere. *Fugit me*] hoc est latet me: id est, nescio. *Vnde sit dicta dies*] id est, vnde dicantur ipsa

A Lemuria: *Quæ extet origo nominis*] vnde nomen ipsum originem ducat, qua ratione ita dicamus. *Ex aliquo deo est inuenienda*] cùm nos ipsos lateat, à numine requirendum est. *Mone*] instrue me.

Pleiade nate mone, virga venerande potenti,
Sæpe tibi est Stygij regia visa Iouis.
Venit adoratus Caducifer: accipe causam
Nominis: ex ipso est cognita causa deo:
Romulus vt tumulo fraternas condidit vmbras,
Et malè veloci iusta soluta Remo,
Faustulus infœlix, & passis Acca capillis,
Spargebant lacrymis ossa perusta suis:
Inde domum redeunt sub prima crepuscula mæsti,
Vtque erat, in duro procubuere thoro.
Vmbra cruenta Remi visa est assistere lecto,
Atque hæc exiguo murmure verba loqui:
En ego dimidium vestri pársque altera voti,
Cernite sim qualis, qui modò talis eram.
Qui modò si volucres habuissem regna iubentes,
In populo potui maximus esse meo.
Nunc elapsa rogi flammis, & inanis imago,
Hæc est ex illo forma relicta Remo.
Heu vbi Mars pater est, si vos modò vera locuti,
Vberáque expositis illæ ferina dedit.
Quem lupa seruauit, manus hunc temeraria ciuis
Perdidit: ò quanto mitior illa fuit.
Sæue Celer crudelem animam per vulnera reddas,
Vtque ego, sub terras sanguinolentus eas.
Noluit hoc frater, pietas æqualis in illo est:
Quod potuit, lacrymas manibus ille dedit:
Hunc vos per lacrymas, per vestra alimenta rogate,
Vt celebrem nostro signet honore diem.
Mandantem amplecti cupiunt, & brachia tendunt:
Lubrica prensantes effugit vmbra manus:
Visáque confugiens somnos abduxit imago.
Ad regem voces fratris vterque ferunt:
Romulus obsequitur, lucémque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixêre silentum,
Hic verbi sensus, vis ea vocis erat:
Fana tamen veteres illis clausere diebus,

ANTON. *Pleiade nate*) &c. Consulit Mercurium, ac petit vnde Lemuria nomẽ acceperint: quoniam huic deo cõmercium est cũ vmbris: vt, Tum virgã capit: hac animas ille euocat orco Pallẽtes, alias sub tristia tartara mittit. Horat lib. I. Carmin. Tu pias lætis animas reponis Sedibus, virgáq; leuẽ coerces Aurea turbã, superis deorum Gratus & imis. Accedit ad hoc, quòd B ipse est interpres: vnde & Hermes vocatur. *Virga*] caduceo: vnde Mercur. Caduciferum vocat. *Malè veloci*] aut quia non euitauit Celerem, à quo rastro fertur occisus: aut quia ludibrio fratris nouos muros transiluit. Quamuis fabulosum putatur, vt diximus, quòd eam ob causam à fratre fuerit interemptus. *Acca*. C De Acca Laurentia, & Faustulo, suprà dictum est. *Dimidium voti*] altera pars voti vestri: cùm altera sit Romulus. *Si volucres habuissem regna iubẽtes*) si fuissem victor augurio vti frater Romulus fuit. *Inanis imago*] vmbra tantùm. Ea est imago corporis. *Vbi Mars pater est*] qui mihi opem non tulit. Mouet misericordiã variè. *Quem lupa seruauit*] Color, quẽ D Cicero Contentionẽ vocat. *Ciuis*] Celerem dicit. *Pietas æqualis in illo est*] Scio inquit, me non interemptum Romuli voluntate, qui mihi respondebat in amore ac pietate fraterna. *Prensantes manus*] prehendere volẽtes, non quæ prehenderent. *Lucémque Remuria dixit*) à Remo Remuria nominauit: sed postea r litera asperiore in leniorẽ mutata, Lemuria dicta sunt.

E Placet nonnullis Lemures esse vmbras noxias, ac laruas nocturnas, terrificationésque. Vnde Lemuria nomen acceperunt pro iis auertendis instituta.

PAVL. *Nate pleiade*. Mercurius, ex Maia vna Pleiadũ natus *Venerãde virga potenti*] caduceo: quæ virga est serpẽtib. nexa. *Potenti*] quia cum ea multa potest. vt apud Verg. Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco Pallentes, alias sub tartara tristia mittit. Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat. *Sæpe est tibi visa regia Iouis Stygij*, sæpe tu ad inferos in Plutonis regiam descendisti, cùm nuncius sis utrorumq; deorum, supernorum & inferorum. vnde Horat. Superis deorum Gratus & imis. *Venit adorator Caducifer*] Mercurius cum caduceo, quẽ ego adoraui, statim affuit. *Accipe causam*) hoc est, originẽ nominis. & hic locus apertè eos mentiri ostendit, qui dicunt causam pro origine poni non posse. nã poëta dixerat, Quæ nominis extet origo: & nunc hic respõ- F det, *Accipe causam*) hoc est originem. sed de his satis diximus in principio quarti. *Causa nominis*] origo huius appellationis. *Est cognita ex ipso deo*] ex ipso Mercurio. & coinspirãte omnia cognouit. *Romulus vt*] &c. Remum extinctũ, vt superiore lib. diximus, frater magnificentissimè, vt illis temporibus licebat, humauit in Remoria. Noctu per quietẽ visa est imago Remi astare lecto Faustuli, & Laurentiæ nutricis, querique de miseranda sua morte, & crudelitate Celeris, qui eum interemerat: orareque, vt à Romulo illud precib. impetrarent, quo suo nomine diem signaret. Romul. ea causa instituit diẽ G illi festum, appellauitq; Remuria. mutata deinde est prima litera, & Lemuria dicta. postea ab illo vmbræ, Lemures appellatæ sunt. *Vt*] postquam. *Romulus condidit tumulo fraternas vmbras*] humauit fratrem Remum. *Et sunt soluta iusta*) celebratæ exequiæ. *Remo malè veloci*) qui malè velociter transiluit muros. nam fuit illa infausta velocitas, quæ mortẽ illi peperit. *Faustulus infœlix*) Sed H vt superiore lib. diximus, Faustulus fuerat & ipse interẽptus. *Et Acca*) Laurentia nutrix. *Capillis sparsis*) fusis. *Spargebant suis lacrymis ossa perusta*) lacrymabantur ad sepulchrum, & Remi ossa tristi rore rigabant. *Inde mæsti redeunt domum sub prima crepuscula*) iam cũ aduesperasset, mæsti morte alumni, redière do- I mum. *Procubuere in duro toro, vt erat*) dedêre sese quieti, non in molli, sed in duro toro recumbentes, vt durus erat quem habebant torũ, ita in eo procubuerunt. *Vmbra Remi cruenta*] cruore respersa. *Est visa assistere*] astare. *Lecto*) toro Faustuli & Accæ. *Atque loqui hæc verba exiguo murmure*) & visa est dicere exigua voce, *En cernite*) respicite. *Qualis ego sim*) &c. K quo in statu sim, qualem me vobis referam, dimidium animæ vestræ, & vna pars vestri desiderij, cùm duo essemus. Altera pars Romul. altera ego: altera sospes, altera periit. *Qui modò*) paulo antè. *Eram talis*) eram frater regis & est locus commiserationis ab eo quod fuerat, & quod nunc est. *Qui si modò habuissem volucres iubentes regna*) si habuissem auguria fœliciora, quæ mihi regna portendissent. *Potui esse maximus in populo meo*] potui esse rex in ciuitate quam ego constituissem. *Nunc sum imago lapsa rogi flammis*] sum nunc vmbra, quæ se eripere potuit ex igne rogali. *Et inanis*] vacua: cùm careat corpore, & impalpabilis sit, imago dixit. Verg. Et nunc magna mei sub terras ibit imago. *Hæc forma est relicta ex illo Remo*) Auget commiserationem ab eodem loco: Hæc imago L superest ex vestro alumno. *Heu vbi Mars*) &c Mouetur à genere misericordia: Vbi etiam qui me genuit deus? cur opẽ filio non præstitit? *Si vos modò vera loquuti*) si verum est quod dicebatis, me esse Marte genitum. *Et ille*) Mars. *Dedit vbera ferina expositis*] pauit nos infantes lacte lupæ, cùm essemus expositi. de quo in secundo & tertio diximus: Lacte quis infantes nescit creuisse ferino, Et Picum expositis sæpe tulisse cibos? *Nos seruauit lupa*] quæ vbera nobis admouit. *Manus temeraria ciuis*] Celeris. *Perdidit*] interemit & est locus indignationis in Celerem, quòd fuerit immitior immiti fera. *O quanto mitior fuit illa*] lupa. & hæc in commendationem illius lupæ mansuetudinis, & exprobrationem

immanitatis illius. *Sane Celer reddas animam crudelem per vulnera*] luas crudelitatem tuam morte, vt pro vita mea, quā extinxisti, vitam tuam persoluas *Et eas tu sanguinolentus sub terras vt ego*) occidaris tu quemadmodum me occidisti, & vmbra tua cruenta vagetur vt mea. *Frater*] Romulus. *Noluit hoc*) vt me interimeres. *Pietas aequalis in illo est*] ille est in me pius, vt ego in illum, id est amabat me mutuo amore. *Quod potuit*) dedit illi lacrymas manibus, & iusta soluit, & lacrymis prosequutus est. *Vos*] Faustule & Acca. *Rogate hunc*] Romulum. *Per lacrymas*) vestras. *Per vestra alimenta*] quibus & illum & me aluistis. *Vt signet diem celebrem nostro honore*) vt instituat sub meo nomine diem festum.

Cupiunt amplecti mandantem] volunt Faustulus & Acca amplecti Remum, qui talia mandabat *Et brachia tendunt*] vt eum amplecterentur. *Vmbra lubrica*] quæ facile elabitur. *Effugit manus prensantes*) apprehendere eam volentes. *Imago visa*] vmbræ Remi, quam illi per quietem visi sunt videre. *Confugiens abduxit somnos*] nam illos excitauit. *Vterque* Faustulus & Acca. *Ferunt voces fratris*] mandata Remi. *Ad regem*] Romulum. *Romulus obsequitur*] gessit illi morem: nam signauit diem honore fratris. *Et dixit lucem Remuria*] appellauit à nomine fratris diem parentationis Remuria. Sic enim in numero multitudinis dicimus: vt diem festum Floræ, Floralia: Robigi, Robigalia: Saturni, Saturnalia: ita Remi, Remuria. *Illam diem dixit Remuria*) qua feruntur iusta, qua fiunt parentationes. *Avis posito*] sepulchro condito. *Aspera littera est mutata in lenem*) R, quæ litera est paulo asperior, est mutata in literam, quæ est lenior & suauior pronunciatu: nam in L. *Longo tempore*] longitudine temporis. *Quæ*] litera. *Fuit prima toto nomine*] prima littera erat R, nunc est L. prius igitur Remuria, nunc Lemuria dicimus. *Mox etiam*) subsequenter. *Dixere Lemures animas silentum*] appellauêre posteri indifferẽter vmbras omnes extinctorum, Lemures. *Hic sensus verbi*) hoc significat nomen ipsum: nam Lemures, vmbræ dicuntur. *Vis verbi*] proprietas nominis. *Erat ea*] nam Remi parentationes significabat. *Fana*] templa. *Illis diebus*] Lemuriorum.

ANTON. *Vt nunc ferali*) &c. Claudebantur templa Lemuralibus: quod Feralibus fieri consueuit. vt, Dij quoq; templorũ foribus celẽtur opertis, Thure vacent aræ, stẽntq; sine igne foci. *Mense malas Maio nubere*) quę contemnunt religionẽ. nõ nubebant autem hoc mense. vt Plut. docet, vel quòd Maius inter Apr. & Iun. medius interiectus est: quorũ cũ alter Veneri, Iunoni alter dicatus sit, deabus quæ nuptiis præsunt, aut paulo antè vxores ducebantur, aut parũ expectabatur. Vel quòd hoc tempore maximo piaculo vtebantur effigies viue hominum de ponte iaciẽtes. Vel quòd maiores, hoc est senes, à quib. Maius appellatus existimatur, infensam Venerem habent. Vel quòd hoc mense plerią; Latinorum mortuis parentabant.

Vt nunc ferali tempora operta vides.
Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupsit non diuturna fuit.
Hac quoque de causa si te prouerbia tangunt,
Mense malas Maio nubere vulgus ait:
Sed tamen hæc tria sunt sub eodem nomine festa,
Inter se nulla continuata die.
Quorum si medijs Bœoton Oriona quæris,
Falsus eris, signi causa canenda mihi.
Iuppiter, & lato qui regnat in æquore frater,
Carpebant socias Mercuriúsque vias.
Tempus erat, quo versa iugo referuntur aratra,
Et pronus saturæ lac bibit agnus ouis.
Forte senex Hyreus angusti cultor agelli,
Hos videt, exiguam stabat vt ante casam.
Atque ita: Longa via est, nec tẽpora longa supersunt,
Dixit, & hospitibus ianua nostra patet.
Addidit & vultum verbis, iterúmque rogauit,
Parent promissis, dissimulántque deos.

Sed tamen) &c. Quia dixerat, Lucémque Remuria dixit, Illam qua positis iusta feruntur auis: docet Lemuria non vnius tantùm dici festum esse, sed trium, ac per triduum celebrari, vt suprà ostendimus Porphyrionis testimonio. Sed attende lector, ne te fugiat quod Ouid sanxit hoc loco: Tria, inquit, festa sunt eiusdem nominis, quia Lemuria per triduum celebrantur, sed nullo die continuata sunt: quia nocte, non die rem diuinam vmbris siue Lemuribus faciebant. Vnde autor ait suprà, Nocturna Lemuria. item, Nox vbi iam media est. Triduum ergo cùm dicimus, diem accipe quem nostrorum temporum astronomi naturalem vocant: cum verò nulla die continuata inquit Lemuriorum festa, dies accipiendus est, quem idem artificialẽ appellat, cuiúsq; nomine non comprehendimus noctem. *Bœoton*] Oriõ (vt scribit Seruius & Hyginus) occidit exortu Scorpionis: quo surgẽte hoc tẽpore, vnà cum sole in occasum fertur. Huius signi tãta magnitudo est, vt nõ dubitat Manilius Orionẽ cœli partẽ maximã appellare. vt, Hinc vocat Oriõ magni pars maxima cœli. Hunc autor Bœotũ vocat: quia Thebæ, apud quas Hyreus Iouẽ, Neptunũ, ac Mercurium excepit hospitio, in Bœotia sunt, vbi Orion ex duorũ vrina procreatus dicitur, vt eius nomẽ ostẽdit. Orion enim Græci vrinã, siue lotiũ dicũt. Vnde Vriõ dict⁹ est, qui postea facta cõmutatione (v) diphthõgi in (o) vt quidã volũt, Orionis nomẽ accepit. Huius effigies, quæ in cœlo est, cũ Cãcro toto corpore pariter in ortũ fertur, cuius apud peritos est incerta tẽpestas, cũ multis diebus oriatur. Si fabulas quæris, lege Hyginum. Cõstat stellis 17. *Falsus eris*) fallẽris, quærens stellas Orionis, quæ videri nequeunt. *Tempus erat*) Describit vesperã, qua aratra versa domũ referũtur, & oues pastæ agnos lactare consueuerũt. *Senex Hyreus*) Hunc senem Pindarus dicit in insula Chio, non apud Thebas, deos quos diximus accepisse. *Addidit & vultũ*) quo præ se ferebat optimã voluntatem, quæ ex vultu sæpe colligitur. Ipsa alibi: Super omnia vultus Accessere boni, nec iners paupérque voluntas. *Dissimulántque deos*) occultant diuinitatem, vt homines putentur.

PAVL. *Tempore ferali*) in Feralibus mense Februario. De hoc in secundo libro diximus, Dij quoque templorum foribus celentur opertis, Thure vacent aræ, sténtque sine igne foci. *Nec ea tempora sunt apta*] congrua. *Tædis viduæ nec eadem apta tædis virginis*) illis diebus neque viduam, neque virginem bonum est nubere. Sic & in parẽtalibus mense Februario. vt in secundo: Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris Aufer, habent alias mœsta sepulchra faces. *Quæ nupsit*) illis diebus. *Non fuit diuturna*] cum viro scilicet. nam aut repudiata, aut mortua citò. *Hac quoque de causa*] quia aut repudiatur, aut moritur. *Ait vulgus malas*] mulieres. *Nubere mense Maio*] quæ futuræ nõ essent diuturnæ. *Si prouerbia tangunt te*] Quoniam id erat in prouerbio, eo mense tradi viris malas: quoniã bonæ non nubebant. Et Plutar. ait in Problem. 86. quare mense Maio non ducãt vxores. & has rationes adducit. An quòd inter Aprilẽ & Iuniũ medius interiectus est: quorũ cùm alter Veneri, Iunoni alter dicatus, deabus scilicet, quæ nuptiis præsunt, aut parum antè capiunt, aut parum expectant. An quòd hoc mense maximo piaculo vtuntur, effigies modò de ponte abiicientes, cum prius homines consueuissent. Vnde Flaminiam Iunonis sacerdotem tristem esse eo tempore: quippe eo mense nullo cultu vtatur, moris est. An quod plerią; Latinorum hoc mense mortuis parentant: & ob eam causam Mercurium quoq; eodem mense venerantur, qui Maio cognominis est. An vt quidam dicunt, Maius à maioribus natu appellatus est, Iunius à iunioribus. Nuptiis verò accommodatior est iunior, vt inquit Euripides. Nam senectus à Venere aliena, ipsaque Venus senibus infensa est. Abstinent igitur nuptiis, Iunium expectantes, qui Maium deinceps excipit. *Sed tamen hæc tria festa*] Lemuria, & continentia à nuptiis, & templa clausa. *Sub eodem tempore*] quia iisdem diebus. *Sed continuata inter se nullo die*) Non sunt continuata, vt aliud post aliud fiat: sed vt iisdem diebus sunt hęc omnia. Nam vt in Februario pluribus diebus fiunt Parentalia, & est idem ferè ritus: ita hoc mense plures sunt dies, quibus parentatur, & clausa sunt templa, & non nubunt. *Quorum si medijs*] si medio spacio eorum: quasi si eodem tempore. *Quæris Oriona Bœoton*] à Bœotia: si vis videre stellas Orionis. *Die 11. Orion occidit occasu heliaco. Fuit autem Orion princeps Bœotiæ, auditor Atlantis astrologi: ideo eius appellatio ad sidera translata est.* *Falsus*] deceptus eris: quoniam videre non poteris, nã iam occidit. Est ergo eodẽ tempore, hoc est septimo idus Maias, Orionis occasus. *Causa signi est mihi canenda*] canam quis fuerit Orion, & qua causa cœlo locatus sit. *Iuppiter*) &c. Poëta fabulam hanc refert,

Iouem, Neptunum & Mercurium hospitio receptos ab Hyreo: qui cognitis dijs, bouem immolat. Cùm ab his sobolé concedi peteret, minxisse in corium bouis, & iussisse humari. Decimo mense natum puerum: Vriona ab vrina appellatum, deinde Oriona. Quam fabulam ab Aristomacho & Pindaro accepit poëta, quæ etiam ab Higino refertur. Hic Orion (vt illi prosequuntur) è Thebis Chium venit: Meropem Enopionis filiam stuprauit, pro qua excæcatus est. & eiectus, Lemnon nauigauit, ad Vulcanum, à quo equo decoratus est: & Sol oriens lumina restituit. Histrius dicit à Diana fuisse dilectum, adeò vt illi penè nupserit. Apollo ægrè ferebat, sororémque obiurgabat, & illum astutia quadam interemit. Nam cùm ille nataret, prouocauit Dianam ad emittendam sagittam vsque ad nigrum, quod in mari videbatur, quod erat Orionis caput: & immissa sagitta peremptus est ille. Sed eiectum ad litus corpus Diana vbi cognouit, multis prosequuta lacrymis inter sidera statuit. Sunt qui dicant, eum quòd venandi studio polleret, se iactasse, Terram nullum animal parere posse, quod ipse non interficeret. Terra scorpionem peperit, & Orionem peremit. Diana inter sidera collocauit. Et alias quoque opiniones refert Higinus: quas qui volet, accipiat. Orionem autem, vt idem asserit, à zona & reliquo corpore æquinoctialis circulus diuidit, cum tauro decertantem collocatum, dextra manu clauam tenentem, & in arcticum etiam spectantem ad occasum, & occidentem exortu Scorpionis posteriore parte, & Sagittario exoriente: cum Cancro autem toto corpore pariter exurgentem. Hic habet in capite stellas tres claras, in vtrisque humeris singulas, in cubito dextro obscuram vnam, in manu similiter vnam, in zona tres: in eo quo gladius deformatur, tres obscuras, in vtrisque genibus singulas claras, in pedibus singulas obscuras. Omnino sunt decem & septem. *Iuppiter & frater*] Neptunus. *Qui regnat in lato æquore*] qui habet imperium maris. *Et Mercurius carpebant vias socias*] quia simul per vias, velut peregrè incedebant. *Erat tempus, quo aratra versa iugo referuntur*] erat vespertinum tempus, cùm sol occiderat, & versa (vt solent à bubulcis post opus referri in iugis) domum aratra referebantur. *Et agnus pronus*] inclinãs se ad vbera. *Bibit lac future oui*] cùm rediguntur in ouilia oues per diem depastæ, & agni lac maternum hauriunt. Hac duplici periphrasi ostendit vesperam: quo tempore & coloni ab opere rustico, & pecora à pascuis reuocantur.

Fortè Hyreus senex cultor angusti agelli] qui rus exiguũ colebat. *Videt hos*] deos. *Vt stabat*] sicut fortè tunc illi stare contigit. *Ante exiguam casam*] ante paruum tuguriolum. *Atque ita dixit*] itaprior loquutus est. *Longa est via*] quasi dicas, Quò tenditis? non enim longius ire potestis, cùm longum iter hinc ad vrbes sit. *Nec tempora longa supersunt*) quia iam sol occidit. *Et nostra ianua patet hospitibus*] quasi ego, qui soleo suscipere domi, hospites habere, & aperta est ianua. *Addidit & vultum verbis*]: nam læta verba læto quoque vultu proferebat. *Et iterum rogauit*] vt sisterent cursum, & domum inirent. *Parent promissis*] morem gerunt illi, & grata habent illius pollicita. *Et dissimulant deos*] nolunt pro dijs cognosci.

ANTON. *Comminuitque faces*] Faces à flammis multum differre, hoc loco manifestè apparet. *Stant calices*] Accipimus hic per calices, vasa, quibus coquuntur olera, & similia. Alibi sæpenumero calices pocula sunt, dicta vel ab eo quòd est cylix, vna litera commutata: vel quòd in iis calidum bibatur, autore Festo. *Testa sua*] Inter testam & calicem spuma interdum effundi solet. *Cultorem pauperis agri*) immolat bouem, audito Iouis nomine. *Diffuderat*] Iuuenal. Ipse capillato diffusum consule potat. *Vluam*] Antiqui stramento in lectis vtebantur. postea luxu inualescente, stramentum pauperibus relictum est, cùm diuites tomento Lucanico vterentur, hoc est farcimine culcitratum ex pilis & lana panno detonsa. Demum eousque deliciæ processerunt, vt quærantur plumam cygnorum, quæ subest supereminentibus pẽnis. *Terra rubens*] &c. Apparet hoc loco, craterem propriè esse vas magnum, ex quo vinum funditur in pocula. quamuis poëtæ, vt solent, multa persæpe confundant. Nam si crater poculum esset, non vnum craterem diceret, qui pocula plurium numero subiungit. Magnum autem esse craterem ne quis dubitet, audiat Plin. docentem, Semiramidis craterem collegisse pondus 15. talentorum, & Ægyptium talẽtum patere pondo 80. teste Varr. Audiat præterea Virg. dicentem, Crateres magnos statuunt, & vina coronant. Item, Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit. Statius in Theb. Bacchus in altos Crateras paterásque redit. Iuuenal. Vrnæ cratera capacem. Ouid. in 12. Metam. Antiquus crater, quem vastum vastior ipse Sustulit Ægides. Constat præterea, craterem, quem in cœlo Hydra sustinet, si stellas, quibus formatur, intuearis, ita procerum esse, vt iure crater non poculũ nominetur. Propriè autem craterẽ non esse poculũ, his versibus liqueat: Pocula bina nouo spumãtia lacte quotãnis, Craterésq; duos statuã tibi pinguis oliui.

> *Tecta senis subeunt nigro deformia fumo,*
> *Ignis in hesterno stipite paruus erat.*
> *Ipse genu nixus flammas excussit ab aura:*
> *Et promit quassas, comminuitque faces.*
> *Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat:*
> *Et spumat testa pressus vterque sua.*
> *Dúmque mora est, tremula dat vina rubẽtia dextra:*
> *Accipit æquoreus pocula prima deus.*
> *Quæ simul exhausit: Da, nunc bibat ordine, dixit,*
> *Iuppiter. audito palluit ille Ioue.*
> *Vtque animus rediit, cultorem pauperis agri*
> *Immolat, & magno torret in igne bouem.*
> *Quæque puer quondam primis diffuderat annis,*
> *Promit fumoso condita vina cado.*
> *Nec mora, flumineam lino celantibus vluam,*
> *Sic quoque non altis incubuere toris.*
> *Nunc dape, nunc posito mensæ nituere lyæo:*
> *Terra rubens crater, pocula fagus erat.*

suscitauit. Alij legunt, Flammas excitat aura. & eodem tendit sensus, immò & magis propria est locutio. *Et promit*] ostendit, seu profert. *Faces quassas*] quatiendo succẽdit. *Et comminuit*] condeponit, & non quatit. Tunc imminuentur flãmæ vt in Amorib. ad Corinnã: Vidi ego iactatas mota face crescere flammas, Et vidi nullo concutiente mori. Aut ita intelligas: Promit, profert. *Faces quassas*] ligna arida contusa, quas pro facib. succendẽdis parame. *Et cõminuit*] diuidit, seu discindit in particulas minutas, vt facilius succẽdãtur, vt in Georg. V. Ferróq; faces inspicat acuto. Et illud mota face, ad lignũ refertur, vbi lumen, seu ignis accenditur. Vnde Var. in Gerunto didascalo: Consiluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri mitia solita, etiam nunc pinea fax indicat, & alio loco adest fax inuoluta incendio. Et de vita patrum: Cùm à noua nupta ignis in face afferretur, fuco eius summus. Cùm fax ea pinu alba esset, vt eam puer ingenuus afferret. Lucan. in 2 Quã cùm Catilina parauit Arsuras in tecta faces. *Stant calices*] Calicem pro poculo plerunq; accipimus, vt superius in tertio, quid si per calices facta Sibylla suos. Iuuenalis: Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso Et pro maiore quoque vase accipitur. Cicero Tuscul. 3. Quid hic calia mulsi? impinguandus est, vt plorare se desinat. Var. Apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & Cumanos calices. Poëta autem hoc in loco posuit pro vasis, vbi legumina & olera decoquuntur. Varro tamen de Lingua latina inquit: Calix à caldo, quòd in eo calda plus apponebatur, & caldum eo bibatur. Stant ergo apud ignem calices. *Inde*] ea ex parte foci. *Minor*] calix scilicet, *habebat fabas, alter habebat olus*] olera tunc decoquenda. *Et vterque*] calia. *Spumat pressus*] tectus. *Sua testa*] Tecti enim calices, spumam circa ipsas testas emittebant, quoniam testis tegebantur. *Dúmque mora est*) dum immorantur, vsquequo parentur epulæ. *Dat*) Hyreus. *Vina rubentia dextra tremula*] trementi: quoniam senex erat, offert vina dijs bibẽda. *Deus æquoreus*) Neptunus. *Accipit prima pocula*) & prior ipse bibit. *Quod simul*) postquam. *Exhausit*) bibit quicquid erat in poculo. *Dixit, Da, nunc ordine Iuppiter bibat*] sequere ordinem, & da vina Ioui bibenda: & hac

PAVL. *Subeunt tecta senis*] ingrediuntur casam Hyrei. *Deformia*] turpia tecta. *Nigro fumo*] erant enim vndiq; propter fumũ nigricantia. *Paruus ignis erat in externo stipite*] quem pridie succenderat, cùm eo die nondum succendisset ignem. *Ipse*] Hyreus. *Nixus genu*] flectens humi genu, & eo se firmans. *Excussit flãmas ab aura*] quasi flans flammam e-

A voce deos esse prodidit. *Ille*) Hyreus. *Pallent audito Ioue*) audito Iouis nomine. Expauit enim, cùm videret coràm, & domi haberet deos hospites, Iouē præsertim, deorum omnium maximum. *Vtque animus rediit*) quasi postquam in seipsum rediuit: quia prius videbatur attonitus. nunc cùm mens rediit. *Immolat cultorem pauperis agri*) mactat bouem, quo exiguum colebat agrum. *Et torret*) decoquit bouem. *In magno igne*) maiore enim igne opus erat in decoquendo boue, quam in oleribus. *Et promit vina condita eado fumoso*) haurit vina vetustiora: sic & meliora, quæ olim in doliis condiderat: Cadi, ænea vasa, quibus vina conduntur. Luc.l. Millia ducentum frumenti tollis, vini medimnum mille cadûm. Virg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Varro in Vita patrum: Hortensio supra decem millia cadûm heredi reliquit. Horat. Et cadum Marsi memorem duelli. *Quæ*] vina. *Puer*) quondam Hyreus. *Diffuderat*) in diuersos cados fuderat. *Primis annis*) ab ipsa pueritia. *Nec mora*) procubuere, accubuere. *Non altis toris*) in toris enim discumbebant. vt in Heroid. Et premitis pictos corpora Graia toros. Aut intelligas recumbere in toris, & habere ante se mensas epulis paratas. *Celantibus*) tegentibus. *Lino*) lineis linteis. *Flumineam vluam*) fluuialem aut palustrem herbam. Ex hac ergo strati erant tori, & linteis postea tecti. *Mensæ*) quæ erant ante eos paratæ. *Nituere nunc dape*) iam allatis dapibus, & à splendidis dapibus nituere, dixit. *Nunc posito lyæo*) mero illo veteri. G

Crater) quo bibebant. *Erat terra rubens*] erat crater fictilis ex creta rubra. *Pocula fagus erat*) Hoc dicit: Vinum afferebatur in vase ligneo, potabatur in cratere creteo. Confundit hæc poëta, vt pocula non pro crateribus ponat, cùm illa à potatione dicantur, vt ostendit Varro.

B ANTON. *Quicquid fert impetus opta*) Pectitè humanam cupiditatem impetum vocat, (vt ait Cic.) unde semper aliquid capessens, non multum differt ab amentia. vnde illud est Iuuenal. Nos animorum Impulsu, & magna cæcáque cupidine ducti, Coniugium petimus, partúmque vxoris *Et dixi, & seruo*) quia post vxoris interitum nullam vnquā C mulierem cognoui. *Diuersa voluntas est mihi*] cupio expugnantia, castitatem videlicet, & liberos. *Pudor est*] pudet referre, minxisse deus in corium bouis. Nota est fabula. *Madentia*] terga iuuenci lotio madida. *Littera prima*] Vult u literam in o conuersam fuisse, & ab vrina Vrionē dictum, & postea Orionem. quamuis quidam aliter censeant. *Creuit in D immensum*] Virg. Quam magnus Orion, Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna viam scindens. Hunc quidam volunt fuisse Neptuni filium, cui datum est super fluctus & aristas currere.

Verba fuere Iouis: Si quid fert impetus, ora,
Omne feres. placidi verba fuere senis.
* *Chara fuit coniunx, prima mihi * chara iuuenta*
Cognita. nunc vbi sit quæritis? vrna tegit.
Huic ego iuratus vobis in verba vocatis,
Coniugio, dixi, sola fruere meo.
Et dixi, & seruo. sed enim diuersa voluntas
Est mihi: nec coniunx, sed pater esse volo.
Annuerant omnes, omnes ad terga iuuenci
Constiterant, pudor est vlteriora loqui.
Tunc super iniecta texere madentia terra.
Iámque decem menses, & puer ortus erat.
Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Oriona:
Perdidit antiquum littera prima sonum.
Creuerat immensum, comitem sibi Delia sumpsit:
Ille deæ custos, ille satelles erat.
Verba mouent iras non circumspecta deorum.
Quam nequeam, dixit, vincere, nulla fera est.
Scorpion immisit tellus: fuit impetus illi,
Curua gemellipara spicula ferre deæ.
Obstitit Orion: Latona nitentibus astris
Addidit, & meriti præmia, dixit, habe.
Sed quid & Orion, & cætera sidera mundo
Cedere festinant? nóxque coarctat iter?

consisterant) simul steterant. *Ad terga iuuenci*] ad corium bouis *Pudor est vlterior a loqui*] Non vult aperte quid fecerint: innuunt tamen in eo corio. H *Tunc texere madentia*] terga scilicet: hoc est, corium madidum vrina. *Terra iniecta*] nam humauerunt vterem cum vrina. *Iámque decem menses*] prætererant. *Et erat ortus puer*] decimo enim mēse natus est, velut ex humano partu. *Tunc Hyreus*] senex. *Quia sic genitus*] eo modo natus. *Vocat Vriona*] ab vrina. *Littera prima*] quæ erat u. *Perdidit antiquum sonum*] nam mutata in o, & dictus est Orion. I Sed Strabo ait, quia in Orio oppido Eubœæ educatus est, appellatum Oriona. Hoc pacto natus dicitur Orion. Sed Hesiodus Neptuni filium dicit ex Euryale Minois filia: concessúmque illi, vt supra fluctus curreret, & supra aristas. *Creuerat immēsum*) quia iam magnus erat, & re & nomine.

Comitem sibi Delia sumpsit] Cum hac dea Orion factus venator, dum vellet concumbere, eius sagittis occisus est. Alij dicunt eum immisso scorpione periisse, & deorum miseratione in cœlum esse translatum. *Spicula ferre*] auferre. Voluit, inquit, scorpius Dianæ auferre spicula. *Cætera sydera*] &c. Adulatur Augusto, fingens cedere noctem diei, vt celebretur festum Martis Vltoris. Sed re vera noctes hoc tempore contractiores fiunt. Notandum autem, quòd cum Lemuria 7 idus mensis incipiant ce- E lebrari, eadémque triduum amplectantur, consequens est, vt 4. idus festum Martis Vltoris celebretur.

PAVL. *Verba fuere Iouis*] hæc Iupiter locutus est. *Ora*] orando à nobis posces. *Si quid fert impetus*) si quid cupis. De impetu superius diximus. *Verba fuere placidi senis*] hæc respondit benignus senex Hyreus. *Fuit mihi chara coniunx*) habui ego charam coniugem. *Cura mihi prima iuuenta*] amor mihi in ætate iuuenili. Nam cura pro amore interdum. Virg. Grauí iamdudum saucia cura: hoc est, amore. In multis codicibus est, Prima mihi chara iuuenta. tunc sic intelligas: Chara quidem mihi, & cognita à principio iuuenilis ætatis. *Nunc quæritis vbi sit*] quasi si id quæritis. *Tegit vrna*) excocta & condita est in vrna. *Ego iuratus dixi hæc*] iureiurando id promisi *Vocatis vobis in verba*) cùm iuramento vos in testes vocassem. *Tu sola F fruere coniuge meo*] tu vnica eris mihi coniunx *Et dixi hæc, & seruo*] quod promisi. *Sed enim mihi est voluntas diuersa*] sibi ipsi repugnans. *Nec volo esse coniunx*) nolo esse vir alterius vxoris. *Sed volo esse pater*] nolo coniugem, & filium volo. *Annuerant omnes*) nutu promisere se facturos quod ille volebat, vt & pater esset, & non coniunx. *Omnes*

Delia) Diana. *Sumpsit eum sibi comitem*) immò & plus quàm comitem: nam diligebat mirum in modum, & nubere volebat illi. *Ille*) Orion. *Erat custos deæ*) ille erat satelles: erat comes, minister, & custos illius. *Verba non circumspecta*] non ponderata & examinata antequam proferantur, sed temerè prolata. *Mouent iras deorum*] nam indignantur dij, cùm homines aliquid cum insolentia dicūt. *Dixit*) Orion. *Nulla fera est, quam nequeam vincere*] Hoc enim protulit: Non potest tellus feram vllam gignere, quam ego non vincam. *Tellus immisit scorpion*) peperit Terra scorpionem, & in Orionem misit. *Fuit illi*] scorpioni. *Impetus*] cupido. *Ferre*] pro auferre. *Spicula curua*] sagittas hamatas. *Deæ gemellipara*] Dianæ, quæ vno eodem partu cum Phœbo nata est. *Orion obstitit*] scorpioni, & tamen ab eo interemptus est. *Latona*) Diana Latonæ filia. Sicut & Dionem pro Venere dici, superius ostendimus, nomen matris pro nomine filiæ. *Addidit astris nitentibus*] L cœlo locauit, & sideribus intulit. *Et dixit habe præmia meriti*] quia de me bene emeritus es, habeas cœlum in mercedem laborum tuorum, & virtutis tuæ. *Sed quid & Orion*] Post occasum Orionis, & Vrialem, festum Martis Vltoris: quod poëta videtur statim subdere occasui Orionis. Verùm non celebratur 6 cal. Mai. sed 4. eo enim die signatum est id festō, & in antiquis marmorib. & in vetustiss. codicibus, quo quidē die Cæs. Octauius cōsecrauit in foro à se extructo ædē Martis Vltoris: quā, vt Suet. inquit, pro victoria paterna bello Philippēsi vouerat. Ipse enim Cæs. & Antonius apud Philip. vario euētu cōtra Brutum & Cassium pugnauerunt, ita vt vtriusque dextra cornua vicerint, & castra quoque vtrinque ab his qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem

A fortunam partium mors quidem Cassij fecit, qui cùm in eo cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi consciuit. Altero deinde prælio victus M. Brutus, & ipse vitam finiuit, exorato Stratone fugæ comite, vt sibi gladium adigeret. Sed plura de his leges apud Plutarchum in Bruto & Ant. & apud Appianum, qui historiam omnem refert. Poëta pluribus versibus extollit & festum, & ædem ipsam, & Augustum. *Sed quid & Orion, & cætera sidera*] cur sidera omnia *Festinant*] properant. *Cedere mundo*] cœlo: vt diem reddant. *Et nox coarctatur*] contrahit spacium, & se præcipitem agit, vt dies cedat.

Quid solito citius liquido iubar æquore tollit,
Candida lucifero præueniente dies?
Fallor? an arma sonant? non fallimur, arma sonabāt.
Mars venit, & veniens bellica signa dedit.
Vltor ad ipse suos cœlo descendit honores,
Templáque in Augusto conspicienda foro.
* *Est deus, est ingens & opus: debebat in vrbe*
Non aliter nati Mars habitare sui.
Digna giganteis hæc sunt delubra trophæis,
Hinc fera Gradiuum bella mouere decet.
Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset,
Seu quis ab occiduo sole domandus erit.
* *Prospicit armipotens operis fastigia summi,*
Et probat inuictos summa tenere deos.
† *Prospicit in foribus diuersa tela figuræ,*
Armáque terrarum milite victa suo.
Hinc videt Aenean oneratum pondere charo,
Et tot Iuleæ nobilitatis auos.
Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem,
Claráque dispositis acta subesse viris.

ANTON. *Vltor*] E plurimis operibus quæ struxit Augustus, præcipua fuerūt (teste Suetonio) forum Augusti, & ædes Martis Vltoris: quem Ouidius alibi & magnum, & vltorem vocat. vt, Venerit B in magni templum tua Numina Martis, Stat Venus vltori iuncta viro ante fores. Magnum quidem dictum existimamus ob ædificij magnitudinem. vt, Digna giganteis sunt hæc delubra trophæis. Vltorem verò (vt idem Suetonius scribit) idem dictum constat, quòd Augustus eam ædem vouerat bello Philippensi, C aduersus Brutum Cassiúmque suscepto, ad vlciscendam mortem Cæsaris patris. Ita sanxit, vt in ea de bellis triumphisque consuleretur senatus, & prouincias petituri cum imperio inde deducerentur: quique victores redissent, in eam insignia triumphorum inferrent. vbi quorundam barbarorum principes ab Augusto iurare coacti sunt, mansuros se in fide, ac pace quam peterent. Fuerunt in hoc templo scyphi è ferro dicati, vt autor est Plin. Item alia spectatu digna, adeò vt non immeritò inter præ- D cipua & ornatissima diui Augusti opera numeretur: sicut & eiusdem magnificentissimum, quod huic ædi proximum fuit. de qua Iuuenal. Palliatulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram. Eius fori extruendi causa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, nō sufficientibus duobus (vt ait Sueton.) etiam tertio indigere. Itaq; festinantius publicatum est, necdum perfecta Martis æde. *Giganteis trophæis*] Sensus est: Tanta est huius templi magnitudo, vt non solùm dignum videatur insignibus triumphorum, quæ à victoribus eò inferuntur ex Augusti Cæsaris instituto: sed gigantum trophæis ac spolijs, quæ dij victores potuerunt è gigantibus reportare. Trophæum propriè quid sit, nemo ignorat. *Diuersa tela figuræ*] quia erant ibi diuersarum gentium spolia, ac varia telorum genera. *Æneam*] effigiem Æneæ gerentis Anchisem, quem è flammis Troiæ ardentis eripuit. *Iliaden humeris ducis ar-* E *ma ferentem*] Romulum, à matre Ilia: qui Acronem Ceninensium ducem singulari prælio vicit, & spolia Ioui Feretrio consecrauit: quæ opima dicta sunt, vel ab opibus, vt Varroni placet, teste Plutarcho: vel ab opere rei gestæ. Est enim opus egregium & clarissimum, belli ducem parem sibi ducem superare. Festus Opem inquit esse Saturni cōiugem, hoc est Terram, quæ omnes opes humano generi tribuit. Vnde & opulentos dicimus, vt idem inquit, rebus terrestribus copiosos: & hostias opimas, præcipuè pingues. Item opima, magnifica & ampla spolia. De Feretrio Ioue diximus suprà. Lege Liuium.

PAVL. *Quid dies candida*] serena. *Tollit*] attollit. *Liquido æquore*] ab Oceano orientis: vel a mari non turbido, sed vitreo, claro. *Iubar*] solis splendorem. *Citius solito*] quasi cur ita acceleret dies. *Præueniente lucifero*] stella Veneris, quæ prænunciat diem. *Fallor*] decipiōr ne *An sonant arma*] F propter festum Martis, & ludos qui illi exhibentur. *Non fallimur, sonabant arma*] adueniente armorum præside. *Venit Mars*] ad festum & ludos suos. *Et veniens dedit bellica signa*] nam arma insonuerunt. *Ipse Vltor*] sub cognomine & titulo vltoris. *Descendit è cælo ad suos honores*] ad sacrificia quæ sibi fiunt. *Et ad templa suo nomini consecrata*) Conspicienda, admiranda. *In foro Augusto*) quod Augustus ipse extruxit prope viam sacrā. G Et in 3. Trist. cùm de eodem loquutus: Paruit, & ducens, Hæc sunt fora Cæsaris, inquit. Hæc est à sacris quæ via nomen habet. Et cùm multa opera Augustus publica extruxisset, præcipua fuere forū cum æde Martis vltoris, templum Apollinis in Palatio, & ædes Iouis Tonātis. Sed fori extruendi, vt Tranquil. memorat, causa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur nō H sufficientibus duobus; etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautúmque vt separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicum fierent. *Est deus est ingens*) & magnus deus est ipse Mars. *Et opus*) est etiam ingens. Nā magnum illic templum erectum, magnúmque erat illud forum *Non aliter*) quàm in maximo ædificio. *Debebat Mars habitare in Vrbe sui nati*) in vrbe Roma, quam I Romulus Martis filius condidit. *Hæc delubra*) templa. *Sunt digna trophæis giganteis*) spolijs gigantum: quasi Iouis & cæterorum deorum victoria de gigantibus parta, vbi illorū spolia essent affixa. Et Lucan. Babylon spolianda trophæis Ausoniis. Sed trophæum à τροπῇ, quod est conuersio, dictū. Nam qui hostes in fugā vertisset, trophæum erigebat, cum hostilibus spolijs. Sed de hoc aliàs. *Decet Gradiuum*) quasi decorum est Marti. *Mouere fera bella hinc*) ex hoc templo educere exercitum in aciem, ad inferenda hostib. bella. aut dicas decere ex eo templo auspicari bellum. *Seu quis impius*] sceleratus. *Lacesset*] prouocabit nos. *Ab orbe Eoo*] ab oriēte. *Seu quis erit domandus ab sole occiduo*] ab occidēte. Siue domandi sunt hostes, qui nos ab oriente prouocarint: seu qui sunt in occidente, quòd à fide Rom. desciuerint, ex hoc tē- K plo auspicanda sunt bella *Armipotens*] Mars. *Prospicit fastigia summi operis*] summitatem excelsi templi *Et probat deos inuictos tenere summa*) illud laudat, magna & inuicta numina habere summa templa, & in illis coli. *Prospicit in foribus*] ipsius templi. *Tela diuersa figuræ*] nam vt erant diuersæ forma, cultu, lingua, gentes deuictæ: ita & diuersa arma ab illis telata, & illius templi postibus affixa. *Et prospicit arma terrarum victa suo milite*] arma diuersarum gentium quæ à Rom. milite victa fuerant. *Hinc*] postea. *Videt Aenean*) Æneæ effigiem. *Oneratum charo pōdere*] ferentem humeris patrem. *Et tot auos nobilitatis Iuleæ*] videt etiam in pictura tot claros viros de domo Iulea, Iulij pronepotes. *Hinc videt Iliaden*] Romulum ex Ilia natum. *Ferentem humeris arma duci*] arma Acronis ducis Ceninensium, quem Romulus obtruncauerat, & spoliauerat. Eáque suspensa, fabricato ad id L aptè ferculo, vt Liuius loquit, gerens in Capitolium ascendit. Ibíque cùm ea ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit templo Iouis fines, cognoménque addidit deo: Iuppiter feretrie, inquit, hæc tibi victor Romulus, rex regia arma fero: templúmque his regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico, sedem opimis spolijs, quæ regibus ducibúsque hostium cæsis, me autorem sequentes, posteri ferent, &c. Erat ergo Romulus ea arma referēs in pictura. *Et videt clara acta*] fortia & illustria facta. *Subesse viris dispositis*] in ordine positis. Erant enim in eo templo effigies clarissimorum consulum & virorum fortium, cum inscriptione rerum quas fœlicissimè gessissent.

Spectat & Augusto prætextum nomine templum:
Et † visum est lecto Cæsare maius opus.
Vouerat hoc iuuenis tunc, cùm pia sustulit arma:
A tantis princeps incipiendus erat.
*Ille manus tendens * astanti milite iusto,*
In coniuratos talia dicta dedit:
Si mihi † pellendi pater est, Vestæque sacerdos
Autor, & vlcisci nomen vtrumque paro.
Mars ades, & satia scelerato sanguine ferrum,
Stétque fauor causa pro meliore tuus.
Templa feres, & me victore vocaberis vltor.
Vouerat, & fuso lætus ab hoste redit.
Nec satis est † meminisse sui cognomina Martis:
Persequitur Parthi signa retenta manu.
Gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis,
Et circumfusis inuia fluminibus.
Addiderant animos Crassorum funera genti,
Cùm perijt miles, signáque, duxque simul:
Signa decus belli Parthus Romana tenebat,
Romanæque aquilæ signifer hostis erat.
Isque pudor mansisset adhuc, nisi fortibus armis
Cæsaris Ausoniæ protegerentur opes.
Ille notas veteres, & longi dedecus æui
Sustulit: agnorunt signa recepta suos.
Quid tibi nunc solitæ mitti post terga sagittæ?
Quid loca? quid rapidi profuit vsus equi?

ANT. A *Lecto Cæsare maius opus*] cui inscriptum nomen Augusti Cæsaris, tribuit maiestatem. Hic & eius filij, nec non & familiaras, item vxor, & sorot, adeò, vt Strabo meminit, ornandæ vrbi animum adiecerunt, vt ea in re superiorum penè omnium Romanorū studia superarint. *A tantis princeps*] &c. A pietate, à rebus magnificè gestis, in vltionem patris principatum suum Augustus B debuit auspicari. Suetonius: Omnium bellorum initium & causam hinc assumpsit, nihil conuenientius ducens, quàm necem auunculi vindicare. *Nomen vtrumque*] patris & sacerdotis. Ipse alibi: Cæsáque parentis Nos in bella suos fortissimus vltor habebit Idem Facinúsque repellite, neve Cæde sacerdotis flammis extinguite Vestæ. Fuit Iulius Cæsar, vt di- C ctum est, pontifex max. Vnde Vestæ sacerdos dicitur. *Victo lætus ab hoste redit*] Breuis & artificiosa narratio. Vbi enim exitus rei satis ostēdit priora, debemus, vt Quintil. docet, hoc esse contenti, quo reliqua intelligantur. *Nec satis est*] Vult martem bis vltorem cognominatum esse, quia Parthi Augusto resisterunt Armeniam vendicanti, reddidéruntque signa militaria, quæ M. Crasso & M. Anton. ademerant. qua in re Cæsar plus fecit, vt inquit Iustinus, magnitudine nominis sui, quàm armis alius imperator facere D potuisset. De Parthorum motibus Lege Iustinum eundem. *Signa retenta*] vexilla quæ sublata sunt à Parthis ante ciuile bellum Cæsaris & Pompeij, in quo Parthi Pompeianarum partium fuere, propter Crassi necem, cuius filium in partibus Cæsaris esse audierant, quem vltorem patris victore Cæsare futurum nō dubitabāt. Mors Crassi patris in colloquiū vocati, & comprehensi, nec nō & filij eius, nota est. Sed sublata sunt & iterum signa Romana, exercitu Antonij superato. *Campis*] vbi equites multum nocere consueuerunt. Vnde periti imperatores, cùm parum equitatu possunt, ad montes se conferunt. *Inuia fluminibus*] quia Parthos Euphrates, & alia flumina circumfusa, tuentur aduersus impetum hostium. *Miles*] exercitus Crassi. *Notas veteres*] veterū ignominiam, qua Romani affecti sunt amissis vexillis. *Agnorunt signa recepta suos*] Inanimatæ rei dat sensum, more poetarum.

PAVL. *Spectat & templum prætextum Augusto nomine*] inscriptū E & signatum sub titulo Cæsaris Augusti. *Et lecto Cæsare*] nomine Cæsaris. *Est visum maius opus*] quàm fuerit cæterorū nominum. *Vouerat hoc iuuenis*] Octauius princeps cùm iuuenis esset, hoc templum bello Philippensi vouit. *Tunc cùm sustulit arma pia*] & ob id pia: nam pro vltione paterna.

Erat incipiendus princeps à tantis] quasi, ab his maximis rebus auspicari debebat principatum. *Ille*] Cæsar Octauius. *Tendens manus instanti milite iusto*] cùm instaret secum militia, quæ iusta arma gerebat pro vlciscenda morte Cæsaris. *Dedit talia dicta in coniuratos*] contra Brutum & Cassium, & complices. *Si*) modò *pater*] Cæsar, qui in filium me adoptauit. *Et Vestæ sacerdos*] nam pontifex max. sic & sacerdos Vestæ. *Est autor mihi bellandi*] est causa, vt hæc ego bella geram. *Et paro vlcisci vtrumque nomen*] & patris, & F pontificis. quasi dicat, si propter hanc causam iusta bella gero. *Ades Mars*] & faueas mihi. *Et sanguine*] ferrum, arma nostra. *Sanguine scelerato*] sceleratorum parricidarum. *Et fauor tuus sit pro causa meliore*] sit pro nobis qui iustiora arma gerimus. *Feres templa*] voueo ego tibi templum. *Et me victore*] si ego ero victor. *Vocaberis Vltor*] nam statuā tibi templum sub titulo Martis Vltoris. *Vouerat*] hoc fuerat eius votum. *Et redibat*] nam victor. *Ab hoste fuso*] quem in Philippis fudit. *Nec satis est Martem meruisse semel cognomina*] nō fuit id satis Octauio Cæsari, Martem ob præstitum illi fauorē semel Vltorem esse G cognominatum. Sed rursus eo cognomine appellauit, cùm voluit vlcisci cladem illā à Parthis illatam. *Prosequitur signa retenta manu Parthi*] signa Romana Crassiana clade à Parthis sublata. Parthi autem, vt Trogus meminit, Scythæ fuere. & Scythica lingua, nomen hoc exules sonat. populi quidem sunt Persis finitimi, vt Strab. placet. Plin. ve- H rò inquit: Ipsa Persis iampridem in Parthorum translata nomen. Et alio loco: Persarū regna, quæ nunc Parthorum sunt. Et Marcellinus Parthiam Persidos regionem dicit. Plin. regna Parthorum duodeuiginti esse refert. Hos autem qui primus Romanorum adoriretur, ac propulsaret, L. Sylla refertur. Post quem in eosdem L. Lucullus se accinxerat. Interrupit consilium Pompeius ad bellum Mithridaticum missus. Victóque I Mithridate, & in Asia prouinciis multis in potestatem Romani imperij redactis, cum iisdem fœdus fecit. Postea M. Crassus bellum Parthis illaturus, Euphratem fluuium transiuit, victúsque prælio: in quo & filius eius cecidit, cùm reliquias exercitus in collem recepisset. Euocatus in colloquiū ab hostibus, vt de pace acturus, quorum dux erat Surenas, comprehensus & ne quid viuus pateretur, repugnans interemptus est, & ita periit. Tunc igitur Parthi Romana abstulere signa, & iterū deuictis Antonij copiis. Sed postea imperāte Cæs. Augusto, mortuo in Syria Claudio eius nepote, Parthi signa militaria M. Crasso & M. Antonio quæ ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidésque insuper obtulerūt. Poëta igitur hæc scribit in Augusti laudem, cui reddita fuerunt à Parthis signa. *Gens fuit*) fuere ipsi Parthi, & Persæ. *Et tuta* K *campis, & equis, & sagittis*] Plura dat Parthis, quibus ab externorum bellis tuti essent, equos, & vastam planiciem, quā facillimè equites tueri possent, & sagittas, quib. eminus arcere possent hostem. *Et inuia*) inaccessibilis. *Fluminibus circumfusis*) vt difficilis esset ad eos transitus, propter Euphratem, Tygrim, & alia ingentia flumina. Et de his apud Lucanum in 8. Pharf. inquit: Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum, Caspiáque immensos seducunt claustra recessus, Et polus Assyrias alter noctésque diésque Vertit, & abruptum est nostro mare discolor vnda, Oceanúsque suus regnandi sola voluptas, Celsior in campis sonipes, & fortior arcus. Nec puer aut senior lethales tendere neruos Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta. His igitur quatuor rebus tuti erant. Accessit & illud: clades Crassiana, quo effecti sunt audiores. *Funera Crassorum*) M. Crassi patris, & L Publij Crassi filij, & legionum quæ cum his fuere. *Addiderant animos genti*) Parthis ipsis. *Cùm perijt miles*) exercitus ipse Romanus. *Et signa*) vexilla quæ fuere sublata. *Et simul dux*) ipse Crassus. *Parthus tenebat signa Romana*) aquilas & cætera vexilla. *Decus belli*) ornamentum Romanæ militiæ. *Et hostis erat signifer Romanæ aquilæ*. Parthus erat qui aquilam ferebat. *Et is pudor*) quasi hæc ignominia, quæ Romanis ruborem iniiciebat. *Mansisset adhuc*) in hunc vsque diem. *Nisi opes Ausoniæ*) Italicæ. *Protegerentur*) defenderentur. *Armis Cæsaris*) nisi Cæsar Augustus Romanum imperium tueretur. *Ille*) Augustus. *Sustulit veteres notas*) veterem illam ignominiam. *Et dedecus longi æui*) infamiam longi temporis. nam coëgit Parthos reddere signa. *Recepta ergo signa*) quæ recuperata fuere ab Augusto

A Augusto. *Agnorunt suos*] Romanos scilicet milites. Et est Prosopopœia, quando datur anima reb⁹ inanimatis. Aut per hypallagen intelligas, Romani agnorunt sua signa recuperata. *Quid tibi*] ô Parthe. *Quid profuere tibi sagitta solita mitti post terga*] quid profuit peritia iaculationis sagittarum, quas eques fugiens à tergo mittit? vnde illud dictum Fatalia tela veneno Illita, quæ fugiens post terga reliquerit hostis. *Quid loca*] profuere scilicet quæ erant inaccessa.

Quid rapidi profuit vsus equi?] quid iuuit illud quo plurimum valebas, hoc est ipse equus? nam in pugna pedites Parthi non valent, nec nisi in campis sese exercent. de quo etiam apud Lucan. Lentulus ita inquit: Sarmaticos inter campos, effusaque plano Tigridis arua solo, nulli superabilis hosti Libertate fugæ: sed non vbi terra tumebit, Aspera conscendes montis iuga: nec per opacas Bella geret tenebras in certo debilis arcu.

ANTON. *Parthe refers aquilas*] Solo Augusti nomine territi signa reddiderût: quamuis & arma non deerant. *Meritus honor*] quem meruit Mars, Au- B gusto concessa victoria. Et est sensus: Quia honor Marti debebatur, Cæsar vota persoluit. *Circum celebrate*] Non est Circum hoc loco nomen, & accusatinus casus ab eo quod est Circus, sed aduerbiû. Nam hoc dicit: Celebrate Quirites per vniuersam vrbem ludos die qua Marti ædes dicata est, ob Augusti victoriam, quia nunc visa est fortem C scena decere deum. Hoc est, in tanta vrbis lætitia, ludi non dedecent Martē, Romanæ gentis autorem. [Sed Circi legitur, non Circum. quare altera expositio melior, etiam ob collationem scenæ] *Pleiades aspicies*] &c. Sol hoc tempore penè

Parthe refers aquilas, victos quoque porrigis arcus,
Pignora iam nostri nulla pudoris habes.
Rite deo templúmque datum, noménque Bisultor,
Emeritus vati debita soluit honor.
Solennes ludos Circi celebrate Quirites,
Non visa est fortem scena decere deum.
Pleiadas aspicies omnes, totúmque sororum
Agmen, vbi ante Idus nox erit vna super.
Tunc mihi non dubijs autoribus incipit æstas,
Et tepidi finem tempora veris habent.
Idibus ora prior stellantia tollere taurum
Indicat: huic signo fabula nota subest.
Præbuit vt taurus Tyria sua terga puella
Iuppiter, & falsa cornua fronte tulit:
Illa iubam dextra, læua retinebat amictus,
Et timor ipse noui causa decoris erat.
Aura sinus implet, flauos mouet aura capillos:
Sidoni sic fueras aspicienda Ioui.
Sæpe puellares subduxit ab æquore plantas,
Et metuit tactus assilientis aquæ.
Sæpe deus prudens tergum demittit in vndas,
Hæreat vt collo fortius illa suo.

runt. Piscem enim Phœnices Sidon vocant. Post G multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati, nauib. appulsi, Tyron vrbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. *Noui decoris*] vel magni, siue excellentis: vel reuera noui. *Subduxit ab æquore plantas*] Europa, non Iupiter.

PAVL. *Parthe refers aquilas*] Romana ad H Augustum signa. *Et porrigis victos arcus*] iam tu victus, supplex tua arma Cæsari Augusto porrigis. *Iam nulla habes pignora nostri pudoris*] non habes iam signa, aut aliud, quo erubescere possimus. *Rite est datum templum deo*] ritè & meritò ædes est Marti consecrata. *Et nomen Bisultor*] meritò quoque bis est Vltor cognominatus: nam I

in eo est, vt in Geminos introitum faciat. Vnde Pleiades, quarum suprà meminimus, pridie Idus Maias apparent, antequam Sol in ortum feratur, quarum exortum Plin. tradit Sole Tauri partem 23. obtinente sex diebus ante Maias Idus: quo tempore Columella quoque omnes inquit Vergilias apparere. Earum occasus paulo ante Idus Nouembris hye- D mem inchoat, teste Plinio, ortus verò æstatem. Itaque Vergiliæ dictæ sunt, autore Festo, quòd earum ortu ver finem facit. Vnde ait Propertius: O vtinam hybernæ duplicentur tempora brumæ, Et sit iners tardis nauita Vergiliis. Sunt autem vel in cauda Tauri, vt quibusdam placere dubium non est: vel ita positæ, vt ex earum positu, teste A. Gel. imago Tauri præter caput conformata videatur: vel ante genu Tauri, vt placet Seruio. cui illud astipulatur: Ac propter læuū genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce videbis. Vbi notandum genus pro genu dictum, vt Priscianus docet. *Incipit æstas*] Si exortu Vergiliarum ver finem facit, necesse est vt æstas ab eo tempore sumat exordium: quam quidam diffiniunt eminentem terræ aërem, consolum, & calefactum solis ad septentrionē E cursu. Sciendū, nonnullos non à veris fine, sed à verni temporis significatione, Vergiliis nomē inditū existimare: quas & Pleiades dicimus, quòd primæ nauigationis tempus ostendât. *Idibus ora prior stellantia tollere Taurū Indicat*] Repetendū est noctis nomē & est ordo: Nox prior Idib⁹ indicat Taurū tollere ora stellâtia. Admonet autē tantùm hoc loco, videri apertius Tauri caput Idibus Maiis ante ortum Solis. Nam heliaci ortus sucularū siue Hyadū meminit suprà: vt, Pars Hyadū toto de grege nulla latet. &, Ora micât tauri septē radiantia flammis. Docet tamē Columella, suculas paulo post Idus huius mēsis, hoc est, 12. Cal. Iun. exoriri. Sane Taur⁹ oritur à clunibus, secundū Manilium. vt, Aspice Taurū Clunib. & Geminos pedibus, testudine Cancrū, Surgere. *Fabula nota subest*] Si nota est, cur explicatur? obtundis enim, tametsi intelligo. *Tyria puella*] Europæ. Seneca in Hercule furēte: Hinc qua tepēti vere laxantur dies Tyriæ per vndas vecF ctor Europæ nitet. Eadem & Sidonis dicitur, à Sidone, quæ non plus quàm 200. stadiis distat à Tyro, vocatúrq; à Plinio Thebarū Bœotiarum parens. Eam, vt inquit Iustinus, Tyrij condiderunt, quorum gens à Phœnicibus fluxit. Hi enim terræmotu vexati, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primò, mox mari proximum litus incoluerunt, condidéruntque vrbem, quam à piscium vbertate Sidona appella-

Augustum iuuit in vltione paterna, & Parthorum iniuria vlciscenda. sic bis vltor & de parricidis, & de hostibus. *Et meritus honor*] qui ab Augusto Marti benemerito debebatur. *Soluit debita voti*] nam quod vouerat Cæsar, templum Marti consecrauit. *Quirites celebrate ludos solennes*] qui quotannis Marti exhibentur. *Circo*] in Circo maximo. *Scena non est visa decere fortem deum*] scena, vbi leuia referuntur, & fabulæ recitantur, nō conuenit rebus Martiis: sed in Circo opus est cursu & equorū cursu certare, & Martios ludos exhibere. Maior enim ratio erat Circēsium q̄ theatraliū. Erant. n. illa grauiora spectacula *Pleiades aspicies*] Pridie Id. Maij Vergiliæ oriuntur. de his diximus in lib. 4 præterea æstatis est initium. & superius ex Florentino diximus, principium æstatis esse 8. Idus. *Tu aspicies omnes Pleiadas*] quæ & Vergiliæ dictæ *Et totum agmen sororum*] omnia ipsa K sidera. vt superius dictum: quæ septē dici, sex tamen esse solent. *Vbi vna nox erit super*] id est, supererit. *Ante Idus*] hoc est, pridie Idus. *Tunc*] eo tempore. *Incipit mihi æstas*] est æstatis initium. *Non dubijs autoribus*] certis autoribus. *Et tempora veris tepidi habent finem*] est finis veris, cùm aër erat temperatus, & est principiū æstatis, cùm aër incipit esse feruētior. *Idibus ora*] &c. Nocte Iduū Mai. altius attollit Taurus, cùm sit contiguus Geminis. De Tauro superiore egimus l. Poëta causam signi refert ad Europæ raptum, quòd imago Tauri fuerit cœlo locata, sicut nos quoq; suprà retulimus. licèt sint qui vaccam esse dicant, & ad Io referant. *Prior Idibus*] hoc est, nox quæ præcedit Idus *Indicat*] ostendit. *Taurum tollere*] attollere altius à sole in ortu *Ora stellantia*] stellas oris: quas suprà explicuimus. *Fabula nota*] quasi quam omnes norunt. *Subest huic signo*] ipsi Tauro: quia omnib. no- L tum qua ratione fuerit cœlo figuratus. *Taurus*] Iupiter in taurum demutatus. *Vt præbuit terga sua*] cùm se mansuetum ostendens, procubuit ante puellam, deditq; illi terga equitanda. Vnde Horat. Sic & Europæ niueum doloso Credidit tauro latus *Puella Tyria*] Europæ. à Tyro Phœniciæ: nam filia regis Agenoris. De quo latius in fine 2. lib. Met. *Et tauri*] Iupiter. *Falsa* non vera. *Cornua fronte*] nam taurum se simulauerat. Verùm si historiam respicimus, habuit Iupiter taurum in puppi figuratum. De quo Lactant. loquens, ait: Rapuisse dicitur in aquila catamitum. Poëticus color est. sed vi per legionem rapuit, cuius insigne aquila est: aut nauis, in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam: sicut taurum figuratum, cùm rapuit &

transuexit Europam *Illa*] Europa. *Retinebat dextra iubam*] crines tauri, quo firmius inhæreret. *Læua retinebat amictus*] vestes, ne aquis maderent. *Et ipse timor*] puellæ. *Erat causa noui decoris*] Augebat enim timor ipsius decorem tum in vultu, quòd præ timore candidior videbatur: tum in ipso gestu, & habitu. *Aura tumet sinum*] vestes nisi dicas latenter historiam tangere, quòd leoi vento vela impleantur, cùm naue transueheretur. *Aura mouet capillos flauos*] hoc quidem decorem illius augebat, cùm flaui crines vento agerentur.

Sidoni] ô Europa, à Sidone vrbe Phœniciæ. *Sic*] hoc modo. *Fueras aspicien. Ioui*] cùm formosior videreris, & ob id illi gratior. *Sæpe subduxit*] remouit. *Ab æquore plantas puell.*] contrahebat, vt altius eleuaret pedes, ne attingeret aquas. *Et metuit tactus aquæ assilientis*] metuit ne ab vnda salienti tangeretur, hoc est, ne aquis spargeretur. *Sæpe deus*] Iupiter in tauri forma. *Prudens demittit tergum in vndas*] inflectebat se in vndas, incussurus illi metum. *Vt illa fortius*] firmiùs. *Hæreat illa suo collo*] quò arctiùs eum puella amplecteretur.

Littoribus tactis stabat sine cornibus vllis
Iuppiter, inque deum de boue versus erat.
Taurus init cœlum, te Sidoni Iuppiter implet,
Pársque trium terræ tertia nomen habet.
Hoc alij signum Phariam dixère iuuencam,
Quæ bos ex homine est, ex boue facta dea.
Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
Mittere roboreo scirpea ponte solet.
Corpora post decies senos qui credidit annos
Missa neci, sceleris crimine damnat auos.
Fama vetus, tunc cùm Saturnia terra vocata est,
Talia fatidici dicta fuisse senis:

ANTON. *Littoribus tactis*] Cretæ insulæ, ad quam deus vexit Europã. *Taurus init*] &c. Effigies tauri quã deus exuit, in zodiaci signum translata est. *Phariam dixere iuuencam*] in quam Io conuersa est, quæ in Ægypto Isidis nomen accepit. nota est fabula. *Simulacra virorum*] Immolandorũ hominũ ritus fuit olim in Latio, quemadmodũ & apud quosdã immanissimos barbarorũ. quẽ nõnulli à Pelasgis fluxisse crediderunt, qui sedibus suis pulsi, & incerti quib. locis adhærerent, apud Dodonam oraculum acceperunt, in quo hoc erat: [illegible]. Vnde cùm post errores plurimos in Latium appulissent, erexerunt Diti sacellum, & Saturno aram, diúque hunc virorum victimis, illum humanis capitibus placauerunt. quod genus sacri redactum est ab Hercule in mitiorem ritum, qui suasit posteris Pelasgorum, vt inferrent Diti non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata: & Saturni aras non viris mactandis, sed accensis luminibus cumularẽt: quia non solùm vir, sed lumen per nomen quod est [illegible] significetur. Eundem Herculem scribit Plutarchus, cùm barbari eã loca vbi nunc Roma est incolentes, Græcos quos ceperant in Tiberim deiicerent, edocuisse illos vt veterem morem & superstitionem imitantes, simulacra viuorum hominum in flumen dimitterent. in sacris enim, vt inquit Seruius, simulata pro veris accipiuntur. Vnde cùm de animalibus, quæ non facilè inueniuntur, sacrificandum est, simulacra eorum pane & cera fiunt, ac pro veris accipiuntur. Itaque postea Idib. Maiis circa plenilunium pontifices virginesq; Vestales, item prætores, aliiq; quos sacris adesse fas erat (vt inquit Eusebius) immolatis animalib. vetus pontificum postulabat, argeos, id est, triginta hominum simulacra, siue scirpeas effigies, de põte Sublicio singulis annis in Tiberim iaciebãt. Dicti autẽ Argei sunt, vel quòd Hercules cùm occiso Geryone victor per Italiã armenta duxisset, simulacra hominum pro numero Argiuorũ sociorúmq; quos casu peregrinationis amiserat, dicitur in fluuiũ dimisisse: vt aqua secunda in mare deuecti, pro defunctorum corporibus veluti patriis sedibus redderentur. Vel à Pelasgis, quos scripsit Macrob. post acceptum oraculum ad Dodonam in Italiam peruenisse. Vel à Græcis, quos barbari, vt diximus, Latiũ incolẽtes in fluuium iaciebant. Græci enim omnes, vt inquit Plinius, Argiui à veteribus dicebantur. Sanè Festus autor est, fuisse in vrbe loca quæ Argea vocabantur, quòd in his sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. Et Varro Argeos inquit dictos putari à principibus qui cum Hercule Argiuo venêre Romam, & in Saturnia subsederunt. *Roboreo ponte*] Sublicio, quẽ Plutarchus scribit ligneum factum & absolutum ab Anco Martio rege: & postea lapideum extructum ab Æmylio quæstore. Vnde non placet quod Lactantius tradit, è ponte Miluio hominem in Tiberim missum. Varro pontem Sublicium à pontificibus inquit primùm factum: & sæpe restitutum. Eius contignationem Plinius ita dispositam inquit fuisse, vt eximerentur trabes sine fulturis, ac reponerentur: quod in eo ponte religiosum fuit, postea quam Coclite Horatio defendente ægrè reuulsus est. Dictus autem est Sublicius à sublicis, quæ sunt, vt Cato scripsit, perticæ longiores, ex quibus pons totus fuit, postquam institutum est, ne ferro & clauis contingeretur. Hunc, vt quidam tradunt, Antoninus Pius imperator marmoreum fecit. Sed non prætereundum, quod scribit Macrobius, structum fuisse ad tempus hunc pontem sub Hercule: & postea Sublicium dictum, ex quo idem Hercules dicitur hominum simulacra in fluuium demisisse. *Decies senos*] sexaginta. Vnde Festus, Depontani, inquit, senes appellabantur, qui sexagenarij de ponte deiiciebãtur. Liber hoc loco per iocum laudare maiorũ nostrorũ pietatẽ, ac prudẽtiã, curãtiũ ne oporteret sexagenarios senes anni scalarij pericula formidare. Cæterũ id Romæ factũ nõ crediderĩ. apud Scythas seruatũ eũ morẽ fœdissimũ aliquãdo fuisse, dubiũ nõ est. *Tũc c. Sat. terr. voc. est*] Primi cultores Italiæ, secũdũ Trogũ, Aborigines fuere, vt Iustinus refert: quorum regẽ Saturnũ tãtæ inquit fuisse iustitię, vt neque seruierit sub eo quisquã, nec priuatæ rei quicquã habuerit. Ita Italiam regis nomine Saturniam appellatam: & montem quem inhabitabat, Saturnium dictum, vbi postea Capitolium fuit. Sed est & Saturnia nomen oppidi, vt suprà ostendimus.

PAUL. *Littoribus tactis*] postquã in Cretã peruenit. *Stabat Iup. sine vllis cornib.*] nã exuerat formã tauri. *Et de boue erat ver. in d.*] recœperat verã formã. *Taurus*] figura tauri. *Init cœl.*] quia cœlo locata. *Sidoni*] Europa. *Implet te Iupp.*] grauidã fecit, & de te Minoẽ genuit. *Et tertia pars terræ habet tuum nomẽ*] diuisus enim orbis in tres partes, ab ea vna ipsarũ partiũ, Europa vocata est. vnde Horat. Bene ferre magnã Disce fortunã, tua sectus orbis Nomina ducet. *Dixerunt*] aliqui scilicet. *Hoc alij signum Phariã iuuẽcã*] esse Io Inachi regis Argiuorũ filiam. *Quæ bos est facta ex homine*] cùm demutauit Iupiter eam in vaccã, ne pateret eius furtũ. *Ex boue facta dea*] cùm reduxit in pristinã formã, & in Ægypto meruit diuinos honores. Putãt igitur illã vaccam esse in cœlo figuratam. sed vt superiùs dictum, Vacca sit, an taurus non est cognoscere promptum. *Phariam*] Aegyptiam à Pharo insula parua in Nilo: quæ Alexandriæ ponte iungebatur. de qua Lucan. in 10. Tunc claustrum pelagi cepit Pharon, insula quondam In medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos: at nunc est Pellæa proxima muris. *Tum quoque priscorum virgo*] Idib. Maiis scirpea simulacra iaciuntur in Tibrim è roboreo ponte, vnde prius solebant emitti homines. Cuius rei meminerunt Dionys. lib. 1. de Antiquit. Italica. Lactant. in 1. Diuinarum institutionum, Plutarchus in Problematibus, Macrobius in Saturnalibus: & Eusebius lib. 4. de Euangelica præparatione, Dionysij verba referens: Asserunt, inquit, Saturno in Italia priscis temporibus ita sacrificatum fuisse, quemadmodũ apud Carthaginẽses, antequã vrbs eorũ dirueretur. Celtę verò ad hæc vsq. tẽpora, & occidẽtaliores ferè oẽs, homicidio sacrificãt. Hercules aũt fertur primus in Saturno ara ædificata, intemeratas hostias immolasse: ac legẽ, qua homines sacrificabãtur, reuocasse: & ne, quasi patriu ritu neglecto, superstitione inani incolæ turbarẽtur, simulacra pro viuis hominibus, quos in fluẽta Tiberis proiiciebãt, hostiarũ ornata modo in Tiberĩ immittere docuit. quę res à Romanis, tẽporib. quoq; nostris, Idib. Maiis diligẽter fieri solet. Ea. n. die põtifices, animalib. primò secũdũ leges immolatis, virginésq; Vestales, prætores, aliiq; ciues, quos sacris adesse fas est, triginta simulacra hominũ, quę Argiuos appellãt, à põte sacro in Tiberĩ demittũt, & cætera. Epicad. verò refert, Herculẽ occiso Geryone, cũ victor per Italiã armẽta duxisset, põte, qui nũc Sublicius dicitur, ad tẽpus instructo, hominũ simulacra pro numero sociorũ, quos casu peregrinationis amiserat, in fluuiũ demisisse: vt aqua secũda in mare deuecta, pro corporib. defũctorũ, veluti patriis sedib. redderẽtur: & inde vsũ, talia simulacra fingẽdi, inter sacra mãsisse. Verũ alij cũ superiore cõcordãt. Hic è põte sublicio iacta inquit. sic & Plutarch. Dionys. è põte sacro. Lactãt. è põte Miluio. qui ita de ea re agit: Saturn. in Latio eodẽ genere sacrificij cultus est: nõ quidẽ vt homo ad arã immolaretur, sed vt in Tiberim de põte Miluio mitteretur. Quod ex responso quodã factitatũ, Varr. autor est: cuius responsi vltimus versus est talis, [illegible].

A Et capita Saturno, & patri mittere hominem. quod quia videtur ambiguum, & fax illi, & homo iaci solet. Verùm id genus sacrificij ab Hercule, cùm ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum. Ritum tamen permansere, vt pro veris hominibus, imagines iacerentur è scirpo, vt Ouidius in Fastis docet. Et adducit ipse Lactantius plures ex versibus Ouidianis. Plutarchus verò hanc eius rei rationem affert. Quòd antiquis temporibus barbari ea loca incolentes, Græcos quos ceperant, eo pacto interficerent. Herculem verò postea admirati, ab hospitum & externorum cæde abstinuerunt: docti ab eodem, vt veterem morem ac superstitionem imitantes, effigies in flumen abiicerent. nam veteres Græcos omnes Argiuos æqualiter appellabant: nisi propter vicinitatē, Argiuos Arcadum Euander existimans, qui patriam fugiens, B ibi consedit, odium & amicitiam retinuit. Poeta verò ostēdit alios & responso factum tradidisse, vt duo corpora in Tibrim iacerentur. Alios verò putauisse iuuenes solitos è pontibus impellere senes, vt ipsi essent qui in comitiis suffragia darent. & inde morem habuisse originem, seruatúmque vsque ad Herculis tempora. *Tunc quoque*] eo etiam die. *Virgo*] Vestalis scilicet. *Solet mittere*] eiicere. *Simulacra scirpea priscorum virorum*] effigies antiquorum ex scirpis compositas. *Ponte roboreo*] ligneo: hoc est è pōte sublicio, ex sublicis, hoc est ex ipsis oblōgis & exectis lignis compacto. *Qui credidit corpora missa neci*] qui putat necatos homines. *Post decies senos*] hoc est post sexaginta annos. *Damnat auos crimine sceleris*] arguit maiores sceleratæ cędis, & summæ immanitatis. quasi dicat, Nō ita sunt maiores tanti sceleris arguendi. Et hoc ideo inquit, quia putabant aliqui eundē morem in Italia fuisse, qui apud Pleros Scytharū populos seruatur, vbi sexagenarij necātur: vt ea ratione institutū arbitrarētur in Latio, sexagenarios e ponte in fluuiū mitti solitos. G quod poeta negat, cùm maiores non sint tanti sceleris accusandi. Verū aliqui ex Græcis seruauère hunc morem. nam in Cæa insula lex lata erat: Qui rectè viuere nequeant, turpiter ne viuunto. Edixit enim lex, maiores annis sexaginta natos aconito vitā finire, vt cęteris cibaria sufficerent. Hæc Strabo refert. *Fama vetus*] quasi iā antiquis hæc fama emanauit. *Tunc cùm terra*] Latina scilicet. *Est vocata Saturnia*] quasi ante vrbē cōditā, cū & Saturnius collis vocaretur, qui nunc Capitolinus dicitur, & in eo Saturnia vrbs, vt primò diximus. *Talia fuisse dicta senio fatidici*] hoc fuisse vatis respōsū.

ANTON. *Donec in hac*] &c. Redegit quidem Hercules crudele sacrum ad mitiorem ritum, vt diximus: sed eoúsque processit sacri religiosi celebratio, vt Cn. Cornelio Lētulo, P. Licinio Crasso C coss. senatusconsultum factum fuerit, ne homo immolaretur. & postea Tiberius Cæsar sustulerit Druidas, ita vt multū debeatur Romanis, vt ait Plinius, per quos sublata sunt monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum habebatur. *Thuscis aquis*) Tiberi. *Tristia Leucadio*) &c. Non placet, quòd nonnulli dicunt à parte totum accipi, & Sa- D turnum Leucadium di-

Falcifero libata seni duo corpora gentes
Mittite, quæ Thuscis excipiantur aquis.
Donec in hac venit Tirynthius arua, quotannis
Tristia Leucadio sacra peracta deo.
Illum stramineos in aquam misisse Quirites,
Herculis exemplo corpora falsa iaci.
Pars putat, vt ferrent iuuenes suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitasse senes.
Tibri doce verum: tua ripa vetustior vrbe est,
Principium ritus tu bene nosse potes.
Tibris arundiferum medijs caput extulit vndis,
Raucáque dimouit talibus ora sonis:
Hæc loca desertas vidi sine mœnibus herbas:
Pascebat sparsos vtraque ripa boues.
Et quem nunc gentes Tiberim norúntque timéntque,
Tunc etiam pecori despiciendus eram.

arua] Latina: victo in Hispania Geryone, vt diximus in primo. H *Sacra tristia*) ob humanam victimam. *Peracta deo Leucadio*) In omnibus codicibus etiam vetustissimis, ita scriptum est, deo Leucadio: ita vt intelligi non posset, quare Leucadio diceretur. & alij aliud sentiebant, & alij aliter deprauabant. At Lactantius, qui hunc locum adducit, ita hunc versum ponit. I *Tristia Leucadio sacra parata modo*] & hoc pacto reddit sensum faciliorem: Sacra quæ parantur eo modo, quo sacrificatur Apollini ad Æ-

ctum, quòd in Epiro, cuius insula est Leucas, oraculum iusserit, huic deo virorum victimis rem diuinam fieri. Sed Leucadium dictum accipimus, suppleta quasi particula. quod poëtæ facere consueuerunt, teste Seruio. Quoniam viuis hominibus ex alto deiectis, ei sacra fierent, quemadmodum & Apollini apud Leucadem. Leucadium enim deum propriè Apollinem dicimus. Ouid. alibi: An quia Leucadio semper amata deo. Fuit eius ædes in Actio promontorio apud Leucadem. Vnde illud est Virg. Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo. Leucadiis autem (vt inquit Strabo) mos patrius fuit, vt in Apollinis sacrificio quotannis sontem aliquem, auertendæ deorum iræ gratia, è montis specula deiicerent. Nouimus enim (vt autor est Porphyrio, & nos diximus suprà) E quosdam e diis placari, ne obsint. & Apollinem à nonnullis pestilentem deum existimari. Vnde illud est: Condito mitis placidúsque telo, Supplices audi pueros Apollo. Strabo autor est, Corinthios Leucadē, quæ fuit olim Cheronesus, in formam insulæ redegisse: quæ à petra albicante protenta in pelagus, nomen accepit: vel secundum Alcmæonidem, à Leucadio Icarij filio. *Stramineos Quirites*] simulacra Quiritum è stramine. Quirites autem dixit, non quòd tum essent, sed quòd postea eo in loco Quirites fuerunt. *Corpora falsa iaci*] repetendum, Fama est. *Vt ferrent iuuenes suffragia soli*] quia seniorum consilia solent sæpe numero affectibus iuuenum reluctari. *Tua ripa vetustior vrbe est*] facilè tibi est verum docere, qui es vrbe vetustior, & nosti quæ fuerunt ante vrbem conditam.

PAVL. *Mittite ô gentes, duo corpora libata*] duos homines litatos. *Falcifero seni*] Saturno ferenti falcem. Cum falce enim pin- F gatur, quòd ea fruges execare docuerit. Aut quòd Saturnus *senior* dicatur, & tempus significat, cui falx attribuitur: quoniam tempus omnia metat, execet, & incidat. *Quæ*] duo corpora. *Excipiantur aquis Thuscis*] Tiberinis. Hoc igitur responsum fuit, vt duo deiicerentur in fluuium, & sic Saturno litarentur. *Donec Tirynthius*] & fama fuit, vsquequo Hercules à Tirynthio oppido Bœotiæ. *Venit in hac*

cium in mari Leucadio: nam immolatur humana victima. De quo Virgilius: Et formidatus nautis aperitur Apollo. Ita hic immolabantur homines Saturno. Et tamen si omnino illud asserendum esset vt Leucadio deo diceremus, erit quidem ad locum referendum in vrbe, vbi erat eius templum, & Opis simul. & vt Saturnum Leucadium dicebant, ita & Opem Leucadiam. Plautus enim Opis Leucadiæ meminit. Sic vtroque modo rectè dices. Et fama est. *Illum*] Herculem. *Misisse Quirites stramineos*] stramineas effigies Quiritium. *In aquam*] in Tibrim. Sed non Quiritium, quia nondum K condita Roma, neque erat Quiritium appellatio. Sed poëta posteriore vocabulo pro re veteri vsus est. nam effigies illorum, qui tunc ea incolebant loca. Et fama est. *Iaci corpora falsa*] corporum effigies. *Exemplo Herculis*] vt Herculem imitentur. *Pars putat*] alij sunt qui existimant. *Iuuenes præcipitasse*] præcipites iecisse è pontibus. *Senes infirmos*] inualidos, qui defendere se non poterant à iuuenibus. *Vt ipsi*] iuuenes. *Soli ferrent suffragia*] vt in comitiis darent, cui vellent, suffragia, sine senum repugnantia. *Tibri doce verum, tua ripa vetustior*] Numen Tiberinum inuocat, vt veram causam referat. Quæ quidem ab illo ad Herculis comites referunt, qui in illis collibus, vbi L postea vrbs est condita, remanserunt. At cùm amore patriæ tangerētur, aliqui ex his in morte mandabant, vt mitterentur in Tibrim, quò ab vndis in patriā reportarētur. Hæredes verò non parebant, sed humabant extinctos, & scirpeas imagines in fluuiū deiiciebant. *Doce tu verū Tibri*) vnde hic mos originem habuerit. *Tua ripa est vetustior vrbe*] antiquior quàm sit Roma. *Tu bene potes nosse*] propter ipsam vetustatem. *Principium ritus*] originem huius moris. *Tibris*] deus ipse Tiberinus. *Extulit*] eleuauit. *Caput arundiferum*) arundine coronatum. Ea enim est fluuiorum corona, quod refertur ad ripas arundine obsitas. *Medio alueo*] per quem fluit. *Et dimouit ora rauca*] à rauco aquarum murmure. *Talibus sonis*] his dictis. *Vidi*] ego. *Hæc loca*) Romana. *Herbas desertas*] quasi pascua in solitudine iacentia. *Sine mœnibus*] cùm nondum esset vrbs, aut aliud oppidum conditum.

Z. sj.

Vtraque ripa] & Latina & Hetrusca. *Pascebat boues sparsos*] hinc inde fusos. *Et eram tunc ego Tibris despiciendus pecori*] quasi pro vili & abiecto, quem pecora ipsa contemnetent. *Quem Tibrim nunc omnes gentes norunt*] propter magnitudinem Romani imperij. *Et timent*] Romanæ vires, timent quoque numen meum.

Arcadis Euandri nomen tibe sæpe refertur:
Ille meas remis aduena torsit aquas.
Venit & Alcides turba comitatus Achiua.
Albula (si memini) tunc mihi nomen erat.
Excipit hospitio iuuenem Pallantius heros:
Et tandem Caco debita pœna fuit.
Victor abit, secúmque boues Erythreida prædam
Abstrahit: * *& comites longius ire negant.*
Magnáque pars horum desertis mansit in agris,
Montibus his ponunt spémque larémque suum.
Sæpe tamen patria dulci tanguntur amore:
Atque aliquis moriens hoc breue mandat opus:
Mittite me in Tiberim, Tiberinis vectus vt vndis,
Littus ad Inachium puluis inanis eam.
Displicet hæredi mandati cura sepulchri:
Mortuus Ausonia conditur hospes humo.
Scirpea pro domino Tiberi iactatur imago,
Vt repetat Graias per freta longa domos.
Hactenus vt subijt viuo rorantia saxo
Antra, leues cursum sustinuistis aqua.
Clare nepos Atlantis ades, quem montibus olim
Edidit Arcadijs Pleias vna Ioui.
Pacis & armorum superis imisque deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter.
Læte lyra pulsu, nitida quoque læte palæstra,
Quo didicit cultè lingua docente loqui.
Templa tibi posuere patres spectantia Circum
Idibus, ex illo est hæc tibi sacra dies.
Te quicunque suas profitentur vendere merces,
Thure dato, tribuas vt sibi lucra, rogant.

Torsit aquas] nauigans aduersus fluminis impetum. *Pallantius heros*] Euander Pallantis nepos regis Arcadiæ. *Comites longius ire negant*] Argiui, quos ait Varro (vt diximus) in Saturnia subsedisse. *Moriens hoc breue mandat opus*] Si moriens, quo modo mandat? Morientem hic dicit, paulo pòst moriturum. *Littus ad Inachium*] Argiuum: vel à rege Inacho, qui apud Argiuos regnauit: vel à flumine. *Displicet hæredi*] quia quod mandatum fuerat, impium videbatur. *Clare nepos Atlantis ades*] Idibus Maiis Mercurius colebatur, quem quidem eo die in lucem editum ferunt. vt, Maiæ Mercurium creastis idus. Erat autem is dies festus mercatorum, vt Festo placet, quòd ędes Mercurij esset huius mensis idibus dedicata, quæ fuit non lõgè à Circo maximo. vt, Templa pij posuère patres spectantia Circum. Existimabatur enim Mercurius non solùm inuentor sermonis, lyræ, siue citharæ, palæstræ, atque furtorum: sed viarum atque itinerum dux, minister ac nuncius inter superos atque inferos deos, ac mercatorum omnium deus: cùm ad quæstus pecuniæ, mercaturasque habere vim maximam crederetur. Vnde ait Plau. in Amphit. Vt vos in vestris vultis mercimoniis emendis vendundísque me lætum lucris afficere, atque adiuuare in rebus omnibus. Itaque sunt, qui Mercurium putent à mercibus nominatum. quamuis alij dictum velint, quasi medium currentem, quòd sermo currat inter homines medius. Vnde à Græcis Hermes dicitur, [Greek], quia sermo latentes cogitationes interpretatur. Diximus suprà, plures fuisse Mercurios, quod & Cicero docet. Lactantius grammaticus quatuor inquit fuisse. Vnum Iouis & Maiæ filium, alium Cœli & Cei, tertium Liberi & Proserpinæ, quartum Iouis & Cylleniæ. Alij trium tantùm meminere: Ægyptij, Cretensis, & Atlantici. Alij sex: quorum vltimum ex Ioue & Maia Atlantis filia natum volunt, ad quem cæterarum referuntur inuentaque omnia commemorare hoc loco non grauaremur, nisi rectè Seruius admoneret, in deorum ratione fabulas sequendas, cùm veritas ignoretur. Mercurius ab Ægyptiis Anubis dicitur, à quibus canino capite vnà cum Iside colebatur. Eiusdem apud Gallos (teste Cæsare in Comment.) plurima fuere simulacra, qui eum putabant omnium artium inuentorem. Athenienses verò primi è Græcis (vt inquit Herod.) edocti à Pelasgis, statuas Mercurij erectis virilibus habuerunt. cuius rei rationem apud Macrobium lector inueniet. Huic deo Romani lacte, non vino supplicarunt, in vico, quem putant eam ob causam Sobrium appellatum. *Pacis & armorum arbiter*] Eloquentia & sedat animos concitatos, & concitat sedatos: nec habet in se qualitatem, vt quidam docent, sed eam accipit ab agente. Vnde Cicero in Rhetorica vetere, non vtrum bonum, an malum sit eloquentia, quærit: sed vtrum plus boni an mali ferat, ostendit. Fiebat autem pax per caduceatores, teste Seruio: sicut per feciales bella indicebantur. Ii à faciendis fœderibus, illi à caduceo nomen habuerunt: dicto: quòd per caduceatores bella cadere & dirimi consueuerant. Caducei meminit Plin. Natur. hist. lib. 29. his verbis: Hic tamen complexus anguium, & efferatorum concordia, causa videtur esse, quare exteræ gentes Caduceum in pacis argumentis circundata effigie anguiũ fecerint. *Alato qui pede carpis iter.*] Vel quia Mercurius citò recurrit in ortum suum, vel quia volucer sermo per aërẽ fertur, vel ob solis velocitatẽ: secundũ eos, qui eundem esse Mercuriũ atq; Apollinem volunt. *Nitida quoque læte palæstra*) Lyræ ac palæstræ inuentorẽ fuisse Mercuriũ Ægyptiũ, Diodorus autor est.

Sæpe refertur tibi nomen Arcadis Euandri] quasi dicat: Tu debes scire, qui fuerit Euander Arcas, quandoquidem eius nomen à te sæpe refertur. *Ille*] Euander. *Aduena*] peregrinus. *Torsit aquas meas remis*] ille classes aduerso amne meo, in hæc loca egit. *Venit & Alcides*] Hercules. *Comitatus turba Achiua*] quasi habens secum Græcos comites. *Tunc erat mihi nomen Albula*] eo tempore vocabar Albula: quia nondum rex Albanus dederat mihi nomen Tiberinum. *Si memini*] quia memini ita fuisse. *Heros Pallantius*] Euander: siue à Pallante, siue à Pallãtio. *Excipit iuuenẽ*] Herculẽ. *Hospitio*) vt in primo dictũ. *Et tandem debita pœna fuit Caco*] nã ob raptas boues ab Hercule mactatus est, & expurgata est eo mõstro rupes Auẽtina. *Victor*) Hercules qui Cacũ interemerat. *Abijt*) discedit. *Et abstrahit*] abducit secũ. *Boues prædã Erythreida*] armenta, quæ fuere Geryonis, qui regnauit in Erythra insula, ad dextrã faucesiũ freti Atlantici in Hispania, inde Erythreida prædã dixit. Sed de his omnibus in prima diximus. *Et comites*] Herculis. *Negant longius ire*] nolũt sequi Herculem, sed volunt in Latio remanere. *Et magna pars horum*) comitũ Herculis. *Mansit in agris desertis*) vbi alij non erant coloni. *Et ponũt spem & larem suum his montibus*) reliquere spem patriæ, & in his collibus eam cum domicilio & fortunis collocarunt. *Tamen sæpe tanguntur dulci amore patriæ*) quia sæpe desiderio eius commouebantur. *Atque aliquis moriens*) cùm iam moriturus esset. *Mandat hoc breue opus*) quod hæres exequatur: hoc exiguum illi officium mandat. *Mittite me in Tiberim*) cùm expirauero, & solueritis iusta, deiicite me in fluuium. *Ego vectus ab vndis Tiberinis*] quem Tibris deuehet in maria, & vsque in Græciam. *Ego puluis inanis*] qui redactus ero in leuem puluerem. *Eam in littus Argiuum*) hoc est, in littus patrium. *Cura mandati sepulchri*) cura illius officij vt mitteretur in aquas, tãquam in sepulchrum. *Displicet hæredi*] tanquam illud impium esset, non humare corpora, sed in aquas iacere. *Hospes mortuus*] Argiuus ille extinctus. *Conditur humo Ausonia*] tellure Latina humatur.

Scirpea imago] effigies è scirpis. *Iactatur Tyberi pro domino*] mittitur in fluuium pro corpore illius. *Vt repetat Graias domos*] vt redeat in Græciam. *Per freta longa*] per ipsa maria, longo spacio in Græciam vsque tendentia. *Hactenus*] Hucusque loquutus est deus amnis Tyberini. *Et subijt antra*] quæ erant sua palatia, de quibus in quarto diximus. *Rorantia*] aquis madentia. *Antra viuo saxo*] quasi antrum ab ipsa natura in saxo excisum. Et ab aliquibus interpretibus Virg. refertur ad naturalẽ animã, cũ dicat, Viuóq; sedilia saxo. Idẽ dici potest in hoc loco. *Leues aquæ sustinuistis cursum*]

A quoad ille in suam regiam ingrederetur, continuistis impetum. *Clare nepos Atlantis*] Inuocat nunc Mercurium: quoniam idibus Maiis est eius festum, quo die fuit illi à senatu ædes apud Circum maximum consecrata. Et eodem die mercatores ad aquam Mercurij extra portam Capenam sese lustrabant: & precibus id petebant, vt à quibuscunque periuriis abluerentur: & lucri accessiones, & cum lucris gaudia afferri. *Ades clare Atlantis nepos*] Mercuri facunde nepos Atlantis: vt Horat. inquit. nam ex Maia illius filia natus. *Quem olim vna Pleiadum*] Maia ex Pleiadum numero. *Edidit Ioui*, peperit Ioui filium. *Montibus Arcadiæ*] in Cyllene mõte Arcadiæ. vnde Cyllenius dictus, vt suprà docuimus.

Arbiter pacis & armorum] pro caduceo dictum, quo pacem facit, & bella indicit, cùm pax erit cessatura. *Superis*

B *imisque deorum*] vel arbiter vtrisque diis, aut qui gratus est diis cœlitibus, & diis inferis. vt est illud Horatianum: Superis deorum Gratus & imis. *Qui carpis iter alato pede*] Quique volas, quoties pedibus talaria nectis Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra, Seu terram, rapido pariter cum flamine portent. Sed hoc ideo à poëtis dictum, quòd eius stella ex erraticis celerius cæteris in ortum recurrat.

Læte pulsa lyra] quam tu ipse reperisti. Et Horat. Curuæque lyræ parentem. *Læte quoque nitida palæstra*] quoniam certamen palæstræ primus tradidit. Horatius: Et decoræ more palæstræ. *Nitida*] quia oleo peruncti palæstra certabant. *Quo docente lingua didicit cultè loqui*] quia Mercurius est, qui loqui doceat. *Cultè*] ornatè. Et Macrobius: Scimus, inquit, Mercurium vocis & sermonis parentem. Et Horatius: Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus. *Patres*] senatores. *Posuere*] creauere & consecrauere. *Tibi templa spectantia Circum*] quæ prope Circum maximum sunt, qui est inter Palatium & Auentinum. Nec solùm ibi templum Mercurij, sed aliorum & plurium G numinum sacella consecrata vt ædes Veneris, quam Fabius Gurges construxit, cuius meminit Liuius Ædes Cereris, cuius meminit Plinius. Et templum Iuuentutis, cuius Liuius etiam meminit de bello Macedonico. Et Columna belli, de qua dicemus in libro sequenti. Et templum Herculis à Sylla erectum, & alia quoque sacella. *Idibus*] Maiis scilicet, consecratum fuit tibi templum. *Ex illo*] tempore scilicet. *Hæc dies*] iduum Maiarum. *Est tibi sacra*] quoniam appellatur Mercurij festum, & tibi eo die sacrificatur. *Quicunque profitentur vendere suas merces*] omnes mercatores, qui habent venales merces, & mercaturam profitentur. *Rogant te dato thure*] postquam aris tuis thura obtulerunt, precantur. *Vt tribuas sibi lucra*] vt lucrari possint de mercibus Et Mercurius mercibus præest, ideo mercatores ei sacrificant. H

ANTON. *Porta vicina Capenæ*] Hãc portã nonnulli existimãt esse, quæ & Trigemina dicta est, quòd ad eã Trigemini Horatij

C sepulti fuerint. quod verùmne sit, alij viderint. Capenæ autẽ nomẽ accepit, vel a lucis Capenis, vt inquit Seruius: vel ab oppido Capena, vt aliis placet. Fuit apud hanc portã aqua Mercurij, vt Ouidi° scribit hoc loco: qua mercatores idibus Maiis se ac suas merces spargere cõsueuerũt. Itẽ lapis Manalis, quẽ in vrbẽ inferebãt, vt ait Festus, quoties ob nimiam siccitatẽ pluuias cupie-

D bãt. Præterea fõtes, ac putei, vbi Fontinalia celebrabãtur, coronatis puteis, & sparsis floribus in fontes. Hinc illud est Martial. Capena grandi porta qua fluit gutta. Et illud Iuuenal. Substitit ad veteres arcus, madidámq; Capenã. Rediculi etiã fanũ extra portam hãc fuisse legimus, sic dicti, quòd accedẽs ad vrbẽ Hannibal, ex eo loco redierit, quibusdã perterritus visis. Sunt qui portã Capenã esse Appiã quoq; nominatã doceãt. *Numen habens*] purgãdi vim ac potestatẽ *Vrna*] vas est proprie, quo aquam

E haurimus. quia vrinare, est in aquã mergi, teste Varrone. Dicimus & vrinare. Qui in aquã mergũtur, Plinius vrinantes vocat. Venarium verò Varro esse inquit in culina, vbi vrnæ cum aqua positæ habentur. *Omnia quæ dominos sunt habitura nouos*] merces: quæ cùm vẽdũtur, dominũ mutant. *Solita fallere voce*] Eadẽ voce preces peragit mercator, qua & fallere cõsueuit emptores. *Præterita die*] Dies hoc loco tempus significat indeterminatũ: quemadmodũ & ibi. *Et pereant veniente die periuria nobis*] vbi petit futuri quoq; tẽporis periuria condonari. *Talia Mercurius poscẽtes ridet*] Non succẽset iniusta petentibus, quippe qui esse dicitur ingeniosus ad furta. Dicitur autem Mercurius, qui Apollini boues furatus est, fuisse Bacchi & Proserpinæ filius. de quo ait Horat. Te boues olim nisi reddidisses, Per dolum amotas, puerum minaci Voce dum terret, viduus pharetra Risit Apollo. *Ortygias*] Apollineas, ab Ortygia insula, quæ Delos dicitur

Est aqua Mercurij porta vicina Capenæ.
Si iuuat expertis credere, numen habet.
Huc venit incinctus tunica mercator, & vrna
Purus * *suffusam, quam ferat, haurit aquam.*
Vda fit hinc laurus: lauro sparguntur ab vda,
Omnia quæ dominos sunt habitura nouos.
Spargit & ipsa suos lauro rorante capillos,
Et peragit solita fallere voce preces.
Ablue præteriti periuria temporis, inquit,
Ablue præterita perfida verba * *die.*
Siue ego te feci testem, falsóve citaui
Non audituri nomina vana Iouis:
Siue deum prudens alium, diuámve fefelli,
Abstulerint celeres improba verba noti.
Et pereant veniente die periuria nobis:
Nec curent superi, si qua loquutus ero.
Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro:
Et face vt emptori verba dedisse iuuet.
Talia Mercurius poscentes risit ab alto,
Se memor Ortygias surripuisse boues.
At mihi pande precor multo meliora petenti,
In Geminos ex quo tempore Phœbus eat.
Cùm totidem de mense dies superasse videbis,

batur pluuia statim: eámque quòd aquas manaret, Manalem lapidem dixere. Nec longè fluit Almo, de quo superiore libro dictum. Martialis: Capena grãdi porta, qua fluit gutta: Phrygiæque matris Almo, qua lauat ferrum. Ea autẽ est porta Capena, qua itur ad ædẽ diui Sebastiani. *Si iuuat credere expertis*] quasi si adhibenda est fides illis, F qui rẽ & experientia norunt. *Habet numen*] inest aliquid numinis illi aquæ: quoniam ea expiãtur mercatores. *Mercator incinctus tunica*] habens incinctã tunicam. *Venit huc*] ad eam aquã. *Et haurit aquam*] ex fonte. *Vrna*] hoc enim vasis genere hauriebatur aqua. Inde vrnarium dictũ: quòd vrnas (vt Varro inquit) cũ aqua positas ibi potissimũ habebãt in culina. Ab eo etiã nũc ante balneũ locus, K vbi poni solebant, vrnarium vocatur. Vrnæ dictæ, quòd oriãtur in aqua hauriẽda vt vrinator. Vrinare est mergi in aquã. *Quam*] aquã ferat. *Suffusam*] in vrnã scilicet, aut suffusam, pro suffundendã in seipsũ. *Purus*] quasi suffusione expiãdus. *Hinc*] ex hac aqua. *Laurus fit vda*] madida ipsa aqua. *Et omnia quæ sunt habitura nouos dominos*] omnia quæ habent venalia precio cõmutãda. *Sparguntur ab vda lauro*] vt ea primùm lustret, deinde seipsum. Sed de his generibus expurgationis diximus in quarto, in Palilibus. *Et ipse spargit suos capillos*] vt se expurget *Lauro rorante*] aquis madẽte. *Et peragit preces*] precatur Mercuriũ, vt ab omni periurio & fallacia eũ expiatũ esse velit. *Voce solita fall.*] qua semper solet alios decipere. *Abl. inquit, per. præ. tẽp.*] ô Mercuri, expurga me ab omni periurij crimine, in quo vsque in hunc diẽ deliquerim. *Abl. ver. per.*] fallacia. *Fid. præt.*] L non seruatæ: expurga me ab eo, quòd fidem violauerim. *Siue ego fe. te test.*] si iurãs te in testẽ vocauerim, etiam absolue tu me. *Ve*] pro vel. *Si fal. cit. num. ma. Iouis nõ aud.*] quasi si falsò iurẽs, vocaui Iouẽ magnũ in testẽ, non auditurũ mea verba fallẽtia, & per eius numina peieraui, etiã absolue tu me. *Siue ego pr.*] callidus & astutus. *Fef. d.*] alium *Vel al. d.*] si per aliorũ deorũ, aliarũmq; dearũ numina. *Cel. n. abst. ver. im.*] maligna fuerint iurata mea dicta, & in vẽtos abierint. *Et per. nob. per.*] quasi deleatur à nobis periuriorum crimen. *Venien. die*] cùm primùm illuxerit. *Nec cur. sup.*] quasi non aduertãt dij. *Si qua ero lo.*] si quid licẽtiosius dixerim in deos, & in homines, & ad eos decipiendos. *Da mo lu. mi.*] vt ex mercib. mihi

PAVL. F *Est aqua Mercurij*] quæ quidem ita appellatur, quòd Mercurio sacrificaturi, ibi se prius abluebant. *Vicina porta Capenæ*] paulo extra portã Capenã: vbi & Fontinalia celebrabantur, coronatis puteis, & sparsis florib. in fontes Eodem loco erat lapis Manalis extra eã portã, iuxta ædẽ Martis: quẽ cùm propter nimiam siccitatem in vrbem pertraherent, inseque-

A lucra perueniant. *Da facto gaudia lucro*] vt lætè fruar his quæ lucratus fuero: non vt eueniat mihi, quemadmodum & nimium cupidis, qui semper diuitiis inhiantes, partis frui nesciunt. *Et face*] fac. *Vt iuuet dedisse verba emptori*] vt prosit, & vtile mihi sit, emptorem fefellisse. *Mercurius rides ab alto cœlo poscentes talia*] qui à periuriis absolui poscunt, & licere alios fallere. nam & ipse aliquando alios fallebat. *Memor se furto pressisse boues Ortygias*] memor se furto subtraxisse Pheræas vaccas regis Admeti, quæ sub custodia Phœbi erant, cùm priuatus deitate, pastoralem vitam ageret Phœbus: sed uimis terrens, ei redderet, paulo pòst pharetram quoque amisit. vnde Horat. Te boues olim nisi reddidisses, Per dolum amotas, puerum minaci Voce dum terret viduus pharetra Risit Apollo. *Ortygias*] à Delo insula, quæ Ortygia dicta est. nam Ortygius deus erat earum custos. *At mihi pande*] &c. Quærit nunc à Mercurio poëta quo tempore sol eat in Geminos. & respondet ille, 13 cal. G Iun. hoc est, 20. die Maij. *At precor pande mihi*] aperias oro id mihi. *Petenti longè maiora*] quàm petant a te mercatores. nam illi vt alios fallant, ego vt alios instruam. *Ex quo tempore*] quo die huius mensis. *Sol eat in Geminos*] relicto Tauri signo, Geminorum signum ingrediatur.

Quot sunt Herculei facta laboris, ait.
Dic, ego respondi, causam mihi sideris huius:
Causam facundo reddidit ore deus.
Abstulerant raptas Phœben, Phœbésque sororem
Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.
Bella parant, repetúntque suas & frater, & Idas,
Leucippo fieri pactus vterque gener.
His amor, vt repetant, illis vt reddere nolint,
Suadet, & ex causa pugnat vterque pari.
Effugere Oebalidæ cursu potuere sequentes,
Sed visum est celeri vincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus est, apta area pugnæ:
Constiterant illo nomina fida loco.

ANTON. *Quot sunt Herculei*] &c. Decimoquarto cal. Iunias sol in Geminos B transitum facit: vt Ouidio placet hoc loco, cui astipulatur Columella. Quo tempore reliqui sunt huius mensis duodecim dies, qui pleni atque integri hoc loco accipiendi sunt. Quod nisi feceris, existimans decimotertio cal. Iunij solem abire in Geminos, sequentia non procedent. Cùm enim autor decimoquarto cal. Iunij (vt infrà legitur) solem C doceat abire in Cancrum, ed ages, vt triginta dies non absumantur, sole Geminos metiente. Dicuntur autem labores Herculis fuisse duodecim. Seneca in Herc. fur. Dextra conaie aggredi ingens opus, labore bisseno amplior. Apuleius: Possum, inquam, optimam istam virtutis adoriam ad exemplum duodecim laborum Herculei numerare. Nec nos moueant plerique scriptores, à quibus plures labores Herculis explicantur. Nam & Diodorus duodecim inquit fuisse certamina, quæ ab eo perfici mandauit Eurystheus. Et Seruius Herculem docet à prudentiorib. mente magis quàm corpore fortem induci, adeò vt duodecim eius labores ad aliquid referri possint: nam cùm plura fecerit, duodecim tamen assignantur, propter agnita duodecim signa. Itaque etiam dicitur ab inferis traxisse D Cerberum: quia omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempsit. Eusebius verò Apollinem inquit Herculem vocari, quòd ægrotantibus medeatur, & morbos pellat. & duodecim ei labores attribui, quoniam per duodena signa pertranseat. Sanè Varro (vt inquit Macrob.) Herculem putat victorem dictum, quòd omne animalium genus vicerit: vnde constat labores Herculis penè innumeros fuisse. Itaque Romæ duæ Victoris Herculis ædes fuerunt: vna ad portam Trigeminam, altera in foro boario: in quo imago Herculis fuit Triumphalis dicta quòd per dies triumphi triumphali habitu induceretur. nam colossus eius fuit in Capitolio. Hic deus semper pedes incessit, autore Seruio, cùm equos habuerit nobilissimos. Cuius ille mos fuit omni laude dignus, vt etiam nō rogatus laborantibus subueniret. Per eum pueri cùm iurarēt, sub tecto id facere prohibebantur, iubebantúrque sub diuum progredi: quòd Hercules non domi, sed foE ris, ac sub diuo vitam egisset. Cui cùm res diuina fieret, alius deorum nō appellabatur: quoniam eum semideum putarūt, etiam cùm inter homines ageret. Idem deus Communis dictus est: vel quia idem est Hercules, qui & Mars, quē Cicero communem dixit. vnde Virgil. dat Salios Herculi, quos Martis esse constat. Vel quia is vacauit commodis hominum, ac tutelæ. Vel quia numinum alia sunt tantùm cœlestia, alia tantùm terrestria, alia media. Eundem astrologum dixerūt, vt Festo placet: quòd eo die se flammis iniecit, quo futura erat solis obscuratio. Is postquam à piratis, quos Busiris miserat, raptas Hesperidas Atlanti restituit, reuera ab eo astrologiam edoctus est, ita vt primus putetur sphæram in Græciam attulisse. Cui Menœtius Actoris filius, primus in Opunte oppido, tauro, capro, & ariete rem diuinam fecisse traditur. Cæterùm Hercules alij tres fuisse putant, quod Diodoro placuisse videtur. Alij sex, quorum gesta Herculi F Alcmenæ ac Iouis tertij filio assignantur. Alij, vt Varro, tres & quadraginta. *Sideris huius*] Geminorū: qui secūdum Varronē sunt Hercules & Apollo, secundum alios, Castor & Pollux: qui interiisse dicūtur, cùm Idas & Lynceus Spartam oppugnarent, vt Higinus scribit. licèt Ouidius hoc in loco aliter fabuletur. Illud ferè inter omnes conuenit, Pollucē fratri mortuo concessisse vitæ suæ dimidiū, vt, Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itq; reditq; viam toties. Quod vel ideo fingitur, quia corū stellæ ita se habent, vt occidēte vna, oriatur altera. Vel quia alternis diebus lucent. Vel quia per Geminos vnū atq; eundē solem significamus, vt ait Macrob. modò in ima mūdi dese dentē, modò H in summā altitudinē resurgentē. Geminorū sidera cùm se ostendūt, laborantibus nautis spem salutis præbēt, teste Porphyr. Catul. Hic velut in nigro iactatis turbine nautis, Leniter aspirans aura secunda venit, Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata. Horat. Sic fratres Helenæ, lucida sidera, Ventorúmque regat pater. Martial. Et gratum nautis sidus fulgere Laconum. Sed scribit etiam Porphyrio, constare inter nautas, Castoris & Pollucis stellas plerumque nauibus esse infestas. quod ideo dictum existimari I potest, quia fulgurum effigies modò antennis, modò aliis nauiū partibus (vt inquit Plin.) seu vocali quodā sono insistētes, atq; vti volucres sedē ex sede mutātes, si geminæ quidem venerint, salutares sint, ac prosperi prænunciæ: si verò solitariæ venerint, graues, & modò nauigia mergentes: modò si in carinæ ima deciderint, exurentes. Sciendum scripsisse quosdam: Geminorum sidera Iasonem & Triptolemum esse. Lege Higinum: is Geminos scribit constare stellis 18.

Phœben Phœbésque sororem] Propertius: Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe, Pollucem cultu non Elaira soror. Leucippus Æolus filias habuit Phœben & Elairam, quæ raptæ feruntur à Castore & Polluce, cùm Idas & Lynceus fratres eas vxores ducturi essent. Itaque Castor à Lynceo interfectus est. Pollux Lynceum interemit. Idas verò, cùm in Pollucem impetum faceret, à Ioue dicitur fulminatus. Qui cùm Pollucem in cœlum relaturus esset, motus eius preciK bus concessit ei, vt sex mensibus Castor cœlo potiretur, & totidem Pollux. *Hic eques*] Castor eques. nam Pollux est, quem pugilem dicit. *His amor vt repetant*] Idæ & Lynceo suasit amor, vt raptas vxores siue sponsas repeterent. *Oebalidæ*] Lacones. In Laconia enim, siue Oebalia sunt Amyclæ, patria Castoris & Pollucis. [Vel potius, quoniam pater Tyndarei Oebalus fuit, auus autem Castoris & Pollucis, vt Comment. Eurip. in Oresten.]

PAVL. *Ait*] Ibit tunc, cùm videbit superesse totidem dies de mense, quot sunt facta Herculei laboris: cùm tot dies restant adhoc de Maio, quot fuere labores Herculis. Duodecim illi fuere, ergo cùm supersunt duodecim dies. & sic indicat tertiumdecimum diem calendarum, tunc sol init Geminos. *Ego respondi, Dic causam huius sideris*] qua causa sit hoc signum in cœlo figuratum. *Deus*] Mercurius. *Reddidit causam ore facundo*] quoniam & eloquentiæ præesse dicitur, ideo L Facundo ore dixit. *Abstulerant raptas*] Geminos. quod etiam Higinus asserit, complures astrologi dixere Castorem & Pollucem, quos constat omnium fratrum inter se fuisse amantissimos. Alij dixere esse Herculem & Apollinem. Alij Triptolemum & Iasium, à Cerere dilectos. Sed vt poeta refert, Castor & Pollux rapuere Phœben & Elairam filias Leucippi in Ætolia, quæ pactæ erant coniugio Idæ & Lynceo fratribus. Pugnantes ergo ob coniuges Castor qui mortalis erat, à Lynceo interimitur. Pollux Lynceum interemit. Idas cùm in Pollucem irrueret, ab Ioue fulminatus est: & exanimatus hastam non dimisit, sed dextra tenuit. Iupiter in cœlum sublaturus erat Pollucem. sed eius precibus factum est, vt sex mensibus Castor in cœlo esset, totidem Pollux, ita vt senis mensibus vterque Iouis beneficio fungeretur.

Verùm ipsi Gemini in cœlo Aurigæ dextra parte supra Orionē collocati videntur: ita tamen, vt Orion inter Taurum & Geminum sit constitutus. Capita eorum diuiduntur à reliquo corpore, circulo eo, qui æstiuum dishorizontem ductus est, ita vt complexa corpora inter se teneantur. Occiduos directi à pedibus. Exoriuntur autem inclinatè, vt iacentes. Sed is qui Cancro est proximus, habet in capite stellam vnam claram, in vtrisque humeris singulas claras, in dextro cubito vnam, in genibus vtrisque singulas, in pedibus vtrisque singulas. Alter verò in capite vnam, in sinistro humero vnam, in dextro alteram, in vtrisque manibus singulas, in dextro genu vnam, in sinistro genu alteram, in pedibus vtrisque singulas, & infra sinistrum pedem vnam, quæ Tropus appellatur. & sunt decem & octo. *Fratres Tyndaridæ*) Castor & Pollux Tyndari priuigni: nam Iouis ex Leda Tyndari coniuge filij. *Abstulerant raptas*) quas rapuerant. *Phœben & sororem Phœbes*) Elairam, Leucippi Ætoli filias. *Hic*] Castor scilicet, eques: quoniam celebrem equum Cyllarum habet. *Ille*] Pollux. *Pugil*] qui pugnis & cæstu pollet. Horat. Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem. *Et frater & Idas*] Lynceus, & ipse Idas. *Pactus vterque fuerat gener Leucippo*) qui promiserant se eas velle in coniuges. *Parant bella*, contra Castorem & Pollucem. *Et repetunt (suas)* virgines sibi nuptas. *Amor suadet huic*) Idæ & Lynceo. *Vt repetant*) raptas. *Illis*] Castori & Polluci. *Vt nolint reddere*] Vtrisque illud ab amore suadebatur, vt qui non haberent, repeterent: qui haberent, non redderent. *At vterque*] pugnat scilicet: pro, vterique pugnant.

Ex causa pari ex pari amore. *Œbalidæ*] Castor & Pollus Oebalij, hoc est, Laconici. vt in primo libro docuimus, Oebalios Laconicos esse. *Potuere cursu effugere sequentes*] potuere se fuga eripere ab Ida & Lynceo, qui insequebātur. *Sed est visum turpe*] dignum reprehensione. *Vincere celeri fuga*] subterfugere prælium, & fuga se facere voti compotem. *Est locus liber ab arboribus*] locus quidam apertus. *Area apta pugnæ*] vbi tam equo quàm pugnis contendi possit. *Illo loco*, in illa area. *Constiterant nomina fida*] Castor & Pollux, qui mutuæ fidei clarum nomen habent.

ANTON. *Non expectato vulnere*] quia non crediderat fieri posse, vt ab eo vulneraretur, quem non timebat. *Tela tamen dextra fulmine rapta negant*] Maxima ostenditur hominis fortitudo, è cuius manibus tela non potuit fulmen excutere. *Alterna statione*) De hac Plin. Credi deos duo genitos, & alternis diebus viuentes morientésque, puerilium propè deliramentorum est. Fuit Romæ in foro ędes Castoris & Pollucis, quę tantùm Castoris vocabatur. vnde M. Bibulus collega C. Cæsaris euenisse inquit sibi, quod Polluci: atque vt è geminis fratribus ædes in foro constituta, tantùm Castoris vocaretur: ita suam Cæsarisque munificentiam, vnius Cæsaris dici.

> *Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense,*
> *Non expectato vulnere pressit humum.*
> *Vltor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta,*
> *Qua ceruix humeros continuata tegit.*
> *Ibat in hunc Idas, vixque est Iouis igne repulsus:*
> *Tela tamen dextra fulmine rapta negant.*
> *Iámque tibi Pollux cælum sublime patebat,*
> *Cùm mea, dixisti, percipe verba pater.*
> *Quod mihi das vni cælum, partire duobus:*
> *Dimidium toto munere maius erit.*
> *Dixit, & alterna fratrem statione redemit:*
> *Vtile sollicitæ sidus vtrumque rati.*
> *Ad Ianum redeat, qui quærit Agonia quid sint:*
> *Quæ tamen in Fastis hoc quoque tempus habent.*
> *Nocte sequente diem canis Erigoneius exit.*
> *Est alio signi reddita causa loco.*
> *Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt:*
> *Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.*

humeros. *Idas ibat in hunc*] Pollucem. *Et vix est repulsus igne Iouis*] vix fulmine repelli potuit, sed repulsus tamen. Verùm ea erat audacia, & immanitas, vt exanimatus adhuc in illum velle ruere videretur. *Tamen negant tela rapta dextra*] è manu illius. *Fulmine*] nam moriens telum non reliquit. *O Pollux, iam patebat tibi cælum*] quia iā Iupiter te in cœlum sustulerat. *Cùm tu dixisti, Pater*] ô Iupiter. *Percipe verba mea*] audi & percipias, quod nunc abs te precibus posco. *Quod das mihi vni partire cælum duobus*] quod obtulisti mihi cœli munus, effice vt illud commune sit mihi & fratri: diuisa pari portione inter vtrumque munere. *Dimidium*) muneris scilicet. *Erit maius toto munere*) distributum mihi & fratri, erit mihi longe maius, quàm si solus habeam. *Dixit & redemit fratrem alterna statione*] vt alternis vicibus essent in cœlo. Et hoc ex eo dictum, quod Homerus ait, Pollucem concessisse fratri dimidiam vitam. Itaque alternis diebus quemque iacere. *Vtrumque sidus*) Castoris & Pollucis. *Vtile rati sollicitæ*) cùm in procella versatur. Apparent enim nautis in tempestate laborantibus ignes, quos dicebant esse Castorem & Pollucem. Horum & Plinius quoque meminit. & Higin. inquit habuisse id muneris à Neptuno, vt saluti essent naufragis. Valerius Flaccus: Atlerit à Ioue cùm respiceret Argo naoim. &c. Ingenti flammarum nubila sulco Direxit per inane facem, qua puppe propinqua In bifidum discessit iter, fratrésque petiuit Tyndareos placide, & medijs in frontibus hæsit Protinus amborum, lumenque innoxia fudit Purpureum, miseris olim implorabile nautis. Et Horat. puerósque Ledæ, Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem, quorum simul alba nautis Stella refulsit, Defluit saxis agitatus humor, Concidunt venti, fugiúntque nubes, Et minax (nam sic voluêre) ponto Vnda recumbit. *Ad Ianum redeat*] Hoc etiam die fiunt certamina Agonalia, in honorem Iani. De his diximus in primo libro. Inde accipiant, qui quæ sint, nosse cupiunt. *Redeat ad Ianum*] ad Ianuarium mensem, ad primum librum. *Qui quid sint Agonalia, quærit*] nam in primo libro de Agonalibus latius disseruimus.

Ad Ianum redeat) De Agonalibus, quę etiam decimoquarto Calendas Iunias celebrantur, abunde dictum est in Ianuario, siue primo huius operis libro. *Nocte sequente diem*] &c. Canis, quem diximus Tauro vicinum esse, vt Macrob. scribit, hoc tempore in ortum heliacum tollitur: de cuius ortu cosmico suprà legimus, Signáque dant imbres exoritúrque canis. Hic Tauro solem tenente latebat, occasu quem heliacum vocant. Vnde consequens est, vt excepto sole à Geminis, paulo ante auroram incipiat apparere. *Proxima Vulcani lux est*] Non dicis Vulcanalia, quibus populus Romanus pro se in ignem animalia mittebat: à quo tempore legimus incepisse Plinium lucubrare. Nec Armilustrium, quo Romani armati res diuinas faciebant, & inter sacrificandum tubis canebant. Sed diem sacrum Vulcano, quem decimotertio Calen. Iun. lustrandis tubis deputatum, Lustria nominabant. Lustrabantur autem agna, vt inquit Festus, docens eum diem Tubilustrium appellari: quemadmodum & Varro, qui (vt dictum est) tubas in atrio sutorio lustrari solitas scribit. Sciendum, fuisse Romæ Vulcani templum, ante Numæ regis tempora, vbi quidam suspicati sunt Romulum à patribus fuisse discerptum. Plutarchus Vulcani ædem tradit extra vrbem à Romulo positam: vt cùm vrbs incendiis esset exposita, Vulcanus quidem coleretur sed ita, vt mœnibus esset inclusus. Hunc Veneris maritum esse finxerunt, quia Venereum officium calore consistit. Tubæ cur lustrarentur, diximus suprà.

PAVL. *Castor traiectus pectora*] habens transfossum pectus. *Ab ense Lynceo*] Lyncei gladio, qui primus hostem percussit. *Pressit humum vulnere non expectato*] decidit extinctus vulnere ab illo inflicto, quem non timebat: sic nec inde vulnus expectarat. *Pollux vltor*] fraternæ mortis. *Adest, & perforat Lyncea*] percussorem Castoris. *Hasta*] qua cum transfodit, & extinctum humi strauit. *Qua ceruix continuata tegit humeros* hoc est, inter collum & humeros. Nam sub ipso iugulo hastam infixit, & transacta est ex altera parte supra *Quæ tamen in Fastis*] in ipso dierum ordine. *Habent hoc quoque tempus*) hunc etiam diem decimumtertium Cal. Iun. *Nocte sequente canis*] Fabulam & rationem signi vtriusque canis, in fine quarti libri retulimus. Nocte verò quæ præcedit diem duodecimū Calen. Iun. Erigoneius canis oritur. *Canis Erigoneius*) ab Erigone Icarij filia. *Exit nocte sequente*) quæ sequitur Agonalia. *Alio loco est reddita causa signi*] nam in fine quarti. *Proxima Vulcani*] &c. Vndecimo Calendas Iunias festum est Vulcani, ad lustrationem tubarum. Ideo

tes sciscitari quod velis: nam respondebo. *Cur capræ imbelles*) capræ syluestres, quæ non vnguibus, non dentibus, non cornu pugnant. *Et lepus solicitus*) timidus. *Clauduntur rete*) & sic inclusi ferebantur in theatrum, & fiebat venatio. *Pro Libycis leænis*] quod animal ferox & pugnax, cur pro hoc imbelle tibi datur pecus. Respondit sibi non cessisse syluas, sed hortos: se syluarum non esse dominam, sed hortorum. *Et aruis non adeunda fera pugnaci*) agros cessisse sibi, quò leones, & vrsi, & similia animalia non accedũt, sed capræ, & lepores imbelles. *Omnia finierat*) & iã nihil erat de quo quereretur. *Successit in tenues auras*] vt dij & vmbræ solent. nam euanuit illa ab oculis poëtæ. *Mansit odor etiam in eius abscessu*] vt est illud Vergil. Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauere. *Posses scire fuisse deam*] ipso odore nouisses diuinitatem. *Sparge precor nostra pectora tuis donis*] effundas flores tuos in meo pectore. *Vt carmen Nasonis floreat in toto anno*] vt floridum semper sit carmen nostrum: quasi, vt assequatur immortalitatem. *Nocte minus quarta*] tertia nocte post Cal. Mai. oritur Chiron Centaurus Saturni & Philyræ filius. Qui non modò cæteros Centauros, sed homines quoque iustitia superasse, Æsculapiũmque & Achillem nutrisse existimatur. Pietate igitur & diligentia effecit, vt inter deos annumeraretur. apud hunc Hercules cùm diuerteret, & simul cum Chirone sedens sagittas consideraret, fertur vna earum decidisse supra pedem Chironis, & eum interfecisse. Alij dicunt Centaurũ miratum, quòd tam breuibus sagittis, tam magna corpora Centaurorum interficeret, ipsum contendere arcum conatum, & sagittam prolapsam in pedem eius incidisse. Misertus Iuppiter, eum inter astra constituit, cum hostia quam supra aram tenens immolare videtur. Centaurus ita figuratur, vt antarctico circulo niti pedibus, humeris hyemalem sustinere videatur. Caput prope caudam hydræ continens, hostiam dextra manu tenens, supinámque pedibus, & extremo ore circulum hyemalem tangit, inter eum & antarcticum collocata. Centauri autem crura à reliquo corpore diuidit circulus, qui Lacteus appellatur. Hic spectans ad ortum signorum totus occidit, Aquario & Piscibus exorti. Exoritur autem cum Scorpione & Sagittario. habet stellas supra caput tres obscuras. In vtrisque humeris singulas claras. In cubito sinistro vnam, in manu vnam, in medio pectore equino vnam, in prioribus poplitibus vtrisque singulas, inter scapulas quatuor, in ventre duas claras, in cauda tres, in lumbo equino vnam, in genibus posterioribus singulas, in poplitibus singulas. omnino sunt trigintaquatuor. Hæc ex Hygino. *Nocte minus quarta*] hoc est, tertia nocte post Calend. Maias, id est, 5. nonas. Sic & Columella ostendit quinto nonas oriri. *Chiron promet*] aperiet. *Sua sidera*] quia ea nocte videntur omnes eius stellæ. *Semiuir*] Centaurus: nam ex parte homo, ex parte equus. ideo ait, *Et mixtus corpore equi flauus*] superior pars humana est, inferior equina. *Pelion mons Æmoniæ*] Thessaliæ: de quo diximus in primo. *Est obuersus in austros*] in meridiem: nam ab orientali parte surgens, ad meridionalem Æmathiæ partem protenditur ipse mons, de quo Lucanus in sexto: Cùm per summa poli Phœbum trahit altior æstas, Pelion opponit radiis nascentibus vmbras. Æmonia autem ab Æmone dicta est: à cuius filio Thessalo, Thessalia postea vocitata. *Summa virent pinu*] in summitate ipsius montis sunt pineta.
Cætera quercum habet] in cæteris partibus sunt querceta.

Phillyrides tenuit: saxo stant antra vetusto,
Quæ iustum memorant incoluisse senem.
Ille manus olim missuras Hectora letho
Creditur in lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exhausta parte laborum,
Iussáque restabant vltima penè viro.
Stare simul casu Troiæ duo fata videres:
Hinc puer Aeacides, hinc Ioue natus erat.
Excipit hospitio iuuenem Phillyrius Heros,
Et causam aduentus hic rogat, ille docet.
Respicit intereà clauam, spoliúmque leonis,
Virque, ait, his armis, armáque digna viro.
Nec se, quin horrens auderent tangere setis
Vellus, Achillea continuere manus.
Dúmque senex tractat squalentia tela venenis,
Excidit, & læuo fixa sagitta pede est.
*Ingemuit Chiron, traxitque * e corpore ferrum,*
Et gemit Alcides, Aemoniúsque puer.
Ipse tamen lectas Pagasæis collibus herbas
Temperat, & vana vulnera mulcet ope.
Virus edax superabat opem, penitúsque recepta
Ossibus, & toto corpore pestis erat.
Sanguine Centauri Lernææ sanguis Echidnæ
Mixtus, ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat vt ante patrem lacrymis perfusus Achilles:
Sic flendus Peleus, si moreretur, erat.

ANTON. *Phillyrides*] A Philyra, cum qua coëunte Saturno, Ops eius vxor aduenit. cuius præsentiã veritus deus, se in equũ conuertit. vnde natus est Chiron centaurus, quem Vergilius quoq; à matre Philyridem dicit. vt, Phillyrides Chirõ, Amythaoniúsque Melampus. *Iustum senem*] secundum † Orpheum qui Chironem centaurorum δικαιότατον, id est, iustissimum, vocat. *Manus missuras Hectora letho*] Achillem Chironis discipulum qui Hectorem interfecit. *Exhausta parte laborum*] Quo tempore Hercules mandata Eurysthei penè omnia impleuerat. *Troiæ duo fata*] Herculem & Achillem. Troiam enim Hercules, cùm regnaret Laomedon, depopulatus est. Quare Ilienses postea cùm Achilli, Patroclo, Antilocho & Aiaci sacrificarent, Herculem colere noluerunt. *Horrens vellus*] pellem leonis, quam Achilles nõ modò non exhorruit, sed auidè tractauit. *Squalentia tela venenis*] sagittas veneno hydræ illitas. *Lectas Pagasæis collibus herbas*) Verisimilis narratio, cùm quidam velint Chironem medicinam herbariam inuenisse, vt autor est Plinius. De Pagasis quæ in Thessalia sunt, diximus suprà. *Lernæa sanguis echidnæ*] hydræ quam echidnã & excetram etiam dicimus. Eam nonnulli tria volunt habuisse capita, alij nouem, alij quinquaginta.

PAVL. *Phillyrides*] Chiron: à Philyra nympha, Oceani & Tethyos filia: ex qua Saturnus in equum versus, Chironem genuit, à qua Philyrides nominatus est. *Tenuit enim*) scilicet montem. *Stant antra saxo vetusto*] quasi, adhuc supersunt antra in rupe ipsius montis. *Quæ memorant incoluisse iustum senem*] In quibus dicunt Chironem habitasse, iustitiæ laude insignem. *Ille creditur detinuisse in Lyricis modis*] lyræ seu citharæ sono. *Manus missuras Hectora letho*] manus Achillis pueri, qui interfecturus postea erat Hectorem. Et in Arte: Phillyrides puerum cithara præfecit Achillem, Atq; animos molli contudit arte feros. Quas Hector sensurus erat, poscente magistro, Verberibus iussas præbuit ille manus. *Venerat*] ad Chironem. *Alcides*] Hercules. *Exhausta parte laborum*) quasi tã magna ex parte absolutis laboribus. *Restabant vero*] supererant adhuc Herculi. *Penè*] quasi. *Vltima iussa*] vltima quæ ab Eurystheo essẽt nutu Iunonis imposita: volunt vltimũ laborẽ fuisse Cerberũ, quẽ ab inferis traxit. *Tu videres casu*) forte fortuna. *Stare simul duo fata Troiæ*) duos viros, qui diuersis tẽporibus Troiã exciderunt: Herculẽ, qui sub Laomedõte Troiã diruit: & Achillẽ, qui postea Hectorẽ interemit, quo mortuo, spoliata vrbs præsidio, facilè postea capta & euersa est. *Hic erat puer Æacides*) Achilles Æaci nepos. *Hinc natus Ioue*) Hercules. *Heros Phillyreius*] Chiron natus. *Excepit hospitio iuuenẽ*] suscepit Herculem hospitem. [Philyreius legendum est, non Phillyrius. nam posterius hoc exemplo caret. Philyreius autem regulare est. à Philyra enim φιλυρήϊος & per diæresin φιλυρήϊος fit. Sic Apollonius lib. 2. [illegible] &c. Quod autem suprà dixit Phillyrides gemino ll, poëtico anadiplasiasmo factum est. Sic enim & Pindarus.]

A ôde Pythiorum dixit: Ἤδη καὶ χείρωνα καὶ σοφὸς γίνει ἐκ χειρὸς τοῦ ἀμφιτρύωνος ... &c.] *Hic*] Chiron. *Rogat causam aduentus*] qua causa venerit. *Ille*] Hercules. *Docet*] causam scilicet. *Interea respicit clauam*] qua Hercules monstra domitabat. *Et spolium leonis*] pellem leonis Nemei ab ipso Hercule interfecti. *Aut ô vir armis & arma digna viro*] ô Hercules digne qui hæc arma geras, & digna hæc quæ abs te gerantur. *Nec manum Achillea*] cótinere nõ potuit manus. *Quin auderent tangere vellus horrens setis*] pellem illam hirsutam & villosam. cùm soleant pueri similibus expauescere, ipse non expauit. Sic in Argonauticis de eodem Valerius Flaccus: Stupet in ducibus, magnúmque sonantes Haurit, & Herculeo fert cominus ora leoni. *Dumque senex*] Chiron. *Tractat tela squalentia veneno*] sagittas Herculis infectas veneno hydræ lernææ. *Sagitta excidit*]

B decidit è manibus Chironis. *Et est fixa laeuo pede*] decidens sagitta infixa est sinistro Chironis pedi. *Ingemuit Chiron*] cùm esset saucius. *Traxitque è corpore ferrum*] eius sagittam è pede saucio. *Et gemit Alcides*] Hercules. *Et puer Æmonius*] Thessalus Achilles. *Ipse tamen*] Chiron. *Temperat herbas*] volebat sibiipsi iis adhibere medicamentum, quoniã & peritiam habebat artis medicæ, & plura ad medelam esse constat ab illo tradita: centauream quoque herbam ab eo denominatam Nunc verò sibi opem allaturus, temperabat herbas. *Lectas*] quas ipse collegerat. *Montibus Pagaseis*] Thessalicis, à Pagasis. Pagasæ in Thessalia sunt, Pheræorum emporium: quo ex loco, vt Strabo inquit, Pelias Iasonem, ac nauem Argo foras emisit. Pagasas autem ideo dictas esse aiunt, quia eo in loco nauem Argo compegerit. Alij verò similius existimant, loco ipsi nomen impositum propter vicinos fontes, id est πηγαί, qui frequenter aquam effundunt. hæc Strabo *Et mulcet*) Chiron. *Vulnera*] lenita & sedare conatur dolorem vulneris. *Vana ope*] non profecturo medicamento. *Virus edax*] venenum abrodens. *Superabat opem*) medicinam omnem. *Pellis erat penitus recepta*] le-

G thale venenum interius penetrauerat. *Ossibus, & toto corpore*] nam in omnia membra sese spargebat sanguis echidnæ lernææ, hoc est venenum hydræ. *Mixtus sanguine Centauri*] Chironis *Nulla dabat tempora ad auxilium*] adeò vehemens illud virus erat, vt statim per omne corpus fusum, nullum relinqueret ad opem afferendam tempus. ἔχιδνα vipera est. hic pro hydra ponitur *Lernaea*] à Lerna palude in sinu Argolico in Peloponneso. & fluuius eodem quo palus nomine, vt Strabo ait: in qua tantas de hydra fabulas poëtæ tradiderunt. *Achilles stabat perfusus lacrymis vt ante patrem*] ita stabat ante illum flens, & gemens puer, veluti ante parentem. *Sic*] eodem modo. *Erat flendus Peleus*] pater à filio. *Si moreretur*) quasi dicat, non aliter ille fleuisset morientem patrem.

H

Sæpe manus ægras manibus † fingebat amicis:
Morum, quos fecit, præmia doctor habet.
Oscula sæpe dedit, dixit quoque sæpe iacenti:
Viue, precor, nec me chare relinque pater.
Nona dies aderat, cùm tu iustissime Chiron,
Bis septem stellis corpora cinctus eras.
Hunc Lyra curua sequi cuperet, sed idonea nondum
Est via: nox aptum tertia tempus erit.
Scorpius in cælo, cùm cras lucescere nonas
*Dicimus, à media parte * tenendus erit.*
Hinc vbi propulerit formosa ter Hesperus ora,
Ter dederint Phœbo sidera victa locum:
Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Annus erat breuior, nec adhuc pia februa norant,
Nec tu dux mensum Iane biformis eras.
Iam tamen extincto cineri sua dona ferebant,
Compositique nepos busta piabat aui.
Mensis erat Maius maiorum nomine dictus,
Qui partem prisci nunc quoque moris habet.

ANTON. *Morum quos fecit præmia doctor habet*] pium discipulum experitur, quem optimis moribus instituerat. *Nona dies a-*

C *derat*] nonus dies agebatur, ex quo vulnus acceperat Chiron. *Bis septem stellis*] Alij 13. dicũt. *Lyra curua*) Hæc, vt suprà traditum est, cum Sagittario in ortum fertur. *Nox tertia*] Pridie nonas Maias [Columella tamen & Plinius ad 3. Iduum huius mensis Fidiculam oriri tradit.] Lyram inquit chronicè orituram, vel tertio nonas. *Cùm cras*] &c. Pridie no-

D nas Sole abdito in occasu media pars Scorpionis videri poterit sublata ortu chronico. Constat enim id signum exoriri occasu Tauri. [Et Columella, pridie nonas Maij, Nepa medius occidit, inquit. *Nocturna Lemuria*] celebrantur Ea scribit Porphyrio cõsueuisse per triduũ celebrari ante additum anno mensem Februarium. Quamobrem hoc mense religio est nubere. Idem Lamures vocat vagantes vmbras hominum ante diem mortuorum, quos dictos esse tradit, quasi Remures, à Remo. cuius occisi vmbras frater Romulus

E cùm placare vellet, Lemuria instituisse dicitur. quæ à quibusdam vocantur etiam Lemuralia, quo tempore fabam iactabant noctu, dicebántq; teste Varrone, Lemures à se domo extra ianuam elici. Hinc Festus fabam inquit nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere: nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus sacrificiis adhibetur. Sanè à laruis laruatos dicimus malè sanos, ac laruarum incursione animo vexatos: qui & Ceriti vocantur, teste Nonio. Soluebantur autem inferiæ mortuis hoc tempore, quemadmodum & Feralibus mense Februario. Putabant enim vmbras iactu fabarum placari, ac domo abigi. *Annus erat breuior*] Occurrit quæstioni. Diceret enim quispiam non oportere nunc mortuis iusta persolui, cùm data sint manibus secundo anni mense, quo Feralia celebrantur: cui respondet seruari ve-

F terem ritum, quia cùm Lemuralia instituta sunt, annus Ianuarium ac Februarium non habebat. *Compositi*) sepulti cineribus in vrna collocatis.

Habet præmia morum quos fecit) quibus puerũ informauit. *Præmia*] officiosam illius pietatem. *Oscula sæpe dedit*) osculabatur iacẽtẽ. *Dixit quoque sæpe iacenti*) Chironi recubanti. *Viue, precor, nec pater chare, relinque me*) viuas, nec alumnũ tuum relinquas. *Nona dies aderat*] nono die post acceptum vulnus.

I *Cùm tu Chiron iustissime*) qui mortales iustitia superasti *Eras cinctus corpora*) habebas corpus cinctum. *Bis septem stellis*) & Hyginus 14. esse inquit. Et tamen stellæ, quas ille refert per Centauri corpus dispositas, sunt numero 24. non numeratis stellis Victimæ & Aræ. ideo & nos superius 24. esse diximus. Sed qua ratione 14. dicãt, ipsi viderint. *Hunc Lyra*] Tertio Non. Maias appa-

K ret Lyra, de qua diximus in primo. Nunc heliaco ortu in cælo videtur. *Lyra curua cuperet sequi hunc*] Chironem, quasi, statim post eum oriri. *Sed nondum est via idonea*) nondum patet Lyræ aditus, quia non potest statim post illum apparere. *Tertia nox*) ab ortu Chironis. *Est aptum*) congruum Lyræ tempus. Cùm igitur 15. Non. oriatur Chiron, 3. Non. Lyra apparet. *Scorpius in cælo*) De Scorpio etiam superius dictum: pridie tamen nonas Maias media eius pars occidit, & media apparet. Et per hæc designatur ortus cosmicus tauri, qui illi est oppositus. Cùm dicitur cras lucescere Nonas: pridie nonas, cùm dicere possumus, Cras est dies Non. Maiarum. *Scorpius erit notandus in cælo à media parte*) quia media pars tantùm inspicietur *Tunc vbi pertulerit*] Septimo

L Idus Maias fiunt Lemuria, non multum à Feralibus sacris differentia. illa quidem mense Februario pro mortuis celebrantur: hæc quoque pro mortuis: sed ab antiquis mense Maio, qui à maioribus ita nominatus est, antè iusta soluebantur, cùm nondum duo menses essent à Numa additi. Nam postea instituta parentalia Februario mẽse, quo fiebant lustrationes. Seruatus tamen mos est, vt mense hoc Lemuria ad placandos Lemures fierent. De nomine ipso, & vnde originem habuerint, paulo pòst dissereremus. *Tunc vbi Hesperus*) Hesperum pro Lucifero posuit Etsi idem est, tamen Luciferum mane dicimus: sed de eo in primo diximus. *Postquam igitur Lucifer ter protulerit formosa ora*] erit ortus, aut ab ortu surrexerit. *Et ter dederint locum Phœbo*] cedent soli. *Sidera victa*] quæ vincuntur à ma-

PAVL. *Sæpe fingebat*] componebat & tractabat. *Manus ægras*] inualidas & iam morientes. *Manibus*] suis amicis. *Doctor*] ipse Chiron, qui Achillem puerum bonis moribus instituit.

A iore lumine. Sic indicat tertium diem post nonas: hoc est septimum diem Iduum, & nonum diem mensis. *Ritus erit veteris sacris*] à veteribus institui. *Lemuria nocturna*] sacra ipsa Lemuria, quæ noctu fiunt. *Illa dabunt inferias tacitis manibus*] soluunt iusta vmbris extinctorum *Inferias*] sacrificia quæ pro inferis fiunt. *Annus erat breuior*] quando hæc instituta sunt, annus erat decem mensium. *Nec adhuc nouerant præfebrua*] lustrationes postea Februario mense institutas. *Nec tu Iane biformis*] Iane biceps. *Eras dux mensium*] pro mensium. non eras adhuc tibi dicatus primus anni mensis: nam nondum additi illi duo menses, Ianuarius & Februarius. *Tamen ferebant*] offerebant. *Sua dona*] conuenientia munera & libationes *Cineri extincto*] nam soluebāt iusta extinctis. *Nepos piabat*] sacrificio lustrabat. *Busta*] sepulchra. *Aui compositi*] humati. *Mensis erat Maius*] quo fiebant hæ lustrationes & sacrificia. *Dictus nomine maiorum*] à maioribus Maius, vt superius ostendimus. *Qui*] mēsis. *Habet nunc quoque partem prisci moris*] quia nunc etiam seruant ex parte priscorum illa consuetudo. G

Nox vbi iam media est, * *somnóque silentia præbet,*
Et canis & variæ conticuistis aues.
Ille memor veteris ritus, timidúsque deorum
Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.
Signáque dat digitis medio cum pollice iunctis,
Occurrat tacito ne leuis vmbra sibi.
Cúmque manus purè fontana perluit vnda,
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.
Auersúsque iacit: sed dum iacit, hæc ego mitto,
His, inquit, redimo méque meósque fabis.
Hæc nouies dicit, nec respicit, vmbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente sequi.
Rursus aquam tangit, Temesæáque concrepat æra,
Et rogat, vt tectis exeat vmbra suis.
Cùm dixit nouies, manes exite paterni,
Respicit, & purè sacra peracta putat.
Dicta sit vnde dies, quæ nominis extet origo,
Me fugit, ex aliquo est inuenienda deo.

ANTON. *Nox vbi iam media est*] Noctem intempestā dicit, aptum tempus laruis siue vmbris silētibus. *Timidúsque deorum*] nihil omittens quod ritus B exigat sacrificij: quem ritum ideo veterem dicit, quòd à Romulo institutus est vrbis conditore. *Vincula nulla*] vel vt solutus facit sūm diuinam Vnde illud est Silij: Discinctis mos thura dare. Et pes nudus, tonsæque comæ Vel, ne perstrepat, cùm vmbræ gaudeant silentio. *Digitis medio cum pollice iunctis*] quòd ita C ritus postulat sacrificij: vel ne vmbra veniat ante iactum fabarum, dum is qui sacra facturus est, manus nondum patēre ad earum iactum ostendit. Nam quòd quidem, vti audio, interpositum digitis pollicem accipiunt in contemptum vmbrarum, ridiculum est. quid enim absurdius quàm aperte contemnere quem placare cupetis? *Nigras fabas*] quia nigris Lemuribus sacra fiunt. vt, Et nigri Lemures, ouóque pericula rupto Assumebatur autem hoc legumen parentando, vt diximus supra: quia mortuorum animas in fabis esse quidam tradide- D runt: in quarum floribus, autore Festo, luctus literæ apparere videntur. *Auersúsque iacit*] post tergum. Vnde autor subiicit, Vmbra putatur Colligere, & nullo terga vidente sequi. *Rursus aquam tangit*] sparget se aqua, qua & antè se sparserat. requirunt enim hæc sacra aspersionem magis, quàm ablutionem, teste Seruio *Temesæáque concrepat æra*] pulsat & crepare facit æneum instrumentum. sic dictum, vt sequiesco te. Temesæ autem vrbs Cypri habuit metalla æris. Item aliud oppidum in Brutiis eiusdem nominis. Sanè crepitus fit ad finem sacrificij, vt volens vmbra discedat: vnde sunt abacta silentia. [Strabo, Cypriam, [illegible] vocat. De Italica autem Homerum intellexisse vult 1. Odyss. vbi ait ἐς τέμεσιν μετὰ χαλκόν, &c.)

PAVL. *Nox vbi iam media est*) Surgit nocte intempesta qui vmbras placaturus est, nudis incedens pedibus: aqua se fontana perluit: fabas quas ore versauerit, à tergo iacit, dicitque se illis redimere: pulsátque æra, & orat vt abeant vmbræ quod E si nouies fecerit, perfecisse putat sacrificium. *Iam vbi nox media est*] ea pars noctis quæ intempesta dicitur, quando non datur tempus rebus agendis. *Et præbet silentia somno*] cùm omnes quieti & silentio se dederint. *Et canis & aues conticuistis*] quia nec canes latrabant, nec aues recinebant & videtur significare conticinium, & id asserunt multi: tamen illa hora mediæ noctis non ita appellatur: sed vt Macrob. & & Varro ostendunt, Conticinium est inter gallicinium & diluculum. *Ille*) nepos qui vult suo libare. *Memor veteris ritus*) priscæ consuetudinis. *Et timidus deorum*] qui times deos inferos, ne per noctem occurrant sibi. *Surgit*) è strato scilicet. *Geminos pedes nulla habent vincula*] non habet ille calceos, aut crepidulas in pedibus. *Et dat signa digitis iunctis cum medio pollice*] ponit pollicem in medio quatuor digitorū. Duos vltimos digitos cogit in manū, alios duos ere- F ctos habet, & illis dat signa, quemadmodū & nos solemus. *Ne leuis vmbra*) anima extinctorū. *Occurrat sibi tacito*) per silētia nocturna. *Et cū purè perluit*] cū abluerit castè manus. *Vnda fontana*) aqua fontis, aut aqua viuentis fluuij. *Vertitur & accipit fabas nigras ore*] versat prius ore: vt in 2. Et septem nigras versat in ore fabas. hoc illud ad sacrum magicum referatur. Fabarum tamen vsus erat in Feralibus & Lemuralibus. vnde Pōp. Fabā, inquit, nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere. nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur sacrificus, & in flore eius luctus literæ apparere videntur. Et Plin. inquit: Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est præualēs pulmentari cibo, & hebe- H tare sēsus existimata, insomnia quoq; facere. ob hæc Pythagorica sententia dānata: vel, vt alij tradidere, quoniā mortuorum animæ sunt in ea: qua de causa parentando vtiq; absumitur. Varro & ob hæc flamines ea non vesci tradit, quoniā & in flore eius literæ lugubres reperiātur. Et hoc extremū à Pythagora quoque asseritur. Primus nempe à fabis, autore Didymo, propter somniorum vaticinium, Amphiaraus abstinuit. Traduntur etiam & Orphei versus, quib. timidus abstinere manus à fabis, & ab earū vsu, quæ capita pepererunt, iubet, &c. *Auersúsque iacit*) proiicit eas à tergo. *Sed dum iacit inquit hæc ego mitto*] dum ille proiicit eas à tergo, illas fabas iacio. *Et redimo me, & meos his fabis*] quasi, si quid mali immineret mihi & meis ab ipsis vmbris, salutem nostram his ego redemerim. *Hæc dicit nouies*) Quia pro salute viuentium dicuntur, vtitur impari numero. ideo nouies in cæteris par numerus datur inferis. *Nec respicit*] non reflectit à tergo aciem: *Vmbra putatur colligere*] ipsas fabas. *Sequi terga nullo vidente*] sequi illum qui eas iecerat, nec sua vmbrā inspiciente, aut sentiente. *Rursus aquam tangit*) abluit manus aqua fontana. *Et concrepat*] pulsat. *Aera Temesæa*) à Temesa vrbe Brutiorum, quam Ausonij condiderūt, & quam homines Strab. ætate Tempsam vocitabant. Erat K ibi ærarium, & æris fodinarum locus ostendebatur. *Et rogat vt vmbra exeat suis tectis*] precatur vt abeat vmbra auita, aut paterna: quoniam illud arbitrabantur, vmbram vagari circa corpus, & errare interdum per loca quæ incoluerit. hoc igitur factum sit ad placandas eas, arcendásque domo. *Cùm dixit nouies, Manes paterni*) ô vmbra patris, seu vmbræ parentum, tam patrum quàm auorum. *Exite*] è domo. *Respicit tandemum*) reflectit oculos. Et *putat sacra purè peracta*) se castè perfecisse sacrificium. *Dicta sit*] &c. Nescire videtur poëta, quare Lemuria dicta sint. pergit igitur ad inquirendam nominis originem. Mercurium inuocat, à quo causa ipsa aperitur. Aucupatúrque eam amore Remi, cui Romul. Maio mense parentandum instituerit inde Lemuria, quasi Remu- L sia dicta. Verùm Lemures, vnde Lemuria, multi existimant imagines noxias esse, quæ noctu appareāt: etiam esse ita dictas sugillatorum vmbras. aliqui vmbras omnes mortuorū, Lemures appellant. Non desunt nostræ religionis viri sanctissimi, qui dicant apud veteres sicut lares boni habiti sunt: ita Lemures spiritus mali, ad quos arcēdos fiebant quæ diximus sacra. Quidam magnus verborum interpres Lemures vmbras esse quasdam asserit, quæ cum corporibus morātur. Vel quasi à Remo dictas, cuius vmbra insequebatur fratrē suum Romulum. Nonius tamen inquit, Lemures esse laruas nocturnas, & terrificationes imaginum, & bestiarum. vnde Varro de Vita patrum libro primo, Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra ianuam eicere. *Fugit me*] hoc est latet me: id est, nescio. *Vnde sit dicta dies*] id est, vnde dicantur ipsa

A Lemuria: *Quæ extet origo nominis*] vnde nomen ipsum originem ducat, qua ratione ita dicamus. *Ex aliquo deo est cognoscenda*] cùm nos ipsos lateat, à numine exquirendum est. *Mone*] instrue tu.

Pleiade nate mone, virga venerande potenti,
Sæpe tibi est Stygij regia visa Iouis.
Venit adoratus Caducifer: accipe causam
Nominis: ex ipso est cognita causa deo:
Romulus vt tumulo fraternas condidit vmbras,
Et male veloci iusta soluta Remo,
Faustulus infœlix, & passis Acca capillis,
Spargebant lacrymis ossa perusta suis:
Inde domum redeunt sub prima crepuscula mœsti,
Vtque erat, in duro procubuere thoro.
Vmbra cruenta Remi visa est assistere lecto,
Atque hæc exiguo murmure verba loqui:
En ego dimidium vestri pársque altera voti,
Cernite sim qualis, qui modo talis eram.
Qui modò si volucres habuissem regna iubentes,
In populo potui maximus esse meo.
Nunc elapsa rogi flammis, & inanis imago,
Hæc est ex illo forma relicta Remo.
Heu vbi Mars pater est, si vos modo vera locuti,
Vberáque expositis ille ferina dedit.
Quem lupa seruauit, manus hunc temeraria ciuis
Perdidit: ô quanto mitior illa fuit.
Sæue Celer crudelem animam per vulnera reddas,
Vtque ego, sub terras sanguinolentus eas.
Noluit hoc frater, pietas æqualis in illo est:
Quod potuit, lacrymas manibus ille dedit:
Hunc vos per lacrymas, per vestra alimenta rogate,
Vt celebrem nostra signet honore diem.
Mandantem amplecti cupiunt, & brachia tendunt:
Lubrica prensantes effugit vmbra manus:
Visáque confugiens somnos abduxit imago.
Ad regem voces fratris vterque ferunt:
Romulus obsequitur, lucémque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixêre silentum,
Hic verbi sensus, vis ea vocis erat:
Fana tamen veteres illis clausere diebus,

ANTON. *Pleiade nate*) &c. Consulit Mercurium, ac petit vnde Lemuria nomé acceperint: quoniam huic deo cómercium est cũ vmbris: vt, Tum virgã capit: hac animas ille euocat orco Pallẽtes, alias sub tristia tartara mittit. Horat. in I. Carmin. Tu pias lætis animas reponis Sedibus, virgáq; leuẽ coerces Aurea turbã, superis deorum Gratus & imis. B Accedit ad hoc, quòd ipse est interpres: vnde & Hermes vocatur. *Virga*] caduceo: vnde Mercur. Caduciferum vocat. *Malè veloci*] aut quia non euitauit Celerem, à quo castro fertur necesus: aut quia ludibrio fratris nouos muros transiliuit. Quamuis fabulosum potatur, vt diximus, quòd eam ob causam à fratre fuerit interemptus. *Acca.* C De Acca Laurentia, & Faustulo, suprà dictum est. *Dimidium voti*] altera pars voti vestri: cùm altera sit Romulus. *Si volucres habuissem regna iubẽtes*) si fuissem victor augurio vti frater Romulus fuit. *Inanis imago*] vmbra tantùm. Ea est imago corporis. *Vbi Mars pater est*] qui mihi opem non tulit. Mouet misericordiã variè. *Quem lupa seruauit*] Color, quẽ D Cicero Contentionẽ vocat. *Ciuis*] Celerem dicit. *Pietas æqualis in illo est*] Scio inquit, me non interemptum Romuli voluntate, qui mihi respondebat in amore ac pietate fraterna. *Prensantes manus*] prehendere volẽtes, non quæ prehenderent. *Lucémque Remuria dixit*) à Remo Remuria nominauit: sed postea r litera asperiore in leniorẽ mutata, Lemuria dicta sunt.

tricis, questíque de miseranda sua morte, & crudelitate Celeris, qui eum interemerat: oraréque, vt à Romulo illud precib. impetrarent, quo suo nomine diem signaret. Romul. ea causa instituit diẽ G illi festum, appellauítq; Remuria. mutata deinde est prima litera, & Lemuria dicta. postea ab illo vmbræ, Lemures appellatæ sunt. *Vt*] postquam. *Romulus condidit tumulo fraternas vmbras*] humauit fratrem Remum. *Et sunt soluta iusta*) celebratæ exequiæ. *Remo malè veloci*) qui malè velociter transiluit muros. nam fuit illa infausta velocitas, quæ mortẽ illi peperit. H *Faustulus infelix*) Sed vt superiore lib. diximus, Faustulus fuerat & ipse interẽptus. *Et Acca*) Laurentia nutrix. *Capillis sparsis*) fusis. *Spargebant suis lacrymis ossa perusta*) lacrymabantur ad sepulchrum, & Remi ossa tristi rore rigabant. *Inde mœsti redeunt domum sub prima crepuscula*) iam cũ aduesperasset, mœsti morte alumni, rediere do- I mum. *Procubuere in duro toro, vt erat*) dedêre sese quieti, non in molli, sed in duro toro recumbentes, vt durus erat quem habebant torũ, ita in eo procubuerunt. *Vmbra Remi cruenta*] cruore respersa. *Est visa assistere*] astare. *Lecto*) toro Faustuli & Accæ. *Atque loqui hæc verba exiguo murmure*)& visa est dicere exigua voce, *En cernite*) reK spicite. *Qualis ego sim*) &c. quo in statu sim, qualem me vobis referam, dimidium animæ vestræ, & vna pars vestri desiderij, cùm duo essemus. Altera pars Romul. altera

E Placet nonnullis Lemures esse vmbras noxias, ac laruas nocturnas, terrificationésque. Vnde Lemuria nomen acceperunt pro iis auertendis instituta.

PAVL. *Nate pleiade.* Mercurius, ex Maia vna Pleiadũ natus *Venerãde virga potenti*] caduceo: quæ virga est serpẽtib. nexa *Potenti*] quia cum ea multa potest. vt apud Verg. Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco Pallentes, alias sub tartara tristia mittit. Dat somnos, adimítque, & lumina morte resignat. *Sæpe est tibi visa regia Iouis Stygij*) sæpe tu ad inferos in Plutonis regiam descendisti, cùm nuncius sis superorumq; deorum, superorum & inferorum. vnde Horat. Superis deorum Gratus & imis. *Venit adorator Caducifer*] Mercurius cum caduceo, quẽ ego adoraui, statim affuit. *Accipe causam*) hoc est, originẽ nominis. & hic locus apertè eos mentiri ostendit, qui dicunt causam pro origine poni non posse. nã poëta dixerat, Quæ nominis extet origo. & nunc hic respõF det, *Accipe causam*) hoc est originem. sed de his satis diximus in principio quarti. *Causa nominis*] origo huius appellationis. *Est cognita ex ipso deo*] ex ipso Mercurio. & eo inspirãte omnia cognouit. *Romulus vt*] &c. Remum extinctũ, vt superiore lib. diximus, frater magnificentissimè, vt illis temporibus licebat, humauit in Remoria. Noctu per quietẽ visa est imago Remi astare lecto Faustuli, & Laurentiæ nu-

ego: altera sospes, altera periit. *Qui modò*] paulo antè. *Eram talis*) etiam frater regis & est locus commiserationis ab eo quod fuerat, & quod nunc est. *Qui si modo habuissem volucres iubentes regna*] si habuissem auguria fœliciora, quæ mihi regna portendissent. *Potui esse maximus in populo meo*] potui esse rex in ciuitate quam ego constituissem. *Nunc sum imago lapsa rogi flammis*] sum nunc vmbra, quæ se eripere potuit ex igne rogali. *Et inanis*] vacua: cùm careat corpore, & impalpabilis sit, imago dicit. Verg. Et nunc magna L mei sub terras ibit imago. *Hæc forma est relicta ex illo Remo*) Auget commiserationem ab eodem loco: Hæc imago superest ex vestro alumno. *Heu vbi Mars*) &c Mouetur à genere misericordia: Vbi etiam qui me genuit deus? cur opẽ filio non præstitit? *Si vos modò vera loquuti*) si verum est quod dicebatis, me esse Marte genitum. *Et ille*] Mars. *Dedit vbera ferina expositis*] pauit nos infantes lacte lupæ, cùm essemus expositi. de quo in secundo & tertio diximus: Lacte quis infantes nescit creuisse ferino, Et Picum expositis sæpe tulisse cibos? *Nos seruauit lupa*] quæ vbera nobis admouit. *Manus temeraria ciuis*] Celeris. *Perdidit*] interemit & est locus indignationis in Celerem, quòd fuerit immitior immiti fera. *O quanto mitior fuit illa*] lupa. & hæc in commẽdatione illius lupæ mansuetudinis, & exprobrationem

immanitatis illius. *Sane Celer reddat animam crudelem per vulnera*] luas crudelitatem tuam morte, vt pro vita mea, quã extinxisti, vitam tuam persoluas *Et eat tu sanguinolentus sub terras vt ego*) occidaris tu quemadmodum me occidisti, & vmbra tua cruenta vagetur vt mea. *Frater*] Romulus. *Noluit hoc*) vt me interimeres. *Pietas aequalis in illo est*] ille est in me pius, vt ego in illum. id est amabat me mutuo amore. *Quod potuit*) dedit illi lacrymas manibus, & iusta soluit, & lacrymis prosequutus est. *Vos*] Faustule & Acca. *Rogate hunc*] Romulum. *Per lacrymas*) vestras. *Per vestra alimenta*] quibus & illum & me aluistis. *Vt signet diem celebrem nostro honore*) vt instituat sub meo nomine diem festum.

Cupiunt amplecti mandantem] volunt Faustulus & Acca amplecti Remum, qui talia mandabat *Et brachia tendunt*] vt eum amplecterentur. *Vmbra lubrica*] quæ facilè elabitur. *Effugit manus prensantes*] apprehendere eam volentes. *Imago visa*] vmbra Remi, quam illi per quietem visi sunt videre. *Confugiens abduxit somnos*] nam illos excitauit. *Vterque* Faustulus & Acca. *Ferunt voces fratris*] mandata Remi. *Ad regem*] Romulum. *Romulus obsequitur*] gessit illi morem: nam signauit diem honore fratris. *Et dixit lucem Remuria*] appellauit à nomine fratris diem parentationis Remuria. Sic enim in numero multitudinis dicimus: vt diem festum Floræ, Floralia: Robigi, Robigalia: Saturni, Saturnalia: ita Remi, Remuria. *Illam diem dixit Remuria*) qua feruntur iusta, qua fiunt parentationes. *Auis positis*] sepulchro conditis. *Aspera littera est mutata in lenem*) R, quæ litera est paulo asperior, est mutata in literam, quæ est lenior & suauior pronunciatu: nam in L. *Longo tempore*] longitudine temporis. *Quæ*] litera. *Fuit prima toto nomine*] prima littera erat R, nunc est L. prius igitur Remuria, nunc Lemuria dicimus. *Mox etiam*) subsequentes. *Dixere Lemures animas silentum*] appellauêre postea indifferenter vmbras omnes extinctorum, Lemures. *Hic sensus verbi*) hoc significat nomen ipsum: nam Lemures, vmbræ dicuntur. *Vis vocis*] proprietas nominis. *Erat ea*] nam Remi parentationes significabat. *Fana*] templa. *Illis diebus*] Lemuriorum.

Vt nunc ferali tempora operta vides.
Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupsit non diuturna fuit.
Hac quoque de causa si te prouerbia tangunt,
Mense malas Maio nubere vulgus ait:
Sed tamen hæc tria sunt sub eodem nomine festa,
Inter se nulla continuata die.
Quorum si medijs Bœoton Oriona quæris,
Falsus eris, signi causa canenda mihi.
Iuppiter, & lato qui regnat in æquore frater,
Carpebant socias Mercuriúsque vias.
Tempus erat, quo versa iugo referuntur aratra,
Et pronus saturæ lac bibit agnus ouis.
Forte senex Hyreus angusti cultor agelli,
Hos videt, exiguam stabat vt ante casam.
Atque ita: Longa via est, nec tẽpora longa supersunt,
Dixit, & hospitibus ianua nostra patet.
Addidit & vultum verbis, iterúmque rogauit,
Parent promissis, dissimulántque deos.

ANTON. *Vt nunc ferali*) &c. Claudebantur templa Lemuralibus: quod Feralibus fieri consueuit. vt, Dij quoq; templorũ foribus celẽtur opertis, Thure vacent aræ, stẽntq; sine igne foci. *Mense malas Maio nubere*) quę contemnunt religionẽ. nõ nubebant autem hoc mense. vt Plut. docet, vel quòd Maius inter Apr. & Iun. medius interiectus est: quorũ cũ alter Veneri, Iunoni alter dicatus sit, deabus quæ nuptiis præsunt: aut paulo antè vxores ducebantur, aut parũ expectabatur. Vel quòd hoc tempore maximo piaculo vtebantur effigies vice hominum de ponte iaciẽtes. Vel quòd maiores, hoc est senes, à quib. Maius appellatus existimatur, infensam Venerem habent. Vel quòd hoc mense plerią; Latinorum mortuis parentabant. *Sed tamen*) &c. Quia dixerat, Lucémque Remuria dixit, Illam qua positis iusta feruntur auis: docet Lemuria non vnius tantùm diei festum esse, sed trium, ac per triduum celebrari, vt suprà ostendimus Porphyrionis testimonio. Sed attende lector, ne te fugiat quod Ouid. sentit hoc loco: Tria, inquit, festa sunt eiusdem nominis, quia Lemuria per triduum celebrantur, sed nullo die continuata sunt: quia nocte, non die rem diuinam vmbris siue Lemuribus faciebant. Vnde autor ait suprà, Nocturna Lemuria. tertium, Nox vbi iam media est. Triduum ergo cùm dicimus, diem accipe quem nostrorum temporum astronomi naturalem vocant: cum verò nulla die continuata inquit Lemuriorum festa, dies accipiendus est, quem idem artificialẽ appellat, cuiúsq; nomine non comprehendimus noctem. *Bœoton*] Oriõ (vt scribit Seruius & Hyginus) occidit exortu Scorpionis: quo surgẽte hoc tẽpore, vnà cum sole in occasum fertur Huius signi tãta magnitudo est, vt nõ dubitet Manilius Orionẽ cœli partẽ maximã appellare. vt, Hinc vocat Oriõ magni pars maxima cœli. Hinc autor Bœotũ vocat: quia Thebæ, apud quas Hyreus Ionẽ, Neptunũ, ac Mercurium excepit hospitio, in Bœotia sunt, vbi Orion ex duorũ vrina procreatus dicitur, vt eius nomẽ ostẽdit. Orion enim Græci vrinã, siue lotiũ dicũt. Vnde Vriõ dict* est, qui postea facta cõmutatione (ν) diphthõgi in (o) vt quidã volũt, Orionis nomẽ accepit. Huius effigies, quæ in cœlo est, cũ Cãcro toto corpore pariter in ortũ fertur, cuius apud peritos est incerta tẽpestas, cũ multis diebus oriatur. Si fabulas quæris, lege Hyginum. Cõstat stellis 17. *Falsus eris*) fallẽris, quæreos stellas Orionis, quæ videri nequeunt. *Tempus erat*) Describit vesperã, qua aratra versa domũ referũtur, & oues pastæ agnos lactare consueuerũt *Senex Hyreus*) Hunc senem Pindarus dixit in insula Chio, non apud Thebas, deos quos diximus accepisse *Addidit & vultu*) quo præ se ferebat optimã voluntatem, quæ ex vultu sæpe colligitur. Ipse alibi: Super omnia vultus Accessere boni, nec iners paupérque voluntas. *Dissimulántque deos*) occultant diuinitatem, vt homines putentur.

PAVL. *Tempore Ferali*) in Feralibus mense Februario. De hoc in secundo libro diximus, Dij quoque templorum foribus celentur opertis, Thura vacent aræ, stẽntque sine igne foci. *Nec ea tempora sunt apta*] congrua. *Tædis viduæ nec eadem apta tædis virginis*) illis diebus neque viduam, neque virginem bonum est nubere. Sic & in parẽtalibus mense Februario. vt in secundo: Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris Aufer, habent alias mœsta sepulchra faces. *Quæ nupsit*) illis diebus. *Non fuit diuturna*] cum viro scilicet. nam aut repudiata, aut mortua citò. *Hac quoque de causa*] quia aut repudiatur, aut moritur. *Ait vulgus malas*] mulieres. *Nubere mense Maio*] quæ futuræ nõ essent diuturnæ. *Si prouerbia tangunt te*] Quoniam id erat in prouerbio, eo mense tradi viris malas: quoniã bonæ non nuberent, Et Plutar. ait in Problem. 86 quare mense Maio non ducãt vxores. & has rationes adducit. An quòd inter Aprilẽ & Iuniũ medius interiectus est: quorũ cùm alter Veneri, Iunoni alter dicatus, deabus scilicet, quæ nuptiis præsunt, aut paulum antè capiunt, aut parum expectant. An quòd hoc mense maximo piaculo vtuntur, effigies modò de ponte abiicientes, cum prius homines consueuissent. Vnde Flaminiam Iunonis sacerdotem tristem esse eo tempore: quippe eo mense nullo cultu vtatur, moris est. An quod plerią; Latinorum hoc mense mortuis parentant: & ob eam causam Mercurium quoq; eodem mense venerantur, qui Maio cognominis est. An vt quidam dicunt, Maius à maioribus natu appellatus est, Iunius à iunioribus. Nuptiis verò accommodatior est iunior, vt inquit Euripides. Nam senectus à Venere aliena, ipsáque Venus senibus infensa est. Abstinent igitur nuptiis, Iunium expectantes, qui Maium deinceps excipit *Sed tamen hæc tria festa*] Lemuria, & continentia à nuptiis, & templa clausa. *Sub eodem tempore*] quia iisdem diebus. *Sed continuata inter se nullo die*) Non sunt continuata, vt aliud post aliud fiat: sed vt iisdem diebus sunt hęc omnia. Nam vt in Februario pluribus diebus fiunt Parentalia, & est idem ferè ritus: ita hoc mense plures sunt dies, quibus parentatur, & clausa sunt templa, & non nubunt. *Quorum si medijs*] si medio spacio eorum: quasi si eodem tempore. *Quæras Oriona Bœoton*] à Bœotia: si vis videre stellas Orionis. *Die 11. Orion occidit occasu heliaco. Fuit autem Orion princeps Bœotiæ, auditor Atlantis astrologi: ideo eius appellatio ad sidera translata est. * *Falsus*] deceptus eris: quoniam videre non poteris, nã iam occidit. Est ergo eodẽ tempore, hoc est septimo idûs Maias, Orionis occasus. *Causa signi est mihi canenda*] canam quis fuerit Orion, & qua causa cœlo locatus sit. *Iuppiter*) &c. Poëta fabulam hanc refert,

A Iouem, Neptunum & Mercurium hospitio receptos ab Hyreo: qui cognitis diis, bouem immolat. Cùm ab his sobolē concedi peteret, minxisse in corium bouis, & iussisse humari. Decimo mense natum puerum: Vrionā ab vrina appellatum, deinde Oriona. Quam fabulam ab Aristomacho & Pindaro accepit poëta, quæ etiam ab Higino refertur. Hic Orion (vt illi prosequuntur) è Thebis Chium venit: Meropem Enopionis filiam stuprauit, pro qua excæcatus est. & eiectus, Lemnon nauigauit, ad Vulcanum, à quo equo decoratus est: & Sol oriens lumina restituit. Histrius dicit à Diana fuisse dilectum, adeò vt illi penè nupserit. Apollo ægrè ferebat, sororémque obiurgabat, & illum astutia quadam interemit. Nam cùm ille nataret, prouocauit Dianam ad emittendam sagittam vsque ad nigrum, quod in mari videbatur, quod erat Orionis caput: & immissa sagitta peremptus est ille. Sed eiectum ad litus corpus Diana

B vbi cognouit, multis prosequuta lacrymis inter sidera statuit. Sunt qui dicant, eum quòd venandi studio polleret, se iactasse, Terram nullum animal parere posse, quod ipse non interficeret. Terra scorpionem peperit, & Orionem peremit. Diana inter sidera collocauit. Et alias quoque opiniones refert Higinus: quas qui volet, accipiat. Orionem autem, vt idem asserit, à zona & reliquo corpore æquinoctialis circulus diuidit, cum tauro decertantem collocatum, dextra manu clauam tenentem, & in arcticum etiam spectantem ad occasum, & occidentem exortu Scorpionis posteriore parte, & Sagittario exoriente: cum Cancro autem toto corpore pariter exurgentem. Hic habet in capite stellas tres claras, in vtrisque humeris singulas, in cubito dextro obscuram vnam, in manu similiter vnam, in zona tres: in eo quo gladius deformatur, tres obscuras, in vtrisque genibus singulas claras, in pedibus singulas obscuras. Omnino sunt decem & septem. *Iuppiter & frater*] Neptunus. *Qui regnat in lato æquore*] qui habet imperium maris. *Et Mercurius carpebant vias socias*] quia simul per vias, velut peregre incedebant. *Erat tempus, quo aratra versa iugo referuntur*] erat vespertinum tempus, cùm sol acciderat, & versa (vt solent à bubulcis post opus referri in iugis) domum aratra referebantur. *Et agnus pressus*] inclinās se ad vbera. *Bibit lac satura ouis*] cùm rediguntur in ouilia oues per diem depastæ, & agni lac maternum hauriunt. Hac duplici periphrasi ostendit vesperam: quo tempore & coloni ab opere rustico, & pecora à pascuis reuocantur.

G

Fortè Hyreus senex cultor angusti agelli] qui rus exiguū colebat. *Videt hos*] deos. *Vt stabat*] sicut fortè tunc illi stare contigit. *Ante exiguam casam*] ante paruum tuguriolum. *Atque ita dixit*] itaptior loquutus est *Longa est via*] quasi dicat, Quò tenditis? non enim longius ire potestis, cùm longum iter hinc ad vrbes sit. *Nec tempora longa supersunt*] quia iam sol occidit. *Et nostra ianua patet hospitibus*] quasi ego, qui soleo suscipere domi, hospites habere, & aperta est ianua. *Addidit & vultum verbis*] : nam læta verba læto quoque vultu proferebat. *Et iterum rogantis*] vt sisterent cursum, & domum inirent. *Parent promissis*] morem gerunt illi, & grata habent illius pollicita. *Et dissimulant deos*] nolunt pro diis cognosci.

H

ANTON. *Comminuitque faces*]

C Faces à flammis multum differre, hoc loco manifestè apparet. *Stant calices*] Accipimus hic per calices, vasa, quibus coquuntur olera, & similia. Alibi sæpenumero calices pocula sunt, dicta vel ab eo quòd est cylix, vna litera commutata: vel quòd in iis calidum bibatur, autore Festo *Testa sua*] Inter testam & calicem spuma interdum

D effundi solet. *Cultorem pauperis agri*) immolat bouem, audito Iouis nomine. *Diffuderat*] Iuuenal. Ipse capillato diffusum consule potat. *Vluam*] Antiqui stramento in lectis vtebantur. postea luxu inualescente, stramentum pauperibus relictum est, cùm diuites tomento Lucanico vterentur, hoc est farcimine culcitrarum ex pilis & lana panno detonsa. Demum eoúsque deliciæ processerunt, vt quæramus plumam cygnorum, quæ subest superemincntibus pēnis. *Terra rubens*] &c. Apparet hoc loco, craterem propriè

> *Tecta senis subeunt nigro deformia fumo,*
> *Ignis in hesterno stipite paruus erat.*
> *Ipse genu nixus flammas excussit ab aura:*
> *Et promit quassas, comminuitque faces.*
> *Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat:*
> *Et spumat testa pressus vterque sua.*
> *Dúmque mora est, tremula dat vina rubētia dextra:*
> *Accipit æquoreus pocula prima deus.*
> *Quæ simul exhausit: Da, nunc bibat ordine, dixit,*
> *Iuppiter. audito palluit ille Ioue.*
> *Vtque animus rediit, cultorem pauperis agri*
> *Immolat, & magno torret in igne bouem.*
> *Quæque puer quondam primis diffuderat annis,*
> *Promit fumoso condita vina cado.*
> *Nec mora, flumineam lino celantibus vluam,*
> *Sic quoque non altis incubuere toris.*
> *Nunc dape, nunc posito mensæ nituere lyæo:*
> *Terra rubens crater, pocula fagus erat.*

exuscitauit. Alij legunt, Flammas exuscitat aura. & eodem tendit sensus, immò & magis propria est locutio. *Et promit*] ostendit, seu profert *Faces quassas*] quatiendo succēdit. *Et comminuit*] condeponit, & non quatit. Tunc imminuentur flāmæ. vt in Antotib. ad Curionē: Vidi ego iactatas mota face crescere flammas, Et vidi nullo concutiente mori. Aut ita intelligas: Promit, profert. *Faces quassas*] ligna arida contusa, quas pro facib. succeudēdis parauit. *Et cōminuit*] diuidit, seu discīdit in particulas minutas, vt facilius succēdātur. vt in Georg. V. Ferróq; faces inspicat acuto. Et illud mota face, ad lignū refertur, vbi lumen, seu ignis accenditur. Vnde

I

K

Var. in Geruntio didascalo: Consuluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia solita, etiam nunc pinea fax indicat, & alio loco adest fax inuoluta incendio. Et de vita patrum: Cùm à noua nupta ignis in face afferretur, fuca eius sumptus. Cùm fax ex pinu alba esset, vt eam puer ingenuus afferret. Lucan. in 2. Quā cùm Catilina parauit Arsuras in tecta faces *Stant calices*] Calicem pro poculo plerunq; accipimus, vt superius in tertio, quid si per calices facta Sibylla suos. Iuuenalis: Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso Et pro maiore quoque vase accipitur. Cicero Tuscul. 5. Quid hic calix mulsi? impinguatus est, vt plorare se desinat. Var. Apothecas tricliniares, melicas, calcoas, obbas, & Cumanos calices. Poëta autem hoc in loco posuit pro vasis, vbi legumina & olera decoquuntur. Varro tamen de Lingua latina inquit: Calia à caldo, quòd in eo calda plus apponebatur, & caldum eo bibatur. Stant ergo apud ignem calices. *Inde*] ex ea parte foci. *Minor*] calix scilicet, *habebat fabas, alter habebat olus*) olera tunc decoquenda. *Et vterque*] calix. *Spumat pressus*] tectus. *Sua testa*] Testi enim calices, spumam circa ipsas testas emittebant, quoniam testis tegebantur. *Dúmque mora est*) dum minutantur, vsquequo parentur epulæ. *Dat*) Hyreus. *Vina rubentia dextra tremula*] trementi: quoniam senex erat, offert vina diis bibēda. *Deus æquoreus*) Neptunus. *Accipit prima pocula*) & prior ipse bibit. *Quod simul*) postquam. *Exhausit*) bibit quicquid erat in poculo. *Dixit, Da, nunc ordine Iuppiter bibat*] sequere ordinem, & da vina Ioui bibenda: & hac

L

E esse vas magnum, ex quo vinum funditur in pocula. quamuis poëtæ, vt solent, multa persæpe confundant. Nam si crater poculum esset, non vnam craterem diceret, qui pocula plurium numero subiungit. Magnum autem esse craterem ne quis dubitet, audiat Plin. docentem, Semiramidis craterem collegisse pondus 15. talentorum, & Ægyptium talētum patere pondo 80. teste Varr. Audiat præterea Virg. dicentem, Crateres magnos statuunt, & vina coronant. Item, Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit. Statius in Theb. Bacchus in altos Crateras paterásque redit. Iuuenal. Vnox cratera capacem. Ouid. in 12. Metam. Antiquus crater, quem vastum vastior ipse Sustulit Ægides. Constat præterea, craterem, quem in cœlo Hydra sustinet, si stellas, quibus formatur, intucaris, ita procerum esse, vt iure crater non poculū nominetur. Propriè autem craterē non esse poculū, his versibus liquet: Pocula bina nouo spumā-

F tia lacte quotānis, Cratereśq; duos statuā tibi pinguis oliui.

Subeunt tecta senis] ingrediuntur casam Hyrei. *Deformia*]

PAVL. turpia tecta. *Nigro fumo*] erant enim vndiq; propter fumū nigricantia. *Paruus ignis erat in externo stipite*] quem pridie succenderat, cùm eo die nondum succendisset ignem. *Ipse*] Hyreus. *Nixus genu*] flectens humi genu, & eo se firmans. *Excussit flāmas ab aura*] quasi flans flammam e-

voce deos esse prodidit. *Ille*) Hyreus. *Pallent audito Ioue*) audito Iouis nomine. Expauit enim, cùm videret coràm, & domi haberet deos hospites, Iouē præsertim, deorum omnium maximum. *Vtque animus rediit*) quasi postquam in seipsum rediuit: quia prius videbatur attonitus. nunc cùm mens redit. *Immolat cultorem pauperis agri*) mactat bouem, quo exiguum colebat agrum. *Et torret*) decoquit bouem. *In magno igne*) maiore enim igne opus erat in decoquendo boue, quam in oleribus. *Et promit vina condita cado fumoso*) haurit vina vetustiora: sic & meliora, quæ olim 10 doliis condiderat. Cadi, ænea vasa, quibus vina conduntur. Luc l. Millia ducentum frumenti tolles, vini medimnum mille cadûm. Virg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Varro in Vita patrum: Hortensio supra decem millia cadûm hæredi reliquit. Horat. Et cadum Marsi memorem duelli. *Quæ*) vina. *Puer*) quondam Hyreus. *Diffuderat*) in diuersos cados fuderat. *Primis annis*) ab ipsa pueritia. *Nec mora*) procubuere, accubuere. *Non altis toris*) in toris enim discumbebant. vt in Heroid. Et premitis pictos corpora Graia toros. Aut intelligas recumbere in toris, & habere ante se mensas epulis paratas. *Celantibus*) tegentibus. *Lino*) lineis linteis. *Fluminean vluam*) fluuialem aut palustrem herbam. Ex hac ergo strati erant tori, & linteis postea tecti. *Mensa*) quæ erant ante eos paratæ. *Nituere nunc dape*) iam allatis dapibus, & à splendidis dapibus nituere, dixit. *Nunc posito lyæo*) mero illo veteri.

Crater) quo bibebant. *Erat terra rubens*] erat crater fictilis ex creta rubra. *Pocula fagus erat*) Hoc dicit: Vinum afferebatur in vase ligneo, potabatur in cratere creteo. Confundit hæc poëta, vt pocula non pro crateribus ponat, cùm illa à potatione dicantur, vt ostendit Varro.

ANTON. *Quicquid fert impetus opta*) Petere humanam cupiditatem impetum vocat, (vt ait Cic.) auidè semper aliquid capetens, non multum differt ab amentia. vnde illud est Iuuenal. Nos animorum impulsu, & magna cæcáque cupidine ducti, Coniugium petimus, partúmque vxoris *Et dixi, & seruo*) quia post vxoris interitum nullam vnquã mulierem cognoui. *Diuersa voluntas est mihi*] cupio repugnantia, castitatem videlicet, & liberos. *Pudor est*] pudet referre, minxisse deos in corium bouis. Nota est fabula. *Madentia*] terga iuuenci lotio madida. *Littera prima*] Vult u literam in o conuersam fuisse, & ab vrina Vrionē dictum, & postea Orionem. quamuis quidam aliter censeant. *Creuit in immensum*] Virg. Quam magnus Orion, Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna viam scindens. Hunc quidam volunt fuisse Neptuni filium, cui datum est super fluctus & aristas currere.

Verba fuere Iouis: Si quid fert impetus, ora,
Omne feres. placidi verba fuere senis.
** Chara fuit coniunx, prima mihi * chara iuuenta*
Cognita. nunc vbi sit quæritis? vrna tegit.
Huic ego iuratus vobis in verba vocatis,
Coniugio, dixi, sola fruere meo.
Et dixi, & seruo. sed enim diuersa voluntas
Est mihi: nec coniunx, sed pater esse volo.
Annuerant omnes, omnes ad terga iuuenci
Constiterant, pudor est vlteriora loqui.
Tunc super iniecta texere madentia terra.
Iámque decem menses, & puer ortus erat.
Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Oriona:
Perdidit antiquum littera prima sonum.
Creuerat immensum, comitem sibi Delia sumpsit:
Ille deæ custos, ille satelles erat.
Verba mouent iras non circunspecta deorum.
Quam nequeam, dixit, vincere, nulla fera est.
Scorpion immisit tellus: fuit impetus illi,
Curua gemellíparæ spicula ferre deæ.
Obstitit Orion: Latona nitentibus astris
Addidit, & meriti præmia, dixit, habe.
Sed quid & Orion, & cætera sidera mundo
Cedere festinant? nóxque coarctat iter?

Constiterant) simul steterãt. *Ad terga iuuenci*] ad coriũ bouis *Pudor est vlterior a loqui*] Non vult exprimere quid fecerint: minxerunt tamen in eo corio. *Tunc texere madentia*] terga scilicet: hoc est, coriũ madidum vrina. *Terra iniecta*] nam humauerunt vtrem cum vrina. *Iámque decem menses*] præterierant. *Et erat ortus puer*] decimo enim mēse natus est, velut ex humano partu. *Tunc Hyreus*] senex. *Quia sic genitus*] eo modo natus. *Vocat Vriona*] ab vrina. *Litera prima*] quæ erat u. *Perdidit antiquum sonum*] nam mutata in o, & dictus est Orion. Sed Strabo ait, quia in Oriæo oppido Eubœæ educatus est, appellatum Oriona. Hoc pacto natus dicitur Orion. Sed Hesiodus Neptuni filium dicit ex Euryale Minois filia: concessũmque illi, vt supra fluctus curreret, & supra aristas. *Creuerat immēsũ*) quia iam magnus erat, & re & nomine.

Comitem sibi Delia sumpsit] Cum hac dea Orion factus venator, dum vellet concumbere, eius sagittis occisus est. Alij dicunt eum immisso scorpione periisse, & deorum miseratione in cœlum esse translatum. *Spicula ferre*] auferre. Voluit, inquit, scorpius Dianæ auferre spicula. *Cætera sydera*] &c. Adulatur Augusto, fingens cedere noctem diei, vt celebretur festum Martis Vltoris. Sed re vera noctes hoc tempore contractiores fiunt. Notandum autem, quòd cum Lemuria 7 idus mensis incipiant celebrari, eadémque triduum amplectantur, consequens est, vt 4 idus festum Martis Vltoris celebretur.

PAVL. *Verba fuere Iouis*] hæc Iupiter locutus est. *Ora*] orando à nobis posces. *Si quid fert impetus*) si quid cupis. De impetu superius diximus. *Verba senis placidi fuere*] hæc respondit benignus senex Hyreus. *Fuit mihi chara coniunx*) habui ego charam coniugem. *Cura mihi prima iuuenta*] amor mihi in ætate iuuenili. Nam cura pro amore interdum. Virg. Graui iamdudum saucia cura: hoc est, amore. In multis codicibus est, Prima mihi chara iuuenta. tunc sic intelligas: Chara quidem mihi, & cognita à principio iuuenilis ætatis. *Nunc quæritis vbi sit*] quasi si id quæritis. *Tegit vrna*) extincta & condita est in vrna. *Ego iuratus dixi hoc*] iureiurando id promisi. *Vocatis vobis in verba*) cùm iuramento vos in testes vocassem. *Tu sola fruere coniuge meo*] tu vnica eris mihi coniunx *Et dixi hoc, & seruo*] quod promisi. *Sed enim mihi est voluntas diuersa*] sibi ipsi repugnans. *Nec volo esse coniunx*) nolo esse vir alterius vxoris. *Sed volo esse pater*] nolo coniugem, & filium volo. *Annuerant omnes*) nutu promisere se facturos quod ille volebat, vt & pater esset, & non coniunx. *Omnes Delia*) Diana. *Sumpsit eum sibi comitem*) immò & plus quàm comitem: nam diligebat mirum in modum, & nubere volebat illi. *Ille*] Orion. *Erat custos deæ*) ille erat satelles: erat comes, minister, & custos illius. *Verba non circumscripta*] non ponderata & examinata antequam proferantur, sed temerè prolata. *Mouent iras deorum*] nam indignantur dij, cùm homines aliquid cum insolentia dicūt. *Dixit*] Orion. *Nulla fera est, quam nequeam vincere*] Hoc enim protulit: Non potest tellus feram vllam gignere, quam ego non vincam. *Tellus immisit scorpion*) peperit Terra scorpionem, & in Orionem misit. *Fuit illi*] scorpioni. *Impetus*] cupido. *Ferre*] pro auferre. *Spicula curua*] sagittas hamatas. *Dea gemellipara*] Dianæ, quæ vno eodem partu cum Phœbo nata est. *Orion obstitit*] scorpioni, & tamen ab eo interemptus est. *Latona*) Diana Latonæ filia. Sicut & Dionem pro Venere dici, superius ostendimus, nomen matris pro nomine filiæ. *Addidit astris nitentibus*] cœlo locauit, & sideribus intulit. *Et dixit habe præmia meriti*] quia de me benemeritus es, habeas cœlum in mercedem laborum tuorum, & virtutis tuæ. *Sed quid & Orion*] Post occasum Orionis, & Vitalem, festum Martis Vltoris: quod poëta videtur statim subdere occasui Orionis. Verùm non celebratur 6 cal Mai. sed 4. eo enim die signatum est id festũ, & in antiquis marmorib. & in vetustis. codicibus, quo quidē die Cæs. Octauius cōsecrauit in foro à se extructo ædē Martis Vltoris: quã, vt Suet. inquit, pro vltione paterna bello Philippēsi vouerat. Ipse enim Cæs. & Antonius apud Philip. vario euētu cōtra Brutum & Cassium pugnauerunt, ita vt vtriusque dextra cornua vicerint, & castra quoque vtrinque ab his qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem

A fortunam partium mors quidem Cassij fecit, qui cùm in eo cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi conscivit. Altero deinde prælio victus M. Brutus, & ipse vitam finiuit, exorato Stratone fugæ comite, vt sibi gladium adduceret. Sed plura de his leges apud Plutarchum in Bruto & Ant. & apud Appianum, qui historiam omnem refert. Poëta pluribus versibus extollit & festum, & ædem ipsam, & Augustum *Sed quid & Orion, & cætera sidera*] cur sidera omnia. *Festinant*] properant. *Cedere mundo*] cœlo: vt diem tradant. *Et nox coarctat iter*] contrahit spacium, & se præcipitem agit, vt diei cedat.

Quid solito citius liquido iubar æquore tollit,
Candida lucifero præueniente dies?
Fallor? an arma sonant? non fallimur, arma sonabãt.
Mars venit, & veniens bellica signa dedit.
Vltor ad ipse suos cœlo descendit honores,
Templaque in Augusto conspicienda foro.
* *Est deus, est ingens & opus: debebat in vrbe*
Non aliter nati Mars habitare sui.
Digna giganteis hæc sunt delubra trophæis,
Hinc fera Gradiuum bella mouere decet.
Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset,
Seu quis ab occiduo sole domandus erit.
* *Prospicit armipotens operis fastigia summi,*
Et probat inuictos summa tenere deos.
† *Prospicit in foribus diuersa tela figuræ,*
Armáque terrarum milite victa suo.
Hinc videt Aenean oneratum pondere charo,
Et tot Iuleæ nobilitatis auos.
Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem,
Claráque dispositis acta subesse viris.

ANTON. *Vltor*] E plurimis operibus quæ struxit Augustus, præcipua fuerũt (teste Suetonio) forum Augusti, & ædes Martis Vltoris: quem Ouidius alibi & magnum, & vltorem vocat. vt, Veneris in magni templum tua Numina Martis, Stat Venus vltori iuncta viro ante fores. Magnum quidem dictum existimamus ob ædificij magnitudinem. vt, Digna giganteis sunt hæc delubra trophæis. Vltorem verò (vt idem Suetonius scribit) ideo dictum constat, quód Augustus eam ædem vouerat bello Philippensi, aduersus Brutum Cassiúmque suscepto, ad vlciscendam mortem Cæsaris patris. Ita sanxit, vt in ea de bellis triumphisque consuleretur senatus, & prouincias petituri cum imperio inde deducerentur: quique victores redissent, in eam insignia triumphorum inferrent. vbi quorundam barbarorum principes ab Augusto iurare coacti sunt, mansuros se in fide, ac pace quam peterent. Fuerunt in hoc templo scyphi è ferro dicati, vt autor est Plin. Item alia spectatu digna, adeò vt non immeritò inter præcipua & ornatissima diui Augusti opera nominetur: sicut & eiusdem magnificentissimum, quod huic ædi proximum fuit. de qua Iuuenal. Pallidulus mi Bruttidius meus ad Martis fuit obuius aram. Eius fori extruendi causa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, nõ sufficientibus duobus (vt ait Sueton.) etiam tertio indigere. Itaq; festinantius publicatum est, needum perfecta Martis æde. *Giganteis trophæis*] Sensus est: Tanta est huius templi magnitudo, vt non solùm dignum videatur insignibus triumphorum, quæ à victoribus eò inferuntur ex Augusti Cæsaris instituto: sed gigantum trophæis ac spolijs, quæ dij victores potuerunt e gigantibus reportare. Trophæum propriè quid sit, nemo ignorat. *Diuersa tela figuræ*] quia erant ibi diuersarum gentium spolia, ac varia telorum genera. *Æneam*] effigiem Æneæ gerentis Anchisem, quem è flammis Troiæ ardentis eripuit. *Iliaden humeris ducis arma ferentem*] Romulum, à matre Ilia: qui Acronem Ceninensium ducem singulari prælio vicit, & spolia Ioui Feretrio consecrauit: quæ opima dicta sunt, vel ab opibus, vt Varroni placet, teste Plutarcho: vel ab opere rei gestæ. Est enim opus egregium & clarissimum, belli ducem patrem sibi ducem superare. Festus Opem inquit esse Saturni coniugem, hoc est Terram, quæ omnes opes humano generi tribuit. Vnde & opulentos dicimus, vt idem inquit, rebus terrestribus copiosos: & hostias opimas, præcipuè pingues. Item opima, magnifica & ampla spolia. De Feretrio Ioue diximus suprà. Lege Liuium.

PAVL. *Quid dies candida*] serena. *Tollit*] attollit. *Liquido æquore*] ab Oceano orientis: vel à mari non turbido, sed vitreo, claro. *Iubar*] solis splendorem *Citius solito*] quasi cur ita accelerat dies. *Præueniente lucifero*] stella Veneris, quæ prænunciat diem. *Fallor*] decipior ne. *An sonant arma*] propter festum Martis, & ludos qui illi exhibentur. *Non fallimur, sonabant arma*] adueniente armorum præside. *Venit Mars*] ad festum & ludos suos. *Et Veneris dedit bellica signa*] nam arma insonuerunt. *Ipse Vltor*] sub cognomine & titulo vltoris. *Descendit è cœlo ad suos honores*] ad sacrificia quæ sibi fiunt. *Et ad templa suo nomini consecrata*) Conspicienda, admiranda. *In foro Augusto*) quod Augustus ipse extruatr prope viam sacrã. Et in 3. Trist. cùm de eodem loquatur Paruit, & ducens, Hæc sunt fora Cæsaris, inquit. Hæc est à sacris quæ via nomen habet. Et cùm multa opera Augustus publica extruxisset, præcipua fuere forũ cum æde Martis vltoris, templum Apollinis in Palatio, & ædes Iouis Tonãtis. Sed fori extruendi, vt Tranquil. meminit, causa fuit hominum & iudiciorum multitudo: quæ videbatur nõ sufficientibus duobus; etiam tertium indigere. Itaque festinantius, needum perfecta Martis æde, publicatum est, cautũmque vt separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicum fierent. *Et deus est ingens*) & magnus deus est ipse Mars. *Et opus*) est etiam ingens. Nã magnum illi templum erectum, magnúmque erat illud forum *Non aliter*) quàm in maximo ædificio. *Debebat Mars habitare in Vrbe sui nati*) in vrbe Roma, quam Romulus Martis filius condidit. *Hæc delubra*) templa. *Sunt digna trophæis giganteis*) spolijs gigantum: quasi Iouis & cæterorum deorum victoria de gigantibus parta; vbi illorũ spolia essent affixa. Et Lucan. Babylon spolianda trophæis Ausonijs. Sed trophæum à τροπῆ, quod est conuersio, dictũ. Nam qui hostes in fugã vertisset, trophæum erigebat, cum hostilibus spolijs. Sed de hoc aliàs. *Decet Gradiuum*) quasi decorum est Marti. *Mouere fera bella hinc*) ex hoc templo educere exercitum in aciem, ad inferenda hostib. bella. aut dicas decere ex eo templo auspicari bellum. *Seu quis impius*] sceleratus. *Lacesset*] prouocabit nos. *Ab orbe Eoo*] ab oriẽte. *Seu quis erit domandus ab sole occiduo*] ab occidẽte. Siue domandi sunt hostes, qui nos ab oriente prouocarint: seu qui sunt in occidente, quód à fide Rom. desciuerint, ex hoc tẽplo auspicanda sunt bella. *Armipotens*] Mars *Prospicit fastigia summi operis*] summitatem excelsi templi *Et probat deos inuictos tenere summa*) illud laudat, magna & inuicta numina habere summa templa, & in illis coli. *Prospicit in foribus*] ipsius templi. *Tela diuersa figuræ*] nam vt erant diuersæ forma, cultu, lingua, gentes deuictæ: ita & diuersa arma ab illis relata, & illius templi postibus affixa. *Et prospicit arma terrarum victa suo milite*] arma diuersarum gentium quæ à Rom. milite victa fuerant. *Hinc*] postea. *Videt Aenean*) Æneæ effigiem. *Oneratum charo põdere*] ferentem humeris patrem. *Et tot auos nobilitatis Iuleæ*] videt etiam in pictura tot claros viros de domo Iulea, Iulij pronepotes. *Hinc videt Iliaden*] Romulum ex Ilia natum. *Ferentem humeris arma ducis*] arma Acronis ducis Ceninensium, quem Romulus obtruncauerat, & spoliauerat. Eáque suspensa, fabricato ad id apto ferculo, vt Liuius inquit, gerens in Capitolium ascendit. Ibique cùm ea ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit templo Iouis fines, cognoménque addidit deo. Iuppiter feretrie, inquit, hæc tibi victor Romulus, rex regia arma fero: templúmque his regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico, sedem opimis spolijs, quæ regibus ducibúsque hostium cæsis, me autorem sequentes, posteri ferent, &c. Erat ergo Romulus ea arma referẽs in pictura. *Et videt clara acta*] fortia & illustria facta. *Subesse viris dispositis*] in ordine positis. Erant enim in eo templo effigies clarissimorum consulum & victorum fortium, cum inscriptione rerum quas fœliciter gessissent.

A Augusto. *Agnoscunt suos*] Romanos scilicet milites. Et est Prosopopœia, quando datur anima reb⁹ inanimatis. Aut per hypallagen intelligas, Romani agnorunt sua signa recuperata. *Quid tibi*] ô Parthe. *Quid profuere tibi sagitta solita mitti post terga?*] quid profuit peritia iaculationis sagittarum, quas eques fugiens à tergo mittit? vnde illud dictum Fatalia tela veneno illita, quæ fugiens post terga reliquerit hostis. *Quid loca*] profuere scilicet quæ erant inaccessa.

Quid rapidi profuit vsus equi?] quid iuuit illud quo plurimum valebas, hoc est ipse equus? nam in pugna pedites Parthi non valent, nec nisi in campis sese exercent. de quo etiam apud Lucan. Lentulus ita inquit: Sarmaticos inter campos, effusaque plano Tigridis arua solo, nulli superabilis hosti Libertate fugæ. sed non vbi terra tumebit, Aspera conscendens montis iuga: nec per opacas Bella geret tenebras in certo debilis arui.

Parthe refers aquilas, victos quoque porrigis arcus,
Pignora iam nostri nulla pudoris habes.
Rite deo templúmque datum, noménque Bisultor,
Emeritus voti debita soluis honor.
Solennes ludos Circi celebrate Quirites,
Non visa est fortem scena decere deum.
Pleiadas aspicies omnes, totúmque sororum
Agmen, vbi ante Idus nox erit vna super.
Tunc mihi non dubijs autoribus incipit æstas,
Et tepidi finem tempora veris habent.
Idibus ora prior stellantia tollere taurum
Indicat: huic signo fabula nota subest.
Præbuit vt taurus Tyriæ sua terga puellæ
Iuppiter, & falsa cornua fronte tulit:
Illa iubam dextra, læua retinebat amictus,
Et timor ipse noui causa decoris erat.
Aura sinus implet, flauos mouet aura capillos:
Sidoni sic fueras aspicienda Ioui.
Sæpe puellares subduxit ab æquore plantas,
Et metuit tactus assilientis aquæ.
Sæpe deus prudens tergum demittit in vndas,
Hæreat vt collo fortius illa suo.

ANTON. *Parthe refers aquilas*] Solo Augusti nomine territi signa reddiderũt: quamuis & arma non deerant. *Meritus honor*] quem meruit Mars, Augusto concessa victoria. B Et est sensus: Quia honor Marti debebatur, Cæsar vota persoluit. *Circum celebrate*] Non est Circum hoc loco nomen, & accusatiuus casus ab eo quod est Circus, sed aduerbiũ. Nam hoc dicit: Celebrate Quirites per vniuersam vrbem ludos die qua Marti ædes dicata est, ob Augusti victoriam, quia nunc visa est fortem C scena decere deum. Hoc est, in tanta vrbis lætitia, ludi non dedecent Martẽ, Romanæ gentis autorem. [Sed Circi legitur, non Circum. quare altera expositio melior, etiam ob collationem scenæ] *Pleiades aspicies*] &c. Sol hoc tempore penè in eo est, vt in Geminos introitum faciat. Vnde Pleiades, quarum suprà meminimus, pridie Idus Maias apparent, antequam Sol in ortum feratur, quarum exortum Plin. tradit Sole Tauri partem 25. obtinente sex diebus ante Maias Idus: quo tempore Columella quoque omnes inquit Vergilias apparere. Earum occasus paulo ante Idus Nouembris hye- D mem inchoat, teste Plinio, ortus verò æstatem. Itaque Vergiliæ dictæ sunt, autore Festo, quòd earum ortu ver finem facit. Vnde ait Propertius: O vtinam hyberoæ duplicentur tempora brumæ, Et sit iners tardis nauita Vergiliis. Sunt autem vel in cauda Tauri, vt quibusdam placere dubium non est: vel ita positæ, vt ex earum positu, teste A. Gel. imago Tauri præter caput conformata videatur: vel ante genu Tauri, vt placet Seruio. cui illud astipulatur: Ac propter læuũ genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce videbis. Vbi notandum genus pro genu dictum, vt Priscianus docet. *Incipit æstas*] Si exortu Vergiliarum ver finem facit, necesse est vt æstas ab eo tempore sumat exordium: quam quidam diffiniunt eminentem terræ aërem, conflatum, & calefactum solis ad septentrionẽ E cursu. Sciendũ, nonnullos non à veris fine, sed à verni temporis significatione, Vergiliis nomẽ inditũ existimare: quas & Pleiades dicimus, quòd primæ nauigationis tempus ostendat. *Idibus ora prior stellantia tollere Taurũ indicat*] Repetendũ est noctis nomẽ & est ordo: Nox prior Idib⁹ indicat Taurũ tollere ora stellãtia. Admonet autẽ tantùm hoc loco, videri apertius Tauri caput Idibus Maiis ante ortum Solis. Nam heliaci ortus sucularũ siue Hyadũ meminit suprà: vt, Pars Hyadũ toto de grege nulla latet. &, Ora micãt tauri septẽ radiantia flammis. Docet tamẽ Columella, suculas paulo post Idus huius mẽsis, hoc est, 11. Cal. Iun. exoriri. Sanè Taur⁹ oritur à cluoibus, secundũ Manilium. vt, Aspice Taurũ Clunib. & Geminos pedibus, testudine Cancrũ, Surgere, *Fabula nota subest*] Si nota est, cur explicatur? obtundis enim, tametsi intelligo. *Tyria puella*] Europæ. Seneca in Hercule furẽte: Hinc qua tepẽti vere laxantur dies Tyriæ per vndas ve- F ctor Europæ nitet. Eadem & Sidonis dicitur, à Sidone, quæ non plus quàm 200. stadiis distat à Tyro, vocatúrq; à Plinio Thebarũ Bœotiarum parens. Eam, vt inquit Iustinus, Tyrij condiderunt, quorum gens à Phœnicibus fluxit. ij enim terræmotu vexati, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primò, mox mari proximum litus incoluerunt, condideruntque vrbem, quam à piscium vbertate Sidona appella- G tunt. Piscem enim Phœnices Sidon vocant. Post multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati, nauib. appulsi, Tyron vrbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. *Noui decoris*] vel magni, siue excellentis: vel reuera noui. *Subduxit ab æquore plantas*] Europa, non Iupiter.

PAVL. *Parthe refers aquilas*] Romana ad H Augustum signa. *Et porrigis victos arcus*] iam tu victus, supplex tua arma Cæsari Augusto porrigis. *Iam nulla habes pignora nostri pudoris*] non habes iam signa, aut aliud, quo erubescere possimus. *Ritè est datum templum deo*] ritè & meritò ædes est Marti consecrata. *Et nomen Bisultor*] meritò quoque bis est Vltor cognominatus: nam I Augustum iuuit in vltione paterna, & Parthorum iniuria vlciscenda. sic bis vltor & de parricidis, & de hostibus. *Et meritus honor*] qui ab Augusto Marti benemerito debebatur.

Soluis debita voti] nam quod vouerat Cæsar, templum Marti consecrauit. *Quirites celebrate ludos solennes*] qui quotannis Marti exhibentur. *Circo*] in Circo maximo.

Scena non est visa decere fortem deum] scena, vbi leuia referuntur, & fabulæ recitantur, nõ conuenit rebus Martiis: sed in Circo opus est pugne & equorũ cursu certare, & Martios ludos exhibere. Maior enim ratio erat Circẽsium q̃ theatraliũ. Erant .n. illa grauiora spectacula *Pleiades aspicies*] Pridie Id. Maij Vergiliæ oriuntur. de his diximus in lib. 4. præterea æstatis est initium. & superius ex Florentino diximus, principium æstatis esse 8. Idus. *Tu aspicies omnes Pleiadas*] K quæ & Vergiliæ dictæ *Et totum agmen sororum*] omnia ipsa sidera. vt superiùs dictum: quæ septẽ dici, sex tamen esse solent. *Vbi vna nox erit super*] id est, supererit. *Ante Idus*] hoc est, pridie Idus *Tunc*] eo tempore. *Incipit mihi æstas*] est æstatis initium. *Non dubijs autoribus*] certis autoribus. *Et tempora veris tepidi habent finem*] est finis veris, cùm aër erat temperatus, & est principiũ æstatis, cùm aër incipit esse feruentior. *Idibus ora*] &c. Nocte Iduũ Mai. altius attollit Taurus, cùm sit cessurus Geminis. De Tauro superiore egimus l. Poëta causam signi refert ad Europæ raptum, quòd imago Tauri fuerit cœlo locata, sicut nos quoq; suprà retulimus. licèt sint qui vaccam esse dicant, & ad Io referant. *Prior Idibus*] hoc est, nox quæ præcedit Idus *Indicat*] ostendit. *Taurum tollere*] attollere altius à sole in ortu *Ora stellantia*] stellas oris: quas suprà explicuimus. *Fabula nota*] quasi quam omnes norunt. *Subest huic signo*] .i. si Tauro: quia omnib notum qua ratione fuerit cœlo figuratus. *Taurus*] Iupiter in L taurum demutatus. *Vt præbuit terga sua*] cùm se mansuetum ostendens, procubuit ante puellam, deditq; illi terga equitanda. Vnde Horat. Sic & Europæ niueum doloso Credidit tauro latus *Puella Tyria*] Europæ. à Tyro Phœniciorum filia regis Agenoris. De quo latius in fine 2. lib. Met. *Et tenuit*] Iupiter. *Falsa* non vera. *Cornua fronte*] nam taurum se simulauerat. Verùm si historiam respicimus, habuit Iupiter taurum in puppi figuratum. De quo Lactant. loquens, ait: Rapuisse dicitur in aquila catamitum. Poëticus color est, sed vi per legionem rapuit, cuius insigne aquila est: aut nauis, in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam: sicut taurum figuratum, cùm rapuit &

A transuexit Europam *Illa*] Europa. *Retinebat dextra iubam*] crines tauri, quo firmius inhæreret. *Læua retinebat amictum*] vestes, ne aquis maderent. *Et ipse timor*] puellæ. *Erat causa noua decoris*] Augebat enim timor ipsius decorem tum in vultu, quòd præ timore candidior videbatur: tum in ipso gestu, & habitu. *Aura implet sinus*] vestes. nisi dicas latenter historiem tangere, quòd leni vento vela impleantur, cùm naue transueheretur. *Aura mouet capillos flauos*] hoc quidem decorem illius augebat, cùm flaui crines vento agerentur.

Sidoni] ô Europe, à Sidone vrbe Phœniciæ. *Sic*] hoc modo. *Fueras aspectu Ioui*] cùm formosior videreris, & ob id illi gratior. *Sæpe subduxit*] remouit. *Ab æquore plantas puell.*] contrahebat, vt altius eleuaret pedes, ne attingeret aquas. *Et metuit tactum aquæ assilientis*] metuit ne ab vnda salienti tangeretur, hoc est, ne aquis spargeretur. *Sæpe deus*] Iupiter in tauri forma. *Prudens demittit tergum in vndas*] inflectebat se in vndas, incussurus illi metum. *Vt illa fortius*] firmius. *Hæreat illa suo collo*] quò arctiùs eum puella amplecteretur. G

Littoribus tactis stabat sine cornibus vllis
Iuppiter, inque deum de boue versus erat.
Taurus init cælum, te Sidoni Iuppiter implet,
Pársque trium terræ tertia nomen habet.
Hoc alij signum Phariam dixère iuuencam,
Quæ bos ex homine est, ex boue facta dea.
Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
Mittere roboreo scirpea ponte solet.
Corpora post decies senos qui credidit annos
Missa neci, sceleris crimine damnat auos.
Fama vetus, tunc cùm Saturnia terra vocata est,
Talia fatidici dicta fuisse senis:

ANTON. *Littoribus tactis*] Cretæ insulæ, ad quam deus vexit Europã. *Taurus init*] &c. Effigies tauri q deus exuit, in zodiaci si-B gnum translata est. *Phariam dixere iuuencam*] in quam Io conuersa est, quæ in Ægypto Isidis nomen accepit. nota est fabula. *Simulacra virorum*] Immolandorũ hominũ ritus fuit olim in Latio, quemadmodũ & apud quosdã immanissimos barbarorũ. quẽ nõnulli à Pelasgis fluxisse crediderunt, qui sedibus suis pulsi, & incerti quib. locis adhærerent, apud Dodonam oraculum acceperunt, in quo hoc erat: καὶ κεφαλὰς ἅδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. Vnde cùm post C errores plurimos in Latium appulissent, erexerunt Diti sacellum, & Saturno aram, diùque hunc virorum victimis, illum humanis capitibus placauerunt. quod genus sacri redactum est ab Hercule in mitiorem ritum, qui suasit posteris Pelasgorum, vt inferrent Diti non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata: & Saturni aras non viris mactandis, sed accensis luminibus explerẽt: quia non solùm vir, sed lumen per nom. n quod est φῶς significetur. Eundem Herculem scribit Plutarchus, cùm barbari ea loca vbi nunc Roma est incolentes, Græcos quos ceperant in Tiberim deiicerent, edocuisse illos vt veterem morem & superstitionem imitantes, simulacra virorum hominum in flumen dimitterent. in sacris enim, vt inquit Seruius, simulata pro veris accipiuntur. Vnde cùm de animalibus, quæ non facilè inueniuntur, sacrificandum est, simulacra eorum D pane & cera fiunt, ac pro veris accipiuntur. Itaque postea Idib. Maiis circa plenilunium pontifices virginesq; Vestales, item prætores, aliiq; quos sacris adesse fas erat (vt inquit Eusebius) immolatis animalib. vti ius pontificium postulabat, argeos, id est, triginta hominum simulacra, siue scirpeas effigies, de põte Sublicio singulis annis in Tiberim iaciebãt. Dicti autẽ Argei sunt, vel q Hercules cùm occiso Geryone victor per Italiã armenta duxisset, simulacra hominum pro numero Argiuorũ sociorúmq; quos casu peregrinationis amiserat, dicitur in fluuiũ dimisisse: vt aqua secunda in mare deuecti, pro defunctorum corporibus veluti patriis sedibus redderentur. Vel à Pelasgis, quos scripsit Macrob. post acceptum oraculum ad Dodonam in Italiem peruenisse. Vel à Græcis, quos barbari, vt diximus, Latiũ incolẽtes in fluuium iaciebant. Græci enim omnes, vt inquit Plutar. Argiui è veteribus dicebantur. Sanè Festus autor est, fuisse in vrbe loca E quæ Argea vocabantur, quòd in his sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. Et Varro Argeos inquit dictos putari à principibus qui cum Hercule Argiuo venẽre Romam, & in Saturnia subsederunt. *Roboreo ponte*] Sublicio, quẽ Plutarchus scribit lignorum factum & absolutum ab Anco Martio rege: & postea lapideum extructum ab Æmylio quæstore. Vnde non placet quod Lactantius tradit, è ponte Miluio hominem in Tiberim missum. Varro pontem Sublicium à pontificibus inquit primùm factum: & sæpe restitutum. Eius contignationem Plinius ita dispositam inquit fuisse, vt eximerentur trabes sine fulturis, ac reponerentur: quod in eo ponte religiosum fuit, postea quam Coclite Horatio defendente ægrè reuulsus est. Dictus autem est Sublicius à sublicis, quæ sunt, vt Cato scripsit, perticæ longiores, ex quibus pons totus fuit, postquam institutum est, ne ferro & F clauis contingeretur. Hunc, vt quidam tradunt, Antoninus Pius imperator marmoreum fecit. Sed non prætereundum, quod scribit Macrobius, structum fuisse ad tempus huoc pontem sub Hercule: & postea Sublicium dictum, ex quo idem Herculẽ dicitur hominum simulacra in fluuium demisisse. *Decies senos*] sexaginta. Vnde Festus, Depontani, inquit, senes appellabantur, qui sexagenarij de ponte deiiciebãtur. Liber hoc loco per iocum laudare maiorũ nostrorũ pietatẽ, ac prudẽtiã, curãuũ ne oporteret sexagenarios senes anni scalarij pericula formidare. Cæterùm id Romę factũ nõ crediderĩ, apud Scythas seruatũ cũ morẽ fœdissimũ aliquãdo fuisse, dubiũ nõ est. *Tũc t Sat. terra ver est*] Primi cultores I- H taliæ, secũdũ Trogũ, Aborigines fuere, vt Iustinus refert: quorum regẽ Saturnũ tãtæ inquit fuisse iustitię, vt neque seruierit sub eo quisquã, nec priuatæ rei quicquã habuerit. Ita Italiam regis nomine Saturniam appellatam: & montem quem inhabitabat, Saturnium dictum, vbi postea Capitolium fuit. Sed est & Saturnia nomen oppidi, vt suprà ostendimus.

PAVL. *Littoribus tactis*] postquã in Cretã peruenit. *Stabat Iup. sine vllis cornib.*] cũ exuerat formã tauri. *Et de boue erat ver. in d.*] resũpsit verẽ formã. *Taurus*] figura tauri. *Init cæl.*] quia cœlo locata. *Sidoni*] Europa *Implet te Iupi.*] grauidã fecit, & de ea Minoẽ genuit. *Et tertia pars terræ habet tuum nomẽ*] diuisus enim orbis in tres partes, ab ea vna ipsarũ partiũ, Europe vo- I cata est. vnde Horat. Bene ferre magnã Disce fortunã, tua sectus orbis Nomina ducet. *Dixerunt*] aliqui scilicet. *Hoc cæli signum Phariã iuuẽcã*] esse Io Inachi regis Argiuorũ filiam. *Quod bos est facta ex homine*) cùm demutauit Iupiter eam in vaccã, ne pateret eius furtũ. *Ex boue facta dea*] cùm reduit in pristinã formã, & in Ægypto meruit diuinos honores. Putãt igitur illã vaccam esse in cœlo figuratam. sed vt superiùs dictum, Vacca sit, an taurus non est cognoscere promptum. *Phariam*] Aegyptiam è Pharo insula parua in Nilo: quæ Alexandriæ ponte iungebatur. de qua Lucan. in 10. Tunc claustrum pelagi cepit Pharon, insula quondam In medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos: at nunc est Pellęię proxima muris. *Tunc quoque priscorum virgo*] Idib. Maiis scirpea simulacra iaciuntur in Tibrim è roboreo ponte, vnde prius solebant emitti homines. Cuius rei meminerunt K Dionys. lib. 1. de Antiquit. Italica. Lactant. in 1. Diuinarum institutionum, Plutarchus in Problematibus, Macrobius in Saturnalibus: & Eusebius lib. 4. de Euangelica pręparatione, Dionysij verba referens: Asserunt, inquit, Saturno in Italia priscis temporibus ita sacrificatum fuisse, quemadmodũ apud Carthaginẽses, antequã vrbs eorũ dirueretur. Celtę verò ad hæc vsq. tẽpora, & occidẽtaliores ferè oẽs, homicidio sacrificãt. Hercules aũt fertur primus in Saturno ara ædificata, intemeratas hostias immolasse: ac legẽ, qua homines sacrificabãtur, reuocasse: & ne, quasi patrio ritu neglecto, superstitione inani incolæ turbarẽtur, simulacra pro viuis hominibus, quos in fluẽta Tiberis proiiciebãt, hostierũ ornata modo in Tiberĩ immittere docuit. q res à Romanis, tẽporib[9] quoq; nostris, Idib. Maiis diligẽter fieri solet. Ea. n. die põtifices, animalib[9] primò secũdũ leges immolatis, virginesq; Vestales, prætores, aliiq; ciues, quos sacris adesse fas est, triginta simu- L lacra hominũ, q Argiuos appellãt, à põte sacro in Tiberĩ demitiũt, & cætera. Epicad[9] verò refert, Herculẽ occiso Geryone, cũ victor per Italiã armẽta duxisset, põte, qui nũc Sublicius dicitur, ad tẽpus instructo, hominũ simulacra pro numero sociorũ, quos casu peregrinationis amiserat, in fluuiũ demisisse: vt aqua secũda in mare deuecta, pro corporib[9] defũctorũ, veluti patriis sedib[9] redderẽtur: & inde vsũ, talia simulacra fingẽdi, inter sacra mãsisse. Verũ alij cũ superiore cõcordãt. Hic è põte sublicio iacta inquit. sic & Plutarch. Dionys. è põte sacro. Lactãt. è põte Miluio. qui ita de ea re agit: Saturn[9] in Latio eodẽ genere sacrificij cultus est: nõ quidẽ vt homo ad arã immolaretur, sed vti in Tiberim de põte Miluio mitteretur. Quod ex respõso quodã factitatũ, Varr. autor est, cuius respõsi vltimus versus est talis, καὶ κεφαλὰς ἅδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Et capita Saturno, & patri mittite hominem. quod quia videtur ambiguum, & fax illi, & homo iaci solet. Verùm id genus sacrificij ab Hercule, cùm ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum. Ritum tamen permanere, vt pro veris hominibus, imagines iacerentur è scirpo, vt Ouidius in Fastis docet. Et adducit ipse Lactantius plures ex versibus Ouidianis. Plutarchus verò hanc eius rei rationem affert. Quòd antiquis temporibus barbari ea loca incolentes, Græcos quos ceperant, eo pacto interficerent. Herculem verò postea admirati, ab hospitum & exterorum cæde abstinuerunt: docti ab eodem, vt veterem morem ac superstitionem imitantes, effigies in flumen abiicerent. nam veteres Græcos omnes Argiuos æqualiter appellabãt: nisi propter vicinitatẽ, Argiuos Arcadum Euander existimans, qui patriam fugiens, ibi consedit, odium & amicitiam retinuit. Poeta verò ostẽdit alios & responso factum tradidisse, vt duo corpora in Tibrim iacerentur. Alios verò putauisse iuuenes solitos è pontibus impellere senes, vt ipsi essent qui in comitiis suffragia darent: & inde morem habuisse originem, seruatúmque vsque ad Herculis tempora. *Tunc quoque*] eo etiam die. *Virgo*] Vestalis scilicet. *Solet mittere*] eiicere. *Simulacra scirpea priscorum virorum*] effigies antiquorum ex scirpis compositas. *Ponte roboreo*] ligneo: hoc est è põte sublicio, ex sublicis, hoc est ex ipsis oblõgis & excisis lignis compacto. *Qui credidit corpora missa neci*] qui putat necatos homines. *Post decies senos*] hoc est post sexaginta annos. *Damnat auos crimine sceleris*] arguit maiores sceleratæ cædis, & summæ immanitatis. quasi dicat, Nõ ita sunt maiores tanti sceleris arguendi. Et hoc ideo inquit, quia putabant aliqui eundẽ morem in Italia fuisse, qui apud Pletos Scytharũ populos seruatur, vbi sexagenarij necãtur: vt ea ratione institutũ arbitrarẽtur in Latio, sexagenarios è ponte in fluuiũ missi solitos. quod poeta negat, cùm maiores non sint tanti sceleris accusandi. Verũ aliqui ex Græcis seruauẽre hunc morem. nam in Cæa insula lex lata erat: Qui rectè viuere nequeant, turpiter ne viuunto. Edixit enim lex, maiores annis sexaginta natos aconito vitã finire, vt cæteris cibaria sufficerent. Hæc Strabo refert. *Fama vetus*] quasi iã antiquis hæc fama emanauit. *Tunc cùm terra*] Latina scilicet. *Est vocata Saturnia*] quasi ante vrbẽ cõditã, cũ & Saturnius collis vocaretur, qui nunc Capitolinus dicitur, & in eo Saturnia vrbs, vt primò diximus. *Talia fuisse dicta seni fatidici*] hoc fuisse vatis respõsũ *arua*] Latina: victo in Hispania Geryone, vt diximus in primo. *Sacra tristia*] ob humanam victimam. *Peracta deo Leucadio*] In omnibus codicibus etiam vetustissimis, ita scriptum est, deo Leucadio: ita vt intelligi non posset, quare Leucadio dicerentur, & alij aliud sentiebant, & alij aliter deprauabant. At Lactantius, qui hunc locum adducit, ita hunc versum ponit. *Tristia Leucadio sacra parata modo*] & hoc pacto reddit sensum faciliorem: Sacra quæ parantur eo modo, quo sacrificatur Apollini ad Æcium in mari Leucadio: nam immolatur humana victima. De quo Virgilius: Et formidatus nautis aperitur Apollo. Ita hic immolabantur homines Saturno. Et tamen si omnino illud asserendum esset vt Leucadio deo diceremus, erit quidem ad locum referendum in vrbe, vbi erat eius templum, & Opis simul & vt Saturnum Leucadium dicebant, ita & Opem Leucadiam. Plautus enim Opis Leucadiæ meminit. Sic vtroque modo rectè dices. Et fama est. *Illum*] Herculem. *Misisse Quirites stramineos*] stramineas effigies Quiritium. *In aquam*] in Tibrim. Sed non Quiritium, quia nondum condita Roma, neque erat Quiritium appellatio. Sed poeta posteriore vocabulo pro re veteri vsus est. nam effigies illorum, qui tunc ea incolebant loca. Et fama est. *Iaci corpora falsa*] corporum effigies. *Exemplo Herculis*] vt Herculem imitentur. *Pars putat*] alij sunt qui existimant. *Iuuenes præcipitasse*] præcipites iecisse è pontibus. *Senes infirmos*] inualidos, qui defendere se non poterant à iuuenibus. *Vt ipsi*] iuuenes. *Soli ferrent suffragia*] vt in comitiis darent, cui vellent, suffragia, sine senum repugnantia. *Tibri doce verum, tua ripa vetustior*] Numen Tiberinum inuocat, vt veram causam referat. Quæ quidem ab illo ad Herculis comites refertur, qui in illis collibus, vbi postea vrbs est condita, remanserunt. At cùm amore patriæ tangerẽtur, aliqui ex his in morte mandabant, vt mitterentur in Tibrim, quò ab vndis in patriã reportarẽtur. Hæredes verò non parebant, sed humabant extinctos, & scirpeas imagines in fluuiũ deiiciebant. *Doce in verũ Tibri*) vnde hic mos originem habuerit. *Tua ripa est vetustior vrbe*] antiquior quàm sit Roma. *Tu bene potes nosse*] propter ipsam vetustatem. *Principium ritus*] originem huius moris. *Tibris*] deus ipse Tiberinus. *Extulit*] eleuauit *Caput arundiferum*] arundine coronatum. Ea enim est fluuiorum corona, quod refertur ad ripas arundine obsitas. *Medio alueo*] per quem fluit. *Et dimouit ora rauca*] à rauco aquarum murmure. *Talibus sonis*] his dictis. *Vidi*] ego. *Hæc loca*) Romana. *Herbas desertas*] quasi pascua in solitudine iacentia. *Sine mœnibus*] cùm nondum esset vrbs, aut aliud oppidum conditum.

Falcifero libata seni duo corpora gentes
Mittite. quæ Thuscis excipiantur aquis.
Donec in hæc venit Tirynthius arua, quotannis
Tristia Leucadio sacra peracta deo.
Illum stramineos in aquam misisse Quirites,
Herculis exemplo corpora falsa iaci.
Pars putat, vt ferrent iuuenes suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitasse senes.
Tibri doce verum: tua ripa vetustior vrbe est,
Principium ritus tu bene nosse potes.
Tibris arundiferum medijs caput extulit vndis,
Raucáque dimouit talibus ora sonis:
Hæc loca desertas vidi sine mœnibus herbas:
Pascebat sparsos vtraque ripa boues.
Et quem nunc gentes Tiberim norúntque timéntque,
Tunc etiam pecori despiciendus eram.

ANTON. *Donec in hæc*] &c. Redegit quidem Hercules crudele sacrum ad mitiorem ritum, vt diximus: sed eousq; processit sacri religiosi celebratio, vt Cn. Cornelio Lẽtulo, P. Licinio Crasso coss. senatusconsultum factum fuerit, ne homo immolaretur. & postea Tiberius Cæsar sustulerit Druidas, ita vt multũ debeatur Romanis, vt ait Plinius, per quos sublata sunt monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum habebatur. *Thuscis aquis*) Tiberi. *Tristia Leucadio*) &c. Non placet, quòd nonnulli dicunt à parte totum accipi, & Saturnum Leucadium dictum, quòd in Epiro, cuius insula est Leucas, oraculum iusserit, huic deo virorum victimis rem diuinam fieri. Sed Leucadium dictam accipimus, suppleta quasi particula. quod poetæ facere consueuerunt, teste Seruio. Quoniam viuis hominibus ex alto deiectis, ei sacra fierent, quemadmodum & Apollini apud Leucadem. Leucadium enim deum propriè Apollinem dicimus. Ouid. alibi: An quia Leucadio semper amata deo. Fuit eius ædis in Actio promontorio apud Leucadem. Vnde illud est Virg. Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo. Leucadiis autem (vt inquit Strabo) mos patrius fuit, vt in Apollinis sacrificio quotannis sontem aliquem, auertendæ deorum iræ gratia, è montis specula deiicerent. Nouimus enim (vt autor est Porphyrio, & nos diximus suprà) quosdam è diis placari, ne obsint. & Apollinem à nonnullis pestilentem deum existimari. Vnde illud est: Condito mitis placidúsq; telo, Supplices audi pueros Apollo. Strabo autor est, Corinthios Leucadẽ, quæ fuit olim Chersonesus, in formam insulæ redegisse: quæ à petra albicante protenta in pelagus, nomen accepit: vel secundum Alcmæonidem, à Leucadio Icarij filio. *Stramineos Quirites*] simulacra Quiritum è stramine. Quirites autem dicit, non quòd tum essent, sed quòd postea eo in loco Quirites fuerunt. *Corpora falsa iaci*] repetendum, Fama est. *Vt ferrent iuuenes suffragia soli*] quia seniorum consilia solent sæpenumero affectibus iuuenum reluctari. *Tua ripa vetustior vrbe est*] facilè tibi est verum docere, qui es vrbe vetustior, & nosti quæ fuerunt ante vrbem conditam.

PAVL. *Mittite ô gentes, duo corpora libata*] duos homines litatos. *Falcifero seni*] Saturno ferenti falcem. Cum falce enim figuratus, quòd ea fruges execare docuerit. Aut quòd Saturnus ἀπὸ τοῦ dicatur, & tempus significat, cui fals attribuitur: quoniam tempus omnia metat, execet, & incidat. *Quæ*] duo corpora. *Excipiantur aquis Thuscis*] Tiberinis. Hoc igitur responsum fuit, vt duo deiicerentur in fluuium, & sic Saturno litarentur. *Donec Tirynthius*] & fama fuit, vsquequo Hercules à Tiryntho oppido Bœotiæ. *Venit in hæc*

Vtraque ripa] & Latina & Hetrusca. *Pascebat boues sparsas*] hinc inde fusos. *Et eram tunc ego Tibris despiciendus pecori*] quasi pro vili & abiecto, quem pecora ipsa contemnerent. *Quem Tibrim nunc omnes gentes norunt*] propter magnitudinem Romani imperij. *Et timent*] Romanæ vires, timent quoque numen meum.

Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur:
Ille meas remis aduena torsit aquas.
Venit & Alcides turba comitatus Achiua.
Albula (si memini) tunc mihi nomen erat.
Excipit hospitio iuuenem Pallantius heros:
Et tandem Caco debita pœna fuit.
Victor abit, secúmque boues Erythreida prædam
*Abstrahit: * & comites longius ire negant.*
Magnáque pars horum desertis mansit in agris,
Montibus his ponunt spémque larémque suum.
Sæpe tamen patria dulci tanguntur amore:
Atque aliquis moriens hoc breue mandat opus:
Mittite me in Tiberim, Tiberinis vectus vt vndis,
Littus ad Inachium puluis inanis eam.
Displicet hæredi mandati cura sepulchri:
Mortuus Ausonia conditur hospes humo.
Scirpea pro domino Tiberi iactatur imago,
Vt repetat Graias per freta longa domos.
*Hactenus * vt subijt viuo rorantia saxo*
Antra, leues cursum sustinuistis aquæ.
Clare nepos Atlantis ades, quem montibus olim
Edidit Arcadijs Pleias vna Ioui.
Pacis & armorum superis imísque deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter.
Læte lyræ pulsu, nitida quoque læte palæstra,
Quo didicit cultè lingua docente loqui.
Templa tibi posuere patres spectantia Circum
Idibus, ex illo est hæc tibi sacra dies.
Te quicunque suas profitentur vendere merces,
Thure dato, tribuas vt sibi lucra, rogant.

ANTAR. *Torsit aquas*] nauigans aduersus fluminis impetum. *Pallantius heros*] Euander Pallantis nepos regis Arcadiæ. *Comites longius ire negant*] Argiui, quos ait Varro (vt diximus) in Saturnia subsedisse. *Moriens hoc breue mandat opus*] Si moriens, quo modo mandat? Morituram hic dicit, paulo pòst moriturum. *Littus ad Inachium*] Argiuum: vel à rege Inacho, qui apud Argiuos regnauit: vel à flumine. *Displicet hæredi*] quia quod mandatum fuerat, impium videbatur. *Clare nepos Atlantis ades*] Idibus Maiis Mercurius colebatur, quem quidem eo die in lucem editum ferunt. vt, Maiæ Mercurium creastis idus. Erat autem is dies festus mercatorum, vt Festo placet, quòd ædes Mercurij esset huius mensis idibus dedicata, quæ fuit non longè à Circo maximo. vt, Templa pij posuere patres spectantia Circum. Existimabatur enim Mercurius non solùm inuentor sermonis, lyræ, siue citharæ, palæstræ, atque furtorum: sed viarum atque itinerum dux, minister ac internuncius inter superos atque inferos deos, ac mercatorum omnium deus: cùm ad quæstus per vias, mercaturásque habere vim maximam crederetur. Vnde ait Plau. in Amphit. Vt vos in vestris vultis mercimoniis emendis vendundísque me lætum lucris afficere, atque adiuuare in rebus omnibus. Itaque sunt, qui Mercurium putent à mercibus nominatum. quamuis alij dictum velint, quasi medium currentem, quòd sermo currat inter homines medius. Vnde à Græcis Hermes dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quia sermo latentes cogitationes interpretatur. Diximus suprà, plures fuisse Mercurios. quod & Cicero docet. Lactantius grammaticus quatuor inquit fuisse. Vnum Iouis & Maiæ filium, alium Cœli & Cei, tertium Liberi & Proserpinæ, quartum Iouis & Cyllenes. Alij trium tantùm meminere: Ægyptij, Cretensis, & Atlantici. Alij sex: quorum vltimum ex Ioue & Maia Atlantis filia natum volunt, ad quem cæterarum referuntur inuentarque omnia commemorare hoc loco non grauaremur, nisi rectè Seruius admoneret, in deorum ratione fabulas sequendas, cùm veritas ignoretur. Mercurius ab Ægyptiis Anubis dicitur, à quibus canino capite vnà cum Iside colebatur. Eiusdem apud Gallos (teste Cæsare in Comment.) plurima fuere simulacra, qui eum putabant omnium artium inuentorem. Athenienses verò primi è Græcis (vt inquit Herod.) edocti à Pelasgis, statuas Mercurij erectis virilibus habuerunt. cuius rei rationem apud Macrobium lector inueniet. Huic deo Romani lacte, non vino supplicarunt, in vico, quem putant eam ob causam Sobrium appellatum. *Pacis & armorum arbiter*] Eloquentia & sedat animos concitatos, & concitat sedatos: nec habet in se qualitatem, vt quidam docent, sed eam accipit ab agente. Vnde Cicero in Rhetorica vetere, non vtrum bonum, an malum sit eloquentia, quærit: sed vtrum plus boni an mali ferat, ostendit. Fiebat autem pax per caduceatores, teste Seruio: sicut per feciales bella indicebantur. Ii à faciendis fœderibus, illi à caduceo nomen habuerunt: dicto: quòd per caduceatores bella cadere & dirimi consueuerant. Caducei meminit Plin. Natur. hist. lib. 29. his verbis: Hic tamen complexus anguium, & efferatorum concordia, causa videtur esse, quare exteræ gentes Caduceum in pacis argumentis circundata effigie anguium fecerint. *Alato qui pede carpis iter*] Vel quia Mercurius citò recurrit in ortum suum, vel quia volucer sermo per aërē fertur, vel ob solis velocitatē: secundū eos, qui eundem esse Mercuriū atq; Apollinem volunt. *Nitida quoque læte palæstra*] Lyræ ac palæstræ inuentorē fuisse Mercuriū Ægyptiū, Diodorus autor est.

PAVL. *Sæpe refertur tibi nomen Arcadis Euandri*] quasi dicat: Tu debes scire, qui fuerit Euander Arcas, quandoquidem eius nomen à te sæpe refertur. *Ille*] Euander. *Aduena*] peregrinus. *Torsit aquas meas remis*] ille classes aduerso amne meo, in hæc loca egit. *Venit & Alcides*] Hercules. *Comitatus turba Achiua*] quasi habens secum Græcos comites. *Tunc erat mihi nomen Albula*] eo tempore vocabar Albula: quia nondum rex Albanus dederat mihi nomen Tiberinum. *Si memini*] quia memini ita fuisse. *Heros Pallantius*] Euander: siue à Pallante, siue à Pallātio. *Excipit iuuenē*] Herculē. *Hospitio*] vt in primo dictū. *Et tandem debita pœna fuit Caco*] nā ob raptas boues ab Hercule mactatus est, & expurgata est eo mōstro rupes Auētina. *Victor*] Hercules qui Cacū interemerat *Abijt*] discedit. *Et abstrahit*] abducit secū. *Boues prædā Erythreida*] armentā, quæ fuere Geryonis, qui regnauit in Erythra insula, ad dextrā faucesū freti Atlantici in Hispania. inde Erythreida prædā dixit. Sed de his omnibus in primo diximus. *Et comites*] Herculis. *Negant longius ire*] nolūt sequi Herculem, sed volunt in Latio remanere. *Et magna pars horum*) comitū Herculis. *Mansit in agris desertis*) vbi alij non erant coloni. *Et ponūt spem & larem suum his montibus*) reliquere spem patriæ, & in his collibus eam cum domicilio & fortunis collocarunt. *Tamen sæpe tanguntur dulci amore patrio*) quia sæpe desiderio eius commouebantur. *Atque aliquis moriens*) cùm iam moriturus esset. *Mandat hoc breue opus*) quod hæres exequatur: hoc exiguum illi officium mandat. *Mittite me in Tiberim*) cùm capitaueris, & solueritis iusta, deiicite me in fluuium. *Ego vectus ab vndis Tiberinis*] quem Tibris deuehet in maria, & vsque in Græciam. *Ego puluis inanis*] qui redactus ero in leuem puluerem *Eam in littus Argiuum*) hoc est, in littus patrium. *Cura mandati sepulchri*) cura illius officij vt mitteretur in aquas, tāquam in sepulchrum. *Displicet hæredi*] tanquam illud impium esset, non humare corpora, sed in aquas iacere. *Hospes mortuus*] Argiuus ille extinctus *Conditur humo Ausonia*] tellure Latina humatur.

Scirpea imago] effigies è scirpis. *Iactatur Tyberi pro domino*] mittitur in fluuium pro corpore illius *Vt repetat Graias domos*] vt redeat in Græciam. *Per freta longa*] per ipsa maria, longo spacio in Græciam vsque tendentia. *Hactenus*] Hucusque loquutus est deus amnis Tyberini. *Et subijt antra*] quæ erant sua palatia. de quibus in quarto diximus. *Rorantia*] aquis madentia. *Antra viuo saxo*] quasi antrum ab ipsa natura in saxo excisum. Et ab aliquibus interpretibus Virg. refertur ad naturalē animā, cū dicat, Viuóq; sedilia saxo. Idē dici potest in hoc loco. *Leues aquæ sustinuistis cursum*]

A quoad ille in suam regiam ingrederetur, continuistis impetum. *Clare nepos Atlantis*] Inuocat nunc Mercurium: quoniam idibus Maiis est eius festum, quo die fuit illi a senatu ædes apud Circum maximum consecrata. Et eodem die mercatores ad aquam Mercurij extra portam Capenam sese lustrabant: & precibus id petebant, vt a quibuscunque periuriis abluerentur: & lucri accessiones, & cum lucris gaudia afferri. *Ades clare Atlantis nepos*] Mercuri facunde nepos Atlantis: vt Horat. inquit. nam ex Maia illius filia natus. *Quem olim Vna Pleias*] Maia ex Pleiadum numero. *Edidit Ioui*, peperit Ioui filium. *Montibus Arcadiis*] in Cyllene mõte Arcadiæ, vnde Cyllenius dictus, vt suprà docuimus.

Arbiter pacis & armorum] pro caduceo dictum, quo pacem serit, & bella indicit, cùm pax erit cessatura. *Superis B imísque deorum*] vel arbiter vtrisque diis, aut qui gratus est diis cœlitibus, & diis inferis. vt est illud Horatianum: Superis deorum Gratus & imis. *Qui carpis iter alato pede*] Quique volas, quoties pedibus talaria nectis Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra, Seu terram, rapido pariter cum flamine portent. Sed hoc ideo à poetis dictum, quòd eius stella ex erraticis celerius cæteris in ortum recurrat.

Lætæ pulsu lyræ] quam tu ipse reperisti. Et Horat. Curuæque lyræ parentem. *Læte quoque nitida palæstra*] quoniam certamen palæstræ primus tradidit. Horatius: Et decoræ more palæstræ. *Nitida*] quia òleo perunctî palæstra certabant. *Quo docente lingua didicere culte loqui*] quia Mercurius est, qui loqui doceat. *Culte*] ornatè. Et Macrobius: Scimus, inquit, Mercurium vocis & sermonis patrem. Et Horatius: Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus. *Patres*] senatores. *Posuere*] erexere & consecrauere. *Tibi templa spectantia Circum*] quæ prope Circum maximum sunt, qui est inter Palatium & Auentinum. Nec solùm ibi templum Mercurij, sed aliorum & plurium G numinum sacella consecrata vt ædes Veneris, quam Fabius Gurges construxit, cuius meminit Liuius Ædes Cereris, cuius meminit Plinius. Et templum Iuuentutis, cuius Liuius etiam meminit de bello Macedonico. Et Columna belli, de qua dicemus in libro sequenti. Et templum Herculis à Sylla erectum, & alia quoque sacella. *Idibus*] Maiis scilicet, consecratum fuit tibi templum. *Ex illo*] tempore scilicet. *Hac dies*] iduum Maiarum. *Est tibi sacra*] quoniam appellatur Mercurij festum, & tibi eo die sacrificatur. *Quicunque profitentur vendere suas merces*] omnes mercatores, qui habent venales merces, & mercaturam profitentur. *Rogant te dato thure*] postquam aris tuis thura obtulerunt, precantur. *Vt tribuas sibi lucra*] vt lucrari possint de mercibus. Et Mercurius mercibus præest, ideo mercatores ei sacrificant. H

Est aqua Mercurij porta vicina Capenæ.
Si iuuat expertis credere, numen habet.
Huc venit incinctus tunica mercator, & vrna
Purus suffusam, quam ferat, haurit aquam.*
Vda fit hinc laurus: lauro sparguntur ab vda,
Omnia quæ dominos sunt habitura nouos.
Spargit & ipse suos lauro rorante capillos,
Et peragit solita fallere voce preces.
Ablue præteriti periuria temporis, inquit,
Ablue præterita perfida verba die.*
Siue ego te feci testem, falsóve citaui
Non audituri nomina vana Iouis:
Siue deum prudens alium, diuámve fefelli,
Abstulerint celeres improba verba noti.
Et pereant veniente die periuria nobis:
Nec curent superi, si qua loquutus ero.
Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro:
Et face vt emptori verba dedisse iuuet.
Talia Mercurius poscentes risit ab alto,
Se memor Ortygias surripuisse boues.
At mihi pande precor multo meliora petenti,
In Geminos ex quo tempore Phœbus eat.
Cùm totidem de mense dies superasse videbis,

ANTON. *Porta Vicina Capenæ*] Hanc portã nonnulli eãdem existimãt esse, quæ & Trigemina dicta est, quòd ad eã Trigemini Horatij C sepulti fuerint. quod verúmne sit, alij viderint. Capenæ autẽ nomẽ accepit, vel a lucis Capenis, vt inquit Seruius: vel ab oppido Capena, vt aliis placet. Fuit apud hanc portã aqua Mercurij, vt Ouidi* scribit hoc loco: qua mercatores idibus Maiis se ac suas merces spargere cõsueuerũt. Itẽ lapis Manalis, quẽ in vrbẽ inferebãt, vt ait Festus, quoties ob nimiam siccitatẽ pluuias cupie-D bãt. Præterea fõtes, ac puteti, vbi Fontinalia celebrabãtur, coronatis puteis, & sparsis floribus in fontes. Hinc illud est Martial. Capena grandi porta qua fluit gutta. Et illud Iuuenal. Substitit ad veteres arcus, madidámq; Capenã. Rediculi etiã fanũ extra portam hanc fuisse legimus, sic dicti, quòd accedẽs ad vrbẽ Hannibal, ex eo loco redierit, quibusdã perterritus visis. Sunt qui portã Capenã esse Appiã quoq; nominatã doceãt. *Numen habent*] purgãdi vim ac potestatẽ. *Vrna*] vas est proprie, quo aquam E haurimus, quia vrinare, est in aquã mergi, teste Varrone. Dicimus & vrinare. Qui in aquã mergũtur, Plinius vrinantes vocat. Vrnarium verò Varro esse inquit in culina, vbi vrnæ cum aqua positæ habentur. *Omnia quæ dominos sunt habitura nouos*] merces: quæ cùm vẽdũtur, dominũ mutant. *Solita fallere voce*] Eadẽ voce preces peragit mercator, qua & fallere cõsueuit emptores. *Præterita die*] Dies hoc loco tempus significat indeterminatũ: quemadmodũ & ibi. *Et pereant veniente die periuria nobis*] vbi petit futuri quoq; tẽporis periuria condonari. *Talia Mercurius poscẽtes ridet*] Non succẽset iniusta petentibus, quippe qui esse dicitur ingeniosus ad furta. Dicitur autem Mercurius, qui Apollini boues furatus est, fuisse Bacchi & Proserpinæ filius de quo ait Horat. Te boues olim nisi reddidisses, Per dolum amotas, puerum minaci Voce dum terret, viduus pharetra Risit Apollo. *Ortygias*] Apollineas, ab Ortygia insula, quæ Delos dicitur.

PAVL. F *Est aqua Mercurij*] quæ quidem ita appellatur, quòd Mercurio sa[illegible]ficaturi, ibi se prius abluebant. *Vicina porta Capenæ*] paulo extra portã Capenã: vbi & Fontinalia celebrabantur, coronatis puteis, & sparsis florib. in fontes. Eodem loco erat lapis Man[illegible]lis extra eã portã, iuxta ædẽ Martis: quẽ cùm propter nimiam siccitatem in vrbem pertraherent, insequebatur pluuia statim: existimque quòd aquas manaret, Manalem lapidem dixẽre. Nec longẽ fluit Almo, de quo superiore libro dictum. Martialis: Capena grãdi porta, qua fluit gutta: Phrygiæque matris Almo, qua lauat ferrum. Ea autẽ est porta Capena, qua itur ad ædẽ diui Sebastiani. *Si iuuat credere expertis*] quasi si adhibenda est fides illis, I qui rẽ & experientia norunt. *Habet numen*] inest aliquid numinis illi aquæ: quoniam ea expiãtur mercatores. *Mercator incinctus tunica*] habens incinctã tunicam. *Venit huc*] ad eam aquã. *Et haurit aquam*] ex fonte. *Vrna*] hoc enim vasis genere hauriebatur aqua. Inde vrnarium dictũ: quòd vrnas (vt Varro inquit) cũ aqua positas ibi potissimũ habe- K bãt in culina. Ab eo etiã nũc ante balneũ locus, vbi poni solebant, vrnarium vocatur. Vrnę dictæ, quòd vrinẽt in aqua hauriẽda vt vrinator. Vrinare est mergi in aquã. *Quam*] aquã ferat. *Suffusam*] in vrnã scilicet, aut suffusam, pro suffundendã in seipsũ. *Purus*] quasi suffusione expiãdus. *Hinc*] ex hac aqua. *Laurus fit vda*] madida ipsa aqua. *Et omnia quæ sunt habitura nouos dominos*] omnia quæ habent venalia precio cõmutãda. *Sparguntur ab vda lauro*] vt ea primùm lustret, deinde seipsum. Sed de his generibus expurgationis diximus in quarto, in Palilibus. *Et ipse spargit suos capillos*] vt se expurget. *Lauro rorante*] aquis madẽte. *Et peragit preces*] precatur Mercuriũ, vt ab omni periurio & fallacia eũ expiatũ esse velit. *Voce solita fall.*] qua semper solet alios decipere. *Abl. inquit, per. præ. tẽp.*] ô Mercuri, expurga me ab omni periurij crimine, in quo vsque in hunc diẽ deliquerim. *Abl. ver. per.*] fallacia. *Fid. prius*] non seruata: expurga me ab eo, quòd fidem violauerim. *Siue ego fe. te test.*] si iuras te in testẽ vocauerim, etiam absolue tu me. *Ve*] pro vel. *Si fal. cit. num. ma. Iouis nõ aud.*] quasi si falsò iurãs, vocaui Ioué magnũ in testẽ, non auditurũ mea verba fallẽtia, & per eius numina peierauí, etiã absolue io me. *Siue ego pr.*] callidus & astutus. *Fef. d.*] alium. *Vel al. d.*] si per aliorũ deorũ, aliarúmq; dearũ numina. *Cel n. abst. ver. im.*] maligna fuerint irrita mea dicta, & in vẽtos abierint. *Et per. nob. per.*] quasi deleatur à nobis periuriorum crimen. *Veniente die*] cùm primùm illuxerit. *Nec cur. sup.*] quasi non aduertãt dij. *Si qua ero lo.*] si quid licẽtiosius dixerim in deos, & in homines, & ad eos decipiendos. *Da mo lu. mi.*] vt ex mercib. mihi

A Verùm ipsi Gemini in cælo Aurigæ dextra parte supra Orionē collocati videntur: ita tamen, vt Orion inter Taurum & Geminum sit constitutus. Capita eorum diuiduntur à reliquo corpore, circulo eo, qui æstiuum diffinire dictus est, ita vt complexa corpora inter se teneantur. Occidunt directi à pedibus. Exoriuntur autem inclinatè, vt iacentes. Sed is qui Cancro est proximus, habet in capite stellam vnam claram, in vtrisque humeris singulas claras, in dextro cubito vnam, in genibus vtrisque singulas, in pedibus vtrisque singulas. Alter verò in capite vnam, in sinistro humero vnam, in dextro alteram, in vtrisque manibus singulas, in dextro genu vnam, in sinistro genu alteram, in pedibus vtrisque singulas, & infra sinistrum pedem vnam, quæ Tropus appellatur, & sunt decem & octo. *Fratres Tyndaridæ*) Castor & Pollux Tyndari priuigni: nam Iouis ex Leda Tyn-

B dari coniuge filij. *Abstulerant raptas*) quas rapuerant. *Phœben & sororem Phœbes*) Elairam, Leucippi Ætoli filias. *Hic*] Castor scilicet, eques: quoniam celebrem equum Cyllarum habet. *Ille*] Pollux. *Pugil*] qui pugnis & cæstu pollet. Horat. Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem. *Et frater & Idas*] Lynceus, & ipse Idas. *Pactus vterque fuit gener Leucippo*) qui promiserant se eas velle in coniuges. *Parat bella*, contra Castorem & Pollucem. *Et repetunt suas*] virgines sibi nuptas. *Amor suadet huic*) Idæ & Lynceo. *Vt repetant*) raptas. *Illos*] Castori & Polluci. *Vt nolint reddere*] Vtrisque illud ab amore suadebatur, vt qui non haberent, repeterent: qui haberent, non redderent. G *Et vterque*] pugnat scilicet: pro, vterque pugnant.

Ex causa pari] ex pari amore. *Oebalidæ*] Castor & Pollux Oebalij, hoc est, Laconici: vt in primo libro docuimus, Oebalios Laconicos esse. *Potuere cursu effugere sequentes*] potuere se fuga eripere ab Ida & Lynceo, qui insequebantur. *Sed est visum turpe*] dignum reprehensione. *Vincere celeri fuga*] subterfugere prælium, & fuga se facere voti compotem. *Est locus liber ab arboribus*] locus quidam apertus. *Area apta pugnæ*] vbi tam equo quam pugnis contendi possit. *Illo loco*, in illa area. *Constiterant nomina fida*] Castor & Pollux, qui mutuæ fidei clarum nomen habent.

Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense,
Non expectato vulnere pressit humum.
Vltor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta,
Qua ceruix humeros continuata tegit.
Ibat in hunc Idas, vixque est Iouis igne repulsus:
Tela tamen dextra fulmine rapta negant.
Iámque tibi Pollux cælum sublime patebat,
Cùm mea, dixisti, percipe verba pater.
Quod mihi das vni cælum, partire duobus:
Dimidium toto munere maius erit.
Dixit, & alterna fratrem statione redemit:
Vtile sollicitæ sidus vtrumque rati.
Ad Ianum redeat, qui quærit Agonia quid sint:
Quæ tamen in Fastis hoc quoque tempus habent.
Nocte sequente diem canis Erigoneius exit.
Est alio signi reddita causa loco.
Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt:
Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

ANTON. *Non expectato vulnere*] quia non credidit fieri posse, vt ab eo vulneraretur, quem non timebat. *Tela tamen dextra fulmine capta negans*] Maxima ostenditur hominis fortitudo, è cuius manibus tela non potuit fulmen excutere. *Alterna statione*] De hac Plin. Credi deos

C ono genitos, & alternis diebus viuentes mortuésque, puerilium propè delitamentorum est. Fuit Romæ in foro ædes Castoris & Pollucis, quæ tantùm Castoris vocabatur. vnde M. Bibulus collega C. Cæsaris euenisse inquit sibi, quod Polluci: atque vt è geminis fratribus ædes in foro constituta, tantùm Castoris vocaretur: ita suam Cæsarisque munificentiam, vnius Cæsaris

D dici. *Ad Ianum redeat*) De Agonalibus, quæ etiam decimoquarto Calendas Iunias celebrantur, abundè dictum est in Ianuario, siue primo huius operis libro. *Nocte sequente diem*] &c. Canis, quem diximus Tauro vicinum esse, vt Macrob. scribit, hoc tempore in ortum heliacum tollitur: de cuius ortu cosmico suprà legimus, Signáque dant imbres exoritúrque canis. Hic Tauro solem tenente latebat, occasu quem heliacum vocant. Vnde consequens est, vt excepto sole à Geminis, paulo ante auroram incipiat apparere. *Proxima Vulcani lux est*] Non dicit Vulcanalia, quibus populus Romanus pro se in ignem animalia mittebat: à quo tempore legimus incœpisse Plinium lucubrare. Nec Armilustrium, quo Romani armati res diuinas faciebant, & inter sacrificandum tubis canebant. Sed diem sacrum Vulcano, quem decimotertio Calen. Iun. lustrandis tubis deputatum,

E Lustria nominabant. Lustrabantur autem agna, vt inquit Festus, docens eum diem Tubilustrium appellari: quemadmodum & Varro, qui (vt dictum est) tubas in atrio sutorio lustrari solitas scribit. Sciendum, fuisse Romæ Vulcani templum, ante Numæ regis tempora, vbi quidam suspicati sunt Romulum à patribus fuisse discerptum. Plutarchus Vulcani ædem tradit extra vrbem à Romulo positam: vt cùm vrbs incendiis esset exposita, Vulcanus quidem coleretur: sed ita, vt mœnibus esset inclusus. Hunc Veneris maritum esse finxerunt, quia Venereum officium calore consistit. Tubæ cur lustrarentur, diximus suprà.

PAVL. *Castor traiectus pectora*] habens transfossum pectus. *Ab ense Lyncei*] Lyncei gladio, qui primus hostem percussit.

F *Pressit humum vulnere non expectato*] decidit extinctus vulnere ab illo inflicto, quem non timebat: sic nec inde vulnus expectarat. *Pollux vltor*] fraternæ mortis. *Adest, & perforat Lyncea*] percussorem Castoris. *Hasta*] qua cum transfodit, & extinctum humi strauit. *Qua ceruix continuata tegit humeros*] hoc est, inter collum & humeros. Nam sub ipso iugulo hastam infixit, & transacta est ex altera parte supra humeros. *Idas ibat in hunc*] Pollucem. *Et vix est repulsus igne Iouis*] vix fulmine repelli potuit, sed repulsus tamen. Verùm ea erat audacia, & immanitas, vt exanimatus adhuc in illum velle ruere videretur. *Tamen negant tela rapta dextra*] è manu illius. *Fulmine*] nam moriens telum non reliquit. *O Pollux, iam patebat tibi cælum*] quia iā Iupiter te in cœlum sustulerat. *Cùm tu dixisti, Pater*] ô Iupiter. *Percipe verba mea*] audi & percipias, quod nunc H abs te precibus posco. *Quod das mihi vni partire cælum duobus*] quod obtulisti mihi cœli munus, effice vt illud commune sit mihi & fratri diuisa parte portione inter vtrumque

munere. *Dimidium*) muneris scilicet. *Erit maius toto munere*) distributum mihi & fratri, erit mihi longe maius, quàm si solus habeam. *Dixit & redemit fratrem alterna statione*] vt alternis vicibus essent in cœlo. Et hoc ex eo dictum, quod Homerus ait, Pollucem concessisse fratri dimidiam vitam. Itaque alternis diebus quemque lucere. *Vtrumque sidus*) Castoris & Pollucis. *Vtile rati sollicitæ*) cùm K in procella vexatur. Apparent enim nautis in tempestate laborantibus ignes, quos dicebant esse Castorem & Pollucem. Horum & Plinius quoque meminit. & Higin. inquit habuisse id muneris à Neptuno, vt saluti essent naufragis. Valerius Flaccus: Aderat à Ioue cùm respiceret Argo nauim. &, Ingenti flammarum nubila sulco Diuidit per tuane facem, qua puppe propinqua In bifidum discessit iter, fratrésque petiuit Tyndareos placidè, & mediis in frontibus hæsit Protinus amborum, lumenque innoxia fudit Purpureum, miseris olim implorabile nautis. Et Horat. puerósque Ledæ, Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem, quorum simul alba nautis Stella refulsit, Defluit saxis agitatus humor, Concidunt venti, fugiúntque nubes, Et minax (nam sic voluêre) ponto Vnda recumbit. *Ad Ianum redeat*] Hac L etiam die fiunt certamina Agonalia, in honorem Iani. De his diximus in primo libro. Inde accipiant, qui quæ sint, nosse cupiunt. *Redeat ad Ianum*] ad Ianuarium mensem, ad primum librum. *Qui quid sint Agonalia, quærit*] nam in primo libro de Agonalibus latius disseruimus. *Quæ tamen in Fastis*] in ipso dierum ordine. *Habent hoc quoque tempus*) hunc etiam diem decimumtertium Cal. Iun. *Nocte sequente canis*] Fabulam & rationem signi vtriusque canis, in fine quarti libri retulimus. Nocte verò quæ præcedit diem duodecimū Calen. Ian. Erigoneius canis oritur. *Canis Erigoneius*) ab Erigone Icari filia. *Exit nocte sequente*) quæ sequitur Agonalia. *Alio loco est reddita causa signi*] nam in fine quarti. *Proxima Vulcani*] &c. Vndecimo Calendas Iunias festum est Vulcani, ad lustrationem tubarum. Ideo

A dies Lustria dictus Romulus (vt Plutarchus in Problematibus ostendit) ædem Vulcani extra vrbem posuit. Et in Vulcunalibus (vt tradit Varro) populus pro se animalia in ignem mittebat. *Proxima lux*] sequens dies. *Est Vulcano*] nam eius festo constituta. *Quam*] diem. *Dicunt Lustra*] ub ipsa lustratione. *Lustrantur tuba pura*] ab ipsis tubicinibus motutis aciem classicis, antequam abeant. *Quas ille*] Vulcanus *Facit*] quæ constantur ab opificibus, quibus ille præest.

Quattuor inde notis locus est, quibus ordine lectis,
Vel mos sacrorum, vel fuga regis inest.
Nec te prætereo, populi Fortuna potentis
Publica, cui templum luce sequente datum est.
Hanc vbi diues aquis acceperit Amphitrite,
Grata Iouis fulua rostra videbis auis.*
» Aufert ex oculis veniens Aurora Bootem,
Continuáque die sidus Hyantis erit.

ANTON. *Quattuor inde notis locus est*) quatuor signis, quibus dies notantur in Fastis. Monet vndecimo Calendas Iunias iterum Refugium celebrari, cuius in secundo libro fecimus mentionem. Item tradi eo die sacerdotibus sacrorum ritu. Quod ideo fieri solitum B suspicamur, quia eiecto Tarquinio, qui sine dubio rex sacrorum fuit, alij creati sunt consules, alij reges sacrorum. Nisi fortè per sacrorum morem accipias consuetudinem sacrificandi eo die, vt agerentur dijs gratiæ, ac persoluerentur, ob reges exactos. *Populi Fortuna potentis Publica*) Octauo Calendas Iunias datum est templum Fortunæ Publicæ. Non est autem hæc, de cuius dedicatione legimus: Qui dicet, Quondam sacrata est colle Quirini Hac Fortuna die Publica, verus erit. Diximus enim suprà, ei deæ votam fidem fuisse à P. Sempronio Sopho, & à Q. Martio Ahala postea dedicatum. Sed huic Fortunæ sacratam ædem fuisse arbitramur hoc tempore, post Refugij diem aptissimè, vt ei res diuina fieret, cuius beneficio C populus Romanus sibi & libertatem publicam, & ablatam Tarquinijs potentiam vendicasset. *Hanc*] lucem videlicet, qua Fortuna colitur. *Amphitrite*) vxor Neptuni: de qua dictum est suprà *Grata Iouis fulua*) &c. Aquila quatuor stellis constat, vt Hyginus autor est: quarum vna in eius capite constituta, hoc tempore in ortum fertur noctis initio. Cancro enim occidente, post solis occasum Capricornus in ortum tollitur, cum quo emergit Aquila, vt, Exoritur claras Capra veniente sub oras. Eadem (teste Columella) oritur manè, septimo idus Decembris, vel ad octauum Calendas Ianuarij, vt Plinius docet, occiditque decimotertio Calen. Augusti. Datur autem Ioui, vel quia domina est auium, vt Iupiter deorum: vel quòd eam fulmen non ferit, vt idem Plinius tradit: vel quòd Iupiter Saturnum superauerit eius D auis auspicio, vt Seruius scribit. Itaque Clearchus tyrannus, cùm ea successu continuæ fœlicitatis se Iouis filium diceret, præferri sibi auream aquilam voluit, velut generis argumentum. Sanè aquilæ non omnes fuluæ sunt. Alias namque nigricantes esse constat, alias albicante cauda, alias nigerrimas. Sed quæ cæteris præstant, sunt colore subrutilo, raræque conspectu. Ex his ea in cœlum translata dicitur, quæ raptum Ganymedem Ioui amanti tradidit. Alij aliter fabulantur. Aquila à calore aquilo, id est, fusco & subnigro, nomen accepit, autore Festo: vel ab acutè volando, vt quidam voluerunt. De huius auis effigie, quæ in cœlo est, ac situ, lege Hyginum. *Bootem*) Non est cur miremur, occasus Bootę sæpius fieri mentionem, cùm in quatuor signorum zodiaci tempus absumat, vt meminimus in secundo huius operis libro.

E *Sidus Hyantis erit*) Hyas Atlantis & Æthræ filius fuit, ac frater Hyadum, qui in venatione à leæna fertur occisus. Huius sidus putamus hoc tempore in ortum heliacum ferri, sole in dies à Tauro longius recedente.

PAVL. *Inde est locus quatuor notis*] quatuor signis in ordine dierum, in ipso festorum ordine, quod nostri calendarium vocant. *Quibus*) notis. *Lectis ordine*) postquam quatuor ipsas dierum notas legeris: hoc est, quatuor diebus numeratis, non tamen cum ipso Lustriorum die. sic indicat diem septimum Cal. Iun. *Vel est mos sacrorum*) quòd seruetur consuetudo sacrorum, & immolationis victimarum *Vel est fuga regis*) Tarquinij. De fuga Tarquiniorum diximus in fine. nunc verò pro eodem sacrificia fiunt, etiam quòd tandem victus, postea fugerit omni spe destitutus *Nec te prætereo*) Sexto Cal. Iun. est festum Publicę Fortunæ, quo die est illi templum consecratum. Plures tamé H erant ædes Fortunæ, de quibus in libro sexto dicemus. Sed cùm Publica colebatur primigenia, eo quòd fortuna & originem & imperium vrbi præstitit, siue altior quędam ratio, & magis à natura ea media philosophia repeti potest, fortunam scilicet rerum omnium principium esse, naturam verò casu consistere, cùm quibusdam temerè repositis ordo accesserit. Hæc Plutar. *Nec ego prætereo*) silentio scilicet. *Te ô Fortuna Publica populi potentis*] populi Rom. *Luce sequenti*) quę sequitur fugam regis. *Est datum tibi templum*) consecrata tibi ædes. Sed hæc in fine subsequentis libri repetemus. *Hanc vbi*) &c. Quinto Cal. Iun. oritur Aquila. Hæc est quæ dicitur Ganymedem rapuisse, & amanti Ioui tradidisse. Hanc etiam Iupiter primùm ex auium genere sibi delegisse existimatur: quæ sola traditur contra solis exorientis radios contendere & volare. Itaque supra Aquarium videtur. Aglaosthenes, qui Naxica scripsit, ait Iouem Cretæ surreptum, Naxon I delatum, & ibi nutritum. Qui vbi peruenit ad virilem ætatem, & voluerit lacessere Titanas, sacrificanti ei aquilam auspicatam: quo auspicio visum esse, & eam inter astra collocasse. Aquila ala dextra non multum extra circulum æquinoctialem prodire, sinistra autem non longè à capite Ophiuchi figurata videtur. Præterea rostrum eius à reliquo corpore diuidit circulus, qui à Cancro ad Scorpionem peruenit: Media etiam finitur ab eo, qui supra lacteum orbem esse demonstratur. Hęc exorto Leone occidit. Exoritur cum Capricorno, habens in capite stellam vnam, in vtraque penna vnam, in cauda vnam Itaque sunt omnino quatuor. Hæc ex Hygino. *Vbi Amphitrite*) vxor Neptuni: de qua diximus in secundo. *Diues aquis*) cùm mari præsit. *Acceperit hanc diem*) qua oritur Aquila: quasi post occasum illius diei, in ipsa nocte, quæ præcedit diem quintum Calendarum Iuniarum. *Tu videbis rostra auis*) Aquilę. *Grata rostra Iouis*] illis ra- K tionibus, quas explicuimus. *Auferet ex oculis veniens aurora Bootem*] Quarto Calendas Iunias occidit Bootes, qui & Arctophylax. De hoc diximus in secundo. Et tertio Calendas oritur Hyas, qui frater est Hyadum. De his superius in hoc libro diximus *Veniens aurora*) dies qui postea subsequitur. *Auferet ex oculis Bootem*) nam occidit. *Et die continua*] quæ illa proxima erit: hoc est, trigesimo die Maij. *Erit sidus Hyantis*] Hyas apparebit, qui fuit Atlantis ex Æthra filius. Et dicimus Hyas Hyæ, & Hyas Hyantis. Nam superius, Mater Hyan & Hyan. & hoc in loco Hyantis dicit, & de eodem loquitur.

FASTORVM LIBRI QVINTI FINIS.

P. OVIDII NASONIS FASTORVM

LIBER SEXTVS.

HIC quoque mensis habet dubias in nomine causas:
Quæ placeant, positis omnibus, ipse leges.
Facta canam: sed erunt qui me finxisse loquantur,
Nulláque mortali numina visa putent.
Est deus in nobis, agitante calescimus illo:
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Fas mihi præcipuè vultus vidisse deorum,
Vel quia sum vates vel quia sacra cano.
Est nemus arboribus densum, secretus ab omni
Voce locus, si non obstreperetur aquis.
Hîc ego quærebam, cœpti quæ mensis origo
Esset, & in cura nominis huius eram.
Ecce deas vidi, non quas præceptor arandi
Viderat, Ascræas cùm sequeretur oues.

ANTON. *HIC quoque mensis habet dubias in nomine causas*] Non sumus eorum sententiæ, qui vel à Iunio Bruto, qui primus Romæ consul creatus est, huic mensi nomen inditum volunt quòd is pulso Tarquinio voti reus, Calendis Iuniis in monte Cælio Carnæ deæ rem diuinam fecerat, quam ferunt humanis præesse vitalibus. Vel à Iunone, quòd ædes Iunonis Monetæ iisdem Calendis fuerit dedicata, quam vouit Camillus, vt dicturi sumus. Cùm multorum traditionibus constare videatur, hunc mensem longè ante dedicationem eius ædis, & reges exactos, à Romanis Iunium nominatum. Placet autem quod scribit Festus, Iunium à maioribus nostris Iunonialem, ac Iunonium appellatũ. & quod Macrob. tradit, apud Aricinos Prænestinósque diu non Iunij, sed Iunonij appellatione in Fastos relatum: postea que detritis quibusdam literis, ex Iunonio Iunium vocitatum. Neque enim negauerim, hunc mensem Iunoni sacrum fuisse, quo reges Macedoniæ religionis gratia exercitum educere non audebãt. Iunonis enim fauor hac anni parte non negligendus videbatur, qua per æstiuum solstitium vis eius numinis, hoc est, aëris calor accenditur. Vnde illud est, Solstitium pecori defendite. & illud. Æstate pueri si valent, discunt bene. Alij tamen scripsesunt, teste Agretio, à Iuuenta Herculis vxore, Iunio datum esse vocabulum. Alij à iunioribus, & ea parte populi Romani, quæ sub Romulo viribus atque armis rempublicam tuebantur, vt diximus suprà. Vnde milites tituli olim dicti sunt quasi tutuli, quòd patriam tuerentur. Alij à iunctis Sabinis ac Romanis, quorum pacem suprà meminimus myrtea verbena fuisse firmatam. Huius mensis Calendæ Fabariæ dicebantur. causam suo loco explicabimus. *Hic quoque*] sicut plerique alij, & præsertim Maius, de quo suprà legimus: Quia posse datur diuersas reddere causas, Quò ferat, ignoro, copiáque ipsa nocet. *Impetus hic*) furor poeticus, ac diuinus quidam spiritus, quo poëtæ excitantur. *Præceptor arandi*] Hesiodus: quem oues pascentem Musæ rapuisse dicuntur, ac poëtam fecisse munere calamorum. vt, Hos tibi dant calamos, en accipe, Musæ, Ascræo quos antè seni. Eius patria fuit Ascra, vicus Bœotiæ ad Heliconem: quam ipse improbauit, miseram vocans, diram hyeme, tristem æstu, ac nunquam optabilem. Ouidius in Ponto: Esset perpetuò sua quàm vitabilis Ascra, Ausa est agricolæ musa docere senis. Hic poëta Dij filius ex Pycimede, scripsit librum, quem appellauit Opera & dies: vbi docuit quemadmodum agri, & quibus temporibus colendi essent. & adeptus est palmam in medio dicendi genere, vt Quintiliano videtur. Licèt Virgilius eum superasse putetur in Georgicis, auctore Seruio. Primus certè Hesiodus de agricultura metricè scripsisse dicitur.

stros hæc appellatio mensis diu manserit: sed detritis quibusdam literis, ex Iunonio Iunius dictus sit. nam & ædes Iunonis Monetæ Calendis Iuniis dedicata est. Nonnulli putauere Iunium mensem à Iunio Bruto, qui primus Romæ consul factus est, nominatum: quòd hoc mense, id est, Calendis Iuniis, pulso Tarquinio, sacra Carnæ deæ in Cœlio monte voti reus fecerit. Hanc deam vitalibus humanis præesse credunt. Ab ea denique petitur, vt iecinera & corda, quæque sunt intrinsecus viscera, salua conseruet. Et quia cordis beneficio, cuius dissimulatione Brutus habebatur idoneus, emendationi publici status extitit, hanc deã, quæ vitalibus præest, templo sacrauit, cui pulte fabacea, & lardo sacrificabatur: quia vires maximè his rebus corporis roborentur. Nam & Calendæ Iuniæ Fabariæ vulgò vocantur: quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibentur. Hæc ex Theodosio. Poëta triplicem mensis causam affert. Aut quòd à Iunone Iunonius. Aut ab Hebe, quæ in perpetua iuuenta est, Iunius propter ipsos iuuenes. Aut à Romanorum Sabinorũmque concordia, Vnius dictus. Hoc autem in principio inquit, mensem hunc varias habere causas. Sed dum inquireret, venisse ad eum deas, quæ rem omnem explicauerunt. *Hic quoque mensis*) hic etiam, sicut superiores. *Habet dubias causas in nomine*] dubias origines nominis nam alij aliunde deductum volũt, & ex alia ratione detorquent. *Tu ipse*] ô Germanice. *Leges*] pro eliges. *Quæ*) causæ scilicet. *Placeant*] & quas magis probes. *Positis omnibus*] cùm exposuero omnes quæ afferuntur. *Canam facta*) vera, & non ficta. *Sed erunt qui loquentur me finxisse*) qui dicent me ficta referre. *Et qui putent nulla numina visa mortali*] qui persuadere sibi non possint, deos ab hominibus visos. *Est deus in nobis*) quasi diuinus quidam spiritus est in pectoribus poëtarum. *Calescimus illo agitante*) illo commouente & regente. Et in Arte: Est deus in nobis, sunt & commercia cœli, Sedibus æthereis spiritus ille venit. Et in Amoribus: Sunt etiam, qui nos numen habere putant. *Hic impetus*) hic furor poeticus. *Habet semina sacra*) hoc est, diuinæ mentis. Nam à diuinitate fit, vt ita excalescant poetæ ad excudendos ex ingenio versus, & ad mentem altius attollendam, quod sine numine fieri non posset. Idem dicebat Cicero poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu inflari. *Fas mihi præcipuè*) licuit mihi in primis. *Vidisse vultus deorum*] videre deos præsentialiter. *Vel quia sum vates*] & ob id aliquid numinis mihi inest. *Vel quia sacra cano*] ea quæ ad deos pertinent, & hac ratione ipsi se videndos offerunt. *Est nemus densum arboribus*) locum indicat qui densiores habet arbores, quò secesserat velut in sacrum locum sacra scripturus, & ab omni frequentia remotum. *Locus secretus*] remotus. *Ab omni voce*] quia nullæ voces inde audiuntur. *Nisi obstreperetur aquis*] nisi obstreperent aquæ: quæ tamen ad loci amœnitatem, & illuc euntium voluptatem accedunt. Sed nullus est illic strepitus, nisi aquarum tantùm. *Hic*] in hoc luco. *Quærebam*) inquirebam. *Quæ esset mensis origo*) vnde hic mensis originem duceret. *Et eram in cura huius nominis*] Iunij: hæc tunc sola erat mea

PAVL. *Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas*) Iunius Maium sequitur, aut ex parte populi (vt suprà diximus) nominatus: aut, vt Cingius arbitratur, quòd Iunonius apud Latinos antè vocitatus, diúque apud Aricinos Prænestinósque hac appellatione in Fastos relatus sit, adeò vt (sicut Nisus in commentariis Fastorum dicit) apud maiores quoque no-

a cura, vt indagarem vnde Iunius diceretur. *Ecce vidi deas, quas non videras praeceptor arandi*) Hesiodus: qui fatetur se vidisse Musas: raptúmque ab his, cùm oues patrias in Parnasso depasceret, lauro coronatum, & poëtam constitutum. At ego vidi maiora numina, quàm ille viderit: nam dearum reginam Iunonem. *Praeceptor arandi*) ob illud opus quod inscribitur, Opera & dies: vbi de Re rustica præcepta tradidit. & Plinius asserit hunc primum de agricultura metricè scripsisse. *Cùm sequeretur oues Ascræas*) cùm pastor patrias oues seruaret. Et in Arte: Nec mihi sunt visæ Clio, Cliúsque sorores, Seruanti pecudes vallibus Ascra tuis. *Ascræas*] ab Ascra, quæ est, vt Strabo refert, in Bœotia iuxta Heliconis partem. hæc Hesiodi poetæ patria est, ad Heliconis partem dextram pertinens, excelso in loco ac duro iacens: longè à Thespia stadiis 60. quam & ipse redarguens improbauit patriam, quòd in Cuma Æolica remaneret: Ascram, rus miserum penes hic Helicona colebat, Hyberno durum, triste æstu, optabile nunquam.

Nec quas Priamides in aquosa vallibus Ida
Contulit, ex illis sed tamen vna fuit.
Ex illis fuit vna, sui germana mariti,
Hac erat (agnoui) quæ stat in arce Iouis.
Horrueram, tacitóque animum pallore fatebar.
Tunc dea, quos fecit, sustulit ipsa metus.
Námque, ait, ô vates Romani conditor anni,
Ause per exiguos magna referre modos,
Ius tibi fecisti numen cæleste videndi,
Cum placuit numeris condere festa tuis.
Ne tamen ignores, vulgique errore traharis,
Iunius à nostro nomine nomen habet.
Est aliquid nupsisse Ioui, Iouis esse sororem.
Fratre magis dubito glorier, án ne viro.
Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Feci, Saturni sors ego prima fui.
A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est,
Hæc illi à cælo proxima terra fuit.
Si thorus in precio est, dicor matrona Tonantis,
Iunctáque Tarpeio sunt mea templa Ioui:
An potuit Maio pellex dare nomina mensi?
Hic honor in nobis inuidiosus erit?
Cur igitur regina vocor, princépsque† deorum?
Aurea cur dextræ sceptra dedere meæ?
An facient mensem luces, Lucináque ab illis
Dicar, & à nullo nomina mense traham?

ANTON. *Priamides*) Paris, qui indicauit præstare Venerem pulchritudine Iunoni ac Mineruæ. *In aquosa vallibus Ida*) Strabo montem inquit Antandro imminere, quem Alexandriam vocant, vbi deas à Paride iudicatas dicunt. *Sui germana mariti*) Iuno Iouis soror & coniunx. soror, quoniam aër leuitate ætherem æmulatur: vxor, quia ætheri subiacet. *Quæ stat in arce Iouis*] in Capitolio. Ipse infrà: Iunctáque Tarpeio sunt mea templa Ioui. *Animum*] timorem animi: quem fecerat Iunonis aduentus, ac nimbus diuinus. *Per exiguos modos*] versibus elegis: vt, Nunc primum velis elegi maioribus itis. *Saturni sors ego prima fui*] Fingitur Iuno ante Iouem nata, vt quidam volunt, quia spiritus siue aer excitat flammam. *Saturnia Roma*] quia, vt diximus, Saturnia oppidum fuit in monte Tarpeio. *An potuit Maio*) Nititur exemplo quod est inferius. & hoc dicit: Si à Maia pellice Maius denominatus est, non potuit Iunio à Iouis vxore vocabulum dari? *Aurea sceptra*] quia ipsa est regnorum dea. *Lucináque ab illis dicta*] Si sum, inquit, Lucina, à lucibus dicta, quibus menses implentur, cur à nullo mensium consequi debui nomen & decus? De Lucinæ nomine satis dictum est. Hanc parturæ inuocabant, quas constat compressione spiritus adiuuari. *A nullo nomina mense traham*] Nomen est interdum gloria, vt hoc loco. Item illo, Mœstum mittit Orytem Nomen Echionium. Alij figuratè dictum volunt, quòd nullus mensis trahet à me nomina.

PAVL. *Nec quas Priamides*] nec vidi eas deas quas Paris Priami filius. *Contulit*] conferre voluit. *In valle aquosa dea*] in Ida monte: vbi Pallada, Iunonem, Venerem, de forma & aureo pomo certantes nudas vidit, & formosiorem Venerem dixit. Sed nota est fabula. *Sed tamen vna fuit ex illis*] ex tribus illis quæ sese Paridi obtulerunt. *Vna fuit ex illis germana mariti sui*] per periphrasim Iunonem ostendit, quæ soror & coniunx Iouis. *Hæc erat*] Iuno certè erat. *Agnoui quæ stat in arce Iouis*) agnoui illam, cuius statua erecta est in arce Capitolina. *Horrueram*] aduentu tanti numinis. *Et fatebar animum*) animi metum. *Tacito pallore*] cùm tacitè expalluissem. *Cùm dea sustulit metus quos illa fecit*) cùm à me repulit metum, quem incusserat. *Namque ait, ô vates*) Iuno poetam confirmat, quòd cùm festa & sacra scribat, liceat illi coràm videre numina. Deinde pluribus rationibus arguit, mensem à suo nomine Iunium nuncupatum. *Namque ait ô vates conditor Romani anni*) ô Naso, qui scribis annum à Romulo prius constitutum, à Numa emendatum, à Cæsaribus in certiorem ordinem redactum. *Ause referre magna per exiguos modos*] qui ausus es elegis versibus scribere festa, & sacras ceremonias, & ortum occasúmque signorum. *Fecisti tibi ius*] potestatem. *Videndi cæleste numen*] cœlites deos. *Cùm placuit condere festa numeris tuis*] cùm voluisti festorum rationem tuo versu canere. *Tamen ne ignores*) & traharis errore vulgi: vt pro comperto habeas, quæ cum errante vulgo verseris. *Iunius habet nomen à nostro nomine*] facit hic mensis mihi, à Iunone Iunonius est appellatus. & hanc propositionem pluribus rationibus confirmat. Primùm ex eo arguit, quòd soror & coniunx Iouis. *Est aliquid*] alicuius momenti est. *Nupsisse Ioui*] esse Iouis coniugem. *Iouis esse sororem*] nam ex iisdem parentibus nata. *Dubito an glorier magis fratre an glorier magis viro*] sum ego quidem ambigua, quod mihi magis gloriosum existimem esse, illum fratrem, aut esse virum. *Si genus*) &c. Deinde arguit à genere, quòd Saturno genita, primaque illi proles fuerit qui ea loca tenuit, vbi Roma condita est: quasi iure generis, & iure loci sibi mensis honor debeatur. *Si aspicitur genus*) quasi, si ratio generis est habenda. *Ego prima feci Saturnum parentem*] prima ego ex illo genita sum. Verùm vt in 4. lib. diximus, Iupiter & Iuno simul nati sunt. *Ego fui prima pars*] prima stirps: hoc est, prima proles Saturni. *Roma quondam est dicta Saturnia à patre meo*) nam erat vrbs Saturnia in eo colle, vbi postea fuit arx Rom. *Hæc terra fuit illi proxima à cœlo*) nam post eiectum cœlum, hanc ille terram incoluit. *Si torus in precio*] Rursus à coniugio Iouis, & à iure loci, quòd templum in arce habeat illi iunctum. Si in precio est torus: quasi si coniugalis thalamus dabit aliquid autoritatis. *Dicor matr.*) Iouis coniunx. De matrona in 2. diximus. *Et mea templa sunt iuncta Ioui Tarp.*) Capitolio. in arce enim tria erant templa simul iuncta, Iouis, Iunonis & Mineruæ. medio loco erat illud Iouis. *An po. ma.*] Arguit à minore ad maius: quòd si à pellice Maia Maius mensis fuerit nuncupatus, cur ab ipsa quæ regina est, mensis denominari non debeat? *An po. pel.*) Maia, quæ Ioui succubuit, & ex eo stupro Mercur. peperit. *Dare no. men.*] Maio: de quo superiore lib. dictum. De pellice in 3. diximus. *Erit in no. inui. hic hon.*] erũt qui inuideant nobis hunc honorem mensis. In vsus huiusmodi nomina in vtramque significationem poni, ostendit Gellius. vt inuidiosus, qui inuidet, & cui inuidetur. *Cur igitur regina vocor, & princeps deorum*) quasi dicat: Frustra diceret esse deorum regina, si mortales honorẽ huius mihi mẽsis inuiderent. *Cur dedêre aurea sceptra dext. meæ*) quasi, cur dedêre mihi regiæ maiestatis insignia. Simulacrũ enim eius cum sceptro figuratur. *An facient mensem*] Quintò arguit à iure officij, quòd lucibus præsit (vnde Lucina dicta est) & luces mensem conficiant: sic propter luces mensem sibi quoque deberi. *An luces facient mensem*] cùm mensis ex lucibus, hoc est, ex diebus constet. *Et ab illis*] lucibus, scilicet dicar ego Lucina & alio loco putat Lucinam à luco dictam, in secundo enim inquit, Gratia Lucinæ, dedit hæc tibi nomina lucus. Verùm illud subdit, Aut quia principium tu dea lucis habes. Sed eo in loco de Lucina diximus. *Et traham nomina à nullo mense*] quasi, & nul-

lius mensis assequit honorem: nam nomeo pro bonore ponitur. Vergil. Licet & hoc oomine corpus. Aut per hypallagen intellig.: Et à me nullus mensis denomineturs.

Tum me pœniteat posuisse fideliter iras,
In genus Electræ, Dardaniámque domum.
Causa duplex iræ, raptum Ganymeda dolebam:
Forma quoque Idæo iudice victa mea est.
Pœniteat quòd non foui Carthaginis arces,
Cum mea sint illo currus & arma loco.
Pœniteat Sparten, Argósque, meásque Mycenas,
Et veterem Latio supposuisse Samon.
Adde senem Tatium, Iunonicolásque Phaliscos.
Quos ego Romanis succubuisse tuli.
Sed neque pœniteat, nec gens mihi charior vlla est,
Hic color, hic teneo cum Ioue templa meo:
Ipse mihi Mauors, Commendo mœnia, dixit,
Hæc tibi: tu pollens vrbe nepotis eris.
Dicta fides sequitur, centum celebramur in aris,
Nec leuior quouis est mihi mensis honor.
Nec tamen hunc nobis tantummodo præstat honorem
Roma, suburbani dant mihi munus idem.
Inspice quos habeat nemoralis Aricia fastos,
Et populus Laurens, Lanuuiúmque meum.
Est illic mensis Iunonius, aspice Tybur,
Et Prænestinæ mœnia sacra deæ:
Iunonísque leges tempus, nec Romulus illas
Condidit, at nostri Roma nepotis erat.
Finierat Iuno: respeximus, Herculis vxor
Stabat, & in vultu signa dolentis erant.
Non ego, si toto mater decedere cælo
Iusserit, inuita matre morabor, ait.
Nunc quoque non luctor de nomine temporis huius,
Blandior, & partes penè rogantis ago.
Rémque mei iuris mallem tenuisse precando,
Et faueas causæ forsitan ipse meæ.
Aurea possedit socio Capitolia templo
Mater, &, vt debet, cum Ioue summa tenet.
At decus omne mihi contingit origine mensis:
Vnicus est de quo sollicitamur, honor.

ANTON. *In genus Electræ*) in Romanos, qui à Troianis descendunt, quorum autor est Dardanus Electræ filius. Hos fouere cœpit Iuno, ira deposita in secundo bello Punico. Vnde illud est Vergil. in 1. Æn. Quin aspera Iuno, Quæ mare nunc, terrásque metu cœlúmque fatigat, Consilia in melius referet, mecúmque fouebit Romanos rerum dominos, gentémque togatam. Multis sanè rationibus Iuno suprà ostendit debuisse à se Iunium nominari. Hic arguit à merito, quod in Romanos collatum est, ira deposita, quam accenderant causæ duo leues. *Causa duplex iræ*] Ganymedis raptus, iudicium Paridis. sed additur tertia, quòd Troiani à Dardano originem ducunt Electræ pellicis filio. *Currus & arma*) Vergil. Hic illius arma, Hic currus fuit. *Sparten, Argósque, meásque Mycenas*) Inter vrbes Peloponnesi Argos & Sparta gloria præcelluerunt. sed non ignobiles fuerunt Mycenæ, apud quas Iuno colebatur in æde magnifica, quæ Argiuis & Mycenæis communis fuit, vbi Polycleti simulacra fuerunt artis laude omnium præstantissima Vnde Iuno suas Mycenas vocat hunc locum. Silius in primo Punicorum: Hic Iuno ante Argos (sic credidit alta vetustas) Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenem Optauit profugis æternam condere gentem. *Latio supposuisse Samon*) Scripserunt quidam hac ętate Samothraciam esse Iunonis Samon: sed alia est Ionicis Samus in Asia, teste Seruio, vbi Iuno nata creditur. Cephalenia quoque, vt autor est Strabo, Samos olim dicta est: quæ cùm esset tetrapolis, id est, quatuor continens vrbes, ex iis vnam habuit quæ & Samos vocata est, & Same. *Sed neque*) &c. quia hic honor mihi ereptus non est, alij insuper dati. *Vrbe nepotis*) Romuli, cuius pater est Mars Iunonis filius. Vnde illud est infrà: Nostri Roma nepotis erat. *Suburbani*] Ariciam, Laurentum, Tybur, Lanuuium, ac Præneste significat: quæ oppida esse parum ab vrbe distantia, nemo ignorat. Sanè quidam non rectè legunt Lauinium, pro Lanuuio: cuius oppidi Latinorum Diomedes conditor fuisse dicitur: quia in Lanuuio corripitur tertia à fine. Horatius: Raua decurrens lupa Lanuuino. *Prænestinæ deæ*] Fortunæ. Lucan. Vidit Fortuna colonos Prænestina suos cunctos simul ense receptos. Habuit Præneste Fortunæ templum illustre, vbi certa, vt Strabo loquit, oracula edebantur. Ea ciuitas Græca esse dicitur, & quondam Polystephanus, id est, multarum coronarum appellata: quam Seruius Præneste ab arboribus ilicibus ibi abundantibus dictam existimat. licèt Festus appellatam velit, quòd locus quo condita est, montibus præstet Idem ait Cæculum putari eius oppidi conditorem: vnde orti Cæcilij creduntur, quorum familia Romæ admodum nobilis fuit. *Herculis vxor*] Hebe. Iuuenalis: Nec puer Iliades, formosa nec Herculis vxor Ad cyathos. Hanc Iunonis filiam sine patre ferunt Herculi nupsisse post eius deificationem Seneca in Octauia: Deus Alcides possidet Heben: nec Iunonis iam timet iras, cuius gener est, qui fuit hostis. Hæc cùm sit dea Iuuentæ, vult à iunioribus Iunium sumpsisse vocabulum. Sed auditore iam persuaso, ita exorditur per insinuationem: vt cùm matri cedere videatur, eò tendat oratio, vt honorem huius mensis sibi vendicet. *Partes penè rogantis ago*] Si quid, inquit, a matre habitura sum, non iurgando id consequi volo, sed blandiendo ac precando. Ceterùm rem ipsam sui iuris esse subiungit. *Aurea possedit*] conuenit mihi hoc cum matre, vxorem eam esse ac sororem Iouis, & Capitolium tenere cum Ioue: illud autem non cōuenit, mensis decus ei contigisse. *Sollicitamur*] angimur ac molestè ferimus, quod nostrum est nobis eripi.

PAVL. *Tum pœniteat*] Sextò arguit à meritis: licèt figuratè à cōtrario loquatur. Sed illud ostendit se remisisse omne odium in Troianos, cùm tanta esset irę causa: quódque omnia loca, in quibus prius colebatur, Romano imperio supposuerit. *Tum*] si hic honor esset inuidiosus, pœniteat posuisse me iras fideliter; doleam ego deposuisse omnę odium, & omnem iram, licèt hæc duo inter se differant, nam, vt Stoici dicunt, odium est cupiditas, qua malè cupitū optamus cum profecto aliquo & intere mento. Ira verò, est libido puniendi eius qui læsisse videatur iniuria. *Fideliter*] quia ille deponere iram fideliter dicitur, qui nihil odij aut maleuolentiæ seruat in pectore. *Ingenus Electræ*] in Troianos, qui ab Electra matre Dardani progenius sunt. *Et in domum Dardaniam*] in familiam Dardani. *Causa duplex iræ*] duplici causa illis irata eram. *Dolebam rapto Ganymede*) quòd rapuerat Iupiter ad mensæ ministerium, Trois filium, de quo in fine superioris lib *Forma quoque mea est vict. Id est.* Paridis iudicio, à Venere ego victa sum, cùm de pręstantia formę cōtenderemus. *Pœniteat, quòd non foui Cart. arces*) doleam ego nō perstitisse in sententia, vt Carthaginēses magis, quàm Roman. fouerem. *Cùm mea arma & currus sint illo loco*] vt & Verg. dixit, Hic illius arma, hic currus fuit. Honoratus ideo arma dici ostendit, quia instructam armis Iunonem in alio loco Vergil. testatur, Ferro accincta vocat *Currus*] Aut verè currum, quo secundū Homerum in cœlo vtitur: aut tensam significat, qua deorum simulacra portantur. *Pœniteat supposuisse Latio*) hoc est, Romano imperio. *Sparten*] quę & Lacędæmon, vt alias dictum. *Et Argos*] De Achaico intelligit. *Et Mycenas*] Has suo tempore extinctas iacuisse, Strabo refert Quam vrbem à Perseo conditam esse constat, cui Sthenelus successit in regno. His in vrbibus Iuno summa religione colebatur. Argos à Mycenis distat sex M. P. & in medio spacio erat templum Iunonis, quod ambabus vrbibus erat commune: de quo aliàs diximus. *Et veterem Samon* De Samo Ionica intelligit, quæ insula est in mari Icario, vbi nata putatur Iuno. *Adde senem*

A *Tatium*) regẽ Sabinorũ. quasi adde Sabinos omnes, qui me piè colebãt, propterea ꝙ Lacedæmoniis institutis erant imbuti. *Quot*] omnes populos. *Ego sola succubuisse Romanis*) passa ego sum vt omnes illi populi qui sub tutela mei numinis essent, Romanis succumberent. Pœniteas ergo fecisse hæc, si mensis honor mihi denegatur: imò inquit, *Sed neque pœniteat*) non doleã ea fecisse. *Nec Vlla gens est mihi charior*] quàm sit Romanus populus. *Hic*) in vrbe Roma. *Color*) ego: quia Romani mihi sacrificant, & celebrant mea festa, & omni veneratione prosequuntur. *Hic*) in vrbe Roma *Teneo cum Ioue meo*] vt iã diximus, quia templa iuncta habẽt. *Ipse mihi Mauors*] Septimò arguit à iure tutelæ, quoniam Mars filius eã vrbẽ maternæ fidei cõmendarit *Ipse Mauors*] Mars magna vorrens. *Dixit mihi, commendo tibi hæc mœnia*] hãc vrbẽ à filio meo conditam *Tu eris pollẽs*] effulgens, & in maxima veneratione & celebritate. *Vrbe nepotis*) Romuli
B nepotis tui, cũ filius meus sit. *Fides sequetur dicta*) factum est quod Mars ipse promisit. *Celebramur in centum aris*] Quasi dicas, In centum vrbis locis sunt aræ mihi dedicatę, & in omnibus mihi sacrificatur. *Nec honor mensis est mihi leuior quoni honore*] sed grauior. Hoc dicit: Magnum quidem est celebrari in tot aris, sed non pluris id facio quàm honorem mensis *Nec tamẽ hunc*) Octauò & vltimò arguit rursus à minore ad maius, sed dissimili à superiore: Suburbani habent mensem à meo nomine nuncupatum: putas ergo tu nõ habuisse Romam quæ erat mei nepotis: imò habuit, & hic mẽsis à me vt Iunius denominetur. *Nec tamen Roma tantummodo præstat nobis hunc honorem*] non sola est Roma, quę mẽsis honorẽ mihi tribuat. *Suburbani*] qui sub vrbe sunt, qui sunt in oppidis agri Romani. *Dant mihi idẽ munus*] honorẽ mẽsis. *Inspice*] perlege tu. *Fastos*] fastorũ libros. *Quos habeat*
C *Aricia nemoralis*] à nemore Cynthiæ. Sed de Aricia & mysteriis eius loci, diximus in tertio. *Et quos fastos habeat populus Laurens*) à Laurento oppido, vbi fuit Latini regia. *Et quos fastos habeat Lanuuium meum*] vbi & ædes est Iunonis, cuius meminit Varro, oppidum in Latio antiquo ad dextram viæ Appiæ *Mensis Iunonius*] à Iunone denominatus. *Est illic*) in omnibus his locis. *Aspice Tybur*) Diximus in 3. de Tybure. *Et mœnia sacra deæ Prænestina*] Præneste oppidum, vbi & templum Fortunæ: & inde dictæ sortes Prænestinæ, & ædes Iunonis. *Tu leges*) etiam in his oppidis. *Tempus Iunonale*] mensem Iunonium. *Nec Romulus condidit*] illos populos: quasi sic his oppidis habeo mensem, quæ à Romulo condita non sunt, multo magis debet esse mihi in vrbe mei nepotis ideo inquit, *At Roma erat nostri nepotis*] nam à nostro nepote condita. *Finierat Iuno*] iam desierat loqui. *Respeximus*] reflexímus ab alia parte aciem. *Vxor Herculis*] Hebe Iunonis filia, Herculi nupta. *Stabat, & signa doloris erant in vultu*] dolorem illa vultu indicabat. *Non ego si toto*] Hebe duplici ratione honorem huius mensis sibi vendicare contendit. Prima ratio à coniuge sumitur, quòd Hercules benemeritus sit de ea regione, vbi pòst cõdita est Roma, quòd G eã Caci latrociniis expurgarit. Secũda ratio à distributo per Romulum populo in seniores, & iuniores, quòd à iuuenibus Iunium nuncupauit. Ipsa Hebe cùm in perpetua iuuenta sit, iuuenũ causam tuetur, & sibi assignat: sed vtitur insinuatione cũ captatione beneuolentiæ, à matre, quia non vt illi aduersa sit, imò & sibi cedit: sed vt blãdiatur, & precib⁹ agat. Deinde ad causam veniens, sibi honorẽ mẽsis attribuit. *Si mater iusserit me cedere toto cœlo*] si iusserit Iuno me abscedere à cœlo, & inter cœlites magis non esse. *Non morabor matre iubente*] quasi, nollem esse in cœlo, matre mea repugnante. *Nunc quoque non luctor de nomine huius temporis*] non ego contendo, Iuno, de mensis honore, nec à quo nomine fuerit appellatus. *Blandior & pene*) quasi, amo partes rogantis: Hoc inquit, non agam de iure, aut multis rationibus, quare hic mensis meus esse debeat, sed blanditiis & pre- H cibus ago. Mallem tenuisse precando rem mei iuris Insinuatione causam iustã ostẽdit: Quod mei iuris est, potius vellem tenuisse precibus, quàm vlla cõtẽtione. *Et tu ipse*) Poëta *Forsitan fautor causæ meæ*) dices causam meã esse iustiorẽ. *Mater Iuno possidet aurea Capitolia*) nã in Capitolio deauratũ illi templũ, vt in lib. 1. dixim⁹. quicquid in Capitolio prospiciebatur, aureũ & gẽmeũ erat. *Tẽplo socio*) nã cũ Ioue iuncto. *Et vt debet, tenet summa*) hoc est, arcẽ Capitolinã. *Cum Ioue*] vbi vtriusq; numinis templũ est *At omne decus*] omne ornamẽtũ. *Cõtingit mihi origine mẽsis*) à causa, & appellatiõe huius mẽsis Iuoni *Vnicus honor est de quo sollicitemur*) quasi, nõ sunt mihi in vrbe Roma tẽpla, nõ sacrificia fiũt. hoc vnico honore decoramur; & hic vnicus est qui sollicitã & anxiã reddit.

Quid graue) Deest verbum. & est sensus: Cur molestum cuipiam fuerit, si Romani memores beneficiorum quæ ab Hercule meo in eos col-
D lata sunt, hoc titulo & honore me vxorem Herculis decorarunt? *Flammis & dote paterna*] Aut bis idem dicit: aut post factam mentionem flammarum, fumum accipimus. vt, Glomeratq; sub antro Fumi feram noctem, commixtis igne tenebris. *Ad propiora vocor*] Comparatiuum est à prope. Vnde penultima syllaba (r) literam nõ recipit, nam ab eo quod est
E proprius, propriorem vel propriora dicere non possumus. *In partes duas*] iuniores ac seniores, vt suprà dictum est. *Qui fuit ante*) Maius qui antecessit, à maioribus, id est senioribus nominatus est. *Dissimulata*) celata: quia ita celasset pietatem, nisi Concordia superuenient, sedasset vtriusque impetum eaut- gentem. *Concordia lauro*
F *nexa comas*) Hæc dea neque à Iunone, neque à iuuenta, siue à iunioribus, sed à iunctis Sabinis ac Romanis vult Iunio datum esse vocabulum. Coronatam autem lauro Concordiam dicit propter id quod sequitur, Placidi numen opúsque ducis. Solet enim artificium, vt dicitur, artificem sapere. Ipse autem Augustus autor pacis atque concordiæ, simulacrum habuit cum Apollinis insignibus. Vnde à Vergilio Apollo dicitur: vt, Tuus iam regnat Apollo. *Bina regna*] Tatij & Romuli; necnon Sabinos & Romanos. *Vos ignoscite diuæ*] Iuno, Hebe, & Concordia. *Perierunt iudice forma Pergama*] Iudicium Paridis, qui Iunone & Pal- K lade Venerem pulchriorem dicitur iudicasse: tanta irritauit deas quæ Veneri posthabitæ sunt, vt earum opera credantur Pergama periisse.

Prima dies] &c. Calen. Iun. quas volgo Fabarias appellabant, adultis fabis, hoc mense diuinis rebus solitis adhiberi. Carnæ, deæ cardinis, sacrauit antiquitas. cui Brutus, vt diximus, vouis- L seus, primo huius mensis die in Cœlio monte sacrum fecit. Putabatur enim hæc dea non solùm cardini, quæ vt quibusdã placet ἀπὸ τῆς καρδίας, id est, à corde nomen accepit: sed humanis præesse vitalibus, vt Macrob tradit. Vnde ab ea petebant, vt corda, iecinora, & quæ intrinsecus sunt viscera, salua conseruaret. Cui pulte fabacia, & lardo rem diuinam faciebãt, quòd vires corporis his rebus

Quid graue, si titulum mensis Romane dedisti
Herculis vxori, posteritásque memor?
Hæc quoque terra aliquid debet mihi nomine magni
Coniugis: huc captas appulit ille boues.
Hic male defensus flammis & dote paterna,
Cacus Auentinam sanguine tinxit humum.
Ad propiora vocor: populum digessit ab annis
Romulus, in partes distribuítque duas.
Hæc dare consilium, pugnare paratior illa est:
Hæc ætas bellum suadet, at illa gerit.
Sic statuit: mensésque nota secreuit eadem.
Iunius, est iuuenum: qui fuit antè, senum.
Dixit, & in litem studio certaminis issent,
Atque ira pietas dissimulata foret.
Venit Apollinea longas Concordia lauro
Nexa comas, placidi numen opúsque ducis.
Hæc vbi narrauit Tatium, fortémque Quirinum,
Bináque cum populis regna coisse suis,
Et lare, communi soceros generósque receptos,
His nomen iunctis Vnius, inquit, habet:
Dicta triplex causa est: & vos ignoscite diuæ,
Res est arbitrio non dirimenda meo.
Ite pares à me: perierunt iudice forma
Pergama: plus lædunt, quàm iuuat vna, duæ:
Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc est,
Numine clausa aperit, claudit aperta, suo.

A his rebus maximè roborentur. Et Brutus templum sacrauit, quòd cordis beneficio, cuius dissimulationi idoneus habebatur, statum publicum emendasset. Ouid. nympham fuisse fabulatur, quæ amantes fallere consueuit: eámque à Iano compressam, qui falli non potuit, pro mercede concubitus habuisse potestatem aperiendi clausa, & aperta claudendi, atque insuper virgam Ianalē, qua striges à foribus pellerētur.

PAVL. *Quid graue*] cui est alicui molestum: aut quid magni momenti est? *Si tu Romane & posteritas memor*) quæ memoria tenuisti beneficia à viro meo collata. *Dedisti titulum mensis vxori Herculis*) ornasti me honore mensis, quæ Herculi nupta sum. *Hac quoque terra*] hæc regio vbi Roma est. *Debet aliquid mihi nomine magni coniugis*] ob Herculis viri nostri beneficia huic regioni collata debet hæc mihi terra, ratione ipsius coniugis. *Ille*] Hercules. *Appulit captas boues*) quas B ex Hispania abduxerat. *Hic*] in hac terra. *Cacus*] qui eam latrociniis & cædibus assiduis vrgebat. *Malè defensus flammis*] quas euomebat: vt in primo diximus. *Atque arte paterna*] quoniam Vulcani scilicet. *Tinxit*] infecit *Sanguine*] suo. *Auentinam humum*] nam erat in spelunca montis Auentini, vbi ab Hercule interemptus est. *Ad prop vo.*) quasi, venio nunc ad ea quæ magis propria sunt, & nostri iuris. *Romulus digessit populum ab annis*) diuisit multitudinem ab ætate, inter seniores & iuniores. *Et distribuit in duas partes*] senatum & plebeios, seu senectutem & iuuentutem. *Hæc pars*] seniorum. *Paratior dare consilium*] propter prudentiam, quę in iuuene esse non potest, nam vt Aristot. in Ethicis ostendit, prudentiam efficit experientia rerum, experientiam temporis longitudo, quæ in iuuene non est: sic nec ipsa prudentia. C *Illa*) iuuentus. *Paratior pugnare*] propter vires & iuuenile robur. *Hæc ætas*] senilis. *Suadet bellum*] consilio & rationibus. *Illa*] iuuenilis. *Gerit bella*) re ipsa & propriis viribus. *Sic statuit*] Romulus ipse. *Et secreuit menses*] distribuit. *Eadem nota*] eodem titulo & appellatione. *Iunius est iuniorum*] nam à iunioribus Iunius dictus. *Qui fuit ante*) mensis qui antecessit. *Est seniorum*] nam à senioribus, hoc est à maioribus Maius denominatus. *Dixit*] Hebe. *Et essent in litem*] Iuno & filia contendissent de honore mēsis. *Studio certaminis*) contentionis. *Atque pietas*] filiæ in patrem, & amor matris in filiam. *Esset dissimulata*] occultata. *Ira*] quia contentione vtraque iam ira percita erat. *Venit Apollinea*) certantibus his de nomine mensis, venit Concordia, & aliam causam nominis attulit, à Concordia Romanorum & Sabinorum, mensem hunc Vnitum appellatum esse Iunium. *Venit concordia nexa longas comas*] habēs lōgos crines nexos, hoc est, coronatos. *Lauro Apollinea*] quæ Apollini sacra *Numen & opus ducis placidi*] benigni: quasi, quæ præcipuè à Tiberio colitur, & cui templum dedicauit, vt Tranquillus inquit, & nos retulimus in 1. lib. Ducē enim illū appellet. vt in primo, Auspiciis dua venerāde tuis. & in Tristibus, Ausoniúmque ducē. *Hæc*) cōcordia. G *Vt narrauit Tatiū & fortem Quirinum*] postquam exposuit bella Tatij, regia Sabinorum, in Romulum gesta, & inita postea fœdera. *Et bina regna*] Sabinū & Romanū. *Coisse in vnū*] collectū esse cū suis populis. Nam facta est vtrisque populis vrbs cōmunis, vt in tertio diximus. *Et soceros & generos*] Romanos & Sabinos. *Receptos lare cōmuni*) nā in communi vrbe. *Inquit*] illa vbi hæc dixit, ait. *His iunxit*) à coniunctione & vnione horum populorum.* quasi Iungius, à iunctis Sabinis Ro.* *Vnum habet nomen*) mēsis Vnius vocatus est. *Triplex causa dicta est*) elata est iam triplex origo mēsis, à Iunone, Hebe, Cōcordia. *At vos diuæ ignoscite*] date veniā, si nullā probauero sententiā. *Res nō est dirimēda meo arbitrio*] non est mei iudicij, dirimere vestrā contentionē. *Ite pares à me*) pari modo omnes laudatæ. *Pergama*] Troiana mœnia. *Periere iudice forma*) periit Troia ob iudicium Paridis, quia Venerē H formosiorē dixit, & illi pomū adiudicauit. Ero igitur cautus illius exēplo, quia non dicā alicuius vestrûm causam iustiorē. *Dua plus lædūt, quàm vna iuuat*) Veluti plus potuere Troianos lædere Iuno & Pallas, quā iuuare potuerit Venus. *Prima dies, tibi Carna*] Aggreditur nunc festorū rationē. & Cal. Iun. festū esse Carnæ deæ inquit. Sacrum enim illi in Cœlio mōte, Cal. Iunijs Iunius Brutus voti reus fecit. Sed de hac dea diximus paulò superiùs in principio hui⁹ libri, quę à Theod. referūtur. At poeta Carnā quasi cardinā dicit, quod cardinibus præsit: & fuisse nymphā quandā quæ Crane appellata sit, & Iano placuerit: & ab eo ius cardinum habuisse etiam: & aliud munus, vt noxas striges è foribus abigat. *O Carna prima dies mensis datur tibi*) nam in ea festum tuum celebratur, & tibi sacrificatur. *Hæc*) Carna. *Est dea Cardinis*) quòd præest cardinibus ianuarum. *Aperit suo numine clausa, & claudit* I *aperta*) quod quidem officium est Iani, vt in primo, Omnia sunt nostra clausa patentque manu. Sic & Carna facit, vt clausa pateant, & patentia claudantur. *Fama est obscurior anno*) quasi vetustate certior fama non habetur: nam est paulò occultior.

ANTON. *Vnde*) A quo. vt, Genus vnde Latinū. *Lucus Heler*- D *ni*) Sic dictum: vt, Hic tamen ille vrbem Pataui. Huic loco religionem adiungit more Vergilij. vt, Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt. *Cranen dixère priores*) Deest quam. vt, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. Est autem κάμμα, linea. Vnde illud subiicis: Nodosásque caua tendere valle plagas. [Cranen lege, à κραίνειν, E hoc est, perficiēdo. quòd vt perficeret segetes, & ab incantationibus seruaret salices, colebatur.] *Non habuit*) &c. videri poterat Diana, si pharetrā habuisset. *Dixisset amantia verba*] Deest Si: vt, In cœlum iusseris ibit. *Nullo est inuenienda loco*] Alludit ad tenuitatem lineæ, cuius nulla est latitudo atque profunditas. Plin. tenuem F funem lineam vocat. *Stulta videt*] Poëtæ verba ad nympham sperantem falli posse bicipitem deum.

Vnde datas habeat vires, obscurior æuo
Fama: sed è nostro carmine certus eris.
Adiacet antiquus Tiberino lucus †Helerni:
Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.
Inde sata est nymphe, Cranen dixère priores,
Nequicquam multis sæpe petita procis.
Rura sequi, iaculísque feras agitare solebat,
Nodosásque caua tendere valle plagas.
Non habuit pharetram, Phœbi tamen esse sororem
Credebant, nec erat Phœbe pudenda tibi.
Huic aliquis iuuenum dixisset amantia verba,
Reddebat tales protinus illa sonos:
Hæc loca lucis habent nimis, & cum luce pudoris,
Si secreta magis ducis in antra, sequar.
Credulus antè subit: frutices hæc nacta resistit:
Et latet, & nullo est inuenienda loco.
Viderat hanc Ianus, visaque cupidine captus,
Ad duram verbis mollibus vsus erat:
Nympha iubet quæri de more remotius antrum,
Vtque comes sequitur, destituítque ducem.
Stulta (videt Ianus quæ post sua terga gerantur)
Nil agis, & latebras respicit ille tuas.
Nil agis en, dixit: nam te sub rupe latentem,
Occupat amplexu, téque potitus, ait:
Ius pro concubitu nostro tibi Cardinis esto,
Hoc precium positæ virginitatis habe.

cum vocant, & loci Genium. inde & Lucus Helerni dicebatur. *Adiacet Tiberino*] fluuio: nā prope Tiberim est ipse lucus. *Pontifices nunc quoque*] etiam hoc tempore. *Ferunt sacra illuc*] ad eū lucum: nam eunt illuc sacrificatum. *Inde*] ab K Helerno. *Est sata nymphe*] nata Carna. *Priores*] antiqui, aut maiores nostri. *Dixere Cranem*] prius enim Crane, deinde Carna appellata. *Nequicquā*] frustra. *Sæpe petita multis procis*] cùm multi essent proci qui eam & optarent & peterent in coniugem, omnes repellebat. *Solebat illa sequi rura*] non enim vrbes incolebat, sed modò rura, modò mōtes & nemora L peterrabat. *Et agitare feras iaculis*] vt dea venatrix feras insequebatur. *Et solebat tendere plagas nodosas*] nodis contexta retia. Plaga enim & vulnus significat, & spacium immensum, & retia. Sed pro vulnere primam producit, in cæteris corripit. *Valle caua*] in cōcauitate vallium. *Nō habuit pharetram*, quemadmodū Diana. *Tamen credebant esse sororem Phœbi*] credebant Dianā esse. *Nec erat ò Phœbe pudēda tibi*] qualē nō potuisses erubescere.

PAVL. *Vnde*) à quo. *Habeat datas vires*) quis Carnę dederit vim vestēdi cardines, & claudēdi aperiendi. *Sed eris certus è nostro carmine*] ego te meis versibus certiorem reddam. *Lucus antiqui Helerni*] Helernū & lo-

A re ea sorore, tum præstantia formæ, tum etiam spectatis moribus. *Aliquis iuuenum dixisset amantia verba*) si quis iuuenis captus illius forma, amatoriis verbis eam esset aggressa. *Illa*) Crane. *Protinus*] statim. *Reddebat tales sonos*] ita respondebat. *Hæc loca lucem habent n.*) despiciebat amantes illa hoc dolo, annuebat votis, dummodo in loca secretiora duceretur. *Credulus*) amans antecedebat, illa inter frutices delitescebat. Cumque hoc pacto Ianum vellet deludere, non potuit: quoniam ille videt etiam quæ à tergo sunt. *Hæc loca*] vbi nunc sumus. *Habent nimiū lucis*] sunt nimis aperta, ita vt à multis videri possimus. & cùm lucem habent, etiam nimis pudoris: ergo pudor vetat hic coire. *Si duci in antra magis secreta*] quæ sint remotiora & occultiora. *Sequar*] te, si antè iueris. *Credulus*] amans. *Subit ante*] præcedit il-
B lam. *Hæc*] Crane. *Nacta*] inueniens frutices, resistit, & non sequitur. *Et latet*] inter fruteta. *Et nullo loco est inuenienda*] non poterat postea reperiri ab amante à luto. *Ianus viderat hanc*] Cranem. *Et captus cupidine visa*] amore ipsius nymphe quam viderat. *Erat visus verbis mollibus*] blando & dulci sermone. *Ad duram*) ad illam inexorabilem. *Nympha iubet quæri antrum remotius*] antra secretiora & occultiora.

De more) de consuetudine. nam vt aliis amantibus dicere solebat, ita & Iano dixit. *Vtque comes sequitur*) antecedentem Ianum sequebatur, veluti cum comitatura. *Et destituit ducem*] reliquit Ianum. volebat enim inter frutices delitesce. *Stulta*] tu quidem Crane putas me Ianum decipere. *Videt Ianus quæ geruntur*) sane. *Post sua terga*) quoniam biceps est, videt anteriora & posteriora vt in primo: Sitque quod à tergo, sitque quod antè, vides. *Nil agis*] hoc dolo. G
Ille] Ianus. *Respicit tuas latebras*) videt quo in loco delites. *En dixit, nil agis*) non me decipies. *Nam occupat te amplexu latentem sub rupe*) inuenit, & tenet te comprehensam in complexu, cùm sub rupe lateres. nam interdum occupare, est inuenire, tenere. Plaut. in Trinum. Familiam optimam occupauit. Virg. Occupat Æneas aditum custode sepulto. Marcus Tullius in Philippic. Agri Lucani possessiones occupauit. *Et potitus te, ait: Esto*) sit tibi. *Ius cardinis*] Et in primo, Et ius vertendi cardinis omne meum. Nunc illud ius Cranæ dat. *Pro nostro concubitu*) quia simul coiuimus, habeas id in mercedem violatæ pudicitiæ. *Habe hoc premium*) hoc præmium. *Pretia virginitatis*] quam ego violaui.

H

Sic fatus, virgam, qua tristes pellere posset*
A foribus noxas, hæc erat alba, dedit.
Sunt auidæ volucres, non quæ Phineia mensis
Guttura fraudabant, sed genus inde trahunt.
Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ:
Canicies pennis, unguibus hamus inest.
Nocte volant, puerósque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris,
Et plenum poto sanguine pectus habent.
Est illis strigibus nomen: sed nominis huius
Causa, quod horrenda stridere nocte solent.
Siue igitur nascuntur aues, seu carmine fiunt,
Næniáque in volucres falsa figurat anus,
In thalamos venere Procæ: Proca natus in illis,
Præda recens auium quinque diebus erat.
Pectoráque exorbent auidis infantia linguis:
Et puer infœlix vagit, opémque petit.
Territa voce sui nutrix accurrit alumni,
Et rigido sectas inuenit ungue genas.

ANTON. *Virgam*) Hæc virga Ianalis ex alba spina fuit, ad abigendas striges. *Sunt quidā volucres*) Plinius autor est, strigum esse in maledictis antiquis. Sed quæ sit a-
C uium, constare non arbitratur: & fabulosum esse putat, quod de strigibus dicitur, vbera eas infantium labris immulgere. *Non quæ Phineia*) &c. Harpyias dicit. Phineus enim rex Arcadiæ, cùm liberis suis nouercam Harpalyceem superinduxisset, & ea suadente filios excæcasset, ita numinum luminibus captus est. Cuius mensas cùm harpyię fœdarent, dicitur filiorum
D Boreæ beneficio liberatus, fugatis auibus vsque ad insulas Strophades, vt Seruius scribit. Alij tradunt Phineum dilexisse Ideam Dardani Scytharum regis filiam: cuius suasu cùm filios ex Cleopatra supplicio destinasset, Hercules cum Argonautis dicitur Phineum & eius socios obtruncasse. *Stantes oculi*] vel extantes, quos emissitios appellamus: vel immobiles, vel horrentes, vt, Canities inculta iacet, stant lumina flamma. *Nocte volant*) quia lux extantibus oculis nocet, vel certè ne videantur. *Lacten-*
E *tia viscera*] lactentium infantium viscera. *Seu carmine fiunt*] secundum eos, qui putant anus in striges vi carminum verti. *Nænia*] quia præficæ interdum queruntur infantes à strigibus interemptos, in quas falsò narrant anus esse conuersas. Est autem nænia carmen lugubre, quod mortuis dicebatur. Lege Acronem, Nonium, Festum, ac Porphyrionem. Id institutum dicitur à Simonide poëta lyrico. vnde Horat. in Carm. Næniam Cæam dicit, ab insula vbi Simonides natus est. Quare ait Catul. Mœstius lacrymis Simonideis. Est autem Cæa insula contra Atticam: nam Cos Asiæ contigua est, vt Cyprus & Rhodus. Nænia quoque deæ nomen est, cuius sacellum fuit extra portam Viminalem, vt autor est Festus. *Procæ*) regis Albanorum, qui Amulium & Numitorem filios habuit. Hunc infantem cùm striges vexarent, Ouid. fabulatur Carnæ auxilio liberatum.

PAVL. *Sic fatus*] Ianus. *Dedit illi spinam*] *Qua*] spina. *Posset pellere à foribus striges noxas*] dedit nymphæ spinam albam,
F qua freta illa repelleret è domibus striges perniciosas infantibus. *Hæc*) spina. *Erat alba*) Plura enim sunt spinarum genera, quæ à Plinio referuntur. Sed spinæ albæ semen contra scorpiones auxiliatur. Corona ex ea imposita, capitis dolorem minuit. *Sunt auidæ volucres*] Striges aues esse dicunt nocturnas, magno capite, rostro & unguibus aduncis, & quæ noctu infantium cunas adoriuntur, fe-

diruntque rostro corpusculum, & sanguinem hauriunt. Multi putant non aues, sed muliereculas esse, quæ veneficio quodam, cùm volunt, in striges vertunt, celerésque noctu quò libuerit, eunt, infantes iugulant, & sanguinem omnem ebibunt, ita vt illi exanimes reperiantur. Poëta inquit Procā Albanorum regem, Amulij & Numitoris parentem, cùm in I cunis infans esset, laceratum ab his strigibus à Crane tamen incolumem redditum, & ex ea domo penitus abactas striges. *Sunt volucres auidæ*] aues rabidæ. *Non quæ fraudabant guttura Phineia mensis*] non sunt harpyiæ, quæ rapiebant epulas è mensa Phinei, sic fraudabant illius guttura suis epulis. Phineus enim, vt Har-
K palyce coniugi morem gereret, filiis ex altera coniuge lumina abstulit: pro quo crimine & ipse à diis lumine captus est. Additæ & harpyiæ eius mensis, vt cibos raperent, & omnia fœdarent. Post longum tempus ab Argonautis ea peste liberatus est. Nota est fabula, de qua plura apud Valer. Flac. *Sed trahunt inde genus*] sed ab ipsis harpyis originem ducunt. *Grande caput*, est illis strigibus. *Stantes oculi*] quos non mouent, vt cætera animalia. *Rostra apta rapinæ*] habent rostra adunca, apta ad prædam diripiendam. *Canicies vestit pennas*] habent pennas canas. *Hamus inest unguibus*] habent vngues hamatos, aduncos. *Nocte volant*] non enim licet strigibus per diem volare, cùm lucem pati non possint. *Et petunt pueros nutricis egentes*] eunt ad infantes, vnde abest nutrix. *Et vitiant*] fœdant. *Corpora*] ipsorum infantum. *Rapta suis cunis*] quæ è cunis rapuerint. *Dicuntur*] ipsæ striges. *Carpere rostris vi-* L
scera lactentia] lacte plena, aut lac potantia. Lactere enim puerorum est, cùm lacte aluntur. *Et habent pectus plenum poto sanguine*) ex effossis visceribus puerorum sanguinem hauriunt, & eo replent pectora. *Est illis nomen strigibus*] vocantur striges. *Sed causa huius nominis*] ratio cur striges appellentur. *Quod solent stridere horrenda nocte*) à stridendo igitur, quòd noctu strident, striges dicuntur. *Siue igitur nascuntur aues*) quod à natura sint volucres. *Seu fiunt carmine*) incantatione & veneficio. *Nænia*) incantatio. *Figurat*) transmutat. *Anus in volucres*) in ipsas striges. *Falsa*) pro falsò: quia non verè transmutat, sed veneficio fit, vt vetulæ videantur striges: nam nō in totum transformantur: resumunt enim humanam formam, cùm volunt, & autem ad tempus sumunt. *Nænia*) vt Festus ostendit; est carmen quod in funere lau-

A dandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem significari putant. Quidam volunt næniam ideo dici, quòd voci similius querimonia flentium sit. Quidam aiunt næniæ ductum nomen ab extremi intestini vocabolo. Græci enim νεάτην extremum dicunt: siue quòd chordarum vltima νεάτη dicitur, extremam cantionis vocem næniam appellarunt. *Venere in thalamos Procæ*] siue sint aues, siue mulierculæ, quæ eam formam veneficio assumant. Venere in cubiculum regis Albani, vbi recumbebat infans regius. *Proca natus in illis quinque diebus*] quia nondum præterierat quintus dies, ea qua natus erat. *Erat præda recens auium*] nam à strigibus deuorabatur. *Et exorbent pectora infantia*] exhauriunt sanguinem pectoris infantis. *Lingua auidis*] sitientibus ipsum sanguinem. *Et puer infelix vagit*] vagire enim puerorum est. *Et petit opem*) ipso vagitu. *Nutrix territa voce sui alumni*] vagitu Procæ infantis quem alebat. *Occurrit*] vt opem puero ferat. *Et inuenit genas sectas*] genas lacerratas & depastas. *Rigido vngue*] duris strigum vnguibus.

ANTON. *Quid faceret*] qua ratione opem ferret infanti tam malè affecto. *Frondibus*) quæ B pallent, atque ad terram cadunt extremo autumno, vel noua hyeme, cùm omnis humor in arboribus æstatis calore inuenitur exhaustus. Vergil. Quàm multa in syluis autumni frigore primo Lapsa cadunt folia ad terras. *Limina fronde notat*) ramo arbuteo ter postes tangit, ter signat limina. *De porca bimestre*] C quia pro infante dabatur eius ætatis animal. Vnde autor subiungit, Pro paruo victima parua datur. *Pro fibris*) Fibras nonnulli esse eminentias iecoris tradunt: alij aliter. In iecore, quod caput extorum vocant, autore Plinio, magnæ varietatis est. Quidam venas & neruos, iecoris fibras vocant. *Prosecta*] exta quæ prosecantur. D Diximus enim, vt scribit Festus, exta dicta esse, quòd ea dijs prosecentur quæ maximè extant eminéntque. *Parua fenestra*) vt non solùm à limine, sed inde quoque abigerentur striges.

Quid faceret? color oris erat, qui frondibus olim
Esse solet seris, quas noua læsit hyems.
Peruenit ad Cranen, & rem docet: illa, timorem
Pone, tuus sospes, dixit, alumnus erit.
Venerat ad cunas, flebant matérque patérque,
Sistite vos lacrymas, ipsa medebor, ait.
Protinus arbutea postes ter in ordine tangit
Fronde, ter arbutea limina fronde notat.
Spargit aquis aditus, & aquæ medicamen habebant,
Extáque de porca cruda bimestre tenet.
Atque ita noctis aues extis puerilibus, inquit,
Parcite, pro paruo victima parua cadit.
Cor pro corde precor, pro fibris sumite fibras.
Hanc animam vobis pro meliore damus.
Sic vbi libauit, prosecta sub aëre ponit.
Quique adsunt sacris, respicere illa vetat.
Virgáque Ianalis de spina sumitur alba,
Qua lumen thalamis parua fenestra dabat.
Post illud nec aues cunas violasse feruntur,
Et redijt puero, qui fuit ante, color.
Pinguia cur illis gustentur larda calendis,
Mixtáque cum calido sit faba farre rogas?
Prisca dea est, alitúrque cibis, quibus ante solebat,
Nec petit ascitas luxuriosa dapes.
Piscis adhuc illis populis sine fraude natabat,
Ostreáque in conchis tuta fuere suis.

ne lustrat domum, vt abigat striges, primò tetigit ramo ea arbuto postes ianuæ. *Ter notat*] signat. *Limina fronde arbutea*] & limina & postes eo ramo signat. *Spargit aquis aditus*] ipsam ianuam seu ingressum. eo lustrationis genere vsus est, ne inde H redirent striges, & mali putant arbutum arborem eas non attingere, sic & eadem abigi. *Et tenet ea quæ habebant medicamen*] vbi erat vis medendi. Aut intelligas, spargit aquis ea quæ erant veneficio notata. *Et tenet exta cruda*] intestina. *De porca bimestre*] quæ erat duorum mensium. *Atque ita*] inquit, I *aues noctis*] ô striges, quæ noctu volatis. *Parcite extis puerilibus*] nolite attingere exta pueri Procæ. *Parua victima*] bimestris porca. *Cadit*] immolatur vobis. *Pro paruo*] infante. paruam vobis suillam pro paruo puero mactamus, Sumite vos precor cor pro corde: accipite pro corde pueri, cor porcæ lactentis. *Pro fibris*] pueri. *Fibras*] suillæ. *Nos damus*] offerimus vobis. *Hanc animam*] porcæ. *Pro meliore*) pro a K nima pueri. *Sic vbi libauit*) postquam sacrificium fecit. *Ponit prosecta*] ipsa exta quæ dijs prosecantur. *Sub aere*] sub dio. *Et vetat illa respicere qui adsunt sacris*) prohibet reflectere aciem illos qui sunt præsentes. *Et sumitur virga Ianalis de alba spina*] quam à Iano donó habuerat ad abigendas striges. *Qua parua fenestra dabat lumen thalamis*] non per ianuam sumpta est: ut ea alio lustrationis genere erat vsa, sed per fenestram, vt inde cubiculum quoque lustraret. *Post illud*] post illam lustrationem. *Nec feruntur aues*] non dicuntur striges. *Violasse cunas*] vexasse puerum in cunis. *Et redijt puero color qui fuit antè*] nam redditus est incolumis. *Pinguia cur illis*] Huic deæ, vt superius diximus, pulte fabacia & lardo sacrificatur, quòd vires his rebus maximè corporis corroborentur. Poeta aliam causam affert, quòd antiqua dea antiquis cibis contenta sit. *Rogas cur larda pinguia*] lardum suillum. *Gustentur illis*] Calend. i. die Iunij. *Et cur faba sit mixta cum calido farre*) nam datur fabacium cum farre mixtum. *Prisca dea est*) nympha antiqua: nam eo tempore quo non erat in terris Ianus. *Alitur cibis quibus solebat antè*) eo tempore quo non erat tanta ciborum luxuria, & tanta splenditas. *Nec luxuriosa petit dapes ascitas*) aliunde aduectas. *Adhuc*] vsque ad illa tempora. *Piscis natabat sine fraude*] illis nondum erat vsus edendorum piscium. sic nemo illis insidias struebat, nec hamo fallebat. *Et ostrea fuere tuta in conchis suis*] non enim erat ostreorum piscatio, quæ postea ab externis littoribus petebantur. & earum esum Seneca reprehendit

Cur illis gustentur larda calendis] Vult moris fuisse apud Romanos, vt in honorem Carnæ lardum, far, & faba Calend. Iunij gustarentur, quòd vetustissimam deam prisca frugalitate crederent delectari. Sed magis placet quod Macrobius scribit, rem diuinam eiusmodi cibis Carnæ deæ fieri consuetam, quòd his vires corporis maximè roborentur. *Ascitas dapes*] exquisitas. Ascimus enim propriè quæsita, & remota. Cicero de Oratore: E Quòd minimè politi miniméque elegantes sunt, asciuerant aptum suis auribus opimum quoddam, & quasi altile dictionis genus. Idem pro Archia: Vt hunc A. Licinium non modò non segregandum, cùm sit ciuis, à numero ciuium: verumetiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse.

PAVL. *Quid faceret*] misera nutrix quo pacto posset succurrere alumno? *Color oris*] puerilis. *Erat qui solet esse seris frondibus*) talis in vultu pueri color erat, qualis in frondibus in extremo autumno: seu in principio hyemis, cùm hyberno frigore aduruntur. *Quas frondes læsit noua hyems*] hybernum frigus in principio brumæ. *Seris*] quæ tardius ex arboribus decidunt. *Peruenit*] nutrix. *Ad Cranen*] & docet rem, Procam à strigibus laceratam. *Illa*] dixit. *Pone timorem*] ne timeas tuus F alumnus, puer quem educas. *Erit sospes*] erit saluus. *Venerat*] Crane. *Ad cunas*] vbi erat infans. *Flebat & mater & pater*] Auentinus cum coniuge, parentes Procæ. *Ait, Sistite lacrymas*] desinite lacrymari. *Ipsa medebor*] adhibebo medelam, & reddam eum incolumem. *Protinus tangit ter in ordine postes*] fronde arbutea. Crane

Nec Latium norat, quam prabet Ionia dives,
Nec qua Pygmao sanguine gaudet avis.
Et prater pennas nihil in pavone placebat,
Nec tellus captas miserat ante feras.
Sus erat in precio, casa sue festa colebant.
Terra fabas tantùm, duráque farra dabat.
Qua duo mista simul sextis quicunque Calendis
Ederit, huic ladi viscera posse negant.
Arce quoque ex summa Iunoni templa Moneta
Ex voto memorant facta Camille tuo.
Ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam
A Capitolino reppulit arma Iove.

Quam prabet Ionia dives] Attagenam significat, quæ & Attagen dicitur virili genere. Plin. Attagen maximè Ionius celebratur; vocalis aliàs: captus verò obmutescens, quondam existimatus inter raras aues. Iam & in Gallia Hispaniáque capiunt. Horat. Non Afra auis descendet in ventrem meum, non Attagen Ionicus. Alij attagenas dicunt, teste Porphyrione, fœminino genere. Martialis: Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum. A. Gel. commemorans nomina edulium, & domicilia ciborum, omnibus aliis præstantia quæ profunda ingluuies vestigauit, nominat non Ionicam, sed Phrygiam attagenam. *Qua Pygmao sanguine gaudet avis*) Periphrasis gruis, quam ferunt cum Pygmæis in certamen descendere. Iuuen. Ad subitas Thracum volucres, nubemque sonoram Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox impar hosti raptusque per aëra curuis Vnguibus à sæua fertur grue. Hæc auis habita est aliquando inter primas, autore Plin. licèt Cornel. Nepos qui obiit diui Augusti principatu, scripserit ciconias magis placere quàm grues. Sane Pygmæi, quos spithamæos vocant, incolunt Indiæ montana, nec excedunt statura duos pedes, & quadrantem, vt A. Gel. fert, siue tres spithamas, hoc est, tres dodrantes, vt Plin. scribit. Est enim spithame, vnius mensura dodrantalis quæ ter ducta, atque ad pedem relata, in duodecim particulas distributum, duos pedes conficit, & quadrantem. Pygmæos Homer. quoque prodidit à gruibus infestari, aduersus quas ea gens insidens arietum caprarúmque dorsis, ac sagittis armata, veris tempore vniuerso agmine ad mare descendit, & oua pullósque earum alitum consumit, conficitque eam expeditionem mensibus ternis. Tradiderunt quidam Pygmæos etiam fuisse ad Geraniam oppidum Thraciæ, alij ad Antiochiam, alij ante paludes, vnde Nilum oriri nonnulli putauerunt. Nos paulo procceriorem Pygmæis hac ætate in Vmbria vidimus hominem, cui Leonello nomen fuit, in quem lusimus olim his versibus: Deuissa nihil est ad talos veste femúrque. Subducta ad medium, quid Leonellus erit? Respondens nihilum. nihilum sed longius ipso Est nihil. at quid erit? nil Leonellus erit. *Prater pennas nihil in pavone placebat*) Pauonem Q. Hortensius primus augurali cœna dicitur posuisse: quem deinde multi secuti (vt scribit Var.) extulerunt pauonum precia, ita vt eorum oua quinis denariis venderentur, & ipsi quinquagenis. Itaque M. Lurco supra sexagena millia nummûm ex pauonum prouentu recipiebat. Laudatur maximè pauus è Samo, teste A. Gel. qui pro pauone pauum hanc alitem vocat. Notandum hoc loco cœnam Hortensij, cuius suprà meminimus, à Plinio quidem Adicialem vocari: vel, vt quibusdam placet, Adipalem: à Macrob. verò Auguralem, quem putamus non deprauatum locum referre Varr. nam qui Exitialem legunt, iure explodlantur. *Sus erat*] &c. Iuuenal. Sicci terga suis rara pendentia crate, Moris erat quondam festis seruare diebus. *Duraque farra*] E farre pultem conficiebant, qua diu Romani victitarunt. Eam Martial. è Clusino farre confectã docet relinquere dulcedinem quandam vasis, in quo decocta fuerit. vt: Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas, Vt lautus in vacuis dulcia musta bibas. *Sextis Cal.*) Nõ accipim⁹ Augusti Cal. quem Sextilem dixerunt: sed Iunij, qui à Ianuario sextus est. *Arce quoque*] &c. Nõ multo ante vrbem captam à Gallis, cũ terræmotus factus esset, ferunt extitisse vocem ab æde Iunonis ex arce, vt sue plena procuratio fieret. Vnde (vt autor Cic.) Iunonem Monetam appellatam dicunt. Huic data est ædes in Capitolio Cal. Iun. ex voto Furij Camilli, qui aduersus Gallos dimicans, cùm deorum quoque opem adhibendam existimaret, ædem Iunoni Monetæ vouit⁹ consecutúsque victoriam, dictatura se abdicauit. Itaque Senatus, vt inquit Liu. duumuiros ad eandem pro amplitudine pop. Rom. faciendam creari iussit. Locus in arce destinatus est, quæ area ædium M. Manlij Capitolini fuerat. Eadem ædes dedicata est anno postquam vota erat, C. Martio Rutilio, T. Manlio Torquato consulibus: prodigiúmque extemplò dedicationem secutum est, quòd & non interdiu visa intendi, & lapidibus pluit. Fuit & Romæ templum alterum Iunonis Monetæ in Auentino, vbi eius deæ simulacrum collocatum est, teste Valerio Maximo, quæ captis Veiis à Furio Camillo interrogata per iocum, an Romam migrare vellet: se velle, respondit. Superioris ædis meminit Solinus his verbis, vt diximus suprà. Tatius in arce, vbi nunc est ædes Iunonis Monetæ, septima & vigesima Olympiade hominem exuit. Item Plutarchus in Romulo, qui incoluisse Tatium, inquit, eam vrbis partem, vbi nunc Monetæ est templum, qua ex Palatio in Circum maximum itur, iuxta quem locum sunt quos pulchræ Monetæ gradus vocant. Hanc deam Lucanus Castrensem appellat. vt, Numina miscebat Castrensis flamina Monetæ. Aram Iunonis pellici tangere non licebat, cui pœna constituta est à Numa Pompilio hac lege, vt Festus refert: Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cæduo. *Ante domus Manli fuerat, qui Gallica*) &c. Manlius Capitolinus, quia obrepentes Gallos per ardua Capitolij depulit, patronus à ciuibus appellatus est, ac domum publicè in Capitolio accepit. Sed postea conuictus iniisse consilium de occupando regno, è saxo Tarpeio præcipitatus est, vt M. Varro scripsit. Nam Cornelius Nepos eum memoriæ verberibus necatum. Vnde postea Manlium patritiæ familiæ neminem vocari licuit, autore Festo. quamuis Plutarch. scribit, lege interdictum, ne vnquam ex ea familia Manlium dici.

Nec avis, quam prabet Ionia dives, norat Latium) quia nondum aduecti erant in Latium cygni ex Ionia Asiatica, quæ regio illis abundat, præsertim in ripis Mæandri fluminis, quod per eam regionem fluit. Inde in Heroid. Ad vada Mæandri concinit albus olor. *Nec avis, qua gaudet Pygmao sanguine*) nec nouerant Latini, grues, quibus est cũ Pygmæis bellum, qui (vt Plin. inquit) tenent montana Indiæ, vicina tamen Oceano, salubri cœlo, sempérque vernãti. Hi (vt Gel. inquit) qui lõgissimi sunt, nõ excedunt pedes duos & quadrantem. De his Iuuenal. Ad subitas Thracũ volucres nubemq. sonoram, Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox impar hosti, raptúsque per aëra curuis Vnguibus à sæua fertur grue. *Et nihil placebat in pavone, prater pennas*) admirabantur tantummodo pennas pauonum, eos autem comesse nondum didicerant. *Nec tellus miserat ante feras captas*] non erat vsus venationis, aut aucupij. Sic feræ non capiebãtur ad cibos splendidiores. *Sus erat in precio*] suẽ cæteris præferebant. *Colebant festa casa (sue)* quasi diebus festis dijs suem immolabant. *Terra dabat tantum fabas, & dura farra*) hi fructus è tellure percipiebantur. *Qua duo simul mixta*] pultem fabaceam & farra. *Quicunque ederit*] comederit. *Sextis cal.*] primo die sexti mensis, ipsis cal. Iun. *Negant huic posse ladi viscera*] non possunt corrumpi aliquo modo viscera edentis. immo his cibis corroboratur corpus. *Arce quoque in summa*] Calendis Iunijs ædem Iunoni Monetæ consecrarunt, in ea parte Capitolij, in qua fuerat domus Marci Manlij Capitolini: qui direpta penitus, & incensa vrbe à Gallis Senonibus, & arce Capitolina obsessa, cùm noctu arcem Galli ascenderent, clangore anseris expergefactus, primus Gallos aggressus est, & inde vi propria repulit. ob id Capitolinus appellatus. Sed post fusos à Camillo Gallos, in dissensionem cum Camillo venit, & obstrictos ære alieno liberabat, nexos exoluebat. Damnatúsque affectati regni crimine, in Capitolium deductus est & per petram depulsus, monumentũ gloriæ & supplicij loco reliquit. Romani vt Plutar. addit, diruta eius domo, ædem deæ, quam Monetam appellant, ibi dedicauerunt. Sed alij volunt, ædem hanc Camillum vouisse. Sed Monetam appellatam esse Cic. inquit, quòd post illam cladem maximam à Senonibus acceptã, audita vox ea arce Iunonis fuerit. Sed Maximus illam fuisse Iunonem Monetam ostẽdit, quæ captis Veiis, cùm eius simulacrum miles quidã interrogaret, an Romã adduci vellet, respõderit velle, & adductum, in Auentino collocatum. Verùm Liuius de voto

A Camilli, & Iunone Veientana ita ait: Tum dictator auspicatò egressus, cùm edixisset, vt arma milites caperent, Tuo ductu, inquit, Pythie Apollo, tuóque numine instinctus pergo ad delendam vrbem Veios, tibique hinc decimam partem prædæ voueo. Te simul regina Iuno, quæ nunc Veios colis, precor, vt nos victores in nostram tuamque mox futuram vrbem sequare, vbi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Et paulo pòst: Delecti ex omni exercitu iuuenes, purè lotis corporibus, candida veste, quibus deportanda Romam regina Iuno assignata erat, venerabundi templum inire, primò religiosè admouentes manus: quòd id signum more vetusto, nisi certæ gentis sacerdos attrectare non esset solitus. Deinde cùm quidam seu iuuenili ioco, Visne Romam ire, conclamauerunt, inde fabulæ adiectum est, vocem quoque dicentis velle, auditam. Motam certè sede sua parui molimenti, adminiculi sequentis modo accepimus leuem ac facilem translatam fuisse: integrámque in Auentinum, æternam sedem suam, quò vota Romani dictatoris vocauerant, perlatam: vbi templum ei postea idem qui vouerat, Camillus dedicauit. Hæc Liuius de illa Iunone. Sed Monetæ templum in Capitolio erat, vt diximus. *Memorant*] dicunt homines. *O Camille facta*) ædificata templa. *Iunonis Monetæ*] consecrata sub appellatione Iunonis G Monetæ. *Tuo voto*] ea eo quod tu voueras. *In summa arce*) in summo Capitolio. *Fuerat antè*] domus Manli, in eo loco erant ædes M. Manlij Capitolio. *Qui repulit arma à Ioue Capitolino*] repulit Gallos, cùm iam essent occupaturi arcem.

ANTON. *Vixit vt occide*) &c.

B Longitudo vitæ, quam stultitia optat humana, attulit Manlio & damnationē, & mortis crudelissimum genus. Hic vt Plin. scribit, ante annos 17. bina ceperat spolia, primúsque omnium eques coronam muralē acceperat, sex ciuicas, 17. dona, 23 cicatrices aduerso corpore acceperat, & P. Seruilium magistrum equitum seruauerat, ipse vulneratus humerum, ac C femur. fortunatus nimirum: nisi quod à Gallis seruauerat Capitolium, suo regno seruasset. *Lux eadem*] &c. Coluerunt Romani (vt autor est Seruius) Martem Quirinum intra vrbem, quasi custodem atque tranquillum. Item Gradiuum in Appia via, extra vrbem, quasi bellatorem: cuius meminit autor hoc loco, & Liuius in tertia Decad. his verbis:

Quàm bene, di magni, pugna cecidisset in illa
Defensor solij Iuppiter alte tui.
Vixit vt occideret damnatus crimine regni.
Hunc illi titulum longa senecta dabat.
Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extrà
Appositum tectæ porta Capena viæ.
Te quoque Tempestas meritam delubra fatemur,
Cùm penè est Corsis obruta classis aquis.
Hæc hominū monumenta patent: si quæritis astra,
Tunc oritur magni præpes adunca Iouis.
Postera lux Hyadas taurinæ cornua frontis
Euocat, & multa terra madescit aqua.
Manè vbi bis fuerit, Phœbúsque iterauerit ortus,
Factáque erit posito rore bis vda seges,
Hoc sacrata die Thusco Bellona duello
Dicitur, & Latio prospera semper adest.
Appius est autor, Pyrrho qui pace negata,
Multum animo vidit, lumine captus erat.
Prospicit à tergo summum breuis area Circum,
Est ibi non parua parua columna nota.

Sucularum. Legimus enim suprà, Pars Hyadum toto de grege nulla latet. &, Ora micant Tauri septem radiantia flammis. Tantùm igitur admonemur, quarto nonas Iunij non sperandam serenitatem, sed H pluuias expectandas, nō multo antè quàm sol in ortum feratur, exorientibus Suculis. Quod idem sensit & Columella, vt modò diximus. *Phœbúsque iterauerit ortus*) pridie nonas Iunij. Excluditur enim dies, qui est quarto nonas. *Hoc sacrata die Thusco Bellona duello Dicitur.* Ædes Bellonæ, quæ hoc tempore dedicata est, I non fuit extra vrbem, vt quidam falsò existimāt: ea videlicet, vbi Scipioni reuerso ex Hispania, pulsis Carthaginensibus, senatus datus est, autore Plutarcho: sed in vrbe, ac non longè à

D Per idem tempus Romæ signum Martis, via Appia, ad simulacra luporum sudasse. Huius dei templum fuit ad portam Capenam. Festus: Manalem vocabant lapidem, petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis. Liuius in prima Dec. Cùm omnes citra portam Capenam ad Martis ædem conuenire armatos iuniores iussisset. Idem in eadem: Semitámque saxo quadrato à Capena porta ad Martis ædem strauerunt. Idem in quarta: Viam silice sternendam à porta Capena ad Martis ædem locauerunt. Hinc (vt quidam volunt) Appiæ viæ initium fuit, quæ (vt inquit Strabo) strata est ea vrbe vsque Brundusium. Vnde ait Papinius: Appia longarum teritur regina viarum. Ea strata est ab Appio Cæco, ex quo Appiæ nomen accepit: cui prope portam Capenam via tecta, ab oppido tecto denominata iungebatur, quæ in Flaminiam quoque ducebat.

E Vnde illud est Martialis: Liugonus à tecta, Flaminiáque recens. Liuius in prima Decade, ædem Martis Gallico bello votam, dedicatam esse ait à T. Quinto duumuiro, sacris faciundis. *Tempestas*] Hæc dea Calendis Iunijs colebatur, quòd pepercisset classi Romanorum, quæ penè in eo fuit, vt apud Corsicam mergeretur. Vnde Romæ templum meruit, quod alij in primo bello Punico ei deæ constitutum putāt, alij in secundo, posteaquam sæua tempestas Claudij consulis classem in vastissimis locis adortadisiecit, quem inquit Liuius à Corsica in Sardiniam traiecisse. *Magni præpes adunca Iouis*) Aquila. Hanc totam in ortum ferri dicit noctis initio, de cuius rostri ortu suprà legimus, Grata Ioui fuluæ rostra videbis auis. Præpes autem vocatur, vel quòd sit boni augurij, vt Seruio videtur: vel quòd altius volet. Præpetes enim aues sunt, vt Priscianus docet, & ex Nigidij verbis Au-

F lus Gellius colligit, quæ sublimius volant: quibus contrariæ sunt aues inferæ. Licèt Festus præpetes dici putet, quæ se ante auspicantes ferunt: quòd maiores nostri præpetere dicerent, pro anteire. Columella Calendis Iunijs, & quarto nonas scribit Aquilam exoriri, ac ventosam tempestatem interdum esse cum pluuia. *Postera lux Hyadas taurinæ cornua frōtis Euocat*] Falluntur, qui hoc loco tradi putāt ortū heliacū

Circo maximo: vbi columella fuit, quæ Bellica dicebatur. Cui proximam ædem fuisse Bellonæ, Festus docet his verbis: Bellona dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columnella, quæ Bellica vocabatur: super quam hastam iaciebant, cùm bellum indicebatur. Huius ædis autor Appius Claudius fuit, cùm Hetruscos bello domuisset. Hic est, quem postea luminibus captum ferunt, cùm à Potitiis ad seruos sacra Herculis transtulisset, quique & cæcus & se- K nex dissuasit pacem cum Pyrrho faciendam. Plinius scribit alium Appium Claudium, qui primus clypeos in sacro vel publico dicari priuatim instituit, consúlque fuit anno vrbis ducentesimo quinquagesimonono, altera in æde Bellonæ posuisse maiores suos, cùm placeret in excelso spectari, ac titulos honorum legi. Sanè Bellona, teste Varrone, ab duello Duellona quoque dicebatur, quam quidam Martis sororem dicunt. *Pyrrho qui pace negata*] Bellum cum rege Pyrrho sumptum est post annum vrbis conditæ quadringentesimum ferè, ac septuagesimum, vt Aulus Gellius tradit. Hic, autore Donato, peritissimus stratagematon fuit: primúsque quemadmodum ars & disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit. Sed memoriæ proditum est, teste Plutarcho, egregium quidem in acquirendo imperio, in conseruando verò minimè aptum fuisse. Idem Tarentinis L aduersus Romanos auxilium tulit: quos cùm maximis cladibus affecisset, deserere Italiam coactus est. reuersúsque in Græciam, cùm Argos oppugnaret, ictu tegulæ periit. *Prospicit à tergo*] prospicit circum à tergo. Non autem est à tergo ædis Bellonæ, cùm scribat Festus (vt diximus) eam columnellam ante templum fuisse Bellonæ. *Non parua notæ*] maximæ notæ: quia bella indicat, cùm hasta inde mittitur.

PAVL. *O dei magni quàm bene cecidisset in illa pugna*] quàm gloriose mortuus esset tum, cùm Gallos repulit, cum illis pugnans. *O Iuppiter alte defensor solij tui*) qui defendit arcem & templum tuum, quanta tum occubuisset. *Vixit*] Manlius. *Vt occideretur*] vt interimeretur. *Damnatus crimine regni*] condemnatus quòd regnum affectasset.

A *Longa senecta*) quia iam erat senex. *Dabat illi bone et salutem,* hanc notam affectati regni. *Lux eadem Martis festa est*) Calendis etiam Iunijs festum est Martis, sacrificatúrque in eius templo ante portam Capenam. Sylla enim in ædilitate sua templum hoc Martis consecrauit extra muros, supra centum culumnas, dictúmque Martis Extramurani. *Eadem lux*) eadem dies calendarum. *Est festa Marti*) qua die illi sacrificia fiunt. *Quem*] Martem. *Appositum via tecta*) quia supra columnas ædificatum, & inde sub templo erat via. *Quem*] Martem: hoc est, quam ædem Martis. *Prospicit porta Capena*) de qua diximus superiore libro. *Extra*] nam extra portam est. *Te quoque Tempestas*] &c. Metellus, qui primus consors subegit, cùm in Corsicam & in Sardiniam proficisceretur, in mari tempestatem maximã passus est, & penè submersus. Seruatus è periculo, ædem deæ B Tempestatis creauit. *O Tempestas, nos fatemur te quoque meruisse delubra*] te etiam meruisse templa in vrbe nostra. *Tunc cùm Classis*] Rom. *Est penè obruta*] quasi immersa. *Aquis Corsis*) in mari prope Corsicam. *Hæc monumenta hominum patent*) manifesta sunt, quæ ab hominibus facta sunt. Monumentum, quod fit causa memoriæ conseruandæ. *Si quæremus astra*) quia quæ fiunt ab homine, scimus. Sed si cœlestia scire volumus. *Tunc*) eodem die calendarum *Oritur prepes adunca magni Iouis*] oritur Aquila. At in fine superioris libri diximus oriri. Sic accipias tunc incipere oriri, sed nunc totam apparere. *Prepes*] Præpetes aues, quæ volatu exhibent augurium. *Oscines*] quæ ore canunt. *Adunca*] ab aduncis vnguibus. *Postera lux Hyadas taurina cornua frontis Euocat*] Quarto nonas Iunias Hyades, de quibus C sæpe diximus, omnes apparent, & in eo ortu pluuias inducunt. *Verùm ad non enquis*] quia Taurus oritur, in cuius fronte diximus Hyadas esse figuratas. *Lux postera*] dies sequens. *Euocat*] ab ipso oriente *Hyadas*] per Appositionem. *Cornua taurinæ frontis* quoniam Taurus ab ortu surgit. *Et terra madescit*) fit humida. *Multa aqua*] ob pluuiam, quam Hyades inferunt. *Manè vbi bis fuerit, Phœbúsque iterauerit ortus*] Pridie nonas Iunij, hoc est tertio die mensis, festum est Bellonæ: quo die dedicatum est ei templũ, bello Hetrusco, in Circo maximo, autore Claudio, eo, qui cùm cæcus esset, & à multis publicis consilijs vacauisset, dũ de pace cum Pyrrho componenda ageretur in senatu, & an Pyrrhus in vrbem reciperetur, senatum adijt Appius Claudius, & sententia sua tenuit, vt id Pyrrho negaretur. Bellona autem dea, soror esse Martis dicitur. Aliqui Aurigam esse dicunt. Huic sacerdotes suo sanguine sacrificabant, hausto è venis brachiorum. Vnde Lucan. Tunc quos sectis Bellona G lacertis Sæua mouet, cecinere deos. Ante eius templum, vt etiam Pompeius meminit, columnella erat, quæ Bellica vocabatur: super quam hastam iaciebant, cùm bellum indicebatur. Et alij non super eam, sed ab ea iaci hastam afferunt. *Vbi*] postquam. *Fuerit bis manè*) bis illuxerit. *Et Phœbus iterauerit ortus*] erit in oriente sol. *Et seges bis erit facta vda rore posito*] vbi fruges & herbæ cœlesti rore bis erunt madefactæ. *Posito*) deposito in ipsis herbis rore. *Hac die dicitur sacrata Bellona Thusco duello*] hoc est, ædes Bellonæ bello Hetrusco consecrata fuit. *Et semper adest prospera Latio*) semper enim Romanis fauet. *Appius*] Claudius, qui bello Samnites, Sabinos, & Thuscos domuit, viam vsque Brundusium lapidibus strauit. Vnde illa via Appia dicitur. Aquam Anienis in vrbem induxit. *Est autor*] illius templi. *Qui multum vidit animo*] negata pace Pyrrho: quasi fuit ille magni consilij, & multa quidem animo prospiciebat, cùm esset H autor negandæ pacis Pyrrho regi Epirotarum: qui auxilio Tarentinis veniens in Italiam, Romanis bellum intulit, cùm prius Leuinũ consulem in prælio turbasset. à Fabricio postea superatus, Tarentum refugit. *Lumine erat cæcus*] nam captus oculis erat Appius. *Area breuis*) parua. *Prospicit summum Circum*] summam Circi partem. *A tergo*] à latere. Erat enim area iuncta Circo, ab altiore & extrema eius parte. *Ibi*] in ipsa area. *Est parua columna*] columnella. *Non parua nota*] sed magnæ: cùm sit magnorum bellorum signum.

ANTON. *Hasta*] signum belli. Vnde populum Rom. ferunt misisse ad Carthaginenses hastam & caduceum, hoc pacis, illam belli signum: vt D vtrum vellent, eligerent. Hinc est, quòd pater patratus, cùm decretum erat, vt bellum indiceretur, profectus ad hostiũ fines, & præfatus quædam solennia, hastã mittebat in hostium terrã. Item Romani fortes viros sæpe hasta donarunt, autore Festo. *Custode sub Hercule*] Multæ fuerunt ædes Herculis Romæ: quarum ea, cuius meminit autor hoc loco, con- E dita est ad Circum maximum, à L. Sylla, monitu carminis Sibyllini, & pridie nonas Iunij dedicata. Huic deo legimus eundem Syllam decimas obtulisse, vt Plutarc. testatur: quas plerique locupletes Herculi offerre consueuerunt, vt idem in Quæstionibus tradit. Vel quòd ille in Palatio boum, quas Geryoni abstulerat, decimam immolauit. vel quòd Romanos ab Hetruscis decimari solitos liberauit. vel quòd diuitias minuentes, eo pacto maximè coli Herculem existimabant: qui paucis contentus, côtinenter putabatur tenuitérque vixisse. Hinc est illud Plauti: Vt decimam partem Herculi polluceam. *Euboico carmine*] monitu carminis Sibyllini. Cumas enim vrbem Campaniæ, ad quam Sibylla Erythræa secundum Aristotelem venit, quam Itali Cumanam dixêre, Euboici condiderunt. Vnde ait Verg. in 6. Æneid. Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. *Mu-* F *neris*] consecrationis eius templi. *Sylla probauit opus*] Idem opipara populo dedit conuiuia: ad quæ venientes, dicebantur & polluctum Herculis conuenire. *Quærebam nonas*) &c. Sanctus Fidius Semipater nonis Iunijs colebatur, Sabinorum deus, re quidem vnus, sed diuersis nominibus appellatus: quem ferunt à Sabinis in Quirinalem collem fuisse translatum, vbi eius ædes fuit, ad quam Varro scribit collem fuisse Mu- I tialem. Per hunc deum iusiurandum quod fieret, magnam vim habere putabatur. Plaut. in Asin. Per deum Fidium quæris? iurato mihi video necesse esse eloqui quicquid roges. Sunt qui esse hunc Herculem Iouis filium arbitrantur. Vnde Medius fidius dicebant iurantes per Iouem, filiúmque Iouis Herculem, teste Seruio. quamuis quidam aliter quoque id aduerbium in- K terpretentur, autore Festo. Maiores nostri sæpe (vt Festus idem docet) pro l litera, d vtebantur. Itaque idem deus pro filio, Fidius dicebatur. Vocabatur autem Sanctus, quòd eum minimè corrumpi oporteret. Nouimus enim, sanctum significare aliquando incorruptum. Vnde sanctæ leges dictæ, vt Macrobio placet, quòd corrumpi non debeant. Vt autem Semipater vocaretur, hæc ratio afferri potest, quòd Hercules vnus deorum, quos Apuleius Medioximos vocat, studuit hominum commodis ac tutelæ, consueuitque (vt dictum est) etiam non rogatus laborantibus subuenire. Vel quod magis placet, L quia Hercules Sol est (vt quidam volunt) teste Macrobio: à quo & homine constat gigni hominem, vt Aristoteles scribit. *Cuicunque ex illis dederis, ego munus habebo*] Sensus est: Cuicunque è tribus nonas dederis, aetem diuinam feceris, ego munus accipiam. *Sic voluere Cures*] Alij legunt, Sic voluere patres. Est autem Cures oppidum Sabinorum. *Quirinali iugo*] In hunc montem commigrarunt Sabini à Curibus venientes, vnde Quirinalis dictus putatur. Lege Festum. *Filia*) Perilla huic nomen fuit. de qua ipse alibi: Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta, Sed non ex vno coniuge fecit auum. Docet autem, Iunium non aptum esse nuptijs, nisi cùm Vestæ purgamina post idus in Tiberim missa fuerint: de quibus autor dicturus est. Hæc est

Hinc solet hasta manu belli prænuncia mitti,
In regem & gentes cùm placet arma capi.
Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est,
Quod deus Euboico carmine munus habet.
Muneris est tempus, qui nonas lucifer ante est.
Si titulos quæris, Sylla probauit opus.
Quærebam, nonas Sancto Fidióne referrem,
An tibi Semipater. tunc mihi Sanctus ait:
Cuicunque ex illis dederis, ego munus habebo:
Nomina trina fero, sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,
Inque Quirinali constituere iugo.
Est mihi, sitque precor nostris diuturnior annis
Filia, qua fœlix sospite semper ero.

illa dies, quæ tu purgamina Vestæ Tibri per Hetruscas in mare mittis aquas. Id tempus his verbis notabatur in Fastis, autore Festo: Quando stercus delatum, fas. *Qua fælix sospite semper ero*] Contrà nonnulli sentiunt, dicentes, non habentem liberos, in infortunio esse fœlicem.

PAVL. *Hinc*) ex hac columnella. *Solet mitti hasta prænuncia belli*] torquetur hinc hasta, in belli gerendi signum. *Cùm placet capi arma*] quasi inferre bellum. *In regem & gentes*] siue in aliquem regem pugnandum sit, siue in gentes & nationes. *Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est*) Ex altera parte Circi erat templum Bellonæ, ex altera templum Herculis, quod consecratum est à senatu, monitu Sibyllinorum carminum, sub dictatore Sylla, qui dedicandum probauit. Celebraturque eius consecrationis festum pridie nonas Iunias. *Altera pars Circi*] quæ est opposita templo Bellonæ. *Est tuta sub Hercule custode*) quasi est sub tutela & custodia Herculis, qui illic habet templum. *Quod munus*) quam ædem. *Deus*] Hercules. *Habet Euboico carmine*] ex inspectione carminis Sibyllini. *Euboico*] Cumæo alias diximus. *Tempus muneris*] cõsecrationis tẽpli *Est quod inspicer est ante nonas*] eo die qui precedit nonas i. pridie nonas Iunias. *Si quæras titulos*] ipsius templi, quo titulo signetur. *Sylla probauit opus*] A senatu enim conditum, probatúmque à Sylla dictatore, qui (vt Plutarchus inquit) ex vniuersis fortunis Herculi decimam sacrificans, opipara populo fecit conuiuia. *Quærebam nonas Sancto Fidióne referrem, An tibi Semipater*] Nonis Iunijs colitur Trinomius deus, Sanctus, Fidius, Semipater. Putabat Poeta, ob trinomina, tres deos esse. Soluit dubium Sanctus, & vnum eundem esse monuit. Sanctus, vetus Sabinorum deus est. Varro autem sic loquit: Ælius Dium Fidium dicebat, Diouis filium: vt Græci Dioscuron Castorem. Et putabant hunc esse Sanctum ab Sabina lingua, & Herculem à Græca. *Quærebam*] an referrem nonas Sancto, an Fidio, an referrem tibi Semipater: inquirebam ego, cui ex his tribus referendus esset Nonarum dies, cùm tria esse numina putabantur. *Tunc Sanctus ait mihi, Cuicunque ex illis dederis*) cuicunque referes ipsum diem. *Ego habebo munus*] quasi mihi assignabis, & mihi sacrificabis. *Ego fero tria nomina*] sum trinomius. *Sic voluere Cures*] Sabini à Curibus, quæ erat vrbs opulentissima, vt aliàs diximus. *Veteres igitur Sabini donarunt hac æde*] consecrauere mihi Trinomio templum antiqui Sabini ab initio, cùm asciti sunt in communem ciuitatem *Et constituere in iugo*) hoc est, in monte Quirinali. Quirinalis collis (vt Pomp. an quia) dictus est, quia eo cum commigrarent Sabini, à Curibus venientes. quamuis alij à templo Quirini dictum patent. Et Var. Collis Quirinalis, Quirini fanum est, qui à Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerunt castra, quod vocabulum coniunctorum nomina obliterauit. Dictos enim colles plures, apparet ex Argeorum sacrificiis, &c. *Est mihi*] &c. Filiam habuit Ouid. Perillam nomine, cuius in Trist. meminit. Est etiam in illis libris epistola ad eam. Hanc cùm viro traditurus esset post nonas Iunias, & de congruo tempore sacerdotem consuluisset, accepit, eo tempore malum esse nubere, abstinendúmque à contrahendo coniugio vsque ad idus Iunias. Nam post absoluta sacra Vestę, purgationes, & quæ his diebus fiunt, nuptiæ, erũt feliciores. *Est mihi filia, & precor sit diuturnior nostris annis*] habeo ego filiam, & precor sit superstes vitæ meæ, & longiore tempore viuat. *Qua sospite semper ero fælix*] quæ filia dùm mihi salua & incolumis est, semper me ego fœlicem existimabo.

Hanc ego cùm vellem genero dare, tempora tædis
Apta requirebam, quæque cauenda forent.
Tunc mihi post sacras monstratur Iunius idus,
Vtilis & nuptis, vtilis esse viris.
Primáque pars huius thalamis aliena reperta est.
Nam mihi sit coniunx sancta Dialis ait:
Donec ab Iliaca placidus purgamina Vesta
Detulerit flauis in mare Tibris aquis:
Non mihi detonsum crinem depectere buxo,
Non vngues ferro subsecuisse licet.
Non tetigisse virum, quamuis Iouis ille sacerdos,
Quamuis perpetua sit mihi lege datus.
Tu quoque ne propera: melius tua filia nubet,
Ignea cùm pura veste nitebit humus.
Tertia post nonas remouere Lycaona Phœbe
Fertur, & à tergo non habet Vrsa metum.
Tunc ego me memini ludos in gramine campi
Aspicere, & dici lubrice Tibri tuos.

ANTON. *Sacras idus*) quia omnium mensium idus Ioui dicatæ sunt, vt diximus. quamuis idibus Iunij Ioui Inuicto datum, siue dicatum templũ est. *Primaque pars huius*] Iunij mensis, 13. dies. *Coniunx Dialis*] flaminica vxor flaminis Dialis. Hæc cùm iret ad Argeos, nec comebat caput, nec pectebat capillum. similiter & hoc mense, ante stercus delatum, Eidem à Calend. Iun. ante id tempus nec licebat secare vngues, nec virum tangere, hoc est flaminem Dialem: cuius vnguium & capilli segmina subter arborem filicam terra operiebantur. eiusdem capillum non tondebat, nisi qui liber homo esset, vt Au. Gel scribit. *Buxo detonso*) pectine buxeo. Pecten enim inde non fit, nisi tondeatur buxus, id est, ferro secetur. *Perpetua lege*) quia matrimonium flaminis Dialis nisi morte dirumpi ius non erat: qui si vxorem amisisset, flaminio decedebat. *Ignea humus*) ædes Vestæ, vbi ardet perpetuus ignis. *Pura veste*] quæ non habet maculam, non est obsita, non fulgurata, non funesta. Talia enim erant pura vestimenta, vt diximus, quæ sacerdotes ad sacrificium adhibebant. Seruius: Impolluta, inquit, & pura vestis dicitur, qua festis diebus vel consueuerant sacra celebraturi. Alij legunt, Ignea cùm pura Vesta nitebit humo. quod si est, puram humum accipe, delato stercore, & purgaminibus inde sublatis. quod magis placet. Festus: Quando stercus delatum, fas. eodem modo in Fastis notatur dies, quo stercus purgatur ab æde Vestæ. *Tertia post*] &c Septima idus Iunij Arctophylax occidit, sed non totus. Vnde autor peritè hoc loco non occidere inquit Bootem, sed vt occidat, dies. Is enim (vt dictum est) in occasu quatuor signorum zodiaci tempus absumit, Tauri, Geminorum, Cancri, ac Leonis. Vnde à poëtis piger dicitur. vt, Tardus in occasu sequitur sua plaustra Bootes. Accedit ad hoc, quòd eius manus, quam sinistram dicunt, re vera nunquam occidit, cùm ab arctico circulo includatur. Arctophylacem hic Ouid. Lycaonem vocat, ponens more poetarum primitiuum pro deriuatiuo. Vnde Lycaonidem accipe per Lycaona. Fuit enim Arcas Lycaonis nepos. nam Calysto Lycaonis filia est, Arcadis mater. Sunt qui genu nixum esse Lycaonem velint. Lege Hygin. Cæterùm is occidere hoc tempore vllo modo non potest. vnde Arctophylax necessariò accipiendus est, quod sequentia ostendunt. Nam cùm autor subijciat, *A tergo non habet Vrsa metum*] hoc dicit, Quamuis Arctophylax, id est, Vrsæ custos, occiderit, non tamen Vrsa sibi timet, custode sublato. *Ludos in gramine campi Aspicere*] Piscatorij ludi, vt autor est Festus, dicebantur, qui fiebant pro quæstu piscantium. Hi celebrantur hoc tempore in campo Martio, ad fluminis ripas: vt fauente Tiberino, fieret abunda piscatio. *Dici tuos*] Tiberinos: quòd ad Tiberim fierent.

PAVL. *Cùm ego vellem hanc dare genero*] cùm tradere eam vellem viro, qui esset mihi gener. *Requirebam quæ tempora essent apta tædis*] congrua facibus matrimonialibus, hoc est, ipsis nuptiis. *Et quæ forent cauenda*) quæ essent minus congrua, & sic euitanda. *Tunc monstratur*] cum ratione ostenditur. *Iunium post sacras idus & esse vtilem nuptis, & esse vtilem viris*] postquam transierint idus, vtile esse tempus vtrisque, & puellis & iuuenibus, ad coniugium. Sacras idus dixit: nam & omnes idus Ioui sacræ sunt, & idibus Iun. est festum Iouis Inuicti etiam & festa Mineruæ. *Primaque pars huius*] mensis Iunij. *Est reperta aliena thalamis*] non conueniens nuptiis. *Nam mihi sic ait sancta coniunx Dialis*] sic dixit vxor flaminis Dialis. *Non licet mihi depectere crinem*] quasi non possum ego sine piaculo pectere comas. *Buxo detonso*] pectine buxeo. Aliqui legũt, Crinem detonsum. Aliqui, Buxo detonso,

& ita dictum voluit, à similitudine palmæ remorum. Nam Pomp. inquit: Tonsa remus, quòd quasi tonderur ferro. Ennius: Pone petunt, exin referunt ad pectora tonsas Et Virg. Luctantur marmore tonsæ. *Non licet subsecuisse vngues ferro*] nec sine piaculo possum vngues resecare. *Non tetigisse virum*] nec licet tangere coniugem. *Quamuis sit ille Iouis sacerdos*] licèt sit flamen Dialis. *Quamuis sit datus mihi lege perpetua*] vt diuortium facere non possimus. Immò ea lex erat, vt non modò non fieri posset diuortium, sed extincta vxore, flamen Dialis abdicaret se sacerdotio. Illa igitur inquit, Hæc fieri non possunt. Donec placidus Tibris detulerit purgamina in mare ab Iliaca Vesta: vsque quo purgatum erit templum Vestæ Iliacæ, & omnia quæ sunt in eo, munda & nitida reddita, & sordes & ipsa purgamina iacta in Tibrim, ferenda in æquore. *Aquis flauis*) turbidis. nam illa turbulentia aquarum imitatur colorem flauum, Virg. Vorticibus rapidis, & multa flauus arena. Et Horat. Vidimus flauum Tiberim retortis Littore Hetrusco violenter vndis. Verùm templum Vestæ purgatur sexto idus Iunij.

Tu quoque ne propera] noli accelerare nuptias. *Tua filia melius nubet*] fœliciore omine tradetur viro. *Cum igneà humus*] terræ globus: aut effigies terræ, quæ in templo sustinet ignem Vestalem. *Nitebit pura Vestæ*] cùm erit iam purgata & nitida. *Tertia post nonas*] Septimo idus Iunias occidere videtur maior vrsa, de qua diximus in secundo libro. *Tertia Phœbe*] tertia luna, hoc est, tertia nox post nonas. *Fertur remouere Lycaona*] Calysto Lycaonis filiam, hoc est, ipsam vrsam: quia tunc occidit. *Et Vrsa non habet metum à tergo*] Respexit ad fabulam, cùm Arcas filius adultus matrem in vrsam mutatam insequeretur. Nunc cùm occidat, non timet insequentem filium. *Tunc ego*] &c. Eodem die fiebant ludi in campo Martio, qui Tibrales dicti sunt: nam ad honorem Tibridis. & festum à piscatoribus celebratur. *Tunc*] septimo idus. *Memini me aspicere ludos in gramine campi*] in gramineo campo Martio. *Et ò Tibri labense*] qui facillimè laberis. *Memini dici tuos ludos*] quòd ad honorem tuum fierent.

Festa dies illis, qui lina madentia ducunt,
Quique tegunt paruis æra recurua cibis.
Mens quoque numen habet, Menti delubra videmus
Vota metu belli perfide Pœne tui.
Pœne rebellabas, & letho consulis omnes
Attoniti Mauras pertimuere manus.
Spem metus abstulerat, cùm Menti vota senatus
Suscipit, & melior protinus illa venit.
Aspicit instantes mediis sex lucibus idus
Illa dies, qua sunt vota soluta deæ.
Vesta faue, tibi nunc operata resoluimus ora,
Ad tua si nobis sacra venire licet.

Qui lina madentia ducunt] Periphrasis piscatorum. *Mens quoque numen habet*] Huic deæ templum votum est in secundo bello Punico, ab Attilio prætore, C. Flaminio consule insidiis ab Hannibale circumuento, cæsóque ad lacum Thrasimenum, quo tempore Fabius Maximus dictator ędem vouit Veneri Erycinæ. Vnde postea idem Fabius, & Attilius Crassus duumuiri creati sunt ædibus dedicandis: quorum ille Veneri, hic Menti templum dedicauit. Ea Liuius 3. Decad lib. 3. in Capitolio fuisse testatur, canali vno decreta: quæ vota fuerunt iussis decemuiris adire libros Sibyllinos, qui retulerunt patribus, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti vouendas esse, & ludos magnos Ioui faciendos, & supplicationem lecti sterniumque habendum, ac ver sacrum vouendum, si res in eodem, quo ante bellum fuisset, statu permansisset. *Pœne rebellabant*] Sensus est: Audito interitu Flaminij, tantus timor inuaserat omnes, vt Pœni rebellarent à Rom imperio. *Letho consulis*] non Pauli Æmilij, sed Flaminij. Nondum enim interemptus fuerat Paulus ad Cannas, cùm Mentis ædes vota est. Lege Liuium. *Melior protinus illa venit*] quia diuinitus exorta est in Fabio Maximo mens atque consilium non pugnandi, vt frangeret Hannibalem mora, & cunctando vinceret. Est autem Venit, præsentia, non præteriti temporis, ne claudicet versus. *Mediis sex lucibus*] Septimo idus deæ Mentis ædes dicata est, ac vota soluta. *Vesta faue*] Sacra Vestæ vsque adeo vetusta sunt, vt ea non pauci scriptores tradiderint Æneam ex Troia in Italiam attulisse. Vnde ignem Vestæ legimus à poetis modò Troianum, modò Laomedonteum, modò Troicum appellatum. Silius: Et vos virginea lucentes semper in ara Laomedonteæ Troiana altaria flammæ. Papin. Pulchrius an tacita vigilet face Troicus ignis. Iuuenal. Vbi quanquam diruta seruat Ignem Troianum, & Vestam colit Alba minorem. Hanc deam Macrob. de numero penatum esse, aut certè comitem eorum refert: adeò vt consules, prætores, dictatoresque cùm magistratum adirent Lauinij, penatibus pariter & Vestę rem diuinam facerent. Itaque Virg. cùm ex persona Hectoris dixisset, Sacra suósque tibi commendat Troia penates: mox adiecit, Manib. vittas, Vestámque potentem, Æternúmque adytis effert penetralibus ignem. Eam nonnulli Cererem esse dixerunt. Alij deorum matrem, siue Terram: quę quòd variis vestita sit rebus, Vestę nomen accepit, vt Seruius tradit, vel q̃ vi sua stet à vi stādo, vesta vocatur. Alij Vestā ignē esse voluēt, qui à Gręcis ἑστία dicitur: vnde ipsa virgo putabatur. Nouimus n. elemētum ignis esse inuiolabile, nihilq; ex eo nasci. Quā ob causam virgines in eius tēplo ignē perpetuū obseruabāt, quas Numa Vestales nūcupauit, cui regi earū virginū sacerdotiū, & ignis perpetui cultus ascribitur, autore Plutarcho. licèt quidā à Romulo sacras virgines lectas, & ignis consecrationē dixerint cōstitutā. Quibus vt fidē nō adhibeamus, Liuius facit, qui legisse inquit Numam virgines Vestæ, sacerdotium Alba oriūdum.

à quo rege institutum est, ignem perpetua vigilia custodiri, ne corrumperetur, tanquam omnium principium esset: quippe qui est motio quædam, vel eam motione totius generatio: cùm alia calore vacantia, & cadaueribus similia, ignis virtutem tanquam animam capiant. Huius pura incorruptáque substantia ab inuiolatis atque integris (vt diximus) custodibus seruabatur in templo, quod idem Numa rotundum condidit ad Tiberim, nō longè à palatio, imitatus terræ figurā, vel totius mundi, cuius medium ignis sedes à Pythagoricis putabatur. Fuit autē ignis peruigil etiam in aliis templis, teste Seruio, æthercarum videlicet potestatum: vt in templo Iouis, qui est æther: & Mineruæ, quæ supra ætherem est. vnde de patris capite dicitur procreata. Seruauerunt etiam Græci nonnullis in locis perpetuum ignem: quem seruant non à virginibus, sed à mulieribus solutis coniugio solitum custodiri. vt Athenis, & apud Delphos: vbi si fortè ignis quandoque defecisset, nouum & peregrinum accensa à sole flamma, elici oportebat, vt scribit Plutar. in Numa. Itaque sunt, vt idem ait in Camillo, qui hunc regem ad imitationem Græcorum in æde rotunda, cuius modò meminimus, putent ignem perpetuū posuisse: qui si quando extinctus esset, virgines verberibus afficiebantur à pontifice: quibus mos erat, vt docet Festus, tabulam felicis materiæ tamdiu verberare, quousque exceptum ignem virgo in ædem ferret. Vesta omnibus sacrificiis inuocabatur, autore Seruio, sicut & Ianus: quia nullum sacrificium sine igne est. Eidem olim non nisi de Numico flauio hauriebant, in quo repertum est cadauer Æneæ. Vtebantúrque in eius sacris sale in pila tunso, & in ollam fictilē cōiecto, in furnóq; percocto. Faciebántq; interdū sacri genus, quod (vt inquit Festus) Casta mola dicebatur. In eiusdem deæ sacris, quia piaculū erat, si aqua hausta ad sacra in terra poneretur, vtebatur vase, quod à Seruio futis, à Donato futile appellatur. Id erat acuto fūdo, & ore patulo instabiliq;, ita vt stare non posset, sed positū statim effunderetur: deponebatúrque non nisi à ministro sacrorū, teste Donato. Sciendum, Vestæ sacra in eorū numero haberi, quæ à veteribus Municipalia dicebantur: sic enim vocari solita sunt (autore Festo) sacra, quæ ante vrbem cōditam colebantur. Idem etiā scribit, sex Vestę sacerdotes olim constitutos esse, vt populus pro sua quisque parte ministrā sacrorū haberet: quia ciuitas Rom. erat in sex partes distributa, in primos secundósque, Titienses, Ramnes, Luceres Dionys. vult Romulum in 30. curiis Vestā collocasse, vbi rem diuinam faciebant. Quod verū an sit, alij viderint. Idem scribit postea proprias curiarum Vestas nequaquam motas, sed communem omnium inter Palatium & Capitolium cōstitutam. *Operata resoluimus ora*] quæ sacra cecinerunt Est enim operari, sacra perficere Et cōstat maiores nostros operationes, sacrificia dixisse. *Ad tua si nobis sacra venire licet*) quia sacra Vestæ virginum sunt. *Est ei festa dies illis, qui ducunt lina madentia*] Per peri-

A siphunculis piscatores ostendit. Est festus dies piscatoribus, qui tradunt linea retia aquis madefacta *Et qui tegunt ara recurua* hamos curuatos. *Paruis cibis*) quibus pisces decipiunt. *Mens quoque numen*] &c. Eadem die festum est Mentis, cui consecrata sunt templa à senatu. Romani enim tot cladibus ab Hannibale acceptis ad Trebiam, ad Thrasymenum, ad Cannas, extincto Paulo Æmilio consule, vouerunt Menti templum, si dij bonam mentem: qua habita, & Hannibale victo, templum condiderunt. Lactantius, vbi meminit consecrationis Virtutis atque Honoris, subdit: Eadem vanitate Mentem quoque inter deos collocauit senatus: quam profectò si habuisset, eiusmodi sacra nunquam suscepisset. *Mens quoque habet numen*] quia consecrata, & inter deos collocata. *Videmus delubra vota Menti*] templa quæ vota B sunt, sunt illi dedicata. *Metu belli tui Pœne perfide*) ô Hannibal, qui nunquam seruabas fœdera, cùm tua bella timerent Romani, vouerunt ædem Menti. *Pœne rebellabas*] & etiam tu rebellis, & ad rebellandum cogebas alios populus. *Et omnes*] Romani. *Attoniti*] existeris. *Letho consulis*] morte Pauli Æmilij ad Cannas. *Peremunere manum Mau*-

rum] Speciem pro genere posuit: hoc est, vires Aphrorum. De Mauris dictum est superius, Libyæ populi, ad fretum columnarum. *Spem metus abstulerat*) nihil enim spei relictum erat, omnia metus occuparat. *Cùm senatus suscepit vota Menti*) nuncupauit ipse senatus vota, & aliorum quoque vota suscepit. *Et illa*) Mens. *Melior protinus venit*) per singulis votis, statim iniecit meliora consilia, & præfecere bello Scipionem adhuc adolescentem, qui semper fœlicissimè pugnauit. *Illa dies*) qua sunt soluta vota deæ, consecratum G templum, & peracta sacra Menti. *Aspicit idus instantes*] aspicit decimam diem idum. *Sex lucibus*) diebus medijs. sic indicat septimum diem iduum. *Vesta faue tibi nunc*) &c. Sexto idus est festum Vestæ, de qua multa dicenda sunt. Sed primum hoc inquit Poeta, se cùm in prece esset, sensisse numinis aduentum, non tamen vidisse Vestam: sed de quibus erat ambiguus, omnia sibi patuisse, nemine docente. *Faue*] ô Vesta, mihi tua mysteria relaturo. *Nos resoluimus tibi ora operata*) officiosa: nos de te agere ex officio incipiemus. *Si licet nobis venire ad tua sacra*) cùm non liceat nisi virginibus adeo inquit, Si licet nobis.

ANTON. *Purpurea luce*] nimbo diuino, ob numinis præsentiam. Purpurea dicit, quia Vesta ignis est. *Valeant mendacia vatum*) sic dictum, vt illud Terentij; Valeant, qui inter nos dissidium quærunt. *Dena quater*) &c. C Anno vrbis quadragesimo ædem Vestæ rotundam à Numa Pompilio Romæ conditam ferunt: quam Seruius docet fuisse Numæ regiam, quod non placet. Atrium enim Vestæ fuit Numæ regias quod constat quidem fuisse iuxta ædem Vestæ, sed remotum ab æde, vt idem Seruius tradit. Vnde ait Plutarchus: Numa regiam iuxta templum Vestæ condidit, vbi maiorem temporis D partem morabatur, aut sacris vacans, aut sacerdotes docens. Et Solinus: Numa, inquit, habitauit in colle primùm Quirinali, deinde propter ædem Vestæ in regia. Tacitus: Numæ regia, & delubrum Vestæ cum penatibus populi Romani exusta. Hinc Liuius tertiæ Decad. lib. 6. id atrium regium vocat, vt, Comprehensæ Latumiæ, forúmque piscatoriũ, & atrium regium, ædes Vestæ via defensa est. Non prætereundum hoc loco, quod Aulus Gellius scribit lib. 14. No-

In prece totus eram: cœlestia numina sensi,
Lætáque purpurea luce refulsit humus.
Non equidem vidi (valeant mendacia vatum)
Te dea, nec fueras aspicienda viro:
Sed quæ nescieram, quorúmque errore trahebar,
Cognita sunt nullo præcipiente mihi.
Dena quater memorant habuisse Palilia Romam,
Cùm flamma custos ade recepta dea est.
Regis opus placidi, quo non metuentius vllum
Numinis ingenium, terra Sabina tulit,
Quæ nunc ære nitent, stipula cùm tecta virebant,
Et paries lento vimine textus erat.
Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ,
Tunc erat intonsi regia magna Numæ.
Forma tamen templi, quæ nunc manet, antè fuisse
Dicitur, & formæ causa probanda subest.
Vesta eadem est & Terra, subest vigil ignis vtrique:
Significant sedem terra focúsque suam.
Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa,
Aëre subiecto iam graue pendet onus.
Arte Syracusia suspensus in aëre clauso
Stat globus, immensi parua figura poli.

Subest vigil ignis vtrique) ædes Vestæ ignem continet inextinctum, similiter & Terra. *Significant sedem terra focúsque* H *suam*) Sensus est: Terra, id est, Vesta, & focus ignem fouens, qui est in æde Vestæ, suam sedem ostendunt: quoniam vt elementum terræ ignem intra se continet, ita & ædes Vestæ focum atque ignem. Est & alter sensus, quòd ædes Vestæ sua forma vtriusque elementi, hoc est, terræ & ignis, sedem ostendit, quæ rotunda est. *Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa*) Terra suis fixa ponderibus est, vt Physici dicunt: quam Ægyptij significantes, bouis figuram ponebant, vt Macrob. tradit. Plinius aeris vt suspensam cum aquarum elemento librari terram docet, & leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent: contráque grauia, ne ruant, suspendi leuibus in sublime tendentibus, & pari in diuersa nisu vi sua quæque consistere. Terram ignem habere, dubium non est, autore Seruio, qui ait intelligi eam rem ex Ætna. vnde Ouidius etiam inquit in æde Vestæ perpetuum ignem. *Aere subiecto*) Quomodo subiecto, cùm terra elemento aquæ & aeris subijciatur? quia & apud antipodes aer est, quem vulgus subiectũ putat, & suppositum terræ. *Tam graue pendet onus*) In quo aliud est centrum magnitudinis, aliud grauitatis, à quibus inæquales sunt lineæ ad vniuersam terræ superficiem ductæ. Cùm tamen nonnulli velint, hemisphærium quod est à centro ad superficiem grauitatis, æquari pondere alteri hemisphærio, quod ab eodem centro grauitatis superficiẽ ponsit. Sanè res æquilibris, vt in Phædone Plato docet, in similis alicuius medio posita, nec magis, nec minus pot [illegible] partẽ aliquam inclinari. *Arte Syracusia*] Archimedes mathematicus excellens, cui geometricæ ac machinalis scientiæ grande testimonium M. Marcelli contigit, vt Plinius scribit, fabricauit sphærã sphæræ mundi simillimã, vbi (vt inquit Cicero) planetarum omnium motus non sine diuino ingenio imitatus est. Idem (vt Plutar. tradit) amicos ac necessarios orasse dicitur, vt post eius mortem, ambitã cylindro sphæram eius sepulchro imponerẽt, quod factũ est. Ita vt Cicero gloriatur, quæstorẽ se in Sicilia sepulchrũ Archimedis inuenisse, septũ vndiq; vepribus ac dumetis, & à Syracosanis ignoratũ, cùm animaduertissent colũnã, in qua inerat sphæræ figura & cylindri. Sphæram alij ferũt inuenisse Musæũ Eumolpi filiũ, teste Laertio. Alij Atlantẽ, vt Plinius refert. Sanè autor hoc loco rotundã terrã esse arguit autoritate Archimedis. Nolo. o. existimes, fuisse Romæ in æde Vestæ Archimedis sphæram,

tium Attic. ædem Vestæ templum non fuisse. Cuius rei E causam Seruius tradit, docens eam ædem ideo non fuisse augustam, id est, augurio consecratam, vt senatus eò non conueniret, vbi virgines erant: cui licebat ad atrium conuenire, quod erat augustum. Nouimus enim, senatusconsulta non nisi in loco per augures constituto, iusta fieri potuisse. Quam ob causam in curia Hostilia, Pompeia, & Iulia, cùm ea loca profana fuissent, templa dicuntur ab auguribus constituta. Sciendum, per quater dena Palilia significari annum vrbis quadragesimum, quam Palilibus conditam ferunt. *Metuentius numinis*) Metuens numen, cùm dicimus, participium vtimur: cùm numinis metuens, nomine.

Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ] Ouidius alibi: Hic locus est Vestæ, qui Pallada seruat, & ignem, Hic fuit antiqui regia parua Numæ. Horum versuum sensum nonnulli malè accipientes, existimarunt significari tantùm ædẽ Vestæ, cùm posteriore versu atrium demonstretur. *Forma* F *tamen templi, quæ nunc manet*) Ædes Vestæ ideo rotunda facta est, ad pilæ similitudinem, quòd eam deam crederent Terram esse, vt autor est Festus: quam primus Parmenides globosam dixit, ac rotundam, & in medio sitam: qui floruit Olympiade sexagesima nona. Anaximander verò cylindri forma terram esse tradidit, vt Eusebius refert. *Vesta eadem est & Terra*) Terra & Vesta vnum atque idem sunt.

A quod à nullo scriptore memoriæ proditum inuenies. quamuis Plinius scribat, ædem Vestæ Syracusana superficie regi placuisse. qui etiam inquit, Syracusana esse in Pantheo capita columnarum à M. Agrippa posita. *In aere clauso*] ambitu cœlestium circulorum: hoc est, quibus Archimedes cœlorum motus imitatus est.

PAVL. *Eram ego totus in prece*] contemplabar ego, & precabar numina. *Sensi*] quasi adesse cognoui *Numina cœlestia*] ipsam deam. *Et humus læta*] ob præsentiam numinis. *Refulsit luce purpurea*] splendore ignis. *Non equidem vidi te ô dea*] ego certè non te inspexi. *Valeant mendacia vatum*] quasi nolo esse mendax, vt multi poetæ solent. ego ingenuè fateor non vidisse te. *Sed sunt cognita mihi nullo præcipiente*] cognoui ego, cùm nemo esset qui daret præcepta,

B aut qui me doceret. *Quæ nesciebam*] quæ mihi erant occulta. *Et illa, quorum errore trahebar*] in quibus errabam, & de quibus eram dubius. *Dena quater*] &c. Quadragesimo vrbis anno à Numa Pompilio templum Vestæ Romæ conditum est, vt poëta inquit: multi tamen putant à Romulo prius erectum. de quo pluribus agit Dionysius. Et illud postea asseritur, communem templum Vestæ non constituisse Romulum, sed vnicuique triginta curiarum Vestam collocatam, vbi sacrificabant curiæ Sacrificulos earũ fecit curiarũ duces. Numa verò suscepto imperio, proprias curiarum Vestas nequaquam mouit: communem autem constituit omniũ in medio Capitolij & Palatij loco, comprehensis collibus iam vtrisque vnis mœnibus, custodiámque sacrorum ex lege patriæ Latinorum per virgines fieri instituit. Habet autem aliquid etiam custoditum ipsum in templo quid sit,

C & quam ob causam virginibus commissum. Quidam dicunt nihil esse, præter ignem illum manifestum. Custodiam autem eius virginibus potius, quàm viris attributam factũ ratione quadam probabili, quòd ignis quidem res est immaculata. Virginibus autem incorrupta & castimonia diuinorum putissimum mortalium amicum est. Vestæ autem apponi ignem existimant, quòd & tellus existens ea dea, & medium mundi locum obtinens, inflammationes caœlsi facit ex se ipsa. Sunt & qui dicant, etiam præter ignem arcana esse quædam in templo deæ sacra: quorum neque pontifices cognitionẽ habent, neque virgines coniecturam. Hæc ex Dionys. 2. lib. de Antiq. Ital. Nec dissentit Plutar. in Numa. Nunc quæ dea Vesta sit, agendam est. Saturnus cùm rex potentissimus esset, ad retinendam parentum memoriam, eorum nomina cœlo terræque indidit. Quare patrem dixit

D οὐρανὸν, quod cœlum Latinè indicat. Matrem verò γῆν, quæ significat terram. & Vesta interpretatur, eo quòd rebus omnibus vestiatur. Verùm & altera ab hac Vesta, Saturni ex Rhea filia fuit, cuius meminit Diod. & eam structuram domus inuenisse asserit. Sed hæc non ea de qua agimus. licèt Poeta etiam eius meminerit. Sed hæc hactenus. *Memorant*] referunt homines. *Romam habuisse dena quater Palilia*] quadraginta natales Nam in Palilibus cœpit ædificari, vt in quarto docuimus. Sic indicat quadragesimum annum *Cùm dea custos flammæ*) Vesta, apud quam æternus ignis seruatur. *Est recepta æde*) templo, quod omnibus curiis commune esset. *Regis opus placidi*) quasi templum illud à Numa rege benigno conditum fuit. *Quo*) Numa. *Terra Sabina*] nam Sabinus erat, & ex Sabinis ad imperium accersitus, vt in tertio diximus. *Non tulit*] non procreauit.

Vllum ingenium metuentius numinum) quòd magis timeret deũ, aut quod magis religiosum esset. *Quæ nunc ære nitent*) templa Vestæ, quæ nunc aurata sunt, & auro effulgent. *Tunc*) Numæ tempore. *Nitebant tecta stipula*] pro tegulis æreis, & deauratis, habebant stipulas, & his erant tecta, & his nitebant. *Et paries erat textus*) compositus. *Vimine lento*] flexibili. non enim erat marmoreus paries, sed vimineus. *Hic locus exiguus*) paruus. *Qui sustinet atria Vestæ*] vbi

G nunc est Vestæ atrium, siue area. *Tunc erat magna regia Numæ intonsi*] hoc erat ingens regis Numæ palatium. Ad indicandam illius moderationem, qui modico, & exigua domo, erat contentus *Forma tamen templi*) quæ manet nunc. *Dicitur fuisse antè*] à principio forma templi erat rotunda, vt nunc etiam est. *Et subest causa probanda formæ*] est probabilis ratio ipsius rotunditatis. *Vesta eadem est & Terra*] Hanc rationem affert formæ templi rotundæ, quòd Vesta terra sit. Et vt elementum terræ globatum est, & pro centro totius machinæ constitutum, quòd rotundum sit necesse est, & aëri vndique circumfusus, & supra aëra ignis quoque circumfunditur: ita in rotundo & cauo ad cœli similitudinem templo, medio loco terræ rotunda effigies pendet, superiúsque ignem habet inextinctum. Plutarchus verò de

H ipso igne in Camillo ita tradit: Virgines verò Vestales, rapto ex laribus igne, cum sacris fugerunt. Sed à quibusdam memoriæ traditum est, nihil præter æternum ignẽ esse seruatum. *A Numa enim rege*] tanquam omnium principium esset ignis, venerari institutum est. Nam nobilissimũ quoddam ignis existit in ipsa natura: & modo quodam est, vel est motione totius generatio. Alia verò materia, quæ calore vacat, ociosè ignauitéque iacens, & cadaueri similis, ignis virtutem tanquam animam cupit: & paulatim suscepto igne, ad agendum quid, vel patiendum vertitur. Numa Pompilius vir curiosus, ac sapientissimus, qui in colloquium cum Musis per sapientiam veniebat, ratione quadam philosophiæ motus, hunc seruari custodirique perpetua vigilia, ne corrumperetur, voluit: tanquam æterno virtutis quæ omnia seruaret, esset. Hæc ille. *Vesta eadem est, & Terra*] non sunt di-

I uersa, sed sunt idem. nam Terra Vesta dicitur, vt ostendimus. *Ignis vigil*] inextinctus. *Subest vtrique*] Vestæ & terræ. *Terra habet ignis elementum*) Vesta in templo habet ignem inextinctum. *Terra & focus significant sedem suam*] nam terra est in medio loco totius mundi, & focus ille est in medio templo. sic ostendunt suam sedem. Sed per ea quæ sequuntur, melius intelligetur. *Terra similis pilæ*] quæ globata & rotunda ad pilæ similitudinem. *Nixa*] firmata. *Nullo fulcimine*] nullo munimine: quia librata in aëre pendet. *Tam graue onus*] quàm grauis & ponderosa est terræ moles. *Pendet in aere subiecto*] supposito, & vndique circumfuso. *Globum*) per appositionem. *Parua figura immensi soli*] globata, & rotunda, atque exigua effigies magnæ telluris *Stat suspensus*] quasi firmus pendens *In aëre clauso*] in ipsa tẽpli concauitate. *Arte Syracusia*) geometria. Nam sicut terra

K in aere pendet, ita intra templum Vestæ globus ille, quò terra referebatur, pendere videbatur. Sed id geometrica arte Archimedis, qui Syracusis in ea floruit. Adde, vt suis machinis tantum oneris solus manu ageret, quantum multa hominũ millia vix mouere potuissẽt. de quo multa Plut. in Marcello ferũtur, & ob id arte Syracusia, poeta dixit. Hic etiã sphærã cõmẽt' dicitur, qua mũdi & elemẽtorũ rationẽ oculis subiecit.

Et quantum à summis, tantum secessit ab imis
Terra: quod vt fiat, forma rotunda facit.
Par facies templi, nullus procurrit in illo
Angulus, à pluuio vendicat imbre tholus.
Cur sit virginibus, quæris, dea culta ministris:

ANTO. E *Quod vt fiat*] &c. Si elemento terræ rotunditas desit, sine dubio æquè à cœlis vndique distare, non poterit. *Nullus procurrit*) &c. Quia si ædes esset non rotunda, sed alterius formæ, procurrere anguli possent, ac longius secedere à medio, quàm reliqua ædis latera. *Tholus*] Tholum Seruius esse docet veluti breue scutum, quod in medio tecto est, in quo trabes coeunt. Alij per tholum omnem ædificij testudinem accipiunt. *Cur sit virginibus*] &c. Virgines Vestæ non custodiebant tantùm perpetuum ignem, vt quidam putant: sed etiam sacrificabant, atque inter sacrificandum (vt inquit Fe-

F stus) suffibulum in capite habebant, hoc est, vestimentum album, prætextum, quadrangulum, & oblongum, quod fibula comprehendebatur. Ibántque certo die ad regem sacrorum, vt Seruius tradit: dicebántque, Vigilásne rex? vigila. Vnde illud est Virg. Vigilás ne deûm gens Ænea? vigila. Nihil his sanctius ac religiosius habebatur, auctore Plutarcho: quarum custos erat Pontifex max. vt idem scribit in

Numa: à quo ad id sacerdotium lectæ, ideo capi dicebantur, vt Aul. Gel. docet in primo Noctiũ Attic. quòd eius manus prehensæ ab his parentibus, in quorum potestate essent, veluti bello captæ abducebantur.

L Vnaquæque autem inter capiendum Amata vocabatur: quoniam quæ prima capta est, eo nomine fuisse traditur. quamuis scribat Plutar. quæ primùm à Numa captæ sunt, Geganiam & Bereniam appellatas. Seruius autor est, verbum capi, cùm de virginibus dicitur, vnum esse ex his, quæ nulla ratione mutantur sicut creari sacerdotes, & condi eos, qui sibi statuunt ciuitatem. Multa hoc loco non imprudens prætereo, quæ apud Aulum Gellium lector inueniet, & Plutarchus in Numa.

PAVL. *Et terra ipsa quantum discessit à summis*] à superiore parte cœli. *Tantum discessit ab imis*] ab inferiore parte. Par enim distantia est à terra ad superius cœlum, quæ est ad inferius. *Quod vt fiat*] vt vndique sit par distantia à,

A terra ad cœlum. *Facit forma rotunda*] ipsius terræ, & concauitatis cœli, quæ circulariter ambit terram. *Par facies templi*] nam itidem rotundam formam habet. *Nullus angulus procurrit in illo templo*] exterius rotundam habet formam, interius concauitatem quoque circularem. Sic nullum habet angulum: quod fieri non posset, si quadratum, aut triangulare, aut longum esset. *Tholus*] illud fastigium templi testudine. *Vindicat*] tuetur & liberat quæ intus sunt. *Ab imbre pluuio*] aquis pluuiis θόλος Græcè, testudo Latinè. *Cur sit virginibus, quæris, dea culta ministris*] Cur Vesta virgines ministras habeat, paulò antè ostendimus. Poëta Vestam fuisse castam, ideo eius curam dari castis virginibus. Aut quòd Vesta nihil aliud est, quàm flamma ignis: & quia incorrupta est, ideo ab incorruptis seruari. Et Plutarchus in Numa de hoc inquit: Siue vt puram & incorruptam ignis substan-
B tiam, inuiolatis item integrisque corporibus illis commendarent: siue quòd sterile & infœcundum esset, scitè virginitati adiungerent, &c. Idem agit de nominibus primarum virginum. Primùm igitur, inquit, Geganiam & Bereniam à Numa sacratas aiunt, deinde Camillam & Tarpeiam. Postea verò Seruio alias duas numero illi addente, id in hæc vsque tempora multitudinem obseruasse. His autem virginibus annorum triginta ab rege castitas præscripta est. ac primum quidem decennium quæ facienda sunt, discunt: secundum verò quæ didicere, faciunt: reliquum autem decennium a-
G lias docent. Tum demum volenti permittitur post id tempus & nubere, & ad illam vitam verti solutæ iam sacerdotio. Decuotúrque haud multo hanc licentiam libenter amplexæ, neque his quæ eam amplexæ fuerint, secundas res contigisse. & reliqua. *Quæris cur dea*] Vesta. *Sit culta à virginibus ministris*] cur virgines præsint administrationi sacrorum Vestalium.

ANTON. *Causas suas*] congruas, proprias. *Ex Ope Iunonem memorant*] &c. Rhea Cœli & Terræ filia secundum Hesiodum fuit. Eandem & Opem dicimus: ex qua & Saturno natæ sunt Iuno, Ceres, & Vesta. *Impatiens restitit vna viri*] Vesta nubere noluit, vnde ministris virginibus gaudet. *Iure igitur virgo est*] Si Vesta flamma est, quæ nihil
C gignit, virgo dicitur, & ministras virgines capit. *Remittit*] excludit, & partu editi fœtus è semine. *Comites virginitatis amat*] Numa virginibus Vestæ annorum triginta castitatem præscripsisse dicitur, quæ, primo decennio, facienda discebant: secundo, quæ didicissent, faciebant: tertio, alias edocebant: quo impleto, volentibus nubere permittebatur. Sed quæ
D nondum soluta sacerdotio virginitatem prodidisset, ad portam Collinam viua suffodiebatur, imposita prius feretro, & lata per forum magno silentio & horrore, vt Plutarchus tradit. Iuuenalis: Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos. Est autem Persicum, viuentes defodere, vt Herodotus scribit vnde Amestrim Xerxis vxorem ferunt quatuordecim illustrium Persarum liberos defodisse, cùm esset ætate prouecta, ad referendam pro se gratiam deo, qui sub terra esse putabatur. *Esse diu*) &c. Vesta nullum vnquam habuit simulacrum, vt ignis nullam certam effigiem habet. Atque (vt scribit Plutar.) ab vrbe condita ad annum eius 170. Romani templa sine vllis deorum imaginibus habuerunt, edocti à Numa, deum nihil aliud quàm mentem increatam & inui-
E sibilem esse. *Stat vi*] &c. Docet vnde Vesta nomen acceperit. & vel Vestam dictam esse, quòd terra, quæ Vesta est, vi sua stet: vel Græcum esse vocabulum, quoniam ab eo quod à Græcis ἑστία dicitur, Vesta deduci potest, subtracta i litera, & aspiratione conuersa in u consonantem. Vnde autor subiungit, *Pars Graij nominis*] Si enim Græco nomine integro vteremur, Estia diceretur, vel fortè Vestia. *At focus à flammis*) Focus, ara deorũ penatum est, teste Porphyrione: quorũ in numero Vestam esse Macrob. tradit, cuius virginale simulacrum ignis in foco statuitur, vt inquit Euseb. Quã ob causam Ouid docet hoc loco vnde focus dicatur, qui est sedes Vestæ. Hic à fouendo, id est, calefaciẽdo nominatus est, autore Festo, vt foculi, fomenta, focillationes. Est autem focus, vt inquit Seru. quicquid ignem fouet, siue ara sit, siue aliud quippiam. Focula verò dicta sunt nutrimenta, vt ait
F Nonius: vnde foculare dicitur vt fouere. *In primis ædibus*] In atrio erant olim culinæ, teste Seru. Vnde atrium dictum putant, quòd atrum esset ex fumo quamuis Varro, & Fest. aliter sentiant: quorum Fest. atrium esse inquit ædificij genus ante ædes, continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit: dictum quasi aterrium, quòd à terra oriatur: cùm Seruio placeat priorem partem domus atrium appellari, quam quidam arbitrati sunt etiam vestibulum dici, vt A. Gell. scribit, dictum, vt Seru.
H tradit, vel quòd ianuam vestiat: vel à Vesta, cui limen est consecratum: vel quòd ibi nemo stet, quia in limine solus est transitus: quomodo vesanus, non sanus dicitur. Cæterùm Cecilius Gallus, teste A. Gel. vestibulũ esse inquit non in ipsis ædibus, neque partem ædium: sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem à via aditus accessúsque ad ædes est, cùm dextra sinistráque
K inter ianuam tectáque, quæ sunt viæ iuncta, spacium relinquitur, atque ipsa ianua procul à via est area vacanti intersita. Et quoniam ve particula, vt Macrobius & A. Gellius tradunt, non solùm minutionem, sed etiam intensionem interdum significat: & qui dominum domus salutatum veniebant, priusquam admitterentur, in vestibulo consistebant: quibusdam placet à ve & stando, quòd ibi multum staretur, vestibulum appellatum. Nonius autor est, quoniam aræ ac foci in vestibulis olim haberi solerent, putasse nonnullos à Vesta vestibulum nominatum. Idem scribit coquinam à veteribus culinam dictam, quòd ibi ignem colerent. Cui Seruius astipulatur, docens maiores ad limina solitos & epulari, & deos colere. *Inde precamur*) cùm famur Vestam. Diximus suprà, Vestam solitam in omnibus sacrificiis inuocari, sicut inuocabatur Ianus.

> *Inueniam causas hac quoque parte suas.*
> *Ex Ope Iunonem memorant, Cererémque creatas*
> *Semine Saturni, tertia Vesta fuit.*
> *Vtraque nupserunt, ambæ peperisse feruntur:*
> *De tribus impatiens restitit vna viri.*
> *Quid mirum, virgo si virgine læta ministra*
> *Admittit castas in sua sacra manus?*
> *Nec tu aliud Vestam, quàm viuã intellige flãmam,*
> *Natáque de flamma corpora nulla vides.*
> *Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit,*
> *Nec capit, & comites virginitatis amat.*
> *Esse diu stultus Vestæ simulacra putaui,*
> *Mox didici curuo nulla subesse tholo.*
> *Ignis inextinctus templo celatur in illo,*
> *Effigiem nullam Vesta nec ignis habet.*
> *Stat vi terra sua. vi stando Vesta vocatur,*
> *Causáque par Graij nominis esse potest.*
> *At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus,*
> *Qui tamen in primis ædibus antè fuit.*
> *Hinc quoque vestibulum dici reor, vnde precamur*
> *Qua famur, Vesta est, quæ loca prima tenet.*

PAVL. *Inueniam causas suas hac quoque parte*] quasi huius etiam rei rationes afferam. *Memorant Iunonem & Cererem creatas semine Saturni ex Ope*] dicunt ex Rhea & Saturno natas esse filias plures, quarum prima Iuno fuerit, secunda Ceres. *Tertia Vesta fuit*] ex filiabus tertio loco nata est Vesta. *Vtraque nupserunt*] Iuno & Ceres. nam Iuno nupsit Ioui. Ceres etiam Ioui succubuit, sed nubere voluit Iasio, & ex eo peperisse fertur Plutum & Philomelum, cuius suprà meminimus. *Ambæ feruntur peperisse*) nam Iuno peperit Heben &
L Martem, Ceres Proserpinam. *Vna de tribus*) Vesta. *Fuit impatiens viri*] cùm virginitatem seruaret, viro nunquam succubuit. *Quid mirum si virgo*) Vesta. *Est læta ministra virgine*] gaudet sua sacra per virgines ministrari. *Admittit castas manus*] recipit virginum immaculatas manus. *In sua sacra*) ad ministerium suorum sacrorum. *Nec tu intellige aliud Vestam quàm viuam flammam*] non existimes aliud per Vestam intelligendum esse, quàm inextinctum illum ignem. Non enim aliud asseruatur, quàm inextincta flamma. *Et de flamma nulla corpora vides nata*) flamma nihil gignit, sic ex ea nulla nascuntur corpora. *Iure igitur virgo est*) meritò Vesta existimatur virgo, cùm ipsa flamma sit. *Quæ comites nulla semina*] quasi, quæ nec recipit semina, nec remittit corpora ex semine nata, vt in anima-

libus fit ad generationem per marem & fœmellam, cùm alter mittat, altera concipiat semen. hinc nulla est generatio. *Nec capit semina*) quia non concipit. *Et amat comites virginitatis*] virgines ministras. Attigit hunc locum Lactant. cùm refert Saturnum abscidisse patri genitalia, & inquit: Quod forsan verè accidit: sed homines respectu elementi, quod dicitur cœlum, totam fabulam explodunt, tanquam ineptissimè fictam: quam tamen Stoici, vt solent, ad rationē physicam conantur traducere: quorum sententiam Cicero de Nat. deor. disserens posuit. Cœlestem, inquit, altissimam, ætheream que naturam, id est, igneam, quæ per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ coniunctione alterius egeret ad procreandum: quæ ratio in Vestam potuit conuenire, si mas diceretur. Ideirco enim virginem putant Vestam, quia ignis inuiolabile sit elementum: nihilque nasci possit ex eo, quippe qui omnia quæ corripuerit absumat. deinde adducit hos quatuor versus. Volui hæc apponere, quia ad rem faciunt, quæ de igne & Vesta dicit. *Esse diu stultus*) putabam, inquit poeta, esse aliquam Vestæ effigiem. sed nihil est nisi perpetuus ignis, cuius non est vllum simulacrum, nec etiam Vestæ. Transit deinde ad originem verbi, vnde Vesta, & vnde focus dicatur. *Ego stultum*) imprudens. *Dum putarem esse Vestæ sim.*] quo in templo esset imago deæ. *Mox*] statim cùm ita esse putarem, aut cùm nunc animo voluerē. *Didici*) inspirante numine. *Nulla subesse curuo tholo simulacra*] nulla esse simulacra sub ipsa testudine templi: & tamē seruabantur in eo templo dij penates, de quibus diximus in primo: & Palladium, de quo postea dicemus. *Ignis inextinctus*) perpetuus, qui nunquam extinguebatur. *Celatur in illo templo*] seruatur intra templum: & vt Plutar. inquit in vita Numæ: Si fortè quandoque ignis deficiat, velut Athenis Aristone tyranno sacram lucernam extinctam aiunt: & apud Delphos, templo à Medis incenso: & Romæ tum Mithridatici, tum ciuilis belli temporibus, simul cum ara & ignis periit: dicunt nequaquam decere ex altero igne accipi, sed nouum & peregrinum elici oportere, accensa ex sole flamma pura, & immaculata. docet præterea quo pacto ex sole ignis accendatur. *Nullam effigiem Vesta, nec ignis habet*) nullum est Vestæ simulacrum, nec etiam ignis. *Terra stat vi sua*] sua mole librata, & sua vi immobilis existit. *Vesta vocatur ve stando*] quoniam, vt demōstrauimus, Vesta eadem est & terra: ea quia vi stat, Vesta dicitur. *Et pars Graij nominis potest esse causa nominis*] scilicet Latini: potest hoc Latinum nomen habere originem à Græco nomine: quoniam ἑστία, focus, & Vesta, & lar, & domus dicitur. & ἐσθὴς dicitur vestis. *Pars dixit*] quia non totum Græcum nomen accipimus, sed partem dicimus Vesta, & non Vestia. Et ἑστία aspiratur, cùm aspiratio vertitur in V nostrum: sicut ab Hespero, Vesper: & ab Henetis, Venetos dicimus. *At focus dictus à flamma*] & quòd omnia foueat à flamma, vel à fouendo focus denominatur: & hoc propter ignem Vestalem, cùm & globus ille pro figura terræ, & ignis in templo Vestæ sit. *Qui tamen*] focus. *Ante fuit in primis ædibus*] olim in prima ædium parte erat focus, quasi in ipsis vestibulis. *Hinc*] à Vesta. *Reor*) arbitror. *Dici vestibulum*] propterea quòd focus in vestibulo sit, existimo à Vesta vestibulum dici. Verùm, vt Gellius inquit, vestibulum putabant aliqui esse partem domus primorem, quam vulgo atrium vocant. Cæcilius in libro de Verborum significat. vestibulum, non ædium partem esse dixit, sed locum ante domus ianuam vacuum, per quem à via aditus accessúsque ad ædes est. Vnde Virgil. in sexto, Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci: non primorem ædium partem esse dicit, sed loca duo demonstrat extra Orcum, fores scilicet & fauces. Ex quibus Vestibulum appellat ante ipsam domum, & ante ipsa Orci penetralia. Fauces autem vocat iter angustum, per quod ad Vestibulum adiretur. Marcellus verò ita inquit: Vestibula quidam putant sub ea proprietate distincta, quòd in primis ingressibus, & in spacijs domorum, Vestæ, hoc est, aræ ac foci soleant haberi: sed sic intelligi debent non abhorreant vocabuli proprio. Inuenitur etiam apud veteres doctos vestibula ob eam significantiam dicta, quòd in his locis ad salutandos dominos domorum, quicunque venissent, stare solerent, cùm introeundi daretur copia. Atque ob hanc constitutionem, & quasi stabulationem, primos ingressus domorum vestibula nominatos. Cicero in Oratore: Vestibula nimirum aditúsque ad causam faciunt. *Inde*) ex vestibulo. *Precamur quæ famur*] precando deos alloquimur. vt apud Vergilium, Affatúrque deos, & sanctum sidus adorat.

Vesta est quæ tenet prima loca] ipsa vestibula: quoniam, vt diximus, ibi aræ & foci soleant haberi.

ANTON. *Scamnis considere longis*] Vergil. Perpetuis soliti patres considere mēsis, hoc est, longis & ad ordinem sedentium exæquatis. Maiores nostri cùm duobus tantùm cibis vterentur, vt Seruius scribit, in atrijs sedentes epulabantur. quem morem Varro docuit Romanos à Laconibus & Cretensibus habuisse. Sedebant & flamines sacra facientes ad mensas, quæ assidelæ dicebantur, vt autor est Festus:

Ante focos olim scamnis considere longis
Mos erat, & mensæ credere adesse deos.
Nunc quoque cùm fiunt antiquæ sacra Vacunæ,
Ante Vacunales stántque sedéntque focos.
Venit in hos annos aliquo de more vetustas,
Fert missos Vestæ pura patella cibos.
Ecce coronatis panis dependet asellis,
Et velant scabras florida serta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni,
Et Fornacalis sunt sua sacra deæ:

secundum quem & Anclabris dicebatur mensa ministerijs apta diuinis: & Anclabria, eius vasa: quod anclare, haurire sit, vt, Florem anclabant Liberi ex carchesijs. quemadmodū & curiales mensæ vocabantur, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curitis est appellata. Sedebant & qui epulabantur in sacris Herculis, vt Macrob. docet. *Mensæ credere adesse deos*] Veteres deos quoque ad cœnam interdum inuitabant. Valer. Max. Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant: quæ consuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. Nam in Iouis epulo ipse in lectulo, Iuno & Minerua in sellas ad cœnam inuitabantur. Sanè vt Macrob refert in Papiriano iure euidenter relatum est mensas dicatas ararum vicem præstare posse, qualis mensa fuit in templo Iunonis Populoniæ. Itaque Festus, Mensæ, inquit, in ædibus sacris ararum vicem obtinebant. Plutarchus autem in Quæstionibus scribit nullam mensam consueuisse vacuam tolli, sed omnino cùm aliquid etiam superesset, quòd mensa sacra sit: nihilque sacrum relinqui inane & vacuum oportere. Quod autem hîc Ouid. inquit mensæ credere adesse deos, ideo dicitur, quia foci sunt Vestæ sedes. & ignis Vesta est. *Antiquæ sacra Vacunæ*] Vacunam deam Sabini sub incerta specie formatam coluerunt, teste Porphyrione. quam quidam Bellonam esse putauerunt, alij Mineruam, alij Dianam, alij Venerem, alij Cererem, alij vacationis deam: de qua inquit Horatius: Hæc ego dictabam post tempus putre Vacunæ. Varr. in primo Rerum diuinarum, vt Acron tradit, Vacunam esse victoriam memoriæ prodidit, quòd ea maximè gaudeant qui sapientiæ vacent: vel, vt quibusdam placuit, quia victoria fauente à curis vacamus. *Venit in hos annos*] in hanc ætatem, in hæc tempora. *Vetustas*] Mos & ritus veterum, qui in patella cibos Vestæ mittere consueuerunt. quod etiam temporibus Ouidij faciebant. *Pura patella*] Patella diminutiuum est à Patina: vt ab asina, asella: à gemina, gemella. Est autem vas picatum ac paruum, teste Festo, aptúmque sacrificijs faciendis. *Ecce coronatis panis dependet asellis*) In honorem Vestæ focorum dominæ, asini hoc tempore molas vertere consueti, coronati floribus, & è pane velut monilia quædam gerentes ad focos ducebantur, & pistores eò veniebant, atque in super molæ sertis & floribus ornabantur. Consueuit & panibus redimiri caput equi, quem Idibus Octobris in campo Martio immolabant ob frugum euentum, vbi equus potius quàm bos cædebatur, autore Festo: quoniam bos aptus est frugibus pariendis. Coronabantur autem asini Vestalibus, quia Vesta (vt diximus) est focorum domina, vbi olim panes cineri suppositi coquebantur, cùm in furnis tantùm farra torrerent, vt in Fornacalibus dictum est.

PAVL. *Erat olim mos*] consuetudo. *Considere*] simul omnes de domo sedere. *Ante focos*] qui in vestibulo erant. *Longis scamnis cōsidere, & credere, adesse deos mēsæ*) propterea quod ante aras & focos considerent, putabant dum accumberent, adesse numina. *Nunc quoque*] etiam hoc tempore seruatur illa vetus consuetudo, vt ante focos sedeant in Va-

A in Vacunalibus. *Cùm fiunt sacra antiqua Vacunæ*] cùm deæ vacationis festum celebratur, & sacrificia fiunt. Vacuna enim à vacando dicta, quæ præest vacantibus & ociosis: cui cùm agricolæ à laboribus rureis cessarent, & post perceptos fructus requiescerent per hyemem, vota soluebant & sacrificabant. *Stant & sedent ante Vacunales focos*] consistunt ante aram & focos in Vacunalibus, cùm immensis appositis dapibus epulantur. De Vacuna ea retulimus, quæ ex multorum sententiis inferebantur. Verùm in eo versu Epistolarum Horatij, Hæc ego dictabam post fanum putre Vacunæ: Porphyrio, inquit, Vacunam apud Sabinos plurimum coli: quosdam Mineruam, alios Dianam putauisse. nonnullos & Cererem dixisse. sed Varronem in primo Diuinarum, Victoriam dicere: & ea maximè hos gaudere, qui sapientia vincunt. *Vetustas*) ritus & consuetudo. *Venit in hos*

B *annos*] peruenit in nostra tempora. *Aliquid de more*) ex aliqua consuetudine: quoniam vt antiqui solebant, ita nunc in Vacunalibus sedetur, & in Vestalibus: quemadmodum à priscis factitatum, cibi mittuntur. ideo inquit. *Patella pura*] purgata & nitida. Aut pura, quia purarum virginum ad vsum. *Fert cibos missos*) qui mittuntur à piis ciuibus. *Vestæ*] ipsi numini libantibus. Quod quidem indicant illi duo Varronis in Manio versus. Quocirca oportet bonum ciuem legibus parère, & deos colere, in patellam dare. Iunxit enim illud deos colere, & in patellam dare: pro cibis & munusculis, quæ dijs libanda mittuntur. Verùm Eumenidibus inquit, patella esurienti prouocat posita Neapolitanas piscinas. Et libris de Lingua Latina ait patinas à patulo dixerunt, vt pusillas: quòd his libarent cœnam, patellas. *Ecce coronatis*] In his Vestalibus ex antiqua consuetudine à pi-

C storibus asini pane coronabantur. Causa est, quòd pistor

& focum & Vestam obseruat, ex antiquo etiam more, cùm panis decoqui soleret in focis, antequam pani esset furnorum vsus. Plutarchus verò ostendit in Cõsualibus equos & asinos coronari solitos, & vacare à labore: siue quòd Neptuno equestri diem festum agant, & asinus propter equum pari fruitur licentia: siue quod instituta nauigatione, cùm multa nauibus veherentur, ocium quoddam, ac remissio quies iumentis data est. *Ecce panis dependet asellis*] eò aselli coronati ferunt panem dependentem, aut potius habent ca- G put panibus redimitum, quemadmodum Idib. Octob. in campo Martio, cùm sacrificium fiebat ob frugum euentum, & equus potius quàm bos immolabatur, quod hic bos frugibus pariendis est aptus: panibus redimibant caput equi immolati: ita nunc panibus redimibant caput asini, ab officio molæ vacantis. *Et serta florida*] ex floribus. *Velant*] tegunt seu coronant. *Molas scabras*) asperas: nam & molæ quoque ipsę vacantes floribus. & accipias molas ex lapide ad terendum triticum in farinam: nam aliàs mola in sacris ex farre & sale mollito. *Coloni*) agricolæ. *Prius torrebant*] desiccabant, seu decoquebant. *Sola farra furnis*) non enim panis in furno torrebatur, sed far. vnde vt in secundo libro diximus, & alio quoque loco attigimus, H Numa instituit, vt autor est Hemina, far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset: id vno modo consecuturum statuendo, non esse purum ad rem diuinam, nisi tostum. Is & Fornacalia instituit, farris torrendis ferias. *Et Fornacalis dea fumi sua sacra*) nam in Fornacalibus à Numa institutis, deæ Fornaci conuenientia sacra fiebant: de quo etiam in secundo dictum. Facta dea est Fornax, læti fornace coloni Orant vt fruges temperet illa suas.

ANTON. *Suppositum cineri*] vt Vestę beneficio coqueretur. vt, Dúmq; suas peragit Vulcanus Vestáque partes. *Inde focum pistor seruat*) Pilumnus & Picumnus fratres fuerunt, ne dij, præsides auspicijs coniugalibus deputati, teste Nonio. quorum Pilumnus pinsendi frumẽti vsum inuenit, autore Seruio. Vnde à pistoribus colebatur, qui à pinsendo D farre nomen acceperunt, cùm olim tantùm farinã facerent. Ipsi enim Quirites & mulieres (vt inquit Plinius) panem faciebant. sed postea receptum est, vt pistores etiam panem coquerent. Quare ait Plautus in Asinaria, cùm à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio. Et Festus, Coquum, inquit, & pistorem apud antiquos eũdem fuisse accepimus. inde vsurpatum est, vt

Suppositum cineri panem focus ipse parabat,
Stratáque erat tepido tegula quassa solo.
Inde focum seruat pistor, dominámque focorum,
Et quæ pumiceas versat asella molas.
Prætereà referámne tuum rubicunde Priape
Dedecus? est multi fabula plena ioci.
Turrigeram frontem Cybele redimita corona,
Conuocat æternos ad sua festa deos.
Conuocat & Satyros, & rustica numina Nymphas,
Silenus, quamuis nemo vocarat, adest.
Nec licet, & longum est, epulas narrare deorum,
In multo nox est peruigilata mero.
Hi temerè errabant, in opacæ vallibus Idæ
Pars iacet, & molli gramine membra leuant.
Hi ludunt, hos somnus habet, pars brachia nectit,
Pars viridem celeri ter pede pulsat humum.
Vesta iacet, placidámque capit secura quietem,
Sicut erat positum cespite fulta caput.
At ruber hortorum custos, Nympháśque, deásque
Captat, & errantes fértque refértque pedes.

sit illius. Certúmque sit Ateij Capitonis sententia, tostum panẽ lautioribus coquere solitos: pistorésque tantùm eos qui far pinsebant, nominatos, &c. *Et tegula quassa*) concussa. *Erat* I *strata tepido foco*) hoc est, focus ipse erat stratus tegulis & lateribus, & in his coquebatur panis. *Inde*) ex eo quòd in foco panis coquebatur. *Pistor seruat focum & dominam focorum*) obseruat Vestæ numina: nam focum Vestalem, & Vestã ipsam, quæ focis præest. *Et asella*) etiam obseruat hæc numina: quia habet à versanda mola vacationem in Vestalibus. *Quæ* K *versat*) frequenter vertit. *Molas pumiceas*] & pumiceas. Verùm non è pumice fiunt molæ, sed ea lapide scabro & aspero instar pumicis. *Prætereà referámne tuum*] Fa-

B hoc tempore ad focos venirent. Eos constat nõ fuisse Romæ ad Persicum vsque bellum annis ab vrbe condita super quingentos octoginta. Veteri autẽ more vxoribus nec molere, nec coquere permittebatur, autore Plutarcho. Post filias enim Sabinis raptas, facta pace & societate inita, in fœdere exceptũ est, vxorẽ viro Romano nec molere, nec coquinariam facere. *Pumiceas molas*) scabras & similes pumici. *Conuocat deos*] quorum ipsa mater est. *Silenus*] Malè à quibusdam Sylenus per y scribitur. *Vallibus Idæ*) quia ibi mater deorum colitur. Est autem hæc Ida Phrygiæ. *Brachia nectunt*) vt saltent vel luctentur. *Vesta iacet*) Physicè iacentem Vestam inducit, quia nullum elementum est inferius terra. *Captat*] oculis capit, vt eligat pulchriorem.

PAVL. *Ipse focus parabat panem cineri suppositum*) non enim in F furno sed in foco, & sub cinere panis coquebatur: quoniam, vt inquit Plinius, pistores Romæ non fuere ad Persicum vsque bellum, annis ab vrbe condita super quingẽtos octoginta. Ipsi panem faciebant Quirites: mulierúmque id opus maximè erat: sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptos etiam Plautus appellat in fabula quam aululariam inscripsit, magna concertatione eruditorum, an versus poetæ

bellam refert, vnde mos coronandorum in Vestalibus asinorum originem habuerit nam cùm Cybele ad conuiuium deos conuocasset, & post epulas alij lusibus, alij quieti sese dedissent, Priapus dormientem Vestam adortus est: legissétque fructus ex arbore femorali, nisi rudens Sileni asinus illam excitasset. Qua quidem causa Lampsaceni asinum Priapo mactant. Verùm in primo libro ostendimus tribus causis asinum Priapo mactari. In Vestalibus verò ob meri- L tum excitatæ deæ pane coronatur. *Prætereà ô Priape rubicunde referamne tuum dedecus*] debeóne retinere turpitudinem tuam? *Fabula est plena multi ioci*) Quasi dicat, referenda est: quia iocosa fabula relata, pariet voluptatem. *Cybele*) mater deorum, à Cybelo monte Phrygiæ: de qua, & de mysterijs eius, diximus in quarto. *Redimita frontẽ corona turrigera*] hoc est, habens in capite coronam turritam, propterea quòd primis turres vrbibus ipsa dedit. *Conuocat ad sua festa*] ad Cybeleia, quæ in Phrygiæ montibus celebrantur. *Deos æternos*] immortales. *Conuocat & Satyros*] qui Bacchum comitabantur: de quibus diximus in primo. *Et nymphas*] numina rustica: deas præsides ruris, agrorum, fontium, montium, nemorum. *Silenus*] Bacchi nutricius

A de qua etiam in 1. & 3. dictum. *Adest quamuis nemo vocarat*] venit ille ad conuiuiũ, etiam cùm nemo vocasset. *Nec licet numerare epulas deorum, & longum est*] non est fas referre arcanas deorum epulas: etiamsi liceret, longum est connumerare. *Nox est peruigilata in multo mero*] in multa compotatione. protraxere enim symposium in multam noctem. *Hi*] aliqui ex illis dijs. *Errabant temerè*] imprudenter & sine vllo delectu. *In vallibus Idæ*] Phrygiæ. *Opacæ*] nemorosæ & vmbrosæ. *Pars iacet*] recumbit. *Et leuat membra molli gramine*] allenat membrorum laborem captans in molli gramine quietem. *Hi ludunt*] exercent se varijs ludis. *Hos somnus habet*] hi dormiunt. *Pars brachia nectit*] alij simul alligant brachia, vt palæstra certent, aut vt choreas agitent. *Et ter pulsat viridem humum pede celeri*] saltat velocibus pedibus in choreis. Aut potius accipias, pro his qui saltatione contendunt, cùm ter cum vno pede saltent. & hinc, *Pulsat*] percutit humum ter pede celeri. *Vesta iacet*] requiescit. *Et secura*] seorsum ab omni insidiarum cura. *Capit placidam quietem*] leues somnos. *Sicut erat fulta caput*] ita vt tunc erat habens caput fultum, munitum. *Positum cespite*] in humo herbosa. ita enim muniuerat caput, eo cespite innixa. *At custos hortorum*] Priapus. *Rubes*] à rubro inguine. *Captat*] G oculis scilicet. *Et nymphas, & deas*] & rustica numina, & deas cœlestes. *Et fert & refert pedes errantes*] errabat hâc atque illac, parans requiescentibus nymphis insidias.

Aspicit & Vestam, dubium, Nymphámne putarit,
An scierit Vestam. scisse sed ipse negat.
Spem capit obscœnam, furtímque accedere tentat,
Et fert suspensos corde micante gradus.
Fortè senex, quo vectus erat Silenus asellum
Liquerat ad ripas lenè sonantis aquæ.
Ibat vt inciperet longi deus Hellesponti,
Intempestiuo cùm rudit ille sono.
Territa voce grani surgit dea, conuolat omnis
Turba, per infestas effugit ille manus.
Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo,
† Apta asini flammis indicis exta damus.
Quem tu diua memor de pane monilibus ornas,
Cessat opus, vacua conticuere molæ.
*Nomine quàm precio celebratior * ante Tonantis,*
** Discant pistoris quid velit ara Iouis.*
Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis,
Fecerat obsidio iam diuturna famem.
Iuppiter ad solium superis regale vocatis,
Incipe, ait Marti, protinus ille refert.

ANTON. *Nymphámne putarit*] B quia Vesta montanum numen, sed nympha non est. *Longi deus Hellesponti*] Priapus: cuius patria est Lampsacus ad Hellespontum sita, contrarias inter se vrbes habentem in Europa Callipolim & Seston, in Asia Lampsacum & Abydon.

Indicis exta] asini qui dei horrorum detexit, & indicauit insidias. C *Vacua molæ*] quæ Vestalibus frumenta non terunt. *Discant pistoris quid velit ara Iouis*] ne quid prætereatur ad Vestam pertingens, cuius focos diximus suprà seruari hoc tẽpore à pistoribus. Docet cur Iuppiter pistor aram habuerit in monte Tarpeio. cuius constituendæ hanc causam ferũt: D Gallis vrbe capta, cùm solam potiendi Capitolij spem in fame obsessorum reponerent, Romanis ea arce Iouis monitu panes iaculantibus, ad fiduciæ speciem spectaculo stupefacti, ad omittendæ obsidionis fœdera descenderunt, existimantes Romanis multam frumenti copiam superesse. Vnde postea repulsis Gallis Ioui pistori ara in Capitolio constituta est. Lege Liuium, qui scribit iactum esse panem in hostium stationes, quamuis aræ non meminerit. Ea nomine quàm precio celebratior dicitur: quia magnum est quidem aræ nomen: ipsa verò non magna, & non multo impendio constituta. *Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis*] Nota est historia. Lege Liuium primæ decadis libro quinto. *Incipe, ait Marti*] quia hic deus pater est Romuli, angebatúrque vrbis excidio, & eum Iupiter nouerat sollicitum esse periculis obsessorum.

PAVL. *Aspicit & Vestam*] seorsum ab alijs recumbentem. E *Dubium*] est. *Ne, an putarit nympham*] an putauerit illam esse ex nympharum numero. *An scierit Vestam*] esse, hoc erat in dubio, an illam cognouerit, an crediderit esse semideam. Semidei autem in terris sunt, dij in cœlo. de quibus in Metam. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina, nymphæ, Faunique & Satyri, & monticolæ Syluani: Quos quoniam cœli nondum dignamur honore, Quas dedimus terras illos habitare sinamus. *Scisse sed ipse negat*] Priapus negat se sciuisse Vestam esse. *Spem capit obscœnam*] concipit Priapus spem turpem: nam turpe erat sperare, expugnare virginis pudicitiam. *Et tentat accedere*) ad illam. *Furtim*] occultè, ne ab alijs videretur. *Et fert gradus suspensos*) passus dubios: aut quia erectus in digitos incedebat, vt de eodem in primo libro, Vestigia furtim Suspenso digitis fert taciturna gradu. *Corde micante*) tremente.

F *Fortè senex Silenus*] Bacchi nutricius. *Liquerat asellum quo vectus erat*] asinum in quo insidens illuc se contulerat. *Ad ripas aquæ lene sonantis*) obstrepentis: liquerat enim illum in ripa herbida depascentem.

Deus longi Hellesponti) Priapus numen Lampsacenorum, qui sunt in Hellesponto. *Ibat vt inciperet*] vt negotium aggrederetur. *Cùm ille*] asellus Sileni. *Rudit*] rudere enim asinorũ est. *Sono intempestiuo*] non in tempore edito. *Dea*] Vesta. *Territa voce graui*] exterrita asini clamore. *Surgit*] ex humo herbida. *Omnis turba conuolat*] illuc ad Vestam, & in Priapum irruebant. *Ille effugit per infestas manus*] H eripuit se fuga ab illis, cùm vellent eum pro sceleratis ausis plectere. *Lampsacum*] Priapi patria in Hellesponto. *Est solita mactare*] immolare. *Priapo hoc animal*] asinum: sed triplici, vt in primo diximus, ratione: tum quia ille asinus, cui Liber vocem humanam dederat, ausus est de membri magnitudine cum Priapo contendere, I tum quòd Lotida dormientem excitauit rudens, tum etiam quòd Vestam exciuerit. *Damus flammis*] adurimus Priapo sacrificantes. *Exta*] intestina. *Asini indicis*] qui rudens illius insidias indicarit. *Apta*] conuenientia flammis: quia non fit visceratio de asino mactato. *Quem*] asinum. *Tu diua*] Vesta. *Memor*] meriti illius, qui te excitauit. *Ornas monilibus de pane*] redimis collum illius panibus pro monili pendentibus. *Cessat opus*] hoc est, in festis tuis habet ille vacationem ab opere. *Molæ vacuæ*] quæ fruges non terunt. *Conticuere*] quia eo die & ipsæ habent vacationem. *Nomine quàm precio*] quia omnia mysteria Vestæ relaturus K est, & in his pistorum munus inseruit: agit de ará Iouis pistoris & qua ratione fuerit dedicata, Poëta causam ad numina refert. Consultantibus enim dijs de Romanorum salute, cùm à Gallis Senonibus in arce obsiderentur, & vrgente iam fame cogerentur in deditionẽ venire: id Ioui visum est, inspirare mẽtibus Romanorũ: terræ quicquid frugis haberent & decoctum panem in hostes iacere: quo facto, cecidit spes à Gallis Romanos fame vinci posse. Postea Gallis fusis à Camillo foeto. ob id muneris ara Ioui pistori in Capitolio constituta est. Aræ Liuius non meminit. sed de fame & iacto pane ita inquit: Induciæ deinde cũ Romanis factæ, & colloquia permissu imperatorum habita, in quibus cũ identidem Galli famẽ obijcerẽt, eáq; necessitate ad deditionẽ vocarent: dicitur auertendæ eius suspicionis causa, multis locis panis de Capitolio iactus esse in hostium stationes. *Discant*] L posteri scilicet. *Quod velit ara Iouis pistoris*] quasi, qua ratione cõstituta fuerit ara Ioui cũ pistoris cognomine. Aliqui legunt: Dicam quid velit ara. & nihil refert, quouis modo dicas. *Arce Tonantis*] in arce Capitolina. *Celebratior nomine quàm precio*] quæ quidem ara clarior est nomine, quàm sit ipsa re: quia cùm vulgatissima sit, non tamen est magnæ existimationis. *Capitolia cincta*] obsessa. *Gallis trucibus*] à crudelibus Senonibus Gallis. *Premebãtur*] vrgebantur iã ad deditionẽ. *Iam diuturna*] longa. *Obsidio fecerat famem*] redegerat eos ad eam penuriã, vt fame premerentur. Galli enim Senones dulcedine vini in Italiã allecti, plura loca occuparunt, & oppida constituerunt. Deinde cùm Clusiũ obsiderẽt, & legati à senatu missi, ad componendã inter eos & Clusinos pacẽ

pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum stetissent: hoc facto eorum concitati Senones, vrbem infesto exercitu petierunt: fusisque ad Alliam flumen Romanis, cepere vrbem, præter Capitolium, in quod se iuuenes contulerant. maiores natu cum insignibus honorum, quos quisque gesserat, in vestibulis ædium sedentes, occiderant. Et cùm auersam partem Capitolij, iam in summum euasissent, proditi clangore anserum, M. Manlij præcipuè opera deiecti sunt. Coactis deinde propter famem Romanis despondere, vt mille pondo auri darent, Furius Camillus dictator absens creatus, inter pendendum aurum, cum exercitu venit, & Gallos post sextum mensem vrbe expulit, cecidítque. Hoc ex historia habetur. *Iuppiter vocatis superis ad regale solium*] cùm vocasset ad concilium deos, & ante eius solium omnes constitissent. *Ait Mars: incipe*], quasi aggrediare causam. *Ille*] Mars. *Protinus refert*) continuò respondet.

Scilicet ignotum est quæ sit fortuna malorum?
Et dolor hic animi voce querentis eget?
Si tamen, vt referam breuiter mala iuncta pudori,
Exigis, Alpino Roma sub hoste iacet.
Hæc est, cui fuerat promissa potentia rerum?
Iuppiter hanc terris impositurus eras?
Iámque suburbanos, Hetruscáque contudit arma,
Spes erat in cursu, nunc lare pulsa suo.
Vidimus ornatos ærata per atria picta
Veste triumphales occubuisse senes.
Vidimus Iliacæ transferri pignora Vestæ
Sede: putant aliquos scilicet esse deos?
At si respicerent quæ vos habitatis in arce,
Tótque domos vestras obsidione premi.

ANTON. *Scilicet ignotum est*] Per Ironiam dictum, vt, Id populus curat scilicet. *Mala iuncta pudori*] quorum me ac Romanos pudet. *Hæc est cui fuerat promissa potentia rerum*] Rhetoricè pathos mouetur. Id sæpe fit, vbi fatum fortunámve conquerimur, vel ostendimus non esse quod esse debuit. *Spes erat in cursu*) cùm speraremus fore, vt Roma sibi orbem subiiceret, victis suburbanis & Hetruscis, eò ventum est vt Romani ex vrbe fugerent. *Vidimus ornatos*] &c. Fuso ad Alliam exercitu Romanorum, cùm Galli mœnibus vrbis appropinquarent, vbi nulla erant præsidia, maiores natu amplissimis vsi honoribus, cùm in foro deuouente pontifice, se diis manibus consecrassent, in suas quisque ædes regressi, apertis ianuis in curulibus sellis cum insignibus magistratuum quos gesserant consederunt: vt cùm venisset hostis, in sua dignitate morerentur: quos Galli primo aspectu velut deos venerati, mox nihil respondere dignantes, interfecerunt. Lege Valerium Maximum, Liuium, & Plutarchum. *Vidimus Iliaca transferri pignora Vestæ*) Cùm iuuentus Romana se in Capitolium contulisset, virgines Vestæ cum sacris ex vrbe fugerunt: quas Albinus, quidam è plebe, in plaustrum recepit, vxore liberisque depositis. Cærites inextinctum ignem & eas virgines benignè susceperunt, atque (vt autor est Strabo) Gallos Roma redeuntes in Sabinis aggressi, debellarũt, protaxerúntque qui à se capta vrbe confugerant. Vnde Aulus Gellius lib. 16. capite 13. scribit non sine nota ingratitudinis Romanorum primos municipes sine suffragij iure Cærites factos: concessúmq; his, vt ciuitatis Roman. honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent. Quam ob causam tabulæ Cærites appellatæ sunt, in quas Censores referri iubebant, quos notæ causa suffragiis priuabant. Sanè Cære oppidum Thusciæ, à quo Cærites & Cæretani dicti, olim Agylla nuncupabatur, vt meminit Strabo. Ab eodem & Cærimoniæ nomen acceperunt, vt existimare nonnullos Festus refert quamuis alij à Carendo nominatas putent. Quare denariæ cæremoniæ ac tricenariæ dicebãtur, quibus sacra adituris decem continuis diebus vel triginta quibusdam rebus carendum erat, vt idem Festus docet *Putãt aliquos s. esse deos*) Hic putant inquit, infrà subiungit, scirẽt. & est sensus: Deos esse non existimant, sed si respicerẽt deorum tẽpla quę in Capitolio sunt, obsideri scirent, nullã opẽ à diis sperari oportere, cùm sacris ædibus non sint præsidio.

PAVL. *Scil. ignotũ quæ sit*) Incipit Mars cum ironia dicere contra Iouem qui eum loqui iusserat: quasi ignota esset calamitas Romanorum: sed diruta est vrbs à Gallis, cæsi seniores, trãslata per fugam sacra: nec hostes ait numinum habere rationem, & redactos ad extremam inopiam Romanos, saltem liceret illis pugnare, vt caderent, si vincere non possent. *Scil. ignotum*] quasi, ideo me loqui iubes, quia ignotum est: imò omnibus notum *Quæ sit fortuna malorum*] quasi, qua fœlicitate extollantur mali homines. Aut in contrarium vertas, qui status sit tantæ calamitatis, & tot malorum, quæ nunc Romani patiuntur. *Et hic dolor animi eget voce querentis*) quasi, non nota est calamitas & dolor noster, vt querula voce nunc primùm opus sit ad indicandum dolorem: qui tantus est, vt omnibus sit notus. *Tamen si exigis*] si petis. *Vt referam breuiter*) paucis verbis. *Mala*] damna nostra. *Iuncta pudori*) cum dedecore & ignominia nostra. *Roma iacet sub hoste Alpino*) Roma, quam vos in sedem vestram elegistis, diruta est à barbaris, & solo æquata. *Hæc est*] illa scilicet Roma. *Cui fuerat promissa potentia rerum*] cui à fatis promissum erat orbis imperium. & est locus commiserationis, ab eo quod esse debuit, & non est: Imò ad miseriam vltimam redacta. vt est illud Vergilianum: Sic nos in sceptra reponis. & totus locus *Hanc*] vrbem. *Eras Iuppiter impositurus terris*] hanc cõstituebas terrarum dominam. *Iamque contudit suburbanos*) iam Roma bello vicerat Sabinos, Ceninenses, Ausennates, Fidenates, Latinos omnes, & Volscos. *Et arma Etrusca*] Phaliscos & Veios. *Spes*] imperij propagandi. *Erat in cursu*) in prosperitate rerum bene gestarum, & bene gerendarum. *Nunc est pulsa lare suo*) quia pulsi ciues: nam alij ad alia loca se contulerunt: & iuuentus non in suis laribus, sed in arce obsessa tenetur. *Vidimus occubuisse senes triumphales*) trucidatos à Gallis eos senes, qui olim de hostibus triumphauerant, omnibus honoribus in republica functos. *Ornatos veste picta*] ipsa prætexta: de qua in tertio plura diximus. *Per atria ærata*) quasi in vestibulis ædium ante æratas ianuas. & Liuius in vestibulo domorum consedisse eos inquit. Sed de hoc Plutarchus ita inquit: Relictis cæteris vrbis partibus, Romani Capitolium magna vi, magnóque præsidio telorum munierunt. Primùm ex sacris quædam in Capitolium sustulere. virgines verò Vestales, rapto ex laribus igne, cum sacris fugerant. Et paulo pòst: Virgines maiora ac digniora ex sacris sumentes, vltra fluuium fugerunt. Tunc L. Albinus, vir popularis, cùm etiam ipse fugeret, infantes filios ac vxorem, & necessaria vtensilia secum habens, in curru vehebatur. postquam vidit virgines in sinu deorum sacra ferentes, solásque ac labore viæ fatigatas, confestim vxorem ac filios, aliáque supellectilia in terra exposuit, & illas currum ingredi, atque in aliquam vrbem fugere iubet. Indignum fuit, Albini non obscuram pietatem atque honorem erga deos in grauissimis temporibus memoria præterire. Aliorum sacerdotes deorum, ac seniores, qui consulatu & triumpho potiti fuerant, non tulerunt vrbem relictum iri, qui cùm sacras, splendidásque vestes sumpsissent, præsidente Fabio Pontifice maximo, pacem deorum exposcentes, séque ipsos pro patria Fortunæ deuouentes, in eburneis sellis in foro ornati consederunt. Et paulo pòst, Cùm Brennus seruato Capitolio Romam occupasset, vidissetque inter transeundum per forũ quosdam viros insigni habitu & sedere, & tacere, magna admiratione captus est, qui tanquam nullo reipub. vulnere sauciarentur, neque facie, neque colore mutati sunt. Sed cũ essent animo intrepido, fixi in scabellis quæ secum contulerant, sese inuicem intuentes silentium agebant. quare hac rerum nouitate admiratio Gallos habuit: & tanquam de fortioribus dubitarẽt, diu accessu tactúque abstinere. Postquam autem quidam fidens animi iuxta Papyrium Martium stetit, manúmque mansuetè ostendens, promissam barbam demulsit, Papyrius scipionem in capite feriendo contriuit. Barbarus stricto gladio illum necauit Deinde cæteros facto impetu morti tradiderunt, &c. De his ergo intelligit Poeta, & de Vestalium sacrorum translatione. *Vidimus transferri*] transportari in aliena loca, è sede sua. *Pignora*] sacra ipsa. *Vestæ Iliacæ*] Troianæ, vt aliàs diximus. *Putant scilicet esse aliquos deos*) Galli ipsi certè deos esse credunt, quasi dicat, non credunt. nam si crederent, eos timerent. *At si respicerent*) Galli. *In qua arce vos habitatis*) quasi si id scirent, vos habere templa in arce Capitolina. *Et tot vestras domos*] tot sacras vestras ædes. *Premi obsidione*] obsideri ab ipsis.

Nil opus in cura scirent superesse deorum,
Et data sollicita thura perire manu.
Atque vtinam pugnæ pateat locus, arma † capessant:
Et si non poterunt exuperare, cadant:
Nunc inopes victus, ignauáque fata timentes,
Monte suo clausos barbara turba premit.
Tunc Venus, & lituo pulcher, trabeáque Quirinus,
Vestáque pro Latio multa locuta suo est:
Publica respondit cura est pro mœnibus istis
Iuppiter, & pœnas Gallia victa dabit.
Tu modo quæ desunt fruges, superesse putentur,
Effice: nec sedes desere Vesta tuas:
Quodcunque est solidæ Cereris caua machina frangat,
Mollitámque manu duret in igne focus.
Iusserat, & fratris virgo Saturnia iussis
Annuit, & media tempora noctis erant.
Iam ducibus somnum dederat labor, increpat illos
Iuppiter, & sacro quid velit, ore docet.
Surgite, & in medios de summis arcibus hostes
Mittite, quam minimè tradere vultis opem.
Somnus abit, quarúntque nouis ambagibus acti,
Tradere quam nolint, & iubeantur opem.
Esse Ceres visa est: iaciunt Cerealia dona.
Iacta super galeas, scutáque longa sonant.
Posse fame vinci spes excidit: hoste repulso,
Candida pistori ponitur ara Ioui.
Fortè reuertebar festis Vestalibus illac,
Quà via Romano nunc Noua iuncta foro est.
Huc pede matronam nudo descendere vidi:
Obstupui tacitus, sustinuíque gradum.
Sensit anus vicina loco, iussúmque sedere
Alloquitur, quatiens voce tremente caput.
**Hoc, vbi nunc fora sunt, vdæ tenuere paludes,*
Amne redundanti fossa madebat aqua.

ANTO. A *Thura perire*] rem diuinam & sacra in irritum cadere. *Ignauaque fata timentes*] mortem ignauam, qua pereunt, quos fames conficit, cùm in armis mori gloriosum videatur. vt, Pulchrúmque mori succurrit in armis. *Lituo pulcher trabeaque Quirinus*] Romulus vaticinij peritus lituum manu gerere consueuit, hoc est baculum sine nodo aduncum, vt B Liuius scribit: quo idem rex, vrbem conditurus, regionem descripsit. Cicero de Diuinat. Quid lituus iste, quod est clarissimum auguratus insigne, vnde nobis traditus est? Certè Romulus regionem eum eo descripsit, cùm vrbem condidit. Eam ob causam lituus à Virgilio Quirinalis vocatur. vt, Ipse Quirinali lituo, paruaque sedebat Succinctus trabea. C Plutar. autor est, lituum Romuli, quo tempore vrbs à Gallis capta est, amissum esse, cùm in Palatio seruaretur: postea que integrum & illæsum, ejectis barbaris, in alto cinere inuentum, cùm ignis cætera consumpsisset. Est & lituus, buccinæ genus incuruæ. Virg. Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta. Ennius: Inde loci lituus sonitus effundit acutos. D Ea buccina, vt Festo placet, sic dicta est, quòd litis sit testis, à qua & canendo liticen dicitur: vt à tuba & cano, tubicen. Lege Festum & Varronem. Ab eius similitudine quidam existimarunt, vt Aulus Gell. & Macrob. tradunt, virgam auguralem incuruam, qua parte robustior est, à maioribus nostris lituum appellatam: qua, vt Seruius docet, solebant ab auguribus cœli spacia designari, cùm manu non liceret. Sunt qui lituum buccinæ genus non à lite, sed à sonitu dictum putent, ex illo versu Homerico, λίγξε βιός, id est, insonuit neruus. *Publica cura*) non Martis tantùm, & Veneris, Quirini, ac Vestæ, sed deorum o- E mnium. *Gallia victa*) à Camillo. *Solida Cereris*] frumenti nondum in farinam redacti. *Virgo Saturnia*) Vesta Saturni filia. neque enim Iunonem accipere possumus.

Iam ducibus somnum dederat labor] sopiti erant duces iuuentutis Romanæ quæ erat in Capitolio. *Quam minimè tradere vultis opem*) panem quo Manlius, cæterique obsessi maximè indigebant. *Nouis ambagibus acti*] coacti obscuritate verborum Iouis varia cogitare, ac diuersa sentire. *Posse fame vinci spes excidit*] Iacto pane, Galli vlterius non sperauerunt Romanos fame posse superari. Vnde postea repulsis Gallis à Camillo, Romani Ioui pistori aram in Capitolio posuerunt. *Fortè reuertebar festis Vestalibus*] Aperit causam qua factum est, vt matronæ nudis pedibus ad ædem Vestæ accederent. *Via noua*) Nomen proprium est viæ vrbis celeberrimæ, quæ Romano foro iungebatur, quod inter Capitolium & Palatium fuit. de qua inquit Varro: Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in Nouam F viam exitur. Neque enim ab Ouidio Nouam vocari existimandum est, vt putetur vetus non fuisse. Plutarchus in Camillo: Cùm nocte præterita viam iret quam Nouam vocant. Liuius primæ Decadis libro quinto: M. Ceditius è plebe nunciauit tribunis, se in Noua via, vbi nunc est sacellum est supra ædem Vestæ noctis silentio audisse vocem clariorem humana, quæ magistratibus dici iuberet Gallos aduentare. Idem in eodem: Iussúmque templum in Noua via Allocutio fieri. Aulus Gellius refert scripsisse Varronem, Aio deo aram statutam esse in infima Noua via, quòd eo in loco diuinitus vox edita fuisset. Cauendum G ne quod quidam fecerunt, apud Liuium pro Allocutio legamus locatione. *Pede nudo*) vt constaret, ad forum Romanum olim paludem fuisse, non nisi nudis pedibus adeundam. Solinus: A quibus Pallanteum oppidum conditum, quod aliquandiu Aborigines habitauerũt, H propter incommodum vicinæ paludis, quam præterfluens Tybris fecerat. Plutarchus in Romulo: Fortè fuit ex alluuione fluminis, qui paucis antè diebus locum inundarat, relicta palus profundo limo haud longè ab ea parte quam nunc Forum vocant.

PAVL. *Scirent nil opus*) nullum auxilium. *Superesse in curas deorum*) quasi, nossent deos non curare I mortalia. *Et perire thura data*] aris oblata & cremata. *Manu sollicita*) timida & anxia hominum manu. Hoc inquit: Nossent irrita esse omnia sacrificia. *Atque vtinam pateat locus pugnæ*) vtinam egredi possent Romani ex arce, & conserere cum hoste manus. *Capessant*) capiant arma. *Et si non poterunt exuperare*] hostem vincere. *Cadant*) occumbãt: quasi, mallem, vt in prælio occumberent, quàm fame perirent. Aut intelligas, tacitè prænunciare victoriam Camilli, cùm primum pugnare licebit. *Barbara turba*] barbari & feroces Galli. *Premit*] obsidione claudit. *Inopes victus*) ad extremam egestatem redactos, ita vt fame sint K perituri. *Clausos monte suo*) obsessos in monte Tarpeio. *Et timentes turpia facta*] quæ ab hostibus impiis fieri solent: direptionem bonorum, incendia ædium sacrarum, violationem virginum, stupra matronarum, seruitutem, cætera crudelissime facta. *Tunc Venus*] multa quidem locuta est pro Romanis. *Et Quirinus*) Romulus, quem diximus in 2. in deos relatum. *Pulcher*) conspicuus. *Trabea & lituo*) De his etiam egimus multa, & ipse locutus est. *Et Vesta est multa locuta pro suo Latio*) hi tres dij post Martem multa in consilio deorum pro Romanorum causa dixerunt. *Iupiter respondit, publica est cura pro mœnibus istis*] quasi ad nos omnes spectat res Romana, & cura vrbis communis debet omnibus esse. *Et Gallia victa*) quæ à Romanis vincetur. *Dabit pœnas*) nam mox à Camillo omnes trucidabantur. L *Tu modo Vesta effice*) fac. *Vt fruges quæ desunt*) quarum summa est egestas. *Putentur superesse*) illud efficias, vt cùm sit summa frugum inopia, persuadeatur hosti eas in maxima copia esse. *Nec tu Vesta desere sedes tuas*] non deseras vrbem Romam, vbi omnes te maxima veneratione prosequuntur. *Frangat caua machina*] conterat mola. *Quodcunque est solida cereris*] fruges ipsas nondum in farinam contritas. *Et focus duret in igne*] torreat. *Mollitam aqua manu*) cererem ipsam: quasi fiat panis, & in foco decoquatur. *Iusserat*) Iupiter. *Et virgo Saturnia*] Vesta Saturni filia. *Annuit fratris iussis*) quasi, promisit se obsecuturam: & ita factum est, nam de frugibus confectus est panis.

Et erant tempora media noctis) cùm animalia fessa quie-

A scaut. *Iam labor dederat somnum ducibus*] iam duces Romanæ iuuentutis dormiebant, cùm essent labore fessi. *Iupiter increpat illos*] per quietem, obiurgat quòd ita dormirent. *Et docet ore sacro quod velit*] quasi, admonet quid sint eius imperio facturi. *Surgite*] inquit. *Et mittite in medios hostes*) deiicite in media Gallorum castra, aut in mediam hostium turbam. *De summis arcibus*) de summitate arcis Capitolinæ. *Opem quam minimè vultis tradere*] quasi, illud Cereris, quod vobis superest, & tradere cuiquam nolletis. *Somnus abit*] excitati sunt è somno Quirites. *Quærunt*] inquirunt inter se duces. *Aliis nouis ambagibus*) noua & dubia verborum circuitione, aut obscuris locis moniti. *Quam spem*] quod auxilium. *Nolint tradere*) nollent aliis dare, & iubeantur ab Ioue in hostes mittere. *Visa est esse Ceres*] visus est esse panis qui mitti in hostes iuberetur. *Iaciunt dona Cerealia*] emittunt panem in hostes. *Iacta*] proiecta ipsa dona Cereris. *Sonant super galeas, & longa scuta*] nam supernè iacientes pulsabant pane Gallorũ arma. *Excidit spes*] à Gallis. *Posse vinci fame*) sic desperauêre posse ad deditionem redigere. *Hoste repulso*] repulsis & cæsis à Camillo Gallis, vt paulo superius docuimus. *Candida*) hoc est, marmorea ara. *Ponitur*] constituitur. *Ioui pistori*) cui in Vestalibus quoque sacrificatur: ea est in Capitolio. *Fortè reuertebar*) seruabatur mos veros à matronis ad Vestæ templum euntibus, vt nudis irent pedibus. Causam poeta refert, quam à matrona quadam accepisse fatetur. Cùm olim ea parte lacunæ fuissent, sicco pede adiri non poterat, ibant igitur nudis. Postea siccatæ sunt lacunæ, non erat opus exuere pedem. in memoriam tamen vetustatis nudis pedibus ibant matronæ. *Fortè ego reuertebar festis Vestalibus*] die Vestaliorum. *Illac*) illa parte. *Qua via Noua*] per quam à Velabro ad Romam ascendebant, vt Varro ostendit. & Plutarchus in Camillo eius viæ meminit. iungebatur foro, & viæ sacræ, tendebatque prope Palatium, vbi & nunc ædes est sub appellatione diuæ Mariæ in via Noua: quanquam vulgus corruptè diuam Mariam Nouam vocat, cùm in via Noua sit. *Et nulla Romano foro*) quod inter Capitolium & Palatium est: nec non prope viam Nouam, erat ædicula Vertumni, de quo paulo pòst. *Ego vidi matronam descendere hac*] in forum & viam Nouam, vt iniret templum Vestæ. *Pede nudo*) pedibus nudis. *Obstupui tacitus*) cùm illam ita incedentem respicerem. *Et sustinui gradum*) substiti vt viderem, & causam cognoscerem. *Anus*] ipsa matrona. *Vicina loco*] vbi ego substiteram. *Sensit me*] scilicet hærentem & cupidum cognoscere causam. *Et alloquitur*] illa me. *Iussum*] quem ipsa iusserat sedere. *Quatiens caput*] propter senilem ætatem. *Voce tremens*) cum vetulis & artus tremant, & vox ipsa. *Hoc vbi*) Causam nudorum pedum nunc docet matrona. *Paludes vda*] aquosæ. *Tenuere*] occupauere. *Hoc*] solum scilicet. *Vbi nunc sunt fora*] Romanum & boarium. *Fossa*) quasi cauus hic olim locus. *Madebat*] erat aquosus. *Aqua redundatis amnis*) inundatione Tibridis effusis aquis: quoniã Tibris tunc propior erat illis locis. Sic in vtroque foro paludes erant: antequam transuersus esset amnis, & factæ essent cloacæ.

> *Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,*
> *Nunc solida est tellus: sed lacus antè fuit.*
> *Quà Velabra solent in Circum ducere pompas,*
> *Nil præter salices, crassaque canna fuit.*
> *Sæpe suburbanas rediens conuiua per vndas*
> *Cantat, & ad nautas ebria verba iacit.*

ANTON. *Curtius ille lacus*) De Curtio lacu, quam quidã Curtilacum appellant, autore Festo, à Curtio qui (vt idem inquit) in eo loco in profundũ se ob salutẽ populi Rom. proiecit hiatum. Triceps historia est, vt inquit Varr. Alij.n. volunt cùm vasto hiatu terra subsideret, atque ab aruspicibus responsum esset, ea re illum tantummodo compleri posse, qua pop. Rom. plurimum valeret: siue, vt Procil. scribit, deum manium stultionẽ postulare, id est, virũ fortissimũ eòdem mitti: Curtium virum fortem armatũ in equũ ascendisse, & se in patentẽ voraginem præcipitẽ dedisse. quã nonnulli fuisse in foro boario tradiderunt: Valer. autẽ Max. in Romano. Quo facto, coisse locum inquiunt, & eius corpora diuinitus humato, relictum à Curtio genti suę monumentum: Statius in Syluis: Ipse loci custos, cuius sacrata vorago, Famosique lacus nomen memorabile seruant. Alij, vt scripsit Piso in Annalibus, & Plut. tradit in Romulo, dicunt Sabino bello, cùm Romulus ex superiore parte impressionẽ fecisset, Curtium virum inter Sabinos clarũ & vigore animi præstantem, in locum palustrem, qui tum fuit in foro (quum cloacæ nõdum factæ fuerant), secessisse, atque inde conatum equo exire. cùm aspexisset id factu impossibile, dimisso equo ipsum euasisse, seque ad suos incolumẽ recepisse, & ab eo lacum nomen inuenisse. Quod tamen Liuio non placet, dicenti lacum Curtium nõ ab antiquo T. Tatij milite Curtio Metio, sed ab alio appellatum, qui se armatum in patẽtes terræ hiatus immisit. Alij autem tradiderunt, Cornelius videlicet & Luctatius, eum locum fuisse fulguritum siue tactũ fulmine, & ex Senatus consulto septum esse: & quoniam id à Curtio consule factum est, cui M. Genutius collega fuit, Curtium appellatum. Dionysius vult Curtium Sabinũ lacui nomen dedisse, cui fidem non adhibemus, quoniam Liuius, vt dictum est, aliter sentit. Suetonius autor est populum Romanum, à quo Augustus Cæsar maiorem in modum diligebatur, quotannis ex voto pro eius salute stipem iecisse in Curtium lacum. *Siccas qui sustinet aras*] Hæ aræ quorum deorum fuerint, nusquam, vt arbitramur, inuenies. Suspicamur autem ex eo quod scribit Suetonius, aras fuisse Genij Augusti, & Larium. *Quà Velabra solent in Circum ducere põpas, Nil præter salices, crassaque canna fuit*] &c. De põpa quæ ferebatur in Circum, ac per Circum, diximus supra. Velabra autẽ numero plurũ dicit, quia fuit Romę maius Velabrũ, & minus. & à vehendo vtrumque nomen accepit: quia cũ Auentinus olim à reliquis montibus, paludibus discluderetur, necesse erat eò nauibus aduehi: vnde Velabrum nominatum est. Et velaturam facere dicebãtur, qui id mercede facientes vecturis viuebant. Varro: Palus fuit in minori Velabro. vnde quòd ibi vehebantur lintribus, Velabrum, vt illud maius. Propertius: Quà Velabra suo stagnabant flumine, quáque Nauta per vrbanas velificabat aquas. Tibullus: At quà Velabri regio patet, ire solebat Exiguus pulsa per vada linter aqua. Plutarchus in Romulo, Ei loco nunc Velabro nomen est, quòd incremento flumine superfuso nauiculis per eã partem in forum transiuit. Porphyrio scribit (vt diximus suprà) Tiberim quem Agrippa deriuauit, quà nunc labitur, per Velabrum antea fluxisse, quæ fuit vrbis regio non incelebris, teste Macrobio, vbi vnguentarij consistebant, vt ait Porphyrio, vbi & olearij. Plautus in Captiuis: Omnes eum pacto rem agunt quasi in Velabro olearij. ibi etiam epulæ ganeatæ parabantur. Vnde commeodabatur caseus fumo Velabrensi. Martialis: Non quemcunque focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, illa sapit. Per eandẽ regionẽ & pompę in Circum maximum ducebantur: & Iulius Cæsar Gallici triũphi die curru vectus est, vt Suetonius memorat. Quidam tamen affirmant, teste Plutarcho, viam quę ad Hippodromum ducebat, velis operiri solitam ab his qui ludos exhibebant, vnde potuit Velabro vocabulum dari. *Suburbanas*] quę fuerunt olim suburbanę, Auentino nondum intra vrbem recepto. *Cantat*] cùm reuertitur ebrius à conuiuio per aquas Tiberis, vbi excreuit flumen.

PAVL. *Ille lacus Curtius*] qui & olim & nũc quoque ita vocatur. *Qui sustinet aras siccas*) quia sine aquis & arã Vertumni fuisse volunt. *Nunc est tellus solida*) firma & sine aquis. *Sed antè fuit lacus*] nam erat palus. Sed de lacu Curtio agamus. Dionysius & Plutarchus dicunt lacum Curtium appellatum à Curtio Sabino, qui in ea pugna Romuli & Sabinorum, cùm illuuies aquarum occupasset loca illa, in quibus postea extructum est forum Romanum, cùm equum præ cæteris in Romanos agitasset, vsque ad hunc locum peruenit: & cùm diu detineretur, dimisso intra illuuiem equo, ægrè pedes euasit: qui locus huc vsque ab eo lacus Curtius appellatus. Varro autem, In foro, inquit, lacum Curtium à Curtio dictũ constat. de eo triceps historia. Nam & Procilius non prodidit idem quod Piso, nec Cornelius Stilo secutus. A Procilio relatum est eo loco dehisse terram, & ex senatusconsulto ad aruspices relatum esse responsum, deum Manium stultionem postulare, id est, ciuem fortissimum eòdem mitti. Tum quendam Curtium, virum fortem, armatum, ascendisse equum, & à Cõcordia versum, cum equo eum præcipitatum: eo facto, locum coisse, atque eius corpus diuinitus humasse: reliquisse generi suæ monumentum. Piso in Annalibus scribit: Sabino bello quod fuit Romulo & Tatio, virum fortissimum Metium Curtium Sabinum, cùm Romulus ex superiore parte impressionem fecisset, in lucum palustrem equo, qui tunc fuit in foro, antequam cloacæ sunt factæ, secessisse, atque ad suos in Capitolium se recepisse: ab eo lacum inue-

nisse nomen. Cornelius & Luctatius scribunt eum locum esse fulguratum, & ex senatusconsulto septum esse. Idque factum est à Curtio consule, cui Marcus Genutius fuit collega, & Curtium appellatum. *Qua Velabra solent ducere pompa in Circum*] qua solet duci pompa triumphalis armorum victricium. Triumphantes enim cum pompa per Velabrum trãsibant. Vnde de Cæsare legimus apud Tranquillum, quòd Gallici triumphi die Velabrum prætervehens, pene curru excussus est, axe distracto. ascenditque Capitolium ad lumina, sexaginta elephantis dextra & sinistra lychnos gestantibus. Et ex Velabro, vt ostendere videtur Varro, ratibus in Auentinum aduehebantur ex vrbe, & quadrantem soluebant, cùm mons ille paludibus erat à reliquis disclusus. Inde Velabrum à vehendo dictum. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt. De eodem loco Plutarchus in Romulo, cùm meminit Laurentiæ nutricis, & illius etiam eiusdem nominis virginis, quæ Herculi oblata est: de quibus diximus in tertio libro. Et secundam hanc dicit, postea Theophilam nominatam, eo, inquit, potissimum in loco euanuisse, vbi alterius Laurentiæ superioris corpus iacebat, quem idem adhuc posteri hilausum vocant. Velaturam etiam appellant: quia cùm sæpius inundat ripas Tiberis, Romani inde in forum à partitoribus conuehebantur. Alij tamen sic dictam ferunt, quòd ciuitatis principes, cùm inde spectatum prodirent, qua via ad equorum cursum ex foro ferebantur, totam lineis velis operire consueuerant. Hæc ille. *Quà erant*] igitur *Velabra, nil fuit præter salices*] quæ solo aquoso gaudent. *Et canna crassa*] canna palustris. *Sæpe conuiua*] qui in conuiuio fuerit. *Rediens per vndas suburbanas*] per stagnantes aquas, cùm inundasset Tibris. *Suburbanas*] quia tunc erant extra vrbem. *Cantat*] dum solus vehitur. *Et iacit ad nautas verba ebria*] talia, qualia dictabat epotus Bacchus.

Nondum conueniens diuersis iste figuris,
Nomen ab auerso ceperat amne deus.
Hic quoque lucus erat iuncis & arundine densus,
Et pede velato non adeunda palus.
Stagna recesserunt, & aquas sua ripa coercet,
Siccáque nunc tellus: mos tamen ille manet.
Reddiderat causam. Valeas anus optima, dixi:
Quod superest aui, molle sit omne, tui.
Cætera iampridem didici puerilibus annis:
Non tamen idcirco prætereunda mihi.
Mœnia Dardanides nuper noua fecerat Ilus,
Ilus adhuc Asiæ diues habebat opes.

ANTON. *Conueniens diuersis iste figuris*] Vertumnum dicit, quem alij deum Tiberis esse volunt, qui vertit eius alueum. Propertius: Vertumnus verso dicor ab amne deus. Alij deum esse dicũt, qui humanas cogitationes vertit & mutat. Vnde hi nati dicuntur iniquo Vertumno, quorum cogitationes vertuntur præter rationem. Horatius in Sermonibus: Iam mœchos Romæ, iam mallet doctus Athenis Viuere, Vertumnis quotquot sunt, natus iniquis. Acronius & Porphyrio deum esse tradunt vertendarum rerum, hoc est, emendarum ac vendendarum. Sed magis placet, quod Donatus scribit, Dij bene vertant, dici solere: quòd sæpe res eueniant aliter, quàm velimus. ideóque Vertumnum coli, qui præest rebus vertendis in vtramque partem. Lege Propertium, qui hunc deum inquit decenter in quamcunque figuram voluerit, transformari. Vnde illud est Tibulli: Talis in æterno fœlix Vertumnus Olympo Mille habet ornatus, mille decenter habet. Sed quod ad hunc locum attinet, natum eum inquit in Thuscia. vt, Thuscus ego à Thuscis orior. Et deinde subiungit: Romanum satis est posse videre forum. Hac quondam Tiberinus iter faciebat, & aiunt, Remorum auditos per vada pulsa sonos. Huius feriæ Octobri mense fuerunt, & Vortumnalia dicebantur, teste Varrone, qui etiam scribit esse Vertumnum in vico Thusco, quòd is sit deus Hetruriæ. Quare ait Propertius: At tu Roma meis tribuisti præmia Thuscis, Vnde hodie vicus nomina Thuscus habet. Sunt enim qui volunt Vertumnum fuisse Thuscorum vetustissimum regem, qui vinearum & pomiferarum arborum serendarum tradidit rationem, cui Thusci Romæ templum ædificarunt, qui cum Lucumone in auxilium Romuli venisse dicuntur. *Nomen ab auerso ceperat amne*) Sensus est: Quia nondum auersus fuerat Tiberis, Vertumnus ab auerso flumine non ceperat nomen. *Hic quoque lucus erat*] Hoc in loco, inquit anus, siue matrona, vbi nunc, summus lucus erat è iuncis & arundinibus. *Quod superest aui, molle sit omne, tui*] molle & iucundum sit, quicquid vitæ tibi superest. Omne autem hic pro toto accipitur. *Cætera iampridem didici puerilibus annis*) hæc quidem à matrona edoctus sum, cætera quę dicentur ad Vestam attinentia, à pueritia, & longe antè didici, quàm matronæ ad forũ occurrerent. *Mœnia Dardanides nuper noua fecerat Ilus*) Ilo regnante, à quo Ilium conditum ferunt, cùm in arce summa templum ædificaretur, simulacrum Palladis è cœlo dicitur cecidisse, mouens oculos atque hastam, vt Seruius refert. Vnde Apollo consultus, respondit futurum eius ciuitatis exitium, si Palladium extra mœnia portaretur. Itaque & Ilus & Laomedon ipsum diligentissimè seruauerũt. Regnante autem Priamo, cùm Helenus apud Arisbam captus indicasset Græcis fata Troiana, in quibus & coactus est dicere de Palladio, vnde regnum à Pyrrho dicitur meruisse, Vlysses & Diomedes cloacis, siue cuniculis in arcem ascenderunt, & occisis custodibus, Palladium asportarunt. Quod postea Troia diruta, cùm Diomedes teneret, & multis casibus iactaretur, credens sibi aptum non esse, propter sua pericula, transeunti Æneæ offerre conatus est. Quem cùm sacrificantem velato capite comperisset, ne ordinem sacrificij turbaret, eundem ea Troianis obtulit, qui Nautes dicebatur. Quam ob causam Mineruæ sacra non Iulia gens habuit, sed Nautiorum, quos quidam Nautas vocant. Vnde illud est Virgilij: Vnum Tritonia Pallas Quem docuit. Alij tamen dicunt simulacrum Palladis à Troianis intra extructum parietem conditum esse, postquam agnouerunt Troiam periturã, idq; Romã aduectũ. Quod cũ Fimbria quidã bello Mithridatico inuentum Romanis indicasset, & respõsum esset, illic imperium, vbi & Palladium fore, multa similia facta esse: sed cœleste illud cognosci hastę oculorúmq; mobilitate, atq; ab vna tantùm sacerdote custodiri, Troianã soli cui fas vidisse Mineruam, vt inquit Lucanus. Custodiebatur aũt in æde Vestæ, vt Plutar. scribit in Camillo Scrĩdum, placuisse nonnullis vnũ tãtùm simulacrũ è cœlo lapsum esse apud Athenas: alius verò duo, Troianũ & Atheniẽse. Lege Dionysiũ, qui duo vult in Ilio fuisse Palladia, Æneámq. capta vrbe inferiore, dominũ arcis factũ, alterũ eorũ sustulisse: cũ Vlysses & Diomedes alterũ, ingressi noctu Iliũ, exportassent. Scribit & alia quædã, quæ referre non placet. Scire autem debemus, Ilum Dardaniden dici hoc loco, non quòd Dardani filius, sed pronepos fuerit.

PAVL. *Nondũ cõueniens*} Amnis Tiberinus crebrò ea loca inundabat. Postea à M. Agrippa trãsuersus est effosso lõgi' alueo. & ab eo deus ille, qui in omnes se formas vertit, Vertumnus dictus est, cui' ędicula erat in vico Thusco, & ibi Vertumnũ stare testis est Varro. Sed huius dei mysteria Properti' aperit in elegia, Quid miraris meas: cùm facit ipsum deũ loquentẽ, & ait: Thuscus ego è Thuscis orior, nec pœnitet inter Prælia Volsinios deseruisse focos. Hęc me turba iuuat, nec tẽplo lætor eburno, Romanũ satis est posse videre forũ. Hàc quõdã Tiberinus iter faciebat, & aiũt Remorũ auditos per vada pulsa sonos. At postquã ille suis tantũ cõcessit alũnis, Vertũnus verso dicor ab amne deus. Et paulo pòst: Opportuna mea est cũctis natura figuris: In qualẽcũq; voles, verte, decorus ero. Et post quartũ & vigesimũ versum inquit: At mihi, q̃ formas vnus vertebar in omnes, Nomẽ ab euẽtu patria lingua dedit. At tu Roma meis tribuisti præmia Thuscis, Vnde hodie vicus nomina Thusc' habet. Tẽpore quo socius venit Lycomedius armis, Atq; Sabina feri contudit arma Tati, &c. Hoc igitur est, q̃ inquit vetula, nondũ fuisse transuersum amnẽ. inde Thusco deo Vertũni nomẽ inditũ est, cũ eo in loco paludes erãt. Nõdũ iste deus cõueniens diuersis figuris: qui decẽter in varias, immò in omnes figuras, se trãsuertit. *Ceperat nomẽ, &c.*] appellatus erat Vertũnus, à trãsuerso fluuio Tiberino. Vertũnus ergo dictus, quòd vertit amnẽ. *Hic quoque, &c.*] densa sylua. *Iũcis & arũdine*) erãt iunci & cannę palustres. *Et palus nõ adeunda pede velato*) quę præteriri non posset tectis pedibus, ergo opus erat nudare pedes. *Stagna, &c.*] tũ ob cloacas extructas, tũ ob transuersum amnẽ. *Et sua ripa coer. aq.*] cõtinentur nũc aquæ Tiberinæ ripis, ita vt hæc loca inũdare magis nõ possit. *Et sic, &c.*] sine vllis aquis. *Tamẽ idẽ*] ab ipsis olim aquis. *Manet mos*] consuetudo adhuc seruatur, vt eant nudis pedibus. *Reddiderat*] ipsa ma-

A trona. *Causam*] cōsuetudinis. *Dixi*) ego *Valeas, &c.*] sospes esto matrona, quæ me docuisti quod nesciebā. *Quod superest anni mei*) illud ætatis quod superstitata es *Omne sit molle*) dulce & iocundū. Vt est illud Cicer. de Senec. Omnes abstersisti senectutis molestias: Sed etiam effecerit mollē ac iocundam senectutē. *Cætera*) quæ pertinēt ad Vestæ ministeria. *Dixi*] ego. *Iampridem*) lōge antè. *Annis puerilibus*) cū essem puer. quasi hæc quæ nunc retuli, ab anu didici, cætera ego didiceram à puero. *Nō tamen reticere*] ob id quod addidici. *Prætereunda mihi*) quia silētio ea præterire nō debeo. *Munera Dat*) quoniam in tēplo Vestæ Palladiū è Troia aduectū seruabatur. De eo nūc agit. Et locus exigit, vt nos quoque de eo dicam, Dionysiū ipsum sequentes. Is cùm multos adducat, hæc inquit: Dicūt Chrysantē Pallātis filiam nubentē Dardano, dotē attulisse Palladis munera, Palladiaq; & deorū magnorū simulacra, ceremonias eorū doctā. Postea verò quā eluuionē fugientes Arcades Peloponnesum reliquerunt, atq; in Thracia insula sedes collocarūt, Dardanū aiūt deorū horū tēplū ineffabilia aliis facientē propria ipsorū nomina, atq; ceremonias statuit, quæ nūc etiā fiūt à Samothracibus. Vbi verò maiorē partē populi trāsduxit in Asiā, sacrificia & ceremonias reliquisse eum dicunt permanētibus in insula: Palladia verò, & deorū imagines secum aduexisse. Cōsulentémq; deinde eū de sedibus, cùm alia didicisse, tū de custodia sacrorū, & oraculū huiusmodi accepisse: In vrbē condendā diis cultū incorruptū semper ponere, & custodiis colere, sacrificiisq; & choreis. Donec n. hæc sancta vestra tellure maneāt munera, Iouis natæ à cōiuge data, vrbs ista persistet sine excidio perpetuò dies omnes. Ac Dardanū quidē dicūt in cōdita denominatáq; à se vrbe simulacra ipsa reliquisse. Cæterū condito posteriori tēpore à nepotibus Ilio, eò esse sacra trāslata: fecisseque eis Iliēses tēplū, & adytū in arce. Eáq; custodisse quā maxima possent diligētia, diuina esse ducētes, atq; salutis vrbis causā præcipuā. Postea verò capta vrbe inferiore, Æneā dicūt dominū arcis factū, sustulisse ea adytis & magnorum deorū sacra, & quod adhuc supererat Palladiū. Nā alterum quidē Vlyssem & Diomedē noctu ingressos Ilium, furto sustulisse aiūt. Profectū deinde ex vrbe Æneā, sacra ipsa ferētē, in Italiā aduexisse. Arctinus autē datū esse dicit Dardano ab Ioue Palladiū vnū, fuisséque ipsum in Ilio, donec vrbs capta est, absconditum in loco inaccesso. Exēplum autē eius ita adornatum, vt nihil ab exēplari differret, ad fallēdos insidiatores, in aperto loco positum, idq; Achiuos per insidias surripuisse. Sacra igitur ab Ænea in Italiā esse trāslata. Hæc ille. Poeta verò ostēdit, regnāte Ilo è cœlo Palladium cecidisse, seruatúmque vsque ad excidium Troiæ. Tunc seu ab Vlysse, seu à Diomede, siue ab ipso Ænea sublatum: sed nunc in Vestæ tēplo seruari. *Ilus Dardanius*) Dardani pronepos. *Fecerat nuper noua mœnia*] condiderat nouam vrbem. Ipse enim è montibus in campos descendit, & in campis Ilium vrbem à se denominatam cōdidit. *Ilus diues adhuc h. e. As*] regnabat adhuc ille, & Asiæ imperium simul & diuitias possidebat.

Creditur armigeræ signum cæleste Mineruæ
Vrbis in Iliacæ desiluisse iugis.
Cura videre fuit, vidi templúmque locúmque:
Hæc superest illic, Pallada Roma tenet.
Consulitur Smintheus, lucóque obscurus opaco
Hos non mentito reddidit ore sonos:
Aetheream seruate deam, seruabitis vrbem:
Imperium secum transferet illa loci.
Seruat, & inclusam summa tenet Ilus in arce,
Curáque ad hæredem Laomedonta venit.
Sub Priamo seruata parum: sic ipsa volebas,
Ex quo iudicio forma reuicta tua est.
Seu genus Adrasti, seu furtis aptus Vlysses,
Seu pius Æneas, eripuisse ferunt.
Auctor in incerto est. res est Romana: tuetur
Vesta, quòd assiduo lumine cuncta videt.
Heu quantum timuere patres, quo tempore Vesta
Arsit, & est tectis obruta penè suis.
Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes,
Mixtáque erat flammæ flamma profana piæ.
Attonitæ flebant demisso crine ministræ,
Abstulerat vires corporis ipse timor.
Prouolat in medium, & magna, Succurrite, voce,
Non est officium flere, Metellus ait.
Pignora virgineis fatalia tollite flammis:
Non ea sunt voto, sed rapienda manu.
Me miserum, dubitatis, ait. dubitare videbat,
Et pauidas posito procubuisse genu.

ANTON. *Cura videre fuit*] Nota Ouidium fuisse in Phrygia, cū esset ei curæ videre ruinas Troiæ, atq; vt talē virū decebat, vetera perscrutari. *Vidi templúmque locúmque*) vidi arcē Troiæ, ac tēplum, siue adytū, vbi Palladiū fuit. *Pallada Roma tenet*] simulacrū Palladis, i. Palladium, est Romæ in æde Vestæ. *Consulitur Smintheus*) Cùm Palladiū è cœlo cecidisset, Ilus consuluit Apollinē Sminthēū, cuius ædes fuit apud Troiā, nō solùm in vrbe Chrysa, vt scribit Strabo, sed in Tenedo. vt, Sminthea præclaræ Tenedi dominator Apollo. Chrysæ simulacrū Apollinis fuit, nomini veritatē seruās, vt idē inquit geographus, cū mus statuæ pedibus subiaceret. Est.n. smintha mus, lingua Cretensium. *Aetheream deā*) cœlestē: hoc est Palladiū, siue effigiē Palladis, quæ è cœlo cecidit. Æther.n. interdum pro cœlo ponitur. vt, Sic habites terras, & te desideret æther. *Ad hæredē Laomedōta*] qui Ili & hæres & filius fuit, seruauitq; Palladium. *Sic ipsa voleb.*] Voluit Pallas furto surripi, irata Troianis ob iudicium Paridis. *Genus Adrasti*) Diomedes, quē Tideus genuit ex Deiphyle Adrasti filia. *Seu furtis aptus Vlysses*) Ipse alibi: Sua narret Vlysses, Quæ sine teste gerit, quorum nox cōscia sola est. *Seu pius Æneas*) Fabulari eos Plut. existimat, qui Æneā tradiderunt, dū Troia diriperetur, Palladium sustulisse, quod Diomedes & Vlysses exportarunt: quibus inquit Seruius id negocium potissimū datum, quia Mineruæ fuere cultores. *Res est Romana*) Incertum est, quis Palladium surripuerit. sed esse id Romæ, dubiū non est. *Quòd assiduo lumine cuncta videt*] quoniā Vesta aptissima est in cōdo Palladio, cùm manifestè cuncta videas, ob ignē inextinctum. *Quo tempore Vesta arsit*) Non in secundo bello Punico, quo tēpore Liuius ædē Vestæ vix defensam inquit, & cōditum in penetrali fatale pignus imperij: sed paulo antè, cùm Cecilius Metellus Pontifex max. ex incendio templi Vestæ Palladium rapuit. Vnde illud est Iuuenalis: Vel qui Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam. Et illud Plinij: Metellus orbam luminibus exegit senectā amissis incēdio, cùm Palladium raperet ex æde Vestæ memorabili causa, sed euētu misero. Quo fit, vt infœlix quidē dici non debeat, fœlix tamen esse non possit. Tribuit ei populus Romanus, quod nunquam vlli alij ab cōdito æuo, vt quoties in senatum iret, curru veheretur ad curiā: magnum & sublime, sed pro oculis datum. Dionysius autor est, simulacrum Metelli in Capitolio positum esse: vbi magnos honores, qui à Romanis in eum collati fuerāt, inscriptio testabatur. *Vires corporis*) quibus ablatis, virgines templo ardenti opem ferre non poterant. *Non est officium flere*) Metellus ait: opem ferre, officium est, non lacrymari. Idem sentit Cicero in Tusculanis quæstionibus. *Pignora fatalia*) Palladium, in quo est fatum Romani imperij *Flammis virgineis*) ædem Vestæ virginis absumentibus, & sacra. *Dubitare videbat*] cernēbat nullam esse è virginibus Vestæ, quæ auderet Palladium e flammis arripere, cùm omnes flexis genibus, votis tantùm & precibus vacarent.

PAVL. *Signum Mineruæ armiferæ*] Palladiū ipsum *Cæleste*) nā è cœlo missū *Creditur desiluisse*) decidisse. *In iugis vrbis Iliacæ*] in mōtibus Troiæ. *Cura videre fuit*) quasi, volui ego videre loca Troiana. *Vidi & templum*) ipsius Palladis. *Et locū*) hoc est, adytum, vbi olim Palladium seruabatur. Et his verbis indicat Ouidius, se loca Troiana vidisse. Et nos quoque omnia perlustrauimus. Nunc nihil ex ingentibus ædificiis superest, nisi ruina, & facies illa mœnium semirutorum, quæ respicit Ægeum. Ea quidem apertè ostendit, magnam fuisse vrbē. Protēditur enim ab austro in arctum ad viginti millia passuum. De qua in Ægide diximus: Si respondebant lateri latera omnia primo, Pergama quis demens magna fuisse negat? *Hæc superest illic*) Templum, inquit, adhuc superest, sed Palladium in vrbe seruatur. *Roma tenet Pallada*] Palladium: ipsam Palladis effigiem, quæ seruabatur in Vestæ templo, vt diximus. *Consulitur Smintheus*] Alij legunt, Consulitur Cynthius. Sed Smintheus legendum est. Ilus enim,

Nec Latium norat, quam prabet Ionia diues,
Nec qua Pygmæo sanguine gaudet auis.
Et præter pennas nihil in pauone placebat,
Nec tellus captas miserat antè feras.
Sus erat in precio, cæsa sue festa colebant.
Terra fabas tantùm, duráque farra dabat.
Quæ duo mista simul sextis quicunque Calendis
Ederit, huic lædi viscera posse negant.
Arce quoque ex summa Iunoni templa Monetæ
Ex voto memorant facta Camille tuo.
Ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam
A Capitolino reppulit arma Ioue.

ANT. A *Quam prabet Ionia diues*] Attagenam significat, quæ & Attagen dicitur vitili genere Plin. Attagen maximè Ionius celebratur; vocalis aliàs: captus verò obmutescens, quondam existimatus roter raras aues. Iam & in Gallia Hispaniáque capitur. Horat. Non Afra auis descendet in ventrem meum, non Attagen Ionicus. Alij attagenas dicunt, teste Porphyrione, fœminino genere. Martialis: Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum. A. Gel. commemorans nomina edulium, & domicilia ciborum, omnibus alijs præstantia quæ profunda ingluuies vestigauit, nominat non Ionicam, sed Phrygiam attagenam. *Quæ Pygmæo sanguine gaudet auis*) Periphrasis gruis, quam ferunt cum Pygmæis certamen descendere luuco. Ad subitas Thracum volucres, nubemque sonoram Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox impar hosti, raptusque per aëra curuis Vnguibus à sæua fertur grue. Hæc auis habita est aliquando inter primas, autore Plin. lib. Cornel. Nepos qui obijt diui Augusti principatu, scripserit ciconias magis placere quàm grues. Sane Pygmæi, quos spithamæos vocant, incolunt Indiæ montana, nec excedunt statura duos pedes, & quadrantem, vt A. Gel. refert, siue tres spithamas, hoc est, tres dodrantes, vt Plin. scribit. Est enim spithame, vnius mensura dodrantalis: quæ ter ducta, atque ad pedem relata, in duodecim particulas distributum, duos pedes conficit, & quadrantem. Pygmæos Homer. quoque prodidit à gruibus infestari, aduersus quas ea gens insidens arietum caprarúmque dorsis, ac sagittis armata, veris tempore vniuerso agmine ad mare descendit, & oua pullósque earum alitum consumit, conficitque eam expeditionem mensibus ternis. Tradiderunt quidam Pygmæos etiam fuisse ad Geraniam oppidum Thraciæ, alij ad Antiochiam, alij ante paludes, vnde Nilum oriri nonnulli putauerunt. Nos paulo proceriorem Pygmæis D hac ætate in Vmbria vidimus hominem, cui Leonello nomen fuit, in quem lusimus olim his versibus: Demissa nihil est ad talos veste femúrque. Subducta ad medium, quid Leonellus erit? Respondens nihilum. nihilom sed longius ipso Est nihil. at quid erit? nil Leonellus erit. *Præter pennas nihil in pauone placebat*) Pauonem Q. Hortensius primus augurali cœna dicitur posuisse: quem deinde multi secuti (vt scribit Var.) extulerunt pauonum precia, ita vt eorum oua quinis denarijs venderentur, & ipsi quinquagenis. Itaque M. Lurco supra sexagena millia nummûm ex pauonum prouentu recipiebat. Laudatur maximè pauus è Samo, teste A. Gel. qui pro pauone pauum hanc alitem vocat. Notandum hoc loco cœnam Hortensij, cuius suprà meminimus, à Plinio quidem Aditialem vocari: vel, vt quibusdam placet, Adipalem: à Macrob. verò Auguralem, quem putamus non deprauatum locum referre Varr. nam qui Exitialem legunt, E iure explodūntur. *Sus erat*] &c. Iuuenal. Sicci terga suis rara pendentia crate, Moris erat quondam festis seruare diebus. *Duráque farra*] E farre pultem conficiebant, qua diu Romani victitarunt. Eam Martial è Clusino farre confectā docet relinquere dulcedinem quandam vasis, in quo decocta fuerit, vt: Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas, Vt lactis in vacuis dulcia multa bibas. *Sextis Cal.*] Nō accipim⁹ Augusti Cal. quem Sextilem dixerunt: sed Iunij, qui à Ianuario sextus est. *Arce quoque*] &c. Nō multo ante vrbem captam à Gallis, cū terræmotus factus esset, ferunt extitisse vocem ab æde Iunonis ex arce, vt sue plena procuratio fieret. Vnde (vt autor Cic.) Iunonem Monetam appellatam dicunt. Huic data est ædes in Capitolio Cal. Iun. ex voto Furij Camilli, qui aduersus Gallos dimicans, cùm deorum quoque opem adhibendam existimaret, ædem Iunoni Monetæ vouit: con-F secutúsque victoriam, dictatura se abdicauit. Itaque Senatus, vt inquit Liu. duumuiros ad eandem pro amplitudine pop. Rom. faciendam creari iussit. Locus in arce destinatus est, quæ area ædium M. Manlij Capitolini fuerat. Eadem ædes dedicata est anno postquam vota erat, C. Martio Rutilio, T. Manlio Torquato consulibus: prodigiúmque extemplò dedicationem secutum est, quòd & nox interdiu visa intendi, & lapidibus pluit. Fuit & Romæ templum alterum Iunonis Monetæ in Auentino, vbi eius deæ simulacrum collocatum est, teste Valerio Maximo, quæ captis Veijs G à Furio Camillo interrogata per iocum, an Romam migrare vellet se velle, respondit. Superioris ædis meminit Solinus his verbis, vt diximus suprà. Tatius in arce, vbi nunc est ædes Iunonis Monetæ, septima & vigesima Olympiade hominem exuit. Item Plutarchus in Romulo, qui incoluisse Tatium, inquit, eam vrbis partem, vbi nunc Monetæ est templum, qua ex Palatio in Circum maximum itur, iuxta quem locum sunt quos pulchræ Monetæ gradus vocant. Hanc itidem Lucanus Castrensem appellat, vt, H Numina miscebat Castrensis flamina Monetæ. Aram Iunonis pellici tangere non licebat, cui pœna constituta est à Numa Pompilio hac lege, vt Festus refert: Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito. *Antè domus Manli fuerat, qui Gallica*) &c. Manlius Capitolinus, quia obrepentes Gallos per ardua Capitolij depulit, patronus à ciuibus appellatus est, ac domum publicè in Capitolio accepit. Sed postea conuictus iniisse consilium de occupando regno, è saxo Tarpeio præcipitatus est, vt M. Varro scripsit. Nam Cornelius Nepos eum meminit verberibus necatum. Vnde postea Manlium patritiæ familiæ neminem vocari licuit, autore Festo. quamuis Plutarch. scribit, lege interdictum, quenquam ex ea familia Manlium dici.

Nec auis, quam prabet Ionia diues, norat Latium) quia I PAVL. nondum aduecti erant in Latium cygni ex Ionia Asiatica, quæ regio illis abundat, præsertim in ripis Mæandri fluminis, quod per eam regionem fluit. Inde in Heroid. Ad vada Mæandri concinit albus olor. *Nec auis, quæ gaudet Pygmæo sanguine*) nec nouerant Latini, grues, quibus est cū Pygmæis bellum, qui (vt Plin. inquit) tenent montana Indiæ, vicina tamen Oceano, salubri cœlo, sempérque vernāti. Hi (vt Gel. loquit) qui lóg. ssimi sunt, nō excedunt pedes duos & quadrantem. De his Iuuenal. Ad subitas Thracū volucres nubemq. sonorā, Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox impar hosti, raptúsque per aëra curuis Vnguibus à sæua fertur grue. *Et nihil placebat in pauone, præter pennas*) admirabantur tantummodo pennas pauonum, eos autem comesse nondum didicerant. *Nec tellus miserat antè feras captas*] non erat vsus venationis, aut aucupij. Sic feræ K non capiebātur ad cibos splendidiores. *Sus erat in precio*) suē cæteris præferebant. *Colebant festa cæsa sue*) quasi diebus festis dijs suem immolabant. *Terra dabat tantum fabas, & dura farra*) hi fructus è tellure percipiebantur. *Quæ duo simul mixta*] pultem fabaceam & farra. *Quicunque ederit*] comederit. *Sextis cal.*] primo die sexti mensis, ipsis cal. Iun. *Negant huic posse lædi viscera*] non possunt corrumpi aliquo modo viscera edentis. immo his cibis corroboratur corpus. *Arce quoque in summa*] Calendis Iunijs ædem Iunoni Monetæ consecrarunt, in ea parte Capitolij, in qua fuerat domus Marci Manlij Capitolini: qui direpta penitus, & incensa vrbe à Gallis Senonibus, & arce Capitolina obsessa, cùm noctu arcem Galli ascenderent, clangore anseris expergefactus, primus Gallos adortus est, & inde vi propria repulit. ob id Capitolinus appellatus. Sed post fusos à L Camillo Gallos, in dissensionem cum Camillo venit, & obstrictos ære alieno liberabat, nexos exoluebat. Damnatúsque affectati regni crimine, in Capitolium deductus est. & per portam depulsus, monumentū gloriæ & supplicij loco reliquit. Romani vt Plutar. addit, diruta eius domo, ædem deæ, quam Monetam appellant, ibi dedicauerunt. Sed alij volunt, ædem hanc Camillum vouisse. Sed Monetam appellatam esse Cic. inquit, quòd post illam cladem maximam à Senonibus acceptā, audita vox ex arce Iunonis fuerit. Sed Maximus illam fuisse Iunonem Monetam ostēdit, quæ captis Veiis, cùm eius simulacrum miles quidā interrogaret, an Romā adduci vellet, respōderit velle, & adductum, in Auentino collocatum. Verùm Liuius de voto

A Camilli, & Iunone Veientana ita ait: Tum dictator auspicatò egressus, cùm edixisset, vt arma milites caperent, Tuo ductu, inquit, Pythie Apollo, tuóque numine instinctus pergo ad delendam vrbem Veios, tibique hinc decimam partem prædæ voueo. Te simul regina Iuno, quæ nunc Veios colis, precor, vt nos victores in nostram tuamque mox futuram vrbem sequare, vbi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Et paulo pòst: Delecti ex omni exercitu iuuenes, pure lotis corporibus, candida veste, quibus deportanda Romam regina Iuno assignata erat, venerabundi templum iniere, primò religiosè admouentes manus: quòd id signum more vetusto, nisi certæ gentis sacerdos attrectare non esset solitus. Deinde cùm quidam seu inuentu ioco, Visne Romam? conclamauerunt, inde fabulæ adiectum est, vocem quoque dicentis velle, auditam. Motam certè sede sua paruí molimenti, adminiculi sequentis modo accipimus leuem ac facilem translatu fuisse: integrámque in Auentinum, æternam sedem suam, quò vota Romani dictatoris vocauerant, perlatam: vbi templum ei postea idem qui vouerat, Camillus dedicauit. Hæc Liuius de illa Iunone. Sed Monetæ templum in Capitolio erat, vt diximus. *Memorant*] dicunt homines. *O Camille facta*) ædificata templa. *Iunonis Monetæ*] consecrata sub appellatione Iunonis G Monetæ. *Tuo voto*] ex eo quod tu voueras. *In summa arce*) in summo Capitolio. *Fuerat ante*] domus Manlij, in uno loco erant ædes M. Manlij Capitolini. *Qui repulit arma à Ione Capitolino*] repulit Gallos, cùm iam essent occupaturi arcem.

ANTON.

B *Vixit vt occide*] &c. Longitudo vitæ, quam stultitia optat humana, attulit Manlio & damnationẽ, & mortis crudelissimum genus. Hic vt Plin. scribit, ante annos 17. bina ceperat spolia, primúsque omnium eques coronam muralẽ acceperat, sex ciuicas, 37. dona, 23 cicatrices aduerso corpore acceperat, & P. Seruilium magistrum equitum seruauerat, ipse vulneratus humerum, ac C femur. fortunatus nimirum: nisi quod à Gallis seruauerat Capitolium, suo regno seruasset. *Lux eadem*] &c. Coluerunt Romani (vt autor est Seruius) Martem Quirinum intra vrbem, quasi custodem atque tranquillum. Item Gradiuum in Appia via, extra vrbem, quasi bellatorem: cuius meminit autor hoc loco, & Liuius in tertia Decad. his verbis:

Quàm bene, di magni, pugna cecidisset in illa
Defensor solij Iuppiter alte tui.
Vixit vt occideret damnatus crimine regni.
Hunc illi titulum longa senecta dabat.
Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extrà
Appositum tectæ porta Capena viæ.
Te quoque Tempestas meritam delubra fatemur,
Cùm penè est Corsis obruta classis aquis.
Hæc hominũ monumenta patent: si quæritis astra,
Tunc oritur magni præpes adunca Iouis.
Postera lux Hyadas taurinæ cornua frontis
Euocat, & multa terra madescit aqua.
Manè vbi bis fuerit, Phœbúsque iterauerit ortus,
Factáque erit posito rore bis vda seges,
Hoc sacrata die Thusco Bellona duello
Dicitur, & Latio prospera semper adest.
Appius est autor, Pyrrho qui pace negata,
Multum animo vidit, lumine captus erat.
Prospicit à tergo summum breuis area Circum,
Est ibi non parua parua columna notæ.

Sucularum. Legimus enim supra, Pars Hyadum toto de grege nulla latet. &, Ora micant Tauri septem radiantia flammis. Tantùm igitur admonemus, quarto nonas Iunij non sperandam serenitatem, sed H pluuias expectandas, nõ multo antè quàm sol in ortum feratur, exorientibus Suculis. Quod idem sensit & Columella, vt modò diximus. *Phœbúsque iterauerit ortus*] pridie nonas Iunij. Excluditur nonus dies, qui est quarto nonas. *Hoc sacrata die Thusco Bellona duello Dicitur.* Ædes Bellonæ, quæ hoc tempore dedicata est, I non fuit extra vrbem, vt quidam falsò existimãt: ea videlicet, vbi Scipioni reuerso ex Hispania, pulsis Carthaginensibus, senatus datus est, autore Plutarcho: sed in vrbe, haud longè à

D Per idem tempus Romæ signum Martis, via Appia, ad simulacra luporum sudasse. Huius dei templum fuit ad portam Capenam. Festus: Manalem vocabant lapidem, petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis. Liuius in prima Dec. Cùm omnes extra portam Capenam ad Martis ædem conuenire armatos iuniores iussisset. Idem in eadem: Semitámque saxo quadrato à Capena porta ad Martis ædem strauerunt. Idem in quarta: Viam silice sternendam à porta Capena ad Martis ædem locauerunt. Hinc (vt quidam volunt) Appiæ viæ initium fuit, quæ (vt inquit Strabo) strata est ex vrbe vsque Brundusium. Vnde ait Papinius: Appia longarum teritur regina viarum. Ea strata est ab Appio Cæco, ex quo Appiæ nomen accepit: cui prope portam Capenam via tecta, ab oppido tectu denominata iungebatur, quæ in Flaminiam quoque ducebat.
E Vnde illud est Martialis: Lingonus à tecta, Flaminiáque recens. Liuius in prima Decade, ædem Martis Gallico bello votam, dedicatam esse ait à T. Quinto duumuiro, sacris faciundis. *Tempestas*] Hæc dea Calendis Iunijs colebatur, quòd pepercisset classi Romanorum, quæ penè in eo fuit, vt apud Corsicam mergeretur. Vnde Romæ templum meruit, quod alij in primo bello Punico ei deæ constitutum putãt, alij in secundo, posteaquam sæua tempestas Claudij consulis classem in vastissimis locis adorta disiecit, quem inquit Liuius à Corsica in Sardiniam traiecisse. *Magni præpes adunca Iouis*) Aquila. Hanc totam in ortum ferri dicit noctis initio. de cuius rostri ortu suprà legimus, Grata Ioui fuluæ rostra videbis auis. Præpes autem vocatur, vel quòd sit boni augurij, vt Seruio videtur: vel quòd altiua volet. Præpetes enim aues sunt, vt Priscianus docet, & ex Nigidij verbis Au-F lus Gellius colligit, quæ sublimius volant: quibus contrariæ sunt aues inferæ. Licèt Festus præpetes dici putet, quæ se ante auspicantes ferunt: quòd maiores nostri præpetere dicerent, pro anteire. Columella Calendis Iunijs, & quarto nonas scribit Aquilam exoriri, ac ventosam tempestatum interdum esse cum pluuia. *Postera lux Hyadas taurinæ cornua frõtis Euocat*] Falluntur, qui hoc loco Hyadũ putãt ortũ heliacũ Circo maximo: vbi columnella fuit, quæ Bellica dicebatur. Cui proximam ædem fuisse Bellonæ, Festus docet his verbis: Bellona dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columnella, quæ Bellica vocabatur: super quam hastam iaciebant, cùm bellum indicebatur. Huius ædis autor Appius Claudius fuit, cùm Hetruscos bello damnasset. Hic est, quem postea luminibus captum ferunt, cùm à Potitijs ad seruos sacra Herculis transtulisset, quique & cæcus & senex dissuasit pacem cum Pyrrho faciendam. Plinius scribit K alium Appium Claudium, qui primus clypeos in sacro vel publico dicari priuatim instituit, consúlque fuit anno vrbis ducentesimo quinquagesimo nono, altera in æde Bellonæ posuisse maiores suos, cùm placeret in excelso spectari, ac titulos honorum legi. Sanè Bellona, teste Varrone, ab duello Duellona quoque dicebatur, quam quidam Martis sororem dicunt. *Pyrrho qui pace negata*] Bellum cum rege Pyrrho sumptum est post annum vrbis conditæ quadringentesimum ferè, ac septuagesimum, vt Aulus Gellius tradit. Hic, autore Donato, peritissimus stratagematum fuit: primúsque quemadmodum ars & disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit. Sed memoriæ proditum est, teste Plutarcho, egregium quidem in acquirendo imperio, in conseruando verò minimè aptum fuisse. Idem Tarentinis L aduersus Romanos auxilium tulit: quos cùm maximis cladibus affecisset, deserere Italiam coactus est. reuersúsque in Græciam, cùm Argos oppugnaret, ictu tegulæ periit. *Prospicit à tergo*] prospicit circum à tergo. Non autem est à tergo ædis Bellonæ, cùm scribat Festus (vt diximus) eam columnellam ante templum fuisse Bellonæ. *Non parua notæ*] maximæ notæ: quia bella indicat, cùm hasta inde mittitur.

PAVL. *O dei magni quàm bene cecidisset in illa pugna*] quia gloriosè mortuus esset tum, cùm Gallos repulit, cum illis pugnans. *O Iuppiter alte defensor solij tui*) qui defendit arcem & templum tuum, quanta tum occubuisset. *Vixit*] Manlius. *Vt occideretur*] vt interimeretur. *Damnatus crimine regni*] condemnatus quòd regnum affectasset.

Longa senecta) quia iam erat senex. *Dabat ille bene et tulum*] hanc notam affectati regni. *Lux eadem Marti festa est*) Calendis etiam Iunius festum est Martis, sacrificatúrque in eius templo ante portam Capenam. Sylla enim in ædilitate sua templum hoc Martis consecrauit extra muros, supra centum columnas, dictúmque Martis Extramorani. *Eadem lux*) eadem dies calendarum. *Est festa Marti*) quia dis illi sacrificia fiunt. *Quem*] Martem. *Appositum Victa tecta*) quia supra columnas ædificatum, & inde sub templo erecta. *Quem*] Martem: hoc est, quam ædem Martis. *Prospicit porta Capena*) de qua diximus superiore libro. *Extra*] nam extra portam est. *Te quoque Tempestas*] &c. Metellos, qui primus consors subegit, cùm in Corsicam & in Sardiniam proficisceretur, in mari tempestatem maximã passus est, & pene inhmersus. Seruatus è periculo, ædem deæ Tempestatis erexit. *O Tempestas, nos fatemur te quoque meruisse delubra*] te etiam meruisse templa in vrbe nostra. *Tunc cùm Classis*] Rom. *Est penè obruta*] quasi immersa. *Aquis Corsis*) in mari prope Corsicam. *Hæc monumenta hominum patent*) manifesta sunt, quæ ab hominibus facta sunt. Monumentum, quod sit causa memoriæ conseruandæ. *Si quærimus astra*) quia quæ fiunt ab homine, scimus. Sed si cœlestia scire volumus. *Tunc*) eodem die calendarum *Oritur prepes adunca magni Iouis*] oritur Aquila At in fine superioris libri diximus oriri. Sic accipias tunc incipere oriri, sed nunc totam apparere. *Prepes*] Præpetes aues, quæ volatu exhibent augurium *Oscines*] quæ ore canunt *Adunca*] ab aduncis vnguibus *Postera lux Hyadas taurinæ cornua frontis Euocat*] Quarto nonas Iunias Hyades, de quibus sæpe diximus, omnes apparent, & in eo ortu pluuias inducunt. *Verùm id non inquit*] quia Taurus oritur, in cuius fronte diximus Hyadas esse figuratas. *Lux postera*] dies sequens. *Euocat*] ab ipso oriente. *Hyadas*] per Appositionem. *Cornua taurinæ frontis*] quoniam Taurus ab ortu surgit. *Et terra madescit*) fit humida. *Multa aqua*] ob pluuiam, quam Hyades inferunt. *Manè vbi bis fuerit, Phœbúsque iterauerit ortus*] Pridie nonas Iunij, hoc est tertio die mensis, festum est Bellonæ: quo die dedicatum est ei templũ, bello Hetrusco, in Circo maximo, autore Claudio, eo, qui cùm cæcus esset, & à multis publicis consiliis vacauisset, dũ de pace cum Pyrrho componenda ageretur in senatu, & an Pyrrhus in vrbem reciperetur, senatum adiit Appius Claudius, & sententia sua tenuit, vt id Pyrrho negaretur. Bellona autem dea, soror esse Martis dicitur. Aliqui Aurigam esse dicunt. Huic sacerdotes suo sanguine sacrificabant, hausto è venis brachiorum. Vnde Lucan. Tunc quos sectis Bellona lacertis Sæua mouet, cecinere deos. Ante eius templum, vt etiam Pompeius meminit, columnella erat, quæ Bellica vocabatur: super quam hastam iaciebant, cùm bellum indicebatur. Et alij non super eam, sed ab ea iaci hastam asserunt. *Vbi*] postquam. *Fuerit bis manè*) bis illuxerit *Et Phœbus iterauerit ortus*] erit in oriente sol. *Et seges bis erit facta vda rore posito*] vbi fruges & herbæ cœlesti rore bis erunt madefactæ *Posito*) deposito in ipsis herbis rore. *Hac die dicitur sacrata Bellona Thusco duello*] hoc est, ædes Bellonæ bello Hetrusco consecrata fuit. *Et semper adest prospera Latio*] semper enim Romanis fauet. *Appius*] Claudius, qui bello Samnites, Sabinos, & Thuscos domuit, viam vsque Brundusium lapidibus strauit Vnde illa via Appia dicitur. Aquam Aniensis in vrbem induxit *Est autor*] illius templi. *Qui multum vidit animo*) negata pace Pyrrho: quasi fuit ille magni consilij, & multa quidem animo prospiciebat, cùm esset autor negandæ pacis Pyrrho regi Epirotarum: qui auxilio Tarentinis veniens in Italiam, Romanis bellum intulit, cùm prius Leuinũ consulem in prælio turbasset. à Fabritio postea superatus, Tarentum refugit. *Lumine captus*] nam captus oculis erat Appius. *Area breuis*) parua. *Prospicit summum Circum*] summam Circi partem. *A tergo*] a latere. Erat enim area iuncta Circo, ab altiore & extrema eius parte. *Ibi*] in ipsa area. *Est parua columna*] columnella. *Non parua nota*] sed magnæ: cùm sit magnorum bellorum signum.

Hinc solet hasta manu belli prænuncia mitti,
In regem & gentes cùm placet arma capi.
Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est,
Quod deus Euboico carmine munus habet.
Muneris est tempus, qui nonas lucifer ante est.
Si titulos quæris, Sylla probauit opus.
Quærebam, nonas Sancto Fidióne referrem,
An tibi Semipater. tunc mihi Sanctus ait:
Cuicunque ex illis dederis, ego munus habebo:
Nomina trina fero, sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,
Inque Quirinali constituere iugo.
Est mihi, sitque precor nostris diuturnior annis
Filia, qua fœlix sospite semper ero.

ANTON. *Hasta*] signum belli. Vnde populum Rom. ferunt misisse ad Carthaginenses hastam & caduceum, hunc pacis, illam belli signum: vt vtrum vellent, eligerent. Hinc est, quòd pater patratus, cùm decretum erat, vt bellum indiceretur, profectus ad hostiũ fines, & præfatus quædam solennia, hastã mittebat in hostium terrã. Item Romani fortes viros sæpe hasta donarunt, autore Festo. *Custode sub Hercule*] Multæ fuerunt ædes Herculis Romæ: quarum ea, cuius meminit autor hoc loco, condita est ad Circum maximum, à L. Sylla, monitu carminis Sibyllini, & pridie nonas Iunij dedicata. Huic deo legimus eundem Syllam decimas obtulisse, vt Plutarc. testatur: quas plerique locupletes Herculi offerre consueuerunt, vt idem in Quæstionibus tradit. Vel quòd ille in Palatio boum, quas Geryoni abstulerat, decimam immolauit. vel quòd Romanos ab Hetruscis decimis solitos liberauit. vel quod diuitias minuentes, eo pacto maximè coli Herculem existimabant: qui paucis contẽtus, cõtinenter putabatur temperatéque vixisse. Hinc est illud Plauti: Vt decimam partem Herculi polluceam. *Euboico carmine*] monitu carminis Sibyllini. Cumas enim vrbem Campaniæ, ad quam Sibylla Erythræa secundum Aristotelem venit, quam Itali Cumanam dicere, Euboici condiderunt. Vnde ait Virg. in 6. Æneid. Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. *Muneris*] consecrationis eius templi. *Sylla probauit opus*] Idem opipara populo dedit conuiuia: ad quæ venientes, dicebantur & pollnctum Herculis conuenire. *Quærebam nonas*) &c. Sanctus Fidius Semipater nonis Iunijs colebatur, Sabinorum deus, re quidem vnus, sed diuersis nominibus appellatus: quem ferunt à Sabinis in Quirinalem collem fuisse translatum, vbi eius ædes fuit, ad quam Varro scribit collem fuisse Mutialem. Per hunc deum iusiurandum quod fieret, magnam vim habere putabatur. Plaut. in Asin. Per deum Fidium quæris? iurato mihi video necesse esse eloqui quicquid coges. Sunt qui esse hunc Herculem Iouis filium arbitrantur. Vnde Medius fidius dicebant iurantes per Iouem, filiúmque Iouis Herculem, teste Seruio. quamuis quidam aliter quoque id aduerbium interpretentur, autore Festo. Maiores nostri sæpe (vt Festus idem docet) pro literea, d vtebantur. Itaque idem deus pro filio, Fidius dicebatur. Vocabatur autem Sanctus, quòd eum minimè corrumpi oporteret. Nouimus enim, sanctum significare aliquando incorruptum. Vnde sanctæ leges dictæ, vt Macrobio placet, quòd corrumpi non debeant. Vt autem Semipater vocaretur, hæc ratio afferri potest, quòd Hercules vnus deorum, quos Apuleius Medioximos vocat, studuit hominum commodis ac tutelæ, consueuitque (vt dictum est) etiam non rogatus laborantibus subuenire. Vel quod magis placet, quia Hercules Sol est (vt quidam volunt) teste Macrobio: à quo & homine constat gigni hominem, vt Aristoteles scribit. *Cuicunque ex illis dederis, ego munus habebo*] Sensus est: Cuicunque è tribus nomen dederis, aedem diuinam feceris, ego munus accipiam. *Sic voluere Cures*] Alij legunt, Sic voluere patres Est autem Cures oppidum Sabinorum. *Quirinali iugo*] In hunc montem commigrarunt Sabini à Curibus venientes, vnde Quirinalis dictus putatur. Lege Festum. *Filia*) Perilla huic nomen fuit. de qua ipse alibi. Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta, Sed non ex vno coniuge fecit auum. Docet autem, nuptium non aptum esse nuptiis, nisi cùm Vestæ purgamina post idus in Tiberim missa fuerint: de quibus autor dicturus est. Hæc est

illa dies quæ tu purgamina Vestæ Tibri per Hetruscas in mare mittis aquas. Id tempus his verbis notabatur in Fastis, autore Festo. Quando stercus delatum, fas. *Qua fuli sospite semper ero*] Contrà nonnulli sentiunt, dicentes, non habentem liberos, in infortunio esse fœlicem.

PAVL. *Hinc*) ex hac columnella. *Soles mitti hasta præmuncia belli*] torquetur hinc hasta, in belli gerendi signum. *Cùm placuit capere arma*] quasi inferre bellum. *In regem & gentes*] siue in aliquem regem pugnandum sit, siue in gentes & nationes. *Altera pars Circi custode sub Herculo tuta est*) Ex altera parte Circi erat templum Bellonæ, ex altera templum Herculis, quod consecratum est à senatu, monitu Sibyllinorum carminum, sub dictatore Sylla, qui dedicandum probauit. Celebraturque eius consecrationis festum pridie nonas Iunias. *Altera pars Circi*] quæ est opposita templo Bellonæ. *Est tuta sub Herculo custode*) quasi est sub tutela & custodia Herculis, qui illic habet templum. *Quod munus*) quam ædem. *Deus*] Hercules. *Habet Euboico carmine*] ex inspectione carminis Sibyllini. *Euboico*] Cumæo. alias diximus. *Tempus muneris*] cõsecrationis tēpli. *Est qua lucifer est ante nonas*) eo die qui præcedit nonas i. pridie nonas Iunias. *Si quæras titulos*] ipsius templi, quo titulo signetur. *Sylla probauit opus*] A senatu enim conditum, probatúmque à Sylla dictatore, qui (vt Plutarchus inquit) ea vniuersis fortunis Herculi decimam sacrificans, opipara populo fecit conuiuia. *Quærebam nonas Sancto Fidióne referrem, An tibi Semipater*) Nonis Iuniis colitur Trinomius deus, Sanctus, Fidius, Semipater. Putabat Poeta, ob tria nomina, tres deos esse. Soluit dubium Sanctus, & vnum eundem esse annuit. Sanctus, vetus Sabinorum deus est. Varro autem sic inquit: Ælius Dium Fidium dicebat, Diouis filium vt Græci Dioscuron Castorem. Et putabant hunc esse Sanctum ab Sabina lingua, & Herculem à Græca. *Quærebam*] an referrem nonas Sancto, an Fidio, an referrem tibi Semipater: inquirebam ego, cui ex his tribus referendus esset Nonarum dies, cùm tria essent numina putabantur. *Tunc Sanctus ait mihi, Cuicunque ex illis dederis*) cuicunque referes ipsum diem. *Ego habebo munus*] quasi mihi assignabis, & mihi sacrificabis. *Ego fero tria nomina*] sum trinomius. *Sic voluere Cures*] Sabini: à Curibus, quæ erat vrbs opulentissima, vt aliàs diximus. *Veterce igitur Sabini donarunt hac æde*] consecrauere mihi Trinomio templum antiqui Sabini ab initio, cùm asciti sunt in communem ciuitatem. *Et constituere in iugo*) hoc est, in monte Quirinali. Quirinalis collis (vt Pomp. inquit) dictus est, quia in eum commigrarunt Sabini, à Curibus venientes. quamuis alij à templo Quirini dictum putent. Et Var. Collis Quirinalis, Quirini fanum est, qui à Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quòd ibi habuerunt castra, quod vocabulum coniunctorum nomina obliterauit. Dictos enim colles plures, apparet ex Argeorum sacrificiis, &c. *Est mihi*] &c. Filiam habuit Ouid. Perillam nomine, cuius in Trist. meminit. Est etiam in illis libris epistola ad eam. Hanc cùm viro traditurus esset post nonas Iunias, & de congruo tempore sacerdotem consuluisset, accepit, eo tempore malum esse nubere, abstinendúmque à contrahendo coniugio vsque ad idus Iunias. Nam post absoluta sacra Vestæ, purgationes, & quæ his diebus fiunt, nuptiæ, erũt feliciores. *Est mihi filia, & precor sit diuturnior nostris annis*) habeo ego filiam, & precor sit superstes vitæ meæ, & longiore tempore viuat. *Qua sospite semper ero felix*] quæ filia dùm mihi salua & incolumis est, semper me ego fœlicem existimabo.

> *Hanc ego cùm vellem genero dare, tempora tædis*
> *Apta requirebam, quæque cauenda forent.*
> *Tunc mihi post sacras monstratur Iunius idus,*
> *Vtilis & nuptis, vtilis esse viris.*
> *Primáque pars huius thalamis aliena reperta est.*
> *Nam mihi sit coniunx sancta Dialis ait:*
> *Donec ab Iliaca placidus purgamina Vesta*
> *Detulerit flauis in mare Tibris aquis:*
> *Non mihi detonsum crinem depectere buxo,*
> *Non vngues ferro subsecuisse licet.*
> *Non tetigisse virum, quamuis Iouis ille sacerdos,*
> *Quamuis perpetua sit mihi lege datus.*
> *Tu quoque ne propera: melius tua filia nubet,*
> *Ignea cum pura veste nitebit humus.*
> *Tertia post nonas remouere Lycaona Phœbe*
> *Fertur, & à tergo non habet Vrsa metum.*
> *Tunc ego me memini ludos in gramine campi*
> *Aspicere, & dici lubrice Tibri tuos.*

ANTON. *Sacras idus*) quia omnium mensium idus Ioui dicatæ sunt, vt diximus. quamuis idibus Iuniis Ioui Inuicto datum, siue dicatum templũ est. *Prima pars huius*] Iunij mensis, 13 dies. *Coniunx Dialis*] flaminica vxor flaminis Dialis. Hæc cùm iter ad Argeos, nec comebat caput, nec pectebat capillum. similiter & hoc mense, ante stercus delatum, Eidem à Calend. Iun. ante id tempus nec licebat secare vngues, nec virum tangere, hoc est flaminem Dialem: cuius vnguium & capilli tegmina subter arborem filicam terra operiebantur. eiusdem capillum non tondebat, nisi qui liber homo esset, vt Au. Gel scribit. *Buxo detonsa*) pectine buxeo. Pecten enim inde non fit, nisi tondeatur buxus, id est, ferro secetur. *Perpetua lege*) quia matrimonium flaminis Dialis nisi morte dirumpi ius non erat: qui si vxorem amisisset, flaminio decedebat. *Ignea humus*) ædes Vestæ, vbi ardet perpetuus ignis. *Pura veste*] quæ non habet maculam, non est obsita, non fulgurata, non funesta. Talia enim erant pura vestimenta, vt diximus, quæ sacerdotes ad sacrificium adhibebant. Seruius: Impolluta, inquit, & pura vestis dicitur, qua festis diebus vti consueuerant sacra celebraturi. Alij legunt, Ignea cùm pura Vesta nitebit humo. quod si est, puram humum accipe, delato stercore, & purgaminibus inde sublatis. quod magis placet. Festus: Quando stercus delatum, fas. eodem modo in Fastis notatur dies, quo stercus purgatur ab æde Vestæ. *Tertia post*] &c Septima idus Iunij Arctophylax occidit, sed non totus. Vnde autor peritè hoc loco non occidere inquit Bootem, sed vt occidat, dici. Is enim (vt dictum est) in occasu quatuor signorum zodiaci tempus absumit, Tauri, Geminorum, Cancri, ac Leonis. Vnde à poëtis piger dicitur. vt, Tardus in occasu sequitur sua plaustra Bootes. Accedit ad hoc, quòd eius manus, quam sinistram dicunt, re vera nunquam occidit, cùm ab arctico circulo includatur. Arctophylacem hic Ouid. Lycaonem vocat, ponens more poetarum primitiuum pro deriuatiuo. Vnde Lycaonidem accipe per Lycaona. Fuit enim Arcas Lycaonis nepos nam Calysto Lycaonis filia est, Arcadis mater. Sunt qui geno ipsum esse Lycaonem velint. Lege Hygin. Cæterùm is occidere hoc tempore vllo modo non potest. vnde Arctophylax necessariò accipiendus est, quod sequentia ostendunt. Nam cùm autor subiiciat, *A tergo non habet Vrsa metum*] hoc dicit, Quamuis Arctophylax, id est, Vrsæ custus, occiderit, non tamen Vrsa sibi timet, custode sublato. *Ludos in gramine campi Aspicere*] Piscatorij ludi, vt autor est Festus, dicebantur, qui fiebant pro quæstu piscantium. Hi celebrantur hoc tempore in campo Martio, ad fluminis ripas: vt fauente Tiberino, fieret abunda piscatio. *Dici tuos*] Tiberinos: quòd ad Tiberim fierent.

PAVL. *Cùm ego vellem hanc dare genero*] cùm tradere eam vellem viro, qui esset mihi gener. *Requirebam quæ tempora essent apta tædis*] congrua facibus matrimonialibus, hoc est, ipsis nuptiis. *Et quæ forent cauenda*) quæ essent minus congrua, & sic euitanda. *Tunc monstratur*] cum ratione ostenditur. *Iunius post sacras idus & esse vtilis nuptis, & esse vtilis viris*] postquam transierint idus, vtile esse tempus vtrisque, & puellis & iuuenibus, ad coniugium. Sacras idus dixit: nam & omnes idus Ioui sacræ sunt, & idibus Iun. est festum Iouis Inuicti etiam & festa Mineruæ. *Primaque pars huius*] mensis Iunij. *Est reperta aliena thalamis*] non conueniens nuptiis. *Nam mihi sit ait sancta coniunx Dialis*] sic dixit vxor flaminis Dialis. *Non licet mihi depectere crinem*] quasi non possum ego sine piaculo pectere comas. *Buxo detonsa*] pectine buxeo. Aliqui legũt, Crinem detonsum. Aliqui, Buxo detonso,

& ita dictum volunt, à similitudine palmæ remorum. Nam Pomp. inquit: Tonsa remus, quòd quasi tondetur ferro. Ennius: Pone petunt, exin referunt ad pectora tonsas. Et Virg. Luctantur marmare tonsæ. *Non licet subsecuisse vngues ferro*] nec sine piaculo possum vngues resecare. *Non tetigisse virum*] nec licet tangere coniugem. *Quamuis sit ille Iouis sacerdos*] licèt sit flamen Dialis. *Quamuis sit datus mihi lege perpetua*] vt diuortium facere non possimus. Immò ea lex erat, vt non modò non fieri posset diuortium, sed extincta vxore, flamen Dialis abdicaret se sacerdotio. Illa igitur inquit, Hæc fieri non possunt. Donec placidus Tibris demiserit purgamina in mare ab Iliaca Vesta: vsque quo purgatum erit templum Vestæ Iliacæ, & omnia quæ sunt in eo, munda & nitida reddita, & sordes & ipsa purgamina iacta in Tibrim, ferenda in æquor. *Aquis flauis*] turbidis. nam illa turbulentia aquarum imitatur colorem flauum. Virg. Vorticibus rapidis, & multa flauus arena. Et Horat. Vidimus flauum Tiberim retortis Littore Hetrusco violenter vndis. Verùm templum Vestæ purgatur sexto idus Iunij.

Tu quoque ne propera] noli accelerare nuptias. *Tua filia melius nubet*] fœliciore omine tradetur viro. *Cum ignea humus*] terræ globus: aut effigies terræ, quæ in templo sustinet ignem Vestalem. *Nitebit pura Veste*] cùm erit iam purgata & nitida. *Tertia post nonas*] Septimo idus Iunias occidere videtur maior vrsa, de qua diximus in secundo libro. *Tertia Phœbe*] tertia luna, hoc est, tertia nox post nonas. *Fertur remouere Lycaona*] Calysto Lycaonis filiam, hoc est, ipsam vrsam: quia tunc occidit. *Et Vrsa non habet metum à tergo*] Respexit ad fabulam, cùm Arcas filius adultus matrem in vrsam mutatam insequeretur. Nunc cùm occidat, non timet insequentem filium. *Tunc ego*] &c. Eodem die fiebant ludi in campo Martio, qui Tibrales dicti sunt: nam ad honorem Tibridis. & festum à piscatoribus celebrarunt *Tunc*] septimo idus. *Memini me aspicere ludos in gramineo campo*] in gramineo campo Martio. *Et ô Tibri lubrice*] qui facillimè laberis. *Memini dici tuos ludos*] quòd ad honorem tuum fierent.

Festa dies illis, qui lina madentia ducunt,
Quique tegunt paruis ara recurua cibis.
Mens quoque numen habet, Menti delubra videmus
Vota metu belli perfide Pœne tui.
Pœne rebellabas, & letho consulis omnes
Attoniti Mauras pertimuere manus.
Spem metus abstulerat, cùm Menti vota senatus
Suscipit, & melior protinus illa venit.
Aspicit instantes mediis sex lucibus idus
Illa dies, qua sunt vota soluta deæ.
Vesta faue, tibi nunc operata resoluimus ora,
Ad tua si nobis sacra venire licet.

Qui lina madentia ducunt] Periphrasis piscatorum. *Mens quoque numen habet*] Huic deæ templum votum est in secundo bello Punico, ab Attilio prætore, C. Flaminio consule insidiis ab Hannibale circumuento, cæsóque ad lacum Thrasimenum, quo tempore Fabius Maximus dictator eidem vouit Veneri Erycinæ. Vnde postea idem Fabius, & Attilius Crassus duumuiri creati sunt ædibus dedicandis: quorum ille Veneri, hic Menti templum dedicauit. Ea Liuius 3. Decad lib. 3. in Capitolio fuisse testatur, canali vno decreta: quæ vota fuerunt iussis decemuiris adire libros Sibyllinos, qui retulerunt patribus, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti vouendas esse, & ludos magnos Ioui faciendos, & supplicationem lecti sternium que habendum, ac ver sacrum vouendum, si res in eodem, quo ante bellum fuisset, statu permansisset. *Pœne rebellabant*] Sensus est: Audito interitu Flaminij, tantus timor inuaserat omnes, vt Pœni rebellarent à Rom imperio. *Letho consulis*] non Pauli Æmilij, sed Flaminij. Nondum enim interemptus fuerat Paulus ad Cannas, cùm Menti ædes vota est. Lege Liuium. *Melior protinus illa venit*] quia diuinitus exorta est in Fabio Maximo mens atque consilium non pugnandi, vt frangeret Hannibalem mora, & cunctando vinceret. Est autem Venit, præsentis, non præteriti temporis, ne claudicet versus. *Mediis sex lucibus*] Septimo idus deæ Menti ædes dicata est, ac vota soluta. *Vesta faue*] Sacra Vestæ vsque adeo vetusta sunt, vt ea non pauci scriptores tradiderint Æneam ex Troia in Italiam attulisse. Vnde ignem Vestæ legimus à poetis modò Troianum, modò Laomedonteum, modò Troicum appellatum. Silius: Et vos virginea lucentes semper in ara Laomedonteæ Troiana altaria flammæ. Papin. Pulchrius an tacita vigilet face Troicus ignis. Iuuenal. Vbi quanquam diruta seruat Ignem Troianum, & Vestam colit Albà minorem. Hanc deam Macrob. de numero penatum esse, aut certè comitem eorum refert: adeò vt consules, prætores, dictatorésque cùm magistratum adirent Lauinij, penatibus pariter & Vestæ rem diuinam facerent. Itaque Virg. cùm ex persona Hectoris dixisset, Sacra suósque tibi commendat Troia penates: mox adiecit, Manib. vittas, Vestámque potentem, Æternúmque adytis effert penetralibus ignem. Eam nonnulli Cererem esse dixerunt. Alij deorum matrem, siue Terram: quæ quòd variis vestita sit rebus, Vestæ nomen accepit, vt Seruius tradit, vel quòd vi sua stet à vi stādo, vesta vocatur. Alij Vestā ignē esse volūt, qui à Græcis ἑστία dicitur: vnde ipsa virgo putabatur. Nouimus n. elemētum ignis esse inuiolabile, nihilq; ex eo nasci. Quā ob causam virgines in eius tēplo ignē perpetuū obseruabāt, quas Numa Vestales nuncupauit. cui regi earū virginū sacerdotiū, & ignis perpetui cultus ascribitur, autore Plutarcho. licèt quidā à Romulo sacras virgines lectas, & ignis consecrationē dixerint cōstitutā. Quibus vt fidē nō adhibeamus, Liuius facit, qui legisse inquit Numam virgines Vestæ, sacerdotium Alba oriūdum.

à quo rege institutum est, ignem perpetua vigilia custodiri, ne corrumperetur, tanquam omnium principium esse: quippe qui est motin quædam, vel cum motione totius generatio: cùm alia calore vacantia, & cadaueribus similia, ignis virtutem tanquam animam capiant. Huius pura incorruptáque substantia ab inuiolatis atque integris (vt diximus) custodibus seruabatur in templo, quod idem Numa rotundum condidit ad Tiberim, nō longè à palatio, imitatus terræ figurā, vel totius mundi: cuius medium ignis sedes à Pythagoricis putabatur. Fuit autē ignis peruigil etiam in aliis templis, teste Seruio, ætherearum videlicet potestatum: vt in templo Iouis, qui est æther: & Mineruæ, quæ supra ætherem est. vnde de patris capite dicitur procreata. Seruauerunt etiam Græci nonnullis in locis perpetuum ignem: quem ferunt non à virginibus, sed à mulieribus solutis coniugio sohrum custodiri. vt Athenis, & apud Delphos: vbi si fortè ignis quandoque defecisset, nouum & peregrinum accensa à sole flamma, elici oportebat, vt scribit Plutar. in Numa. Itaque sunt, vt idem ait in Camillo, qui hunc regem ad imitationem Græcorum in æde rotunda, cuius modò meminimus, putent ignem perpetuū posuisse: qui si quando extinctus esset, virgines verberibus afficiebantur à pontifice: quibus mos erat, vt docet Festus, tabulam fœlicis materiæ tam diu verberare, quousque exceptum ignem virgo in ædem ferret. Vesta omnibus sacrificiis inuocabatur, autore Seruio, sicut & Ianus: quia nullum sacrificium sine igne est. Eidem olim non nisi de Numico fluuio hbabant, in quo repertum est cadauer Æneæ. Vtebantúrque in eius sacris sale in pila tunso, & in ollam fictilē cōiecto, in furnóq; percocto. Faciebántq; interdū sacri genus, quod (vt inquit Festus) Casta mola dicebatur. In eiusdem deæ sacris, quia piaculū erat, si aqua hausta ad sacra in terra poneretur, vtebatur vase, quod à Seruio futis, à Donato futile appellatur. Id erat acuto fūdo, & ore patulo instabiliq;, ita vt stare non posset, sed positū statim effunderetur: deponebatúrque nunquam nisi à ministro sacrorū, teste Donato. Sciendum, Vestæ sacra in eorū numero haberi, quæ à veteribus Municipalia dicebantur: sic enim vocari solita sunt (autore Festo) sacra, quæ ante vrbem cōditam colebantur. Idem etiā scribit, seu Vestæ sacerdotes olim constitutos esse, vt populus pro sua quisque parte ministrā sacrorū haberet: quia ciuitas Rom. erat in sex partes distributa, in primos secundósque, Titienses, Ramnes, Luceres Dionys. vult Romulum in 30. curiis Vestā collocasse, vbi rem diuinam faciebant. Quod verū an sit, alij viderint. Idem scribit postea proprias curiarum Vestas nequaquam motas, sed communem omnium inter Palatium & Capitolium cōstitutam *Operata resoluimus ora*] quæ sacra cecinerunt. Est enim operari, sacra perficere. Et cōstat maiores nostros operationes, sacrificia dixisse. *Ad tua si nobis sacra venire licet*] quia sacra Vestæ virginum sunt. *Et est festa dies illis, qui ducunt lina madentia*] Per peri-

PAVL.

A siphrasin piscatores ostendit. Est festa dies piscatoribus, qui trahunt linea retia aquis madefacta. *Et qui tegunt æra recurua* hamos curuatos. *Paruis cibis*) quibus pisces decipiunt. *Mens quoque numen*] &c. Eadem die festum est Mentis, cui consecrata sunt templa à senatu. Romani enim tot cladibus ab Hannibale acceptis ad Trebiam, ad Thrasymenum, ad Cannas, extincto Paulo Æmilio consule, vouerunt Menti templum, si dij bonam mentem: qua habita, & Hannibale victo, templum condiderunt. Lactantius, vbi meminit consecrationis Virtutis atque Honoris, subdit: Eadem vanitate Mentem quoque inter deos collocauit senatus: quam profectò si habuisset, eiusmodi sacra nunquam suscepisset. *Mens quoque habet numen*] quia consecrata, & inter deos collocata. *Videmus delubra Vota Menti*] templa quæ vota

B sunt, sunt illi dedicata. *Metu belli tuo Pœne perfide*) ò Hannibal, qui nunquam seruabas fœdera, cùm tua bella timerent Romani, vouerunt ædem Menti. *Pœne rebellabas*] & eras tu rebellis, & ad rebellandum cogebas alios populos. *Et omnes*] Romani. *Attoniti*] exterriti. *Letho consulis*] morte Pauli Æmilij ad Cannas. *Pertimuere manus Mauras*] Speciem pro genere posuit: hoc est, vires Aphrorum. De Mauris diximus superius, Libyæ populi, ad fretum columnarum. *Spem metus abstulerat*) nihil enim spei relictum erat, omnia metus occuparat. *Cùm senatus suscipit vota Menti*) nuncupauit ipse senatus vota, & aliorum quoque vota suscepit. *Et illa*) Mens. *Melior protinus venit*) persolutis votis, statim inicere meliora consilia, & præfecere bello Scipionem adhuc adolescentem, qui semper fœlicissimè pugnauit. *Illa dies*) qua sunt soluta vota deæ, consecratum G templum, & peracta sacra Menti. *Aspicit idus instantes*] instantem diem iduum. *Sex inrobus*) diebus medijs. sic indicat septimum diem iduum. *Vesta faue tibi nunc*) &c. Sexto idus est festum Vestæ, de qua multa dicenda sunt. Sed primum hoc inquit Poeta, se cùm in prece esset, sensisse numinis aduentum, non tamen vidisse Vestam: sed de quibus erat ambiguus, omnia sibi patuisse, nemine docente. *Faue*] ò Vesta, mihi tua mysteria relaturo. *Nos resoluimus tibi ora operata*) officiosi: & nos de te agere ea officio incipiamus. *Si licet nobis venire ad tua sacra*) cùm non liceat nisi virginibus, adeo inquit, Si licet nobis.

In prece totus eram: cœlestia numina sensi,
Lætáque purpurea luce refulsit humus.
Non equidem vidi (valeant mendacia vatum)
Te dea, nec fueras aspicienda viro:
Sed quæ nescieram, quorúmque errore trahebar,
Cognita sunt nullo præcipiente mihi.
Dena quater memorant habuisse Palilia Romam,
Cùm flamma custos æde recepta dea est.
Regis opus placidi, quo non metuentius vllum
Numinis ingenium terra Sabina tulit.
Quæ nunc ære nitent, stipula cùm tecta virebant,
Et paries lento vimine textus erat.
Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ,
Tunc erat intonsi regia magna Numæ.
Forma tamen templi, quæ nunc manet, antè fuisse
Dicitur, & formæ causa probanda subest.
Vesta eadem est & Terra, subest vigil ignis vtrique:
Significant sedem terra focúsque suam.
Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa,
Aëre subiecto tam graue pendet onus.
Arte Syracusia suspensus in aëre clauso
Stat globus, immensi parua figura poli.

ANTON. *Purpurea luce*] nimbo diuino, ob numinis præsentiam. Purpurea dicit, quia Vesta ignis est. *Valeant mendacia vatum*) sic dictum, vt illud Terentij: Valeant, qui inter nos dissidium volunt. *Dena quater*) &c.

C Anno vrbis quadragesimo ædem Vestæ rotundam à Numa Pompilio Romæ conditam ferunt: quam Seruius docet fuisse Numæ regiam, quod nō placet. Atrium enim Vestæ fuit Numæ regia: quod constat quidem fuisse iuxta ædem Vestæ, sed semotum ab æde, vt idem Seruius tradit. Vnde ait Plutarchus: Numa regiam iuxta templum Vestæ condidit, vbi maiorem temporis

D partem morabatur, aut sacris vacans, aut sacerdotes docens. Et Solinus: Numa, inquit, habitauit in colle primùm Quirinali, deinde propter ædem Vestæ in regia. Tacitus: Numæ regia, & delubrum Vestæ cum penatibus populi Romani exusta. Hinc Liuius tertiæ Decad. lib. 6. id atrium regium vocat, vt, Comprehensæ Lautumiæ, forum quæ piscarium, & atrium regium, ædes Vestæ vix defensa est. Non prætereundum hoc loco, quod Aulus Gellius scribit lib. 14. No-

E ctium Attic. ædem Vestæ templum non fuisse. Cuius rei causam Seruius tradit, docens eam ædem ideo non fuisse augustam, id est, augurio consecratam, vt senatus eò non conueniret, vbi virgines erant: cui licebat ad atrium conuenire, quod erat augustum. Nouimus enim, senatusconsulta non nisi in loco per augures constituto, iusta fieri potuisse. Quam ob causam in curia Hostilia, Pompeia, & Iulia, cùm ea loca profana fuissent, templa dicuntur ab auguribus constituta. Sciendum, per quater dena Palilia significari annum vrbis quadragesimum, quam Palilibus conditam ferunt. *Metuentius numinis*) Metuens numen, cùm dicimus, participio vtimur: cùm numinis metuens, nomine.

Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ] Ouidius alibi: Hic locus est Vestæ, qui Pallada seruat, & ignem, Hic fuit antiqui regia parua Numæ. Horum versuum sensum nonnulli malè accipientes, existimarunt significari tantùm ædē Vestæ, cùm posteriore versu atrium demonstretur. *Forma*

F *tamen templi, quæ nunc manet*) Ædes Vestæ ideo rotunda facta est, ad pilæ similitudinem, quòd eam deam crederent Terram esse, vt autor est Festus: quam primus Parmenides globosam dixit, ac rotundam, & in medio sitam: qui floruit Olympiad. sexagesimanona. Anaximander verò cylindri forma terram esse tradidit, vt Eusebius refert. *Vesta eadem est & Terra*) Terra & Vesta vnum atque idem sunt.

Subest vigil ignis vtrique) ædes Vestæ ignem continet inextinctum, similiter & Terra. *Significant sedem terra focúsque suam*) Sensus est: Terra, H id est, Vesta, & focus ignem fouens, qui est in æde Vestæ, suam sedem ostendunt: quoniam vt elementum terræ ignem intra se continet, ita & ædes Vestæ focum atque ignem. Est & alter sensus, quòd ædes Vestæ sua forma vtriusque elementi, hoc est, terræ & ignis, sedem ostendit, quæ rotunda est. *Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa*) Terra suis fixa ponderibus est, vt Physici dicunt: quam Ægyptij signi-

I ficantes, bouis figuram ponebant, vt Macrob. tradit. Plinius aeris vi suspensam cum aquarum elemento librari terram docet, & leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent: contráque grauia, ne ruant, suspendi leuibus in sublime tendentibus, & pari in diuersa nisu vi sua quæque consistere. Terram ignem habere, dubium non est, autore Ser- K uio, qui ait intelligi eam rem ex Ætna. vnde Ouidius etiam inquit in æde Vestæ perpetuum ignem. *Aere subiecto*) Quomodo subiecto, cùm terra elemento aquæ & aeris subiiciatur? quia & apud antipodes aer est, quem vulgus subiectū putat, & suppositum terræ. *Tam graue pendet onus*) In quo aliud est centrum magnitudinis, aliud grauitatis, à quibus inæquales sunt lineæ ad vniuersam terræ superficiem ductæ. Cùm tamen nonnulli velint, hemisphærium quod est à centro ad superficiem grauitatis, æquali pondere alteri hemisphærio, quod ab eodem centro grauitatis superficiē ponsit. Sanè res æquilibris, vt in Phædone Plato docet, in similis alicuius medio posita, nec magis, nec minus potest in partē aliquam inclinari. *Arte Syracusia*] Archimedes mathematicus excellens, cui geometricæ ac machinalis scientiæ gran- L de testimonium M. Marcelli contigit, vt Plinius scribit, fabricauit sphærā sphæræ mundi simillimā, vbi (vt inquit Cicero) planetarum omnium motus non sine diuino ingenio imitatus est. Idem (vt Plutar. tradit) amicos ac necessarios orasse dicitur, vt post suam mortem, ambitā cylindro sphæram eius sepulchro imponerēt, quod factū est. Ita vt Cicero glorietur, quæstorē se in Sicilia sepulchrū Archimedis inuenisse septū vndiq. veprib' ac dumetis, & à Syracusanis ignoratū: cū animaduertisset columnā, in qua inerat sphæræ figura & cylindri. Sphæram alij ferūt inuenisse Musæū Eumolpi filiū, teste Laertio. Alij Atlātē, vt Plini' refert. Sanè author hoc loco rotundā terrā esse arguit autoritate Archimedis. Nolo autem ignores, fuisse Romæ in æde Vestæ Archimedis sphæram,

A quod à nullo scriptore memoriæ proditum inuenies. quamuis Plinius scribat, ædem Vestæ Syracusana superficie tegi placuisse. qui etiam inquit, Syracusana esse in Pantheo capita columnarum à M. Agrippa posita. *In aere clauso*] ambitu cœlestium circulorum: hoc est, quibus Archimedes cœlorum motus imitatus est.

PAVL. *Etiam ego totus in prece*] contemplabar ego, & precabar numina. *Sensi*] quasi adesse cognoui. *Numina cœlestia*] ipsam deam. *Et humus læta*] ob præsentiam numinis. *Refulsit luce purpurea*] splendore ignis. *Non equidem vidi te dea*] ego certè non te inspexi. *Valeant mendacia vatum*] quasi nolo esse mendax, vt multi poetæ solent. ego ingenuè fateor non vidisse te. *Sed sunt cognita mihi nulla præcipiente*] cognoui ego, cùm nemo esset qui daret præcepta;
B aut qui me doceret. *Quæ nesciebam*] quæ mihi erant occulta. *Et illa, quorum errore trahebar*] in quibus errabam, & de quibus eram dubius. *Dena quater*] &c. Quadragesimo vrbis anno à Numa Pompilio templum Vestæ Romæ conditum est, vt poeta inquit: multi tamen putant à Romulo prius erectum de quo pluribus agit Dionysius. Et illud postea asseritur, commune templum Vestæ non constituisse Romulum, sed vnicuique triginta curiarum Vestam collocatam, vbi sacrificabant curiæ Sacrificulos earū fecit curiarū duces. Numa verò suscepto imperio, proprias curiarum Vestas nequaquam mouit: cōmunem autem constituit omniū in medio Capitolij & Palatij loco, comprehensis collibus iam vtrisque vnis mœnibus, custodiamque sacrorum ex lege patriæ Latinorum per virgines fieri instituit. Habet autem aliquid etiam custoditum ipsum in templo quid sit,
C & quam ob causam virginibus committatur. Quidam dicunt nihil esse, præter ignem illum mani festum. Custodiam autem eius virginibus potius, quàm viris attributam faciūt ratione quadam probabili, quòd ignis quidem res est immaculata. Virginibus autem incorrupta & castimonia dignorum purissimum mortalium amicum est. Vestæ autem apponi ignem existimant, quòd & tellus existens caduca, & medium mundi locum obtinens, inflammationes excelsi facit ex se ipsa. Sunt & qui dicant, etiam præter ignem arcana esse quædam in templo deæ sacra: quorum neque pontifices cognitionē habent, neque virgines coniecturam. Hæc ex Dionys. 2. lib. de Antiq. Ital. Nec dissentit Plutar. in Numa. Nunc quæ dea Vesta sit, agendum est. Saturnus cùm rex potentissimus esset, ad retinendam parentum memoriam, eorum nomina cœlo terræque indidit. Quare patrem dixit
D *uranin*, quod cœlum Latinè indicat. Matrem verò *gin*, quæ significat terram. & Vesta interpretatur, ea quòd rebus omnibus vestiatur. Verùm & altera ab hac Vesta, Saturni ex Rhea filia fuit, cuius meminit Diod. & eam structuram domus inuenisse asserit. Sed hæc non ea de qua agimus. licèt Poeta etiam eius meminerit. Sed hæc hactenus. *Memorant*] referunt homines. *Romam habuisse dena quater Palilia*] quadraginta natales Nam in Palilibus cœpit ædificari, vt in quarto docuimus. Sic indicat quadragesimum annum. *Cùm dea custos flammæ*) Vesta, apud quam æternus ignis seruatur. *Est recepta æde*) templo, quod omnibus curiis commune esset. *Regis opus placidi*] quasi templum illud à Numa rege benigno conditum fuit. *Quo*) Numa. *Terra Sabina*] nam Sabinus erat, & ex Sabinis ad imperium accersitus, vt in tertio diximus. *Non tulit*] non procreauit.

Vllum ingenium metuentius numinis) quòd magis timeret deū, aut quod magis religiosum esset. *Quæ nunc ære nitent*) templa Vestæ, quæ nunc aurata sunt, & auro effulgent. *Tunc*) Numæ tempore. *Nitebant tecta stipula*] pro tegulis æreis, & deauratis, habebant stipulas, & his erant tecta, & his nitebant. *Et paries erat textus*) compositus. *Vimine lento*] flexibili non enim erat marmoreus paries, sed vimineus. *Hic locus exiguus*) paruus. *Qui sustinet atria Vestæ*] vbi
G nunc est Vestæ atrium, siue area. *Tunc erat magna regia Numæ intonsi*] hoc erat ingens regis Numæ palatium. Ad indicandam illius moderationem, qui modico, & exigua domo, erat contentus. *Forma tamen templi*) quæ manet nunc. *Dicitur fuisse antè*] à principio forma templi erat rotunda, vt nunc etiam est. *Et subest causa probanda formæ*] est probabilis ratio ipsius rotunditatis. *Vesta eadem est & Terra*] Hanc rationem affert formæ templi rotundæ, quòd Vesta terra sit. Et vt elementum terræ globatum est, & pro centro totius machinæ constitutum, quòd rotundum sit necesse est, & aër vndique circumfusus, & supra aëra ignis quoque circumfunditur: ita in rotundo & cauo ad cœli similitudinem templo, medio loco terræ rotunda effigies pendet, superiúsque ignem habet inextinctum. Plutar. verò de ipso igne in Camillo ità inquit: Virgines verò Vestales, rapto ex laribus igne, cum sacris fugerunt. Sed à quibusdam
H memoriæ traditum est, nihil præter æternum ignē esse seruatum. *A Numa enim rege*] tanquam omnium principium esset ignis, venerari institutum est. Nam nobilissimū quoddam ignis existit in ipsa natura: & motio quædam est, vel cū motione totius generatio. Alia verò materia, quæ calore vacat, otiose ignauitérque iacens, & cadaueri similis, ignis virtutem tanquam animam capit: & paulatim suscepto igne, ad agendum quid, vel patiendum vertitur. Numa Pompilius vir curiosus, ac sapientissimus, qui in colloquium cum Musis per sapientiam veniebat, ratione quadam philosophiæ motus, hunc seruari custodirique perpetua vigilia, ne corrumperetur, voluit: tanquam æternæ virtutis, quæ omnia seruaret, esset. Hæc ille. *Vesta eadem est, & Terra*] non sunt diuersa, sed sunt idem. nam Terra Vesta dicatur, vt ostendi-
I mus. *Ignis vigil*] inextinctus. *Subest vtrique*] Vestæ & terræ. *Terra habet ignis elementum*) Vesta in templo habet ignem inextinctum. *Terra & focus significant sedem suam*] nam terra est in medio loco totius mundi, & focus ille est in medio templo. sic ostendunt suam sedem. Sed per ea quæ sequuntur, melius intelligetur. *Terra similis pilæ*] quæ globata & rotunda ad pilæ similitudinem. *Nixa*] firmata. *Nullo fulcimine*] nullo munimine: quia librata in aëre pendet. *Tam graue onus*] quàm grauis & ponderosa est terræ moles. *Pendet in aëre subiecto*] supposito, & vndique circumfuso. *Globus*) per appositionem. *Parua figura immensi soli*] globata, & rotunda, atque exigua effigies magnæ telluris. *Stat suspensus*] quasi firmus pendet: *In aëre clauso*] in ipsa templi concauitate. *Arte Syracusia*) geometria. Nam sicut terra
K in aëre pendet, ita intra templum Vestę globus ille, quò terra referebatur, pendere videbatur. Sed id geometrica arte Archimedis, qui Syracusis in ea floruit. Adde, vt suis machinis tantum oneris solus manu ageret, quantum multa hominū millia vix mouere potuissēt. de quo multa Plut. in Marcel. conscribit. & ob id arte Syracusia, poeta dixit. Hic etiā sphęrā cōmeī° dicitur, qua mūdi & elemētorū situs ignē oculis subiecit.

> *Et quantum à summis, tantum secessit ab imis*
> *Terra: quod vt fiat, forma rotunda facit.*
> *Par facies templi, nullus procurrit in illo*
> *Angulus, à pluuio vendicat imbre tholus.*
> *Cur sit virginibus, quæris, dea culta ministris:*

ANTO. E *Quod vt fiat*] &c. Si elemento terræ rotunditas desit, sine dubio æquè à cœlis vndique distare non poterit. *Nullus procurrit*) &c. Quasi si ædes esset non rotundæ, sed alterius formæ, procurrere anguli possent, ac longius secedere à medio, quàm reliqua ædis latera. *Tholus*] Tholum Seruius esse docet veluti breue scutum, quod in medio tecto est, in quo trabes coeunt. Alij per tholum omnem ædificij testudinem accipiunt. *Cur sit virginibus*] &c. Virgines Vestæ non custodiebant tantùm perpetuum ignem, vt quidam putant: sed etiam sacrificabant, atque inter sacrificandum (vt inquit Fe-
F stus) suffibulum in capite habebant, hoc est, vestimentum album, prætextum, quadrangulum, & oblongum, quod fibula comprehendebatur. Ibántque certo die ad regem sacrorum, vt Seruius tradit: dicebántque, Vigilasne rex? vigila. Vnde illud est Virg. Vigilás ne deūm gens Ænea? vigila. Nihil his sanctius ne religiosius habebatur, auctore Plutarcho: quarum custos erat Pontifex max. vt idem scribit in Numa. à quo ad id sacerdotium lectæ, ideo captæ dicebantur, vt Aul. Gel. docet in primo Noctiū Attic. quòd eius manu prehensæ ab his parentibus, in quorum potestate essent, veluti bello captæ abducebantur.
L Vnaquæque autem inter capiendum Amata vocabatur: quoniam quæ prima capta est, eo nomine fuisse traditur. quamuis scribat Plutar. quæ primùm à Numa captæ sunt, Geganiam & Bereniam appellatas. Seruius auctor est, verbum capi, cùm de virginibus dicitur, vnum esse ex his, quæ nulla ratione mutantur: sicut creari sacerdotes, & condi eos, qui sibi statuunt ciuitatem. Multa hoc loco non imprudens prætereo, quæ apud Aulum Gellium lector inueniet, & Plutarchus in Numa.

PAVL. *Et terra ipsa quantum discessit à summis*] à superiore parte cœli. *Tantum discessit ab imis*] ab inferiore parte. Par enim distantia est à terra ad superius cœlum, quæ est ad inferius. *Quod vt fiat*] vt vndique sit par distantia à

terræ ad cœlum. *Facit forma rotunda*] ipsius terræ, & concauitatis cœli, quæ circulariter ambit terram. *Par facies templi*] nam itidem rotundam formam habet. *Nullus angulus procurrit in illo templo*] exterius rotundam habet formam, interius concauitatem quoque circularem. Sic nullum habet angulum: quod fieri non posset, si quadratum, aut triangulare, aut longum esset. *Tholus*) illud fastigium templi testudine. *Vindicat*] tuetur & liberat quæ intus sunt. *Ab imbre pluuio*) aquis pluuiis θόλος Græcè, testudo Latinè. *Cur sit Virginibus, quæris, dea culta ministris*) Cur Vesta virgines ministras habeat, paulò antè ostendimus. Poëta Vestam fuisse castam, ideo eius curam dari castis virginibus. Aut quòd Vesta nihil aliud est, quàm flamma ignis: & quia incorrupta est, ideo ab incorruptis seruari. Et Plutarchus in Numa de hoc inquit: Siue vt puram & incorruptam ignis substantiam, inuiolatis item integrisque corporibus illis commendaret: siue quòd sterile & infœcundum esset, scitè virginitati adiungerent, &c. Idem agit de nominibus primarum virginum: Primùm igitur, inquit, Geganiam & Bereniam à Numa sacratas aiunt, deinde Camillam & Tarpeiam. Postea verò Seruium alias duas numero illi addente, id in hæc vsque tempora multitudinem obseruasse. His autem virginibus annorum triginta ab rege castitas præscripta est. ac primum quidem decennium quæ facienda sunt, discunt: secundum verò quæ didicere, faciunt: reliquum autem decennium alias docent. Tum demum volenti permittitur post id tempus & nubere, & ad aliam vitam verti solutæ iam sacerdotio. Dicuntúrque haud multo hanc licentiam libenter amplexæ, neque his quæ eam amplexæ fuerint, secundas res contigisse. & reliqua. *Quæris cur dea*] Vesta. *Sit culta à Virginibus ministris*] cur virgines præsint administrationi sacrorum Vestalium.

Inueniam causas hac quoque parte suas.
Ex Ope Iunonem memorant, Cererémque creatas
Semine Saturni, tertia Vesta fuit.
Vtraque nupserunt, amba peperisse feruntur:
De tribus impatiens restitit vna viri.
Quid mirum, virgo si virgine læta ministra
Admittit castas in sua sacra manus?
Nec tu aliud Vestam, quàm viuā intellige flāmam,
Natáque de flamma corpora nulla vides.
Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit,
Nec capit, & comites virginitatis amat.
Esse diu stultus Vestæ simulacra putaui,
Mox didici curuo nulla subesse tholo.
Ignis inextinctus templo celatur in illo,
Effigiem nullam Vesta nec ignis habet.
Stat vi terra sua. vi stando Vesta vocatur,
Causáque par Graij nominis esse potest.
At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus,
Qui tamen in primis ædibus antè fuit.
Hinc quoque vestibulum dici reor, vnde precamur
Qua famur, Vesta est, quæ loca prima tenet.

Causas suas] congruas, proprias. *Ex Ope Iunonem memorant*] &c. Rhea Cœli & Terræ filia secundum Hesiodum fuit. Eandem & Opem dicimus: ex qua & Saturno natæ sunt Iuno, Ceres, & Vesta. *Impatiens restitit vna viri*] Vesta nubere noluit, vnde ministris virginibus gaudet. *Iure igitur Virgo est*) Si Vesta flamma est, quæ nihil gignit, virgo dicitur, & ministras virgines capit. *Remittit*] excludit, & partu edit fœtus è semine. *Comites Virginitatis amat*) Numa virginibus Vastæ annorum triginta castitatem præscripsisse dicitur, quæ, primo decennio, facienda discebant: secundo, quæ didicissent, faciebant: tertio, alias edocebant: quo impleto, volenti nubere permittebatur. Sed quæ nondum soluta sacerdotio virginitatem prodidisset, ad portam Collinam viua suffodiebatur, imposita prius feretro, & lata per forum magno silentio & horrore, vt Plutarchus tradit. Iuuenalis: Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos. Est autem Persicum, viuentes defodere, vt Herodot. scribit. vnde Amestrim Xerxis vxorem ferunt quatuordecim illustrium Persarum liberos defodisse, cùm esset ætate prouecta, ad referendam pro se gratiam deo, qui sub terra esse putabatur. *Esse diu*) &c. Vesta nullum vnquam habuit simulacrum, vt ignis nullam certam effigiem habet. Atque (vt scribit Plutar.) ab vrbe condita ad annum eius 170. Romani templa sine vllis deorum imaginibus habuerunt, edocti à Numa, deum nihil aliud quàm mentem incircatam & inuisibilem esse. *Stat vi*] &c. Docet vnde Vesta nomen acceperit. & vel Vestam dictam esse, quòd terra, quæ Vesta est, vi sua stet: vel Græcum esse vocabulum, quoniā ab eo quod à Græcis ἑστία dicitur, Vesta deduci potest, subtracta i litera, & aspiratione conuersa in u consonantem. Vnde autor subiūgit, *Pars Graij nominis*) Si enim Græco nomine integro vteremur, Estia diceretur, vel fortè Vestia. *At focus à flammis*) Focus, ara deorū penatum est, teste Porphyrione: quorū in numero Vestam esse Macrob. tradit. cuius virginale simulacrum ignis in foco statuitur, vt inquit Euseb. Quā ob causam Ouid docet hoc loco vnde focus dicatur, qui est sedes Vestæ. Hic à fouendo, id est, calefaciēdo nominatus est, autore Festo, vt foculi, fomenta, focillationes. Est autem focus, vt inquit Seru. quicquid ignem fouet, siue ara sit, siue aliud quippiam. Focula verò dicta sunt nutrimenta, vt ait Nonius: vnde foculare dicitur vt fouere. *In primis ædibus*] In atrio erant olim culinæ, teste Seru. Vnde atrium dictum putant, quòd atrum esset ex fumo. quamuis Varro, & Fest. aliter sentiant: quorum Fest. atrium esse inquit ædificij genus ante ædes, continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit: dictum quasi aterrium, quòd à terra oriatur: cùm Seruio placeat priorem partem domus atrium appellari, quam quidam arbitrati sunt etiam vestibulum dici, vt A. Gell. scribit, dictum, vt Seru. tradit, vel quòd ianuam vestiat: vel à Vesta, cui limen est consecratum: vel quòd ibi nemo stet, quia in limine solus est transitus: quomodo vesanus, non sanus dicitur. Cæterùm Cecilius Gallus, teste A. Gel. vestibulū esse inquit non in ipsis ædibus, neque partem ędium: sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem à via aditus accessúsque ad ædes est, cùm dextra sinistráque inter ianuam tectáque, quæ sunt viæ iuncta, spacium relinquitur, atque ipsa ianua procul à via est area vacanti intersita. Et quoniam ve particula, vt Macrobius & A. Gellius tradunt, non solùm minutionem, sed etiam intensionem interdum significat: & qui dominum domus salutatum veniebant, priusquam admitterentur, in vestibulo consistebant: quibusdam placet à ve & stando, quòd ibi multum staretur, vestibulum appellatum. Nonius autor est, quoniam aræ ac foci in vestibulis olim haberi solerent, putasse nonnullos à Vesta vestibulum nominatum. Idem scribit coquinam à veteribus culinam dictam, quòd ibi ignem colerent. Cui Seruius astipulatus, docens maiores ad limina solitos & epulari, & deos colere. *Inde precamur*) cùm famur Vestam. Diximus suprà, Vestam solitam in omnibus sacrificiis inuocari, sicut inuocabatur Ianus.

Inueniam causas suas hac quoque parte] quasi huius etiam rei rationes afferam. *Memorant Iunonem & Cererem creatas semine Saturni ex Ope*] dicunt ex Rhea & Saturno natas esse filias plures, quarum prima Iuno fuerit, secunda Ceres. *Tertia Vesta fuit*] ex filiabus tertio loco nata est Vesta. *Vtraque nupserunt*] Iuno & Ceres. nam Iuno nupsit Ioui. Ceres etiam Ioui succubuit, sed nubere voluit Iasin, & ex eo peperisse fertur Plutum & Philomelum, cuius suprà meminimus. *Amba feruntur peperisse*) nam Iuno peperit Heben & Martem, Ceres Proserpinam. *Vna de tribus*) Vesta. *Fuit impatiens viri*] cùm virginitatem seruaret, viro non succubuit. *Quid mirum si Virgo*) Vesta. *Est læta ministra Virgine*] gaudet sua sacra per virgines ministrari. *Admittit castas manus*] recipit virginum immaculatas manus. *In sua sacra*) ad ministerium suorum sacrorum. *Nec tu intellige aliud Vestam quàm viuam flammam*] non existimes aliud per Vestam intelligendum esse, quàm inextinctum illum ignem. Non enim aliud affectatur, quàm inextincta flamma. *Et de flamma nulla corpora vides nata*) flamma nihil gignit, sic ex ea nulla nascuntur corpora. *Iure igitur Virgo est*) meritò Vesta existimatur virgo, cùm ipsa flamma sit. *Quæ emittit nulla semina*] quasi, quæ nec recipit semina, nec emittit corpora ex semine nata, vt in anima-

A in Vacunalibus. *Cùm fiunt sacra antiqua Vacunæ*] cùm deæ vacationis festum celebratur, & sacrificia fiunt. Vacuna enim à vacando dicta, quæ præest vacantibus & ociosis: cui cùm agricolæ à laboribus ruris cessarent, & post perceptos fructus requiescerent per hyemem, vota soluebant & sacrificabant. *Stant & sedent ante Vacunales focos*] consistunt ante aram & focos in Vacunalibus, cùm immensis appositis dapibus epulantur. De Vacuna ea retulimus, quæ ex multorum sententiis inferebantur. Verùm in eo versu Epistolarum Horatij, Hæc ego dictabam post fanum putre Vacunæ: Porphyrio, inquit, Vacunam apud Sabinos plurimum coli: quosdam Mineruam, alios Dianam putauisse, nonnullos & Cererem dixisse. sed Varronem in primo Diuinarum, Victoriam dicere: & ea maximè hos gaudere, qui sapientia vincunt. *Vetustas*) ritus & consuetudo. *Venit in hos*

B *annos*] peruenit in nostra tempora. *Aliquo de more*) ea aliqua consuetudine: quoniam vt antiqui solebant, ita nunc in Vacunalibus sedetur, & in Vestalibus: quemadmodum à priscis factitatum, cibi mittuntur. ideo inquit. *Patella pura*] porgata & nitida. Aut pura, quia puratum virginum ad vsum. *Fert cibos missos*) qui mittuntur à piis ciuibus. *Vesta*] ipsi numini libantibus. Quod quidem indicant illi duo Varronis in Manio versus. Quocirca oportet bonum ciuem legibus parère, & deos colere, in patellam dare. Iunxit enim illud deos colere, & in patellam dare: pro cibis & munusculis, quæ diis libanda mittuntur. Verùm Eumenidibus inquit, patella esurienti prouocat posita Neapolitanas piscinas. Et libris de Lingua Latina ait patinas à patulo dixerunt, vt pusillas: quòd his libarent cœnam, patellas. *Ecce coronatis*] In his Vestalibus ex antiqua consuetudine à pi-

C storibus asini pane coronabantur. Causa est, quòd pistor & focum & Vestam obseruat, ex antiquo etiam more, cùm panis decoqui soleret in focis, antequam pani esset furnorum vsus. Plutarchus verò ostendit in Cõsualibus equos & asinos coronari solitos, & vacare à labore: siue quòd Neptuno equestri diem festum agant, & asinus propter equum pari fruitur licentia: siue quod instituta nauigatione, cùm multa nauibus veherentur, ocium quoddam, ac remissis quies iumentis data est. *Ecce panis dependet asellis*] eò aselli coronati ferunt panem dependentem, aut potius habent ca-

G put panibus redimitum, quemadmodum Idib. Octob. in campo Martio, cùm sacrificium fiebat ob frugum euentum, & equus potius quàm bos immolabatur, quod hic bos frugibus pariendis est aptus: panibus redimibant caput equi immolati: ita nunc panibus redimibant caput asini, ab officio molæ vacantis. *Et serta florida*] ex floribus. *Velant*] tegunt seu coronant. *Molas scabras*) asperas: nam & molæ quoque ipsę vacantes floribus. & accipias molas ex lapide ad terendum triticum in farinam: nam aliàs mola in sacris ex farre & sale mollito. *Colons*) agricolæ. *Prius torrebant*] desiccabant, seu decoquebant. *Sola farra fornai*) non enim panis in furno torrebatur, sed far. vnde vt in secundo libro diximus, & alio quoque locorum attigimus,

H Numa instituit, vt autor est Hemina, far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset: id non modo consecutum statuendo, non esse purum ad rem diuinam, nisi tostum. Is & Fornacalia instituit, farris torrendis ferias. *Et Fornacalis dea fovet sua sacra*) nam in Fornacalibus à Numa institutis, deæ Fornaci conuenientia sacra fiebant: de quo etiam in secundo dictum. Facta dea est Fornax, læti fornace coloni Orant vt fruges temperet illa suas.

Suppositum cineri panem focus ipse parabat,
Stratáque erat tepido tegula quassa solo.
Inde focum seruat pistor, dominámque focorum,
Et quæ pumiceas versat asella molas.
Præterea referámne tuum rubicunde Priape
Dedecus? est multi fabula plena ioci.
Turrigeram frontem Cybele redimita corona,
Conuocat æternos ad sua festa deos.
Conuocat & Satyros, & rustica numina Nymphas,
Silenus, quamuis nemo vocarat, adest.
Nec licet, & longum est, epulas narrare deorum,
In multo nox est peruigilata mero.
Hi temerè errabant, in opaca vallibus Ida
Pars iacet, & molli gramine membra leuant.
Hi ludunt, hos somnus habet, pars brachia nectit,
Pars viridem celeri terpede pulsat humum.
Vesta iacet, placidámque capit secura quietem,
Sicut erat positum cespite fulta caput.
At ruber hortorum custos, Nympháſque, deásque
Captat, & errantes fértque refértque pedes.

ANTON. *Suppositum cineri*] vt Vestę beneficio coqueretur. vt, Dúmq; suas peragit Vulcanus Vestáque partes. *Inde focum pistor seruat*) Pilumnus & Picumnus fratres fuerunt, ac dij, præsides auspicijs coniugalibus deputati, teste Nonio. quorum Pilumnus pinsendi frumẽti vsum inuenit, autore Seruio. Vnde à pistoribus colebatur, qui à pinsendo

D farre nomen acceperunt, cùm olim tantùm farinã facerent. Ipsi enim Quirites & mulieres (vt inquit Plinius) panem faciebant. sed postea receptum est, vt pistores etiam panem coquerent. Quare ait Plautus in Asinaria, cùm à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio. Et Festus, Coquum, inquit, & pistorem apud antiquos eũdem fuisse accepimus. inde vsurpatum est, vt

E hoc tempore ad focos venirent. Eos constat nõ fuisse Romæ ad Persicum vsque bellum annis ab vrbe condita super quingentos octoginta. Veteri autẽ more vxoribus nec molere, nec coquere permittebatur, autore Plutarcho. Post filias enim Sabinis raptas, facta pace & societate inita, in fœdere exceptũ est, vxorẽ viro Romano nec molere, nec coquinariam facere. *Pumiceas molas*) scabras & similes pumici. *Cõuocat deos*] quorum ipsa mater est. *Silenus*) Malè à quibusdam Sylenus per y scribitur. *Vallibus Ida*) quia ibi mater deorum colitur. Est autem hæc Ida Phrygiæ. *Brachia nectũt*) vt saltent vel luctentur. *Vesta iacet*) Physicè iacentem Vestam inducit, quia nullum elementum est inferius terra. *Captat*] oculis capit, vt eligat pulchriorem.

PAVL. *Ipse focus parabat panem cineri suppositum*) non enim in

F furno sed in foco, & sub cinere panis coquebatur: quoniam, vt inquit Plinius, pistores Romæ non fuere ad Persicum vsque bellum, annis ab vrbe condita super quingẽtos octoginta. Ipsi panem faciebant Quirites: mulierúmque id opus maximè erat: sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artopios etiam Plautus appellat in fabula quam aulularíam inscripsit, magna concertatione eruditorum, an versus poetæ sit illius. Certúmque sit Atteij Capitonis sententia, tostum panẽ lautioribus coquere solitos: pistoréſque tantùm eos qui far pinsebant, nominatos, &c. *Et tegula quassa*) concussa. *Erat*

I *strata tepido foco*) hoc est, focus ipse erat stratus tegulis & lateribus, & in his coquebatur panis. *Inde*) ex eo quòd in foco panis coquebatur. *Pistor seruat focum & dominam focorum*) obseruat Vestæ numina: nam focum Vestalem, & Vestã ipsam, quæ focis præest. *Et asella*) etiam obseruat hæc numina: quia habet à versanda mola vacationem in Vestalibus. *Quæ*

K *versat*) frequenter vertit. *Molas pumiceas*] & pumiceem. Verùm non è pumice fiunt molæ, sed ea lapide scabro & aspero instar pumicis. *Præterea castramne tuum*] Fabellam refert, vnde mos coronandorum in Vestalibus asinorum originem habuerit: nam cùm Cybele ad conuiuium deos conuocasset, & post epulas alij lusibus, alij quieti sese dedissent, Priapus dormientem Vestam adortus est: legisſétque fructus ex arbore femorali, nisi rudens Sileni asinus illam excitasset. Qua quidem causa Lampsaceni asinum Priapo mactant. Verùm in primo libro ostendimus tribus causis asinum Priapo mactari. In Vestalibus verò ob meri-

L tum excitatæ deæ pane coronatur. *Præterea ô Priape rubicunde referamne tuum dedecus*] debeóne retinere turpitudinem tuam? *Fabula est plena multi ioci*) Quasi dicat, referenda est: quia iocosa fabula relata, pariet voluptatem. *Cybele*) mater deorum, à Cybelo monte Phrygiæ: de qua, & & mysterijs eius, diximus in quarto. *Redimita frontẽ corona turrigera*] hoc est, habens in capite coronam turritam, propterea quòd primis turres vrbibus ipsa dedit. *Conuocat ad sua festa*] ad Cybeleia, quæ in Phrygiæ montibus celebrantur. *Deos æternos*] immortales. *Conuocat & Satyros*] qui Bacchum comitabantur: de quibus diximus in primo. *Et nymphas*] numina rustica: deas præsides ruris, agrorum, fontium, montium, nemorum. *Silenus*] Bacchi nutricius

de quo etiam in 1. & 3. dictum. *Adest quamuis nemo vocatus*] venit ille ad conuiuiũ, etiam cùm nemo vocasset. *Nec licet numerare epulas deorum, & longum est*] non est fas referre arcanas deorum epulas: etiamsi liceret, longum esset enumerare. *Nox est peruigilata in multo mero*] in multa compotatione. protraxere enim symposium in multam noctem. *Hi*] aliqui ex illis diis. *Errabant temerè*] imprudenter & sine vllo delectu. *In vallibus Idæ*] Phrygiæ. *Opacæ*] nemorosæ & vmbrosæ. *Pars iacet*] recumbit. *Et leuat membra molli gramine*] alleuiat membrorum laborem captans in molli gramine quietem. *Hi ludunt*] exercent se variis ludis. *Hos somnus habet*] hi dormiunt. *Pars brachia nectit*] alij simul alligant brachia, vt palæstra certent, aut vt choreas agitent. *Et ter pulsat viridem humum pede celeri*] saltat velocibus pedibus in choreis. Aut potius accipias, pro his qui saltatione contendunt, cùm ter cum vno pede saltent. & hinc, *Pulsat*] percutit humum ter pede celeri. *Vesta iacet*] requiescit. *Et secura*] seorsum ab omni insidiarum cura. *Capit placidam quietem*] lenes somnos. *Sicut erat fulta caput*] ita vt inuenerat, habens caput fultum, innixum. *Positum cespite*] in humo herbosa. ita enim muniuerat caput, eo cespite innixa. *At custos hortorum*] Priapus. *Ruber*] à rubro inguine. *Captat*] oculis scilicet. *Et nymphas, & deas*] & rustica numina, & deas cœlestes. *Et fert & refert pedes errantes*] errabat hàc atque illac, parans requiescentibus nymphis insidias.

Aspicit & Vestam, dubium, Nymphámne putarit,
An scierit Vestam. scisse sed ipse negat.
Spem capit obscœnam, furtimque accedere tentat,
Et fert suspensos corde micante gradus.
Fortè senex, quo vectus erat Silenus asellum
Liquerat ad ripas lenè sonantis aquæ.
Ibat vt inciperet longi deus Hellesponti,
Intempestiuo cùm rudit ille sono.
Territa voce graui surgit dea, conuolat omnis
Turba, per infestas effugit ille manus.
Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo,
† Apta asini flammis indicis exta damus.
Quem tu diua memor de pane monilibus ornas,
Cessat opus, vacuæ conticuere molæ.
*Nomine quàm precio celebratior * ante Tonantis,*
** Discant pistoris quid velit ara Iouis.*
Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis,
Fecerat obsidio iam diuturna famem.
Iuppiter ad solium superis regale vocatis,
Incipe, ait Marti, protinus ille refert.

ANTON. *Nymphámne putarit*] quia Vesta montanum numen, siue nympha non est. *Longi dens Hellesponti*] Priapus: cuius patria est Lampsacus ad Hellespontum sita, contrarias inter se vrbes habentem: in Europa Callipolim & Seston, in Asia Lampsacum & Abydon. *Indicis exta*] asini qui dei hortorum detexit, & indicauit insidias. *Vacuæ molæ*] quæ Vestalibus frumenta non terunt. *Discant pistoris quid velit ara Iouis*] ac quid prætereatur ad Vestam pertinens, cuius focos diximus suprà seruari hoc tẽpore à pistoribus. Docet cur Iuppiter pistor aram habuerit in monte Tarpeio. cuius constituendæ hanc causam ferũt: Galli vrbe capta, cùm solam potiendi Capitolij spem in fame obsessorum reponerent, Romanis ex arce Iouis monitu panes iaculantibus, ad fiduciæ speciem spectaculo stupefacti, ad omittendæ obsidionis fœdera descenderunt, existimantes Romanis multam frumenti copiam superesse. Vnde postea repulsis Gallis Ioui pistori ara in Capitolio constituta est. Lege Liuium, qui scribit iactum esse panem in hostium stationes, quamuis aræ non meminerit. Ea nomine quàm precio celebratior dicitur: quia magnum est quidem aræ nomen: ipsa verò non magna, & non multo impendio constructa. *Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis*] Nota est historia. Lege Liuium primæ decadis libro quinto. *Incipe, ait Marti*] quia hic deus pater est Romuli, angebatúrque vrbis excidio, & cum Iuppiter nouerat sollicitum esse periculis obsessorum.

PAVL. *Aspicit & Vestam*] seorsum ab aliis recumbentem. *Dubium*] est. *Ne, an putaret nympham*] an putauerit illam esse ex nympharum numero. *An sciret Vestam*] esse, hoc erat in dubio, an illam cognouerit, an crediderit esse semideam. Semidei autem in terris sunt, dij in cœlo. de quibus in Metam. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina, nymphæ, Faunique & Satyri, & monticolæ Syluani: Quos quoniam cœli nondum dignamur honore, Quas dedimus terras illos habitare sinamus. *Scisse sed ipse negat*] Priapus negat se sciuisse Vestam esse. *Spem capit obscœnam*] concipit Priapus spem turpem: nam turpe erat sperare, expugnare virginis pudicitiam. *Et tentat accedere*] ad illam. *Furtim*] occultè, ne ab aliis videretur. *Et fert gradus suspensos*] passus dubios: aut quia erectus in digitos incedebat, vt de eodem in primo libro, Vestigia furtim Suspenso digitis fert taciturna gradu. *Corde micante*] tremente. *Fortè senex Silenus*] Bacchi nutricius. *Liquerat asellum quo vectus erat*] asinum in quo insidens illuc se contulerat. *Ad ripas aquæ lenè sonantis*] obstrepentis: liquerat enim illum in ripa herbida depascentem. *Deus longi Hellesponti*] Priapus numen Lampsacenorum, qui sunt in Hellesponto. *Ibat vt inciperet*] vt negotium aggrederetur. *Cùm ille*] asellus Sileni. *Rudit*] rudere enim asinorum est. *Sono intempestiuo*] non in tempore edito. *Dea*] Vesta. *Territa voce graui*] exterrita asini clamore. *Surgit*] ex humo herbida. *Omnis turba conuolat*] illuc ad Vestam, & in Priapum irruebant. *Ille effugit per infestas manus*] eripuit se fuga ab illis, cùm vellent eum pro sceleratis ausis plectere. *Lampsacus*] Priapi patria in Hellesponto. *Est solita mactare*] immolare. *Priapo hoc animal*] asinum: sed triplici, vt in primo diximus, ratione: tum quia ille asinus, cui Liber vocem humanam dederat, ausus est de membri magnitudine cum Priapo contendere, tum quòd Lotida dormientem excitauit rudens, tum etiam quòd Vestam exciuit. *Damus flammis*] adurimus Priapo sacrificantes. *Exta*] intestina. *Asini indicis*] qui rudens illius insidias indicarit. *Apta*] conuenientia flammis: quia non fit visceratio de asino mactato. *Quem*] asinum. *Tu diua*] Vesta. *Memor*] meriti illius, qui te excitauit. *Ornas monilibus de pane*] redimis collum illius panibus pro monili pendentibus. *Cessat opus*] hoc est, in festis tuis habet ille vacationem ab opere. *Molæ vacuæ*] quæ fruges non terunt. *Conticuere*] quia eo die & ipsæ habent vacationem. *Nomine quàm precio*] quia omnia mysteria Vestæ relaturus est, & in his pistorum munus inseruit: agit de ara Iouis pistoris & qua ratione fuerit dedicata, Poëta causam ad numina refert. Consultantibus enim diis de Romanorum salute, cùm à Gallis Senonibus in arce obsiderentur, & vrgerentur iam fame cogerentur in deditionẽ venire: id Ioui visum est, inspirare mẽtibus Romanorũ: terræ quicquid frugis haberent & decoctum panem in hostes iacere: quo facto, excidit spes à Gallis Romanos fame vinci posse. Postea Galli fusi à Camillo fuere. ob id muneris ara Ioui pistori in Capitolio constituta est. Aræ Liuius non meminit. sed de fame & tacto pane ita inquit: Induciæ deinde cũ Romanis factæ, & colloquia permissu imperatorum habita, in quibus cũ identidem Galli famẽ obiicerẽt, eáq; necessitate ad deditionẽ vocarent: dicitur auertendæ eius suspicionis causa, multis locis panis de Capitolio iactus esse in hostium stationes. *Discant*] posteri scilicet. *Quid velit ara Iouis pistoris*] quasi, qua ratione cõstituta fuerit ara Ioui cũ pistoris cognomine. Aliqui legunt: Dicam quid velit ara. & nihil refert, quouis modo dicas. *Arce Tonantis*] in arce Capitolina. *Celebratior nomine quàm precio*] quæ quidem ara clarior est nomine, quàm in ipsa re: quia cùm vulgatissima sit, non tamen est magnæ existimationis. *Capitolia cincta*] obsessa. *Gallis trucibus*] à crudelibus Senonibus Gallis. *Premebãtur*] vrgebantur iã ad deditionẽ. *Iam diuturna*] longa. *Obsidio fecerat famem*] redegerat eos ad eam penuriã, vt fame premerentur. Galli enim Senones dulcedine vini in Italiá allecti, plura loca occuparunt, & oppida constituerunt. Deinde cùm Clusiũ obsiderẽt, & legati à senatu missi, ad componendã inter eos & Clusinos pacẽ

pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum stetissent: hoc facto eorum concitati Senones, vrbem infesto exercitu petierunt: fusisque ad Alliam flumen Romanis, cepere vrbem, præter Capitolium, in quod se iuuenes contulerant. maiores natu cum insignibus honorum, quos quisque gesserat, in vestibulis ædium sedentes, occiderunt. Et cùm auersam partem Capitolij, iam in summum euasissent, proditi clangore anserum, M. Manlij præcipuè opera deiecti sunt. Coactis deinde propter famem Romanis despondere, vt mille pondo auri darent, Furius Camillus dictator absens creatus, inter pendendum aurum, cum exercitu venit, & Gallos post sextum mensem vrbe expulit, cæcidítque. Hoc ex historiis habetur. *Iuppiter vocatis superis ad regale solium*] cùm vocasset ad concilium deos, & ante eius solium omnes constitissent. *Ait Mars: incipe*], quasi aggrediatur causam. *Ille*] Mars. *Protinus refert*) continuò respondet.

Scilicet ignotum est quæ sit fortuna malorum?
Et dolor hic animi voce querentis eget?
Si tamen, vt referam breuiter mala iuncta pudori,
Exigis, Alpino Roma sub hoste iacet.
Hæc est, cui fuerat promissa potentia rerum?
Iuppiter hanc terris impositurus eras?
Iámque suburbanos, Hetruscáque contudit arma,
Spes erat in cursu, nunc lare pulsa suo.
Vidimus ornatos ærata per atria picta
Veste triumphales occubuisse senes.
Vidimus Iliaca transferri pignora Vestæ
Sede: †putant aliquos scilicet esse deos?
At si respicerent qua vos habitatis in arce,
Tótque domos vestras obsidione premi.

ANTAN. *Scilicet ignotum est*] Per ironiam dictum, vt, Id populus curat scilicet. *Mala iuncta pudori*] quorum me ac Romanos pudet. *Hæc est cui fuerat promissa potentia rerum*] Rhetoricè pathos mouetur. Id sæpe fit, vbi fatum fortunámve conquerimus, vel ostendimus non esse quod esse debuit. *Spes erat in cursu*) cùm speraremus fore, vt Roma sibi orbem subiiceret, victis suburbanis & Hetruscis, eò ventum est vt Romani ex vrbe fugerent. *Vidimus ornatos*] &c. Fuso ad Alliam exercitu Romanorum, cùm Galli mœnibus vrbis appropinquarent, vbi nulla erant præsidia, maiores natu amplissimis vsi honoribus, cùm in foro deuouente pontifice, se diis manibus consecrassent, in suas quisque ædes regressi, apertis ianuis in curulibus sellis cum insignibus magistratuum quos gesserant consederunt: vt cùm venisset hostis, in sua dignitate morerentur: quos Galli primo aspectu velut deos venerati, mox nihil respondere dignantes, interfecerunt. Lege Valerium Maximum, Liuium, & Plutarchum. *Vidimus Iliaca transferri pignora Vestæ*) Cùm iuuentus Romana se in Capitolium contulisset, virgines Vestæ cum sacris ex vrbe fugerunt: quas Albinus, quidam è plebe, in plaustrum recepit, vxore liberisque depositis. Cærites inextinctum ignem & eas virgines benignè susceperunt, atque (vt autor est Strabo) Gallos Roma redeuntes in Sabinis aggressi, debellarunt, prorapuerúntque quæ à se capta vrbe confugerant. Vnde Aulus Gellius lib. 16. capite 13. scribit non sine nota ingratitudinis Romanorum primos municipes sine suffragij iure Cærites factos: concessúmq; his, vt ciuitatis Roman. honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent. Quam ob causam tabulæ Cærites appellatæ sunt, in quas Censores referri iubebant, quos notæ causa suffragiis priuabant. Sanè Cære oppidum Thusciæ, à quo Cærites & Cæretani dicti, olim Agylla nuncupabatur, vt meminit Strabo. Ab eodem & Cærimoniæ nomen acceperunt, vt existimare nonnullos Festus refert. quamuis alij à Carendo nominatas putent. Quare denariæ cæremoniæ ac triceenariæ dicebãtur, quibus sacra adituris decem continuis diebus vel triginta quibusdam rebus carendum erat, vt idem Festus docet *Putãt aliquos. s. esse deos*) Hic putant inquit, infrà subiungit, scirẽt. & est sensus: Deos esse non existimant, sed si respicerẽt deorum tẽpla quę in Capitolio sunt, obsideri scirent, nullã opẽ à diis sperari oportere, cùm sacris ædibus non sint prę sidio.

PAVL. *Scil. ignotũ quæ sit*) Incipit Mars cum ironia dicere contra Iouem qui eum loqui iusserat: quasi ignota esset calamitas Romanorum: sed diruta est vrbs à Gallis, cæsi seniores, trãslata per fugam sacra: nec hostes ait numinum habere rationem, & redactos ad extremam inopiam Romanos, saltem liceret illis pugnare, vt caderent, si vincere non possent. *Scil. ignotum*] quasi, idem me loqui iubes, quia ignotum est: imò omnibus notum *Quæ sit fortuna malorum*] quasi, qua fœlicitate extollantur mali homines. Aut in contrarium vertas, qui status sit tantæ calamitatis, & tot malorum, quæ nunc Romani patiuntur. *Et hic dolor animi eget voce querentis*) quasi, non nota est calamitas & dolor noster, vt querula voce nunc primùm opus sit ad indicandum dolorem: qui tantus est, vt omnibus sit notus. *Tamen si exigis*) si petis. *Vt referam breuiter*) paucis verbis. *Mala*] damna nostra. *Iuncta pudori*] cum dedecore & ignominia nostra. *Roma iacet sub hoste Alpino*) Roma, quam vos in sedem vestram elegistis, diruta est à barbaris, & solo æquata. *Hæc est*) illa scilicet Roma. *Cui fuerat promissa potentia rerum*] cui à fatis promissum erat orbis imperium, & est locus commiserationis, ab eo quod esse debuit, & non est: Imò ad miseriam vltimam redacta. vt est illud Vergilianum: Sic nos in sceptra reponis & totus locus *Hanc*] vrbem. *Eras Iuppiter impositurus terris*] hanc cõstitueras terrarum dominam. *Iamque contudit suburbanos*) iam Roma bello vicerat Sabinos, Ceninenses, Antennates, Fidenates, Latinos omnes, & Volscos. *Et arma Etrusca*] Faliscos & Veios. *Spes*] imperij propagandi. *Erat in cursu*) in prosperitate rerum bene gestarum, & bene gerendarum. *Nunc est pulsa lare suo*) quia pulsi ciues: nam alij ad alia loca se contulerunt: & iuuentus non in suis laribus, sed in arce obsessa tenetur. *Vidimus occubuisse senes triumphales*) trucidatos à Gallis eos senes, qui olim de hostibus triumphauerant, omnibus honoribus in republica functos. *Ornatos veste picta*] ipsa prætexta: de qua in tertio plura diximus. *Per atria ærata*) quasi in vestibulis ædium ante æratas ianuas. & Liuius in vestibulo domorum consedisse eos inquit. Sed de hoc Plutarchus ita inquit: Relictis cæteris vrbis partibus, Romani Capitolium magna vi, magnóque præsidio telorum munierunt. Primùm ex sacris quædam in Capitolium sustulere. virgines verò Vestales, rapto ex laribus igne, cum sacris fugerunt. Et paulo pòst: Virgines maiora ac digniora ex sacris sumentes, vltra fluuium fugerunt. Tunc L. Albinus, vir popularis, cùm etiam ipse fugeret, infantes filios ac vxorem, & necessaria vtensilia secum habens, in curru vehebatur. postquam vidit virgines in sinu deorum sacra ferentes, solásque ac labore viæ fatigatas, confestim vxorem ac filios, aliáque supellectilia in terra exponit, & illas currum ingredi, atque in aliquam vrbem fugere iubet. Indignum fuit, Albini non obscuram pietatem atque honorem erga deos in grauissimis temporibus memoria præterire. Aliorum sacerdotes deorum, ac seniores, qui consulatu & triumpho potiti fuerant, non tulerunt vrbem relictum iri, qui cùm sacras, splendidásque vestes sumpsissent, præsidente Fabio Pontifice maximo, pacem deorum exposcentes, séque ipsos pro patria Fortunæ deuouentes, in eburneis sellis in foro ornati consederunt. Et paulo pòst, Cùm Brennus seruato Capitolio Romam occupasset, vidissetque inter transeundum per forũ quosdam viros insigni habitu & sedere, & tacere, magna admiratione captus est, qui tanquam nullo reipub. vulnere sauciarentur, neque facie, neque colore mutati sunt. Sed cũ essent animo intrepido, flexi in scabellis quæ secum contulerant, sese inuicem intuentes silentium agebant. quare hac rerum nouitate admiratio Gallos habuit: & tanquam de fortioribus dubitarẽt, diu accessu tactúque abstinere. Postquam autem quidam fidens animi iuxta Papyrium Marcum stetit, manúmque mansuetè ostendens, prolixam barbam demulsit, Papyrius scipionem in capite feriendo contriuit. Barbarus stricto gladio illum necauit. Deinde cæteros facto impetu morti tradiderunt, &c. De his ergo intelligit Poeta, & de Vestalium sacrorum translatione. *Vidimus transferri*] transportari in aliena loca, è sede sua. *Pignora*] sacra ipsa. *Vestæ Iliacæ*] Troianæ, vt aliàs diximus. *Putant scilicet esse aliquos deos*) Galli ipsi certè deos esse credunt, quasi dicat, non credunt. nam si crederent, eos timerent. *At si respicerent*) Galli. *In qua arce vos habitatis*) quasi si id scirent, vos habere templũ in arce Capitolina. *Et tot vestras domos*] tot sacras vestras ædes. *Premi obsidione*] obsideri ab ipsis.

Nil opus in cura scirent superesse deorum,
Et data sollicita thura perire manu.
Atque vtinam pugna pateat locus, arma † capessant:
Et si non poterunt exuperare, cadant:
Nunc inopes victus, ignauáque fata timentes,
Monte suo clausos barbara turba premit.
Tunc Venus, & lituo pulcher, trabeáque Quirinus,
Vestáque pro Latio multa locuta suo est:
Publica respondit cura est pro mœnibus istis
Iuppiter, & pœnas Gallia victa dabit.
Tu modo quæ desunt fruges, superesse putentur,
Effice: nec sedes desere Vesta tuas:
Quodcunque est solida Cereris caua machina frangat,
Mollitámque manu duret in igne focus.
Iusserat, & fratris virgo Saturnia iussis
Annuit, & media tempora noctis erant.
Iam ducibus somnum dederat labor, increpat illos
Iuppiter, & sacro quid velit, ore docet.
Surgite, & in medios de summis arcibus hostes
Mittite, quam minimè tradere vultis opem.
Somnus abit, quarúntque nouis ambagibus acti,
Tradere quam nolint, & iubeantur opem.
Esse Ceres visa est: iaciunt Cerealia dona.
Iacta super galeas, scutáque longa sonant.
Posse fame vinci, spes excidit: hoste repulso,
Candida pistori ponitur ara Ioui.
Fortè reuertebar festis Vestalibus illac,
Quà via Romano nunc Noua iuncta foro est.
Huc pede matronam nudo descendere vidi:
Obstupui tacitus, sustinuíq; gradum.
Sensit anus vicina loco, iussúmque sedere
Alloquitur, quatiens voce tremente caput.
Hoc, vbi nunc fora sunt, vda tenuere paludes,
Amne redundanti fossa madebat aqua.

ANTO. A *Thura perire*] rem diuinam & sacra in irritum cadere. *Ignauáque fata timentes*] mortem ignauam, qua pereunt, quos fames conficit, cùm in armis mori gloriosum videatur. vt, Pulchrúmque mori succurrit in armis. *Lituo pulcher trabeaque Quirinus*] Romulus vaticinij peritus lituum manu gerere consueuit, hoc est baculum sine nodo aduncum, vt B Liuius scribit: quo idem rex, vrbem conditurus, regionem descripsit. Cicero de Diuinat. Quid lituus iste, quod est clarissimum auguratus insigne, vnde nobis traditus est? Certè Romulus regionem eo descripsit, cùm vrbem condidit. Eam ob causam lituus à Virgilio Quirinalis vocatur. vt, Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat Succinctus trabea. Plutar. autor est, lituum Romuli, quo tempore vrbs à Gallis capta est, amissum esse, cùm in Palatio seruaretur: postéaque integrum & illæsum, eiectis barbaris, in alto cinere inuentum, cùm ignis cætera consumpsisset. Est & lituus, buccinæ genus incuruæ. Virg. Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta. Ennius: Inde loci lituus sonitus effundit acutos. D Ea buccina, vt Festo placet, sic dicta est, quòd litis sit testis, à qua & canando liticen dicitur: vt à tuba & cano, tubicen. Lege Festum & Varronem. Ab eius similitudine quidam existimarunt, vt Aulus Gell. & Macrob. tradunt, virgam auguralem incuruam, qua parte robustior est, à maioribus nostris lituum appellatam: qua, vt Seruius docet, solebant ab auguribus cœli spacia designari, cùm manu non liceret. Sunt qui lituum buccinæ genus non à lite, sed à sonitu dictum putent, ex illo versu Homerico, λίγξε βιός, id est, insonuit neruus. *Publica cura*) non Martis tantùm, & Veneris, Quirini, ac Vestæ, sed deorum omnium. *Gallia victa*) à Camillo. E *Solida Cereris*] frumenti nondum in farinam redacti *Virgo Saturnia*) Vesta Saturni filia. neque enim Iunonem accipere possumus.

Iam ducibus somnum dederat labor] sopiti erant duces iuuentutis Romanæ quæ erat in Capitolio. *Quam minimè tradere vultis opem*) panem quo Manlius, cæterique obsessi maximè indigebant. *Nouis ambagibus acti*] coacti obscuritate verborum Iouis varia cogitare, ac diuersa sentire. *Posse fame vinci spes excidit*] Iacto pane, Galli vlterius non sperauerunt Romanos fame posse superari. Vnde postea repulsis Gallis à Camillo, Romani Ioui pistori aram in Capitolio posuerunt. *Fortè reuertebar festis Vestalibus*] Aperit causam qua factum est, vt matronæ nudis pedibus ad ædem Vestæ accederent. *Via noua*) Nomen proprium est viæ vrbis celeberrimæ, quæ Romano foro iungebatur, quod inter Capitolium & Palatium fuit. de qua inquit Varro: Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in Nouam F viam exitur. Neque enim ab Ouidio Nouam vocari existimandum est, vt poterat vetus non fuisse. Plutarchus in Camillo: Cùm nocte præterita viam iret quam Nouam vocant. Liuius primæ Decadis libro quinto: M. Ceditius è plebe nunciauit tribunis, se in Noua via, vbi nunc est sacellum est supra ædem Vestæ noctis silentio audisse vocem clariorem humana, quæ magistratibus dici iuberet Gallos aduentare. Idem in eodem: Iustúmque templum in Noua via Allocutio fieri. Aulus Gellius refert scripsisse Varronem, Aio deo aram statutam esse in infima Noua via, quòd eo in loco diuinitus vox edita fuisset. G Cauendum ne quod quidam fecerunt; apud Liuium pro Allocutio legamus locutione. *Pede nudo*) vt constaret, ad forum Romanum olim paludem fuisse, non nisi nudis pedibus adeundam. Solinus: A quibus Pallanteum oppidum conditum, quod aliquandiu Aborigines habitauerũt, H propter incommodum vicinæ paludis, quam præterfluens Tybris fecerat. Plutarchus in Romulo: Forte fuit ex alluuione fluminis, qui paucis antè diebus locum inundarat, relicta palus profundo limo haud lõgè ab ea parte quam nunc Forum vocant.

PAVL. *Scirent nil opus*) nullum auxilium. *Superesse in curas deorum*] quasi, nossent deos non curare I mortalia. *Et perire thura data*] aris oblata & cremata. *Manu sollicita*) timida & anxia hominum manu. Hoc inquit: Nossent irrita esse omnia sacrificia. *Atque vtinam pateat locus pugna*) vtinam egredi possent Romani ex arce, & conserere cum hoste manus. *Capessant*) capiant arma. *Et si non poterunt exuperare*] hostem vincere. *Cadant*) occumbãt: quasi, mallem, vt in prælio occumberent, quàm fame perirent. Aut intelligas, tacitè prænunciare victoriam Camilli, cùm primum pugnare licebit. *Barbara turba*] barbari & feroces Galli. K *Premit*] obsidione claudit. *Inopes victus*) ad extremam egestatem redactos, ita vt fame sint perituri. *Clausos monte suo*) obsessos in monte Tarpeio. *Et timentes turpia facta*] quæ ab hostibus impiis fieri solent direptionem bonorum, incendia ædium sacrarum, violationem virginum, stupra matronarum, seruitutem, cætera crudelissime facta. *Tunc Venus*] multa quidem locuta est pro Romanis. *Et Quirinus*) Romulus, quem diximus in a. 10 deos relatum. *Pulcher*) conspicuus. *Trabea & lituo*) De his etiam egimus multa, & ipse locutus est. *Et Vesta est multa locuta pro suo Latio*) hi tres dij post Martem multa in consilio deorum pro Romanorum causa dixerunt. *Iuppiter respondit, publica est cura pro mœnibus istis*] quasi ad nos omnes spectat res Romana, & cura vrbis communis debet omnibus esse. *Et Gallia victa*) quæ à Romanis vincetur. *Dabit pœnas*) nam mox à Camillo omnes trucidabantur. L *Tu modo Vesta effice*) fac. *Vt fruges quæ desunt*) quarum summa est egestas. *Putentur superesse*) illud efficias, vt cùm sit summa frugum inopia, persuadeatur hosti eas in maxima copia esse. *Nec tu Vesta desere sedes tuas*] non deseras vrbem Romam, vbi omnes te maxima veneratione prosequuntur. *Frangat caua machina*] conterat mola. *Quodcunque est solida cereris*] fruges ipsas nondum in farinam contritas. *Et focus duret in igne*] torreat. *Mollitam aqua manu*) cererem ipsam: quasi fiat panis, & in foco decoquatur. *Iusserat*) Iupiter. *Et virgo Saturnia*] Vesta Saturni filia. *Annuit factis iussis*) quasi, promisit se obsecuturam: & ita factum est. nam de frugibus confectus est panis. *Et erant tempora media noctis*) cùm animalia fessa quie-

A stunt. *Iam labor dederat somnum ducibus*] iam duces Romanæ iuuentutis dormiebant, cùm essent labore fessi. *Iupiter increpat illos*] per quietem, obiurgat quòd ita dormirent. *Et docet ore sacro quid velit*] quasi, admonet quid sint eius imperio facturi. *Surgite*] inquit. *Et mittite in medios hostes*) deiicite in media Gallorum castra, aut in mediam hostium turbam. *De summis arcibus*) de summitate arcis Capitolinæ. *Opem quam minimè vultis tradere*] quasi, illud Cereris, quod vobis superest, & tradere cuiquam nolletis. *Somnus abit*] excitati sunt è somno Quirites. *Quærunt*] inquirunt inter se duces. *Actis nouis ambagibus*) noua & dubia verborum circuitione, aut obscuris Iouis monitis. *Quam opem*] quod auxilium. *Nolint tradere*) nollent aliis dare, & iubeantur ab Ioue in hostes mittere. *Visa*

B *esse Ceres*] visus est esse panis qui mitti in hostes iuberetur. *Iaciunt dona Cerealia*] emittunt panem in hostes. *Iacta*] proiecta ipsa dona Cereris. *Sonant super galeas, & longa scuta*] nam supernè iacientes pulsabant panc Gallorũ arma. *Excidit spes*] à Gallis. *Posse vinci fame*) sic desperauere posse ad deditionem redigere. *Hoste repulso*] repulsis & cæsis à Camillo Gallis, vt paulo superius docuimus. *Candida*) hoc est, marmorea ara. *Ponitur*] constituitur. *Ioui pistori*) cui in Vestalibus quoque sacrificatur: ea est in Capitolio. *Forte reuertebar*) seruabatur mos vetus à matronis ad Vestæ templum euntibus, vt nudis irent pedibus. Causam poeta refert, quam à matrona quadam accepisse fatetur. Cùm olim ea parte lacunæ fuissent, sicco pede aditi non poterat, ibant igitur nudis. Postea siccatæ sunt lacunæ. non erat opus exuere pedem. in memoriam tamen vetustatis nudis pedibus ibant matronæ. *Fortè ego reuertebar festis Vestalibus*] die Vestaliorum. *Illac*) illa parte. *Qua via Noua*] per quam à Velabro ad Romam ascendebant, vt Varro ostendit. & Plutarchus in Camillo eius viæ meminit. iungebatur foro, & viæ sacræ, tendebatque prope Palatium, vbi & nunc ædes est sub appellatione diuæ Mariæ in via Nona: quanquam vulgus corruptè diuam Mariam Nouam vocat, cùm in via Noua sit. *Et iuncta Romano fora*) quod in-

G ter Capitolium & Palatium est: nec non prope viam Nouam, erat ædicula Vertumni, de quo paulo pòst. *Ego vidi matronam descendere huc*] in forum & viam Nouam, vt iret templum Vestæ. *Pede nudo*) pedibus nudis. *Obstupui tacitus*] cùm illam ita incedentem respicerem. *Et sustinui gradum*) substiti vt viderem, & causam cognoscerem. *Anus*] ipsa matrona. *Vicina loco*] vbi ego substiteram. *Sensit me*] scilicet hærentem & cupidum cognoscere causam. *Et alloquitur*] illa me. *Iussum*] quem ipsa iusserat sedere. *Quatiens caput*] propter senilem ætatem. *Voce tremit*) cum vetulis & artus tremant, & vox ipsa. *Hoc vbi*) Causam nudorum pedum nunc docet matrona. *Paludes vda*] aquosæ. *Tenuere*] occupauere. *Hoc*] solum scili-

H cet. *Vbi nunc sunt fora*] Romanum & boarium. *Fossa*) quasi cauus hic olim locus. *Madebat*] erat aquosus. *Aqua redundâtis amne*) inundatione Tibridis effusis aquis: quoniá Tibris tunc propior erat illis locis. Sic in vtroque foro paludes erant: antequam transuectus esset amnis, & factæ essent cloacæ.

> *Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,*
> *Nunc solida est tellus: sed lacus antè fuit.*
> *Quà Velabra solent in Circum ducere pompas,*
> *Nil præter salices, crassaque canna fuit.*
> *Sæpe suburbanas rediens conuiua per vndas*
> *Cantat, & ad nautas ebria verba iacit.*

ANTON. *Curtius ille lacus*) De Curtio lacu, quem quidã

C Curtilacum appellant, autore Festo, à Curtio qui (vt idem inquit) in eo loco in profundũ se ob salutẽ populi Rom. proiecit hiatum. Triceps historia est, vt inquit Varr. Alij. n. volunt cùm vasto hiatu terra subsideret, atque ab aruspicibus responsum esset, ea re illum tantummodo compleri posse, qua pop. Rom. plurimum valeret: siue, vt Procil. scribit, deum manium stultionẽ postulare, id est, virũ fortissimũ eòdem mitti: Curtium virum fortem armatũ in equũ ascendisse, & se in patentẽ voraginem præcipitẽ dedisse. quã nõnulli fuisse in foro boario tradiderunt: Valer. autẽ Max.

D in Romano. Quo facto, coisse locum inquiunt, & eius corpore diuinitus humato, relictum à Curtio genti suæ monumentum: Statius in Syluis: Ipse loci custos, cuius sacrata vorago, Famosique lacus nomen memorabile seruant. Alij, vt scripsit Piso in Annalibus, & Plut. tradit in Romulo, dicunt Sabino bello, cùm Romulus ex superiore parte impressionẽ fecisset, Curtium virum inter Sabinos clarũ & vigore animi præstantem, in locum palustrem, qui tum fuit in foro (quia cloacæ nõdum factæ fuerant) secessisse, atque inde conatum equo exire. cùm aspexisset id factu impossibile, dimisso equo ipsum euasisse, seque ad suos incolumẽ recepisse, & ab eo lacum nomen inuenisse. Quod tamen Liuio non placet, dicenti lacum Curtium nõ ab antiquo T. Tatij milite Curtio Metio, sed ab alio appellatum, qui se armatum in patẽtes terræ hiatus immisit. Alij autem tradiderunt, Cornelius vi-

E delicet & Luctatius, eum locum fuisse fulguritum siua tactũ fulmine, & ex Senatus consulto septum esse: & quoniam id à Curtio consule factum est, cui M. Genutius collega fuit, Curtium appellatum. Dionysius vult Curtium Sabinũ lacui nomen dedisse, cui fidem non adhibemus, quoniam Liuius, vt dictum est, aliter sentit. Suetonius autor est populum Romanum, à quo Augustus Cæsar maiorem in modum diligebatur, quotannis ex voto pro eius salute stipem iecisse in Curtium lacum. *Siccas qui sustinet aras*] Hæ aræ quorum deorum fuerint, nusquam, vti arbitramur, inuenies. Suspicamur autem ex eo quod scribit Suetonius, aras fuisse Genij Augusti, & Larium. *Quà Velabra solent in Circum ducere põpas, Nil præter salices, crassaque canna fuit*] &c. De põpa quæ ferebatur in Circum, ac per Circum, diximus suprà. Velabra antẽ numero plurũ dicit, quia fuit Romæ maius Velabrũ,

F & minus. & à vehendo vtrumque nomen accepit: quia cũ Auentinus olim à reliquis montibus, paludibus discluderetur, necesse erat eò nauibus aduehi: vnde Velabrum nominatum est. Et velaturam facere dicebãtur, qui id mercede facientes vecturis vincebant. Varro: Palus fuit in minori Velabro, vnde quòd ibi vehebantur lintribus, Velabrum, vt illud maius. Propertius: Quà Velabra suo stagnabant flumine, quáque Nauta per vrbanas velificabat aquas. Tibullus: At quà Velabri regio patet, ire solebat Exiguus pulla per vada lintet aqua. Plutarchus in Romulo, Ei loco nunc Velabro nomen est, quòd incremento flumine superfuso nauiculis per eã partem in forum traij-

I ciunt. Porphyrio scribit (vt diximus suprà) Tiberim quem Agrippa deriuauit, quà nunc labitur, per Velabrum antea fluxisse, quæ fuit vrbis regio non incelebris, teste Macrobio, vbi vnguentarij consistebant, vt ait Porphyrio, vbi & olearij. Plautus in Captiuis: Omnes cum pacto rem agunt quasi in Velabro olearij. ibi etiam epulæ ganeaiæ parabantur. Vnde commendabatur caseus fumo Velabrensi. Martialis: Non quemcunque focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit. Per eandẽ regionẽ & pompæ in Circum maximum ducebantur: & Iulius Cæsar Gallici triũphi die curru vectus est, vt Suetonius meminit. Quidam tamen affirmant, teste Plutarcho, viam quæ ad Hippodromum ducebat, velis operiri solitam ab his qui ludos exhibebant, vnde potuit Velabro vocabulum dari. *Suburbanas*] quæ fuerunt olim suburbanæ, Auentino nondum intra vrbem rece-

K pto. *Cantat*] cùm reuertitur ebrius à conuiuio per aquas Tiberis, vbi excreuit flumen.

PAVL. *Ille lacus Curtius*] qui & olim & nũc quoque ita vocatur. *Qui sustinet aras siccas*) quia sine aquis & arã Vertumni fuisse volunt. *Nunc est tellus solida*) firma & sine aquis. *Sed antè fuit lacus*] nam erat palus. Sed de lacu Curtio agamus. Dionysius & Plutarchus dicunt lacum Curtium appellatum à Curtio Sabino, qui in ea pugna Romuli & Sabinorum, cùm illuuies aquarum occupasset loca illa, in quibus postea extructum est forum Romanum, cùm equum præ cæteris in Romanos agitasset, vsque ad hunc locum peruenit: & cùm diu detineretur, dimisso intra illuuiem equo, ægrè pedes euasit: qui locus huc vsque ab eo lacus Curtius appellatus. Varro autem, In foro, inquit, lacum Curtium à Curtio dictũ constat. de eo triceps historia. Nam & Procilius non prodi-

L dit idem quod Piso, nec Cornelius Stilo secutus. A Procilio relatum est eo loco dehisse terram, & ex senatusconsulto ad aruspices relatum esse responsum, deum Manium stultionem postulare, id est, ciuem fortissimum eòdem mitti. Tum quendam Curtium, virum fortem, armatum, ascendisse equum, & à Cõcordia versum, cum equo eum præcipitatum: eo facto, locum coisse, atque eius corpus diuinitus humasse: reliquisse genti suæ monumentum. Piso in Annalibus scribit: Sabino bello quod fuit Romulo & Tatio, virum fortissimum Metium Curtium Sabinum, cùm Romulus ex superiore parte impressionem fecisset, in locum palustrem, qui tunc fuit in foro, antequam cloacæ sunt factæ, secessisse, atque ad suos in Capitolium se recepisse: ab eo lacum inue-

A nisse nomen. Cornelius & Luctatius scribunt eum locum esse fulguratum, & ex senatusconsulto septum esse. Idque factum est à Curtio consule, cui Marcus Genutius fuit collega, & Curtium appellatum. *Qua Velabra solent ducere pompas in Circum*] qua solet duci pompa triumphalis armorum victricium. Triumphantes enim cum pompa per Velabrum trāsibant. Vnde de Cæsare legimus apud Tranquillum, quòd Gallici triumphi die Velabrum prætervehens, pene curru excussus est, axe distracto. ascenditque Capitolium ad lumina, sexaginta elephantis dextra & sinistra lychnos gestantibus. Et ea Velabro, vt ostendere videtur Varro, ratibus in Auentinum aduehebantur ex vrbe, & quadrantem soluebant, cùm mons ille paludibus erat à reliquis disclusus. Inde Velabrum à vehendo dictum. Velaturam facere etiam nunc B dicuntur, qui id mercede faciunt. De eodem loco Plutarchus in Romulo, cùm meminit Laurentiæ nutricis, & illius etiam eiusdem nominis virginis, quæ Herculi oblata est: de quibus diximus in tertio libro. Et secundam hanc dicit, postea Theophilam nominatam, eo, inquit, potissimùm in loco euanuisse, vbi alterius Laurentiæ superioris corpus iacebat, quem ideo adhuc posteri bilaurum vocant. Velaturam etiam appellant: quia cùm sæpius inundat ripas Tiberis, Romani inde in forum a portitoribus conuehuntur. Alij tamen sic dictam ferunt, quòd ciuitatis principes, cùm G inde spectatum prodirent, qua via ad equorum cursum ex foro ferebantur, totam lineis velis operire consueuerant. Hæc ille. *Quà erant*] igitur *Velabra, nil fuit præter salices*] quæ solo aquoso gaudent. *Et canna crassa*] canna palustris. *Sæpe conuiua*] qui in conuiuio fuerit. *Rediens per vndas suburbanas*] per stagnantes aquas, cùm inundasset Tibris. *Suburbanas*] quia tunc erant extra vrbem. *Cantat*] dum solus vehitur. *Et iacit ad nautas verba ebria*] talia, qualia dictabat potus Bacchus.

Nondum conueniens diuersis iste figuris,
Nomen ab auerso ceperat amne deus.
Hîc quoque lucus erat iuncis & arundine densus,
Et pede velato non adeunda palus.
Stagna recesserunt, & aquas sua ripa coercet,
Siccáque nunc tellus: mos tamen ille manet.
Reddiderat causam. Valeas anus optima, dixi:
Quod superest aui, molle sit omne, tui.
Cætera iampridem didici puerilibus annis:
Non tamen idcirco prætereunda mihi.
Mœnia Dardanides nuper noua fecerat Ilus,
Ilus adhuc Asiæ diues habebat opes.

ANTON. *Conueniens diuersis iste figuris*] Vertumnum dicit, quem alij deum Tiberis esse volunt, qui vertit eius alueum. Propertius: Vertumnus verso dicor ab amne deus. Alij deum esse dixêre, qui humanas cogitationes vertit & mutat. Vnde hi nati dicuntur iniquo Vertumno, quorum cogita- C tiones vertuntur præter rationem. Horatius in Sermonibus; Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis Viuere, Vertumnis quotquot sunt, natus iniquis. Asconius & Porphyrio deum esse tradunt vertendarum rerum, hoc est, emendarum ac vendendarum. Sed magis placet, quod Donatus scribit, Dij bene vertant, dici solere: quòd sæpe res eueniant aliter, quàm velimus. ideóque Vertumnum coli, qui præest rebus vertendis in vtramque partem. Lege Propertium, qui hunc deum inquit decenter in quamcunque figuram voluerit, transformari. Vnde illud est Tibulli: Talis in æterno fœlix Vertumnus Olympo Mille habet ornatus, D mille decenter habet. Sed quod ad hunc locum attinet, natum eum inquit in Thuscia, vt, Thuscus ego à Thuscis ortor. Et deinde subiungit: Romanum satis est posse videre forum. Hac quondam Tiberinus iter faciebat, & aiunt, Remorum auditos per vada pulsa sonos. Huius feriæ Octobri mense fuerunt, & Vortumnalia dicebantur, teste Varrone, qui etiam scribit esse Vertumnum in vico Thusco, quòd is sit deus Hetruriæ. Quare ait Propertius: At tu Roma meis tribuisti præmia Thuscis, Vnde hodie vicus nomina Thuscus habet. Sunt enim qui volunt Vertumnum fuisse Thuscorum vetustissimum regem, qui vinearum & pomiferarum arborum serendarum tradidit rationem, cui Thusci Romæ templum ædificarunt, qui cum Lucumone in auxilium Romuli venisse dicuntur. *Nomen ab auerso ceperat amne*) Sensus est: Quia nondum auersus fuerat Tiberis, E Vertumnus ab auerso flumine non ceperat nomen. *Hic quoque lucus erat*] Hoc in loco, inquit anus, siue matrona, vbi nunc, summus lucus erat è iuncis & arundinibus. *Quod superest aui, molle sit omne tui*] molle & iocundum sit, quicquid vitæ tibi superest. Omne autem hic pro toto accipitur. *Cætera iampridem didici puerilibus annis*) hæc quidem à matrona edoctus sum, cætera quę dicentur ad Vestam attinentia, à pueritia, & longe antè didici, quàm matronæ ad forū occurrerent. *Mœnia Dardanidas nuper noua fecerat Ilus*) Ilo regnante, à quo Ilium conditum ferunt, cùm in arce summa templum ædificaretur, simulacrum Palladis è cœlo dicitur excidisse, mouens oculos atque hastam, vt Seruius refert. Vnde Apollo consultus, respondit futurum eius ciuitatis exitium, si Palladium extra mœnia portaretur. Itaque F & Ilus & Laomedon ipsum diligentissimè seruauerūt. Regnante autem Priamo, cùm Helenus apud Arisbam captus indicasset Græcis fata Troiana, in quibus & coactus est dicere de Palladio, vnde regnum à Pyrrho dicitur meruisse, Vlysses & Diomedes cloacis, siue cuniculis in arcem ascenderunt, & occisis custodibus, Palladium asportarunt. Quod postea Troia diruta, cùm Diomedes teneret, & multis casibus iactaretur, credens sibi aptum non esse, propter sua pericula, transeunti Æneæ offerre conatus est. Quem cùm sacrificantem velato capite comperisset, ne ordinem sacrificij turbaret, eundam ex Troianis obtulit, qui Nautes dicebatur. Quam ob causam Mi- H nerue sacra non Iulia gens habuit, sed Nautecorum, quos quidam Nautas vocant. Vnde illud est Virgilij: Vnum Tritonia Pallas Quem docuit. Alij tamen dicerunt simulacrum Palladis à Troianis intra extructum parietem conditum esse, post aquam agnouerunt Troiam periturā, idq; Romā aduectū. Quod cū Fimbria quidā bello Mithridatico inuentum Romanis indicasset, & respōsum esset, illic imperium, vbi & I Palladium fore, multa similia facta esse: sed cœleste illud cognosci hastę oculorúmq; mobilitate, atq; ab vna tantùm sacerdote custoditi, Troianā soli cui fas vidisse Mineruam, vt inquit Lucanus. Custodiebatur aūt in æde Vestæ, vt Plutar. scribit in Camillo Sciēdum, placuisse nonnullis vnū tātùm simulacrū è cœlo lapsum esse apud Athenas: alijs verò duo, Troianū & Atheniēse. Lege Dionysiū, qui duo vult in Ilio fuisse Palladia, Æneámq. capta vrbe inferiore, dominū arcis factū, alterū eorū sustulisse: cū Vlysses & Diomedes alterū, ingressi noctu Iliū, exportassent. Scribit & alia quædā, quæ referre non placet. Scire autem debemus, Ilum Dardanidem dici hoc loco, non quòd Dardani filius, sed pronepos fuerit.

PAVL. *Nondū cōueniens*) Amnis Tiberinus crebrò ea loca inundabat. Postea à M. Agrippa trāsuersus est effosso lōgi⁹ alueo. K & ab eo deus ille, qui in omnes se formas vertit, Vertumnus dictus est, cui⁹ ędicula erat in vico Thusco, & ibi Vertumnū stare testis est Varro. Sed huius dei mysteria Properti⁹ aperit in elegia, Quid miraris meas: cùm facit ipsum deū loquentē, & ait: Thuscus ego è Thuscis orior, nec pœnitet inter Prælia Volsinios deseruisse focos. Hęc me turba iuuat, nec tēplo lætor eburno, Romanū satis est posse videre forū. Hâc quōdā Tiberinus iter faciebat, & aiūt Remorū auditos per vada pulsa sonos. At postquā ille suis tantū cōcessit alūnis, Vertūnus verso dicor ab amne deus. Et paulo pòst: Opportuna mea est cūctis natura figuris: In qualcūq. voles, verte, decorus ero. Et post quartū & vigesimū versum inquit: At mihi, q formas vnus vertebat in omnes, Nomē ab euētu patria lingua dedit. At tu Roma meis tribuisti præmia Thuscis, Vnde hodie vicus nomina Thusc⁹ habet. Tēpore quo sociis venit Lycomedius armis, Atq. Sabina feri contudit arma Tati, &c. L Hoc igitur est, q inquit vetula, nondū fuisse transuersum amnē. inde Thusco deo Vertūni nomē inditū est, cū eo in loco paludes erāt. Nōdū iste deus cōueniens diuersis figuris: qui decēter in varias, immò in omnes figuras, se trāsuerteret. *Ceperat nomē, &c.*] appellatus erat Vertūnus, à trāsuerso fluuio Tiberino. Vertūnus ergo dictus, quòd verrit amnē. *Hic quoque, &c.*] densa sylua. *Iūcis & arūdine*] erāt iunci & cannæ palustres. *Et palus nō adeunda pede velato*) quę præteriri non posset tectis pedibus. ergo opus erat nudare pedes. *Stagna, &c.*] tū ob cloacas extructas, tū ob transuersum amnē. *Et sua ripa coer. aq.*] cōtineatur nūc aquæ Tiberinæ ripis, ita vt hæc loca inūdare magis nō possit. *Et sic. &c.*] sine vllis aquis. *Tamē idē*] ab ipsis olim aquis. *Manet mos*] consuetudo adhuc seruatur, vt eatur nudis pedibus. *Reddiderat*] ipsa ma-

trona. *Causam*] cõsuetudinis. *Dixi*) ego *Valeas, &c.*] sospes esto matrona, quæ me docuisti quod nesciebã. *Quod superest annis*) illud ætatis quod superuictura es *Omne sit molle*) dulce & iocundũ. Vt est illud Cicer. d: Senec. Omnes absterseris senectutis molestias: Sed etiam effeceris mollẽ ac iocundam senectutẽ. *Cætera*) quæ pertinẽt ad Vestæ ministeriũ. *Dixi*] ego. *Iampridem*) lõge antè. *Annis puerilibus*) cũ essem puer. quasi hæc quæ nunc à te didici, cætera ego didicissẽ à puero. *Nõ tamen occurro*] ob id q̃ addidici. *Prætereunda mihi*) quia silẽtio ea præterire nõ debeo. *Mœnia Dar*) quoniã in tẽplo Vestæ Palladiũ è Troia aduectũ seruabatur De eo nũc agit. Et locus exigit, vt nos quoq; de eo dicam, Dionysiũ ipsum sequentes Is cùm multos adducat, hæc loquit: Dicũt Chrysantẽ Pallãtis filiam nubentẽ Dardano, dotẽ attulisse Palladis munera, Palladiaq;, & deorũ magnorũ simulacra, ceremonias eorũ doctã. Postea verò quã eluuionẽ fugientes Arcades Peloponnesum reliquerunt, atq; in Thracia insula sedes collocarũt, Dardanũ aiũt deorũ horũ tẽplũ ineffabilia aliis facientẽ propria ipsorũ nomina, atq; ceremonias statuit, quæ nũc etiã fiũt à Samothracibus. Vbi verò maiorẽ partẽ populi trãsuexit in Asiã, sacrificia & ceremonias reliquisse eum dicunt permanẽtibus in insulis. Palladia verò, & deorũ imagines secum aduexisse. Cõsuleatẽmq; deinde cũ de sedibus, cùm alia didicisse, tũ de custodia sacrorũ, & oraculũ huiusmodi accepisse: In vrbẽ condendã diis cultũ incorruptũ semper ponere, & custodiis colere, sacrificiisq;, & choreis. Donec n. hæc sancta vestra tellure maneãt munera, Ioue natæ à cõiuge data, vrbs ista persistet sine excidio perpetuò dies omnes. Ac Dardanũ quidẽ dicũt in cõdita denominatáq; à se vrbe simulacra ipsa reliquisse. Cæterũ condito posteriori tẽpore à nepotibus Ilio, eò esse sacra trãslata: fecisseque eis Iliẽses tẽplũ, & adytũ in arce. Eáq; custodisse quã maxima possent diligẽtia, diuina esse ducẽtes, atq; salutis vrbis causã præcipuã. Postea verò capta vrbe inferiore, Æneã dicũt dominũ arcis factũ, sustulisse ex adytis & magnorum deorũ sacra, & quod adhuc supererat Palladiũ. Nã alterum quidẽ Vlyssem & Diomedẽ noctu ingressos Ilium, furto sustulisse aiũt. Profectũ deinde ex vrbe Æneã, sacra ipsa ferentẽ, in Italiã aduenisse. Arctinus autẽ datũ asse dicit Dardano ab Ioue Palladiũ vnũ, fuisséque ipsum in Ilio, donec vrbs capta est, abscõditum in loco inaccesso. Exẽplum autẽ eius ita adornatum, vt nihil ab exẽplari differret, ad fallẽdos insidiatores, in aperto loco positum, idq; Achiuos per insidias surripuisse. Sacra igitur ab Ænea in Italiã asse trãslata. Hæc ille. Poeta verò ostẽdit, regnãte Ilo è cœlo Palladium cecidisse, seruatúmque vsque ad excidium Troiæ. Tunc seu ab Vlysse, seu à Diomede, siue ab ipso Ænea sublatum: sed nunc in Vestæ tẽplo seruari. *Ilus Dardanius*) Dardani pronepos. *Fecerat nuper noua mœnia*] condiderat nouam vrbem. Ipse enim è montibus in campos descendit, & in campis Ilium vrbem à se denominatam cõdidit. *Ilus diues adhuc h. e. As*] regnabat adhuc ille, & Asiæ imperium simul & diuitias possidebat.

Creditur armigera signum cæleste Mineruæ
Vrbis in Iliaca desiluisse iugis.
Cura videre fuit, vidi templúmque locúmque:
Hoc superest illic, Pallada Roma tenet.
Consulitur Smintheus, lucóque obscurus opaco
Hos non mentito reddidit ore sonos:
Aetheream seruate deam, seruabitis vrbem:
Imperium secum transferet illa loci.
Seruat, & inclusam summa tenet Ilus in arce,
Curáque ad hæredem Laomedonta venit.
Sub Priamo seruata parum: sic ipsa volebas,
Ex quo iudicio forma reuicta tua est.
Seu genus Adrasti, seu furtis aptus Vlysses,
Seu pius Aeneas, eripuisse ferunt.
Auctor in incerto est. res est Romana: tuetur
Vesta, quòd assiduo lumine cuncta videt.
Heu quantum timuere patres, quo tempore Vesta
Arsit, & est tectis obruta penè suis.
Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes,
Mixtáque erat flamma flamma profana pia.
Attonitæ flebant demisso crine ministræ,
Abstulerat vires corporis ipse timor.
Prouolat in medium, & magna, Succurrite, voce,
Non est officium flere, Metellus ait.
Pignora virgineis fatalia tollite flammis
Non ea sunt voto, sed rapienda manu.
Me miserum, dubitatis, ait. dubitare videbat,
Et pauidas posito procubuisse genu.

ANTON. *Cura videre fuit*] Nota Ouidium fuisse in Phrygia, cũ esset ei curæ videre ruinas Troiæ, atq; vt talẽ virũ decebat, vetera perscrutari. *Vidi templumque locúmque*) vidi arcẽ Troiæ, ac tẽplum, siue adytũ, vbi Palladiũ fuit. *Pallada Roma tenet*] simulacrũ Palladis. i. Palladium, est Romæ in æde Vestæ. *Consulitur Smintheus*) Cùm Palladiũ è cœlo cecidisset, Ilus consuluit Apollinẽ Sminthcũ, cuius ædes fuit apud Troiã, nõ solùm in vrbe Chrysa, vt scribit Strabo, sed in Tenedo. vt, Sminthcu præclaræ Tenedi dominator Apollo. Chrysæ simulacrũ Apollinis fuit, nominis veritatẽ seruãs, vt idẽ loquit geographus, cũ mus statuæ pedibus subiaceret. Est. n. sminotha mus, lingua Cretensium. *Aetheream deã*) cœlestẽ: hoc est Palladiũ, siue effigiẽ Palladis, quæ è cœlo cecidit. Æther. n. interdum pro cœlo ponitur. vt, Sic habites terras, & te desideret æther. *Ad hæredẽ Laomedõta*] qui Ili & hæres & filius fuit, seruauitq; Palladium. *Sic ipsa voleb.*] Voluit Pallas furto surripi, irata Troianis ob iudicium Paridis. *Genus Adrasti*) Diomedes, quẽ Tideus genuit ex Deiphyle Adrasti filia. *Seu furtis aptus Vlysses*) Ipse alibi: Sua narrat Vlysses, Quæ sine teste gerit, quorum nox cõscia sola est. *Seu pius Aeneas*) Fabulari eos Plut. existimat, qui Æneã tradiderunt, dũ Troia diriperetur, Palladium sustulisse, quod Diomedes & Vlysses exportarunt: quibus inquit Seruius id negocium potissimũ datum, quia Mineruæ fuere cultores. *Res est Romana*) Incertum est, quis Palladium surripuerit: sed esse id Romæ, dubiũ non est. *Quòd assiduo lumine cuncta videt*] quoniã Vesta aptissima est tuẽdo Palladio, cùm manifeste cuncta videat, ob ignẽ inextinctum. *Quo tempore Vesta arsit*) Non in secundo bello Punico, quo tẽpore Liuius ædẽ Vestæ vix defensam inquit, & cõditum in penetrali fatale pignus imperij: sed paulo antè, cùm Cecilius Metellus Pontifex max. ex incendio templi Vestæ Palladium rapuit. Vnde illud est Iuuenalis: Vel qui Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam. Et illud Plinij: Metellus orbam luminibus exegit senectã amissis incẽdio, cùm Palladium raperet ex æde Vestæ memorabili causa, sed euẽtu misero. Quo fit, vt infœlix quidẽ dici non debeat, fœlix tamen esse non possit. Tribuit ei populus Romanus, quod nunquam vlli alij ab cõdito æuo, vt quoties in senatum iter, curru veheretur ad curiã: magnum & sublime, sed pro oculis datum. Dionysius autor est, simulacrum Metelli in Capitolio positum esse: vbi magnos honores, qui à Romanis in eum collati fuerãt, inscriptio testabatur. *Vires corporis*] quibus ablatis, virgines templo ardenti opem ferre non poterant. *Non est officium flere*) Metellus ait: opem ferre, officium est, non lacrymari. Idem sentit Cicero in Tusculanis quæstionibus. *Pignora fatalia*) Palladium, in quo est fatum Romani imperij *Flammis virgineis*) ædem Vestæ virginis absumentibus, & sacra. *Dubitare videbat*] cernebat nullam esse è virginibus Vestæ, quæ auderet Palladium è flammis arripere, cùm omnes flexis genibus, votis tantùm & precibus vacarent.

PAVL. *Signum Mineruæ armiferæ*] Palladiũ ipsum *Cæleste*) nã è cœlo missũ *Creditur desiluisse*) decidisse. *In iugis vrbis Iliacæ*] in mõtibus Troiæ. *Cura videre fuit*) quasi, volui ego videre loca Troiana. *Vidi & templum*) ipsius Palladis. *Et locũ*) hoc est, adytum, vbi olim Palladium seruabatur. Et his verbis indicat Ouidius, se loca Troiana vidisse. Et nos quoque omnia perlustrauimus. Nunc nihil ex ingentibus ædificiis superest, nisi ruina, & facies illa mœnium semirutorum, quæ respicit Ægeum. Ea quidem apertè ostendit, magnam fuisse vrbẽ. Protẽditur enim ab austro in arctum ad viginti millia passuum. De qua in Ægide diximus: Si respondebant lateri latera omnia primo, Pergama quis demens magna fuisse negat? *Hoc superest illic*) Templum, inquit, adhuc superest, sed Palladium in vrbe seruatur. *Roma tenet Pallada*] Palladium: ipsam Palladis effigiem, quæ seruabatur in Vestæ templo, vt diximus. *Consulitur Smintheus*] Alij legunt, Consulitus Cynthus. Sed Smintheus legendum est. Ilus enim,

A cùm illud signum habuisset, Smintheum Apollinem consuluit. Apud Troiam enim Cyrilla est vrbs in loco excelso & petroso, supra mare sita, & in ea (vt Strabo inquit) est Apollinis Sminthei delubrum, & signum, quod nominis veritatem seruat. nam mus quidam pedi statuæ subiacet. *Et obscurus opaco luco*] & ideo obscurus ipse Apollo, quia in vmbroso luco. *Reddidit hos sonos*] hoc responsum. *Ore non mentite*] non fallaci ore, sed veridico: quia vera inde oracula dabat. *Seruate deam ætheream*] tueamini & custodiatis cœleste Palladis signum. *Seruabitis Vrbem*) quoad seruata erit imago Palladis, erit incolumis vestra vrbs. *Illa*) Palladis effigies. *Transferet secum imperium loci*) quò ipsa transferetur, eò transferetur imperium. *Seruat Ilion*] eo quò transferatur. *Et tenet inclusam in summa arce*] inclusit illam in templo, quod in summa arce construxerat.

B *Et cura*] seruandæ imaginis *Venit ad heredem Laomedonta*) qui filius & hæres fuit Ili. Et licèt eo regnante capta fuerit vrbs ab Hercule, mansit tamen incolume Palladium. *Sub Priamo seruata parum*] quia furto subtracta eo regnante. *Sic ipsa volebas*) ita placuit tibi vt raperetis, cùm esses tu Pallas irata Troianis. *Ex quo tua forma est victa iudicio*) ex quo prælata est tibi Venus, & ea formosior à Paride iudicata. *Seu genus Adrasti*] seu rapuit te nepos Adrasti regis Argiuorum, hoc est, Diomedes, Tydei & Deiphyles Adrasti filiæ filius. Aliqui legebant, Seu gener Adrasti quod non probandum: quoniam non Tydeus, qui illius erat gener, sed Tydei filius Diomedes Vlyssem comitatus est, qui eam surripuit. Vnde in 13. Metam. ipse loquens, inquit: Cur audet Vlysses Ire per excubias, & se committere nocti? Perque feros enses, non tantùm mœnia Troum, Verùm etiam

C summas arces intrare, suáque Eripere æde deam, raptámque afferre per hostes. Ideo hoc in loco addit, *Seu furto aptus Vlysses*) siue rapuit Vlysses, qui noctu & furtim rem gerebat. Quod in eodem libro illi obiicit Aiax: sua narret Vlysses, Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est. Aut ad illud referendum, quòd ex Sisypho Æoli filio latrone natus creditur. quod etiam Aiax exprobrat: quid sanguine cretus Sisyphio, furtisque, & fraude simillimus illi, Inseris Æacidis alienæ nomina gentis? *Seu pius Æneas*] rapuit extrema illa nocte, qua incensa Troia. Verùm simulacrum Palladium surripuere Græci, Diomedes & Vlysses, quod secretius seruabatur. Verùm Palladium secum asportauit Æneas. *Eripuisse ferunt*) quasi quicunque fuerit, quem surripuisse Pallada dicunt. *Autor in incerto est*) nam nescitur

D quis fuerit raptor. *Res est Romana*] nam nunc Romæ est. *Vesta tuetur*] seruat Palladium in suo templo. *Quid videt cuncta*] quæ sunt in templo, *Lumine assiduo*] propter inextinctum ignem. *Heu quantum timuere patres*) quantus fuit senatorum timor. *Quo tempore Vesta arsit*] eo tempore, quo flagrauit templum Vestæ. *Et est penè*) quasi. *Obruta*] ipsa dea immensa. *Suis tectis*) quia parum defuit, quin rueret templum, propter incendium: & obrueret sacra, quæ erant intus. Arsit enim Vestæ templum bello Punico primo, vt apud Dionysium est, vbi de Numa agit, quod Romanis de Sicilia cum Carthaginensibus fuit. Incenso

G enim templo, fugientibúsque ex igne virginibus, pontifex L. Cecilius Metellus, is qui memorabilem illum è Sicilia de Carthaginensibus triumphum duxit, centum triginta octo elephantis, propter iam securitatem neglig[...], publicæ vtilitatis causa, summo suo periculo in ardentia irrupit: ac relicta à virginibus sacra rapiens, ea igne seruauit. Magnos honores à ciuitate tulit. sicut simulacri eius in Capitolio positi inscriptio testatur. *Ignes sancti*] sacri Vestales ignes. *Flagrabant*] ardebant. *Ignibus sceleratis*] & ob id sceleratis, quia immixti sanctis, sacra adurebant. *Flamma profana*] impia. *Erat mixta flamma pia*) id est, sanctæ. Profanum tamen id esse Pompeius docet, quod non est sanctum.

H Plautus: Sanctum an profanum habeas, parui penditur. *Ministræ attonitæ*) exterritæ virgines. *Flebant demisso crine*] passis crinibus. *Ipse timor*) quem incendio conceperant. *Abstulerat vires corporis*] omne robur. Præ metu enim effectæ erant debiliores, & rebus succurrere non poterant. *Metellus*] qui Pontifex erat. *Provolat in medium*) celeriter in medium virgines accurrit. *Et ait magna voce*) quasi ita inclamauit. *Succurrite*) afferte opem. *Non est officium flere*) non est opus lacrymis. aut effundere lacrymas, non spectat ad officium: quia ex officio prodesse debetis. Hoc autem fletu nihil prodestis. Ergo iuuate, vt ex officio debetis. *Tollite*] eripite. *Flammis virgineis*) ex ignibus Vestalia sacra incendentibus. *Pignora fatalia*) quasi ea sacra, in quibus inest imperij Rom. fatum. *Non ea sunt rapienda voce*)

I nam votis ab ignibus non eripientur. *Sed sunt rapienda manu*) manibus & viribus vestris, non precibus. Simile illud Catonis apud Salust. Non votis, neque suppliciis muliebrium, auxilia deorum parantur. *Vigilando*) bene agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt. *Ait*) Metellus. *Me miserum*) dico. *Dubitatis*) eripere scilicet sacra. *Videt at dubitare*) illas virgines præ timore. *Et videbat pauidas*] attonitas. *Procubuisse*) pronas inflexisse se. *Posito genu*) inflexis genibus.

Haurit aquas, tollénsque manus: Ignoscite, dixit,
Sacra vir intrabo, non adeunda viro.
Si scelus est, in me commissi pœna redundet,
Sit capitis damno Roma soluta mei.
Dixit, & irrupit: factum dea rapta probauit,
Pontificisque sui munere tuta fuit.
Nunc bene lucetis sacro sub Cæsare flammæ:
Ignis in Iliacis nunc erit, éstque focis.
Nulláque dicetur vittas temerare sacerdos
Hoc duce, nec viua defodietur humo.
Sic incesta perit: quia quam violauit, in illa
Conditur, & Tellus Vestáque numen idem est.
Tum sibi †Callaico Brutus cognomen ab hoste
Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.

ANTON. *Haurit aquas*) ac pollutis manibus tangeret simulacrum Palladis. *Non adeunda viro*] quia ædem Vestæ viris ingredi non licebat. *In me*) in caput Romani pontificis, non in Romanam ciuitatem. *Nunc bene lucetis sacro sub Cæsare flamma*) sub Cæsare Augusto: qui in pontificatu

E suo, vt inquit Sueton. auxit sacerdotum numerum, dignitatem, & commoda, præcipuéque Vestalium virginum: apud quas ante annum & quatuor menses, quàm decederet, testamentū à se factum deposuit. *Nulláque dicetur vittas temerare sacerdos Hoc duce*] nō parcet ministris Vestæ Augustus, si virginitatem amiserint, qui filiæ ac nepti non pepercit. Is enim Iuliam filiam & neptem relegauit, filiæque omnem vini vsum ademit: eámque vt reuocaret, exorari nullo modo potuit. De vitta diximus suprà. *Nec viua defodietur humo*] Viua nominatiuus casus est, nec claudicat versus. Huiusmodi enim loco, vbi cæsura est, produci correptam syllabam sæpe inuenies. *Quia quam violauit, in*

F *illa Conditur*) Vesta, id est, terra, quæ violata est, iure opprimit incestam. Lege Plutarchum in Numa, à quo abundè quæ ad hanc rem attinent, referuntur. Sed & ante vrbem conditam lege Albanorum, pollutæ virgines cædebantur virgis, ac viuæ defodiebantur. *Tum sibi Callaico Brutus cognomē ab hoste Fecit*] Iunius Brutus, qui Cornelij Nasicæ collega in cōsulatu fuit, teste Liuio, sextę Decadis lib. 4. hoc tē-pore Calleecus, siue Callaicus cognominat' est: quia non solùm Lusitanos in Hispania domuit, vt memorat Ruffus, sed Calleecos Lusitaniæ finitimos,

K qui in viteriore Hispania sunt. Hos domuit Brutus, paulo post Carthaginem dirutam. Lege Eusebiū. Vt aūt Calleecus potius, quàm Lusitanus cognomento diceretur, Calleecorum ferocitas fuit in causa. Strabo: Callæci autē nouissimi sunt montana habitantes vt plurimum. Vnde & bellacissimi, & subiugatu difficillimi, etiam ei qui Lusitanos su-

L perauit, cognamē præstiterunt. Attingunt sanè Callæci Lusitaniam ab arcto itaque maxima Lusitanorum pars transiit in Callecorum nomen: à quibus deuictis, Brutus secundum Strabonem Calleecus cognominatus est. vt, Brutus cognomento Calleecus, hac vrbe ad faciendas excursiones vsus, belligerauit in Lusitanos. Secundum Plinium verò Callaicus, vt colossus eiusdem in templo Bruti Callaici apud Circum eundem ad Lauicanam portam eunti. Vtrumque sine dubio rectè dicitur, cùm ob semper propositio quærenda sit Martialis: Callaicum mandas si quid ad Oceanum. Silius: Callaicus Lampon fugit. Idem: Furtiuáque fœdera amantum Callaicæ fecera manus. Callæcum quidam per æ scribendum existimant. *Sanguine tinxit*) non suo, sed hostium Callecorum.

Haurit aquas) quibus sese aspergens expurgaret. *Et tollens*) pro attollens in cœlum manus. *Dixit, ô sacra ignoscite*) PAVL.

date mihi veniam, ne sacrilegus habear. *Ego vir intrabo non adeunda viro*] ingrediar pace vestra templum, quò ingredi non licet viris. *Si scelus est*] si scelestè à me fit intrare templum. *Pœna commissi*] supplicium: quod pro hoc scelere debetur. *Redundet in me*] quasi copiosè & abundanter redeat in caput meum. *Roma sit soluta*] libera ab omni periculo. *Damno capitis mei*] meo supplicio. *Dixit*] hæc verba Metellus. *Et irrupit*] tum impetu flagrans templum ingressus est, & eripuit ab igne sacra. *Dea*] Vesta. *Probauit factum*] commendauit quod Metellus fecerat. *Et fuit tuta*] quia non rapta ignibus ipsa sacra. *Munere*] officio. *Sui pontificis*] Metelli, qui sacra piis manibus de templo ardente recepit. *Nunc*] hoc tempore. *Bene*] fœliciter. *Lucetis flammæ*] vos Vestales ignes. *Sub sacro Cæsare*] sub Tiberio, aut Augusto principe. *Nunc ignis erit, & est in Iliacis focis*] quasi non extinguitur, nec extinguetur alicuius virginis culpa. Sed hæc dicta pro summa pudicitiæ obseruantia. *Et nulla sacerdos*] nulla virgo Vestalis. *Dicetur temerare vittas*] violare virginitatem. Nam vittæ, vt aliàs diximus, insignia sacerdotij & pudicitiæ. *Hoc duce*] quasi imperante Tiberio. *Nec viuens*] virgo. *Defodietur humo*] quia nulla peccauerit, nulla erit, quæ supplicio afficiatur. Aliqui legunt, Viua humo. Melius Viuens leges: quoniam viuens defodiebatur quæ deliquisset, vt mox subnectam. *Sic perit incesta*] quæ virginitatem prodidit, viuens defoditur. *Quia conditur*] humatur. *In illa*] tellure scilicet. *Quam violauit*] violatur enim Vesta, quæ & Tellus est, & in tellure defoditur. *Et Tellus, & Vesta est idem numen*] Vt superius diximus, Vesta eadem est & Terra. Sed qua pœna plectantur Vestales, quæ virginitatem prodiderunt, à multis refertur. Verùm ante conditam vrbem Albana lex erat, vt polluta virgo virgis cæderetur, deinde viuens defoderetur. Sed de supplicio, quo Romæ afficiebantur, ita Plutarchus inquit: Quæ virginitatē prodiderit, viua ad portam, quam Collinam vocant, defoditur. Hic structa est subterranea domus haud magna, in quam è loco superiore descenditur. Iacet in ea stratus lectulus, & lucerna ardens, primitiæque rerum earum, quæ necessariæ sunt ad victum, breues quædam, panis, aqua; in vase lac, & oleum. Quasi caueat ipsa domus, ne fame eius corpus intereat, quæ maximis expiationibus dedicata sit. Ipsam verò pœnæ obnoxiam, feretro impositam, & exterius obtectam, lorisque ligatam, quo neque vox queat etiam audiri, per forum vehunt. Silentio abscedunt omnes, eámque sine voce, graui cum mœrore quodam deducunt. Neque aliud spectaculum horribilius, neque alium diem ciuitas mœstiorem agit. Cùm verò ad locum feretrum delatum fuerit, solutis à ministris vinculis, sacerdotum princeps precatus arcana quædam, sublatisque ad deos manibus, ante supplicium educit eam capite opertam, constituitque in scalis in domicilium inferentibus: deinde ipse cum aliis sacerdotibus auertitur. Cùm autem illa descenderit, & scalæ tolluntur, & multa de superiniecta humo domicilium operitur, adeò vt is locus reliquo tumulo æqualis fiat. Sic quidem quæ sacram virginitatem prodidere, puniuntur. Hæc ille. *Tum sibi Callaico*, &c. Eodem die, quo & Vestalia celebrantur, hoc est sexto idus Iunias, id est, octauo die Iunij, Iunius Brutus, qui cum Cornelio Nasica consul fuit, & fœliciter in Hispania pugnauit, à deuictis Callecis vlterioris Hispaniæ populis, Callecus est cognominatus. Aliqui Callaicum, aliqui Calleicium, aliqui Callaicum dicunt: sed omnes errant. nam Calleeum dicere debemus. Strabo libro tertio: Brutus cognomento Callecus, inquit. De eo autem L. Annæus sic inquit: Decimus Brutus aliquanto latius Celtas, Lusitanos, omnes Calleciæ populos subegit, formidatúmque militibus flumen obliuionis Lethen. Peragratóque victor Oceani littore, non prius signa conuertit, quàm cadentem in maria solem, obrutúmque aquis ignem, non sine sacrilegij metu & horrore deprehendit. *Tunc*] eo die. *Brutus*] D. Iunius Brutus. *Fecit sibi cognomen*] peperit cognomentum. *Ab hoste Calleco*] à deuictis Calleciæ populis. *Et tinxit sanguine*] hostili. *Humum Hispanam*] qui trucidauit multa hostium millia. sic tellurem hostilem hostili sanguine fœdauit.

Scilicet interdum miscentur tristia lætis,
Nec populum toto pectore festa iuuant.
Crassus ad Euphraten aquilas, natúmque, suósque
Perdidit, & letho est vltimus ipse datus.
Parthe quid exultas? dixit dea, signa remittes;
Quique necem Crassi vindicet, vltor erit.
At simul auritis violæ demuntur asellis,
Et Cereris fruges aspera saxa terent.
Nauita puppe sedens, Delphina videbimus, inquit,
Humida cùm pulso nox erit orta die.
Iam Phryx à nupta quereris Tithone relinqui,
Et vigil Eous lucifer exit aquis.
Ite bonæ matres, vestrum Matralia festum,
Flauáque Thebanæ reddite liba deæ.

ANTON. *Scilicet interdum miscentur tristia lætis*] Ipse alibi: Vsqueadeo nulla est sincera voluptas, Sollicitúmque aliquid lætis interuenit. Quod ideo dictum est, quia quo die Brutus Callecus cognominatus est, Parthi exercitum Romanorum, cuius dux Crassus erat, deleuerunt. Nota est historia. *Letho est vltimus ipse datus*] Captus ab hostibus Crassus repugnauit, ne quid viuus pateretur, & ita interfectus est. *Dixit dea*] Vesta: quia in festo Vestæ Romani eam calamitatem accepetūt. *Signa remittes*] Ad honorem Augusti hoc dicitur, cui Parthi (vt diximus) militaria signa reposcenti reddiderunt. *Simul auritis violæ demuntur asellis*] Profesto die, qui Vestalibus succedit, cum flores asinis demuntur, qui reuertuntur ad molam, Delphin cum posteriore parte Sagittarij in ortum chronicum tollitur: quem Columella tradit quarto idus huius mensis vesperi exoriri: Ouidius verò hic quinta. [Alij autem & hunc diem quartum ante idus faciūt. Error inde ortus, quòd Fanensis ad sextum idus Vestalia, reliqui ad quintum idus celebrata posuit.] *Aspera saxa*] scabræ molæ. *Iam Phryx à nupta quereris Tithone relinqui*] Tithonus est Laomedontis filius: vnde hoc loco Phryx dicitur. *Ite bonæ matres*] Matris Matutæ festa, Matralia vocantur, autore Festo, quę Romani quarto idus Iunias celebrabant, vocantes Matralia: quia constat Matutam ob bonitatem à maioribus matrem appellatam, vt idem Festus docet, quòd bona sit, ne talis, qualia quæ matura sunt, vt Verrius scripsit. Huic (vt inquit Varro) matronæ testuaceum faciebant, sic dictum, quòd in testa calida coqueretur: cùm idem libum nominatū existimet, quod priusquam coctum esset, libaretur. Cunrrebatur autem in eius sacrificiis, vt ait Plutarchus in Camillo. Vnde constare inquit Matutam Leucotheam esse, quæ fuit Ino Cadmi filia ex Hermione. Propert. Ino etiam prima terras ætate vagata est, Hanc miser implorat nauita Leucotheam. Ea vxor Athamantis regis Thebarum, furente marito, & Learcho ab eo interfecto, cum Melicerta filio in mare se præcipitem dedit: vbi deorum miseratione conuersa in numen marinum, à Græcis quidem Leucotheæ, hoc est, albæ deæ nomen accepit: à nostris Matutæ, quæ Aurora est. Melicerta verò Palæmon dictus est. vt, Leucotheáque deum cum matre Palæmona dixit. Quem Latini Portunum appellant, quia portubus præest, vel quoniam (vt inquit Festus) deus putabatur esse portarum, vnde clauim in manu tenere fingebatur. Fuit autem ædes matris Matutæ Romæ in foro boario, quam à Seruio Tullio rege dedicatam, posteáque refectam Camillus vouit se consecraturum: consecrauitque, vt Liuius tradit. Eam quidem (vt Plutarchus in Camillo, & in Quæstionibus scribit) ancillis ingredi non licebat: quamuis vna tantùm, & ea pulsata à mulieribus introduceretur, impelleretúrque: vt eo signo planum fieret, reliquas aditu prohiberi. Ino enim virum cum serua rem habere suspicata, filium deperiisse dicitur. Quam seruam nomine Antipheram cum Græci oriundam fuisse ex Ætolia fabulentur, æditiuus olim in Chæronea, pro æde Matutæ lorum tenens, pronunciabat non seruam ingredi, non seruum, non Ætolum, non Ætolam. Apud hanc deam præterea bona, non filiis, sed nepotibus optabantur: vel quòd Ino (vt docet Plutarchus) miti atque humano ingenio sororis filio mammam præbuisse dicitur, cùm infœlix fuisse in filiis videatur. Vel quòd pulcherrima videretur ea consuetudo, quæ multum inter necessarios beneuolentiæ compararet. Sanè Seruius volt in montibus Tyburtinis esse Leucotheam, quod non placet. Is ait Albuneam eam esse, & ab aquæ qualitate Albuneam appellatam, & sic Albuneam syluæ nomen, a fontis. Fuit etiam ædes Ma-

A tutæ in foro olitorio, quam Liuius à C. Cornelio censore dedicatam esse inquit, votam locatamque quadriennio antè ab eodem consule, bello Gallico. *Flaua liba*) Hæc sunt, quæ Varro à testa testuacea docet appellari.

PAVL. *Scilicet interdum*] &c. Eodem die & læta euenire, & tristia aliquando: ita vt multi sint, qui ad casum referant, cùm ratio afferri non possit. Vestaliorum enim die Brutus fuit victor, & eodem die exercitus Romanus sub Crasso duce trucidatus est: de quo egimus superiore libro. *Scilicet*] certè. *Tristia interdum*) aliquando. *Miscentur lætis*) prospera miscentur aduersis, dulcia amaris. *Nec festa iuuant*] delectant populum. *Toto pectore*] quia lætus populus omni ex parte esse non potest. Afficitur enim recordatione magnarum cladium & desiderio extinctorum ciuium. *Crassus perdidit*

B *ad Euphraten*] fluuium, de quo in primo dictum. *Aquilas*] Romana vexilla. *Et natum*] P. Crassum. *Et suos milites*) omnem exercitum. *Et ipse Vltimus est datus lethi*] captus & ipse à Surena duce Parthorum, vltimo loco extinctus est. nam repugnantem, ne quid viuus pateretur, Parthi obtruncarunt. *Dea*) Vesta. *Dixit, Parthe quid exultas*] quid gaudes te tot Romanos trucidasse? & signa rapuisse? *Remittes signa*] ad Augustum, vt superiore libro diximus. *Erit Vltor*] Octauius Augustus. *Qui Vindicet*) qui vlciscatur. *Necem*) mortem Crassi, & ingentem illam cladem. *At simul*) Quinto idus Iun. post Vestalia festa oritur Delphin: de quo quidem signo plura & in primo & in secundo lib. diximus. *At simul*] postquam. *Viola*) serta florida. *Demuntur auritis asellis*] cùm coronæ remouentur ab asinis, post ipsum diem Vestaliorum. *Auritis*] à longis auribus. *Et saxa a-*

C *spera*) molæ asperæ & scabræ. *Terent fruges Cereris*] cùm in eo festo & asini & molæ habuerint vacationem: nunc asini versant molas, & illæ terunt frumenta. *Nauita sedens in puppe*) rector enim nauis in puppe sedet. *Inquit. Videbimus Delphina*) cum nox humida erit orta die pulso. post occasum Solis ipsius diei qui Vestalia sequitur, inspiciemus Delphinum: quoniam tunc apparet. *Iam ò Tithone Phryx*) Troiane: nam Laomedontis filius. *Quereris relinqui à nupta*] quereris quòd te Aurora relinquat. *Et Lucifer Vigil*] stella Veneris, quæ manè solem præcedit. *Exit aquis Eois*) surgit ab Oriente. Sic indicat diem insequentem, qui est quartus dies iduum Iun. & decimus mensis, quo Matralia celebrantur. Est enim Matutæ deæ festum, quæ à Græcis Leucothea dicitur. Hæc fuit Ino Cadmi ex Hermione filia, Athamantis vxor, & Bacchi nutrix, nouerca Phrixi & Helles. Quæ, cùm agitatus furiis Athamas Learchum filium interfecisset, cum altero filio Melicerta ex scopulo in mare se

G præcipitauit. A diis maris seruata, delata est ad ostia Tibridis, & postea pro dea habita, appellata à nostris Matuta. Cuius meminit Cicero in libris de Nat. deor. dicens: A Græcis Λευκοθέα, hoc est, albam deam: à nobis verò Matutam, quæ auroram significat. Inde matutinus. Huius templum est in foro boario, ad ripam Tibridis, quod Seruius Tullius posuit, vt poeta asserit. Verùm postea instauratum est à Camillo, de quo Liuius lib. 5. ab vrbe cond. Ludos, inquit, magnos ex senatusconsulto vouit, Veiis captis, se facturum, ædémque Matutæ matris refectam dedicaturum, iam antè ab rege Seruio Tullio dedicatam. Et paulo pòst: Tum Iunoni Reginæ templum in Auentino locauit, dedicauítque Matutæ matris. Et Plutar. Camillum vouisse inquit. Nam vt, ait, creatus dictator, in Veios magistrum equitum ducens Cornelium

H Scipionem, primò vouit, si fœlicem exitum bellum haberet, magna spectacula se facturum, & templum deæ, quam Matrem Matutam Romani vocant, consecraturum. Hanc certè ex sacrificiis, in quibus fit, Leucotheam nominari volunt. Etenim ancillam in templum adducentes, alapa pulsant, deinde impellunt: & fratrum filios ante singulos fratres sub brachio ferunt, & circa sacrificia curruot. Hæc simulacra sunt earum rerum, quæ in infantia, & quæ Ino pellex passi sunt. *Ite bonæ matres*] ad templum scilicet Matutæ. *Matralia Vestrum festum est*) à matrali enim Matralia dicta. *Reddite liba*) sacrificate, & offerte liba. *Flaua*) ex flauis frugibus: aut quia flaua sunt ipsa liba decocta. *Dea Thebana*] Leucotheæ Cadmi conditoris Thebarum in Bœotiæ filiæ.

I

> *Pontibus & magno iuncta est celeberrima Circo*
> *Area, quæ posito de boue nomen habet.*
> *Hac ibi luce ferunt Matutæ sacra parenti*
> *Sceptriferas Serui templa dedisse manus.*
> *Quæ dea sit, quare famulas à limine templi*
> *Arceat: arcet enim, libáque tosta petit.*
> *Bacche racemiferos hedera redimite capillos,*
> *Si domus illa tua est, dirige vatis opus.*
> *Arserat obsequio Semele Iouis, accipit Ino*
> *Te puer, & summa sedula nutrit ope.*
> *Intumuit Iuno, rapta quòd pellice natum*
> *Educet: at sanguis ille sororis erat.*
> *Hinc agitur furiis Athamas & imagine falsa,*
> *Túque cadis patria parue Learche manu.*
> *Mœsta Learcheas mater tumulauerat vmbras,*
> *Et dederat miseris omnia iusta rogis.*
> *Hac quoque, funestos vt erat laniata capillos,*
> *Prosilit, & cunis te Melicerta rapit.*
> *Est spacio contracta breui, freta bina repellit,*
> *Vnáque pulsatur terra duabus aquis.*
> *Huc venit insanis natum complexa lacertis,*
> *Et secum è celso mittit in alta iugo.*

ANTON. *Pontibus & magno Circo*) Forum boarium apud Circum maximum fuit, sed porrigebatur ad Tiberis ripas, vbi & hodie pontes cernimus.

D *Posito de boue*) Plin. Bos æreus inde captus, in foro boario est Romæ. hic est exemplar Æginetici æris. *Serui*) Seruij regis. vt, Antoni gladios. *Si domus illa tua est*) quoniã hæc dea tuæ gentis est. nam est Bacchi matertera. *Arserat obsequio Semele Iouis*] Ipse alibi: Læta malo, nimiúmque potens, perituráque amantis Obsequio Semele.

E Notum est, Semelen Bacchi matrem periisse igne fulminis, ac Iouis obsequio. *Accipit Ino Te puer*] Ino Bacchum, quem Ignigenam vocant, nutriendum suscepit. *Sanguis ille sororis erat*) filius Semeles, sororis Inus. *Hinc agitur furiis Athamas*] irata Iuno iniecit furias Athamanti. *Sed imagine falsa*) quia Learchum interfecit, putans occidere se leonis catulum, vel leænæ. *Vmbras*] cadauer cui vmbra comes est. *Est spacio contracta breui*] Describit Isthmum, cui Corinthus imminet, duorum domina portuum, Cenchrearum & Lecbei. Cen-

F chreis vtuntur ex Asia nauigantes: Lechæo, qui ex Italia proficiscuntur. Hinc Ino cum Melicerta se in mare præcipitem dedit, vt poetæ fabulantur. Vnde illud est Statij: Isthmiáque terræ Curua Palæmonio secluditur vnda Lechæo. Dicimus & Lecheas. Plinius: Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarum termini. Solinus autor est, Athanis saxa Scyronia propinqua esse: vnde (vt eidem placet) Ino cum Palæmone in profunda se præcipitem iaculata, auxit maris numina.

PAVL. *Area celeberrima*) celeberrimum forum. *Quæ habet nomen de boue posito*] quod forum boarium denominatur, ab erecta in eo ænea bouis statua. *Est iuncta pontibus*] ponti Sublicio. *Et Circo magno*) maximo: qui est inter Auentinum & Palatium. Nam Circus protende-

K batur vsque in forũ boarium, quod forum à Velabro protenditur vsque ad ripas Tibridis. *Hac luce*] hoc die. *Ferunt* dicunt. *Sceptriferas manus Serui*) hoc est, Seruium ipsum regem. *Dedisse templa sacra*) consecrasse ædem *Ibi*] in foro boario. *Parenti Matutæ*] ipsi matri Matutæ. Quod templum rotundæ formæ, erectis in ambitu columnis, integrum adhuc

L est in ipsa ripa, in extrema parte fori, sub titulo D. Stephani martyris. *Quæ dea sit*] dicam quæ dea est. *Quare arceat*] repellit. *Famulas*] ancillas. *A limine templi*] nam alapa pulsantur ancillæ, & impelluntur è templo. *Arcet enim*] quia repellit. Sed causam postea dicemus. *Et petit liba tosta*] decocta ad ignem. *Bacche redimite capillos racemiferos hedera*] qui habes caput hederis coronatum, in qua fert racemos. *Si illa*] Matuta. *Est domus tua*] si est de familia Thebana, & tua matertera. *Dirige opus vatis*] dirige ingenium meũ ad hæc scribẽda. *Semele*] quæ Bacchi mater fuerat. *Arserat*) igne fulminis cremata est. *Obsequio Iouis*] propterea quòd Iupiter obsequutus est illi, cũ accessit ad eam ita potentẽ, ea

A maiestate, qua ad Iunonem ire solebat. de quo plura in tertio diximus. *Ino*) quæ est ipsa Leucothea. *Accipit te puer*) ô Bacche. accipit illa te puerum enutriendum. *Et sedula*] diligens & officiosa. *Nutrit te*) educat te. *Summa ope*} quasi summa diligentia & cura. *Iuno intumuit*} indignata est. *Quod educet*) quòd ipsa Ino enutriat. *Natum*) filium. *Rapta pellice*] extincta fulmine Semele. *At ille*] natus. *Erat sanguis sororis*] quasi ideo educabat, quia erat filius Semeles, quæ erat soror Inus. *Hinc*} ex hac Iunonis indignatione. *Athamas*) vir Inus: de quo etiam egimus in tertio. *Agitur furijs*) Iuno induxit illi furiam: qua percitus ille, Learchum filium putans leænæ catulum, interemit. *Sed tu ô parue Learche*] tu puer, qui filius eras Athamantis & Inus. *Cadis manu patria*] ab Athamante patre trucidaris. *Falsa imagine*) cùm leænæ catulum existimaret.

B *Mater mœsta*] Ino dolens, & lugens filij mortem. *Tumulauerat*] tumulo condiderat. *Vmbras Learcheas*] Learchum puerum extinctum. Verùm solutis iustis, vmbræ cum corpore componi dicuntur: quod nisi esset, ad centesimum annum errarent. *Et dederat omnia iusta*] soluerat iusta, exequias & inferias dederat. *Rogus*} vbi crematum est cadauer. *Miseris*] infœlicibus: quoniam tenella ætate puer extinctus iam miserè ab ipso parente. *Hæc quoque*] Ino. *Vt erat laniata capillos*] ita vt erat laniatis crinibus *Funestos*] nam in funere filij *Prosilit*) instigata & ipsa à furia, prorupit ex domo viri. *Et rapit*] surripit. *Te Melicerta è cunis*] rapuit te infantem alterum Athamantis filium, qui Melicerta vocaberis. *Est spacio contracta breui*} &c. Per topographiam Isthmum Achaicum ostendit, vnde se in mare præcipitem dederit Ino. In Metamor. non Isthmum, sed scopulum quendam dicit, vbi Venus Neptunũ pro eorum salute precatur, cùm dicit, Iactari quos cernis in Ionio immenso. *Est terra contracta*] angusta. *Breui spa-* G *cio*] nam sex tantùm millibus passuum. vnde minores Hexamilium vocauere. *Repellit bina freta*] duo maria, Ionium & Ægeum. Vt apud Lucanum: vnda quiescet Qualiter, & gracilis geminum mare separat Isthmos: Nec patitur conferre fretum, si terra recedat, Ionium Ægeo frangit mare. *Et vna terra*} vnus Isthmos. *Pulsatur*] illiditur. *Duabus aquis*] mari Ægeo, & mari Ionio. Illinc enim sinus Saronicus est, hinc Crisseus. *Venit huc*] ad Isthmum Ino. *Cōplexa natum*] Melicertam. *Lacertis insanis*] furentibus brachijs: quoniam ipsa furijs acta. *Et mittit*] deijcit secum. *in alta*] in maria. *Excelso iugo*} ex alta rupe. Deiecit enim se & infantem filium in mare.

Excipit illæsos Panope, centúmque sorores,
Et placido lapsu per sua regna ferunt.
Nondum Leucothee, nondum puer ille Palæmon
Verticibus densis Tibridis ora tenent.
*Lucus erat, dubium est, Semele * Stimulène vocetur:*
Mænadas Ausonias incoluisse ferunt.
Quærit ab his Ino, quæ gens foret. Arcadas esse
Audit, & Euandrum sceptra tenere loci.
Dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas
Instimulat fictis insidiosa sonis.
O nimium faciles, ô toto pectore captæ,
Non venit hæc vestris hospes amica choris.
Fraude petit, sacrique parat cognoscere ritum:
Quo possit pœnas pendere, pignus habet.
Vix bene desierat, complent vlulatibus auras
Thiades effusis in sua colla comis.
*Inijciúntque manus, puerúmque * reuellere pugnāt:*
Quos ignorat adhuc inuocat illa deos.
Dique virique loci miseræ succurrite matri.
Clamor Auentini saxa propinqua ferit.
Appulerat ripæ vaccas Oetæus Iberas:
Audit, & ad vocem concitus vrget iter.
Herculis aduentu, quæ vim modò ferre parabant,
Turpia fœmineæ terga dedere fugæ.
Quid petis hinc (cognorat enim) matertera Bacchi?
An numen quod me, te quoque vexat? ait.
Illa docet partim, partim præsentia nati
Continet, & furijs in scelus isse pudet.

ANTON. *Excipit illæsos Panope*] Panope nympha maris dicta existimatur, quòd perspicua sit, quales sunt vndę maris, πᾶν enim est omne, ὄπω cerno. Huic nautæ vota soluebant, C quemadmodum & Portuno. Virg. in Geor. Votáque seruati soluent in littore nautæ Glauco, & Panopæ, & Inoo Melicertæ. *Centúmque sorores*] Innumerę maris nymphę. Finitus numerus, pro infinito. *Tibridis ora tenēt*] Venisse eos vult ad ostia Tiberina. *Lucus erat*] nō longè ab Auētino: quod versus ille ostendit, Clamor Auentini saxa propinqua ferit. Nam vt Ino D in ea loca peruenerit, vbi nunc Roma est, ex sequētib. intelligimus. *Dubium Semele Stimulène vocetur*] corrupto vocabulo Semeles, quæ & Thyone dicitur. vnde cū sit Liberi patris mater, Bacchus ab ea Thyōcus appellatur, teste Porphyrione. Ab eo Mænades, hoc est Bacchę stimulatæ insaniebant. Sed fabulosum putatur, quod autor ait hoc loco, fuisse Bacchas ad Auentinum E ante vrbem conditam, cùm Cæsar primus (vt placet Seruio) sacra Liberi patris Romam trāstulerit. *Incoluisse ferunt*] deest, quem. *Quæ gens foret*] petiit Ino, quæ gens eam Latij partem incoleret. *Dissimulata deam*] induta hominis formam. *O toto pectore captæ*] expertes omnis prudentiæ. Nam captus interdum est priuatus, vt captus oculis. *Fraude petit*] venit vt ritum sacrorum vestrorum percipiat. *Pignus habet*] filium Melicertam, quem ei potestis eripere. : quæ huc venit, vt vos falleret. *Thyades*] Bacchæ à Thyoneo, cui nonnulli id nomen inditum putant, non à matre, sed ab eo quod est θύω id est sacrifico: quia viuenti diuini honores exhibiti sunt. *Quos ignorat adhuc, inuocat illa deos*] inuo- F cat deos Latij, quorum nomina externa mulier ignorabat. *Oetæus*] Hercules: qui postea Oetæus dictus est, ab Oeta monte, vbi humanis rebus excessit. *Quid petis hinc*] Herculis verba sunt, qui (vt diximus) consueuit etiam non rogatus laborantibus subuenire. *Numen quod me, te quoque vexat*] persequitúrne te Iuno, quæ & me vexat? *Partim præsentia nati continet*] vel non audet præsente filio cōque-

ri de furiis Athamantis, vel dicere, vti se cum fi- H lio in mare præcipitem dederit, vel quod magis placet, non audet explicare, cur operam dederit, vt matronæ frumenta semina torrerent.

PAVL. *Panope*] maris nympha, sic dicta, quòd perspicua sit, à πᾶν, quod est totum: & ὄπω, cerno. *Excipit illæsos*] recipit illos incolumes, sine læsione vlla. Et in Metamor. ostendit Veneris I precibus à Neptuno seruatam cum filio matrem relatósque in deos. *Et centum sorores*) nymphæ marinę, sorores Panopes, excipiunt illos *Et ferunt*] Ino & Melicertam. *Placido lapsu*] leni & tranquillo fluxu. *Per sua regna*] per sua maria. Aliqui legunt, Per sua regna fluit: quòd Panope fluat cum sororibus. Melius leges, Ferunt: quòd nymphæ ferant illos illæ- K sos per maria. *Nondum Leucothee*) illa nondum erat dea, nec appellata Leucothea, quod significat alba dea.

Nondum ille puer Palæmon] erat adhuc Melicerta: quia nec Portunus à nostris, nec Palæmon à Græcis erat appellatus; quia nondum deus portuum: *Tenent ora Tibridis*) iā peruenerant ad ostia Tiberina. *Densis verticibus*} crebra aquarum vortigine. *Lucus erat*] Peruenit in Latium Ino, ad lucum qui erat in ripa Tiberina, non longè à Palatio, quò solebant Baccho L sacrificantes conuenire. Inde Semele, seu Stimele dictus à Mænadibus, quæ in eo luco erant. Didicit Arcades ea loca tenere. Sed cùm instigante Iunone Mænades in eam irruerent, ab Hercule adiuta est. *Erat lucus*] prope Pallantium. *Dubium est*] vocetur Semele. *Ve*] pro vel. *Stimele*] Putant multi Semelem vocatum lucum, propter crebra sacrificia, quæ in eo Baccho fiunt, à Semele matre Bacchi. Alij Stimelem, à stimulis Bacchi putant dictum. *Ferunt*] dicunt. *Mænades Ausonias*] Bacchi sacerdotes Latias, quæ Orgia celebrabant. Verùm Mænades fuere comites Bacchi, vt aliàs diximus. *Incoluisse*) eum lucum: ibi enim exercebant sacra. *Ino quærit ab his*) Mænadibus,

A *Quæ gens foret*] qui populi essent, qui ea loca incolerent. *Audit esse Arcades*] eo enim tempore Euander cum Arcadibus ea loca tenebat. *Et audit Euandrum tenere sceptra loci*] regem esse Euandrum, qui his in locis dominetur. *Saturnia*] Iuno. *Dissimulata deam*] quæ induerat personã fœminæ, & occultabat deitatem. *Instimulat*] instigat, & in furorem vertit. *Bacchas Latias*] Mænadas Latinas. *Insidiosa*] quæ insidias illi parabat. *Fictis sonis*] simulatis verbis. Et ita loquebatur. *O nimium faciles*] ô credulæ. *O capta toto pectore*] ô deceptæ, aut ô penitus amentes. *Hæc hospes*] hæc peregrina *Non venit amica vestro choro*] sed inimica: nam venit exploratrix rerum nostrarum. *Fraude petit*] aliqua proditione huc venit *Et parat cognoscere ritum sacri*] vult inuestigare & percipere cerimonias nostras, & sacrorum nostrorum morem. *Habet pignus*] filium. *Quo*] filio. *Possit pendere*] soluere pœnas: quasi, diripiamus illi filium, & has

B pœnas det nobis. *Vix bene desierat*] loqui scilicet: vix expleuerat sermonem suum Iuno. *Thyades*] Mænades ipsæ, à θύω, quod est sacrifico. *Complent auras*] replent aëra *Vlulatibus*] versæ enim in furorem vlulare cœperunt, & irruere contra matrem & puerum. *Effusis comis in sua colla*] passis per colla capillis. *Iniiciuntque manum*] quasi, pulsãt & incipiunt illã. vt est illud, Parenti manus iniecit, hoc est, verberauit. Aut eũ impetu iacere, seu impetum facere. In Metamorphos. Qua centum quisque parabat Iniicere anguipedum captiuo brachia cœlo. Et iniicere, iacere. Virgilius: Aut tu mihi terram iniice. Et Horatius, Iniecto ter puluere curras. *Et pugnant auellere puerum*] contendunt & conantur eripere à matre Melicertam. *Illa*] Ino *Inuocat deos*] implorat deorum auxilium. *Quos ignorat*] nam peregrina nondum cognouerat deos Italos. & sic eos inuocans inclamauit. *Dique virique loci*] ô dij horum locorum præsides, & ô viri, qui hæc loca incolitis. *Succurrite miseræ matri*] afferte mihi opem. *Clamor*] Inus. *Ferit saxa Auentini*] vox ipsa inclamantis exaudita est ex Auentino, vbi erat Hercules. Eo enim tempore illuc appulerat, ex Hispania rediens. *Propinqua*] quæ vicina erant. *Oetæus*] Hercules: ab Oeta monte. vbi cremabatur. *Appulerat ripæ*] Tiberinæ *Vaccas Iberas*] boues Geryonis ex Hispania. de quo in primo libro diximus. *Iberas*] ab Ibero amne. *Audit*] clamorem Inus. *Et concitus*] raptus.

G *Vrget iter*] accelerat. Ad vocem raptim enim accurrit quò vocem inclamantis audierat. *Quæ parabant modo vim ferre*] Mænades, quæ volebant inferre vim hospiti. *Aduentu Herculis*] cùm aduenisset Hercules. *Dedere terga turpia fuga fœminea*] turpiter se in fugam muliebrem conuerterunt. *Matertera Bacchi, An numen quod me, te quoque vexat*] Verba sunt Herculis. O Ino soror Semeles, matris Bacchi. Nam matertera soror matris dicitur. *Enom cognorat*] ita eam nomine Hercules compellauit, quia cognouerat ipsam. nam illa Thebana, & Thebanus quoque Hercules. *Quid petis hinc*) ex Latio: quasi, qua causa venisti in Latium. *An vexat te numen, quod me quoque*] vexátne te Iuno, quia matertera est Bacchi, quemadmodum & me vexat. *Illa docet partim*] quasi explicat partem malorum. *Partem continet præsentia nati*] in parte autem prohibetur à puero: quia illud referre non sustinet, quòd cum eo in mare se præcipitauerit. *Et pudet esse in scelus furijs*] pudet se furore percitam, isse se cum

H filio perditum.

ANT. C *Rumor, vt est velox, agitatis peruolat alis*] Sensus est: Fama quæ velox est, per omne Latium volitauit, narrans aduenisse materteram Bacchi, cuius nomen frequens erat in ore omnium. Vnde Carmentis eam suscepit hospitio. *Tegeæa sacerdos*] Carmentis, à Tegea oppido Arcadiæ. *Liba properata*] accelerata: sine arte, celeritérque confe-

D cta, vti fames Inus postulabat. *Rustica sedulitas*] liba accelerata more rusticorũ. *Venientia fata resigna*] aperi quæ sors vitę meæ futura sit. Resigno hic est aperio, interdum signum tollo, vt, Lumina morte resignat. *Qua licet*] quia non potest vates prodere omnia quæ nouit. Virgilius: Ille fatigat Os rapidum, fera corda domãs, fingitque premẽdo. Lucanus: Nec tantum prodere vati, Quantum scire licet. *Cælum ac numen*] cœleste Apollinis

E numen ac spiritum. *Læta canam, gaude defuncta laboribus Ino*] Defuncti re aliqua dicũtur, qui ad finem peruenere. Vnde illud est: Pelagi defuncte periclis. Hinc defunctos mortuos appellamus. *Natum quoque pontus habebit*] erit Melicerta ponti numen, cui ius erit in portus. *Annuerat, promissa fides*] quę vaticinio Carmentis promissa fue-

F rant, res comprobauit. *Vna ministrarum*. Vult ancillam Antipheram aperuisse Inûs fraudes Athamanti: & inde ortum esse matris Matutæ odiũ in ancillas. Ino enim priuignis exitiũ parãs, corrupit una—

Rumor, vt est velox, agitatis peruolat alis,
Estque frequens Ino nomen in ore tuum.
Hospita Carmentis fidos intrasse penates
Diceris, & longam deposuisse famem.
Liba sua properata manu Tegeæa sacerdos
Traditur, & subito cocta dedisse foco.
Nunc quoque liba iuuant festis Matralibus † *illam,*
Rustica sedulitas gratior arte fuit.
Nunc, ait, ô vates venientia fata resigna,
Qua licet: hospitijs hoc, precor, adde meis.
Parua mora est, cælum vates ac numina sumit,
Fitque sui toto pectore plena dei.
Vix illam subitò posses cognoscere, tanto
Sanctior, & tanto quàm modò maior erat.
Læta canam, gaude defuncta laboribus Ino,
Dixit, & huic populo prospera semper ades.
Numen eris pelagi, natum quoque pontus habebit,
In nostris aliud sumite nomen aquis.
Leucothee Grais, Matuta vocabere nostris,
In portus nato ius erit omne tuo.
Quem nos Portunum, sua lingua Palemona dicet,
Este precor nostris æquus vterque locis.
Annuerat, promissa fides, posuere labores.
Nomina mutarunt, hic Deus, illa Dea est.
Cur vetet ancillas accedere quæritis? odit,
Principiúmque odij, si sinat ipsa, canam.
Vna ministrarum solita est Cadmea suarum
Sæpe sub amplexus coniugis ire tui.
Improbus hanc Athamas furtim dilexit, ab illa
Comperit agricolis semina tosta dari.
Ipsa quidem fecisse negat, sed fama recepit,
Hoc est cur odio sit tibi serua manus.
Non tamen hanc pro stirpe sua pia mater adoret,
Ipsa parum felix visa fuisse parens.
Alterius prolem melius mandabitis illi,
Vtilior Baccho quàm fuit illa suis.

cijs ab Athamante ad cõsulendũ Apollinem missum, qui retulit nõ posse tolli famem, nisi Phrixus & Helle immolarentur Nepheles filij. *Improbus*] qui non contentus vxore, amauit ancillam. *Non tamen hanc*] &c. Nõ optabantur bona filiis apud hanc deam, sed nepotibus: vel quòd ea mammam sororis filio præbuisset, vel quòd ea consuetudo pulcherrima multum inter necessarios beneuolentiæ cõpararet. Lege Plutarchũ in Quæstionibus. *Mandabitis*] commendabitis.

PAVL. *Rumor vt est velox, agitatis peruolat alis*] &c. Diuulgatum est nomen Inus per Latium, & susce-

K pta ea hospitio à Carmẽte, quæ vaticinata est eos, hoc est Inum & filium, in deos referendos, futuráque numina ponti: alteram quoque Leucotheam à Graiis, à nostris Matutam nuncupãdam: alterum præfuturum portubus, & à nostris Portunum, à Græcis Palæmona nominandum. *Rumor*] fama ipsa. *Peruolat alis agitatis*] quàm celerrimè transfertur. *Vt est*

L *velox*] vt solet per loca magna cum celeritate perferri. *O Ino nomen tuũ frequens est in ore*] quasi, tam fama repleuerat Latium, & omnes repetebãt nomen Inus. *Diceris*] tu Ino. *Hospita intrasse fidos penates Carmentis diceris*) A Carmente matre Euandri suscepta hospitio, & intrasse fideles eius domum quæ tibi nocitura non esset, sed potius profutura. *Et deposuisse longam famem*]

num) ibi primùm comedisse. *Sacerdos Tegeaa*] Carmentis, à Tegea oppido Arcadiæ. *Traditur*, dicitur. *Dedisse*] suæ hospitæ. *Liba properata sua manu*] quæ celeriter ipsa suis manibus fecit. *Et cocta subito foco*) aut subitò in focis cocta aut subitò extructo foco, & accenso igne decocta. *Nunc quoque*) hoc etiam tempore. *Liba iuuant*) delectant. *Illam festis Matralibus*) cùm Matralia celebrantur. offeruntur enim liba, quorum offerendorum mos ab his libis, quæ Carmentis obtulit, originem habuit. *Rustica sedulitas*] diligentia sine vllo artificio,: quia illa parauit liba more rustico. *Fuit gratior arte*] nam gratiora illa liba properata, quàm si parasset illa dapes splendidas, & summo artificio conditas. *Ait*) Ino. ô *Vates*] ô Carmenti. *Resigna nunc*) aperias tu mihi. *Nunc*] cùm edetim. *Fata ventura*] quasi quid de me futurum sit. *Qua licet*) non vltrà quàm fari licuerit. Etenim vaticinantes cùm conceperint numen, omnia futura norunt, sed omnia referre non possunt. vnde est illud Lucan. Nec tantum prodere vati Quantum scire licet. *Adde precor hoc*) vaticinia tua. *Meis hospitiis*) muneri hospitali: quia me hospitio suscepisti, etiam hoc ad hospitium accedat. *Parua mora est*] breue temporis spacium. *Vates sumit caelum ac numina*) afflata est cœlesti numine. *Et fit plena sui Dei tota pectore*] impletur Apollineo spiritu. & Lucanus: Plenior artus Phœbados irrupit Pæan, mentémque priorem Expulit, atque hominem toto sibi cedere iussit Pectore. *Vix posses subitò cognoscere illam*] iam non humana, sed diuina videbatur, ita vt subitò agnosci non posset, cùm non eadem videretur. *Tanto erat sanctior*] augustior, iam plena deo. *Et tanto maior*] Vt est illud Vergilianum, Maiórque videri, Nec mortale sonans afflata est numine quando. *Quàm modo*] quàm paulo antè fuerat, ante conceptum numen. *Laeta canam*] Hoc est Carmentis vaticinium, ô Ino dicam fœlicia, quæ tibi iam adeunt. *Gaude defuncta laboribus*) lætare quæ iam ad finem laborum peruenisti. vt est illud Verg. Pelagi defuncte periclis. *Et ades semper prospera huic populo*] semper adesto propitia & fœlix his Arcadibus & Latinis, & quicunque hæc loca postea inhabitabunt. *Eris numen pelagi*) dea maris, & quæ surgentem è mari diem referes. *Pontus habebit quoque natum*) & filius quoque tuus erit in mari, & deus portuum. *Sumite aliud nomen in nostris aquis*] non tu Ino, non ille Melicerta appellabitur: sed alia nomina accipietis in nostro mari. *Leucothee Graijs vocabere*) à Græcis appellabere Leucothea. & significat albam deam, vt diximus. * ab albicante mari: vt Matuta, à matutino tempore * *Matuta vocabere nostris*) Latini appellabunt te Matutam, & præeris matutino tempori: nam matutinus à Matuta dicitur. *Omnis erit tuo nato in portu*) filius tuus habebit omnem in portubus potestatem. *Quem nos Portunum*) nos in Latio vocabimus Portunum, quia portubus præsidentem. *Sua lingua*) Græca. *Dicet Palaemona*] Palæmon à Græcis appellabitur. *Ite vterque aequi precor*] ite & estote ambo propitij. *Nostris laetis*] regionibus Latinis. *Fides annuerat promissa*] quasi affirmauit fides & reipsa comprobauit, quæ in fatis promissa erant: nam in deos mutati sunt. *Posuere labores*] iuata responsum defuncta laboribus. *Mutarunt nomina*] reliquere vetera, & noua nomina sumpserunt. *Hic deus*) iam Portunus. *Illa dea*) iam Leucothea, seu Matuta. *Cur vetet ancillas*) repelluntur à templo Matutæ ancillæ omnes, præter vnam quam alapis cædunt, & impellunt: vt in Camillo Plut. inquit, & Prob. 15. ita inquit: Quid est quòd ancillis ædem Matutæ ingredi fas non est, vnam verò tantùm mulieres introducunt, quam alapis cædunt: An quia hanc vnam ita pulsari signum est, seruas aditu prohiberi, reliquas autem propter fabulas repellunt. Ino enim virum tem cum serua habere suspicata, filium deperisse dicitur. Seruam verò Græci ex Æ:olia oriundam fuisse dicunt, nomine Antipheram: ea quia apud nos in Cheronea pro æde Matutæ æditnus lorum tenens pronunciat, non seruum ingredi non seruam, non Ætolum, non Ætolam. *Cur vetet accedere ancillas*) cur prohibeat templum ingredi seruas. *Odit*] insectatur odio. *Et canam*) ego. *Principium odij*) dicam vnde hoc odium habuerit originem. *Si illa finet*] si Matuta ipsa permittit. *O Cadmea*] ô Ino Cadmi filia. *Vna tuarum ministrarum*) Antiphera vna ex ancillis tuis. *Est saepe solita ire sub amplexus tui coniugis*] sæpe sola succumbere viro tuo. *Athamas improbus*] minimè probus. *Furtim*] occultè. *Dilexit hanc*) amauit Antipheram. *Ab illa*] ancilla. *Comperit*) compertum habuit. *Dare semina tosta incocta agricolis*] illa illum docuit Ino coniugem dare incocta semina his qui arua colebant, vt falso ex oraculo ad captationem posset dicere Phrixum & Hellen: de quo diximus in tertio libro. *Illa quidem fecisse negat*] dicit se Ino non dedisse tota semina. *Sed fama recepit*] accepit ita fuisse, & sic refert. *Hoc est*) hæc causa. *Cur serua manus sit sibi odio*] cur odio insectetur ancillas. *Non tamen mater pia*] religiosa. *Adoret hanc*] Matutam, non sacrificet huic & supplicet. *Pro stirpe sua*] pro salute aut prosperitate filiorum. De hoc etiam agit Plutarchus Problem. 16. Cur apud hanc ipsam deam suis quidem filijs bona non optant, cùm nepotibus id tribuant? An quòd Ino miti quodam & humano ingenio esse, & sororis filio mammam præbuisse, in filiis verò infœlix extitisse videtur? An aliter potius, quòd moralis & pulchra in primis consuetudo, & multum inter necessarios beneuolentiæ comparent existimata est? *Ipsa est visa fuisse parum felix parens*] ideo non oratur pro filiis, quia ipsa parum fœlix fuit in filiis, cùm alterum extinctum à patre vidisset, cum altero se præcipitem dedit. *Melius mandabitis*) pro commendabitis illi Matutæ. *Prolem alterius*) filios fratrum, aut sororum. Et in Camillo Plutarchus inquit: Et fratrum filios ante singulos fratres sub brachio ferunt. *Fuit vtilior Baccho*) qui fuit sororis filius, quem ipsa educauit. *Quam fuit suis*] filiis scilicet.

> *Hanc tibi quò properas memorant dixisse Rutili,*
> *Luce mea Marso consul ab hoste cades,*
> *Exitus accessit verbis: fluménque * Toleni*
> *Purpureum mixtis sanguine fluxit aquis.*
> *Proximus annus erat, Pallantide caesus eadem*
> *Didius, hostiles ingeminauit opes.*

ANTON. *Hanc tibi quò properas*) Fabulosum est quod autor hic dicit, P. Rutilium consulem admonitum fuisse à matre Matuta, ne properaret in Marsos: sed ingeniosè à Poeta fictum est, vt Rutilij interitus aptius Matralibus iungeretur. *Luce mea Marso*) &c. Quarto Idus Iunias, quo die, vt suprà ostensum est, Matralia celebrantur, P. Rutilius consul sagitta caput vulneratus, teste Appiano, periit ad Lirim fluuium Campaniæ in bello Italico, quod & Marsicum dicitur: & extenuandæ inuidiæ gratia sociale, quamuis re vera ciuile fuerit. nam omne Latium ac Picenum, Hetruria, atque Campania, & ipsa (vt inquit Florus) Italia, aduersus matrem suam, hoc est, vrbem Romam, arma sumpserũt. Fuit Rutilio collega in consulatu Iulius Cæs non is cui successit Augustus, sed alius. Cæterùm Ouidius hoc loco cecidisse inquit Rutilium, ad Tolenum flumen, vbi octo Romanorum millia periêre, cùm eius legatus C. Marius cũ hostibus euentu meliore conflixerit, totidem enim Marsorum millia inter fecit, cùm Tolenus fluuius cæsorum Romanorũ arma & corpora in conspectum Marij detulisset. Meminit huius fluminis scriptor quidam, quem, si pace tua licuerit, lector candide nominabo. is est Orosius: Quid frontem contrahis? cùm Homerus ille Mantuanus non dubitauerit aliquid ab Ennio mutuari. Marsi, vt A. Gel. scribit, orti dicuntur à Marso Circes filio. Vnde iis vi quadam genitali datum est, vt virulentorum serpentium domitores essent, à quibus sociale bellum Marsicum nominauerunt. quamuis pleræque aliæ gentes à Romanis desciuerint, quia defectionis initium à Marsis sumptum est, quo tempore ancilla serpentem peperit, autore Plinio. Sunt Marsi non longè ab vrbe, vt autor est Strabo, qui belli Marsici meminit. Lege præterea Florum, Appianũ, & si placet, Orosium. Suspicamur Tolenum Lirim esse, vel ei certè proximum flumen. *Pallantide caesus eadem Didius*) Cecidit anno proximo T. Didius, vnus prætorũ, qui, vt scribit Appianus, in bello Marsico sub Cæsare fuerunt. Periitque eadem die qua & Rutilius, sed non eodem anno. Cæsus est & alter Didius in Hispania, circumuentus à Lusitanis: sed longè post bellum sociale, interfecto in ea prouincia Cn. Pompeio, Magni Pompeij filio, vt legimus in vltimo Commentariorum qui Cæsaris appellantur: quamuis constet autorem eius Cæsarem non fuisse. Dicitur autem Pallantis, siue Pallantias, Aurora, vel à fratre Pallante: vel à patre, vt aliis placet.

PAVL. *Hanc tibi quò properas, memorant*] Matuta cùm Romæ postea coleretur, extructo illi templo, oraculum eius consuluit Rutilius consul in Marsos iturus: monitúsque est, ne properaret: nam in Matralibus esset à Marsis obtruncandus, quod ita euenit. Et eadem postea die subsequentis anni Di-

dius cum exercitu ab iisdem fusus est. Hoc uatem bellum quod ea tempestate gestum est, alij appellauere Sociale:nam omnes Itali, socij erant populo Romano:alij Italicum, quòd Italia magna ea parte occiderit:alij Marsicum, quòd à Marsis originem habuerit. Id aliqua ex parte ea Epitomate Liuij percipitur,& ea L. Anneo Floro, Arrigit & Strabo, vbi de Piceno agit, dicens: Vltra Picenum Vestini sunt, & Marsi, & Pel gni,& Marrucini, & Ferentani, & Samnites populi regionem montanam possidentes, & mari non admodum proximi Hæc uatem natio exigua est, cæterùm fortitudine conspicua ostentata, Romanis, eorum sæpissimè virtute: primùm, cùm aduersus eos bellum gerebant: secundò, cùm in ploram militiæ societatem inibant: tertiò cùm & libertatē & ciuitatis communionem assequi volentes, repulsam passi desciuerunt. Vnde Marsicum exarsit bellum. Corfinium P.:- lignorum metropolim, communem vniuersis Italis ciuitatem demonstrantes, eámque mutata nomine Italicam appellantes, contra populum Romanum receptaculum propugnaculúmque constituerunt. adunatísque complicibus, imperatores creauere. Biennio igitur protraxere bellum, donec perfectum est, vt in ciuitatem communiter vocarentur, cuius rei gratia tantum belli conflatum fuerat incendium Marsicum autem ideo nominatum est bellum, quoniam à Marsis rebellandi susceptum fuerat initium, præsertim à Popedio Hæc Strabo. Appianus autem omnem historiam refert,& vtriusque partes duces commemorat. Romanis inquit Sextus Iulius Cæsar, & P. Rutilius Lupus consules præerant: prætores quibuscunque ex optimis consulibus addidere: Rutilio vid licet Gneum Pompeium, patrem Pompeij illius qui Magnus cognominatus est ac Q. Cepionem, C. Perpennam, C. Marium, & Valerium Messalam Sub Sexto Cæsare P. Lentulum, ac ipsius Cæsaris fratrem, & Titum Didium, Licinium Crassum, Cornelium Syllam,& præter hus Marcellum Italis duces alij præerant communes in communi exercitu. Quibus omnibus præerant T Afranius, C. Pontilius, Marius Egnatius, Q. Popedius, C Papius, M Lamponius, C. Itacilius, Erius Asinius, & Vectius Cato. Et post commemoratos duces paulo inferius: Rutilius consul, & C. Marius supra flumen Lirim pontes transeundi causa, non magno inter se spacio continuaerant: quibus Vectius Cato aduersus steterat, non longe à Marij ponte. Clàm itaque noctu circa Rutilij pontem insidias in valle disponit. Simul autem Rutilium videre in transitu dissimulans, insidias educit. Pluribúsque inter arida occatis, multos flumini immersit. Hoc in prælio Rutilius ab hostibus sagitta caput sauciatus, non multo pòst interiit Hæc ille. *Rutili*) ô P. Rutili Lupe. *Memorant*] referunt posteri. *Hanc*] Matutam. *Dixisse tibi quò properas*] quò acceleras tre in expeditionem. *Consul*, cùm tu eris Consul. *Cades*] occumbes. *Ab hoste Marso*] interfecteris à Marsis in insidiis à Vectio Catone dispositis. *Lux mea*] in meis festis. hoc est, in matralibus. *Exitus*] finis. *Accessit verbis*] nam vt illa prædixerat, ille eo die rorerit & adeo fuit acerba Romanis mors illius, vt referrent diem in fastos. & illa quoque clades luctuosa eodem bello: Q Seruilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus ciuibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est. pro qua clade saga populus sumpsit. *Et flumen Tolent*) Liris amnis:ad Lirim enim pugnatum est, cùm consul periit. qui fluuius, Strabone teste, Clanis etiam appellatus est. & poëta hoc in loco Tolenum pro Liride posuit, quòd eo quoque nomine appellatus fuerit. Sunt qui legunt, Fluménque Tolenti: à Tolento, quod per Picenum labitur Sed longè distat:& cædes de qua agit Poeta, non fuit in Piceno, vt iam diximus *Fluxit purpureum*) rubicundum. *Aquis mixtus sanguine*) propter cædem in eius ripis factam, & multos eius aquis immersos, fluit Liris aquis sanguinolentis. *Erat annus proximus*] subsequens. *Didius*] T. Didius vnus ex prætoribus. *Casus eadem Pallantide*) interemptus eodem die: hoc est, quarto Idunm Ianuariarum. *Ingeminauit opes hostiles*] id est, auxit vires hostium. Falus enim ipse cum exercitu, auxit Marsorum meorum opes. *Pallantide*] dicit propter Aurorum, quæ dicta est Pallantis filia, vt superius diximus.

> *Lux eadem Fortuna tua est, auctórque locúsque,*
> *Sed superiniectis quis latet æde togis?*
> *Seruius est, hoc constat enim - sed causa latendi*
> *Discrepat, & dubium me quoque mentis habet:*
> *Dum dea furtiuos timidè profitetur amores,*
> *Cælestémque homini concubuisse pudet.*
> *Arsit enim magna correpta cupidine regis,*
> *Cæcáque in hoc vno non fuit illa viro.*

ANTON. *Lux eadem Fortuna tua est, auctórq. locúsq.. Sed superiniectis quis latet æde togis*) Multas ædes Romæ Seru. Tullius dedicauit: quarum quæ secundum Tiberim fuit, FortFortuna dicta est, non Fortis Fortuna, vt quidam crediderunt. Cuius verò festum Romani hoc tempore celebrabant, eam Nero in vrbe aurea domo complexus est, quam à Palatio Esquilias vsque fecit, teste Suetonio Plinius: Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis, duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fuluæ inciderant venæ, ex argumento phengites appellatus. Hoc construxerat ædem Fortunæ, quam Seiam appellant, à Seruio rege sacratam aurea domo complexus. Quare etiam foribus opertis interdiu claritas ibi diurna erat, haud alio quàm specularium modo, tanquam inclusa luce non transmissa. M Varro autor est, vt idem Plinius tradit, à Tanaquile, quæ & Caia Cecilia vocata est, factam togam regiam vndulatam in æde Fortunæ. Cuius deæ signū à Seruio Tullio dicatū, coopertum erat prætextis eius regis, teste eodem Plinio, quæ durauerant ad Seiani exitum: ita vt mirum fuerit, nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis 560. Fuit in hoc tēplo Seruij regis simulacrum, tecto vultu, toga superiniecta, vel vt lateret Fortunę dedecus, quā pudere putetur amasse hominem serua natū, eúque ad dignitatem regiā extulisse. vt, Ancilla natus trabeam & diadema Quyrini Et fasces meruit, regum vltimus ille bonorum. Vel vt populus Romanus interitu placidissimi regis inconsolabiliter dolens luctui parceret, quem simulacrum eius detectum ad lacrymas impellebat. Vel quòd eadem imago visa Tullia, cuius admonitu rex fuerat interfectus, oculis manum opposuisse dicitur, ac iussisse vt tegeretur. Hæc statua (vt Valerius Maximus refert) cùm ædes Fortunæ flagrasset, stetit in sua basi, flammis intacta. Cuius titulus, vt idem inquit, seruili cognomine & regia appellatione perplexus, vnde rex ipse processerit, & quò peruenerit, testabatur. Est autem sensus: Tuus est dies ô Fortuna', tuus est ædis autor, tuus est locus, id est, Roma quam tuo nomine ad summum extulisti, sicuti & Seruium regem. *Furtiuos amores*) Ipse infrà: Noctè domum parua solita est intrare fenestra. *Concubuisse homini*) pudet deam succubuisse mortali.

Cæcáque in hoc vno non fuit) Fortuna, quam cæcam dicunt, in deligendo sibi rege præstantissimo cæca non fuit.

PAVL. *Lux eadem Fortuna tua est*] eodem die Matraliorum: hoc est, decimo die mensis Iunij, est festum Fortunæ, cui delubrum eodem in loco idem Seruius dedicauit. vbi erat eius simulacrum, sed pannis velatum. Huius rei triplicem affert Poëta rationem, vel quòd a Fortuna amatus est, sed puduit postea deum homini concubuisse, ideo velatum esse voluit. Vel quòd Seruij morte confusa plebs mœrore & desiderio tanti regis, quod referebatur imagine, à lacrymis temperare non poterat. Velauere igitur imaginem, vt possent lacrymis adhibere modum. Vel quòd velari voluit, ne videret sceleratam filiam parricidam. Sanè Seruius Tullius, vt ex Dionysio excerpsimus, interfecto factione Martiorum Tarquinio Prisco, relictis duobus paruulis nepotibus, cùm eius gener esset, Tarquinio successit, anno quarto quinquagesimæ Olympiadis. de cuius genere hæc referuntur: In Cornicula vrbe Latinorum vir quidam regij generis mulieri coniungitur pulcherrimæ & pudicæ, Ocrisiæ nomine. Ipse Tullus, cùm vrbs capta est à Romanis, pugnans moritur: ipsumque Ocrisiam prægnantem exceptam è præda Tarquinius rex capit, dátque vxori donum. ea hac Ocrisia adhuc serua puer nascitur, quem à cognatione Tullium, à fortuna Seruium appellauit, quòd eum seruiens peperisset. Alia de eo refertur fabula, quam postea referemus. A pueritia ad virilem ætatem multa sub Tarquinio splendidè gessit: affectúsque ab eo multis honoribus, & hunc sibi generum delegit. Regnum, extincto Tarquinio, Tanaquilidis hortatu aggressus est, & in eo prudentissimum & magnanimum se regem semper gessit: fortunáque semper vsus prospera, prætetquam ad exitum. Filias duas habuit, quas Arunti & Tarquinio, Tarquinij Prisci nepotibus matrimonio collocauit: quarum altera mitis, altera immanis ingenij fuit: sic & cum fratris vxore, quæ immanis erat, rem habebat. Fratrem quia malus esse

nollet, è medio veneni sustulit: in scelus hoc vxorem ipsius, cui stupro cõmiscebatur, habens adiutricem suæ ipsius sororem. Nuptam sibi pudicam fœminam, & filiorum sociam per eos dies iisdem venenis interfecit: priúsque quàm pyræ mactatæ essent, quæ infœlicia corpora susceperant, epulum amicis dedit, nuptiásque perfecit, homicidámque sponsam in cubiculum sororis duxit. Tullium clementissimum regem, & de populo Romano optimè meritum, palàm interemptum, neque funere, neque sepultura fungi permisit. Crudelis filia super Tullij corpus vecta è carpento. Tarquiniam vxorem Tullij, & patris sui sororem, sibique beneuolam, ne virum lugere posset, laqueo confecit. Atque denique & malorum factione ad principatum transgressus est. Hic exitus Tullij fuit: quem cùm attingat Poëta, nos quoque ex historia referre volumus cætera quæ prætermisimus, paulo pòst. *O Fortuna eadem lux est tua*) idem dies est tibi quoque constitutus. *Et autor*) idem Tullius, qui dedicauit ædem Matutæ, dedicauit & tibi. *Et locus*) idem: nam boario ædes consecrata. Aut locum eundem dicas, quòd habeat sacellum iunctum. *Sed quis latet æde superiniectis togis*) cuius est illa imago, quæ superpositis togis velata est in templo. *Seruius est*) simulacrum Seruij Tullij. *Hoc enim constat*] manifestum est eum esse. *Sed causa latendi*] quare lateat. *Discrepat*] nam varia asserunt. *Et habet me quoque dubium mentis*) ego quoque dubius sum, & nescio quam potissimùm causam affirmem. *Dum dea furtiues*] Prima causa, quæ ad Fortunam refertur, quòd amauerit Tullium. Sed postea cùm puderet deam homini succubuisse, texit amati regis imaginem. Sed locus inde fabulæ datus, quòd Tullius omni vita fortuna prospera vsus est. *Dum dea*] Fortuna. *Timidè profitetur*) cum timiditate exercet. *Amores furtiues*] occultos. *Et pudet cœlestem*] erubescit dea cœlestis Fortuna. *Concubuisse homini*) habuisse rem cum mortali. *Arsit enim*] Fortuna, *Correpta magna cupidine regis*) quasi succensa magno amore regis Tullij. *Et in hoc vno viro*) in rege Tullio solo. *Non fuit cæca*] sed occulta. Effingitur enim cæca Fortuna, quia merentes deprimit, immerentes extollit, nunc erigit, nunc sternit, & nunquam in eodem statu persistit: in Tullio non fuit cæca, quia semper illi prospera affulsit. *Et solita Fortuna intrare domum*] solebat illa ingredi ad Tullium.

Nocte domum parua solita est intrare fenestra,
Vnde fenestralis nomina porta tenet.
Nunc pudet, & vultus velamine celat amatos,
Oráque sunt multa regia tecta toga.
An magis est verum, post Tulli funera plebem
Confusam placidi morte fuisse ducis?
Nec modus vllus erat, crescebat imagine luctus,
Donec compositis occuluere togis.
Tertia causa mihi spacio maiore canenda est.
Hos tamen adductos intus agemus equos.
Tullia coniugio sceleris mercede parato,
His solita est dictis extimulare virum.
Quid iuuat esse pares, te nostra cæde sororis,
Méque tui fratris, si pia vita placet?
Viuere debuerant, & vir meus, & tua coniunx,
Si nullum ausuri maius eramus opus.
Et caput & regnum factum est dotale parentis,
Si vir es, indictas exige dotis opes.

ANTON. *Vnde fenestralis nomina porta tenet*) Hæc porta fenestra dicebatur, vt Plutarchus scribit in Quæstionibus, apud quã fuit, vt idem inquit, thalamus qui Fortunæ vocabatur. Vel quia Seruium regem secundissima vsum fortuna, cum ipsa rem habuisse fabulantur, ad quem eam per fenestram dicunt penetrasse. vel quia Tarquinio Prisco à pastoribus occiso, Tanaquil eius vxor per fenestram populum allocuta, multitudini persuasisse dicitur, vt Seruium regem declararent. Vnde factum putant, vt is locus Fenestra vocaretur. Eam fuisse arbitramur in eo muro, quo Tarquinius Priscus vrbem circumdedit. Est & fenestra interdum, minusculum hostium in sacrarium. quo verbo vsus est Ennius, vt Macrobius refert. *Multa toga*) multis togis. Vnde ait supra: Iniectis quis latet iste togis. *Post Tulli funera*] post mortem regis benignissimi, ac de Romanis bene meriti. *Nec modus vllus erat*] non erat finis dolori & lacrymis plebis: sed crescebat luctus, cùm videretur regis simulacrum. *Adductos intus agemus equos*] flectemus equos gyro breuiore: hoc est, paucis rẽ explicabimus. *Coniugio sceleris mercede parata*) Seruius Tullius cùm duas filias, alteram ferocem, alteram mitem haberet, & totidem Tarquinij Prisci filios, eadem morum diuersitate videret, ferocem miti, mitem feroci in matrimonium dedit. Sed mites perierunt, fraude potius quàm sorte, vt Ouidius sentit hoc loco: Feroces, hoc est, Tarquinium Superbum & Tulliam, morum similitudo coniunxit. Vnde factum est, vt Seruius ad curiam se conferens, fuerit interfectus: super cuius cadauer Tullia cùm Tarquinium regem salutasset, ac domum reuerteretur, carpentum egit. Quam ob causam vicus ille Sceleratus dictus est, qui prope vicum Cyprium fuit, vt autor est Varro. Quamuis Dionysius tradat vicũ Cypriũ eum esse, qui impius siue sceleratus appellatus est. Quod verum esse non credimus, aliter sentiente Varrone. Licèt in summo vico Cyprio Seruius fuerit interfectus. *Nostra cæde sororis*] quam interfecerat Tarquinius veneno. *Fratris*) quem Tullia eodem modo creditur occidisse. *Et caput & regnum factum est dotale parentis*) datur tibi in dotem & caput patris, & regnum, si vir fueris. *Indictas exige dotis opes*) ad quas vocaris, nisi es demens. Hinc indictiuum funus dicebant, ad quod per præconem euocabantur.

PAVL. *Nocte parua fenestra*] non per patentem portam, sed furtim per fenestram exiguam, & noctis tempore. *Vnde*) ex quo. *Porta tenet nomina fenestellæ*] porta appellatur fenestra. Plutarchus trigesimoquinto Problemate ita inquit: Quid est quod portam vnam fenestram appellant, apud quam Fortunæ thalamus positus est? An quia Seruius rex secundissima fortuna vsus, cum Fortuna rem habuisse creditus est, cùm per fenestram ad eum penetraret. An hoc fabulosum; illud autem verum, Tarquinio Prisco Romæ regnante, cùm is à pastoribus esset occisus, Tanaquil eius vxor, mulier sanè prudens & fortis, per fenestram populum allocuta, multitudini persuasisse dicitur, vt Seruium regem declararent. ex eo factum est, vt locus ille ita appellaretur. *Nunc pudet*) fortuna facti. *Et celat*] tegit. *Vultus amatos*] vultus Tullij quem amauit. *Velamine*] togis seu quibuscunque pannis. *Et ora regia*] vultus Seruij regis. *Sunt tecta*) velata. *Multa toga*] cùm habeat caput togis inuolutum. *An magis est verum*) an hæc est verior ratio. *Post funera*) post mortem. *Tulli*] regis. *Plebem confusam*) turbatam. *Morte placidi ducis*) morte benigni regis. *Fuit enim plebs mæsta*] amisso per iniuriam benemerito rege. *Nec erat vllus modus*] non poterat adhibere modum mœrori. *Luctus crescebat imagine*) cùm videretur imago regis, crescebat dolor, & cum dolore lacrymæ. *Donec*] vsquequo. *Occuluere*] velauere imaginem. *Togis compositis*) superiectis: sic velata imagine modum posuere lacrymis. *Tertia causa*) Hanc tertiam causam refert ad sceleratum filiæ facinus. *Est canenda mihi*] referenda à me. *Maiore spacio*) pluribus versibus. *Nos tamen agemus intus equos adductos*] quasi, reflectemus cursum, & non ero longior, sed paucis expediam. *Adductos*) idem quod recuruatos. vt in Heroi. Est sinus adductos modicè falcatus in arcus. *Tullia*] Tullij regis filia. *Est solita extimulare*) sollicitare. *Virum*) Tarquinium. *His dictis*] his verbis. *Parato coniugio*] posteaquam parauit matrimonium. *Mercede sceleris*] præmio crudelis facinoris. nam Aruns, eius primus vir, veneno necatus est, ea potionem porrigente, & eius sorore veneno quoque extincta. *Quid iuuat esse pares*] Verba ipsius Tulliæ ad Tarquinium: quid prodest, si in patrando scelere pares sumus. *Te*] scilicet esse parem. *Cæde nostra sororis*] quia sororem meam tibi nuptam veneno confecisti. *Et me cæde tui fratris*) quia veneno ego fratrem tuum & virum meum peremi. Quid igitur prodest, si tu sororem meam interfecisti, & ego fratrem tuum necaui? *Si placet vita pia*) quasi, si deinceps pij esse volumus, & in scelere non perseueramus. & Photinus apud Lucanum in octauo Pharsaliæ. exeat aula Qui vult esse pius, virtus & summa potestas Non coeunt: semper metu-

A tuet, quem sæua pudebunt. *Et vir meus*) Aruns frater tuus, quem ego perdidi. *Et coniunx tua*) quæ erat soror mea. *Debuerant genero*) & non a nobis tam miserrime occasi. *Et nullum maius opus eramus ausuri*) ii audentes aggressuri non eramus maiora facinora. *Et caput patentes*) caput Tullij patris mei. *Et regnum*) quod possidet. *Et factum dotale*) quasi debetur tibi iure dotis, quia ego filia sum hæres, & vitæ paternæ, & regni: hæc ego tibi pro dote deben. *Et tu es vir meus*) cui ego d... Exige) pete ea debito. *Opes dotis indictas*) quæ tibi indictæ & constitutæ sunt.

Regia res scelus est. socero cape regna necato,
Et nostras patrio sanguine tinge manus.
Talibus instructus solio priuatus in alto
Sederat, attonitum vulgus ad arma ruit.
Hinc cruor, & cædes, infirmáque vincitur ætas,
Sceptra gener soc. ro rapta Superbus habet.
Ipse sub Exquiliis, vbi erat sua regia, cæsus,
Concidit in dura sanguinolentus humo.
Filia carpento patrios initura penates,
Ibat per medias alta ferôxque vias.
Corpus vt aspexit, lacrymis auriga profusis
Restitit: hunc tali corripit illa sono:
Vadis. an expectas precium pietatis amarum?
Duc inquam inuitas ipsa per ora rotas.
Certa fides facta est. dictus Sceleratus ab illa
Vicus, & æterna res ea pressa nota est.
Post tamen hæc ausa est templum monimenta parentis
Tangere. mira quidem, sed tamen acta loquor.
Signum erat in solio residens sub imagine Tulli,
Dicitur hoc oculis opposuisse manum.
Et vox audita est, vultus abscondite nostros,
Ne natæ videant ora nefanda meæ.

ANTON. *Regia res scelus est*) Seneca in Thyeste: Sanctitas, pietas, fides, priuata bona sunt, quà iuuat, reges eant. Lucanus: Exeat aula Qui vult esse pius. *Solio priuatus in alto Sederat*) nondum B rex creatus, sedit in solio regio. Lege Liuium. *Sceptra rapta*) regnum quod Tarquinius Superbus rapere maluit, quàm expectare. *Sub Exquiliis*) vbi erat sua regia Exquilias habitauit Seruius, & auxit, teste Liuio. Vnde Varro scripsisse inquit alios, Exquilias dictas, quòd excultæ à reg. Tullio fuerint, alios ab excubiis regis. Hinc Seruius Tullius à Solino dicitur C Exquilinus. *Concidit*) interfectus est ab his qui missi à Tarquin. fugientem consecuti fuerant. Id (vt inquit Liuius) quia non abhorret à cætero scelere, creditur admonitu Tulliæ factum. *Patrios initura penates*) Tullia in forum euocauit virum è curia, regemque prima appellauit. à quo facessere iussa, ex tumultu cùm se domum reciperet, peruenissetque ad summum Cyprium vicum, flectenti carpentum dextra in vrbium cliuum, vt in collem Exquiliarum eueheretur, restitit pauidus, atque inhibuit frenos is qui iumenta agebat, iacentémque Tul- D liæ Seruium trucidatum ostendit: quæ per patris corpus carpentum egisse dicitur. *Precium pietatis amarum*) grauem pœnam pietatis. *Inuitas*] etiamsi rotæ reluctentur & agi nolint. *Vicus Sceleratus*) vicus Romæ appellatur, quod cùm Tarquinius Superbus interficiendum curasset Seruium regem socerum suum, corpus eius iacens filia carpento superuecta sit, properans in possessionem domus paternæ. *Templum*) ædem Fortunæ vbi erat Seruij simulacrum.

PAVL. *Regia res scelus est*] Ne posset Tarquinius illud obiicere, summam esse impietatem, sæuire in socerum, aut velle per scelera regnum occupare: refellit illa à sententia arguens, quod ad tyrannum pertinet exercere scelera. inde est illud Lucani, Libertas scelerum est, quæ regna inuisa tuetur. Et Cicero in Officiis refert Cæsarem dicere solitum illud: Si illud violandum est iusiurandum, regnandi causa vio- E landum est. *Socero cape regna necato*] occupa regnum interfecto Tullio. *Et tinge*] inficias. *Manus nostras sanguine patrio*) spargantur manus meæ cruore patris mei. *Talibus instructus*] instigatus & stimulatus Tarquin. his verbis vxoris. *Sederat priuatus in alto solio*] antequam rex à populo declararetur, conscendit regiú solium. *Vulgus attonitum*) exterrita plebs scelere. *Ruit in arma*) nam alij pro Tarquinio, alij pro Seruio sumpsere arma. Et Liu. inquit, Tarquinium instinctum muliebribus furiis, & vt agendæ rei tempus visum est, stipatum agmine armatorum in forum irrupisse. Inde omnibus perculsis pauore, in regia sede pro curia sedentem, patres in curiam per præconem ad regem Tarquinium citari iussisse, conuenisseque illos prosequitur: & illum causam in Tullium egisse, & paulo pòst Tullium interemptum, F & regnum à Tarquinio occupatum. *Hic cruor*] funditur. *Hic cædes*) committuntur. *Aetas infirma*] inualida, ætas senilis. *Vincitur*] nam vastior & robustior Tarquinius iuuenis, facilè vicit decrepitum senem. *Superbus*) Tarquinius agnomento Superbus. *Gener Tullij*] cuius filiam habebat vxorem. *Habet sceptra rapta socero*] regnum quod socero vi eripuit. *Ipse*] Tullius. *Cæsus sub Exquiliis*) vbi erat sua regia: peremptus in Cyprio vico Exquiliarú, prope suas regias ædes. G habitauit enim in Exquiliis Seruius. *Occidit*) quasi moriens cecidit. *Sanguinolentus*) sanguine plenus. *In dura humo*] in solida tellure. De eius morte Liuius: Tú Tarquinius, inquit, Necessitate iam ipsa cogente, vltima audere: multo & ætate & viribus validior, medium arripit Seruium: elatúmque è curia, in inferiorem partem per gradus deiicit, H inde ad cogendum senatum in curiam redit. Fit fuga regis apparitorum, atque comitum. Ipse propè exanguis cùm semianimis regio comitatu domum se reciperet, peruenissetque ad summum Cyprium vicum, ab his qui missi à Tarquinio fugientem consecuti erant, interficitur. creditur, quia non abhorreret à cætero scelere, admonitu Tulliæ id factum. *Filia*] Tullia. I *Alta*) sublimis. *Et ferox*) crudelis. *Ibat per medias vias carpento*) vehebatur illa curru per vrbem. *Initura patrios penates*] itura in regiam patris. Et Liuius inquit: Carpento certe id quod satis constat, in forum inuecta, nec reuerita cœtum virorum, euocauit virum e curia, Regemque prima appellauit: à quo facessere iussa, ex tanto tumultu, cùm sa domum reciperet, peruenissetque ad summum Cyprium vicum, vbi Dianium nuper fuit, flectenti carpentum dextra in vrbium cliuum, vt in collem Exquiliarum eueheretur, restitit pauidus, atque inhibuit frenos is qui iumenta agebat, iacentémque dominæ Seruium trucidatum ostendit. Fœdum inhumanúmque inde traditur scelus, monumentóque locus est. Sceleratum vicum vocant, quo amens agitantibus furiis, sororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur, partémque sanguinis ac cædis pa- K ternæ, cruento vehiculo contaminata ipsa respersaque tulisse ad penates suos, virique sui. & reliqua. *Auriga*) is qui iumenta agebat. *Vt*) postquam. *Aspexit corpus*] Seruium ipsum trucidatum. *Restitit*) hæsit & constituit equos. *Lacrymis profusis*) non enim potuit continere inspecto rege, tam miserrimé trucidato. *Illa*] Tullia. *Corripit*) hoc est, increpat. *Hunc*] aurigam. *Tali sono*] his verbis. *Vadis*] pergisne quò debes. *An expectas amarum precium pietatis*) quasi, expectasne verbera, aut crucem pro hac tua in patrem meum pietate. *Duc inquam*] age dico. *Rotas inuitas*) currum etiam renitentem. *Per ipsa ora*) patris scilicet. *Certa fides facta est*) quasi, certum est ita factum fuisse. *Vicus est dictus Sceleratus ab illa*) à scelere & impietate filiæ. *Vicus*] per quem egit currum supra cadauer paternum. *Sceleratus dictus est*] seu impius. Nam L Dionysius inquit: Hicque vicus Cyprius prius vocatus, ex illo diro scelestóque facinore, à Romanis lingua patria vocatur impius. Et Varro inquit: Vicus Cyprius à Cypro, quòd ibi Sabini ciues additi consederunt, qui à bono omine id appellarunt. Nam Cyprum Sabine bonum. Propè nũc vicus Sceleratus, dictus à Tullia Tarquinij Superbi vxore, quòd ibi cùm iaceret pater occisus, supra eum carpentum mulio vt mitteret iussit. Pompeius autem ait: Sceleratus vicus Romæ appellatur, quod cum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Seruium regem socerum suum, corpus eius iacens, filia carpento superuecta sit, properans in domus paternæ possessionem. *Et ea res est pressa*] impressa

A & ignata. *Aeterna nota)* æterna infamia. *Post tamen est ausa hoc*] scelerata Tullia aliud quoque est ausa ocfas. *Tangere monumenta parentis*] inire Fortunæ templum quod pater consecrarat. *Loquor mira*] refero admirabilia. *Sed tamen acta)* sed vera dicimus. *Erat signum residens in solio*] erat simulacrum quod sedere in regio solio videbatur. *Sub imagine Tulli)* effigie ipsius regis: erat enim Tullij imago. *Dicitur hæc imago opposuisse manum oculis*] velauisse oculos opposita manu. *Et vox audita est*] quia ipsa imago locuta. *Abscondite*] velate. *Vultus nostros*] tegite oculos & ora nostra. *Ne videant*) ne nostri vultus non oculi nostri conspiciant. *Ora nefanda)* sceleratos vultus. *Mea nata)* Tullia filiæ

Veste data tegitur, vetat hanc Fortuna moueri,
Et sic è templo est illa locuta suo.
Ore reuelato cùm primùm luce patebit
Seruius, hæc positi prima pudoris erit.
Parcite matronæ vetitas attingere vestes,
Solennes satis est voce mouere preces.
Sitque caput semper Romano tectus amictu,
ᵃ Qui rex in nostra septimus vrbe fuit.
Arserat hoc templum, signo tamen ille pepercit
Ignis, opem nato Mulciber ipse tulit.
Nanque pater Tulli Vulcanus, Ocrisia mater
Præsignis facie Corniculana fuit.
Hanc secum Tanaquil sacris de more peractis
Iussit in ornatum fundere vina focum.
Hîc inter cineres obscœni forma virilis
Aut fuit, aut visa est, sed fuit illa magis.
Iussa foco captiua sedet, conceptus ab illa
Seruius, à cœlo semina gentis habet.
Signa dedit genitor tunc cùm caput igne corusco
Contigit, inque comis flammeus ᵇ hæsit apex.
Te quoque magnifica Concordia dedicat æde
Liuia, quam charo præstitit illa viro.
Disce tamen veniens ætas vbi Liuia nunc est
Porticus, immensæ tecta fuisse domus.
Vrbis opus domus vna fuit, spatiúmque tenebat,
Quo breuius muris oppida multa tenent.
Hæc æquata solo est, nullo sub crimine regni,
Sed quia luxuria visa nocere sua est.
Sustinuit tantas operum subuertere moles,
Tótque suas hæres perdere Cæsar opes.

ANTON. *Vetat hanc*] &c. Non vult moueri vestem, sed tegi regis simulacrum. *Hæc positi*] &c. Facessit omnis pudor ex vrbe, qua die reuelabitur Seruij regis effigies. *Parcite matronæ vetitas attingere vestes*] ne amittatis pudorem, ut matronale decus. *Qui rex in nostra septimus vrbe fuit*] Atqui septimus rex Romanorũ Tarquinius fuit, cui cognomen Superbo est ea moribus datum. Sed Ouid. hoc loco T. Tatium regibus connumerat, quem Romulus in societatem regni recepit: facitque secundum ritum poetarum quos delectat varietas. Sed & Solinus soluta oratione scribens, Tatium regibus adiungit, vbi, quibus in locis reges habitauerint, docet. *Signo tamen)* &c. Valerius Maximus, & Dionysius idem memoriæ prodiderunt. Est autem signum hoc in loco simulacrum. *Pater Tulli Vulcanus)* Tarquinio Prisco regnãte Seruium Tullium ex ancilla Cressa, quam quidam Ocrestem, alij Ocretiam, alij Ocrisiam vocant, Idibus Augusti natum accepimus. Vnde is dies seruorum festus erat, autore Festo. Ea sedente ad focum Tanaquilis, ferunt genitale in cineribus apparuisse, & ancillam inde grauidam surrexisse, ex qua Seruium natum Laris, siue Vulcani filium crediderunt. quæ opinio confirmata est, cùm visa est flammæ species eius dormientis caput amplexa: cui quòd ex serua nato, Romæ summa cum laude & claritudine imperare contigisset, Romani, vt quidam ex ipsis suspicati sunt, Fortunam primigeniam coluerunt. Liuius autem non existimat Seruium è serua natum, sed eorum hæret sententiæ, qui Corniculo capto Seruij Tullij, qui princeps in illa vrbe fuerat, grauidam viro necato vxorem, cùm inter reliquas captiuas cognita esset, ob vnicam nobilitatem à regina Romana seruitio prohibitam ferunt, partum Romæ edidisse Prisci Tarquinij domo. Dionysius fabulosa quædam scribit, quæ referre non placet. *Corniculana)* ab oppido Latij Corniculo, vnde Corniculanus deducitur: vt à Pesto, Pestanus: à Beneuento, Beneuentanus. *A cælo)* à deo Vulcano. *Signa dedit genitor)* cùm Seruio dormienti flamma, vt diximus, circum eius caput emicuit. quod Vergil. transtulit ad Ascanium. vi: Ecce leuis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactúque innoxia mollis Lambere flamma comas, & circum tempora pasci. Liuius scribit cum somno flammam abiisse, ac reginam viro prædixisse, lumen eum quondam rebus eorum dubiis futurum, præsidiúmque regiæ afflictæ. Fuit enim Tanaquil, vt inquit Dionysius sapiens, & quæ diuinatione nulli cederet Hetruscorum. *Te quoque magnifica Concordia dedicat æde Liuia)* Lege quæ diximus de hac æde in primo huius operis libro, vbi quæ ad hanc rem attinent, explicauimus, ita vt hic locus nullam dubitationem afferre possit. *Care viro)* Augusto: cui Liuiam inquit præstitisse vnanimitatem atque concordiam. *Vbi Liuia nunc est porticus)* Iulius Cæsar post pontificatum maximum habitauit domum publicam in via Sacra, cùm antea in Suburra modicis ædibus habitasset, vt Suetonius tradit. Eam domum postea, vt nonnulli volunt, cùm Iulia neptis Augusti profusè nimium luxuriasset, Augustus qui, teste Tranquillo, ampla & operosa prætoria grauabatur, ad solum diruit: in cuius area Liuia porticus ædificata est, vnum ex operibus quę Augustus fecit sub nomine alieno, tanta pulchritudine, vt qui eã contemplabantur egregiis operibus adiurnatã, cæteriora obliuione delerẽt, vt autor est Strabo. Plinius scribit in porticibus Liuiæ fuisse vitem vnã, quæ subdiuales deambulationes vmbrosis operculis opacauit, & fœcunda fuit musti amphoris duodenis. Ad porticũ Liuiæ Vespasianus postea Pacem suam ædificauit. *Vrbis opus domus vna fuit*) Vaticinari hoc loco videtur Ouid. quod postea à Nerone factum est. *Nullo sub crimine regni*] Vel propter ædes Valerij Publicolæ, quas cùm is haberet loco tutissimo, in suspicionem venit regni affectati: quo cognito, vir optimus eas diruit: vel propter domum Manlij Capitolini, quam dirutam ferunt, posteaquam is deiectus est è saxo Tarpeio. *Hæres*] Augustus qui successit Iulio Cæsari.

PAVL. *Tegitur*] ipsa imago. ᵃ *Data veste)* superinjectu toga. *Fortuna)* cuius est ipsa ædes. *Vetat moueri hanc)* vestem: nõ patitur detegi vultus Tullij. *Et sic ipsa)* Fortuna. *Est loquuta ex templo suo*] locutum est Fortunæ simulacrum ex æde quam illi Tullius dedicarat. *Qua luce primum patebit Seruius ore reuelato)* qua die detecto vultu imaginis, apertè constabit eam esse Tullij. *Hæc*] dies. *Erit prima positi pudoris*) quæ deponetur à senatu & populo Rom. pudor: nam quoad velata erit imago, semper vos pudebit tanti sceleris, cùm sustinueritis regem optimum trucidari. Sinite ergo tectam esse imaginem, ne cum velamine eius pudorem quoque vestrum deponatis. *Matronæ parcite attingere vetitas vestes*] nolite vos Romanæ matronæ, velamina huius simulacri contingere, quod vetitum est vobis. *Satis est voce mouere solennes preces)* satis est adorare, & solenniter verbis precari. *Et caput)* regis. *Sit semper tectum*] velatum. *Romano amictu)* Romana toga. *Qui in Romana turba fuit rex sextus)* qui Romæ sextus à Romulo regnauit. In multis codicibus scriptum est. Qui rex in nostra septimus vrbe fuit, sed deprauatus est locus: nam non septimus ille rex, sed sextus. nec enumerabo ego inter reges: nam esset maior numerus. *Arserat hoc templum*] flagrauit aliquando ea ædes. *Tamen ille ignis*) quo templum arsit *Pepercit signo*] quasi nõ attigit simulacrum regis. De hoc Halicarnasseus ita inquit: In Fortunæ templo, quod ipse cõstruxit, statua eius posita lignea inaurata, orto incendio, concrematisque & corruptis cæteris sola permansit, nulla accepta per ignem labe. *Ipse mulciber)* Vulcanus, qui deus est ignis. *Tulit opem nato)* imagini sui filij. *Namque Vulcanus fuit pater Tullij)* Natus quidem Tullius est his, quos paulo superius retulimus, parentibus: multi tamẽ Vulcani filium putauerunt. Refertur hæc à

Dionysius, sed fabulosum esse asserit. Ab ara enim, inquit, regum, super qua & alia peragunt Romani sacrificia, & primitias cœnarum sacrant, ortum esse super ignem panē dicunt: spectasseque hunc primam Ocrisiam ferentem, vt consueuerat, super ignem ramulos, ac confestim regi & reginæ hoc narrasse: Tarquiniúmque audientem, videntem monstrum mirabundū, constitisse. Tanaquilidem autem cùm in cæteris sapientem, tum verò diuinatione nemini cedentem Etruscorum, dixisse regi, portendi genus futurum ab ara regia, melius quam ex natura humana, & commixtione mulieris cum monstro. Quæ cùm alij quoq; prodigiorū inspectores declarant, visum esse regi eam, cui primæ monstrū apparuerat, in eius cōsortium ire. Postea cōptam mulierem inclusam esse in id conclaue solam, in quo visum erat: commixtóq; ei quodam vel deorum, vel Larium, & post coitum non apparente, siue Vulcano, vt putant, siue aliquo heroe domestico grauidam mulierem cōgruo tempore Seruiū peperisse. Hāc fabellam haud multum credibilem apparētem, ultera quædam illustratio in eo viso mirabilia, & inopinata, minus incredibilem facit. Sedente in sponsali regum cubiculo, ignis supra caput eius effulsit: idq; mater & regis vxor spectarunt, & quicunque cum his fœminis eo loco tūc astabāt. Perstititq; eousq; flamma, caput eius collustrans, donec ipsum accurrens mater excitauit. Hæc ille. Poëta Vulcanum fuisse inquit patrem Tullij. *Mater fuit Ocrisia Corniculana*) ex Corniculo Latinorum oppido, vt superius diximus. *Præsignis facie*) quasi præstantia formæ. *Tanaquil*) regina Tarquinij Prisci cōiunx. *Iussit hanc*) Ocrisiam *Fundere secū vina in focum ornatum*] quicquid vini supererat e sacris, fundere in focum sacrificij. *Peractis sacris de more*) posteaquam perfecerat sacrificia patrio ritu. *Hic inter cineres*] qui erant in ipso foco. *Aut fuit, aut visa est*) aut certè fuit, aut res apparuit. *Forma virilis*) membri scilicet. *Obscæni*] nam obscœni penis forma est visa. *Sed fuit illa magis*) reipsa fuit. *Captiua*) seruaOcrisia. *Iussa*) à Tarquinio & Tanaquilide. *Sedes foco*) vbi ea forma erat. *Seruius*] ex *Conceptus ab illa*) Ocrisia & forma virili. *Habet semina gentis à cælo*) trahit genus à dijs cœlestibus. *Genitor*) Vulcanus. *Dedit signa*] quibus constaret suum esse filium. *Tunc cùm contigit caput*] Seruij. *Coruscante igne*] splendida flamma. *Et apex flammeus*] in apicem assurgens. *Hæsit in comis*) ipsius Tullij. Hoc à Dionys. refertur, vt modò diximus. Meminit & Valerius. Liuius autem in regia inquit prodigium visum, euentúmque mirabile fuit: puero dormienti, cui Seruio Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt, multorum in conspectu. Plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto, excitum regem & cùm quidā familiarium aquam ad extinguendum ferret, ab regina retentum: sedatóque iam tumultu, moueri vetuisse puerum, donec sua sponte experrectus esset: mox cum somno flammā abiisse. Tum adducto in secretum viro Tanaquil, Vidésne tu puerum hunc, inquit, quem tā humili cultu educamus? Scire licet hunc, lumen quondam rebus nostris dubijs futurū, præsidiúmque regiæ afflictæ. Proinde materiam ingētis publicè priuatimque decoris, omni indulgentia nostra enutriamus. inde puerum liberum cœptum haberi, eruditúq; artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitātur. *Te quoque magnifica*) eodem etiam die festum est Concordię, cuius ædem Liuia Augusta dedicauit: & in primo libro diximus, autore Tranquillo, à Tiberio post Germanicum triumphum Concordiæ ædem dedicatam: & Poeta asseverat à Liuia constitutam. huius ergo dedicationis festum 4. die Iduum Ianuar. celebratur. Fuit & longè antè alia ædes Concordiæ à Camillo vota, de qua in primo dictum. Est post Camillum Flauius generis libertini, ædilis, ędem & ipse Concordiæ in area Vulcani, summa inuidia nobilium, dedicauit. *O Concordia*) Liuia Augusti. *Dedicat te magnifica æde*] hoc est, dedicauit hoc etiam die Liuia tibi magnificam ædem. *Quam*] Concordiam. *Illa præstitit charo viro*] Cęsari Augusto. nam summa cum concordia cum eo ad extremum vsque diem vixit. *Disce tamen istud venientis*) discite posteri. *Fuisse tecta immensa domus*) fuisse ingentes ædes. *Vbi nunc est porticus Liuia*] à Liuia Drusilla cognominata. Etenim vbi porticus Liuia extructa fuit, magnæ ædes Cæsaris steterant. &, vt Tranquillus scribit, habitauit primò Iulius Cæsar in Suburra modicis ædibus: post autem pontificatū maximum in Sacra via domo publica. Et Plin. Cæsar, inquit, dictator totum forum Romanum, viāmque Sacram ab domo sua in cliuum vsque Capitolinum in munere gladiatorio linteis contexuit. Aliqui dicunt eam fuisse domum, quā Augustus sumptuosè nimis à Liuia ornatam, ad solum vsque dirui fecit: in cuiusque area porticus Liuia cognominata, postea structa fuit. ad quam deinde, teste Plin. Vespasianus Pacem suam ædificauit, ibi propriè ædem Concordiæ dedicauerat. Verùm immensæ ædes Cæsaris cùm inuidia magnitudinis & ornatus alios lædere viderentur, ab Octauio dirutæ sunt, & ibi extructa est ipsa porticus Liuia. *Vna domus*] Cæsaris. *Fuit opus vrbis*] erat magnitudinis vnius vrbis: sicut postea de domo Neroniana dictum est: Roma domus fiet, Veios migrate Quirites, Si non & Veios occupat vna domus. *Et tenebat spatium*) quod breuius tenent multa oppida muris: maius spaciū occupabat illa domus, quàm in ambitu occupēt multa simul oppida. *Hæc domus*] Cæsaris. *Est æquata solo*) ad solum vsque diruta. *Sub nullo crimine regni*) non est illa diruta, quòd autor crimine affectati regni damnaretur, quemadmodum domus M. Manlij Capitolini, de qua superius diximus: nec vt domus Valerij, qui cū Bruto reges eiecit. nam cùm in summa Velia domum ædificasset, suspicionem intulit affectati regni: quo cognito, domum diruit, & tunc Publicolæ cognomen adeptus est. *Sed quia est visa nocere sua luxuria*) est visa alios lædere inuidia immensæ molis. *Hæres Cæsar*] Octauius Augustus, qui hæres fuit Iulij Cæsaris dictatoris, relictus testamēto ex dodrante, vt Suetonius tradit. *Sustinuit subuertere*) diruere tātas moles operum, tam magna & operosa ædificia. *Et perdere tot suas opes*) opulentam illam domum quæ erat suis iuris.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cum iudex, alios quod monet, ipse facit.
Nulla nota est veniente die, quam dicere possis,
Idibus Inuicto sunt data templa Ioui.
Et iam quinquatrus iubeor narrare minores,
Nunc ades ô cœptis flaua Minerua meis:
Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe;
Quid sibi persona, quid toga longa, volunt?
Sic ego, sic posita Tritonia cuspide dixit,
Possem vtinam docta verba referre dea.
Temporibus veterum tibicinis vsus auorum
Magnus, & in magno semper honore fuit.

ANTON. *Sic agitur censura*) optimus est censor Augustus, faciens quod alios vt faciant monet. *Nulla nota*) nihil insigne ac memoratu dignum. *Idibus Inuicto sunt data templa Ioui*] Idibus Iunijs Ioui cognomine Inuicto ædes dedicata est, vt Aprilis Idib. Victori. Idus enim omnes Iouis nomine festas finxit antiquitas, vt dictum est. Cur autem Ioui inuicto templum dederit, de quo nūc agitur, quærendum non est, cùm fasti nunc omnia suppeditarent, vt diximus suprà. Itaque Ouidius hoc loco supprimit, & causam qua Ioui Inuicto ædes dedicata est, & eius nomen qui consecrauit. Vocabantur autem Idus Iuniæ minusculæ quinquatrus, vt ait Varro, à similitudine maiorum, quòd tibicines tunc feriati per vrbem vagabantur, & ad ædem Mineruæ conueniebant: qui (vt inquit Liuius) cùm aliquando à censoribus prohibiti essent in æde Iouis vesci, quod prisco more fecerant, ægrè id passi, Tybur vno agmine se contulerunt, adeò vt nemo esset in vrbe qui sacrificiis præcineret. Quam ob causam senatus per legatos petiit à Tyburtinis, operam darent, vt hi homines Romam remitterentur. Qui cùm nullis Tyburtinorū suasionibus adduci possent, vt ad vrbem reuerterentur, die festo Tyburtini per speciem celebrandarum cantu epularum, alij alios inuitant, & vino oneratos sopiunt, atque ita in plaustra somno victos conijciunt, & Romā deportant: quò non prius tibicines intellexerunt se fuisse translatos, quàm plaustris in foro relictis, plenos crapulæ lux oppressit. Quibus datum est, vt triduum quotannis ornati cum cantu & licentia, quæ postea solennis fuit, per vrbem vagarentur: & his qui sacris præcinerent, restitutum est ius in æde vescendi. Lege Valerium Max & Liuium primæ Decadis lib. 9. *Quinquatrus iubeor narrare minores*) Festus: Minusculæ Quinquatrus appellabantur idus Iuniæ, quòd is dies festus erat tibicinum, qui Mineruam colebant. Quinquatrus propriè dies festus erat Mineruæ Martio mense. *Quid sibi persona*] Personati incedebant tibicines, ne puderet eos temulentiæ circumuentæ.

A *In magno semper honore fuit*] quem illis Numa conferre voluit, ob deorum cultum.

PAVL. *Sic agitur censura*] sic rectè censura exercetur, quandoquidem quod censetur à iudice, exemplo quoque ab eodem ostenditur. Ideo inquit. *Et sic exempla parantur*) sic ea se ipso affertur exemplum, alij quod sequi debeant. *Cum iudex ipse facit quod alios monet*) cùm quod præcipit, se ipsa exequitur. *Nulla nota est veniente die*) die subsequenti, hoc est, tertio idus Iunias, etiam & pridie idus, nullus est in Fastis festorum titulus. *Quam dicere possis*) de quo possis agere. *Idibus sunt data templa Ioui Inuicto*) Idibus Iunijs consecratum est templum Ioui Inuicto: cuius consecrationem alij ad Augustum referunt, alij ad senatum, post tot Augusti & Tiberij victorias, præsertim cùm illum quo-

B que inuictum appellare consueuisset. *Et iam Quinquatres iubeor*) Quinquatres minores celebrantur idibus Iun. quas minusculas appellat Varro ita enim inquit: Quinquatres minusculæ dies, Iuniæ idus, ab similitudine maiorum, quòd tibicines tum feriati per vrbem vagantur, & conueniunt ad ædem Mineruę. De his tibicinibus ita inquit Valerius lib. 2. de Institutis antiquis: Tibicinum quoque collegium solebat in foro vulgi oculos in se conuertere, cùm inter publicas priuatásque ferias actiones personis tecto capite, variáq, veste velatis, concentus edit. inde tracta licentia, quondam vetiti, in æde Iouis, quod prisco more factitauerant, vesci, Tybur irati se contulerunt. Quorum ministerio senatus defecta sacra non æquo animo ferens, per legatos à Tyburtibus petiit, vt eos gratia sua Rom. templis restituerent: quos illi, in proposito perseuerantes, interposita festæ epulationis

C simulatione, mero somnóque sopitos plaustris in vrbem deuehendos curauerunt: quibus & honos pristinus restitutus, & huiusce lusus ius est datũ. Personatum vsus pudorem circumuentæ temulentiæ causam habet. Et Liuius lib. 9. ab vrbe condita: Eiusdem, inquit, anni rem dictu paruam præterirem, nisi ad religionem visa esset pertinere. tibicines qui prohibiti à proximis censoribus erant, in æde Iouis vesci, quod traditum antiquitus erat, ęgrè passi, Tybur vno agmine abierunt, adeò vt nemo in vrbe esset, qui sacrificiis præcineret. Eius rei religio tenuit senatum, legatósque Tybur miserunt, vt darent operam, vt hi homines Romanis restituerentur. Tyburtini benignè polliciti, primùm accitos eos in curiam hortati sunt, vt reuerterentur Romam. Postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingenijs hominum, eos aggrediuntur. Die festo alij alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa inuitant, & vino, cu-

G ius auidum genus est, oneratos sopiunt, atque ita in plaustra vinctos conijciunt, ac Romam deportant. Nec prius sensere, quàm plaustris in foro relictis, plenos crapulę eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus: impetratóque vt manerent, datum vt triduum quotannis ornati cum cantu, atque hac, quæ nunc solennis est, licentia, per vrbem vagarentur. Restitutúmque in æde vescendi ius iis qui in sacris præcinerent. Idem ferè refertur à Plutarcho Problem 55. sed multos decepit locus in Plutarcho deprauatus, magis impressorum, vt ego existimo, quàm traductorum culpa, vbi idibus Ianuarijs dicit, cùm esse debeat idibus Iun. autoritate Varronis & Poëtæ. *Et iam*] cùm ad idus peruenerit. *Iubeor narrare Quinquatres minores*] festa Mineruæ. Sed minores appellat, ad differentiam maiorum Quinquatriorum, quæ

H mense Martio celebrantur. *Nunc ô flaua Minerua*) ô Pallas. Sed flaua, à flauis oleis dicta est. vel vt alij, à flauis crinibus. alij, quòd Glaucopis dicta sit, per quæ volunt acta significari. *Ades coeptis meis*) adsis & faueas his meis inceptis. *Cur vagus tibicen incedit in tota vrbe?*] cur tibicines vagantur per totam vrbem? *Quid sibi volunt personæ? quid toga longa?*) quare personati eunt, & muliebri ornatu cum longis vestibus? *Sic ego*) dixi. *Sic dixit Tritonia*] Pallas: à Tritone palude Aphricæ, vbi primùm visa: aut à Tritone fonte in Creta insula, vbi nata est, vt Diodor. docet. *Posita cuspide*) deposita hasta. Verba sunt ipsius Palladis. *Magnus vsus fuit tibicinis*] præsertim in sacris, & in ludis. *Temporibus veterum auorum*) tempore maiorum vestrorum. *Et semper fuit in magno honore*] magnis enim (vt Plutarchus Problem. 55. ait) truebantur honoribus, quos illis Numa Pompilius

I propter sanctitatem ac deorum cultum contulerat.

> *Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,*
> *Cantabat mæstis tibia funeribus.*
> *Dulcis erat mercede labor: tempúsque secutum est,*
> *Quod subitò grata frangeret artis opes.*
> *Adde quod ædilis, pompa qui funeris irent,*
> *Artifices solos iusserat esse decem.*
> *Exilio mutant vrbem, Tybúrque recedunt.*
> *(Exilium quodam tempore Tybur erat.)*
> *Quæritur in scena caua tibia, quæritur aris:*
> *Ducit supremos nænia nulla choros.*

ANTON. *Cantabat fanis*] Præcentoriam tibiam dicit, qua cui (teste Solino) locus erat ad puluinaria præcinendi. Virg. in Georg.

D Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras. Solebat autem cani tibiis in aurem sacerdotis, autore Seruio: quarum sonus certis precationibus adhibebatur, vt ait Plinius, ne quid aliud exaudiretur. Tibiarum vsus ad Celænas primùm inuentus est, vt Lactantius grammaticus tradit, quibus Marsyas dicitur Apollinem prouocasse. Sed de earum inuentione, & alia diximus suprà. Hæ per diuersas officiorũ & nominum species inueniuntur à musicis separatæ. Itaque aliæ sunt vascæ, quæ foraminum numeris præcentorias an-

E tecedunt. Aliæ puellariæ, quibus à sono clariore datum vocabulum putant. Aliæ gingrinæ breues, ac modis flebilioribus insonantes, à voce anserum dictæ: quòd gingrire, autore Festo, vocis anserum proprium sit. Aliæ miluinæ, in accentus acutissimos exeuntes. Aliæ Lydiæ, Corinthiæ, Ægyptiæ. Sed quòd pares vel impares tibias interdum legimus, inde est, vt Diomedes grammaticus docet, quòd si quando artifex monodio agebat, vnam tibiam inflabat: si quando synodio, duas. Acron autor est, apud maiores nostros tres modos fuisse tibiarum, Phrygium, Lydium, & Ionicum. *Cantabat tibia ludis*] Ludorum, quos Ædiles Curules publico munere curabant, quatuor erant species, teste Donato, Megalensium, funebrium, plebeiorum, & Apollinarium, in quibus tibia canebant, quemadmodum & in ouationibus: cùm tibia pacis sit, vt ait Plutarchus in Marcello. Quamuis & exercitus Lacedæmoniorum tibiarum modulis accendi consueuerunt, autore Thucydide: quibus cecinisse duces

F maximos traditum est, vt Quintil. refert. *Cantabat mæstis tibia funeribus*] Funebres tibiæ dicebantur, autore Festo, quibus in funere canebatur, quas flamini audire putabatur illicitum. Iubebat autem religio, vt maioribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur. Persius: Hinc tuba candelæ. Statius in Theb. Cùm signum luctus cornu graue mugit adunca Tibia, cui teneros suetum producere manes Lege Phrygũ mœsta. Ouidius alibi: Tibia funeribus cõuenit ista meis. Atteius Capito scripsit, siticines appellatos, qui apud sitos, i. vita functos canere cõsueuissent, vbi conueniebat modus, qui in musicis Phrygius appellatur, inuentus à Pelope Phrygio, vt Lactantius grammaticus tradit, & aptus ad concitationem anima-

K rum. *Grata artis*] Cicero in primo Tusculanarum quæstionum: Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum vocúmq; cãtibus. Igitur & Epaminũdas princeps meo iudicio Græciæ fidibus præclarè cecinisse dicitur. Et Themistocles aliquot ante annos, cùm in epulis recusaret lyram, habitus est indoctior. Tibiis canere, olim honestissimum videbatur, teste Aulo Gell. quãuis Alcibiades puer cùm traditas sibi ad os adhibuisset, inflassétque, offensus oris deformitate, eas abiecerit, infregerítque. *Pompa qui funeris irent*) Illud quoq; tibicinũ animos accendit ad fugã, quod ædiles funebriũ ludorũ curatores, qui (autore Donato) ad retinẽdũ populũ instituti sunt, dũ põpa funeri deesset in honorẽ patricij viri plene instruebatur, iusserat decẽ tãtũ tibicines põpę funerũ interesse. Vnde qui excludebãtur, ęgrè passi sunt honoris mercedísq; iacturã. *Exilio mutant vrbem*] spõte in aliã vrbẽ, hoc est, Tybur, quasi in exiliũ se contulerũt.

L *Exiliũ quodam tempore Tybur erat*] Hoc adiectum à Poeta, vt occulte de suo exilio conqueratur. *Ducit supremos nænia nulla choros*] funebrẽ pompã nullæ tibiæ comitantur. Diximus suprà, næniã esse carmẽ lugubre, quod mortuis dicebatur. Hic apertè ostenditur, consueuisse næniam ad tibiam cani.

PAVL. *Tibia cantabat fanis*] in templis. *Tibia*] per Anaphoram. *Cantabat ludis*] sic & in festis, & in ludis theatralibus erat eius vsus. *Tibia cantabat mæstis funeribus*) cùm efferebatur funus, & soluebãtur iusta. *Dulcis erat labor*] tibicinum *Mercede*] pręmio. Dulcis quidẽ est omnis labor, cùm impẽditur grato, & inde præmiũ assequitur Sed nos incidim' in ingrata tẽpora, vt nulla habeatur laborũ & meritorũ ratio. *Et est sequutum tempus*] venit postea tempus. *Quod*] tempus. *Subitò frangeret opes grata artis*] quod interrũperet & disturbaret tam

gratum motus tibicinum. Nam priuati sunt honoribus à censoribus Appio Claudio, & Claudio Plautio, præsertim opera Appij, qui postea cæcus fuit. Vesci enim fuerant in templo Iouis veles. Plutar. à tribunis ostendit. *Adde quod ædiles*] qui curam habent ædium sacrarum, & ludorum exhibendorum, & funerum efferendorum. *Iusserat esse solos decem artifices*] redegerat collegium tibicinum ad decem tantùm, cùm prius longe essent plures. *Quæ irent pompa funeris*] qui tibiis canentes funus comitarentur. *Mutant vrbem exilio*) abierant omnes ab vrbe, tanquam in exilium eiecti. *Et recedunt Tybur*] facto agmine Tybur abierunt. *Tybur erat exilium*] exilij locus. *Quodam tempore*) Licèt Poeta Palladia loquentem introducat, tamen hoc pro exilio suo dixit, quòd in regionem remotissimam eiectos sit: vt inde commiserationem moueat, quòd tam malè tecum actum sit, cùm olim exilij locus Tybur esset. Sic & in libris de Ponto ad Rufinum: Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos Exilium tellus vltima Tybur erat? *Cana tibia quæritur in cœna*] ipsi tibicines, postquam abierant, quærebantur in conuiuiis, & non inueniebantur. *Quæritur aris*] quasi in festis, & in ipsis sacrificiis. *Nulla nænia*] pro nullo funebri cantu positum. Et de nænia superiùs diximus, autore Pompeio. Verùm de ea Nonius: Nænia, inquit, ineptum & incoditum carmen, quod adducta mulier, quęque præfica diceretur, his quibus propinqui non essent, mortuis exhiberet. Varro de Vita patrum libro quarto: Ibi à muliere, quæ optima à voce esset, per quam laudari, deinde næniam cantari solitam ad tibias. Et vides ergo, quia ad tibias omnia cantabatur, Poëta rectè inquit. *Nulla nænia*] ad tibias scilicet cantata. *Ducit supremos choros*] hoc est funebrem pompam: illa enim vltima est. *Ideo non ducit*) nam abierant tibicines.

Seruus erat quidam quantolibet ordine dignus
Tybure, sed longo tempore liber erat.
Rure dapes parat ille suo, turbámque canoram
Conuocat, ad festas conuenit illa dapes.
Nox erat, & vinis oculique animique natabant,
Cum præcomposito nuncius ore venit.
Atque ita: Quid cessas conuiuas soluere? dixit,
Autor vindictæ iam venit † ille tuæ.
Nec mora, conuiuæ valido titubantia vino
Membra mouent, dubijs stántque labántque pedes.
At dominus, Discedite, ait: plaustróque morantes
Sustulit, in plaustro † scirpea lata fuit.
Alliciunt somnos tempus, motúsque, merúmque:
Totáque se Tybur turba redire putant.
Iámque per Exquilias Romanam intrauerat vrbem,
Et manè in medio plaustra fuère foro.
Claudius vt posset specie numeróque senatum
Fallere, personis imperat ora tegi.
Admiscétque alios: & vt hunc tibicina cœtum
Augeat, in longis vestibus ire iubet.
Sic reduces bene posse tegi, ne fortè notentur
Contra collegæ iussa redisse sui.
Res placuit, cultúque nouo licet idibus vti,
Et canere ad veteres verba iocosa modos.
Hæc vbi perdocuit, superest mihi discere, dixi,

ANTON. *Quantolibet ordine dignus*) cuius ingenium & mores digni erant quouis ordine, nedum libertate, quam fuerat consequutus. Hunc enim libertatem adeptum fuisse, Plutarchus in Quæstionibus tradit. *Turbam canoram* tibicines. *Ore præcomposito*] vultu ficto, ad decipiendum: vel certè fictis verbis. *Quid cessas conuiuas soluere*) Fac, inquit, soluatur conuiuium, & isti subitò hinc facessant, quia venit huc ędium dominus. *Autor tuæ vindictæ*] is qui te manumisit, id est, autor tuæ libertatis. Lege Plutarchum. Liuius vult vindictam à Vindice dictam, qui primùm vindicta dicitur liberatus. *In plaustro scirpea lata fuit*) Varro autor est, à scirpando scirpeam appellari, quæ virgis scirpatur, id est, colligando implicatur, in qua stercus, aliúdve quid vehitur. Ea plaustro imposita est, vt tibicines aptius quiescerent. A scirpando etiam scirpiculæ falces dictæ sunt, quoniam in summo ligantur. *Tempus*] nox, quæ ad dormiendum inuitat. *Per Exquilias*] per portam Exquilinam: quam nonnulli Tyburtinã dicunt. *Claudius vt posset specie numeróque senatum Fallere*) Malè quidam hoc loco Callidus, alij Candidus legunt. Constat enim anno quo tibicines Romam plaustris deportati sunt, censores fuisse Appium Claudium, eum qui postea sacris Herculis ad seruos à gente Potitia translatis, luminibus captus est, & C. Plautium: quorum hic in tibicines animaduertere cupiebat. Appius verò Claudius pronus ad veniam, vbi accepit eos esse in foro, iussit vt personis ora tegerent, & amictibus muliebribus induerentur: admiscuitque alios tibicinibus, vt non solùm specie, sed & numero senatus falleretur: quod factum est. Risu enim res à senatu accepta est, vti Appius cupiebat à collega dissentiens. Lege igitur Claudius vt posset specie numeróque senatum Fallere. *Vt hunc tibicina cœtum Augeat*) admiscuit & alios, qui longis vestibus tecti, tibicinæ videbantur. *Ne fortè notentur*] vt fallerent senatum numero, non qui effugerant, sed alij viderentur. *Iussa collegæ*) C. Plautij. Deportatos enim Romam tibicines ante depositam à Plautio censuram accipimus, quam deinde Appius Claudius solus obtinuit.

perduxit. *Ille*] libertus. *Parat dapes suo rure*] parauit ruri conuiuium, & opiparas epulas. *Et conuocat turbam canoram*] inuitat tibicines ad cœnam. *Illa*] turba: hoc est, illi tibicines. *Conuenit ad festas dapes*] accessere omnes ad conuiuium. *Erat nox*) Et Plutarch. inquit: Aderant in conuiuio mulieres, nox insomnis ducitur, saltationibus ac iocis omnia perstrepunt. *Et oculi & animi*] tibicinum. *Natabant vino*) trepidabant ebrietate, multo epoto vino. Natare enim interdum trepidare est, vt Marcellus inquit. Virgilius in Georg. Condíque natantia lumina somnus. *Cùm venit nuncius ore præcomposito*] verbis fictis. *Atque ita dixit, Quid cessas soluere conuiuia*) quid retardas soluere conuiuium, & dimittere conuiuia? Et Plutarch. Tum derepente, cùm libertus patronum adesse diceret, & vehementer perturbatus videretur, hominibus persuasit, vt statim currum conscenderent, pellibus circùmtecti, ac Tybur perueherẽtur. *Nã venit autor tuæ vind.*) venit enim patronus, qui te manumisit, cùm prius esset tuus dominus, & te liberum fecit. ideo autor vindictæ, qui te libertate donauit. Vindicta autem & pro vltione ponitur. A Vindicio dictam superius diximus, autore Liuio, secundo ab vrbe condita. etiam & pro libertate, quod inde quoque tractũ est, & vindicare idem quod liberare. Virg. in 4. Æneidos, Graiúmque ideo bis vindicat armis. Cicero in 3. Acad. Aliqua potestas vindicet in libertatem. Idem de Senectute: Et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. *Nec mora*] nulla fuit tardatio. *Conuiuæ*] ipsi tibicines. *Mouent membra titubantia*) cùm discederent, eorum membra labantia trepidabant. Nam titubare, trepidare est M. Tul. in Philip. Titubare, hæsitare, quasi euertere, nescire. Virgil. in Æneid. Vestigia presso Haud tenui titubata solo. Terent. in Heaut. Verùm illa ne quid titubet. Et titubare est dubitare, labare & hæsitare. *Valido vino*] quod ebiberant: ebrietate ipsa titubabant. *Et pedes*) eorum. *Dubijs stant, & labant*) nam modò firmabant se pedibus, modò labebant: quod apertissimum signum est ebrietatis. *At dominus*] qui iã venerat aut ipse libertus, princeps conuiuij. *Ait*] Discedite. *Et sustulit*] sursum tulit. *Morantes*) hęrẽtes, quòd erant ebrij. *Plaustro*] vehiculo. † *In plaustro*] in ipso vehiculo. *Fuit scirpea lata*: Etenim plaustrũ, nõ vt vęhiculum, in quo faba, aliúdve quid vehitur, quod est ex viminibus, vt Varr. inquit, & eo vehitur, vehiculum dictũ est, ab aliis dictam arcera, quæ etiam in 12. Tab. appellatur, quòd ex tabulis vehiculum erat factum, vt arca arcera dictũ:

PAVL. *Erat quidam seruus Tybure, dignus quantolibet ordine*] erat seruus, sed illis moribus & virtute præditus, vt dignus esset magno quouis honore ordinis. *Sed longo tempore erat liber*) quia diu seruierat, tam erat donatus libertate. erat enim manumissus. Sic & Plutarchus eum fuisse libertum scribit. Sed libertum (vt Vlpianus inquit) accipere debemus eum, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam

A sed quod ex omni parte palàm est, quæ in eo vehuntur, quod perlucet, vt lapides, allectes, lignum. Erat igitur plaustrum, quo sublatum erat, & omni ex parte palàm erat. Ergo in plaustro posita est lata scirpea, vbi iacerent tibicines. Scirpea, vt inquit Varro, quæ virgis sirpatur, id est, colligando implicatur, in qua stercus, aliudve quid vehitur. *Allicium somnos*] Tria ponit somnum prouocantia, quæ eos dormire coegerunt. *Tempus*) quoniam nox, quæ quietem refert. *Et motus*] plaustri illa agitatio, cùm & concuteret illorum corpora, somnum quoque inducebat. *Et merum*] quod efficacius est ad incutiendum soporem. *Et tota turba* tibicinum, qui erant in scirpea. *Putat se vadere Tybur*) vnde ad conuiuium accesserant, illuc se reuehi putabant. *Iamque intrauerat*) ille libertus, cum plaustro, aut illa turba. *Romanam Vrbem, per Esquilias*) per portam Esquilinam, quam Tyburtinam quoque vocant: quia per eam exeunt, qui Tybur eunt. Etiam & Valeria dicta, quòd inde incipiat via Valeria, qua itur in Marsos & Pelignos. Hoc autem tempore vocatur porta sancti Laurentij. *Et manè*) cùm illucesceret. *Plaustra fuere in medio foro Romano*] Et Liuius, vt paulo superius diximus: Nec prius senserè, quàm plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppressit. *Senatum callidus*) astutus. *Vt posset fallere*] decipere eos quos in vrbe retulerit. *Specie*] similitudine. *Et numero*) quo plures viderentur. *Imperat tegi ora personis*] iubet vt accipiant personas, quibus faciem tegant, ne agnoscantur. *Admisceéque alios*] tibicines qui in vrbe erant. *Et vt tibicina*) mulier tibia canens. Nam & tibicen, & tibicina dicimus. *Augeat*] augere videatur. *Hanc tantum*] tibicinum relatorum. *Iubet ire in longis vestibus*] in ornatu & veste muliebri. Admiscuit alios tenatus in his vestibus, vt viderentur plures esse, & omnes rediisse: quo eos falleret eo ornatu, quo ipsi redierant. *Sic reduces bene posse tegi*] eo habitu putauit bene tectos esse, ne agnoscerentur. *Ne fortè notentur*] castigentur. *Redisse*] in vrbem. *Contra iussa sui collegæ*] G suorum collegarum: si qui erant, qui Tybure remansissent. Quoniam ita constituerant, non redire, nisi restituto priore honore, & iure epulandi: sed ita personati non videbantur fefellisse collegas. Senatus tamen omnia restituit.

Res placuit] & tibicinibus & senatui. *Et idibus*) Iunijs scilicet. *Licet vti nouo cultu*] ornatu. Datum enim est, vt ea Liuio dictum, vt triduum quotannis ornati, cum cantu, atque ea quæ tunc erat solennis licentia, per vrbem vagarentur. Restitutúmque in æde vescendi ius iis, qui sacris præcinerent. *Et hæc canere verba iocosa*] lasciua.

Ad veteres modos] ad modulos veterum tibiarum. *Hæc vbi perdocuit*) postquam Pallas ita me docuit. *Dixi, Superest mihi quærere*] quasi, adhuc restat mihi hoc dubium. H

Cur sit Quinquatrus illa vocata dies.
Martius, inquit, habet tali mea nomine festa,
Estque sub inuentis hæc quoque turba meis.
Prima terebrata per rara foramina buxo
Vt daret, effeci, tibia longa sonos.
Vox placuit, faciem liquidis referentibus vndis:
Vidi & virgineas intumuisse genas.
Ars mihi non tanti est, valeas mea tibia, dixi:
Excipit abiectam cespite ripa suo.
Inuentam Satyrus primùm miratur, & vsum
Nescit, & afflatam sensit habere sonum.

ANTON. *Illa dies*] idus Iuniæ. *Martius, inquit, habet tali mea nomine festa*] Idus C Iuniæ ideo Quinquatrus dictæ sunt, quòd similes sunt maioribus, vt docet Varro, quæ mense Martio celebrantur. Turba enim tibicinum hoc tempore per vrbem vagantium, & ad ædem Mineruæ conuenientium, eam deam colit, sub cuius inuentis est. Non enim essent tibicines sublata tibia, quam Pallas dicitur inuenisse. Quamuis secundum Plin. vt monaulum D Mercurius, ita obliquam tibiam Midas, & geminas tibias Marsyas adinuenit: quas quidam volunt abiectas à Pallade, Marsyam excepisse. *Per rara foramina*) quæ deinde plura fuerunt. *Abiectam*) Hoc ideo fingitur, quia quamuis melodia, quæ pulsu fit, non sit indecens, planum est eam quæ ore fit, ingenuos non decere. *Satyrus*) Marsyas. Nota est fabula. Est & fluuius in Mæandrum cadens, eiusdem nominis.

PAVL. *Cur illa dies*] iduum Iun. *Sit vocata Quinquatrus*] Aliqui legunt, Quinquatris. Melius Quinquatres: sicut dicimus, dies Vinalia dictus, ita dies vocata Quinquatres. *Inquit*] Pallas. *Martius*) mensis. *Habet mea festa tali nomine*) quòd in mense Martio celebrantur festa Palladis sub eadem appellatione: nam Quinquatria dicta, & quinque diebus, vt in tertio libro diximus. Ita & mense Iunio Quinquatres dictæ, & triduo fiunt. Inde eas minusculas appellat Varro, & Poeta paulo superius Minores dicit. *Hæc quoque* E *turba*) tibicinum. *Est sub inuentis meis*] quoniam ego fui tibiæ inuentrix. Hi meam artem exercent, sic sub mea tutela sunt, celebrántque hos dies mihi dedicatos. Inde à similitudine superiorum, hi Quinquatres dicti. *Prima ego effeci*] effectum reddidi. *Vt tibia longa*] ad differentiam breuioris tibiæ. *Daret sonos*] sonaret. *Buxo terebrato*] perforato. *Per rara foramina*] pauca enim erant in antiqua tibia. Immò volunt tria tantum fuisse, à tribus in cantu & sono vocibus, graui acuta, & flexa postea plura facta sunt & vt in quarto diximus, ex loto quoque fiebant tibiæ. Poetæ Palladi inuentionem eius ascribunt. At Plin. tradit, obliquã tibiam Midam inuenisse in Phrygia, & geminas tibias Marsyam in eadem gente, Lydios modulos Amphionem. *Vox placuit*] erat gratus tibiæ sonus. *Vidi virgineas genas tumuisse*] meas quidem genas, quæ virgo sum. *Vndis refe-* F *rentibus faciem*] cùm in liquidis aquis redderetur imago mei vultus, tunc vidi, dum conflarem tibiam, genas tumefactas. & sic cùm ita intumuissent, visa est sibiipsi deformior. *Ars mea nõ est tanti*) vt debeam deformis videri inflatis genis. *Valeas mea tibia dixi*) & abieci illam. *Ripa*] illius fontis, cuius aquæ reddiderant imaginem. *Excipit abiectam*) à me tibiam. *Suo cespite*] in herbido solo. *Satyrum*] Satyrum appellat Marsyam regem, qui geminã tibiam adinuenit. Verùm & fluuius est eiusdem nominis, cuius Liuius meminit de bello Macedonico, & ostendit è Celænis in Phrygia, nec procul à Mæandri fontibus oriri: quin & in ipsum Mæandrum cadit. Et Lucanus: Qua celer & rectis descendens Marsya ripis, Errantem Mæandron adit, mixtúsq; refertur. Sed à Marsya rege Marsi dicti, quamquam duobus in locis o- I stẽdit Plin. à Marso filio Circes ortum habuisse. Ideóque Marsis vi quadam genitali asserit datum esse, vt non solum à serpentibus sint illæsi, sed serpentum sint ipsi domitores. Silius tamen Marsos à Marsya originem habuisse demonstrat. Et Plinius etiam ostendit, Marsyam ducem Lydorum agnosse in locis Marsorum, cùm dicat lacu Fucino haustũ Marsorum oppidum Archippe conditum à Marsya duce Lydorũ. Poetæ Marsyam dicũt ab Apolline victũ in certamine tibiæ & citharæ, & victo detractũ coriũ, de quo paulo pòst, Fabulosum enim fuit: nã regno pulsus amisisse coriũ dictus K est. Verùm cùm historia rerum illius non habeatur, quòd longè ante bellum Troianũ fuerit, magno mihi argumẽto est patria regio, illum magnum fuisse regem in Asia, & eiectũ è regno duxisse secũ multos diuersorũ locorũ Asiaticos: quibuscũ agros, quos in Italia occupauerat, diuideret quinq; vicũ, aut oppidũ, quod extruxissent, à nomine prioris patriæ denominarũt. Etenĩ Celænæ in Phrygia sub ditione Marsyæ regis fuère, & nũc oppidum eiusdem nominis est in regione Marsorũ, sex millia passuũ à municipio nostro. Et Plin. tradit Celænas prius, deinde Apamiã appellatã. Et vicus nũc est, olim oppidũ mille passibus distans ab eodẽ municipio, hoc est à nostra patria Piscina, cui nomẽ est Apamia. Et in Paphlagonia oppidũ erat, quod Atranum vocabatur, quod Strabo asserit. Et duodecim stadiis ab eadẽ patria nostra instat lucus, quod Atranũ vocant. Sed sit nostra patria pro termino quodã, ne tã crebrò repetam. At quatuor millia passuum versus L austrum erat insula Fucini lacus Marsorum, Ortygia appellata. Nunc oppidum nomẽ retinet, & Ortygia è regione Ioniæ insula est, quæ & Delos dicta. Ad octo millia passuum versus Notum, in montibus est Lycium oppidum, & Lycia regio in Asia est. Ad duo millia passuum, versus arctum, est oppidum, quod vocatur Collis Armeniorum, & Armenia regio Asiatica est. Recta deinde itinere in occasum euntu, ad quindecim millia pass. est oppidum Corycula, ita à Coryco Ciliciæ denominatum. A Corycula ad dextrum humerum, ad tria millia passuum, sunt montes cincti adhuc mœnibus, & montes Cariæ vulgò vocantur, & Caria in angulo Asiæ minoris est. A Corycula in Coriũ, ad tria mil. pas. est oppidũ Corycumeliũ, ab eodẽ Coryco Ciliciæ denominatũ,

A Et ad duo mil. pas. ab hoc oppido est aliud oppidum, quod Cappadociam vocant. & quis ignorat Cappadociam regionem esse Ponticam in Asia? Plura & clarissima oppida eadem regione silentio prætereo, vt Talacorium, Albam, Maleam, Hauctanum. Sed ea commemoraui, quæ Asiatica nomina retinent: vt illud mihi persuadeam, Marsyam magnum fuisse regem in Asia, vnde tot loca in nostris regionibus nomen acceperint. Sed ad poëtam redeamus. *Satyrus*) ipse Marsya. *Primùm miratur inuentā tib.*] quam inuenit à nobis abiectam. *Et nescit vsum*) ipsius tibiæ. *At sensit*) ipse Marsya. *Inflatam*) cùm inflaretur. *Habere sonum*) reddere vocalem concentum.

ANTON. *Phœbo victore pependit*] Non longè ab Apamia platanus ostendebatur, vt inquit Plinius, ea qua Marsya victus ab Apolline, & excoriatus pependisse dicebatur. Ibi & lacus fuit, vt autor B est Strabo, calamum ad tibiarum linguas idoneum gignens. vnde poetæ finxerunt Marsyam Satyrum tibiarum cantu cum Apolline contendisse. De vtrusque contentione lege Diodorum. *Recesserunt à cute membra*) Figuratè: cutis enim recessit à membris. *Tertia nox veniet*) &c. Decimoseptimo Calendas Iulias purgamina Vestæ in Tiberim iaciū- C tur, & Venus longe antè quàm sol in ortum feratur, cum Tauro exoriens cernitur. Eam autor cur Dodonidem vocet, Strabo in septimo suæ Geographiæ aperit his verbis: Ab ipso autem primordio mortales fuerant præsagia præuidentes, sub quibus & vaticinandi ministri instituti erant. Et hoc fortasse poeta ipse declarat de his, quos Hypophetas vocabant, quibus prophetæ imperabant. Posteriore inde tempore tres designatæ aniculæ, postquam Ioui Dione eiusdem templi comes dicata est. Notandum, vt Seruius tradit, tres esse in cœlo Veneris stellas. Vnam errantem, & alterno meatu vagam, vt inquit Plin. quę modò Vesper, modò Lucifer appellatur, nec absistit vnquam à sole longius partibus sex & quadraginta: quam accipere hoc loco vllo modo non possumus. Aliam in Septentrione. Tertiam in Tauro, cuius etiam Alphonsus D meminit. Vnde id signum dicitur Veneris domus. Sed est & Venus stella regia in pectore Leonis, vt diximus suprà.

Et modò dimittit digitos, modò concipit auras:
Iámque inter nymphas arte superbus erat.
Prouocat & Phœbum, Phœbo superante pependit,
Cæsa recesserunt à cute membra sua.
Sum tamen inuentrix, autórque ego carminis huius:
Hoc est cur nostros ars colat ista dies.
Tertia nox veniet, qua tu Dodoni Dione
Stabis Agenorei fronte videnda bouis.
Hæc est illa dies, qua tu purgamina Vesta
Tybri per Hetruscas in mare mittis aquas.
Si qua fides ventis, Zephyro date carbasa nautæ,
Cras veniet vestris ille secundus aquis.
At pater Heliadum radios vbi tinxerit vndis,
Et cinget geminos stella serena polos.
Nam duo sunt: austris hic est, aquilonibus ille
Proximus, à vento nomen vterque tenet.
Tollet humo validos proles Hirea lacertos:
Continua Delphin nocte videndus erit.

tis eo nomine appellantur. Virgil. Frigida Saturni sese quo stella receptet. G Horatius in Epistolis: Stellæ sponte sua iussæne vagentur & errent. *A vento nomen vterque tenet*) Alter Notius, id est Australis dicitur, vt Seruius tradit, qui à nobis nusquam videtur: alter Borealis. *Proles Hyrea*) Orion Hyrei filius: quamuis è lotio natus dicatur. Alij è Neptuno & Minois filia genitum Orionem dicunt. H *Delphin nocte videndus*) Delphin, cuius suprà meminimus, exurgit cum Sagittario. Vnde consequens est, vt hoc tempore per vniuersam noctem se nobis videndum offerat. Hunc Plinius scribit quarto idus Iunias vesperi exoriri.

Hæc est illa dies) &c. Hoc tempore (vt dictum est) Vestæ purgamina deiiciuntur in fluuium Tiberinum: quibus eò delatis, nubere licebat. vt, Tu quoque ne propera, melius tua filia nubet, Ignea cùm pura Vesta nitebit humo. Ea in certum locum deferebantur. Varro: Dies qui vocatur, Quãdo stercus delatum, fas: ab eo appellatus, quòd eo die ex æde Vestæ stercus euerritur, & per Capitolinum cliuum in locū defertur certum. *Cras veniet*] Decimosexto Calendas Iulias flare Zephyrus, siue Fauonius consueuit. *At pater Heliadum*) &c. Decimoquinto Calend. Iulias lacerti Orionis tolluntur in ortum cosmicum, cùm sol oritur, qui Helios dicitur: vnde sorores Phaethontis Heliades appellantur. *Radios vbi tinxerit vndis*) cùm primo auroræ fulgore sol at- E tingere cœperit horizontem. Neque enim quibusdam assentiendum est, qui existimant hoc loco describi solis occasum: cùm fieri nequeat, vt occidente sole, qui in eo est, vt Cancrum ingrediatur, exoriantur lacerti Orionis, quem constat cùm Cancro toto pariter corpore in ortum ferri, & occidere Sagittarij & Scorpionis exortu. Vnde illud est: Cœlo cum fulget Orionis astrum, Tempus adest, Cereris sacras terat area messes. Eius pars & ante Cancrum exoritur (vt ostendimus suprà) ob sideris magnitudinem. Quare ait Manilius: Summo lateris surgens de parte sinistri Maximus Orion magnum complexus Olympum. *Stella serena*) sol: qui ad ortum tendens, ac proximus horizonti, ferè in eo est, vt fulgorem suum in duo diuidat hemisphæria. Scio quosdam per serenam stellam, iugulam accipere, sic dictam F à forma iuglandis, quæ magnitudine cæteris nucibus præstat. Quamuis Accius (vt diximus in quarto huius operis libro) Orionem Iugulam appellarit, teste Varrone. Alios Venerem, sidus tantæ claritatis, vt eius radiis vmbræ reddātur, autore Plinio. quod non placet. Sol enim est, qui adhærens horizonti, cingit Arcticum & Antarcticum polum. Hunc Ouidius stellam vocat, quòd errantia sidera interdum à poe-

PAVL. *Et modò dimittit digitos*) modò tangit foramina illa digitis, modò eleuat, modò dimittit, vt vocem variaret: sic illa varietas plurimum oblectabat. *Modò concipit auras*) flatum: vt maiore vi flatum impelleret, quo illa vehementius resonaret. *Iámque erat superbus*) Marsya. *Arte*] artificio resonandæ tibiæ. *Inter nymphas*) erat ea eo superbus, quia putabat se illius artis inuentorem, & ita se iactabat inuenisse tibiam. I *Prouocat & Phœbum*] Prouocauit Marsya Apollinem in certamen cantus, cùm in Nysam vrbem ad Dionysium venisset cum Cybele: quoniam eam Marsya sequebatur, quod superius in quarto libro attigimus. De eo autem certamine ita Diodorus libro quarto loquitur: Inuenere Apollinem magna existimatione habitum, quòd primus diceretur citharam reperisse. Orta inter eos artis contentione, Nysæos iudices instituerunt. Apollo primùm cithara simplici vsus est: Marsya verò tibiis, quibus admodum vt re noua audientes obstupuere. Eo in certamine soni suauitate Apollinem visus est superasse. Ambo astantibus iudicibus, cùm artem quilibet suam præferret, Apollo modulationem cantus ad citharæ suauitatem adiecit: quapropter tibiæ sonum visus est excedere. Quod Marsya ægrè ferens, audientes monuit, mini- K mè se victum esse. Non enim vocis, sed artis comparationē fieri oportere, secundum quam harmonia, ac suauitas tum citharæ, tam tibiarum esset exquirenda. Iniquum præterea esse, duas simul artes vni conferri. Tunc Apollo respondisse fertur, se nihilo plus ad sonum, quàm Marsyam adhibere: nā & ille quoque ore vteretur, cùm tibias inflaret. Oportere igitur aut ambobus idem licere, aut neutrum ore, sed manibus ostendere suæ artis modulationem. Cùm videretur iudicibus æquiora Apollinem postulare, artibus iterum comparatis, aiunt denuò Marsyam esse victum. Apollinem verò ea contentione exasperatum, viuum Marsyam excoriasse. Verùm extemplo pœnitentia ductus, ægrè quod egerat ferens, proiectis citharæ chordis, inuentam ab se harmoniam deleuit. Et in sexto lib. inquit: Post Apollinis cū Marsya, quo & superior fuit, contentionem, póstq; sumptā præter æquum L à victo pœnam, pœnituisse Apollinem dicūt, citharæq; effractis chordis, musica aliquandiu abstinuisse. & reliqua. Excoriatum deinde Marsyam dicunt in Marsyam flumen esse cōuersum. Strabo ad historiam hæc referēs, scribit id fictū esse, quoniam ad Marsyæ ripas arundines nascantur aptæ tibiis. Sic enim libro duodecimo, cum de Apamia agit, in Marsyæ fluminis ostiis sita, quę in Mæandrū immittere inquit, & de eo loquens, ait: Incipit à Celænis, qui collis quidā est, in quo vrbs fuit eiusdē nominis. Hic Antiochus Soter homines trāstulit in eā, quę nūc Apamia dicitur, & vrbē appellauit de nomine matris Apamę Artabazi filię, quę Seleuco Nicanori nupta fuerat. Hoc in loco de Olympo Marsyáq; cōficta est fabula, & de cōtentione, quā Marsya habuit cū Apolline. Imminet la-

A ens quidam, qui calamum gignit ad tibiarum linguas idoneum. Ab eo dicunt Marsyæ ac Mæandri fontes emanare, &c. Præterea & Marsyæ signum erat Romæ in foro, ad quod litigantes vadimonia faciebant, vt Porphyrio in Horatio suspicatur. Marsyæ item meminit Plinius, quem ait coronari solitum à filia Augusti. *Phœbo superante pependit*] nam victus ab Apolline pœnas luit. *Membra cæsa*] incisa. *Recesserunt a cute sua*] Per Hypallagen, quòd cutis excisa recessit à membris. nam excoriatus fuisse dicitur, sic & detracta illi pelle: & hoc propter detractum regnum, vt diximus. *Tamen sum ego inuentrix*] nam prima inueni tibiam. *Et autor huius carminis*) & hic tibiarum cantus à me originem habuit. *Tertia nox veniet*] post idus Iunias tertia nocte.& erit nox decimiquinti diei mensis: nam à die iduum numerabis. *Qua tu Thyene Dodone*] quæ est vna B Hyadum. *Stabis videnda*] qua nocte apparebis. *Fronte bouis Agenorei*] in fronte Tauri, qui cœlo figuratus est. ab eo, quòd in taurum se Iupiter transformarit, quando transtulit Europam Agenoris regis Phœniciæ filiam, de quo diximus superius. Et de Hyadibus superiore libro: quæ cùm sint in fronte Tauri, secunda die Maij matutinæ surgebant. Nunc verò tempestiuius surgunt, & media nocte apparent. Fuere ipsæ numero septem, vt superiore libro diximus, nymphæ Dodonides appellatæ. Vltima earum Thyone est, ideo Poeta Dodona Thyene dixit. Sed melius leges, Dodoni Thyene: vt sit vocandi casus, & ne cui sua laus detrahatur. Volscus noster Romæ primus fuit, qui ita dicendum asserit: cuius quidem sententiam approbam. *Hæc* C *illa dies*] hæc decimaquinta dies Iunij. *Qua*] dia. *Tu Tybris mittis in mare*] defers in mare Tyrrheoum. *Per aquas Hetruscas*] per aquas tuas, quæ ex Hetruria labuntur. *Purgamina Vestæ*) quorum suprà meminimus. Hoc autem die ea purgamenta deiiciebantur in Tibrim. *Si qua fides ventis*) Decimosexto Calendas Quintiles prospera nauigatio: nam Zephyrus flabit. *Si qua fides ventis*) si credendum est vento. *O naute date carbasa Zephyro*] date vela vento, qui lenis & prosper ab Occidente flabit. *Cras*] decimosexto die mensis, & sextodecimo Calendas Quintiles. *Veniet ille secundus*] flabit prosper. *In nostris aquis*] in mari Tyrrheno, per quod nauigatis. * *At pater Heliadum radios vbi* G *tinxerit vndis Et cinget geminos stella serena polos*] Decimoquinto Calendas Quintiles, hoc est, decimaseptima die Iunij oritur gladius Orionis cosmicè, sed paulo post totus cum Cancro exurget. Sed de eo diximus superiore libro. *At vbi*) postquam. *Pater Heliadum*] Phœbus: hoc est ipse Sol. Nam Heliades dictæ Solis filiæ. Nam ex Phœbo genitæ sorores Phaethontis, quæ conuersæ dicuntur in populos. *Tinxerit radios vndis*] vbi sol occiderit. *Et stella serena*) ipse sol lucidus. *Cinget geminos polos*] hoc est, superius & inferius hemisphærium. Duo enim poli sunt, vt aliàs dictum. Arcticus imminet nobis, qui sumus in superiore hemisphærio. Antarcticus sub inferiore hemisphærio. Inde Virgilius in primo Georgicorum: Hic vertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, manesque H profundi. *Nam duo sunt*] ipsi poli. *Hic*] Antarcticus. *Est proximus austris*] nam in meridionali parte cœli. *Ille*) Arcticus. *Est proximus aquilonibus*} nam in ipso septentrione. *Vterque polus tenet nomen a vento*) nam Arcticus polus Borealis dicitur, à Borea. Antarcticus Australis, ab Austro. Hi duo versus sunt etiam in tertio libro. Sed eo in loco intelligit de Piscibus, cùm alter Boreus, alter Notialis dicatur. *Proles Hyrea*] Orion Hyrei filius. *Tollet humo*] eleuabit à tellure. *Validos lacertos*) hoc est, gladium quem validis brachiis sustinet. *Nocte continua*] quæ sequitur decimam septimam diem Iunij. *Erit videndus Delphin*] qui ea nocte apparet. De eo pluries diximus. I

ANTON. *Algida terra*] ab oppido vrbi proximo, quod Algidum vocant. Flocus: Sora, quis credat. & Algidum terrori fuerunt. Satricum atque Corniculum prouinciæ. De Verulis & Bouillis pudet, sed triumphauimus. Ty- D bur nunc suburbanum & æstiuæ Præneste deliciæ nuncupatis in Capitolio votis petebantur. Sanè A. Posthumius dictator, quē Ouidius hoc loco, mutilato vocabulo, more poëtarum, Posthumum vocat, Latinos, à quibus Tarquinij asserebantur, ad lacum Regillum domuit, in agro Tusculano, ac triumphās in vrbem rediit. Nota est historia. Post eam victoriam (vt Plinius tradit) dictator ei, cuius maximè opera castra Latinorum capta fuerant, coronam auream ex præda dedit. Scripserunt nonnulli, A. Posthumium creatum esse dictatorem, postea- E quam consulatu se abdicauit. Atque (vt ait Liuius) tanti errores implicant temporum, aliter apud alios magistratibus ordinatis, vt nec qui consules, nec quo anno quid factū sit, in tanta rerum atque autorum vetustate digeri possit. Sanè Algidum non longè est à Tusculo. vnde legendū est, *Vectus es in niueis Posthume victor equis*) In agro enim Tusculano Posthumius victoriam consecutus est. Audio esse qui legant, Postmodo victor. quod non procedit. Supprimetur enim eius nomen, ad quem videmus apostrophen fieri. Æqui appositi Romæ sunt, vt autor est Strabo, quorum caput Alba fuit. Volsci etiam non longè ab vrbe sunt. Lege eundem geographum. Sunt qui hoc in loco Tuberte legūt, accipientes Posthumium Tubertum: qui triumphans de Sabinis, myrto Veneris Victricis coronatus incessit, optabilémque eam arborem etiam hostibus fecit. *In niueis equis*] quales trahere solebant triumphantium currus. *Iam sex*] F &c. Decimoquarto Calendas Iulias sol in Cancrum transitum facit, & tempestas expectatur, autore Columella: quo tempore Pallas à Romanis coli cœpit in Auentino, cui ædes ibi dicata est. Sunt qui decimoquinto calendas solem in Cancro ponant. *Tua nurus*] Aurora Tithoni vxor, filij Laomedōtis. Decimotertio Calēdas Iulias templū dicit sacratū fuisse Sumano. Sanè Tuscorum literæ nouem deos emittere fulmina tradiderunt, autore Plinio: eáque esse vndecim generum & Ionē trina iaculari: Romani autem duo tantùm ex his seruare, diurna attribuentes Ioui, nocturna Sumano, quem Plutonem esse suspicamur: Festus: Fulgur, inquit, appellabāt diurnum, quod putabant Iouis, vt nocturnum Sumani. Huic deo dicata est ædes Romæ, non longè ab æde K Iuuentutis, circa quas singulis annis canes viui cruci affixi circunferebantur, ansere puluino residente: quia Capitolio à Gallis obsesso, canes fuerant anserum vigilia superati. Sumani ædes aliquando de cœlo tacta est, teste Liuio: quæ dicata fuerat Pyrrhi bello, qui Tarentinis aduersus Romanos auxilio fuit.

Scilicet hic olim Volscos Aequosque fugatos
*Viderat * è campis Algida terra tuis.*
Vnde suburbano clarus Tyburte triumpho
Vectus es in niueis Posthume victor equis.
Iam sex & totidem luces de mense supersunt:
Huic vnum numero tu tamen adde diem.
Sol abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt,
Cœpit Auentina Pallas in arce coli.
Iam tua Laomedon oritur nurus, ortáque noctem
*Pellit, & è pratis * vda pruina fugit.*
Reddita, quisquis is est, Sumano templa feruntur,
Tunc cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

Scilicet) certè. *Hic*] Delphin. *Viderat olim Aequos &* PAVL: *Volscos fugatos à campis tuis ò Algida terra*] viderat exercitus coniunctos Æquorum & Volscorum in Algido fusos, decimaoctaua die Iunij, à L. Valerio, post eiectos decemuiros, qui fuit consul cum M. Horatio, tunc Sabinis cum exercitu opposito. Ad quem cùm afferretur nuncius de fusis Æquis & Volscis in Algido, ipse & Latinos fudit. Redeuntibus in vrbem, cùm denegatus esset illis à senatu triūphus, L. Icilius tribunus plebis tulit ad populū de triūpho cōsulū. Multis (vt inquit Liu^9) dissuasum prodeūtibus, maximè C. Claudio vo- L ciferāte, de patribus, nō de hostibus cōsules triūphare velle, gratiámq; pro priuato merito in tribunū, nō pro virtute honorē peti. Nunquā antè de triūpho per populū actū, semper æstimationē arbitriúmq; eius honoris penes senatū fuisse, ne reges quidem maiestatē summi ordinis imminuisse. Ne ita omnia tribuni potestatis suæ implerēt, vt nullū publicū cōsiliū sinerēt esse. Ita demū liberā ciuitatē fore, ita æquatas leges, si sua quisque iura ordo, suā maiestatē teneat. In eadē sententia multa & cæteris senioribus patrū cū essent dicta, omnes trib^9 eā rogationē acceperūt. Tū primū sine autoritate senat^9, populi iussu triūphatū est. Hæc Liu^9 tertio lib. ab vrbe cōdita. Volscorū populi Priuernates & Antiates. Æquorū caput Alba erat, quę est Marsis finitima. Protēdebātur vsq; Tybur, & in Sabinos. Et superius diximus, elatas Æquorum

A vrbes fuisse Clysternum, & Carseulos. Algidum supra Thusculum erat, decimumoctauo ab vrbe lapide. *Vnde*) ea qua victoria. *Vestie clarus*] L. Valerius illustris *Triumpho Tyburte suburbano*] triumpho de Tyburtibus, qui in suburbio nunc sunt, & tunc cum Æquis erant. *Et Vestius post modo*) quasi paulo post, cùm ab initio triumphus à senatu denegaretur. *In equis niueis*) vt vehi solent triumphantes curru quadriiugo, quem equi candentes agunt. *Iam sex & totidem luces de mēse superfunt*] &c. decimaoctaua etiā die Iunij sol relictis Geminis, ingreditur Cancrū, & in Auētino dedicata est ædes Palladi a senatu. *Iā sex & totidē luces*] hoc est, duodecim dies *Supersūt de mēse*] restāt adhuc de mense Iunio. *Tamen huic numero tu adde diem*] sic supersunt tres & decem dies, numerando à decimooctauo ad vltimum diem B mensis. *Sol abit*] discedit è Geminis. *Et rubescunt signa Cancri*] nam solinit Cancrum, & tunc incipiunt magni calores. De Cancro diximus in primo libro. *Et Pallas incepit coli in arce Auentina*] cœpēre fieri sacrificia in Auētino, cùm esset illic ædes consecrata. *Iam, ò Laomedon, oritur tua nurus*) Aurora coniūx tui filij Tithoni. *Et orta pellit noctem*) nā diē refert & significat decimūnonū diē Iunij. *Et cana pruina*) Pro rore pruinā ponit, hoc est, ros lucidus *Fugit è pratis*) cùm sol surrexerit. *Feruntur*] dicuntur. *Templa reddita*] hoc die erecta & consecrata fuisse templa. *Summano quisquis is est*) quicunque deus sit Summanus. Huic deo Romani (teste Plinio lib. secundo) nocturna fulmina assignant, cùm diurna Ioui attribuant. Ea ratione volunt aliqui Summa- G nu esse Plutonem dictum, quasi summum manium. Huic in Capitolio erectum templum fuisse volunt ex responso aruspicum. cùm Pyrrhus, qui Tarentinorum causa bella gesserat in Romanos, traiecisset in Ciliciam. Cùm inter alia prodigia fulmine deiectū esset in Capitolio Iouis signū, caput eius per aruspices inuentū est. *Tūc cōsecrata sunt templa Summano cùm tu Pyrrhe eras timendus Romanis*) propterea quòd aliquando Romanus exercitus fudit. De Pyrrho alio loco diximus, & in Lucano, & in Odis Horatij.

Hanc quoque cùm patriis Galatea receperit vndis,
Plenáque secura terra quietis erit:
Surgit humo iuuenis telis afflatus auitis,
Et gemino nexas porrigit angue manus.
Notus amor Phædra, nota est iniuria Thesei.
Deuouit natum credulus ille suum.
Solliciti terrentur equi: frustráque retenti,
Per scopulos dominum, duráque saxa trahunt.
Exciderat curru, lorisque morantibus artus,
Hippolytus lacero corpore raptus erat.
Reddideratque animam, multum indignāte Diana.
Nulla Coronides causa doloris, ait.
Namque pio iuueni vitam sine vulnere reddam,
Et cedent arti tristia fata meæ.
Gramina continuò loculis depromit eburnis,
Profuerant Glauci manibus illa prius.

ANTON. *Galatea*) nympha, Nerei & Doridis filia. A Græcis Galatia dicitur, hoc est, lactea. Nec aspirationem recipit in penultima. Hic pro mari ponitur. Et est sensus: Cùm mare surgentem auroram receperit, hoc est, duodecimo Calendas Iulij, vbi aurora surrexe- C rit, & deinde nox aduenerit, Ophiuchus orietur. Legendum autem est, Hanc quoque cum patriis Galatea receperit vndis. *Surgit humo iuuenis*] Ophiuchus: qui à nonnullis Anguitenens, à Columella Anguifer, ab aliis Serpentarius appellatur, hoc tempore in ortum tollitur noctis initio: quippe qui cum Sagittario & Scorpione exoriens cernitur. vt, Exoritur, surgit cùm Scorpius, atque sagittis Ipse refert plenam Chiron cùm fortè pharetram. Idem (vt Higino placet) occidit exortu Geminorum, Cancri, & Leonis. Hunc Seruius putat Æsculapium, alij Herculem, alij aliter fabulantur. L. g. Higinum Columella vnde- D cimo Calendas Iulias Anguiferum manè inquit occidere, ac significare tempestatem. Is cùm constet stellis decem & septem, anguem tenet formatum tribus & viginti. *Auitis*] aui Iouis Phœbus enim est Æsculapij pater, Iupiter Phœbi. *Nota est iniuria Thesei*] non qua est affectus, sed qua Theseus se existimauit affectum. Aut certè iniuria, qua filium innocentissimum affecit. *Natum suum*) Hippolytum Thesei filium ex Hippolyta, vel Antiopa. De Phœdræ atque Hippolyti infœlicissimo euentu, historici à tragicis nihil dissentiunt, vt Plutarchus scribit in Theseo. *Lacero corpore*) Hinc Hippolytus nomen habuit, ab equorum videlicet solutione. ἵππος enim est equus, λυτὸς solutus. *Indignante Diana*] quæ diligebat pudicum. vnde eum sibi iunxisse dicitur. *Sine vulnere*) ita vt vulnera non appareāt. E *Loculis eburnis*] Aurea monera olim in loculis eburnis seruabatur. cùm lignei vilem reciperent. Martialis: Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet, argentum vilia ligna ferunt. Hinc est, vt herbæ cæteris præstantes, ex eburneis loculis depromptæ fingantur. *Profuerant Glauci manibus illa prius*) Glauci plures fuerunt: quorum vnus venenato melle ab hospite Cretensi necatus dicitur. Alterum Potnicum, hoc est, cui patria fuit Potnia Bœotiæ ciuitas, equæ Potniades discerpserunt. Tertius, de quo nunc agitur, Anthedonis filius fuit, vt autor est Strabo, atque ad Anthedonem oppidum in balænam conuersus est. Ouidius in Ibin: Potniadum morsus subeas vt Glaucus equarum, Inque maris salsas Glaucus, vt alter aquas. Vtque duobus idem dictis modò nomen habenti Præfocent animæ Gnossia mella F viam Sciendum, Anthedonem huius Glauci patriam, vrbem esse Bœotiæ, vt Lactantius grammaticus, Strabo, & Plinius meminerunt. Licèt eam Naso in decimotertio Metamorp. Euboicam vocet vt, Nuper in Euboica membris Anthedone versis. non quòd Euboiæ sit, sed quòd Bœotiæ, in littore quod est ad Euboiam. Ad hanc Glaucus piscatos cùm captos pisces super herbam posuisset, & eos recepisse vidisset quam amiserant vitam, intellecta herbarum potentia, earum esu in deum mutatus dicitur, siue in balænam transformatus, vt H Straboni placet. de quo Statius in Syluis: Quoties patriis allabitur vndis Littoream blanda ferens Anthedona causa.

PAVL. *Cùm Galatea*) nympha maris, filia Nerei & Doridis. Sed pro ipso mari hoc in loco. *Receperit hunc diem vndis patriis*] hoc est, cùm sol occiderit. *Et terra erit plena secura quie- I tis*) cùm per noctem requiescent omnia quæ in tellure sunt. Et significat noctem, quæ præcedit vigēsimam diem Iunij. *Iuuenis surgit humo*) oritur Æsculapius: nam de eo loquitur. *Afflatus telis auitis*) quibus telis Iupiter auus eum vlciscitur. *Et porrigit*) ostendit. *Manus nexas*) implicitas. *Gemino angue*) ideo Ophiuchus dictus, id est, serpentem tenens. Vt reliquamus omnes Higini fabulas, cùm alij alium esse Ophiuchum dicant, hanc non præteribimus. Sic enim inquit, Complures enim astrologi hunc Æsculapium finxerunt: quem Iupiter Apollinis causa inter astra collocauit. Æsculapius enim cùm esset inter homines, & tantum medicina cæteris præstaret, vt non satis ei videretur hominum dolores leuare, nisi etiam mortuos reuo- K care ad vitam noluisset, fertur, Hippolytum, qui iniquitate nouercæ, & insania parentis erat interfectus, sanasse. Ita Eratosthenes dicit. Nonnulli Glaucum Minoos filium eius opera reuixisse dixerunt. Pro quo, vt peccato, Iouem domum eius fulmine incendisse: ipsum verò propter artificium, & Apollinem eius patrem, inter sydera anguem tenentem constituisse. Hac autem de causa anguem tenere dicitur, quòd cùm Glaucum cogeretur sanare, conclusus quodam loco secreto, bacillum tenens manu, cùm quid ageret cogitaret, dicitur anguis ad bacillum eius accessisse; quem Æsculapius mente commotus interfecit, bacillo fugientem feriens sæpius. Postea fertur alter anguis eodem venisse, ore ferens herbam, & in caput eius posuisse: quo facto, vtrosque loco fugisse. Quare Æsculapium visum, L & eadem herba Glaucum reuixisse. Itaque anguis & in Æsculapij tutela esse, & in astria dicitur collocatus. Qua consuetudine ducti posteri eius, tradiderunt reliquis, vt medici anguibus vterentur. Et vt idem inquit, decidens Ophiuchus exortu Geminarum, Cancri, & Leonis, peruenit ad terram: exoriens autem cum Scorpione & Sagittario apparet Constat stellis decem & septem. Anguis habet stellas tres & viginti. In primo libro de Æsculapio plura diximus. In tertio libro de Hippolyta, & Diana Aricina. Item & in quinto attigimus historiam Hippolyti. Non igitur immutabimus in referendis illis quæ iam diximus, sed Poëtam interpretabimur. *Notus est amor Phædræ*) quæ priuignum Hippolytum Thesei filium amauit, & in amore non respondentem,

A spōdentē, patri falsò de affectato concubitu accusauit. *Nota est iniuria Thesei*] qua iniuria filium innocentem affecit.
Ille credulus] Theseus, qui dictis vaoris fidem adhibuit. *Deuouit*) morti scilicet. *Suum natum*] Hippolytum Quoniam petiit à Neptuno mortem filij, ille marina monstra ad exterrendos equos iuuenis obiecit. *Equi*) Hippolyti, qui trahebant currum. *Solliciti*] timidi. *Terrentur*] obiectis Neptuni monstris. *Et frustrà retenti*) nam frustrà est ille conatus eos retinere. *Trahunt dominum*) Hippolytum. *Per scopulos*) per montes. *Et per dura saxa*) loca saxosa & aspera. *Exciderat curru*) verùm exanimus decidit è curru, audita nouercæ calumniâ. *Hippolytus*] curru excussus. *Et raptus*) raptatus, tractus ab equis. *Lacero corpore*] iam lacerato & discerpto. *Loris morantibus artus*] tenenti-
B bus artus implicitos: & cùm soluere se non posset, discerptus est. Lora dicta, à laura triumphorum, cùm captiui loris ligati ducantur ante currum. Hoc Donatus in Terentio affe-

rit. Multi lorum non intelligere, qui depravatus est. *Et reddiderat animam*] iam extinctus erat. *Multum indignante Diana*] quasi ægerrimè ferente mortem illius, quæ illum pudicè amabat. Quibusdam enim numinibus adduntur pueri, Cybeli Atys, Veneri Adonis, Cereri Triptolemus, Dianæ Hippolytus. *Coronides*] Æsculapius Apollinis & Coronidis nymphæ filius. *Ait, nulla causa doloris*) quasi non erit tibi dolendum. *Namque ego reddam vitam pio iuueni*) suscitabo extinctum, & restituam illi animam. *Sine vulnere*) ita vt nullum vulnus supersit. G *Et fata tristia*) quæ mortem hominibus afferunt. *Cedent arti meæ*] medicæ: quia inuitis fatis reuiuiscet Hippolytus. *Continuò depromit*] aperit & sumit. *Gramina*] herbas. *E loculis eburnis*] è capsulis ex ebore. *Illa*) gramina. *Prius profuerant manibus Glauci*) vmbris & vitæ Glauci Minois filij, de quo paulo antè diximus: illis enim graminibus extincto Glauco vitam reddidit.

*Tum cùm obseruatas * augur descendit in herbas,*
Vsus & auxilio est anguis ab angue dato.
Pectora ter tetigit, ter verba salubria dixit:
Depositum terra sustulit ille caput.
Lucus eum, nemorisque sui Dictynna recessu
*Celat, Aricino Virbius ille * lacu.*
At Lachesis Clothóque dolent sua fila teneri,
Et fieri regni iura minora sui.
Iuppiter exemplum veritus direxit in ipsum
Fulmina, qui nimiæ nouerat artis opem.
Phœbe querebaris, deus est, placare parenti:
Propter te fieri quod vetat, ipse facit.
Non ego te, quamuis properabis vincere Cæsar,
Si vetat auspicium, signa mouere velim.
**Sit tibi Flaminius, Thrasimenáque littora testes,*
Per volucres, aquos multa monere deos.

ANTON. *Vsus & auxilio est angui ab angue dato*] Serpentarius hanc ob causam anguem tenere dicitur, quòd cùm Æsculapius (vt Higinus refert) de Glauco ad vitam reuocando mente agitans, in secessu quodam serpentam baculo percussum interfecisset, alter herbam ore ferens accurrit, & mortui caput ea
C contigit: quo facto, ambo inde incolumes recesserunt. Ea ergo obseruata, ferunt Glaucum Æsculapij opera reuixisse. *Aricino Virbius ille lacu*] Hippolytum ab inferis reuocatum Diana nymphæ commendat Egeriæ, & eum Virbium, quasi bis virum iussit vocari. Nota est fabula. *Sua fila teneri*] produci hominum vitam. *Phœbe querebaris*] quòd Iupiter Æsculapium fulmine extinxisset. *Deus est, placare parenti*) ne succensa patri tuo, quoniam Æsculapius in deos relatus est. *Propter te fieri*
D *quod vetat ipse facit*] Sensus est: Facit Iupiter propter te quod fieri vetat: quia reuocauit Aesculapium in vitam, quamuis nolit tale aliquid ab aliis fieri. Virgilius: Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab vmbris Mortalem infernis ad limina surgere vitæ. *Non ego te quamuis properabis vincere Cæsar. Si vetat auspicium, signa mouere velim.* Quia dicturus est Flaminium auspiciorum contemptorem nono calendas Iulias cecidisse ad Thrasimenum, monet Cæsarem, ne vnquam vetantibus auspiciis signa moueat. *Sint tibi Flaminius, Thrasimenaque littora testes*) C. Flaminius homo temerarius apud lacum Thrasimenum cum Hannibale conflixit, vbi & ipse periit, lancea transfixus ab equite, cui nomen erat Ducarius, & quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt, cùm tanto animorū ardore pugnatum esset, vt constet vim terræ motus, qui
E dum confligeretur, multarum vrbium Italiæ magnas partes prostrauit, ac montes (vt inquit Liuius) lapsu ingenti proruit, neminem sensisse pugnantium. Non defuerant prodigia, quibus admoneri Flaminius poterat, ne manum cum hoste consereret. Nam & eum equus corruens super caput effudit, & signum à signifero difficillimè conuelli potuit, atque (vt Silius scribit) humo sanguis erupit. vt, Signa etiam effusa certant dum vellere mole, Teter humo lacera nitentum erupit in ora Exultans cruor. Via Flaminia, & Circus Flaminius ab hoc Flaminio nomen acceperunt, vt autor est Festus. Eius filius T. Flaminius paternam cædem vlcisci cupiens, à Prusia rege Hannibalem petiit, teste Plutarcho. Est autem Thrasimenus lacus in agro Perusino: quem cùm in soluta oratione multi Thrasumenum vocent, poetæ subtracta o litera proferunt, ne desideretur carminum sanitas. vt,
F Nunc voluente die Thrasumeni nomina seruant. &, Fulmina Tyrrhenas Thrasumeni torsit in vndas. Enim Silius nominatum à Thrasumeno puero fabulatur, quem possumus & Thrasimenum dicere. Quintilianus: Et Thrasimenum pro Thrasimeno multi etiam autores (si est in eo transmutatio) vendicarunt. Plinius autor est in secundo Naturalis historiæ, repentinos ignes existere & in aquis, &

Thrasumenum lacum totum arsisse. *Aequos deos*] benignos: qui aduersa nobis per aues prænunciant, vt nobis consulamus. H
PAVL. *Tunc cùm anguis descendit in herbas obseruatas*) cùm illi anguis superstes, laturus opem angui, quem interemerat Aesculapius, descendit in herbas, quas aut ipse antea obseruauerat, aut quas tunc obseruabat Aesculapius. *Et anguis*) extinctus. *Est vsus auxilio dato ab angue*) cū alter anguis vitam illi reddidisset. *Ter tetigit*) illis graminibus. *Pectora*] Hippolyti laceri. *Ter dixit verba salubria*) carmina, I quibus animam reuocarer in cadauer: vt solebat Erycto Thessala. Sed id nō est medicorū. *Ille*] Hippolytus. *Sustulit*] eleuauit caput, iā reuocata in corpus anima. *Depositū terra*] quod caput humi recumbebat. *Lucus celat eum*) abscondit illū Diana in sylua Aricina. De hoc in tertio. *Dictynna*] Diana: seu à nympha comite, seu à retibus, vt alias diximus. *Celat recessu sui nemoris*] in remotiore loco Artemisij, seu syluæ suæ Aricinæ. *Ille est Virbius Lacu Aricino*] dimisso enim priore nomine, Virbius est appellatus. *At Lachesis Clothóque dolent*] Parcæ, quæ mortalia fata dispensant. *Dolent teneri sua fila*] retardari vitam hominum magis, quàm ipsæ decreuerunt: & quæ erant iam truncata fila, adhuc retineri. *Et dolent iura sui regni fieri minora*] imminui suam potestatem, cùm quos letho dederint, K suscitentur. Et Diodorus inquit ipsum Æsculapium apud Iouem ab inferis accusatum, tanquam eorum imperium diminuentem, quòd excitarentur à mortuis homines illius cura. *Iupiter veritus exemplum*] ne exemplo Aesculapij quoque mortales mortuos essent suscitaturi. *Direxit fulmina in illum*] & fulmine extinxit. *Qui nouerat opem nimiæ artis*) nimiam artis medicæ potentiam, quæ mortuos suscitaret. *Phœbe querebaris*] extinctum filium. *Deus est*] relatus est in deos. *Placare parenti*] reconciliare Ioui patri tuo. *Facit ipse propter te*] tua causa. *Quod vetat fieri*] excitauit ab inferis filium tuum, & cœlo intulit: sed non vult vt hoc mortales possint, aut audeant. *Non ego te quamuis*) Quarto die ab ortu Aesculapij, hoc est, 24. die Iunij non est bonum exire ad bellum: nam infausta, & in fastos relata, clade Flaminij, qui spretis auspiciis contulit signa cum Hannibale, & fusus est exercitus Romanus ad Thrasimenum lacum. De L quo ita Valerius loquit: C. autem Flaminius inauspicatò consul creatus, cùm apud lacum Thrasimenum cum Hannibale conflicturus, conuelli signa iussisset, lapso equo super caput eius, humi prostratus est. Nihilque ea prodigio inhibitus, signiferis signa moueri sua sede posse negantibus, malum continuò nisi ea effodissent, minatus est. Verùm huius temeritatis vtinā sua tantum, non etiam pop. Rom. maxima clade pœnas pependisset. in ea namque acie 15. milia Roman. cæsa, 6. milia capta, 10. milia fugata sunt. Consulis obtruncati corpus ad funerandum ab Hannibale quæsitum est: qui quantum in ipso fuerat, Romanum sepelierat imperium. Poeta vsus exemplo Flaminij hortatur Germanicum,

ne contra auspicia conserat cum hoste manum. *O Cæsar*) Germanice. *Ego non velim te mouere signa*] vexilla ad confligendum cum hoste. *Si vetet auspicium*] si habeas auguria contraria: aut si prodigia & omina prohibeant. *Quamuis properabis vincere*] etiam cùm acceleres victoriæ cupidus. *Sunt tibi testes Flaminius*) consul ab Hannibale trucidatus. *Et littora Thrasimena*) ripæ Thrasimeni lacus, qui est in Hetruria, inter Perusiam & Cortonam. *Deos æquos*) benignos. *Multa monere per volucres*) per augurés. Benigni dij monuerant, ne consereret ille manus. ille deorum monitis non paruit: ideo periit.

Tempora si veteris quæris temeraria damni,
Quartus ab extremo mense bis ille dies.
Postera lux melior, superat Masanissa Syphacem,
Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.
Tempora labuntur, tacitísque senescimus annis,
Et fugiunt freno non remorante dies.
Quàm citò venerunt Fortunæ Fortis honores,
Post septem luces Iunius actus erit.

ANTON. *Postera lux melior*] 8. Cal. Iul. Romani secunda fortuna vsi sunt. *Superat Masanissa Syphacem*] Iustinus refert Masanissam regem Numidiæ dictum inter duos Africanos vrbis Romæ tertium seruatorem: cui captus Syphax imputatur, victus Hannibal, & deleta Carthago. Sed requirimus hoc in loco diligentiam nonnullorum, qui hoc tempore, hoc est, 8. Cal. Iulias Syphacem atque Asdrubalem Gisgonis filium volunt fuisse à Masanissa rege prope Vticam superatos, cùm constet eo in loco non æstate, sed veris initio, teste Liuio, Scipionem vnà cum Masanissa & Lælio potitum castris Asdrubalis & Syphacis. Vnde illud est Iuuenal. 8: Tolle tuum precor Hannibalem, victúmque Syphacem In castris. Quo tempore bina castra eadem nocte cæde vna deleta sunt, cæsáque aut vsta flammis ad 40. milia hominum. Sciendum igitur, hîc diem ostendi, quo Masanissa exacto iam vere Syphacem non ad Vticam, sed in eius regno & superauit & cepit. Asdrubal enim & Syphax post eam quam diximus calamitatem acceptam in castris, coacto peditatu & equitatu, exercitum repararunt: & à Scipione iterum non longè ab Vtica victi sunt, Numidis ac Pœnis in fugam conuersis, & magna parte fugientium interfecta. Vnde cùm Syphax in Numidiam, atque inde in antiquum eius regnum profectus esset Masanissa incredibili cupiditate perdendi eius regis, à quo paterno regno expulsus fuerat, eum cum expedito equitatu persecutus est. quem demum, adiuuante Lælio, victum & captum legimus, atque Albam missum: & deinde Tybure, quo ex Alba traductus fuerat, mortuum paulo ante triumphum Scipionis. quamuis Polybius eum in triumpho ductum tradiderit, vt Liuius refert. *Et cecidit telis Asdrubal ipse suis*) Hic Asdrubal non est Gisgonis filius, sed Hannibalis frater, qui hoc tempore cæsus est ad Metaurum flumen, quod ad Fanum Fortunæ patriam meam in mare superum cadit. in cuius alueo temporibus nostris * elephantis repertus est, testis victoriæ Romanorum, cuius præcipua laus Claudij Neronis fuit, qui relictis castris, ita vt Hannibalem falleret, ad Senam cum electa manu M. Liuij collegæ castra silentio ingressus, Asdrubalem circumuenit: cum quo ceciderût hominum millia 57. ita vt constet nunquam secundo bello Punico vna acie tantum hominum interfectum. Est & apud Metaurum eius pugnæ monumentum collis, quem deprauato vocabulo, pro Africano, Afrianum appellant. Hic est vbi castrametari Asdrubal voluit, cùm M. Liuius omnibus peditum copiis ad conserendum prælium instructis aduenit, vt T. Liuius scribit: quem historicum, dij boni, quicunque loci eius faciem fueris contemplatus, non Patauinum existimauerit, sed Fanensem: adeò vel quæ à geographis prætermissa sunt atque contempta, ille est & exactissima diligentia & diuino ingenio consecutus. Sanè fluuius Sena ad quê fuerunt castra Liuij, cùm Nero se illi adiunxit, is est qui ad Senogalliam vrbem mare ingreditur, quæ distat à Metauro flumine ad 13. millia passuum. Eam hoc tempore illustrissimus dux atque magnanimus Ioannes Roboreus, Sixti summi Pontificis nepos, ac præfectus vrbis, quem tu inclyte Federice non immeritò tibi generum asciuisti, vt est eminentissimo ingenio, ac prudentia singulari, in regiones ac vicos aptissimè distributam, nouo murorum ambitu auget, & ad priscam amplitudinem redigit, amplexus quicquid tempus rerum edax & senectus inuidiosa consumpserat. Vbi nos vidimus proximè viarum strata, portum, fora, ædes magnificas incredibili celeritate confectas: item arcem omnium munitissimam, ac tanto impendio & industria fabricatam, vt iure inexpugnabilis censeatur. *Tempora labuntur, tacitísque senescimus annis, Et fugiunt freno non remorante dies*) Horæ prætereunt, & dies, & menses, & anni, & nihil est annis velocius. *Fortunæ Fortis honores*] Fors Fortuna, quæ non rectè à quibusdam Fortis Fortuna dicitur, ædem trans Tiberim habuit, teste Donato; cuius dies festus celebratur hoc tempore ab his qui arte aliqua viuebant. Vnde illud est Columellæ ad olitores: Et celebres Fortis Fortunæ dicite laudes: Est autem Fors Fortuna, vt inquit Donatus, τύχη ἀγαθή, cui quoniam in bono ponitur, Seruius Tullius non immeritò templum dedicauit. Varro: Dies Fortis Fortunæ appellatus à Seruio Tullio rege, quod is fanum Fortis Fortunæ secundum Tyberim extra vrbem Romam dedicauit Iunio mense. Liuius: De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locauit, prope ædem eidem deæ à Seruio Tullio dedicatam. *Post septem luces Iunius actus erit*] Fors Fortuna octaua Calendas colitur, quo die Masanissa Syphacem superauit, & Hasdrubal periit.

PAVL. *Si quæris tempora temeraria veteris damni*] si vis scire diem, quo die temerarius consul tantam iacturam fecit. *Ille dies est dies quartus ab extremo mense*) octauus dies à fine mensis: sic erit 9. Calend. Quintiles, hoc est 23. die Iunij, ea in fastis & in annalibus notata est, & habita semper infausta. *Postera lux*) sequens dies qui erit 24 Iunij. *Est melior*) fœlicior, duabus victoriis, quæ diuersis temporibus, sed eadê die contigerût. *Masanissa superat Syphacem*] Masanissa rex Massiliorum, dum pro Carthagine in Hispania militat, amisso patre Galla, de regno exciderat. Quo per bellum sæpe repetito aliquot præliis à Syphace rege Numidarum victus, in totum priuatus est, & cum ducentis equitibus Scipioni se iunxit. Postea in Africa Scipio, adiuuante Masanissa, Carthaginenses & eundem Syphacem, Hasdrubalémque pluribus præliis vicit, binàque hostium castra expugnauit, in quibus 40. millia hominum ferro ignique côsumpta sunt, & Syphax ipse captus. Sed ante hæc Hasdrubal Hannibalis frater, qui cum exercitu nouo transcenderat Alpes, vt se Hannibali coniungeret, cum millibus hominum 56 cæsus est, M. Liuij consulis ductu, & opera etiam Claudij Neronis collegæ. Ideo Poeta, nunc & ipse Hasdrubal cecidit suis telis cum suis armis & omni exercitu cæsus est. Relata igitur & hæc dies in Annales, tanquam fausta Romanis. *Tempora labuntur*) Interponit non incomptè sententiam temporis citò labentis, quòd iam consenuerat poeta, cùm emendaret opus, & esset hos sex libros editurus. *Labuntur*] inquit, *tempora & nos senescimus annis tacitis*] rapimur in senectam annis tacitè fluentibus. Horat. Heu heu fugaces, Posthume Posthume, Labuntur anni: nec pietas moram Rugis, & instanti senectæ Affert, indomitæque morti. *Quàm citò venerunt honores Fortis Fortunæ*] quàm citò venit festum Fortis Fortunæ. * Genitiuus est Fortis, Fors. * Aliquid inest latentis affectus, cur potius in hoc quàm cæteris in festis diuertit. *Iunius erit actus*) exactus. *Post septem luces*) hoc est, post septem dies. sic indicat 24. diem, quo & illæ victoriæ contigerant. à 24. enim die numerando, vsque ad finem Iunij septem dies sunt. Dies Fortis Fortunæ, vt inquit Varro, appellatus à Seruio Tullio rege, quòd is fanum Fortis Fortunæ secundum Tiberim, extra vrbem Romam dedicauit. Præterea dedicasse & aliud templum Fortunæ paruæ, testis & Plutarchus Problem. 74. Et Dionys. inquit eum extruxisse duo Fortunæ templa, qua per omne vitæ tempus visus erat vti prosperè: alterum in foro boario, alterum ad ripas Tiberis, et Fortunæ quam Virilem appellauit. De hac egimus in 4. lib. & eodem Problem Plutarchus Masculæ Fortunæ meminit ab eodem consecratæ. Erat etiam, eodem autore, templum Fortunæ viscatæ, quasi ab ea nos procul capiamus, & negotiis ac rebus inhæreamus. Post eiectos autem reges, sed longo interuallo Furius Caruilius, qui consul fuit cum Papirio Cursore, alterû Fortis Fortunæ templum dedicauit. Erat præterea templum Fortunæ muliebris, à senatu dedicatum, tum cùm mulieres, hoc est, & mater & vxor, Martium Coriolanum ab impetu in patriâ repressissent. Erat & templû Fortunę publicę, cuius superiore libro meminimus, à populo in libertate côsecratû.

Ite, deam læti fortem celebrate Quirites,
In Tiberis ripa munera regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba:
Ne pudeat potos inde redire domum.
Ferte coronatæ iuuenum conuiuia lintres,
Multáque per medias vina bibantur aquas.
Plebs colit hanc: quia qui posuit, de plebe fuisse
Fertur, & ex humili sceptra tulisse loco.
Conuenit & seruis, serua quia Tullius ortus,
Constituit dubiæ templa propinqua deæ.
Ecce suburbana rediens malè sobrius æde,
Ad stellas aliquis talia verba iacit:
Zona latet tua nunc, & cras fortasse latebit,
Dehinc erit Orion aspicienda mihi.
At si non esset potus, dixisset eadem
Venturum tempus solstitiale die.
Lucifero subeunte, Lares delubra tulerunt,
Hic vbi fit docta multa corona manu.
Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim
Ante Palatini condidit ora iugi.
Tot restant de mense dies, quot nomina Parcis,
Cùm data sunt trabeæ templa Quirine tuæ.
Tempus Iulais cras est natale calendis.
Pierides cœptis addite summa meis.
*Dicite Pierides, quis vos * addixerit isti,*
Cui dedit inuictas victa nouerca manus.

ANTO. A *In Tiberis ripa*] Secundum T[illegible], vt diximus, hæc [illegible] es fuit, quam Donatus trans Tiberim fuisse [illegible] statut, quò & pedibus iri poterat per pontes, & per fluuium lintribus vehi. *Plebs colit hanc*] Colebant Fortem Fortunam qui arte aliqua viuebant, vt dictum est, item serui. *Qui posuit.* Seruius rex qui eam ædē struxit. *Serua*] Quia B Tullius ortus Idibus Sextilis, serui ac seruę omnes diem festum agebant, & vnores purgare ac lauare capita consueuerunt, autore Plutarcho. Eo enim die Seruium Tullium ortum ferunt, quo capitis purgatio ac libertas ab ancillis cœpta processit. *Templa propinqua*] vrbi proxima. Aut certè propinqua æde, quam Caruilius consul postea prope hoc templum faciendam locauit. Lege Liu. C [illegible] Decad. lib. vlt. & caue accipias ædem Fortunæ à Seruio rege in vrbe dedicatam, quam Nero aurea domo complexus est. Quamuis constat eūdem regem ædificasse multas ædes Fortunæ, vt Primigeniæ, Masculæ, Paruæ, Conuertentis, Bene sperantis, Virginis. *Zona latet*] &c. 6. Calen. Iulias Orionis Zona in ortum heliacum fertur: quem non multum posse differri, antecedens ortus docuit eius sideris incertorum. Ea Zona tribus stellis constat, teste Higino, exoriturque Assyriæ 5. nonas Iulias, vt Plinius tradit. *Eodem venturum tempus solstitiale die*) non D quo Zona exurgit, sed quo Fors Fortuna celebratur. Neque enim autor hoc loco Hipparchum sequitur, cuius ratio docuit, teste Columella, solstitia & æquinoctia in primis signorum partibus confici: cum ea secundum Eudoxum & Methonem, nonnullósque astrologos ex antiquis, quorum fasti aptati sunt publicis sacrificiis, in octauis signorū partibus peragrantur: quæ tamē non aliquos tempestatum significatus habent, vt Plinius docet, qui æstiuum solstitium magnum anni cardinem vocat, quod ipse in octaua parte Cancri, & octaua Calendas Iulij confici scribit, vertique eorum die nonnullarum arborum folia: vt oleæ, tiliæ, salicis, cùm Sol ad aquilonem scandens, ab ea meta incipit flecti, atque ad austrum digredi, aucturus noctes sex mensibus, ablaturúsque dies mensoram. Idem etiam mouet, e palumbiom gemitu non colligi confectum sidus, peractúmque solstitium, nisi cùm eas videris incubātes. Sciendum & Chaldęos E non sentire cum Hipparcho, qui octaua Calend. Ianuarij brumale solstitium ponunt. *Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt.* De Laribus multa superius dicta sunt: quos docuimus coli solitos Romæ publicè & priuatim. ij coronis ornabantur. vt, gracilis vbi parua coronas Accipiunt fragili simulacra nitentia cera. Quibus Æmilius Regillus prætor bello Antiochiæ ædem in campo Martio curandam vouit, autore Macrobio. His Ouidius hoc loco templum dicatum inquit 5. Calend. Iulij, ad quod habitabant puellæ, quæ coronas texere consueuerunt. *Tempus idem Statoris erit*] Quinto quoque calend. Iul. Ioui Statori ædes sacrata est, quam Romulus condidit ad radices montis Palatini, votam eo tempore, quo ipse aduersus Tatium pugnans, Romanos fugientes conspexit: qui seu fortè, seu diuinitus restiterunt, cùm Romulus, vt inquit Liuius, arma ad cœlum tollens, dixisset: F Pater deûm hominúmque, hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis, fugamque fœdam siste. Eam ob causam à sistendo magis, quàm à stando Statorem Iouem dictum existimant, in cuius ædem Cicero Catilinæ conatibus reluctari cupiens, senatum vocauit: quò cum Catilina venisset, grauissima oratione illum corripuit, & in exilium ire iussit. *Tot restant de mense dies quot nomina Parcis*] Quarto Calend. Iul. dicata est ædes Quirino, id est Romulo, in monte Quirinali, cùm reliqui sunt tot huius mensis dies, quot sunt Parcarum nomina. Potuit autem monti Qui- G rinali ab eo templo vocabulum datum, quod constitutum est, postquam Romulus abiisse ad deos creditus est. Huic purpuræ vsus fuit in trabea. vnde ab Ouidio trabeatus dictus est, in primo huius operis libro, vbi ostēdimus tria esse genera trabearum, autore Seruio, è quibus vnum fuit Romanorum regum insigne. *Trabeæ tuæ*] tibi trabeato. *Tem-* H *pus Iulais cras est natale calendis*] Non placet quod quidam scribunt, tradi hoc loco Iulium Cæsarem calendis Iuliis natum, quem ad quartū idus Iulias in lucem editum Macrob. scribit. vnde Iulius mensis nomen accepit, autore Festo. Accedat ad hoc, quòd natalis C. Cæsaris dies, explicandus erat ineunte Iulio potius, quàm Iunio desinente. Sensus ergo est: Festum Herculis Musarum, vbi ventum est ad diem I Iunij mensis extremum, hoc est, pridie calend. Iul. celebrari: quo tempore dicere solemus, Cras calendæ Iuliæ orientur. Eorum deorum ædes structa est Romę, vt inquit Suetonius, à Martio Philippo, qui Augusti vitricus fuit. De quo ait Martial. Vires censeo porticum Philippi. Si te viderit Hercules, peristi. Et Iuuenal. Alta parabat Culmina villarum Græcis, longéque petitis Marmoribus vincens Fortunæ atque Herculis ædem. Colebatur autem Hercules in eadem æde cum Musis: quia constat eum temporibus Saturni, vt Plutarchus & Macrobius tradunt, primùm in Italia literas docuisse, quas Euandrum ab eo didicisse, Ioba in suis tradidit monumentis. Fuerunt in eo templo Fasti Fuluij Nobilioris, teste Macrobio. *Addite summa*] extrema quę restant, vt libellus hic impleatur. *Quis vos addixerit isti*] Addicere K propriè quid sit, diximus supra: hic est adiungere. *Nouerca*] Iuno: quæ iubendo lassata est, cùm Hercules agendo fuerit indefessus. *Inuictas manus*] monstrorum omnium domitrices, quæ subiecta sunt Herculi voluntate Iunonis.

PAVL. *Ite læti Quirites*] Romani. *Celebrate fortem deam*] sacrificate Forti Fortunæ. *Habet munera regis in ripa Tiberis*] habet templum à Seruio rege conditum, & consecratum in ripa Tiberina extra vrbem. *Decurrite vos Quirites*) properate ad templum Fortunæ. *Pars pede*] cùm pedes ire possit. *Pars celeri cymba*] quoniam per Tiberim cymba potest illuc deferri. *Nec pudeat*] quasi non habeatur turpe. *Redire inde domum potos*] reuerti multo epoto vino: quia conuiuia quoque extra vrbem fieri debent. *Lintres*] nauiculæ fluminales, vt inquit Nonius. Virg. Cauat arbore lintres. *Vos lintres*] nauiculæ coronatæ. *Ferte conuiuia iuuenum*] iuuenes L simul epulantes. *Et bibantur multa vina per medias aquas*] per Tibrim in lintribus bibendum est, & multum vini exhauriendum. *Plebs colit hanc*) Fortem Fortunam. *Quia fertur*) dicitur. *Fuisse de plebe*] nam ex obscuro genere. *Qui posuit*] Seruius seu autor eius templi hic dicitur. Sed superius ostenderat cœlesti semine natum. *Et tulisse sceptra ex humili loco*] quasi ex infima conditione ad regnum ascendisse. *Conuenit & seruis*] serui quoque celebrare debent festum. Quia Tullius ortus serua, natus ex Ocrisia Corniculana. *Constituit templa propinqua*) nam Fortis & Paruæ. Aut propinqua, quia velut cognata seruis, qui in infima conditione versantur. *Deæ dubiæ*] Fortunæ. *Ecce aliquis rediens malè sobrius*) qui redit parum sobrius è poto mero. *Iacit talia verba ad stellas*] hæc loquitur, cœlum intuens post occasum vigesimiquarti diei ipsius mensis. *Orion Zona tua la-*

tet] non videtur eo tempore zona Orionis. *Latet nunc, & latebit cras*] quia neque vigesimoquarto, neque vigesimoquinto poterit videri. *Dehinc*] postea. *Erit mihi videnda*] nam vigesimosexto die apparebit zona. *At si non esset potus*] ille qui cœlum intuetur, si non esset ebrietatis caligine obrectus. *Dixisset eadem die*] qua & visurum se zonam dicebat. *Venturum nobis*] affuturum. *Tempus solstitiale*] solstitium æstiuum: quod Poeta ostendit sexto cal. Quintiles, Columella octauo calen. sic & Florentinus princeps. *Lucifero subeunte*] die sequente. *Lares tulerunt delubra*] fuêre illis templa consecrata. De his diximus in secundo libro, & plura in quinto. Sed quinto calend. Quintil. hoc est vigesimaseptima die Iunij dedicata sunt illis templa in ea parte vrbis, vbi erant Coronariæ. Et vt superiore libro dictum, Augustus, Tranquillo teste, Compitales lares ornare bis in anno instituit, vernis floribus & æstiuis. *Hic*] sunt ipsa templa. *Vbi fit multa corona docta manu*] vbi sunt coronarum artifices, praxi.rium Philyra, & Glycera. *Idem tempus*] eadem dies vigesimaseptima mensis. *Erit Statoris*] nam erit festum Iouis Statoris. Cuius templum Romulus voto dedicauit, bello Sabino, cùm Romana acies inclinasset: deinde voto regis constitisse videtur, à consistentibus militibus, Statorem Iouem appellauit. *Quod olim condidit Romulus ante ora iugi Palatini*] nam inter Palatium & Capitolium constitutum est templum. *Tot dies cessant*] supersunt. *De mense*] Iunio. *Quot nomina Parcis*] quæ tres sunt, vt aliàs dictum. sic tres dies superabunt, & erit vigesimaoctaua die mensis. *Cum, ô Quirine*] Romule. *Sunt data templa*] constituta & consecrata templa. *Trabea tua*] tibi trabeato. Dedicatum est illi templum in colle Quirinali. Sed de morte eius, & relatione in cœlum, & eius persuasione, diximus in secundo. *Tempus natale Iulais calendis eras est*] die crastini erunt calendæ Iuliæ. Sed natale tempus, Iulæis dixit, quòd hoc mense natus est Iulius Cæsar, ea sacra Iulæa donin. Et cùm prius Quintilis diceretur, in honorem Iulij Cæsaris, legem ferente M. Antonio M.F. consule, Iulius appellatus est, quòd hoc mense, quarto die iduum Iulius ipse procreatus fuerit. *Pierides*] Musæ. *Addite summa*] quasi extremam manum. *Mens coepta*] huic parti operis, quam nunc editurus sum. *Dicite Pierides*] Per Epanalepsin. *Quis adduxerit vos ?estine*] ad templum Herculis. *Cui*] Herculi. *Nouerca victa*] Iuno, quæ victa tandem est virtute illius. Nam vt ipse in Metamorphoseon libris inquit: Defessa iubendo Sæua Iouis coniunx, ego sum indefessus agendo. *Dedit manus inuicta*] propterea quòd vicit omnia monstra, quibus eum obiecerat Iuno. Hoc petit Poeta, quis consecrauerit templum Herculi Musisque commune. Sic enim dedicauerat ædem Martius Philippus, Augusti vitricus, vt testis est Sueton. Rationem huic rei Plutarchus affert Problem. 59 quòd Hercules Euandrum literas docuit, sicut Iuba monumentis tradidit: quòd honestum & honorificum duceretur, amicos ac propinquos docere. Nouissimè namque institutum est, vt mercede discipulos docerent. Quippe omnium primus Sp. Carbilius ludum aperuit, eius libertus qui & ipse Carbilius appellatur, primus omnium Romanorum vxorem repudiauit. Hæc ille.

> *Sic ego, sic Clio, clari monimenta Philippi*
> *Aspicis vnde trahit Martia casta genus.*
> *Martia sacrifico deductum nomen ab Anco,*
> *In qua par facies nobilitate sua est.*
> *Par animo quoque forma suo respondet in illa,*
> *Et genus, & facies, ingeniúmque simul.*
> *Nec quod laudamus formam, tam turpe putaris,*
> *Laudamus magnas hac quoque parte deas.*
> *Nupta fuit quondam matertera Cæsaris illi:*
> *O decus, ô sacra fœmina digna domo.*
> *Sic cecinit Clio: docta assensere sorores.*
> *Annuit Alcides, increpuitque lyra.*

ANTON. *Vnde trahit Martia casta genus*) Non improbandum est in re minus comperta, cùm afferrtur aliquid verisimile, vt nô facere oportet in hac nostri operis parte, quod tandem ad vmbilicum adducimus, vbi verum ostenditur, vulgo quod dici solet, Caudę non facilè pellem detrahi. Alij pace nostra dissentiant à nobis, & hunc locum interpretentur vt placet. Nos Martiam, de qua hic agitur, neque Iuliæ matrem esse sentimus, amitæ C. Cæsaris Dictatoris, quam is quæstor defunctam laudauit, vt Suetonius refert: neque vxorem Catonis Vticensis, Martij Philippi filiam, quam Hortensio traditam, & ex eo prægnantem Cato domum reduxit, teste Appiano: sed aliam, egregia forma & castitate præstantem, quæ culta est ab vxore Nasonis. vt, Cuncta licèt facias, nisi eris laudabilis vxor, Non poterit credi Martia culta tibi. Hanc suscepisse Philippum arbitramur, non ex Accia, quæ mater, non matertera fuit Augusti: sed ex Acciæ sorore, quæ cùm Philippo nupserit, vt nobis videtur, non multo post nuptias humanis rebus excessit. Vnde illud non sine voce ac vultu ad dolorem accommodato pronunciandum est, O decus, ô sacra fœmina digna domo. Eius nomen non est cur admirari debeamus non esse memoriæ proditum, quòd pleraque nomina sunt, quę carmina non recipiunt: quamuis quidam illud adducunt, fuisse qui Augusto materni generis ignobilitatem obiecerit. Martiæ verò nomen ab Anco Martio rege deductum Ouidius putat, ex quo Iulius Cæsar amitæ suæ matrem voluit appellatam. vt, Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum dijs immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Martij reges, quo nomine fuit mater. Sed quòd plerique eandem esse Martiam & matertesam Cæsaris volunt, non placet, cum ijs Ouidius reluctetur, vt, Hanc probat, & primo dilectam semper ab æuo Est inter comites Martia censa suas. Inque suis habuit matertera Cæsaris antè: Quarum iudicio si qua probata, proba est. Sciendum Acciæ idem ferè contigisse quod & sorori, vt non diu vixerit post Philippi nuptias: quod verum esse non negabit, qui spacia temporum, vti nos fecimus, diligentius metietur. *Martia sacrifico deductum nomen ab Anco*] Viuebat hæc Martia, cùm Ouidius exularet: cuius venustas à poeta laudatur non quæ fuerat, sed quæ tum erat, cùm Naso hæc scriberet. Vnde Martiam Catonis accipere vllo modo non possumus. *In qua par facies nobilitate sua est*] Cauendum, ne deprauato versu legamus: In qua par facies nobilitate fuit.

Nam & antè legimus: Vnde trahit Martia casta genus: non, Vnde traxit. & postea subiungitur, respondet in illa Et genus & facies: non, Respondit. *Et genus & facies ingeniúmque*] Primum est fortunæ bonum, secundum corporis, tertium animi. *Quod laudamus formam*] quam castitas rarò comitatur. *Nupta fuit quondam matertera Cæsaris illi*] Acciæ sorori, Augusti Cæsaris matertera, ac mater Martiæ. *O sacra fœmina digna domo*] non digna interitu, sed quæ diu Martij Philippi connubio poteretur. *Lyra*] non Herculis, sed Musarum. De lyra & cithara nonnihil diximus in quinto huius operis libro, quæ differunt aliquid, vt Higini & Porphyrionis ostendimus testimonio: quamuis interdum confundantur. Illud dubium non est, lyram musicum instrumentum esse, quod multarum chordarum est, manúque pulsatur: quemadmodum & barbitos, quam Theocritus polychordon appellat. & nonnulli citharæ genus vel lyram ipsam esse volunt. cuius nomen cùm plerique Græcum esse arbitrentur, Strabo Barbarum putat, vti est Magas, Nablium, & Sambuca.

PAVL. *Sic ego*] quæsiui. *Sic Clio*] musa respondit. *Monumenta clari Philippi*] adduxere scilicet nos in templum Herculis. Philippus Martius, qui cum Lentulo consul fuit, ab Anco Martio genus trahens. *Aspicis*] tu. *Vnde*] à quo Philippo. *Trahit genus*] hoc est, vnde nata sit. *Martia casta*] Hæc filia fuit Martij Philippi, quam Cato Vticensis post diuortium Atiliæ, puellam admodum vxorem duxit. Hæc est illa Martia, vt inquit Plutarchus in Catone Iuniore, de qua tā multa feruntur. Posteaquam Catoni filios peperit, petenti Hortensio cupiditate sobolis Cato dedit: consentiente etiam Philippo, vt Plutarchus testatur. Plusáque de eodē Lucanus agit, & nos multa etiam in Lucano diximus. Mortuo Hortensio, cùm Cato Pompeium sequuturus esset in bella ciuilia, domus & filiarum suarum gratia, vt Plutarchus inquit, Martiam rursus accepit, quæ tunc vidua erat, & ab Hortēsio hæres relicta. Ei curam rei familiaris & filiarum commisit, & Pompeium sequutus est. Cato se ipsum conficiens mortuus est 48. ætatis anno. Illa iunior erat, vixitque in longam senectam. Ita vt Ouidius eam non modò viderit, sed necessitudinem quoque contraxerit. & tertiaejus vxor, puella de domo Fabiorum, Martiam coluit, & comes illius fuit. Vnde in libris de Ponto ad Maximum: Ille ego de vestra cui data nupta domo. Hanc probat, & primo dilectam semper ab æuo, Est inter comites Martia censa suas. Inque suis habuit

A materterа Cæsaris antè: Quarum iudicio si qua probata, proba est. Et in elegia, Æquot Iasonio, ad vxorem: Cuncta licet facias, nisi eris laudabilis vxor, Non poteris dici Martia culta tibi. Non igitur sine causa factum est, vt hoc quoque in loco Martiæ meminisset. *Martiæ nomen deductum*] quæ genus & nomen longa temporum serie deductum habet.
Ab Anco sacrifico] ab Anco Martio quarto Rege Romanorum. Sacrifico dixit, quoniam natus est ex filia Numæ Pompilij, qui tot sacrorum ordines & sacrificia & cerimonias instituit. & ipse aliquando auum maternum imitatus est.
In qua] Martia. *Fuit facies par nobilitate*) nam vt genere illustris, ita & illustris forma. *Sua forma par respondet animo suo in illa*) vt præstantis formæ, ita & animi quoque præstantis. Sic illa prædita omnibus bonis, fortunæ, corporis, & animi. *Et genus & facies, & ingenium*] simul hæc tria paria respondent in illa. *Hoc in putaris turpe*] quasi non B existimes id esse reprehensibile. *Quod laudamus formam*] ipsius Martiæ. *Laudamus magnas deas*) laudare solemus Iunonem, Pallada, Dianam, Venerem, & cæteras. *Hac quoque parte*] ab ipsa forma. *Matertera Cæsaris fuit quondam nupta illi*) Philippo. Ipse Martius Philippus antequam habuisset Acciam matrem Augusti vxorem, habuit sororem matris Cæsaris. De quo Cæsare dicat, videtur hic dubium: an habuerit sororem matris C. Cæsaris, an sororem Acciæ matris Augusti, an sororem Liuiæ. Sed cùm poëta rationem habeat vxoris, quæ apud materteram Cæsaris, vt diximus, paulo antè fuerit, Inque suis habuit matertera Cæsaris antè: puto de eadem hoc in loco dicere. sic intelligemus de sorore Liuiæ, quæ matertera erat Tiberij, longè maior natu quàm Liuia Drusilla. Quod Volscus quoque noster asserebat. C *O decus*] ô ornamentum. *O femina digna sacra domo*] ô matertera Cæsaris digna connubio sacrificæ gentis Martiorum. *Sic Clio cecinit, doctæ sorores assensere*] cæteræ Musæ affirmauêre dicta Clius. *Alcides annuit*] Hercules quoque affirmauit. *Et increpuit*) hoc est, insonuit. *Lyra*) & omnis Musarum cithara, in ipsa æde à Martio Philippo dedicata. In qua & Herculis simulacrum erat, & omnium Musarum effigies.

Hæc in fastos Nasonis scripsimus, lector candide, qua visum est breuitate, vt neque omitterentur necessaria, neque multum in his consisteremus, quæ vel nota omnibus ducebamus, vel si a nobis à vertice, vt aiunt, ad calcem referrentur, tibi fastidium allatura. ne obijceres nobis illud Iuuenalis, Scriptus & in tergo, nec dum finitus Orestes: diceresque nos sancto, vt aiunt, sabbato longiores, qui non grauaremur alterum interpretandi laborem suscipere, si extaret reliquum huius operis, quod Franciscus Venetus totius penè G orbis terrarum peragrator, nobis iureiurando firmauit vidisse, ac legisse apud inclytum regem Gallorum: quod verúmne sit, alij viderint. Nos æquo animo ferre non possumus vsque adeò nobis inuidisse fortunam nobilissimorum Fastos poetarum, vt eorum quos Sabinus inceptos reliquisse dicitur, nihil appareat, & consummati ac luculenti operis Nasonis dimidium requiratur. Tu autem Federice dux excellentissime, cui non solùm hoc tempore commentarios nostros, sed iam pridem animam ipsam & mentem dicauimus, quæso vti hoc opusculum illustri principi Guidoni Vbaldo filio tuo, cui summa omnia debentur, aliquando legendum tradere non dedigneris: qui tametsi nondum excessit è pueris, neque à nobis potest quam ipsi desideramus eloquentiam mutuari, non parum tamen proficiet, si & maximo ingenio Principi fuerit cum ingenioso poeta Nasone commercium, & qui præclarissima est indole, præmaturóque consilio, ac supra ætatem literis eruditus, ita vt spem H & vota omnium iam exuperet, versabitur quocunque modo inter Romanos rerum dominos: atque iis nostris legendis, ad paternam pariter & Romanam illam magnanimitatem ac magnificentiam aspirabit. Quanquam earum cæterarúmque virtutum veluti flosculi quidam ita in hoc principe iam apparent, vt non solùm fortuna & dignitate, quam obtinet, atque amplissimo principatu, sed tali ac tanto parente, dignissimus habeatur: necnon & patruo Octauiano Principi grauissimo, ac celeberrimo, omniúmque liberalium disciplinarum cognitione præstanti, ad cuius singularem humanitatem, modestiam & grauitatem illud accedit memorabile, rarum, ac penè diuinum, & nostris temporibus admirandum, quód inclytos fratrem ac nepotes tanta beneuolentia & charitate complectitur, vt iureiurando affirmare valeam, nusquam ferè eiusmodi pietatem in vllo principatu fuisse perspectam. I

FASTORVM LIBRI SEXTI FINIS.

PHILIPPI MELANTHONIS IN LIBROS FASTORVM SCHOLIA.

IN LIBRVM PRIMVM.

HI libri sunt scripti & dedicati Augusto, verùm in exilio sunt emendati & dedicati Germanico. Fasti significant simpliciter idem quod nunc vocamus Calendarium. Est ergo argumentum libri. Poeta describit Romanum calendarium, festa & fabulas festorum, sicut nostro tempore Mantuanus. Prodest autem lectio huius libri. I. Quia continet exempla ortuum & occasuum aliquot stellarum, quas certè necesse est tenere ad conseruandam rationem temporum: & veteribus ortus illi & occasus erant Calendarium. sic describitur ab Hesiodo. II. Sunt multa historica, quibus certè opus est in omni vita, & in omni genere doctrinarum. III. Prodest adolescentibus legere ista poemata ad conseruationem linguæ Latinæ, & discendam grammaticá. IIII. Multa sunt hic vocabula & appellationes, quæ partim ad Grammaticam, partim ad physicam pertinent. V. In ipso poemate sunt multi loci communes, & exempla rhetorica. Ouidij temporibus fuit eadem descriptio anni quæ nunc est: quia noster annus, est institutus à C. Iulio redeunte ex Aegypto. Ante Iulium Romani habebant menses Lunares, & intercalabant aliàs secundo, aliàs tertio quoque anno. Ideo dicimus alios esse menses solares, illud spatium quo Sol vnum signum peragrat: alios esse Lunares: & hic est duplex: aut à coniúctione ad coniunctionem, aut à coniunctione ad punctum vnde exit, & hi sunt incompleti: alios esse ciuiles menses, quibus nos vtimur. Ergo in historiis ante Iulium intelligendi sunt menses lunares. Et falsa est opinio, quòd Romulus habuerit tantum decem menses, sed quia Numa mutauit anni principium, dicitur addidisse duos menses. Et apud omnes gentes à principio mundi vsque fuerunt 12. menses.

Numerus paginam indicat.

Pag. 4. *Paginæ iudicium*) Præterquam quòd est ad omnes principes eruditè scribendum, accedit quòd tu qui es eruditus, eruditius iudicas: itaque metuo te censorem.

5. *Tempora*) Hactenus dedicatio: sequitur narratio. Plutarchus reprehendit hanc narrationem, quòd Romulus habuerit decem menses: & ego idem existimo.

8. *Ne tamen*) Dies sunt duplices, fasti & nefasti, sicut iam alij sunt festi, alij profesti.

9. *Est quoque qui nono*) Romanis & Græcis nonus dies fuit festus.

Vendicat Ausonias) Iuno præest calendis, quæ dictæ sunt, quia populus conuocabatur in vrbem.

Ausonias) Quia Græci non habebant Calendas.

11. *Dexter ades ducibus*) Tiberio & Germanico, quorú labore est pacatus & tráquillus orbis terrarú.

18. *Ora vides Hecates*) Hecate est luna, quia tres sunt partes Lunę aliàs enim est plena, aliàs *διχότομος*, aliàs cornuta. Posita autem est Luna ad vias, sicut nunc imagines crucis, quia ipsa gubernat vias.

De ortu & occasu stellarum.

Necesse est tenere discrimen de ortu Cosmico, Heliaco & Acronycho. & videndum est, qui versus Ouid. ad quos ortus vel occasus accómodandi sint.

Secundò eleuatio Poli variat ortus & occasus. vt Luneburgæ, vbi est eleuatio 54. prorsus non occidit Lyra, neque Vuitebergæ tota mergitur sub Horizontem, & cum Libra vel initio Scorpionis tota oritur cosmicè, postea heliacè cùm sol venit in Sagittarium. Quæri autem potest, verum Ouidius referat suos ortus ad Romanam eleuationem, an ad Alexandrinam. Est autem Romæ eleuatio poli 42. Alexandriæ verò in Aegypto graduum 31.

Tertio obseruandum est, ad quod signum Zodiaci stella possit referri. Nam signorum ortus sunt notiores. Olim autem pertinuit Lyra ad Sagittarium, etsi altiore loco est. Ergo Alexandriæ cum Sagittario cosmicè oriebatur, postea heliacè, cum sol præteriisset medium Virginis.

Quartò, Illud est subtilius, quòd variant ortus propter motum octauæ sphæræ, singulis 100 annis ferè vnum gradum. Quærendum est igitur, an reducto motu octauæ sphæræ ad tempus Ouidij, conueniant ortus Ouidiani ad Romanam eleuationem, &c.

Quintò, vt autem in globo picto res possit oculis subiici, constitues Alexandrinam eleuationem ad hanc Ouidij, Plinij, Columellæ & Hyginij descriptiones, nunc quoque proximè conueniunt.

Ita Plinius inquit: Fidiculam, id est, Lyram, VI. Idus Augusti occidere. quod quidem verum est de Cosmico occasu, iuxta Alexandrinam eleuationē. Item Plinius inquit: Fidicula exoritur XII. Calend. Iunij: Quod verum est de ortu Acronycho Lyræ iuxta Alexandrinam eleuationem. Item Columella & Plinius inquiunt: Nonis Ianuarij Fidis exoritur mane, tempestas varia. quod verum est de Heliaco ortu, siquidem iuxta Alexandrinam eleua-

tionem cum Sagittario Cosmicè lyra oriebatur.

36. *Rode caper*) Sunt versus Callimachi, & recitantur à Suetonio in vita Domitiani.

Κἢν μὲ φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

44. *Inachi lauta*) Romæ etiā Isidi sacra erant, aduecta ea AEgypto. Isis est Io, Inachi filia.

45. *Postera lux*) Sequitur alia descriptio: decima die Ianuarij est mediū hyemis. Annus distinguitur in quatuor partes. Tres sunt menses hyberni, tres verni, tres æstiui, & tres autumnales: ad hanc supputationem sæpe alludunt medici.

Proxima) Vndecima dies Ianuarij est dedicata Carmentæ & Iuturnæ.

Arcadicæ) Carmentæ. Illa dicitur primùm intulisse literas in Italiam.

Te quoque) Illa die est tibi Iuturna dedicatum templum.

Campus) Ad aquam quæ vocatur virgo, propterea quòd fontem monstrati fuerunt à quadam virgine.

46. *Orta prior*) Arcades dicunt se ortos fuisse ante Lunam, quod propter obseruationem quandam motus Lunæ existimo.

Quæ simul æthereos) Elegantes versiculi, describentes vaticinantium naturam.

47. *Offensa pulsus es*) In ipso exilio nihil est turpitudinis, si non meritò pateris.

conscia mens) Conscientia vel affert consolationem, vel auget dolorem.

Obruit ingenues) Consolatur eum exemplis.

48. *Pegaseum*) ex Pegasis oppido Thessaliæ, tandem Corinthi fuit exul.

Omne solum) Opposita sententia, vel ætiologia, quare exilium nihil habeat turpitudinis.

Nec fera tempestas) Alia consolatio à fine & exitu: non erit perpetua ista calamitas, erit finis malorū.

52. *Nititur hic humeris*) Hercules fingitur sustinuisse aliquandiu cœlū, & subiisse pro Atlante. Et significat eū aut defendisse religionem & iusticiam, aut primum docuisse doctrinam de rebus cœlestibus in Græcia, sicut Alphonsus nostro tempore.

54. *Idibus in magni*) Decima tertia dies Ianuarij est Ioui sacra, & eo die Octauio venienti in vrbem est tributa appellatio Augusti.

60. *Hæc ubi*) Apud Ouid. sol ingreditur aquariū die 17. Ianuarij: At in nostris calendariis peruenit ad aquarium 10 die. Hic si quæratur causa dissimilitudinis, vna est illustrior, videlicet sumpta ab intercalatione. Nam hoc tempore intercalatio haberet opus emendatione: quæ si fieret, iterum propè congruerent introitus in signa ad descriptionē Ouidij. Quia enim intercalatio quæ fit quarto quoque anno, aliquantulum superat iustum spaciū, fit vt in 134 annis supersit dies. Ita paulatim tempora æquinoctiorum, & introitus in signa in calendarijs retro feruntur & anticipant: & si emendaretur intercalatio, oporteret aliquoties omitti intercalationem. Hoc modo & Augustus emendauit, & restituit Calendarium.

Die 23 Lyra Ouidio occidit, quod non intelligatur de tota Lyra, sed de parte, videlicet de nona stella. Nam sole paululum progresso in aquarium, incipit iam Lyra delabi infra horizontem cum Sole. Hic occasus est acronychus, quo cum Sole stella sub horizontem delabitur, idque vult Columella inquiens: X I. Calendas Februarij Lyra occidit vesperi. Sic enim describunt Acronychum occasum. Verùm hic disputari potest, cæteras stellas Lyræ nondum delapsas circa Horizontem occultari. Hæc occultatio vocatur Heliacus occasus. Sed illam subtiliorem rationem de occultatione reiicio ad eos qui tradunt sphærica. Ouidius initio secundi libri ait Lyram occidere, vbi iam de occasu totius Lyræ loquitur. Sicut & Plinius ait: Pridie Nonas Februarij Fidicula occidit, vesperi scilicet, occasu acronycho. Illud obseruent adolescentes, quare non cum ijsdem signis stellæ oriantur cosmicè, & occidant acronyche, videlicet propter latitudinem qua recedunt à Zodiaco. Die 24. cor leonis occidit cosmico occasu, videlicet è regione aquarij. Sic & Plinius inquit: Octauo calendas Februarias stella regia in pectore Leonis occidit matutino.

61. *Coronati*) tanquam defuncti labore. Sumpta metaphora ab athletis.

IN LIBRVM II.

Principio disputat de nomine, quid significet Februarius.

68. *Omne nefas*) Locus cōmunis de expiationibus. Ritus ac cærimoniæ manserunt & cumulatæ sunt, vera doctrina de remissione peccatorum & de fide est extincta. Et descriptiones sacrificiorum, apud Homerum sunt similes per omnia Mosaicis.

70. *Ah nimium*) Indignatio. Deridet cærimonias, quia non intelligit vnde sint ortæ.

Sed tamen) De ordine mensium. Dicit Ianuarium fuisse primum mensium, & vltimum Februarium post Decembrem, sed hoc nusquam aliàs legitur.

79. *Tertia nox veniet*) Arcturus stella est in medio Boutis. Sic autem in cœlo positus est Bootes obliquus, vt pedes prius ascendant, quàm reliquum corpus, quia minus recedunt ad septentrionem. propterea nominatim inquit Ouidius: Aspicies geminos exercitusse pedes. Loquitur autem de ortu acronycho. Nam Arcturus vesperi conspici incipit in initio veris, vt testantur oculi. Ortus discerni possunt ex loco. Cum enim supra virginem positus sit Arcturus, mense Augusto paulo ante Virginem oritur cosmicè. Hoc tempus intelligitur, cum autores simpliciter dicunt post Arcturum, vt Aristoteles de ceruis: Coitus fit post Arcturum mense Augusto & Septembri, id est post ortum cosmicum Arcturi. Hinc facilè possunt iudicari diuersa autorum loca. Plinius libro 2. Arcturi sidus, quod exoritur vndecim diebus ante æquinoctium autumni, loquitur de Heliaco ortu. Lib. 18. Mense februario, die 22. Arcturus oritur ex ortu vespertino, Loquitur de acronyche ortu. Plinius libro 18. cap. 31. Quarto nonas nouembris Arcturus occidit vesperi occasu acronycho. Sic & Virgilius loquitur de occasu acronycho, qui fit in Nouembri, cum inquit

Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes)
Incipe & in medias semen extende pruinas)

Alio loco Virgilius loquitur de ortu Heliaco, qui fuit in Autumno:

Sub ipsum)
Arcturum, tenuis sat erit suspendere sulco)

Ouidius de vndecima die Februarij intelligit ortum acronychum.

Tertia nox veniet, &c.) De quinta die Martij. intelligit occasum cosmicum.

Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes)

Mergetur, nisus effugietque tuos.

81. *Maenaliam*) Arctos enim nunquā occidit, quia est vicina polo.

85. *Continuata loco*) Quartadecima die Februarij oriuntur Crater, deinde Coruus, ortu acronycho, videlicet cum principio Virg. quæ vesperi tunc ascendit è regione Pisces. Est autem longum sidus Hydra, in medio Cancri, vsque ad Virginem porrecta, cui fingitur impositus crater fere in medio, in cauda sedet coruus. Verbum τύφομαι significat fumare. Inde fit Typhon, nomen turbinis, & apud AEgyptios ardens halitus, qui longè fertur, & incendit arbores, appellatur Typhon, vt scribunt Plin. & Plutarchus. Hinc multæ fabulæ natæ sunt. Fingunt Typhonem quendam fuisse, qui occupato regno AEgypti, interfecerit Osiriden, & expulerit Isidem. Fortassis aliquem tyrannum comparant Typhoni, qui tanquam flāmma latè grassatus sit. Et fabula de Venere fugata, videtur alludere ad fugam Isidis. Ac si propriè Typhon dicitur non Typhæus, qui fugauit Venerem, accommodanda est fabula ad illud Aegyptium meteorum. sed Ouidius hic Typhonem intelligit vnum esse ex Gigantibus qui cœlum oppugnarunt. Quare pro Typhœo videtur Typhonem dicere. Plutarchus Typhonis fabulam accommodat ad meteora, & generaliter ad causas generationum. Quia enim ex humido res gignuntur vi caloris, ideo ait finxisse AEgyptios igneam vim persequentem Venerem in aquis, idest materiam humidam. Et Typhœus sub AEtna iacens significat halitus ardentes, qui sunt causa incendij in AEtna, à τύφομαι, id est fumo. Hæc est origo verbi, quo Paulus etiam vsus est: τετυφωμένοι, id est attoniti, quasi dicas stupefacti fulmine, vel turbine, seu siderati, à τύφω, id est turbine inflammato.

In Librvm Tertivm.

Hic tertius liber principiò continet historica, de Romuli & Remi natiuitate. Deinde sequitur descriptio veteris anni admodum vtilis, vel astrologica, vel physica. Deinde ratio intercalationis, postea ortus & occasus, vt Arcturi occasus & vindemitoris qui præcedit vindemiam.

135. *In lustrum accedere*) Lustrū continet 4 annos, sed pro 5. annis vsurpatur, quia additur currentis anni principium.

151. *Ampelon*) Fabula, quomodo trāslatum fit in cœlum hoc sidus.

Ismarijs iugis) in Thracia.

Ipse mereri) quàm rapere. virtute meruit illum titulum, illos honores.

154. *Mutarat*) Ariadne. Hypallage, habebat Bacchum pro periuro viro.

156. *Altera*) Quia in fine superioria mensis Febr. sunt priora equiria, quæ fuerunt tantum certamina equorum.

Cœlius) Quando exundat Tybris in campo Martio, tunc celebrantur Equiria in monte Cœlio.

158. *Vertice libatas*) decerptas à vertice. Ille fuit mos vetus, vt comæ cuulsæ spargerentur ad tumulum, credo luctus causa.

165. *Morte iacent meritâ*) Intra biennium post mortē Cæsaris, mortui sunt omnes qui conspirauerant in mortem Cæsaris.

Philippi) Vbi pugnatum est in Macedonia, & ibi Cassius & Brutus victi & interfecti sunt.

Cæsaris. Augusti. Scripsit enim hunc librum viuo eo, cùm adhuc Romæ esset, quanquam postea immutauit.

171. *Argeos*) Imagines hominū erant, quæ deiiciebantur de ponte in Tybrim, pro quadam veteri memoria pugnæ cum Argiuis reliquiis Herculis factæ. Et fuit monimentū cuiusdam veteris historiæ.

Stella Lycaoniam) Miluij appellatio inter nomina stellarum nunc non recensetur, nec apud Ptolemæū legitur. Sunt autem qui existimant eam esse quæ nunc vocatur Vultur cadens, quæ eadem est cum Lyra. sed commodius est Aquilam intelligere, vicinum Aquario. Iungunt enim, quia fingunt Aquarium Ganymedem esse ab Aquila raptum. Cū igitur Sol in pisces processit, necesse est aliquanto ante solem præire aquilam, quam comitatur aquarius. Naturam sideris describit Manil.

Nec pacem à bello, ciuem discernit ab hoste,
Ipse sibi lex est, & fert quocunque voluntas
Præcipitat vires)

Lycaoniam Arcton) Vrsam, quia vrsa Calisto fingitur filia Lycaonis, & quia Arcades studiosi erant cœlestium rerum.

173. *Et licet Epeo*) Qui fuit fabricator equi Troiani. *Prior manibus*) excellentior artificio.

174. *Parua licet*) Ita dicta est, aut quòd fuerit capta ex hostibus: aut quòd fuerit capta, id est consecrata.

Nunc potes) 22 die introitus solis in Arietem. qui fit nostro tempore die 11 Martij, idque est vernum æquinoctium, etiamsi alius dies ciuili consuetudine æquinoctij dies vocabatur, vt apud nos dies Gregorij. Quòd autem tunc tardiora fuerint æquinoctia, præcipua causa est, quòd hoc tēpore intercalatio non satis emendata est. Cùmque anni vsuales maiores sint solaribus, necesse est æquinoctiorum dies recurrere.

175. *Here*) Heri, quarto die quinquatriū Mineruæ.

Seminibus) Fabula de ariete in cœlum translato.

Nouercæ) Inus cùm corrupisset semina, siue tosta siue alioqui medicata, non prouenerunt fruges.

In Librvm Qvartvm.

Descriptio mensis Aprilis, in qua sunt plura historica, vel fabulosa, quàm astronomica.

179. *Auctores tenuit*) Primos menses consecrauit autoribus stirpis Marti & Veneri.

189. *Nec Veneri*) Quare vernus mensis dictus sit à Venere, quia illo tempore eduntur fœtus animantium.

Et uos) Vos puellæ, quæ nondum geritis vittas & longas vestes.

199. *Phrixeæ sororis*) Hellespontí, sunt quędā angustiæ maris. ab inferiori parte vocatur Sigæum, à superiori Rhœtæum.

204. *Pallantias*) Aurora, filia Pallantis. Fingūt Pallanta vnum fuisse ex Titanibus, patrem Auroræ, quia πάλλειν significat vibrare. suntque veteres appellationes plerunque meteorologicæ.

Iuba rex Numidarum adiuuit hostes Cæsaris in Africa, deinde victo exercitu, ipse sibi consciuit mortem.

205. *Hanc sedem*) loci equestris.

Ante tamen) Spectacula producuntur vsque ad occasum Orionis, quia Orion nunc occidit post occasum solis.

207. *Dea flaua*) Ceres, propter aristas flauas.

217. *Grandine mixtus*) Propter occasum hyadum, qui sequitur. sicut inquit Plin. XV. Cal. Maij. Ac-

gypto suculæ occidunt vesperi, sidus vehemens, & terra marique turbidum: boc est, vulgo appellatum sidus palucum.

217. *Idus ueneris*) Idus Aprilis.

221. *Proxima cum*) Hic locus præcipuè In hoc opere obseruandus est, quòd in veteribus fastis sunt tardiores introitus Snlis in signa, quā nunc, & hoc propter nimis magnam intercalationem.

222. *Iunone inuita*) Illud sidus est translatum in sidera, quia lupiter veterat Io in bouem.

Palilia poscor) Dies poscit vt describam Palilia.

226. *Exul*) cui interdicitur igni & aqua.

233. *Sex ubi, quæ*) Die 25. medium ver est, & Aries occidit Acronycho occasu. Ac postridie mane cosmicè oriuntur hœdi. Deinde vesperi canis occidit Heliacè. Hic locus est obseruandus propter ortus & occasus siderum, quæ debet esse præcipua lectionis huius vtilitas.

Pecudem) Arietem, qui occidit iam acronycho occasu, quia sol est in Tauro: ideo cum eo occidit infima pars Arietis.

Exoriturque capra) Hoc tempus non quadrat ad vllum ortum canis. Necesse est igitur mendam esse. Cúmque has descriptiones ortuum constet sumptas esse ex vsitato Calēdario, quod pariter sequūtur Ouid. Plin. & Columella, ex Plin. emendari hic locus potest, qui inquit. hoc die oriri hœdos, sc. cosmicè, vt in globo manifestè conspicitur cum Tauro oriri & occidere hœdos. Quare legendum est: Exoritúrque capra. Verba Plinij hæc sunt: Septimo Calend. Maij hœdi oriuntur, scilicet cosmicè. Sexto Cal. Maij canis vesperi occultatur, scilicet occasu Heliaco. Sic & Vergilius inquit.

Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro)

Porrò hœdorum ortus cosmicus in Vere, & occasus Cosmicus in Autumno, magnas tempestates cient. Inde sunt multi versiculi: Vergil. lib. 9.

Quantus ab occasu ueniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humum.

Ideo sic inquit Ouidius,

Signáque dant imbres, exoritúrque Capra.

234. *Hac mihi*) Rubigalia celebrantur ista die.

235. *Scena ioci*) Exhibentur ludi scenici.

236. *Aufert uesta*) Iste dies etiam est sacer Vestæ palatinæ. Nam in palatio, domo Augusti, est templum Vestæ, quod eo die visebatur.

In Librvm Qvintvm.

Ouidius reddit rationem vberiorem, quæ virtus est maximè necessaria in oratione. Ponit initio tres causas appellationis Maij, vel à maiestate, vel à maioribus, vel à Maia Mercurij matre.

238. *Prima chaos*) Prima ratio de maiestate, quæ constituit ordinem in natura. Locus communis de Anarchia, qua nihil est miserius & calamitosius. Quia Deus vult homines gubernari, alios præesse, alios parêre, vt ordo sit inter homines. Quare anarchia est res pessima.

Tria corpora) Aqua, terra, cœlum. Porrò coniungit illa, quia cœli natura est cognatum quiddā igni vel aeri. id Græci vocant æthera, quod flagrans aliquid significat.

Magna fuit) Maius dictus est à maioribus natu, vt admoneantur homines, reuerentiam & honorem maioribus esse præstandam. quod etiam est diuinum præceptum.

Pleione traditur esse vxor Atlantis, quia Atlas tradidit Orioni motus corporum cœlestium, teste Pausania.

243. *Præstitibus*) Duo fuerunt lares, alter claudebat, alter aperiebat.

246. *Argestes*) Fulminator, ventus spirans ab occasu æstiuo.

Calabris) Ex occasu nauigari potest versus oriētē.

Latet) Lege, patet, quia de ortu heliaco non potest intelligi. Porrò si quis mauult legere latet, intelligat post occasum solis Hyadas aliquantulum cunctari, & nondum statim subsequi.

247. *Hyas*) Astrologus Bœoticus. Hyas, Atlas & Orion Bœotij, qui fuerunt studiosi astrologiæ.

248. *Erechthea*) Significat bella quæ gesserunt Athenienses cum Thracibus.

249. *Charites*) Pingebantur tres, quia beneficium primū dandum est, postea reddendum, & quidem geminum: ita vocabant beneficentiam & gratitudinem. Transmutarunt enim virtutum vocabula in numina.

Therapnæo) De sanguine Hyacinthi, qui fuit ex ex Therapne, id est Laconica.

Narcisse) Est flos similis Colchico, cui etiam est vicinus hermo dactylus. Narcissi nomen factum est à ναρκη, quia flos ille affert stuporem. Sic in eius fabula alluditur ad stuporem & melancholiam Narcissi.

Cinyráque creatum) Anemonem florem, ortum ex cruore Adonidis, qui fuit Cinyræ & Myrrhæ filius. ab ἀνέμου, quia venti decutiunt folia.

Surgat honor) qui iam sunt celebres flores.

250. *Vina quoque*) Vina florescunt in cellis, & habent συμπάθειαν cum florescentibus vitibus. id fit in locis pinguioribus.

Quid Crocon, aut Smilacem.) De Croco & Smilace tradita est hæc fabula. Crocum à Mercurio colludente casu interemptum esse disco. Quare Smilax virgo, quæ amauerat Crocum, luctu contabuit. Mercurius igitur & Crocum & Smilacem in flores conuertit. Ideo Græci significantes mutuum amorem cōniugum, fingunt Iouem croco, Iunonem Smilace coronari. Est autem species volubilis, passim sepibus adhærescens & latè prorepens: habet florem candidum, solet nasci iuxta crocum. Id fabulæ dedit occasionem. Vt igitur natura & fabula iunxerunt Crocum & Smilacen, ita puto hîc iunxisse Ouidium, ac legendum esse Smilacen. Quid Crocon aut Smilacem referam? Iungit & in Metamor. Et Crocon in paruos versum cum Smilace flores.

253. *Thestiaden*) Meleagrum, qui propterea quòd non sacrificauit Dianæ, combustus est a matre, imposito stipite in foco.

Eadem tela) Agamemnon propterea quòd prouocauerat deos arte sagittandi, punitus est, ne possent soluere Græci ex Aulide, donec tandem mactata Iphigenia placata est Diana.

254. *Philyra*) tunica est inter corticē tiliæ & ipsā arborem, ex qua tunica fiebant funiculi & chartæ, vt testatur locus in Digestis. Sic Latini vsurparunt nomen Philyræ. Græcis autem tota arbor tilia vocatur Philyra. Faciebant etiam funes nauticos ex Philyra. quia tunica est similis lino.

Cur tamen) Cereri sacrificatur in alba veste. quia messis matura est candida, flauescit. Sed in sacris Floræ est vsus variarū vestium, quia flores sunt varij.

257. *Hanc lyra*) 5. Maij oritur Lyra acronycho ortu. nā & ipsa vicina est Sagittario. Oritur autē A-

lexandrinis post centaurū, nobis multo antè. Porrò Ouidius hic loquitur de vespertino ortu, qui fit in Maio.

260. *Falsus eris*) Quia non apparet, cùm occidetit Heliacè.

Carpebant) Alludit ad naturam Orionis excitantis tempestates. Ratio est à temperamentis Iouis & Mercurij.

271. *Vbi*. Non loquitur de stellis, sed de quibusdam meteoris, quæ cùm apparent nautis geminæ, significant bonam tempestatem. Cum venit vna flamma, vocant Helenam, & dicunt significare naufragium. Vide Plin. in 2.

Nocte) Die 20. Maij Canis occidit occasu acronycho. Id verum est, & extat apud Columellam & Plinium.

Est alio) Suprà dixit quare vocetur Canis Erigones, &c.

272. *Quartuor*) Die 26. celebratur Regifugium, id est festum de exactis regibus.

Hanc ubi) Die 28. Aquila oritur, acronycho ortu.

Auferet) die 29. Arcturus occidit occasu cosmico. Nobis hic in principio Octobris oritur Heliacè, & paulo antè oriebatur Cosmicè.

Continuaque die) 30. Pleiades oriuntur Heliacè.

Sidus Hyantis) Pleiades, quia Hyas fuit frater Pleiadum & Hyadum.

IN LIBRVM VI.

Prima disputatio est, vnde dictus sit Iunius, scilicet quasi Iunonius, aut à iunioribus.

275. *Herculis uxor*) Hebe, id est iuuentus, quæ est ei data vxor in cælo, significat, quòd virtutis gloria sit immortalis.

Aurea) Mater alioqui habet magnos honores, mihi tantum tribuitur honor huius mensis.

276. *Cacus*) Hercules liberauit hunc locum latrociniis. Ergo debetur mihi Hebæ aliquis honos.

Prima dies) Prima die Iunij celebratur festum Cranæ, quæ colebatur contra incantationes.

277. *Cranen*) κρανῶ τὸ κραίνω. perficio, maturesco. à maturescentibus segetibus, quòd illa culta est vt fœliciter maturescerent segetes, & ne impedirentur incantarionibus.

278. *Sic fatus, spinam*) Spina alba de qua hic loquitur, arbustū est, habens virgas aculeatas rectis aculeis, & rubentia folia. Alio nomine Rhamnus appellatur. Scribitur autem, virgas illas vim habere contra venena & incantationes. Ideo Nicander dixit, ῥάμνον ἀλεξιάρην, quòd depellat incantationea. Et de hoc arbusto intelligendus est hic locus Ouidij. Cæterùm est & in herbarum genere spina alba, non multum dissimilis Chamæleonti.

281. *Te quoque*) Festum Tempestatis, quæ colebatur, quòd classis Claudij esset seruata, dum traijceret ex Corsica in Sardiniam.

Postera lux) Secundo die Iunij Hyades oriuntur Heliacè. Et si enim nondum distant integro signo à sole, tamen quia Tauri ortus est obliquior, citius in ortu appatent

Non parua nota) mouendi bella. Ad illam columnam denunciabatur bellum, cùm sacerdos contorqueret hastam versus regionem hostium.

283 *Tunc ego*) Illo die fiunt piscatorij ludi in ripa Tybris.

284. *Coniuge*) Marcelli.

Operata, Operantia, sacrificantia. Omnes veteres Græci & Latini vsurparunt illa verba facio, operor, pro sacrificare.

285. *Significante*) Sicut terra habet suam sedem in medio mundi, sic focus est in medio templo.

292. *Quam minimè*) Iupiter iubet vt eiciāt, quod habent charissimum. Illi intelligunt deiiciendū esse panem. Ibi Galli cùm prius existimarent eos fame perituros esse, re desperata destiterunt ab obsidione, & ita liberati sunt Romani.

295. *Res est*) Palladium nunc est Romæ in templo Vestæ.

297. *Violæ*) Coronæ, id est Post vestalia.

Saxa) Molæ, id est, quando molæ iterum suas operas facient.

tam Phryx) Die 11. Iunij celebratur festum Matutæ, seu Leucotheę, cui nomen erat Matralia.

In facello Fortunæ, fuit ad eius statuam addita imago Regis Tulli, quo significatum est magnas esse vicissitudines in imperiis, vt ille inquit:

Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.

303. *Esse pares*) Tu interfecisti vxorem, ego maritum.

Indictas) debitas, & tamen non datas.

304. *Cædes*) Rex interficitur.

305. *Sextus*) Qui legunt Septimus, sic excusant, quia Romulus asciuerit in regnum Tatium.

Domus) ædificatæ à Iulio Cæsare, quam iterum demolitus est Augustus, ne videretur tyrannidem in vrbe instituere velle. Illo loco condita est porticus.

306. *Sic agitur*) Epiphonema: Exēpla regum mouent subditos, vt, Scilicet in vulgus manant exempla potentum.

207. *Temporis*) quod prohibuit cùm ædiles redigerent tibicines ad certum numerum, & prohiberent epulationes in æde Iouis.

308. *Quidam*) Scilicet libertinus, homo boni ingenij qui fuisset dignus superiori ordine quàm libertinorum.

Præcompositu) Sicut antea inter se composuerant libertus & patronus.

Vindictæ) Virga prætoris, qua prætor tāgens aliquem, pronunciabat eum manumissum, & ille dicebatur vindicta liberatus. Hyades dictæ sunt nymphæ Dodonides, à Dodono Europæ filio, cognato Cadmi. Itaque alij scripserunt Hyadaa fuisse filias Cadmi.

312. *Amitis*) A Iouis fulmine ictus, quia reuocasset in vitam Hippolytum.

Coronides) Æsculapius, filius Coronidis mulieris Achaicæ.

Manibus) vitæ. Reuocauit Glauci manes ad vitam. Fuit Sisyphi filius, discerptus à Potmiis. Potnia fons est in Bœotia, vnde animantia bibentia aguntur in furorem.

315. *statorem*) A sistendo exercitum.

Adduxerit) Musæ coniunguntur cum Hercule, quia magni principes debent tueri & defendere studia. Ideo vocatus est Hercules Musagétes, id est, Dux musarum. Secundò Musæ debent celebrare res præclarè gestas principum, debent conseruare historias veterum temporum. Sic historiarum beneficio habemus veterum præclarè facta.

VITVS AMERPACHIVS LECTORI S. P. D.

CVM Johannes Oporinus, vir & doctrina, & diligentia, fidéque in promouenda re literaria præstans, mihi nuper significauisset per literas, coniungere in vnum se opus, eruditorum enarrationes talium Ouidij librorum exprimendo literis incepisse, atque à me petiuisset, vt ipse corrigerem quæ nunc huius meæ generis extarent, ac sibi & alias mitterem, si quas, maximè librorum de Fastis, haberem: hæc Scholia, quæ olim ante annos plus minus quindecim obiter ad margines mei codicis adscripsi, docendorum eò certius nostrorum auditorum his de rebus gratia, feci vt describerentur, non quidem quòd ea magni alicuius momenti putarem esse, aut digna quæ in tale volumen referrentur: sed vt gratum facerem iuuandorum communium studiorum cupido: ac ipse hac parte, si fortè proposito euentus responderet, non deessem tam pio labori. Quia verò nec scripta sunt aliquo studio maiore, nec emendata opera exquisita, has annotationes, ad Oporinum eas hac lege misi, vt cum eis ageret, quod iudicaret lectori ac sibi fore commodissimum. Quapropter quæso te, Lector, vt meam facilitatem, studium, & operam in meliorem partem accipias: & Oporino, si quid in meis nugis inuenies boni, vel tribuere: si quid mali verò, inepti aut falsi, de hoc vtrique des veniam, & animum nostrum fuisse rectum planissimè sentias. Inter hunc enim certè quidem, & euentum, interest quam plurimum: nec semper etiam hac inter se, vt nosti, consentiunt. Vale. Datum Ingelstadij, postridie F. S. Galli. Anno Domini 1549.

AD SEX LIBROS FASTORVM OVIDII, VITI AMERPACHII SCHOLIA.

HOc Opus videtur inscriptum esse Germanico Drusi fratris Tiberij F. non Tiberio, qui non fuit appellatus Germanicus. Quod autem dicit Poeta, Tu quoque cum Druso præmia, &c. intelligendum est, opinor, de Druso Tiberij F. qui vnà cum Germanico & eius liberis scriptus est secundus hæres. De ingenio, & doctrina Germanici, vide Suetonium in Caligula, & Quintilianum libro decimo.

AD PRIMVM LIBRVM.

T*Empora cum*) Propositio.

Excipe pacato) Inuocatio.

3. *Sacra recognosces*) Explicatio propositionis. Attentio.

4. *Annue conanti*) Redit ad inuocationem.

Pagina iudicium) Captat beneuolentiam à doctrina Germanici.

8. *Neu toto*) De discrimine dierum Macrob. Saturn. 1. 21.

Quis iam) Intercisi.

9. *Est quoque*) Comitiales.

Est quoque qui) Nundinæ.

Ne fallare) Postriduani, vel AEgyptiaci communes.

10. *Omen ab.*) Vide Liuium lib. 6. Vrb. cond. in princ. Macrob. lib. 1. cap. 21. Saturn.

inque meo) Precatio ad Ianum.

12. *Et fonet*) Nardus ex Proper. est. Térque lauet nostras spica Cilissa comas. Alij de croco exponũt: sed non placet. infrà tamen videtur ad hoc alludere. Fa. 1. & in quodam versic. in Ibin. Et cum scena croco Cilici perfusa recens est. Lucretius lib. 2.

14. *Quem tamen*) Petitio.

Ille tenens) Quasi omnium portarum custos, & rector viarum. Macrob. lib. 9.

15. *Vt semel*) Origo & natura Iani cum prima caussa formæ.

16. *Accipe quæsita*) Secunda caussa.

17. *Et redit*) Macrobius. libro 23.

Omnia habet) Tertia caussa.

18. *Omnia tunc*) Descriptio veris.

21. *Vix ego*) Locus communis de inopia, & frugalitate priscorum Romanorum.

Hic ubi templa foris iuncta duobus) Scilicet Piscario & Boario. (miliæ.

28. *Pax erat*) Vestri legunt alij. id est, vestræ fa-

29. *Iane fac*) Finis colloquij cum Iano.

30. *Felices anima*) Encomium astronomorum.

32. *Præceps occiduas ille subibit aquas*) id est, occidit Cosmicè mane.

Institerint imbres) Scilicet si obstiterint imbres missi nisi nubibus atris, legit Comm.

Nonæ signa dabunt) scilicet occidisse Cancrum, quia tum est varia tempestas propter nouam Lunam.

Exoriente lyra) Scilicet Heliacè.

34. *Ante deos*) Collatio præsentium sacrificiorum cum priscis sacrificiis, quæque victimæ, quibus diis, & quibus de caussis mactatæ sint. (cetur.

39. *Festa corymbiferi*) Quare Priapo asinus sacrifi-

41. *Pars ubi*) Fagus, & Arcadio pinus amata deo. Propert.

43. *Viuitur ut calidis alba columba focis*) Scilicet, Veneri holocaustum.

44. *Det iecur*] Quidam legunt. Det iecur in lances Inachi vacca tuas. & scribit Herod. sacerdotes AEgypt. carnibus anserinis vesci solitos fuisse. Io autem Inachi filia in AEgypto fuit culta, quæ cum Luna est eadem, cuius tempus oocte hæc auis turbat.

Interea Delphin.] V. Idus Ian. Plin. 18. 26.

Tollitur, &c.] ἀνατολή.

45. *Postera lux*) IIII. Id. Ianuar. Columell. prid. Non. Ianuar.

Hic ubi) Dicitur virginea, quòd virguncula militibus quærentibus aquam, venas ostendit, quas sequentes magnam vim inuenerunt. Vide Front. lib. de Aquæduct. meminit & Plin.

47. *Deserit Arcadiam*) Parrhasia vrbs Arcadiæ. Plin. 4. 6.

Sic er.) Consolatio.

48. *Flumenis illa*] Vide Sext. Pomp.

49. *Dique petitorum*) Precatio.

Fallor? an) Vaticinia de Imp. Rom.

51. *Ecce boues*) De Erythræa insula vide Plin. in fine cap. 22. lib. 4. Strab. lib. 3.

Mane erat) Hæc sunt apud Virg. lib. 8.

52. *Proquè domo*) Descriptio speluncæ Caci.

53. *Quæ maxima dicitur*) Scilicet à magnitudine fabricæ.

Aram) Scilicet ad quam decimas obtulit.

54. *De boue nomen habet*) id est. forum boarinm est

Possidet hunc Iani sic dea mense diem) III. Id.

55. *Nomine dictus auus*) Scilicet post extinctam Cleopatram.

Annosa per atria ceras) Statuas cereas.

Alter Isaurum) P. Seruilius Isauricus. Isauria Ciliciæ adhæret.

Aut cretum) Q. Cæcilius Metellus Creticus.

56. *Nunc Numidæ*) Q. Cæcilium Metellum.

Illum Messana) Valerium Messalam. Macrob.

Ille Numantina) Scipio Pauli Macedonici fil.

Aut torquis adempta) T. Manlius.

Aut Coru) Va erius Coruinus.

57. *Illa domus*) De eo, qui Maximus primus dictus est apud Liuium lib. 9. Dec. 1. in fin.

58. *Vbi tertius idus*] XVIII. Calend.

Nam prius) Liui. lib. 5. sb vrb. cond.

Ingratos nulla] Plutarch. in Camill.

59. *Siue fuga comites, Manali diua, tua*] Carmenta.

Superator Hetrusci] Veientum. infrà lib. 6.

Causa quod] Quod uolebat alterum Cons. ex plebe fieri.

60. *Munera gentis*] Qui prandium mille mensis, & congiarium tricenos numos populo viritim dedit.

Hæc ubi transierit] Transierint Commen. legit.

61. *Fulgebit tota*] Chronicè.

Nulla polo] Vespertinæ.

Seminibus iactis] Serite hordes campis Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. Virgil.

62. *Fructibus immensis*] Precatio ad terram, & Cererem pro frugibus.

63. *Triticeos fœtus*] Primùm, cùm torretur: deinde, cùm ex tosto antea, quod Veteres Rom. facere soliti sunt, panis fit ex institutione Numæ, autore Plinio.

Sarcula cessabant] Collatio temporum.

64. *Fratribus illa*] Puto legendum esse, fratribus illa deis. alioqui enim est omnino turbatiss. & durissima constructio.

AD LIBRVM II.

66. *Ianus habet*) Transitio.

Si mihi) Acontrario.

Ergo ades) Inuocatio.

67. *Pontifices ab*) Expositio vocabuli.

Et flamine lanas) Ex quib. imagines faciebant suspendebant in compitis pro salute omnium virorum, numero imaginum respondente numero hominum. vtebantur etiam talib. effigiebus in aliis sacris.

68. *Tunc, cum ferales*) 199.

Præteriere dies) In quibus fiebant sacra pro mortuis.

69. *Actoriden Peleus*) Patroclum Actoris nepotem, qui occiso Clysonymo, vel Eano, vt Strab. scribit lib. 9. ex Opuntc ad Peleum fugit, & ab eo expiatus est.

Quoque Pelea Phoci) Ouidius Transform. 11.

Acastus aquas) Rex Magnesiæ.

Phasida fouit ope) Medusam.

70. *Amphiaraides*) Alcmæon.

Sospita delubra) Festa Sospitæ.

71. *Tunc quoque*) Lucaria, festa quæ Rom. in luco colebant, qui permagnus inter viam Salariam, & Tyberim fuit, pro eo quòd victi à Gallis fugientes Ro. ibi se occultauerint. Sex. Pom.

Ad penetrale Numæ) ad ædem Vestæ.

Capitolinúmque tonantem) Templum tonantis ædificatum ab Augusto in Capitolio. Sueton.

Quæ lyra fulsit heri?) Chronic.

Mersa notabit aquas) Cosmic.

Quem modo) Hic locus intelligendus est de occasu Chronico. nec pugnat cum eo, qnod in primo libro dixit de ortu Heliaco Delphini, qui est V. Idus Ianu. Nihil enim vetat stellam aliquam, antequam sol oriatur, iterum cerni incipere, & post occasum Solis aliquandiu supra horizontem versari, vt conspici possit: Deinde post viginti dies, aut circiter, progrediente Sole vesperi occidere cum sole. Idque accidit stellis, quæ extra zodiacum versus circulum arcticum positæ sunt.

Quod mare, &c.) Encomium Arionis.

Aut cornix) Noctus. 2. Transform.

74. *Nomen Arionium*) Fabula Arionis.
76. *Nunc mihi*) Præfatio in Nonas Febr. in quibus Augustus patris patriæ nomen accepit. Suetoo. 4.
Vellem Mæonide) Vel à Mæonia, id est, Lydia, vel à patre Mæone.
Sancte pater patriæ) Digressio in laudes Augusti.
77. *Vis tibi*) Sumptuariæ, de adulteriis, de pudicitia, de maritandis ordinibus. Vide Suetonium de his omnibus.
78. *Iam puer*) Ptolem. V. Id. feb.
Eminet alus. Oritur ...
Excutit undis) V. Id. feb. Ptolem. 7. Plin. 25.
Lucifer, &c.) Initium veris.
79. *Protinus Vrsæ.* 3. Ptolem. etiam.
Exemisse prides) Chronicè.
Inter Hamadryadas) Fabula de Calistone, & Arcade. Ouid. 2. Metamorphoseos.
82. *Ter centum*) Historia de 300. Fabiis.
Ter cædere duo, Vide finem 2. ab Vrb. cond.
Carmentis portæ) dextro eo loco legend. Cõment. & rectè meo iudicio. Ita enim scribit Liuius: Infœlici via à dextro Iano portæ Carmentalis profecti, &c:
83. *Non aliter*) Simile.
Sicut aper, Simile.
84. *Semina gentis*) Orta ex Hercule, qui ex Euādri filia auctorem gentis Fabium procreasse dicitur. Cum regia virgo Hospite victa sacro Fabium de crimine læta Procreat. Vide Sil.
85. *At tibi*) AEgrescunt cerui sexagenis diebus siti maximè, antequam fici coquantur autumno. cum his & anseres ab æstate in autumnum morbo conflictari dicuntur. Plio.
86. *Aspicit & Faunū*) Pan, Faunus, Lupercus, Inuus. idem.
87. *Testis erit Pholoe*) Mons Arcad.
Quique citus Ladon) Fluuius Arcad.
Iuga Nonacrina) Pro Nonacris, qui est mons Arcad.
Altáque Trazene) Vrbs Arc.
Vita feris) Veterum Arcadum vita.
88. *Nunc quoque*) Accommodatio.
Sed cur) Fabula de Fauno.
90. *Adde peregrinis*) Secunda causa, cur Luperci nudi currant. (les.
93. *Errare videres*) Inter Palatin. & Capitol. colAh quam) Deploratio interitus infantum Romuli & Remi.
94. *Romula nunc*) Rumina. Vide Liuium 1.
95. *Nam fuit*) Initium opinionis de pelle caprina, quòd mulieres percussæ ea fœcundæ fiant, & facilitatem in pariendo consequantur.
96. *Validas matres*) Ambiguum.
97. *Te memorant*, Fabula de Piscibus.
98. *Typhona Dione*) Gigantem fil. Terræ
Dicta Quirino) XII. Cal.
99. *Iuppiter inquit*) A facili.
Potentia vires) Mars ad Iouem.
Redde patri) Petitio.
101. *Accipe: parua*) Plutar. Probl. 89. Varro. & Festus Pomp.
102. *Curio legitimis*) Princeps Curionum, id est, præfectorum coriarum.
Fornacalia verba) Vide Sext. Pompeium.
Sacra relicta die) id est, in fine diei quo celebrabantur Quirinalia. Neutrius interpr. satis clara est expositio.
Est honor) De parentalibus, quæ & feralia dicuntur. Sunt autem parentalia, vt Pomp. inquit, Diis Manibus sacrata, à ferendis epulis, vel à feriendis pecudibus appellata.
103. *Vellata coronis*) Velata, alii.
Latine tuas) Virgilius.
Non impunè) Commemoratio horum sacrorum ab exemplo veterum, qui propter neglectum eorum grauiter puniti sunt.
Incaluisse rogis) id est, ciuitas laborasse peste.
104. *Ecce tibi*) Qua nube eoris caput comabatur, cuius varias caussas recitat Plutarch. Fest.
105. *Dixere feralia lucem* 191.
Vitibus plaudu) Auton. Fao. intelligit duos dies: & rectè meo iudicio.
Illa dies) Vltima mensis.
Ecce anus) Sacrificiom Mutæ.
6. *Versat in ore fabas*) Vide Fest.
107. *Protinus à nobis*) Origo deæ Mutæ.
Illa dina mos) Aoioeom. P. Mar.
Miserat dque nymphas) nuptas, alii: sed malè.
Nympha sed, Hæc, alii.
108. *Proxima cognati*] XI. Calend. Charistia festa. Val. Max.
Tantalidæ fratres] Atreus, & Thyestea.
Testa dedit) Ino nouerca Helles & Phryxi, liberorum Athamantis & Nephelæ.
109. *Celebretur honore*] X. De Terminalib.
Trieterida terram] Thyreatida. Vide Herodot. lib. t.
110. *In agros*] inter Appiam & Hostiensem vias.
112. *Nunc mihi*] Regifugium sacrum dictus est ille dies Pomp.
114. *Ex vrbe Gabina*) Gabiorum occupatio.
116. *Inueniunt positu*] Vide Plin. lib. 14 cap. 13.
Mittenda est] Exhortatio Lucretiæ ad famulas, cum querela quadam.
117. *Desinet in*, Gestus honestæ mulieris pro marito solicitæ.
Carpitur attonitos] ... amantis.
Ve solet) Simile.
122. *Fallimur? an*] Parasceue ad sequentē librum.

Ad Librvm III.

Bellice, deposito) Inuocatio.
123. *Forsitan ipse*) Obiectio.
Ipse vides) Dilutio, ab exemplo.
Tunc quoque) Ab ipsius exemplo.
124. *Inde duæ*, Tale fuit somniū Astyagis. Iustin. lib. t.
126. *Accepimus Graiis*] Quia est hyeme, quæ est genialis, & in eo mense celebrata sunt Saturnalia.
128. *Vulcanum tellus*) Lemnos, in qua Thoas Hypsipylæ pater regnauit.
Quod si forte) Peregrini fasti.
Inter Aricinos] Conuenit inter fastos istorum populorum.
Mœnia celsa manu] Tusculum. Strab. Syl. Horat.
A tribus] Variæ expositiones.
129. *Nondum tradiderat*] ..., de simplicitate & studiis priscorum Romanorum.
130. *Cynosura petatur*) Minor Vrsa.
131. *Sed quia*] De numero denario.
Denos fecerunt in orbes] Centurias in decurias.
Instituitque decem] in decurias.
132. *Nec dubius*] Colligit coniecturis quibusdā, Marrium fuisse veteribus.
Laurea flaminibus] in domibus flaminum.

135. *Ille marat*] Anui Cæsariani, quo adhuc vimur, descriptio.
138. *Cum sis*) Caussæ, cur Mars à mulieribus etiam colatur.
139. *Conuenmunt nuptæ*) Hersilia. Liuius lib.1. ab Vrbe condita.
140. *Vtaque partus habet*) quarum, genitiuus, ad partus est referendus, non ad militiam, sicut interpretes censent.
Adde quòd excubias) ab excubiis regis, vel ab eo, quòd excubiæ à Tullo sint, dictas scribit Varro.
141. *Mater amat nuptas*) mea Iuno.
Nympha mone nemori, Artemisio. Strabo 5.
142. *Vallis Aricina*) ...
Licia dependent) quibus suspendebantur tabellæ à soluentibus votum. Diana enim morboa curat.
144. *Exuitur feritas*) legū, quo religionis effectus.
147. *Verùmque ambage remota*) procul posita, seu obscura. Et non sunt ablatiui significantes conseq. sed instrumentum.
150. *Tertia nox*) puto esse intelligendum de occasu Heliaco piscis septentrionalis, qui est in ariete.
Vbi mouerit ortus) Chrooicè, vel potius Heliacè.
Siue est) Quia cum Tauro, Geminis, Cancro, & Leone occidit. sicut scribit Higynius: seu quia tardè mouetur propter vicinitatē poli. Et est melius.
Siue est piger ille Bootes) Haud obscura cadena mittit tibi signa Bootes.
Mergetur, vifus) ... VII. Calend. Septemb. cum virgine in ortum fertur, vt scribit Columella.
At non effugiet uindemitor) Plinius VIII. Idus Mart. lib. 18. cap. 26. Vide Plinium etiam t8.a8.
152. *Romulus ut*) inter arcem, & Capitol. Dionys.
Stat quoque) Melissa, & Amalthea, Melissi regia Cretens. filiæ.
Nunc uocor) Etymologia.
Variabunt sidera cœlum) ...
153. *Recuperat ore*) à Bellerophonte.
Protinus aspiciet) VIII. Id.
154. *Vincit &*) Ouidius Transf. 8.
En iterum) Querela Ariadnes desertæ à Baccho.
En iterum) Propositio.
Fœmina credat) Hæc sūt ex Argon. Catulli sūpta
155. *Liber arenis*) Chij.
Quid me) Insectatio Bacchi, quòd fidē nō seruauerit.
At puto) ...
156. *Bacche fidem*) Adhortacio.
Coniugis, assuetus) à sua coosuetudine.
Cœperunt matrem) ab amoris vi.
Ne nocuat) à pari.
Nec quod) à fabul.
Sex ubi) Pridie Id.
157. *Plebs uenit*) Descriptio festorum.
Quæ sit per calices) 14. Metamorph.
Quæ tamen) Propositio.
158. *Compositūsque igne*) Explicatio numinis, cuiusmodi sit dea hæc Anna, & vnde vocetur Perēna. simul etiam historia Annæ sororis Didonis exponitur.
Nacta ratem, pede) fune, quo tenditur velum. Serm. auct.
159. *Crathis amnes*) flu. Calabriæ, de quibus in Transform.
160. *Carbasa lino*) fune.
161. *Anna per*) Oratio Æneæ ad Annam.
Tellurem fato) Excusatio, seu remotio criminis, cum iureiurando.
Nec refer.) Breuis narratiuncula.
At tu.) Inuitatio
Multa tibi) A beneficiis acceptia.
Hanc tibi) Caus.
Orta Tyro) Narratiuncula.
Quam precor) Commendatio.
Effuge, ne) Vmbra Didonis ad Annam dormientem.
Numinis undis) Ex Aricina sylua per Laurentem agrum.
162. *Inachiam pars putat esse*) Isidem, ex Io Ioachi filia.
Plebs uenit) Liuius lib. 2. ab Vrbe condita.
163. *Nunc mihi*) Quare à puellis obscœna carmina canantur in festo Annæ.
164. *Præteriturus eram*) Iulius viginti tribua confossus à Cassio & Bruto. Idib. Martiis. vide Sueton.
Cum sic) De interitu Iulij Cæsaris.
165. *Dicata fere*) Sueton.
166. *Scorpius à prima*) Libra Chronic. oritur XVI. Calend.
Bistonas &c.) populos Thraciæ.
167. *Mala præda mabere matris*) Pētheua in fine 3. Transformationum.
Ibat arenosa) Fabula de Baccho.
169. *Nysiades nymphas*) Nysa vrbs Arabiæ.
Quare toga libera detur) Toga libera quare data sit in Bacchanalibus.
171. *Nunc habet ille dea*) Cerere. tædifer, qua Proserpinam filiam quæsiuit accensa face.
Stella Lycaoniam) XVI. Calend. April. Vide Pomp. Varr.
Quid dederit) Quare Miluius in cœlum translatus sit.
Miluius hæc) Puto intelligendum esse de ortu Heliaco, præsertim secundum nouas tabulas, quæ ponunt cygnum, seu vulturem ead. in Aquario.
172. *Quáque fuit*) Fatalem taurum.
Vna dies) De quinquatribus sacris Mineruæ.
Qui bene) Adhortatio ad colendam Mineruam.
173. *Tibo doctior ille uiat*) Tychius nobilis cerdo apud Homer. libro 7. Iliad. Aiaci fabricauit scutum.
174. *Cælius ex*) in Auentino. Pomp.
An quia) De dictione Pallas hoc intelligendum est, non de capta, vt Comm. volunt. Sunt enim eædem dictiones capta, & captiua: & non tantum prima litera in eis eadem est, sed penè omnes.
175. *Hic here*) Res hodie minor est, here quàm fuit. Iuuen.
176. *Vtque recusantem ciues*) Theba.
Et Ino) Cadmi fil.
Æthere mater) Nephele.
Inque Draconigenam) Thebas.

AD IIII. LIBRVM.

A*Lma faue*] Orditur à colloquio, quod fingit sibi cum Venere fuisse, Quam volat circum Iocus, & Cupido. Horat. 5. Carmin.
179. *Siqua*) Apostrophe.
Vtque fero) Vnde hic mensis Aprilis sit dictus.
180. *Nescit Atlantide natum*] fil. Atlantis, non Maiæ patria, sed Itali regis Ser.
183. *Huius Erichthonius*] non is qui serpentinos pedes habuit.
Tros est generatus ab illo] Ili, Assaraci, & Ganymedis pater.

183. *Proximus Anchisei*]Catalogus regum Albanorum.

Gente nomen erat]A Enea fil. ex Lauinia, alij Ascanij filium faciunt, inter quos Ouidius videtur esse.

Isque Latine &c. Idem ordo io 14. Transfor.

Epytus] Atys est Liuio.

Ille dedit &c.] Capyn genuit, cui nomen patris Anchisæ superioris regis fuit.

186. *Et iam Telegoni &c.*) Vlyssis f. Tusculum intelligit.

Tyburis udi] A Tyburtino f. Amphiarai. Plin.

Halesus Agamemnonis f.

Et generum Oeniden, &c.] Diomedem Oenei nepotem.

188. *Illa quidem, &c.*]Encomium Veneris.

189. *Nec Veneri tempus, &c.*]Signum, seu amplificatio à tempore.

Ritè deam, &c.]Matronæ hoc tempore, non meretricea, Venerem colebant. Macr.

Abest]Adest, alij melius legunt.

191. *Dum loquor, &c.*]Occidit cosmicè. inclinato capite exoritur, erectus à Chelis. Hygin.

192. *Pleiades incipiunt, &c.*) ὑπαισχε δῦσαι.

193. *Protinus inflexo, &c.*]Sacra Cybeles.

Lotos]Arbor, ex qua tibiæ fiebant. Fest. Plin.

Pandite mandati, &c.]Quare sacra eius cum sonitu celebrentur.

194. *Gutture sedit, &c.*]Ore Saturni.

Tunis, ne &c.]Ne Saturnus deprehenderet vinere infantem.

195. *Annuit unde, &c.*] Quare castrent se ministri Cybeles.

196. *Sæpe Palæstinas, &c.*]Furias à Palæste loco Epiri, vbi habuisse templum Furiæ dicuntur. Cō. in ειδε.

197. *Hoc quoque, &c.*] Qua occasione & modo Romam sit ex Asia translata Cybele.

198. *Euboico*]Sibyllę Cumanæ. Cuma fuit à Chalcidensib. condita.

199. *Phryx*]Aeneas.

Illa sup. &c.]Descriptio nauigationis.

Nati]Neptuni.

200. *Carystæus*]Carystus vrbs Eubœæ versus Cyclades.

Transit &c. &c.]Inter Samum & Myconem. Plin.

Cythera petit, &c.] Cythera insula inter Cretam & Maleam. Virg. Sunt alta Cythera, in plurali dicit.

201. *Supplicat alma, &c.*]Precatio Claudiæ ad Cybelen.

202. *Templi tunc perstitit autor, &c.*] Vetus codex & interpr. legunt Non, & placet mihi.

203. *Cur vicibus, &c.*] Sodalitates Cicero vocat io Senectute.

Indictas concelebrà neque dapes] A Pontifice, vel epulonibus.

Quod bene, &c.]Cur mutent subinde conuiuia.

Celenas]Vrbs Phrygiæ.

Non pudet, &c.]Moretum.

204. *Pallantias astris*]Octauo idus.

Tertia lux, &c.]Sexto idus.

Quo Cæsar in oris]Iulius. Vide comment. Cæs.

205. *Inter bis quinos, &c.*]Ouidius Decemuir.

Mouebat aquas]Ad ortum tendens.

Ensifer Orion, &c.]Oriente Scorpio occidit.

Inspexerit Eos]Vespertino occidit, vel etiam ἀκρονύχ.

206. *Primàque nemoris, &c.*]Equiria.

Hinc Cereris, &c.]Thesmophoria, ludi Cereris in Circo maximo celebrati.

Pace Ceres, &c.]Adhortatio ad colendam Cererem.

Honorem]Molam.

Exigit ipse locus]Propositio in sequentem locum.

207. *Terra tribus, &c.*]De raptu Proserpinæ.

Enna]Sic puto legendum esse. opp. Siciliæ.

Arethusa vocarat] Fons prope Syracusas & Elidem. Vide Plin. Strab & Solin.

208. *Prada puellares, &c.*]Studium puellarum in legendis floribus.

Has hyacinthe]Plin. 21.11.

Amaranthe moraris)Plin. 12.8.

209. *Leontinos*[Populum Siciliæ.

Amsenaque flumina cursu) Vide Plin. Anises fluuius Siciliæ, ex Aetna monte fluens.

210. *Præterit &c. &c*) Vide Solinum de Acis frigiditate.

Cyanen) Fontem prope Syracusas.

Gela) flu.

Ortygiam)insul. prope Syrac.

Megarcaque)vrbem prope Syrac.

Pantagiamque)fluuium vicinum.

Nomina falces habet) Drepanum.

Hymeran)Oppidum inter Pelorum & Lilybæum.

Didymen) Lipareorum vnam.

211. *Sacrorumque*) Ad sacra educatorum.

Hinc Camerina)Oppidum prope Gelam fluuium.

Thapsonque) insulam prope Syrac.

Eloria tempe) Oloria tempe, alij, à cygnis. Plin. Heloren oppidum Siciliæ facit.

An arva colentum) Fortasse Vt legendum, pro An: alioquin enim Ao, duriter est vsurpatum, pro vel.

212. *Sub ione*) &c. Fabula de Celeo, & Triptolemo eius f.

213. *Cœna*)scilicet in sacris Veneris: id est, quādo festa Cereris celebrantur, ortis stellis, cœnatur.

214. *Inque dracones*]In currū ascēdit. Synecdoche.

Pyrrhæaque] Syncopa.

215. *Meroe*] Insula Nili.

Parens] Deus.

Crimine nox) Nocte non est rapta.

Questa diu] Querela Cereris ad Iouem, pleniss. indignationis.

Quid grauius &c.]Cœli & Terræ f. frater Briarei. Hesiod.

216. *Non ego &c*] Consolatio.

Poma tegunt] Granata. Plin.

217. *Occupat Apriles, &c.*]Idna.

Templa die] A Q. Fabio. Liuius lib. 10. Dec. 1.

Habere sua]Quæ structa sunt à Pollione, hortatu Augusti.

Mutinensia]Flor. 118. 119.

Cæsar]Augustus.

218. *Nunc grauidam &c.*]Fordicidia festa. Var.

Curia nomas]Sing. pro plural. In singulis enim curiis, quæ decem fuisse dicuntur, mactata est vna vacca. Varro in curiis dicit, plurali numero.

Virgo est]Vestalis.

Rege Numa, &c.]Causa Fordicidiorum.

Relicta deo]io Auentino. Plutar. in Numa.

219. *Luce sequenti*]16. calend.

Luciser idus]Comment. 15. calend. ego 16. calend.

Hyades]Hyades stellæ in fronte Tauri. Ser.

Nocte tenente)Occidunt vesperi.

220. *Ortu remotas*)12. Comm. ego 14. calend.

221. *Illa cohortis aues*) Cohors ædificium in villa ex multis tectis coniunctum, à coercendo pecore. Var. Spacia villarum intra maceriam. Non.

Vtque luat, &c.) Ego 13. calend.

222. *Fœmina signum*) Quo Europa in Cretam est transvecta, aut in quam Io est mutata.

Nox abijt, &c.) 12. calend.

223. *Alma Pales*) Palilia, quòd pro partu pecoris Pali fierent. Fest. Palilia vrbis natalis fuit. Vrbi festus erat dixere Palilia patres, Hic primus cœpit mœnibus esse dies. Propert.

Certè ego, &c.) His addebatur sanguis equinus.

Vre oleas mares) vre maris rores.

In vtrumque suas) Mulctrámque, legit vetus cod. & interp.

Consule dic, &c.) Precatio ad Palem.

225. *Nec nos videamus*) scilicet vt Actæon. Inscius Actæon vidit sine veste Dianam.

Labra) id est, vas, in quo lauat Diana.

Néue minus, &c.) Vetus codex & interp. Multas legunt: & puto Multos debere legi.

Cratere camella) Alij Canella: estque vasis genus.

Sapam) Burrhanicam potionē, id est rufam mixtam ex lacte & sapa.

Expositus mos est, &c.) Transitio.

226. *Omnia purgat, &c.*) De causa sacrificij.

Hac perdidit exul) Vide Plutar. Problem.

An magis &c) flammam inter & hostes Expedior. Virg.

227. *Ipse locum, &c.*) De Romæ origine.

228. *Fruges iaciuntur in ima*) Plutar. in Romulo.

Inde premens, &c.) Premigenius dicebatur Fest. Pomp.

Vox fuit, &c.) Precatio Romuli.

230. *Quod Remus, &c.*) Is præfectus est equitibus propterea à Romulo, à quo deinde Celeres dicti sunt equites R. Dicti sunt etiam aliquando Flexumines: item Trossuli, autore Plinio.

233. *Aprilis habebit*) 7. cal. Mai.

Exoritúrque canis) Qui est prope Taurum. Vide Macrob.

234. *Aspera rubigo, &c.*) Precatio ad Rubiginem, ne fruges lædat.

Quantum sic, &c.) Quid rubigo sit.

Vtilius gladios, &c.) Ab honesto.

235. *Est canis, &c.*) Erigones filiæ Icari. Vide Hygin.

Fratre relicto) 4. cal. Mai.

236. *Cognati Vesta recepta est*) Augusti. Vide Suet.

In Librvm V.

237. Q*Væritis vnde, &c.*) Obscurè proponit.

Vt stat, &c.) Simile.

Dicite quæ, &c.) Inuocatio.

238. *Polyhymnia cœpit, &c.*) Polyhymnia exponit primam rationē nominis, quòd à Maiestate sit nomen factum Maio mensi. Altè autem repetit rem, & poeticè ortum Maiestatis describit.

Hinc sata Maiestas, &c.) Maiestas nata ex Honore & Reuerentia.

239. *Magna fuit, &c.*) Secunda ratio nominis, quam Vranien exponere fingit.

241. *Tunc sic, &c.*) Tertia ratio, & exponitur à Calliopea.

Ladon) flu. Arc.

Nonacrinus) Nonacris Arcadiæ mons.

243. *Nascitur*) ὠλενίας.

Olenia) ab Oleno oppido Achaiæ. Strab. 8.

244. *Curibus*) Oppido Sabinorum.

245. *Mille lares*, Lancæ effigies. Vide Fest. Pomp.

Geminúmque ducis) Augusti, qui instituit compitales lares ornari bis in anno vernis floribus, & æstiuis. Sueton. in August.

Numina trina) Duos lares, & genium Augusti.

246. *Montis*) Auentini.

Hyperionis astris) 6. non.

Pars Hyadum) ἠλιακῶς orientur.

Nondum stabat, &c.) Fabula de Hyadibus.

248. *Ipsa doce, &c.*) Inuocatio.

Chloris eram, &c.) ἦθοποιΐα.

Chloris eram nymphe) Fabula de Flora.

Campi fœlicis) Fortunatarum insularum.

Erichthea) Orithyiam Erichthei regis Athenien. f.

Vere fruor, &c.) Longa & copiosa laudatio Floræ opum.

249. *Tunc veniunt, &c.*) Comites Floræ.

Prima Therapnæo, &c.) Therapne vicus Laconiæ, in quo Hyacinthus natus est. Alij dicunt eum Amyclis natum, eiusdem regionis oppido.

Querela suo) 10. Transfor.

Tu quoque nom. &c.) 4. lib. Transfor.

Attin) Quidam legunt Atyn, quem in pinum esse transformatum Ouidius scribit 10. Transform.

Cinyraque creatum) Adonin ab apro interemptū, & in florem commutatum. 10. Transform.

250. *Forsitan in, &c.*) Flora pergit suas opes laudare.

Et perenne lentes, &c.) Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Virg. 1. Georg.

Dolia summa tegunt) Plin. lib. 14. cap. 21.

251. *Dic Dea, &c.*) Initium floralium.

Publicios, &c.) Vide Varr.

Vindicibus) Accusatio nocentium.

252. *Publiciúmque vocant*) Publicius cliuus ab ædilibus plebeis, qui eu publicè ædificarūt. Vide Varr.

Sæpe Iouem, &c.) Locus communis de placatione deorum.

253. *Respice Thestiaden, &c.*) Meleagrū Thestij ex Althea nepotem, Oenei filiū. Vide 8. Transform.

Tantaliden) Agamemnonem Tantali pronepotem.

Caluisse Dionem) Venerem.

Quærere conabar) Quare lasciuè celebrentur ludi Floræ.

254. *Philyra*) Phyltra legunt comment. & dicunt esse nomen Corollariæ. Est Phyltræ nomen apud Horat. & Plin.

Bibuntur aquæ) Vinum tantum.

255. *Nocte minus, &c.*) 5. Non. in Scorpio.

Sua sidera Chiron) Chiron.

256. *Phillyrides*) Phillyræ & Saturni f.

Venerat Alcides) Fabula de translatione Chironis in cœlum.

257. *Sed idonea nondum*) In Sagittario.

Tertia tempus erit) 3. Non.

Hesperus ora) idus. Veteres codices interponunt hoc distichon, Scorpius in cœlo, cùm cras lucescere nonas Dicimus, & media parte tenendus erit.

Ritus erit, &c.) Eadem penè fuerunt cum parentalibus, de quibus est in 2. lib.

Pia februa norant) Nondum habuit Ianuarium & Februarium.

258. *Signaque dat, &c.*) Vide prouerbium, Pollicem premere. Plinius lib. 28. cap. 2.

Temesæáque) Temese oppidum Brutiorum, ad quod fuit æraria, quam suo tempore defecisse lib. 6. Strabo scribit.

259. *Vmbra cruenta,*) Historia de Remi vmbra.

260. *Bœotous Orionis, &c.*) Thebis natum ex vrina deorum.

Tempora festa) Per triduum.

Continuam die) Quia noctu celebrantur.

Iuppiter &, &c.) Fabula de Orione.

263. *Vltor, &c.*) Vide Sueton. Aug.

Iliaden) Romulum.

Ducis) Acronis Ceninensium ducis.

264. *Cum pia sustulit arma*) Ad vlciscendam cædem C. Cæsaris patris sui.

Meruisse) scilicet Augusto.

Funera genti) M. Craſ. & P. Cr. fil. ibi perierunt.

265. *Et timor, &c.*) Transform. lib. 2.

267. *Tristia Leucadio, &c.*) Puto datiuum Leucadio deo referendū esse ad Tristia: vt sit sententia, Sacrificia sunt facta Saturno, scilicet talia, qualia Apollini facta sunt in Leucade, vt Strabo scribit. Lactantius censet esse legendum, Leucadio sacra parata modo.

Tibri deæ) Inuocatio.

Hæc lo.x, &c.) Origo huius ritus.

269. *Ablue præteriti, &c.*) Oratio mercatoris ad Mercurium

Ortygias) Apollinis.

270. *Laborum, ait*) 14. calend. Iul.

Sororem) Thelayram.

Tyndaridæ fratres, &c) Fabula de Castore & Polluce.

Et frater, & Idas) Vide Propert. lib. 1. eleg. 2.

271. *Causa loco.*) In fine 4.

272. *Quatuor inde, &c.*) 4. dierum in Fastis.

Regi incest.) Regifugium 4.

Videbis aus.) In Sagittario.

Auferet ex. &c.) Heliacè incipiet occidere. idque fit propter altitudinem Solis, ita vt stellæ supra horizontem post eius occasum non possint statim cerni. Abest enim Bootes à Geminis, in quibus tum est Sol, tria aut quatuor signa, nempe in Virgine & Libra positus: præter sinistram manum, quæ est in Leone, sed non occidit.

Aurora Booten) Manil. A tergo nitet Arctophylax, idémque Bootes.

Hyantis erit,) Hyades intelligit.

IN LIBRVM VI.

Pag 273. **H**IC *quoque*) Propositio.

Est nemus, &c.) ὑποτύπωσις.

Ne tamen, &c.) Propositio.

274. *Iunius à, &c.*) Prima origo huius nominis, & à Iunone exponitur.

Aut faciunt, &c.) Hæc Iuno ante Argos, sic credidit alta vetustas, Ante Agamemnoniam, gratissima tecta, Mycenem, Optauit profugis æternam condere gentem. Silius.

275. *Deæ*) scilicet fortunæ.

Romulus illas) Vidit fortuna colonos Prænestina suos, &c. Lucanus.

Stabat, &, &c.) Secunda ratio.

276. *Venit Apollineas, &c.*) Tertia ratio. Cōcordia.

277. *Inde sata, &c.*) Fabula de Carna.

279. *Pacérque*) Auentinus.

280. *Nec latium, &c.*) Inter sapores fertur alitum primus Ionicarū gustus Attagenarum Plin. 10. 48. Attagen tertiæ declinationis, & primæ. Vide Gell.

Pygmæo) Plin. 7. 2. 4. 11.

Pauone placebat) Plin. 10. 20.

Antè domus, &c.) Liuius 5. ab vrbe.

281. *Vixit ne, &c.*) Liuius 6.

Capena viæ) Appiæ. Liuius 1. Dec. & 3.

Aduersa Ioui) In fine superioris libri.

Prospiat à, &c.) Columella.

Columna nota) Columnella, quæ Bellica vocabatur, super quam hastam iaciebant, cùm bellum indicebatur. Fest.

282. *Qui nonas Lucifer ante est*) μονήρης ἐν ἑορ.

283. *Vesta nitebit humus*) Puto esse metaphorā, & de sequentibus feriis Vestæ intelligendū, & legendum versum, Ignea cùm pura Vesta nitebit humo.

Tertia post Nonas remouere, &c.) Booten significat. Est autem patronymicum pro primitiuo vsurpatum,

284. *Madentia ducunt*) Piscatoria.

Consulis omnes) Flaminij.

Vesta fiue, &c.) De Vesta vide Dionysium lib. 2.

285. *Significant sedem*) Puto hoc dici propter sequentē similitudinē, Arte Syrac. &c. In sphæra enim significatur terram in medio totius mundi positam esse. Idem accidit etiam igni siue in templo Vestæ, siue in terra posito.

Focúsque suam) Per focum intelligit Vestam, vt alludat ad græcam vocem ἑστία.

Arte Syracusia &c.) De Archimedis sphæra intelligi debet.

Stat globus, &c.) Simile.

287. *Causáque par, &c*) Alij Pars: sed malè.

Quod fouet omnia dictus) ἑστία ἀπὸ τοῦ ἑστάναι

288. *De more vetusto*) Alij Vetustas.

289. *Conuocat æthereos, &c.*) Fabula de Priapo & Vesta.

291. *Scilicet ignotum, &c.*) Exordium ab indignatione, quòd dicendum sit de tam manifesto malo.

Exiguis, Alpino. &c.) Breuis narratiuncula.

Hæc est, &c.) Ab indigno.

Per atria picta) Liuius lib. 5. Dec. 1.

292. *Atque animum*) ἦθος.

Tu modò, &c.) At postquam ille suis.

Forte reuertebar, &c.) Quare nudis pedibus incedant in feriis Vestæ.

Foro est) Quod fuit inter Capitolium & Palatium.

293. *Nunc solida, &c.*) Vide Varr.

Qua uelabra, &c.) Maius & minus velabrum fuit vtrunque à vehendo dictum: quia in Auentinum ex aliis montibus, cùm adhuc essent paludes interiectæ, vehebantur. Vide Varr.

294. *Habebat opes*) Vide Dionysium.

295. *Creditur armiferæ*) In templo Vestæ Palladium custodiri.

Adrasti) Diomedes Deiphiles Adrasti filiæ ex Tydeo filius.

Romana: tuetur) scilicet Palladem: quia in templo Vestæ asseruatum fuit Palladium.

296. *Tum sibi Calleco, &c.*) ab Hispaniæ vltimis populis Galliacis. Galliacum mandas si quid ad oceanum. Mart. Strab. lib. 3. Florus Galliacos appellat, 56. Epitom.

297. *Orta die*) 5. idus.

Phryx) Laomedontis filius.

Liba deæ) Leucotheæ Cadmi filiæ, quæ Matuta à Latinis vocatur. Cicero de Natura deorum.

298. *De boue* æneo. Plin.

Serui) pro Seruij Tullij Liuius lib. 5. ab vrbe condita.

Quæ dea, &c.) Propert. Ino etiam prima terras

ætatę

ætate vagata est, Hanc miser implorat nauita Leucothcam.

298. *Libáque tosta petit*) Testuacea appellat Varro.

Bacche racemiferos, &c.) Inuocatio.

Te puer] &c. De Matuta, quæ sit dea.

Hinc agitur] &c. Vide lib. 4. Transform.

300. *Cur vetet*]&c. Secunda pars huius loci.

Testa dari] Vide finem 3. lib.

301. *Rutuli*] Pub. Vide Appian. de bel. Marsico, & Florum.

Theloni] Lyrim intelligi putant fluuium Campaniæ. Toloni Orosius meminit.

303. *Tullia coniuge*) &c. Vide Liuium lib. 1. Dec. 1.

Indictas) ad quas vocaris.

304. *Regia res &c.*] Exeat aula, qui vult esse pius. Luc.

305. *Sextus*) Qui Septimus legunt, T. Tatium etiam numerant, qui cum Romulo regnauit: sed non placet.

Iussit in &c.) Fabulosum hoc. Vide Dionysium.

Criminis regni] Vt Valerij Publicolæ, vel Manli Capitolini.

306. *Etiam, &c.*) Liuius lib. 9. Dec. 1. Valer. lib. 2. Minusculæ quinquatrus appellatæ sunt. Varro. Fest.

308. *Alliciunt somnos &c.*) A stirpandis, id est, colligandis. Varr.

Et mane] Virg. Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Claudius) scilicet Appius Claudius conf.

Rediſſe sui) C. Plautij.

309. *Quoque turba mea*) Tibicines.

310. *Thyene*) Vna Hyadum. Dodoni, interpres alter legit & placet. Alter Dione, pro Dione: sed ἀπρεπὲς.

Et cinget &c.) De ortu intelligit Ant. Fan. sed mihi non satis placet. Etiamsi enim de occasu hoc accipiatur, nihilominus tamen de ortu sequentes versiculi intelligi possunt.

Videndus erit. Oritur cum Sagittario.

311. *Viderat in campu*) &c. Algidum supra Thusculum 6. lapide ab vrbe.

Tyburte) Tuburte alij, & fuit Posthumius Tuburtus. Plin. 15. 29.

Posthume) pro Posthumi.

tam sex) &c. 14. calend.

Narus) Aurora.

Tum, cum) &c. Huic nocturna fulmina fuerunt sacra. Plin.

312. *Et gemino*) &c. Cum Sagitt. & Scorpio oritur.

Angue manus) Anguifer, Colu. Serpentarius.

Sollicitè terrentur) &c. Suprà lib. 3.

Coronides) Aesculapius.

Glauci) Minois filij. 13. Transform.

313. *Augur*) Anguis, alter interp.

Visus &c.) &c.) Vide Hygin.

Ipse facit) Reuocat ab inferis Aesculapium filium tuum, & in cœlum transfert.

Littora vestes) Liu. lib. 2.

314. *Postera lux*) &c. Octauo calend.

Syphacem) Liu. lib. 10. secundi bel. Pun.

Asdrubal ipse suis) Liuius lib. 7.

Fortis honores) Aedem trans Tiberim habuit à Seruio Tul. dedicatam. Meminit huius templi Varro, & Liuius 10. ab vrbe.

315. *Lucifero subeunte*) &c. Aedes Lariũ. Suprà in 2. & 5.

Natale) Natale, aut quia in hoc mense natus est, C. Cæsar. Vide 4. Id. Iul. Aut per similitudinem, quòd tanquam natæ sint cal. Iul. isto die.

Calendis) Id est, pridie cal.

Addixerit illuc) Ad templum Herculis & Musarum, structum à Mart. Phil. Sueton.

316. *Sic ego*) &c. Martius Philippus Augusti vitricus. Hanc Martiam alter interpres censet esse filiam Philippi, eam quam vxorem habuit Cato Vticensis, de qua est in vita Catonis Iunioris apud Plutarch. & rectè meo iudicio. Alter, Ant. Fan. diuinat aliam quandam eiusdem Martij Philippi filiam fuisse, cuius nomẽ sit aut propter versum à Poeta omissũ, aut quia generis materni obscuritas Augusto à quibusdam obiecta sit.

Cæsar illi) scilicet Philippo, soror aliqua Acciæ cum Lentulo fuit Conf.

Nupta fuit) Credo Iuncta legendum, nec de Philippo intelligi.

	PLINII, lib. 18.	COLVMELLAE, lib. 11.	PTOLEMAEI.
		FEBRVARIVS.	
Kalen.	FEBR.	Fidis occidit. Venti.	Obscurum astrum apparet. Auster & Vulturnus flat. Fidicula occidere incipit.
IIII.			Aer crassus est, & Fauonius flare incipit.
III.		Fidis tota occidit. Leo med. occidit. Venti.	Medium Leonis cum Fidicula occidit. Septentriones & Aquilo flant.
Prid.	Fidicula uespertino occidit.		Delphinus occidit. Auster uesperi uiolentior fit, & pluit.
Non.		Medius Aquarius oritur. Tempestas.	Zona Orionis emergit. Turbidus est aer Fauonij flatu.
VIII.			Fidicula occidit, & Fauonius ab occasu flat.
VII.		Callisto occidit. Fauonij flant.	Veris initium. Fauonius spirat.
VI.	Fauonij flant.	Tempestas.	Fauonius & Aquilo spirant.
V.			Obscurum astrum. Emergit Aquarius.
IIII.			Septentrio cum Fauonio flat. interdum etiam pluit.
III.		Venti. Eurus.	Subsolanus spirat, & Arcturus exoritur.
Prid.			Ventorum concursus & pugna.
Idus		Sagitta uespertina occidit.	Sagittarius uesperi occidit. Tempestas aspera.
XVI.		Crater oritur uespertino. Venti mutantur.	Crater uesperi oritur, & commutatis uentis superat Auster.
XV.		Sol in Piscibus.	Sol in Piscibus. Hyemat aer.
XIIII.			Septentrio flat cum Austro. Sol nouus.
XIII.		Fauonij uel austri cum grandine.	Virgo occidit iuxta Geminos. Auster flat cum Fauonio & Aquilone.
XII.			Malus uesperi occidit. Fauonius spirat, & Virgo occidere incipit.
XI.			Septentrio & Auster flant. Malus occultatur.
X.		Leo occidere desinit. Ornithiae, qui & Septentriones.	Aquilo plumosus spirat. Leo occidit. Aquilones Chelidonij appellati, incipiunt, & per quatriduum flant. Hirundines apparent.
IX.		Arcturus uesp. oritur. Sagitta uesp. oritur.	Arcturus circa primam uigiliam occidere incipit. Fauonius spirat, noxque uuli ila existit.
VIII.	Hirund. aduenent.	Hirundo aduenit.	Halcyones appellati dies.
VII.	Arcturus oritur uespertino. Chelidonij uenti, qui & Ornithia.		Coruus & Aquilo simul flant.
VI.			Aquarius oriri incipit. Hyemat matutino.
V.			Arcturus emergit, & pluit.
IIII.			Arcturus oritur matutino.
III.			Malus uesperi occidit.
Prid.			Fauonius late spirat. uernus est dies.
		MARTIVS.	
Kalend.	MAR.	Aphricus uentus.	Auster & Aphricus simul spirant.
VI.		Vindemitor apparet.	Vindemitor apparere incipit. Aquilo gelidus flat. Arcturus occidit matutino.
V.			Aer nimbosus, & pluit. Arcturus emergit eleuato Sole, & flat Aquilo.
IIII.		Fauonius, uel Auster.	Arcturus simul emergit.
III.	Cãcer oritur Caes. uindemitor emergit.		Arcturus interdiu emergit.
Prid.			Aquilo flat. Nubilosum cælum.
Non.		Equus oritur matutino. Aquilones.	Equus occidit matutino, & flat Aquilo. Corona matutino occultatur. aquarum de cœlo pluuiæ.
VIII.	Piscis oritur. Miluus apparet Græciæ.		Marinæ aues apparere incipiunt. Aquilo & Septentriones flant. Principium ueris est. Sol Piscium dimidiũ obtinet. Equus occidit.
VII.			Miluus apparere incipit. flat Auster. Piscisque in tergore matutino occultari incipit.
VI.			Equus occidit matutino. Miluus à sublimi deorsum uergit. Vindemitor occidit. Arcturus autem emergit, & gelidus flat Aquilo.
V.			Hyemis abscessio. & Aquilonis ad Septentriones commutatio.
IIII.			Desinit Piscis à tergore eleuari. septentrio uel Auster flat.
III.		Piscis Borealis desinit oriri. Septentr. uenti.	Argo nauis emergit uesperi. Fauonius & Auster flant, & in Leonis cauda hyemat dies.
Prid.		Argo oritur. Fauonius, Auster, uel Aquilo.	Aquilo per totum flat diem.
Idus	Scorpius occidit.	Nepa occidere incipit.	Equus occidit, & Aquilo flat gelidus.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
XVII.		Nepa occidit.	Sol in Ariete. Fauonius latè spirat. Ciconia apparet, & mare transmittitur.
XVI.		Sol in Tauro. Fauonius, uel Corus.	Inconstantes uenti. Aquilo spirat.
XV.	Miluus apparet Italiæ.		Auster flat. Miluus diluculo apparet.
XIIII.			Aquilo serenus spirat.
XIII.			Equus occidit matutino. Aquilo uel Septentrio flat.
XII.	Equus occidit matutino.	Equus occidit matutino. Septent. uenti.	Aries in latus emergit. Pluit, aut ningit.
XI.			Cancer tergore oritur. Auster flat.
X.		Aries oriri incipit. Pluuia.	Aequinoctium. Pluit, interdum tonat.
IX.		Aequinoctium. Tempestatem significat.	Septentriones & Aquilo flant. Equus occidit matutino.
VIII.	Aequinoctium.		Pisces tergore emergunt. Nix imbre mista cadit. Aries matutino emergit cum mari. turbatio aeris.
VII.			Aequinoctium uernũ. Pluit, interdũ & tonat.
VI.			Nox & dies æquales existunt.
V.			Scorpius occidit. Vehemens flat uentus, pluuiasque cum tonitribus commiscet.
IIII.			Scorpius occidit. Septentrio flat pluuius.
III.			Auster flat, & pluit.
Prid.			Ventorum procellæ, & sæpe pluit.
		APRILIS.	
Kalen.	APRIL.	Nepa occidit matutino.	Scorpius occidit. Sol diei partem unam addit. Aquilonis flatu nebulosum est cœlum. Vergiliæ oriri, & præsignificare incipiunt.
IIII.			Nebulosus aer per omnes terras.
III.	Vergiliæ occid. uesp. Att.		Vergiliæ occidunt uespertino.
Prid.			Flat Aphricus.
Non.	Vergiliæ occid. uesp. Cæs.	Fauonius, uel Auster cum grandine.	Fauonius spirat.
VIII.	Orion & gladius eius Aegypto.	Vergiliæ uesperi occidunt.	Suculæ emergunt, pluuiæque ab Austro deuoluuntur.
VII.		Austri, uel Aphrici. Tempestas.	Auster flat, & Vergiliarum reliquum occidit.
VI.	Libra occidit. Imber.		Fauonius flare incipit matutino. Vergiliæ occidunt.
V.			Australes procellæ.
IIII.		Libra occidere matutino incipit.	Aquilo uehemens flat. Vesper est pluuiosus.
III.			Frigidi flant uenti, & pluit.
Prid.		Suculæ celantur. Hyemat.	Suculæ occultantur.
Idus		Libra occidit.	Aquilo flat. Paruum Præsepe exoritur.
XVIII.		Tempestas uentosa.	Obscurum astrum. & uenti, & imbres.
XVII.			Suculæ occidunt. Frigidi spirant uenti. Perseus oritur.
XVI.	Suculæ occidũt uesp. At.		Suculæ occidunt. Spirat Fauonius.
XV.	Suculæ occid. uesp. Cæs.	Sol in Tauro. Pluuiam significat.	Sol in Tauro. Suculæ occultantur.
XIIII.	Suculæ oc. uesp. Aeg. sid[°]	Suculæ uesperi celantur. Pluuiã significat.	Aphricus flat.
XIII.	terra marique turbidũ.		Suculæ penitus occidunt. Aphricus flat uesp.
XII.	Suculæ occid. uesp. Assyr.		Fauonius spirat.
XI.		Ver bipartitur. Pluuia.	Tauri caput occidit, & pluit.
X.		Vergiliæ oriũtur cum Sole. Aphr. uel Aust.	Vergiliæ exoriuntur. Fauonius spirat.
IX.		Fidicula apparet prima nocte. Tempestas.	Fidicula circa primam facem apparet.
VIII.			Fidicula cernitur, & pluit.
VII.	Hœdi oriuntur Aegypto.		Præsepe emergit. Desinit uer.
VI.	Canis occidit uesp. Attic. Fidicula oritur matut.		Suculæ penitus occidunt, & ueris conuersio.
V.	Orion totus occidit Assyr.		Auster flat.
IIII.		Auster cum pluuia.	Austrina dies, & pluuia.
III.	Canis occidit Assyrijs.	Capra oritur matutino. Austrina dies.	Hœdi oriuntur. Auster flat matutino.
Prid.		Canis uesperi celatur. Tempest. significat.	Canis occultatur uesperi. Aer conturbatur ab Austro, & Aquilo simul permiscet.
		MAIVS.	
Kalend.	MAI.		Canis occultatur. Rores descendunt.
VI.	Sucula or. mat. Cæsariæ.	Sucula cum Sole oritur. Septent. uenti.	Suculæ cum Sole oriuntur.
V.		Cẽtaurus totus apparet. Tẽpest. significat.	Centaurus apparet totus. Fauonius spirat.
IIII.			Scorpius sursum emergit. Aquilo flat, & rores cadunt.
III.		Idem sidus pluuiam significat.	Fidicula oritur matutino.
Prid.		Nepa med. occidit. Tempest.	Dimidium Scorpionis occidit.
Non.		Vergiliæ oriuntur matutino. Fauonius.	Vergiliæ oriuntur matut. & spirat Fauonius.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
VIII.	Capella or. pluu. Canis		Principium æstatis. Fauonius præualet.
VII.	occidit uesp. AEgypto.	AEstatis initium. Fauonius, uel Corus.	Eodem flat modo Fauonius.
VI.	Vergiliæ oriuntur. Subso-lanus flat.	Vergiliæ totæ apparent.	Fidicula oritur. Suculæ occidunt. Tauri caput apparet.
V.	Arcturus occidit matut.		Vergiliæ apparent.
IIII.			Vergiliæ oriuntur. Auster flat.
III.	Fidicula oritur.		Suculæ occidunt. Austrini sunt flatus.
Prid.			Scorpius occidit, & Fidicula oritur matutino.
Idus		Fidis oritur matutino. Tempestas.	Cancer exoritur, & flat Auster.
XVII.			Initium æstatis.
XVI.			Procyon, quã quidã Caniculã uocant, occidit.
XV.		Euronotus cum pluuia.	Sol in Geminis.
XIIII.		Sol in Geminis.	Auster flat uesperi.
XIII.	(occidit Atticæ.		Suculæ oriuntur, & flat Aquilo.
XII.	Capella occ. uesp. Canis	Suculæ oriuntur. Septent. uenti.	Arcturus occidit, aérque conturbatur.
XI.	Orionis glads' occ. Cæs.	Arcturus occidit matutino. Tempestas.	Sagittarius occidit, & flat Auster.
X.			Gemini exoriuntur & Aquila.
IX.			Suculæ oriri incipiunt, & pluit.
VIII.		Capra oritur matutino. Venti Septentrion.	Capella oritur matutino & flat Aquilo.
VII.			Taurus occidit. Auster & Aquilo flant.
VI.			Auster spirat.
V.			Fidicula oritur matutino, & Auster flat.
IIII.			Auster uehemens flat.
III.			Vergiliæ exoriuntur. Imbres cum tonitribus fiunt.
Prid.			Tempestas aspera. Hyemat aer. {Ingentia uesperi tonitrua commouentur.
		IVNIVS.	
Kalend.			
IIII.		Aquila exoritur. Tempestas.	Suculæ totæ emergunt. Auster flat.
III.			Aquila exoritur. Aeris tempestas, & flat Fauonius.
Prid.	Aquila oritur uesp. Cæ-		Australes procellæ cum tonitruis.
Non.	sar. & Assyrius.		Auster flat, & pluit.
VIII.	Arctur' occ. mat. Italiæ.	Arcturus occidit. Fauonius, uel Corus.	Aquilo exoritur. flat Auster, & pluit.
VII.			Aquilo flat, & pluit.
VI.			Arcturus occidit matutino. Fauonius spirat.
V.			Delphinus emergere incipit. Arcturus occidit.
IIII.	Delphin uesperi oritur.		Aquilo flat, & modicè pluit.
III.		Delphin oritur uesperi. Fauonius.	Pluuiosus aer, cum tonitruis, & australis dies.
Prid.			Turbulentum cælum, cum tonitruis.
Idus		Calor incipit.	Fauonius, uel Corus flat, & tonat.
XVIII.			Delphinus emergit. Auster flat.
XVII.	Orionis gladius oritur.		Orionis humeri eleuãtur, & principia æstatis.
XVI.			Obscurum astrum. Fauonius & Auster flant.
XV.	Sol in Cancro.		Aeris tempestas, & Aquilonij flatus.
			Fauonius cum Austro spirat. Orionis humeri apparent.
XIIII.	Orionis gladius or. AE-		Sol in Cancro. Orion exoritur matutino.
XIII.	gypto.	Sol in Cancro. Tempestas.	Auster & Fauonius flant. Pluit, & tonat.
XII.			Serpentarius occidit matutino.
XI.	Orionis glads' occidere	Ophiuchus occidit matutino. Tempestas.	Auster cum Aquilone spirat.
X.	incipit Cæsariæ.		Exortus Orionis.
IX.			Obscuri astri exortus, & calorum intensio.
VIII.	Solstitium.	Solstitium. Fauonius & calor.	Aestiuus cardo, & momentanea aeris perturbatio.
VII.			Aphricus & Fauonius simul spirant.
VI.	Orion oritur Cæsari.		Breuissima nox. Orion exoritur.
V.			Pluit uesperi. Canis apparere incipit.
IIII.			Ventorum conflictus.
III.		Ventosa tempestas.	Canis exoritur matutino. Zona Orionis apparet.
Prid.			Arcturus occidit matut. & aeris intemperies.
		IVLIVS.	
Kalend.	IVL.	Fauonius, uel Auster. Calor.	Aer ab Aquilone conturbatur.
VI.			Obscurum astrum. Auster flat, uel Fauonius.
V.			Austrina dies, & conturbatio aeris.
IIII.	Orionis zona or. Assyr. Procyon or. mat. Aeg.	Corona occidit matutino.	Orion exoritur. Corona occidit, & Fauonius spirat.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
III.	Corona occid. mat. Assy.		Medium Cancri exoritur.
Prid.	Orion totus oritur Ae.	Cancer medius occidit.	Etesiæ flant, & cum Austro Aquilones.
Non.			Corona occidit matutino. flat Auster.
VIII.		Capricornus medium occidit.	Cepheus exoritur, & austrina aeris perturbatio.
VII.		Cepheus uesperi oritur. Tempestas.	Orion totus emergit. Auster flat.
VI.		Prodromi incipiunt.	Etesiarum Prodromi flatus spirant.
V.	Prodromi flant. lib. 2.		Imbres cum tonitribus. flat Aquilo.
IIII.			Orion totus oritur matutino, & Prodromi inualescunt flatus.
III.			Aphricus flat turbulentus.
Prid.	Oriō tot⁹ oritur Aegyp.		Aquilo flat.
Idus		Procyon oritur matutino. Tempestas.	Canicula exoritur. Etesiæ inualescunt.
XVII.			Orion exoritur, & uiolentus flat Aquilo.
XVI.	Procyon oritur Assyriis.		Aestatis dimidium, & dies Aquilonis flatu algentior.
XV.	Sol in Leone. Canis ort⁹.		Fauonius, & interdum Auster spirant. Canis exoritur mat. & Etesiæ āplius inualescūt.
XIIII.	Aquila occidit mat. Aeg. Prodromi incipiunt.	Sol in Leone. Fauonius.	Orion exoritur. Corus flat, totusque apparet Orion.
XIII.	Etesiæ flant. lib. 2.		Sol in Leone. Corus spirat, & canis exoritur.
XII.			Etesiæ cum aliis uentis per unum & uiginti flant dies.
XI.			Prodromi flatus latè spirant.
X.	Prodromi flāt. Ital. Aquila occidit matutino Ae.		Cancer totus cum Leone exoritur, & Aquila occidit.
IX.		Regia exoritur. Tempestatem significat.	Leo cum Sole exoritur, & cane. Cancer descendit.
VIII.		Aquarius incipit occidere. Fauonius, uel Auster.	Gemini occidere incipiunt. Canis emergit, & Austrini sunt flatus.
VII.		Canicula apparet. Caligo æstuosa.	Caligo arenosa. Aquila occidit. Leo exoritur. flat Auster.
VI.		Aquila exoritur.	Canicularis æstus.
V.			Vehementes calores. Etesiæ ualenter spirant.
IIII.		Claræ stellæ in pectore Leonis exoriūtur.	Lucida stella in Leonis pectore exoritur. Aquilo egelidus propter æstum.
III.	Regia occidit matutino Cæsariæ.	Aquila occidit. Tempestatem significat.	Autumnales fructus apparere incipiunt. Aquila occidit matutino, aerque turbidus fit.
Prid.			Auster cum Aphrico simul spirant.
		AVGVSTVS.	
Kalend.	AVG.	Etesiæ flant.	Aquila occidit matutino. flat Aphricus. Ardentes sunt æstus.
IIII.			Aquila occidit. Aer austrinus.
III.			Austrina dies.
Prid.		Leo medius exoritur. Tempestas.	Leonis medium exoritur. Arbor in hoc biduo apparet. Auster nimbosus uehementer flat.
Non.			Corona occidit. Leonis medium exoritur. Vehemens flat Auster, & grues apparent.
VIII.	Arcturus occidit medi⁹.		Fidicula contrahitur. Austrina dies æstuosa.
VII.		Aquarius medius occidit. Nebulosus æstus.	Orionis medium occultatur, & dies ab Austro caliginosus & æstuosus.
VI.	Autumnus incipit.		Leo exoritur. æstus intolerabilis. Nebulosus aer. Orionis exoritur medium.
V.			Obscurum astrum. Septentrio lenis spirat. æstus mediocris.
IIII.			Lunaris defectus in hāc diē incurrere solet. auster & Aquilo spirāt, & calorēs sunt ingētes.
III.	Fidicula oc. Autumnus incipit Cæsariæ.		Fidicula occidit matutino. Autumnus inchoat. Ventorum concursus fit.
Prid.	Equ⁹ oritur Att. Delphinus occidit uesp. Cæs. & Aegypto.	Fidis occidit matutino. Autumnus incipit.	Ventorum conflictus & pugna.
Idus		Delphin occidit. Tempestas.	Delphinus cum Lepore occidit.
XIX.		Delphin occidit matutino. Tempestatem significat.	Aestuosi & squalentes calores.
XVIII.			Obscurū astrū, & Fauonius cū Austro spirat.
XVII.			Delphinus occidit matutino.
XVI.			Autumni initium.
XV.			Fidicula occidit. & flat Aquilo.
XIIII.			Delphinus occultatur. mediocris æstus.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
XIII.		Sol in Virgine. Tempestas. Fidis occidit.	Fidicula occidit matutino. Sol in Virgine. Auster flat. Pluit, & tonat.
XII.			Sol in tota Virgine.
XI.	Vindemitor oritur matutino Caes. & Assyr.		Virgo exoritur.
X.			Septentrio lenis spirat. Tota exoritur uirgo. aeris est serenitas.
IX.			Virgo exoritur. Aquilo flat.
VIII.			Etesiae ponunt. Aquilo frigidior flare incipit.
VII.		Vindemitor oritur matutino. Arcturus incipit occidere.	Delphinus exoritur, & Auster flat.
VI.			Vindemitor emergit. Auster & Fauonius simul flant.
V.	Sagitta occidit Assyr. Etesiae desinũt. Arctur' oc. matut. Att. & Sagitta.		Virgo apparere incipit.
IIII.		Virginis humeri exoriuntur.	Fauonius lenis spirat.
III.		Etesiae desinunt.	Virgo exoritur. Fauonius molliter flat.
Prid.	Andromede oritur uesp.	Andromeda oritur uespertino.	Andromeda exoritur.
		SEPTEMBER.	
Kalend.	SEPTEMB.		Andromeda exoritur. Imbres cum tonitruis fiunt. flat uulturnus. incõstantes sũt uenti.
IIII.		Piscis Austrinus desinit occidere.	Australis Piscis non amplius occultatur.
III.			Tonat, & pluit.
Prid.			Arcturus cum uindemitore exoritur. Malus occultatur.
Non.		Arcturus exoritur. Fauonius, uel Corus.	Mercurij domicilium. Fauonius spirat, & ex uentorum inconstantia imbres cadunt.
VIII.			Equus exoritur.
VII.		Piscis Aquilõ. desinit occidere. Capra exoritur. Tempestas.	Capella emergit. Aphricus flat uesp. & pluit.
VI.			Arctur' apparet. flat Aquil. & interdũ tonat.
V.	Capella orit. uesp. Caes.		Virginis medium exoritur. Fauonius spirat cum Aphrico.
			Idem aeris status.
IIII.			Idem aeris status.
III.		Virgo med. exoritur. Fauonius, uel Auster.	Arcturus exoritur.
Prid.	Arctur' oritur uesp. Medus. Hirũdines abeũt.		Arcturo exoriente imbres cadunt.
Idus			Vergiliae cum Equo exoriuntur.
XVIII.	Arcturus oritur. (lib.2) Corus.		Hirundines non uidentur. Capella exoritur, & pluit.
XVII.			Duodecatemorion, id est, duodecima portio autumni incipit.
XVI.	Spica oritur mat. Aegyp. Etesiae desinunt.		Fauonius latè spirat cum Aphrico.
XV.		Arcturus exoritur. Fauonius, uel Aphric'.	Piscis exoritur, & Septentrio spirat.
XIIII.	Etesiae desinũt Caesariae.	Spica Virg. oritur. Fauonius, uel Corus.	Sol in Libra. Crater apparet. Arcturi medium cernitur matutino.
XIII.	Etesiae desinũt Assyrijs.	Sol in Libra. Crater apparet matutino.	Arcturo exoriente imbres copiosi cadunt.
XII.			Aequinoctium autumnale, & pisces occidunt.
XI.	Syndesmos occidit Caes.	Pisces occ. mat. Aries occidere incipit. uẽti.	Argo descendit. Plumosi aeris conturbatio.
X.		Argo occidit. Tempestas.	Pisces occidunt. Austrinae fiunt pluuiae. Aeris uentorũque conturbationes, & maris tẽpest.
IX.		Centaurus oritur matutino. Tempestas.	
VIII.	Sol in Libr. Aequinoct.	Aequinoctium. Pluuia.	Lunaris defectus in hanc incurrit diem. Centaurus exoritur.
VII.			Nebulosus aer, & turbulentus existit.
VI.			Haedi exoriuntur, & Auster uehemens flat.
V.	Heniochus occidit matutino Caes. & Attica.	Haedi oriuntur. Fauonius, uel Auster.	Virgo desistit emergere. Vergiliae matutino & uesperi apparẽt. Haedi cũ sole exoriuntur. uentorum & maris procellae ualidae fiunt.
			Auster uehemens flat. Tempestates horridae.
IIII.	Capella oritur matutino.	Virgo desinit oriri. Tempestas.	Vergiliae mat. cernũtur, & pluuium flat aust.
III.	Haedi oriũtur matutino. Corona oritur Caes.		Capella emergit usque ad uespertinum uergiliarum occasum.
Prid.	Haedi occidũt uesp. Caes.		
		OCTOBER.	
Kalen.	OCTOB.		Vergiliae in Oriente apparere incipiunt. Auster flat matutino.
VI.	Corona oritur matut. Att.	Tempestas.	Idem austrini flatus, & uergiliarum exortus.
V.			Heniochus, id est, Auriga, occidit, & ab Aquilone tonat.
IIII.		Auriga occidit matutino. Virgo desinit occidere.	Haedi exoriuntur. & pluit.
III.			Corona emergit, & conuersio est aestatis.
			Arietis medium occidit cum Scorpione.
Prid.	Fulgens stella Coronae oritur Caesaria.	Corona incipit oriri. Tempestas.	Eadem, quae prior, significatio.
Non.		Haedi oriuntur uesperi. Aries med. occidit.	

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
VIII.		Corona stella clara oritur.	Corona cum Hædis exoritur. aer conturbatur.
VII.			Hædi cũ Vergiliis emergũt, & flat Aphricus.
VI.		Vergiliæ oriuntur vesperi. Fauonius, vel Aphricus.	Libra oriri incipit, & Fauonius spirat.
V.	Vergiliæ oriũtur vesp.		Corona exoritur matutino. Venti commutantur, asperaque in mari fit hyems.
IIII.			
III.	Corona tota oritur.	Corona tota oritur matutino. Auster hybernus, vel pluuia.	Vergiliæ exoriuntur, & flat Auster. Corona emergit. aeris commutatio, & tumultus fit.
Prid.			
Idus		Tempestas.	Aquilo immensus flat.
•			Autumni medium, & Auster flat.
XVII.			Orion emergit, & roruletus est aer.
XVI.			Eadem, quæ prior, significatio.
XV.			Tristis & nubilus dies.
XIIII.		Sol in Scorpione.	Sol in Scorpione, & Fauonius spirat.
XIII.		Vergiliæ occidere incipiunt matutino. Tempestas.	Vergiliæ occidunt, aerisque est conturbatio.
XII.			Eadem, quæ prior, significatio: sed etiam pluit.
			Tauri cauda occidit, & Auster flat pluuius.
XI.		Tauri cauda occidit. Auster, vel pluuia.	Scorpius occidit. Aquilo flat, & in mari tempestas horrida.
X.			
			Vergiliæ occidunt.
IX.			Centaurus occidit matutino.
VIII.		Cẽtaurus desinit oriri matutin. Tempestas.	Scorpij dimidia cauda occidit.
VII.		Nepæ frons oritur. Tempestas.	Suculæ occidunt. Gelidus flat Aquilo, & aspera in mari hyems.
VI.	Sucula vesperi oriũtur.		
			Vergiliæ & Orion penitus occidunt.
V.		Vergiliæ occidunt. Hyemat.	Arcturus occultatur, & vehementes flant vẽti.
IIII.		Arcturus occidit vespertino. Venti.	Cassiopea incipit occultari.
III.		Cassiope incipit occidere. Tempestas.	Orion & Aquila penitus occidunt vesperi, &
Prid.	Arcturus occidit 'Caf. Inculæ oriũtur cũ Sole.		Fidicula exoritur.
		NOVEMBER.	
Kalen.	NOVEMB.	Caput Tauri occidit. Pluuia.	Vergiliæ occ. Pruina decidit matutino. Arcturus occultatur, aerisque ad frigora fit cõuersio.
IIII.	Arctur' occidit vesperi.		Venti spirant frigidi, & pluit.
III.		Fidicula oritur matutino. Hyemat.	Fidicula exoritur matutino, & Aquilo flat.
Prid.			Auster & Fauonius flant, fiuntque imbres.
Non.			Fidicula Sole exoriente apparet. Aquilo flat.
VIII.		Fidicula tota oritur. Auster, vel Fauonius.	Arcturus occidit matut. & nebulosus est aer.
VII.		Stella clara Scorpionis oritur. Tempestas.	Vergiliæ & Orion occultantur. Aquilo flat.
VI.		Vergiliæ occidunt matutino. Tempestas.	Turbidus & molestus est aer.
V.	Orionis gladius occidit.	Hyems incipit. Auster, vel Eurus.	Clarum Scorpionis astrũ, & hyemalis cardo.
IIII.			Hyemis initium.
III.	Vergiliæ occidũt. Aquilones.		Vergiliæ occultantur.
Prid.			Media Scorpionis stella emergit.
Idus			Vergiliæ & Orion occidunt matutino.
XVIII.			Scorpius matutino occidit.
XVII.			Fidicula oritur matutino Vulturnus, Auster, & Boreas simul flant.
XVI.		Fidicula oritur matut. Auster, vel Aquilo.	Eadem, quæ prior, significatio.
XV.		Aquilo, vel Auster cum pluuia.	Tempestuosa dies, Austerque superuenit.
XIIII.		Sol in Sagittario. Suculæ oriuntur matutino. Tempestas.	Sol in Sagittario. Orion cum Fidicula exoritur, aerisque tempestas existit.
XIII.		Tauri cornua occidunt vesperi. Aquilo.	Tauri cornu cum Sole occidit, & flat Aquilo.
XII.		Suculæ occidunt matutino. Hyemat.	Horrida tempestas.
XI.		Lepus occidit matutino. Tempestas.	Suculæ cum Lepore occidunt matutino.
X.			Gelida cadit pluuia.
IX.			Tauri cornua occidunt.
VIII.			Initiũ hyemis. Frigora incipiunt, gelidique cadunt rores.
VII.		Canicula occidit matutino. Hyemat.	Sol in prima Sagittarij portione.
VI.			Eadem, quæ prior. significatio.
V.			Canis occidit. Austrina dies, & pluit.
IIII.			Canis occultari incipit, & nebulosus est aer.
III.			Canis occidit matutino. & Aphrico flãte pluit.
Prid.		Sucula tota occidũt. Fauonius, vel Auster.	Oriõ occ. Fauoni' spirat. & Austro flãte pluit.
		DECEMBER.	
Kalend.	DECEMB.		Perturbatio aeris. flat Septentrio, & totus Orion occidit matutino.
IIII.			Canis occidit. vesperi Septentrio flat.

III.			Tempeſtuoſa cum nubibus dies.
prid.			Sagittarius occidit, & Aquilo flat.
Non.			Per totum diem pluit, & flat Aquilo.
VIII.		Sagittarius medius occidit. Tempeſtas.	Medium Scorpij emergit.
VII.		Aquila oritur matutino. Africus, uel Auſter.	Aquila exoritur, & Aphricus flat.
VI.			Scorpius totus emergit.
V.			Canis exoritur matutino, & Auſter flat.
IIII.			Vehemens Aquilo flat. Caliginoſum tempeſtatibus cœlum exiſtit. (flant.
III.		Corus, uel Septentrio, uel Auſter cũ pluuia	Obſcurũ aſtrũ. Septẽtrio & Cæcias per-
Prid.			Aquilo flat prior. grauis & pluuius ſubſequitur Auſter. (lo flant, & pluit.
Idus		Scorpius oritur totus matutino. Hyemat.	Totus Scorpius exoritur. Auſter & aqui-
XIX.			Capella occidit. (turbatio exiſtit.
XVIII.			Auſter & Aquilo perflant, & aeris per-
XVII.			Eadem, quæ prior, ſignificatio.
XVI.		Sol in Capricorno. Bruma iuxta Hippar.	Sol in Capricorno. [ſus & pugna.
XV.		Ventorum mutatio.	Obſcurum aſtrum, & uentorum concur-
XIIII.			Capella exoritur.
XIII.	Halcyonia (lib. 2.)		Aquila cum Capricorno exoritur.
XII.			Incipit flare Aquilo. ſuperueniens Auſter totum obtinet diem.
XI.			Aquila exoritur ueſperi.
X.		Capra occidit matutino. Tempeſtas.	Capella matutino emergit.
IX.		Solſtitium brumale, iuxta Chaldæos.	
VIII.	Bruma.		Reliquum deficit.
VII.			
VI.		Delphin oriri incipit matutino. Tempeſtas.	
V.			
IIII.		Aquila ueſperi occidit. Hyemat.	
III.	Canis occidit matut. A-	Canicula occidit ueſperi. Tempeſtas.	
Prid.	quila ueſperi. Atr.	Tempeſtas uentoſa.	

ARATO.		HYGINO.		MANILIO.
Oritur.	Occidit.	Oritur.	Occidit.	Oritur.
ORTO ARIETE.		ORTO ARIETE.		ORTO ARIETE.
Andromedæ reliq.	Ara.	Andromedæ reliq.	Ara.	Heniochus 15.
Perſei caput.		Perſei caput.		Orion.
		Deltoton.		Argo 4.
				Hyades 27.
				Hœdi 20.
				Capella 30.
ORTO TAVRO.		ORTO TAVRO.		ORTO TAVRO.
Perſei reliquum.	Bootes.	Perſei reliquum.	Bootes.	Vergiliæ 6.
Heniochi pars.	Arcturus.	Hyades.	Hyades.	
Hœdi.		Vergiliæ.	Vergiliæ.	
Capella.		Hœdi.		
Ceti cauda & dorſum.		Capella.		
		Priſtix.		
ORTII GEMINIS.		ORTIS GEMINIS		ORTII GEMINII.
Heniochi reliquum.	Ophiuchi pars.	Heniochus.	Bootes 2.	Lupus 7.
Cetus totus.	Bootes 2.	Priſtix 2.	Ophiuchus.	
Eridani pars.		Eridanus.	Hœdi.	
			Capella.	
			Sirius.	
ORTO CANCRO.		ORTO CANCRO.		ORTO CANCRO.
Orion.	Corona.	Heniochus 2.	Corona.	Procyon 20.
Eridani reliquum.	Piſcis pars.	Eridanus 2.	Ophiuchus 2.	Aſelli.
	Ophiuchi reliquũ.	Orion.	Priſtix.	
	Serpens.	Canis.	Notius.	
	Bootes 3.	Hydræ.	Aſelli.	
		Aſelli.	Bootes 3.	

ARATO.		HYGINO.		MANILIO.	
Oritur.	Occidit.	Oritur.	Occidit.	Oritur.	Occidit.
ORTO LEONE.		ORTO LEONE.		ORTO LEONE.	
Hydræ caput.	Aquila.	Heniochus 3.	Corona 2.	Canis 1.	
Lepus.	Engonasin.	Lepus.	Ophiulchus 3.	Crater 30.	
Procyon.		Procyon.	Aquila.		
Canis pedes priores.		Hydra 2.	Pristis 2.		
		Sirius.			
ORTA VIRGINE.		ORTA VIRGINE.		ORTA VIRGINE.	
Hydræ pars media	Lyra.	Argo.	Lyra.	Præuindemiator 16.	
Canis reliquum.	Delphin.	Hydra 2.	Cygnus.	Corona 15.	
Argus prora.	Sagitta.	Præuindemiator.	Sagitta.		
	Cygni pars.	Crater.	Delphin.		
	Equi caput.		Pegasus.		
			Præuindemitor.		
ORTA LIBRA		ORTA LIBRA.		ORTA LIBRA.	
Bootes.	Equi reliquum.	Bootes.	Cygnus 2.	Lyra. 26.	
Argo.	Cygni reliquum.	Engonasin.	Andromedæ pars.	Sagitta. 8.	
Hydræ reliquum.	Andromedæ caput.	Argo 2.	Deltoton.		
Engonasin.	Cepheus.	Arcturus.			
Ophiuchus.	Cetus.	Cornus.			
Coronæ pars.					
Centauri cauda.					
ORTO SCORPIONE.		ORTO SCORPIONE.		ORTO SCORPIONE.	
Coronæ reliquum.	Eridani curuam.	Corona.	Cepheus.	Ara 8.	
Hydræ extremum.	Cetr liquum.	Engonasin 2.	Cassiope.	Centaurus 14.	
Engonasin inferior	Andromedæ reliquum.	Ophiuchus.	Andromedæ reliq.		
Serpentarij caput.	Orion.	Sagitta.	Eridani pars.		
Centauri hostia & caput.	Cepheus.	Centauri pars.	Orion.		
	Cassiope.				
ORTO SAGITTARIO.		ORTO SAGITTARIO.		ORTO SAGITTARIO.	
Centauri pedes priores.	Cepheus.	Engonasi.3.	Perseus.	Cygnus 30.	
Serpentarij corpus.	Lyra.	Lyra.	Aurigæ pars.	Arcturus 5.	
Engonasi caput.	Canis.	Cepheus.	Eridani reliquum.		
	Orionis reliquum.	Cassiope.	Lepus.		
	Lepus.	Ophiuchus 2.	Orion.2.		
	Aurigæ pars inferior.	Delphin.	Canis.		
	Persei caput.	Centauri reliquum	Argo.		
	Argus rostrum.				
ORTO CAPRICORNO.		ORTO CAPRICORNO.		ORTO CAPRICORNO.	
Cygnus.	Persei reliquum.	Ara.	Persei reliquum.		
Aquila.	Argus reliquum.	Cygnus.	Aurigæ reliquum.		
Sagitta.	Procyon.	Aquila.	Procyon.		
Ara.			Argus reliquum.		
ORTO AQVARIO.		ORTO AQVARIO.		ORTO AQVARIO.	
Equus.	Centauri cauda.	Pegasus.	Centauri pars.	Cepheus.	
	Hydræ frons & collum.		Hydræ pars.	Cassiope 20.	
				Aquila 12.	
ORTIS PISCIBVS.		ORTIS PISCIBVS.		ORTIS PISCIBVS.	
Piscis Notius.	Centauri reliquum.	Andromedæ pars.	Centauri reliquum.	Pristis 30.	
Andromedæ medium.	Hydræ reliquum.	Pegasi reliquum.	Hydræ reliquum.	Pegasus 21.	
		Notius.		Engonasin 30.	
		Andromede 12.			

TABVLA ORTVVM ET OCCASVVM STELLARVM,

AD ELEVATIONEM Alexandrinam, & ætatem Ptolemæi.			AD ELEVATIONEM Noricam, & annum Christi M. D. XL.		
	Oritur.	Occidit.	Oritur.	Occidit.	
Vrsa maior.					
Vrsa minor.					
Draco.					
Bootes.	Brach. 6. Lib.	0. Scorp.			3.Virg.12. Aquar.
	Calc.1. Lib.	14. Scorp.			
Arcturus.	22. Virg.	13. Scorp.	29.Virg.	27. Sagitt.	
Corona.	7. Lib.	13. Sagitt.	5.Libr.	23. Capricorn.	
Engonasin.					1.Libr.27.Aquar.
Lyra.	Lucid. 15.Scorp.	22. Aquar.	18. Libr.	18. Pisc.	
	Testa.24.Scorp.	9. Aquar.		tot.sed ala sinistra.	24. Scorp.
Cygnus.	12. Sagitt.	29. Aquar.		Non occidit.	26. Pisc.
Cepheus.				Non occidit.	
Cassiope.				Non ocadit.	
Andromede.	22. Aquar.	27. Pisc.			10. Sagit. 12.Taur.
Perseus.				Non occidit.	
Heniochus.				Non occidit.	
Capella.	21. Aries.	5.Gemin.			
Hœdi.	27. Aries.	29. Taur.			
Ophiuchus.	3. Scorp.	25.Scorp.	12. Scorp.	24.Sagitt.	
Sagitta.	14. Sagitt.	29.Capricorn.			4.Sagit.10.Aqu.
Aquila.	16. Sagitt.	19.Capricor.	14. Sagitt.	16.Aquar.	
Delphin.	29. Sagitt.	8.Aquar.			15.Sagit.1.Pisc.
	24. Sagitt.	3.Aquar.			
Pegasus.	4. Aquar.	1.Pisc.	26.Capricor.	27.Pisc.	
Deltoton.					6. Aquar. 20. Pisc.
Aries.	Caput. 26. Pisc.	8.Ar.	1. Ar.	1.Ar.	Circa 11.Martij.
	Pes.22. Ar.	14.Ar.			
Taurus.			0. uel 1.Gemin.	8.Leo.	Circa 11. Aprilis.
Hyades.	19.Taur.	11.Taur.	9. Gemin.	26.Taur.	
Vergiliæ.	28. Ar.	4.Taur.	9. Taur.	26. Taur.	
Gemini.	Pr. 15.Gemin.	0.Canc.	28.Gemin.	8. Leo.	Circa 12. Maij.
	Seq. 22. Gemin.	1.Canc.	8.Canc.	1. Leo.	
Cancer.					Circa 13. Iunij.
Præsepe.	10. Canc.	16.Canc.			
Aselli.	28. Canc.	15.Canc.	29.Canc.	2. Leo.	
Leo.					Circa 14.Iulij.
Corona, quæ & Regia.	3.Leo.	5.Leo.	22.Leo.	22.Leo.	
Cauda.	21.Leo.	11.Virg.	8.Virg.	24. Libr.	
Dorsum.			25.Leo.	23.Libr.	
Virgo.					Circa 14. Augusti.
Vindemitor.	13.Virg.	8.Libr.	24.Virg.	17.Scorp.	
Spica.	27. Virg.	24.Virg.	17.Libr.	10.Libr.	
Libra.					Circa 14. Septemb.
Lanx Mercurij.	18. Libr.	19. Libr.			
Sep.	20.Libr.	3.Scorp.	7.Scorp.	9. Scorp.	
Scorpius.					Circa 14. Octob.
Spond.	25.Scorp.	28. Libr.	25.Scorp.	29. Scorp.	
Cor.	14.Scorp.	8. Scorp.	6.Sagitt.	22. Scorp.	
Sagittarius.					Circa 13. Nouemb.
	13. Sagitt.	3. Sagitt.			
	20. Sagitt.	10. Sagitt.			
Capricornus.					Circa 11. Decemb.
	2.Capricor.	12. Capricor.			
Cauda.			21. Aquar.	14. Aquar.	
Aquarius.					Circa 10. Ianuarij.
	16. Pisc.	11. Aquar.			

	PTOLEMAEO.		HODIE.		
	Oritur.	Occidit.	Oritur.	Occidit.	
Crus.			27. Pisc.	27. Aquar.	Circa 9. Februarij.
Pisces.					
Austr.	17. Aquar.	0. Pisc.			
Boreas.	12. Pisc.	2. Ar.			
Syndesmos.			5. Gemin.		
Prisbx.				4. Ar.	
Eridanus.					0. Gemin. 1. Taur.
Lepus.	2. Canc.	22. Taur.			10. Leo. 10. Taur.
Orion.					
Hum.	17. Gemin.	26. Taur.	13. Canc.	4. Gemin.	
Cing.	19. Gemin,	19. Taur.	11. Canc.	29. Taur.	
Pes.	19. Gemin.	12. Taur.	19. Canc.	13. Taur.	
Hu. sin.			5. Canc.	25. Taur.	
Canis.			13. Leo.	25. Taur.	
Sirius.	14. Canc.	0. Gemin.			
Procyon.	9. Canc.	20. Gemin.	3. Leo.	25 Gemin.	
Argo.					10. Virg. 1. Gemin.
Centaur.					28. Scorp. 6. Libr.
Ara.					Non oritur.
Hydra.	21. Canc.	3. Canc.	2. Virg.	9. Canc.	
	7. Leo.	12. Canc.			
Crater.	1. Virg.	15. Leo.			20. Virg 10. Gem.
Coruus.	15. Virg.	13. Leo.			20. Libr. 10. Virg.
Notius piscis.					21. Ar. 10. Aquar.

HERCVLIS CIOFANI SVLMONENSIS

IN

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBRVM I. OBSERVATIONES.

Ciofanus Lectori S.

IN FASTORVM volumine emendando, duodecim libris veteribus vsus sum: quorum octo in summi Pontificis bibliotheca, qua præclatior & copiosior nulla alia extare dicitur, adseruantur: in horum duobus postremus liber desideratur. Alij duo sunt eruditissimorum vitorum, Achillis Statij, & Fului Vrsini: qui omnium antiquissimi esse videntur: ad horum præstantiam & antiquitatem vnus ex illis, quos dixi, Vaticanus accedit. Alius ex bibliotheca Maffeiorum: alius, quem fratet meus, M. Antonius cum impresso diligentissimè contulit, quem librum fratris in scholiis voco. In exemplari autem Statij tres propemodum libri desunt. Ex notæ, quibus breuitatis caussa vsus sum, o.l.s. omnes libros scriptos significant. Vale.

Numerus paginam denotat.

TEMPORA *cum caussis Latium digesta per annum,*
Lapsáque sub terras, ortáque signa canam] Ianus Parrhasiua, qui partum memoria omnium doctissimus fuit, hoc loco Ouidium nostrum ad verbum A A T I O N, quo vsus est Callimachus, allusisse, eóque causam significari docet lib. III. in Claud. de raptu Proserpinæ.

3. SACRA *recognosces annalibus eruta priscis*) Annales scripserunt ante Ouidium Hemina, Claudius, Afranius, Ennius, Attiua, Quadrigarius, Piso. Fannius, Fenestella, Laberius, & Licinius. *Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus*) Tiberius Germanicum filium adoptauit, ab Augusto postea ipse adoptatua. Dio lib. L V. & Suetonius in eiusdem Tiberij vita, vbi ita scribit: Caio & Lucio (Augusti filiia) intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus priua Germanicum fratris sui filium adoptare. Iustinianus lib. I. Institutionum. Titul. XI. cùm de adoptandi more dissereret, hoc vtitur exemplo: sic etenim D. Augustus non ante Tiberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptasset: vt protinus adoptione facta, inciperet Germanicua Augusti nepos esse. Habes itaque quomodo Tiberiua esset Germanici pater, & Augustus auus. sic quoque sub finem huius libri:

Et tuus Augusto nomine dictus auus.

Adoptio verò quo modo fieret, docet Vlpianus fragmentis tit. IIX his verbis: ADOPTIO fit, aut per populum, aut Prætorem, vel Præsidem prouinciæ. Illa adoptio, quæ per populum fit, specialiter arrogatio dicitur. Per populum qui sui iuris sunt arrogantur: per Prætorem autem, filij familiæ à parentibua dantur in adoptionem. Adoptio fit Romæ, & in prouincia apud Præsidem. Et Caius lib. I. Tit. V. Adoptio est, vbi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur: & ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate. Idem Caius ante hæc verba ita adoptionem definiuit. Adoptio naturæ similitudo est, vt aliquis filium habere possit, quem non genetauerit.

De adoptione consulendus est Agellius, siue A. Gellius lib 5. cap. XIX. Hunc autem Germanicum idem Tiberius, cũ ad imperij fastigium iam peruenisset, veneno necandum curauit. De Germanici laude, & carminum præstantia Quintil. lib. X.

4. *Auspice te felix*) sic Maffeianus, & q. alij vet. vetè.

5. *In anno Constituit menses quinque bis esse suo*) Vide Macrobium libro primo, cap. XX, Saturnaliorum.

8. *Ille nefastus erit per quẽ tria verba silentur. Fastus erit per quem lege licebit agi*) Suetonius in XIX. Prætorum, vt citat Priscianus lib. IIX. FASTI dies sunt, in quibus ius fatur, id est, dicitur: vt nefasti, in quibus non dicitur.

TRIA *verba*) Do, dico, addico. Id est, Do bonorum possessionem, dico ius, addico id, de quo quæritur. Hunc autem locum non satis rectè interpretati sunt Antonius, & Paulus, viri alioqui eruditissimi, ac de hoc opere optimè meriti.

PER *quem lege licebit agi*) Lege agi, est litigari, le-

gem intendi. Cicero pro Cæcina: Iam verò in cæteris, vt omnes qui in eadem causa sunt, & lege agant, & suum ius persequantur. Idem in Diuinatione in Verrem: Quis igitur est, qui neget oportere eorum arbitratu lege agi, quorum causa lex sit constituta?

10. *Ecce tibi faustum Germanice nunciat annum*] De particula *ecce* vide quæ l. i. in meis in Metamorphosin obseruationibus notaui.

11. *Iane biceps*) Hæc est omnium lib. veter. lectio.

Otia terra ferax, alia Pontus habet) Alludere videtur ad id quod Liuius scribit lib. 1. Bis deinde Ianus, post Numæ regnú, clausus fuit: semel T. Manlio Consule, post Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod nostræ ætati Dij dederunt vt videremus, post bellum Actiacum ab Imperatore Augusto pace terra marique parta.

Otia pontus habet) Ἀραθεςι.

12. *Linguaque animusque fauete*] Vnus Vatic. Maffei & Vrsini liber, *lingua* absque *que* coniunctione placet.

Et sonet accensis spica Cilissa focis) Antonius Fanensis hoc loco, & Iosephus Scaliger in Propertium lib IV. per spicam Cilissam crocum intelligi debere rectè admonent, contra Pauli Marsi opinionem. Confirmat & hanc, quam ego quoque probaui opinionem, Ouidius ipse in Ibin. vbi ita ait:

Quique ferat dicam terra Cilissa crocos.

14. *Salue festa dies*] Ita legere vetet. exemplaribus & ratione.

Et voces accipe mente meas] eadem exempl. *percipe*) verè. quam lectionem agnouit & Marsus.

Libera per mutas.] liber Vrsini, & fratris mei, *Libera perpetuas*.

Ora vides Hecates in tres vergētia partes] Felicissimè hunc locum explicat Parrhasius io Claudianum, & nos in Metamorphosin obseruationib. repetemus.

18. *Tumet ipse*. Tale quippiam in eodem opere notauimus.

Bruma noui prima est, veterisque nouissima solis: Principium capiunt Phœbus & annus idem] Solstitium hiemale significat.

Ad primam vocem timidas aduertimus aures. Vrs. *Ad primas voces timidas commertitis aures*. Maffei: *aduertitis*.

20. *Et primum usum*] Idē l. Vrs. *Et usum primum*.

21. *Vix vltra, quà iam progrediatur, habet*) Quà, per quem locū. sed in tribus Vatic. & Maffei est, *quo*, & fortasse rectius: & vide quàm aptè progrediendi verbo vtatur, quod valet vlterius pergere.

22. *Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinū, Et dabat exiguā fluminis vlua torum, Iuppiter angusta vix totus stabat in æde, Inque Iouis, &c.*] Tale quippiam est apud Propertium eleg. 1. lib. IV. Tibullum lib. II. eleg. VI. & Claud. lib. 1. in Rufinum.

Nec fœnum) aliquot lib. vet & Aldinus: *Et fœnum*.

At postquam fortuna loci caput extulit huius. Et tetigit summos vertice Roma Deos] sic lib. Vrs. Maff. Fratris, & alij quidam. Ad huius autem loci sententiam vide quę annotaui eleg. III. l. 1. Trist.

23. *Cur sit stipe*] Veter. lib. *si sit*. melius.

Maiestas conuenit ipsa Deo] sic in libro Vrs. optimè.

25. *Arx mea collis erat quem, &c.*] duo Vatic. & idem Vrsin. *Ara mea est colli, quem* &c.

26. *Cur sic sacratus in uno est*] Vet. editiones, & Vrs. liber, *cur stas sacratus in vno* sequor.

Hic ubi templa foris iuncta duobus habes?] Publius Victor de Vrbis regionibus: Iani duo, celebris mercatorum locus. Erant igitur duo Iani sacella, siue potius templa in foro Boario, & Romano, vel Piscario. atque ita intelligendum est illud Horatij in Epist. libro 1. epist. 1.

hæc Ianus summus ab imo Perdocet.

Vel spatium illud, quod erat inter vtrumque Iani templum, accipiendum est.

Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam,] *in pectore* legitur in lib. Vrsini: quo modo est apud Virg. lib. X. *fusus propexam in pectore barbam*.

Utque leuis custos armillis capta Sabinis Ad summa Tatium duxerat arcis iter.] lib. scripti: *capta Sabinis Ad summæ tacitos*] &c. sequendum videtur. Nota autem est historia, siue, vt vult Liuius, fabula.

27. *Inuidiosa feras*] iidem lib. sic habent.

Antè tamen madidis subiecit sulfura venis) Vnus Vatic. *calidis*] non *madidis*. quam lectionem qui statim sequitur, versus confirmare videtur: *Clauderet ut Tatio fœtidus humor iter*. Iudicent tamen emunctæ naris viri.

Cuius ut utilitas pulsis comperta Sabinis] libri scripti. & Aldinus: *Percepta Sabinis*.

28. *Et attollens oculos diuersa tuentes*.) omnes ferè vet. lib. habent, *videntes*.

Tradiderat famulas iam tibi Rheamus aquas) è bonis lib. ita legendum. Alibi: *Nec sibi perpetuò ferua bibatur aqua*.

29. *Iane fac æternos*) sic Vrsini liber emendatè.

30. *Promissi pars fuit illa mei*) sic in duobus Vaticanis. in aliis vet. *Propositi*. vtrumque ferri posse cēseo, quamuis ad posteriorem magis inclino lectionem.

32. *Octipedis frustrà quærunur brachia Cancri: Præcipit occiduas ille subibit aquas*) Rectè admonent interpretes de occasu Cosmico intelligi. qui sit III. Nonas Ianuarij, quo die in XVII. parte Capricorni in signo opposito est.

Obstiterint imbres missi tibi nubibus atris) sic legitur in vno optimo lib. Vatic. superne verò notatum est non recenti manu, *Nisi si tibi nubibus atris*, quo modo est in quattuor aliis eisdem bibliothecæ. superiorem lectionem, quæ est in lib. Vrs. integriorem esse opinor.

Nona signa dabunt exoriente lyra) Oritur lyra cum fine libræ Romæ. Intelligit autem poeta ortum Heliacum, quo lyra manè ante Solis ortum conspicitur. Ortus verò & occasus siderum triplici differentia distinguuntur. aut enim accedente propius Sole occultantur, aut prætergradiente in antecedentia sese proferunt. Cùm ad hanc rationem vel occultantur, vel se proferunt, dicitur à recentioribus occasus Heliacus, & ortus Heliacus. Ortum Heliacum Plinius vocat sideris emersionem: occasum autem sideris occultationem, & hic est primus modus. Secundus autem, cùm stella diluculo cum Sole oritur, Matutinus ortus appellatur; à recentioribus dicitur ortus Cosmicus, à Ptolemæo ἀνατολή. Cum autem Sole diluculo emergente stella ex aduersa parte occasum subit, stellæ occasus Matutinus Latinè dicitur, à recentioribus occasus Cosmicus. Tertius autem modus est, cùm Sole occidente stella crepusculo exoritur, & appellatur ortus Vespertinus, à Ptolemæo ἑσπερία ἀνατολή. Occasus autem vespertinus, quando stella occidentem Solem subsequitur: bi à recentioribus ortus, & occasus vocantur Chronici.

ib. *Et primi antiquus dicitur Agonia sermo*) ita ha-

bent omnes libri scripti. ineptam planè alij substituerunt lectionem *Agmnus.* Tu Festum Pompeium lege in verbo Agonium, cuius loci partem adducit hic Marsus.

33 *Vtque ea non certa est*) hæc est vet.o. lib. lectio. verè. secus in vulgatis quibusdam, sed malè.

34. *Lacrymatas cortice myrrhas.*) citat hæc verba Diomedes. *Herbis contenta Sabinis*) sic o.lib.s.

36. *Dicta dolore dedit:*) ita iidem l.s.

Rode caper vitem, tamen hinc, cùm stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit.) Hoc distichon conuertit Ouidius ex Græcis epigrammatis. vbi ita est:

Κἢν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

Mactabatur autem caper Baccho. Mart. lib. v.

Vitæ nocens rosea stabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.

Ouid. lib. II. de Ponto, eleg. IX.

Nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho.

Noxa tibi debitus hostis Spargitur effuso, &c.) Omniū optimus lib. Vatic. *Noxæ tibi.* sequor. quattuor alij Vatic. & Vrs. *Mox & tibi*, erratum à librariis pro *noxæ tibi.*

37. *Flebat Aristæus*) De hoc Aristæo sic Iustin. lib. XIII. Aristæus, Apollinis ex Cyrene, quæ eximiæ pulchritudinis fuit virgo, filius primùm & apum, & mellis vsum, & lactis, & coaguli hominibus tradidit: solstitialisque ortus siderum primùm inuenit. Tribuit eidem Aristæo oliuæ inuentionem Cicero lib. III. De nat. Deorum. *Hyperiona*] Solem. Vide quæ notaui lib. v. huius operis.

41. *Pars aderat comptis arte manuque comis.*) lib. vet. *positis*, non *comptis*. placet.

42. *Sic, ut erat lusa lassa*] aliquot vet. lib. *fessa*, probè.

ibid. *Ecce rudens rauco Sileni vector Asellus Intempestiuos edidit ore sonos: Territa consurgit Nymphe*) tale quippiam dicit etiam libro vt

Forte senex, quo vectus erat Silenus, Asellum
Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ.
Ibat ut inciperet longi Deus Hellesponti:
Intempestiuo cum rudit ille sono.
Territa voce graui surgit Dea.

44. *Nec defensa iuuant Capitolia*) A Gallis Senonibus, qui, nisi anseres suo clangore Manlium excitassent, Capitolium cepissent. Contigit hoc anno ab vrbe condita CCCLXIII. Meminit huius rei Liuius lib. v. & Plutarchus in vita Camilli. Vide etiam, quæ ego in Metamorph. ex Columella annotaui. Cicero pro Sext. Roscio Amerino: *Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint.* *Fugauit*] in exilium eiecit.

47. *Spémque metúmque*) Vide Scholia in epist. Heroid.

ibid. *Passus idem est, Tyriis qui quondam pulsus ab oris Cadmus in Aonia condidit exsul humo.*) Hac de re ita sub principium lib. III. Metamorph.

Cùm pater ignarus raptam perquirere Cadmo
Imperat, & pœnam, si non inuenerit, addit,
Exilium, facto pius & sceleratus eodem.

48. *Et idem Pagasæus Iason,*) legendum ex v. l. *Begasæus.*

49. *Diique petitorum (dixit) salute locorum*] Vide quæ collegi lib. III. Metam. sub principium.

ibid. *Cætera terra petet:* lib. Vrs. *Cætera turba petet.*

50. *Iam pius Æneas sacra, & sacra altera patrem Afferet*] Hunc locum exposui ex Æliano in meis in Metamorphosin obseruationibus lib. XIII. ad versum illum,

Sacra, & sacra altera patrem
Fert humeris venerabile onus Cythereius heros,
De tantis opibus prædam prius eligit illam,
Ascaniumque suum. Infrà etiam. lib. IV. tale quippiam:

Hinc satus Æneas, pietas spectata per ignes,
Sacra, patremque humeris altera sacra tulit.

52. *Traxerat auersos Cacus ad antra boues.*] lege ex Vrs. & tribus Vatic. *ad antra ferox.* Ad hunc autem locum interpretis officio functus Mart. respexit lib. v.

Syluarumque tremor tacita qui fraude solebat
Ducere, nec rectas Cacus in antra boues.

ibid. *Non leue finitimis hospitibusque malum.*] Expressit verbum κακόν. De Caco autem & Hercule sic disputat Fulgentius lib. II. Mythologicon: Si fumum fures eructant, quis inuolantem dum negat agnoscat? ergo aut caliginem, aut fumum obiicit, ne agnosci possit: aut in fumum vanescit substantia, quæ furtiuè succedit. Cacus enim Herculis boues furatus esse dicitur, quos cauda in spelunca tractos abscondit, quem Hercules presso gutture interfecit. κακόν enim Græcè, malum dicimus. Ergo omnis malitia fumum eructat, id est, aut quòd contraria sit veritati, i. luci: aut quòd acerba sit videntibus, vt fumus oculis: aut quòd multiformis malitia non simplex sit. Triplici enim modo non nocet malitia; aut in euidenti, vt potentior: aut subtiliter, vt falsus amicus: aut occultè, vt impotens latro: Ideò etiam subtractos boues transuersis ducit vestigiis, quòd omnis malignus aliena inuadat, & transuersa defensionis vtatur via. Ideò & bona Herculis concupiscit, quia numquam malignitas aperta liberiore fronte sit, sed virtus & malos interficit, & sua vindicat. *Dira viro facies,*) lib. vet. *Dura.* quo verbo impudentia indicatur. *Quod simul euersum est*) sic iidem lib. vet. verè. *Quas quoties perflat*) sequor eorundem lib. lectionem, *proflat.*

53. *Adductáque claua trinodis*) sic in iisdem lib. verè.

ibid. *Ille autem, mixtásque vomit cum sanguine flammas.*) Quattuor Vatic. *Mixtosque vomit cum sanguine fumos.* verùm in vno est *mixtóque*, non *mixtosque.* Quam lectionem confirmat Virg. lib. VIII. à quo hic noster multa accepit. eius verba sunt:

Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Euomit.

ibidem *Quæ maxima dicitur aram.*) Hanc aram ponit P. Victor in XI. vrbis regione. vide & Solinum lib. I. cap. II. 55. *Perlege dispositas generosa per atria ceras*, sic legitur in quattuor Vatic. in alio eiusdem bibliothecæ, & Vrsini, est *Cinerosa.* non placet.

ibid. *Generosa*) In quibus nobilium familiarum series disposita est. 56. *Aut torquis adempti*] T. Manl. Torquatum significat, de quo sic Cicero lib. III. *T. Manlius ad Anienem, Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit.* De eodem idem Cicero lib. I. & II. De finibus. Agellius cap. XIII. lib. IX. Orosius lib. III. cap. VI.

ibid. *Aut corui titulos auxiliaris habent.*) M. Valerius Coruinus, qui à coruo adiutore nomen est adeptus. Lucanus lib. VII. *cadunt Lepidi, cadúntque Metelli, Coruinique simul.* Vetus inscriptio. M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALA. A. DCCXXVI CORVINVS. PROCOS. EX. GALLIA. VII. K. APR.

Vol. Maximus lib .IIX.cap.XIII. M. Valerius Coruinus centesimum annum compleuit: cuius inter primum & sextum consulatum quadraginta septem anni intercesserunt. suffecitque integria viribus corporis, non solùm speciosissimis Reip. ministeria, sed etiam exactissimę agrorum suorum culturæ, & ciuis & patrisfamilias optabile exemplum. De hoc item Valerio Cicero in Catone Maiori, Plutarchus in Mario, Plinius lib. VII. cap. XLVIX. & idē Valer. eod. lib cap. XV. Agell. lib. II. cap. IX.

56. *Magne tuum nomen rerum est mensura tuarum*] Apostrophe ad Cn. Pompeium Magnum, qui à magnis rebus gestis etiam Agamemnonis nomen inuenit. Huic prospera vtenti fortuna, rebúsque gestis claro, ab oraculo responsum est, vt à Cassio caueret. Quapropter omnes de gente Cassia viros, à quorum nemine insidiis petitus est, suspectos habuit. Postea in Pharsalia à Cæsare victos, Aegyptum petens, apud montem Cassium & cæsus est, & tumulatus pr die. Kal. Octob. ea ipsa die, qua annos XIX. III. de Mithridate rege Ponti & piratis triumphauerat. Auctor Dio lib. XLII. & alij.

57. *Sed qui te uicit nomine maior erat.*] sic est in opt. lib. scriptis.

ibid. Augusta uocantur Templa sacerdotum ritè dicata manu.] ritè, id est solenniter, cum cærimoniis. Liuius lib. XXVI. *Negabant Pontifices unam cellam amplius, quam uni Deo ritè dedicari*: sic enim ex veteribus libris emendauit doctissimus vir, omnísque Romanæ antiquitatis intelligentissimus, amicus meus, Carolus Sigonius. quam lectionem repperi ipse etiam in meo veteri Liuij libro, quem cum eo, quem eruditissimis idem Sigonius Scholiis illustrauit, contuli: in quo præter alia, quæ non parui sunt momenti, locus est integerrimus lib. XXIX. hic videlicet: In Consentinum agrum Consules exercitum eduxerunt, passimque depopulari, cùm agmen iam graue præda esset, in saltu angusto à Brutiis, iaculatoribúsque Numidis turbati sunt, ita vt &c. Rhenorius autem, cuius coniecturam & emendationem postea idem Sigonius secutus est, cùm in suis libris repperisset, à Brutiis iaculatoribúsque disturbati sunt. deleuit (que) coniunctionem, & legit: à Brutiis iaculatoribus disturbati sunt. Hoc, vt spero, non prorsus inutile, lector te scire volui, vt, si posthac aliquis mihi otium faciet, speres fore, vt à me nostri eius libri ope, & aliorum, quos conferam, Liuianæ lectionis emendatiora, quàm quæ nunc habentur, expectare possis.

ibid. Proeguit & nostras quernas corona fores.] vide quæ notaui lib. III. Tristium.

ibid. Originis urbis] sic habent tres Vatic. & Vrs. alij autem & Statij. *Origine urbis*. quod sequor.

58. *Ius tamen ereptum restituisse, ferunt.*) Tres Vatic. & Statij.

ibid. Ius tamen exemptum] Vrs. verò *Exceptum*.

ibid. Nec molem puros exanimata fecos.] sic in iisdem lib. In aliis verò ex eadem Bibliotheca & Statij. *Exta cremata*. Superiorem amplector lectionem.

59. *Posueritque*] sic omnes lib. vet. quam lectionem agnoscit etiam hic Marsus.

ibid. Mænali Diua, Mænali Nympha) Statii liber.

Nunc te sacratæ restituere manus) lege ex o. l. s. *constituere*.

ibid. Furius antiquus populi superator Hetrusci Vencrae] Non displicet lectio, quæ est in tribus Vatic. & Vrsini: *Furius antiquus*, &c. Rectè autem admonet Marsus hunc esse M. Furium Camillum, qui anno V.C. CCCLXIII. dictator fuit bello contra Veientes (*hodie il paese doue è Ponzano*, L. Valerio Potito & M. Manlio Coss. Liuius lib. V.

62. *Consortes operum, per quas correcta uetustas,*] lib. Statii. & Fratris: *Consortes superum, per quas corrupta uetustas*. Nihil mutandum censeo.

ibid. Aegra seges.) Idem lib. Vrsini, & Maffei: *Vlla seges*.

63. *Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.*] Infra lib. IV. *Pace Ceres læta est: & uos orate coloni Perpetuam pacem, pacificúmque ducem.*

64. *Deduxit Pacis ad aras*] Melior lectio in tribus Vatic. & Vrsini, *Ad aram*.

ibid. Frondibus Actiacis comptos redimita capillos) Lege ex opt. manuscriptis exemplaribus, & optimè excusis, *comptos redimita capillos*. Idque agnoscit Marsus.

65 *Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma.*] Hæc est vera & germana lectio: pessimæ & prorsus explodenda quæ in quibusdam lib. excusis legitur: *quibus arma coerceat hostes*.

ibid. Exacta] Absoluta, perfecta. sub finem lib. XV. Carminum: *Exegi monumentum ære perennius*.
Alio modo sub finem lib. I. De arte:

Pars superat cœpti, pars est exhausta laboris.

HERCVLIS CIOFANI SVLMONENSIS

IN

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBRVM II. OBSERVATIONES.

Numerus paginam denotat.

ALTER *ut ie mensis, sic liber alter eat.*] Io. ferè lib. scripti habent: *Alter ut hic mensis*.

66. *Nunc primùm*) lib. Vrsini: *Iam primùm*.

ibid. Aequus ad hæc) Iidem libri. *Et quis*.

ibid. Gerimus, quæ possumus, arma?] Quinque ex iisdem libris: *ferimus*.

ibid. Si nobis non ualido torquentur pila lacerto.] Erat pilum teli genus, quo in bello Romanorum milites vtebantur. Lucanus sub principium lib. I. vbi de Pompeio, & Cæsare, dum alter aduersus alterum

bellnmgerena, corundem militum opera, signis, telisque vererentur: *infestisque obuia signis*

Signa, pares Aquilas, & pila minantia pilis.

Si de pilo plura cupis, consule Vegetium lib. I. cap. xx. & lib. II. cap. xxv. & Polybium libro vi.

66. *Ergo adest, & placido paullum mea munera vultu Respice.*] Tres lib. s. *Accipe.* Vrsini. *Aspice.*

ibid. Piamina patres.) Quinque lib s. *Piacula.*

67. *Quos veterum in lingua*] Vatic. *veterum lingua.* Vrsini & Fratris: *Veteri in lingua.*

ibid. Torrida cum mica farra, vocantur idem.) Vnus Vatic. *Turgida.* septem alii, Maffei, Fratris & Vrs. *Turbida.* sequor.

ibid. Casta sacerdotum tempora fronde tegit.] lib. Vrsini, *Tempora*: & sic semper, cùm de temporibus, id est, capitis parte sermo fit.

68 *Sectis quod pelle Luperci*) o. l. s. *Quia* aptius. sequitur enim: *Aut quia pacatis.*

ibid. Græcia principium moris dedit.) sic in octo lib. s.

73. *In liquidas subitò mersa natabit aquas*] sic est in iisdem lib. probè.

74 *Sæpe canes, leporésque umbra iacuere sub una, Et stetit in saxo proxima cerua leæ.*] Ad hunc locum respexisse videtur Seneca in Hercule Oeteo de Orpheo loquens,

Iuxtaque impauidum pecus

Sedit Marmaricus leo,

Nec damæ trepidant lupos.

ibid. vocalis Arion.) Arion citharœdus fuit insignis, ex Methymna Lesbi vrbe. Martialis lib. IIX.

Sic Methymnæo gauisus Arione Delphin

Languida non tacitum per freta vexit onus.

De eodem plura Plutarchus in Symposio septem sapientum. Et hic noster lib. III. De arte:

Quamuis mutus erat, voci fauisse putatur

Piscis: Arioniæ fabula nota lyræ.

Copiosè hanc fabulam narrat Higyn. cap. CXCIV. his verbis: Arion Methymnæus, cùm esset arte citharæ potens, rex Pyranthus Corinthius eum dilexit: qui cùm à rege petiisset, per ciuitatem artem suam illustrare, & magnum patrimonium acquisisset, consenserunt famuli cũ nautis, vt eum interficerent. Cui Apollo in quietem venit, eique dixit, vt ornatu suo & corona decantaret, & eis se traderet, qui ei præsidio venissent. quem cùm famuli, & nautæ vellent interficere, petit ab eis, vt antè decantaret. Cùm autem citharæ sonus, & vox eius audiretur, delphini circa nauem venerunt. quibus ille visis, se præcipitauit. qui eum sublatum attulerunt Corinthum ad regem Pyranthum. qui cùm ad terram exisset, cupidus viæ, delphinum in mare non propulit, qui ibi exanimatus est. Qui cùm casus suos Pyrantho narrasset, iussit Pyranthus delphinum sepeliri, & ei monumentum fieri. Post paucum tempus nunciatur Pyrantho nauem Corinthum delatam tempestate, in qua Ariõ vectatus fuerat. Quos cùm perduci ad se imperasset, & de Arione inquireret, dixerunt eum obiisse, & eum sepulturæ tradidisse. Quibus rex respondit, Crastino die ad delphini monumentum iurabitis. Ob id factum eos custodiri imperauit, atque Arionem iussit ita ornatum quo modo se præcipitauerat in monumento delphini manè delitescere. Cùm autem rex eos adduxisset, iussisétque eos per delphini manes iurare Arionem obiisse, Arion de monumẽto prodit. Quod illi stupentes, qua diuinitate seruatus esset, obmutuerunt. quos rex iussit ad delphini monumentum crucifigi. Apollo autem propter artem citharæ Arionem, & Delphinum in astris posuit. Copiosius eandem fabulam ex Herodoto prosequitur Agellius lib. XVI. cap. XIX. Sed hoc idem de Orione narrat Germanicus Cæsar in Phænom. Arati.

Siculas impleuerat vrbes) Vrs. liber, & tres Vatic. *Siculas impleuerat oras.*

Ausonia ora) sic dicitur Asis, Italis, Castalis, Pegasis, Sarmatis, & alia ad eundem modum plurima: Vide Scholia in lib. De ponto. Ineptit autem Marsus, qui proprium nomen esse ait.

Mortem non deprecor] sic alibi:

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

Non deprecor] non recuso.

Quæ possit crines Phœbe decere tuos] Laudatur Phœbus ob pulchrum capillum. Qua de re lib. IV. Metamorph. quæ aliâs edentur. *Induerat Tyrio*) sic o. l. l. malè quidam impressi: *Induit & Tyrio.*

75. *Astris Delphina recepit Iuppiter, & stellas iussit habere nouem*] Et hanc, & aliam ex Eratosthene, & ex Aglaosthene causam refert Higinus. qui alibi Delphinum non nouem, sed decem stellas habere ait, & quibus in locis. Germanicus tamen Cæsar facit cum poeta nostro. Eius verba sunt: Delphinus stellas habet in ore vnam, in folio duas, in pinnulis ventris tres, in dorso vnam, in cauda duas. sunt omnes nouem.

77. *Iampridẽ tu pater orbus eras*] sic est in tribus antiquis. probo. *ibid. Quæ dederas transilienda Remo*] Vrs. Maffei: *Tu dederas.* sequor.

ibid. Cemmaque sensit] Hæc est o. vet lib. lectio. verè.

ibid. Duæ se] Vrs. *Sub se.*

78. *A Zephyris mitior aura venit*] Quidam ex vet. lib. *Mollior aura* 79. *Dixerat & Nymphis*] Vrs. & quidam alij: *Dixerat hæc Nymphis.*

80 *Ponderis ipsa sui*] Duo Vatic. *illa sui.*

81. *Ni foret ad superas raptus vterque domos*] lib. vet. *In superas.*

82. *In qua Veientibus arvis*] o. l. s. armis. probo.

ibid. Miles generosus] Optimus Vatic. *generatus*]

83. *Vt celeri passu Cremeram tenuere rapacem*] l. s. *attigere.* sequor. *Inhonestaque vulnera tergo Accipiunt*] Maximo dedecori est militibus iis, quibus vulnera tergo illata sunt. Contrà: maximo est ornamento iis, qui illa in pectore exceperunt. Ouidius lib. XIII. Metamorphoseos:

Sunt & mihi vulnera, ciues,

Ipso pulchra loco.

Quem quidem locum aliis exemplis illustraui, quę in secunda, quæ vel nunc in promptu est, editione omnia edentur.

Syluaque montanas occulit alta feras] Duo Vatic. *Occulit apta.* quinque alij: *Occulere apta*, pro occulebat.

ibid. *Finit aquas* Vrs. *claudit.*

87. *Conatus ipse feras*] Idem: *concipit ille fugas.*

88. *Vidit ab excelso Faunus vtrumque loco*) Opt. Vaticanus, & Maffei: *iugo.*

89. *Aurea pellebant tepidos umbracula soles*) Vnus Vatic. *rapidos.* *Induit illa suos*) lib. vet. ita habent.

vincla relaxant lib. Vrsini: *vincula laxant.*

90. *Vinoque solutos*) Quidam lib. veteres, *sepultos*: alij, *grauatos* Maffei vero, *sopitos.*

ibid. Inque suo) Vrs. *tuo.*

91. *Verubus transfixa saligna*) In vet. quibusdam: *transfixa*: in aliis, *transsuta.* quam lectionem agnoscit Marsus: quæ vera est.

92. *Quaue locum tali nomine causa notet.* lib. vet.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
XVII.		Nepa occidit.	Sol in Ariete. Fauonius latè spirat. Ciconia apparet, & mare traiiciunt.
XVI.		Sol in Tauro. Fauonius, uel Corus.	Inconstantes uenti. Aquilo spirat.
XV.	Miluus apparet Italiæ.		Auster flat. Miluus diluculo apparet.
XIIII.			Aquilo serenus spirat.
XIII.			Equus occidit matutino. Aquilo uel Septentrio flat.
XII.	Equus occidit matutino.	Equus occidit matutino. Septent. uenti.	Aries in latus emergit. Pluit, aut ningit.
XI.			Cancer tergore oritur. Auster flat.
X.		Aries oriri incipit. Pluuia.	Aequinoctium. Pluit, interdum tonat.
IX.		Aequinoctium. Tempestatem significat.	Septentriones & Aquilo flant. Equus occidit matutino.
VIII.	Aequinoctium.		Pisces tergore emergunt. Nix imbre mista cadit. Aries matutino emergit cum mari. turbatio aeris.
VII.			Aequinoctium uernũ. Pluit, interdũ & tonat.
VI.			Nox & dies æquales existunt.
V.			Scorpius occidit. Vehemens flat uentus, pluuiasque cum tonitribus commiscet.
IIII.			Scorpius occidit. Septentrio flat pluuius.
III.			Auster flat. & pluit.
Prid.			Ventorum procellæ, & sæpe pluit.
		APRILIS.	
Kalen.	APRIL.	Nepa occidit matutino.	Scorpius occidit. Sol dies partem unam addit. Aquilonis flatu nebulosum est cœlum. Vergiliæ oriri, & præsignificare incipiunt.
IIII.			Nebulosus aer per omnes terras.
III.	Vergiliæ occid. uesp. Att.		Vergiliæ occidunt uespertino.
Prid.			Flat Aphricus.
Non.	Vergiliæ occid. uesp. Cæs. Orion & gladius eius Aegypto.	Fauonius, uel Auster cum grandine.	Fauonius spirat.
VIII.		Vergiliæ uesperi occidunt.	Suculæ emergunt, pluuiæque ab Austro deuoluuntur.
VII.		Austri, uel Aphrici. Tempestas.	Auster flat, & Vergiliarum reliquum occidit.
VI.	Libra occidit. Imber.		Fauonius flare incipit matutino. Vergiliæ occidunt.
V.			Australes procellæ.
IIII.		Libra occidere matutino incipit.	Aquilo uehemens flat. Vesper est pluuiosus.
III.			Frigidi flant uenti, & pluit.
Prid.		Suculæ celantur. Hyemat.	Suculæ occultantur.
Idus		Libra occidit.	Aquilo flat. Paruum Præsepe exoritur.
XVIII.		Tempestas uentosa.	Obscurum astrum, & uenti, & imbres.
XVII.			Suculæ occidunt. Frigidi spirant uenti. Perseus oritur.
XVI.	Sucula occidit uesp. At.		Suculæ occidunt. Spirat Fauonius.
XV.	Suculæ occid. uesp. Cæs.	Sol in Tauro. Pluuiam significat.	Sol in Tauro. Suculæ occultantur.
XIIII.	Suculæ oc. uesp. Aeg. sid. terra marique turbidũ.	Suculæ uesperi celantur. Pluuiã significant.	Aphricus flat.
XIII.			Sucula penitus occidunt. Aphricus flat uesp.
XII.	Suculæ occid. uesp. Assyr.		Fauonius spirat.
XI.		Ver bipartitur. Pluuia.	Tauri caput occidit, & pluit.
X.		Vergiliæ oriũtur cum Sole. Aphr. uel Aust.	Vergiliæ exoriuntur. Fauonius spirat.
IX.		Fidicula apparet prima nocte. Tempestas.	Fidicula circa primam facem apparet.
VIII.			Fidicula oritur, & pluit.
VII.	Hædi oriuntur Aegypto.		Præsepe emergit. Desinit uer.
VI.	Canis occidit uesp. Attic. Fidicula oritur mane.		Suculæ penitus occidunt, & ueris conuersio.
V.	Orion totus occidit Assyr.		Auster flat.
IIII.		Auster cum pluuia.	Austrina dies, & pluuia.
III.	Canis occidit Assyriis.	Capra oritur matutino. Austrina dies.	Hœdi oriuntur. Auster flat matutino.
Prid.		Canis uesperi celatur. Tempest. significat.	Canes occultatur uesperi. Aer conturbatur ab Austro. & Aquilo simul permiscet.
Kalend.	MAI.	MAIVS.	Canes occultatur. Rores descendunt.
VI.	Sucula or. mat. Cæsariæ.	Sucula cum Sole oritur. Septent. uenti.	Suculæ cum Sole oriuntur.
V.		Cẽtaurus totus apparet. Tẽpest. significat.	Centaurus apparet totus. Fauonius spirat.
IIII.			Scorpius sursum emergit. Aquilo flat, & rores cadunt.
III.		Idem sidus pluuiam significat.	Fidicula oritur matutino.
Prid.		Nepa med. occidit. Tempest.	Dimidium Scorpionis occidit.
Non.		Vergiliæ oriuntur matutino Fauonius.	Vergiliæ oriuntur mane. & spirat Fauonius.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
VIII.	Capella or. plun. Canis		Principium æstatis. Fauonius præualet.
VII.	occidit uesp. AEgypto.	AEstatis initium. Fauonius, uel Corus.	Eodem flat modo Fauonius.
VI.	Vergiliæ oriuntur. Subsolanus flat.	Vergiliæ totæ apparent.	Fidicula oritur. Suculæ occidunt. Tauri caput apparet.
V.	Arcturus occidit matut.		Vergiliæ apparent.
IIII.			Vergiliæ oriuntur. Auster flat.
III.	Fidicula oritur.		Suculæ occidunt. Austrini sunt flatus.
Prid.			Scorpius occidit, & Fidicula oritur matutino.
Idus		Fidis oritur matutino. Tempestas.	Canis exoritur, & flat Auster.
XVII.			Initium æstatis.
XVI.			Procyon, quã quidã Caniculã uocant, occidit.
XV.		Euronotus cum pluuia.	Sol in Geminis.
XIIII.		Sol in Geminis.	Auster flat uesperi.
XIII.	(occidit Atticæ.		Suculæ oriuntur, & flat Aquilo.
XII.	Capella occ. uesp. Canis	Suculæ oriuntur. Septent. uenti.	Arcturus occidit, aërque conturbatur.
XI.	Orionis glads' occ. Cæs.	Arcturus occidit matutino. Tempestas.	Sagittarius occidit, & flat Auster.
X.			Gemini exoriuntur & Aquila.
IX.			Suculæ oriri incipiunt, & pluit.
VIII.		Capra oritur matutino. Venti Septentrion.	Capella oritur matutino & flat Aquilo.
VII.			Taurus occidit. Auster & Aquilo flant.
VI.			Auster spirat.
V.			Fidicula oritur matutino, & Auster flat.
IIII.			Auster uehemens flat.
III.			Virgiliæ exoriuntur. Imbres cum tonitribus fiunt.
Prid.			Tempestas aspera. Hyemat aer. Ingentia uesperi tonitrua commouentur.
		IVNIVS.	
Kalend.		Aquila exoritur. Tempestas.	
IIII.			Suculæ totæ emergunt. Auster flat.
			Aquila exoritur. Aeris tempestas. & flat Fauonius.
III.			
Prid.	Aquila oritur uesp. Cæsar. & Assyriis.		Australes procellæ cum tonitruis.
Non.			Auster flat, & pluit.
VIII.	Arctur' occ. mat. Italiæ.		Aquilo exoritur. flat Auster, & pluit.
VII.		Arcturus occidit. Fauonius, uel Corus.	Aquilo flat, & pluit.
VI.			Arcturus occidit matutino. Fauonius spirat.
V.			Delphinus emergere incipit. Arcturus occidit.
IIII.	Delphin uesperi oritur.		Aquilo flat, & modicè pluit.
III.		Delphin oritur uesperi. Fauonius.	Pluuiosus aer, cum tonitruis, & australis dies.
Prid.			Turbulentum cœlum, cum tonitruis.
Idus		Calor incipit.	Fauonius, uel Corus flat, & tonat.
XVIII.			Delphinus emergit. Auster flat.
XVII.	Orionis gladius oritur.		Orionis humeri eleuãtur. & principia æstatis.
XVI.			Obscurum astrum. Fauonius & Auster flant.
XV.	Sol in Cancro.		Aeris tempestas, & Aquilonij flatus.
			Fauonius cum Austro spirat. Orionis humeri apparent.
XIIII.	Orionis gladius or. AEgypto.		
XIII.		Sol in Cancro. Tempestas.	Sol in Cancro. Orion exoritur matutino.
XII.			Auster & Fauonius flant. Pluit, & tonat.
XI.	Orionis glads' occidere incipit Cæsariæ.		Serpentarius occidit matutino.
X.		Ophiuchus occidit matutino. Tempestas.	Auster cum Aquilone spirat.
IX.			Exortus Orionis.
VIII.	Solstitium.		Obscuri astri exortus, & calorum intensio.
		Solstitium. Fauonius & calor.	Aestiuus cardo, & momentanea aeris perturbatio.
VII.			
VI.	Orion oritur Cæsari.		Aphricus & Fauonius simul spirant.
V.			Breuissima nox. Orion exoritur.
IIII.			Pluit uesperi. Canis apparere incipit.
III.			Ventorum conflictus.
		Ventosa tempestas.	Canis exoritur matutino. Zona Orionis apparet.
Prid.			Arcturus occidit matut. & aeris intemperies.
		IVLIVS.	
Kalend.	IVL.	Fauonius, uel Auster. Calor.	
VI.			Aer ab Aquilone conturbatur.
V.			Obscurum astrum. Auster flat, uel Fauonius.
IIII.	Orionis zona or. Assyr. Procyon or. mat. AEg.	Corona occidit matutino.	Austrinus dies, & conturbatio aeris.
			Orion exoritur. Ciconia occidit, & Fauonius spirat.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
			Medium Cancri exoritur.
III.	Corona occid. mat. Assy.		Etesiæ flant, & cum Austro Aquilones.
Prid.	Orion totus oritur Ae.	Cancer medius occidit.	Corona occidit matutino. flat Auster.
Non.			Cepheus exoritur, & austrina aeris perturbatio.
VIII.		Capricornus medium occidit.	Orion totus emergit. Auster flat.
VII.		Cepheus vesperi oritur. Tempestas.	Etesiarum Prodromi flatus spirant.
VI.		Prodromi incipiunt.	Imbres cum tonitribus. flat Aquilo.
V.	Prodromi flant. lib. 2.		Orion totus oritur matutino, & Prodromi invalescunt flatus.
IIII.			Aphricus flat turbulentus.
III.			Aquilo flat.
Prid.	Orio͂ tot⁹ oritur Aegyp.		Canicula exoritur. Etesiæ invalescunt.
Idus		Procyon oritur matutino. Tempestas.	Orion exoritur, & violentus flat Aquilo.
XVII.			Aestatis dimidium, & dies Aquilonis flatu algentior.
XVI.	Procyon oritur Assyriis.		Favonius, & interdum Auster spirant. Canis exoritur mat. & Etesiæ amplius invalescu͂t.
XV.	Sol in Leone. Canis orit⁹.		Orion exoritur. Corus flat, totusque apparet Orion.
XIIII.	Aquila occidit mat. Aeg. Prodromi incipiunt.	Sol in Leone. Favonius.	Sol in Leone. Corus spirat, & canis exoritur.
XIII.	Etesiæ flant. lib. 2.		Etesiæ cum aliis ventis per unum & viginti flant dies.
XII.			Prodromi flatus latè spirant.
XI.			Cancer totus cum Leone exoritur, & Aquila occidit.
X.	Prodromi fla͂t. Ital. Aquila occidit matutino Ae.		Leo cum Sole exoritur, & Canis. Cancer descendit.
IX.		Regia exoritur. Tempestatem significat.	Gemini occidere incipiunt. Canis emergit, & Austrini sunt flatus.
VIII.		Aquarius incipit occidere. Favonius, vel Auster.	Caligo arenosa. Aquila occidit. Leo exoritur. flat Auster.
VII.		Canicula apparet. Caligo æstuosa.	Canicularis æstus.
VI.		Aquila exoritur.	Vehementes calores. Etesiæ valenter spirant.
V.			Lucida stella in Leonis pectore exoritur. Aquilo egelidus propter æstum.
IIII.		Claræ stella in pectore Leonis exoriuntur.	Autumnales fructus apparere incipiunt. Aquila occidit matutino, aerque turbidus fit.
III.	Regia occidit matutino Cæsariæ.	Aquila occidit. Tempestatem significat.	Auster cum Aphrico simul spirant.
Prid.			
		AVGVSTVS.	
Kalend.	AVG.	Etesiæ flant.	Aquila occidit matutino. flat Aphricus. Ardentes sunt æstus.
IIII.			Aquila occidit. Aer austrinus.
III.			Austrina dies.
Prid.		Leo medius exoritur. Tempestas.	Leonis medium exoritur. Arbor in hoc lilidus apparet. Auster nimbosus vehementer flat.
Non.			Corona occidit. Leonis medium exoritur. Vehemens flat Auster, & grues apparent.
VIII.	Arcturus occidit medi⁹.		Fidicula occultatur. Austrina dies æstuosa.
VII.		Aquarius medius occidit. Nebulosus æstus.	Orionis medium occultatur, & dies ab Austro caliginosus & æstuosus.
VI.	Autumnus incipit.		Leo exoritur. æstus intolerabilis. Nebulosus aer. Orionis exoritur medium.
V.			Obscurum astrum. Septentrio lenis spirat. æstus mediocris.
IIII.			Lunaris defectus in hac die incurrere solet. Auster & Aquilo spira͂t, & calore͂s sunt ingentes.
III.	Fidicula oc. Autumnus incipit Cæsariæ.		Fidicula occidit matutino. Autumnus inchoat. Venturum concursus fit.
Prid.	Rqu⁹ oritur Ass. Delphinus occidit vesp. Cæs. & Aegypto.	Fidis occidit matutino. Autumnus incipit.	Venturum conflictus & pugna.
Idus		Delphin occidit. Tempestas.	Delphinus cum Lepore occidit.
XIX.		Delphin occidit matutino. Tempestatem significat.	Aestuosi & squalentes calores.
XVIII.			Obscuru͂ astru͂. & Favonius cu͂ Austro spirat.
XVII.			Delphinus occidit matutino.
XVI.			Autumni initium.
XV.			Fidicula occidit. & flat Aquilo.
XIIII.			Delphinus occultatur. mediocris æstus.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
XIII.		Sol in Virgine. Tempestas. Fidis occidit.	Fidicula occidit matutino. Sol in Virgine. Auster flat. Pluit, & tonat.
XII.			Sol in toto Virgine.
XI.	Vindemiator oritur matutino Caes. & Assyr.		Virgo exoritur.
X.			Septentrio lenis spirat. Tota exoritur uirgo. aeris est serenitas.
IX.			virgo exoritur. Aquilo flat.
VIII.			Etesiae ponunt. Aquilo frigidior flare incipit.
VII.		vindemiator oritur matutino. Arcturus incipit occidere.	Delphinus exoritur, & Auster flat.
VI.			vindemiator emergit. Auster & Fauonius simul flant.
V.	Sagitta occidit Assyr. Etesiae desinunt. Arctur' oc. matut. Att. & Sagitta.		virgo apparere incipit.
IIII.		Virginis humeri exoriuntur.	Fauonius lenis spirat.
III.		Etesiae desinunt.	virgo exoritur. Fauonius molliter flat.
Prid.	Andromede oritur uesp.	Andromeda oritur uespertino.	Andromeda exoritur.
		SEPTEMBER.	
Kalend.	SEPTEMB.		Andromeda exoritur. Imbres cum tonitruis fiunt. flat vulturnus. incõstantes sũt uenti.
IIII.		Piscis Austrinus desinit occidere.	Australis Piscis non amplius occultatur.
III.			Tonat, & pluit.
Prid.			Arcturus cum vindemiatore exoritur. Malus occultatur.
Non.		Arcturus exoritur. Fauonius, uel Corus.	Mercurij domicilium. Fauonius spirat, & ex uentorum inconstantia imbres cadunt.
VIII.			Equus exoritur.
VII.		Piscis Aquilõ. desinit occidere. Capra exoritur. Tempestas.	Capella emergit. Aphricus flat uesp. & pluit.
VI.			Arctur' apparet. flat Aquil. & interdũ tonat.
V.	Capella orit. uesp. Caes.		virginis medium exoritur. Fauonius spirat cum Aphrico.
IIII.			Idem aeris status.
III.		Virgo med. exoritur. Fauonius, uel Auster.	Idem aeris status.
Prid.	Arctur' oritur uesp. Medis. Hirũdines abeũt.		Arcturus exoritur.
Idus			Arcturo exoriente imbres cadunt.
			vergiliae cum Equo exoriuntur.
XVIII.	Arcturus oritur. (lib.2) Corus.		Hirundines non uidentur. Capella exoritur, & pluit.
XVII.			Duodecaemorion, id est, duodecima portio autumni incipit.
XVI.	Spica oritur mat. Aegyp. Etesiae desinunt.		Fauonius latè spirat cum Aphrico.
XV.		Arcturus exoritur. Fauonius, uel Aphric'.	Piscis exoritur, & Septentrio ponit.
XIIII.	Etesiae desinũt Caesariae.	Spica Virg. oritur. Fauonius, uel Corus.	Sol in Libra. Crater apparet. Arcturi medium cernitur matutino.
XIII.	Etesiae desinũt Assyrijs.	Sol in Libra. Crater apparet matutino.	Arcturo exoriente imbres copiosi cadunt.
XII.			Aequinoctium autumnale, & pisces occidunt.
XI.	Syndesmos occidit Caes.	Pisces occ. mat. Aries occidere incipit. uẽti.	Argo descendit. Pluuiosi aeris conturbatio.
X.		Argo occidit. Tempestas.	Pisces occidunt. Austrinae fiunt pluuiae. Aeris uentorũque conturbationes, & maris tẽpest.
IX.		Centaurus oritur matutino. Tempestas.	Lunaris defectus in hanc incurrit diem. Centaurus exoritur.
VIII.	Sol in Libr. Aequinoct.	Aequinoctium. Pluuia.	Nebulosus aer, & turbulentus existit.
VII.			Haedi exoriuntur, & Auster uehemens flat.
VI.			virgo desistit emergere. vergiliae matutino & uesperi apparẽt. Haedi cũ sole exoriuntur. ventorum & maris procellae ualidae fiunt.
V.	Heniochus occidit matutino Caes. & Atticae.	Haedi oriuntur. Fauonius, uel Auster.	Auster uehemens flat. Tempestates horridae.
IIII.	Capella oritur matutino.	virgo desinit oriri. Tempestas.	Vergiliae mat. cernũtur, & pluuius flat aust.
III.	Haedi oriũtur matutino. Corona oritur Caes.		Capella emergit usque ad uespertinum vergiliarum occasum.
Prid.	Haedi occidũt uesp. Caes.		
		OCTOBER.	
Kalen.	OCTOB.		Vergiliae in Oriente apparere incipiunt. Auster flat matutino.
VI.	Corona oritur matut. At.	Tempestas.	Iidem austrini flatus. & vergiliarum exortus.
V.			Heniochus, id est, Auriga, occidit, & ab Aquilone tonat.
IIII.		Auriga occidit matutino. Virgo desinit occidere.	Haedi exoriuntur. & pluit.
III.			Corona emergit. & conuersio est aestatis.
Prid.	Fulgens stella Coronae oritur Caesariae.	Corona incipit oriri. Tempestas.	Arietis medium occidit cum Scorpione.
Non.		Haedi oriuntur uesperi. Aries med. occidit.	Eadem, quae prior, significatio.

	PLINII.	COLVMELLAE.	PTOLEMAEI.
VIII.		Corona stella clara oritur.	Corona cum Hædis exoritur. aer conturbatur.
VII.			Hædi cũ Vergilijs emergũt, & flat Aphricus.
VI.		Vergiliæ oriuntur uesperi. Fauonius, uel Aphricus.	Libra oriri incipit, & Fauonius spirat.
V.	Vergiliæ oriũtur uesp.		Corona exoritur matutino, Venti commutantur, asperaque in mari fit hyems.
IIII.			
III.		Corona tota oritur matutino. Auster hybernus, uel pluuia.	Vergiliæ exoriuntur, & flat Auster.
	Corona tota oritur.		Corona emergit. aeris commutatio, & tumultus fit.
Prid.			
Idus		Tempestas.	Aquilo immensus flat.
			Autumnus medium, & Auster flat.
XVII.			Orion emergit, & rorulentus est aer.
XVI.			Eadem, quæ prior, significatio.
XV.			Tristis & nubilus dies.
XIIII.		Sol in Scorpione.	Sol in Scorpione, & Fauonius spirat.
XIII.		Vergiliæ occidere incipiunt matutino. Tempestas.	Vergiliæ occidunt, aerisque est conturbatio.
XII.			Eadem, quæ prior, significatio: sed etiam pluit.
			Tauri cauda occidit, & Auster flat pluuius.
XI.		Tauri cauda occidit. Auster, uel pluuia.	Scorpius occidit. Aquilo flat, & in mari tempestas horrida.
X.			
			Vergiliæ occidunt.
IX.			Centaurus occidit matutino.
VIII.		Cẽtaurus desinit oriri matutin. Tempestas.	Scorpij dimidia cauda occidit.
VII.		Nepæ frons oritur. Tempestas.	Suculæ occidunt. Gelidus flat Aquilo, & aspera in mari hyems.
VI.	Suculæ uesperi oriũtur.		
			Vergiliæ & Orion penitus occidunt.
V.		Vergiliæ occidunt. Hyemat.	Arcturus occultatur, & uehementes flant uẽti.
IIII.		Arcturus occidit uespertino. Venti.	Cassiopea incipit occultari.
III.		Cassiope incipit occidere. Tempestas.	Orion & Aquila penitus occidunt uesperi. &
Prid.	Arcturus occidit. Cas. Suculæ oriũtur cũ Sole.		Fidicula exoritur.
		NOVEMBER.	
Kalen.	NOVEMB.	Caput Tauri occidit. Pluuia.	Vergiliæ occ. Pruina decidit matutino. Arcturus occultatur, aerisque ad frigora fit cõuersio.
IIII.	Arctur⁹ occidit uesperi		Venti spirant frigidi, & pluit.
III.		Fidicula oritur matutino. Hyemat.	Fidicula exoritur matutino, & Aquilo flat.
Prid.			Auster & Fauonius flant, fiuntque imbres.
Non.			Fidicula Sole exoriente apparet. Aquilo flat.
VIII.		Fidicula tota oritur. Auster, uel Fauonius.	Arcturus occidit matut. & nebulosus est aer.
VII.		Stella clara Scorpionis oritur. Tempestas.	Vergiliæ & Orion occultantur. Aquilo flat.
VI.		Vergiliæ occidunt matutino. Tempestas.	Turbidus & molestus est aer.
V.	Orionis gladius occidit.	Hyems incipit. Auster, uel Eurus.	Clarum Scorpionis astrũ, & hyemalis cardo.
IIII.			Hyemis initium.
III.	Vergiliæ occidũt. Aquilones.		Vergiliæ occultantur.
Prid.			Media Scorpionis stella emergit.
Idus			Vergiliæ & Orion occidunt matutino.
XVIII.			Scorpius matutino occidit.
XVII.			Fidicula oritur matutino Vulturnus, Auster, & Boreas simul flant.
XVI.		Fidicula oritur matut. Auster, uel Aquilo.	Eadem, quæ prior, significatio.
XV.		Aquilo, uel Auster cum pluuia.	Tempestuosa dies, Austerque superuenit.
XIIII.		Sol in Sagittario. Suculæ oriuntur matutino. Tempestas.	Sol in Sagittario. Orion cum Fidicula exoritur, aerisque tempestas existit.
XIII.		Tauri cornua occidunt uesperi. Aquilo.	Tauri cornu cum Sole occidit, & flat Aquilo.
XII.		Suculæ occidunt matutino. Hyemat.	Horrida tempestas.
XI.		Lepus occidit matutino. Tempestas.	Suculæ cum Lepore occidunt matutino.
X.			Gelida cadit pluuia.
IX.			Tauri cornua occidunt.
VIII.			Initiũ hyemis. Frigora incipiunt, gelidique cadunt rores.
VII.		Canicula occidit matutino. Hyemat.	Sol in prima Sagittarij portione.
VI.			Eadem, quæ prior. significatio.
V.			Canis occidit. Austrina dies, & pluit.
IIII.			Canis occultari incipit, & nebulosus est aer.
III.			Canis occidit matutino. & Aphrico flãte pluit.
Prid.		Suculæ totæ occidũt. Fauonius, uel Auster.	Oriõ occ. Fauoni⁹ spirat, & Austro flãte pluit.
		DECEMBER.	
Kalend.	DECEMB.		Perturbatio aeris. flat Septentrio, & totus Orion occidit matutino.
IIII.			Canis occidit. uesperi Septentrio flat.

III.			Tempestuosa cum nubibus dies.
prid.			Sagittarius occidit, & Aquilo flat.
Non.			Per totum diem pluit, & flat Aquilo.
VIII.		Sagittarius medius occidit. Tempestas.	Medium Scorpij emergit.
VII		Aquila oritur matutino. Africus, uel Auster.	Aquila exoritur, & Aphricus flat.
VI.			Scorpius totus emergit.
V.			Canis exoritur matutino, & Auster flat.
IIII.			Vehemens Aquilo flat. Caliginosum tempestatibus cælum existit.
III.		Corus, uel Septentrio, uel Auster cū pluuia.	Obscurū astrū. Septētrio & Cæcias perflant.
Prid.			Aquilo flat prior. grauis & pluuius subsequitur Auster.
Idus		Scorpius oritur totus matutino. Hyemat.	Totus Scorpius exoritur. Auster & aquilo flant, & pluit.
XIX.			Capella occidit.
XVIII.			Auster & Aquilo perflant, & aeris perturbatio existit.
XVII.			Eadem, quæ prior, significatio.
XVI.		Sol in Capricorno. Bruma iuxta Hippar.	Sol in Capricorno.
XV.		Ventorum mutatio.	Obscurum astrum, & uentorum c[illegible]sio & pugna.
XIIII.			Capella exoritur.
XIII.	Halcyonia (lib. 2.)		Aquila cum Capricorno exoritur.
XII.			Incipit flare Aquilo. superueniens Auster totum obtinet diem.
XI.			Aquila exoritur uesperi.
X.		Capra occidit matutino. Tempestas.	Capella matutino emergit.
IX.		Solstitium brumale, iuxta Chaldæos.	
VIII.	Bruma.		
VII.			
VI.		Delphin oriri incipit matutino. Tempestas.	
V.			
IIII.		Aquila uesperi occidit. Hyemat.	
III.	Canis occidit matut. Aquila uesperi. Aet.	Canicula occidit uesperi. Tempestas.	
Prid.		Tempestas uentosa.	

Reliquum deficit.

ARATO.		HYGINO.		MANILIO.
Oritur.	Occidit.	Oritur.	Occidit.	Oritur.
ORTO ARIETE.		ORTO ARIETE.		ORTO ARIETE.
Andromedæ reliq.	Ara.	Andromedæ reliq.	Ara.	Heniochus 15.
Persei caput.		Persei caput.		Orion.
		Delfinum.		Argo 4.
				Hyades 27.
				Hœdi 20.
				Capella 30.
ORTO TAVRO.		ORTO TAVRO.		ORTO TAVRO.
Persei reliquum.	Bootes.	Persei reliquum.	Bootes.	Vergiliæ 6.
Heniochi pars.	Arcturus.	Hyades.	Hyades.	
Hœdi.		Vergiliæ.	Vergiliæ.	
Capella.		Hœdi.		
Ceti cauda & dorsum.		Capella.		
		Pristix.		
ORTIS GEMINIS.		ORTIS GEMINIS.		ORTIS GEMINIS.
Heniochi reliquum.	Ophiuchi pars.	Heniochus.	Bootes 2.	Lepus 7.
Cetus totus.	Bootes 2.	Pristix 2.	Ophiuchus.	
Eridani pars.		Eridanus.	Hœdi.	
			Capella.	
			Sirius.	
ORTO CANCRO.		ORTO CANCRO.		ORTO CANCRO.
Orion.	Corona.	Heniochus 2.	Corona.	Procyon 20.
Eridani reliquum.	Piscis pars.	Eridanus 2.	Ophiuchus 2.	Aselli.
	Ophiuchi reliquū.	Orion.	Pristix.	
	Serpens.	Canis.	Notius.	
	Bootes 3.	Hydræ.	Aselli.	
		Aselli.	Bootes 3.	

TABVLA ORTVVM ET OCCASVVM STELLARVM,

	AD ELEVATIONEM Alexandrinam, & ætatem Ptolemæi.		AD ELEVATIONEM Noricam, & annum Christi M. D. XL.		
	Oritur.	Occidit.	Oritur.	Occidit.	
Vrsa maior.					
Vrsa minor.					
Draco.					
Bootes.	Brach. 6. Lib.	0. Scorp.			3.Virg.12. Aquar.
	Calc.1. Lib.	14. Scorp.			
Arcturus.	22. Virg.	13. Scorp.	29.Virg.	27. Sagitt.	
Corona.	7. Lib.	13. Sagitt.	5.Libr.	23. Capricorn.	
Engonasin.					1.Libr.27.Aquar.
Lyra.	Lucid. 15.Scorp.	22. Aquar.	18. Libr.	18. Pisc.	
	Testa.24.Scorp.	9. Aquar.		tot. sed ala sinistra.	24. Scorp.
Cygnus.	12. Sagitt.	29. Aquar.		Non occidit.	26. Pisc.
Cepheus.				Non occidit.	
Cassiope.				Non occidit.	
Andromede.	22. Aquar.	27. Pisc.			10.Sagit. 12.Taur.
Perseus.				Non occidit.	
Heniochus.				Non occidit.	
Capella.	21. Aries.	5. Gemin.			
Hædi.	27. Aries.	29. Taur.			
Ophiuchus.	3. Scorp.	25.Scorp.	12. Scorp.	24.Sagitt.	
Sagitta.	14. Sagitt.	29.Capricorn.			4.Sagit.10.Aqu.
Aquila.	16. Sagitt.	19.Capricor.	14. Sagitt.	16.Aquar.	
Delphin.	29. Sagitt.	8.Aquar.			15.Sagit.1.Pisc.
	24. Sagitt.	3. Aquar.			
Pegasus.	4. Aquar.	1.Pisc.	26.Capricor.	27.Pisc.	
Deltoton.					6. Aquar. 20. Pisc.
Aries.	Caput. 26. Pisc.	8. Ar.	1. Ar.	1.Ar.	Circa 11.Martij.
	Pes. 22. Ar.	14.Ar.			
Taurus.			0. uel 1.Gemin.	8.Leo.	Circa 11. Aprilis.
Hyades.	19. Taur.	11.Taur.	9. Gemin.	26.Taur.	
Vergiliæ.	28. Ar.	4.Taur.	9. Taur.	26. Taur.	
Gemini.	Pr. 15.Gemin.	0.Canc.	28.Gemin.	8. Leo.	Circa 12. Maij.
	Seq. 22. Gemin.	1.Canc.	8.Canc.	1. Leo.	
Cancer.					Circa 13. Iunij.
Præsepe.	10. Canc.	16.Canc.			
Aselli.	28. Canc.	15.Canc.	29.Canc.	2.Leo.	
Leo.					Circa 14.Iulij.
Corona, quæ & Regia.	3. Leo.	5.Leo.	22.Leo.	22.Leo.	
Cauda.	21.Leo.	11.Virg.	8.Virg.	24. Libr.	
Dorsum.			25.Leo.	23.Libr.	
Virgo.					Circa 14. Augusti.
Vindemiator.	13. Virg.	8.Libr.	24.Virg.	17.Scorp.	
Spica.	27. Virg.	24.Virg.	17.Libr.	10.Libr.	
Libra.					Circa 14. Septemb.
Lanx Mercurij.	18. Libr.	19. Libr.			
Sep.	20. Libr.	3.Scorp.	7.Scorp.	9. Scorp.	
Scorpius.					Circa 14. Octob.
Spond.	25.Scorp.	28. Libr.	25.Scorp.	29. Scorp.	
Cor.	14. Scorp.	8. Scorp.	6.Sagitt.	22. Scorp.	
Sagittarius.					Circa 13. Nouemb.
	13. Sagitt.	3. Sagitt.			
	20. Sagitt.	10. Sagitt.			
Capricornus.					Circa 11. Decemb.
	2. Capricor.	12. Capricor.			
Cauda.			21. Aquar.	14. Aquar.	
Aquarius.					Circa 10. Ianuarij.
	16. Pisc.	11. Aquar.			

	PTOLEMAEO.		HODIE.		
	Oritur.	Occidit.	Oritur.	Occidit.	
Crus.			27. Pisc.	27. Aquar.	
Pisces.					Circa 9. Februarij.
Austr.	17. Aquar.	0. Pisc.			
Boreas.	12. Pisc.	2. Ar.			
Syndesmos.			5. Gemin.		
Prisbx.				4. Ar.	
Eridanus.					0. Gemin. 1. Taur.
Lepus.	2. Canc.	22. Taur.			10. Leo. 10. Taur.
Orion.					
Hum.	17. Gemin.	26. Taur.	13. Canc.	4. Gemin.	
Cing.	19. Gemin,	19. Taur.	11. Canc.	29. Taur.	
Pes.	19. Gemin.	12. Taur.	19. Canc.	13. Taur.	
Hu. sin.			5. Canc.	25. Taur.	
Canis.			13. Leo.	25. Taur.	
Sirius.	14. Canc.	0. Gemin.			
Procyon.	9. Canc.	20. Gemin.	3. Leo.	25 Gemin.	
Argo.					10. Virg. 1. Gemin.
Centaur.					28. Scorp. 6. Libr.
Ara.					Non oritur.
Hydra.	21. Canc.	3. Canc.	2. Virg.	9. Canc.	
	7. Leo.	12. Canc.			
Crater.	1. Virg.	15. Leo.			20. Virg 10. Gem.
Corvus.	15. Virg.	13. Leo.			20. Libr. 10. Virg.
Notius piscis.					21. Ar. 10. Aquar.

HERCVLIS CIOFANI SVLMONENSIS

IN

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBRVM I. OBSERVATIONES.

Ciofanus Lectori S.

IN FASTORVM volumine emendando, duodecim libris veteribus vsus sum: quorum octo in summi Pontificis bibliotheca, qua praeclarior & copiosior nulla alia extare dicitur, adseruantur: in horum duobus postremus liber desideratur. Alij duo sunt eruditissimorum virorum, Achillis Statij, & Fului Vrsini: qui omnium antiquissimi esse videntur: ad horum praestantiam & antiquitatem vnus ex illis, quos dixi, Vaticanus accedit. Alius ex bibliotheca Maffeiorum: alius, quem frater meus, M. Antonius cum impresso diligentissimè contulit, quem librum fratris in scholiis voco. In exemplari autem Statij tres propemodum libri desunt. Ex notae, quibus breuitatis caussa vsus sum, o.l.s. omnes libros scriptos significant. Vale.

Numerus paginam denotat.

TEMPORA *cum causis Latium digesta per annum,*
Lapsaque sub terras, ortaque signa canam] Ianus Parrhasius, qui patrum memoria omnium doctissimus fuit, hoc loco Ouidium nostrum ad verbum AETION, quo vsus est Callimachus, allusisse, eóque causam significari docet lib. III. in Claud. de raptu Proserpinae.

3. SACRA *recognosces annalibus eruta priscis*) Annales scripserunt ante Ouidium Hemina, Claudius, Asta olus, Ennius, Attius, Quadrigarius, Piso. Fannius, Fenestella, Laberius, & Licinius. *Saepe tibi pater est, saepe legendus auus*) Tiberius Germanicum filium adoptauit, ab Augusto postea ipse adoptatus. Dio lib. LV. & Suetonius in eiusdem Tiberij vita, vbi ita scribit: Caio & Lucio (Augusti filiis) intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus prius Germanicum fratris sui filium adoptare. Iustinianus lib. 1. Institutionum. Titul XI. cùm de adoptandi more dissereret, hoc vtitur exemplo: sic etenim D. Augustus non ante Tiberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptasset: vt protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Augusti nepos esse. Habes itaque quomodo Tiberius esset Germanici pater, & Augustus auos. sic quoque sub finem huius libri:

Et tuus Augusto nomine dictus auus.

Adoptio verò quo modo fieret, docet Vlpianus fragmentis tit. IIX his verbis: ADOPTIO fit, aut per populum, aut Praetorem, vel Praesidem prouinciae. Illa adoptio, quae per populum fit, specialiter arrogatio dicitur. Per populum qui sui iuris sunt arrogantur: per Praetorem autem, filij familiae à parentibus dantur in adoptionem. Adoptio fit Romae, & in prouincia apud Praesidem. Et Caius lib. I. Tit. V. Adoptio est, vbi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur: & ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate. Idem Caius ante haec verba ita adoptionem definiuit. Adoptio naturae similitudo est, vt aliquis filium habere possit, quem non generauerit.

De adoptione consulendus est Agellius, siue A. Gellius lib 5. cap. XIX. Hunc autem Germanicum idem Tiberius, cû ad imperij fastigium iam peruenisset, veneno necandum curauit. De Germanici laude, & carminum praestantia Quintil. lib. X.

4. *Auspice te felix*) sic Maffeianus, & q. alij veteres.

5. *In anno constituit menses quinque bis esse suo*) Vide Macrobium libro primo, cap. XX. Saturnaliorum.

8. *Ille nefastus erit per quē tria verba silentur. Fastus erit per quem lege licebit agi*) Suetonius in TIX. Pratorum, vt citat Priscianus lib. IIX. FASTI dies sunt, in quibus ius fatur, id est, dicitur: vt nefasti, in quibus non dicitur.

TRIA *verba*) Do, dico, addico. Id est, Do bonorum possessionem, dico ius, addico id, de quo quaeritur. Hunc autem locum non satis rectè interpretati sunt Antonius, & Paulus, viri alioqui eruditissimi, ac de hoc opere optimè meriti.

PER *quem lege licebit agi*) Lege agi, est litigari, le-

gem intendi. Cicero pro Cæcina: Iam verò in cæteris, vt omnes qui in eadem causa sunt, & lege agant, & suum ius persequantur. Idem in Diuinatione in Verrem: Quis igitur est, qui neget oportere eorum arbitratu lege agi, quorum causa lex sit constituta?

10. *Ecce tibi faustum Germaniæ nunciat annum*]De particula *ecce* vide quæ l.II. in meis in Metamorphosin obseruationibus notaui.

11. *Iane biceps*)Hæc est omnium lib. veter. lectio.

Otia terra ferax, otia pontus habet) Alludere videtur ad id quod Liuius scribit lib. I. Bis deinde Ianus, post Numæ regnũ, clausus fuit: semel T. Manlio Consule, post Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod nostræ ætati Dij dederunt vt videremus, post bellum Actiacum ab Imperatore Augusto pace terra marique parta.

Otia pontus habet) Ἀταραξία.

12. *Linguaque animusque fauete*] Vnus Vatic. Maffei & Vrsini liber, *lingua* absque *que* coniunctione placet.

Et fonet accensis spica Cilissa focis) Antonius Fanensis hoc loco, & Iosephus Scaliger in Propertium lib. IV. per spicam Cilissam crocum intelligi debere rectè admonent, contra Pauli Marsi opinionem. Confirmat & hanc, quam ego quoque probaui opinionem, Ouidius ipse in Ibin, vbi ita est:

Quætue feras dicam nostra Cilissa crocos.

14. *Salue festa dies*]Ita lege ex veter. exemplaribus & ratione.

Et uoces concipe mente meas]eadem exempl. *Percipe*) verè. quam lectionem agnouit & Marsus.

Libera per tutas.]liber Vrsini, & fratris mei, *Libera perpetuas.*

Ora uides Hecates in tres uergẽtia partes]Felicissimè hunc locum explicat Parrhasius in Claudianum, & nos in Metamorphosin obseruationib. repetemus.

18. *Tumet*)ἰσχυρᾷ. Tale quippiam in eodem opere notauimus.

Bruma noui prima est, ueterisque nouissima solis: Principium capiunt Phœbus & annus idem]Solstitium hiemale significat.

Ad primam uocem timidas aduertimus aures. Vrs. *Ad primas uoces timidas conuertitis aures.* Maffei: *aduertitis.*

20. *Et primum usum*]Idẽ l. Vrs. *Et usum primum.*

21. *Vix ultra, quà iam progrediatur, habet*) Quà, per quem locũ. sed in tribus Vatic. & Maffei est, *quo*, & fortasse rectius: & vide quàm aptè progrediendi verbo vtatur, quod valet vlterius pergere.

22. *Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinũ, Et dabat exiguũ fluminis ulua torum, Iuppiter angusta uix totus stabat in æde, Inque Iouis, &c.*]Tale quippiam est apud Propertium eleg. I. lib. IV. Tibullum lib. II. eleg. VI. & Claud. lib. I. in Rufinum.

Nec fœnum)aliquot lib. vet & Aldinus: *Et fœnum.*

At postquam fortuna loci caput extulit huius. Et tetigit summos uertice Roma Deos]sic lib. Vrs. Maff. Fratris, & alij quidam. Ad huius autem loci sententiam vide quæ annotaui eleg. III. l. I. Trist.

23. *Cur sit stipis*]Veter. lib. *si sit.* melius.

Maiestas conuenit ipsa Deo]sic in libro Vrs. optimè.

25. *Arx mea collis erat quam, &c.*]duo Vatic. & idem Vrsin. *Ara mea est colli, quem* &c.

26. *Cur sic sacratus in uno est?*]Vet. editiones, & Vrs. liber, *cur stas sacratus in uno?* sequor.

Hic ubi templa foris iuncta duobus habes?] Publius Victor de Vrbis regionibus: Iani duo, celebris mercatorum locus. Erant igitur duo Iani sacella, siue potius templa in foro Boario, & Romano, vel Piscario. atque ita intelligendum est illud Horatij in Epist. libro I. epist. I.

hæc Ianus summus ab imo Perdocet.

Vel spatium illud, quod erat inter vtrumque Iani templum, accipiendum est.

Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam,]in *pectore* legitur in lib. Vrsini: quo modo est apud Virg. lib. X. *fusus propexam in pectore barbam.*

Vtque leuis custos armillis capta Sabinis Ad summæ Tatium duxerat arcis iter.]lib. scripti: *capta Sabinos Ad summæ tacitos*]&c. sequendum videtur. Nota autem est historia, siue, vt vult Liuius, fabula.

27. *Inuidiosa feras*]iidem lib. sic habent.

Antè tamen madidus subiecit sulfura uenis)Vnus Vatic. *calidis*]non *madidis.* quam lectionem qui statim sequitur versus confirmare videtur: *Clauderet ut Tatio feruidus humor iter.* Iudicent tamen emunctæ naris viri.

Cuius ut utilitas pulsis comperta Sabinis)libri scripti & Aldinus: *Percepta Sabinis.*

28. *Et attollens oculos diuersa tuentes.*) omnes ferè vet. lib. habent, *uidentes.*

Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas)è bonis lib. ita legendum. Alibi: *Nec sibi perpetuò seruabitur aqua.*

29. *Iane fac æternos*) sic Vrsini liber emendatè.

30. *Promissi pars fuit illa mei*)sic in duobus Vaticanis. in aliis vet. *Propositi.* vtrumque ferri posse cẽseo, quamuis ad posteriorem magis inclino lectionem.

32. *Octipedis frustrà quærentur brachia Cancri: Præceps occiduas ille subibit aquas*) Rectè admonent interpretes de occasu Cosmico intelligi. qui fit III. Nonas Ianuarij, quo die in XVII. parte Capricorni in signo opposito est.

Obstiterint imbres missi tibi nubibus atris) sic legitur in vno optimo lib. Vatic. supernè verò notatum est non recenti manu, *Nisi si tibi nubibus atris*, quo modo est in quattuor aliis eiusdem bibliothecæ. superiorem lectionem, quæ est in lib. Vrs. integriorem esse opinor.

Nonæ signa dabunt exoriente lyra) Oritur lyra cum fine libræ Romæ. Intelligit autem poeta ortum Heliacum, quo lyra manè ante Solis ortum conspicitur. Ortus vero & occasus siderum triplici differentia distinguuntur. Aut enim accedente propius Sole occultantur, aut prætergradiente in antecedentia sese proferunt. Cùm ad hanc rationem vel occultantur, vel se proferunt, dicitur à recentioribus occasus Heliacus, & ortus Heliacus. Ortum Heliacum Plinius vocat sideris emersionem: occasum autem sideris occultationem, & hic est primus modus. Secundus autem, cùm stella diluculò cum Sole oritur, Matutinus ortus appellatur; à recentioribus dicitur ortus Cosmicus, à Ptolemæo [illegible]. Cum autem Sole diluculo emergente stella ex aduersa parte occasum subit, stellæ occasus Matutinus Latinè dicitur, à recentioribus occasus Cosmicus. Tertius autem modus est, cùm Sole occidente stella crepusculo exoritur, & appellatur ortus Vespertinus. à Ptolemæo [illegible]. Occasus autem vespertinus, quando stella occidentem Solem subsequitur: hi à recentioribus ortus, & occasus vocantur Chronici.

ib. *Et prius antiquus dicebat Agonia sermo*) ita ha-

bent omnes libri scripti. ineptam planè alij substituerunt lectionem *Agonus*. Tu Festum Pompeium lege in verbo Agonium, cuius loci partem adducit hic Marsus.

33 VTQVE *ea non certa est*) hæc est vet.o. lib. lectio. verè. secus in vulgatis quibusdam, sed malè.

34. *Lacrymatas cortice myrrhas.*) citat hæc verba Diomedes. *Herbis contenta Sabinis*) sic o. lib. s.

36. *Dicta dolore dedit:*) ita iidem l. s.

Rode caper vitem, tamen hinc, cùm stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit.) Hoc distichon conuertit Ouidius ex Græcis epigrammatis. vbi ita est:

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

Mactabatur autem caper Baccho. Mart. lib. v.

Vitē nocens rosea stabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.

Ouid. lib. II. de Ponto, eleg. IX.

Nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho.

Noxa tibi debitus hostis Spargitur effuso, &c.) Omniū optimus lib. Vatic. *Noxæ tibi*. sequor. quattuor alij Vatic. & Vet. *Mox & tibi*. erratum à librariis pro *noxæ tibi*.

37. *Flebat Aristæus*) De hoc Aristæo sic Iustin. lib. XIII. Aristæus, Apollinis ex Cyrene, quæ eximiæ pulchritudinis fuit virgo, filius primùm & apum, & mellis vsum, & lactis, & coaguli hominibus tradidit: solstitialisque ortus siderum primùm inuenit. Tribuit eidem Aristæo oliuæ inuentionem Cicero lib. III. De nat. Deorum. *Hyperiona*) Solem Vide quæ notaui lib. v. huius operis.

41. *Pars aderat comptis arte manuque comis.*) lib. vet. *positis*, non *comptis*. placet.

42. *Sic, ut erat lusu lassa*] aliquot vet. lib. *fessa*, probè.

ibid. *Ecce rudens rauco Sileni vector Asellus Intempestiuos edidit ore sonos: Territa consurgit Nymphe*) tale quippiam dicit etiam libro VI.

Forte senex, quo vectus erat Silenus, Asellum
Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ.
Ibat ut inciperet longi Deus Hellesponti:
Intempestiuo cum rudit ille sono.
Territa voce graui surgit Dea.

44. *Nec defensa iuuant Capitolia*) A Gallis Senonibus, qui, nisi anseres suo clangore Manlium excitassent, Capitolium cepissent. Contigit hoc anno ab vrbe condita CCCLXIII. Meminit huius rei Liuius lib. v. & Plutarchus in vita Camilli. Vide etiam, quæ ego in Metamorph. ex Columella annotaui. Cicero pro Sext. Roscio Amerino: *Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint.* *Fugauit*] in exilium eiecit.

47. *Spémque metúmque*) Vide Scholia in epist. Heroid.

ibid. *Passus idem est, Tyriis qui quondam pulsus ab oris Cadmus in Aonia constitit exsul humo.*) Hac de re ita sub principium lib. III. Metamorph.

Cùm pater ignarus raptam perquirere Cadmo
Imperat, & pœnam, si non inuenerit, addit,
Exilium, facto pius & sceleratus eodem.

48. *Et idem Pagasæus Iason,*) legendum ex v. l. *Pegasæus*.

49. *Dîque petitorum (dixit) salutate locorum*] Vide quæ collegi lib. III. Metam. sub principium.

ibid. *Cætera terra petet:* lib. Vet. *Cætera turba petet.*

50. *Iam pius Æneas sacra, & sacra altera patrem Afferet*] Hunc locum exposui ex Æliano in meis in Metamorphosin obseruationibus lib. XIII. ad versum illum,

Sacra, & sacra altera patrem
Fert humeris venerabile onus Cythereius heros,
De tantis opibus prædam prius elige illam,
Ascaniumque suum. Insià etiam. lib. IV. tale quippiam:

Hic sacris Æneas, pietas spectata per ignes,
Sacra, patremque humeris altera sacra tulit.

52. *Traxerat auersos Cacus ad antra boues.*) lege ex Vrs. & tribus Vatic. *ad antra ferox*. Ad hunc autem locum interpretis officio functus Mart. respexit lib. v.

Syluarumque tremor tacita qui fraude solebat
Ducere, nec rectas Cacus in antra boues.

ibid. *Non leue finitimis hospitibusque malum.*] Expressit verbum *κακόν*. De Caco autem & Hercule sic disputat Fulgentius lib. II. Mythologicon: Si fumum fures eructant, quis inuolantem dum negat agnoscat? ergo aut caliginem, aut fumum obiicit, ne agnosci possit: aut in fumum vanescit substantia, quæ furtiuè succedit. Cacus enim Herculis boues furatus esse dicitur, quos cauda in spelunca tractos abscondit, quem Hercules presso gutture interfecit. *κακόν* enim Græcè, malum dicimus Ergo omnis malitia fumum eructat, id est, aut quòd contraria sit veritati, i. luci: aut quòd acerba sit videntibus, vt fumus oculis: aut quod multiformis malitia non simplex sit. Triplici enim modo non nocet malitia; aut in euidenti, vt potentior: aut subtiliter, vt falsus amicus: aut occultè, vt impotens latro: Ideò etiam subtractos boues transuersis ducit vestigiis, quòd omnis malignus aliena inuadat, & transuersa defensionis vtatur via. Ideò & bona Herculis concupiscit, quia numquam malignitas aperta liberiore fronte sit, sed virtus & malos interficit, & sua vindicat. *Dira viro facies,*) lib. vet. *Dura*. quo verbo impudentia indicatur. *Quod simul euersum est*) sic iidem lib. vet. verè. *Quas quoties perflat*) sequor eorundem lib. lectionem, *proflat*.

53. *Adductáque claua trinodis*) sic in iisdem lib. verè.

ibid. *Ille ructat, mixtásque vomit cum sanguine flammas.*) Quattuor Vatic. *Mixtosque vomit cum sanguine fumos*. verùm in vno est *mixtóque*, non *mixtosque*. Quam lectionem confirmat Virg. lib. VIII. à quo hic noster multa accepit. eius verba sunt:

Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Euomit.

ibidem *Quæ maxima dicitur aram.*) Hanc aram ponit P. Victor in XI. vrbis regione. vide & Solinum lib. I. cap. II. 55. *Perlege dispositas generosa per atria ceras*, sic legitur in quattuor Vatic. in alio eiusdem bibliothecæ, & Vrsini, est *Cinerosa*. non placet.

ibid. *Generosa*) In quibus nobilium familiarum series disposita est. 56. *Aut torquis adempti*] T. Manl. Torquatum significat. de quo sic Cicero lib. III. *T. Manlius ad Aniensem, Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit.* De eodem idem Cicero lib. I. & II. De finibus. Agellius cap. XII. lib. IX. Orosius lib. III. cap. VI.

ibid. *Aut corui titulos auxiliaris habent.*) M. Valerius Coruinus, qui à coruo adiutore nomen est adeptus. Lucanus lib. VII. *cædunt Lepidos, cæduntque Metellos, Coruinósque simul.* Vetus inscriptio. M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALA. A. DCCXXVI CORVINVS. PROCOS. EX. GALLIA. VII. K. APR.

bellumgerens, eorundem militum opera, signis, telisque vterentur: *infestisque obvia signis*

Signa, pares Aquilas, & pila minantia pilis.

Si de pilo plura cupis, consule Vegetium lib. i. cap. xx. & lib. ii. cap. xxv. & Polybium libro vi.

66. *Ergo adest, & placido paullum mea munera vultu Respice.*] Tres lib. s. *Aspice.* Vrsini. *Aspice.*

ibid. Plamina patres.) Quinque lib. s. *Macula.*

67. *Quos veterum in lingua*] Vatic. *Veterum lingua.* Vrsini & Fratris: *Veteri in lingua.*

ibid. Torrida cum mica farra, nominatur idem.) Vnus Vatic. *Turgida.* septem alii, Maffei, Fratris & Vrs. *Turbida.* sequor.

ibid. Casta sacerdotum tempora fronde tegit.] lib. Vrsini, *Tempora*: & sic semper, cùm de temporibus, id est, capitis parte sermo fit.

68 *Secta quod pelle Luperci*) o. l. s. *Quia* aptius, sequitur enim: *Aut quia pacatis.*

ibid. Gracia primo pium meru dedit.) sic in octo lib. s.

73. *In liquidas subitò mersa natabit aquas*] sic est in iisdem lib. probè.

74 *Sæpe canes, leporesque umbra iacuere sub una, Et stetit in saxo proxima ceruà leæ.*] Ad hunc locum respexisse videtur Seneca in Hercule Oeteo de Orpheo loquens,

Iuxtaque impauidum pecus
Sedit Marmaricus leo,
Nec damæ trepidant lupos.

ibid. vocalis Arion.) Arion citharœdus fuit insignis, ex Methymna Lesbi vrbe. Martialis lib. ix.

Sic Methymnæo gauisus Arione Delphin
Languida non tacitum per freta vexit onus.

De eodem plura Plutarchus in Symposio septem sapientum. Et hic noster lib. iii De arte:

Quamuis mutus erat, voci fauisse putatur
Piscis: Arioniæ fabula nota lyræ.

Copiosè hanc fabulam narrat Higyn. cap. c x c i v. his verbis: Arion Methymnæus, cùm esset arte citharæ potens, rex Pyranthus Corinthius eum dilexit: qui cùm à rege petiisset, per ciuitatem artem suam illustrare, & magnum patrimonium acquisisset, consenserunt famuli cũ nautis, vt eum interficerent. Cui Apollo in quietem venit, eique dixit, vt ornatu suo & corona decantaret, & eis se traderet, qui ei præsidio venissent. quem cùm famuli, & nautæ vellent interficere, petiit ab eis, vt antè decantaret. Cùm autem citharæ sonus, & vox eius audiretur, delphini circa nauem venerunt. quibus ille visis, se præcipitauit. qui eum sublatum attulerunt Corinthum ad regem Pyranthum. qui cùm ad terram exisset, cupidus viæ, delphinum in mare non propulit, qui ibi exanimatus est. Qui cùm casus suos Pyrantho narrasset, iussit Pyranthus delphinum sepeliri, & ei monumentum fieri. Post paucum tempus nunciatur Pyrantho nauem Corinthum delatam tempestate, in qua Ariõ vectatus fuerat. Quos cùm perduci ad se imperasset, & de Arione inquireret, dixerunt eum obiisse, & eum sepulturæ tradidisse. Quibus rex respondit, Crastino die ad delphini monumentum iurabitis. Ob id factum eos custodiri imperauit, atque Arionem iussit ita ornatum quo modo se præcipitauerat in monumento delphini manè delitescere. Cùm autem rex eos adduxisset, iussisétque eos per delphini manes iurare Arionem obiisse, Arion de monumẽto prodit. Quod illi stupentes, qua diuinitate seruatus esset, obmutuerunt. quos rex iussit ad delphini monumentum crucifigi. Apollo autem propter artem citharæ Arionem, & Delphinum in astris posuit. Copiosius eandem fabulam ex Herodoro prosequitur Agellius lib. xvi. cap. xix. Sed hoc idem de Orione narrat Germanicus Cæsar in Phænom Arati.

Siculas impleuerat vrbes) Vrs. liber, & tres Vatic. *Siculas impleuerat oras.*

Ausonias oras) sic dicitur Asis, Italis, Castalis, Pegasis, Sarmatis, & alia ad eundem modum plurima: Vide Scholia in lib. De ponto. Ineptit autem Marsus, qui proprium nomen esse ait.

Mortem non deprecor] sic alibi:

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

Non deprecor] non recuso.

Quæ possit crines Phœbe decere tuos] Laudatur Phœbus ob pulchrum capillum. Qua de re lib. iv. Metamorph. quæ aliàs edentur. *Induerat Tyrio*) sic o. l. s. malè quidam impressi: *Induit & Tyrio.*

75. *Astra Delphina recepit Iuppiter, & stellas iussit habere nouem*] Et hanc, & aliam ex Eratosthene, & ex Aglaosthene causam refert Higinus, qui alibi Delphinum non nouem, sed decem stellas habere ait, & quibus in locis. Germanicus tamen Cæsar facit cum poeta nostro. Eius verba sunt: Delphinus stellas habet in ore vnam, in folio duas, in pinnulia ventris tres, in dorso vnam, in cauda duas. sunt omnes nouem.

77. *Iampridè tu pater orbis eras*] sic est in tribus antiquis. probo. *ibid. Quæ dederas transilienda Remo*] Vrs. Maffei: *Tu dederas.* sequor.

ibid. Cœmaque sensit] Hæc est o. vet lib. lectio. vetè.

ibid. Duxe se] Vrs. *Sub se.*

78. *A Zephyris mitior aura venit*] Quidam ex vet. lib. *Mollior aura* 79. *Dixerat & Nymphis*] Vrs. & quidam alij: *Dixerat hæc Nymphis.*

80 *Ponderis ipsa sui*] Duo Vatic. *Illa sui.*

81. *Ni foret ad superas raptus vterque domos*] lib. vet. *In superas.*

82. *In qua Veientibus arvis*] o. l. s. *armis.* probo.

ibid. Miles generosus] Optimus Vatic. *generatus*]

83. *Vt celeri passu Cremeram tenuere rapacem*] l. s. *tetigere.* sequor. *Inhonestaque vulnera tergo Accipiunt*] Maximo dedecori est militibus iis, quibus vulnera tergo illata sunt. Contrà: maximo est ornamento iis, qui illa in pectore exceperunt. Ouidius lib. xiii. Metamorphoseos:

Sunt & mihi vulnera, ciues,
Ipso pulchra loco.

Quem quidem locum aliis exemplis illustraui, quę in secunda, quæ vel nunc in promptu est, editione omnis edentur.

Sylvaque montanas occulit alta feras] Duo Vatic. *Occulit apta.* quinque alij: *Occulere apta,* pro occulebat. *ibid. Finit aquas* Vrs. *claudit.*

87. *Concitat ipse feras*] Idem: *concipit ille fugas.*

88. *Vidit ab excelso Faunus vtrumque loco*] Opt. Vaticanus, & Maffei: *Iugo.*

89. *Aurea pellebant tepidos umbracula soles*) Vnus Vatic. *rapidos.* *Induit illa suas*) lib. vet. ita habent. *vincla relaxant* lib. Vrsini: *Vincula laxant.*

90. *Vinoque soluti*) Quidam lib. veteres, *sepulti*: alij, *grauati*: Maffei vero *sopitos.*

ibid. Inque suo) Vrs. *tuo.*

91. *Veribus transfixa salignis*) In vet. quibusdam *transfixa*: in aliis, *transfuta.* quam lectionem agnoscit Marsus: quæ vera est.

92. *Quæ ne locum tali nomine causa notet.* lib. vet.

Quaene diem. verè.

92. *Ex illis Romulus alter erat.*) o.l. *lisbs*, emendatè.

93. *Et geminos in loca tassa ferunt.*) Ita legendum ex iisdem lib.

ibid. Maxime Circo.) Erat Circus Maximua in XI. Vrbis regioue, qui eapiebat loea CCCLXXX. V. mill. eius portę XII. P. Victor. Eius autem lungitudinē ad tria stadia, latitudinem verò ad stadium vnum, sed cum ædificiia ad iugerum quaternum pertinuisse obseruatum est.

Impe. Cæsar. Diui F.
Augustua
Poutifex Maximos
IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV.
Aegupto in putestatem
Populi Romaui redacta
Soli donum dedit.

Huiua autem Circi situm pouit Virg. lib. v. Aeneid. his verbis:

Hoc pius Aeneas misso certamine, tendit
Gramineum in campū, qaem collibus undique curuis
Cingebant siluæ, mediaque in ualle theatri
Circus erat.

94. *Arbor erat: remanent uestigia, quæque uocatur Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.*) Ruminalis ficus in Comitio, aruit sub Nerone anno V. C. DCCCXL. postquā Romuli iofaotiam protexerat.

95. *Et finge lingua corpora bina sua*) Duo Vatic. & Vrs. meliorem habent lectionem. *Et lingit.*

ibid. Vbera ducunt, Et sibi &c.) sic o.l. vet.

ibid. Illa loco nomen fecit, locus ipse Lupercis.] Quidam vet. l. *Lupercal.*

ibid. Quid uetat Arcadio dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.) Hue faciuot quæ scribit Iustiuus lib. XLIV. de Saturno loquena: Post huuc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Euander ab Arcadiæ vrbe Pallanteo, in Italiam cum mediocri turba popularium venit, eui Fauuua & agros, & montem, quem ille pustea Palatinum appellauit, benignè assignauit. In huius radicibua templum Lyezo, quem Græci Pana, Romaoi Lupercum appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudom caprina pelle amictum est: quo habitu nuuè Romæ Luperealibus decurritur. Faono fuit vxor nomine Fatua, quæ assiduè diuino spiritu impleta, velut per furorem futura prēmuuebat, Vude adhuc qui inspirari soleut, fatuari dicuntur. Hæc ille.

ibid. Non tu pollentibus herbis) sic rectè est in lib. s.

96. *Non habuisse uiros.*] Ita iidem lib.

ibid. Multis incædam annis.) Optimus Vatic. & Maffei. *Inaduns.* probo.

ibid. Iussæ sua terga puellæ Pellibus exemptis percutienda dabant.] lib. s. *exectis*. Hic autem locua satis intelligi potest ex Iustini verbis, quæ modò adduxi.

ibid. Noua cornua monu.) Alii vet. *mense:* alii verò, *cursu*, habeut.

99. *Vnus erit, quem tu tolles in sidera cali.*) Voua lib. vet. *in cærula.* verè. Est euim Ennii carmeu. Vide quæ notaui in obseruatiooibus in Metamorphosin lib. XIV.

ibid. Ee cali pondera mouit Atlas.) In quibusdam vet. *sensit.* æquè bene. lib. IX. Metamorph. *Sensit Atlas pondus.*

100. *Antiqui Capreæ dixere paludem.*) Soliuus lib. I. cap. II. Romulus apud Capream paludem nonis Quinctilibus apparere desiit. Vide etiam quæ notaui lib. XIX. Metamorph.

ibid. Hæsisset q; animis forsitan ipsa fides.) lib. vet *illa.*

ibid. Sed procul è longa uenerbas Iulius Alba.] Hunc locum citat, & interpretatur Lactautius lib. I. cap. XV. cuius sententiam & verba recitat Marsus.

ibid. Conuocat hic patres.] lib. Vrs. Maffei, & Fratria. *Populos.* placet. id est, Romauum populum, & Sabinum. libro XIV. Metamorphos. *populisque æquata duobus Romule iura dabas.*

Confirmant id quæ statim sequuntur verba:

103. *Hinc populi ritus edidiære nouos.*] Vnua lib. Vrs. & Maffei, *pios.*

105. *Nunc animæ tenues, & corpora functa sepulchris.*) lib. x. Metamorph. sub prineipium:

Perque leues populos, simulacraq; functa sepulchro
Persephonen adiit.

110. *Termine, siue lapis, siue es defossus in agro Stipes, ab antiqua tu quoque numen habes.*] Hunc lueum declarauit Muretus, & post eum Sealiger in Tibullum.

ibid. Hunc ignem curuis fert rusticus testis.) Optimus Vatic. *curuo testu.* sic & inferiua.

112. *Illa lanigeri.* sic legendum ex lib. vet.

ibid. Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat Regna) Vide Eutropium lib. I.

114. *Qui dederit primus oscula, uictor erit.*] Quattuor lib. s. *Princeps*, ooo *primus*, habent. nihil muto.

ibid. Oscula quisque suæ matri properata tulerunt.] Venustiuain vet. quibusdam: *dederunt.*

115. *Illa iacens*) sic lege ex booia lib. & sensu.

116. *Fusis per colla coronis*) Duo Vatic. *capillis.*

ibid. Petitur Lucretia) Inter sex mulierea, quæ castissimę fuisse traduntur, Lucretiam ponit Higynus cap. CCLVI. Vbi ita est: Penelope Icarii filia, vxur Vlyxis: Euadne Phylacis filia, coniux Capanei: Laodomia Acasti filia, coniux Protesilai: Hecuba Cissei filia, vxor Priami: Theonoe Thestoria filia, vxor Admeti: Romauorum Lucretia Lucretii filia, coniux Collatini.

ibid. Ense ruit.] Vrs. *Fruie* furtasse. *furit.*

ibid. Et gelidum frigora pectus habet.] legendum ex o.l s. *Et gelidum pectora frigus habet.*

117. *Iam dederat cantum lucis prænuncius ales.*] Gallus. Prudentius:

Ales diei nuncius
Lucem propinquam præcinit.

Auctor Moreti:

Excubitórque diem cantu prædixerat ales.

Inlectæ collo sic iacuere comæ.] sic est in quinque lib. scriptis.

ibid. Indigno nimque metuimque toro.] Tres Vatic. *vlmqae, dolamque.* noo displicet.

ibid. Audentes forsqae, Venúsque iuuat.) sic iidem lib. alii trea, fratris & Vrsiu. *Fórsque deasque.* alter verò optimus: *Fórsque, metúsque.* iudicent doctiores.

ibid. Hostis ut hospes init penetralia collatini.) Liuius lib. I. sub fiuem hae ipsa de re. Sex. est Tarquiniua qui hostis pro hospite, priore nocte, vi, armatus, mihi, sibique, si vos viri estis, pestiferum hine abstulit gaudium. Tale etiam quippiam hic uoster in Epist. ad Parin: *Hospes an hostis eras.*

118. *Et auratum uagina liberat ensem.*) Vnus Vatic. *deripit.* Vrs. *Et aurata uagina liberat ensem.*

ibid. Precibus, pretioque, minisque.] Hue ordine hæc verba leguntur in lib. Vrs. & Maffei.

119. *Quoue fit ictus modo.*) Quattuor lib. vet. *malo.* probo.

120. *Dant ueniam facto genitor, coniúxque coactæ.*] Hæc est sex vet. lib. lectio, quæ planè geuuioa est.

In libro autem fratris mei est, *facit*. non *facto*.

ibid. Stillantemque senem (Brutus) *generoso sanguine cultrum Edidit impauidos ore minante sonos.*] Ex Aristotelis traditione lib. II. De arte dicendi, perspicuum fit, eum, qui alicuius . qui indignè malum aliquod perpessus est, gladium, aut aliud signum, quo ille interfectus est, ostendit, summam misericordiam, atque indignationem excitare aduersus eum qui malum patrarit.

122. *An ueris prænuncia uenit hirundo?*) Expressit Sapphonis sententiam

ἦρος ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών.

HERCVLIS CIOFANI SVLMONENSIS

IN

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBRVM III. OBSERVATIONES.

Numerus paginam denotat.

MARS ades) ades temporis imperatiui. Terentius in Andria: *Adesdum, paucis te uolo.* Et in Eunucho: *Bono animo es.*

123. *Forsitan ipse roges*] Occurrit obiectioni, quam statim confutat.

ibid. Venerum erat ad molli decliuem tramite ripam) Hæc est Maffei, & duorum Vat. lectio: placet.

124. *Victus surrepsit ocellis*) Duo Vatic. *obrepsit*. Statij verò: *victos oppressit ocellos*. Maffei. *victos suppressit ocellos*.

ibid. Mars uidet hanc, uisamque cupit, potiturque cupita] Citat hunc versum Diomedes.

ibid. Iacet ipsa grauis) scitè *grauis*. affirmant enim Physici mulieres post conceptionem statim grauescere.

127. *Et redigunt actos in sua iura boues*) Statij lib. *Et redigunt raptos*. *De cuius sanguine credor Natus*] Duo Vatic. Statij, Vrs. *De cuius sanguine natus credor*, melior omnino ordo.

128. *Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam, Vulcanum tellus Hypsipylæa colit: Iunonem Sparte, Pelopeiadesque Mycenæ. Pinigerum Fauni Mænalis ora caput*) Quo quisque vet. Deorum loco cultus sit, docetur his versibus:

Dodona est tibi Iuppiter dicata,
Iunoni Samos, & Mycena Diti:
vndæ Tænaros æquorisque Regi.
Pallas Cecropias tuetur arces:
Delphos Pythius orbis umbilicum:
Creten Delia, Cynthiosque colles:
Faunus Mænalon, Arcadumque siluas.
Est tutela Rhodos beata Solis:
Gades Herculis, humidumque Tibur.
Cyllene celeri deo niuosa:
Tardo gratior æstuosa Lemnos.
Ennea Cererem nurus frequentant:
Raptam Cyziceni Ostrea sua Diuam:
Formosam Venerem Gnidos, Paphósque:
Mortales tibi Lampsacum dicarunt.

130. *Esse duas arctos. quarum Cynosura petatur Sidoniis, Heliken Graia carina notet?*] Hac de re lib. I. V. Trist. eleg. III.

Magna, minórque feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias utraque sicca rates.

Valer. Flaccus sub principium lib. I. ad alterum horum locorum fortasse respexit:

—neque enim in Tyrias Cynosura carinas
Certior, aut Graiis Elice seruanda magistris.

ibid. Illa quidem fæno, sic in lib. Statij, Maffei, Vrsini & quibusdam Vatic. sequor.

131. *Principium spatiis sumitur inde nouis*] Ilbi Stat. *Principium numeris*.

134. *Siue erat a Samio doctus qui posse renasci Nos putat*) De Pythagora, & Numa, & quomodo creditum sit eos vno eodémque vixisse tempore, dixi libro xv. Metamorph. sub principium.

135. *Donec Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit.*] Græcorum more dictum. Hac autem de re sic Suetonius in ipsius Cæsaris vita: Annum ad cursum Solis accómodauit, vt CCCLXV. dierum esset. Quam doctrinam ab Alexandria; vbi, subacta AEgypto, commoratus est, reportauit. Auctor Xiphilinus in eiusdem vita. Idem affirmat Macrob. lib. I. Saturn. vbi ita scribit: Nam Iulius Cæsar, vt syderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab AEgyptiis disciplinis hausit: ita hoc quoque mutuatus est, vt ad Solis cursum finiendi anni tempus extenderet.

136. *Sed turba ut ne nimis ampla fuit.*] liber Statij. *tunc fuit*.

ibid. Externis dantur connubia gentibus) Idē l. & Vrs. *Extremis*. 137. *Ille festa die dum sua sacra facit*] l. Stat. *canas*. Duo Vatic. & Vrs. *canes*. melius, vt puto.

138. *Sic est mirus ausa loqui*) liber Vrs. *orsa loqui*.

139. *Parent, crinesque resoluunt*] Idem liber. *Plorant*) nihil mutandum censeo.

139. *Et qui uix poterat, posse coactus erat*] Idem lib.I.

ibid. *Vuidaque in tenero palmite gemma tumet*)sic omnes ferè lib.f.

ibid. *Et pereunt lapsæ sole tepente niues? Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes*]Imitatio Horatiana:

Diffugere niues: redeunt iam gramina campis:
Arboribusque comæ.

141. *Nemori*)Artemisio. Strabo. lib. v.

ibid. *Stagnoque operata Dianæ*] De hoc stagno, siue lacu dixi in obseruationibus in Metamorphosin. quæ secundò edentur. *ibid.* *Nymphæ, Numæ coniunx ad tua festa ueni*) Alij lib. vet. *Sacra*. alij *facta* habent.

144. *Ni fortior*] Vrs. Maffei, & Statij: *firmior*.

145. *Valida perductus ab aræ*]sic optimi lib. scripti.

ibid. *Nubilæ promissi Styx mihi testis erit*] De Stygia palude lib. ii. Metamorph. ex Seruio, & ex aliis auctoribus.

146. *Ab ore licet*]Sic lib. vet. rectè.

147. *Vt reditque animus*] sine que coniunctione lib. Statij sequor.

ibid. *Sed uerum*]sic boni lib.

ibid. *Sol emouerat orbem*] Sic.l. Stat. & Mss. Vrs. verò *euoluerat*.

148 *Quæ dederas nulli colla premenda iugo*]Boues, quos pro sacrificio veteres interficiebant, nũquam arauerant. Seneca in Oedipo:

Appellite aris candidum tergo bouem,
Curuóque numquam colla depressum iugo.

& hic noster lib. I. huius operis:

Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci.

150. *Apicalis cinctus Dialis*]sic vnus Vatic. & Statij. Vrsini, & alius Vatic. *Capitis discincta Dialis*.

ibid. *Tertia nox emersa suos ubi mouerit ortus*) lib. Vrs. & Maffei: *Dimensa suos ubi mouerat ignes*. Stat. *Dimensa suos ubi mouerit ortus*. In cuius lib. ora notatum est, vel, *ignes*. quod glossema cùm in libro Vrsini perspicuè scriptum sit, sequendum mihi videtur.

156. *Hei mihi pro cælo*]Stat. Vrsini, & duo Vatic. *Ei mihi*. de qua orthographia dixi in lib. De Ponto, & in Metamorphosin.

ibid. *Sintque mæ tecum faciam monumenta coronæ. Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi. Dicta facit, gemmásque nouem transformat in ignes. Aurea per stellas nunc micat illa nouem.*] Huc facit quod scribit Germanicus Cæsar: Hæc corona dicitur esse Ariadne: quam Liber astris intulisse dicitur, dum eius nuptias Dij in insula Creta celebrarent, cogitans præclaram facere, pro qua primùm noua nupta coronata est. Sed qui Creticam conscripsit, refert quia Liber ad Minoem regem venisset, vt Ariadnen filiam eius duceret vxorem, coronam dono Ariadnæ dedisse, Vulcani opere factam ex auro, & gemmis pretiosis. & talis fulgoris fuit, vt Thesea ex Labyrintho liberaret. quæ pòst astris affixa est, cùm in Naxon vtrique venissent. Signum amoris eius crines ostendunt. & est stellis fulgentibus sub cauda Leonis. Habet autem stellas nouem in circuitu positas: quarum tres sunt splendidæ, ad caput serpentis Arcturi.

ib. *Totidem quoque deseret ortus*)Duo Vatic. & Stat. *Totidem cum deseret orbes*. alij vet. *Totidemque emenserit orbes*. verius, vt puto. 157. *Nestoris ebibat annos*) Longissimum temporis spatium significat. de eius ætate sic Ouid. lib. XII. Metamorph. in ipsius persona: *vixi*

Annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas.

Helenius Acro nonaginta annos interpretatur apud Horatium. Vno verbo ab Attio, Trisæcli senex appellatur.

158. *Vt olim Amisso dubiæ rege uagantur apes*)Verbum, olim, hîc significat, vt plurimum, ferè, *uel*. Sic Horat. Sat. vi. lib. I. *Nec timuit, sibi ne uitio quis uerteret, olim Si præco paruas, aut, ut fuit ipse, coactor Mercedes sequerer*. Sic dicitur & QVONDAM. Vide quæ lib. II. Tristium annotaui.

160. *Ad nomen uix ius substulit illa suum*) liber Vrs. *sustinet*. Statij: *retulit*, rectè.

161. *Ei mihi*)sic optimi libri scripti.

ibid. *At tu, seu ratio te nostris appulit oris, Siue Deus, regni commoda carpe mei.*]Deus hoc loco pro fortuna ponitur. eodem modo Horatius libro, & satyra prima rationem & sortem coniunxit:

Qui fit Mæcenas, ut nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit.

Significat igitur hoc loco Aeneas, Siue de industria, siue fortuitò huc venisti Anna, fruere his omnibus, quæ in hoc meo sunt regno, commodis.

ibid. *Lumina ferri*)sic Statij & Vrs.

ibid. *Multa tamen*] sic iidem libri.

ibid. *Ante torum*) lib. Vrs. *Ante oculos*.

163. *Fingebat trepida rustica liba manu.*]tres Vatic. Vrs. & Stat. *tremula*, non *trepida*, habent.

164. *Præteritures eram gladios in principe fixos*)Idibus Mart. anno Vrbis conditæ DCCIX. C. Iulius Cæsar interfectus est à LX. & amplius coniuratis, viginti tribus acceptis vulneribus. Eutropius in fine lib. VI. Videndus est & Val. Maximus lib. IIX. cap. XI. Diod. lib. XLIV. & Xiphilinus in Iulio, & Obsequens De prodigiis.

Ossibus albet humus] Sic libro primo:

Squallidaque humanis ossibus albet humus]

166. *Expletum patrio corpore matris opus*]quomodo dicatur Iuppiter Bacchum, extincta Semele, in suo femore celasse, dixi ex Curtio in meis in Metamorph. obseruat. lib. III.

167. *Aeriferæ comitum concrepuere manus*]Boni lib. s. præsertim Stat. & Vrbs. *cum crepuere*]

168. *Aspicit & æras, dissimulatque senex*]sic lege ex veter. lib.

ibid. *Auxiliumque uocat*] *rogat*. opt. Vatic. Vrs. & Stat. placet.

Cùm præstet] lege *præsit* ex libri Vrs. auctoritate, ad cuius lectionem libri Statij scriptura proximè accedit. legitur enim in eo *pressit*. 171. *Hæc, si cut memini prætereitaque die.*) Quatuor Vatic. *Hæc si commemini* &c.

ibid. *Stella Lycaoniam uergit declinis ad Arcton Miluus*) lege *Miluus* ex duobus Vatic. *Miluius*, per i, mendosè scribitur. rationem satis probabilem reddidit Obertus Gifanius in Lucretium.

172. *Altera, tresque superstrata celebrantur arenis*)tres Vatic. Maffei. Fratris, Stat. & Vrs. *super rasa*. probo lib. III. Metamorph. *Rasáque terra sonat*.]

173. *Sit Titio doctior ille licet*,)sic legunt veteres glossarij, citántque illud Horatij,

Quo nasuter ille pedes lauisset Titius ære.

Sed hodie apud Horatium non *Titius*, vt ij legunt, sed *Sisyphus* legitur. optimus Vatic. & Statianus habent *Pitio*. Vrsini *Phebo*, alij Vaticani *Phitio*, alij verò *Phytio*. ego quomodo sit legendum, nondum statui.

174. *Capitale nomen: ingeniumque solers, ingeniosa Dea est*] Hunc locum eruditè & eleganter tractat Muretus in libris Variarum lectionum.

ibid. Flebat ut amissa gemini consorte pericli.] scitè, & prudenter. Ad fraternam charitatem aliquid etiã periculorum communio adiunxerat. idque docet etiam lib. j. Metamorph. De Deucalione Pyrrham alloquente.

O soror, ô coniux, ô femina sola superstes,
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt.

Immò verò pericula communia, vt docet Aristoteles, *Homines ex inimicis amicos efficiunt.* Illius autem hæc verba sunt lib. v. De Republica: κοινὸς γὰρ & ... ὁ κοινὸς φόβος. id est. *Coniungit enim etiam inimicissimos communis metus.*

HERCVLIS CIOFANI SVLMONENSIS

IN

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBRVM III. OBSERVATIONES.

Numerus paginam denotat.

CERTE *maiora canebas.*] sic lib. Maffei, & Statianus placet.

178. *Nunquam tua signa reliqui.*] Duo Vatic. Vrs. & idem Stat. *Nunquid* &c. sequendum puto.

179. *Leuiter mea tempora myrto.*] liber Vrs. *timpora.* vt superius testatus sum.

ibid. pater Iliades.] Romulus.

ibid. Et auctores rettulit ipse suos.] Vnus Var. & Vrs. ille.

180. *Quis nescit Atlantide natum?*) Tres Vatic. Vrs. & Stat. *nesciret Atlantide natum?* non displicet.

183. *Sacra, patremque humeris, altera sacra tibi*] Hic locus ab altero interprete silentio præteritus est, ab altero non satis intellectus. Eius sententia petenda tibi est ex meis in Metamorph. obseruationibus lib. xv.

ibid. Cumque patris regnum post hunc Tiberinus haberet, Dicitur &c.) Iidem lib. & Maff. *Accipiens regnum post hunc Tiberinus ab illo Dicitur &c.* non malus sensus? & tamen nihil muto.

185. *Aspinus est Dea dicta maris.*] Allusit ad verbum αφρὸς. Vide Fulgentium lib. ii. Mytholog.

ibid. Pauit in herbis] sic quinque Vatic. Statij & Vrs.

186 *Etiam Telegoni*) De Telegono consule quæ collegi lib. eleg. i. Trist.

187. *Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida*] In duobus Vatic. à veteribus Glossariis notatum est. Aeneas quatuor ex Creusa filias susceperat, & in Thracia, in Peloponneso, & in Epiro tres coniogauit: quartam Solymo vxorem dedit: cùm autem victor esset in Latio, Solymum cum parte copiarum ad Marsos misit, qui vrbem fundauit. Cuius glossematis illud ab eo, quod hic recenset Marsus, differt. quòd is Aeneam non in Epiro, sed in Aegypto tertiam reliquisse filiam dicit. quod falsum omnino est. Siquidem constat illum, capta à Græcis Troia, solòque æquata, dum in Italiam proficisceretur, in Epiro fuisse.

188. *Illa quidem totum dignissima temperat orbem*) sic omnes lib. s.

ibid. Perque suos coitus) optimi lib. s. *initus*, non *coitus* habent.

ibid. Longum est narrare) Ita tres Vatic. alij duo, *numerare*: alij *memorare.*

189. *Queis uittæ, longáque uestis abest:*] Meretrices significat, quæ nec vittis, nec longa veste vtebantur. lib. & eleg. De Ponto:

Seu tamen, & liquidò iuratus dicere posses,
Non me legitimos sollicitasse toros,
Scripsimus hæc illis, quarum nec uitta pudicos
Attingit crines, nec stola longa pedes.

Contrà mulieres honestæ, vt ipse alibi:

Este procul uittæ tenues, insigne pudoris:
Quæque tegis medios instita longa pedes.

190. *Aurea marmoreo redimicula demite collo.*] Post hunc versum legitur hoc distichon in vno eorundem lib.

Demite diuitias: tota iuuanda Dea est:
Aurea siccato redimicula reddite collo.

Sed in ora superioris carminis hoc adscriptum est glossema, vel, *leuanda.* Eruditiores, an ipso Ouidio dignum sit, videbunt.

ibid. illa lauari.] Quidam Vatic. *vsque lauari*: alij, *ipsa lauari.* sequor.

ibid. Littore siccabat rorantes nuda capillos.) Lege ex sex antiquis lib. *sudantes rore capillos.*

ibid. Et uitium nudi corporis omne uidet) Quinque lib. vet. *Omne patet.*

ibid. illam supplicibus uerbis placate.) Vndecim lib. scripti: *supplicibus uerbis illam placate.* paulo suauius: vt censeo.

192. *Pleiades incipient humeros releuare paternos; Quæ septem dici, sex tamen esse solent. Seu quòd &c.*] De Pleiadibus ita Germanicus in Aratum: Pleiades à pluritate Græci vocant. Latini eo quòd vere exoriãtur, Vergilias dicũt. Dicit autẽ Pherecydes A-

thenæus, septẽ sorores fuisse, Lycurgi filias ex Naxo insula. & pro eo ꝙ Liberũ educauerũt, à Ioue inter sidera sunt relatæ. Harum nomina putantur, Electra, Alcyone, Celæno, Asterope, Merope, Taygete, Maia: quarum septima, vt ait Aratus, vix intueri potest, quam quidam præ timore Orionis fugisse putant, qui à Sole persecutam arbitrantur, vocatámque Electram, quæ non sustinens videre casus pronepotum fugerit. Vnde & illam dissolutis crinibus propter luctum ire adfirmant: & propter comas quidam Cometen appellant. Nonnulli verò Meropen esse autumant, quæ nupta, à quodam viro nominata est Hippodamia. Musæus autem refert filias Atlantis fuisse septem, ea quibus sex claræ, vna obscura. Cum Diis concubuerunt. tres cum Ioue, & ea Electra Dardanus, ea Maia Mercurius, ea Taygete Lacedæmon. Cum Neptuno duæ: Alcyone, ea qua Hercus: Celæno, ex qua Lycus. Cum Marte Asterope, ex qua Oenomaus: Merope cum Sisypho. Magnam apud homines dignitatem habent. De his etiam vide quæ notaui in scholiis in Ibin, & in obseruationibus in Metamorph. lib. XIII.

196. *Phryx pius*] Aeneas.

197. *Iam sæcula quinque vidit.*] Anno V.C. DXLV. P. Corn. Scipione, & P. Licinio Crasso coss. secundi autem belli Punici anno XIV. Liuius lib. XXIIX. & XXIX.

198. *Sacerdos*) xuiri. Idem ibidem.

ibid. Prospicit à remis) lib. Vrs. *Aspicit*. Fratris, *Despicit*. non displicet. septem Vatic. & Statij, *Respicit*.

200. *Vix tulit aduersas*) o. l. s. *vix subit*. vere.

201. *Fudisse capillos*] sex Vatic. Vrs. & Stat. *prodisse*. vera lectio.

ibid. Ad rigidos linguáque prompta sonos.] Duo Vatic. Vrs Fratris & Statij *promptáque lingua senes*. Verum lib. Vrs. habet *sonos*.

ibid. Mendacia risit) sic o. l. s.

202. *Nasica accepit.*] Anno ab vrbe condita DXLIX. M Cornelio Cethego, & P. Sempronio Tuditano Coss. Liuius lib. XXIX vbi eadem ferè, quæ hîc à Poeta nostro de Cybele referuntur, quamuis multo aridius, & ieiunius legẽdꝰ est & Valer. lib. II. cap XV.

ibid. Templi non perstitit auctor.) sic legitur in trib. Vatic. Maffei, Statij & Vrsini rectè.

203. *Mora fit: sic cætera quæro*] o. l. s. hanc habent lectionem? verè, vt puto.

ibid. Amnis et insana nomine Gallus aqua. Qui bibit inde furit.) Vibius Sequester De fluminibus. Gallus in Phrygia. vnde qui bibit, insanit more fanatico.

ibid. Heu heu perpetuò debuit illa tegi] lib. Vrs. & opt. Vatic. *Ehem*

207. *tu quibus est culto fertilis Enna solo.*] Verè admonent hic interpretes scribendum Enna per duplex (nn) Vide quæ notaui in Metamorph. & in lib. De Ponto.

208. *Humidus ex alto desiliens aqua.*] In eodem Vaticano, & in ora lib. Statij, *Viuidus ex alto, &c.* multo libentius sequor.

209. *E campis incipit Ennæ tuis.*] Prosopopœia.

ibid. Cumulatis flore ministris, Vrsini: *cumulato flore ministra*. Vnus Vatic. *cumulato flore ministri*. alij septem eiusdem Bibliothecæ, & Statij, *cumulatæ flore ministræ*. magis placet.

ibid. Iamque Leontinos Amesenáque flumina cursu Præterit] sic vulgo nunc legitur. Quædam alia monstra reppererunt, & commenti sunt interpretes. In quinque Vatic. Statiano, & Vrsin. est, *Amenáque*: in alio ex eadem Bibliotheca omnium optimo, qui Angeli Colotij fuit, *Amenenáque*. quæ lectio superne in l. Vrsin. notata est, quæ ad genuinam proximè accedit. siquidem legendum est: *Amenanaque*. In iis, quos dixi, veteribus libris syllaba, na, quæ in verbo, Amena, geminanda erat, à librariis omissa est. Est enim Amenanus fluuius in Sicilia per Catanam defluens. Strabo lib. V. Idque perspicuè etiam apparet ex veteri Numismate, quod habet idem Vrsinus. Cuius ea altero latere cum eodem fluuio hæ litteræ leguntur: ΑΜΕΝΑΝΟΣ. ex altero verò ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ.

213. *Tempus habent cœnæ sidera uisa sibi.*] Vrs. *Mixta sidera uisa sibi* quo modo emendatum in lib. Statij. Duo Vatic. *Mixta sydera &c.* Tres alij: *Mensæ &c.* rectius, vt mihi quidem videtur. quam lectionem vterque interpres agnoscit.

214. *Et in certis aurea mella fauis.*) sic est in lib. Statij. Vrsin. & quinque Vatic. In alio: *Et in cameris aurea mella fauis.*

ibid. Carmina mortali non referenda sono.) totum hoc carmen vsurpauit Basilius Zanchius poeta satis celebris: & politissimus Politianus imitatus est in pulcherrima elegia, qua Ouidij exilium & mortem defleuit. sic enim eam terminauit.

Vos quoque Pierides uati libastis adem pto
Carmina sed nostro non referenda sono.

Quo Cyclades aspicit omnes.) Cyclades quare dictæ sunt. præter alios docet Ammianus lib. XXII. his verbis: *Sporadæ, atque Cyclades, quòd ambiunt Delon, patriam Deorum insignem*. Sunt autem nonem insulæ, vt ait Higynus & Strabo.

215. *Si memores de quo nubi sit Proserpina nata, Dimidium &c.*) Iam contuli hanc Cereris orationem cũ illa, quæ est lib. VI. Metamorph. ambo enim magnam inter se habent affinitatem.

216. *Certaque iussa refert*) Vrs. *iussáque certa*. Duo Vaticani, *uisaque certa* alij quatuor: *certaque uisa*. Vtraque lectio vulgatæ præponenda.

ibid. Tartarea recipi) Vrsini, *Tinarea*: Statij, *Tenaria*.

217. *Alba decent Cererem. uestes Cerealibus albas Sumite.*] sic est in tribus Vaticanis. optimè.

ibid. Nunc pulli uelleris usus abest.) Liuius lib. XXII. de cæde, quam Romani apud Cannas acceperunt: Sacrum anniuersarium Cereris intermissum est: quia nec lugentibus id facere est fas, nec vlla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat.

ibid. Aeria libertas cœpit habere sua) optimi Vaticani, & Vrs. *die*.

ibid. Tamen hac Mutinensia Cæsar Grandine militia contudit arma sua) Anno vrbis cõditæ DCCX. Eutropius & Linianæ Epitom. Auctor.

218. *Mœnalio Deo* Fauno, à monte Arcadiæ.

219. *Nuna uisa resoluit*) Quattuor Vatic. Vrs. & Statij. *reuoluit*. rectè.

Cætaque uisa refert) lib. Vrsini: *uisáque cæta*.

220. *Hac ego Pelignos, natalia rura petebam Parua*) Eleg. vltima lib. III. Amor.

Atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi
Mœnia, quæ campi iugera pauca tenent,
Quæ tantum, dicet, potuistis ferre poetam,
Quantulacumque estis, uos ego magna uoco.

Et lib. II. elegia XVI.

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,
Parua sed irriguis ora salubris aquis.

ibid. Sed assiduis humida semper aquis) Tres Vatic. *ebria semper aquis*.

221. *Hæc modò uerrebat cum raro pectine pratum*] Vnus Vatic. *Hæc modò uerrebat stantem tibicine uillam.* sequor.

223. *Prosequor officio si tua facta meo:*]Quattuor antiqui *pio*, non, *meo*.

ibid. uily fiscella sequatur.]sic Vrsini, & Statij. optimè.

ibid. Dapibusque refectis Syluicolam tepido lacte precare Palem.]sic legunt interpretes. In tribus Vatic. Statij, & Vrsini. *relectis*, in alio, *Paratis*. in tribus aliis *resectis*, id est, diuisis. in quam lectionem magis inclino.

225. *Quamlibet*]quamuis.

ibid. Camella. Vasis lignei genere. Petronius: Et camella & vetustate ruptam pice temperata refecit: tum clauum, qui detrahentem secutus cum camella lignea fuerat, fumoso parieti reddidit.

226. *Cum condita Roma est*] Condi cœpta est vrbs Roma à Romulo in monte Palatino XI. Kal. Mai. Parilibus. ex quo tempore ad hunc vsque diē atque annum, quo hęc scribo, supputantur anni ∞ . ∞ . CCCXXXII. Hac autem de re consulenda sunt quæ ante quinquennium in l. XIV. Metamorphoseos edidi.

228. *Alter Auentinum mane cacumen adit*]o. l. s. *mne*.

ibid. Vterque conuenit)in soluta oratione diceretur: *Inter utrumque conuenit.*

ibid. Sex Remus hic uolucres, bis sex uidet ordine: pacto Statur) Sic distingue, ac lege. quamuis in quatuor Vatic. sit, *facto*, non *pacto*. in vno tantùm Vatic. Fratris, & in ora Stat. *pacto* repperi.

ibid. Sacra Palis suberant.) Hæc est quorundam Vatic. lectio, In lib. Statij fratris, & Vrsini, *Pales*, non *Palis*. superior magis probanda.

230. *Lacrymas introrsus obortas Deuorat*]Sic l. XIII. Metamorph. *Lacrymasque introrsus obortas*

Deuorat ipse dolor, duroque simillima saxo

Torpet:

ibid. Exempla fortia seruat:]vt heroum, quos flere non decet.

Osculaque applicuit posito suprema feretro, Atque ait, inuito frater ademte uale.] Verbum *vale* vsurpabant etiam veteres inter eos qui è vita excesserant: vt hoc loco, & apud Virgilium lib. X. vbi Aeneas Pallantem à Turno interfectum alloquitur:

Salue æternum mihi maxime Palla,

Aeternúmque uale. Lege ibi Seruium. Item apud Catullum.

Accipe, fraterno multum manantia fletu.

Atque in perpetuum frater aue, atque uale.

Et in vet. inscriptione Romæ, ΠΑΤΗΡ ΧΑΙΡΕ.

ibid. Arsurósque artus unxit) De hac vngendorum cadauerum consuetudine in scholiis in lib. de Ponto.

231. *Idem uitalia dixerunt*) sic habent o. l. s.

232. *Templa frequentari Collinæ proxima portæ Nunc decet, à Siculo nomina colle tenet.*]Strabo libro VI. Erat autem, vt ait Publius Victor, in quincta Vrbis regione.

234. *Perde prius*]*prior*, duo Vatic. Vrs. & Stat.

ibid. Otia mundus agit.]Tres Vatic. Vrs. & Statij sic habent: alius Vatic. *mundus habet*. illam sequor:

235. *Est canis (Icarium dicunt) quo sidere moto Tosta sitit tellus.*]Alibi: *Et micat Icarij stella proterua canis.*

Dicitur & Sirius ἀπὸ τοῦ σειριᾶν, quod est exsicco. Aratus in Phænomenis.

ὅς ῥα μάλιστα

Ὀξέα σειριάει, καί μιν καλέουσ᾽ ἄνθρωποι

Σείριον.

Germanicus: Sirius stella est in medio centro cæli, ad quam cùm Sol accesserit, duplicatur calor ipsius, & languore afficiuntur corpora humana. Sirium autem stellam vocatam putant, propter flammæ candorem. Latini autem illam Caniculam vocant, vnde & dies caniculares dicuntur: quia quamdiu Sol in ipsa est, pestifera est, sed pro qualitate adiacentium commutatur. Nam aut vincitur, aut morbosis vtitur viribus. Hinc est quòd cùm certo tempore oritur, non semper est noxia. Quidam verò dicunt canem fuisse, quæ Europæ cum dracone custos data est, quæ postea Minos vtraque accepit. eandem postea ob medicinæ caussam Procridi in munera datam: quæ postea Cephalus vtraque possedit, vir Procridis, qui eam ad Thebas duxit ad vulpem, Thebanorum agros infestantem: cui cani fatum est, ne ab vllo posset interfici, itémque vulpi. Iuppiter verò vulpem in lapidem conuertit, & canem in astria intulit. Amphianus tragœdiarum scriptor &c.

ibid. Cum Phryge Assaraci]sic est in o. l. s. verè. Idque vidit hic Fauentia, & præclarè interpretatus est.

236. *Sic iussi constituere patres*]Vndecim. l. Vet. *senes*, non *patres*.

ibid. State Palatinæ laurus] lib. III. Trist. elegia I. de Palatio loquens:

Cur tamen opposita uelatur ianua lauro,

Cingit & Augustas arbor opaca fores.

Sic enim ibi est legendum, non *tamen*, vt hîc legunt interpretes. Rationem ex veteri lib. Martiale, & Plinio adduxi.

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN
P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBRVM V. OBSERVATIONES.

Numerus paginam denotat.

Qvd)Per quem locum.

239. *in honore pio*)Stat. Vrſ.Maffei, & tres Vatic.*in honore ſuo.*

ibid. Excipit Vranie. De hoc verbo excipiendi vide quæ dixi lib. v. Metamorph. Cuius verbi vim ac proprietatem hic non eſt aſſecutus Marſus.

ibid. Magna fuit capitis quondam]iidem lib. & Fratris, *quondam capitis.* placet. Videtur autem præceptum illud Phocylidis expreſſiſſe, quod tale eſt: *Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν ἕδρης καὶ γεράων πάντων* &c.

240. *Hinc ſua maiores tribuiſſe uocabula Maio Tradunt, & ætati conſuluiſſe ſuæ*] Auſonius in eo, quo menſium etymon deſcribit, epigrammate:

Maia Dea, an maior Maij te fecerit ætas,
Ambigo: ſed menſi eſt auctor uterque bonus.

241. *Hæc enixa iugo cupreſſiferæ Cyllenes Aetherium uolucri qui pede carpit iter.*] Maia à Ioue compreſſa in Cyllene antro Mercurium peperit. Vide Scholia in Ibin.

ibid. Iſtud) *ἀγκωνῶς.*

ibid. Semicaper coleris ſuccinctis Faune Lupercis] In tribus Vatic. Fratris. & Vrſ. antiqua & genuina lectio eſt, non. *ſuccinctis*, quod gloſſema eſt, ſed *cinctutis*. Horat. in arte Poetica:

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.

ibid. Cum luſtrant celebres uellera ſecta uias.] ſic eſt in ſex vet. lib. aptius, & accommodatius ad ſuperiorem verſum.

ibid. Inuentor curuæ furibus apte fidis] *Ἀποστροφὴ* ad Mercurium.

243. *Cinxitque decentibus herbis.*] ſic in lib. Statij. In duobus Vatic. & Vrſ. *decoribus.* In aliis, *uirentibus & recentibus.* nihil mutandum puto.

244. *Ara erat illa quidem Curibus, &c.* lib. Vrſ. *venerat illa quidem Curius, &c.* alij l. vet. illo modo.

ibid. Cauſa tamen poſiti fuerat cognominis illa.] Vrſin. *illa.* Stat. *Cauſa quidem fuerat poſiti, &c.* Vtraque lectio ex ſuperioris lectionis pendet varietate. Itaque doctiorum eſto iudicium. Mihi magna religio fuit vet. lib. ſcripturam repræſentare.

246. *Hyperionis*) Feſtus. Hyperionem alij patrem Solis, alij ipſum, quòd eat ſuper terras, ita appellatum putabant. Patrem facit & Steſichorus his verbis: *Ἀέλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε χρύσεον*: Sol verò Hyperionis filius in poculum deſcendebat aureum. Heſiodus in Theogonia canit Hyperiona eſſe Cæli ex Terra filium, & poſtea ſubiicit ab Hyperione & Thea Solem, Lunam, & Aurorá genitos eſſe. Ouidius etiam ipſe lib. iv. Metamorph. Solis patrem dicit. vbi ita eſt: *quid nunc Hyperione nate Forma, colórque tibi, radiatáque lumina proſunt?* Ruſus hic noſter lib. iix. Solem ipſum vocat:

Iámque duas lucis partes Hyperione menſo
Diſcubuere toro Theſeus &c. & ſuprà lib. i. huius oper.
Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum.

ibid. obſcura crepuſcula] Quid ſit crepuſculum, confutatis certorum hominum falſis ſententiis, docui in ſcholiis in Epiſtolam ad Lynceum.

Nauita quas Hyadas Graius ab imbre uocat.) Vide quæ notaui lib. xiii. Metamorphoſ.

Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus Olympo.) Atlas Promethei frater fuit, & rex Africę, à quo aſtrologiæ artem primùm dicunt excogitatam. Idéóque dictus eſt ſuſtinuiſſe cælum. Ob eruditionem igitur eius diſciplinæ, & ſcientiam cæli, nomen eius montis Africæ deriuatum eſt, qui nunc Atlas cognominatur. qui propter altitudinem ſuam cæli machinam, atque aſtra ſuſtinere videtur. Iſidorus. qui addit eundem Atlantem aſtrologiam inueniſſe anno mundi ∞ ∞ ∞ DC.LXXXIX. Tribuit & eidem Atlanti aſtronomiæ inuentionem Arnobius lib. ii. aduerſus Gentes, quamuis ſubdubitet hic an Theutis Aegyptius eius rei inuentor fuerit.

249. *Conueniunt pictis incinctæ*) Ita legẽdum ex omnibus lib. ſcrip. *Prima per immenſas ſparſi noua ſemina terras.*

ibid. Vnius egens tellus antè coloris erat) Lege ex iiſdem l. *ſeminis gentes: Vnius tellus* &c.

ibid. Prima Terapnæo feci de ſanguine florem, Et manet in folio ſcripta querela ſuo.] De Hyacintho, déque litteris in eius foliis inſcriptis dixi lib. x. Metamorph. ibi: & *αι αι*

Flos habet inſcriptum.

ibid. Quid crocon, aut Attin referam.] Tres Vatic. Vrſ. & Stat. *Attin.*

ibid. De quorum per me ſanguine ſurgit honos]ſex Vatic. Stat. & Vrſ. *vulnere.* alius Vatic. *Munere.*

250. *Neſcio quod Nymphe poſſe uideris ait.*]ſic o. l. ſ. optimè.

ibid. Tibi miſſus ab aruis Flos dabit.] ſic lege ex bonis lib. ſcriptis, & nonnullis excuſis.

ibid. Tangitur, & tacto concipit illa ſinu]Hæc eſt o. vet. l. lectio. & vera eſt.

ibid. Flore ſimul læſo]corrige ex eorundem lib. auctoritate & conſenſu, *Flore ſemel.*

251. *Ibi tibi dicendi*)iidem lib. *diſcendi* verè.

253. *Reſpice Theſeiden.*]Vide Apollodorum, & Ouidium lib. ix. Metamorphoſ.

253. *Annuimus uotis: Conſul cum Conſule ludos Poſtumio Lænas perſoluere mihi*] Anno VC. DLXXX. vt recte ſuppo-

ctè supputat Sigonius, qui huoc locum adducit, Eius verba sunt: In hunc annom creati coosules L. Postumius Albinus, M. Popilius Lænas. Auctor Linius, Cassiodorus, tabulæ Capitolinæ. His Coss. Floraria instituta esse docet Ouidius Fast. v. his versibus:

Annuimus uotis, consul cum consule ludos
Postumio Lænas persoluere mihi.

Postumius anno DLXXIII. Popilius DLXXVII. pigturam gesserunt. Vterque autem in Coosulatu Ligures sortitus est. Popilius Stellatibus deditis arma ademit, ipsos bonáque eorum vendidit. Postumius oe prouinciam quidem suam vidit.

254. *Tempora sutilibus anguntur tota coronis.*) sic scriptum repperi in quattuor vet. Idque probo.

ibid. Nec liquidæ unctis) Iidem lib. ita habent.

ibid. Non ex difficili cognota causa fuit] Quinque Vatic. & Vrs. *Causa petita fuit*. alius: *Causa petenda subest*. Stat. *Cura petita mihi est*.

ibid. Decidere in mensas) Quattuor Vatic. *Accidere*. Fratris, *Accedere*.

256. *Troiæ duo fata*) De Troiæ fatis cousule quæ collegi lib. XIII. Metamorphos.

257. *Sæpe manus ægras manibus mulcebat amicis*) Duo Vatic. & Vrs. *fingebat*: sed ex aliis Vat. Maffei, & Statij legendum: *fingebat*.

ibid. Nox aptum tertia tempus erit.) Tres lib. vet. *tempus habet*.

258. *Somnumque silentia præbent*) Stat. Mss. Vrs. & iidem Vatic. *Somnóque*.

ibid. Ille memor ueteris ritus] sic habent I. Stat. Vrs. & quattuor Vatic.

ibid. Cúmque manus pure &c.) sic iidem Stat. & Vrs. verè.

ibid. Ore fabas] Quattuor Vatic. & Stat. *Aure fabas*.

ibid. Fama tamen ueteres) Hanc habent lectionem octo l. s.

260. *Mense malum Maio*) Vrs. Stat. Maffei, & tres Vatic. *Mense malas Maio*. placet.

ibid. Signi causa sonanda mihi est) Lege ex nouem lib. *canenda*.

ibid. Tempus erat, quo uersa boum referuntur aratra: *Et pronus saturæ lac bibit agnus ouis.*] Περίφρασις Vesperæ. Non dissimilis illa Virgilianus:

Et iam summa procul uillarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montibus umbræ.

ibid. Forte senex Oriens) Ex iisdem lib. lege, *Hyreus*.

ibid. Addidit & uultum uerbis.) lib. IIX. Metamorph.

super omnia uultus
Accessere boni, nec iners, pauperque uoluntas.

ibid. Dissimulatque deos) Fingunt se deus non esse.

261. *Ignis in extremo stipite paruus erat.*) Lege ex Stat. Vrs. & quattuor Vatic. *ignis in hesterno*) Idque agnoscunt interpretes.

Ipse genu nixus flammas excussit ab aura] Exprimit gestum hominis ignem suscitantis.

ibid. Comminuitque faces) Persimilis locus est in eo, quem modò adduxi, libro:

Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
Suscitat hesternos, foliisque & cortice sicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili:
Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto
Detulit. Virgilius lib. I. Aeneid.
Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

ibid. Et spumat testu pressus uterque suo.) Optimus Vatic. Stat. & Vrsini, *testo suo*. vt etiam suprà: quam lectionem libentius amplexandam puto, veterum scriptorum testimonio confirmatam.

262. *Cerua gemellipara*] Attigi hunc locum lib. v. Metam.

264. *Addiderant animos Crassorum funera genti.*) Anno V. C. DCC. Iulius Obsequens: M. Crassus ad Parthos profectus, cùm Eufratem transiret, multa prodigia neglexit. Cùm etiam coorta tempestas, signifero signum arreptum mersisset gurgiti, & offeodente nimborum caligine prohiberentur transire, pertinaciter perseuerans cum filio & exercitu interiit.

265. *Parthe refers Aquilas, uictos quoque porrigis arcus, Pignora iam nostri nulla pudoris habes*) lib. I. de remedio:

Ecce fugax Parthus, magni noua causa triumphi,
Iam uidet in campis Cæsaris arma sui.

ibid Rite) De hoc verbo suprà.

266. *Taurus init cælum, te sidoris Iuppiter implet, Parsque tuum terræ tertia, &c.*) Mirificè huc facit quod scribit Higinus de hoc Tauro. Hic dicitur, inquit, inter astra constitutus, quòd Europam incolumem transuexerit Cretam, vt Euripides dicit. Nonnulli autem cùm Io in bouem sit conuersa, vt Iuppiter ei satisfacere videretur, inter sidera constituisse. quo eius prior pars appareat, vt Tauri, sed reliquum corpus obscurius videatur. spectat autem ad exortum Solem, cuius oris effigiem quæ continent stellæ, Hyades appellantur. Legendus est & Germanicus, qui alias narrat opiniones, sed hîc minus conueniunt.

ibid. Hoc alij signum, &c.) sic est in lib. Vrs. & aliis vetustioribus. verè.

ibid. Quæ bos ex homine est, ex boue facta Dea] Totum hoc carmen iam cecinerat in Epist. ad Lynceum.

ibid. Desertis mansit in agris) Vrs. liber *aruis*. probabilius.

267. *Tristia Leucadio sacra peracta Deo*) sic o. l. s. neque aliter apud Lactantium hodie legitur. Idque apertè & strenuè confirmat Ouid. ipse lib. v. Trist. eleg. III.

Hunc ego dum mutet, uel me Zanclea Charybdis
Deuoret, atque suis ad Stygis mittat aquis:
Vel rapidæ flammis urar patienter in Aetnæ,
Vel freta Leucadij mittar in alta Dei.

268. *Tiberi iactatur imago*] sic idem lib. sequor.

ibid. Clare nepos Atlantis, ades.) Mercurium intelligit ex adiunctis. sic prope lib. I. Metamorphos.

Natumque uocat, quem lucida partu
Pleias enixa est.

270. *Hic eques, ille pugil*] consule quæ dixi lib. IIX. Metamorphos. ad illud.

Tyndaridæ gemini præstantes, cæstibus alter,
Alter equo.

269. *Tanto maiora petenti*) lib. Fratris, & Maffei, sic habent.

271. *Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense Non expectato uulnere pressit humum. Vltor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta. Qua ceruix humeros continuat tegit*) Idem docet Apollodorus lib. III. his verbis: [illegible] id est, Lynceos autem viso Castore Idæ fratri nunciauit, cúmque ille inter-

fecit. At Pollux ipsos insecutus, Lynceum, cùm telum iecisset, occidit. Postea Idam insequens saxo secundum caput ab eo percussus, oborta oculorum caligine concidit. Tum Iuppiter Idam fulminat: Pollucémque in cælum refert. Pollux verò immortalitatem Castore mortuo recusauit. Iuppiter autem ambobus, alternis diebus, inter Deos & mortuos esse concessit. Multo aliter hanc rem narrat Theocritus Eidyllio XXII.

271. *Qua ceruix humeros continuata tegit.*) collum significat. sic prope lib. I. Metamorphos.

Qua collo est confine caput.

Et lib. XII. Metamorphos.

Qua iuncta est humero ceruix sude figit obusta.

Liuius lib. XVII. Qua iungitur capiti ceruix.

ibid. Dixit, & alterna fratrem statione redemit.) sic duo Vatic. Virg. v. Aeneid.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit.

Alij lib. veter. habent, *recepit*.

ibid. vtile sollicitæ sidus vtrumque rati.) lib. I. Trist. eleg. X.

Vos quoque Tyndaridæ, quos hæc colit insula fratres,
Mite, precor, duplici numen adeste rati.

ibid. Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt.) Assentior eruditiss. Scaligero, qui in suis in Festum castigationibus præclarè emendat: *Proxima vulcani lux est Tubilustria dicunt.* Etenim in lib. Vrsini perspicuè legitur, *vbilustria*: omisso t, propter verbum, *est*. Librarios enim veteres, vbi similes litteræ occurrerent, plerumque vnam omisisse, aut frustrà geminasse, docui in meis in Metamorphosin obseruationibus, vbi nonnulla exempla collegi.

272. *Quattuor inde notis locus est, &c.*) Intelligit Q. R. C. F. id est, Quando Rex comitio fugit. Idẽ Scaliger in iisdem, quas dixi, in Festũ castigationibus: vbi multa, quæ sunt cognitu dignissima, disserit, hoc ipso adducto loco, & poetam nostrum, quem ignorantiæ accusauerat Antonius Augustinus, meritissimò defendit.

HERCVLIS CIOFANI SVLMONENSIS IN P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBRVM VI. OBSERVATIONES.

Numerus paginam denotat.

EST *aliquid*) Vide quæ notaui in obseruat. lib. XIII. Metamorph.

275. *Paenitet quod non sui Carthaginis arces.*) Cùm hæc scriberet Ouid. Carthago plus annis centũ quinquaginta ante annos solo æquata erat à P. Scipione iuniore, anno V. C. DCVI. vt supputant. Eutropius lib. IV. Carthago DCC. anno postquam condita erat, deleta est. Scipio nomen, quod auus eius acceperat, meruit, scilicet vt propter virtutem etiam ipse Africanus iunior vocaretur. Idem tradit Epitomæ Liuianæ auctor lib. LI. & Orosius lib. IV. cap. XXIII. Iustinus lib. XIIX. ait conditam fuisse Carthaginem LXXII annos ante Romam. quicum facit Appianus in Libycis. Quos si sequeris (nisi mauis illud numeri rotundandi causa dictum) perspicuè colliges, Carthaginem, non ad DCC. suæ ætatis annum, sed ad DCLXXIIX. vix peruenisse. Ab his autem auctoribus discrepat (modò eius locus mendo careat) C. Velleius Paterculus lib. I. vbi ita est: Hoc tractu temporum ante annos Vet. LX. quàm vrbs Romana conderetur, ab Elisa Tyria, quam quidam Dido autumant, Carthago conditur. Aliter Seruius lib I. Aeneidos. Cuius hæc sunt: Constat Carthaginem LXX. annos ante Vrbem Romam conditam. Inter excidium verò Troiæ, & ortum vrbis Romæ anni inueniuntur CCCXL. Rursus ab his omnibus dissidet Solinus cap. XXIX. vbi ait Carthaginem post annos DCCXXXVII. esse excisam.

ibid. Paenitet Sparten, Argosque, measque Mycenas.) Has tres vrbes Iunoni carissimas esse, docui ex Homero libro sexto Metamorphos.

277. *Sed è nostro carmine certus eris.*) sic lib. Vrs. optima lectio.

ibid. Dixisset amanda verba) Idem lib. & tres Vatic. ita habent. verè.

281. *Quam bene, Di magni, pugna cecidisset in illa Defensor solij Iuppiter alte tui. Vixit, ut ocideret damnatus crimine regni: Hunc illi titulum longa senecta dabat.*) Illustraui hunc locum lib. & elegia III. Tristium.

ibid. Appius est auctor: Pyrrho qui pace negata Multum animo vidit, lumine captus erat.) Val. Maximus lib. IIX. cap. XII. Appius Claudius fessus iam viuendo lectica se in Curiam deferri iussit, vt cũ Pyrrho deformẽ pacem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patris, quod honestum erat, per se parum cernens, coacta est peruidere? Huc etiam mirificè pertinet quod scribit Cicero in lib. De Senectute. Appius, inquit, Claudius cùm sententia Senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho, fœdúsque faciendum, non dubitauit illa dicere, quæ versibus persecutus est Ennius:

Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant,
Antehac dementes sese flexere viai?

Fuit autem annus post Romam conditam CDLXXIV. cùm Appius in Senatu cum Pyrrho pacem faciendam dissuasit

282. *Quærebam Nonas Sancto, Fidio ne referrem.*) In

optimo lib. Vatic. Vrs. itémque altero, contractè scriptum est, s c̃o. Ex quo postea, vt puto, factum est *Sancto*: quomodo legitur in aliis vet. In alio tamen lib. litteris Longobardicis exarato, quem Fuluius Vrsinus quarto abhinc anno mihi ostendit, perspicuè scriptum est *Sanco*. Vtraque scriptura ex veteribus inscriptionibus comprobatur. Qua de re consulendus est eiusdem Vrsini, quem de Familiis Romanorum inscripsit, liber: item ALDI iunioris liber De Quæsitis per epistolam.

ibid. An tibi Semipater.] In Vrs. & quibusdam Vatican. sic legitur: in aliis verò, *Semicaper*. vt & manu recenti in eo, quod litteris Longobardicis exaratum fuisse dixi, exemplari emendatum est. pessimè vtroque modo. Rationem accipe, quam subiiciam. Anno ∞ LXXIV. de mense Quinctilis sub finem, reperta est vetus inscriptio in insula Tiberina ad S. Bartholomæi, quæ est eiusmodi:

SEMONI
SANCO
DEO. FIDIO.
SACRVM
SEX. POMPEIVS S. P. F.
COL. MVSSIANVS
QVINQVENNALIS
DECVR
BIDENTALIS
DONVM DEDIT.

Hanc primùm domi suæ mihi ostendit idem Vrsinus, simúlque hunc ipsum Ouidii locum, qui ex hac ipsa inscriptione mirificè illustratur, & emendatur felicissimè. Ego loco diligenter examinato videri mihi non Semipater, nec Semicaper, sed Semopater legendum aio. tum ille, rectè, inquit, putas. Hac autem ducebar ratione, quòd videbam à Poeta secundo ab hoc versu subiici:

Nomina terna fero.

Id est, Sancum, Fidium, & Semonem. Semipatrem verò, & Semicaprum nomen non esse nemo non videt. Quid plura? Dubitari sanè, inquit ille, non potest, quin prorsus ita, vt tu censes, legendum sit. Postea multo vtrimque, vt inter amicos fit, habito sermone, inde discedens ad Muretum diuerto, vt ipsi eam, quam feceram coniecturam, quámque ille tantopere probauerat, exponerem. qua exposita, is admoto ad os digito, illic ostendit mihi eam ipsam coniecturam se in ora T. Liuii libri, viginti ante annos, cùm eum librum Venetiis à P. MANVTIO dono accepisset, annotasse. Locus autem Liuii est hic è lib. VIII. Bona Semoni Sanco censuerunt consecranda. Quo loco hoc amplius notauerat Dionysius lib. IV. Augustinus de ciuitate Dei. Lactant. lib. I. Silius, Festus, Plutarchus. & Fulgentius. Hanc autem inscriptionem, alterámque veteris nummi cum hoc ipso Ouidij loco, aliorúmque auctorum, quæ mirificè illustrauit omnia, idem Vrsinus in suo, quem de Familiis Romanorum inscripsit, & anno abhinc tertio edidit, libro adduxit. Vbi testatur esse doctissimos quosdam viros, qui apud Ouidium eo, quo dixi, modo legendum arbitrentur. Vterque & Muretus, & Vrsinus Dei beneficio viuunt, qui me ne mendacij quidem suspicione redargui posse sciunt. Sed oblitus eram, id quod principio fere dicendum fuit, Vrsinum multo antè quàm librum publicaret suum, indicasse mihi hunc ipsum Ouidii locum à Iosepho Scaligero in coniectaneis in Varronem De lingua Latina suis, decem ante annos emendatum fuisse. Hæc volui, ne esses nescius lector, vt ea, quam quisque debet, laude minimè fraudetur. *ibid. Ferro*) Metonymia.

285. *Non equidem vidi (valeant mendacia vatum)* Te Dea. Sic lege, ac distingue.

ibid. Valeant mendacia vatum) Terentius in Andria: *Valeant qui inter nos dissidium volunt*. & infrà hic noster: *Valeat mea tibia dixi*. *ibid. Palilia Romam.*] De his Festis vide quæ notaui sub finē lib. XIV. Metamorphos. *ibid. Ipsa volubilitas libratum, &c.*) Hoc carmen cum sequentibus quinque non legitur in nouem, quibus in hoc postremo lib. vtor, exemplaribus. Idque alij testati sunt, qui hoc opus cum antiquis libris contulerunt. *ibid. Arte Syracusia suspensus in aere clauso Stat globus, immensi parua figura poli.*] Archimedes Syracusanus sphæram vitream sibi cōfinxerat, in qua Solis Lunæque globi proprio incessu, & sponte diuersas mundi oras commearent. Qua de re sic Claudianus quoque cecinit:

Iuppiter in paruo cùm cerneret æthera vitro,
Risit, & ad superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progressa potentia curæ?
Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli, rerumque fidem, legésque deorum,
Ecce Syracusius transtulit arte senex.
Inclusus varijs famulatur spiritus astris,
Et viuum certis motibus vrget opus.
Percurrit proprium mentitus signifer annum,
Et simulata nouo Cynthia mense redit.
Iámque suum voluens audax industria mundum
Gaudet, & humana sidera mente regit.
Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
Aemula Naturæ parua reperta manus.

287. *Nec tu aliud Vestam, quàm viuam intellige flammam, Natáque de flamma corpora nulla vides. Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit: Nec capit, & comites virginitatis amat*] Hæc quattuor carmina citat, & exponit Lactantius libro primo cap. XII. cuius hæc sunt verba: Idcirco enim virginem putant Vestam, quia ignis inuiolabile sit elemētum, nihilque nasci possit ex eo: quippe qui omnia, quæ arripuerit, absumat. *ibid. Ignis inextinctus templo celatur in illo*] hunc locum declaraui in obseruationibus in Metamorphos. meis libro decimoquinto ad illud: – *néue Cæde Sacerdotis flammas extinguite Vestæ.*

ib. Inde precando Dicam, ô Vesta, quæ loca prima tenes] Ita legendum ex vno lib. S. & veteri editione.

289. *Præteream, referámne? &c.*] ita omnino legendum est. 290. *Lampsacus*) Vrbs in Hellesponto ad dexteram ingredientibus, inter Abydum, & Cyzicum. de qua sic Plinius lib. quarto cap. XI. Hellespōtus, septem stadiis Europā ab Asia diuidens, quattuor illic inter se contrarias vrbes habet, in Europa Callipolim, & Seston: in Asia Lampsacum, & Abydon. Vide etiam Strabonem lib. XIII. Marcellinum libro XXII. & Melam libro primo. 295. *Ex quo iudicio forma reuicta tua est.*] De Paridis iudicio consulēdus est Ludouicus Cælius Rhodog. lib. & cap. XIII. antiquarum lectionum. *ibid. Metellus erit*) hac de re præter Dionysium libro II. Valerius libro primo cap. IV. *ibid. Pignora virginea fatalia tollite flammis.*) Eripite, inquit Metellus, Palladium imperii nostri pignus ab igne, qui Vestæ ædem absumit. Atque hic optimus sensus mihi videtur. Nam alii legunt, *palmis*, non *flammis*: quæ lectio est in duobus Vatic. In aliis verò illo modo, quo legendum arbitratus sum, & exposui. De hoc ipso L. Metello, déque hoc facinore sic Plinius libro septimo, cap. XLIII. Metellus orbam luminibus exegit senectam, amissis incen-

dio, cùm Palladium raperet ex æde Vestæ, memorabili causa, sed euentu misero, quo fit, vt infelix quidem dici non debeat, felix tamen non possit. Tribuit ei populus R. quod nunquam vlli alii ab condito æuo, vt quoties in Senatum iret, curru veheretur ad Curiam, Magnũ & sublime pro oculis datũ.

297. *Parthe quod exultas? dixit Dea: signa remittes*) Tale quippiam suprà. 298. *Hinc agitur furijs Athamas, sed imagine falsa*]sic legendum. Hunc autem locum consule lib. IV. Metamorph. *ib. Et secum è summo mitte in altis iugo.*]Quattuor Vatic. *Et secum excelso.* In aliis *E celso.* *ib. Puerumq; auellere tentant.*)Quattuor prisca exemplaria, *pugnant.* 300. *Leucothee Graijs*) de Leucothea, Athamante, Inone, & Learcho plura Apollodorus lib. III. sub principium, & Ouidius ipse lib. IV. Metamorphos. 301. *Pallantide casus*)sic legendum è septẽ vet. exempl. auctoritate & cõsensu.

ib. Hostiles opes)sic lib. II. Trist. --*nec hostiles asse secutus opes.* Quid autem sint opes dixi in scholiis in lib. De Ponto. 302. *Seruiens est, & constat eum, sed causa latendi Discrepat.*) Ita male legitur, & distinguitur in lib. vulg. Tu distingue, ac lege è sex lib. s. *Seruus est; hoc constat enim, sed*, & quæ sequuntur.

ib. Arsit enim magna correpta cupidine Regis)lib. Vrs. *Arsit enim magno.* Generis masculini, placet. Duo alia loca in lib. Variarum lectionum notauit & animaduertit Muretus. *ib. Tum Dea furtiuos*)sex lib. s. *Dum Dea.* 303. *Vnde fenestralis*)iidem lib. & Vrs. *fenestellæ*, rectè. *ib. Si pia uoto placet*)sic iidem lib. sequor. *ibid. Et caput, & regnum factum est dotale parenti.*)In vno Vat. *fuerat*: in duobus aliis, *fuerit.*

ib. Si mir et. indictus erige dote opes)o. l. s. *exige.*

304. *Tinge manus*) Vnus Vat. & Vrs. *Tingue.*

ib. Talibus instructus)sic tres Vatic. alii tres & Vrs. *instinctus*, idque sequendum puto.

ib. An expectas pretium pietatis amarum]lib. Vrs. *iniquum?* 305. *Qui Rex in nostra septimus Vrbe fuit.*] hæc est omnium vet. exempl. lectio, quæ mihi non displicet. Septimum vocat regem Tullũ Hostilium & Solinus cap. II. lib. annumerans Romanis regibus Tatium. *ib. seruierat quodam*)sic duo Vatic. sequor. 308. *Auctor uindictæ iam uenit ille suæ.*)sic o. lib. s. Vindicta autem, vt ait Boetius in Topica Cicer. est virgula quædam, quam lictor manumittẽdi serui capiti imponens, eundem seruum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia: atque ideò illa virgola vindicta vocabatur. Aliter Liuius lib. II. ex quo hæc sumpsit Epitomarum illius auctor: Seruo indici, cui Vindici nomen fuit, libertatem dedit. ex cuius nomine vindicta est appellata. Persius:

Vindicta postquam meus à Prætore recessi

Dicitur & eidem festuca.

Non in festuca lictor quam gestat inani.

Plautus in Milite glorioso:

Quid ea? ingenua, an festuca facta, serua, an libera est? *ib. In longis uestibus esse iubet*)sic veteres lib. verè. malè aliter in quibusdam excusis.

301. *Tertia nox ueniet*)Ita legitur in tribus antiquis: verius, quàm in aliis, *Tertia lux.*

ib. Qua tu Dodona Thyene)Vrs. *Dodona Thione.* in aliis vet. *Dodona Dione.*

ib. Scilicet hic olim Volsos.)omnium opt. & antiquissimus lib. Vatic. & Vrs. *uulsos* per duplex u.

311. *Vnde suburbano clarus Tiburte triũpho Vectus es in niueis Postume uictor equis.*) Vide quæ scripsi lib. II. & IV. Trist. 313. *Lucus eum, nemorisque sui Dictymna recessu Celat.*]Artimisium Dianæ Tauricæ, de quo suprà lib. III. & lib. XIV. Metamorph. vbi quædam, non indigna scitu, dixi, quæ aliâs imprimentur. De Dictymna vide quæ ex Lutatio collegi libro secundo Metamorphos.

ib. Aricino est Virbius ille lacu.)De Virbio Ouid. lib. XV. Metamorph. & Virgilius lib. VII. Aeneid.

ib. At Lachesis, Clotho) duæ Parcæ, filiæ Iouis ex Themide, Cæli filia. Apollodorus lib. I.

ib. Dolent sua fila teneri) Quatuor Vatic. Fratris, Maffeianus, & Vrsini, *hæc fila*

ibid. Propter te fieri quod uetus, ipse facit.) duo Vatic. *Propter te fieri, quod facis, ipse uetus.* Non mala prorsus sententia, & carmen.

ib. Sunt tibi Flaminius, Thrasymenaque litora testes) Auctor epitomæ Liuianæ lib. XXII. Caius Flaminius consul, homo temerarius, contra auspicia profectus, signis militaribus effossis, quæ tolli non poterant, & ab equo, quem conscenderat, per caput deuolutus, insidiis ab Hannibale circumuentus ad Thrasymenum lacum cum exercitu cæsus est. Eutropius lib. III. Inde ad Tusciam veniens Hannibal, Flaminio consuli occurrit: ipsum Flaminium interemit, Romanorum vigintiquinque millia cæsa sunt, ceteri diffugerunt. Hac de re plura Liuius lib. XXII. Polybius lib. III. Florus lib. II. cap. V. Plutarchus in Fabio. Nepos in Hannibale. Orosius lib. IV. cap. XV. alij: Accepta autem est hæc clades secundo bello Punico, anno ab vrbe condita DXXXV. ipso Caio Flaminio, & Cn. Seruilio Coss.

314. *Postera lux melior, superat Masanissa Syphacem*] Orosius libro superius citato, cap. XVIII. Syphacem fugientem Lælius & Masanissa ceperunt, cetera multitudo Cirtam confugit, quam Masanissa oppugnatam in deditionem recepit. Siphacem ad Scipionem catenis vinctum deduxit, quem Scipio cũ ingentibus spoliis, plurimisque captiuis Romam producendum Lælio tradidit. De Masanissa mirabile quiddam narrat Cicero in Catone Maiori: vbi ita est: Arbitror te audire, Scipio, hospes tuus Masanissa quæ faciat hodie, nonaginta annos natus, cùm ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere: cum equo, ex equo non descendere: nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit. Et Eutropius lib. IV. De tertio bello Punico, quod anno V.C. DC. IV. vel, vt alij, DC. VI. motum est. Per idem, inquit, tempus Masanissa amicus populi R, anno vitæ suæ XCVII. mortuus, XLIV. filiis relictis. Scipionem diuisorem regni inter filios esse iussit. De quo etiam Valerius Max. lib. IIX. cap. XIII. & lib. IX. cap. XIV.

ib. Masanissa Syphacem] Syphax, vt ex Liuio narrat idem Valerius lib. V. cap. I. in custodia Tiburi mortuus est, quem Senatus publico funere efferendum censuit.

315. *Ferte coronatæ iuuenum conuiuia lintres, Multaque per medias uina bibantur aquas*] Coronabantur naues apud Romanos mense Iunio in Fortisfortunæ celebritate, & per medium amnem conuiuia ducebant. Obseruauit L. Georgius in lib. De nauigiis.

ib. At si non esset potus]lib. Vrsini, & Maffei, *stultus.*

ib. Addixerit isto) Herculem significat ab adiũctis.

IN P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBROS VI

Gregorii Bersmanni & aliorum doctorum virorum Annotationes.

IN LIBRVM PRIMVM.

Numerus paginam denotat.

TEMPORA) Propofitio buius operia· *ibid. Excipe p.*) Inuoeatio Cæf. Germanici tanquam numinis.

2. *Huic tibi d.*)Operi huic Faftorum tibi eonfecrato. Quintilian. lib. 4. cap. 1. fimiliter Domitiani numeo inuocat.

3. *Pater eft*) Tiberiua, qui Germanicum adoptauit. Diod. lib. LV. & Sneton. in vita Tib.

ibid. Auus) Auguftua Cæfar, à quo Tib. adoptatus fuit. *ibid. Drufo pr.*]Tiberij filio.

4. *Annue c.*) Deos enim rogabant vt annuereut. Virg. lib. 9. Acneid. *ibid. Clario*)Apollini. Peripbr.

ibid. Ciuem)Innuit eaufaa quaa cgit triumnirales. Snet. Calig. *ibid. Noftras artes*) Ad Poefin: nam præter alia Germ. Comœdias quoque Græcas fcripfir.

5. *In anno*) Annna Romuli menf. x. dierum eeetv.

ibid. Quod fatis eft utero matris dum prodeat infans) Partus hnmanus δεκαμηνιαῖος. Hippoc. de nut. pueri.

7. *Tertius à fenibus*) Maiua à maioribus dictus: fieut Iunina à iuuenibus. *ibid. Numero turba notato fuit*) Vt Sextilis, September, &c. *ibid. Ianum*) Iannarinm & Februarium: vt annus Numę effet XII. menf. dierum̨ eecLV. 8. *Per quem tria uerba filentur*) Do, dieo, addieo, quibus iurifdictio prætnria comprehendebatur. Do booorum poffeffionem: Dico ina: Addien id, de quo quæritur. Faftis diebus ius fari licebat: nefaftis non fari lieebat. Vide Varr. lib. 5. de ling. Latin. *ibid. Qui iam faftus erit*] Intercifus.

ibid. Honoratus]Prætor honorarius magiftratus: & Indi. prætorij honorarij, & prætorium iua honoratum & honorarinm dieebatur. 9. *Quo populum ius eft*) Comitialis. *ibid. Qui nono*] Nundinalia q. nouendialis. *ibid. Idibus*) Quotidibus Ioui res diuina fiebat: vnde facra ipfa Idulia, & agna Idulis dicta.

ibid. Proximus) Dies poftridie Kal. inaufpicatus.

10. *Ecce tibi Fauftum*]Kalend. Iano facræ.

12. *Linguis animifque fauete*]Græci dicunt σιγᾶν καὶ εὐφημεῖν. quibua verbis filentiũ imperabatur, vt rite peragi poffet factum, Senec. de vita beata ad Gallion. Alij non veraceret modò his verbis populum admonitum volunt, fed etiam vt bnna verba diceret, & malè ominatis parceret. Paul. in epit. Fefti.

ibid. Litem aurae aures) In feriis inipciandis, vt litibua & iurgiis abftineretur, per præconem edieebabatur. Cic. lib. 1. de diuin. *ibid. Spica Cilifla*] Crocus, vt exponit Iofephua Scal. Caftigat. in Propert.

13. *Intactis*]Puris, fepofitis.

14. *Herba Falifca*]Plin. In Falifco Clitumni amnia aqua potata candidos bouca facit. Virg. a. Georg. Hinc albi Clitumne greges. *ibid. Rerum digna p.*] Virg. 1. Aen. Romaoos rerum dominos gentémque togatam. *ibid. Quod à tergo eft*, Quique quod à tergo eft, quique quod antè vid. Macr 1. Saturnal.

ibid. Meus riguiffe capillos] Virg. Obftupui, fteterúntque comæ.

15. *Me chaos antiqui*)Ianus olim chaos dictus.

ib. Rerum feceffit lite fuarum]Idem 1. Met. – quia corpore in vno Frigida pugnabant calidis, humentia ficcis: Mnilia cum duria, fine pondere babentia pondns.

16. *Nubila, e.*) Aers, Ex eontento id quod contioet: συνεκδοχικῶς. Iani munua & officium.

17. *Horæ*]Horæ portas cœli feruant. Hom. Iliad. ε.

ibid. Imponet libum] Propiio facrorum veibo vfus eft. Græcis eft ἐπιθύειν. *ibid. Patulcius idem*] Ianua Clufiuij fiue Clufij & Patulcij cognominibus in facris inuoeabatur: quòd bello eiua valuæ patcbant, pace claudebantur. Macrob. lib. 1. Saturn. cap 9. Scr. in 7. Aen. *ibid. Omnis h.*)Ianus bifrons.

18. *Vertentia partes*) ἀντιμαχούσας, hoc eft: verfa. Virgil. Tergeminámque Hecaten, tria viiginis ora Dianæ. *ib. Seruet ut in*]Hecate triuiis præeft. vnde Triuia cognominata. *ibid. Omnia tunc florent*) Veria defcriptio ab effectia. *ibid. Ignotaque pr.*)Hyemi incognita. *ibid. Bruma n.*]Bruma anni initinm.

19. *Poftea mirabar*)Kalendia fuæ quifque artis fpeeimen edebat boni ominis caufa.

ibid. Iane tibi primum th.) Veteres à Iano precationes aufpicabantur. Horat. libro primo epift. 16. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 9.

ibid. At cur læta tuis) Kalendis vota & ftrenæ dabantur. Snetnn. in Auguft. c. 92. Obfcruabat & diea quad. Vnlgo autem credebant omina principiis omnibus ineffe.

20. *Caducas*) Irritas, non habentes effectum. Vota enim valere, & contra cadere dicebant. Tib. lib. a. eleg. 2. Vota cadunt. Piop. lib. 1. eleg. 17.

ib. Rugofáque cariea,) ῥυσὴ ξηρά. Ariftoph.

21. *Pars mihi*] Ne quid mihi non conftat.

22. *Martigenam c.*] Romulum Marte genitum.

ibid. Vix totus ftabat)Erectus, propter delubra regiis temporibus parua facta. Vair. lib. 1. de Vita P. R. Vide Propert. lib 4. eleg. 1.

ibid. Deus) Cœlum: contcntum pro continente.

23. *Aufpicium fi fit ft.*, fi: pro Au. Virgil. 5. AEn. Si Iuppiter vnam Effe velit.

24. *Sed cur nauale in ære*) Huiufmodi nummi effigiem vide in numifm. Sambuc. & libro 2. cap. 23. Thcodor. Canter. V. L.

ibid. Thufcum r.) Tibrim fluuium: imitatione Virgilij.

25. *Latente Deo*) Saturno, qui lingua Syriaca la-

tentem significat: quod nomen interpretantes Latini, vocarunt eum Latium, & eius vxorem Opim, Latiam. *ibid.* *Puppim formauit in ære*) Nauis effigiē fuisse in Asse: Ratis verò in Quadrāte & Triente auctor Fest. in voce Ratitum. Vide Aurel. Victor. in Orig. gent. Rom. *ibid.* *Tantaque res p.*) Roma, quæ nunc est maxima. Vide Propert. libro 4. eleg. 1. *ibid.* *Infestam f.*) Astræam.

26 *Iam*) Sacella Iani μετωνυμικῶς. *ibid.* *Fora iuncta d.*) Piscario & boario. *ibid.* *OEbalij.*) Ad OEbalina, hoc est, Laconas, originem referentis.

27 *Arduus*) Publicius, qui è Velabro & foro boario in arcem deduxit. *ibid.* *Quæ fuerat*) Hoste fugato aquis suppressis locus pristinam recepit formam.

28 *At cur pace l.*) Templum Iani pacis tempore clauditur, bello verò moto aperitur. *ibid.* *Aspexit r.*) Eoas partes Hesperiásque simul.

29 *Sacrauere p.*) Kal. Ioui & AEsculapio templa consectata in insula Tiberina.

30 *Felices animæ*) Astronomiæ laudes.

31 *Ossan Ol.*) Virg. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet, atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum. *ibid.* *Tertia Nonis*) III. Non. Ian. Cancer occidit manè.

32 *Institerint Non.*) Nonis Lyra oritur heliacè: tempestatem portendens. *ibid.* *Quatuor ad.*) V. Id. Agonalia. Varr. Dies Agonales, per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab Agone eo quòd interrogatur princeps ciuitatis, & princeps gregis immolatur. Varr. lib. 5. de lingua Latina. *ibid.* *Hostia cæl.*) Periphras. victimarij. Vide Polit. 60. Miscell. Feriendi autem verbum de victimis propriè vsurpatum docet Paulus, qui ferias à feriendis victimis dictas putat. Ita supr. Colla rudes operum præb. ferienda iuuenci.

33 *Pars quia non n.*) Hoc distichon nonnulli sequenti postponunt. *ibid.* *In aqua times hostia c.*) In peluim infusa: Synecdoche. *ibid.* *De ludis Græca tulisse d.*) Qui Græcis ἀγῶνες sunt. Et Agonium locus erat, in quo ludi initio facti sunt, ab hoc dictum, quia fuerit sine angulo Fest. *ibid.* *Lanigeræ coniuge d.*) Lex Num. Agnum marem cædito. *ibid.* *Victima*) Gloss. Isidor. Agones, victimæ. Agonia, hostia. Cadendi autem verbum Victimis vsitatum. Ita infr. Albáque perfusa victima fronte cadat.

34 *Croci*) Crocum in aris cremare solebant.

35 *Sabinis*) Duplum herbæ Sabinæ idem efficere dicitur cum cinnamo.

36 *Prima Ceres auid.*) Ceteri porca immolatur, Baccho caper. *ibid.* *Rode caper n.*) versus è Græco Eueni epigr. expressi: vide Polit. Miscell. 26. Admota autem aris victima stare dicebatur, dum vota conciperentur, vinúmque ac mola ei inspergeretur. Virg. 2. itémque 3. Georg. *noxæ r.*) pœnæ propter arrosas vites. Fest. Lex iubet noxæ dedere pro peccato. *ibid.* *Spargitur af.*) Vino victimarum cornua perfundere moris erat.

37. *Flebat Arist.*) Hanc fabulam vide apud Maron. 4. Georg. *ibid.* *Cærula quem g.*) Cyrene mater. *ibid.* *Dabit*) dicet. Virgil. da Tityre nobis. Ita accipe, pro audi.

38. *Hyperiona cinctum*) Hyperionem alij patrem Solis, alij ipsum, quòd eat super terras, ita appellatum putabant. Fest.

39. *Cerua*) Cerua mactabatur Dianæ, vel, si nō erat, succedanea eius ouis: quæ ob id ceruaria ouis dicebatur. *ibid.* *Exta c.*) Hecatæ canea immolabāt quòd latratu suo spectra abigebāt ab illa immissa. Vnde canicida dea Lycophr. κυνοσφαγὴς θεὰ nominata est. *ibid.* *Cæditur & rig.*) Asinus cur Priapo immoletur. *ibid.* *Tertia quæ s.*) Trieterica siue trieconalia.

41. *Quique rubro p.*) Notatio Priapi, quem antè custodem ruris vocauit. Tibul. Terreat vt sæua falce Priapus aues. *ibid.* *Tunicam coll.*) Tunicam collectam habens Græca figura. *ibid.* *Pars tibi,*) Notatio Fauni.

42. *Nequitia est*) Libidinis intemperantia facit ne senex videaris, quem ætas senem arguit. *ibid.* *Animámque r.*) Spiritum oris halitum. *ibid.* *Auctor c.*) Asinus intempestiuè rudens.

43. *Penna notas*) Alites volatu auspicia faciebant, oscines ore. *ibid.* *Indicis exta f.*) Aperientis aliis mentes & voluntatem deorum.

44. *Inachi lauta s.*) Isis Inachi flu. filia prius Io dicta. Exta lancib. imponebantur aris data. Virg. 12 Aen. cumulántque oneratis lancib. aras.

ibid. *Interea Delphin c.*] V. Id. Ian. Delphinus oritur heliacè ipsis scil. Agonalib.

45. *Postera lux h.*) IV. Id. Medium hyemis.

ibid. *Proxima prospiciet Ti.*] III. Id. Carmentalia.

ibid. *Turni soror*] Iuturna, cuius ædes in campo Mart. consecratæ ad aquam Virginem.

46. *A carmine ductum*] Carmentis à carmine dicta, quæ alio nomine Nicostrata.

ibid. *Orta prior Luna*] Arcades ob antiquitatem προσέληνοι appellati.

47. *Infenso pulsus*] Tibi & domui tuæ irato.

ibid. *Est aliquid magnis crimen abesse malis*] Cicero. Vacare culpa magnum est solatium. *ibid.* *In Aonia humo*) In Bœotia. Metam. lib. 3.

48. *Omne solum forti patria est*] Eurip. ἅπας μὲν ἀὴρ αἐτῷ περάσιμος, ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

ibid. *In amnem*) Tibrim fluuium.

ibid. *Terenti*) Tibr. in quadam vrbis parte Terentum dictus est, qui etiam amnis Tuscus, quòd in vetustiss. Tuscorum sede ortum habet. Fest. Terentum dicit esse locum in campo Martio.

ibid. *Pinea texta*) Nauem è pinu. Texere de nauib. dicitur: vnde alibi: Texitur & costis panda carina suis. Et textrinum locus in quo naues fabricabantur. Græc. ναυπήγιον.

49. *Datura deos*) Romulum, Iul. Augustum. Sanè qui ad deos adibant, Salue illis dicebant. Propert. lib. 4. eleg. 9. ad Hercul. Virg. lib. 8. Aen. Liuius lib. 1. *ibid.* *Pinus*) Naues pineæ. Metonym.

ibid. *Non humili vindice*) Aenea, qui Turnum Pallantis interfectorem occidit.

ibid. *Hostiles domos*) Græciam: propter L. Mummium Corinthi euersorem. Virg 1. Aeneid.

50. *Inde nepos, natúsque Dei*] Tiber. & Augustus: ille nepos, hic filius Diui Iul. sed vterque adoptione. Sicut autem de reddenda repub. Augustus bis cogitauit: ita Tiber. oblatum à Senat. principatum versutè recusauit.

51. *Sacrabor in aris*) Carmentis templum sub rupe Tarpeia.

ibid. *Arcade maior*] Euandro, qui in Palatino sedem habuit, vnde & collis Euandrius dictus.

ibid. *Boues Erytheidas*) Erythea insula, Geryonis regio, in mari Gaditano. Propert. libro 4. Egerat à stabulis ô Erythea tuis.

ibid. *Dúmque huic hospitium*) Hercules ex Hispania regressus ab Euādro hospitio excipitur 8. Aen.

ibid. *Tegeæa*] Euādria, à Tegea Arcadiæ opido.

52. *Furto d.*] Bones furto surrepti. Prop. furem sonuêre iuuenci. *ibid. victor ad a.*] Voti compos. Fabric. maluit vltor: ex Marone. *ibid. Patrias ad art.*] Volcani parentis.

53. *Quæ Maxima dicitur, ar.*] Virgil. Hanc aram luco statuit, quæ Maxima semper Dicetur nobis: & erit quæ Max. semper.

54. *De boue nomen h.*] Forum boarium in Velabro. Idem VI. Fast. Area quæ posito de boue nomen habet. *ibid. Semimaris o.*] Veruecis, onis Idulis. Idibus Octau. Augustus dicitus est.

55. *Africam victorem de se u.*] P. Corn. Scip. Africanus. *ibid. Alter Isaur.*] P. Seruil. Isauric.

ibid. Aut Cretum d.] Q. Metell. Creticus.

56. *Hunc Numida f.*] Metell. Numidicus.

ibid. Illum Messana f.) Valer. Max. Messala.

ibid. Ille Numantina t.) Scip. Aemil. Numantinus.

ibid. Aut torquis a.) T. Manl. Torquatus.

ibid. Coruus titulos a.) P. Valer. Coruus.

ibid. Magne tuum u.) Cn. Pomp. Magnus.

57. *Sed te qui u.*) C. Iul. Cæs. Diuus.

ibid. Illa domus m.) Q. Fab. Max. Sueton. Quòd loca quoque religiosa, & in quib augurato quid consecretur, augusta dicantur ab auctu, vel ab auium gestu gustuve. *ibid. Augeat an.*) Tertul. Apolog. docet à plebe Imperatori acclamari solitũ, dum Congiarium dabatur: De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos.

58. *Respiciet Titan a.*) XIIX. Kal. Febr. Carmentalia. *ibid. Parrhasiæ f.*) Arcadicæ.

ibid. Prole monere u.) Ex viris patres subinde efficiendo. *ibid. tectus e.*) ἀκβολῆ, ἀκτρώμαη.

ibid. Visceribus crescentem e.) Fetum immaturũ expellebat. *ibid. Ius tamen e.*) Potestatem vehendi carpentis & pilentis. Vide Plutarch. Camil.

ibid. Scortea u.] Scortea quæ ex corio & pellib. sunt facta. Ideo in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus: Ne quid scorteum adhibeatur, ideo ne morticinum quid adsit. Varr. lib. 6. de ling. Lat.

59. *Candida te u.*] XVII. Kal. Concordiæ ædes posita ex voto à Fur. Camillo.

ibid. Alta Monetæ g.] Aedes Iun. Monetæ. Metonym. *ibid. Sacratæ restituere m.*] Liuia scil. in memoriam constantis concordiæ inter ipsam & Octauiam. *ibid. Furius antiquam p.*] Pristinam Concord. ædem.

60. *Hæc ubi t.*] XVI. Kal. Sol ingrediebatur Aquarium. *ibid. Septimus hinc o.*] X. Kalend. Lyra occidit heliacè. 61. *Vementi n.*] IX. Kal. Cor Leonis occidit Cosm. Columell. Sexto Kal. Febr. Leonis quæ est in pectore clara stella occidit.

ibid. Sementina est u.] Sementinæ feriæ appellatæ à semente, quòd sationis causa susceptæ.

ibid. Non stata sacra p.] Non annales ferias vt sunt conceptiuæ.

62. *Festum p.*) Paganalia seu ferias paganicas.

ibid. Cerésque f.) Ceres in Pagana lib. sacris Empanda vocabatur, teste Varrone lib. 1. de vita P.R.

ibid. Quernaque glans u.) 1. Georgic. Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

ibid. Cultus præmia d.) Agriculturæ, cuius causa susceptæ erant paganicæ.

ibid. Cùm latet æ.) Terra obrutum est.

ibid. Nec uitio c.) Virg. morbo cœli.

63. *Lolijs oculos u.*) Lolio vitiantur oculi. Plau. Mirum'st lolio victitare te, tam vili tritico: Quid iam? quia lusciosus.

ibid. Vtraque diua p.) Tellus & Ceres. Votis autem factis, ea vt rata essent precabantur. Idem lib. 3. Amor. eleg. 2. *ibid. Bella diu ten.*) 1. Georg. tot bella per orbem. Tam multæ scelerum facies: non vllus aratro Venit honos, &c.

ibid. Gratia diu. d.) Ita Tibull. Gratia magna Ioui.

ibid. At quæ uenturas) VI. Kal. Castori & Polluci templ. dedicatum ad lacum Iuturnæ in foro.

64. *Fratres de g.*) Tiber. suo & fratris Drusi nomine. *ibid. Hæc erit Amensis fi.*) III. Kal. Paci ædes dicata ad viam sacram.

ibid. Frondibus Actiacis c.) Voto concludit hunc librum.

65. *Nil nisi pompa, t*) Ludorum pompa.

ibid. Pacalibus adde flammis] Aris & ignibus sacrorum pacis.

ib. Perfusa fronte c.) Virg. Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

IN LIBRVM II.

I*Anus habet finem c.*) Transitio. *ib. Si mihi) ἀντὶ τοῦ* studij huius cum militari.

96. *Februa Rom.*) Festus. Quæcunque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, februa appellantur. Vide Varr. lib. 5.

67. *Lanas*) Quibus frontes cruento cultro tinctas tergebant Lupercalibus adolescentes duo. Plutarch. Romul.

68. *Flaminia p.*) hoc est, ex ædibus Flaminis Dialis. vt vult Scalig. Flaminia autem dicebatur & sacerdotula Flamini Diali præministrans. Vide Gell. lib. 10 cap. 15.

ibid. Intonsos u.] Imitatione Tibull. lib. 2. Et magna intonsis gloria victor auis.

ibid. Secta quòd pelle Luperca O.) Lupercalibus mulieres amiculo Iunonis, h. e. pelle caprina februabantur à Lupercis, id est, lustrabantur ac purgabantur. Fest.

69. *Actoriden P.*) Patroclum: Antonomas.

ibid. Pelea P.) Vide Ouid lib. 11. Met.

ibid. Phasida f.) Medeam lib. 7. Metam.

70. *Amphiaraides N.*) Alcmæon. Antonom. de hoc Ouid. lib. 9. Met. & Pausan. Arcad.

ibid. Acheloo) Alij à Phlegeo fluuio lustratũ tradũt.

ib. Solue nefas] Matris scilicet interfectæ iussu Amphit. patris. *ibid. vltimus anni, T.*) Quippe intercalationi destinatus à Numa. Macrob. Satur. cap. 13.

ibid. Manibus) Febr. diis Manibus iusta soluebant.

ibid. Principio mensis P.) Kalend. Iunon. Sospitæ templ. consecratum prope Cybeles sub Palatino.

ibid. Cælestibus a.) Deorum templis Metonym.

ibid. Tunc quoque u.] Strab. l. 5. Aperto asylo in luco inter arcem & Capitolium.

72. *Ad penetrale N.*] Aedem Vestæ inter Capitol. & Palatium.

ibid. Capitolinumque T.] Aedem Iouis Tonantis in Capitolio.

ibid. Iouis f.] Periphr. Capitolij. Tibull. Et stabant humiles in Iouis arce casæ.

ibid. Proximus H.) IV. Non. Febr. Lyræ occasus Vespertinus, & Leonis matutinus.

73. *Quem modò c.*] III. Non. Delphin. occasus vespertin. Colum. Tertio Non. Februar. Delphinus incipit occidere: item fidicula occidit: *tu amoribus index*) inter Nept. & Amphitriten.

ibid. *Lesbida cum d.*) Arionis Methymnæi.

74. *Palladis alite*, Noctuæ periphr. Vide Adag. Vlulas Athenas.. ibid. *Cynthia f.*) Diana.

ibid. *Nomen Arionium s.*) Arionis fidicinis fabulam ex Herod. refert Gell. lib. 16. cap. 19.

ibid. *Quid tibi cum g.*) Apostrophe ad gubernatorem.

75. *Traiectus olor*) Cygnos senescentes lædi cerebro, duritate pennæ frontem velut traiectæ, aliqui annotarunt. De iisdem sub extremum fati diem modulantibus vide Philen.

76. *Sancte pater patriæ*) Nonis Augustus pater patriæ dictus. Vide Suetonium Aug. cap. 57. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 12. Iuppiter in cœlo, Cæsar regit omnia terris.

77. *Romule concedes:*) ἀποστροφὴ πρὸς ... ad Romul. vrbis conditorem.

ibid. *Solis vtrunque latus.*) Ortus & occasus. Prop. Septem vrbs alta iugis toti quæ præsidet orbi.

78. *Iam puer Idæus*) Ganymedes. Indicatur autem ortus ... aquarij heliacus.

ibid. *A Zephyris m.*) Zephyr. flare incipit.

ibid. *Quintus ab æq.*] Id. Feb. Veris initium.

79. *Tertia nox veniet:*) III. Id. Arctophylaci exortus vespertinus. Colum. Ortus Arcturi, qui est Idibus Febr. sub aduentum hirundinum.

ibid. *Inter Hamadryadas i.*) Calistus fabul. vide 2. Metamorph.

80. *Ponderis ipsa sui.*) Ventris grauidi.

ibid. *Lycaonis v.*) Antonomas. Calisto Lycaonis Arcad. regis filia. ibid. *Puer f.*) Arcas filius.

81. *Mænaliam r.*] Arcadicam. Synecd. à Mænalo Arcad. monte.

ibid. *Idibus agr.*] Idibus Iouis Fauni in insula Tiberina sacra.

82. *Trecentum Fabij t.*) Fab. CCCVI. cum clientium manu V M. à Veientib. cæsi.

ibid. *Carmentis portæ d.*) Carmentalis porta Scelerata appellata: perque eam intrare egrediue nefas putabatur.

83. *Tyrrhenum agmen e.*) Veios Tusciæ incolas, quæ alio nomine Tyrrhenia, à Tyrrheno Atyos filio, qui è Lydia in eam region. venit.

84. *Herculeæ gentis*) Fabij à Fabio Hercul. F. orti Plutarch. Fab. Iuuenal. Natus in Herculeo Fabius Lare.

85. *Continuata loco tria sidera*) postrid. Id. Coruus, Crater & Anguis oriuntur Vesperi.

ibid. *Immemor imperij f.*) Mandatorum Apollinis oblitus. ibid. *Dum fierent tarda d.*) Dum fici maturescerent. ibid. *At tibi, dum lactens b.*) Plin. lib. 10. cap. 12. Corui ante solstitium generant: iidem ægrescunt sexagenis diebus, siti maximè, antequam fici coquantur auctumno.

86. *Tertia post Idus n.*) XV. Kal. Martij Lupercalia in honor. Fauni siue Panos.

ibid. *Pana Deum p.*) Lupercalium origo ab Arcadibus Romam peruenit.

87. *Flamen ad hæc p.*) Flamines dicti sacerdotes, quasi filamines, quòd caput cinctum habebãt filo. quorum singuli cognominati à deo cui sacra faciunt. Ita Dialis à Ioue, qui Dionis est. Varr.

ibid. *Luna gens prior illa fuit.*) Apollon. 4 Argon. ...

ibid. *Sub Ioue durabant, &*] Sub dio degebant. Theoc. est ... Horat. manet sub Ioue frigido Venator.

ibid. *Detecti*) Exuti veste, posita veste. ibid. *Ergo velamina faunus*) Faunus cur vestes oderit.

ibid. *Dominæ*, Omphalę. ibid. *Tirynthius ibat*) Hercules Tirynthe Peloponnesi oriundus.

89. *Mæonis*) Lydia. ibid. *Tmoli vineta tenebat*,) Tmolus Lydiæ mons Sardibus incumbens.

90. *repertori vitis q.*] Libero patri seu Baccho. Periphr.

ibid. *Adde peregrinis causas, m.*] Græcorũ fabulis.

ibid. *medias sole tenente vias*) Periphrasis meridiei.

ibid. *venit irritus illuc Romulus, &*] Non recepta præda. ibid. *Fabios potuisse Rem.*) Fabiani & Quintiliani appellabantur luperci à Fabio & Quintilio præpositis suis. Festus.

ibid. *Posito velamine currunt:*] Lupercalibus nudi currebant in memoriam Remi, qui nudus prædones profligauerat.

92 *Cælestia semina partu*] Romul. & Remum Martis satu editos.

ibid. *Patruo regna tenente suo*) Amulio, de quo plura in initio lib. 3 Fastor.

93. *Albula q.*) Virg. VIII. amisit verum vetus Albula nomen.

ibid. *Hic, vbi nunc fora sunt.*) Tibris enim primò cursum habuit inter Palatinum & Capitolinũ, per Velabrum stagnans, & fori partem. Sed eum repressit Priscus rex.

94. *Mater*] Rhea Syluia à patruo in custodiam data. ibid. *Sensisse putares.*) Se exponi amni.

ibid. *Rumina ficus erat.*) Ruminalis dicta est ficus, quòd sub ea Romulo & Remo lupa mammam, quę Rumis dicebatur, dederit: Varr. Alij quòd sub ea pecus ruminari solitum, appellatã putant. Liu. Vbi nunc ficus Ruminalis est, Romularem vocatam ferunt.

95. *Arcadio dictos*) Lycæo: inde Λύκαια, quæ Latinis sunt Lupercalia.

ibid. *Fecundæ p.*] Lupercorum, qui mulierum palmas pelle caprina feriebant, fecunditatis & facilioris partus gratia.

ibid. *Hoc illo sc.*] Sterilitas illa mulierum.

96. *Non vires*) Non vrbem prole auxit, sed bellum finitimorum attraxit.

ibid. *Iunonis magnæ n.*] Iunonis Lucinæ lucus sub Esquilino Var. lib 4. ibid. *Pellibus exectis p.*) Sectis è corio caprino. Fest. amiculum Iunonis nominat.

ibid. *Dedit hæc tibi nomina lucus*) Lucina vel à luco dicta, vel à luce, quam nascentibus præbet. Varro. Facta igitur à iuuando & luce Iuno Lucina. Huius opem parturientes implorabant. Terent. Andr. Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. Ouid. lib. III. Fast.

97. *Orta dies fuerit*) XIV. Kal. ventorum flatus vehementior per dies VI.

ibid. *Iam leuis obl.*) Sol in Piscib.

ibid. *Nam iuncta manent signa*, Piscem Australem & Borealem iungit linum.

98. *Inque Palæstinæ margine*, Euphratis fluuij Mesopotamiæ, quæ pars est Syriæ, quæ altera Palestina dicitur. Plin lib. 5.

ibid. *Pro quo nunc*) Pisces quare inter sidera relati. ibid. *Tertia dicta Quirino:*) XII. Kalend. Romulo Quirino ædes & sacra instituta in colle Quirinali.

99. *Posuêre Quirites*) Varr. Quirinus à Quiritibus: Quirites autẽ à Curibus appellati, teste Liuio.

ibid. *Nam pater armipotens*] Martis ad Iouem verba de Romulo in numerum deorum referendo, vide XIV. Metamorph. ibid. *Vnus erit, quem tu toll.*

Enn. 1. Ann. Vnus erit quem tu tolles in cœrula cœli Templa. 100. *Est locus*] Vide Plutarch. in Romulo: Liuium lib. 1. *ibid. sed fuge*) Descriptio subitò coortæ tempestatis. *ibid. Sed Proculus*) Iulius Proculus. *ibid. Et humano maior*) Forma augustiore quàm humana. *ib. Iussáque verba refert*] Quæ à Romulo in mandatis habebat. *ibid. Collis quoq; dictus ab illo est*] Quirinalis collis à téplo Quirini dictus. 101. *Lux quoque cur*) Fest. Quirinalia mense Febr. dies quo Quirino fiunt sacra. Idē stultorum feriæ appellatur, quod quidam, qui suorum Fornacaliū sacra Romæ ignorauerant, eo potiss. rē diuinam faciunt. *ibid. Multaque peccato damna tul.*] Ignota torrendi ratione iacturam farris fecerunt.

102. *curia*) Curio, penes quem erat cura sacrorum publica, à curia sic dictus, qui locus erat curæ sacrorum publicæ, Varr. *ibid. Fornacalia verba*] Fornacalia feriæ institutæ farris torrendi gratia.

ibid. Indicit) Vide Gell. lib. 10. cap. 24.

ibid. Est honor & t.) Parentalia.

ibid. In extractas munera ferre pyras) Quæcunque Deorum placandorum causa aris inferebantur, ea dona & munera appellabât. Virg. lib. 2. Aen. Tibull. el. 1. lib. 1. 103. *Patris Genio*) Anchisæ Genio quotannis parentabat. Aeneid. 5. *ibid. Non impunè fuit*) Parentalium neglectio vrbem funeribus impleuit.

ib. Puros] Nō feralea. *ib. Spinea tæda.*) Ita Scal. quia ex spinu fax illa fiebat. 104. *hasta rec.*) Celibari hasta caput nubētis comebatur. Vide Fest. & Plut. probl.

105. *Nec tamen hoc ulerâ cyre.*) XI. Kal. Feralia deæ Mutæ. *ibid. Hanc, quia insta ferunt*, Varr. Feralia ab inferis & ferendu: quòd ferunt tū epulas ad sepulcrum, quibus ius parentare. Vel à feriendis pecudibus. *ibid. Et digitis tria thura t.*) In sortilegio quodam. Summis digitis duobus aut tribus in focum iactaturam ostendit Lactant. lib. 5. cap. 19.

106. *Muta, r.*) Muta dea quæ prius Lara, Almon. fluu filia, vna Naiadū. 107. *Iuturnæ mectus amore, M.*) Iuturna Nympha quæ iuuaret. Itaque multi ægroti propter id nomen hinc aquam petere solent. Varr.

ibid. Ilia diua. r.) Ilia, quæ & Rhea, Amulij iussu apud Tibr. fluu. viua infossa, ob id Tyberi nupsisse à poetis fingitur. *ibid. Lara nomine p.*) Lara mater Larium, quæ Lactantio est Larunda, Lala dicta videtur à loquacitate ἀπὸ τοῦ λαλεῖν, ἤ τῆς λαλιᾶς.

ibid. Iuppiter intumuit. q.] Iratus fuit, more Græ. qui οἰδαίνειν pro irasci, & οἴδημα pro ira ponunt. Virg. 8. tumor omnis & iræ Conc.

108. *Fitque grauis: g.*] Lara ex Mercurio Lares genuit. *ibid. Proxima c.*) X. Kal. Mart. Charistia cognatorum & consanguin. conuenientium feriæ post exequias. *ibid. Innocui veniant: p.*) Sceleribus n. & flagitiis contaminati sacris arcebantur.

ibid. Cui pater est vivax: q.) Idem 1. Met. Filius ante diem patrios inquirit in annos. *ibid. Tantalidæ fratres*) Atreus & Thyestes. *ibid. Iasonis uxor*) Medea.

ib. Et quæ rur.] Ino priuignos immolatura Met. 4.

109. *Et soror, & Progne*) Philomela. *ibid. Solito celebretur honore*) IX. Kal. Mart Terminalia, quibus Termino sacra fiebant, quòd in eius tutela fines agrorum esse putabant Vide Siculum Flaccum.

110. *Te duo diuersa d.*) Agrorū vtrinque possessores.

ibid. Irritat cortice flammas] Virg. 1. Aen. Succepitq. ignem foliis: atque arida circum Nutrimenta dedit. *ibid. Nec queritur*) Lex enim Numæ hostiam poscebat in animam. Plutarch.

111. *Termine sancte*) In precationibus enim Deos plerunque sanctos appellabant. Cic. lib. 2. de Nat. Deor. Liuius lib. 2. *ib. Nulla tibi ambitio est*] Auaritia, more veterum. *ibid. Thyreatida terram*) Θυρεάτιδος χώραν, de qua inter Argiuos & Lacedæmonios lis fuit. Plutarch. Parall. *ibid. Quid: nouæ cùm fierent Capitolia*) Terminus cùm Capitolium exaugurabatur, Ioui concedere noluit: de quo vide ænigma Varr. apud Gell. lib 12. cap 6.

112. *Tecti foramen habent*] Terminus quo loco colebatur, super eum foramen patebat in tecto: quòd nefas esse putarent terminum intra tectum consistere. *ibid. Est via*] Via Laurentina ex Auentino Laurentum deducta, quò classe Aeneas olim appulit. *ibid. Nunc mihi dicenda est regis fuga*) VI. Kalen. Regifugium: quo die rex L. Tarquin. Superb. ex vrbe profugit. *ibid. Turpi sceratas arte suas*] Liu. lib. 1. Minimè arte Romana, fraude ac dolo aggressus est.

113. *Iamque potens*) Dux belli lectus. *ibid. Lilia summa metit*) Liu. Ibi inambulans tacitus summa papauerum capita dicitur baculó decussisse.

114. *Mediis altaribus anguis*) Liu. Portentum terribile visum anguis ex columna lignea elapsus.

ibid. Consulitur Phœbus] Oraculum Delphicum.

115. *Quisque suam laudat*) Liu. suam quisque laudare miris modis. inde certamine accenso, Collatinus negat verbis opus esse. 116. *Clarum Collatia nomen*) Tarquinius Collatinus Egerij F. *ibid. Melioribus Ardea restat*] οὐκ κρείσσονας ἀντιφερίζοις. Hesiod.

117. *Interea iuuenis*) Ibi Sex. Tarquinium mala libido Lucretiæ per vim stuprandæ capit: tum forma, tum spectata castitas incitat: Liu. *ibid. Iam dederat cantum lucis prænuntius ales*) Notatio diluculi.

ibid. A magno fluctus) Ponente vento fluctus remittere. *ibid. Audentes Forsque Venúsque iuuat*) Imitatione Tibull. Audendum est, fortes adiuuat ipsa Venus. *ibid. Nox erat*) Attius: Br. Nocte intempesta nostram deuenit domum.

118. *Et auratum vagina*] Imitatione Virgilij: humero simul exuit ensem Auratum.

119. *Grandæuúmque patrem*) Sp. Lucretium.

120. *Celato fixit sua pectora ferro*) Quod sub veste abditum habebat. *ibid. Ne non procumbat honeste*) Imitatione Polyxenæ apud Eurip. Hecub. Metam. lib. 13. *ibid. Tandémque animo sua nomine fallit*) Sub obtentu cognominis liberatorem illum pop. Ro. animum latentem aperit. 121. *Capit annua consul*] Iun. Brutus & L. Tarquinius Collatinus.

122. *An veris prænuncia venit hirundo*) Hirundinum aduentus. *ibid. Progne*) Progne in hirundinē conuersa. Metam. lib. 7. *ibid. Iámque duæ restant*) III Kal. Mart. Equiria ludi in campo Martio. *ibid. Nauiger hinc a* Imitat. Tibul. in liquida nat tibi linter aqua.

IN LIBRVM III.

BELLICE. *depositis*; Inuocatio. *ib. Cùm Marte parta*) Martius. *ibid. Venit inde mouerit*) Ab Rhea Syluia initium fieri.

ibid. Summa fictilis urna coma) Vertice capitis. Synecdo. *ibid. Turbatas restituitque comas*) In ordine posuit.

124. *Et cadit à mento*) Propert. lib. 1. eleg. 3. non certis nixa caput manibus. *ib. Fefellit ope*] Occultauit.

ibid. vale sit, faustúmque, precor] Verba quæ boni ominis causa rebus agendis præfabantur. Cic. lib. 1. Diuinat. Liu. lib. 1. Quod faustum felixque sit. Idem lib. 38. 42. Sueton. in August. cap. 58.

ibid. Imagine somni) In somnio. Iliæ somnium.

ibid. Lanea vitta focas]Vitta delapsa, quæ pudoris erat insigne, ereptam virginitatem indicauit.

ibid.. Ecce meum ferrum patruus] Amulius Numitoris patris Syluiæ frater. *ibid. Exierit et octo decem mensibus annus*)Notatio decem mensium. *ibid. Oculis opposuisse manus*] Quòd eum comitis suæ vitiatæ puderet. *ibid. Habebat opes*)Regnum. 126. *Amne iubet mergi geminos*]In profluentem aquam mitti. Liu. lib.1. *ib. Laurentia*]Laurentia vxor Faustuli magistri regij pecoris.

ibid. Cum Laurentalia dicam] Quæ & Accalia ab Acca Laurentia. Var. Plutarch. 127 *Iliada fratres*) Rom. & Remus. Ilia matre nati. Antonom.

ib. Actos in sua tecta boues) A prædonibus abactos ἀπελαυνομένους. *ib. Auo*)Numitori, cui Proca pater regnum legauerat. *ib. Pignora multa dabo*] Re comprobabo. *ib. A te principium*) Kalendæ Martij Marti sacræ. 128. *Tellus Hypsipylea vbi*) Lemnos insula, quæ Hypsip. ab Hypsipyle Thoantis filia.

ib. Mænalus ora caput)Arcadis. *ibid. Peregrinos inspice fastos*]Aliorum Ital. populorum.

ib. Constat]Conuenit: qua Aricini, Alb. & Tusculani eundem anni mensem tribuerunt Martio.

129. *Turba Forensis habet*] Forenses sunt, quos Strab. Forulos, Plin. Foretios vocat. Romul. autem à populus finitim. Corias vocabit. 129. *vtrique*] Pelignis & Sabinis. *ib. Deus*)Martius mensis à Marte dictus Metony. *ib. Gracia, fecundum*) Liu. lib. 8. A Græcis gente lingua magis strenua, quà factis.

130. *Pleiadas Atlanteas*) Atlantidas. Virg. Hesiod. Πληιάδων Ἀτλαγενέων. *ib. Sidonij*; Cicer. Arat. Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.

ib. Signaque)δωδεκατημόρια. *ibid. Signa tenebant sedsua*, Belli signa. *ib. Fœno*]Fœni manipulo constabant. Plutar. Rom. *ibid. Aquilas cerne habere tuas*) Ἀντονομασία ad Cæsar. 131. *Manipularis* Vnde Manipularis miles. Varr. *ib. Lustra minora*, Lustrum enim quod nunc mens. habet 60. mensiũ erat 50. *ib. Annus erat*) Ann⁹ Romuli cũ Lunæ decimo orbe terminabatur.

ib. Seu quod ad vsq; decem)Plutarch. de placit. cap. 3.

132. *Totidem pilanus habebat Corpora*] Decem ordines, siue manipulos in quot distributi erant hastati, qui in prima acie: & principes, qui in secunda pugnabant: cùm pilani, qui sunt triarij, in tertia præliarentur, quos antecedentes illi, dicti sunt Antepilani *ibid. Neu dubites, prima fuerint quin antè Kalendæ*) Kalen. Mart. initium anni fuisse probat aliquot argumentis.

ib. Tota perstat anno) Suspensa in domo flaminis.

ibid. tanus tunc regis posita)Sacrorum scilicet.

ib. Arbore Phœbi)Lauro noua coronatur. *ib. Curia prisca for.*)Romuli seu curia vetus iuxta for. Rom.

133. *Laurea tunc*) Vetus laurea permutatur noua & virenti. *ib. Quod arcana*] In penetralibus Vestæ, cuius sacra Ilio aduecta Macr. 1. Satur. 12.

134. *Quintus ab hoc fuerat Quintilis: & inde Incipit*) A Martio mense quotusquisque est, ita numero signatur, Macrob. ibid.

ib. A Samio doctus)Pythagora. Macrob. Numam ante Pythag. fuisse tradit, itémque Liuius.

135. *Cæsaris in multa hæc*) Iulius Cæsar fastos correxit, annúmque ad cursum Solis accommodauit, vt CCCLXV. dierum esset Sueton. Plutar.

ib. In sua signa redeat)Virg. 2. Georg. Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

ibid. Quarta die) Vt vnus dies quarto quoque anno interkalaretur, collectus de superfluis horis sex, singulis annis.

136. *Matrona cur tua festa colat?*]Mars cur à matronis colatur. *ibid. Nona castra fero*]Musarum castra.

ibid. Spes tamen huius erat) Quam nunc vides maximam. Prop. libro 4. eleg. 1.

ib. Placidi capiebat munera) Hom. ὄνησιν ἄξιμε νικων.

137. *Festa para Conso*) Consualia ludi dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilij putabant. Fest.

138. *Et quos dolor atque idem*] Cæninenses, Crustumini, Antemnates, ad quos eius iniuriæ pars partinebat. *ib. Nurus ausa loqui*)Hersilia vxor Romuli.

ib. Non vltra lente possumus esse pia)Si res tanti momenti à nobis lentè geratur.

139. *Inque sinu natos pignora cara tenens*. Liberi inter virũ & vxorẽ tãquã vinculũ & caritatis vtriusq; pign⁹ sunt. Arist. 8. Nicom. c. 12. σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι.

ibid. Posse vocatus erat) Vagitu exprimente aui nomen. *ibid Dant socero generi*, Sabini Romanis. Matronalis Kal. celebrantur.

ib. Oebaliæ matres]Sabinæ, à Laconibus, quorum regio Oebalia dicta est ab Oebalo rege, ortundæ.

ib. Quid? quod h.]Veris ἐαρινοχαρά.

140. *Militiam votaque*, Enn. Med. ter sub armia malim vitam cernere quàm semel modò parere.

141. *Illic à nuribus*]Kal. Iunoni Luc. ædes sub Esquilino sacrata. *ib. Mater amat nuptas*)Iuno Martis mater, quia matres amat, ideo Martẽ iure colũt matronæ. *ib. Cælestia Martua*.]Ancilia cœlo delapsa. Varro armilustrum ait esse dictum ab luendo aut lustro: quod circumibant ludentes ancilib. armati. Vide Plutar. in Numa. Fest. Pom. Mamurij Veturij nomen frequentee in cantib. Vide & Varron. lib. 5. de ling. Lat. *ib. Nymp. mone*]Ἀντονομασία ad Egeriã, de qua Plutar. Num. 142. *Vallis Aric.* Ad Ariciam Latij oppidũ Dianæ Nemorensis tẽplũ fuit & nem⁹.

ib. Antiqua ceil] Propter simulacrum Dianæ è Tauricis regione eò translatum. *ib. Latet Hipp.* A Diana illic absconditus. *ib. Licia dependunt*)Anathemata liciis pendentia. 144. *Dat verpidis*, Verbo sacrorum vlus est. Vinum. n. dare dicebant. Cato de re rust. Postea Iano vinum date. Virg. 8. Date vina volentes. *ib. Stant aquis*) Nimiis scil. exhaustum pluuiis. *ib. Nec fine ut tradere* Imitatus est Virgilij Proteum. 4. Georg. *ib. Nubila promissi* Opsca.

146. *Vnde minores*) Iuppiter cognomento Elicius colebatur in Auentino. 147. *Remota* Abstrusa & recondita, obscura. *ib. Mea tela pr.*)Fulmeo elicias.

ib. Imperij pignora Demisso cœlitus ancili, vnáque edita voce, omnium potentis fore ciuitatem, quamdiu id in ea mansisset. Fest. *ib. Sine nube Deus*) Nitido claróque cœlo: quod magnam opinionem diuinitatis ostendit, & certam affirmat præsagij fidem. Adr. Turn. 148. *Ab omni parte* Ex vtroque latere, quasi ancisum 149. *Insidiarum eat*) Suffurari illud consutis si internosci cœleste non posset.

ib. Mamurius Mamur. Veturius insignis faber ærarius. *ib. A saltu nomina*) Attipudio, quod saltu ebeunt. Plutar. *ib. Merces mihi*) Præmij loco petiit vt suum nomen inter carmina Salij canerent.

150. *Nubere si qua voles* Non nubendum ante recondita ancilia, h. e. templo Martis reddita, vbi asseruabantur. *ib. Apicula sancta* In Albogalero apicẽ habẽtis, qui filo laneo velabatur. vnde Flaminea dicti quasi filamines. *ib. Terna nox*) V. Non. è piscib. alter occidit Heliacè. *ib. Cum cocetu*] III. Non. Arctoph. occidit Cosmicè. Vindemiator oritur vesperi. *ib. Ampelon intonsum*] Vindemiator quæ inter sidera relatus.

ibid. Sextus ubi e) Prid. Non. Augustus Pontif. max. Sacr. *ibid. Graue re)* Hoc in primo est: linguis animisque faucete. Quisquis autem de vtroque sexu vsurpari notum est. Non. Marcell.

152 *Grauis AEn.)* Onustus, cùm scilicet Deos penates ex incendio vrbis asportauit. Vide Aelian. lib. 3. cap. 22. Var. hist. *ibid. Vnde nota est)* Non. Veioui templum positum ad Asylum inter arcem & Capitol. *ibid. Iuppiter est iuuenis)* Veiupiter vnde dictus, vide Gell. lib. 5. cap. 12. *ibid. Nymphæ p.)* Melissa cũ sorore Amalthea, Melissi Cretensium regis filia.

ibid. Vegrandia farra coloni] Malè grandia, vel parua siue minuta. Fest. *ibid. Gorgonei colla)* Pegasus oritur heliacè.

153. *Protinus asp.)* Postrid. Non. Corona oritur vespere. *ibid. Gnosida)* Cretensem. Ariadne enim Minois Cretens. reg filia fuit.

154 *Depexo cr.)* In longum pexis, promissis.

ibid. Amans coniux) Ariadne. *ibid. Nunc q.)* Catul. Tum iam nulla viro iuranti femina credat.

155 *Puto, pr.)* ὑποκοριστικῶς, sicut apud Græ. οἶμαι, & apud Terent. Credo.

156. *Matrem f.)* Pasiphaen. Virgil. Phasiphaen niuei solatur amore iuuenci. *ibid. Ne nocuat)* Ne mihi fraudi sit amor. Idem. Quod crimen dices præter amasse meum? *ibid. Ortus in igne Dierū)* Cùm Semele mater arsisset, ex igne surreptus Iouis femori insutus est. Metam. 3. *ibid. Libera nomen erit*] Ariadne Libera. *ibid. Equiria campo)* III. Id Mart. Equiria altera in Martiali Cœlij mont. campo fiebant, si quãdo aquæ Tiberis camp. Martium occupassent. Fest.

ibid. Idibus Annæ festum Perennæ) Annæ Perennæ festum. Huic sacrificabant mense Martio, vt annare perannaréque commodè liceret. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 12. *ibid. Sub Ioue pars durat)* Sub dio, vt supra. *Frondea facta casa est)* His veteribus Trichilas vocatas annotauit Scalig. *Nestoris annos)* Hyperbole: id est, permultos. *ibid. Duras et ch.*] Agrestes.

ibid. Rumoribus errat] Varij & incerti de illa rumores sparguntur. *Hæc d.*] Anna Didonis soror.

158. *Præbuit Aen)* Didonis epitaph. quod totidem verbis legitur in Didonis ad Aeneam epist. Solebat autem interdum epitaphiis mortis causa inseri.

ibid. Tertia nud.) Anni tres abierãt à morte Didonis. *ibid. Vertice lib.)* Capite detonsas, in significatione luctus. Vide Alex. 3. c. 7. Genial.

ibid. Pede labitur æq.) Velis æquatis, prospera nauigatione. Synecdoch. 159. *Battus erat)* Battus rex Melitea insulæ.

ibid. Crathidis amn.) Crathis magnæ Græciæ fluuius, qui vulgo Camere. 160. *Haustis perit*] Aquis summersa. *ibid. Dum serum AEn.)* Oratio deficiens verbis: scil. dubitat. *ibid. Cythereius heros)* Aeneas Veneris filius. Periphr.

161 *Deos comites*] Deos penates, quos secũ è Phrygia aduexerat in Latium. *ibid. Metus,* Zelotypiæ suspicionem. *ibid. Sub verb.*] Cum dicto Græco ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. *ibid. Numicius undis Creditur*] Numicus Larij flu. in quo repertum fuit cadauer Aeneæ.

ibid. Sidonis me.) Anna Phœnissa. *ibid. Signa not.* Vestigia. Periphr.

162 *Amne perenne latens*] Ab amne perenni dicta est Anna Perenna. Macrob. à temporis & annorum perennitate. *ibid. Inachiam pars*] Io. Inachi filiam. Meta. 1. *ibid. Nullus et.)* Tribuni enim pleb. creati fuêre anno CCLX. *ibid. Ceres)* Frumentum. Metonym.

163. *Suburbanus q.*] Bouillæ enim Latij opidum non procul fuit ab vrbe, vnde Suburbanæ dictæ.

ibid. Signum p.) Annæ Bouillæ statua.

ibid. Obscœna puella] Obscœnarum cantionum vsus in festo Annæ vnde originem traxerit.

164. *Partes hæ tibi)* Lenocinij scilicet, siue conciliandi inter nos amorem prouincia.

ibid. Stultum d.) Irritam, potiendi quippe dea semper virgine. *ibid. Ludis amatorem cara)* Apostrophe ad Annam. *ibid. Præteritūrus eram)* Iulij Cæs. cædes, vnde parricidium dictus est dies. Id. Mart.

ibid. Sacerdos) Pontif. max.

165 *Philippi)* Vrbs Macedoniæ, vbi Brut. & Cass. ab Antonio & Cæs. victi manus sibi consciuerunt.

ibid. Postera) Postrid. Id. Scorp. med. occidit mane. 166 *Tertia*] Liberalia. *ibid. Nec puer)* Assumendum ἀπὸ κοινοῦ referam. *ibid. Patrio corpore)* Cùm insutus esset femori paterno.

167 *Tu quoque Thebanæ mala præda tacebere matris*] Pentheu à matre & materteris dilacerate.

ib. Tyrrhenaque monstra) Piratas Tyrrhenos, conuersos in Delphinas. lib. 8. Metamorph.

ib. Et in gelidis focis] Aris igne carentibus.

ibid. Captiuaque thura dedisti] Hostibus captis erepta. *ib. Nomine ab auctoris*] Libamina à Libero patre dicta, qui primus Ioui libauit. *ib. Libáque)* Varr. Libum, quòd à id libaretur coctum, prius quàm essent, h. e. comederent. *ib. Aeriferæ comitum)* Cymbala ærea gestantes. 168 *Caua*] Caua. *ib. Leuisque senex*] Silenus imberbis, vel caluus. Tib. cui leuia fulgens Ora. *ib. Oráque prima notant)* Frontem & faciem. Synecdoche. *ib. Femina cur præstet*] Libis præsit, sicut Præstitea Larea. Varr. Liberalia dicta, quòd per totum opidum eo die sedent sacerdotes Liberi, hedera coronatæ anus, cum libis & foculo pro emptore sacrificantes. *ibid. Non est rationis operta*] Non occultam habet rationem.

ib. Et grandes munera notis] ἐπεξήγησις.

169 *Nysiadas nymphas)* Quæ & Nyseides à Nysa opido, vbi Bacchus educatus, vnde & Nysæus & Nyseus. *ib. Toga libera detur*] Virilis, quam liberam vocat, quia pueris initium erat libertatis, cùm antea custodirentur à pædagogis. Licebat autem pueris non expectato XVI. ætat. anno per vnum diem Baccho dicatum toga pura vti.

170. *Senator opus*] κατ' ἐξοχὴν dicitur, quod ruri fit, siue rusticum. Sicut Græc. ἔργον. Teren. Opus faciã.

ibid. Honos) Ludi enim honoris deorum ergô fiebant. Liu. lib. 6. Quintil. lib. 3. cap. 10.

ib. Vuæ commentor habebar] Bacchus vitis repertor.

171. *Cum tædifera nũc*] Cerere, sic dicta à teda, quã in Aetna monte accendit quærens Proserpinam.

ib. Miluus, Miluij exortus vespertinus.

ib. Quid dederit volucri) Quo merito inter sidera sit relatus. *ibid. Sors erat)* In fatis erat.

ib. Exta daturus erat) Exta dare dicebant & absolutè, & cum adiectione dariuorum flammis & focis. Idem lib. 4. Fastor. XIV. Kalend. Apr. Quinquatrus maiores sic dictæ, quòd post diem v. Id. est is dies festus. Mineruæ natalis, eidémque dicatus.

173. *Tychio)* Tychius ὁ σκυτοτόμος eximius Iliad. η.

ib. Epeo Epeus equi Troiani fabricator Aen. 2.

ib. Census fraudata) Mineruali, quod διδακτρον Græcis est. Est autem διδακτρον ad ludimagistros defraudatos Mineruali, quod hoc die soluebatur.

ib. Tabulámque coloribus) Abacum seu tabulam Pythagoricam, vt logistæ seu mathematici notentur.

174 *Cælius ex alto)* Mineruæ captæ delubrum in valle Cœlij. *ib. An, quod habet legem)* Capitale, templum Mineruæ Capt. innuit. Capitalis enim locus

diccebatur, vbi si quid violatum est, capite violatoris expiatur. *ibid. Summa dies è quinque tubas*) Nonis. Quinquatr. Tubilustrum, quòd eo die in atrio sutorio sacrorum tubæ lustrantur. Varr.

175. *Hic here*] Hesterno die Sol in Ariete xv. Kalen. *ibid. Nouercæ*) Inus Cadmi filiæ, vxoris Athamantis. Vide Natal. Mythol. *ibid. Ad Tripodas*] Orac. Apoll. Delphici. Metony. *ibid. Hic quoque corruptum*) Sicut semina ab illa corrupta fuerant.

ibid. Funera sorte peti) Oraculi iussu.

ibid. Mater) Nephele, quæ ab Atham. repudiata in cœlum euolauerat conquestum de iniuria mariti.

ibid. Draconigenam urbem) Thebas Bœotias, propter dêtes draconis à Cadmo satos, vnde homines enati. 176. *Auro*) Aureo vellere. Meton.

ibid. Aquæ) Hellesponto. *ibid. Gemini consorte pericli*) Immolationis scil. & fugæ. *ibid. Tres ubi luciferos*) Aequinoct. vernum viii. Kalen.

ibid. Ianus adorandus) iii. Kalend. Iano, Concordiæ, Saluti, Paci sacra fiebant. Prid. Kalend. Dianæ Auentinæ, à qua Auentin. dictus est Dianæ collis Silio.

IN LIBRVM IIII.

Geminorum mater amorum) Quorum vnus Mercurio & Venere, alter Anteros dictus, Marte & Venere natus, vt scripsit Cic. 3. de nat. deor. Plat. in conu. duas Veneres & duos Cupidines facit. Alij Iocum & Cupid. intellexerunt. Horat. Quam locus circumuolat & Cupido. Orabant autem Deos vt fauerent.

178. *Risit*. Orph. φιλομμειδὴς ἀφροδίτη. *ibid. Nunc teritur nostris*) ἐν μείζονι. h. e. in grauioris argumenti tractatione versamur.

179. *Cytherea leuis*. μυρσινία possessiuè, vt ad myrt. referatur. *ibid. Cæsar* κατ᾽ ἐξοχὴν ad Germanicum.

ibid. Adoptiua nobilitate tuus) Adoptatus enim est à Tiberio Germanicus, sicut ille ab Augusto, & Augustus à Iulio, qui ad Venerem originem referebat.

180. *Principiúmque sui generis*) Albanorum regum prosapia: de qua vide etiam lib. xiv. Metam.

ibid. Electra) Electra vt Graij perhibent Atlantide cretus. 8. Aen.

183. *Iuli*) Ascanij, qui & Iulus dictus est. Virgil. 1. Aeneid. *ibid. Isque Latinus ubi pater est*) Non Sylu. Postumus, sed Sylu. Aeneas, qui genuit Sylu. Latinum, & Sylu. Albam. *ibid. Epiti*) Sylu. Atys, quem alij Gapetum, alij Epitum, alij Aegyptum nominarunt. *ibid. Repetita vocabula Troiæ*) Nominando filium suum Capyn, quod nomen fuit patris Anchisæ.

ibid. Calpetus) Hunc in Metam. Capetum appellat, sicut & Liu. Cassiodoro est Sylu. Carpentus.

ibid. Tiberinus haberet) Sylu. Tiberinus. Tibri fluu. nomen dedit. Virgil. A quo post Itali fluu. cognomine Tibrim Dixit. *ibid. Remulumque nepotem*) Sylu. Alladium, quem alij Romulum, alij Remulum, alij Aremul. nuncuparent, Messala Sylu. Agrippæ filium fecit

184. *Cum Lauso de*) Halicar. Aegestum nominat. Plutarch Parall. Aenitum, fratrem Iliæ, seu Rheæ Sylu.

185 *Graio sermone*) Aprilis quasi Aphrilis, ab ἀφρὸς spuma, vnde Venus ipsa ἀφροδίτη.

ibid. Claniger) Hercules claua armatus.

ibid. Neritius) Vlysses à Nerito Ithacæ monte. Strab. lib. 10. Hom. Odyss. 9. Iliad. β.

186. *Oeniden*) Diomedem, Oenei nepotem, Antonom.

187. *Aeneas*) Non ille quidem Græcus origine, sed lingua, quæ fuit Aeolica. *ibid. Tam longus sed.* Correctio.

188. *Aprilē memorant*) Aprilis quasi Aperilis, quòd terram aperiat. *ibid. Venus uindicat*] Alludit ad solemnem Vindicationis modum. *ibid. Illa quidem totum dignissima temperat annum*) Veneris elogium.

ibid. Natalibus undis] Mari, vnde enata est.

ibid. Suos iussu continet) imitatione Lucret.

ibid. Illa rudes animos) Vide Lucret lib. 1. Virg 3. Georg. Aristot. 6. hist. an. cap. 18. *ibid. Cum mare trux aries*) Ariete *ibid. Mundáque cura solo*) Munditiæ cura. Hypallage.

189. *Cuspide læsa manum*) Vulnerata à Diomede cū Aeneam eriperet. Iliad. ε. *ibid. Cælestesque duas*] Iunonem & Mineruam in formæ iudicio.

ibid. Nec Veneri tempus) Vernum tempus Veneri gratiss. Vide Lucret. lib. 1. *ibid. Marti continuata*) Succedenté Aprili mensi Martio. *ibid. Ritè Deam colitis Latiæ*) Kalen. April. Veneris sacrum cum floribus & myrto.

190. *Fortuna thura virili*) Fortunæ Virili sacrum ad ripam Tiberis iuxta pont. Palatin. Hæc à Plutarcho τῆς ἀρρένος nomine significari putatur ἐν αἰτίοις. & in lib. περὶ τύχης ῥωμ. *ibid. Marito*) Volcano.

191. *Lapsa est*] Degenerauit à pristina pudicitia. Tres enim Vestales vno tempore incestum commiserant. *ibid. Venus uerso nomine corde*.] Veneris Verticordiæ, cuius ædes extra Collatinum fuit, via Salaria Pausanias ἀφροδίτην ἀποστροφίαν appellat.

ibid. Respice) Respice & Aspice in precationibus vsurpabant. Virgil. 2. Aen precibus si flecteris vlla Aspice nos. *ibid. Scorpius in*) Scorp. occasus matutinus. Intelligit autem partes priores illius δωδεκατημορίου diuisi in 60 part. quas veteres, qui non habuerunt ♎ appellarunt χηλάς.

192. *Humeros releuare*] Atlantis humeros exonerare occasu heliaco. *ibid. Electra Troiæ*) Dardani mater: de qua suprà. *ibid. Ter sine perpetuo*] Sine triduū prætereat. Non. April. Megalesia matri deûm.

193 *Semimares*) Galli, Matris Magnæ comites.

ibid. Aeraque tinnitus) Aerea crepitacula. Meton.

ibid. Exululata mas) Vlulatu celebrata.

ibid. Fora l.u.] Litibus forensibus. *ibid. Lotus adunca*) Tibia è loto. Metonym. *ibid. Doctas Cybeleia nepotes*) Musas ex Ioue Cybeles filio natas.

ibid. Mensis Cythereius illi] Aprilis. *ibid. Cessit quod teneri*] Erato ἀπὸ τοῦ ἔρωτος dicta.

194. *Reddita Saturno*) Hesiod. Theog. τῷ δὲ σπαργανίσασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιξεν Οὐρανίδῃ... *ibid. Mouere fidem*) Solicitare, in dubium vocare, quod vulgo persuasum est. *ibid. Veste latens saxum*) Opis siue Rhea saxum fasciis inuolutum Saturno pro Ioue obtulit, quod ille continuò deglutiuit. Pausan. Arcad.

195. *Raucaque terga*) Tympana. *ibid. Desierat: cœpi*) Loqui scilicet, ἀπόκοπ. *ibid. Pieris orsa loqui*) Erato Pieri Macedonis filia: vel in Pierio monte nata.

196. *Phryx puer*] Attis: de quo vide Catulli Galliamb. Victor lib. 20. cap. 10. Var. lect.

ibid. Sagaritide desinet esse] Sagaris flu. qui & Sangarius, Nympha. *ibid. Facimus Naiadas*) Dryades enim & Hamadryadea, ex quarum hæc numero fuisse videtur, cum arboribus & nascuntur simul & intereunt. Callim. hym. in Delum. Apoll. 2. Argon.

197. *Mollesque ministri*) Galli semimares.

ibid. ca-

ibid. Cadunt iactati]Tonsa cæsarie, vnde & Curetes nominati, hoc est, à tondendo.

ibid. Et amœnam fontibus Iden] πιδακα. Iliad. 8. Ἴδην δ' ἵκανεν πολυπίδακα.

ibid. Cùm Troiam Aeneas Italos)Imitat. Virg. Ilium in Italiam portans.

ibid. Sustulis orbe caput]Virg. Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes.

ibid. Carminis Euboici)Librorum Sibyllę Cumanæ.

ibid. In Idæo est]Callim. ἰδαίοισιν ἐν ὄρεσι.

199. *Mitte volentem*] Abire finito: imitat. Homer. χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

ibid. Pinetu secures)Pinus Idæ montis, vnde classis Aeneæ ædificata. Virgil. 3. Aen.

ibid. Nati]Neptuni.

ibid. Phryxeæ st. s.)Hellespontum.

ib. Et Tenedum] Insulam inter Lesb. & Hellespont. *ibid. Eetionis opes*]Ectionis regiam, quæ sunt Thebæ Ciliciæ.

200. *Laxas*)Calore solis relaxatas. 8. Met. rapidi vicinia Solis Mollit odoratas pennarum vincula ceras. *ib. Acmonidésque, solent*] Qui Virg. est Pyracmon. Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon. *ib. Diuidit*) Duob. ostiis modico interuallo diremtis in mare euoluitur.

ibid. Plus quàm pro parte laborat] Plus quàm pro virili: supra virium suarum conditionem.

201. *Claudia quinta*, Claudia Quinria: vide Liu. l. 9. Decad. 3. *ibid. Cultus*)Cura vestimentorum & cõtus licentior, quàm mos patrius permitrebat.

ibid. Rigidos]Procaces.

ib. Crine iacentæ sones)Capillis enim passis, solutis, & demissis mulieres supplicabant. Virg. 1. Aen.

ib. Accipe sub artis]Precantea accipi preces suas rogabant. lib. 2. de Pont. eleg. 8.

ibid. In scena] In cõspectu omnis effusæ ciuitatia obuiam. Vide Suet. Tiber. cap. 1.

202. *Vnde sinister abit*] Qua parte Tibris fluu. sinistrorsum deflectit.

ib. Innuptam op. coniugíque rudem)Iniugem, intactam. Vide Macrob. lib. 3. cap. 5. Saturn.

ibid. Almonus dominam]Matrem Deorum quæ propriè Domina appellatur. teste Seruio.

ibid. Furiosáque tibia flatur] Et Phrygio stimulat numero caua tibia mentea. Lucre. lib. 2.

ib. Nasica accepit)P. Scip. Nasica, vir optimus à senatu iudicatus.

203. *Stipe quærat opes*) Stipem iaciebant in thesauros, quæ erant in templis receptacula.

ibid. Viribus factis)Alter alterum vicissim inuitando. Cicero sodalitates vocat Cat. maior.

ibid. Benè mutaris sedem Berecynthia) Pessinunte, quippe Romana vrbe.

ib. Primi Megalesia ludi) Vel quia præcipui habiti sunt: vel quia Veris initio prælata diuitiarum pompa celebrarentur. vide Alex. lib. 6. cap 19. Gen.

ib. Excidêre)Euitarunt.

ib. Nomine Gallus) A Gallo Cybel. sacerdote sic dictus, cùm antea Terian appellatus esset.

ib. Posuisse Moretum) Huius descriptionem vide in Moreto Maronis.

204. *Postera cum*]Postrid. Nun. Fortun. Pub. ædes dicata in colle Quirinali.

ib. Leuaris equos]Subleuarit defunctos cursu nocturno: exonerauerit.

ib. Tertia lux]VI. Id. Ludi ob victor. Cæsaris Imp. de Iuba rege. *ib. Hæc, ait, illa dies*) ἀπροσωπολογία, h. e. incertæ personæ siue veterani cuiusdam ficta oratio. Vide Quintil. lib. 9. cap. 2.

205. *Inter bis quinos*)Ouid. Xuit. Trist. libro 4. eleg. 10. *ib. Pendula L.*)Libræ occas. matutinus. Dies pluu.

ibid. Spectacula sistas)Ludis finem imponas.

ibid. Ensifer Orion)Orion occidit heliacè.

ib. Proxima victricem) V. Id. Cerealia, hoc est, ludi Cereris Circenses, à C. Memm. Aedil. instituti. Vide Polit. Miscell. cap. 85.

ibid. Ventosis palma]Velociss. Hyperb. Homer. θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

206. *Mutauit glandes*)Virg. 1. Georg. Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

ib. Micáque boni)Molæ salsæ. Synecdoche. Tibul. Paruáque cœlestes pacauit mica. Thuris scilicet.

ibid. Vnctas accendite tædas)Pingues. Virgil. Buc.

ibid. A boue succinctis)Hic enim habitus erat poparum, qui ministrorũ appellatione indicantur. Suet. Calig. cap. 32. Prop. lib 4. eleg. 4. Vide Spartian. in Geta.

ibid. Ignauam sacrificante fucem] ἀργὸν, inertem: sicut Virg. fucos ignauum pecus dixit.

207. *Virginis*]Proserpinæ κατ' ἐξοχὴν. Aristoph. καὶ τὴν κόρην.

ibid. Terra tribus sc.] Raptus Proserpinæ. Vide lib. 5. Metam. & Claud. de rapt. Pros. & Cicc. Act. VI. in Verr. *ib. Trinacris*)Trinacria, quæ & Sicilia, ἀπὸ τριῶν ἄκρων, hoc est, tribus promontoriis, sic nuncupata.

208. *Dea flaua dapes*) Notatio Cereris à colore segetis.

ib. Sedulitate labor)Carpendi studio.

ib. Calathos è vimine textos] Detextos. Virg. Viminibus mollique paras detexere iunco. Idem: fiscellam texit hibisco. Tibul. Tunc fiscella leui detexta est vimine iunci.

ibid. Pars rorem, Rorem marinum, qui & libanotis.

209. *Patruus*)Pluto Cereris frater,

ib. Panditur interea Diti] Aperitur per Aetnæ hiatus, qui craterea nominantur Solin. cap. 11.

ib. Modò venerat Ennam]Call. νεῖε δ' ἐπὶ κνημῖδος ... Ἔνναι.

ibid. Non pondere)Filiæ notæ pedibus. Siciliæ chorographia. Vide Virg. Aen. 3.

ibid. Anisen aque flumina)Anisum flumen, quod Aniso Siciliæ vrbe prætetlabitur.

210. *Simethæas*)Simethos insula.

ibid. Falcis habes)Drepanum, vrbs & promont. Siciliæ.

ibid. Et Eloria Tempe) Campos quos Elorius flu. superfusus Nili more fecundat.

ibid. Semper apertus Eryx)Eryx mons Zephyro expositus. Dionys. Lilybæum ad flatum Zephyri prominere dicit. ἐν ...

ib. Ales Ityn)Progne Metam. 6.

ib. Pastorem vidisset)Si vidisset. Ellipsis.

ibid. Iam color vnus) Noctis descriptio à consequentibus. *ibid. Zanclæa Charybdis*)Messanæ finitima, quæ à situs obliquitate Zancle dicta est. Strab. lib. 6. *ibid. Et vos Nisæi*)Antonomas. propter Scyllam Nisi filiam.

ibid. Sub Ioue)Sub dio.

ib. Et Lunæ patiens)Noctis. Virg. 2. Aen. tacitæ per amica silentia Lunæ.

ibid. Hæc Celei rura) Patris Triptolemi, cuius supellex vilis & rusticana prouerbio locum fecit.

213. *Quamuis onus vrget*) Fascis glandium, mororum. & lignorum. *ib. Hæc iusti verba fuêre senis*)Boni. Cicer. Ex iustitia enim viri boni nominamur.

ibid. Qua cogere posses) Qua causa, qua ratione. Ellips.

ibid. Inmgleque malis) Ad morbum accedente ἀχρησία.

ib. Oblita fertur g.] Ipsa oblita. Hypallage.

ib. Sidera visa sibi] Stellæ prima nocte apparentes. Tibull. Ludite: iam nox iungit equos, currúmque sequuntur Matris, lasciuo sidera fulua choro.

114. *Aurea mella suis*) Aurei coloris, quod aptiss. est Plinio, ac soporis gratissimi lib. II. cap. 15.

ib. Stultè pia mater) Intempestiuè, ineptè, suo quippe & pueri malo.

ibid. Præmia tollet humo. Metet. Periphr.

ibid. Inque dracones] Currum conscendit, cui iuncti erant dracones alati.

ibid. Expositum] Proiectum, prominens in mare: quia promontorium.

ibid. Aegeum] Mare scilicet.

215. *Alta pererrat iter*) In currum sublata.

ibid. Siccáque terra subest) Aegyptus, in qua nunquam visum est pluere. Plato. *ib. Parentis aquæ*) Regnatoris aquarum, vt appellat Virg. *ib. Liquidique immunia ponti*) Virg. Arctos Oceani metuentes æquore tingi. *ib. Gelido proxima signa polo* Βορείῳ. siue Septentrionali. *ibid. Sol aditus*) interrogatus à Cerere. *ibid. Tertia regna tenet*) Inferorum regna. Tibull. sortiti tertia regna dei.

ib. Commissi præmia Raptus sui.

ib. Gyge captiua tulissem) Gigante centimano, fratre Briarei. 4. Trist. Centimanúmque Gygen. Est autem Synecdo. ex vno enim omnes intelliguntur.

ib. Verùm impunè ferat) Concessio ἀντικαταγορικὴ.

216. *Possidet alter a.*) Neptunus. *Alter inane chaos*) Dis seu Pluto. Hom. Ilia. ι. τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος. *ib. Ieiunia granis*) Quæ ab Ascalapho acceperat, vt est in v. Metam. *ib. Punica quæ lento*) Mala granata. *ib. Atque ita nec*) Si filiæ apud superos esse non licet. *ib. Bis tribus*) Senis enim quotannis mensibus Luna, quæ eadem est cum Hecate & Proserp. superius illustrat hemisphærium: ac totidem inferius decurrit.

217. *Occupat Apriles*) Id. Ioui Victori. Libertati atrium constructum à Q. Fab. A V. C. CDLVIII.

ib. Luce secutura tutos pete Postrid. Id. venti & grando. Colum. lib. II. cap. 2. *ib. Hac Mutinensia Cæsar*) August. prælio Mutinensi M. Anton. profligauit.

ib. Tertia post Veneris) XVII. Kal. Forticidia. Fest. Fordicidiis boues fordæ, id est, grauidæ immolabantur, dictæ à fetu. Varr. A fordis cedendis Fordicidia dicta.

218. *Forda ferens bos est*) Fordæ boues φοράδες, vnde petendum ἔτυμον. *ib. Ter denas curia uaccas*) Pro numero xxx. curiarum. *ib. Ministri*) Popæ, qui hostias percutiebant. Virg. 3. Georg. Inter cunctantes cecidit moribunda ministros. *ib. Quæ natu maxima*) Inter Vestales scil. *ib. Luce palis*) Palilibus.

ib. Fallebat in h.) Horat. Spem mentita seges.

ib. Obsessa st. Quasi dominante illi auena. Metaph. Virg. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. *ib. Acerbos*) Immaturos.

ib. Mænalio sacra) Fauno Arcadico.

ib. Hic In luco Auentini.

ib. Cadit) Percussæ securi victimæ cadere dicebantur. Prop. lib. 4. eleg. 5.

ib. Sua uerba Deo) Numini illi grata & solennia.

219. *Duro*: Corneo: est enim capripes.

ib. Cætáque iussa refert) Obscura.

ib. Gratissima coniux) Egeria.

ib. Tandem imperij) XVI. Kalend. August. ab exerc. imperator salutatus.

ib. Sed iam præteritas ubi quartus Lucifer Idus] Hyadum occas. vespertin. vel potius heliac.

ib. Dorida Mare. Virg. Buc. Doris amara suam non intermisceat vnd. μετωνυμ.

220. *Tertia post Hyadas*) XIV. Ludi Circens. & vulp. combustio.

ibid. Ingeniosus ager] Fertilis. Virg. Nunc locus aruor. ingeniis 2. Georg. *ibid. Assiduis humida semper aquis*] Trist. 4. Sulmo mihi patria est gelidis vberr. vndis.

ibid. Emeritis equis) Cursu diurno defunctis.

221. *Peragebat humum* Subigebat, colebat.

ibid. Tibicine uillam) Tignis siue trabibus fulcientibus labans ædificium. *ibid. Frigoris arma parat*) Vestimenta ad arcendam frigoris inclementiam.

ib. Cohortis aues) Gallinarij, in quo pascebantur gallinæ. *ib. Carseolanæ uetat*) Sic dictis à Carseolis opido in via Valeria, non longè à Pelign.

ib. Proxima cùm uenset) XIII. Kal. Solis ingress. in taurum. *ibid. Patentes* Vel spatiosas aut planas: vel non opertas tenebris. *ibid. Victimaque maior adest*) Taurus. Virg. 2. Georgic. & maxima taurus Victima.

ibid. Posteriora latent) Propter tauri signum mutilatum seu imperfectum. *ibid. Munus amoris*) Inter sidera relata. *ibid. Nox abijt*] XI. Kal. Palilia in honorem Palis deæ pastorum. *ibid. Palilia poscor*) Dies poscit vt canam Palilia.

223. *Alma Pales fauens pastoria sacra canenti* ἀνακεφαλαίωσις fauorem significat deæ aspirantis carmini.

ib. Virginea populus f.) Vestalis. Ritus sacrorum Palilium.

ib. Milij fiscella sequatur] Milio repleta.

ib. Sine sacro pani] Loco diis consecrato.

224. *Ramo lucum spoliauit opaco*] Conculcauit. Fest. Luci sacri erant incædui.

ib. Fiscina) Fiscella deceptis frondibus plena.

225. *Degrandinat*) Grando remittit. Ita detonet, apud Maron. X.

ib. Agresti fano) Siluani agrestis. Tres enim Siluanos omnis possessio habet. Cat. De limit. agror.

ib. Obscuras] Turbidas.

ib. Labra Dianæ) Lauacrum nymphæum.

ib. Media cum premit arua d.) In aruis iacet somno oppressus.

ib. Neue minus multas) Virg. Cogere donec oues stabulis, numerúmque referre Iussit.

ib. Raptas lupo Raptarum ouium. Hypall.

ib. Denique iam) Tibull. Raráque per nexus est via facta sero.

ib. Conceptaque semina coniux Ouis. Horatius similiter. Olentis vxores mariti, dixit capras.

ib. Ad annum) Quotannis, singulis annis.

ib. Et uiuo perlue rore manus, Rem enim diuinam facturi manus abluebant, vt puri ad sacra manibus accederent. Dionys. Halicarn. lib. 8. Precantes autem orientem spectabant. Vnde Virg. Illi ad surgentem conuersi lumina solem. Vide Clem. lib. 7. Stromat.

ib. Camella) Hoc genus vasis Pollux καμελλον vocat.

ib. Purpureámque sapam) Burranicam potionem, à rufo colore, quem burrum vocat, sic dictam, quem mulsum lacte dilutum facit. Fest.

ib. Omnia purgat edax ignis) Ignis Palilis causæ.

ibid. Vnda dei) Neptuni.

226. *Hæc perdidit exul*) Cùm illi aqua & igne interdicitur.

ibid. Hu noua fit coniux) Aquam enim & ignẽ sponsa in nuptiis tangere iubebatur. de quo vide Plut. quæst. Rom. *ibid. Et nomas Deucalionis aquas*) Diluuium Deucal. *ibid. Et cessatura*] Non futuræ amplius vsui, quippe iam desertæ migratione.

227. *Quod fit natalis nunc quoque*) Natalis Vrbis: hoc enim die Romul. mœnia condendæ vrbis aratro designauit. Plutarch. Romul. Solin. cap. 2.

ibid. Gemino sub duce) Romulo & Remo.

228. *Nomina ponat uter*) Enn. apud Cicer. 1. de Diuin. Certabant vrbem Romámne Remámne vocarent. *ibid. Experiamur aues*) Auguria exploremus.

ibid. Sacra Palis suberant) Palilia in eundem diem incidebant: vnde & palilicium dict. sidus Hyadum circa hunc diem vesperi occidens. Plin. lib. 18. cap. 26. *ibid. Ad solidum*) Ad terram vsque solidam neque concauam. *ib. Et de vicino terra petita solo*) Quod omen erat futuri dominatus in finitimos.

ibid. Vestáque mater ades) Passim enim & vulgo Deos orabant, vt adessent.

ibid. Tonitru dedit omina læuo) Prospero: quòd læua mundi parte ortus sit. Plin. Virg. 2. Aen. subitóque fragore Intonuit læuum.

230. *Sicque meos muros transeat*] Homer. ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. *ibid. Dissimulata patet*) Occultata propter exemplum. cùm φιλαδελφία eam dissimulari amplius non pateretur.

ibid. tu mihi frater ademte uale) Vale dicebant mortuis, tanquam discedentibus, siue quòd ab iis recederent, nunquam eos visuri. Virgil. 2. Aen. Sic ô sic positum affati, discedite, corpus. *ibid. Nondum factis flenere Quirites*) A curibus enim demum Sabinorum ita appellati fuêre. *ibid. Hoc illi credere posset*) De se affirmanti. Ita supr. de se si creditur ipsi.

231. *Idem uinalia dicam*) IX. Kal. Vinalia Ioui & Veneri. Vide Plin. lib. 18. cap. 29.

ibid. vulgares puellæ) Meretrices Ven. Erycinæ ad port. Collin. sacra facieb.

232. *A Siculo nomina colle tenet*) Ab Eryce Sicil. montẽ Erycina. *ibid. Claudius*) M. Cl. Marcell. Proc. Syracusas cepit Anno V. C DXLI. *ibid. Etruscas Turnus adorat opes*) Etruriæ auxilia implorat. *ibid. Dux in Thuscos erat*) Mezentius.

233. *Tyrrheno*) Mezentio postulanti sibi primitias, quas diis offerebant. Cat. 1. Orig. *ib. Sex ubi*) VII. Kalen. Medium ver. Colum. XI. Kalen. Maias Ver bipartitur. *ib. Pecudem quæres*) Aries occidit heliac.

ib. Exoritúrque Canis) Tempestas sign. ortu canis matutino. 234. *Hac mihi Nomento Romam*) Via Numẽtana. cuius prope Vrb. etiamnum exstant vestigia.

ib. Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat) Robigalia, quibus Robigo deo, siue Rubigini deæ sacrif. ad auertendam rubiginem. Robigo, quia coloris robi. Robum ant. τὸ πυῤῥὸν vocabant seu rutilum. Vide Varron. lib. 1. de re rust. cap. 1. Plin. lib. 18. cap. 29.

ibid. Et tremat) Ventilatione enim prohibetur rubigo. *ib. Fiant falcibus apta*) Messi idonea. Metony.

ibid. Scabrásque manus] Scabritiem segeti afferentes.

ibid. Amplectere ferrum) Propert. teritur rubigine mucro Ferreus.

235. *Cùmque meri patera*) Vina pateris dabantur. Varr. 4. de lin. Lat. *ib. thuris Acerra*) Arcula thuraria, λιβανωτίς. Thura acerra & lance plena dabant locupletiores: pauperes grana duntaxat & micas summis digitis iniiciebant. *ibid. Præcipiturque seges*) Intercipitur prius quàm maturescat. Virg. Si lac prę-ceperit ęstus. Ad placandum autem Caniculę sidus, rutæ canes seu rutilæ immolabantur. Festus in voce Catularia port. & Rutilæ can. *ibid. Hic imponitur aræ*] Sacrorum verbum a. Georg. Inde neque impositis ardent altaria fibris. *ib. Florum Dea nexa coronis*) Flora, quæ & Chloris. Floralia. IV. Kal. Plin. lib. 18. cap. 29.

236. *Aufert Vesta diem*) Vestæ Palatin. sacr. prid. Kal. *ibid. cognati*) Augusti. *ibid. Phœbus habet partem*] In Palatio templum Apoll. & Vestæ.

ibid. Ipse tenet) Augustus, qui in palat. habitauit.

IN LIBRVM V.

MAIO *data nomina mensi*) Maio mensi vnde nomen factum. Propos. 237. *Non satis est liquido*) Perspicuè, dilucidè: metaph. ab aqua. *ibid. Vt stat*) Theog. ἐν πρώτοις δὲ ἄοιδαι. *ibid. Dicite*) Inuocatio. *ib. Fontes Aganippidos Hippocrenes*) Fontis caballini, hoc est, Pegasei: cui additur epith. Aganipp. quòd in Bœotia esset fons iste, sicut & Aganippe, quem Cadmus inuenit, vterque Musis sacer.

238. *At cœlum*] Aerem. *ib. Aduena iunxit*) ὅς με ἔτυχε, seu ὅς ἔτυχε ὡς τῷ τυχόντι θεῷ. *ib. Corpora legitimis*) Matrimoniũ cõtraxerũt, ex quo Maiestatẽ fil. susceperunt. *ib. Simul pudor & metus*) ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. Vide Plut. Euthyphr. *ibid. Suspectus honorum*] Admiratio & obseruantia. *ibid. Dum senior fatis*] Saturnus cœlestibus regnis à Ioue pulsus. *ibid. Terra feros partus*] De cœli sanguine Hesiod. Theog. Orph. lib. 8. sac. serm. Aliter Homer. Odyss. λ. *ibid. Mille manus illis dedit*] Vnde & ἑκατόγχειρες & ἀγμυριόποδες Græcis dicuntur.

239. *Scite Thalia lyræ*) Apud Hor. est citharæ sciens.

ibid. Magna fuit quondam cap.) Maius à maioribus, vt Iunius à iunioribus. Fest. *ibid. Senatus habet*) Senatores à senectute dicti. Fest.

240. *Vnde petatur honos*] Ex qua eligantur senatores & magistratus. *ibid. Censuram longe*] Ex illa ætate censores creabantur. Vide Alex. lib. 3. Genial. cap. 13. *ib. Tangor*] Moueor vt credam. *ib. Nec auum sustinuisse nepos*] Non potuisse hoc auo negare nepotem. *ib. Propositi p.*] Prælati senioribus, habiti præ iunioribus.

241. *Titanida Tethyn*] Titani sororem. *ib. Hinc sata*] Pleione Oceani & Tethyos filia Atlanti nupsit. *ibid. Maia suas formis*] Maius à Maia, quòd Mercurio filio eius res diuina Idib. fiat eo mense. Fest. *ibid. Aetherium n.*] Mercurium peperit. Periphr.

ib. Luna credita terræ prior] Orta prior Luna. Supr.

ib. Præscia mater) Carmentis fatorum gnara.

ib. Nonacrius heros] Euander Arcas. Synecdo. Nonacris enim Arcadiæ mons est. *ib. Alipedisque dei*] Mercurij. *ib. Cinctutis Faune lup.*) Cinctu seu cincto vtentibus loco tunicæ: quæ vestis erat infra pectus corpus complectens. & à pectore ad pedes regens.

ib. Cùm lustrant] Februant ac purgant: mulieribus februatis. hoc est, purgatis amiculo Iunonis.

242. *Prima mihi nocte uidenda*] Kalend. Maij Capella oritur heliacè.

243. *Pluuiale Capellæ*] Colum. III. Kal. Maias manẽ capra exoritur, austrinus dies, interdum pluuiæ.

ib. Hoc nymphe] Amalthea. *ib. Nutricẽ*) Caprã. *ib. fertile cornu*] Vide adag. Copiæ cornu. *ibid. Præstitibus Maiæ*] Laribus Præstitibus ara posita.

244.*Et turba Dianiæ fures*)Canes.Periphr.

245.*Vsibus annosæ*)Idem de Pont.consumitur annulus vsu. *ibid.Geminúmque,duces qui*) Augusti, qui teste Sueton. Compitales Lares ornari bis in anno instituit, vernis floribus & æstiuis. *ibid. Numina trina colunt*)Lares geminos & Aug Genium.

ibid.Bona est) Bonæ deæ sacræ,cui templ. posit. in Auent.mont.pænè medio,qua Tiberim spectat.

246.*Palatinæ primæ*) In Palatino Romulo conspectæ. *ibid.Oculos exosa*)Tibull. Sacra bonæ maribus non adeunda deæ *ibid. clausorum*) Claudia virgo,de qua supra. *ibid. Postera cùm roseam*] Postrid. Kal. Argestes flare incipit. *ibid. Nulla pater*] Propter occasum Heliae.Colum.xiv Kal.Ma. suculæ se vesperi celant. *ibid.Ab imbre vocate*] ἀπὸ τοῦ ὕειν.

ibid. Pars Bacchum nutrisse putat) Qui Hyes dictus est alio nomine: à quo Hyadas vocatas putat Arati comm. *ibid.Oceani matura mentibus Aethra*] Oceani & Tethyos filia.*ibid.Et nymphas*] Quinque Hyadas sorores illius. Vide Hesiod.Theog. 247.*Illa dedit cælum*)Pietas erga fratrem fecit,vt inter sidera referrentur,& à fratre Hyades nominarentur.

ibid.Partes mense priore tuas]Floralia,quæ in finem April. & initiū Maij incidebant.

248.*Circus in hunc exit*] Ludi florales in Circo siue theatris celebrati. *ibid Auctor eris*) Auctor gen. commun.sicut & alia pleraque omnia verbal. Idē: Sponsor coniugij stat dea picta sui. *ibid.campi felices*)Insular.fortunatarum. *ibid.Illa Deum*) Zephyrum à quo Zephyritis Catullo nominatur.

ibid. Erichthea præmia) Orithyiam Erichthei Athenar.regis F.

ibid.comæ) Folia. Metaph.Virgil. comam mollis iam tum tondebat acanthi. *ibid.Therapnæo*)Hyacinthi Lacedæmon. Synecdo. Therapnæ enim Laconiæ vicus.Vide x.Metamorph. *ibid. Quod non aliter*)οἰνάνθη enim consumtus est.3.Metamorph.

ibid.cmyráque)Adonim.

250.*Mars quoque*)Martia natiuitas. *ibid. Nomen vtrumque tenet*)Genitoris & genitricis. *ibid.Numen testificabor aquæ*) vi.Aen. Stygiámque paludem, Dij cuius iurare timent & fallere numen.*ib.Olenus*)Oleno Achaiæ opido, à quo Oleniam suprà capellam dixit Iouis nutric.Alij Arcadiæ opidum intell. propter moly. *ibid.Intacto concipit*) Non tacto à marito. *ibid.Qui memor acc.*)Flora quare Romę coli cœperit. *ibid. Poma cuenium temp.*)Feliciter proueniunt si bene floruerint. *ibid.Nile adu.*)Virg.1.Georg. lentem Pelusiacam appellat,hoc est, Aegyptiam.Vide Plin.lib.18.cap.12. *ibid.Florent*] Supernè florere videntur, qui flos si candidus fuerit, probatur Plin. lib.14.cap.21. *ibid. volucres*)Apes.

251.*Cætera luxuriæ*)Ludorum Floralium origo.

ibid.Locuples,hinc ipsa)Locupletes locorum multorum domini.Fest. *ibid. Pecunia dicta est*) Pecunia à pecu quòd omnis veterum substantia in pecuaria. *ibid. Publica vulgus*) Pascua scilicet, ex quibus popul.reditus habebat.Plin.lib.18.cap.3.

ibid. Rem populus recipit) Negligentius tractatam ab æd.pl. Publiciis: à quibus multæ exactæ partem plebs Lud. Flor.addixit.

252.*Victores ludos inst.*)Multæ exactores.

ibid. Parte locant cliuum) Pro multæ illius parte cliuum extruendum dant.

ibid. Publiciúmque vocant) Varr. Cliuus Publicius ab ædilibus pleb. Publiciis, qui eum publicè ædificarunt. *ibid. Thestiaden: fl.*] Meleagrum Althææ F. Thestij N. Vide 8.Metam.

ibid.Phœbes ara sine igne fuit] Quòd Dian.præteriit,cùm ceteris diis frugum primitias offerret.

253. *Tantalidem*) Agamemn. Tantali pronepot. Metamor.xii.Eurip.Iphig.Aul.

ibid Hippolyte infelix)Vide Eurip.Hippol.

ib.Collecta oblita damna] Hypall.pro damna collecta ex deorum obliuione. Quid si correcta legendum sit, hoc est, emendata clade accepta, secundum prouerb.Fact.stult.cognoscit.

ib.Per quod fierem m.] Qua pœna dolorem meum proderem propter ignominio. qua affectus eram ludorum præteritione.

ibid.Postumio Lænat)L.Postum.Albino,M.Popill. Lænate Coss.Floral.instituta A.V.C.DLXXX.

Persoluere mihi] Propriè: Vota enim solui & reddi dicebantur Macrob.lib.3.Saturn.cap 5.

ibid.Lasciuia maior] Vide Alexan. lib. 6.Genial. cap.8.

254.*Philyra connexa capillos*)Vide Politian. Miscel. 72 Plin.lib.16.cap.14 *ib. Durum formosæ*, Ianuam difficilis dominæ. Tibull. *ibid. Vinctis flore b.*)Corona cinctis. *ibid. Acheloe racemis*) Aqua. Species pro genere.Virg.Poculáque inuentis Acheloia miscuit vuis.Vide Macrob.lib.5.cap.18.

ibid. Ariadnæo sidere] Corona Gnossia.

ibid.ex difficili argutia)Difficultas comica loquendi consuetudine. Ita alib. ex facili est omnia posse Deo. *ibid.Lumina restabant*) Faces noctu accensę, Metonym.

255. *Imbelles capreæ*) Cur lepores & capreæ aliaque mitia animalia ludis admitterentur.

Sollicitúsque lepus]Timidus,pauidus.

ibid. Floreat ut toto]ἀποστροφὴ ad Floram.

ibid. Nocte minus) Tertia, hoc est, V. Non.Maius Centaur.totus apparet.Co. *ibid. Aemoniæ mons est*) Thessaliæ.

256.*Phillyrides senis*)Chiron. Centaur.Antonom.

ib.Manus olim)Achilleas. *ib. Philyreius heros*] Philyræ Oceani F.& Saturni filius Chiron.Periphr.

ib.Venenis)Hydræ scil. Lernææ. *ib. Aemoniúsque puer*)Achilles Thessalus. *ib. Pagaseis collibus herbas*] Pagasæ Thessali opidi, non procul à Pelio monte.

257.*Manibus fingebat amicis*]Blandè contrectabat.

ib. Morum, quos fecit] Fruitur moribus discipuli quem probè informauerat. *ib. Bis septem stellis corpora*]Chiron inter sidera relatus & in Zodiaco collocatus. *ib. Nox aptum tertia*) Lyræ ortus vespert.

ib.Scorpius in cælo)Colum.Prid.Non. Maias nepa medius occidit. *ib Media parte videndus erit*] Altera medietate occidente cosmic.

ib. Hinc ubi protulerit]vii. Id. Lemuria noctu triduo celebrata Lemuribus. Vide Alexand.lib.3.Genial.cap.12.

258 *Nox ubi media est*) Noctis mediæ seu conticinij notatio. *ib.Ille memor ritus veteris*)Qui Lemuribus sine vmbris sacra facturus est.

ib. Vincula nulla pedes)ἀνυπόδητος,calceos.

ib. tacet, sed dum iacit) Lemuralibus fabas iaciebant laruis, credentes se lemures domo extra ianuam eiicere, Varr.lib.1.de vita P.R.

ib. Temesæáque concrepat æra) Temesa agri Brutij opidum æris fodinis olim nobilitatum. Plin lib.3. cap.5.Strabo lib.6.

259. *Pleiade nate mone*) ἀποστροφὴ ad Mercurium Maiæ fil.

ib.Romulus vt tumulo) Lemural.origo. Plato homines probos post obitū Lares effici, improbos verò

detestabiléſque Lemures fieri ſtatuit. Vide Alex. lib.6.Genial.cap.4. *ibid. Volucres h.*]Auguria magis quàm frater proſpera. *ibid. Vberáque exp.*]Aluit nos lacte lupæ cùm eſſemus expoſiti.

ibid. Noluit hoc fr.)Noluit vt me interimeres, qua eſt erga me mutua amoris frat. affectione.

ibid. Aſpera mutata]R.litera in liquidam L.

ibid. Fana tamen]Aedes deorum Lemur.clauſæ,ſicut & Parentalibus.

260.*Menſe malum*] Vide Plutar. Quæſt. Roman. XXCVI. *ibid. Die*]Quia noctu tantum Vmbrarum ſacris operabantur. *ibid. Medyi Bæot.*)VI.Id. Orion occidit heliacè. *ibid. Iuppiter, &*]Orion quomodo inter ſidera peruenerit. *ibid. Tempus erat*) Notatio veſpertini temporis. Virg. Alex. Aſpice, aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci: Et Sol creſc.&c.

ibid. Vultum verbis]Vultu præ ſe ferebat φιλοξενίαν. Idem VIII. Met. ſuper omnia vultus Acceſſere boni, nec iners, paupérque voluntas. *ibid. Flammas ex.*) Flatu ſuo igues ſopitos ſuſcitat. *ibid. Teſtu pr.*] Varro. Teſtuatium quod in teſtu calido coquebatur.

262.*Madentia terra*) Lotio perfuſum iuuenci corium. *ibid. Sic genitus*] ἐκ τοῦ οὔρου, hoc eſt, è lotio deorum. *ibid. Deæ cuſtos*]Dianæ. *ibid. Cynthia g.*) Latonæ, quæ vno partu Dianam & Apoll. edidit, ictum inferre. *ibid. Sed quod & Orion*] IV. Id. Marti Biſultori ſacrum.

263.*Honores*)Sacrificia. Virgil.3.Georg. Sępe in honore Deûm medio ſtans hoſtia ad aras.

ibid. Templáque m] Marti Vltori Auguſt. in foro ſuo templ. erexit bello Philipp. quod patris vlciſc. cauſa ſuſcepit. *ibid. Diuerſæ tela figuræ*]Arma de diuerſis gentibus ſuperatis ſuſpenſa. *ibid. Iliaden h.*] Romul. Acronis ducis Ceninenſ. ſpolia gerentem. Liu. lib.1. *ibid. Acta ſubeſſe uiris*] Indices ſeu titulos rerum geſtarum. Tib. Nec quæris quid quaque index ſub imagine dicat.

264. *Prætextum n.*) Inſcriptum & ſignatum. Metaph. *ibid. A tantis pr.*) Ab vltione necis paternæ.

ibid. Veſtéque ſacerdos)Iul. Cæſ. enim Pontif. max. fuit. *ibid. Nomen utrumque paro*) Patris & ſacerdotis. Votum Auguſti, quod bello Philipp. pro vltione paterna ſuſcepto, nuncupauerat Marti Vltori, narrat Sueton. *ib. Cauſa pro meliore tuus*)Ita alib. Itruat. &, cauſa quem vincit, vincat & armis. *ib. Retenta manu*] Quæ M. Craſſo ademerant, Virgil. VII. Parthóſque repoſcere ſigna. Vide Plutarch. Craſſ.

ib. Notas veteres)Ignominiam. *ib. Agnoruit ſigna*] γνωσθ σῆμα.

265. *Biſultor*) Marti Biſultori templ. ſtatuit in Capitol. in quo ſuſpenſa ſigna à Parth. reddita. Dion. ad Iou. Feretrij ſimilitud. hoc factum fuiſſe dicit.

ib. Pleiadas aſpicies omnes) Pleiad. ortus heliac. Colum. VI. Idus Vergiliæ totæ apparent. *ibid. Tunc mihi*)Aeſtatis initium. *ibid. Idibus ora pr.*] Prid. Id. tauri caput oritur ante ort. Solis. *ibid. Tyriæ puellæ*]Europæ: de qua plura lib.2. Metam.

266.*Parſque tuum*]Europa. *ibid. Phariam dixere*) Iſidem, quam Aegyptius colit: quæ fuit Io Inachi filia. *ibid. Roboreoſc.*) De ſublicio ponte, vnde Argei, hoc eſt, ſimulacra hominum è ſcirpeis virgultis facta, quotannis à Veſtalib. in Tiberim deiiciebantur. Vide Var. lib.6. de lingua Lat.

267.*Falcifero libata*) Secundum oraculi reſponſ. Pelaſgis datum: καὶ κεφαλὰς ἅδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα: quod Hercul. poſtea aliter interpretatus eſt non rectè à Latinis acceptum. *ib. Pontibus infirmos*] Sexagenarij de pontibus deiiciebantur, per quos popul. ſuffragaturus tranſibat. Vide Feſt.

268.*Pallantius heros*]Euander Pallantis nepos.

ibid. Inachium pulum]Argiunm; vel à flumine, vel à rege Inacho. *Mandata cura ſepulcri*] Mandata enim dabant morientes, quæ hæredes legatarióſve curare volebant, in primis verò de funere. Vide Suet. Auguſt. cap. vlt. Dion. lib.56. Plin. lib.3. cap.10.

ib. Hactenus)Tantum dixit numen amnis Tiberini. *ib. Clare nepos*)Ἀτλαντιάδη ad Mercurium.

ibid. Superis im.)Hor.2. Car. ſuperis deorum Gratus & imis. *ib. Templa tibi*] Idibus Maij Mercurij ædea dedicata: vnde Feſtus Id. Ma. mercatorum diem appellat, quòd illi Mercur. colerent.

269.*Portæ mana Capenæ*) Extra portam Capenã aqua Mercur. religioſa. *ib. Præteritis perfida verba fide*)Non ſeruata, temerata. Mercurium lucro præfuiſſe indicat Plaut. in prologo Amphitr. Vide Arnob. lib.4. aduerſ. gent. *ib. Falſóue cauui*) Falſo iuraui. Sollemne autem & ſanctiſſ. Romanor. iuſiurandum, erat Iouem lapidem iurare. Gell. lib.1. Noct. Attic. cap.21. Cic. lib.7. epiſt.12. *ib. Et pereant*) Nec fraudi mihi ſint futuri temporis periuria.

ib. Ortygias ſurripuiſſe boues] Apollineas: ab Ortygia inſula Apollinis alumna, quæ & Delos.

ibid. Cùm totidem)XIV. Kalen. Iun. Sol in geminis.

270.*Cauſam mihi ſideris huius*) Geminorum ſidus vnde. *ib. Phœben Phœbeſque ſororem*) Elairam Leucippi Aetoli F. Prop. lib.1. Eleg. Theocr. Dioſcor.

ib. Frater) Lynceus. *ib. Oebalidæ*) Caſtor & Pollux, ab Oebalia Laconiæ regiuncula: vel quia Oebali nepotes, Tyndari filij. *ib. Nomina ſida*] Fratres vtrinque gemelli.

271. *Tela tamen dextræ fulmine rapta negant*] Morientis manu non excidit telum excuſſum fulmine.

ib. Dimidium toto munere maius erit)Heſio. πλέον ἥμισυ παντός. Vide Adag. *ib. Agonia*)XII. Kalen. Agonalia. Canis oritur heliacè. *ib. Proximus Volcans*)XI. Volcani feriæ. *ib. Quam Luſtria*]Tubiluſtria legend. cenſet Scal. Illis enim diebus agna tubæ luſtrabant.

272.*Quattuor inde notis locus eſt*)Q.R.C F. quibus indicatur: Quando rex comitiauit fas. Et: Quando rex comitio fugit. Vide Scalig. caſt. in Feſt.

ib. Populi Fortuna potentis) Templ. Fortunæ Pub. poſitum. *ibid. Grata Ioui*) Aquila oritur veſperi.

ibid. Boötes)Occidentem heliacè, VII. Kalend.

ibid. Continuáque die) VI. Kalend. Hyades oriuntur heliacè.

IN LIBRVM VI.

HIC quoque menſis] Iunius menſis vnde nomen acceperit. 273. *Eſt Deus in nobis*) Poeta diuinum genus, diuino quodam numine afflatum. Plato 3. de Il. & Ione. Vide Cæl. lib.7. cap.1.& 2. antiq. lect.

ib. In cura nominis eius eram] Anxiè mecum quærebam de appellationis huius origine.

ib. Præceptor arandi] Heſiodus, qui à patre, ad ouium cuſtodiã miſſus ſomniauit ſe repentè factum poetam.

274.*Priamides*)Paris. Antonomaſ.

ib. Sui germana mariti] Virg. Iouiſque Et ſoror & coniux.

ib. Animum pallore fatebar) Animi affectum, pauorem. *ib. Iunius*)Iunius à Iunone.

ibid. Saturnum prima parentem F.) Eodem partu cum Ioue in lucem edita.

ibid. Tarpeio t., Capitolino. Propert. A duce Tarpeio mons est cognomen adeptus.

ibid. Maio pellex dare nomina mensi) Maia.

275. *Ingenus Electra, Dardaniamque domum*) Romanos, qui à Troianis originem ducunt, oriundis Dardano Electræ filio.

ibid. Causa duplex ira) Virgil. 1. Aen. Nec dum etiam causæ irarum fæuique dolores Exciderat an. &c. *ibid. Cum mea sine illo currus ey a.*) Ibid. hic illius arma, Hic currus fuit.

ibid. Hic tenco cum Ioue templa meo) Iunon. Capitolinæ templ. cum Iouis delubro coniunctum. Vnde in inscript. Preneftina: TARPEIO COLERES VICINA TONANTI.

ibid. Nepotu c.) Romuli.

ibid. Pranestina d.) Fortunæ. Lucan. vidit Fortuna colono Prænestina suos.

ibid. Herculis uxor S.) Hebe siue Iuuentas.

ibid. De nomine temporis huius) Iunius à Iuuentà nuncupatus.

At decus omne m.) Memoratur tamen & Iuuentutis templum in Capitolio: quæ in condendo Capitol. cum Termino atque Marte Ioui cedere noluit. 276. *Dote paterna C.*) Fumo, quem ore egerebat. Vnde Volcani F. creditus est.

ibid. Auentinam h.) Auentini montis. Virgil. 8. Aen.

ibid. Lactem studio c.) τῇ φιλαυτίᾳ.

ibid. ducis) Tiberij, qui templum ei posuit.

ibid. tunxus) Iunius à iungendo dictus.

ibid. Ire pares a.) Pari honore.

ibid. Prima dies ti.) Kalend. Iun. Carnæ deæ sacr. quod Iun. Bru. pulso Tarquin. voti reus in Cœlio monte fecit, atque ab illo Iun. mens. aliqui dictum putant.

277. *Obscurior æuo F.*) Ita Virg. V I I. fama est obscurior annis q. d. haud ita multi anni sunt; licèt fama non vsque adeò percrebuerit.

ibid. Dixisset a.) Ellipsis: pro si dixisset.

278. *Spinam*) Ianalis virga ex spina alba ad abigendas striges efficax.

ibid. Quæ Phineia m.) Harpyiæ, quæ cibos & mensam Phinei fœdabant.

ibid. Nutricis egeret) Desertos à nutrice.

ibid. Seu carmine fiunt) Siue anus incantationibus in striges vertuntur.

ibid. Neniaque in volucres f.) Præficarum lessus falso transmutat anus in striges.

ibid. Vox fui nutrix a.) Vagitu.

279. *Aquis aditus*) Ianuam siue limen.

ibid. Bimestre tenere) Vt ætas porcæ illius ætati infantis responderet.

ibid. Prosecta sub æthere ponit) Exta, quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta. Non. Marc. Exta autem si bona erant & placebant, prosecabantur. Cato de re rust. cap. 133. Sueton. in August. cap. c. Lucianus. [illegible] dicit. Varr. libro 4. de ling. Lat.

ibid. Respirare illa veint] Virg. Pharmac. riuóque fluenti Transque caput iace, ne respexeris.

ibid. Larda Cal.] Lardi, fabarum, & farris eius.

ibid. Ascitas d., Peregrè adductas, exquisitas.

ibid. Quam prabet Ionia dues) Attagenem & gruem. Horat. Epod. Non Afra auis descendat in ventrem meum, non attagen Ionicus. Vide Plin. lib. 10. cap. 20. & 48.

ibid. Sextus quicunque Kalendis] Kalend. Iunij, qui sextus est à Ianuario. *ibid. Iunoni templa Moneta*) Iunon. Monetæ ædes dedicata.

281. *Pugna c.*] Qua Gallos repulit.

ibid. Lux eadem Marti festa est) Marti sacr. extra port. Capen.

ibid. Tempestas) Tempest. delubrum.

ibid. Corsis a.) Corsicæ insulæ.

ibid. Tūc oritur prapes a.) Aquila tota oritur vesp.

ibid. Postera lux Hyadas taurina cornua f.) Postrid. Kal. Hyades oriuntur besiae.

ibid. Mane ubi bis fuerit.) Prid. Non. Bellonæ sacr.

ibid. Appius est auctor] App. Claud. Cæcus. Vide Plutarch. in Pyrrhum & Zonar.

ibid. Parua columna u.) Columella bellica ante templ. Bello. vide Fest. in Bellona.

282. *Custode sub Herculem.*) Herc. Custod. ædes in circ. Flamin.

ibid. Quarerebam, nonas Sancto, F.) Non. Fidio sacr. in colle Quirinal.

ibid. Semo p.) Semonem eundem facit cum Sanco Liu. lib. 8. Varr. lib. 4. de ling. Dium Fidium Sanctum esse putat Sabina lingua, Herculem Græca. Dionys. Fidium [illegible] reddit. Vide Ald. Man. de quæsit. per epist.

283. *Primaque pars b.*) Quæ antecedit Idus.

ibid. Coniux sancta Dialis ait) Flaminica sacerdotissa. Gel. lib. 10. ca. 15.

ibid. Depectere buxo) Pectine buxeo. Merony.

ibid. Ignea cum pura ueste nitebit humus) Aedes Vestæ, vbi perpet. ardet igni.

ibid. Tertia post N.) V I I. Id. Iun. ludi Piscatorij in campo Martio: de quibus vide Fest. Arcturus occidit mane.

284. *Menti quoque numen habet*) Menti deæ templum constiturum, ex librorum Sybillinorum monitu. Vide Liu. lib. 22.

ib. Consulis omnes] C. Flaminij interfecti ad lacum Thrasim.

ibid. Vesta faue] V. Id. celebrata Vestalia.

ibid. Operatis r.) Rem diuinam facientia. Tibull. Tunc operata Deo pubes. Deos autem orabant, vt fauerent. Id. lib. 3. Bacche faue Vati. Et lib. 4. Alma faue, dixi.

285. *Dena p.*) Vestæ ædes condita à Numa anno ab V. C. 40. in valle inter Palatin. & Capitolinum.

ibid. Forma tamen templi] Vestæ ædes cur sphærica figura.

ibid. Parti minior esset) Propius accederet parte aliqua ad firmamentum. Vide Ptolem. Almág. c. 4.

ibid. Arte Syracusia) Archimedis Syracusij.

ibid. Clauso) Incluso. Clau. Inclusus vanis famulatur spiritus astris.

286. *Cur sit virginibus, q.*) De virginibus Vestalib. vide Alexandr. lib. 5. Genial. cap. 12.

287. *De tribus i.*) Aristocrit. lib. 2. [illegible]

ibid. Gray nominis esse potest) [illegible] enim [illegible] dicitur, teste Eustath. [illegible] & [illegible]. vide & Cic. 2. de nat. deor. & de leg.

ib. vestibulum) Quod in primis ingressibus & in spatiis domor. Vestæ h. e. aræ ac foci soleant haberi. Non. 288. *Antiquæ sacra vacunæ*) Sabinorum deæ, quæ præesse vacantib. & otiosis putabatur. Meminit huius Plin. lib. 3. cap. 12. *ib. Coronatis panis dependet asellis*) Panibus redimitis. *ibid. scabras molas*) Asellos versantes molas. Meronym. 289. *Focum seruat pistor*] Veneratur, colit. *ibid. Dominámque focorum*) Vestam. *ibid. Pumiceas molas*] Scabium &

asperum lapidem molæ. *ib. Fulta caput*]Caput habebat suffultum cespite.

290.*Spem capit obscænam*] Expugnandi scil. Vestæ pudicitiam. *ibid. De pane monilibus ornat*) Coronatum pane velut monili quodam.

ib. cessat opus] Molis non terentibus frumenta Vestalibus.

ibid. Pistoris ara Iouis] Ara Iouis pistoris in Capitolio. 291. *Fortuna meorum*]Romulidarum.

ibid. Mala iuncta pudori]Hesio. αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κ.τ.λ.

ib. Cerata per atria] Imaginib. cereis decorata. Iuuenal. Tota licet veteres exornent vndique ceræ Atria. *ibid. Picta veste*]Toga picta, qui erat cultus triumphantium.

ibid. Pignora Vestæ] Ignem Vestæ cum sacris. Vide Plutarch. Camil. 292. *Inopes victus*] Fame oppressos. *ib. Marte suo clausos*] Obsessos in Capitolio. *ib. Et lituo pulcer*] Quod auguratus erat insigne. vide Cic. 1. de Diuin.

ibid. Trabeaque Quirinus] Quam reges gestabant: vide Ald. Man. de quæst. per epist.

ibid. Solidæ Cereris) Frumenti nondum in farinam comminuti. *ibid. Virgo Saturnia*] Vesta Satur. filia.

ibid. Opem] Quod superest panium ad victus necessitatem. *ibid. Noua Romano*) A Velabro inter Capitol. & montem Palat. ducens in forum.

ibid. Huc pede matronam nudo descendere vidi] Matronæ cur nudis pedibus adeant Vestæ templum.

293. *Qua velabra solent*) Tibull. lib. 2. At qua Velabri regio patet, ire solebat Exiguus pulsa per vada linter aqua. Varr. lib. 4. A quo, quòd ibi vehebantur lintribus, Velabrum. 294. *Nomen ab auerso*] Propert. lib. 4. Vertumnus verso dicor ab amne Deus. *ibid. Et pede velato*) Calceis cincto.

ibid. Mœnia Dardanides) Ilium vrbs Asiæ, quæ ab Ilo Dard. pronepote nomen accepit.

295. *Desiluisse iugis*] In arcem, in qua cùm templ. ædificaretur Palladium è cælo cecidit.

ibid. Smintheus) Apollinis Sminthei oraculum. Strab. lib. 13. *ibid. Ex qua iudicio*] Ἐξ ἧς: scilicet χώρα. Gr. ellips. *ibid. Sed genus Adrasti*) Diomedes Adrasti nepos ex Deiphile F.

ibid. Tuetur Vesta) Palladis simulacr. Romæ in æde Vestæ asseruabatur.

ib. Assiduo lumine] Igne inextincto.

ibid. vesta arsit) Vestæ templ. Metony. Incendium illud fuit anno ab V.C. DXII. Coss. Q. Luctario & A. Manlio. *ibid. Non est auxilium flere*] Idem lib. V. Metam. lacrymarum longa manere Tempora vos poterunt: ad opem breuis hora ferenda est.

ibid. Metellus ait] L. Metell. Pont. Max.

ibid. Pignora] Palladium, & deos Penates in quib. fatum erat Imp. Rom.

296. *Haurit aquas*) Lotis manibus & ad cœlũ sublatis. *ibid. Dea raptu probauit*) Vesta ex incendio erepta cum sacris. *ibid. vitiis temerare*] Incestum committere. *ibid. Nec viua defodietur humo*) Ipsa viua sub effossa humo defodietur. Hypall.

ibid. Tum sibi Callaico Brutus] V. Id. Iun. Brut. vlteriorem Hispaniam vicit: Crassus à Parthis cum exercitu cæsus. 297. *Dixit Dea*) Vesta. Hanc enim cladem Vestalibus Romani accepere.

ibid. At simul auritis violæ demuntur asellis) IIII. Id. Delphin vesperi oritur.

ibid. Iam Phryx à nuptis) Eodem die Matralia, matris Matutæ festa celebrata.

ibid. Thebanæ) Leucotheæ siue Inoni, Cadmi Thebar. conditoris filiæ.

ibid. Liba Dea) Varro lib. 4. id genus liborum Testuarium appellat: caldo coquebatur.

298. *Area*) For. boarium, vbi bos ex ære Æginetico fabrefactus. *ibid. Serui templa*) Ser. Tullij regis.

ibid. Domus illa tua est] Familia, propter Inon. Bac. matertera. *ibid. Inuenit Iuno*) Ira scilicet seu bile. Homer. αἰνὰ μοι οἰδαίνει κραδίη χόλῳ.

ibid. Rapta] Fulmine sublata.

ibid. Imagine falsa] Quia leonis catul. se putans occidere, interfecit filium. Vide lib. 4. Metam.

ibid. Est spacio contracta breui) Isthmi Achaici notatio. *ibid. E alsaingo*] De Moluride petra, Pausan. Attic. *ibid. Centumque sorores*] Nereides: quas nominat Homer. Iliad. σ.

ibid. Latias saturnia Bacchas] Videtur poeta non rectè hæc diuisisse temporibus. Siquidem Iul. Cæs. primùm Bacchanalia Romæ instituit. Vnde est illud Maron. Daphni thiasos induc. Baccho.

ibid. Pignus habet] Melicertam fil.

ibid. Quos ignorat adhuc) Latii deos ipsa externa.

ibid. Oetæus] Hercules ab Oeta Thessaliæ monte, obitu & sepulchro illius nobilitato.

ibid. Quid petis hinc] Qua causa in Latium venisti?

ibid. In saluis esse pudet] Isse se perditum cum filio.

ibid. Estque frequens Ino] Inûs nomen & aduentus in Latio percrebuit rumore.

ibid. Tegeæa sacerdos] Carmentis periphr.

ibid. Cælum vates ac numina sumit] Numen Apoll. cœleste, afflatum diuinum ἔνθεος.

ibid. Gaude defuncta laboribus Ino) Imitat. Virgil. VI. O tandem mag. pel. defuncte periclis.

ibid. Leucothoe Graiis) Cicer. 3. de Nat. deor. Ino dea dicetur, quæ Leucoth. à Græcis, à nobis Matuta dicitur, cùm sit Cadmi filia.

ibid. Nomina mutarunt) Cum mutata scilicet conditione mortali. *ibid. Cur vetet ancillas*) Ancillæ à Matralibus arcentur. Plutarch. Quæst. 16.

ibid. Cadmea) Ino Cadmi F. αἰνιγμα.

ibid. Cur odio sit tibi serua manus] Ancillæ periphr.

ibid. Pro stirpe sua] Pro salute liberorum.

ibid. Alterius prolem] Sororum liberos: de quo vide Plutarch. Quæst. 17. item in Camillo.

301. *Hanc tibi*]P. Rutil. à Marsis cæsus.

ibid. Luce mea]Matralib. anno ab v.c. DCLXIII.

ibid. Flumenque Tolenus] Hunc alij Lyrim esse suspicantur. Oros. Telenum nominat: & apud Maron. est: quem generasse Telon Sebethide nympha Fertur. lib. VII.

ibid. Pallantide cæsus eadem] Aurora, die. Metalepſ. *ibid. Didius*)T. Did. vnus ex prætoribus.

302. *Fortuna*) Fors Fortuna eodem die fanum accepit à Ser. Tullio. Vide Varr. lib. 5. de ling. Lat. Plut. Quæst. Rom. 74.

ib. Togis) Toga regia vndulata Plin. lib. 8. cap. 48.

ibid. Seruius est) Simulacrum Ser. Metony.

303. *Vnde Fenestellæ nomina*) Vide Plutar. lib. de fort. Romanor. *ibid. Vultus velamine celat amatos*] Tull. vultus, quem amauit.

ibid. Intus] Interiore gyro. Allegoria q.d. paucis rem expediemus, nec longè digrediemur.

ibid. Tullia) Ferox Seru. Tullij F. vide Liu. lib. 1.

ibid. Coniugio] Tarquinij Superb. cùm Arunti Tarquinio eam pater collocasset, mitis ingenij iuueni, ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur.

ibid. Indictas exige dotis opes] Quæ tibi constitutæ sunt, ad quas vocaris.

304. *Solia priuatus in alto*] In sede regia pro curia.

ibid. Exquilijs] Exquilinus enim collis à Ser. Tullio

urbi adiectus, vt scripsit Tranq.
ibid. Tali corripit illa sono) His dictis. Synecd.
ibid. Sceleratus ab illa) Qui alio nomine erat Cypriua. *ibid. Pressa nota est)* Impressa quasi charactere quodam. Virg. 1. Georg. Aut pecori signum aut numeros impressit ac.
ibid. Templum) Fortunæ ædem.
305. *Posita)* Depositi & quasi profligari ex vrbe.
ibid. In nostra septimus urbe fuit) Connumerato regibus Tatio Sabino, Romuli consorte. Solin.
ibid. Facie Corniculana) Tullij Corniculani viri nobilis vxor, vt scripsit Diony.
ibid. Obscœni) Pudendi. αἰδοίου.
ibid. Cum caput igne arsisse) Quum repentina flamma Seruij pueri caput flagrauit.
ibid. Concordiæ) Concordiæ ædes.
ibid. Viro) Augusto, cum quo summa concordia vixit. *ibid. Nullo sub crimine regni)* Ob nullam suspicionem regni affectati.
ibid. Luxuria usa nocere sua est) Opere nimis sumtuoso & magnifico.
306. *Sic agitur censura)* Didym. Τὸν αἰῶν διδάσκαλος ἐπιγυναικ λέγει, ὅτι ... ἀρετῆς, ...
ibid. Idibus mussito) Id. Iun. Ioui Inuicto templ. positum. *ibid. Quinquatrus)* Quinquatrua minuscula. Vide Varr. lib. 5. de ling. Lat.
ibid. Tibicini usus) Tibicinum vsus.
307. *Frangeret artis opes)* Minueret quæstum tibicinum. *ibid. Pompa qui funeris irent)* Qui funerum pompæ interessent.
ibid. Exilio mutant urbem, Tiburque recedunt) Roma Tibur secedunt. Vide Plutar. Quæst. Rom. LV.
308. *Nemo nulla foro)* Quæ canebantur ad tibias, quæ Splaunnai αὐλοὶ dicebantur. Stat. lib. 6. Theb. Quum sign. luctua cornu gr. mugit adunco Tibia.
ibid. Præcompositio) Vultu ficto, ad exterrendum ficta trepidatione. *ibid. Soluere)* Dimittere.
ibid. Auctor) Patronus qui te manumisit. Vide Cicer. Topic. *ibid. Scirpea lata fuit)* Vrbe ex crate. Varr. Sirpea, quæ virgis sirpatur, id est, colligando implicatur, in qua stercus aliudve quid euehitur.
ibid. Claudius) App. Claudius Censor.
ib. Alios) Tibicinea, qui in vrbe erant.
ibid. Collegæ) C. Plautij, qui statuerat in eos animaduertere. 309. *Festa* Quinquatrus maiorca.
ibid. Prima terebrato) Minerua tibiæ inuentrix.
ib. Abiectam aspiæ ripa suo) De Minerua tibiam abiiciente vide Plutarch. in Alcib. & περὶ ἀοργησίας. Proper. lib. 2. *ibid. Satyrus)* Marsyas. Vide lib. 6. Metam.
310. *Cæsare cesserunt)* Hypallag. pro, cutia recisa cessit à membria.
ibid. Quæ tu Dodoni Thyene) Postrema Hyadum: cuius mentione illarum ortum indicat συνεκδοχικῶς.
ibid. Hæc est illa dies) XVII. Kal. Iul. Stercua ex æde Vestæ in Tibr. deferebatur.
ibid. Stella serena polos) Luciferum videtur innuere. Est enim notatio primi diluculi. Quid si Arctur. intelligeret & Canopum: quorum ille Boreal. hic Australem ambit polum, atque vterque Alexandriæ videtur, estque primæ magnitudinis?
ib. Nam duo sunt) Hi duo versus ab Aldo omissi sunt. *ibid. Tollet humo)* Humerus dexter Orion. heliacè oritur.
ibid. Delphin) Delphinna totus apparet vesperi oriena cum sagittario.
311. *Saltat hic olim Volsci Aequosque fugatos)* Aequi & Volsci ab A. Postumio Tuberto Dict. fugati in Algido, An. ab. V. C. CCCXXII.
ibid. Suburbano) Aequi enim appositi Romæ sunt, nec Volsci longè ab vrbe sunt.
ibid. Iam sex & totidem luces) Colum. XIII. Kalend. Iul. sol. introitum in Cancro facit.
ib. Cœpit Auentina Pallas) Mineruæ in Auent. sacr.
ibid. Iam tua Laomedon oritur nurus) Aurora vxor Tithoni, F. Laomedontis.
ibid. Summano templa) Summano sacrum: cuius sacell. in fastigio Templi Iou. Capitol. ædes prope Circ. Max. 312. *Plenáque secura)* Notatio noctis præcedentis XXI. Iulij, qua ineûre Ophiuchus oritur. *ibid. Hippolytus)* De Hippoly. vide xv. Metam.
ibid. Hippolytus. Aesculapius Apoll. ex Coronide nympha F. *ibid. Profuerant Glauco)* Glauc. Minois F. in vitam reuocauerant.
313. *Anguis ab angue dato)* Serpentia, qui serpentem ab Aescul. bacillo necatum, cùm à Minoë inclusus esset in sepulchro Glauc. herba capiti imposita vitæ restituit. *ib. Virbius)* Virgil. VII. versóque vbi nomine Virbius esset.
ib. Querebatur) Ob interemtum à Ioue Aescul.
ibid. Deus est) Inter sidera relatus est.
ib. Placare parenti) Noli irasci Ioui.
ibid. Non ego te) Ἀντίσπαστικά ad Cæs. German.
314. *Quartus ab extremo)* IX. Kal. Iul. Flamin. Cos. ab Annibale occisus.
ibid. Postera lux melior) VIII. Syphax à Masanis. victus Hasdr. cæsus. Forti Fortunæ sacr.
315. *Fortis honores)* Hæc Plutar. ἴσχυρᾶς, ἀνδρείας & ... est, libell. περὶ τύχης. De qua vide Dinnys. Halicar. Var. lib. 5. de ling. Lat.
ib. Ferte coronata) Naues coronatæ per Tiber. coninita ducebant.
ib. Debuncerit. Orion. aspicienda mihi) VI. Kalend. Orion. Zona oritur heliacè.
ib. Venturum tempus solstitiale) Solstitium.
ib. Luciferoque subeunte) V. Kal. templ. Laribus positum.
ib. Tempus idem Statoris erit) Iou. Statoris ædes contra ædem Vestæ in radicibus Palatini.
ibid. Tot restant de mense dies) IV. Kalend. templ. Quirino constitutum in colle Quirinal.
ibid. Vos addixerit ipse) Herculis & Musarum ædes commun. posita in aditu circi Flamin. à Martio Phil. Augusti vitrico Sueton.
ib. Anco) Anco Marcio rege, Numæ Martij F. quem Numa Pompil. primum pontificem creauit.

CALENDARIVM VETVS ROMANVM.

OSTENDENS, QVI DIES TOTO ANNO ROMÆ olim Fasti, Comitiales, Senatorij, Iudiciales, Nefasti, &c. fuerint: eximiam lucem adferens lectioni scriptorum CICERONIS, OVIDII, & totius Romanæ antiquitatis.

EX EPISTOLIS PAVLI MANVTII.

Ianuarius.

A. K. IAN. F.
B. F.
C. C.
D. C.
E. NON. F.
F. F.
G. C.
H. C.
A. AGON.
B. EN.
C. CAR. NP.
D. C.
E. EID. NP.
F. EN. Dies *vitios.* Ex S C.
G. CAR.
H. C.
A. C.
B. C.
C. C.
D. C.
E. C.
F. C.
G. C.
H. C.
A. C.
B. C.
C. C.
D. C.
E. F.
F. C.
G. C.
XXXI.

Februarius.

H. K. FEB. N.
A. N.
B. N.
C. N.
D. NON.
E. N.
F. N.
G. N.
H. N.
A. N.
B. N.
C. N. H.
D. EID. NP.
E. N.
F. LVPER. NP.
C. EN.
H. QVIR. N. P.
A. C.
B. C.
C. C.
D. FERAL. F.
E. C.
F. TER. NP.
G. REGIF. N.
H. C.
A. EN.
B. EQ. NP.
C. C.
XXIX.

Martius.

D. K. MAR. NP.
E. F.
F. C.
G. C.
H. C.
A. NP. *Hoc die Cæsar Pont. Max. factus.*
B. NON. F.
C. F.
D. C.
E. C.
F. C.
G. C.
H. EN.
A. EQ. NP.
B. EID. NP.
C. F.
D. LIB. NP.
E. C.
F. QVIN. N.
G. C.
H. C.
A. N.
B. TVBIL. NP.
C. Q. REX. C. F.
D. C.
E. C.
F. NP. *Hoc die Cæsar Alexand. recipit.*
G. C.
H. C.
A. C.
B. C.
XXXI.

Aprilis.

C. K. APR. N.
D. C.
E. C.
F. C.
G. NON. LVDI.
H. NP. LVDI.
A. N. LVDI.
B. N. LVDI.
C. N. LVDI.
D. N. LVDI.
E. N. LVDI.
F. N. LVDI. CERERI.
G. EID. N. P. LVDI.
H. N.
A. FORD. NP. LVDI.
B. N. LVDI.
C. N. LVDI.
D. N. LVDI.
E. CER. N. L. *in Circ.*
F. N.
G. PAR. NP.
H. N.
A. VIN. NP. VINALIA.
B. C.
C. ROB. NP. ROBICALIA.
D. F.
E. C.
F. NP. LVD. FLOR.
G. C. LVDI.
H. C. LVDI.
XXX.

Maius.

A. K. MAI. N.
B. F. COMP.
C. C.
D. C.
E. C.
F. C.
G. NON. N.
H. F.
A. LEM. N.
B. C.
C. LEM. N.
D. NP. L. V. M. *in Cir.*
E. LEM. N.
F. C.
G. EID. NP.
H. F.
A. C.
B. C.
C. C.
D. C.
E. ACON. NP.
F. N.
G. TVB. NP.
H. Q. REX. C. F.
A. C.
B. C.
C. C.
D. C.
E. C.
F. C.
G. C.
XXXI.

Iunius.

H. K. IVN. N.
A. F. MART. CARMONET.
B. C.
C. C.
D. NON.
E. N.
F. N.
G. N. MENTI IN CAPI.
H. VEST. NF. PR.
A. N.
B. MAT. N.
C. N.
D. EID. N.
E. N.
F. Q. ST. D. F.
G. C.
H. C.
A. C.
B. C.
C. C.
D. C.
E. C.
F. C.
G. C.
H. C.
A. C.
B. C.
C. C.
D. C.
E. C.
XXX.

Iulius.

P. K. IVLII. N.
G. N.
H. N.
A. NP.
B. POP. LIF. N.
C. N. LVDI APOL.
D. NON. N. LVDI.
E. N. LVDI.
F. N. LVDI.
G. C. LVD I.
H. C. LVDI.
A. NP. LVDI.
B. C. LVDI. *in Circ.*
C. C. MERK.
D. EID NP. MERK.
E. F. MERK.
F. C. MERK.
G. C. MERK.
H. LVCAR. NP. Mer.
A. C. LVD. *vict. Cæsar.*
B. LVCAR. LVDI.
C. C.
D. NEPT. LVDI.
E. N. LVDI.
F. FVR. NP. LVDI.
G. C. LVDI.
H. C. IN CIRC.
A. C. IN CIRC.
B. C. IN CIRC.
C. C. IN CIRC.
D. C. IN CIRC.
XXXI.

Auguſtus.

E. K. AVGVST. N.
F. C. FER.
G. C.
H. C.
A. NON. F.
B. F.
C. C.
D. C.
E. NP.
F. C.
G. C.
H. C.
A. EID. NP.
B. F.
C. C.
D. C.
E. PORT. NP.
F. C. MERK.
G. VIN. F. P.
H. C.
A. CONS. NP.
B. EN.
C. VOLC. NP.
D. C.
E. OPIC. NP.
F. C.
G. VOLC. P.
H. NP. H. D. *Ara victoriæ in curia dedic. eſt.*
A. P.
B. F.
C. C.
XXXI.

September.

D. K. SEPTEMB. N. Hoc *die Fer. Nep.*
E. N.
F. NP.
G. C. LVDI. ROM.
H. NON. F. LVDI.
A. F. LVDI.
B. C. LVDI.
C. C. LVDI.
D. C. LVDI.
E. C. LVDI.
F. C. LVDI.
G. N. LVDI.
H. EID. NP.
A. F. F. Equor. Prob.
B. N. LVDI ROM.
C. C. IN CIRC.
D. C. IN CIRC.
E. C. IN CIRC.
F. C. IN CIRC.
G. C. MERK.
H. C. MERK.
A. C. MERK.
B. NP. MERK.
C. C. *Auguſti natalis ludi circ.*
D. C.
E. C.
F. C.
G. C.
H. P.
A. C.
XXX.

October.

B. K. OCTOB. N.
C. F.
D. C.
E. C.
F. C.
G. C.
H. NON. F.
A. F.
B. C.
C. C.
D. MEDIT.
E. AVGVST. NP.
F. FONT. NP.
G. EN.
H. EID. NP.
A. F.
B. C.
C. C.
D. ARM. NP.
E. C.
F. C.
G. C.
H. C.
A. C.
B. C.
C. C.
D. C. LVDI. VICT.
E. C. LVDI.
F. C. LVDI.
G. C. LVDI.
H. C. LVDI.
XXXI.

Nouember.

A. K. NOVEMB. N.
B.
C.
D.
E. NON. F.
F. F. LVDI.
G. C. LVDI.
H. C. LVDI.
A. C. LVDI.
B. C. LVDI.
C. C. LVDI.
D. C. LVDI.
E. EID. NP. Epul. indict.
F. F.
G. C. LVDI PLEB. IN CIRC.
H. C. IN CIRC.
A. C. IN CIRC.
B. C. MERK.
C. C. MERK.
D. C. MERK.
E. C.
F. C.
G. C.
H. C.
A. C.
B. C.
C. C.
D. C.
E. P.
F. C.
XXX.

December.

G. K. DECEMB. N.
H.
A.
B.
C. NON. F.
D.
E. C.
F. C.
G. C.
H. C.
A. AGON. NP.
B. EN.
C. EID. NP.
D. F.
E. CONS. NP.
F. C.
G. SAT. NP. *Feriæ Saturnal.*
H. C.
A. OPALI. NP.
B. C.
C. DIV. NP.
D. C.
E. LAR. NP.
F. C.
G. C.
H. C.
A. C.
B. C.
C. P.
D. P.
E. C.
XXX.

DE VETERVM DIERVM RATIONE.

SI duo dierum in genera distebui annum oporteat, multifsriam rectè diuidetur: vt sic, Annus constat ex diebus vel fastis, vel nefastis: aut sic, ex diebus vel festis, vel profestis: aut sic, ex diebus, vel senatoriis, vel non senatoriis: aut sic, ex diebus vel comitialibus, non comitialibus.

Harum enim quatuor diuisionum, si separatim singulæ considerentur, totum annum quælibet complectitur. Nos autem, cùm de diebus ea, quæ scitu digna censuimus, quæque ad Romanæ historiæ notitiam valde pertinent, breuiter ostendere instituerimus: ex bis diuisionibus vtemur ea, in qua quæ maior pars est, (duas enim partes habent singulæ) ea cum ea parte, quæ in aliis diuisionibus item maior est, comparata vberior aliquanto esse cognoscitur.

Incipiemus igitur à nominatis in prima diuisione, fastis & nefastis: quandoquidem fasti, quæ duarum primæ diuisionis partium plenior est, plures in anno sunt, quàm quæcunque pars in tribus reliquis diuisionibus, latius patet, hoc est, quàm vel profesti, vel non senatorij, vel non comitiales.

Quòd si quis opponat, in Kalendario plures notatos esse dies litera C quàm litera F. vnde plures significantur dies comitiales, quàm fasti: itaque non rectè me à fastis, vt à pleniore parte exordiri: sciat non à me fastos modò vocari, quos notatos litera F videmus, sed omnes planè, quibus fari tria verba, do, dico, addico, prætori licebat: quotum è numero comitiales erant, & ij, quos in Kalendario hæ literæ demonstrant. EN. N P. Q. R EX. C. Q. ST. D. F. P. quibus omnibus cùm fari liceret, etiamsi non id semper fieret. Qua de causa notari sunt aliis literis potius, quàm F, vt indicetur, præter fari, aliquid etiam fieri licuisse: non absurdè mihi facere videor, si ad fastos litera F. notatos, qui quidem verè fasti dici possunt, quòd iis aliud prorsus nihil fiebat, quo prætor à iure dicendo impediretur, eos quoque dies aggrego, quibus fari semper quidem licebat, non tamen, quod liceret, fieri semper solebat.

Vt omninò tria essent genera, quibus de singulis agetur suo loco: primùm fasti ij, quibus fari semper & liceret, & soleret: qui notantur litera F. suntque omnes 38. hi & propriè erant fasti, & toti: propriè, quòd per eos, nisi cum aliquis casus extra ordinem interueniret, nunquam prætor ius non dicebat: toti, quòd fari horis omnibus liceret. Alterum genus, fuit, fasti ij, qui & ipsi propriè fasti erant, sed non toti: quòd iis quidem omnibus fari, non tamen horis omnibus liceret. Erant autem hi, EN. NP. FP. Q. REX. C. F. Q. ST. D. quas literas infrà exponemus. atque hi erant omnes LXV. Tertium genus comitiales fuere, casu fasti, non propriè: quia, cùm comitia non haberentur, tunc fari solum prætor solebat. Hi modò toti erant fasti, cùm nulla scilicet comitia haberentur: modò ex parte, cùm haberentur illa quidem, sed minimè per totum diem. hi CLXXXLV. erant.

Nos fastos omnes vocamus, quibuscunque fari liceret, siue fasti propriè, siue non propriè essent: itaque ab his profecti, paulatim progrediemur diuidendo, vt, qui nobis propositus est huius narrationis finis, eò perueniamus.

Omnes igitur dies, aut fasti sunt, aut nefasti: & fasti, partim festi: partim profesti.

Festos plerosque partim fastos, partim nefastos fuisse, vt, Quirinalia, Lupercalia, Terminalia, ex Kalendario cognoscitur. quibus enim festis diebus, adscriptum est, N P. ij sunt nefasti simul & fasti, nefasti priore parte, fasti posteriore. Dies Feralia adscriptum habet F. qui festus propriè non fuit, sed gestandæ ad mortuos cœnę dicatus dies: quod quia non hora stata fiebat, sed vt cuique commodum erat: ideo totus potuit esse fastus. propterea, vt opinor, litera F. notabatur.

Festis porrò diebus non dubito quin omnibus haberi senatum licuerit. cuius exempla sunt in antiquorum libris admodum multa.

Quantum solenne hoc non erat, vt semper diebus festis senatus haberetur, sed legitimum, vt haberi posset: solenne autem illud, statum ex more maiorum, vt Kalendis, nonis, idibus haberetur.

Itaque in Kalendario, neque Kalendis, neque Nonis, neque Idibus, litera C. quæ comitiales dies significabat, per quos haberi senatus non poterat, neque diebus omnino vllis festis adhæret.

Profesti dies aut fasti erant, aut nefasti, & omnibus profestis nefastis haberi senatum licebat: profestis autem fastis nôn planè omnibus, sed iis tantum, qui comitiales non essent.

Quibus autem profestis haberi senatus poterat, iis omnino agi cum populo non poterat. contrà, quibus profestis haberi senatum non licebat, iis agi quidem cum populo licebat, nec tamen semper agebatur: cùm ea res ex eorum voluntate penderet, penes quos populi cogendi potestas esset. Non enim, quod licet, id etiam necesse est.

Quod autem dixi, comitialibus haberi senatum non licuisse: declarant illa verba in epistola Cicer. ad fratrem: quæ tertia est lib. II. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. & illa in S.C. quod Cælius ad Ciceronem misit, epist. fam. lib. VIII. Vtique eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, S.C. fecerunt. Quibus verbis quod extra ordinem à senatu eo S.C. decretum est, id omnino fieri solitum non esse, dilucidè constat.

Ita senatus fastis quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat. siquidem comitiales inter fastos iam retulimus. nefastis autem haberi omnibus potuisse, iam diximus.

Sanè qui me torqueat, nodus est, mihi quidem perdifficilis, in epistola ad Atticum lib. I. in qua, cum dixisset iam, Nam cum dies venisset rogationi ex S. C. ferendæ: paucis pòst versibus subiunxit: Senatus vocatur. quod certè mos maiorum minus ferre videbatur. nam si rogationi ferendæ dies est, certe comitialis est, quòd si comitialis: haberi sena-

tum prorsus non licet: cuius rei testimonio sunt ea, quæ paulò antè recitauimus, & ex epistola ad fratrem verba Ciceronis, & è S.C. nisi si factum id extra ordinem dicamus: vt Pisonis consulis iniquissimis conatibus obuiam iretur: qui cùm esset lator rogationis, & eius rogationis, quam ex S. C. & de religione ferebat: idem tamen erat dissuasor.

Comitialium magnus erat numerus: eósque fuisse dies fastos, quod suprà dixi, ita existimo, vt mihi videar affirmare posse. non enim inani quadam coniectura, sed certa in primis, vt puto, ratione commoueor. video enim in orationibus Ciceronis in Pisonem, de prouinciis consularibus, pro Sextio, mentionem fieri ea de lege, qua Clodius tribunus pl. sanxit, vt omnibus diebus fastis agi cum populo liceret. quo fit apertum, fastis quibusdam non id licuisse, quod, vt omnibus liceret, lege Clodia sancitum est: quam tamen legem non fuisse obseruatam, demonstratum est à nobis in libro de legibus Romanis.

Nec verò mirari satis possum: cùm fastos aliquos fuisse comitiales, pateat: qui venerit in mentem Macrobio, fastis, dicere, lege agi licuisse, cum populo non licuisse? comitialibus autē vtrunque licuisse. quorum alterum verè dictum constat, comitialibus, inquam, & lege agi, & cum populo licuisse: quia scilicet comitiales erant de numero fastorum: itaque & illud, omnium fastorum commune, habebant, vt lege agi posset, & hoc præterea proprium, vt etiā cum populo posset: alterum autem, de fastis diebus, quibus ait lege agi licuisse, cum populo non licuisse, in prima parte verum esse video, in secunda, qui possit non esse falsum, haud facilè reperio. qui enim fastis agi cum populo non licet, cùm comitiales omnes fasti sint, & comitialibus agi licuisse cum populo, iam ostenderim? Dixisset hoc modò: Fastis omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet: nihil erat, quod reprehenderes: siquidem, quod docuimus, quibusdam fastis agi cum populo poterat, quibusdam non poterat: quibus poterat, eos si qui fastos, aut fastos comitiales diceret, non erraret, cùm dies fuerit nullus comitialis, quin idem & fastus: sed comitiales potius, quàm fasti, vt à reliquis fastis proprio nomine distinguerentur, & comitiales itē potius, quàm fasti comitiales, breuitatis causa vocabantur. Verū quia libenter, quantum in me est, antiquitatem soleo tueri: Macrobium, à quo multa didici, quasi gratiæ referendæ loco ita conor excusare: vt, cùm fastos nominauit, de iis tantùm intellexerit, qui fasti vulgò dicebantur, non etiam de ijs, qui etsi fasti ipsi quoque erant, comitiales tamen appellabantur. spectauit igitur non verbi vim, quæ dies omnes, quibus prætor tria verba fari posset, siue comitiales essent, siue non, complectitur, sed consuetudinem loquendi, quòd fastus nominabant eos, quibus tantùm lege agi posset: cùm eos, quibus cum populo posset, comitiales præcipuo vocabulo mallent appellare.

Quæritur hîc fortasse: cùm comitiales omnes essent fasti, iisque & cum populo & lege agi posset: cum populo, quia comitiales: lege, quia fasti: fierétne simul vtrunque. Negatur. nam etsi licebat vtrunque eodem die, non tamen vtrunque poterat eodem tempore. cùm enim populus in forum conuenisset, quid iudicibus, aut litigantibus, loci relinqueretur? porrò, si vocaret locus, qui tamen posset prætor, aut iudices, in tanto strepitu, quantus coactæ in vnum locū multitudinis solet esse, eorum qui causas agerent, orationes attentis auribus animisque, vt par est, excipere? sedata mente diligenter aliquid considerantibus opus est. itaque absurdum est credere, potuisse eodem tempore & cum populo agi, & iudicijs operam dari: sicuti fastis iis, qui comitiales non erant, eodem quidem die, non tamen eodem tempore, & lege actum, & senatum esse habitum inuenio, sic, vt lege ageretur primùm: deinde senatus haberetur. quod cùm ex aliis locis, tum ex 3. & 12. epistola libri II. ad Quinctum fratrem intelligitur.

Ergo, cùm omnes comitiales essent fasti, non quia semper lege ageretur, sed quia semper liceret, si modò cum populo non ageretur, (nec enim vtrunque simul fieri, iam diximus) ita concludemus: fastos, litera F. in Kalendario notatos, iurisdictionem omnes habuisse: fastis, litera C. notatis, & ius dici, & agi cum populo eodem die, non eodem tamen tempore potuisse: ideóque fastos eos quoque fuisse dico, non ex eo, quod fieret, sed ex eo, quod liceret. Hæc de fastis.

Supersunt nefasti. His omnino neque lege agi, neque cum populo licebat. cùm enim opponantur fastis, quorum è numero sunt comitiales, eo iure, quod omnes fasti, siue comitiales, siue non comitiales, habent, prorsus careant necesse est. Festus etiam sic: Die nefasto apud prætorem lege agere, religiosum erat.

Causas tamen agi, & concionem haberi, & legem promulgari licebat. nam neque causas agi, est lege agi: neque, concionem haberi, aut legem promulgari, est cum populo agi: quæ probare singula, magni negocij non est. Agitur lege cùm prætor tria verba fatur, Do, dico, addico: qui est vltimus iudicij dies: cùm verò causis audiendis prætor operam dat, lege tunc non agitur. quare fastos esse necesse non est omnes dies, quibus aut pro reo, aut contra reum dicitur: sed, fastum eum esse vnum, quo prætor, aut qui iudicio præest cum consilio iudicum sententiam ferre debet. Itaque in epist. 3. lib. 2. ad Quinctum fratrem: Ad 3. idus, inquit, dixi pro Bestia de ambitu, apud prætorem Cn. Domitium. quem tamen diem (est autem 3. idus Februarij) fastum non fuisse, Kalēdarium indicat: notatur enim, vt nefastus, litera N. nec omnino de octo diebus, qui ab idibus appellantur, mense Februario fastus vllus fuit. Quod ideo placuit admonere, ne quis argueret, verba veterum à me, quorumdam exemplo, falsa recitari: quoniam quidem in ea, quam nominaui, ad fratrem epistola, non Ad 3. idus, sed Ad 4. in omnibus legitur & impressis, & scriptis libris. nam, siue 4. siue 3. legas, vtrunque diem, & planè, vt dixi, omnes idus Februarij inter nefastos fuisse, apposita litera N. significat, vltimo tamen die, hoc est, idibus ipsis, excepto: qui nefastus priore, fastus posteriore parte fuit: notatur enim sic, NP.

Conciones ad populum illæ quidem, nec tamen comitiali tantùm die, sed & fasto, qui comitialis non esset, & nefasto pariter habebantur.

Non enim quenquam in eo falli velim, quia fortasse, agi ad populum, & agi cum populo, idem esse videatur: quæ diuersa sunt. Nam agebatur ad populum, cùm ad populum concionem aliquis habebat: vt Gell. docet lib. XIII. cap. 5. Agebatur autem cum populo, vt ait Festus, cùm magistratus ad consilium comitia vocabat, quod fieri comitiali duntaxat die licebat: concionari autem omnibus æquè diebus licuisse, exempla demonstrant.

Itaque quoties aliquod S.C. erat factum, dimisso senatu, & S.C. ad populum recitato, magistratus aliquis, aut etiam priuatus senator, concione ei à magistratu data, ad populum verba faciebat. nec tamen is erat dies comitialis. nam comitialibus fieri S. C. aut omnino senatum haberi non potuisse, demonstratum est. & Festus hæc apertè distinguit, cùm ait: Forum est, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi, soleant. Quo die igitur agi cum populo, eodem agi apud populum licebat: quo autem apud populum, eodem agi cum populo, non semper licebat. exempla sibi quisque notet in legendo: quod facilimum est: sunt enim infinita. itaque puto me facere non ineptè, quòd ijs recitandis, quæ passim extant, contexendum mihi esse tempus non existimem. Illud addendum videtur, cùm aduocabatur concio, vt populus aliquid suffragijs, rogante magistratu, sciceret, tunc actum esse cum populo, non ad populum: cùm verò magistratus, aut etiam priuatus aliquis, magistratu ei concionem dante, ad populum verba faciebat, non vt suffragia deinde ferrentur, sed vt aliquid exponeretur, quod suffragii lationem non exigeret, tunc non cum populo, sed ad populum actum esse.

Aliud est igitur habere concionem: aliud, aduocare concionem. ipsum, habere concionem, est agere apud populum: aduocare concionem, si aduocatur, vt suffragia ferantur, est agere cum populo. Ideo scripta sunt hæc apud Macrobium lib. 1. Sat. Iulius Cæsar auspiciorum lib. 16. negat nundinis concionem aduocari posse, id est, cum populo agi: ideóq; nundinis Romanorum haberi comitia non posse.

Addita enim sunt illa verba, id est, cum populo agi, quia non semper concione aduocata, cum populo agebatur, sed interdum ad populum duntaxat: nundinis autem, cum populo quidem agere non licuit: ex quo sequebatur, vt comitia haberi non possent: ad populum autem agere, hoc est, concionem habere, certè licuit: non enim aduersatur illud, quod à Cicerone scriptum est libro 4. ad Atticum. Ante diem X. Kal. nundinæ: concio biduo nulla. Quibus verbis id, quod factum non est, non id quod non licuit, ostenditur. nam quòd haberi nundinis comitia non possent, quod non ex Macrobio tantùm, verùm etiam ex Plinio lib. 18. cap. 3. cognoscitur: propterea ne concionandum quidem P. Clodius, Appius, Metellus, eius fratres, putauerunt: qui proximis diebus, comitiorum causa, conciones habuerant.

Superest de lege promulgāda. id enim de tribus, quæ proposuimus, erat tertium. Ferendæ legis, & promulgandæ, non eadem ratio fuit. ferebatur die tantùm comitiali, promulgabatur etiam non comitiali, siue fastus siue nefastus esset. itaque C. Cato tribunus pl. rogationem de abrogando Lentuli imperio, die non comitiali promulgauit. cùm enim & post. 4. nonas Februarij. & ante 8. idus eiusdem mensis promulgauerit: quod ex epistola 2. lib. 2. ad fratrem colligitur: comitiali die promulgare non potuit, ac ne fasto quidem. primi idem duodecim Februarij dies ne fasti omnes fuerunt. Haberi autem senatum per nefastos omnes licebat: nec per omnes tamen, sed tantùm cùm res postularet, habebatur, eorum magistratuum, quibus id iuris erat, arbitratu.

Ita senatus in hoc præstare populo videbatur: quòd agi cum populo per vnum modò dictum genus, hoc est, per comitiales, quæ fastorum pars erat: haberi autem senatum per duo genera, hoc est, & per fastos eos, qui comitiales non essent, & per nefastos omnes, licebat.

Erant præterea dies aliquot promiscui, qui neque fasti poterant appellari, cùm lege agi per eos totos, neque omnino liceret, neque omnino non liceret, sed partim fasti essent, partim nefasti. horum tria erant genera. alij, prima & postrema diei parte, nefasti, media fasti: qui dicebantur intercisi, & in Kalendario bis duabus literis notantur, E N. quod est, Endotercisi, pro intercisi. veteres enim endo pro in vsurpabant. itaque dixit Cicero lib. 2. de legibus: Quos endo cœlum merita vocauerint. Et Festus notat. Endoitium, pro initium. Varro autem lib. 3. de re rust. Endo suam domum. Alij priore parte nefasti: qui notantur ipsi quoq; duabus literis N P. sed coniunctis hoc modo N P. quod valet, Nefastus primò, cuiusmodi fuisse dies ferè omnes festos, inspecto Kalendario cognoscitur. Nonnulli priori parte fasti, posteriore qui nefasti: notantur sic, F P. quod Fastus primò significat. quo ex genere videmus in Kalendario Vinalia fuisse. Dies eos, qui priore parte aut fasti erant, aut nefasti, de veteribus, quod meminerim, nemo nominat.

De fastis autem media diei parte, hoc est, de intercisis, Varro sic lib. 5. de lingua Latina: Intercisi dies sunt, per quos mane & vesperi est nefas, medio tempore, inter hostiam cæsam, & exta porrecta, fas: à quo, quòd fastum intercedit, intercisi dies, aut quod intercisum nefas.

Patet iam, his literis, quæ sunt in Kalendario: F. N. C. F P. N P. E N. sex dierum genera significari, fastos, nefastos, comitiales, fastos primo, nefastos primò, intercisos.

Quòd si cui veniat in mentem, hac duarum literarum connexione, N P. non significari, quod nos diximus, nefastus primò, sed potius, nefas prætori: huius opinionem argumentum primò, è coniectura, vel ex ipsa potius, vt ego sentio, ratione ductum, deinde etiam historiæ veteris infirmat auctoritas. argumentum est hoc. Nemo cui pauciora sufficiunt, pluribus vtitur. quid opus erat, vt dies, quibus adscriptum videmus N P. nefasti esse indicarentur, duas potius literas, quàm vnam, apponerêtur N P. inquam non N? præsertim cùm nefasti dies omnes ita notentur, N. sicuti & fasti eorum quasi aduersarij, vna litera F. demonstrantur. Age dicat aliquis, leue hoc esse, planè nugatorum argumentum. quod sanè mihi videtur contrà. quid Ciceroni respondebitur? mendaciine & falsitatis, quasi testem corruptum, aut inscientem, arguemus? non ita, vt opinor, quisquam desipiet. Sunt igitur hæc in epistola. Risi, Ciceronis verba, lib. 2. ad fratrem. Cognosce nunc idus. Decimus erat Cælio dies. Domitius ad numerum iudices non habuit. Quibus verbis cùm idus Februarij, de quibus Cicero loquitur, fastum ex parte diem fuisse, satis constet: quandoquidem eo die prætor Domitius, vt de reo cognosceret, sententiámque ferret, in forum descendit: sequitur, vt N P. quod idibus omnium mensium, exceptis Iuniis, in Kalendario adscriptum videmus, nefastus dies omnino significari non possit. Eodem in libro altera est epistola, quæ sic incipit. Sextius noster absolutus est ad II. idus Mart. qui dies, si eo die Sextius absolutus est, certè nefastus planè non fuit: fuit autem, cùm ei sit adiunctum N P. priore quidem par-

te nefastus, posteriore autem fastus: sicut & idus Februarij, de quibus proximè diximus, & omnes dies, quibus in Kalendario NP. appositum animaduertimus.

Aggrediamur nunc, quando dierum rationem, quæque eos literæ significant, satis multis verbis, atque etiam vt arbitramur, satis verè exposuimus, alias, quæ in Kalendario sunt, literas, aut concisas, eóque obscuriores, dictiones interpretari: vt quos antiquitas capit, eorum commodis pro nostra virili parte consulamus.

KALENDARII ROMANI EXPLANATIO.

NON. nonæ. AGON. Agonalis. Ouidius. EN. endotercisus, pro intercisus. CAR. Carmentalia: quòd sacra tum, & feriæ Carmentis. Varr. EID. idus. LVPER. Lupercalia: quòd in Lupercali Luperci sacra faciunt. Varro. QVIR. Quirinalis. à Quirino, quòd huic deo feriæ. FERAL. Feralia: ab inferis, & ferendo, quòd ferunt tum epulas ad sepulcrum, quibus ius ibi parentare. TER. Terminalis: quòd is dies anni extremus constitutus. duodecimus enim mensis fuit Februarius. REGIF. Regifugium. Ouidius. quanquam est inter Ouidium & Kalendarium de die Regifugij controuersia. ille enim assignat Februarij diem 23. in Kalendario autem video ad 26. esse appositum, nec sanè, si modò Regifugij dies N. fuit, videtur esse potuisse die 23. hoc est, terminalibus, qui NP. dies fuit. alioqui dies idem & NP. & N. fuisset. EQ. Equiria. Varro. Festus. Ouidius. LIB. Liberalia. Varro. QVIN. Quinquatrus. Varro. TVBIL. Tubilustrum, quòd eo die in atrio sutorio sacrorum tubæ lustrantur. Varr. Ouidius, Festus Q. REX. C. F. quando rex comitiauit. fas. Varro, Festus. CIRC. Circenses. FORD. Fordicidia: à fordis bubus. bos forda, quæ fert in ventre, quòd ea die publicè immolantur boues prægnantes in curiis, complures à fordis cædendis fordicidia dicta. Varro. CER. Cerealia. Varro. PAR. Parilia: à pariendo. vt ait Victorinus Afer. Alij, Palilia, à Pale, quòd eo die Feriæ ei deæ fiunt. Varro, Ouidius lib. 5. Fast. Festus in verbo, Pales, & Parilibus. VIN. Vinalia, à vino. Varro. ROB. Robigalia. dicta ab Robigo, secundum segetes. Varro. FLOR. Floralia. Ouidius, Plin. COMP. Compitalia. LEM. Lemuria. Varro, Ouidius. LVD. MART. IN CIRC. Ludi Marti in Circo. Ouidius. MART. CAR. MONET. Marti, Carnæ Deæ Monetæ Iunoni. Macrobius, Ouidius. IN CAPIT. In Capitolio. VEST. NF. PR. Vestæ, nefas Prætori. MAT. Matri Matutæ, Ouidius. Q. ST. D. Quando stercus defertur. Varro, Festus, Ouidius. POPLIF. Poplifugium, pro populifugium. APOLLIN. Apollinares. MERC. Mercatus. VICT. CAESAR. Victoriæ Cæsaris. NEPT. Neptunalia. FER. Feralia. HISP. Hispaniam vicit. PORT. Portunalia. VIN. F. P. Vinalia, fas Prætori. Varro, Plinius CONS. Consualia. Plutarch. VOLC. Volcania. Varro. OPIC. Opiconsiua. Varr. VOLT. Volturnalia. Varro. H. D. ARA. VICTORIAE IN CVRIA DEDIC. EST. hoc die ara victoriæ dedicata est. FER. NEP. Feriæ Neptuno. F. EQVOR. PROB. Feriæ equorũ probandorum. Val. Max. lib. 2. LVD. CIRC. Ludi Circenses, in Augusti die natali. Suetonius, Dio. MEDIT. Meditrinalia, à Meditrina dea. Varro. AVGVST. Augustonalia. FONT. Fontanalia. Varro. ARM. Armilustrum. Varro. EPVL. INDICT. Epulum indictum. LVD. PLEB. IN CIRC. Ludi plebei in Circo. Suetonius. AGO. Agonalia. SAT. Saturnalia Macrob. OPAL. Opalia. Varro, Macrobius. DIV. Diualia, Diui Iulij dies festus. LAR. Larentinalia, Varro, Ouidius. Plutar.

De ratione interkalandi.

ALDI MANVTII PAVLLI F. ALDIN.

Ex libr. I. de Quæsitis per epistolam.

TRiplici Anno Romanos diuersis temporibus vsos esse, sciendum est: primo primi regis Romuli, altero Numæ, tertio C. Cæsaris, qui perpetuam dictaturam obtinuit. Sed Romulus, bellorum peritior quàm astrorum, incerto vsus est anno, qui dies CCCLX. in duodecim mensibus complexus, vt Licinius Macer, Fenestella, Plutarchus credidere, vel CCCIV. in decem mensibus, vt Iunio Gracchano, Fuluio, Varroni, Suetonio, Censorino, Macrobio, Solino placuit, quibus ego assentior: neque cum Lunæ rationibus congrueret, vt annus Græcorum, qui dies habuit CCCLIV. quem secutus est Numa, neque cum Solis cursu, vt Aegyptiorum annus, quos C. Cæsar postea imitatus, annum ex dieb. CCCLXV. & quadrante constituit. Ouidium quidem lib. 3 Fastorum posuisse, annum Romuli cum Lunæ decimo orbe terminatum, valde miror. nam si ita fuisset, cur Numa curam anni ad Lunæ cursum dirigendi postea suscepisset? Macrobio igitur potius in hac re, quàm Ouidio, credendum: cùm præsertim errauerit idem Ouidius in eo, quia Numam à Pythagora doctum in eodem libro tradit: in quo Macrobius vidit acutius, qui dixit Numam ante Pythagoram fuisse: quod Liuius quoque sensit, & in eo falsam aliorum opinionem coarguit. Inscitia Romuli necessitatem attulit interkalandi. nam, cum eius annus, vt dixi, neque cum Sole, neque cum Luna conueniret, nonnunquam vsu veniebat, vt frigus anni æstiuis mensibus, & contrà calor hyemalibus incideret. quod vitium ita corrigebant. tantum dierum sine vllo mensis nomine patiebantur elabi, quantum ad id anni tempus adduceret: quo cœli habitus instanti mensi aptus inueniretur. Hoc Macrobius, qui Macri etiam Licinij ad comprobandam Romuli interkalationem testimonio vtitur. Post Romulum Numa, vel ingenio, vel doctrina præstantior, fluctuantem annum ita constituit, vt singulos Lunæ cursus singulis mensibus imitaretur: & quia Lunæ annuus circuitus perficitur diebus CCCLIV. ideo suum annum, vt Lunæ cursibus responderet, totidem dierum efficit. sed idem mox, studio imparis numeri, diem vnum addidit: vt ex impari numero & annus constaret, & singuli etiam menses, excepto Februario, quo mense diis Manibus iusta solui voluit: itaque deminutionem inferis, parémque numerum conuenire iudicauit: vno igitur die annum Græcorum annus Numæ superabat. ideo cùm alternis annis modò dies viginti duos, modò viginti tres, qui sunt annis octo dies nonaginta, inter diem vigesimum tertium, & vigesimum quartum Februarij Numa interkalaret, vt vndecim illos dies, & quadrantem, quibus annuo Solis cursu annuus Lunæ cursus inferior est, reprehenderet, ratio non congruebat. nam eius interkalatio Græcorum quidem instituto, qui & ipsi octauo quoque anno dies interkalabant nonaginta, respondebat: sed vnus ille dies in annum additus efficiebat, vt octo annis octo dies abundarent, & Solis cursum præterirent. hoc vitium, non satis constat, vtrum ab ipso Numa, an ab alijs postea emendatum sit, Macrobius videtur auctor esse, ab alijs cognitum, & emendatum. Ego Numæ potius hoc tribuerim, cum præsertim & annos XLIII. regnauerit, vt errorem suum spatio temporis facilè posset intelligere, & in eo genere obseruationis, qui iam annum ad Lunæ rationem ordinasset, versari solitus esset. Emendatio fuit hæc vt tertio quoque octennio interkalarentur dies tantum sexaginta sex, non, vt duobus superioribus octenniis, nonaginta. ita redibat annus, qui XXIV. annorum spatio diebus XXIV. excurrerat, ad Solis mensuram definitam, detractis de ordinaria octo annorum interkalatione, quæ erat, vt ostendimus, dierum nonaginta XXIV. dieb. De interkalari verò mense, quem alternis annis modò dierum viginti duorum, modò viginti trium à Numa interpositum iam diximus, significat Cicero in oratione pro Quinctio, cùm ait: Pridie Kal. intercalares. quo loco vigesimum tertium Februarij diem, qui proximus antecedit primum intercalaris mensis diem, significari non dubito. nam, qui dies sequebantur idus Febr. ij signabantur nomine kalendarum intercalarium, si modò annus erat intercalaris: (alternis enim annis, non singulis, fiebat intercalatio) ipsi verò dies intercalares sic appellabantur: primus, Kalendæ intercalares: alter, quarto nonas intercalares, (nam quattuor tantum, non sex nonæ in mensibus erant intercalaribus, vt maior esset Kalendarum numerus, quàm reliquorum dierum: quod in ordinariis quoque mensibus seruatum est) tertius, tertio nonas intercalares; & sic deinceps vsque ad mensis intercalaris idus, id est, ad diem intercalarem decimum tertium. deinde verò singuli dies nominabantur Kalendæ Martiæ. nam primus dies post idus intercalares, dicebatur, si dies viginti duo intercalabantur, XV. Kal. Martias, subductis in hac ratione quinque postremis Februarij diebus, qui sequebantur post intercalares. eodemque modo reliqui dies intercalares, & quinque prædicti dies Februarii, à Kalendis Martiis nomen accipiebant, de minuto numero vsque ad Kalendas Martias. sin autem dies viginti tres intercalabantur, tunc prima dies post idus intercalares dicebatur, XVI. Kalend. Martias: alter, XV. tertius, XIV. & sic deinceps. Fiebat autem, vt dixi, alternis annis hæc intercalatio, non post vltimum Februarij diem, sed post vigesimum tertium, id est, post Terminalia, vt omnino Martius mensis post Februarium sequeretur, vetere religionis more, sicuti Macrobius existimat. verùm hæc postea ratio, vt Cicero docet libro II. de leg. & Macrobius libro I. Saturn. parum diligenter à Sacerdotibus obseruata, (horum enim erat intercalandi cura) vel quia prorsus omnem superstitione aliqua intercalationem omitterent, vel quia dies interdum aliquot, vt publicanis aliisue gratificarentur, adderent, maiorem

perturbationis occasionem præbuit. arbitratu autem suo pontifices, præter institutum Numæ, intercalare consueuisse, satis planè docent epistolæ Ciceronis, secunda lib. VII. ad Marium, & ad Atticum tres, nona, decima tertia, & vltima, lib. V. & epistola Cælij nona, lib. IIX. vt Macrobij, Censorini, aliorum testimonia prætermittam. Hanc igitur inconstantiam C. Cæsar tertium consul, pro iure, & officio suo, quia pontifex max. erat, sustulit, additis ad annum Numæ decem diebus, & quadrante, qui quatuor annis diem vnum facit. itaque necessaria fuit quadriennio quoque vnius diei, ex quattuor quadrantibus confecti, intercalatio, quæ hodie quoque obseruatur, vt Solis cursus æquaretur. is dies post XXIV. Februarij diem, qui sexto Kalendas vocatur, ex antiquo intercalandi more interpositus bissexto Kalendas dictus est. quo anno dies XXIX. in eo mense numerantur. Sed, vt annus cum solis cursu inciperet, qui vsque eò progressus erat Sacerdotum vel incuria, vel fraude, vt æquinoctium, quod esse debebat, ad Græcam, Aegyptiamque rationem, quam Cæsar spectabat, die Martij XXV. vel XXVI. (nam die XXV. Martij notant æquinoctium Columella, Plinius, & marmorea duo Kalendaria) incideret in diem Maij XVII. (vt ex epistola 15. lib. X. ad Atticum intelligitur) intercalauit Cæsar dies LXV. nam in Dione, qui dies LXVII. & in Censorino, qui LXXII. nominat, opinor esse mendum. rectè enim ratio quadrat, si legatur LXV. nam ad dies CCCLV. qui erat annus Numæ. additis à sacerdotum collegio primùm diebus ordinariis interkalaribus XXIII. vt ait Censorinus, deinde à Cæsare extra ordinem diebus LXV. qui dispertiti sunt duobus mensibus interkalaribus inter Nouembrem, & Decembrem, fiunt in anno dies CDXLIII. quo numero dierum affirmat Macrobius fuisse vltimum illum confusionis annum, quem Cæsar ad Solis cursum redegit. Suetonius dies illos, qui biennio quoque XXII. aut XXIII. à pontificibus interkalabantur, mensem interkalarium vocat: cuius verba, quia pertinent ad ea, quæ diximus, comprobanda, recitabimus. Fastos, inquit, Cæsar correxit, iampridem vitio pontificum per interkalandi licentiam adeò turbatos, vt neque messium feriæ æstati, neque vindemiarum auctumno competerent: annúmque ad cursum Solis accommodauit, CCCLXV. dierum esset, &, interkalario mense sublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur, quo autem magis in posterum ex Kalendis Ian. nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem & Decembrem mensem interiecit duos alios: fuitque is annus, quo hæc constituebantur, quindecim mensium, cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Sublatum à Cæsare mensem intercalarium, Suetonius dicit: quia, redacto ad cursum Solis anno, nihil deinde opus fuit intercalatione illa, vel XXII. dierum priore biennio, vel XXIII. posteriore: quæ mensis intercalarius vocabatur, licet dierum numero mensem non æquaret. Eandem historiam Plutarchus literis mandauit. Οὐ μόνον, inquit, ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ χρόνοις τεταραγμέναις ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι ταῖς τῶν μηνῶν πρὸς τὸν ἐνιαυτὸν περιόδοις, ὥστε τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑποφερομένας κατὰ μικρὸν, εἰς ἐναντίας ἐκπεπτωκέναι τοῖς χρόνοις ὥρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν τότε οὖσαν ἡλιακὴν οἱ μὲν ἄλλοι παντάπασι τούτων ἀσυλλογίστως εἶχον, οἱ δὲ ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες, ἐξαίφνης, καὶ προῃσθημένου μηδενὸς, τὸν ἐμβόλιμον προσέγραφον μῆνα Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες, ὃν Νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος ἐμβαλεῖν λέγεται, μικρὰν καὶ διατείνουσαν οὐ πόρρω βοήθειαν ἐξευρὼν τῆς περὶ τὰς ἀποκαταστάσεις πλημμελείας. Καῖσαρ δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων καὶ μαθηματικῶν τὸ πρόβλημα προθεὶς, ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἤδη μεθόδων ἔμιξεν ἰδίαν τινὰ καὶ διηκριβωμένην μᾶλλον ἐπανόρθωσιν· ᾗ χρώμενοι μέχρι νῦν Ῥωμαῖοι, δοκοῦσιν ἧττον ἑτέρων σφάλλεσθαι περὶ τὴν ἀνωμαλίαν. Quibus hæc Latinè respondent. Non modò in antiquissimis temporib. vtebantur ambitu mensium Romani ad annum ita constituto, vt & sacrificia, & festi dies, paulatim suo loco moti, in contraria temporibus tempora delaberentur, verùm etiam Solis cursum, qui tunc erat, alij quidem prorsus ignorabant, soli verò sacerdotes, occasione cognita, ex improuiso, & præsentiente nemine, mensem interponebant, intercalarem appellantes, quem Numa rex primus interposuisse dicitur, neque magnum, neque diu duraturum remedium nactus anni perturbati. Cæsar autem, optimis philosophis & mathematicis quæstione proposita, propriā quandam, ac certiorem ex rationibus iam examinatis correctionem ostendit, qua Romani adhuc vtentes, in culpam inæqualitatis minus quàm alij, videntur incidere. Quo igitur anno Cæsar annum correxit, eo anno dies illi omnes Nouembris mensis, qui Kalendarum Decembrium nomine signari solebāt, appellari cœpti sunt, omissa Decembris mentione, Kalendarum intercalarium priorum nomine, hoc modo: quartus decimus Nou. dies dicebatur, XVII. Kal. intercalares priores: & sic deinceps, vsq; ad vltimum Nouembris diem, qui vocabatur. II. Kal. intercalares priores. qui est dies in epistola ad Ligarium, lib. VI. fam. à Cicerone nominatus. Quo loco vir doctus legit, V. Kal. Non. vt in omnibus veteribus libris, quos quidem ego viderim II. Kal. Sed ego satis habeo, quid mihi placeat, ostendere, & probare. suum quisque iudicium sequatur. Vbi verò prioris intercalaris mensis dies primus erat appellandus, sic dicebant, Kalendæ intercalares priores: vbi secūdus, sexto nonas intercalares priores: vbi tertius, quincto nonas intercalares priores: vbi quartus, quarto nonas intercalares priores: vbi quinctus tertio nonas intercalares priores: vbi sextus, pridie nonas intercalares priores: vbi septimus, nonis intercalaribus prioribus. Eadem erat in idibus ratio. post idus autem qui primus sequebatur dies, id est, decimus sextus, is vocabatur XIX. Kal. intercalares posteriores: sic deinceps vsque ad extremum eiusdem mensis diem, qui vocabatur II. Kal. intercalares posteriores. Primus verò dies secundi mensis intercalaris, in quo erant dies XXIIX. Kalendæ intercalares posteriores: secundus, sexto nonas intercalares posteriores, & deinceps reliqua. Itémque in idibus. sextusdecimus verò dies dicebatur, XIIX. Kal. Decembris. & sic deinceps. Nunc triplicem Romanorum annum, Romuli, Numæ, & Cæsaris, ostendamus.

Annus Romuli, dierum CCCIV.

Martius mensis dies habet	XXXI.
Aprilis	XXX.
Maius	XXXI.
Iunius	XXX.
Quinctilis	XXXI.
Sextilis	XXX.
September	XXX.
October	XXXI.
Nouember	XXX.
December	XXX.

Numæ annus dierum CCCLV.

Ianuarius dies habet	XXIX.
Februarius	XXIIX.
Martius	XXXI.
Aprilis	XXIX.
Maius	XXXI.
Iunius	XXIX.
Quinctilis	XXXI.
Sextilis	XXIX.
September	XXIX.
October	XXXI.
Nouember	XXIX.
December	XXIX.

Cæsaris annus, dierum CCCLXV.

Ianuarius	XXXI.
Februarius	XXIIX.
Martius	XXXI.
Aprilis	XXX.
Maius	XXXI.
Iunius	XXX.
Quinctilis	XXXI.
Sextilis.	XXXI.
September	XXX.
Octuber	XXXI.
Nouember	XXX.
December	XXXI.

Scrupulus ille remanet, quomodo Cæsar interkalationem fecerit dierum LXV. quod videri potest non omnino necessarium: quia, si retrahendum erat æquinoctium à die XVII. Maij, in quem diem incidit primo belli ciuilis anno, ad diem XXV. Martij, satis erat interponere dies LII. Respondetur id; quod non modò verisimile, sed etiam necessarium videtur: quemadmodum ante primum belli ciuilis annum mutatus erat æquinoctij dies transductúsque à die XXV. Martij ad diem XVII. Maij, pontificum culpa, qui suo arbitratu, vt dixi, interkalationibus vterentur, sic à primo belli ciuilis anno, quo C. Marcellus, & L. Lentulus consulatum gessere, ad quartum, quo Cesar tertium consul fuit, eadem culpa protrusum esse æquinoctium dies tredecim vltra diem XVII. Maij.

KALENDARIVM EX L.G. GIRALDO ET ALIIS COMPILATVM: IN QVO PRÆTER ORtum & occasum signorum cœlestium, quæ in sex lib. Fastorum notantur, ludi item & templorum dedicationes Romanorum & Græcorum per seriem integri anni habentur.

IANVARIVS.

A 1 K.Ianu. Iani & Iunonis. Ioui & Aesculap. in insf.Tyb. Ouid. Gamelia Iunoni hoc mense celebrabantur, vnde & mensi nomen.
b 2 4 Dies ater.
c 3 3 Cancer occidit. Tertia mensis cuiusq; Mineruæ sacra. Pausan.
d 4 Pr.No. Votum pro salute principis. Calus Tacitus.
e 5 Nonæ Lyra oritur, tempestatem significat.
f 6 8 Isidis ἀφίξεια.i.e. accessus. Plut. Octa-
g 7 7 uus cuiusque mensis dies Neptuno sacer est apud Atheniens. Plut.
A 8 6 Sacrificium Iani. Vetus K.L.
b 9 5 Agonalia. Ouid. Delphinus oritur.
c 10 4 Media hyems.
11 3 Carmētalia. Iuturnæ ædes dic. in campo Mart.
e 12 Pri.Id. Compitalia. Gell. & Macro.
f 13 Idus. Ioui. Octauius Augustus dictus: & pro-
g 14 19.k.F. uinciæ in formam redactæ. Ouid. & tibicines habitu muliebri vrbem lustrabant. Plut.
A 15 18 Carmentalia relata. & Porrimæ & Postuertæ.
b 16 17 Concordiæ templū à Camillo positū.
c 17 16 Sol in Aquario.
d 18 15
e 19 14
f 20 13
g 21 12
A 22 11
b 23 10 Lyra occidit,
c 24 9 Leonis quæ est in pectore clara stella
d 25 8 occidit. Semētinæ feriæ Ouid. Varro
e 26 7 Fest. Macrob. non statæ, quidem, sed indictæ.
f 27 6 Castori & Polluci temp. ad Iuturnę stagnum.
g 28 5
A 29 4 Equiria in campo Mart. Vet. Kl.
b 30 3 Paci.
c 31 Prid.K. Sacr. deis penat. Vet. Kl. qui Patrij & Vrbani dicuntur.

FEBRVARIVS.

d 1 K. Feb. Sospitæ templi die. Lucaria, ab Asyli luco Ouid. Fest. Item Ioui sacr. de bidente. Dianæ sacra fiebant, à ceruis elaphobolia nuncupata.
e 2 4 Lyra & medius Leo occidunt.
f 3 3 Delphinus occidit.
g 4 Pr.No.
A 5 Nonis. Aug. dictus P.P. Ouid. Aquarius oritur.
b 6 8 Zephyrus flare incipit.
c 7 7
d 8 6
e 9 5 Veris initium.
f 10 4
g 11 3 Arctophylax oritur.
A 12 Pri. Id.
b 13 Idus. Fanni festum & Iouis. Fabiorum cędes.
c 14 16 k. M. Coruus, Crater, & Anguis oriuntur.
d 15 15 Lupercalia. Plut. Ouid. Varr.
e 16 14 Sol in piscibus. Venti per sex dies ve-
f 17 13 hementius flant.
g 18 12 Qui. Ioaliorum stultorum feriæ. Fest.

Ouid. Varro. Et Fornacaliũ indictio deæ Fornacali, quæ & Fornax dicta fuit, à quo iodicta. Plin. Ouid. & D. Manib. sacra feralia.

A 19 11 Deæ Mutæ.

b 20 10 Charistia. Val. Max. Ouid. id est, sacra cognatorum. Vet. Kl.

c 21 9 Terminalia. Ouid. Bedas verò VII. cal.

d 22 8 & regisfugium V. cal. Mart. cui conueniat locus bissexti.

e 23 7 Regisfugium. Ouid. Quidam V I. cal.

f 24 6

g 25 5

A 26 4 (uid.

b 26 3 Equiria io cãpo Mart. Varro. Fest. & O-

c 28 Prid. k. Tarquinij superati. Plut.

MARTIVS.

d 1 K. Mar. Matronarum dies festus. Fest, Porph.

e 2 6 Seru. Ouid. Matronalia. Iunonis. Lucinæ. Martis. Ancyliorum festum. nec nubere bonnm qnousque condantur. Porph. aliã causam adferr. Munychia sacra Deæ Munychiæ .i. Dianæ.

f 3 5 Alter è piscibus occidit.

g 4 4 (ritur.

A 5 3 Arctophylax occidit. Viodemiator o-

b 6 Pr. No. Augus. pont. max. Sacr. Vestæ. Ouid.

c 7 Nonæ. Pegasus oritur. Veiouia templum ad duos lucos Asyli. Ouid.

d 8 8 Corona oritur.

e 9 7

f 10 6

g 11 5

A 12 4

b 13 3

c 14 Pri. Id. Equiria altera apud Tyberim, vel, si aquis increuerit, in Cælio monte. Ouid. Fest.

d 15 Idus. Annæ Perennæ. Parricidium, id est, cædes C. Cæs. Plin. & Suet.

e 16 17 k. A. Scorpius medius occidit. Lysander Athenis potitus. Plut.

f 17 16 Liberalia, Varro. quo die virilem togam pueri ingenui sumebant. Ouid. Agonia. Varro. Miluius oritur.

g 18 15 Sol in ariete.

A 19 14 Quinquatria. Mineruæ natalis, & Mineruali magistris soluebatur.

b 20 13 Quinquatria. (VIII. Bedas.

c 21 12 Quinque. Primus dies seculi, quidam

d 22 11 Quinquatr.

e 23 10 Quinquatr. Tubilustrium, sacrorum

f 24 9 tubæ lustrantur. Varro.

g 25 8 Aequinoctium vernum. Hilaria. Matris

A 26 7 deûm festa. Lamprid. Macrob.

b 27 6 Matris deûm. Ammia. Mar. Herod.

c 28 5 Megalesia. Varro.

d 29 4

e 30 3 Iani. Concordiæ, Salutis, Pacis.

f 31 Prid. Lunæ .i. Dianæ in Auentino. Ouid.

APRILIS.

g 1 K. Apr. Scorpius occidit. Veneris sacrum cum floribus & myrto. Plut. Ouid. Item Fortunę virili. Thargelia sacra Apollini & Dianæ. Mensis hic Græcis auspicatissimus.

A 2 4 Pleiades occidunt.

b 3 3

c 4 Pr. No.

d 5 Nonæ. Megalesia matri deûm. K. V. Ouid.

c 6 8 Fortunæ publicæ primigeniæ colle Quir. Ouid. Var. Dianæ natiuitas.

f 7 7 Apollinis dies natalis, qui dies quoque Socrat. & Platon. sunt. Laert.

g 8 6 Ludi ob victoriam Cæs. Libra occidit. dies pluuius. Orion occidit.

A 9 5 Cerealia, Ludi Circen. instaurationis

b 10 4 dies Circensibus additus. Macrob.

c 11 3

d 12 Pri. Id. Magna mater Romam adducta. T. Liui. XXIX.

e 13 Idus. Ioui victori & Libertati. Ouid.

f 14 18. K. M.

g 17 17 Fordicidia vel fordicalia, de forda boue, Varro, Ouid.

A 16 16 August. Imp. salutatus. Hyadea occi-

b 17 15 dunt. (bustio. Ouid.

c 18 14 Equiria in Circo max. & vulpium com-

d 19 13 Sol in Tauro.

e 20 12

f 21 11 Palilia. Romæ natalis. Varro, Ouid. Fest. Plut. alij. Falluntur multi. Agonia altera, Ouid. quæ & agonalia di-

g 22 10 cuntur.

A 23 9 Vinalia priora Ioui & Veneri. Ouid. Plut. Varr. Plin. Fest.

b 24 8 Ilij destructio.

c 25 7 Medium Ver. Aries occidit. tempest. significat. Canis oritur. Robigalia. Plin. Fest. Ouid. Varro, alij.

d 26 6 Latinæ feriæ in sacro monte. T. Li.

e 27 5 Apaturia etiam hoc mense agebantur, à Venere dicta. Tribus diebus celebrabantur: prima δόρπεια, secunda ἀνάρρυσις, tertia κουρεῶτις. quarta verò ἐπίβδα. Simplicius in Physicis. Suidas, alij. Quidam Pyanepsione agi dicunt.

f 28 4 Floralia. Plin. Kl. V. Ouid.

g 29 3

A 30 Prid. k. Vestæ Palatinæ. Ouid. Hoc mense, vt Plut. in Romulo & probl. Larentalia. & distinguit à Laurentalibus, quæ mense Decembri celebrantur.

MAIVS.

b 1 K. Maij Capella oritur. Laribus Præstitibus ara posita. Ouid. & Bonę deæ sacr. Macrob. Plut. Varr. Lactan. Ouid. alij. & Floralea ludi triduo V. K. Vmbraculorum festum, quę σκίρα dicuntur. Σκιρὰς Pallas.

c 2 6 Argestes flare incipit. Hyades oriuntur.

d 3 5 Centaurus oritur.

e 4 4

f 5 3 Lyra oritur.

g 6 P. No. Scorpius medius occidit.

A 7 Nonæ.

b 8 8

c 9 7 Lemuria, quæ noctu agebantur, & tri-

d 10 6 duo. Ouid. Varr. Porph. Malum oubere. & Luminaria.

e 11 5 Lemuria. Ver. Kl. Orion occidit.

f 12 4 Martis vltoris. Bisultorem ait Ouid. alij. Post Lem. Ver. Kl.

g 13 3 Pleiades oriuntur. Aestatis initium, Lemuria. Vet. Kl.

A 14 Pri.Id. Taurus oritur.
b 15 Idus. Argeorum simulacra scirpea de ponte
c 16 17 k.Iū. in Tyberim deijciebantur. Dionys.
d 17 16 Euseb. Plut. Ouid. Macrob. alij. Et
e 18 15 mercatorum dies festus. Fest. Ouid. Mercurium hoc die natum Mattialis ait. Aedea dedic. T.L. & Fer. Io-
f 19 14 Sol in geminis. (ui.Vet.Kl.
g 20 13
A 21 12 Agonia seu agonalia Iani. Ouid. Varr.
b 22 11 Veioui. V.Kl. alij superioribus diebus Cania oritur.
c 23 10 Volcani feriæ V.K. Volcanalis flamen tem di. Maiæ faciebat. Macr. tubilustrium. Varr. Ouid. alij x.cal. V. Kl. Ouid. alij x1 t1. (lirer.
d 24 9 Regisfugium alterū. V.Kl. Ouid. alij a-
e 25 8 Templum Fortunę datum. V.Kl. Ouid. Aquila oritur.
f 26 7 Arctophylax occidit.
g 27 6 Hyades oriuntur.
A 28 5
b 29 4
c 30 3
d 31 Prid.k.

I V N I V S.

e 1 K. Iunij Iunonis monetæ ædes dedic. Macrob. Bedas. Carnæ deæ in Cælio monte. Marti sacr. extra port. Capenā. Tempestati delubrum. Ouid. Fabriæ Kl. Macr. Aquila oritur. Hecatombę hoc mense plures, vnde & illi nomen. Anni initium apud Athenien. vel quòd Sol hecatombæus diceretur.
f 2 4 Hyades oriuntur. dies pluuius.
g 3 3 Bellonæ sacr.
A 4 Pr.No. Herculis ædes in Circo.
b 5 Nonæ. Templum Fidei. Spōsoris Iouis. Dion, alij. Sacrum Fidin Semipatri. Vet.
c 6 8 Vestæ templum. (Kal. Ouid.
d 7 7 Piscatorij ludi in Camp. Mar. Ouid.
e 8 6 Fest. Mentis templum dic. Ouid. Vet. Kal. Arctophylax occidit.
f 9 5 Vestæ. Vet. Kal. Ouid. Asini coronantur. Ara Iouis Pistoris.
g 10 4 Delphin vesperi oritur. Matralia. Fortis
A 11 3 Fort. Concordiæ ædes. Matria Matutæ. V. K. Ouid.
b 12 Pri.Id.
c 13 Idus. Iouis inuicti Minusculæ quinquatrus
d 14 18 k.Iu. Mineruæ. Varr. Fest. Censorinus.
e 15 17 Stercus ex æde Vestæ defertur. Fest. Varr. Ouid. Hyades oriuntur.
f 16 16 Zephyrus flat. Orion oritur.
g 17 15 Delphinus totus apparet. Aequi &
A 18 14 Volsci à Posthumo fugati.
b 19 13 Sol in Cancro. Mineruæ in Auentino Vet.Kl.
c 20 12 Ophiuchus oritur. Sumani sacrum ad
d 21 11 Circum max. Vet. Kl. Ouid.
e 22 10
f 23 9 Flaminius victus à Pœnis. Ouid.
g 24 8 Fortis Fortunæ. Vet. Kl. Ouid. Varr.
A 25 7 Naues coronatæ per Tyberim conuiuia ducebant.
b 26 6 Orionis zona oritur. Solstitium.
c 27 5 Iouis Statoris & Laris. Ouid.
d 28 4 Quirini templum in coll. Quiri. Ouid.
e 29 3 Vet. Kl. 1 t1. cal.
f 30 Prid.k. Herculis & Musarum. Ouid Populifugia in Iunio dies. Varro.

I V L I V S.

g 1 K.Iulij. Hoc die apud Ro. fiebant migrationes
A 2 6 ex ædibus in alienas ædes, vt hoc
b 3 5 tempore in festo D. Michaëlis i id
c 4 4 quod ex Cic. Suetonio, & Mart. col
d 5 3 ligunt docti.
e 6 Pr.No. Capitol. incensum tempore Syllæ.
f 7 Nonæ. Romulus nō apparuit. Lamp. in Com-
g 8 8 modo. Plut. Caprotinæ. Iuno Capro-
A 9 7 tina. Ancillarum festum. Macrob. Plut.
b 10 6 Ouid. Varro.
c 11 5 Ludi Apollinares. T. Liu. V. K. Varr. Liuius alio loco tertio Non. ait.
d 12 4 Iu. Cæs. natalia, vnde mensis, M.Ant.
e 13 3 consule legem ferente Macr. Fortu-
f 14 Pri.Id. næ mulieb. dedic. Dion. Liu.
g 15 Idus. Castoris & Poll. Equites Rom. ab æde Honoris in equis in Capit.
A 16 17 k.A. Plin. Vet. Kal. Dion.
b 17 16 Alliensis dies atra. Sera. Plin. Tacit.
c 18 15 x v i i. Cal. Plut. x v i. Cal. in Camillo.
d 19 14
e 20 13
f 21 12 Mundi natalis. Solinus ex Aegyptio-
g 22 11 rum sacerd. sententia.
A 23 10
b 24 9
c 25 8 Hoc mense rutilæ canes caniculæ sa-
d 26 7 crificabantur. Vide Festum.
e 27 6
f 28 5 Neptunalia etiam hoc mense. Vet. Kl.
g 29 4 & Varro.
A 30 3
b 31 Prid.k.

A V G V S T V S.

c 1 k. Aug. Spei ad forum olitorium. V.Kl. Consecratio tēpli Martis. Dion in histor. Boēdromia celebritas, hoc mense agebatur, vnde & mēsis dictus. Apollo etiam Boēdromius vocatus. Plut. Pausf. Harpocr. alij. Xerxes victus. Plut.
d 2 4 Feriæ quod Cæs. Hisp. citeriorem vicit.
e 3 3 Vet.Kl.
f 4 Pr.No.
g 5 Nonæ. Saluti in colle Quirin. Vet. Kl. & Spei.
A 6 8
b 7 7
c 8 6 Solis indigetis in colle Quir. V.K.
d 9 5 (Vet.Kl.
e 10 4 Aræ Opis & Cereris in vico Iugerio.
f 11 3 Herculi magno custodi in Circo Flam.
g 12 Pr. Id. Vet.Kal.
A 13 Idus. Dianæ sacra. Martial. Currebāt in nem*
b 14 19 k.S. Aricinū. Irē natalis Augusti. Porph.
c 15 18 Dies festus seruorū & ancillarū. Plu.
d 16 17 Et Vertūno in Loreto maiore. V.kl.
e 17 16 Portunalia ad pontē. Aemil. Vet. Kal. & Varr. Iano ad theat. Marcelli. V.Kl.
f 18 15 Consualia. Plut. in Numa. vel seq. die Sabinarum raptus.
g 19 14 Augusti mors. Dion. hist. Suet.
A 20 13 Vinalia secunda Plin.
b 21 12 Vinalia rustica. Varr. Fest. verò xiiij. cal.
c 22 11 idē & Vet. Kl. Mysteria magna. Plut. & Liber pater ex vrbe in Eleusinem transferebatur.
d 23 10 Volcanalia in Circo Flam. Vet. Kl.
e 24 9

f 25 8 Opiconsiuæ in Capitolio. Vet. Kl. Varro.
g 26 7
A 27 6 Volturnalia. V. K. Varr. cuius feriæ mense Octob. Vortumnalia.
b 28 5 Harpocr. festũ hoc mẽse fiebat ab Aegyptiis. Plut.
c 29 4 Volcanalia. Festus.
d 30 3 Mundus Cereris patet.
e 31 Prid. k. Nat. C. Cæs Germanici, Vet. Kl.

SEPTEMBER.

f 1 K. Sept. Volcani tutela Septẽb. V. K. Mæmactea Iupiter. & inde mẽsis. Harpocr. & alij.
g 2 4 Augusti victoria naualis ex M. Ant. &
A 3 3 Cleop. Dion.
b 4 Pr. No.
c 5 Nonæ.
d 6 8
e 7 7
f 8 6 Hierosolyma à Tito Vespas. capta. Iosephus.
g 9 5
A 10 4
b 11 3
c 12 Pri. Id.
d 13 Idus. Prætor Max. clauum pangit. T. Liu. &
e 14 18 k. O. Capitolij dedic. ab Horatio, Plut. T. L. Ioui. vet kal. (Pæd.
f 15 17 Ludi. Vet. k. qui Romani & Magni. Asc.
g 16 16 Ludi. V. Kl. Parẽtatio eorũ, qui contra Persas pugnãdo occubuerunt, Plut.
A 17 15 Ludi. V. Kal.
b 18 14 Ludi. Vet Kal.
c 19 13 Thoth. i. Mercurio Aegyptij sacrificãt.
d 20 12 Romuli natalia. Plut. (Plut.
e 21 11
f 22 10
g 23 9 Natalis Augusti. Dion. hist. Suet.
A 24 8
b 25 7 Veneri. Vet. Kal.
c 26 6
d 27 5
e 28 4
f 29 3
g 30 Prid. k. Epulũ Mineruæ. V. K. Meditrinalia hoc mense celebrabantur, & Metrina dea, quo die primum mustum bibebant. Fest. Varr.

OCTOBER.

A 1 K. Oct. Martis tutela Octobr. Vet. K. Pyanepsia
b 2 6 hoc mense celebrantur.
c 3 5
d 4 4 Mundus Cereris patet. Fest.
e 5 3
f 6 Pr. No.
g 7 Nonæ.
A 8 8 Panopsia Apollini. imo Pyanepsia.
b 9 7 Eresione plectitur.
c 10 6 Oschophoria, id est, Ramalia celebrantur. Plut. Suid. Comment. in Nicand.
d 11 5
e 12 4
f 13 3
g 14 Pri. Id.
A 15 Idus. Mercatores Mercurio. Virgilij natalis.
b 16 17 k. N. Martial. October equus Marti immolatur. Fest. Plut.
c 17 16
d 18 15 — e 19 14
f 20 13 — g 21 12
A 22 11 Chalcea Mineruæ solennitas, vel vt
b 23 10 Phanodemus ait, Volcani. Hyperi-
c 24 9 des. Harpocr.
d 25 8
e 26 7
f 27 6 (tur. Plut. Gal.
g 28 5 Mysteria minora hoc mense agebantur. Plut. Gal.
A 29 4 Sacrum hoc mense Libero fiebat. V. K.
b 30 3 Et Vertumni feriæ. Varr.
c 31 Prid. Kal.

NOVEMBER.

d 1 K. Non. Hoc mẽse Iouis epulum celebrabatur.
e 2 4 V. K. Anthesteria hoc mẽse agebãtur,
f 3 3 quæ & Bacchanalia. Theoph. Suid. (Harp.
g 4 Pr. No.
A 5 Nonæ.
b 6 8
c 7 7 Mundum patẽre. Fest.
d 8 6 — e 9 5
f 10 4 Limna Baccho. Thucyd.
g 11 3 Maria claudũtur. Veget. alij. vsq; in vi. (Id. Mart.
A 12 Pri Id. Choës. Suid.
b 13 Idus. Pithœgia.
c 14 18 k. D. Chytra. Alij in Lenæone mense constituunt. Comment. in Hes. Harpocr.
d 15 17 Ludi plebei per hos dies. Suet.
e 16 16 — f 17 15
g 18 14 — A 19 13
b 20 12 — c 21 11
d 22 10 — e 23 9
f 24 8 Bruma, quæ & Brumalia, festum Romanorum. Constant. in re rust.
g 25 7
A 26 6
b 27 5 Hic mensis fuit in tutela Dianæ. V. K.
c 28 4 & inferiæ fiebant Gallis defossis &
d 29 3 Græcis in foro Boario. Plut.
e 30 Prid. k.

DECEMBER.

f 1 K. Dec. Fortunæ muliebria festum, quoniã hoc die bellum sublatum. Postea transla-
g 2 4 tum prid. Non. Quintil. Dionys. Ha-
A 3 3 licarn. in viij. Posidonia à certamine
b 4 Pr. No. Pallad. & Neptuni.
c 5 Nonæ. Faunalia. Porphy.
d 6 8
e 7 7
f 8 6
g 9 5
A 10 4
b 11 3 Alcionij dies.
c 12 Prid.
d 13 Idus.
e 14 19 k. Ia. Brumalia festum hoc mense & Am-
f 15 18 brosia. Proclus in Hesiod.
g 16 17
A 17 16 Saturnalia incipiunt, & per tres dies du-
b 18 15 rant: quibus adduntur Sigillaria, quæ septem dies complent. Macrob.
c 19 14 Opalia & Saturnalia. Macr. Varr.
d 20 13
e 21 12 Angeronalia Angeronæ deæ. Macrob. Herculi & Cereri de mulso. Macrob.
f 22 11 Feriæ Laribus dicatæ. Macr. Compitalia. Ludi Laribus. Plin.
g 23 10 Feriæ Iouis. Larentinalia vel Laurentinalia. Plut. Varr. Ouid.
A 24 9 Iuuenalia dies VIII. Saturn. additus
b 25 8 Suet. vnde & Iuuenales ludi.
c 26 7
d 27 6
e 28 5
f 29 4
g 30 3 December Saturno sacer. Macrob. Tu-
A 31 Prid. tela verò Vestæ. Vet. Kl.

P. OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER PRIMVS.

B. MERVLÆ IN PRIMVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

ELEGIA.

PARVE (nec inuideo) sine me liber ibis in vrbem.
Hei mihi, quòd domino non licet ire tuo.
Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse:
Infœlix habitum temporis huius habe.
Nec te purpureo velent vacinia succo:
Non est conueniens luctibus ille color.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur:
Candida nec nigra cornua fronte geras.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes,
Hirsutus passis vt videare comis.

PARVE (nec inuideo) sine me liber ibis in vrbem] Per Prosopopœiam ostendit infœlix Poeta librum suum admonet, vt è Scythia ad vrbem profecturus, eo habitu accedat, quo exules viuunt. Mandátque, quid velit respondeat sciscitantibus, quid ipse agat. Simúlque docet, quomodo se excuset, si fortè carmina hæc minora videbuntur eius ingenio. Postremò iubet, vt Palatium caueat, vnde fulmen emissum in se fuisse commemorat. *Parue liber*] Vel solum hanc elegiam, vel certe totum opus de Tristibus, aut (quod magis placet) primum librum intellige. Dicitur autem liber à libris, idest corticibus arborum, in quibus ante vsum chartæ scribebatur. Docet enim Plinius, primò palmarum foliis scriptitatum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus: mox etiam priuata linteis confici cœpta, aut cereis. *Nec inuideo*] Hoc per parenthesin dictum. *Sed incultus*] sed vade inornatus. *Qualem decet exulis esse*] Exules enim præ mœrore lugubri veste citra vllum ornatum induuntur. Est autem ordo: O infœlix, habe habitum huius temporis talem, qualem decet habitum exulis esse. *Habitum huius temporis*] cultum, qualem meum hoc exilij tempus exposcit. *Nec te purpureo*] nec purpureo amictu induaris. *Vacinia*] Vacinia violas esse purpurei coloris, Seruius scribit, quod etiam Maro designat eo versu: Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur. Plinius verò scribit fruticem esse in Gallia purpureum, idoneum ad tingendum. Eius verba hæc sunt: Non nisi in aquosis proueniunt salices, alni, populi, siler, ligustra tesseris vtilissima, item vacinia in aucupiis sata. Galliæ verò etiam purpura tingendi causa ad seruorum vestes. De eo frutice intellexisse Ouidium in Arte amandi, eo versu, Pallida purpureis tingat sua corpora virgis, in se[...] editione nostratum interpretationum docuimus. *Nec velent te*] nec tegant te. *Non est conueniens luctibus*] non conuenit dolori: qui tum vestitu pullo, tum tristi aspectu designandus est. *Ille color*] color ille purpureus. *Nec titulus minio*] Minio enim librorum indices designantur. Scribit Plinius, minium in voluminum scriptura vsurpari, clarioresque literas vel in auro, vel in marmore, vel etiam in sepulchris facere. Id autem ab eodem inter pigmenta numeratur, repertúmque in argentariis metallis, quod inuentum à Callia Atheniensi, anno vrbis 249 initia sperante aurum posse excoqui arena rubente in metallis argenti, Theophrastus tradidit. Fuitque apud Romanos olim tantæ religionis, vt Iouis simulacri faciem diebus festis illini solitam, triumphantiúmque corpora, sicque Camillum triumphasse, Plinius scribat: cuius temporibus etiam addebatur in vnguenta triumphalis cœnæ, & à censoribus in primis Iupiter miniandus locabatur. *Nec cedro charta notetur*] Cedrus arbor est, quæ tariem vetustatémque non sentit, nec rimam fissurámque capit sponte: ea rurus arboris trabibus tectum fuit templum Dianæ Ephesiæ, vt Plinius docet. Idem etiam scribit, picem liquidam in Europa à tæda coqui naualibus muniendis, multósque ad alios vsus. Lignum eius concisum furnis vndique igni extrà circundato feruet, vt primus sudor aquæ modo fluat in canali, hócque in Syria cedrium vocari: cuius tanta vis, vt in Ægypto corpora defunctorum eo perfusa seruentur. Et alibi ita scribit: Cedrus magna, quam cedrelatem vocant, dat picem, quæ cedria vocatur, dentium doloribus vtilissimam. Frangit enim eos, & extrahit, dolores sedat. Cedri succus ex ea quomodo fieret, diximus: magni ad lumina vsus, ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora conseruat, viuentia corrumpit mira differentia, quum vitam auferat spirantibus, defunctísque pro vita sit. Vestes quoque corrumpit, & animalia necat. Scribit etiam Vitruuius lib. 2. libros oleo cedrino vnctos, nec tineas, nec cariem timere. Quod etiam Plin. docet, scribens Cn. Terentium agrum suum in Ianiculo repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa, qui Romæ regnauit, situs fuisset. In eadem etiam libros eius repertos è charta, durasseque annos 535. illæsos à tineis, quòd cedrati erant. quãuis non desint, qui non cedratos, sed ceratos legant. De cedro plura legito apud Theophrastum lib. Quòd autem libri oleo cedrino vngerentur, docet etiam Martialis eo versu: Nunquam grandia, nec modesta ponit, Quæ cedro decorata, purpuráque Nigris pagina crescit vmbilicis. Persius: Et cedro digna locutus. Et Ouid. lib. 3. huius operis: Quòd neque sum flauus cedro, nec pumice leuis, Erubui domino cultior esse meo. Seruius etiam in enarratione eius versus, Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum Antiqua e cedro, ita scribit: Cedri lignum non consumitur vetustate, & tineæ nescit corruptionem: quod ea antiquitate non sentit, & cedrina peruncta ligna custodita conseruat. *Candida cornua*] Cornua appellat superiorem & inferiorem chartæ partem: frontem verò, ipsam paginam. Tibul. Atque inter geminas pingantur cornua frontes. *Nigra fronte*] Frontem nigram appellat, se eandem, & in luctu esse designans. *Geminæ frontes*] paginæ partes vtrinque prominentes. Quomodo autem libros ornarent maiores, docet Tibull. his versibus: Lutea sed niueum inuoluat membrana libellum, Pumicet, & canas tondeat antè comas. Summáque prætexat tenuis fastigia chartæ, Indicet vt nomen littera facta tuum. Et Martial. Cedro nunc licèt ambules perunctus, Et frontis gemino decens honore, Pictis luxurieris vmbilicis, Et te purpura delicata velet, Et cocco rubeat superbus index. *Fragili pumice*) Pumicem fragilem appellat Ouidius. Catullus verò aridum. Erant autem pumices in vsu poliendorum librorum gratia. Martialis: Nondum murice cultus, asperóque Morsu pumicis aridi politus Arcanum properas sequi libelle. De his ita scribit Plin. lib. 36. Sed & his pumices, qui sunt in vsu corporum leuigandorum fœminis iam quidem, & viris, atque (vt ait Catullus) libris, laudatissimi sunt in Melo, Scyro, & Æoliis insulis. Probatio in candore, & in minimo pondere, & vt quammaximè spongiosi atque aridi sint, ac teri faciles. Vnde Ouidius non immeritò fragilem

A appellauit. Vtilissima fiunt ex pumice dentifricia. Theophrastus autor est, potores in certamine bibendi præsumere farinam eius, sed nisi vniuerso potu impleantur, periclitari: tantámque refrigerandi naturam esse, vt musta feruere desinant pumice addito. *Vt videare hirsutus*] Caussam assignat, cur nolit librum poliri pumice: vt scilicet videatur incultus & impexus, vt decet exulis fortunam.

Fœlicès ornent hæc instrumenta libellos:
Fortunæ memorem te decet esse meæ.
Néve liturarum pudeat: qui viderit illas,
De lacrymis factas sentiat esse meis.
Vade liber, verbísque meis loca grata saluta:
Contingam certè quâlibet illa pede.
Si quis (vt in populo) nostri non immemor, illi
Si quis, qui quid agam fortè requiret, erit:
Viuere me dices, saluum tamen esse negabis:
Id quoque, quòd viuam, munus habere dei.
Atque ita tu tacitus quærenti plura, legendum.
Ne, quod non opus est, fortè loquare, caue.
Protinus admonitus repetet mea crimina lector,
Et peragar populi publicus ore reus.
Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis:
Caussa patrocinio non bona maior erit.
Inuenies aliquem, qui me suspiret ademptum,
Carmina nec siccis perlegat ista genis.
Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,
Sit mea lenito Cæsare pœna leuis.
Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ipse, precamur,
Placatos misero qui volet esse deos.
Quæque volet, rata sint: ablatáque principis ira,
Sedibus in patriis det mihi posse mori.
Vt peragas mandata liber, culpabere forsan,
Ingeniíque minor laude ferere mei.
Iudicis officium est, vt res, ita tempora rerum
Quærere: quæsito tempore tutus eris.
Carmina proueniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis, & otia quærunt:
Me mare, me venti, me fera iactat hyems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem
Hæsurum iugulo iam puto, iámque mea.
Hæc quoque, quæ facio, iudex mirabitur æquus,
Scriptáque cum venia qualiacunque leget.
Da mihi Mæoniden, & tot circumspice casus,
Ingenium tantis excidet omne malis.
Denique securus famæ liber ire memento,
Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.
Non ita se nobis præbet fortuna secundam,
Vt tibi sit ratio laudis habenda tuæ.
Donec eram sospes, tituli tangebar amore,
Quærendíque mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc simulo: studiúmque quod obfuit, odi.
Sit satis, ingenio sic fuga parta meo.

Hæc instrumenta] hæc ornamenta prædicta. *Fœlices libellos*] fœlicia poemata. *Fortunæ meæ*] mei exilij. *Liturarum*] macularum. Dicuntur autem lituræ à lino verbo, quod propriè est, aliquid leuiter induco, quasi lineam duco. Vnde lituram dicimus eam, quæ superinducto atra-
B mento, aut alio liquore scripturam aliquam, picturámve delet. Hinc etiam fit illino, relino, & oblino, vt Priscianus docet. Ouidius: Quascúnque aspicies, lacrymæ fecere lituras. *Contingam certè*] Ordo est: Contingam certè illa loca eo pede, quo licet id est, carmine meo, quo solo modo possum, Romam accedā. *Vt in populo*) vt solet in
C magna multitudine aliquis esse non immemor. *Dei*] Augusti Cæsaris, vel Iouis. *Atque ita tu tacitus*] Ordo est: Atque ita tu tacitus caue, ne fortè loquare opus, quod non est legendum quærenti plura. Non desunt qui ita legant: Atque ita tu tacitus quærenti plura legendum, Ne quæ non opus est, fortè loquare, caue. Vt sit ordo. Atque ita taci-
D tus caue loquare quærenti plura te legēdū: ne fortè loquare ea, quæ non est opus loqui. *Quod non est*] subaudi, legendum. Innuit autem res de Arte amandi libens *Quærenti plura*] aliquo plura interrogante: vel loquare quæ tantū plura. Ouid. lib. 1. de Arte amandi: Ne dubites illi verba secunda loqui. *Protinus admonitus*) Rationem assignat, cur
E nolit se de se legendo vllam mentionem fieri. *Repetet*] in memoriam reducet. *Mea carmina*] meos libros amatorios. Legitur etiam, Mea crimina: hoc est, meas criminationes, & caussas ob quas me damnauit Augustus. *Et peragar pluribus reus*] & non tantùm à Cæsare, sed etiam ab omnibus condemnabor, & pœna alia afficiar à populo: Agere enim reum, est reum accusare. Ouidius lib. 2. de Arte a-
F mandi: Vicimus, & falsi criminis acta rea est. Peragere verò reum, est reum condemnare. Reus verò (vt lib. 2. de Oratore docet Cicero) est non is modò qui arguitur, sed omnes quorum de re disceptatur: sic enim olim loquebantur *Caussa non bona*] caussa iniqua. *Erit maior patrocinio*] plus poterit defensione tua: quia quum sit iniqua, damnabitur. [Vel potius, grauior & inuidiosior erit.] *Nec siccis genis*] manantibus lacrymis. E contrà siccæ genæ dicuntur, quum nullæ profluunt lacrymæ. Martial. Siccis ipse genis flentes hortatur a-
G micos. *Lenito Cæsare*) placato Augusto. *Ablatáque principis ira*] Verecunde Poëta reditum precatur. *Ingeniíque minor*] & fortasse diceris minime respondere viribus mei ingenij, sed esse eo minor. *Vt peragas mandata*] Carmen excusat Poëta, ostendens, se in luctu non posse optimos versus facere. *Vt res*) vt caussas, controuersias.
H Rem autem hic appellat Ouidius, quam rhetores Negocium nominant: in cuius quæstione quæritur locus, tempus, modus, occasio, facultates. In tempore autem consideratur occasio, quæ est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. *Tutus eris*] crebris reprehensionibus. *Deducta*) composita. Translatio à lana, quæ in tenuitatem de-
I ducitur. Virgilius, Deductum dicere carmen. *Animo sereno*] hilari mente. *Tempora nostra*] tempora quibus hæc scribimus. *Sunt nubila*] sunt obscura, & ideo tristia. *Carmina secessum scribentis*] De secessu & silentio scribentis idem præcipit etiam Fabius libro decimo, his verbis: Denique (vt est) potissimum dicā.
K Secretum quod dictando perit, atque liberum arbitris locum, quàm altissimum silentium scribentibus maximè conuenire nemo dubitauerit. Et paulo pòst hæc subiungit. Demosthenes melius, qui se in loco, ex quo nihil perspici potest, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideóque lucubrantes silentium
L noctis, & clausum cubiculum, & lumen vnum velut tectos maximè teneat. *Et otia*] & mentis quietem, vacationem à labore. *Me fera iactat hyems*] Erat enim in Scythica regione Poëta, quæ magnis frigoribus vexatur. *Carminibus metus omnis abest*] carmina omni metu vacare debent. Sunt qui legant, Adest: vt dicat se hostili metu deterreri à scribendis carminibus. *Ego perditus ensem*] &c. ego infœlix mihi semper timeo mortem imminente: Scythæ enim assiduè nos infestant. *Cum venia*) mihi ignoscendo. *Mæoniden*] Homerum. Cur autem Mæonides dicatur, abundè diximus in enarra-

tionibus in Ouid. de Arte amandi. *Securus famae*] sine cura comparandae laudis. *Non ita se praebet*] Causam adducit, cur liber non debeat erubescere, si displicuerit. *Donec eram sospes*) donec non eram affectus hac insigni clade exilij. *Amore nouli*] amore indicis alicuius mei operis. [Aut potius, amore famae ac laudis, quae titulis amplificatur) *Quaerendi nominis*] comparandae famae. *Carmina nunc simulo*] insimulo nunc, & accuso, ac criminor carmina. aut fingo hac esse carmina, quum non sint. quasi dicat: Non possum facere optima carmina, & tamen ea in lucem emitto tanquam bona. In aliis exemplaribus ita legitur, Carmina nunc si non, studiúmque quod ob fuit, odi: vt sit ordo: Odi quod obfuit mihi, id est, ingenium, si non odi carmina & studia. [Vel sic: Sit satis, quòd non prorsus odi carmina, & studium, quod obfuit: quandoquidem ingenio meo, id est, studio tali, fugam atque exilium mihi ipsi pepesi.] *Studiúmque quod obfuit, odi*] Amatoriam artem designat, cuius causa relegatus fuit ab Augusto. *Sit satis ingenio*] satis sit, quòd ingenij poenas dedi. quasi dicat: Nolo amplius ingenij mei artem, quae semel nocuit, exercere.

I tamen, & pro me, tu, cui licet, aspice Romam.
Di facerent, posses non meus esse liber.
Nec te, quòd venias magnam peregrinus in vrbem,
Ignotum populo posse venire puta.
Vt titulo careas, ipso noscere colore,
Dissimulare velis te licet esse meum.
Clam tamen intrato, ne te mea carmina laedant:
Non sunt, vt quondam plena fauoris erant.
Si quis erit, qui te, quòd sis meus, esse legendum
Non putet, è gremio reijciátque suo,
Inspice, dic, titulum: non sum praeceptor amoris.
Quas meruit poenas, iam dedit illud opus.
Forsitan expectas, an in alta Palatia missum
Scandere te iubeam, Caesareámque domum.
Ignoscant augusta mihi loca, dique locorum:
Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina: sed timeo, qui nocuere, deos.
Terretur minimo pennae stridore columba,
Vnguibus accipiter saucia facta tuis.
Non procul à stabulis audet discedere, si qua
Excussa est auidis dentibus agna lupi.
Vitaret caelum Phaethon, si viueret: & quos
Optauit stultè, tangere nollet equos.
Me quoque, quae sensi, fateor Iouis arma timere:
Me reor infesto, quum tonat, igne peti.
Quicunque Argolica de classe Capharea fugit,
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
Et mea cymba semel vasta percussa procella,
Illum quo laesa est, horret adire locum.
Ergo chare liber timida circumspice mente,
Et satis è media sit tibi plebe legi.
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

Di facerent, posses non meus esse liber] dij concederent, posses esse non meus liber: quia si artem poeticam nescirem, non eiectus fuissem in exilium. In quibusdam exemplaribus (quod magis etiam placet) ita legitur. Di facerent, possem, nunc meus esse liber. [*Vt titulo careas*] quamuis careas indice, qui solet libris apponi. *Ipso colore*] nigro & lugubri habitu. [*In alta Palatia*] illic enim habitauit Augustus Caesar. Vnde autem dictum sit Palatium, diximus in enarrationibus in Ouid. de Arte amandi. *Ignoscant augusta mihi*] dent mihi veniam loca illa, quae habitat Augustus. Augustum autem sanctum & religiosum significat. Ouid. in Fastis: Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur Templa sacerdotum ritè dicata manu. Et Tranquillus: Postea C. Caesaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatij Planci sententia: quum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis, praeualuisset, vt Augustus potius vocaretur, non tantùm nouo, sed etiam ampliore cognomine: quòd loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab auium gestu gustúve. sicut etiam Ennius docet, scribens: Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est. Pompeius quoque ita scribit: Augustus locus sanctus, ab auium gestu, id est, qui ab auibus significatus est, sic dictus. Siue ab auium gustatu: quia aues pastae id ratum fecere. *Díque locorum*] Apollinem Palatinum, Latonam, Dianam, Iouem optimum max. Iunonem Reginam, Mineruam, alios deos deásque. Adde etiam Augustum, si placet, qui viuens diuinos meruit honores. *Fulmen*] ira Caesaris. *Ab illa arce*) à Palatino colle. *Esse quidem memini*] antea enim Augusto gratus fuerat Poeta. *Terretur minimo*] &c. Columbae & agnae exemplo dicit se eos timere, à quibus laeditur. *Minimo stridore pennae*] minimo alicuius auis volatu. Aristoteles lib. 9. Animalium scribit, columbas vnumquodque accipitrum genus cognoscere: atque quum accipiter prouolat, si sublimipeta est, manere quo constiterint loco: sed si humipeta, qui prouolat, est, non manere, sed continuò auolare. Idem etiam scribit, eas neque coniugium iam inde à primo coitu initum deserere, nisi caelibes, aut viduas. Peculiare colũbis illud etiam est, vt in coitu, nisi antè mutuò osculentur, mas non ascendat: sed iunior sit, an senior, interest. Senior enim coitum osculo exorditur, sequentem & sine osculo agit: at iunior, quoties libet coire, toties osculatur. Vnde Cn. Marsus poeta columbarum oscula eleganter ita describit: Siniúque amicam recipere frigidam caldo, Columbatim labra conserens labris. Et Ouid. lib. 2. de Arte am. Quae modò pugnarunt, iungunt sua rostra columbae, Quarum blanditias verbáque murmur habet. *Excussa*] est agitata & laesa. *Auidi lupi*] lupi insatiabilis. Ouidius in Metamorphoseon libris: Sic agna lupum, sic cerua leonem, Hostes quaeque suos. Et libro quinto: Vt fugere accipitrem penna trepidante columbae, Vt solet accipiter trepidas vrgere columbas. *Vitaret caelum Phaethon*] Phaëton quoque, si viueret, caelum vitaret, ne rursus adiret mortis periculum. *Tangere nollet equos*] nollet Solis patris currũ ascendere. quo nil aliud ostenditur, nisi is qui principatum accipit, atque eam dedecorat, à quo munus id accepit, nil aliud efficiens in summa rerum potestate, nisi quòd & praesentibus, & futuris se intemperantem atque improbum declarat, Phaethõtis fatum implens, qui (vt in fabulis traditur) praepotentem & diuinũ Solis currum praeter sortem conscendit, quum idoneus auriga nõ esset. Autor Dion de Regno. Phaethon autem sine diphthongo in principio profertur. easdem enim literas veris literis enuncians, licèt per complexionem P. Varro ita scripserit, Quum te flagranti deiectum fulmine Phaeton Fablus autor. *Arma Iouis*] Augusti iram. *Infesto igne*] infesto fulmine & supplicio. *Quum tonat*] cùm minatur, cùm irascitur. *Quicunque Argolica de classe Capharea fugit*] &c. Graeci quoque, qui semel tempestatem euaserunt, apud montem Capharea, semper loca illa deuitant. Quibus exemplis colligit, se quoque loca, vnde fulmine prostratus est, fugere statuisse. Sanè Nauplius Palamedis pater, vt filij necem vlcisceretur, eleuata facula signũ dedit ex Caphareo Euboiae promontorio, Graecis naufragio laborantibus: qui credentes ignes indicare portum tutissimum, intus asperrimos scopulos naufragium fecere. Ouidius de Remedio amoris: Argolicae cuperent fugisse Capharea puppes, Téque senex luctus ignibus vlte tuos. Solinus scribit, Caphareum promontorium prominere in Hellespontum, vbi post Ilij excidium Argiuam classem vel Mineruae ira, vel (quod certior prodit historia) sidus Arcturi grauibus affecit casibus. *A media plebe*] à mediocri turba. *Dum petit infirmis nimium sublimia pennis Icarus*] Daedali & Icari fabula nota est, Ouidij, Diodori, & Seruij

monumentis. *Icariis nomine fecit aquis*] Ouidius Icarium mare ab Icaro Dædali filio appellatum scribit: cui astipulatur Diodorus, scribens, post Dædalum fugientem Icarum filium quum insulam quandam peteret, in mare decidisse: à quo & insula dicta est, & pelagus Icarium vocatum. Plinius & Solinus ab Icaro insula mare nomina sum scribunt. Illud sciendum, maria multis nominibus appellari, Asiaticum & Phœnicium à prouinciis dictum. Ab insulis Carpathium, Ægeum, Icarium, Balearicum, Cyprium. A gentibus Ausonium, Dalmaticum, Ligusticum, Thuscum. Ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corinthium, Tyrium. A casibus hominum, † Mysticum, vel Hellespontiacum. A memoria regis, Ionium. A bouis autem transitu, Bosphorus pontus appellatur. A moribus accolarum, Euxinus, Axenus antea dictus. Ab ordine fluenti, Propontis. Oras autem extimas Oceanus amplectitur, qua littoribus suis Arabicus, Persicus, Indicus, Eous, Syricus, Hyrcanus, Caspius, Scythicus, Germanicus, Gallicus, Atlanticus Libycus, Ægyptius dicitur.

Difficile est tamen hîc remis vtaris, an aura,
Dicere. consilium résque locúsque dabunt.
Si poteris tradi vacuo, si cuncta videbis
Mitia, si vires fregerit ira suas.
Si quis erit, qui te dubitantem, & adire timentem
Tradat, & antè tamen pauca loquatur, adi.
Luce bona, dominóque tuo fœlicior ipso
Peruenias illuc, & mala nostra leues.
Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest.
Tantùm ne noceas, dum vis prodesse, videto:
Nam spes est animi nostra timore minor.
Quæque quiescebat, ne mota resæuiat ira:
Et pœnæ tu sis altera causa, caue.
Cùm tamen in nostrum fueris penetrale receptus,
Contigerísque tuam, scrinia nostra, domum:
Aspicies illic positos ex ordine fratres,
Quos studium cunctos euigilauit idem.
Cætera turba palàm titulos ostendit apertos,
Et sua detecta nomina fronte geret.
Tres procul obscura latitantes parte videbis:
Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.
Hos tu vel fugias, vel si satis oris habebis,
Oedipodas facito, Telegonásque voces.
Déque tribus moneo: si qua est tibi cura parentis:
Ne quenquam, quamuis ipse docebit, ames.
Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,
Nuper ab exequiis carmina rapta meis.
His mando dicas, inter mutata referri
Fortunæ vultum corpora posse meæ.
Namque ea dissimilis subitò est effecta priori:
Flendáque nunc, aliquo tempore læta fuit.
Plura quidem mandare tibi (si quæris) habebam,
Sed vereor tardæ causa fuisse moræ.
Et si quæ subeunt, tecum liber omnia ferres,
Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa via est, propera, nobis habitabitur orbis
Vltimus, à terra terra remota mea.

Remis vtaris an aura) tuo, an alieno auxilio. Vel odio, an furore. Aut (quod magis placet) difficultate adeundi imperatoris, an facilitate. *Consilium résque locúsque dabunt*] considerabis diligenter rem, quam acturus es: quæ si tibi agenda videbitur, bono animo perges ad imperatorem. Considerabis etiam locum, vtrum sit fauorabilis, an infestus. *Vacuo*) Augusto ocioso, & mihi non irato. *Tradat*) det, afferat Augusto. *Et antè tamen pauca loquatur*] ante tamen pauca animum tibi Cæsaris significet. *Luce bona*] Ordo est: Peruenias illuc luce bona, hoc est fœlici die, & fœlicior ipso tuo domino. *Leues*) vel amoueas, impetrando tedium. Virg. Ego hoc te fasce leuabo. Vel certè imminuas, exilium mitius petendo ab Augusto. *More Achilleo*) vt fecit Achilles: qui Telephum repercussum sanauit, dicente Ouidio in primo de Remedio amoris: Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit. In quorum versuum enarratione, Telephi historiam abundè scripsimus. *Nam spes est animo nostra timore minor*] maior est timor, quàm spes placandi Cæsaris. vel magis timeo malum aliquod, quàm sperem Augustum leniri posse. *Altera causa*] secunda causa. Prima enim causa fuit ex libris artis amatoriæ. *In nostrum penetrale*] in nostrum cubiculum. *Cætera turba*] reliqua librorum copia. *Hi quoque*] hi tres de Arte amandi libri etiam docent amare, quemadmodum cæteri libri, in quibus de amoribus tractatur. Aut certè etiam docent amatoriam artem, vt prius docuere. *Quod nemo nescit*] quod omnes sciunt me composuisse, aut ducere amare.

Oedipodas) parricidas. Oedipus enim patrem occidit, quemadmodũ liberi, quos Oedipodas appellat, patri Ouidio exilium pararunt. Sane Laius Thebanorum rex, sumpta vxore Iocasta Creontis filia, quum diutius caruisset liberis, oraculo consulto an esset filios habiturus: responsum tulit, non conducere sibi prolem habere. Nam qui ex eo prodiret filius, patrem occisurus esset, aduersaque fortuna domum funestaturus. post quod responsum præcepit natum infantem traiectis primùm ferro pedibus exponi. Vnde & Oedipus cognominatus est. Sumptum puerum domestici quum non exposuissent, cuidam seruili mulieri nomine Polybœæ, tradidere. Quum iam vir factus esset, deum de infante exposito consulere statuit Laius, Oedipus quoque à quodam se fuisse expositum certior factus, & ipse Pythiam, qui sui parentes forent, oratum proficiscebatur. Quum ambo apud Phocidem inuicem obuiassent, Laiúsque illum de via cedere superbius mandasset: Oedipus ira motus Laium occidit, inscius parentem esse. Autor Diodorus. *Telegonásque*) Vlyssis mortem Homerus omisit. Scribit tamen Porphyrio, eum per ignorantiam interfectum fuisse à Telegono eius filio, quem ex Circe susceperat. Theopompus autem (autore interprete Lycophronis) tradit Vlyssem offensum domestica turpitudine, redisse ad Circeen, & à Telemacho fuisse necatum. Telemachum verò à Cassiphone, in vltionem matris, quo tempore natum affirmat Telegonum. *Déque tribus*] de tribus libris de Arte amandi. *Parentis*) patris Ouidij. *Quamuis ipse docebit*] quamuis aliquis ex tribus libris tradet amandi præcepta. *Sunt quoque mutatæ*] Metamorphoseon opus intelligit. *Ab exequiis meis*) à meo exilio, quo consternatus Poeta non potuit tanto operi postremam manum imponere. Vnde ipse alibi ita scribit: Quóque magis saucas, non sunt hæc edita ab illo, Sed quasi de domini funere rapta sui. *Inter mutata referri*] Ordo est: Vultum meæ fortunæ posse referri inter corpora mutata: hoc est, me posse numerari inter cæteras eius operis transformationes. *Quæ subeunt*] quæ in mentem veniunt. *Orbis vltimus*) Vltimum orbem appellat plagam vbi exulabat: quoniam in extrema Septentrionis plaga erat. *Terra remota*) Appositio est, nota figura. *A mea terra*] ab vrbe Roma, vel à Sulmone patria.

IN SECVNDAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA II.

Di maris & cæli (quid enim nisi vota supersunt?)
Soluere quassatæ parcite membra ratis.
Néve, precor, magnæ subscribite Cæsaris iræ,
Sæpe premente deo fert deus alter opem.
Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo,
Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Aeneam propior Saturnia Turno:
Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Sæpe ferox cautum petijt Neptunus Vlyssem,
Eripuit patruo sæpe Minerua suo.
Et nobis aliquod, quamuis distamus ab illis,
Quis vetat irato numen adesse deo?
Verba miser frustra non proficientia perdo,
Ipsa graues spargunt ora loquentis aquæ.
Terribilisque Notus iactat mea verba, precésque,
Ad quos mittuntur, non sinit ire deos.
Ergo ijdem venti, ne causa lædar in vna,
Veláque nescio quò votáque nostra ferunt.
Me miserum, quanti montes voluuntur aquarum,
Iam iam tacturos sidera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore valles,
Iam iam tacturos tartara nigra putes.
*Quodcunque aspicio, nihil est nisi pontus, & * aer:*
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
Inter vtrunque fremunt immani murmure venti,
Nescit, cui domino pareat, vnda maris.
Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu.
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest.
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus aduersa prælia fronte gerit.
Rector in incerto est, nec quid fugiátve petátve,
Inuenit, ambiguis ars stupet ipsa malis.
Scilicet occidimus, nec spes est vlla salutis,
Dúmque loquor, vultus obruit vnda meos.

MER. *Di maris & cæli*] In exilium proficiscens Poeta iubente Augusto, deprehensúsque in medio mari, fluctibúsque penè eum obruentibus, deos precatur, vt ipsi saltem cognoscant, nec cum Cæsare eum funditus perdant. Probátque multis exemplis posse eos id facere: siquidem deo aliquo aliquem infestante, alij quoque dij eidem opem tulere. Describit deinde tempestatem: tum deos precatur, vt se incolumem ad Tomitas perducant, quorum ope demum dicit se agnoscere vim maris sæuientis euanescere. *Dy maris*] Deos maris intelligit, Neptunum, Glaucum, Tritones, Palæmona, Phorcum. quos in quinto Æneid. libro eleganter Virg. describit. Neptunum ideo mari imperasse tradũt, sacráque à nauigantibus facta: quoniam (vt Diodorus scribit) secundum Cretenses primus nauigandi arte inuenta, classem instituit, cuiúsque præfectus est à Saturno factus. Addunt etiam, eum primũ equos domuisse, artémq. equitandi ab illo traditam, ex quo Hippius sit appellatus. Lactant. in 1. Diuin. instit. scribit Neptuno maritima omnia cum insulis obuenisse, cuius rei Enemerum autorem esse scribit. *Ratis quassatæ*] nauis tempestate concussæ. *Ne subscribite*] ne figuretis, vos velle etiam me persequi post Cæsarem. hoc est, ne me obruatis, sequendo iram Cæsaris: quasi eodẽ scripto vos subscribentes, cum Cæsare in me cõiuretis. *Sæpe premente deo*] Docet, deos in clade alicuius non semper esse concordes. *Mulciber in Troiam*] Vulcanus erat cõtra Troianos. Totum autem hoc sumptum est ex Homero, scribente in Iliade, deos diuersè affectos fuisse. Nam Iuno, Pallas, terræ motor Neptunus, perquàm vtilis & sapientia præditus Mercurius, præterea viribus superbiens, & inualidus tibiis, claudicans Vulcanus, pro Græcis. Pro Troianis autem bene armatus Mars, intonsus Apollo, bellicosa Diana, flaua Latona, & læta Venus stabant. Mulciber autem, vt Macrob. docet, est Vulcanus, quòd ignis sit, & omnia mulceat ac domet. Priscianus à mulcendo & imbri compositum nomen existimauit. Et quamuis Cæsius Mulciberis & Mulcibris protulerit, melius tamen simplicis declinationem sequitur. Vulcanum scribit Diodorus ferri, æris, auri, argẽti, omniúmque quæ igni fabricantur artem inuenisse, eámque cæteros docuisse. Quapropter harum rerum opifices vota, sacráque huic deo maximè facientes, ignem in æternam memoriam suscepti beneficij Vulcanum vocant. *Pro Troia stabat Apollo*] Homerus cùm alibi, tum in quinto Iliados ita eos ostendit Apollinem fauisse Troianis. Sed eorum oculis Mauors caligine offusa, huc atque illuc discurrebat, adiuuans, exhortánsque Troianos, vt mandata Apollinis exequeretur: qui & ipse vbique Troianis aderat, quum videret inuicem Mineruam versari in bello ferentem auxilia Græcis. *Aequa Venus Teucris*] Huc quoque ostendit Homer. lib. 3. Iliados his fermè verbis, Iouem deos alloquentem inducens: In hoc singulari certamine dij cœlites duæ deæ sunt, quę Menelao fauent: vna, quæ Paridi. Illi quidem Iuno, & Minerua: quæ (vt videtis) nonnihil à cœtu nostro semotæ sedent, plenæ gaudij, ex ipso rei gestæ spectaculo. Hæc autem Venus quæ nunc abest, semper solicita pro Paride, quem nunc ab impendentis mortis periculo eripuit.

Oderat Aeneam] Prælium Æneæ & Turni, quorum alteri Iuno fauebat, alteri verò Venus, notũ est Virgilij carmine. *Sæpe ferox cautum*] Neptunus iratus quòd Vlysses prius Palameden nepotem insontem occidisset, deinde Polyphemum filium occæcasset, decem annos per mare illum insecutus est: cui semper affuit Pallas. Quod ideo finxit Homerus, quoniam ille comitẽ habuit prudentiam, quã poetico ritu Mineruam nuncupauit: qua comite, omnia horrenda subiit, omnia aduersa superauit, quippe ea adiutrice; Cyclopis specus introiit, & egressus est: Solis boues vidit, & abstinuit: ad inferos descẽdit, & ascendit. Eadem sapientia comite, Scyllam prænauigauit, nec abreptus est: Charybdi conseptus est, nec retentus: Circes poculum bibit, nec mutatus est: ad Lotophagos accessit, nec remansit: Sirenes vidit, nec accessit. *Patruo suo*] Neptuno Iouis fratre: cuius erat filia Pallas.

Et nobis aliquod] Ordo est: Et quis vetat aliquod numen adesse nobis irato deo, quamuis distamus ab illis. *Quamuis distamus ab illis*] quamuis non sum comparãdus illis, quos antedixi. *Deo irato*] Cæsare irato. *Verba non proficientia*] quia tempestas non cessat.

Terribilisque Notus] & Auster sæuissimus: Auster enim ventus à meridionali plaga spirat. Græcè Notus appellatur, quoniam est nebulosus atque humectus. νότις enim Græcè humor nominatur, vt Gellius docet. *Ne causa lædar in vna*] ne solo puniar exilio, sed pluribus malis. *Montes voluuntur aquarum*] Sic & Maro: Sequitur cumulo præruptus aquę mons. Videtur autem totum hunc locum à Verg. accepisse Ouid. Iam iam tacturos sidera. Sic Vergil. Fluctúsque ad sidera tollit. *Quantæ diducto*] Vergil. Hi summo in fluctu pendent, his vnda dehiscens, Terram inter fluctus aperit. *Fluctibus hic tumidus*] hic pontus fluctibus agitatur. *Nubibus ille minax*] ille aer inductis nubibus minatur pluuiam & tempestatem.

Inter vtrunque] inter pontum & aerem. *Immani turbine*) magna ventorum volubilitate. Aliàs turbo (vt Plinius docet) est procella quæ erumpit maiore depressæ nubis specie: sed minus alto quàm procella, nec sine fragore, turbinem vocant, proxima quæque prosternentem. Senec. lib. vlt. Natural. quæst. ita scribit Turbo enim circa terras concipitur ac fertur: ideóque arbusta radicitus vellit: & quacunque incumbit, solum nudat, syluas interim & tecta corripiens, inferos

A etiam Pollio scribit doctissimos Mathematicorum centum & viginti annos homini ad viuendum datos iudicare, neque amplius cuiquam tributa esse concessum: etiam illud addentes, Mosen solum dei (vt Iudæorum libri loquuntur) familiarem centum & vigintiquinque annos vixisse: qui quum quereretur, quòd iuuenis interiret, responsum ei ab incerto ferunt, numine neminem plus effecturum. Fato nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus exitium creant: nisi fortè aliarum stellarum benignitas etiam, tertium eius superet cursum. Fortuna, id est, casu, qui ad omnia pertinet, quæ extrinsecus sunt, vt ad ruinam, incendia, naufragia, ferrum, venena, mors accidit. Sic Cicero in Philipp. Multa, inquit, mihi imminere videbantur præter naturam, prætérque fatum. id est, gladij Antonij ex casu. Tranquillus etiam B scribit, percussorum Cæsaris neminem sua morte defunctum esse. Sua enim hominis mors est, quæ violenta non est: sed aut natura, aut fato constat. Quæ verò fortuna mors est, dicitur esse præter naturam, prætérque fatum, & à Græcis βιοθάνατος appellatur. Illi enim βίαν violentiam, & θάνατον, mortem vocant. Et βιοθάνατοι dicuntur, qui violenta morte pereunt: quo verbo sæpe vtitur cùm Seruius, tum etiam Lampridius. Naufragium igitur quod casui tribuitur, damnat Poeta: & ferri mortem illi præponit, propter eam causam, quam suprà diximus. *Ponere corpus moriens*) locare morientis hominis corpus. *In solita humo*] in terra, quæ hominis propria & solita G sedes est, non aqua. quod etiam ita Plin. docet: Sia hominum illa, vt cœlum dei, quæ nos nascentes excipit, natos alit, semélque editos sustinet semper: nouissimè complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens nullo magis sacramento, quàm quo nos quoque sacros facit.

Et mandare suis aliqua, & sperare sepulchrum,
Et non æquoreis piscibus esse cibum.
Fingite me dignum tali nece: non ego solus
Huc vehor, immeritos cur mea pœna trahit?
Pro superi, viridésque dei, quibus æquora curæ:
Vtraque iam vestras sistite turba minas.
Quámque dedit vitam mitissima Cæsaris ira,
Hanc sinite infœlix in loca iussa feram.
Si, quam promerui pœnam me pendere vultis,
Culpa mea est, ipso iudice, morte minor.
Mittere me Stygias si iam voluisset ad vndas
Cæsar, in hoc vestra non eguisset ope.
Est illi nostri non inuidiosa cruoris
Copia: quódque dedit, cùm volet ipse feret.
Vos modò, quos certè nullo (puto) crimine læsi,
Contenti nostris iam precor este malis.
Nec tamen, vt cuncti miserum seruare velitis,
Quod perijt, saluum iam caput esse potest.
Vt mare subsidat, ventísque ferentibus vtar,
Et mihi parcatis, non minus exul ero.
Non ego diuitias auidus sine fine parandi,
Latum mutandis mercibus æquor aro.
Nec peto, quas quondam petij studiosus Athenas,
Oppida non Asiæ, non mihi visa prius.

MER. *Et mandare suis aliqua*] & suis aliqua iniungere agenda: quod faciunt morituri. *Tali nece*] tali morte vt peream naufragio. *Non ego solus huc vehor*) parcendum est cæteris, qui mecum sunt in eadem naui. *Vtraque turba*] & cœli & maris dij. *In loca iussa*] in Ponticam oram. *Si quam promerui*] Ordo est: C Si vultis me pendere pœnam, quam promerui. Legitur etiam: Si, quia commerui pœnam, me perdere vultis. idem tamē est sensus. *Culpa mea est ipso iudice*] crimen meum vel Augusto iudice non est tantum, vt morte plectendus sim. *Ad vndas Stygias*] ad inferos. Illi enim dicuntur mitti ad vndas Stygias, qui intereunt. Aliter verò Ouid. in primo Met. dicit Saturnum missum in tar- D tara tenebrosa: non mortuum, vt quidam interpretantur, fabulam ignorantes, sed vinctum apud inferos: nam dij non moriuntur. Saturnus enim (vt docet Lactantius in primo Diuinarum institutionum) comprehensus à fratre Titane, quòd filios virilis sexus contra pactionem ac iusiurandum educasset, muro circunclusus cum vxore Ope seruatur. Quod quum Iupiter audiuisset, venit cum magna Cretensium multitudine, Titanúmque, ac filios eius pugnando vicit, parentes vinculis exemit: patréque in regno collocato, in Cretam remeauit. Post hæc deinde Saturno E datam sortem ferunt, vt caueret ne filius eum expelleret. Illum eleuandæ sortis atque effugiendi periculi gratia insidiatum Ioui, vt eum necaret. Iouem cognitis insidiis regnū sibi denuò vendicasse, ac fugasse Saturnum: qui quum iactatus esset per omnes terras persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum vel necandum Iupiter miserat, vix in Italia locum in quo lateret inuenit. Diodorus scribit Iouem, quoniam diuersa à patre vitæ institutione erga singulos mansuetudine atque humanitate vsus est, regnum cepisse partim concedente patre, partim populis ab eo per odium deficientibus: aduersus quem quum Saturnus Titanum præsidio fisus pugnasset, acie victum fuisse. Quidam verò eū captum, atque in tartari carcere inclusum scribunt, Inter quos Dionysius Halicarnasseus, cuius verba hęc sunt: Neque enim exectus Cœlus à filijs suis apud Romanos dicitur, neque F filios perdens Saturnus metu insidiarum ab eis: neque Saturni dominationem euertens Iupiter, includénsque patrem tartari carcere. Sed nec bella quidem & vulnera, vinculáque & seruitutes deorum apud Romanos inueniuntur. Vnde Pluto apud Claudianum in primo de Raptu Proserpinæ ita loquitur: Si dicto parēre neges, patefacta ciebo Tartara, Saturni veteres laxabo catenas. Idem etiam Cic. lib. 3. de Natura deorum ostendere videtur his verbis: Iam verò quid vox illa delectat, explicatio fabularum, & enodatio nominum, exectum à filio Cœlum, vinctum itidem à filio Saturnum. H Designans igitur Ouid. Saturno in carcerē coniecto, nō mortuo Iouem regnasse, illum dixit missum fuisse in tartara tenebrosa. *Non inuidiosa*) non odiosa Augusto: aut certè non conciliatura illi inuidiam. vt sit sensus: Potest me Cæsar interficere quum libet, quæ res nullam illi concitabit inuidiam propter mea crimina. Inuidiosus enim ab Inuideo verbo declinatum passiuè accipitur: ille enim significatur, qui est inuidiæ obnoxius. A I nomine verò deductum, actiuè ponitur: significat enim inuidia dolorem animi ex aliena fœlicitate prouenientem. Est etiam vel dicto vel facto in alterū maleuolentiæ cōciliatio, à qua significatione hoc in loco inuidiosus descendit. Ouid. li. 4. Met. Ante Iouē sparsis stetit inuidiosa capillis. Cuius significatio- K nis nōnulli ignari, ita exponunt, inuidiā Ioui factura. Quomodo enim Ceres potest Ioui inuidiā facere amissa filia? Inuidiosam potius capillis sparsis & vultu mœsto apud Iouem maleuolentiam conciliaturā Plutoni qui Proserpinā rapuerat, accipiet doctissimus quisq. *Quódq; dedit*] vitā quā mihi cōcessit Augustus. *Feret*] adimet. *Nec tamē vt cūcti*] Ordo est: Nec tamē caput quod perijt, iā pōt esse saluū. *Vt*).i. quamuis cūcti velitis seruare me miserū *Vt ma. sub.*) quāuis mare non sæuiat. *Ventis ferentibus*) vētis secundis & portātibus me in pōticā regionē. Legitur etiā fauentibus *Et mihi*) &c. & quamuis mihi ignoscatis & faciatis ne pereā naufragio. *Non minus exul ero*) nō ob eā causam effugiā quin sim exul, quod mihi erit tanquā mors altera. *Nō ego*] &c. Dicit nullā aliā sibi causā esse nauigādi, nisi vt in exiliū proficiscatur. *Mutādis merc.*) commutandis rebus. Solent. n. mercatores merces mercibus L mutare. Verg. Nec nautica pinus Mutabit merces. Hinc fit commerciū, quasi cōmutatio merciū. *Aro*) nauigo. Vergil. Et vastum maris æquor arandū. *Nec peto quas quondam*] Nec, inquit, Athenas eo studēdi gratia vt olim. Athenę aūt vocatę sunt à Minerua, quæ Græce Athena dicitur: cui⁹ causam hāc Varro assignauit. Quū apparuisset illic repētè arbor oliuę, & alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista mouerunt, & misit ad Apollinē Delphicū sciscitatum quid intelligendum esset, quidve faciendum. Ille respōdit, oleā Mineruam significare, vndam Neptunū. esseq; in ciuiū potestate, ex cuius nomine potius illorū deorū, quorū illa signa essent, ciuitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, ciues oēs vtriusq; sexus (mos. n. eis tunc in eisdē locis erat, vt fœminæ publicis con-

sultationibus interessent) ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerua tulere sententias. Et quia vna plus inuenta est fœminarum, Minerua vicit. Tunc Neptunus iratus, marinis fluctibus exæstuantibus terras Atheniensium populatus est cuius vt iracundia placaretur, triplici supplicio affectæ sunt mulieres, vt nulla vlterius ferrent suffragia, vt nullus nascentium maternum nomen acciperet, vt ne quis eas Athenæas vocaret. *Oppida non Asiæ*] meruit enim sub M. Varrone, & cum eo in Asiam profectus est. [Sed vide, num diuersum potius accipiendum sit, ex eo quod sequitur, Non mihi visa prius.]

Non vt Alexandri claram delatus in vrbem,
Delicias videam Nile iocose tuas.
Quod facile est, opto ventos (quis credere posset?)
Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.
Obligor vt tangam læui fera littora ponti,
Quódque sit à patria iam fuga tarda, queror.
Nescio quos videam positos vt in orbe Tomitas,
Exilij facio per mea vota viam.
Si me diligitis, tantos compescite fluctus,
Pronáque sint nostræ numina vestra rati.
Seu magis odistis, iussa me aduertite terræ,
Supplicij pars est in regione mori.

In Vrbem Alexandri] Alexandriam intelligit, quam in Ægypto conditam de suo nomine appellauit. de qua Q. Curtius ita scribit: Alexander ab Hammone rediens, vt à mari ad Mareotim paludem haud procul insula Pharo sitã venit, contemplatus loci naturam, primùm in ipsa insula statuerat vrbem nouam condere. Inde vt apparuit magnæ sedis insulam haud capacem, elegit vrbi locum, vbi nunc est Alexandria, appellationem trahens ex nomine autoris, complexus quicquid loci est inter paludem & mare: 80 stad. muris ambitum destinat. & qui ædificandæ vrbi præessent relictis, Memphim petit. Condidit & Alexandriam in India. Aliam etiam ædificauit ad Tanaim amnem. Murus fuit 60 stad. Aliam verò in radicibus montis Caucasi. De Alexandria in Ægypto, ita etiam Plin. scribit: Sed iure laudatur in littore Ægypti maris Alexandria, à magno Alexandro condita, in Africæ parte ab ostio Canopico 12. millia passuum iuxta Mareotim lacum, qui antea Arapotes nominabatur. Metatus est eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, 15. millibus passuum laxitate insessa ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosam dextra læuáque angulosо procursu, iam tum tamen quinta situs parte regi dicata. De ea vrbe plura his etiam Strabo & Vitruuius. *Tuas delicias*] tuos ritus. Nam & Quintil. Delicias Alexandrinas appellat. Aut tuam vbertatem, & aëris temperiem. Nam Plin. scribit Ægyptum Nilo irrigari, & in 12. cubitis famem sentire, in 13 etiamnum esurire, 14. hilaritatem afferre, 15. securitatem, 16 delicias. Potes & referre ad publica fana, Pyramides, Labyrinthum, regiásque. Nam regum vnusquisque quemadmodum publica deorum dona aliquo ornamento decorabant, sic & ad eas quæ factæ erant, regiam aliquam ædificabant: quorum omnium Strabo meminit. Deliciæ enim omnia dicuntur quæ nobis voluptatem afferunt, à Delicio Verbo, hoc est, allicio: siue à delectando. Et quoniam in Ægypti mentionem incidimus, non ab re fuerit de Ægyptiorum moribus ea hic referre, quæ scripsit Hadrianus Augustus in quadam ad Seruianum Consulem epistola: Ægyptum, inquit, quam mihi laudabas Seruiane charissime, totam didici, pendulam, leuem, & ad omnia famæ momenta volitantem. Illi qui Serapin colunt, Christiani sunt: & deuoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt. Nemo illic nunc Archisynagogus Iudæorum, nemo non Samarites, nemo non Christianorum presbyter, non mathematicus, non aruspex, non aliptes: ipse ille Patriarcha quum in Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum: genus hominum seditiosissimum, vanissimum, iniuriosissimum: ciuitas opulenta, diues, fœcunda, in qua nemo viuat ociosus. Alij vitrum conflant: ab aliis charta conficitur: omnes certè lymphiones cuiuscque artis & videntur & habentur. podagrosi quod agant habent: cæci quod agant, habent: ne chiragrici quidem apud eos ociosi viuunt. vnus illis deus est. Hunc Christiani, hunc Iudæi, hunc omnes venerantur & gentes. De laudibus verò Ægypti & Ægyptiorum legito cùm alios, tum Dionysium de Situ orbis. *Nile iocose*] Nilum ideo iocosum appellat, quoniam Canopi erat Serapidis templum, quod ab Alexandria 20. stad distabat. eò ingens ex Alexandria turba per fossam ad solennia descendebat. Nam die ac nocte nauiculis plena erat virorum ac mulierum impudenter canentium ac saltantium cum omni dissolutione, & his præterea quæ diuersoria habent fossæ imposita ad huiusmodi relaxationẽ & celebritatem idonea. à quorum iocis poeta Nilum iocosum appellauit. *Tellus Sarmatis*] Sarmatia (vt scribit Ptolemæus) regio est, cuius pars sita est in Europa, pars verò in Asia. Quæ in Asia est terminatur ab ortu Scythia, intra Imaum montem, & parte Caspij maris. Ab Austro, Albania & Hiberia, & Colchide, & parte Euxini ponti. Ab occasu, Cimmerio Bosphoro, & palude Mæotide, atque Sarmatia Europæ. A septentrione, terra incognita. De Sarmatis ita scribit Pomponius: Ipse Tanais ex Ripheo monte deiectus adeò præceps ruit, vt cùm vicina flumina tum Mæotis & Bosphorus cum ponti aliqua hiemali rigore durentur: solus æstus hyemémque iuxtà ferens, idem semper & sublimis incitatiúsque decurrat. Ripas eius Sauromatæ & ripis hærentis possident: vna gens, aliquot populi, & aliquot nomina. Primi Mæoticæ γυναικοκρατούμενοι, id est, à fœminis possessi, cetique, regna Amazonum, fœcundos pabulo & aliàs steriles nudósque campos tenẽt. Quomodo aũt Sarmatæ possessi fuere à fœminis, docet Herodotus lib. 4. Illud notandũ Sarmatas à Romanis, à Græcis Sauromatas appellari, vt Plin. docet. Iuuenalis: Vltra Sauromatas fugere hinc libet. & Martialis: Venit & epoto Sarmata pastus equo. Eos nunc Polonos appellamus. Sane Sauromatæ autore * nullas habuere ferri structuras, nec alij ad eos comportabant. vnde ob eam ferri penuriam excogitarunt in hastis cuspides iunceas: pro ferreis etiam arcubus corneis, ac sagittis. Hostem præterea catenis implicant, quemcunque deprehendere possunt: atque ita obuersis equis, catenis obuolutos distrahunt. thoracibus fabricandis hoc eorum consilium. Equarum armenta singuli pascunt: quum ager in priuatorum portione diuisus non sit Numidarum more, nec quicquam ferat, præter agrestem syluam. Equabus non ad bellum solùm vtuntur, sed etiam diis patriis immolant, & iisdem vescuntur: earúmque vngulas expurgãt, & in subtilissimas partes scindũt: inde draconum squammis opus simile teres unt. eas perforatas, equorum & boum neruis assuunt, atque ita vtuntur pro thoracibus. *Læui Ponti*] maris Pontici à læua parte. Ingrediente enim Poeta mare Ponticum, à læua erat Tomus, quã petebat Pontus autem (autore Herod. libro 4.) inter omnia maria est maximè admirabile: cuius longitudo est 11. milliũ ac 100. stad Latitudo, qua latissimum est, trium millium ducentorum. Huius pelagi os latitudinis est quatuor stadiorũ. Longitudo oris, quod est collum, quæ Bosphorus dicitur, circiter 120 stadia ad Propontidem eíque pertingens. Propontis autem quingentorum stadiorum est: mille & quadringentorum longitudinis influens in Hellespontum. Ipse Hellespontus, vbi angustissimus, stadiis septem quadringentis longus, initians pelagi vastitatem, quod Ægeum vocatur. Hæc autem ita dimensa sunt. Nauis ferè meat omnino 70. millia passuum longo die: nocte centũ, 60. Itaque à faucibus Ponti ad Phasim (hoc est enim Ponti longissimum) nouem dierum est nauigatio, & octo noctium: quæ fiunt mille, centum, ac decem millia passuum, hoc est, stadiorum vndecim millia ac centum. E Scythica autem ad Themiscyram, quæ est super flumen Thermodonta (hic namque Ponti latissimum est) trium dierum, duarúmque noctiũ est nauigatio: quæ fiunt passuum 300. ac 3. millia, stadiorum verò tria millia ac trecenta. Hũc igitur in modum Pontum, ac Bosphorum, & Hellespontum Herodotus dimensus est. Quinetiam Pontus paludem habet influentem in se, non multo quàm ipse est minorem, quæ Mæotis appellatur, & mater Ponti: à quo Ponto finitima regio Pontica cognominatur. *Fera littora*] Fera appellat propter gentes crudeles illic habitantes, vt infrà dicemus. *Tomitas*] Tomos vrbs fuit in Getico littore: sic dicta, quoniam illic Medea fratrem trucidauit. Plura dicemus in 3 lib. *Exilij facio*] &c. opto mihi viam dari ad exilium. *Seu magis odistis*] siue magis me odio habetis. *Aduertite me*] me deferte. *Iussa terra*] Sarmaticæ terræ. *Supplicij pars est*] Deos docet posse inuisum se afficere supplicio: siquidem mori in exilio, acerbissimum est. *In regione*] in ora Getica mihi ab Aug. concessa.

Ferte, quid hic facio, rapidi mea corpora venti:
Ausonios fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Cæsar: quid quem fugat ille, tenetis?
Aspiciat vultus Pontica terra meos.
Et iubet, & merui: nec quæ damnauerit ille,
Crimina defendi fásve, piúmvé puto.
Si tamen acta deos nunquam mortalia fallunt,
A culpa facinus scitis abesse mea.
Imò ita si scitis, si me meus abstulit error,
Stultáque mens nobis, non scelerata fuit.
Quod (licèt è minimis) domui si fauimus illi:
Si satis Augusti publica iussa mihi.
Hoc duce, si dixi fælicia secula: próque
Cæsare thura piùs, Cæsaribúsque dedi.
Si fuit hic animus nobis, ita parcite diui:
Si minus, alta cadens obruat vnda caput.
Fallor? an incipiunt grauidæ euanescere nubes,
Victáque mutati frangitur vnda maris?
Non casu vos, sed sub conditione vocati,
Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

MER. A *Ferte, quid hic facio*) Ventos perseuerantes increpat Poeta. *Ausonios fines*) Italiæ fines. Vi eo enim tempestatis reiiciebantur in Italiam relicto priori cursu, vt in sequenti elegia apparet. Posuit autem Ausoniam pro Italia, more poetico. Ausonij autem, qui prius Opici dicebantur, incoluerunt eam Italiæ partem, quæ ad Tyrrhenum versa est, vt lib. 7. Politicorum docet Arist. Et B Plinius ita scribit: Tenuere Latium antiquũ, colonis sæpe mutatis, alij alijs temporibus: Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Arunci, Rutuli: & vltra Circeios, Volsci, Osci, Ausones: vnde nomen modò Latij processit ad Lyrim amnem. Ausonum vrbes tres nominat Liu. lib. 9 ab Vrbe condita, Ausonam scilicet, Minturnas, & Vestinam. Mare Ionium ab oriente Italiam alluit, vt docet Ptolemæus Græci verò Ionium diui- C dunt in Siculum, ac Creticum: Plin. autor. Scribit etiam Seruius, Ionium sinum esse immensum, ac vsque in Siciliam protendi: & huius partes esse, Hadriaticum, Achaicum, & Epiroticum. ita à rege appellatum fuisse, Solinus autumat. Appianus scribit, Ionium Dyrrachi filium ab Hercule per errorem interfectum fuisse. Herculem verò corpus tumulantem in mare proiecisse, vt cognomen illi imponeret. Est & alterum mare Ionium, de quo ita scribit Solinus. [Plinij locus est qui hîc citatur, non Solini, sed corruptus tamen. Nam lib. 3. cap 5. ita legitur: Ab eo ad Siciliam insulam, Thuscum, quod ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenum, è nostris plurimi Inferum, vocant. Deinde quod Comment. addit Ionem cum Hercule ad campos lapideos pugnasse, de eo Mela his verbis tradit: Litus ignobile est, lapideum, vt vocant. In quo Herculem contra Albionem & D Bergiona Neptuni liberos dimicantem, cùm tela defecissent, ab inuocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt Credas pluisse, adeo multi passim & latè iacent, &c.] Ligustico mari ad Siciliam esse Thuscum constat, quod Græci Ionium, vel Tyrrhenum, Itali inferum vocant: quod quidam ita appellatum dicunt ab regione Italiæ Ionica. In Liguria enim lapidarij campi fuere, quòd Ione cum Hercule dimicante illic creditur lapidibus pluisse: & regionem Ionicam ab Ione, Naulochi filia, quam procaciter insidentem vias Hercules interemit, appellatam. *Noluit hoc Cæsar*] Cæsar adixit, ne in Italiam redirem. *Et iubet*] & vult me proficisci in exilium. *Nunquam fallunt deos*] nunquam deos decipiunt. Sciunt enim dij quicquid omnino homines agunt. *A mea culpa*] à meo scelere. Poeta autem peccatum suum errorem fuisse fatetur, & per imprudentiam id commisisse cuius causa postea cum Augustus in exilium eiecit. Sunt qui existimant, eum ideo relegatum fuisse, quòd imprudens Augustum viderit cum filia Iulia incestum admittentem. Nam Tranquillus in Caligula ita scribit: Prædicabat autẽ matrem suam ex incesto, quòd Augustus cum filia Iulia admisisset procreatam. Non me fugit Sidonij carmẽ, aliásque multorum etiam opiniones esse. Illud affirmo, nihil certi afferri posse ex Ouidij carmine, præterquam imprudenter illum aliquid vidisse, cuius causa Augustus offensus eum relegauit. *Imò ita si scitis, si me meus abstulit error*] Ordo est: Imò ô diui ita parcite, si ita scitis scilicet facinus abesse à mea culpa, & si meus error abstulit me: & reliqua. *Stultaque mens*] mens imprudens & improuida. *Non scelerata*] non sceleri obnoxia. *Quod, licèt è minimis*] quamuis dignitate inter minimos Cæsaris fautores numerandus illud fecerim: hoc est, illi domui fauerim. *Illi domui*) ædibus Augusti Cæsaris, & eius familiæ. *Si satis Augusti*) si Augusti iussis mittentis me in exilium, perinde ac publicis quamprimum parui. Publica enim iussa appellat, quæ iudiciali more solent pronunciari, & referri in acta, assignata causa, cur in reum animaduertatur: quod quum non fecerit Augustus, se tamen fatetur paruisse. *Hoc duce fælicia secula*] Fastorum libros 12. in totidem menses diuisos designat, & potissimum Augustum mensem ab Augusto imperatore cognominatum: in quo innuit Augusti laudes, & secula sub eo fœlicissima scripsisse, & pro eius quoque incolumitate sacrificasse. [Vel simplicius, si dixi ipsa secula fœlicia, quæ sub hoc duce peragerent.] De fœlicibus temporibus sub Augusto, scribit etiam Strabo, docens nunquam tantam pacis facultatem, tantámque bonorum copiam Romanis fuisse, quantam Cæsar suppeditauit Augustus.

Cæsaribúsque] Tiberium, eiúsque filius Germanicum Drusúmque intelligit. *Si fuit*] & si mens nostra fuit talis in Augustum, qualem diximus. *Si minus*] si non subaudi, fuit talis animus in Cæsarem.

Sed sub conditione vocati) Non inquit casu mihi ignoscitis, sed ea conditione, qua vos oraui, vt si fui in Cæsarem, ac eius domum animo beneuolentissimo, tempestas euanesceret. *Fallere quos non est*] quos non possumus fallere.

E

IN TERTIAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA III.

Quum subit illius tristissima noctis imago,
Qua mihi supremum tempus in vrbe fuit.
Quum repeto noctem, qua tot mihi chara reliqui,
Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.
Iam propè lux aderat, qua me discedere Cæsar
Finibus extremæ iusserat Ausoniæ.
Nec spacium, nec mens fuerat satis apta parandi:
Torpuerant longa pectora nostra mora.

Quum subit illius] Miserabiliter exponit Poeta consternationem illam, qua affectus est, posteaquam iussit eum Cæsar in exilium abire: quidque ea nocte etiam egerit, quæ fuit illi in vrbe nouissima, declarat. Miserabilius deinde vxoris, & domesticorum lacrymas describit. Denique dicit, se cœpisse nauigare: & in Ionio mari sæuissimam tempestatem coortam, qua territi etiam nautæ salutem desperabant. *Quum subit*] quum in mentem venit. *Supremũ tempus*] ea enim nocte sola mihi licebat in vrbe permanere. *Gutta*] lacrymæ. *Finibus extremæ Ausoniæ*] finca extremæ Ausoniæ, partẽ vltimam Italiæ. *Nec spacium*] nec tempus, nec interuallum. *Nec mens*] quia consternati sub ira aliqua clade, quid agendum sit ignorant. *Parandi*] præparandi mihi necessaria. Ea autem intelligit, quæ statim subiungit. *Torpuerãt*) sensu caruerãt. Aliàs, quum ad corpus refertur, significat pigrum esse. Cicero in primo de Natura deorum: Deum sic feriatum volumus cessatione torpere. Et Verg. Nec torpere graui passus sua regna veterno.

MER. A

Non mihi seruarum, comites non cura legendi,
Non apta profugo vestis, opisve fuit.
Non aliter stupui, quàm qui Iouis ignibus ictus
Viuit, & est vitæ nescius ipse suæ.
Vt tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit,
Et tandem sensus conualuere mei:
Alloquor extremum mæstos abiturus amicas:
Qui modò de multis vnus & alter erant.
Vxor amans flentem, flens acrius ipsa, tenebat,
Imbre per indignas vsque cadente genas.
Nata procul Libycis aberat diuersa sub oris,
Nec poterat fati certior esse mei.
Quacunque aspiceres, luctus, gemitusque sonabant,
Formáque non taciti funeris intus erat.
Fœmina, virque meo, pueri quoque funere mœrent,
Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in paruis grandibus vti,
Hæc facies Troiæ, quum caperetur, erat.
Iámque quiescebant voces hominúmque, canúmque,
Lunáque nocturnos alta regebat equos.
Hanc ego suspiciens, & ad hanc Capitolia cernens,
Quæ nostro frustrà iuncta fuere lari.
Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,
Iámque oculis nunquam templa videnda meis.
Diique relinquendi, quas vrbs habet alta Quirini,
Este salutati tempus in omne mihi.
Et quanquam serò clypeum post vulnera sumo,
Attamen hanc odiis exonerate fugam:
Cœlestique viro, quis me deceperit error,
Dicite, pro culpa ne scelus esse putet.
Vt quod sentitis, pœna quoque sentiat autor,
*Placato * possum non miser esse Dea.*
Hac prece adoraui superos ego, pluribus vxor
Singultu medios impediente sonos.
Illa etiam ante lares sparsis prostrata capillis
Contigit extinctos ore tremente focos:
Multáque in aduersos effudit verba penates
Pro deplorato non valitura viro.
Iámque moræ spacium nox præcipitata negabat,
Versáque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
Quid facerem? blando patriæ retinebar amore,
Vltima sed iussa nox erat illa fugæ.
Ah quoties aliquo dixi properante, quid vrges?
Vel, quò festinas ire, vel vnde vide.
Ah quoties certam me sum mentitus habere
Horam, propositæ quæ foret apta via.
Ter limen tetigi, ter sum reuocatus, & ipse

A *Non mihi seruarum, comites*] Ordo est: Cura seruorum non fuit mihi, & cura legendi comites non fuit, & cura vestis, & opis aptæ, hoc est, exuli conuenienti, non fuit mihi pensugo. *Quàm qui Iouis ignibus ictus, Viuit*] quàm qui tactus fulmine stupet. Scribit enim Plin. Fulmen vnum animal hominem non semper extinguere: cætera illico. B hunc videlicet natura tribuente honorem, quũ tot beluæ viribus præstent. omniáque contrarias incubare partes: homo, nisi conuertantur in percussas partes non expirare credimus. Supernè icti concidunt. vigilans ictus, conniuentibus oculis: dormiens, patentibus reperitur. Aut certè Iouis ignibus, id est, fulgetris. *Et est vitæ nescius*] ignorat an viuat. *Hanc* C *animi nubem*] hanc consternationem. *Conualuere*] cœperunt resipiscere. *Qui modò de multis*] Vnus aut duo fidi mihi in amicitia permanserant, reliqui verò hac mea calamitate mutati sunt. Vnde ipse alibi ita canit: Tempore fœlici multos numerabis amicos: Tépora si fuerint nubila, solus eris. *Imbre*] lacrymis *Nata*] filia Perilla, quę virum in Africam secuta fuerat. D *Formáque*] & species quædam. *Non taciti funeris*] funeris in quo non sunt taciti, sed magni gemitus, quales in funere alicuius esse solent. *Intus erat*] domi meæ erat. *Hæc facies*] talis luctus qualis erat domi meæ. *Iamque quiescebant*) Tépus illud noctis describit, quod Macrob. Conticinium appellat, quo & galli conticescunt, & homines etiam quiescunt. E Id etiam Vergilius ita describit: Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras. De partibus noctis & diei legito Varronem, Censorinum de die Natali, Macrob. in 1. Sat. & Seru. *Lunaque*] lucebat, inquit, luna. *Et ad hanc Capitolia cernens*] aspiciens collem Capitolinum: cuius nominis originem diximus in Ouid. de Arte amandi. *Iuncta fuere*] fuere contigua. *Numina vicinis*] Iouem Capitolinum, & cæteros designat, qui in Capitolio colebantur: vt diximus. Vnde Manlius apud Liu. ita inquit: Iupiter optime maxime, Iunóque regina, ac Minerua, cæterique dij, deæque, qui F Capitolium, arcemque incolitis. *Inquam*] dico. Est enim inquam, inquis, inquit, quarti ordinis verbum, vt docet Diomedes: quamuis prima persona longè dissimilis sit cæteris verbis. Sunt etiam quædam verba, quæ quum cæteram declinationem habeant plenam, tempore perfecto deficiũt: & sunt ferè hæc, verro, meto, furo. Horum verborum non facilè reperimus tempus perfectum, & tamen quod est, Verro, in passiua declinatione Versus habet: vt apud Senecam in dialogo de Superstitione, Versa templa. Et Plaut. Versa Sparta. Sunt quædam verba, quæ primam personam ferè desiderant, veluti Ouas ouat. Raró reperimus Ouo G dictum. Item furis furit, raró furio inuenitur. Faris, fatur: raró for inuenitur. Verùm in compositione, vt apud Calũ, reperimus effor: Rotas, rotat: vix roto. Daris, datur: raró dor.

Clypeum] Deorum præsidiũ, clypeum appellat. Clypeos autem quidam dictos putant, quòd clepant, id est celent corpus, H periculisque subducant: quidam verò à cluendo. Cluere enim antiqui pugnare dicebant, vt Plin. docet. Vnde Venus Cluacina appellata fuit. Plin. verò lib. 35. à γλύφω, quod est sculpo: quasi γλυφεῖς, hoc est, sculptus, deriuatum putat. Eius verba hæc sunt: Scutis enim, qualibus apud Troiã pugnatum est, continebantur imagines. vnde & no- I mẽ habuere clypeorum: non vt peruersa grãmaticorũ subtilitas voluit, à cluendo. Corrigendus est Plinij locus, vbi à lucendo scriptum est, quũ à cluendo legendum sit. Illud notandum, Clypeũ genere neutro proferri, quod docet Pollio in Claudij vita his verbis: Illi clypeus aureus: vel (vt grammatici loquuntur) clypeum aureum senatus totius iudicio in Romana curia collocatum est. K Plin. tamen semper virili genere protulit. *Attamen hanc odiis*] facite, vt discedam absque Augusti odio: hoc est, ne me ille odio prosequatur, posteaquã discessero. *Cœlesti viro*] Augusto: qui & viuus & mortuus diuinos meruit honores. *Quis error*] qualis error, & imprudentia. *Pro culpa*] pro errore. *Vt quod sentitis*] Causam assignat, cur L velit à diis dici Augusto Poetam peccasse per imprudentiam. *Quod sentitis*) quod intelligitis, scilicet me per imprudentiam errasse. *Autor pœnæ*) Augustus mei autor exilij. *Placato possum*] possum esse non miser.

Placato deo] hoc est, Augusto leniro.

* *Adoraui superos*] precatus sum deos. *Medios sonos*) media & imperfecta verba. *Versaque ab*] &c. Auroram designat, qua Plaustrum cœleste in orientem vertitur. Sic Lucan. Sed nocte sopora Parrhasis obliquos Elice quum verteret axes. *Erat versa*] in orientem spectabat. *Ab axe suo*] ab eius rotis. *Arctos*] Vrsa maior: quæ Arctos Græcè, Latinè Vrsa appellatur: vt docet Higinus. *Parrhasis*] Arcadica ab oppido appellata. fuit enim Callisto filia Lycaonis regis Arcadiæ.

Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpe vale dicto, rursus sum multa locutus,
Et quasi discedens oscula summa dedi.
Sæpe eadem mandata dedi, méque ipse fefelli,
Respiciens oculis pignora chara meis.
Denique quid propero? Scythia est, quò mittimur, inquam:
Roma relinquenda est, vtraque iusta mora est.
Vxor in æternum viuo mihi viua negatur,
Et domus, & fidæ dulcia membra domus:
Quósque ego dilexi fraterno more sodales,
O mihi Thesea pectora iuncta fide,
Dum licet amplectar, nunquam fortasse licebit
Amplius: in lucro est, quæ datur hora mihi.
Nec mora: sermonis verba imperfecta relinquo,
Amplectens animo proxima quæque meo.
Dum loquor, & flemus, cælo nitidissimus alto
Stella grauis nobis Lucifer ortus erat.
Diuidor haud aliter, quàm si mea membra relinquā,
Et pars abrumpi corpore visa meo est.
Sic doluit Priamus tunc, quum in contraria versus
Vltores habuit proditionis equus.
Tunc verò exoritur clamor, gemitúsque meorum,
Et feriunt mæsta pectora nuda manus.
Tunc verò coniunx humeris abeuntis inhærens,
Miscuit hæc lacrymis tristia dicta suis.
Non potes auelli, simul hinc, simul ibimus, inquit:
Te sequar, & coniunx exulis exul ero.
Et mihi facta via est, & me capit vltima tellus,
Accedam profugæ sarcina parua rati.
Te iubet à patria discedere Cæsaris ira,
Me pietas: pietas hæc mihi Cæsar erit.
*Talia tentabat, * sicut tentauerat antè:*
Vixque dedit victas vtilitate manus.
Egredior siue illud erat sine funere ferri,
Squallidus immissis hirta per ora comis.
Illa dolore mei tenebris narratur obortis,
Semianimis media procubuisse domo.
Vtque resurrexit, fœdatis puluere turpi
Crinibus, & gelida membra leuauit humo,
Se modò, desertos modò deplorasse penates,
Nomen & adempti sæpe vocasse viri.
Nec gemuisse minus, quàm si natæve, meúmve
Vidisset structos corpus habere rogos.
Et voluisse mori, moriendo ponere sensus,
Respectúque tamen non periisse mei.
Viuat, & absentem (quoniam sic fata tulerunt)
Viuat, & auxilio subleuet vsque suo.
Tingitur Oceano custos Erymanthidos vrsæ,

MER. A *Pes indulgens animo*] pes nolens discedere, vt mihi morem gereret. *Tardus erat*] erat lentus ad discedendum. *Méque ipse fefelli*] Ostendebam enim non dedisse ea mādata, quæ dederam. Aut certè dicit, ignorabam me sæpius eadem mandata meis dedisse. *Pignora chara*] vxorem, & domesticos omnes. *Scythia est, quò mittimur, inquam*] Sarmatia enim in Scythia est. quod Plin. docet his verbis: Ab eo in plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes: Variæ tamen litori appositæ tenuere: alias Getæ, Daci à Romanis dicti: aliàs Sarmatæ, à Græcis Sauromatæ. De Scythia Herod. lib. 4. ita scribit: Itaque Scythiæ, veluti fama, quadratæ, duæ partes, quæ ad mare pertingunt. Altera, ad C mediterranea fert, altera maritima. vsquequaque sunt pares Nam ab Istro ad Borysthenem, 10. dierum est iter. Tantundem à Borysthene ad Mæotidem paludem. A mari mediterranea versus vsque ad Melanclænos 20. dierum iter. Supputātur autē à me in singulos dies itineris 200. stad Ita transuersa Scythiæ erūt 4. mil. stad. recta. Quæ ad mediterranea ferunt, to- D tidem stad. Tanta est hæc terra magnitudinis. *Vtraque iusta mora est*] ne in Scythiam scilicet properem, aut Romam relinquam. *Dulcia membra*] amicos, domesticos, seruos, aut etiam diuitias: hæc enim omnia sunt membra domus. *Thesea fide*] amore fido, qualis fuit Thesei in Pirithoum. Ouid. lib. 3. Fast. Protinus aspicies venienti nocte coronam E Gnosida: Theseo crimine facta dea est. *In lucro est, quæ datur hora mihi*] videor nunc tempus illud lucrari, quo vobiscum moror: nam fortasse nō amplius licebit. *Proxima meo animo*] mihi charissima. *Grauis no.*] quòd ea diem duceret. *Lucifer*] Phosphorus lucē ferēs. De qua stella Cic. li. 2. de Nat. deorum ita scribit: Infima est quinq; errantiū, terræq; proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, Lucifer Latinè dicitur, quū antegreditur solem: quum subsequitur autem, Hesperus. Ea anno cursum conficit, & latitudinem lustrans signiferi orbis, & longitudinem. quod idem faciunt stellæ superiores, neque à sole vnquam duorum signorum interuallo lon- F gius discedit, tum antecedens, tum subsequens.

In contraria] in loca aduersa ipsi equo Erant enim Troiani Græcorum hostes. Vel in contraria, scilicet studia, & Laocoontis aduersa: vt ad Virgil. illud alludat, Scinditur incertū studia in contraria vulgus *Versus*] vel tractus. Virgil Quippe ferant rapidi secum, vertántque per auras. Vel versus in cōtraria, id est motatus in contraria. Sinoni enim crediderant Troiani, si equus ille in vrbem tractus fuisset, Vltra Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello Venturam. Sed res in contrarium cessit: nam eo equo capta est Ilium. *Equus proditionis*] equus ligneus, G qui prodidit Troianos Græcis, vt docet Virgil. *Habuit vltores*] habuit Græcos latentes in eius cauernis. *Vltima tellus*] Septentrionalis regio. *Vixque dedit victas*] quū ostendissem, aduentum eius fore mihi inutilem, difficile mihi cessit, dare enim manus victas, est se victum fateri. Vel manus victas illam vix dedisse dicit, vt intelligas, eam H vix voluisse illum amplecti, ac dextram discedenti porrigere, quum statuisset secum nauigare. *Siue illud erat sine funere ferri*] siue meus ille discessus, erat potius elatio quædam viui hominis citra illam mortem & funus. Efferri enim (vt docet Donatus) dicuntur propriè cadauera, quum ad sepulturam portantur. *Ferri*] efferri, portari ad sepulturam. *Per ora hirta*] per faciem I barbatam. *Natæ*] filiæ Perillæ. *Ponere sensus*] ne sentiret tantos dolores mei exilii: quam rem solæ mors præstat. *Et absentem sub*] & opem ferat mihi absenti. *Tingitur Oceano*] id est, occidit. Ostendit, Arctophylacis occasu, se in Ionio cœpisse nauigare. Oritur autem Bootes 3 idus Febr. vt docet Ouid. 2. Fast. Arctophylax autem interpretatur vrsæ custos. Idem etiam ap- K pellatur Bootes. Manilius: A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes. Et Cicero de Nat. deor. Arati versum ita refert: Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes, Quòd quasi temone adiunctum præ se quatit arctō. Dicitur etiam Arcturus, vt docet Lactāt. grammat. Seruius tamen scribit Arcturum propriè esse stellam in signo Bootæ, cuius ortus & occasus tempestates grauissimas facit: quam tamen hic Ouidius videtur desi- L gnare. Bootes autem nō oritur, aut occidit, vt alia signa: sed quū plaustro proximus sit, quod vertitur circa cardinē, in ipsa vertigine videtur occidere: & quum se eleuat, oriri Huius manum sinistram (autore Higino) circulus arcticus includit, vt neque occidere, neq; oriri videatur. Ipse enim positus ab arctico circulo, ad æstiuum definitur inclinatus in longitudinem, dextro pede æstiuo circulo nixus. Huius humeros & pectus à reliquo corpore diuidit circulus, qui per vtrosque polos transiens, tangit Arietē & Chelas. Hic quidem cum Tauro, Geminis, Cancro, & Leone occidit. Ideo serò occidere dicitur, quòd magis erectus à pedibus peruenit ad terrā. At exoriens citius quam Chelæ videtur. Vnde à poetis modò tardus, modò piger appellatur. Huius enim occasus quatuor signorū zodiaci tēpus absumit, vt diximus

A Fuit autem Bootes filius Iouis, & Calistûs Lycaonis: qui quum matrem ira Iunonis in vrsam mutatam inscius vellet occidere, à Ioue cum matre inter sidera collocatus est: quam Arcton, filium verò Arctophylaca nominauit. Fabulam habes apud Ouidium in Metamor. & Higinum, qui de hac se varias etiam opiniones refert. *Erymanthidos Vrsæ*] Calistûs Arcadiæ in vrsam mutatæ. Erymanthis enim dicit, à monte in finibus Arcadiæ Erymantho.

Turbat aquas æquoreas] tempestatem inducit. *Pictos deos*] Deos pictos intelligit in ipsa puppi, de more. Virgilius: Et aurato fulgebat Apolline puppis. *Pinea texta*] aut nauium latera. Sic superius: Nec leuius laterum tabulæ feriuntur ab vndis. Aut, certè trabes illas, quibus tabulæ omnia B affixæ sunt. *Aggemit*, videtur mea causa gemere. *Timorem gelidum*] timorem qui frigidos homines reddit. *Vtque parum validis*] Quemadmodum, inquit, qui non potest infrenem equum regere, habenas dimittit: sic nauta vela reliquit, quæ regere non poterat. *Mutatas auras*) ventos priores mutatos. Nam secundis ventis aliquot dies nauigauerat Roma C vsque in Ionium: vbi postea Bootæ occasu coorta tempestate, ventis contrariis referebatur in Italiam. Ita enim intelligendum est: nam eodem die non potuit Roma in Ionium peruenire. Nisi fortè accipimus, illum Brundusio, non Roma occasu Bootæ nauigare cœpisse. *Nam procul Illyricis*] Hinc potest intelligi, non de mari Thusco, quod etiã Ioniũ appellasse diximus,

Aequoreásque suo sidere turbat aquas.
Nos tamen Ionium nostra non findimus æquor
Sponte, sed audaces cogimur esse metu.
Me miserum, quantis nigrescunt æquora ventis,
Erutáque ex imis feruet arena fretis.
Monte nec inferior prora, puppique recurua
Insilit, & pictos verberat vnda deos.
Pinea texta sonant, pulsi stridore rudentes:
Aggemit & nostris ipsa carina malis.
Nauita confessus gelidum pallore timorem,
Iam sequitur victus, non regit arte ratem.
Vtque parum validus non proficientia rector
Ceruicis rigida frena remittit equo:
Sic non quò voluit, sed quò rapit impetus vnda,
Aurigam video vela dedisse rati.
Quòd nisi mutatas emiserit Aeolus auras,
In loca iam nobis non adeunda ferar.
Nam procul Illyricis læua de parte relictis,
Interdictam ibi cernitur Italia.
Desinat in vetitas quaso contendere terras,
Et mecum magno pareat vnda deo.
Dum loquor, & cupio pariter, timeóque repelli,
Increpuit quantis viribus vnda latus?
Parcite cærulei vos tantum numina ponti,
Infestúmque mihi sit satis esse Iouem.
Vos animam sæua fessam subducite morti,
Si modò, qui periit, non periisse potest.

lini, & quoscunque alios his finitimos, qui Istrum à dextra nauigantibus sese offerunt vicissim, vt Hellenes à Græcis distinguunt, eósque propriis G appellationib^9 separatim nominant. Cæterùm cõmuni vocabulo Illyrios omnes arbitrantur. Qua opinione à principio ducti, neutiquam adhuc in ea persistentes, finem eorum nationumque nationum: sed ab Istri ortu, vsque ad mare Ponticum, quod sub tributo obtinent, Illyrici fines esse voluerunt. *Læua de parte*] Mare enim per Liguriam delabens, vn- H de Italia iam incipit oriri, & Ausoniæ gentes, ciuitates illius permultas illidit, qua maximè ad Boream spectant, atque inde etiam Ligusticum à Liguria ipsa, quã lambit, vocitatur: prorumpítque inde statim ad Leucopetram vsque, quę è regione posita Siculo alluitur freto. Tum verò ad Cyrnum, quæ Corsica est, atque inde ad Sardiniam influctuans, ab ea statim Sardoum appel- I latur. Deinde verò ad Austrũ, versus Tyrrhenũ tendẽs Tyrrhenum vocatur.

intelligendum esse, vt quidam falsò existimarunt: sed de D magno, prope Illyriam, quam Ouid. in Pontum nauigans, à læua habuit: sed mutatis ventis, ea à dextra, à fronte Italia sita erat, ad quam vi tempestatis ferri videbatur. Sanè Illyrios Græci eos existimant, qui supra Macedoniam & Thraciã à Chaonis & Thesprotis ad fluuium Istrum sedes habent. Hæc enim totius prouinciæ longitudo est. Amplitudo enim ex Macedonia, & Thraciæ montibus ad Pæones vsque & Ionium mare, Alpiúmque obiecta protenditur, quæ dicitur quinque itinerationem continet. Longitudo in triplo productior est, vt Græci perhibent. Romani eam regionem mensuræ subiicientes, longitudinem sex mil. stad. latitudinem mille & ducentorum numero contineri putant. Asseruntque eius prouinciæ cognomen ab Illyrio Polyphemi ortum habuisse. Polyphemo quippe Cyclopi, ac Galateę, Celtum, & Illyrium, & Gala- E tum filios extitisse: eósque ex Sicilia progressos, Celtis, & Illyriis, & Galatis ab ipsis cognomen assumentibus impertiisse. Romani verò non hos duntaxat, sed Pęones vltra eos, nec non Rhetos, Noricos, & Mysios, qui Europam incolunt, & quoscunque alios

Sed cùm postea incurrit ad orientem solem, & Siciliam circumferat iniectam freto, Siculum dicitur. Transfusúmque deinde Pachynum montem, ad Cretam vsque perrumpit. Tum verò, quum ad Iapygiam vsque declinet, atque inde ad Boream versus dilatet sese, Adriatici confestim nomen adoritur. At rursus ad Hesperiam citeriorem conflexus, Ionium efficit mare, in quo Ouidium tempestas deprehendit. Ex eo autem mari geminæ è conspectu regiones positæ statim aperiuntur: quarum altera, quæ ingredientibus ad dextram est sita, Illyrica dicitur. altera verò, quæ ad K sinistram conspicitur, ipsa est Ausonia: quæ quidem quum & ipsa sit tanquam ingens quidam Isthmus extensa, per continentem triplici propè occluditur mari, Tyrrheno scilicet, & Siculo, atque hoc quod nuper diximus, Adriatico: quorum vnumquodque à suo vento deposcit motum: vt qui ad alienas mercantur regiones, tutò possint e portu euadere. Nam Tyrrhenũ, Zephyrum, deposcit, Siculum verò, agitur Noto, & Adriaticum Euro Dionysius autor. *Iouem*) Augustum. *Si modò qui periit*) si modò ego tanquam mortuus, relegatus ad Sarmatas. *Potest non periisse*] possum facere quin interierim.

IN QVARTAM ELEGIAM ENARRATIO.

O *Mihi post vllos*) Amici fidem laudat Poeta, quòd etiam in aduersis eum nunquam deseruerit: quam tam raros admodum ex tam multis fatetur sibi præstitisse. Simul eum hor- F tatur, vt in pristino amore persistat, nec Augustũ timeat: siquidem tali eum amore delectari posse, argumentis comprobat. Demum fatetur, se plura mala Vlysse perpessum

ELEGIA IIII.

O Mihi post vllos nunquam memorãde sodales,
O cui præcipuè sors mea visa sua est.
Attonitum qui me (memini) charissime primus
Ausus es alloquio sustinuisse tuo.
Qui mihi consilium viuendi mite dedisti
Quum foret in misero pectore mortis amor.
Scis bene, cui dicam, positis pro nomine signis:

fuisse in eius exi- L lio. Ille enim quandoque in patriã rediit: sibi verò nullam relictã esse spem reditus dicit, ni fortasse Augusti ira lenita fuerit. *Post vllos sodales*] post aliquot amicos. quasi dicat, ante alios omnes. *Sors mea*] meum infortunium. *Sustinuisse*] consolarũ fuisse. *Positis pro nomine signis*] Veretur Poeta amici nomẽ exprimere, propter Augustũ.

Officium

Officium nec te fallit amice tuum.
Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis,
Perpetuúsque animæ debitor huius ero.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, & in tepido deseret ossa rogo,
Quàm subeant animo meritorum obliuia nostro,
Et longa pietas excidat ista die.
Di tibi sint faciles, & opis nullius egentem
Fortunam præstent, dissimilémque meæ.
Si tamen hæc nauis vento ferretur amico,
Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas viuus adisset aquas.
Vt foret exemplum veri Phocæus amoris,
Fecerunt furiæ tristis Oreste tuæ.
Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,
Hyrtacidæ Nisi gloria nulla foret.
Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt: nec noscitur vlli,
Agminibus comitum qui modò cinctus erat.
Atque hæc exemplis quondam collecta priorum,
Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
Vix duo trésue mihi de tot superestis amici:
Cætera fortunæ, non mea turba fuit.
Quo magis, ô pauci, rebus succurrite læsis,
Et date naufragio littora tuta meo.
Néve metu falso nimium trepidate, timentes
Hac offendatur ne pietate deus.
Sæpe fidem aduersis etiam laudauit in armis:
Inque suis amat hanc Cæsar, in hoste probat.
Causa mea est melior: quia non contraria foui
Arma, sed hanc merui simplicitate fugam.
Inuigiles igitur nostris pro casibus oro,
Diminui si qua numinis ira potest.
Scire meos casus si quis desiderat omnes,
Plus quàm quod fieri res sinit, ille petit.
Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,
Paruáque quot siccus corpora puluis habet.
Multáque credibili tulimus maiora, ratámque,
Quamuis acciderint, non habitura fidem.

MAR. A *Officium nec te*] &c. Scis enim, te mihi officium præstitisse, ne me acciderem: quo potes cognoscere, te à me in præsentia significari. *Longa die*] longo tempore. *Opis nullius*] nullius auxilio. *Hæc nauis*] hæc mea fortuna. *Vento amico*] fauore & fœlicitate. *Ista fides*] tuus in me amor. *Thesea Pirithous*] &c. Amicitiam inter B Theseum ac Pirithoum hinc tradunt initium habuisse: Quũ rumor Thesei fortitudinis vehemẽs esset, cupido Pirithoum incessit eius rei periculũ facere. Itaque Thesei boues è Marathone expulit. Quúmque nunciaretur sibi, illum cum armata manu aduentare, minimè fugit, sed illi obuiam iuit. Vbi verò alterum alter aspexit, & formæ dignitatem, & ani- C mi magnitudinem admiratus vterque est. Sed Pirithous prior protendens manum, iussit Theseum iudicij munus suscipere, & de boum expulsione iudicare: se enim quodcunque supplicium statuisset, subiturum. At Theseus supplicium quidem remisit illi: & vt secum amicitiam societatémque iniret, rogauit. sic iureiurando amicitiã firmarunt. Sed cùm de- D inde ambo Spartam venissent, Helenam in Dianæ, quam Orthiam vocant, templo chorum exercentem diripuerunt effugerúntque. Deinde Peloponnesum transuecti, in has leges & conditiones venerunt, vt cui Helena sorte eueniret, is vxorem haberet, atq; alteri ad aliam comparandam vxorem operam suam præstaret. In hanc pactionem ductis sortibus, Theseo contigit. Ita- E que acceptam virginem, quę nondum nuptui idonea erat, in Aphidnas detulit: ibíque cum matre relinquens, Aphidno amico commendauit. Ipse Pirithoo beneficij gratiam referens, in Epyrum, simili peregrinatione, cum eo vnà profectus est, vt Adonei Molossorum regis filiam raperent, qui coniugi Cereri nomen indiderat: filiæ verò Proserpinæ, ac cani Cerbero. Edixerat igitur, vt cum hoc certamen inirent hi qui filiam petebant: & qui victor euasisset, acciperet. Sed vbi cognouit, Pirithoum cum socius non vt procos, sed raptores accedere, eos comprehendit, ac Pirithoum statim per canem interficiendum curauit, Theseum in carcerem coniectum custodiis asseruare iussit. Hoc habet veritas, autore Plutar. *Aquas infernas*) Fingunt enim poetæ, ad rapiendam Proserpinam, F inferos adiisse Theseum ac Pirithoum. Vnde Charon apud Virg. loquitur: Nec verò Alciden me sum lætatus euntem Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoúmque. Diodorus fabulam secutus, in quinto ita scribit: Pirithous Ixionis filius, defuncta Hippodamia vxore, Hippolyto filio superstite, Athenas ad Theseum venit: cuius vxor Phædra quum defuncta esset, suasit illi Helenæ Iouis ac Ledæ raptum. Ea tum decimum agebat annum, cæteras omnes decore ac modestia excellens. Lacedæmonem profecti, capto tempore, Helenam communi consilio aducunt. Deinceps inter eos sorte iacta, vtrius esset sponsa Helena futura: ea tamen adiecta conditione, vt is G pro quo sors cecidisset, socio adiutor ad alteram quærendam vxorẽ foret: idque iureiurando quum firmassent, sorte Theseo euenit. Quod factum cũ ægrè ferrent Athenienses, timens Theseus, Helenam in Aphidnam, vnam ex Atticis vrbibus deduxit, eius cura Æthræ matri, multisq; ea amicis permissa. Pirithous cupiens Proserpi- H nam vxorem habere, cõsilium cum Theseo communicauit. Verùm cùm propter impietatem à proposito eum auertere conaretur, vbi illũ perseuerantem, inque iusiurãdi vim ad Proserpinæ raptum se adigi vidit, coadiutorem se præbuit. Cùm ad inferos descendissent, vterque ibi captus est. Sed postmodum in gratiam Herculis liberato Theseo, Pirithous apud inferos detentus, luit I sempiternas suæ impietatis pœnas. Quidam tamen scriptores tradunt ambo rediisse ab inferis.

Vt foret exemplum] &c. Orestes post matrem interfectam, à Furiis vexari cœpit: qui accepto oraculo, cauendi furoris caussa, cum amico Pylade, Strophij Phocensis filio, ad Colchos profectus est. *Tuæ furiæ*] furor tuus: quo agitabaris, ob matrem interfectam. Virg. K Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes, &c. *Oreste triste*) Vocandi casus est. Facit enim Oreste, vel Orestes: quemadmodum Achille, vel Achilles. [Sed quid si legas Oresta, Græcorum exemplo? vt apud Sophoclem in Electra: [illegible] Et rursum: [illegible]. Nam & Priscianus tradit Græcorum vocatiuos in e produci, tam in prima quàm in tertia declinatione.]

Si non Euryalus] Euryali & Nisi amor satis notus est Virgiliano carmine. *Scilicet vt fuluum*] Quemadmodum aurũ igni: sic amici fides difficili tempore, & in aduersis rebus L probatur. Aurum enim, vt Plin. docet, quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem, aurique experimento ignis est, vt simul colore rubeat, quo ignis. Primum autem bonitatis argumentum est, quàm difficillimè accendi. *Dum iuuat*] dum fortuna alicui est secunda. *Indelibatas*] illæsas. *Intonuit*) cœpit fortuna alicui aduersari. *Fugiunt*] amici ab eo discedunt. *Cætera fortunæ*] reliqui fortunam secuti sunt. *Non mea turba*) non mihi fuerunt veri amici. *O pauci*] ô vos duo, tréſve amici, qui ex tot mihi superfuistis. *Rebus læsis*) rebus afflictis. *Meo naufragio*] meis malis. *Littora tuta*] otium sine negotio. *Falso metu*] non vero metu: quia falsò timetis Augustum hac in re. Ordo autem est: Vos nimium timentes falso metu, scilicet ne deus, id est, Augustus, offendatur hac pietate, ne trepidate.

Sæpe fidem aduersis) &c. Exemplis probat, non esse ab amicis timendum Augustum. Siquidem ille etiam in prælio eos laudauit, qui hostibus fidem inuiolatam præstitere. Est autem argumentum à minori ad maius.

In suis] in gentibus sibi subiectis. *Hanc*] scilicet fidem. *In hoste*) si quem ex hostibus fidum suis cognouit.

Simplicitate) Vide quomodo vbique Poeta se in exilium eiectum fuisse scribit, imprudentia & simplicitate.

Immites igitur) Amicum admonet, vt studeat sibi Augustum mitiorem reddere. *Plus quàm quod fieri res solet*] plus quàm dici possit. *Credibili*) quàm credi possit. *Quæcumque acciderint*] quamuis ea mala mihi euenerint.

Pars etiam quædam mecum moriatur oportet:
Méque velim, possit dissimulante tegi.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset,
Pluráque cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exuperante meas.
Pro duce Neritio docti mala nostra poetæ
Scribite: Neritio nam mala plura tuli.
Ille breui spacio multis errauit in vndis,
Inter Dulichias Iliacásque domos.
Nos freta sideribus totis distantia mensos
Sors tulit in Geticos Sarmaticósque sinus.
Ille habuit fidámque manum, sociósque fideles:
Me profugum comites deseruere mei.
Ille suam lætus patriam, victórque petebat:
A patria fugio victus & exul ego.
Nec mihi Dulichium domus est, Ithacéve, Saméve:
Pœna quibus non est grandis abesse locis.
Sed quæ de septem totum circunspicit orbem
Montibus imperij Roma, deûmque locus.
Illi corpus erat durum, patiénsque laborum:
Inualidæ vires,° ingenuæque mihi.
Ille erat assiduè sæuis agitatus in armis:
Assuetus studiis mollibus ipse fui.
Me deus oppressit, nullo mala nostra leuante:
Bellatrix illi diua ferebat opem.
Cúmque minor Ioue sit, tumidis qui regnat in vndis,
Illum Neptuni, me Iouis ira premit.
Adde quòd illius pars maxima ficta laborum:
Ponitur in nostris fabula nulla malis.
Denique quæsitos tetigit tamen ille penates:
Quæque diu petijt, contigit arua tamen.
At mihi perpetuò patria tellure carendum est,
Ni fuerit læsi mollior ira dei.

Mar. *Pars etiam quædam*) Ingenium intelligit, quod præ nimio dolore nequit dignum aliquid componere. Vel certè famam designat, quam periturã dicit hac exilij nota, vel inter Scythas nihil componendo. *Possit tegi*] possit celari pars hæc, quæ mecum morietur. Nam hæc exilij mei nota etiam celabitur, si ingenium meum minus notum fuerit. Legitur etiam, Posset.

Me dissimulante) me non ostendente ingeniũ meum: quod fieri nequit, propter poemata iam antea edita, quibus meũ ingeniũ cognosci potuit. Aut propter libros de Arte amandi hoc dicit, quos non edidisset, si non fuisset clarus in arte poëtica. *Si vox infragilis*] si vox non fragilis sed dura, & quæ sermone minimè posset infringi. *Complecterer omnia*] mala mea omnia possem exprimere. *Materia*] Malorum copiam, materiam appellat. *Pro duce Neritio*] pro duce Vlysse. Est autem Neritus (vt lib. 10. docet Strabo) mõs frondosus in insula Ithaca, quam tenuit Vlysses. De Nerito & Neritia plura diximus in Ouid. de Remedio amoris. *Neritio nam mala plura tuli*] pluribus malis vexatus sui, quàm Vlysses. quod ita esse probat. Notum est autem, Vlyssem decem annos errasse, & eo tempore varias calamitates accepisse. *Mensos*] Participium est, à metior verbo. *In sinus Geticos*) Getas, Dacas etiam appellari scripsimus, ex Plinij sententia. Terminantur autem (vt scribit Ptolem.) ab ortu, Pontico mari, & Thracio Bosphoro, atque Propontide, & Hellesponto. Ab austro, Ægeo pelago, & Macedonico. Ab occasu, Pannonia inferiori, ac Dalmatia. Ab arcto, Sarmatia Europæ. De Sarmatia autem abundè dictum est superius. *Lætus, victórque*) Hoc dicit propter excidium Ilij. *Non mihi Dulichium*] Dulichium insula est ex Echinadibus vna, quæ postea Doliche appellata fuit. Iacet autem ad Oeniadas, & ad Acheloi ostiũ. Fuitque hæc insula Vlyssi subdita, vt docet Strab. *Ithacéve*) Ithaca insula est, quæ (autore Strabone) ad stadia 80. in circuitu patet. De qua ita scribit Dionys. Corcyræ insulæ maximæ adiacet Neritia Ithacæ tellus optatissima, & ipsa Vlyssis patria. Complures aliæ passim conspiciuntur, quas Acheloos amnis à Chalcide fluens circumperfundit & irrigat. Et Plin. A Zacyntho, inquit, Ithaca 12. millia passuum distat, in qua mons Neritus. Tota verò circuitu patet 25. mil. pass. *Saméve*] Samos siue Same, insula est, quæ olim quatuor continebat vrbes, ex quibus vna Samus, siue Same dicebatur, vtroque vsitato vocabulo, ipsi etiam insulæ communi. eadem Cephalenia appellatur, autore Strabone.

Grandis pœna] magnus dolor: quia sunt loca non tantæ celebritatis, quantæ est Roma.

De septem montibus] Sic etiam Virgil. Septémque vna sibi muro circumdabit arces. Et Propert. Septem vrbs alta iugis, toto quæ præsidet orbi. Roma enim septem colles complexa est, vt Plin. docet: Capitolinum scilicet, vel Tarpeium, Auentinum, Palatinum, Cælium, Exquilinum, Viminalem, & Quirinalem. Romulus enim Palatinum, Capitolinum, & Quirinalem complexus est. Ancus Martius Auentinum & Cælium. Seruius Tullus Exquilinum & Viminalem. Est autem ordo: Sed Roma locus imperij, & deorum, quæ circunspicit totum orbem de septem montibus, est mihi domus.

Locus imperij] sedes imperatorum. vel locus ad imperandum idoneus, vtpote in medio Italiæ situs. Vnde Camillus apud Liuium ita loquitur: Non sine causa dij, hominésque condendæ locum hunc vrbi elegerunt. Saluberrimi colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quo maritimi commeatus accipiantur. Mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad periculum classium externarum regionum. Italiæ medium ad incrementum vrbis natum vnicè locum. Distat autem Roma à mari per 100. stad. autore Appiano. Est autem appositio, nota figura. *Ingenuúmque*] & natura. Legitur (quod magis placet) item etiam hoc carmen: Inualidæ vires, ingenuæque mihi. *Sæuis agitatus in armis*] vexatus in prælio Troiano. *Studiis mollibus*] Literato ocio, & ab omni strepitu abhorrenti. Vel certè studia poetica intelligit, quæ M. Tul. mansuetiora appellat. *Me deus*] Aliam rationem subiungit, qua dicit se plura mala expertum fuisse Vlysse. Deum autem Augustum accipe. *Bellatrix diua*) dea Minerua, quã Vlyssis comitem fuisse diximus: quoniam ille in rebus omnibus vtebatur prudentia, cuius Pallas dea est.

Tumidis qui regnat in vndis] Neptunum dicit. *Iouis ira*) Augusti odium. *Quæsitos penates*) patriam, quam multos annos errabundus quæsiuit. Vlysses enim post captum Ilium ad Cicones Thraciæ populos peruenit: à quibus post eorum vrbem Ismarum oppugnatam fugatus, ad Lotophagos in Aphricam delatus est. Inde ad Cyclopas. Postmodum Læstrygones populos in Italiæ extremo, Siciliam versus habitantes adiit, cum quibus pugnauit. Deinde ad Circen peruenit, cuius officio inferna loca lustrauit. Inde Scyllæ & Charybdis superatis periculis, ad Æolum venit. Inde ad Calypsu, à qua Iouis imperio discessit. Sed facto naufragio, solus in Phæaciam enatans, ab Alcinoo rege accipitur, qui eum donauit multis vestibus auro & argento intextis, lebetibus, pateris, multóque auro & argento. Deinde illum in patriam remisit ea naui, quæ Neptuni indignatione in scopulum versa est, cuius etiam meminit Plinius.

ELEGIA V.

NEc tantum Clario Lyde dilecta poetæ,
Nec tantum Coo Battis amata suo est,
Pectoribus quantum tu nostris vxor inhæres,
Digna minus misero, non meliore viro.
Te mea supposita veluti trabe fulta ruina,
Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.
Tu facis, vt spolium non sim: nec nuder ab illis,
Naufragij tabulas qui petiere mei.
Vtque rapax stimulante fame, cupidúsque cruoris,
Incustoditum captat ouile lupus:
Aut vt edax vultur corpus circunspicit, ecquod
Sub nulla positum cernere possit humo:
Sic mea, nescio quis malefidus rebus acerbis,
In bona venturus, si paterere, fuit.
Hunc tua per fortes virtus summouit amicos,
Nulla quibus reddi gratia digna potest.
Ergo quàm misero, tam vero teste probaris,
Hic aliquod pondus si modò testis habet.
Nec probitate tua prior est aut Hectoris vxor,
Aut comes extincto Laodamia viro.
Tu si Mæonium vatem sortita fuisses,
Penelopes esset fama secunda tuæ.
Siue tibi hoc debes, nullo pia facta magistro,
Cúmque noua mores sunt tibi luce dati:
Fœmina seu princeps omnes tibi culta per annos,
Te docet exemplum coniugis esse bonæ.
Assimilémque sui longa assuetudine fecit,
Grandia si paruis assimulare licet.
Hei mihi, non magnas quòd habent mea carmina vires,
Nostráque sunt meritis ora minora tuis.
Si quid & in nobis viui fuit antè vigoris,
Extinctum longis excidit omne malis.
Prima locum sanctas heroidas inter haberes,
Prima bonis animi conspicerère tui.
Quantumcunque tamen præconia nostra valebunt,
Carminibus viues tempus in omne meis.

MAR. NEc tantum Clario) Vxoris fidem & industriam laudat Poeta: quòd quum nonnulli auidissimè inhiarent eius opibus, ipsa ingenio, & amicorum præsidio integra omnia seruauerit. Vnde Poeta verecundè tantum pollicetur, eam fore suis carminibus immortalem. *Lyde*] Lyde amica fuit Callimachi, quam ardentissimè amauit: de qua etiam Elegias scripsit. *Clario poetæ*] Callimacho Apollinis vati. Clarius enim Apollo appellatus est, à Clario luco. Strabo li. 14. ita scribit: Et Colophonium ciuitas Ionica, & ante eam Apollinis Clarij lucus. Macrobius autor est, vates apud Clarium aqua pota effari oracula. Scribit etiam Solinus, Colophona ciuitatem nobilem oraculo Clarij Apollinis. Pomponius quoque ita refert: Ibi Lebedos, Clarique Apollinis fanum, quòd Manto Tiresiæ filia fugiens victores Thebanorum Epigonos, & Colophō, quam Mopsus eiusdem Mantus filius statuit ad promontorium, quo sinus clauditur. Ouidius in Met. Mihi Delphica tellus, Et Claros, & Tenedos, Patareáque regia seruit. [Clariū poetam accipe Antimachum, Colophonium patria. Fuerunt enim vicina inter se Colophon, & Clarij Apollinis oraculum. Vnde & Nicander, cùm esset Colophonius, de se ipse inquit: [...] Quòd autem Antimachus Lyden amarit, & eius obitum etiam carmine prosecutus fuerit, indicat Crinitus ex Politiano, epist. 22. lib. 12. *Battis*] Battida amauit Philetas Cous, vt diximus in vltimo de Remedio amoris. *Suo Coo*] suo Philetæ. *Meliore misero*) fœliciori marito. *Te mea supposita est*) Ordo talis: Mea ruina est fulta, te supposita, velut trabe. *Vtque rapax, stimulante fame*) Sic arcta Virg. Nec lupus insidias explorat ouilia circum, Nec gregibus nocturnos obambulat. *Incustoditum*) sine canum aut pastoris custodia. *Aut vt edax vultur*) Vultur (autore Plutarcho est animal omnium innocentissimum: quum nihil vescatur ex his quæ serunt homines, aut plantant: aut alunt: sed ex cadaueribus sibi escam quærit. Interficit autem nihil, nec destruit animantium. Volucribus autem ob affinitatem etiam mortuis abstinet. Videtur autem rarò admodum: ciúsque etiam pulli inueniri difficilè possunt. Vnde nonnulli falsò opinati sunt, vulturem ab alio quodam orbe huc aduolare, quòd rarum sit animal, nec perpetuò (quemadmodum putant) esse, quod secundum naturam est: nec sua sponte, sed diuino aliquo impulsu appareat. De vulture Aristotel. libro 6. ita scribit: Vultur nidificat in excelsissimis rupibus. vnde fit, vt rarò nidus & pulli vulturis cernantur. Quocirca Herodotus Brysonis rhetoris pater, vultures ex diuerso orbe nobis incognito aduolare potauit, argumento, quòd vulturis nemo nidum vidisset, & quòd multi exercitū sequentes repentè appareant. Sed quanquam difficilè nidum eius altius videris tamen visus aliquando est. Vultures oua bina pariunt. Plin. tamen scribit, Vmbritium aruspicum suo æuo peritissimum, tradere, vultures parere oua tria, vnoque ex his reliqua oua nidúmque lustrare, mox abijcere. Triduo antè, aut biduo volare eos, vbi cadauera futura sunt. *Sub nulla humo*) nondum humatum. *Rebus acerbis*] huic meo exilio.

In mea bona] in meas fortunas. *Si modo habet hic aliquod pondus*] si modo huic, hoc est, tibi vxori, fides aliqua adhibetur. *Si modo testis*] subaudi, habet pondus, quasi dicat, Si testibus credendum est. *Hectoris vxor*] Andromache, quæ maritum Hectora ardentissimè amauit. *Aut comes extinguntur*) Laodamiam dicit, de qua abundè scripsimus in 3 de Arte amand. *Extincto viro*] occiso Protesilao. *Mæonium vatem*] Homerum intellige. *Esset secunda tua*) esset fama tua prior, Penelopes verò secunda. *Siue tibi hoc debes*] seu natura ipsa docuit te, marito fidem seruare. *Mores*] sanctissima instituta. *Cum noua luce*] cum die natali. *Fœmina seu princeps*) seu Liuiam, quam præcipua fide coluisti, imitata es. *Assimilem*] similis consuetudinis. *Assimulare*] comparare. Sanè à similis nomine, autore Diomede, simulo per u dixerunt veteres. Similo enim non dicimus, sed similis est. Cicero de Rep. Quasi aliud assimulare templum. Et Virg. Formam assimulata Camertis. *Inter heroidas*] inter claras mulieres. *Bonis tui animi*) tua virtute. Est enim virtus, vt docet Cic. animi habitus, naturæ, modo, atque rationi consentaneus: cuius partes sunt 4. Prudentia, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia. Præconia enim nostra carmina & laudes.

A

MER. *SI quis habes nostri*) Amicum admonet Poëta, vt gemma faciem suam insculptam intuens, eius exilij recordetur, demâtque illi coronam ex hedera: siquidem huiusmodi insignia conueniunt fœlicibus poetis. Mandat tamen insculptæ imaginis loco legatur opus Metam. in quindecim libellos digestum: quos quamuis ipse in exilium proficiscẽs, in ignem coniecerit, tamen eosdem pluribus exemplis conscriptos extare intelligit. Postremò sex versus mandat conscribi in prima libelli B fronte: quo lectot admoneant, illud opus inemẽdatum subita eiùs consternatione circumferri. *Vultus similes nostri*) faciem meæ similem. Similitudines enim ex membris eleuius expressis, ieonas vocant, vt Plin. docet. *In imagine*] in effigie gemma insculpta. Gemmarum autem & annulorum originis fabulæ primordium à rupe Caucasea tradunt, Promethei C vinculorum interpretatione fatali: primùmque saxi fragmentum inclusum ferro, ac digito circundatum: hoc fuisse annulum, & hoc gemmæ, autore Plin. lib 37. *Hedera*) Ex hedera.n. poetæ Elegi coronabantur, sicut ex quercu Heroici. Propert. Ennius hirsuta cingat sua dicta corona, Mi folia ex hedera porrige Bacche tua. Hedera autem, cuius semen est D crocatum, id est, rutilum, poetas coronati Plin. docet. Idem scribit, smilacem, id est, hederam Ciliciam, esse infaustam omnibus coronis, & sacris: quoniam sit lugubris, virgine eius nominis propter amorem iuuenis Croci mutata in hunc fruticem Quod vulgus ignorans, plerunque festa sua polluit, hederam existimando: sicut in poetis, aut Libero patre, aut Sileno: qui omnino nescit, quibus coronẽtur. Quòd E autem Smilax puella in hederam mutata sit, quæ florem facit candidum, olentem lilium, docet etiam Ouid. in Metam. eo versu, Et Crocon in paruos versum cum Smilace flores. De hedera plura legito apud Plinium lib. 16. & Theophrastum libro 3. ac etiam Dioscoridem. Hederam autem ab Osiride repertam scribit Diodor. quam ei consecrarunt, quemadmodum & Dionysio Græci. Lingua verò Ægyptia he- F deram Osiridis plantam vocant.

Bacchica serta) coronas hederæ, quæ est Baccho sacra. Est autem Appositio figura. *Ista signa*] serta ex hedera. *Temporibus meis*) mea hac tempestate, qua exulo. *Dissimula*] finge hæc non dici tibi, ne Augustum lædas. *Sentis tamen optime*) intelligis tamen optime amice, me tibi hæc dicere. Est autem Parenthesis figura. *Qui me fersque refersque*) qui fers & repræsentas. aut qui fers & extrahis annulum, in quo est gemma habens vultus meos insculptos. *Relegati*] amici exulis. *Grata tua est pietas*) hoc quod facis, quo pietatem præ te fers, est mihi admodum gratum. *Sed carmina maior*] &c. Carminibus me magis G poteris intueri, quã vlla sculptura. *Carmina mutatas hominũ dicẽtia formas*, Opus Metamorphoseos. i. Transmutationis, intelligit. *Infœlix fuga*] infœlix exilium. *Rupit*] intermisit. Non enim Poeta opus illud potuit corrigere, vt diximus. *Meorum*] operum meorũ. *Vtque cremasse suum*] &c. Fabulã in vltimo enarrationum nostrarum in H Ouidiũ de Remedio amoris abundè scripsimus. *Sub stipite*] sub torre, in quo Meleagri fata erant. *Thestias*] Althea Thestij filia. Thestius enim (vt in decimo scribit Strabo) Pleuroniam tenuit: qui Curetũ ductor, socer quidem fuit Oenei, Altheæ verò pater. *Et melior matre fuisse soror*] Althea maiorem se, & fratrum à Meleagro interemptorũ amantiorem ostendit, I quàm filij. Sic & in 8. Metam. Pugnat materque, sororque, Et diuersa trahunt vnum duo nomina pectus. & paulo pòst: Incipit esse tamen melior germana parente. In superiori carmine exponẽdo quidam delirant. *Viscera nostra*] nostros liberos: quasi nostras carnes. Ingenij enim opera elegantissimè à poetis liberi appellantur. *Rapida rogi*) flammæ omnia rapientis. K *Perosus eram*) odio prosequebar. Sanè odi (autore Diomede) verbũ est corruptum. Accipitur enim pro instanti, & perfecto. Nonnulli distinguendi temporis gratia, perfecto declinant exosus & perosus, similiter & plusquam perfectum. Similiter enim ex eodem horum temporum est declinatio. Imperatiuum non habet, quasi futuri, nec futurum infinitiuũ, nec participium. Idẽ ver- L bum in significatione passiua aliter formari nõ potest, nisi dicas, Odio sum illi. *Vel quòd adhuc crescens*] Aliam rationem addit, cur opus Metamorph. igni cremauerit.

Et rude) & inemendatum. *Penitus sublata*] prorsus adempta. *Pluribus exemplis*) arbitror plura volumina ex scripta fuisse ex meo exemplari. *Non ignaua ocia*] ocia literarum, & scriptorum meorum, non ignauiam præferentia. Eleganter autem studium literarum, ocium appellamus. *Delectent legentem*) delectent opus Metamorph. legentem. *Admoneántque mei*] vel meæ erudi-

ELEGIA VI.

SI quis habes nostri similes in imagine vultus,
De me meis hederas, Bacchica serta, comis.
Ista decent latos fœlicia signa poetas:
Temporibus non est apta corona meis.
Hæc tibi dissimula (*sentis tamen optime*) *dici,*
In digito qui me fersque refersque tuo.
Effigiémque meam fuluo complexus in auro,
Chara relegati, quæ potes, ora vides.
Quæ quoties spectas, subeat tibi dicere forsan:
Quàm procul à nobis Naso sodalis abest.
Grata tua est pietas, sed carmina maior imago
Sunt mea: quæ mando qualiacunque legas.
Carmina mutatas hominum dicentia formas.
Infœlix domini quod fuga rupit opus.
Hæc ego discedens, sicut bona multa meorum,
Ipse mea posui mæstus in igne manu.
Vtque cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias, & melior matre fuisse soror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Imposui rapidis viscera nostra rogis.
Vel quòd eram Musas, vt crimina nostra, perosus,
Vel quod adhuc crescens, & rude carmen erat.
Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed extant,
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.
Nunc precor vt viuant, & non ignaua legentem
Ocia delectent, admoneántque mei.
Non tamen illa legi poterunt patienter ab vllo,
Nesciat his summam si quis abesse manum.
Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis vltima lima meis.
Et veniam pro laude peto: laudatus abundè,
Non fastiditus si tibi lector ero.
Hos quoque sex versus in prima fronte libelli,
Si præponendos esse putabis, habe.
Orba parente suo quicunque volumina tangis,
His saltem vestra detur in vrbe locus.
Quóque magis faueas, non sunt hæc edita ab illo,
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quicquid in his igitur vitij rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, † eram.

tionis, vel exilij admoneant. *Summam manum*) vltimum finem. *Medis incudibus*) nondum absoluto opere. Est à fabris ferrariis sumpta metaphora. Incude enim media opus ablatum dicitur, quum pars perfecta, pars non absoluta relinquitur. *Et veniam pro laude peto*] non peto ex huiusmodi opere laudem, quæ speranda erat: sed vt mihi tantùm ignoscas. *Laudatus ero abundè*] satis mihi erit laudis. *Si non ero tibi fastidio*] si non ero tibi fastidio. *Orba parente suo*] priuata patre, & autore operis, qui in exilium eiectus est. *In vestra vrbe*] in vrbe Rom. *Quóque magis faueas*] & vt magis operi amicus, nec eo odio prosequaris, quo poetam exulé. *Quasi de funere domini*] quasi de morte & exilio poetæ.

IN SEPTIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

IN *caput alta suum*] Queritur Poeta, eum, quo cum diu familiariter vixerat, subita poetæ consternatione, & exilij suam fidem mutasse. Mox tamen illum admonet, vt in fide permaneat, quo eius officium laudare queat. *In suum caput*] in eorum fontem, vnde erumpunt in mare. *Labentur retrò*) retrò fluent. *Ab aquore*] à mari, in quod defluunt. *Conuersis sólque recurret equis*; sol etiam ab occasu in orientem cursum diriget. Omnia igitur elementa naturam mutatura esse dicit: quando quidem amicus, quem nunquam crediderat alienari posse, fidem mutauit subita eius ruina. *Ibunt præpostera*) ibunt contraria, & alio modo quàm debent. Hoc fit aduerbiom præposterè, quo Plinius vtitur, ita scribens: Diuus Augustus læuum prodidit sibi calceum præposterè indutum. *Legibus naturæ*] legibus quas natura ipsa docuit. Ius enim triplex esse docent iurisperiti. Est enim ius naturale, quod natura omnia animalia docuit: vt est maris & fœminæ coniugatio, hinc liberorum educatio. Cic. tamē in Rhet. scribit, naturæ ius in solos homines, non in omnia animalia cadere: idque nobis nō opinio, sed quædam innata vis affert. Eius partes sunt hæ: Religio, Pietas, Gratia, Vindicatio, Obseruātia, Veritas: Ius gentium omni humano generi commune est. Gentes enim humana iura quędā sibi cōstituerunt: vt bella, captiuitates, seruitutes. Iure enim naturali omnes ab initio liberi nascebantur. Ex hoc iure gentium omnes penè contractus introducti sunt: vt emptio, vēditio, locatio, cōductio, societas, depositum, mutuum, & alij huiusmodi. Ius verò ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellatur, velusi Atheniensium. Nam leges Solonis, vel Draconis, appellantur ius ciuile Atheniensium, & leges quibus Romani vtebantur, ius ciuile Romanorum nominatur.

Pársque suum mundi] Ordo est: Et nulla pars mundi tenebit suum iter. Mundus autē (vt scribit Apol.) societate cœli & terræ cōstat, & eorū naturis, quæ vtriusq; sunt. Vel sic: Mūdus est ornata ordinatio, dei munere, deorū recta custodia: cuius cardinem (sic enim dixerim centrum) robustum, & incontingibilem genitrix atque altrix animantium omnium habet tellus, supernis ambitur aëris liquiditate (vt videri potest) ad modum tegminis septis & opertis. Vltra deorum domus est, quod vocamus cœlum. Plato in Timæo dum natum esse, sempérque fore existimat. Arist. in lib. de Cœlo & mundo, & eum secutus Plin. scribunt, mundum neque genitum, neque interiturum vnquam. Seneca verò in lib. de Consolatione ad Martiam, Lucanus, & D. Augustinus lib. 20. de Ciu. Dei, mundum quandoque conflagraturum autumant. Idem sentit Lactant. Lucret. illum ruiturum docet. Is postea in melius nouabitur, & fiet cœlum nouum, & terra noua, vt Ioan. scribit in Apocal. Paulus quoque apostolus in quadam epistola ita scribit: Veniet dies Domini, in quo cœli magno impetu transcurrent, elementa autem ardentia resoluentur: & terra, & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Intelligendum est autem arsura elementa, quæ in hac vna parte mundi subsistunt procellosa, & turbulenta, in qua eosdem cœlos dicunt esse repositos, saluis illis superioribus, & in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sunt sidera constituta. Quod autem in sacris literis ita legimus: Opera manuū tuarum sunt cœli, ipsi peribunt: minimè totus mundus periturus credatur. nam à toto pars accipitur. Soli enim cœli infimi perituri sunt, vt diximus.

De quo non sit habenda fides) cui non sit fides adhibenda, omnia posse euenire.

Hæc ego vaticinor] Diuino, inquit, leges naturæ ituras esse præposterè. *Meas exequias*) me in exilium proficiscentem, tanquam si efferrer. *Leuare*) consolari, dolorem imminuere.

Publica ora) omnium sermones. *Denique lugubres*] subaudi, quid fuit. *Vultus lugubres*] meos vultus luctu deformes. *Nullo fœdere*] nullo amicitiæ vinculo. *Signa sui animi*] signa doloris, quo afficiebantur propter meum discessum. *Quod nisi conuictu*] Vide quàm apertè amico perfidiam exprobrat. *Tot lusus*] tot iocos. *Et tot mea seria*) & tot mea non ioco, sed serio dicta, ac facta. *Adscitus*] adiunctus, aduocatus à me.

Placida Vrbe Quirini) Romam designat, in qua homines non feros, sed mites nasci solitos innuit.

ELEGIA VII.

IN caput alta suum labentur ab æquore retro
  Flumina, conuersis sólque recurret equis.
Terra feret stellas, cælum findetur aratro,
  Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas,
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt,
  Pársque suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam:
  Et nihil ést, de quo non sit habenda fides.
Hæc ego vaticinor: quia sum deceptus ab illo,
  Laturum misero quem mihi rebar opem.
Tantáne te fallax cepere obliuia nostri?
  Afflictúmque fuit tantus adire timor?
Vt neque respiceres, nec solarere iacentem
  Dure, nec exequias prosequerere meas?
Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen,
  *Nunc tibi pro vili, sub pedibúsque iacet.
Quid fuit ingenti prostratum mole sodalem
  Visere? & alloquij parte leuare tui?
Inque meos si non lacrymas dimittere casus,
  Pauca tamen ficto verba dolore loqui?
Idque quod ignoti faciunt, vale dicere saltem?
  Et vocem populi, publicáque ora sequi?
Denique lugubres vultus, nunquámque videndos
  Cernere supremo, dum licuitque, die?
Dicendúmque semel, toto non amplius æuo
  Accipere, & parili reddere voce vale?
At fecere alij nullo mihi fœdere iuncti,
  Et lacrymas animi signa dedere sui.
Quid, nisi conuictu, causísque valentibus essem,
  Temporis & longi iunctus amore tibi?
Quid, nisi tot lusus, & tot mea seria nosses?
  Tot nossem lusus, seriáque ipse tua?
Quid si duntaxat Romæ mihi cognitus esses?
  Adscitus toties in genus omne ioci?
Cunctáne in æquoreos abierunt irrita ventos?
  Cunctáne lethæis mersa feruntur aquis?
Non ego te genitum placida reor vrbe Quirini,
  Vrbe, meo quæ iam non adeunda pede est.

Sed scopulis Ponti, quos hæc habet ora, sinistri:
Inque feris Scythiæ, Sarmaticisque iugis.
Et tua sunt silicis circum præcordia venæ,
Et rigidum ferri semina pectus habet.
Quæque tibi quondam tenero ducenda palato,
Plena dedit nutrix vbera, tigris erat.
Aut mala nostra minus, quàm non aliena *putasses,
Duritiaque mihi non agerere reus.
Sed quoniam *accedūt fatalibus hæc quoque damnis,
Vt careant numeris tempora prima suis.
Effice peccati ne sim memor huius, & illo
Officium laudem, quo queror ore, tuum.

Ponti sinistri] maris Euxini mihi aduersi & infesti. Aut re vera scopulos sinistræ partis maris Pontici eum grauisse scribit: quod magis etiam placet. *Scythiæ* Scythiæ regionis. *Et tua sunt silicis*] Amico quoque duritiem pectoris obiicit. *Circum præcordia*) circum partes præiacentes cordi. Quid autem sint præcordia, alibi abundè diximus. *Tigris erat*] erat fœmina aliqua crudelis, vt sunt tigres: de quorum natura & sæuitia meminit Plinius, Aristoteles, ac etiam Solinus. *Minus aliena*] minus alieni hominis, sed tibi amici. *Quàm non*] subaudi, putasti. *Non agerere reus duritiæ*] non accusareris crudelitatis. *Sed quoniam accedunt fatalibus hæc quoque damnis*] Quandoquidē, inquit, hæc etiā adduntur cæteris meis malis. *Vt careant numeris*] vt non serues mihi eam fidem, quam superiori tempore præstitisti. *Vt tempora prima*] vt superiora tempora, quibus amicitia nostra erat arctissima. *Careant suis numeris*) careant suo ordine: vt mihi in amore non respōdeas, vt antea. Hoc est enim carere suis numeris. *Huius peccati*] huius obliuionis amicitiæ. *Et illo Officium laudem quo queror ore, tuum.* Ordo est: Et effice, vt ego laudem tuum officium illo ore, *Quo ore queror*) de te.

IN OCTAVAM ELEGIAM ENARRATIO.

Detur inoffensa] Queritur poeta vulgò sequi fortunam, & secundis tantùm rebus adesse amico, at in aduersis eum solum destituere: quod quidem et sibi cognitum fuisse docet. Siquidem antequam relegaretur ab Augusto, multos habuit amicos: ac postquam subita ruina corruit, neminem inuenit, in cuius præsidio acquiesceret, quum multos per Cæsaris modestiam id præstare licuisset: quandoquidem ab eo hostibus erga amicum amor etiam probetur. *Detur tibi tangere*) concedatur tibi ô lector nō inimice, à diis, attingere. *Metam*) finem. *Vita inoffensa*) vitæ citra vllum malum. *Duros deos*) deos mihi difficiles. *Tempora si fuerint nubila*] Si tempora nube aliqua, hoc est, malo operientur. *Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ*) Per columbæ, formicæ, & vmbræ similitudines, ostendit homines fortunam sequi. *Ad candida tecta*) ad peristereones, quibus secundas amicorum res designat. *Sordida turris*) Turris immunda: id est fortuna amici nubila & aduersa. *Horrea formicæ*) &c. Insectorum officiosissimum genus formicarum & apium est. Formicarum negotia omnibus in promptu habentur, atque eadem semita semper ambulant, & cibaria recondūt, & cellas promptuarias faciunt: nec interdiu solùm, sed etiam noctibus plena luna laborem exercent, autore Aristotel. lib. 9. Sepeliuntur formicæ inter se viuentium solæ præter hominem. De formicis plura Plinius lib. 11. *Vtque comes radios*) Ordo est, Et vt vmbra est comes euntibus per radios solis. *Quum latet hic pressus nubibus*) quum sol nubibus obscuratur. *Illa fugit*) illa vmbra discedit, nec apparet. *Fortunæ lumina*) auram & fœlicitatem fortunæ. *Quæ semel inducta*) postquam fortunæ fauor hominem deserit, eum quoque vulgus relinquit. *Hæc precor vt semper possint tibi falsa videri*) Ea intelligit quæ dixerat, quòd scilicet vulgus sequatur fortunam. *Meo euentu*) meo successu: quia recognoui id ita esse: vidi enim me ab amicis ferè omnibus desertum. *Dum stetimus*) dum mihi fortuna arrisit. *Turba quantum satis esset*) Ordo est: Domus quidem nota, sed non ambitiosa, habebat tantum turbæ quantum satis esset. Ea quo designat se fautores multos habuisse, quum nondum relegatus esset. *At simul impulsa est*) postquam est deiecta ab Augusto, id est postquā in exilium missus sum. *Cauta terga*) terga sibi cauentia: vel certè cauta turba, hoc est, turba sibi cauens, ne quid Augustus in eos mea causa grauius moliretur. *Sed tamen*) &c. Ostendit eos errare qui se deseruere Augusti metu. Siquidem ille solet amici fidem etiam in eos quos odit laudare. *De comite Argolico*) Pacuuius tragœdiam scripsit, in qua continebatur quemadmodum Orestes cupiens à se furias remouere ex morte matris conceptas, oraculum consuluit, cui respondit, vt ad templum Dianæ in Tauricam regionem proficisceretur. quò quum peruenisset, comite & duce itineris Pylade, Thoas rex de more eum mactare volebat. Cæterùm ignorabat vter esset Orestes. Pylades Orestem se esse respondit, vt pro illo necaretur. Orestes autem ita vt erat Orestem se esse perseuerabat. quorum fidem ita Thoas probauit, vt Oresti ignosceret. Rem aliter & plenius refert Ouid. lib. 3. de Ponto ea elegia quam ad Cottam scribit. *De comite Argolico*) de eo qui simulabat se esse Pyladem, vt Orestes potius quàm ipse seruaretur. *Qua fuit Actorida*) Amor Patrocli & Achillis notus est Homeri carmine. Nam quum Patroclus Actoris nepos Achillis indutus armis pugnaret, Apollo incitauit Hectorem ad eum insequendum. Ipse verò multo aëre opertus in ipso fremitu bellantium stans, galeam de capite discutit. post telum quod ille manu tenebat

ELEGIA VIII.

Detur inoffensæ vitæ tibi tangere metam,
Qui legis hoc nobis non inimicus opus.
Atque vtinam possent pro te mea vota valere,
Quæ pro me duros non tetigere deos.
Donec eris fœlix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Vtque comes radios per solis euntibus vmbra est:
Quum latet hic pressus nubibus, illa fugit.
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus:
Quæ simul inducta nube teguntur, abit.
Hæc precor vt semper possint tibi falsa videri:
Sunt tamen euentu vera fatenda meo.
Dum stetimus, turba quantum satis esset habebat
Nota quidem, sed non ambitiosa domus.
At simul impulsa est omnes timuere ruinam,
Cautaque communi terga dedere fuga.
Sæua nec admiror metuunt si fulmina, quorum
Ignibus afflari proxima quæque solent.
Sed tamen in duris remanentem rebus amicum,
Quolibet inuiso Cæsar in hoste probat.
Nec solet irasci (neque enim moderatior alter)
*Quum quis in aduersis, si quid amauit, amat.
De comite Argolico postquam cognouit Orestem,
Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.
Quæ fuit Actoridæ cum magno semper Achille,

A magnum, crassum, graue, in manu Apollo omne comminuit. Dehinc loricam soluit, quæ vna cùm clypeo pedum tenus demisso denudat. Quum ecce Euphorbus Panthi filius à tergo veniens, medios humeros cominus telo confixit: quem Hector conspicatus, & saucium & recedentem propius apud ipsas cateruas adiit, extremúmque illius ileus lancea percussit, vt ferrum è contraria parte exiliret. quo vulnere Patroclus cum magna tum sociorum, tum corporis sui ruina prostratus est, vt in 16. Iliad. narrat Homerus. cuius mortem quum Achilli Antilochus nunciasset, eius oculi nigra ob dolorem nebula caligarunt. Tum cinere capite asperso, gratiosam dehonestauit faciem, & mundam tunicam. Inde humi prostratus, comam vellere, & matri eum consolanti inquit: Mater horum mihi Iupiter autor est. Sed mihi quid vtilitatis, ex quo mihi charissimus perijt Patroclus: quem ego tanti faciebam, vt meipso apud me non esset inferior. Tandem allatis sibi à matre armis à Vulcano fabricatis, in aciem descendit. nec vnquam destitit Hectorem insequi, donec eum interfecit, fraxinea hasta per mollem ceruicem emissa. De Patroclo plura diximus in enarrationibus in Ouidium de arte Amandi. G

MAR. *Hectoris ore*) ore inimici. *Quod prius*) &c. B Thesei & Pirithoi amorem, & descensum ad inferos, diximus suprà. *Euryali Nisique fide*) Nisi & Euryali amor notus est Virgiliano carmine. *Est etiam in miseris pietas*) Solent homines in miseros esse pij: quæ tamē pietas etiam in hostibus laudatur, vt superius probauit exemplis.

Laudari solita est Hectoris ore fides.
Quod prius ad manes Theseus comes iret amico,
Tartareum dicunt indoluisse deum.
Euryali Nisique fide tibi Turne relata,
Credibile est lacrymis immaduisse genas.
*Est etiam in * miseris pietas, & in hoste probatur:*
Hei mihi quàm paucos hæc mea dicta mouent.
Hic status, hæc rerum nunc est fortuna mearum,
Debeat vt lacrymis nullus adesse modus.

Debeat vt lacrymis) vt H maximè deflenda sit sors mea.

IN NONAM ELEGIAM ENARRATIO.

MAR. C *VT mea sint proprio*) Sunt qui hanc elegiam cum superiore coniungant, sunt qui etiam separent: mihi omnino videtur disiungenda. Amico enim gratulatur, quòd studio & doctrina magnam sit laudem consecutus: quod ita fore olim se nulla diuinandi peritia, sed ratione & coniecturis cognouisse dicit. Simul ostendit eum sibi rectius consuluisse, quòd grauioribus disciplinis operam dederit. At è contra dolet sibi studia poetica & lasciuiorem musam nocuisse. Postremò eum rogat, vt sa excuset, siquis damnauerit libros de Arte amatoria compositos, quandoquidem eius vita ab illis D artibus aliena, ei semper nota fuerit. *At mea sint*) Legendum est Vt, pro quemadmodum, non at, vt sit aduerbium qualitatis. Vergil. Vt vidi, vt perij. Erit autem ordo talis: Vt mea pectora sunt facta serena pro tuo sensu, quamuis sint, & reliqua. Fit plerunque vnius literæ immotatione, vt & sensus & ordo turbetur: quemadmodū in Apuleij Met. principio. Vulgò enim ferè ita legitur, At E ego sermone isto, Milesio fabulas conseram: quum legendum sit, Vt ego sermone isto Milesio. *Proprio casu*) Relegationem intellige. *Pro tuo sensu*) pro intelligentia & doctrina tua. Fabius etiam sensum communem pro quadam rerum omnium intelligentia accipit. Sunt qui legant, Pro sensu tui: vt sit, pro auditu nominis tui. *Facta serena*) facta læta, subaudi sunt. *Hoc tibi venturum*) Id intelligit quod sentium nominauit. *Istam ratem*) te ipsam & ingenium. *Aura*) fauor. *Minus ferret*) minus amplecteretur.

ELEGIA IX.

*VT * mea sint proprio quamuis mæstissima casu*
** Pectora, * pro sensu facta serena tuo?*
Hoc tibi venturum iam tum charissime vidi,
Ferret adhuc istam quum minus aura ratem.
Sine aliquid morum, seu vita labe carentis,
Est precium, nemo pluris emendus erat.
Sine per ingenuas aliquis caput extulit artes,
Qualibet eloquio sit bona causa tuo.
His ego commotus dixi tibi protinus ipsi,
Scena manet dotes grandis amice tuas.
Hoc mihi non ouium fibra, tonitrúsue sinistri,
Linguáue seruata, pennáque dixit auis.

Sine aliquid morum) Ordo est: Nemo erat emendus pluris, siue precium morum, seu precium vitæ carentis labe est aliquid: id est, si cuiusquam mores, & vita carens crimine, aliquid valent. *Nemo pluris emendus erat*) quasi dicat, præponendus eras omnibus. *Per ingenuas artes*) per disciplinas liberales, & studia eloquentiæ. *Qualibet causa*) vel demonstratiua, vel deliberatiua, vel iudicialis. *Sit bona*, sit F honesta. *Grandis scena*) imò & materia siue argumentum. sic Tacitus dixit, Scenam criminis parat: magnum spectaculum. *Manet tuas dotes*) expectat tuas virtutes: quasi dicat, & moribus & eloquentia tua dixi te fore virum clarissimum. *Hoc mihi non ouium fibra*) non diuinaui hæc tanquam haruspex ex animalium extis. Romani enim haruspices (autore Vitruuio) pecoribus immolatis inspiciebant iocinora: & si erant liuida & vitiosa, alia immolabant, dubitantes vtrum morbo an pabuli vitio læsa essent. Quum pluribus experti erant, & probauerant integram & solidam naturam iocinorum ex aqua & pabulo, tunc litatum rite existimabant: sin secus, minimè litari posse dicebant. Vnde Cicero in primo de Diuinatione ita scribit: Quid enim habet haruspex cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Et Liuius libro I octauo ab Vrbe condita. Romani consules priusquam aducerēt in aciem, immolarunt. Decio caput iocinoris à familiari parte cæsum haruspex dicitur ostendisse: alioquin acceptam dijs hostiā esse. Obseruabāt etiam in extis non modò iecur & pulmonem, sed etiā cor, vt docet Cicero. Ex his enim haruspices ab aqua aut ab igni pericula mo- K uebant, tum hæreditates, tum damna denunciabant, fissum, familiare, ac vitale tractabant, caput iecoris ex omni parte considerabant. Si verò id non esset inuentum, nihil putabāt accidere potuisse tristius. Considerabant etiam in extis, quæ pars inimici, quæ pars familiaris: quod fissum, periculum: quod coniunctum, commodum aliquod ostenderet. Fibræ autem quatuor sunt in iocinore. Celsus libro quarto: Iecur in fibras quatuor diuiditur. *Tonitrúsue sinistri*) Diuinabant etiam per fulgura, quæ obseruabant. Læua (autore Plinio) prospera existimabantur: quoniam læua parte mundi ortus est: nec tam aduentus spectatur, quàm reditus, siue ab ictu resiliat ignis, siue opere confecto aut igne consumpto spiritus remeet. In L 16. partes cœlum in eo respectu diuisere Thusci. Prima est à septentrionibus ad æquinoctialem exortum, secunda ad meridiem, tertia ad æquinoctialem occasum: quarta obtinet quod reliquum est ab occasu ab septentriones. Has in quaternas iterum diuisere partes: ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem è cōtrario appellauere dextras. Ex his maximè dira, quæ per septentriones occasum attingunt. Itaq; plurimum refert, vnde venerint fulmina, & quò concesserint. Optimum est in exortiuas redire partes. Ideo quum à prima cœli parte venerint, & in eādem concesserint, summa fœlicitas portenditur. quale Syllæ dictatori ostentum datum accepimus. Cetera ipsius mūdi portione minus prospera aut dira. Fulmen sinistrū scribit Cicero optimū fuisse ad omnes res, præterquam ad comitia: quod quidem institutum est

reipublicæ causa, vt comitiorum vel in iudiciis populi, vel in iure legũ, vel in creãdis magistratibus principes ciuitatis essent interpretes. *Linguaue*) Per linguam auis intellige oscines. i. aues quæ voce augurium faciunt. Per pennam au. ẽ designat præpetes, quæ volatu dabãt auguria. Captabãtur. n. auspicia duobus modis: aut volatu, aut garritu: quarũ quædã oscines, quædã præpetes dicebãtur. quã rẽ designat etiã Maro eo versu, Qui volucrũ linguas & præpetis omina pennæ.

MERVL. *At mea sint propria, quamuis mœstissima, casu*) Quæ ab hoc loco sequuntur, quidam à superioribus seiungunt, & seorsim elegiam faciunt. Ego verò nihil video, cur hac separatione opus sit, ac vulgarem editionẽ rectè habere existimo, quæ & superioribus sequentia hæc connectit, & pro Vt, quã particulam Merula hic asserit, At habet. vt sit sensus horum versuum, cũ superioribus collatione quadã iunctis, hoc modo: Hic quidẽ mearũ rerum status est, vt eas lacrymis persequi satius non possim: sed tamen vt illæ se habent, & quamuis mœstissimus ipse sim, tamen posteaquã de tuis successibus tuóq; profectu (hoc. n. verbũ magis probo, quàm quod quidam legunt, pro sensu) aliquantum exhilaratus sui, &c.

MER. *Augurium ratio*) ratio & cõiectura de te fuerũt mihi loco augurij, vt diuinarem te virtute conspicuũ fore. *Nõ latuisse*] apparuisse. *At nostrũ*) at nostrum ingenium poeticæ artis peritum. *Expedit*] vtile fuit. *Lumen*] famam & gloriam. *Artes seuera*] Vel philosophiam dicit, vel certè ingenuas disciplinas & studia eloquentiæ: quæ ideo seuera appellat, quoniam magis grauia sunt poetica facultate, in qua inest maior voluptas: ut non immeritò à [illegible] autoribus mãsuetiores Musæ appellentur. Superior sententia magis placet. *Scis artibus illis Autoris mores abstinuisse sui.*

Augurium ratio, & tunc coniectura futuri,
Hac diuinaui, noticiámque tuli.
Et quoniam vera est, tota ubi mente, mihique
Gratulor ingenium non latuisse tuum.
At nostrum tenebris vtinam latuisset in imis,
Expedijt studiis lumen abesse meis.
Vtque tibi prosunt artes facunde seuera,
Dissimiles illis sic nocuere mihi.
Vita tamen tibi nota mea, scis artibus illis,
Autoris mores abstinuisse sui.
Scis vetus hoc iuueni lusum mihi carmen, & istos
Vt non laudandos, sic tamen esse iocos.
Ergo vt defendi nullo mea posse colore,
Sic excusari carmina posse puto.
Quà potes excusa, nec amici desere causam.
Quo pede cœpisti, sic bene semper eas.

Sic & Catullus: Nam castum esse decet pium poetam Ipsum, versiculos nihil necesse est. *Scis Vetus hoc iuueni*) Designat se iuuenem amatoria scripsisse ioco magis, quàm seriò. *Ergo vt defendi nullo mea posse colore, Sic excusari carmina posse puto*) Docet non posse defendi vllo colore rhetorico, aut eloquentia amatoria illa, quorum causa eiectus est in exilium. sed tantùm excusari. itaque eum hortatur, vt id tantùm efficiat: quandoquidem illi hæc contra Augustum tueri non sit tutum.

IN DECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

E*St mihi, sitque precor*) Laudat nauẽ Ouidius quam in sinu Corinthiaco accepit: & quum altera nauis diu eundem cursum tenuisset, quem nauis poetę: quúmq; postea ex Samothracia soluerent, versusq; nauigationẽ & loca describit. Optat deinde, vt incolumis Tomum nauis eũ perferat quod si cõtigerit, Mineruæ se agnã immolaturũ pollicetur. Postremò Castorẽ & Pollucẽ precatur, vt vtriq; naui adsint. *Tutela Mineruæ*] Mineruæ simulacrum nauis insigne & tutela. Solebant. n. in nauibus dij pingi, vt Minerua, Apollo, & alij, in quorũ tutela esse nauem volebãt. Lucanus libro tertio: Non robore picto Ornatas decuit fulgens tutela carinas. Vergilius: Et aurato fulgebat Apolline puppis. Et Ouidius: Pictos verberat vnda deos. Eodẽ modo arbitror Argo Palladiam ratam à poetis appellari, quòd Pallada de more pictã habuerit. quãuis etiã placeat dictam, quòd cura Palladis fuerit facta, & ingeniosè ac peritè. Ad Pallada. n. solemus præstãtiora opera referre, quorum illa est dea, vt in Fastis docet Ouidius. Eo modo & Maro equum diuina Palladis arte Græcos ædificasse cecinit. Et Papinius, Palladias manus appellauit: & Martialis, artem Palladiam. Plura dicemus in tertio libro. Minerua autẽ ideo in puppibus pingebatur, quoniã (autore Pausania) poetæ aiũt illã ex Neptuno & Tritonide palude natam, vt non immeritò maris numina maritimæ etiam naui præessent. hinc etiam flauam hoc in loco appellat Mineruam Ouidius. Flauum enim ex viridi & rufo & albo concretum est. Vnde Pacuuius aquam flauam (Gellio autore) appellauit. *Et à picta casside nomẽ habet*] à galea quam illa armata gerit, galeata appellatur Minerua. De qua tale etiam Ausonij epigrãma à nobis nuper in lucẽ prolatũ extat: Armatam Pallas Venerẽ Lacedæmone visens, Visne iudicium sic ineamus, ait? Cui Venus arridens, Quid me galeata lacessis? Vincere si possum nuda, quid arma gerens? [Verbũ Habet, nõ ad Mineruam, sed ad nomen nauis, referendũ videtur. id enim simplicitas sermonis postulat, vt intelligamus ipsam nauem à picta galea, [illegible], aut simili aliquo cognomine appellatã fuisse.] *Comites*] naues eiusdẽ itineris nauigatione euntes. *Est mihi, sitque precor flaua tutela Minerua*] Continet hæc Elegia breue quoddam Hodœporicum, siue Itinerarium poetæ, non quidem totius profectionis eius à Roma in Pontum, sed quãtum eius ab Hellesponto ad locum exilij reliquum fuit. Orditur autem à laude nauis eius, quã è sinu Corinthiaco in Hellespontum vsque vectus fuit: quam & à celeritate commendat, & ad id tempus, eúmque locum, à quo ipse descriptionem hanc incipit, incolumem ac saluam mansisse dicit. Optat igitur vt & reliquum itineris eadem prosperitate peragat. idque deos, præcipuè autem Castorem & Pollucem precatur. Cæterùm dubitari circa hanc Elegiam solet, vtrum de vna naui, ac sua tantùm agat Poeta, an de duabus, propterea quòd circa finem inquit,

Altera namque parat Symplegadas ire per altas,
Altera Bistonias scindere puppe aquas, &c.

ELEGIA X.

E*St mihi, sitque precor flaua tutela Minerua,*
Nauis, & à picta casside nomen habet.
Siue opus est velis, minimã bene currit ad aurã:
Siue opus est remo, remige carpit iter.

Ac Merula quidem in ea opinione est, vt putet de duabus intelligẽdum esse. Altera scilicet, qua ipse poeta vectus, primùm quidem in Thraciam, deinde in sinistra maris parte secundum littus Beticum in Pontum & Tomon peruenerit: Altera autem, quæ ipsum ad Hellespontum vsque, & in Samothraciam comitata, postea in dexteram partem cursus deflexerit, suum ac proprium dominum secuta. Sed de hac quia neque in hac Elegia, neque alibi clarius ac certius aliquid traditur, ego descriptionem hanc simpliciter accipio de vna, eáque sola naui, qua Poeta è portu Corinthi in Thraciam vsque delatus fuerit, quæ deinde per angustias Hellesponti in Propontidem, indéque rursus per Bosphorum Thracium in Pontum, atque ita sinistro mari Tomon abierit. Versus autem de duabus nauibus suprà citatos, metaphoricè accipio, vt puppis altera, pro cursu, serie, itinere terrestri ponatur, eo scilicet de quo ipse infrà dicit,

Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos, &c.

Nam & alibi de diuersis profectionis suæ viis meminit, vt infrà lib. 3 Eleg. 2.

Vltima nunc patior, nec me mare portubus orbum,
Perdere diuersa nec potuere via.

Et lib. 4. Eleg. prima,

Iure deam igitur veneror mala nostra leuantes,
Sollicita comites, ex Helicone, fuga.
Et partim pelago, partim vestigia terra,
Vel rate dignatas, vel pede nostra sequi.

Item de Ponto, lib. 4 Eleg. 5.

Te sibi cùm fugeret, memori solet ore referre,
Barbaria tutas exhibuisse vias.
Sanguine Bistonium quòd non tepefecerit ensem,
Effectum cura pectoris esse tui, &c.

A Siue totũ illud iter reliquũ ex Thracia in Pontũ pedibus cõfecerit, siue partẽ eius solũ. Nam sequens Elegia, etiã de nauigatione eius in littore Barbarico mentionem facere videtur, cùm inquit,

Nunc quoque contenti stridunt Aquilone rudentes,
Inque modum tumuli concaua surgit aqua.

Et mox infrà,

Attigero portum, portu terrebar ab ipso,
Plus habet infesta terra timoris aqua & quæ sequuntur. Nisi dicamus, eam elegiam scriptam fuisse, ante quam in Thraciam peruenisset. Sed de hac te suo loco agemus.

Nec comites volucri contenta est vincere cursu:
Occupat egressas qualibet arte rates.
Et patitur fluctus fertque assilientia longè
Aequora, nec sæuis victa madescit aquis.
Illa Corinthiacis primùm mihi cognita Cenchris,
Fida manet trepidæ dúxque coméſque fugæ.
Pérque tot euentus, & iniquis concita ventis
Aequora Palladio numine tuta fuit.
Nunc quoque tuta precor vasti secet ostia ponti,
Quásque petit Getici littoris intret aquas.
Quæ simul Aeoliæ mare me deduxit in Helles,
Et longum tenui limite fecit iter.
Fleximus in læuum cursus, & ab Actoris vrbe
Venimus in portus Imbria terra tuos.
Inde leni vento Zerinthia littora nacta
Threiciam tetigit fessa carina Samon.
Saltus ab hac terra breuis est Tentyra petenti,
Hac dominum tenus est illa secuta suum.
Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos,
Hellespontiacas illa reliquit aquas.
Dardaniámque petit autoris nomen habentem,
Et te ruricola Lampsace tuta deo.

MER. *Qualibet arte*) vel remo, vel velo. [Aldina editio habet, Quamlibet antè, vt sensus sit: Etiam longè antè egressas superare cursu, aut consequi solere] *Primùm mihi cognita Cenchris*) Non Cenchris, sed Cenchreis legendum B est, nam Peloponesus (autore Plin.) iacet inter duo maria, Aegeum & Ionium, platani folio similis, propter angulosos secessus. Angustia, vnde procedit, Isthmos appellatur. In eo loco erumpunt è diuerso quæ dicta sunt maria. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellantur sinus. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarũ termini longo & ancipiti nauiũ C ambitu. [Sed tamen & Cenchris, nõ vsqueadeò incõmode legetur, pro Cenchreis accepium. In Cenchris autem etiam figura Synizesis admittenda est: vt Cenchreis trisyllabum, pro dissyllabo in scansione veniat.] *Quæ*) scil. nauis mea. *In mare Helles Aeoliæ*) in Hellespontum. Nã mare alia aliis cognomina accepit. Vbi enim primùm se coarctat, Hellespontum vocamus. Vbi expandit, Propontis dicitur. Vbi iterum se pressit, Thracius Bosporus. Vbi iterũ effundit, pontus Euxinus. Qua paludi committitur, Cimmerius Bosporus. Palus ipsa Mæotis. Hellespontus autem appellatur ab Helle Athamantis regis & Nepheles filia, quæ D in illud cecidit, vt lib. 5. docet Diodor. Helles autẽ Aeoliam appellat, ab Aeolia regione, quondam Mysia appellata, quæ Hellesponto adiacet: vel ab Aeolo auo, qui regioni nomen imposuit. [Et quòd Aeolus Athamantis pater fuit: quæ vel potissima ratio est.] *Longum iter*] totum iter lõgitudinis Hellesponti: hoc est, postquam Hellesponti longitudinem sulcauimus. Aut certè cursum ex Cenchreis vsque in Hellespontum accipe. *Tenui limite*] tenui sulco & via. Aut facili & tenui, propter aquam, quæ tenuis est. *Fleximus in læuum cursus*] ex Hellesponto in Propontidis sinistram partem nauigationem fleximus. *Et ab Actoris vrbe*] In quibusdam exemplaribus legitur etiam Hectoris: quæ lectio non placet. Ego legendum emendatè arbitror, Ab Herculis vrbe, vt Heracleam intelligas, quæ vrbs fuit in ora sinistri littoris Pro- E pontidis, vt autor est Ptolemæus. Verùm si intelligimus, Poetã nondũ venisse in Hellespontũ, sed adhuc fuisse in Ægeo illi propinquo, quod ipse videtur Hallespontum nominare, leges emendatè, Ab Hectoris vrbe. i. Ilio, quæ ex Ægeo Hellespontum ingredientis erat à dextra. vt sit sensus: Quũ primùm in Aegæo adhuc nauigans habui Ilium à fronte, flexi iter in læuam partem, vbi erãt loca illa, quę statim subiungit. Cæterùm illud ausim affirmare, aut carmina aliqua deesse, aut hãc nauigationis descriptionem falsam esse. Ab omnibus. n. scriptoribus plurimum dissentit Ouidius, vt manifestè melius apparebit inferius. *Imbria terra*) Terrã Imbriam eã dicit, quam Selimbriam Plinius, Ptolemæus, cæterique appellant: illa enim, & Perinthus in Propõtidis littore fuere. Nam si Imbron insulam acceperis, non procedet: si- F quidẽ ea sita est haud longè à Thraciæ Chersoneso, in mari Aegeo Thraciæ adiacens. Poeta verò iã in Propontidẽ peruenerat. Nisi malis intelligere, illum non ingressum fuisse Hellespontum, sed Aegeũ ei vicinũ appellasse Hellespõtum, vt diximus. *Serinthia littora nacta*) Legendum esse quibusdam placet, Perinthia. Perinthus enim vrbs fuit in Propontidis littore: quam scribit Herodotus primam ex Hellespontus Dario subesse G tradidisse. Sed hæc lectio mihi non probatur: nam in Pontum nauigantibus primò se offert Perinthus, deinde Selimbria, vt docet Ptolemæus. Quare vt cum sequentibus hoc conueniat, Poetam in Aegeo Thraciæ adiacenti fuisse credamus necesse est. Et leges, aut Peparethia. Nam (vt Plinius docet) Athos ante se habet insulam Peparethum cum oppido, H quondam Euoeam dictam, à qua parum abest Samothrace. Aut certè Zerinthia. i. ipsius Threciæ. Nam in Thracia Zerinthum fuisse, scribit Lycophron, sacram Hecatæ. Fuit & Ze[illegible]um (vt quidam scribunt) in Samothrace insula, vnde fortasse regioni nomen dedit Ouidius.

Et ab Actoris vrbe] Vulgo quidẽ Actoris legitur. MER. Aldina autẽ editio, Hectoris habet. Cæterùm A- I ctoris an Hectoris rectè legatur, nõ facilè affirmarim. Nã de Actore, qui in Asiatico littore habitarit, aut vrbem condiderit, alibi nihil traditur. Et quam Hectoris vrbem hîc Poeta vocat, Troiámne, quæ nulla tum erat, an Ilium à posteris instauratum, an etiam aliam quampiam, dici certò non potest, præsertim quando ipse poeta de littore Asiatico mentionem non facit, neque eò se appulisse omnino dicit. Quare vt expositionẽ Merulæ hoc loco non reiicio, ita rursum tamen dubitare soleo, num idem locus de Lemno potius accipiendus sit, cuius regem aliquando fuisse Actorẽ Hyginus dicit, qui de Philoctete loquẽs, à Græcis, cũ teterrimum odorẽ vulneris illius ferre nõ possent, in Lẽno relictum ait, ibiq; à pastore regis Actoris Phidimacho Dolopionis filio nutritum, &c. Vt sit sensus: Post- K quã ad Hellespontũ venimus, in læuam fleximus cursum, & ab Actoris vrbe. i. insula Lemno, in Imbrũ (hãc. n. per Imbrũ terram accipio) proximè nauigauimus, inde in Samothraciã, &c. Neque etiã à tabulis Cosmographicis dissentit hæc expositio. quam tamẽ eò hîc adieci, non vt omnino assererem eam, sed vt aliis cogitandi materiam suppeditarẽ. Multi aũt recẽsentur passim Actores, quorum tamen reliqui, quia vel in littore Thessalico, vel Locrensi, vel etiã Peloponeso habitarunt, de eorum nemine hoc loco accipi potest.

Threiciã Samõ] Samothraciã insulã in mari Aegæo Thra- MER. ciæ adiacentem. De qua plura legito apud Diodorum, & Apuleiũ lib. 2. Floridorum: & nos abunde diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi. *Statyra petenti*) Sic quidẽ legitur in quibusdã exemplaribus, in aliis Epira scribitur: sed neutram lectionem probamus, quoniam nul- L lam vrbem ita appellatam in Thracia fuisse legimus. Quare Stentora emendatè scribendum esse affirmo, pro Stentoria, & subaudies littora. In Thracia enim ad os Hebri fuit portus Stentoris, cuius meminit Plinius. Herodotus libro 7. eiusdẽ nominis in Thracia lacum etiam fuisse scribit. Oppidum inquit Ænum & lacum Stentoridem prętereunt. *Hactenus*] vsque in Samothraciam. *Illa*] scil. nauis in qua ego eram. *Suum dominum*) alteram nauem in qua erat dominus nauis meæ. *Nam mihi Bistonios*] E Samothracia digressuræ erant duæ naues, quarum altera quę Ouidium vehebat sinistrum Propontidis cursum, altera verò dextrum tenuit. *Bistonios cãpos*] Threicium littus. *Pede*] velo. Est enim pes funis, qui è velo deductus dum velificãt naui alligatus. Sed hîc ponitur pars pro toto. Catullus. Simul secũdus incidisset in

A pedem. & Maro: Vnà omnes fecere pedem. *Aquas Hellespontiacas*) ex his enim in Propontidem peruenit. *Illa*) altera nauis mihi comes. *Dardaniamque petit autoris nomen habentem, Et te ruricola Lampsace tuta deo*) Dardania vrbs fuit in littore Hellesponti sita. Nam post Abydum promontorium est Dardanium, & ciuitas Dardanus, 70. stad. ab Abydo distans. Vrbis huius meminit etiam Diodorus in quinto. Vide quàm varia & repugnantia scribat Ouidius: Primò enim nauem dixit Hellespontum reliquisse. Hic verò Dardaniam in eius dextro littore sitam petiisse scribit. Petit autem pro petiuit vltimam producit, vt verba omnia syncopam habentia. Iuuenalis: Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni. *Nomen autoris*] nomẽ Dardani Iouis filij qui eam condidit. *Et te ruricola Lampsace*]
B Lampsacum etiam peruenit ab vrbe Dardania. Fuit autem Lampsacus vrbs insignis ad mare sita, quæ portũ optimum habuit. Distat ab Abydo ad 170. stadia, prius Pityusa vocabatur. autor Strab. Per deum autem ruricolam, Priapum intellige: qui (autore Seruio) vir fuit ex Lampsaco vrbe Hellesponti: de qua pulsus, propter virilis membri magnitudinẽ, post in numerum deorum receptus, meruit numen esse hortorum. Horat. Nam fures dextra coercet, Obscœnóque ruber porrectus ab inguine palus. Ast importunas volucres in vertice arundo Terret fixa. Vocat autem deum ruricolam, quoniam in hortis colitur: quod ita fingitur, propter eorum fœcunditatem. Nam quum alia terra semel ferat aliquid, horti nunquam sine fructu sunt. Vergilius: Et custos furum atque auium cum falce saligna Hellespontiaci seruet tutela Priapi. De Priapo legito Diodor. lib. 5.

Mer. C *Saltus ab hac terra breuis est Tentyra petenti*) Varia huius loci lectio est, eóque & sententia obscurior. Cùm enim de loco quem hic poeta intelligi velit, non constet: neque de iis quæ deinceps sequuntur, certior ac plenior expositio aliqua afferri potest. Ac Merula quidem Stentora legit, pro portu Stentoris. Aldina autem editio Tentyra habet. Quibusdam etiam Astyra placet. Sed quod ad posteriora duo attinet, verbis non est opus. Nam Tentyra Ægypti locus est, vt quidem Stephanus & Plinius docent. Astyra autem in littore Troiano, siue Æolia sita. Quare cùm poeta dicat, se deinceps per Bistonios campos iter facturum, saltúmque siue transitum ex Samothracia in eum locum, de quo hic agitur, breuem esse: neque Asiæ neque Ægypti loca descriptioni huic rectè conuenient. Superest igitur tertium illud, quod Merulæ placet. Verùm neque hoc poni hoc loco potest.
D Primùm enim repugnat syllaba, quæ in Stentore media est, deinde figura ista, vt Stentora pro Stentorea, & idipsum rursum pro Stentoris portu accipiamus, Inusitata omnino, & ab Ouidiana facilitate aliena est. Proinde aut locus hic inter incertos & obscuros relinquendus, aut vlterius aliquid quærendum. Ac mihi quidem videtur, pro ea sententia, qua de vna naui agi hoc carmine, ipsúmque Ouidium in Thraciam egressum terrestri itinere vlterius profectum dicimus, pro Stentora, vel Tentyra, non incommodè Abdera legi posse, plurali scilicet casu, quomodo & Stephanus & alij quidam idem nomen ponunt. Est enim ciuitas Abdera, in littore Thracio, è regione ferè Samothraciæ sita. Id quod ex tabulis Geographicis tam veterum quàm recentiorum patet. Et huc facit etiam, quod statim sequitur de Bistoniis campis. Nam Bistonum lacus, à quo campis ipsis nomen, Abderis vicinus est. Consentaneúmque est, Ouid.
G per Bistonios campos proficiscentem, non longè ab Abderis in littus egressum fuisse. Sed hæc tamen perinde valere debent, atque à Criticis admittantur, vel reiiciantur. *Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos*) Hunc locum Merula, cùm sententiæ suæ de duabus nauibus de qua à principio meminimus, repugnare videret: pedem pro fune, quo vela nautarum reguntur: campos autem pro æquore siue mari exposuit. Vtrumque duriore figura. At si alteram expositionem recipias, de vna naui, eáque sola quæ Poetæ fuit, qua in hoc loco relicta, in terram egressus ille, reliquum iter, aut partem saltem, per Thraciam itinere terrestri fecerit: sua ac propria significatio verbis manet, neque versus ipse quicquam difficultatis habet. Quanquam aliàs circa hunc locum elegia ipsa maximè perplexa atque impedita est, id quod statim infrà patebit. *Hellespontiacas illa reliquit aquas*) Non parum
H difficultatis etiam hic versus habet, præsertim in verbo Relinquendi. Nam quo modo dicamus, nauem, quæ Dardaniam petebat, in ipsis faucibus Hellesponti sitam, Hellespontum reliquisse? Aut igitur dicamus, deesse loco huic aliquid, hoc est, versum vnum atque alterum desiderari: aut ipsi versui hoc vitium inesse. & pro verbo Reliquit, relegit aut simile aliquid reponendum esse, vt sit sententia: Ego quidem per campos Bistonios proficisci deinceps constitui: illa autem (nauis scilicet) Hellesponti relegit siue repetiuit aquas, transeundo scilicet in dextrum latus, & petendo Dardaniam in ipsis faucibus sitam, &c. Aut certè Hellesponti nomen ita accipiendum, vt eam tantùm maris partem significet, quæ citra fauces est. Et sic rectè intelligitur reliquisse Hellespontum nauis, quæ eo iam superato, in ipsas fauces ingressa fuit. Nam vt verbum Reliquit, figuratè exponamus, pro eo quod est, Cœpit superare
I velle: conatúmque rei pro ipsa actione accipiamus, durius aliquanto, opinor, fuerit. Cæterùm hunc versum Merula, ad nauem illam alteram comitem poetæ refert: quemadmodum & superiorem illum, Hac dominum tenus est illa secuta suum. Hic, vt videtur, itineris ratione, & quod littus dexterum reperi videbat, adductus: illic persona verbi deceptus opinor, quòd pro prima persona, Poeta de se ipso tertia vsus est, hoc est, pro eo quod dicendum erat, Hactenus me nauis mea prosecuta est, dixit, Hactenus dominum suum illa secuta est.

Mer. *Quaque per angustas vecta malè virginis vndas Seston Abydena separat vrbe fretum*)

> *Quáque per angustas vecta malè virginis vndas*
> *Seston Abydena separat vrbe fretum.*
> *Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris,*
> *Cyzicon Hæmonia nobile gentis opus.*
> *Quáque tenent ponti Byzantia littora fauces,*
> *Hic locus est gemini ianua vasta maris.*
> *Hæc, precor, euincat, propulsáque fortibus Austris*
> *Transeat instabiles strenua Cyaneas.*
> *Thyniacósque sinus, & ab his per Apollinis vrbem*
> *Vecta sub Anchiali mœnia findat iter.*

Hellespontum designat,
E cui Hella virgo nomen imposuit, vt dictum est. Nam ferunt Phrixum Athamantis Inonis nouercæ insidias declinantem, vnà cum sorore Helle è Græcia fugisse: quibus transfretantibus iuxta quoddam deorum oraculum ex Europa in Asiam super aureo ariete, virgo in mare delapsa, dedit Hellesponto nomen. autor Diodorus. *Per angustas vndas*) Vastum enim mare præ-
F iacens Asiæ & ab Europa prætecto Chersonesi littore expulsum angusto meatu irrumpit, in terras septem stadiorum interuallo Europam auferens Asiæ. hásque angustias Hellespontum vocant. autor Plinius.

Virginis malè vecta) Helles quæ non peruecta fuit trans Hellespontum. *Seston Abydena*) In Europa enim Seston vrbem, in Asia Abydon fuisse, scribit Plinius. In medio verò vtriusque
K vrbis Hellespontus fuit.

Cyzicon Æmonia nobile gentis opus] Cyzicum oppidum fuit ad Propontidem: quod (vt Floros scribit) fuit nobile arce, mœnibus, portu, turribúsque marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustrauit: cui Cyzicus, vt Pomponius docet, nomen indidit: quem Minyis imprudentibus, quũ
L Colchos peterent, fuisse ab Iasone cæsúmque, accepisse se refert. Historiam legito apud Valerium Flaccum.

Gentis Æmoniæ] gentis Thessalæ: propter Cyzicum Thessalum, & Minyarum vnum, vt diximus. Minyæ enim familia fuit, quæ olim Orchomenon in Bœotia tenuit. Postea in Thessaliam migrauit ad Iolcum. Vnde Argonautæ oriundi sunt.

Quaque tenent Ponti Byzantia littora fauces: Hic locus est gemini ianua vasta maris) A Cyzico se deinde venisse dicit ad Thraciam Bosphorum, in cuius littore sinistro in Ponti

Euxinum nauigantibus stat Byzantium, à Byzanto, qui vrbi imperauit, ita appellatum, vt scribit Diodorus. Polybius etiam libro quarto est autor, Byzantios vrbem incolere, cùm natura loci munitissimam, tum ad fertilitatem omniũ rerum opportunissimam. Ita enim in ostio ipsius ponti sita est, vt neque ingredi negotiator quisquam, neque egredi sine Byzantiorum consensu valeat. De Byzantio, ac eius muris constructis Milesio quadrato lapide, legito Iustinum libro nono, & Herodianum in tertio. *Gemini maris*) Propontidis & maris Euxini: inter quæ uiarsa sunt fauces, quæ Thracius Bosphorus appellantur. de quo Polybius ita scribit: Ponti ostium Bosphorus Thracius appellatus: cuius longitudo ad centum & viginti stadia extenditur. Latitudo non est eadem vbique. Nam à Propontide quidam, quod inter Chalcedonem & Byzantium spacij est quatuordecim continet stadia: à Ponto verò quod Fanum appellatur, vbi primùm Iason, quum è Colcho rediret, duodecim dies fertur sacrificasse in Asia positum. decem stadiis distat ab Europa. Bosphorus autẽ appellatus fuit (autore Solino) vel ab angustis meatibus boum pemiis: vel à bouis, id est, Ius transitu. Vnde etiam Polybius scribit locum Asiæ, vbi primùm Io constitisse in fabulis memorant, bouem appellatum fuisse. Mæotidis etiam ostium, appellatur Bosphorus Cimmerius: cuius latitudo est triginta stadiorum, longitudo sexaginta. Dionysius quoque ita scribit: Nam neq; Ægæum amplius dicitur, neque Pamphylicum, neque Cilicum: sed angustum mare, cousque qua ad ostium Thracis Bosphori peruenerit: quáque ferunt Io Iunonis pellicem, cùm in bouem fuisset mutata illius cõsilijs, enatasse. Vnde & Bosphorum mare est appellatum. *Hac precor euincat*] precor vt hæc mea nauis propulsa ventis euincat, & transeat Cyaneas, vt dicas vtramque nauem peruenisse ad fauces Byzantias. Suæ autem nauis ex eo loco cursum reliquum describit, alterius supprimit. Vel certe hæc littora Byzantia accipe.

Propulsaque fortibus austris] Legitur etiam in quibusdam exemplaribus, Propulsaque flatibus austri: nam Pontum ingredientibus fauet Auster. egredientibus verò Aquilo. autor Polybius. *Instabiles Cyaneas*) In Ponto duæ sunt, mille & quingentis passibus ab Europa, quatuordecim millibus ab ostio. Cyaneæ, ab alijs Symplegades, id est, concurrentes appellatæ: traditæque fabulis inter se concurrisse, quoniam paruo discretæ interuallo, ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur: paulúmque deflexa acie coeuntium speciem præbebant. autor Plinius. Iuuenalis: Nam citius Scyllam, vel concurrentia saxa Cyaneas. De Cyaneis legito etiam Herodotum. *Heniochosque sinus*] Heniochi fuere in ora maris Euxini, in Colchia regione morosa & importuosa: quum eorum ora Caucasi pars sit, latrocinijs maritimis vixere. Dicti autem sunt ab Heniochis, id est, ab aurigis. Nam (vt scribit Strabo) Lacones Heniochiam tenuere. Quorum duces Rhecas & Amphistratus fuere, Castoris & Pollucis aurigæ. Vnde Heniochi (vt par est) ex his sunt nominati. Lucanus: Me marte feroces Heniochi. Notandum autem hic, Ouidium à cæteris dissentire, qui statim post Thracium Bosphorum ponit sinus Heniochos, quum Heniochi fuerint à dextra Euxini in Colchica regione, quasi in extremo ipsius Ponti. Ouidius verò sinistrum tenuerit Getici littoris, vbi sunt ciuitates omnes quas nominat, præter Heniochos. Quare magis legendum videtur Thyniacósque sinus, quàm Heniochos. Thynnias enim oppidum fuit in ora Ponti sinistra inter Cyaneas & Apolloniam, cuius meminit Plinius, Ptolemæus, ac etiam Pomponius. Thyniam etiam promontorium eodem in loco fuisse, iidem meminere, à quo Thynniacos sinus Poetam scripsisse potius crediderim, quàm Heniochos. Strabo scribit, Ex Apollonia ad Cyaneas insulas stadia sunt 1500. In eo autem interuallo Thynnia Apolloniatarum ager. Est præterea Thynnias promontorium Mysorum, de quo Propertius: Grata domus nymphis humida Thyniacis.

Per Apollinis Vrbem] Apollonia vrbs fuit Asticæ regionis, Anthium olim appellata, sita in littore Getico, vt docet Plinius & Ptolemæus. Fuit & Apolloniatarum insula citra Istrum 80. millia passuum à Bosphoro Thracio, ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit. autor Plinius. Videtur tamen hic Ouidius non eam vrbem supradictam, sed insulæ vrbem designare per Apollinem. de qua ita scribit Strabo: Postea Apollonia à sacro ostio Istri stadiis mille trecentis Milesiorum colonia: cuius maior muri portio quadam in exilij condita insula est: vbi Apollinis sacellum extitit, quo ex loco M. Lucullus Colossum extulit, & in Capitolio collocauit. Fuit autem Apollinis statua Calamidis opus. *Sub Anchiali mœnia*) Anchiala, seu Anchialos, castellum fuit ab Apolloniatis conditum, quæ & Pollonia dicebatur. Fuit autem in ora Getici littoris. Getæ autem hi dicebantur, qui ad Pontum in orientem vergunt: Daci verò, qui in oppositum versus Germaniam, & ad Istri fontes. Getas enim Græci Thraces opinati sunt, qui vtrumque Istri latus incolebant. autor Strabo.

Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus] Cyzicum, Æmoniæ gentis, hoc est, Thessalorum opus, vocat, non quòd Cyzicus ipse ex Minyis siue Thessalis unus fuerit, vt Merulæ videtur: sed quòd pater Cyzici Æneus Thessalus natione fuit, qui in Pontum ex Thessalia profectus, vxorem ibi Æneten Eusori, siue vt Orpheus, Ænippen Eduri, regis Thracum filiam duxit: vnde Cyzicus hic natus, à quo vrbi postea nomen factum: cùm antea, vt Plinius ait, Arctonesus, & Dolionis, & Dyndimis vocaretur. Vide Comment. Apollonij lib. 1. *Et ab his per Apollinis Vrbem*) Apolloniam intellige, quam magnam appellat Mela, proximè supra Thynniam promontorium sitam. Ita enim & itineris ratio postulat: & eodem ordine, hæc eadem loca etiam ab autoribus Plinio, Strabone, Mela, & Ptolemæo item recensentur.

Inde Mesembriacos portus, & Odesson, & arces
Prætereat dictas nomine Bacche tuo.
Et quos Alcathoæ memorant à mœnibus ortos
Sedibus his profugos constituisse lares.
A quibus aduenit Miletida sospes ad vrbem,
Offensi quò me contulit ira dei.
Hæc si contigerint, merita cadet agna Mineruæ.
Non facit ad nostras hostia maior opes.
Vos quoque Tyndaridæ, quos hæc colit insula fratres,
Mite, precor, duplici numen adeste rati.
Altera namque parat Symplegadas ire per altas,
Scindere Bistonias altera puppis aquas.
Vos facite vt ventos, loca cùm diuersa petamus,
Illa suos habeat, nec minus ista suos.

Mar. *Inde Mesembriacos portus*) ab Anchialo, inquit, nauis mea in portum Mesembriacum perueniat. Mesembria enim, Megarensium fuit colonia: quam antea Menabriam vocabant: veluti Menapolis, id est, Menæ ciuitas: eius enim ædificator Menas appellabatur. Bria verò sermone Thracio ciuitas nominatur: sicut Selyos oppidum, Selymbria dicta est, autore Strabone. *Et Odesson*) Legendum est, Odesson. Nã Strabo, Pomponius, Plinius, Appianus, & Ptolemæus ita appellant eam vrbem Milesiorum coloniam. *Dictas nomine Bacche tuo*) Dionysiopolim dicit, quæ vrbs fuit in eadem ora, Crunos antea dicta, à salientibus aquis, quæ Græcè Cruni appellantur. Eam enim alluit Zitas amnis, vt scribit Plinius. *Et quos Alcathoæ*] Calatim vrbem videretur designare Poëta, quæ in littore Getico sita, antea (autore Plin.) vocabatur Aceruetis. Strabo tamen eam Heracleotium, Pomponius verò Milesiorum, non Alcathoes, coloniam fuisse scribunt. Nam de Mesembria non loquitur poeta, quam superius posuit: nec de Chalcedone, quæ quãuis fuerit Megarensium colonia, vt docet Thucydides, ac etiã Strabo, tamen in ore Ponti sita ad Thracium Bosphorum è regione Byzãtij diuersa fuit à Poetæ cursu. Alcathoe autem (vt scribit Pausanias) fuit arx Megarensium, ab Alcathoo Pelopis filio dicta: de qua in Ouidium de Remedio amoris plura diximus. *Ad Vrbem Miletida*] ad vrbem Istropolim à Milesiis conditam, vt Strabo & Plinius scribunt. Ea autem à sacro Istri ostio occurrebat ad stadia quingenta. Inde dextrorsum habenti littus fuit Tomus oppidulum alterum, ad 250. stadia: de quo hic magis placet intelligas, quàm de Istropoli. Nam eius exilij locus fuit Tomos, non Istropolis. Quod autem Tomo missa fuerit Milesiorum colonia, docet etiam Plinius his verbis: In ea parte vrbes habet Istropolim, Milesiorum Tomon. quamuis non desint qui legant, Istropolim Milesiorum. Ego verò Tomon etiam Milesiorum coloniam intelligi, ac legi posse affirmo: quod hic apertè docet Ouidius,

A & in vna tertij libri elegia etiam significantius exprimis. *Vos quoque Tyndaridæ*) Quum Argonautæ liberata Hesione è Troia in Colchon ad destinatum certamen nauigarent, magna tempestate coorta cæteris salutem desperantibus, solum Orphea tradunt, religionis peritum, vota pro salute Samothracibus fecisse: extemplóque tempestate sedata, quum duo astra supra Pollucis & Castoris capita cecidissent, eo miraculo stupentes, credidisse deorum prouidentia se à periculis exemptos. quo facto contigit, vt quos postmodum maris agitaret tempestas, Samothracibus vota pro salute facerent, astráque apparentia ad Castorem & Pollucem referrent. autor Diodorus. Quibus verbis patet, in Samothracia Castorem & Pollucem coli solitos. quod etiam videtur Varro designasse. Neque inquis (vt vulgus putat) hi Samothraces dij: qui Castor & Pollux.

Altera] nauis mihi comes. *Symplegadas ire per altas*] per Cyaneas insulas. Nauigabat enim aut in Colchicam regionem, aut etiam vlterius ad paludem Mæotida nauis alterius magister. Sunt qui legant per arctas Symplegadas, hoc est, modico interuallo inter se distantes. *Altera*] nauis mea. *Bistonias aquas*] Thraciæ partem illam intellige, quæ alluitur Euxino: hoc est, G Geticum littus. *Loca diuersa*] ego enim littus sinistrum teneo, ille verò dextram.

IN VNDECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

MAR. B LIttera quacunque est) Excusat se Ouidius si quid fortè in totius carmine incultum fuerit & minus elegans: culpámque huius rei omnem reiicit in tempestatem & fluctus, quibus strepentibus se hæc scripsisse narrat. *Toto libello*] toto hoc primo Tristium libro. *Via sollicita*] viæ non quietæ, sed sollicitudinis plenæ. *Adria*] Mare Adriaticum, ita appellatum ab Adria vrbe Illyrico mari proxima, vt docet Iustinus libro vigesimo. Idem scribit Liuius ab vrbe condita libro quinto his verbis: Thuscorum ante Romanorum imperium latè terra marique opes patuerunt. Mari supero, inferóque quibus Italia insulæ modo cingitur, C quantum potuerint, nomina sunt argumento: quòd alterum Thuscum communi vocabulo gentis: alterum Adriaticum mare, ab Atria Thuscorum colonia vocauere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Plinius scribit cap. 16. lib. 3. ab Atria oppido Hetruscorum Atriaticum mare. quod postea Adriaticum dixere, appellatum D fuisse. De Atria ita scribit Stephanus: Atria Hetruscorum à Diomede condita est. Æthra primò nominata. Eustathius refert Adriaticum mare & ab oppido & à flumine appellatum fuisse.

Isthmum bimarem] Peloponnesi Isthmum, qui alluitur mari Ægeo & Ionio. Isthmus autem dicitur ea terræ angustia, quæ inter duo maria iter porrigit ad Chersonesum, vt diximus. Eum locum perfodere nauigabili alueo tentauere Demetrius rex, Dictator Cæsar, C. princeps, Domitius Nero, infausto (vt omnium patuit exitu) incepto. autor Plinius.

E *Cycladas Aegeas obstupuisse puto*] Cyclades insulæ sunt in mari Ægæo, quas duodecim tantùm fuisse scribit Strabo. Dictæ autem sunt, quòd circa Delum in cyclon, id est, in orbem sitæ sunt: vt Plinius scribit. Idem docet etiam Solinus his verbis: Cycladas autumant inde dictas, quòd licèt spatiis longioribus à Delo proiectæ, in orbem tamen circa Delum sitæ sunt. & Dionysius: Quæ verò primam Asiæ frontem tenent, & circumsistunt Delon, ab ea circuitione Cyclades à Græcis sunt appellatæ: verùm omnes Apollini dicatæ. Sacra illi & choros agunt nouo potissimùm instante vere, atque eo tunc, quum incipit è montibus luscinia canere. Pomponius etiam docet Cycladas dictas, quòd in orbem iacent. κύκλος enim orbem significat. Quare F falsum est quod de Cycladibus Seruius scribit, in tertio Æneidos.

Seu stupor] seu quædam alienatio sensuum.

Huic studio) huic facultati. Sensus est: Seu stupor seu insania quædam inest huic studio poetico, quod homines stupidos & insanos reddat: certè mens mea est alienata, & stupet. *Ab hædis nimbosis*] ab hædis nimbum & tempestatem inducentibus. Hædi oriuntur (autore Columella) quinto Calendas Octobres, Fauonio flante, nonnunquam Austro cum pluuia. hi autem in ortu & occasu tempestatem, pluuiámque faciunt. Manilius: Hunc subeunt hædi claudent e sidere pontum Nubibus, & mundi nutritu rege capella. *s*

Sæpe minax Steropes) Per sidus Steropes, Pleiades intelligit. Fuit autem Sterope vna ex septem Pleiadibus, H quæ fuere filiæ Pleiones & Atlantis. Oriuntur enim quarto nonas Apriles. Ouidius in Fastis: Pleiades incipient humeros releuare paternos: Quæ septem dici, sex tamen esse solent. Columella scribit sexto Idus Octobres Vergilias exoriri vespere, Fauonio spirante: & interdum Africo, cum pluuia. Verùm 13. & 12. Calendas Nouembris solis exortu occidere, & tempestatem signifi- I care. Hæ Vergiliæ à nostris appellantur, quòd in vere oriuntur. Cur autem sex dicantur, cùm septem fuerint, & quomodo inter sidera collocatæ sint à Ioue, Higinus & Ouidius in Fastis docent. De Hœdis & Pleiadibus plura diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi.

Custos Erymanthidos vrsæ] Arctophylaca intellige, in cuius Zona est stella K Arcturus, cuius ortus & occasus tempestates grauissimas facit, Vergilius. Præterea tam sunt Arcturi sydera nobis Hœdorúmque dies seruandi. De Arcturo ita scribit Cicero libro secundo de Natura deorum in versibus Arati ab eo conuersis: Arctophylax vulgò, qui dicitur esse Bootes, Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arcton. Huic etenim subter præcordia fixa videtur Stella micans radiis Arcturus nomine claro. *Aut Hyadas sæuis hauserat auster aquis*] Tauri caput (autore Cicerone) conspersum est stellis frequentibus, quas stellas Græci Hyadas vocitare consueuerunt à pluendo. ὕειν enim est pluere. Nostri imperitè Suculas quasi à suibus, in cuius formatæ sunt faciem, non ab imbribus nominatas volunt. L De huius nominis origine plura Seruius super eo versu, Arcturum pluuiásque Hyadas Higinus ita eas appellatas refert ex Musæi sententia, quòd ex Atlãte & Hya Oceani filia sint quindecim filiæ procreatæ: quarum quinque Hyadas appellatas demonstrat, quòd earum Hyas fuerat frater, à sororibus plurimùm dilectus: qui quum venans à leone esset interfectus, quinque lamentationibus assiduis permotæ dicũtur interiisse. Quare eas, quod plurimum de eius morte laborarent, Hyadas appellatas. Alij, quòd Hyadis & Bœotiæ fuere filiæ. Pherecydes Atheniensis eas scribit Liberi fuisse nutrices numero septem, quæ antea nymphæ Dodonidea sunt appellatæ. Harum nomina sunt hæc, Ambrosia, Eudora, Pa-

ELEGIA XI.

LIttera quacunque est toto tibi lecta libello,
Est mihi sollicita tempore facta via.
Aut hanc, me gelido tremerẽ cùm mense Decembri,
Scribentem mediis Adria vidit aquis.
Aut postquã bimarem cursu superauimus Isthmon,
Alteráque est nostra sumpta carina fuga.
Quòd facerem versus inter fera munera Ponti,
Cycladas Aegeas obstupuisse puto.
Ipse ego nunc miror tantis animíque, marísque
Fluctibus ingenium non cecidisse meum.
Seu stupor huic studio, siue est insania nomen,
Omnis ab hac cura mens releuata mea est.
Sæpe ego nimbosis dubius iactabar ab Hædis,
Sæpe minax Steropis sidere pontus erat,
Fuscabátque diem custos Erymanthidos vrsæ,
Aut Hyadas sæuis hauserat Auster aquis.
Sæpe maris pars intus erat, tamen ipse trementi
Carmina ducebam qualiacunque manu.

A ta, Palide, Coronis, Polisso, Phyleto, Thyene. Hæ dicuntur à Lycurgo fugatæ, & præter Ambrosiam omnes ad Thetym profugisse: quæ ad Thebas Liberum perlatum Inoni tradiderunt. Quã ob causam ab Ioue gratia eis est relata, quòd inter sidera sunt constitutæ. Scribit Columella, Suculas tamen exoriri, & septentrionales esse ventos: vnumquam Austrum cum pluuia. Seruius etiam scribit earum ortus pluuias inducere. *Hauserat Hyadas*] tenuerat Hyadas. Virgilius: Medium sol igneus orbẽ Hauserat. [*Hauserat aquas*] expono, pro exhauserat, & quasi euacuauerat aquis, ὑπερβολικῶς. Aut certè κατὰ ὑπαλλαγὴν, vt sit dictũ, pro, Hyades hauserãt, hoc est attraxerant, & concitarant austrum & pluuias.]

MAR. *Contenti rudentes*] funes nauis extẽti. *Contingam portum*] peruenerim in portum aliquẽ littoris Thraciæ. (Aliás, Attigero portum: pro, Si attigerò portum.] *Habet plus timoris*] quia Thraces appellẽtes eorum littoribus interficiunt. *Nam simul insidiis hominum pe-* B *lagique laboro*] simul timeo maris procellas, & Thraciæ littoris insidias. *Ille meo, vereor, ne speret sanguine prædam*] Illum pro aliquo posuit. [Imò relatiuũ est, & ad ensem refertur: vt sit, Ille ensis. Et rursum, Ensis, pro interfectore dictum. Vnde & per diastolem mox sequitur, Hæc titulum nostræ mortis habere velit (sic enim alij legunt.) Vt sit sensus: Metuo vt ille, C scilicet ensis, speret prædam: hæc autem, id est vnda, sibi petat titulum ex morte mea.] *Barbara pars læua est*] Designat Thraciæ littus, quod Põto alluitur: quod scribit Strabo desertum esse, petrosum, importuosum, ad Aquilonis flamina latè patens, & apertũ: ad quod naufragio eiecti, ab oppidanis spoliãtur, Thracia gente superhabitante. Idem alibi etiam docet, mare Euxinum nulli patuisse nauigationi, & proinde Axenon, id est inhospitalem pontum appellari, propter tempestuosa, & per hyemes interclusa loca, & acco- D larum immanitatem, maximè Scytharũ, hospites immolare solitorum, & humanis vescentium carnibus, & pro pateris caluarias vsurpantium. *Turbidiora*] inquietiora, & magis æstuosa. Ex quo designat, mente curis & timore inquietam non posse artis poëticæ studiis vacare. *In nostris hortis*] Scribebant quidam in hortis, credentes aptissimam in hoc cœli libertatem, locorúmque amœnitatem sublimem animum, & beatiorem spiritum parare. Qui quidem secessus, Fabij iudicio iucundus magis, quàm studiorum hortator videtur esse. Nam syluarum amœnitas, & præterlabentia flumina, & inspirantes ramis arborum auræ, volucriúmque cantus, & ipsa latè circumspiciendi libertas ad se trahunt: vt

Nunc quoque contenti strident Aquilone rudentes,
Inq; modum tumuli concaua surgit aqua.
Ipse gubernator tollens ad sidera palmas,
Exposcit votis immemor artis opem.
Quocunque aspexi, nihil est nisi mortis imago,
Quam dubia timeo mente, timénsque precor.
† Contingam portum, portu terrebor ab ipso:
Plus habet infesta terra timoris aqua.
Nam simul insidijs hominum, pelagique laboro:
Et faciunt geminos ensis & vnda metus.
Ille meo, vereor, ne speret sanguine prædam,
" Hæc titulum nostræ mortis habere velit.
Barbara pars læua est, ÷ auidæ substructa rapinæ,
Quam cruor, & cædes, belláque semper habent.
Cúmque sit hybernis agitatum fluctibus æquor,
Pectora sunt ipso turbidiora mari.
Quo magis his debes ignoscere candide lector,
Si spe sint, vt sunt, inferiora tua.
Non hæc in nostris, vt quondam, scribimus hortis,
Nec consuete meum lectule corpus habes.
Iactor in indomito brumali luce profundo,
Ipsáque cæruleis charta feritur aquis.
Improba pugnat hyems, indignatúrque quòd ausim
Scribere, se rigidas incutiente minas.
Vincat hyems hominem: sed eodem tempore, quæso,
Ipse modum statuam carminis, illa sui.

remittere potius ista voluptas videatur cogitationem, quàm intendere. Vnde legimus Demosthenem recubuisse in loco, ex quo nulla exaudiri vox, & ex quo nihil prospici posset. G *Brumali luce*] hybernis diebus. *Charta feritur aquis*) charta aspergitur maris fluctibus, dũ hæc scribo. *Rigidas minas*] asperas procellas. *Vincat hyems hominem*] id est, cogat me hyems à scribẽdi opera desistere. *Sed eodem tempore*] hyemẽ precor, vt pariter desistamus. H *Modum carminis*] finem scribendi. *Illa sui*] Illa hyẽs statuat modũ sui, id est desinat sæuire.

MICY. *Barbara pars læua est*] &c.) Hunc locum Merula ad eam sententiam refert, de qua superiore Elegia diximus: videlicet vt accipiamus, Ouidium sinistro ac Getico littore ex Hellespõto in Pontũ, atq; inde Tomos nauigasse. Contra illud quod in eadẽ ele- I gia dicitur, scilicet, Nam mihi Bistonios placuit pede carpere cãpos, &c. Quanquam autem hic locus de Barbarico littore satis manifestè dicat, exponi tamen idem etiam hoc modo videtur posse: vt intelligamus, hanc Elegiam statim post superiorem scriptam, cùm ex Samothracia in ipsam Thraciam veheretur Poëta: Barbarósque dici eos, qui in ora Thraciæ ad læuam habitarint. Aut certè, vt ponamus, per Thraciam parte saltem aliqua fecisse pedibus iter Poëtam, posteáq; ad nauem reuersum: atq; ita tamen Elegiam hanc scripsisse. Nam de perpetua illius nauigatione, hoc est, quòd sola naui totum iter peregerit, dici aliquod certò non potest: quando etiam in hac ipsa Elegia, Nam simul insidiis hominum (inquit) pelagique laboro, Et faciunt geminos ensis & vnda metus. Neq; enim à nau- K tis aliquid aduersi metuebat, præsertim in ea naui, quã tantopere ipse suprà laudauit: sed insidias hominum, incursiones prædonum & latronum intelligit, quales tum in Thracia, vt pote terra barbariore, etiam aliunde accipimus fuisse,

TRISTIVM LIBRI PRIMI FINIS.

P. OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER SECVNDVS.

ELEGIA I.

OVID mihi vobiscum est, infelix cura, libelli,
Ingenio perij qui miser ipse meo?
Cur modò damnatas repeto, mea carmina, Musas?
An semel est pœnam commeruisse parum?
Carmina fecerunt, vt me cognoscere vellent,
Omine non fausto fœmina virque meo.
Carmina fecerunt, vt me morésque notaret
Iampridem inuisa Cæsar ab arte meos.
Deme mihi studium, vita quoque crimina demes:
Acceptum refero versibus esse nocens.
Hoc precium vitæ, vigilatorúmque laborum
Cepimus: ingenio est pœna reperta meo.
Si saperem, doctas odissem iure sorores,
Numina cultori perniciosa suo.
At nunc tanta meo comes est insania morbo,
Saxa memor refero rursus ad icta pedem.
Scilicet vt victus repetit gladiator arenam,
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.
Forsitan vt quondam Teuthrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem vulnus opémque feret,
Musáque quæ mouit, motam quoque leniet iram.
Exorant magnos carmina sæpe deos.
Ipse quoque Ausonias Cæsar matrésque nurúsque
Carmina turrigeræ dicere iussit Opi.
Iusserat & Phœbo dici, quo tempore ludos
Fecit, quos ætas aspicit vna semel.
His precor exemplis tua tunc mitissime Cæsar
Fiat ab ingenio mollior ira meo.
Illa quidem iusta est, nec me meruisse negabo,
Non adeò nostro fugit ab ore pudor.
Sed nisi peccassem, tu quid concedere posses?
Materiam veniæ sors tibi nostra dedit.
Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

B. MERVLÆ IN SECVNDVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

QVID mihi vobiscum est) Precatur Augustū Ouidius, vt si non reditum velit, mitius tamen, ac tutius exilium concedat. Dicitq; se tentare, si fortè carmina, quæ illi antea nocuere, nunc possint salut. m redere: quemadmodum Achillis hasta, quæ Telephum & vulnerauit & sanauit. Longo igitur & artificioso carmine conatur Cæsarem placare, ostendens se multa de eo scripsisse. Enumeratq; poëtas alios quamplurimos, qui nunquam vlla clade affecti sunt, quamuis mordacia aut turpia poëmata ediderint. *Quid mihi vobiscum est*) Apostrophe est ad libellum. Est autē ordo: O libelli, appositiōe, cura infœlix, quid est mihi vobiscum? *Ingenio meo*) oam propter præcepta artis amatoriæ sū in exilium eiectus. *Musas modò damnatas*) carmina mea, quæ paulo antè Augustus dānauit. Est autem hoc quoque per Appositionem dictū. *Fœmina virque*] nam docui & viros & fœminas amare, in libris de Arte amandi. Quod ipse lib. 3. de Arte amādi etiam docet eo versu: Arma dedi Danais in Amazonas, arma supersunt. *Ab arte inuisa*) à præceptis de Arte amandi illi odiosis. *Deme mihi studium*) adime mihi lasciuiam scriptorum meorum. Idem etiā Martial. Lasciua est nobis pagina, vita proba est. Et Catull. Nam castum esse decet pium poëtam Ipsum, versiculos nihil necesse est. *Acceptum refero versibus*] fateor me à versibus accepisse. [Est autem græcismus, pro, Me esse nocentem] *Hoc precium vitæ*) hoc præmium vitæ noctactæ: quòd scilicet pœnam ingenio reperi. *Saxa memor refero*) Ordo est: ergo memor rursus refero pedem ad saxa icta, hoc est, ad saxa pede percussa. Aut certè icta, pro ictus accipitur. [Sed posterius horum procedit, propter accusatiuos saxa & pedē, quorum alterum in accusatiuū mutari necesse foret.] *Forsitan vt quondam*. Historiā Telephi diximus in enarratione eius versus Ouidij de remedio amoris: Vulnus Achilleo quæ quondā fecerat hosti, Vulneris auxiliū Pelias hasta tulit. Et Diodorus lib. 5. eā refert. *Teuthrantia regna*) Mysiæ regna, quæ tenuit rex Teuthrantius: qui virili stirpe carens, Argiopen filiā Telepho despondit, eúmq; reliquit regni successorem. *Motam iram*) irasci fecit Augustum. *Carmina turrigeræ*) Opem turrigeram eam esse quidam existimant, quam bonam deam appellabant. nam illam Faunā, Opem, & Fatuam nominatā fuisse, in libris Pontificū scribit Macrob. Sunt etiā qui dicant hanc deā potentiam habere Iunonis. Eandem alij Proserpinam, alij Semelen crediderunt. Magis placet de Ope Saturni cōiuge intelligas, de qua ita scribit Macrob. Opem Saturni coniugem crediderūt, & ideo eōdē mense Saturnalia & Opalia celebrari cōsueuerūt, quòd Saturnus, eiúsque vxor tam frugū, quam fructuum repertores esse credantur. Itaque omni iā fœtu agrorū coacto, ab hominibus hos deos coli, quasi vitæ cultioris autores. Quos etiam nonnullis Cœlum & terrā esse persuasum est, Saturnúmq; à satu dictum, cuius causa de cœlo est: & Terram Opem, cuius ope humanæ vitæ alimenta quæruntur. Vel ab opere, per quod fructus frugésque nascuntur. Huic deæ sedentes vota concipiunt, terrámq; de industria tāgunt, demōstrantes ipsā matrem terrā esse mortalibus appetēdam. Philochorus Saturno & Opi primū in Attica statuisse aram Cecropem dicit, & eos pro Ioue Terráque coluisse: instituitséq;, vt patres familiarū, & frugibus & fructibus iam coactis, passim cū seruis vescerentur, cum quibus patientiā laboris in colendo rure tolerauerant. Delectari .n. deū honore seruorum, contēplatu laboris. Huius deæ ædes fuit in Capitolio, vt scribit Liuius de bello Macedonico, libro nono. Huic autē deæ sacrificari, & carmina cantari iussisse Augustū crediderim, vt dea redderet mortalibus vitæ alimēta. Sub eo enim famem sitimq; in Italia fuisse, Plinius est autor. *Ops turrigera*) Opi coronam intritā gerēti. Ea enim est terra, vt diximus: cui suppositæ sunt ciuitates, quas insignitas turribus constat, vt etiā Scito usscribit. Potes etiā accipere, carmina hæc à matronis, Augusti iussu cantata fuisse ludis Megalesiacis, quos in Palatio ante templū, in ipso matris Magnæ conspectu Megalensibus fieri, celebraríq; voluerūt, qui fuerunt more instituti, maximè casti, solennes, religiosique, vt Cicero docet in oratione de Aruspicum responsis.

A Superior sententia magis placet. *Inserat & Phœbo dici*] Seculares ludos designat, qui fiebant post centum annos: quia seculum in centum annos extendi existimabant, vt scribit Põpeius. Censorinus scribit, seculum esse spacium vitæ humanæ longissimum, partu & morte diffinitum. Idem paulo pòst ita scribit: Romanorum autem secula quidam ludis secularibus putant distingui: cuius rei fides si certa est, modus Romani seculi est incertus. Temporum enim interualla, quibus ludi illi debent referri, non modò quanta fuerint retrò, ignoratur: sed ne quidem quanta esse debeant, scitur. Nam ita institutum esse, vt centesimo quoque anno fierent. Id tum Antias, aliique historici autores sunt, tum Varro de Scenicis originibus libro primo ita scriptum reliquit: Quũ multa portenta fierent, & murus, & turris, quæ sunt inter portam Collinam & Gabinsam, de cœlo essent tacta, & ideo B libros Sibyllinos decemuiri adiissent, renunciauerunt, vti Diti patri, & Proserpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent tribus noctibus, & hostiæ furuæ immolarentur, vtq; ludi centesimo quoq; anno fierent. Item T. Liuius lib. 136. Eodem anno ludos Seculares Cæsar ingenti apparatu fecit, quos centesimo quoque anno (is enim terminus seculi) fieri mos, vtq; decimo centesimo quoque anno repetãtur tam commentarij quindecim virorum, quàm diui Augusti edicta testari videntur. Adeò vt Horat. Flac. in carmine, quod de Secularibos ludis cantatum est, id tempus hoc modo designauerit. Certus vndenos decies per annos Orbis vt cãtus, referátq; ludos Ter die clara, totidemque grata Nocte frequentes. Quibus versibus patet, Seculares ludos centesimo decimo anno fieri solitos. Illud obiter monendum videtur, Censorini locum antea adductum, perperam ita legi, Quæ C sunt inter portam Collinam & Quibusdam. Alij Exquilinã legunt. Nos non Quibusdam, non Exquilinam, sed Gabinsã amendauimus. Fuit enim porta Gabiusa Romæ, inter quam & Collinam portam, Quirinalis fuisse legitur: sic appellata, quòd secta in Gabios duceret. Eam de cœlo tactam fuisse commemorat Liuius. Carminis autem Secularis (vt scribit Acron) duplex denorio esse consueuerat: aut enim pro sedanda, vel pro vitanda pestilentia: aut pro certo & constituto numero annorum. Centesimo enim decimo (vt diximus) anno in Capitolio à pueris & puellis impuberibus cantabatur. Fiebant autem ludi Seculares (vt tradit Zosimus, Græcè referens Sibyllinos versos super his editos) in campo Martio, & noctu & interdiu. Patris autem furuæ agnæ mactaG bantur, caprigenúmque pecus. Similiter & Dianæ. Terræ verò scropha, Ioui tauri cãdidi interdiu, Iunoni nitida iuuẽca Apollini pæanas Latini pueri patrimi & matrimi, & puellæ patrimæ & matrimæ canebãt in templo. Nuptæ ad aram Iunonis orabant. Accipiebant februa viri & fœminæ, sed in primis fœminæ. De hinc in templis ferè omnibus primitias dijs offerebant. Sic enim agendo, toti Italiæ Romanos dominaturos, in libris Sibyllinis scriptum erat. Primo igitur die quindecim viri manè Capitolium ascendebant, ibíque sacra de more faciebant. Tum in theatris conueniebant ad ludos in honorem Apollinis & Dianæ faciendos. Sequenti verò die nobiles matronæ conueniebãt in Capitolium, supplicabant deo, frequentabant lectisternia, canebãt hymnos. Tertio denique die in templo Apollinis Palatini ter noueni H pueri prætextati, totidémq; virgines patrimi omnes, & matrimi, Græca Romanáque voce carmina & pæanas cõcinebant: quibus & imperium, & incolumitatem populi dijs cõmendabant. Ludi autem celebrabantur omnibus theatris omnium generum, & sacrificia templis omnibus fiebãt noctu pariter, atque interdiu. Primus autem Valerius Publicola consul post reges exactos, Secolares ludos instituit, post Romam conditam annis ducentis & quinquaginta. Quintos autem ab his Cæsar Augustus, & Agrippa fecerunt. Quibus verò consulibus reliqui facti fuerint, & quibus temporibus, abundè Censorinus refert.

Nunc vbi detonuit, strepitúque exterruit orbem,
Purum discußis aëra reddit aquis.
Iure igitur genitórque deûm, rectórque vocatur:
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.
Tu quoque cùm patriæ rector dicare, patérque,
Vtere more dei nomen habentis idem.
Idque facis, nec te quisquam moderatius vnquam
Imperij potuit frena tenere sui.
Tu veniam Partho superato sæpe dedisti,
Non concessurus quam tibi victor opem.
Diuitijs etiam multos, & honoribus auctos
Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.
Quæque dies bellum, belli tibi sustulit iram:
Pársque simul templis vtraque dona tulit.
Vtque tuus gaudet miles, qui vicerit hostem,
Sic cur se victum gaudeat hostis, habet.
Causa mea est melior. quia non contraria dicor
Arma, nec hostiles esse secutus opes.
Per mare, per terras, per tertia numina iuro,
Per te præsentem, conspicuúmque deum,
Hunc animum fauisse tibi vir maxime, méque,
Qua sola potui, mente fuisse tuum.
Optaui peteres cœlestia sidera tardè,
Pársque fui turba parua precantis idem.
Et pia thura dedi pro te, cúmque omnibus vnus
Ipse quoque adiuui publica vota meis.

MAR. *Vbi detonuit*] postquã tonare desitum est, quasi dicat, Post pluuiã solet Iupiter serenitatem terris inducere. Scribit Plinius, tonitrua esse impactorum ignium plagas, ideóque protinus coruscare igneas nubiũ rimas. Anaximandrus dixit, tonitrua esse nuD bis ictæ sonum. Aristoteles multo autẽ ignem colligi nõ putat, sed eodem momento exilire, quo fiant. Cuius sententia talis est: Duæ partes in imo iacent, terra & aqua, vtraque ex se reddit aliquid. Tertius vapor siccus est, & fumo similis: qui ventos, fulmina, & tonitrua facit. Aquarum halitus humidus est, & in imbres & niues cadit. Sed siccus E ille terrarum vapor in ventis origo est: quia conceruatus est, quum coitu nubium vehemẽter à latere eliditur. Deinde vt latius feriat nubes proximas, hæc plaga cum sono incutitur, qualis in nostris ignibus redditur, quum flamma vitio lignorum virẽtium crepat. Et illic spiritus habens aliquid humidi secum, conglobatúsque rũpitur flamma. eodem modo spiritus ille, quem paulo antè exprimi collisis nubibus diximus, impactus alijs, non rumpi, nec F exilire sileoter potest. Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium. Quare aliæ maiorem sonitũ habent, aliæ minorem. Cæterùm illa vis expressi spiritus ignis est, qui fulgurationis nomen habet, leni impetu accensus & vanus. Antè autẽ videmus fulgorem, quàm sonũ audiamus: quia velocior est oculorum sensus, & multum aures antecedit. *Vtere more dei*] more Iouis post tonitrua serenitatẽ induc. ex quo latenter reditũ precatur. *Nomen habentis idem*] habẽtis eandem diuinitatem, quam tu quoq; habes. I *Tu veniam*] Augustus finito Hispano bello, in Syriã ad componendũ Orientis statũ peruenit, orientúmq; Phraati iniunxit, ne bellum Parthiæ vellet inferre. Itaq; tota Parthia captiui ex Crassiano, siue Antonij exercitu recollecti, signáq; cum his militaria Augusto remissa. Sed & filij, nepotésque Phraatis obsides Augusto dati: plúsq; Cæsar magnitudine nominis, quã K armis alius imperator facere potuisset. autor Iustinus. De expeditione Parthica plura diximus in Ouidium de Arte amãdi: quam non à Tiberio, sed à Caio sumptam fuisse, in secunda editione emendauimus, Senecæ autoritate. Sunt tamẽ (quod magis etiam placet) qui hunc versum ita legãt, Tu veniam parti superatæ sæpe dedisti: vt ad multos L bellis ciuilibus superatos referatur. Nam Trãquillus ita scribit in Augusto: Clementiæ ciuilitatísque eius multa & magna documenta sunt, ne enumerem quot, & quos diuersarum partium venia & incolumitate donatos, principem etiam in ciuitate locum tenere passus sit. *Qui tulerant in caput arma tuum*] Plin. quoq; meminit, Augusti vitam sæpe fuisse insidijs petitam: quo in loco plura scripsimus, autorib. Seneca & Tranquillo. *Quæque dies bellum*] Sensus est: Eodem die, quo coniuratio in te paruit, eos iratus veniã placatus dedisti. *Pársque simul*] Cõiurati templis deorum dona obtulere, ob placatum imperatorem: tu verò ob mortis periculum, quod euasisti. *Sic cur se victum*] sic hostis

A tuus cognoscit se victum iusta de causa. *Contraria arma*] bella tibi aduersa. *Per tertia numina*] per aquas. *Cælestia sidera tarde*] serò moreteris, & in cœlum ires. Sic Horatius: Serus in cœlum redeas, diúq; Lætus intersis populo Quirini.

Quid referam, libros illos quoque, crimina nostra,
Mille locis plenos nominis esse tui?
Inspice maius opus, quod adhuc sine fine reliqui,
In non credendos corpora versa modos.
Inuenies vestri praconia nominis illic,
Inuenies animi pignora multa mei.
Non tua carminibus maior fit gloria: nec quo
Vt maior fiat, crescere possit, habet.
Fama Iouis superest: tamen hunc sua facta referri,
Et se materiam carminis esse iuuat.
Quúmque Gigantæi memorantur prælia belli,
Credibile est lætum laudibus esse suis.
Te celebrant alij quanto decet ore, suásque
Ingenio laudes vberiore canunt.
Sed tamen vt fuso taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore deus.
Ah ferus, & nobis nimium crudelior hostis,
Delicias legit qui tibi cunque meas.
Carmina ne nostris & te venerantia libris
Iudicio possint candidiore legi.
Esse sed irato quis te mihi posset amicus?
Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.
Quum cœpit quassata domus subsidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctáque fortuna rimam faciente dehiscunt:
Ipsa suo quadam pondere tracta ruunt.
Ergo hominũ quæsitum odium mihi carmine: quáque
Debuit, est vultus turba sequuta tuos.
At memini, vitámque meam, moréſque probabas,
Illo quem dederas prætereuntis equo.
Quod si non prodest, & honesti gratia nulla
Redditur, at nullum crimen adeptus eram.
Nec malè commissa est nobis fortuna reorum,
Vsque decem decies inspicienda viris.
Res quoque priuatas statui sine crimine iudex,
Déque mea fassa est pars quoque † iusta fide.

MAR. *Crimina nostra*] nostræ criminationes. nã libellum de Arte amandi causa me in exilium eiecisti. Est autem appositio, nota figura. *Inspice maius opus*] aspice Metamorphosin. *Corpora versa*] corpora transformata. *Inuenies vestri*] &c. Laudat in Metamorphosi, & in calce potissimum, Iulium Cæsarem, & Augu-B stum. *Nec quo*] nec qua ratione *Fama Iouis superest*] Iupiter satis magnã famam habet, adeò vt illius etiam multũ supersit. *Belli gigantei*] belli suscepti contra gigantes. Animaduersum a Ioue in gigantes eam ob causam dicunt, quòd magnitudine, ac robore corporis confisi, aduersis legibus, & multa egisset in homines iniusta, & propinquas gentes in seruitutem re-C degerint, bellúmque his intulerint, qui ob singularia in omnes natiuitate beneficia dei sint existimati. Eos autem Iupiter sustulit, in Creta quidem Milinum, in Phryg a Typhonem. Ante pugnam, quæ cum gigantibus in Creta habita est, Iouem sacrificasse dicunt Soli, Cœlo, ac Terræ, bouem: quæ sacra Iouẽ superiorem fore portendentia, primùm vires, & ab ho-D stibus defectionem, tamẽ finem belli futurum mõstrarunt. Musæus quippe ab eis desciuit, ob idq; ei honores tributi. Ab diis autem omnes hostes cæsi sunt. Sed & alijs quoque diis præsidiũ belli tulisse aduersus gigantes cõstat. Macedones quidem circa Palenem, Italos in campo, quem à loci conflagratione Phlegræum, postmodum Cymeum cognominarunt, à colle, qui olim plurimum ignis instar Ætnæ in Sicilia euomens, nunc Vesuuius, multa seruans ignis antiqui vestigia. In eo campo tradunt fuisse homines admodũ fortes, & ob eorum scelera gigantes appellatos: qui cognito E Herculis aduentu, instructis copiis omnes ei obuiam profecti sunt, acríque commissa pugna (pollebant enim viribus) ferunt diis adiutoribus superiorem Herculem, pluribus eorum interfectis, eam regionem omni feritate purgasse. Autor Diodorus. Hic autem per bellum giganteum intelligendum est de eo, quod gestum est contra Titanum & eius filios. Titanus enim Cœli filius vxorem habuit Terram, ex qua plures suscepit filios, cum quibus aduersus Iouem, deósque reliquos pugnauit, eique cœlum conantes eripere, montes montibus imposuere: sed tandem à diis cæsi, & fulmine interempti sunt, dicente Virgilio: Tum partu terra nefando Cœúmque Iapetúmque creat, sæuúmque Typhœa, Et coniuratos cœlũ rescindere fratres. Conati ter sunt imponere Pelio Ossan Scilicet, atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum. Ter F pater extructos disiecit fulmine montes. Et Propert. Non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo Impositum, vt cœli Pelion esset iter. Scribit Higinus, ideo dictum esse Ioui in bello giganteo aquilam fulmina ministrasse, quòd ea Ioui præbuit victoriæ augurium. Cæsar quoque in Ataro retulit, Aglaosthenẽ dicere, Ioui quum ex insula Naxo aduersus Titanas proficisceretur, & sacrificium faceret in littore, aquilã in auspicium aduolasse: quã victor bono omine acceptam, tutelæ suæ subiugarit. Sacra verò historia antè cõsedisse illi in capite, atque ei regnum portendisse testa-G tur. Plin. scribit, aquilam solam auium nunquam fulmine exanimatã, ideo eam armigeram Ioui cõsuetudinẽ iudicasse. Illud obiter sciendum, in Romanorum signia aquilas ferri solitas, quòd ea aues vniuersarũ auium regnũ habeat, & sit validissima. Itaque illam principatus insigne putasse, omenque victoriæ quodcunq; bello peterent. Autor Iosephus lib. 3. de bello Iudaico. *Te celebrant alij*] Maronem H in primis designat. *Sed tamen*] &c. Per centum tauros Hecatomben exprimit. erat enim sacrificium centum boũm, à numero dictum victimarum. ἑκατὸν enim centum significat, & βοῦς bos. Vel quia (autore Eustathio) centum Peloponnesi vrbes id faciebant, & à numero sacrificantium composita est dictio. Iulius Capitolinus de hoc I sacrificio ita scribit: Hecatombe autem tale sacrificium est: Centum aræ vno in loco cespititiæ extruuntur, & ad eas centũ sues, centum oues mactãtur. Nam si imperatorium sacrificium sit, cẽtum leonea, centum aquilæ, & cætera huiusmodi animalia centena feriũt. quod quidem etiam Græci quondã fecisse dicũtur, cùm pestilentia laborarent. *Delicias meas*] Vel libros Amorum, K vel certè amatoria præcepta intellige. *Carmina ne nostris*] &c. ostendit tibi ille delicias meas, vt tu postea credẽs cætera in quibus laudes tuæ continebãtur, lasciuia eadem aspersa illa censeres. *Esse sed irato*] Ostendis latentes multos, & eũ potissimùm, qui legit eius delicias Cæsari, fuisse sibi iratum, propterea quòd sciebat eum esse Augusto infestum. Vel certè dicit se omnib fuisse inuisum, posteaquam eius carmen damnauit Augustus. *Vix eram non inimicus mihi*] vix mihi ecã amicus. *Quum cœpit quassata domus*] similitudo sumpta est à domo terræmotu, vel alio casu cõcussa: qua enim ea subsidet & pendet, in eam partem totum onus inclinatur. *Cunctáque dehiscunt*] omnes domus partes aperiuntur. *Ipsa suo quadam*] Ordo est: Ipsa, id est ipsæ partes domus ruunt suo pondere. *Quadam tracta ruunt*] id est, quædam cadunt proprio põdere, nec possunt stare. Quædã verò partes ipsius do-L mus ab aliis tractæ labũtur. Per domum autem quassatã, seipsum designat. Per omne onus, intelligit odium cunctorũ, quod contraxit carminis lasciuia. Per eum autem, qui domũ concutit, Augustum designat. Per fortunam rimam facientem, denotat eiusdem Augusti potentiam. Per suum põdus, accipe Ouidij crimen. Per partes verò tractas, se odio etiam amicorum exulasse profitetur. *Prætereuntis equo*] Dionysius lib. 6. scribit, in honorem apparitionis Castorum, eiúsq; victoriæ, quæ ad lacum Regillum parta est, equites in equis sedentes transuehi, incipientes à templo Martis extramurano pertexisse per forum, iuxta ædem Castoris. Fiebat autẽ hæc transuectio idib. Quintilib, quo die apud lacum Regillũ prosperè pugnatũ est, Castore & Polluce auxiliantibus. In

A transuectione autem equitea vehebantur coronati oliuarũ ramis indutiq; trabeis purpurei coloris, secum gestantes ornamenta, præmiaq; omnia fortitudinis, quæcunq; in prælus ob rem bene gestam, à ductoribus suis acceperant. Valerius Max. lib. 2. de institutis antiquis scribit, Fabium Rutilianum primum instituisse, vt equites Romani idibus Quintilibus ab æde Honoris equis insidentes, in Capitolium transirent trabeati. Scribit Tranquillus, equitum turmas Augustũ frequenter recognouisse, post longam intercapedinẽ inducto more transuectionis. Sed neq; detrahi quenquã ab accusatore passum fuisse: quod fieri solebat ex sensu, vel aliqua corporis labe. Scribit etiam Plutarchus, morem Romæ apud equestres fuisse, quũ per legitimum tempus ab aliquo militatum esset, equum per medium forum duci, coram duobus censoribus præsidentibus, illisq; quemlibet ducum, aut im-B peratorum, sub quibus militatum sit, recenseri: deinde censorum iudicio subijci, qui iuxta cuiusque meritum vel laudẽ, vel infamiam tribuunt: quem morẽ hic quoq; Ouid. designat. *Quòd si non prodest*] quòd si nullo beneficio affectus sui ab Augusto, ob vitam, aut equestrem dignitatẽ bene antè actam. *At nullum crimen adeptus eram*] saltẽ placet, quòd ille me nullo crimine notauit. *Nec malè commissa est*] His duobus versibus designat se Poëta centumuirũ fuisse. In eo enim iudicio causæ testamentariæ, & hereditariæ, criminalésque etiam audiebantur. Centumuiri autẽ à numero virorũ dicebantur, Nam quum Romæ essent quinq; & triginta tribus, terni ex singulis tribubus eligebãtur ad iudicandum: & licèt quinq; supra cẽtum fuerint, tamen vt facilius nominarentur, centũviri sunt dicti. Eorum verò iudicium centũuiralis hasta nominabatur: quòd posita in suo foro hasta, cẽ-C tumviri iudicabant: quemadmodum Auctionarij publici siue priuati, in atrio Auctionario hasta præconis (vt inquit Cicero) bona emptori adiudicabant. Eligebãtur autem interea ex decurijs centumviri per prætorem, qui iudicarẽt: quorum numerus non idem in omnib. causis erat, sed maior, aut minor, vt diuersæ causæ acciderant, quibus numerus iudicũ ex lege dabatur Quemadmodum lex repetundarum, qua ratio à senatore repeti solebat, quinquaginta iudices ex equestri ordine dabat, vt docet Cicero pro L. Flacco. Duo verò & triginta iudices sederunt in causa Oppianici, qui veneni à Cluentio accusatus fuit. Iudices autem omnes Romæ in decurias redacti fuere, & eorum sortitiones ad diuersas causas per prætorem fieri solebãt, qui eos in legem iurare cogebãt: vnde iurati iudices dicebantur: notabantúrque in libro prætoris, ne alij ad iudicandum supponerentur, autore Asconio. De decurijs iudicum ita scribit Plinius lib. 33. Iudicum quoque non nisi quatuor decuriæ fuere primò, vixque millia singula in decurijs inuenta sunt, nondum prouincijs ad hoc munus admissis: seruatúmque in hodiernum diem est, ne quis è nouis ciuibus iudicaret. *Fortuna reorum*] sors eorum, qui cẽtumvirali iudicio subijciebantur. Cicero pro A. Cluẽtio: Respicite iudices, hominum fortunas, respicite dubios variósq; casus, respicite Caij Fabritij senectutẽ. *Nec est G malè commissa nobis*] nec est malè credita iudicio meo: quia rectè iudicaui. *Decies decem viris*] hoc est, à centũuiris. *Res quoque priuatas statui*] Hic Ouidius videtur ostendere, se ex quarta decuria iudicem, hoc est triũuirum electum, iudicasse de leuioribus summis. Trãquillus enim scribit, ad tres iudicum decurias quartam addidisse ex inferiore censu, quæ ducenariorum vocaretur, iudicarétque de leuioribus sũmis. Iudices autem elegit à trigesimo ætatis anno, id est quinquennio maturius, quàm solebant. Aut certè (quod magis placet) per centumuirale iudicium docet, se iudicia publica: per priuatas verò causas, priuata etiam iudicia triumuirum exercuisse. Publica enim iudicia sunt, in quibus agitur de proditionibus in patriam, ambitu, maiestate, & accusatione repetundarum. Vnde in Rhetoricis ad Herennium ita legi-H mus: Et in publicis quæstionibus cauetur legibus, vt si antè reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat, verum illi liceat accusare, nec ne. Et Tranquillus in Augusto, centumuiralia iudicia, publica appellat: Cẽtúmq; inquit, vt separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicum fierent. Sic etiam in Oratore ea Cicero appellat. Dicta autem sunt publica iudicia (vt Iustinianus, seu Tribonianus scribit) quòd cuiuis ex populo executio eorum plerunque datur. Priuata verò iudicia sunt ciuis ad ciuem, personæ ad personã. Priuũ enim veteres dixere, quod nos singulum. hinc priuata iudicia, quòd vniuscuiusq; propria sunt. Vnde apud Valeriũ caput legimus de Priuatis iudicijs. Et Liuius scribit, ius duodecim tabularum fuisse fontem omnis publici & priuati iuris. *Sine crimine*] sine scelere, aut sine cuiusque criminatione. Superior expositio magis placet. *Dique mea fassa est*] I Ordo talis: Et pars iusta, id est causæ æquitas: aut pars hominum iustorum, qui iudicio meo interfuere, etiam est fassa de mea fide: id est, confessa fuit meam in iudicando fidem & integritatem [Alij, Pars victa, legunt, vt sit sensus: Etiam victi iudicio fidem & integritatem meam in iudicando prædicarunt.]

Me miserum, potui, si non extrema nocerent,
Iudicio tutus non semel esse tuo.
Vltima me perdunt, imóque sub æquore mergit
Incolumem toties ima procella ratem.*
Nec mihi pars nocuit de gurgite parua, sed omnes
Pressere hoc fluctus, Oceanúsque caput.
Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam,
Præda suis canibus non minus ille fuit.
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est:
Nec veniam læso numine casus habet.
Illa nostra die, qua me malus abstulit error,
Parua quidem perijt, sed sine labe domus.
Sic quoque parua tamen, patrio dicatur in æuo
Clara, nec vllius nobilitate minor.
Et neque diuitijs, nec paupertate notanda est,
Vnde sit in neutrum conspiciendus eques.
Sic quoque nostra domus vel censu parua, vel ortu,
Ingenio certè non latet illa meo.
Quo videar quamuis nimium iuueniliter vsus,
Grande tamen toto nomen ab orbe fero.
Turbáque doctorum Nasonem nouit, & audet
Non fastiditis annumerare viris.
Corruit hæc igitur Musis accepta sub vno,
Sed non exiguo crimine lapsa domus.
Atque ea sic lapsa est, vt surgere, si modo læsi
Ematurnerit Cæsaris ira, queat.

MIR. *Si non extrema nocerent*] D si nõ obesset iudicium de me tuum, quo relegatus sum. *Iudicio tuo*] quia me virum bonum esse iudicabas. *Non semel*] quia in multis casib. tibi mea iustitia fuit cognita. *Vltima*] vltimum de me iudicium tuũ, id est, relegatio. *Mergit*] obruit & opprimit. *Incolumẽ ratem*] me viuum. *Ima procella*] grauis tua ira. [Aliàs Vna legitur: vt sit Vna procella positum, pro vnica atq; extrema illa.] E *Nec mihi pars nocuit*] Perstat adhuc in similitudine à nauigãtibus sumpta. Intelligit autem non paruã Augusti indignationẽ: aut non solùm Augustum, sed alios quoq; eius causa cũ oppressisse. *Cur aliquid vidi*] De causa relegationis Ouidij multi multa scripsere: in quib. non deest, qui credat eũ vidisse eius incestum cum filia Iulia. quod etiam Tranquillus (in Caligula scilicet) his F verbis verum fuisse ostendit: Prædicabat autem matrem suã ex incesto, quod Augustus cum Iulia filia admisisset, procreatam. Ego tamen vt hæc in re nõ meam obstringã fidẽ, sic affirmare ausim (vt etiã diximus) Poëtam vidisse aliquid agentem Augustũ, quo in eius odiũ peruenit, id quod cùm in hoc loco, tum in alijs plerisq; liquidò dignoscitur. *Imprudenti mihi*] mihi ignoranti quæ ab Augusto fierent. *Inscius* K *Actæon*] Actæon Aristei & Autonoes filius, longa fatigatus venatione, vt æstũ euitaret, in vallẽ Gargaphien peruenit, vbi erat limpidissimus fons: in quo quũ fortè Dianam se lauantẽ ostendisset, ab ea mutatus est in ceruum, ne id cuiquã narrare posset. Demum etiam à suis canibus laniatus est. Fabulã habes apud Ouidium in 3. Metam. Diodor⁹ scri-L bit eum à suis canibus disceptum, quòd Dianæ concubitum, quum venaretur in montibus iuxta templum sitis, appetiuerit. Alij, quòd se illi Actæon prætulerit venandi arte. *Scilicet in superis*] Dij, inquit, eos puniunt, qui etiam casu peccãt. Peccamus enim aut errore, aut scelere. Errantem fortunam

A casum Ouid. appellat. Sic & in Metam. de Actæone: At bene si quæras, fortunæ crimen in illo, Non scelus inuenies: quod enim scelus error habebat? *Sed sine labe*] sed sine crimine. *Patria dicatur vt ano Clara*] vt hac nostræ patriæ ætate, vel certè patris mei ætate clara dici possit. Superior sententia magis placet. *Nec vllius nobilitate minor*] nec minor nobilitate vllius domus: vel nec minor vllius, scilicet domus nobilitate. Vbi notandum, quòd minor post se non modò habere potest ablatiuum casum, sed etiam genitiuum. Plin. Animantium in eodem natura nullius prope partis contemplatione minor est. Et Gellius lib. 3. Sed quum in eo tēpore Scipionem minorem quadraginta annorum fuisse constaret. Et Varro in Re rust. Nec minores, inquit, bonorum 22. ad agriculturam dociles. *Vnde*] ex qua domo. *In neutram*] in neutram partem: vt aut nimis amplas diuitias possideas, aut nimiæ paupertati obnoxia. ex quo designat mediocres fortunas possedisse. *Vel censu*] vel fortunis. *Vel arte*] vel origine. *Quo*] scilicet ingenio. *Nimium iuueniliter*] quòd scribēdo iuuenilia & amatoria, Augustum offendi. *Sub vno, sed nō exiguo crimine*] sub vna criminatione, sed non parua. Hoc autem dicit, ne Imperatorem offendat. Quare vt eius beneuolentiam captet, seipsum magis, quàm imperatorem damnat. *Ematuruerit*] matura facta fuerit, & lenita. Vbi notandum, maturo verbum maturui tantùm præteritum facere, non maturaui: vt indoctus quidam nostri temporis existimauit. Nam & Quintilianus ita scribit: Nam & ipse eos ob- G dum opinabar satis maturuisse. Et Columella lib. 7. Et quū maturuit suppuratio, rescinditur ferro. Quare qui existimauit à Quintiliano maturauisse dictum, & ita etiam legi posse, errauit.

B *In euētu pœna*] in euentu supplicij. *Cui*] Augusti scilicet. *Nostro metu*] quā timebā. *Citràque necem*] sine nece. qua loquutione frequēter autores vtuntur, & in primis Plin. vt citra salē, id est sine sale. *Paterna opes*] patrimoniū mihi a patre relictū. *Insuper accedunt*] præterea mih. permittuntur. Solebāt. n. caules bona omittere: vt docent cùm alij tū in primis Cicero lib. 5. Tuscul. quæst. his ver- C bis: At multantur bonis exules. *Tanquam vita parum muneris esset*] Laudat Cæsaris clementiā, cui vita Ouidio cōcessa paruum beneficium videbatur, nisi etiam illi fortunas suas cō cessisset. *Decreto senatus*] senatusconsulto in tuam sententiā facto, vt relegares. *Secreto iudice*] à iudice, cui secretò damnationem mandare potuisses. Sunt quædā exemplaria, in quibus legitur D Selecto. Fuerūt enim quatuor decuriæ iudicum primò, pluribus discretæ nominibus. Namque aliæ tribunorum æris, aliæ iudicum. Quidam nongēti, quidam Selecti vocabantur. Et diuisus hic quoque ordo erat superba vsurpatione nominum: quum alius se Nongentum, alius Tribunum, alius Selectum appellaret. autor Plin. lib. 33. Selecti iudicis meminit Horat. in 1. Serm. eo versu, E Vnum ex selectis iudicibus obiiciebat. Et Ouid. Non bene selecti iudicis arca patet. *Verbis tristibus*] verbis tristitiam significātibus: quòd ea cōmisisē, quibus pœna luenda esset. *Quippe relegatus*] Relegare est, in insulā aliquē, vel in alium locum mittere. Differtq; exilium (vt iurisconsultis placet) à relegatione, quòd exiliū est perpetuum, relegatio fit ad tēpus. Vnde titulus est F apud iurisconsultos de relegatis: vbi legimus relegatorum duo genera esse. Quidam enim in insulam relegātur, quidam simpliciter, vt prouinciis eis interdicatur. Callistratus iurisc ōsultus sic scribit: Cæteræ pœnæ ad æstimationem, etsi non ad capitis periculum pertinent, velut relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in insulam. *Verba mea fortunæ*] decretum tuum de infelicitate mea. *Sūt parca*] paucis exponitur. *Mē*- H *tique potenti*] generosæ menti. *Oneratam vitibus vlmum*] Vites sexto anno maritantur: & inter cæteras arbores prima omniū vlmus habetur, quæ ab eo hanc ob causam Marita appellatur Martialis: Nec melius teneris iunguntur vitib' vlmi. *Liuia sic tecū*] Liuiam Drusillam dicit, quam Augustus repudiata Scribonia duxit vxorem. I Eā matrimonio Tiberij Neronis, & quidem prægnātem abduxit, dilexitq; & probauit vnicè, ac perseuerantet, vt scribit Trāquillus. *Calebs vita*] vita sine vxore. *Sospite sic te sit natus quoque sospes*] Tiberiū designat: nā de Agrippa non placet intelligas. *Efficiantq; tui*] Ordo est: Et tui nepotes, Caius scilicet, qui in Lycia periit: & Lucius, qui Massiliæ, vt alibi diximus. Apposititiuè, K sidus iuuenile, efficiant, vt natus Tiberius eat per tua & per parentis tui facta: hoc est, te & patrem Iuliū imitetur. Legitur etiā ita hoc carmē in vetustissimo codice: *Vt faciántque tui, sidus iuuenile, nepotes, Per tua, pérq; tui facta parentis eant*) quæ lectio nobis etiam clarior & cādidior videtur, vt sit ordo: Et tui nepotes, appositiuè sidus iuuenile, id est iuuenum Romanorum splen- L dor, eant, vt faciunt, per tua, & per facta tui parentis. Per nepotes autem, Caium & Lucium adhuc viuentes designat. *Sic assueta tuis semper victoria castris*] Victoria dea fuit. quam Apuleius lib. 2. Metamor. Palmarem deā appellat his verbis: Atria lōgè pulcherrima columnis quadrifariā per singulos angulos stantibus, attollebant statuas Palmaris

Cuius in euentu pœna clementia tanta est,
Vt fuerit nostro lenior ira metu.
Vita data est, citráque necem tua constitit ira:
O princeps parcè viribus vse tuis.
Insuper accedunt te non adimente paterna,
Tanquam vita parum muneris esset, opes.
Nec mea decreto damnasti facta senatus,
*Nec mea * selecto iudice iussa fuga est.*
Tristibus inuectus verbis (ita principe dignum est)
Vltus es offensas (vt decet) ipse tuas.
Adde, quod edictum quamuis immite, mináxque,
Attamen in pœna nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exul dicor in illo:
Parcáq; fortuna sunt tibi verba mea.
Nulla quidem sana grauior, mentique potenti
Pœna est, quàm tanto displicuisse viro.
Sed solet interdum fieri placabile numen:
Nube solet pulsa candidus ire dies.
Vidi ego pampineis oneratam vitibus vlmum,
Quæ fuerat sæuo fulmine tacta Iouis.
Ipse licèt sperare vetes, sperabimus: atque
Hoc vnum fieri te prohibente potest.
Spes mihi magna subit, cum te mitissime princeps:
Spes mihi, respicio cùm mea facta, cadit.
Ac veluti ventis agitantibus æquora, non est
Aequalis rabies, continuúsque furor:
Sed modo subsidunt, intermissíque silescunt,
Vimque putes illos deposuisse suam:
Sic abeunt, redeúntque mihi, variántque timores,
Et spem placandi dántque negántque tui.
Per superos igitur, qui dant tibi longa, dabúntque
Tempora, Romanum si modo nomen amant.
Per patriam, quæ te tuta & secura parente est,
Cuius & in populo pars ego nuper eram:
Sic tibi, quem semper factis animóque mereris,
Reddatur grata debitus vrbis honor.
Liuia sic tecum sociales impleat annos,
Quæ, nisi te, nullo coniuge digna fuit.
Quæ si non esset, calebs te vita deceret:
Nulláque, cui posses esse maritus, erat.
Sospite sic te sit natus quoque sospes, & olim
Imperium regat hic cum seniore senex.
† Efficiántque tui, sidus iuuenile, nepotes,
Per tua, pérque tui facta parentis eant.
Sic assueta tuis semper victoria castris,
Nunc quoque se præstet, notáque signa petat.

A dea, facies quæq; pinnis expliciris sine gressu, pilæ volubilis, instabile vestigium, plantis roscidis decitantes. Et Ouidius: Prima loco fertur spatiis Victoria pennis.

Ausoniúmque ducem solitis circumuolet alis,
Ponat & in nitida laurea serta coma.
Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,
Auspicium cui das grande, deósque tuos.
Dimidióque tui præsens & respicis vrbem:
Dimidio procul es, sæuáque bella geris.
Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste,
Inque coronatis fulgeat altus equis.
Parce precor, fulménque tuum fera tela recondе,
Heu nimium misero cognita tela mihi.
Parce pater patriæ: nec nominis immemor huius,
*Olim placandi spem mihi * redde tui.*
Non precor vt redeam: quamuis maiora petitis
Credibile est magnos sæpe dedisse deos.
Mitius exilium si das, propiúsque roganti,
Pars erit è pœna magna leuata mea.
Vltima perpetior, medios eiectus in hostes:
Nec quisquam patria longius exul abest.
Solus ad egressus missus septemplicis Istri,
Parrhasiæ gelido virginis axe premor.
Iazyges, & Colchi, Metereáque turba, Getæque,
Danubij mediis vix prohibentur aquis.
Cúmque alij tibi sint causa grauiore fugati,
Vlterior nulli, quàm mihi terra data est.
Longius hac nihil est, nisi tantùm frigus, & hostis,
Et maris astricto quæ coit vnda gelu.
Hactenus Euxini pars est Romana sinistri,
Proxima Basternæ, Sauromatæque tenent.
Hæc est Ausonio sub iure nouissima, vixque
Hæsit in imperij margine terra tui.
Vnde precor supplex, vt nos in tuta releges,
Ne sit cum patria pax quoque adempta mihi.
Ne timeam gentes, quas non bene summouet Ister,
Néve tuus possim ciuis ab hoste capi.
Fas prohibet Latio quenquam de sanguine natum
Cæsaribus saluis barbara vincla pati:
Perdiderint cùm me duo crimina, carmen, & error;

MER. *Ausoniúmque ducem*] Tiberium designat, qui nunciata Illyrici defectione, transiit ad curam noui belli, quod grauissimũ omnium bellorum post Punica, per quindecim legiones, paréмque auxiliorum copiam triénnio gessit: quo temporis spatio domuit totum Illyricum, quod inter Italiam, regnúmque Noricum, & Thraciam, & B Macedoniam, interq; Danubium flumen, & sinum maris Adriatici patet. quas ob res triumphus ei decretus est, quem distulit, mœsta ciuitate clade Variana. Nihilominus vrbẽ prætextatus, & laurea coronatus intrauit. Positúmque in septis tribunal, senatu astante conscendit, ac medius inter duos consules cum Augusto simul sedit: vnde populo consalutato, circum templa deductus C est, autor Tranquillus. Potes etiã intelligere (quod magis placet) Germanicã expeditionem, quã Drusus Tiberij frater, & Augusti priuignus suscepit Augusti auspiciis, vt Florus scribit: in qua expeditione periit, ex fractura cruris, super quod lapsus est equus, vt Liuius existimat. Tranquill⁹ verò eũ morbo periisse scribit. *Deósq; tuos*] Apollinem, Iulium Cæsarem, & cæteros deos, Au- D gusti familiares. [Vel ἐν συναινέσει dictũ, vt idẽ significet, auspicium, & deos tuos.] *Septemplicis Istri*] Istri ort⁹ est in Germania, qui per innumeras lapsus gentes Danubij nomine, immenso aquarum auctu, & vnde primùm Illyricũ alluit, Ister appellatur, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in Pontum vastis sex fluminibus euoluitur, quorum nomina Plinius ostendit lib. 4. sed plenius Herodotus. Scribit Strabo, Ephorum asserere, Istrum constare quinque ostiis Idem tamen paulo pòst E ait eum in septena ostia distingui. Docet etiam Dionysius, Istrum per quinque ingentes alueos in Euxinum prorumpi. Istrum quinque alueis delabi per Scythiam, docet etiã Herodotus Pomponius tamen & Solinus scribunt, Istrum totidem ostia habere, quot Nilus, id est septem, tria verò reliqua teouia: quorum priora quatuor adeò magna sunt, vt per longitudinem quadraginta millium pass. non misceatur æquori, dulcémque haustum incorrupto detineat sapore. Idẽ etiam docet Cornelius Tacitus his verbis: Danubius molli, & clementer edito montis Abnobæ iugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpit: septimum enim os paludibus hauritur. *Parrhasiæ virginis*] Callistûs ca Arcadia: quæ in vrsam mutata à Ioue, in Septentrione locata fuit: sic dicta à Parrhasia vrbe Arcadiæ Ouidi⁹ in Metam. Parrhasis erubuit. *Iazyges*] Iazyges populi fuere F Scytharum, quos Plinius scribit campos & plana tenuisse. Nam paulum supra Daciam fuere Peucini, & Basternæ, & per totam Mæotin Iazyges, hinc Roxolani, & his interiores Amaxobij, & Alani Scythæ, vt est autor Ptolemæus. nunc, quidã septem castra appellari putant. Valerius Flaccus: Neurus, & expertes canẽtis Iazyges æui. Strabo post Tirihegetas ponit Sarmatas, cognométo Iazygas: sunt enim in Sarmatia

Europæ. Habent autẽ Iazyges terminos à Septẽtrione, Sarmatiam Europæ, id est eam Sarmatiæ partem, quæ est ad austrum Sarmaticorũ montium, vsq; ad montem Carpathum. Ab G occasu & austro Germaniæ partem à Sarmaticis scilicet montibus, ad Carpatũ Danubij fluuij vsq; scissionem Tibisci amnis, qui ad Arcton fluit. Ab oriẽte Daciam, iuxta ipsam Tibiscũ fluuiũ, qui ad orientẽ versus sub monte Carpatho desinit, à quo ducitur. *Et Colchi*] Colchi (autore Dionysio) fuere ad extremũ Ponti, Caucaso monti adhærentes, olim ex Ægypto profecti: quod etiam H docet Herodotus. Colchicæ regionis alterum latus in Euxinũ & Mæotin deuexũ esse, alterum in Caspium & Hyrcanum mare, scribit Plinius. Hic verò nõ Colchi, sed Corsi legendum arbitror. Corsos enim Sarmatarum populos fuisse, Plinius scribit. quamuis eo in loco quidã nõ Colchi, sed Corsi legendũ putant. Nam è Ponto ad ostiũ Mæotidis nauigantibus, dextra sunt I Scythæ, & Taurica Chersonesus: læua verò è regione in littore Põti, ad montẽ Caucasũ (vt diximus) sunt Colchi: qui quũ mari disiuncti sint, & Mæotidis ostiũ, qui Cimmerius Bosphorus vocatur, latitudinẽ stadiorũ triginta, lõgitudinem sexaginta (autore Polybio) cõplectatur. Quo pacto Danubio ab his se arceri dicat Ouidius, non intelligo: nisi accipias illos Cimmeriũ Bosporum K transfretare, & in Tauricam regionem accedere: quod non placet. [Colchos accipere etiam eos licet, qui Medeam fugientem persecuti, cũ illam apprehendere non potuissent, circa Tomos, & insulas Brigeides consederũt, vt Comment. Apollon. lib. 4. Nam quos hic Corsos appellat Merula, apud Plinium Aorsi leguntur] *Metereáque turba*] Aut vrbẽ Metetream eam intellige, quam Ptolem. supra Tyrã fluuium ponit penes Daciam, & Metonium appellat. Aut certè Neutra legas, vt Neuros intelligas, apud quos oritur Borysthenes, vt est autor Plinius. Neurorum meminit etiam Curtius, Pomponius, ac Dionysius. *Getæque*] Getas Strabo eos appellatos dicit, qui ad Pontũ in orientem vergebant: Dacos verò, qui in oppositum versus Germaniam & ad Istri fontes, quos olim Dauos vocatos fuisse arbitratur. L Plinius scribit Scytharum gentes varias fuisse: inter cæteros Getas ponit, quos à Romanis Dacos nominatos scribit. eos ita etiam nominat Ptolemæus. *Mediis aquis Danubij*] aquis Danubij disterminantibus vrbem Tomon à nationib. suprà dictis. *Nisi tantum frigus*] fuere enim vrbes illæ in septentrionali regione. In vetustissimo codice hoc carmen ita legi, Longius hac nihil est terra nisi frigus et hostis *Astricto gelu*] Cimmerius Bosporus, qui Asiam ab Europa separat, & (vt diximus) in 30 stadiorum longitudinem excurrit, ita glaciatur, vt mare illud pedibus plerũque peruium sit, vt Plinius docet: quam glaciem dicit Poeta esse paulo vltra terras ad quas relegatus est. Vel certè intellige Ponti partem, quam brumali rigore durari diximus suprà ea autoritate

A Pomponij. Scribit etiam Herodotus (autore etiam Gellio) mare Bosporum, quod Scythicū dicitur, gelu stringi & cōsistere. *Hactenus*] vsque ad Danubium: quem dicit esse terminum Romani imperij. *Euxini sinistri*] Pontici maris: qui est à sinistra nauigantibus ad Cimmerium Bosporum. *Est pars Romana*] est ditionis Romanæ. *Basternæ*] Basternæ populi fuere (vt Dionys. scribit) ad Oceanum septentrionalem versi. Eos Ptolemæus scribit fuisse in Sarmatia Europæ. Plutarchus in Paulo Aemilio docet Basternas circa Istrum incolentes gentem fuisse pugnacem, & equitatu maximè valentem, quos & Galatas appellarunt. Hos Tacitus Peucinos nominat, dubitátque Sarmatisne an Germanis ascribat: quamuis sermone, cultu, sede ac domicilijs vt Germani agāt. Eruptioni autem Istri fluminis magna propior est insula Peuce nomine: eam Basternæ quum occupassent, Peucini sunt appellati. Basternas autem Pompeium domuisse, ac de his triumphasse, autor est Plin. Eos etiam C. Cæsar domuit, vt Diodorus refert. Sed postmodum Augusto imperatore credendum est eos à Romanis defecisse, quemadmodū aliæ etiam gentes, vt Florus docet. De Sarmatis autem abundè diximus suprà: Dicti autem fuere Galatæ à filio Herculis, quem Galatem appellarunt, vt est autor Diodorus. Ea autem regio à pluribus nationibus colebatur, quæ inuicem gentiū numero differebat. *Tenent proxima*] tenent loca Istro vicina. *Hac est nouissima*] hæc terra ad quam relegatus sum, est extremus terrarum pop. Rom. terminus. *Ne sit cum patria*] ne amissa patria perdam etiam pacem, hoc petit, vt amissa patria, saltem pacatè viuat citra vllum hostilē tumultū. *Non bene summoues*] non bene arcet. *Carmen*] præcepta amatoria. *Et error*] & imprudentia ac casus: de quo suprà diximus. G

Msa. B *Alterius facti*] erroris. *Altera pars superest*] restat, vt purgem me de carmine amatorio. *Doctor obscæni adulterij*] præceptor amoris. *Fas ergo est*] Carmen amatorium non esse culpandum arguit, idque non potuisse Augustum in maioribus occupatum rectè iudicare, significat. *Aliqua*] aliqua ratione & modo. quasi dicat, dij etiam falluntur aliquo modo, quum res

C non penſiculatè intuentur, vt tu Auguste, qui præ magnis negotiis non potuisti carmen meum legere. *Et sunt notitia*] Multa sunt, inquit, quæ à te reijciuntur tanquam friuola, tenuia, & minora tuis viribus, vt sunt mea carmina, quib. verbis per insinuationem reddit Augustum beneuolum. *Orbem pendentem*] imperium terrarum in te inclinatum. *Inferiora*]

D minora orbe ipso: vt fuere mea carmina de Arte amatoria. *Imparibus modis*] versu elego. *Ea moles*] ea rerū magnitudo. *Ineptis lusibus*] inepto carmini. *Nunc tibi Pānonia est*] natio ingens circa Istrum per longum incolens ab Iapodum populis

Alterius facti culpa silenda mihi.
Nam non sum tanti, renouem vt tua vulnera Cæsar,
Quem nimio plus est indoluisse semel.
Altera pars superest, qua turpi crimine læsus
Arguor obscæni doctor adulterij.
Fas ergo est aliqua cælestia pectora falli,
Et sunt notitia multa minora tua.
Vtque Deos, cælúmque simul sublime tuenti
Non vacat exiguis rebus adesse Ioui:
A te pendentem sic dum circumspicis orbem,
Effugiunt curas inferiora tuas.
Scilicet imperij princeps statione relicta
Imparibus legeres carmina facta modis?
Non ea te moles Romani nominis vrget,
Inque tuis humeris tam leue fertur onus:
Lusibus vt possis aduertere numen ineptis,
Excutiásque oculis ocia nostra tuis.
Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda,
Rhetica nunc præbent, Thraciáque arma metum.
Nunc petit Armenius pacem, nunc porrigit arcus
Parthus eques, timida captáque signa manu.
Nunc te prole tua iuuenem Germania sentit,
Belláque pro magno Cæsare Cæsar habet.
Denique vt in tanto, quantum non extitit vnquam,
Corpore pars nulla est, qua labet imperij.
Vrbs quoque te, & legum lassat tutela tuarum,
Et morum, similes quos cupis esse tuis.
Non tibi contingant, quæ gentibus ocia præstas,
Belláque cum multis irrequieta geris.

post Marcū Antoniū deuictum triumphasse scribit Appianus: ex cuius sententia de Illyria alibi plura diximus. Illud addimus, ab Eustathio scribi, Illyriam ab Illyrio Cadmi filio appellatā. *Rhetica nunc præbent*] Rheti (vt docet Strabo) ad Italiam vsq; pertinent, quæ supra Veronā & Comum est. Rhetios & Noricos existimat Appianus C. Cæsarem, quum aduersus Celtas depugnaret, subegisse: aut Augustum, quū Pæones aggrederetur, bello superasse. In medio quippe amborū sedes habent. Nec vllum in Rhetios aut Noricos bellū gestum priuatim se reperisse scribit. sed eos cum reliquis finitimis deuictos asserit. Iustin° lib. 20. scribit, Thuscos duce Rheto auitis sedib° amissis, Alpes occupauisse, & nomine ducis gentē Rhetorū condidisse. Plin° inter Alpium incolas ponit etiā Rhetos, quos Noricis vicinos esse scribit: & Thuscorū prolē fuisse à Gallis pulsos, duce Rheto: à qua regione Maro Rheticam vitē nominauit. Et Plin. scribit, Rhetica vina in Veronēsi agro fuisse. Ea nunc eius vrbis incolę Vernatias vulgò appellant, Falernis tamen post habita, ex Maronis sententia. Et Strabo docet, vinum Rheticum inter Italica egregiè commendata, non sanè inferius in montanis illorū radicibus nasci. *Thraciáque arma*] Thraces quoque cum cæteris desciuerant: qui & signis militaribus, & disciplina, armis etiam Romanis assueti fuerant. Sed à Pisone perdomiti, in ipsa captiuitate rabiē ostenderunt: quippe quū catenas morsibus tentarent, feritatem suam ipsi puniebāt. Scribit Herodotus, gentem Thracum secundum Indos omnium maximam esse: quæ si aut vnius imperio regeretur, aut idem sentiret, inexpugnabilis esset, & omnium gentium validissima. Pausanias etiam scribit, nullam nationem, præter Galliam, Thracia maiorem esse. *Nunc petit Armenius pacem*] Armenios victo rege Tigrane, in hoc vnum seruitutis genus assueuerat Pompeius, vt rectores à Romanis acciperēt. intermissum ergo ius Augustus per Caium nepotē recuperauit, non incruento nec inulto tamen certamine: quippe Domnes, quem rex Artaxatis præfecerat, simulata proditione adortus virum intentum libello, quem vt thesaurorum rationem continentem ipse porrexerat, interfecit. autor Florus. Armenia autem duplex fuit, maior, & minor Asiaticæ regionis prouinciæ, vt lib. 6. docet Plinius. Lucanus, Populos vtraque vagantes Armenia. Dicta autem Armenia (autore Iustino) ab Armenio Thessalo vno de numero ducum Iasonis, qui recollecta multitudine, quæ, amisso Iasone rege, passim vagabatur, Armeniam condidit. Idem videt se sentire Strabo, ita scribens: H I K L

supra Dardanos protenditur. Hi Pæones à Græcis, à Romanis Pannonij appellati fuere: & ab illis inter Illyrios numerabantur. Autor Appian. De Pannonijs hæc Florus. Pannonij duob. saltib. ac trib. fluuijs, Drauo, Sauo, Istróque vallantur. Ad eos domandos Aug. Vibium misit. cæsi sunt in

E vtrisque fluminib. arma victorum non ex more belli cremata, sed capta sunt, & in profluētes data, vt cæteris qui resistebant sic victoria nunciaretur. *Nunc Illyris ora domanda*] Post finem bellorum ciuilium Augu. (vt Flo docet) reliqua bella gessit aduersum exteras gētes, quæ districto circa mala sua imperio diuersis orbis oris emicabant. noua quippe pax, necdum assuetæ frenis seruitutis tumidæ gentium inflatæq; ceruices ab imposito nuper iugo resiliebant. Ad septentrionem conuersa fermè plaga ferocius agebāt, Norici, Illyrici, Pānonij, Dalmatæ, Mysi, Thraces, & Daci, Sarmatæ atq; Germanici. Noricis animos dabant alpes atq; niues, quod bellum non posset ascendere. Sed omnes illius cardinis populos Brennos, Senones, atq; Vindelicos Augustus per priuignum suum Claudiū Drusum pacauit. In Illyricos autē ipse expeditionē sumpsit. Agunt autem hi sub Alpibus, imásque

F valles earum, & quædam quasi claustra custodiūt, abruptis torrentibus implicati. Fieri igitur pontē Augustus imperauit. Hic se & aquis, & hoste turbantibus, cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit, & in viā primus ēit. agmine secuto, quum Illyricus multitudine pontem succidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior sanguine, & ipso periculo augustior, terga hostiū percīdit. De his autē est

A Armenius ex Armenia Thessaliæ vrbe, quæ inter Pheras & Larissam iacet iuxta Bœbeidã, cum Iasone in Armenia militauit, dictũ ex huiusmodi nomine Armeniam appellatam. *Parthus nunc porrigit arcum*] Augustus (Autore Iustino) finito Hispano bello, in Syriam ad componendum orientis statum peruenit: metúmque Phraarti iniunxit, ne bellum Parthiæ vellet inferre. Itaque tota Parthia captiui ex Crassiano siue Antonij exercitu recollecti, signáque cum his militaria Augusto remissa. Sed & filij nepotesque Phraartis obsides Augusto dati: plúsque Cæsar magnitudine nominis sui fecit, quam armis alius Imperator facere potuisset. Strabo etiam refert, Phraartem regem Parthorum tantum circa Cæsaris amicitiam studuisse, vt illi etiam trophæa remitteret, quæ Parthi de Romanis erexerant: & vocato in colloquium Titio, qui per id tempus Syriæ præerat, quatuor et filios legiti-
B mos obsides tradidit, Sarospadem, Cerospadem, Phraanem, & Boonem: & duas eorum vxores, & filios quatuor, seditionem metuens, & ne sibi insidiæ strueréntur. Scribit Trãquillus, Parthos & Armenios vindicãti Augusto facilè cessisse, & signa militaria, quæ M. Crasso & Antonio ademerant, reposcenti reddidisse, obsidésque obtulisse: quos quodam muneris die missos per mediam arenam ad spectaculum induxit. Illud sciendum, Parthorum imperium ab exulibus Scytharũ deductum fuisse, autore Iustino. Vnde Parthi Scythico sermone exules dicuntur. De Parthis plura Plinius, & Iustinus lib 40. *Nunc te prole tua*] Germanicam expeditionem designat, quam Drusus Augusti priuignus suscepit eius auspicijs: quem Poëta superius Ausonium ducem appellauit, hic verò Augusti prolem nominat: quoniam eius erat priuigñ, & frater Tiberij. Scribit Tranquillus, Augustum Germani-
C cũ atq; Pannonicum bellũ per legatos administrasse, vt tamen aut interueniret, aut non lõgius abesset. Sciebat Augustus patrẽ suũ Cæsarem bis trãsuecto ponte Rheno quæsisse bellum. In illius honorem cupit facere prouinciã. Missus in eam prouinciam Drusus, primos domuit Vsipetes, inde cæteros percurrit, vt Marcomannos, Cheruscos, Sueuos, & Sicambros: quorum equos, pecora, torques, ipsósque prædã diuisit ac vendidit. præterea in tutelam prouinciæ præsidia vbique disposuit per Mosam flumen, per Albim, per Visurgam. per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit, Bonnam & Gesoriacum pontibus iunxit, classibúsque firmauit. Inuisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit. Ea denique in Germania pax erat, vt mutati homines alia terra cœlũ ipsum mitius, molliúsque solito videretur. Eam deniq; non per adulationem, sed meritis defuncto ibi Druso ipsi, quod nunquam alij senatus cognomẽ ex prouincia dedit. Autor Florus Germania autem (autore Tacito) à Gallis, Rhetisq;, & Pannoniis Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisque mutuo metu & montibus separatur. Cætera Oceanus ambit, latos sinus & insularum immensa spacia cõplectens. Idem autor scribit Germaniæ vocabulum recens, & nuper additum: quoniam qui primi Rhenũ transgressi, Gallos expulerint, nunc Tongri, nũc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gẽtis
G eualuisse paulatim, vt omnes primùm à victore ob metum, mox à se ipsis inuento nomine Germani vocarẽtur. *Belláq; pro magno Cæsare*] Sẽsus est: Drusus bella gerit pro Augusto. Appellat autem Drusum, Augusti priuignum Cæsarem: vt etiam Germanicum in Fastis, quum inquit: Excipe pacato Cæsar Germanice vultu. Sunt qui faciant hunc sensum: Augustus pugnat cum Bruto & Cassio, Caij Cæsaris interfectoribus, quod falsum esse, hac sola ratione manifestũ est, quoniam Augustus suscepit Germanicã expeditionẽ post bella ciuilia, vt superius docuimus ex Flori sententia. [Alij hoc loco non Drusum, sed Drusi filium ex Antonia Cæsaris neptẽ, quẽ Augustus octo legionib. apud Rhenum imposuerat, asciriq; per adoptionem à Tiberio iusserat: vt Tacitus autor est lib. 1.] *Denique vt in tuto*] Ordo est: Denique vt, pro qua-
H liter. Vel denique nulla pars imperij est quæ labet: vt pro sicut, in tanto corpore scilicet imperij, quantum non extitit vnquam: nam nunquam Romanum imperium maius fuit quàm fœlicissimo Augusti tempore *Vrbs quoque te*] Vrbem Augustus pro maiestate imperij ornatam & inundationibus incendijsq; obnoxiam excoluit: adeò vt iure sit gloriatus marmoream se relinquere, quã lateritiam accepisset. Item in ea publica opera plurima extruxit. Spacium vrbis in regiones vicósque diuisit: instituitque, vt illas annui magistratus sortiti tuerentur. autor Tranquillus. *Et legum lassas tutela tuarum*] Leges retractauit etiam Augustus, & quasdam ex integro sanxit, vt sumptuariam, & de adulterijs, & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus: diuortijs modũ imposuit, multáque alia ad vrbis cõmodum constituit. quæ omnia plenissimè exequitur Suetonius. *Et morũ*] Augustus
I impetratis à senatu decem adiutoribus, vnum quemque equitum rationem vitæ reddere coëgit: atque ex improbatis alios pœna, alios ignominia notauit, plures admonitione: notauitque aliquos, quòd pecunias leuioribus vsuris mutuati, grauiore fœnore collocassent.

MAR. *Miror in hoc igitur tan-*
D *tarum pondere rerum Vnquã te nostros euoluisse iocos*] Quum inquit rerum magnitudine obrutus sẽper fueris, mirandum est te vnquã scripta mea attigisse. Ex quo latẽter designat, non potuisse eum damnare ob carminis lasciuiam, incognita causa & versus. *At (si quod mallem*] Incipit arguere nullum esse in eius carmine crimen relegatione dignum. *Seuera frontis*] se-
E ueritatem vllam in prima pagina præ se ferẽtia. *Romanas erudiántque nurus*) nec docent amare castas mulieres. *Quibus scripsi*] quibus tradidi ea præcepta amatoria. *E tribus vnus*] vnus è tribus illis libris de Arte amandi cõpositis: quorum eruditio & elegantia tanta & tam multiplex est, vt nõ relegatione, sed amplissimis honoribus & pręmiis dignus fuerit Poëta. *Vitta*
F *tenues*] Virgines designat & innuptas per vittas, vt plenius diximꝰ in secũda editione Enarrationum nostrarũ: non Vestales, vt quidã falsò suspicati sunt: per vittas verò, nuptas intellige. *Ecquid*] nũquid. *Omnes rigidas*] omnes seueras matronas.

Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum
Vnquam te nostros euoluisse iocos.
At si (quod mallem) vacuum fortasse fuisses,
Nullum legisses crimen in arte mea.
Illa quidem fateor frontis non esse seueræ
Scripta, nec à tanto principe digna legi:
Non tamen idcirco legum contraria iussis
Sunt ea, Romanas erudiúntque nurus.
Néve quibus scripsi possis dubitare, libellus
Quattuor hos versus è tribus vnus habet.
Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
Quæque tegis medios instita longa pedes.
Nil, nisi legitimum, concessáque furta canemus,
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Ecquid ab hac omnes rigidas summouimus arte,
Quas stola contingi, vittáque sumpta vetat?
At matrona potest alienis artibus vti,
Quódque trahat, quamuis non doceatur, habet.
Nil igitur matrona legat, qua carmine ab omni
Ad delinquendum doctior esse potest.
Quodcunque attigerit (si qua est studiosa sinistri)
Ad vitium mores instruet inde suos.
Sumpserit annales (nihil est hirsutius illis)
Facta sit vnde parens Ilia nempe leget.
Sumpserit Aeneidem, genitrix vbi prima requiret,
Aeneadum genitrix vnde sit alma Venus.

Ab hac arte] ab arte amãdi. *Vetat cõtingi*] phibet violari. *At matrona potest alienis artibus vti*] Docet esse alias artes, quibꝰ corrũpi possunt Romæ castissimæ fœminæ. *Quod trahat*] quod sequatur *Nil igitur matrona legat, qua carmine ab*
K *omni.*] Nullum scriptorum genus à matronis excutiendum esse asserit, si hæ præsertim sint sinistræ mentis: quoniam nullum est scriptum, in quo nõ sit aliquid quod non possit in deteriorẽ partem & in vitium interpretari. *Ad delinquẽdum*) ad peccandum. *Est studiosa sinistri*) studet res in sinistram & contrariã partem accipere. *Sum-*
L *pserit annales*) si sumpserit libros gesta pop. Rom. cõtinentes, obseruato cuiuscunq; anni ordine. Quid autẽ sint annales, abũdè docet Gellius *Nihil est hirsutius illis*] nihil est illis seueriꝰ, nam rerum gestarum memoriam continent nõ voluptuosa, & lasciua. Hirsuti autem seueri videntur. Iouenalis: Hispida membra quidem, & duræ per brachia setæ Promittunt atrocem animum *Facta sit vnde*

parens Ilia] quomodo Ilia seu Rhea Syluia, grauida è Marte geminos peperit. Historiam habes apud Liuium, Ouidiũ Fastorum, & alios. Sed eam ex omnibus plenius exequitur Dionysius Halicarnasseus. *Sumpseris Aeneadum, genitrix vbi prima requires*] id est, si acceperis diuinum Maronis opus. *Genitrix vbi prima requires*] Ordo est: Studiosa sinistri perma, hoc est ante alias. Vel primùm, vt sit nomen pro aduerbio, requires, vbi, id est quo in loco alma Venus sit facta genitrix, subaudi Æneæ: quæret enim poterit à studiosa sinistri fœmina, vbi concubuerit Venus cum Anchise. Alludit autẽ ad carmen illud Maronis: Túne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndas. *Æneadum genetrix*] Romanorum mater. *Vnde sit*] vnde ducat originem: quasi dicat, à partibus obscœnis, Saturnum enim (autore Macrob.) aiunt abscidisse Cœli patris pudenda: quibus in mare deiectis, Venerem procreatam fabulantur. quæ à spuma, vnde coaluit, ἀφροδίτη nomen accepit. [Tu simpliciter accipe. Si sumpserit in manus Æneida, tuæ librum, vbi de prima Æneadum genitrice traditur, requiret illa vnde Venus Æneadum genitrix dicatur: eò scilicet alludens, quòd & Æneas ex adulterio Veneris & Anchisæ natus fuerit.

Persequar inferius (modò si licet ordine ferri)
Posse nocere animis carminis omne genus.
Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit:
Nil prodest, quod non lædere possit idem.
Igne quid vtilius? si quis tamen vrere tecta
Cœperit, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modò dat medicina salutem:
Quæque iuuet, monstrat, quæque sit herba nocẽs.
Et latro, & cautus præcingitur ense viator,
Ille sed insidias, hic sibi portat opem
Discitur innocuas vt agat facundia causas,
Protegit hæc sontes immeritósque premit.
Sic igitur carmen, recta si mente legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.
Et tandem vitium quicunque hinc concipis, erras,
Et nimium scriptis abrogat ille meis.
Vt tamen hoc fatear, ludi quoque semina præbent
Nequitiæ, tolli tota theatra iube.
Peccandi causam quàm multis sæpe dederunt,
Martia cùm durum sternit arena solum.
Tollatur Circus, non tuta licentia Circi est,
Hic sedet ignoto iuncta puella viro.
Cùm quædam spacientur in hac, vt amator eôdem
Conueniat, quare porticus vlla patet?
Quis locus est templis augustior: hæc quoque vitet,
In culpam si qua est ingeniosa suam.
Cùm steterit Iouis æde, Iouis succurret in æde
Quàm multas matres fecerit ille deus.
Proxima adoranti Iunonia templa subibit,
Pellicibus multis indoluisse deam.
Pallade conspecta, natum de crimine virgo
Sustulerit quare quæret Erichthonium.

Prosequar inferius] Ordo est: Inferius prosequar omne genus carminis posse nocere animis, si modò licet ferri ordine. *Idcirco*] hanc ob causam, quòd in scriptis sit aliquid quod possit animis nocere. *Si quis*] esse nostri studiosa voluerit. *Habebit crimen*] criminari potest. *Eripit interdum*] Docet à simili, medicinam quoque habere præcepta quibus mortalibus salus aut datur, aut adimitur quod melius aperit eo versu, Quæq; iuuet, monstrat. *Et latro*] & grassator viarum. *Vt agat innocuas*] vt tractet causas iustas, quod etiam docet Cicero & Fabius. vnde Oratorem volunt esse virum bonum. *Protegit hæc sontes*] Tamen aliqui contra institutũ oratoris causas iniquas suscipiunt. *Quicunque concipis hoc vitium*] quicũque existimas hoc, quòd carmen possit etiam nocere. *Erras*] falleris. *Abrogas*] detrahit. *Ludi quoque semina præbent Nequitiæ*] ludi etiam qui in deorum honorem fieri solent, habẽt semina quędam lasciuiæ. *Tolli tota theatra iube*] Ironicè dicit. Ergo quia habent semina lasciuiæ, remouendi sunt ludi, & loca vbi fiunt: quasi dicat, non. De theatris in Arte Amandi ita scribit Ouidius: Sed tu præcipuè curuis venare theatris. Hęc loca sunt voto fertiliora tuo. Et paulo pòst subiungit: Spectatum veniunt, veniunt, spectentur vt ipsæ. Ille locus casti damna pudoris habet. Et Propertius: Colla caue inflectas ad summum obliqua theatrum. *Peccandi causam*] Ludi etiam gladiatorij fuere causa, vt multæ peccarent. id quod etiam Ouidius in Arte amandi docet, quum ait: Hos aditus, circúsq; nouos præbebit amori, Sparsaque solicito tristis arena foro. In enarratione quorum versuum de gladiatoribus abundè diximus. *Quum arena Martia*] quum arena, vbi pugnam gladiatores inibant, cuius deus est Mars. *Sternit durum solum*. Hoc dicit quia ludi gladiatorij exhibebantur in foro arena constrato. *Tollatur Circus*] Idem apertius in primo de Arte amandi ita ostẽdit: Ne te nobilium fugiat certamẽ equorum: Multa capax populi commoda Circus habet. Lege quæ in eo loco de Circo, & ludis Circensibus scripsimus. *Quum quædam spacientur in hac*] Porticus quoque ostendit habere quod possit obesse, quum amicæ illic spaciantes, amatores spectarent. De porticibus abundè diximus in Ouidium de Arte amandi. Idem enim sæpius repetere, nimis molestum esset. *Quare porticus vlla patet*] cur porticus ædificantur, & omnibus patent: quasi dicat (ironicè tamen) Porticus, quòd eò veniunt amantes, non deberent patêre. *Quis locus est templis augustior*] Templa etiam deorum probat habere quod possit obesse. nec tamen ideo ea esse vitanda colligit. Hæc autem omnia eò pertinent, vt à simili carmen amatorium à se compositum excuset. Hoc idem docet etiam in principio primi de Arte amandi, de templo Veneris Assyriæ, & Iudæorum, ac etiam Isidis. *Si qua est ingeniosa in suam culpã*] si qua est ingeniosa ad peccandum illic cum amantibus. Vel si qua est ingeniosa ad interpretandum, putabit se sibi tẽpla criminis causam & locum afferre. *Quũ steterit Iouis æde*] quum venerit in ædem Iouis Capitolini. *Quàm multas matres fecerit*] quàm multas grauidas fecerit. Sanè Iupiter primam mortalem fœminam Nioben Phoronei cognouit: vltimam Semelem, quam sextãdecimam à Niobe scriptores genitam tradunt, à cuius primùm maiorib' gignere se homines cœpit, in eáque ipsa desiit. posthac nullius appetiit concubitum mortalis, neminem sperans huic similem fore, nolénsq; melioribus immiscere deteriora. Autor Diodorus. Iupiter quoque apud Homerũ lib. 14. Iliados ita alloquitur: Nunquam enim tam imperiosus neque fœminæ, neque deæ amor pectora mea possedit: nõ vxor Ixionis, quæ præstantissimum Pirithoum genuit: non Danae Acrisij filia, quæ insignissimum virorum Persea peperit: non Phœnicis filia, quę mihi singulares viros Minoẽ Radamãthũmq; progenuit: nõ Thebanæ, Semele, atq; Alcmene: quarũ hæc magnanimũ Herculem, illa iucunditatẽ hominum Dionysium mihi ac filium enixa est: non Cereris, non Latonæ, & reliqua. *Proxima adoranti*] Ordo est: Quum fœmina ingeniosa in suam culpam subibit templa Iunonia, proxima scilicet æli Iouis, succurret illi adoranti deam Iunonem indoluisse multis pellicibus. *Pallade conspecta*] visa Palladis statua. *Natum de crimine*] natum de lite. Nam quum Vulcanus dijs arma fecisset, eique Iupiter optionem dedisset præmij quod vellet postulandi, iurassetque (vt solebat) per infernam paludem se nihil negaturum: tum faber claudus Mineruæ nuptias postulauit. hic Iupiter optimus maximus tanta religione constrictus, abnuere non potuit. Mineruam tamen monuit repugnare, pudicitiámque defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse semen aiunt: vnde sit Erichthonius natus: idque illi nomen impositum ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς, id est ex certamine atque humo. Autor Lactantius. Fabulam refert etiam Seruius & Ouidius libro Metamor. secundo. Augustinus scribit hunc puerum Athenis in Vulcani Mineruæque templo inuentum serpente implicatum, & quia regnum sibi portendebatur, diligenter coutritum. *Quare sustulerit Erichthonium*] quare Erichthonium educauit

A sic Lactantius, Sicut illæ quidem virgines illibatam castitatem seruare potuerunt. Vnde enim putemus Erichthonium esse natum? an ex terra, ut poëtæ videri voluit? At res ipsa clamat. Et paulo pòst: Cur igitur, inquit, virgo cum puerum, eum dracone conclusum & obsignatum tribus virginibus Cecropidis commendauit? Euidens (vt opinor) incestum, quod nullo modo possit colorari.

Mau.

Venerit in magni templum tua numina Martis,
Stat Venus vltori iuncta viro ante fores.
Isidis æde sedens, cur hanc Saturnia quæret,
Egerit Ionio, Bosporióque mari.
In Venerem Anchises, in Lunam Latmius heros,
In Cererem Iasius, qui referatur, erit.
Omnia peruersas possunt corrumpere mentes,
Stant tamen illa suis omnia tuta locis.
Sed procul à scripta solis meretricibus arte
Summouet ingenuas pagina prima manus.
Quæcunque erumpit, quà non sinit ire sacerdos,
Protinus hæc vetiti criminis acta rea est.
Non tamen est facinus versus euoluere molles,
Multa licet casta non facienda legant.
Sæpe supercilij nudas matrona seueri,
Et Veneris stantes ad genus omne videt.
Corpora Vestales oculi meretricia cernunt;
Nec domino pœna res ea causa fuit.
At quare in nostra nimia est lasciuia musa?
Curve meus nequam suadet amare liber?
Nil nisi peccatum, manifestáque culpa fatenda est:
Pœnitet ingenij, iudiciíque mei.
Cur non Argolicis potius quæ concidit armis,
Vexata est iterum carmine Troia meo?
Cur tacui Thebas? & mutua vulnera fratrum?

Venerit in magni templum] Martis vltoria significat, quod Augustus bello Philippensi pro vltione paterna susceptum vouerat, in quo voluit de bellis triomphisq; consuli senatum: sanxitq; vt prouincias cum imperio petituri ea eo deducerentur: quiq; victores redissent, eò insignia triumphorum inferrent. Auctor Tranquillus. B *Stat Venus Vltori*] Quasi dicat, succurrit adulterium Martis cum Venere. Intelligit autem ædem Veneris genitricis iunctam Martis templo: de qua diximus in primo de Arte amandi. *Stat ante fores*] stat ante templi ianuam. *Isidis æde sedens*] &c. De templo Isidis diximus in primo de Arte amandi. *Cur hanc Saturnia*] Iuno Isidem C egit per mare Ionium & Bosporum, quòd ea cum Ioue concubuerat. Notum est Io Inachi filiam ab ipso Ioue aure Iunonis aduentum conuersam esse in vaccam, cui Iuno œstrum immisit, quo toto orbe fatigata, tandem aliquando venit in Ægyptum, & illic in Isim conuersa est. Transit autem per mare Ionium ac Bosporum, quod ab ea ita appellatum fuisse Seruius scribit. *Ionio mari*) Mare quod primo sinus accipit Europa, Aegæum dicitur: quod sequenti, in oro Ionium, Adriaticum interius: quod vltimo, nos Thuscum, Græci Tyrrhenum perhi- D bent, vt docet Pomponius. Scribit Photius, Græcos Ionium mare diuidere in Siculum & Creticum. Seruius quoque docet, Ionium sinum esse immensum ab Ionia vsque ad Siciliam: & huius partes esse, Adriaticum, Achaium, Epiroticum: vt non immeritò Mare Ionium magnum appellarit. Idem ab Ionia prouincia Ionium appellari existimat. Appianus verò ab Ionio Dyrrhachi filio, vt antea diximus. *In Venerem Anchises.* Succurrit etiam Anchisen è Venere sustulisse Æneam, quum ad eius templum ventum erit. *In Lunam Latmius heros*] Endymionem designat, à Latmio monte Cariæ cognominatum. de quo Cicero in primo Tusculanarum ita scribit: Endymion verò, si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormiuit, qui est mons Cariæ, nondum opinor est experrectus. Num igitur eum curare censes, quando Luna laboret, à quo consopitus putatur, vt eum dormientem E oscularetur. quod ideo fingitur, quoniam primus (auctore Plinio) Lunæ cursum deprehendit. Scribit Strabo, apud Latmium montem Cariæ, Endymionis sepulchrum positum in spelunca quadam ostendi. Ouidius libro tertio de Arte amandi: Latmius Endymion non est tibi Luna pudori. & Propertius: Nudus & Endymion Phœbi cepisse sororem Dicitur, & nudæ concubuisse deæ. Martialis eum dormitorem appellat à longissimo somno, quo correptus est in Latmio monte, quum sic inquit: Quid tibi dormitor proderit Endymion? *In Cererem Iasius*] Iasium filium Abantis Argiuorum regis fuisse comperio. Fuit etiam Iasios, de quo hic Poëta intelligit, filius Iouis & Electræ, fraterq; Dardani & Armoniæ Cadmi vxoris, qui sumpta vxore Cybele, Corybantum genuit, à quo Corybantes appellati sunt. Ex Iasio autem & Cerere Plutonem natum fabulæ tradunt. Quin in gratiam Iasij con- F stat frumenti copiam à Cerere dono datam in nuptiis Armoniæ. auctor Diodorus. Scribit Dionysius Halicarnasseus, Iasium Cereris concubitum appetentem, in Samothracia insula fulmine percussum interiisse. Higinus etiam scribit, Iasiona à Cerere dilectum, atque ad sidera perlatum. Ouidius libro nono Metamorph. Queritur canescere mitis Iasiona Ceres. *Illa omnia*] ea quæ possunt corrumpere mentes peruersas. *Stant tuta*] neminem offendunt, tutò possunt frequentari. *Suis locis*] si locis suis G consideraentur: vt si viso Ioue non furta, sed deum esse eum, cogitabimus. *A scripta arte solis meretricibus*) ab Arte amandi, quam solis meretricibus scripsimus, reiectis virginib. & matronis. *Quæcunque erumpit*] Arguit à simili ream esse illam, quæ prohibita & reiecta inspexit eius præcepta: quemadmodum ea quæ prohibente sacerdote erupit, quò non licet. *Supercilij seueri*) H seueræ grauitatis. *Nudas*) scilicet meretrices: quæ nudæ Floralia magna licentia celebrabant. Cur autem meretrices ludos Florales celebrarent, causam assignat Ouidius libro quarto Fastorum. Quòd autem nudarentur, docet Valerius Maximus scribens: Catone theatrum ingresso, non ausum esse populum in ludis Floræ postulare, vt mulieres nudarentur: Catonemq; è theatro discessisse, ne præsentia sua spe- I ctaculi consuetudinem impediret. Martialis: Nosses iocosæ dulce quum sacrum Floræ, Cur in theatrum Cato seuere venisti? An ideo tantum veneras, vt exires? Fuit autem Flora mulier, quæ quum magnas opes quæstu meretricio quæsiuisset, populum Romanum scripsit hæredem, certámq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore natalis eius dies celebraretur editione ludorum, quos Floralia dicebant: quod quia senatui flagitiosum videbatur, vt scribit Lactantius, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deámque esse finxerunt, quæ floribus præesset: quam prius Chlorim appellatam fuisse, scribit Ouidius in Fastis: eámque Zephyro nuptam, quasi dotis loco id accepisse muneris à marito, vt haberet florum omnium potestatem. Erant autem ludi Florales iocosi. In his ædiles ci- K cer, fabam, aliáque eiusmodi populo spargebant, vt est auctor Porphyrio. Instituta autem sunt Floralia (vt Plinius docet) mense Aprili, hoc est quarto Calendas Maij, anno vrbis quingentesimo decimosexto ex oraculis Sibyllæ, vt omnia bene deflorescerent: quorum diem Varro determinauit, Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente: quoniam si in id quatriduum inciderit plenilunium, fruges & omnia quæ florebunt, lædi necesse sit. Floralia scribit Ouidius in fine Aprilis incipere, & in calendas Maias exire. Floram enim ita alloquitur: Incipis Aprili, transis in tempora Maij: Alter te fugiens, quum venit alter habet. Ad Floralia autem per tubam meretrices accersebantur. Iuuenalis: Dignissima prorsus Florali matrona tuba. *Stantes ad omne genus Veneris*) stantea vel in ludis, vel in prostibulis stare solitas. Sensus est: Meretrices vtuntur omni L genere coitus, & tamen nudæ à matronis sæpenumero spectantur, dum nudæ celebrant Floralia. *Corpora meretricia*] meretrices ipas. Hoc dicit, Vestalibus quoque castitati obnoxiis licet spectare meretrices impunè. *Nec domino pœna*] Dominum pœnæ, pontificem Maximum appellat, qui in Vestales animaduertebat, si incestum commisissent, vt docet Plutarchus, & Ouidius in Fastis. [Vel potius domino, hoc est, lenoni, qui nudas illas à conspectu Vestalium submouere debuisset.] *Curve meus nequam*] Legitur etiam cuiquam. Seipsum autem damnat Poëta, quòd in libris de Arte amandi nimia vsus fuerit lasciuia, & amatoria præcepta tradiderit. *Cur non Argolicis.*] Varias materias describit, quibus se laudem

A comparare potuisse dicit, si in his potius quàm in præceptis amatoriis laborare voluisset. *Vexata est meorum*] Troia iterū dicitur vexari carmine, quum eius casus & ruina quasi vera clades describitur. *Et mutua vulnera fratrum*] Per mutua vulnera fratrum, Eteoclis & Polynicis mortem intellige, qui mutuo ictu cecidere, vt Diodorus scribit, & Statius cecinit. ex quo Thebanum bellum designat.

Et septem portas sub duce quamque suo?
Non mihi materiam bellatrix Roma negabat,
Et pius est patriæ facta referre labor.
Deniq; cùm meritis impleueris omnia Cæsar,
Pars mihi de multis vna canenda fuit.
Vtque trahunt oculos radiantia lumina solis,
Traxissent animum sic tua facta meum.
Arguor immeritò: tenuis mihi campus aratur,
Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.
Forsan in hoc dubitem, numeris leuioribus aptus
Sim satis, in paruos sufficiámque modos.
At si me iubeas domitos Iouis igne gigantes
Dicere, conantem debilitabit onus.
Diuitis ingenij est, immania Cæsaris acta
Condere, materia ne superetur opus.
Et tamen ausus eram, sed detrectare videbar,
Quódque nefas: damno viribus esse tuis.
Ad leue rursus opus, iuuenilia carmina, veni,
Et falsò moui pectus amore meum.
Non equidem vellem, sed me mea fata trahebant,
Inque meas pœnas ingeniosus eram.
Hei mihi cur didici? cur me docuere parentes?
Litteráq; est oculos vlla morata meos?
Hæc tibi me inuisum lasciuia fecit, ob artes,
Quas ratus es vetitos sollicitasse toros.
Sed neque me nuptæ didicerunt furta magistro,
Quódque parum nouit, nemo docere potest.
Sic ego delicias, & mollia carmina feci,
Strinxerit vt nomen fabula nulla meum.
Nec quisquam est adeò media de plebe maritus,
Vt dubius vitio sit pater ille meo.
Crede mihi, distant mores à carmine nostro,
Vita verecunda est, Musa iocosa mea est.
Magnáque pars mendax operum est & ficta meorum,
Plus sibi permisit compositore suo.
Nec liber indicium est animi, sed honesta voluntas
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Accius esset atrox, conuiua Terentius esset,
Essent pugnaces, qui fera bella canunt.
Denique composui teneros non solus amores:
Composito pœnas solus amore dedi.
Quid nisi cum multo Venerem confundere vino
Præcepit lyrici Teia Musa senis?
Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas?
Tuta tamen Sappho, tutus & ille fuit.

MAR. *Et septem portas*] Thebæ ab autorib. Heptapylæ sunt nominatæ, quia septem portis ambiebātur. Vnde Statius ostendens Niobē quatuordecim habuisse filios, ait: Bina per ingentes stipabant funera portas. & alibi: Tūc visa leuari Cul-B mina, septenæq; iugo concurrere portæ. *Sub duce quamque suo*] Septem enim reges contra Eteoclem pro Polynice conspirarunt, scilicet Adrastus Argiuorum rex, Amphiaraus, Hippomedon, Capaneus, Tydeus, Parthenopæus, & Polynices, pro quo bellum gestum est Adrasti ductu & auspiciis. Vnde Propertius dixit: Longè miser agmina septē Flebis C in æterno surda iacere situ. In oppugnatione autem Thebarum horū ducum vnusquisq; portam sibi oppugnandam sumpserat. *Pars vna de multis*] vna pars meritorum tuorum quæ multa sunt. *Vtque trahunt oculos radiantia lumina solis. Traxissent animū sic tua facta meum* Hic Ouidius Platonem sequitur, qui de vi oculorum atq; videndi rationibus D à Stoicis atq; Epicureis dissētit. Stoici .n. causas esse vidēdi dicūt, radiorū ex oculis in ea quę videri queūt, emissionē, aërisq; simul intētionē. Epicurei verò affluere semper ex omnibus corporib⁹ simulacra quędā corporū ipsorū, eáq; sese in oculos inferre, atq; ita fieri sensū vidēdi existimarūt. At Plato putat genus quoddā ignis lucisq; de oculis exire: idq; cō-E iunctū continuatūq; vel cū luce solis, vel cū alterius ignis lumine sua vi externa nisū, efficere vt quęcūq; offenderint, illustrauerintq;, cernam⁹. Vnde nocte lumine absente, aut proximè aëre obtenebrato, nō amplius producitur à nobis radiorum sinus. *Arguor immeritò*] Dicit se immeritò reprehendi, quòd non scripsit aliquid eorum quæ proposuit, quoniam humili magis quàm ardoæ materiæ aptum se esse intelligit. *Tenuis cam-F pus*] tenuis materia. Iuuenalis: Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo. *Aratur mihi*] à me tractatur. *Illud opus*] vel bellum Thebanum & reliqua, vel Augusti gesta. *Forsan in hoc dubitem*] Se fatetur dubitare an sit satis aptus leuiori scribendi generi & elegis. *Numeris leuioribus*] tenuiori materiæ. *Gigantes domitos*] bellum giganteum. *Onus*] operis difficultas. *Materia ne superetur opus*] ne maior sit materia quàm opus & carmen. *Ausus eram*] ausus eram scribere tua gesta. *Sed detrectare videbar*] videbar recusare, G quia ingeniū non erat aptum materię. [Aliàs, Detrectare legitur, pro imminuere & detrahere aliquid gloriæ vel laudi] *Quódque nefas*] Ordo est: Et videbar esse dāno tuis viribus: quod, subaudi, erat nefas. *Iuuenilia carmina*] carmina iuuenum lusus tractantia. Est autē figura Appositio. *Moui meum pectus*] sollicitaui, aut moui ad scribendum H mentē meam. *Falso amore*] simulando me aut esse, aut fuisse amore captū. *Mea fata trahebant*] fata voluere, vt scriberem lasciuas res, & ob eam causam postea relegarer. *Vetitos toros*] castas matronas. *Me magistro*] me carum præceptore. *Quod parum nouit*] quod parū percepit. quasi dicat, non potui docere nuptarum furta, quandoquidem ea ignaro, nec nuptam vllam violaui. *Strinxerit meum nomen*] lęserit meā I famam. *Fabula nulla*] nullus sermo quo nuptas turpe aliquid docuerim: aut quòd meis præceptis aliqua violata dicatur. [Aut ipse etiam turpe aliquid fecerim.] *Sit dubius pater*] dubitet pater eius filium esse alterius, & ex adulterio procreatum. *Vitio meo*] meis præceptis. *Plus sibi permisit*] plus sibi concessit lasciuiæ pars magna meo-K rum operum. *Compositore suo*] me Ouidio qui ea composui. *Nec liber indicium est animi*] non ex libro mentem alicuius cognoscimus, vel lasciuā, vel seueram. *Sed honesta voluntas*] sed mea voluntas honesta aspersit lasciuia quadam scripta, vt ea legentium aures demulceret. *Accius esset atrox*) *conuiua Terentius esset, Essent pugnaces, qui fera bella canunt*] Exemplis probat poëtas non L versu, sed vita probandos. *Esset atrox*) esset crudelis, propterea, quòd tragœdias scripsit. Fuit enim L. Accius (autore Eusebio) tragœdiarum scriptor, natus Mancino & Serrano consulibus, parentibus libertinis, qui seni iam Pacuuio Tarenti sua scripta recitauit. à quo & fundus Accianus iuxta Pisaurum appellatus, quia illuc inter colonos fuerat deductus ex vrbe. *Conuiua Terentius esset.*] Hoc dixit, quia Terentius in Andria describit conuiuium à quibusdam adolescentibus celebratum fuisse. Describit etiam parcam Simonis cœnam & pisciculos emptos obolo. *Essent pugnaces*] essent bellicosi. *Quod nisi cum multo Venerem confundere vino Præcepit lyrici Teia Musa*

A *Musa fenni?*] Incipit eos commemorare poetas, qui de amoribus libros composuere. *Confundere Venerem cum multo mero*] dare operam Veneri, multo vino prius hausto. Sic & Apuleius Liberum Veneris hortatorem & armigerũ appellat. *Lyrici senis*] Anacreontis poetæ lyrici. Fuit enim Anacreon lyricus poeta, ætate Pisistrati, & Pherecydis historici, Pythagoræ magistri, autore Eusebio. *Teia musa*] Anacreontis musa: is enim Teon patriã habuit, vt est autor Strabo. & nos de eo alibi plura scripsimus. *Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas? Tuta tamen Sappho, tutus & ille fuit*] Sappho Lesbia prima plectrum reperit, libros lyricos nouem composuit, epigrammata, nænias, iambos, & elegias: vt Suidas est autor. Huius autem poemata lasciua erant. Vnde in Arte amandi ita Ouid. ait: Nota sit & Sappho: quid enim lasciuius illa? & Horatius, Viuúntque commissi calores fidibus puellæ. *Tutus & ille fuit*] Anacreon ob carminis lasciuiam nulla pœna affectus est.

Nec tibi Battiada nocuit, quòd sæpe legenti
Delicias versu fassus es ipse tuas.
Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri,
Et solet hic pueris, virginibúsque legi.
Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua
Inter amatorem pugna, virúmque fuit?
Quid prius est illic flamma Chryseidos? aut qua
Fecerit iratos rapta puella duces?
Aut quid Odyssea est, nisi fœmina propter amorem,
Dum vir abest, multis vna petita procis?
Quis nisi Mæonides Venerem, Martémque ligatos
Narrat in obscœno corpora prensa toro?
Vnde nisi indicio magni sciremus Homeri,
Hospitis igne duas incaluisse Deas?
Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit:
Hæc quoque materiam semper amoris habet.
Nam quid in Hippolyto est, nisi sæua flamma nouercæ?
Nobilis est Canace fratris amore sui.
Quid? num Tantalides agitante Cupidine currus,
Pisæam Phrygiis vexit eburnus equis?
Tingeret vt ferrum natorum sanguine mater,
Concitus à læso fecit amore dolor.
Fecit amor subitas volucres cum pellice regem,
Quaque suum luget nunc quoque mater Itym.
Si non Europen frater sceleratus amasset,
Auersos solis non legeremus equos.

MVR. *Nec tibi Battiade nocuit*] Battiades Callimachus appellatur, à Batto generis sui autore, qui Cyrenem condidit, vt Strabo, Herodotus, & B Iustinus scribunt. Composuit autem Callimachus versus de insulis, Poemata omni genere carminum: Lyden puellam amauit, de qua etiã elegias scripsit. Propertius: Sed neq; Phlegræos Iouis Enceladique tumultus Intonet augusto pectore Callimachus & alibi: Callimachi manes & Coi sacra Philetæ, In vestrum quæso me sinite ire nemus. Is autem Fabij C iudicio in elegia primas tenuit. [Suidas, [illegible] &c.] *Delicias tuas*) tuos amores. *Fabula iucundi*) De Menandro lege quæ scripsimus in enarrationibus in Ouidiũ de Arte amandi. *Ilias ipsa*) Homeri opus de Ilio. *Nisi turpis adultera*) Helenam designat. *Inter amatorem*) Amatorẽ Paridem, virum verò Mene- D laum intellige. *Quid prius est illic flamma Chryseidos?*] Quid in principio statim Iliados describitur? certè Agamemnonis amor erga Chryseida continetur. *Rapta puella*] Briseis Achilli erepta ab Agamemnone: cuius rei causa ortæ sunt inter eos inimicitiæ. De Agamemnonis amore erga Chryseida, & de raptu Briseidos, repete quæ scripsimus in secundo de Arte amandi. *Nisi fœmina*) nisi Penelope Vlyssis vxor. *Dum vir abest*) dum errat Vlysses post Troiæ excidium. *Mæonides*] Homerus. Cur autem Mæonides dictus sit, alibi diximus. *Venerem Martémque ligatos*] Veneris & Martis adulterium designat, quos Vulcanus tenuissimis retibus deprehendit, ac diis ridiculos præbuit. Fabulam habes apud Ouidium in Metamor. & libro secundo de Arte amandi: & in primo, de fine E tituli, et apud Homerum in Odyssea. *In obscœno toro*] in lecto vbi obscœnum adulterium commissum fuit. *Hospitis igne*] amore Vlyssis. *Duas deas*] Calypso & Circen. *Incaluisse*] captas fuisse amore. sic & in secundo de Arte amandi: Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses, Et tamen æquoreas torsit amore deas. In enarratione quorum versuum quædam diximus huic loco conuenĩẽtia. *Grauitate tragœdia vincit*) Graues enim res in tragœdiis tractantur, propter reges & magnæ autoritatis personas in illis introductas. *Hæc quoque materiam*) continent tamen etiam amores. quod ita esse, probat exemplis. *Sæua nouercæ*) Phædræ crudelis: quæ fuit causa mortis Hippolyti, quum ille noluisset turpi eius petitioni assentiri. nota est fabula Ouidij Metam. monomentis, Maronis carmine, & Senecæ etiam tragœdia. *Nobilis est Canace*] Canace ex fratre Macareo filium peperit: F quo scelere comperto, seipsam iussu patris interfecit. Macareus verò in templum Apollinis Delphici confugit. *Quid? num Tantalides*) Legitur etiam, Quis nisi Tantalides. In ipsa autem Peloponnesi ciuitate Mars ex Aegina Asopi filia genuit Oenomaum: hic vnicam filiam Hippodamiam appellauit. finem vitæ ab oraculo sciscitanti, responsum est, tunc in fata illum concessurum, quum filia Hippodamia

G nupsisset. Igitur filiæ nuptias veritus, decreuit vt in perpetua asseruaretur virginitate: hoc maximè existimans pacto vitæ periculum vitaturum. Multis puellam sibi vxorem dari postulantibus, illis id proposuit certamen, quo qui victus esset, interficeretur, victor virginem vxorem duceret. Equorum instituit cursum à Pisa ad aram Neptuni, quæ est apud Isthmum H Corinthi. Cursus erat eiusmodi: Oenomaus arietem Ioui sacrificabat: qui virginem postulabat, quatuor equorum ferebatur curru. Oenomaus sacris peractis, cursu sequebatur præcedentem; auriga Mirtylo: assecutum hasta quam gestabat manu, interficiebat. Hoc pacto quũ plures equorũ velocitate interfecisset, Pelops Tantali filius, qui Pisam accesserat, visa I Hippodamia, id concipiens connubium corrupto Mirtylo illius opera victoria vsus est, primúsque ad aram Neptuni peruenit. Qua ex re dolore actus Oenomaus, existimans aduenisse respõsi tẽpus, sibi mortẽ cõsciuit. Pelops sumpta vxore Hippodamia Pisæ regnũ tenuit: qui viribus ac prudẽtia insignis, quũ plurimos in Pelopõnesum accolas deduxisset, eũ patriã Peloponnesum ab se denominauit. autor Diodorus. Fabulam etiam Seruius refert. *Agitante cupidine currus*) amore currus impellente. *Pisæam*] Hippodamiam ex Pisa ciuitate Arcadiæ. *Phrygiis equis*) Psilla & Harpina, quos equos Pe- K lops è Phrygia veniens secum duxit. Hirpini meminit Martialis eo versu, Hirpini veteres qui bene nouit auos. Pelopẽ Thucydides refert magnitudine opum quas è Phrygia attulerat, deuinxisse sibi Peloponnesi incolas, qui pauperes erant, atque ita insulam occupauisse. *Eburnus*) Eburnus Pelops vocatur à poetis, quoniam Tantalus eius pater (autore Seruio) volens deorum tentare diuinitatem, eis inuitatis filium suum epulandum apposuit. à quo omnes dij abstinuerunt, excepta Cerere, quæ brachium eius consumpsit. Postea dij petente Tantalo, quum voluissent eius filium reuocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium restituit. Quod ideo fingitur, quia Ceres ipsa est terra, quæ corpora vniuersa consumit, ossa tantùm referuntur. *Tingeret vt ferrum natorum sanguine mater*) Medeæ fabulam designat: quæ irata, quòd Iason, se expulsa, Glaucam seu L Creusam duxisset vxorem, in vltionem patris filios iugulauit, vt diximus in Ouidium de Arte amandi, enarrando eum versum, Coniugis admissum violatáque iura mariti Barbara per natos Phasias vlta suos. In his autem omnib. tragœdiis, quæ in theatris recitabãtur, amores cõtinebãtur. *A læso amore*) ab amore Medeæ ab Iasone violato. *Fecit amor subitas volucres*] Terei tragœdiam intelligit. Nota est fabula Ouid. Metam. carmine. Ordo est: Amor fecit regem, scilicet Tereum cum pellice, id est Philomela, subitas aues. *Quaque suum luget*) Prognen designat, Terei regis Daulidis vxorem, quæ Itym filium occidit, & patri apposuit propter sororem Philomelam violatam: postea mutata fuit in lusciniam. Varro tamen & Seruius Philomelam

versam esse in lusciniam scribunt. *Si non Aeropen*) Atrei tragœdiam intelligit notum est autem Aeropen, Atrei vxorem, cum Thyeste concubuisse, vt docet Seneca. quod ægrè ferens Atreus, liberos ei epulandos apposuit: quæ sol, ne pollueretur, aufugit. Plura diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi. Illud notandum, Græcos Atrei vxorem non Europen, sed Aeropen, nominare.

Impia nec tragicos) Fabulam hanc quoque (ne iterum repetamus) scripsimus in primo de Remedio amoris. *Tragicos cothurnos*) tragicum stilum. *Qui legis Electram*) Electram tragœdiam designat, quam Sophocles apud Græcos composuit, & ab eo Ἠλέκτραν inscripta fuit. Eandem tragœdiam scripsit etiam Euripides. In eam inducitur Electra Orestis soror, quæ illum è manibus Clytemnestræ

Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,
Ni patrium crinem desecuisset amor.
Qui legis Electran, & egentem mentis Orestem,
AEgisthi crimen, Tyndaridósque legis.
Nam quid de tetrico referam domitore Chimæræ,
Quem letho fallax hospita penè dedit?
Quid loquar Hermionem? quid te Schœneia virgo?
Téque Mycenæo Phœbas amata duci?
Quid Danaen? Danaésque nurum? matrémq; Lyæi?
**Hæmona? & noctes quæ coiere duas?*

dit, vt cecinit Homerus. *Quid Danaen?*) Danaes fabulam diximus in tertio de Arte amandi, super eo versu, Quis Danaen nosset, si semper clausa fuisset? Inque sua turri si latuisset opus? *Danaésque nurum*) Andromedem designat, cuius etiã fabulam abunde diximus in primo de Arte. Legi tamen in alio codice; quod magis etiam placet, Danaique nurus, vt ad quinquaginta Belides referatur, de quibus abũdè diximus in enarrationib' in Ouid. de Arte amãdi. *Matremque Lyæi*) Scribit Diodor. Iouem, Semele ante partum fulmine icta, sumpsisse in femore infantem: & vt clam Iunone esset, vsque ad pariendi tempus abscondisse, inque Naxo insula natum, filiæ Coronidi Cheidque loci nymphis præbuisse educandum. Fulminasse autem ante partum Semelen: vt non ex mortali, sed ex duobus diis ortus, è vestigio fieret immortalis. Idem autor alibi ita scribit: Semelen Iupiter ob pulchritudinem in forma hominis cognouit quod ea existimans à Ioue in sui contemptum agi, rogauit, vt secum prout cum Iunone assueuerat, coiret. Iupiter dei maiestate assumpta, cum tonitribus ac fulgure ad eam descendit. At illa prægnans, quum neque fulgoris, neque tonitrus vim ferre posset, partu immaturo edito, expirauit. Infantem Iupiter Mercurio dedit ad antrum Nysæ, quod inter Phœniciam Nilúmque est, deferendum, à nymphisque omni studio curáque educandum: vnde a Ioue Nysaque Dionysium dixerunt. Idem etiam alibi scribit, Iunonem zelo & ira motam, sumpta vnius ex Semeles ancillis forma, ad vlciscendam iniuriam, suasisse illi, à Ioue peteret, vt ea maiestate honoréque concumberet, quibus cum Iunone consuesset. Cui cùm Iupiter annuisset, cum tonitru ac fulmine ad Semelen descendit: quæ insolita re territa expirans, abortum edidit: quem Iupiter absconditum in femur quum tenuisset, partus tempore editum, in Nysam Arabiæ vrbem tulit: vbi à nymphis educatus infans, à patre locóque appellatus Dionysius est. Fabulam etiam refert Ouidius lib. 3. Metam.

matris & Aegisthi vitrici liberauit, occultauitque apud Strophium Phocensem. Ipsa vinario, simulatis fletibus ossibus extulit deflens. Orestes ab Apolline adiutus, matrem, Aegisthúmque occidit. Electram sororem Pyladi Strophij filio dedit vxorem, quem in insania semper habuit comitem. Pollus tragœdiarum histrio hæc repræsentaturus, quum dolore filij pusulo antè amissi angeretur, allatis ossibus in vrnam ex illius tumulo falsam actionem vero dolore impleuit, exemplo memorabili. *Nec egentem mentis Orestem*) nec Orestem adhuc in sanum factum. In alio exemplari magis emendatè legitur: Qui legit Electram, vel egentem mentis Orestem. *Aegisthi crimen*) Aegisthi adulterium cum Clytæmnestra. Vel certè Agamemnonis mortem, quem Aegisthus & Clytæmnestra interfecerunt, quum à bello Troiano rediisset. *Tyndaridósque*) & Clytæmnestræ filiæ Tyndari et Ledæ, vxorisque Agamemnonis, quæ cum Aegistho Thyestis filio, dum bello Troiano maritus interfuit, adulterium commisit. *Nam quid de tetrico*] Bellerophontes filius fuit Glauci, vir munere deûm eximij cum roboris, tum decoris, quem Iupiter sub imperio Prœti regis omni Græcia potentissimum esse voluit: cuius vxor Sthenobœa, cùm Bellerophontem ad furtiuum concubitum allicere non potuit, accusauit apud regem, quòd se de stupro interpellasset, & nolenti vim voluisset inferre. Quæ quum audisset rex, ingenti indignatione commotus, veritus tamẽ iura familiaritatis offendere, eum in Lyciam ad Euriem socerum mittit cum literis, in quibus agebatur de eius morte. Qui vbi in Lyciam peruenit, à rege Lyciorum honorificè excipitur. Sed postquam decimus dies illuxit, rex à Bellerophonte, quid literarum attulisset à genero, quæsiuit, ac dari poposcit. Quibus acceptis, & lectis (continebant autem & crimen Bellerophontis, & pœnam) principio imperauit, Chimæram expugnet, atque occidat animal indomabile, inexpugnabile, neque humano, sed diuino genere ortum: anterius quidem leonem, posterius verò draconem, medio autem capram, atque terribiles ex ore flammarum globos cum spiritu effundentem. Hanc Bellerophontes omnibus deorum fretus auxilijs interemit. Secundò loco iussus est pugnare cum pugnacissimis Solymis: quorum certamen solebat ipse narrare, quàm acerrimum fuisset. Tertiò congressus cum fortibus Amazonibus, eas interemit. Postremò aliud genus doli, quomodo hunc perimeret, excogitat. Hominum robustissimorum ad fontem Lyciæ insidias collocat, vt reuertentem aggressi obtruncarent: sed ipsi econtrà nunquam domum reuersi sunt, sed ad vnum omnes obtruncantur. Cuius virtutem admiratus rex, statim filiam cum dimidia & regni & dignitatis portione dedit vxorem autore Homer. Il. 6. *Quid loquar Hermionem?*) Hermionem Menelai, vel (vt alij malunt) Thesei & Helenæ filiam fuisse constat, quæ Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit. Sed cùm Ægisthus cum Clytæmnestra Agamemnonis vxore concumberet, & Electræ sororis industria (vt diximus) eius manus euasisset Orestes, concessit illam Ægisthus Pyrrho Achillis filio, qui postea ab Oreste interfectus fuit. *Quid te Schœneia virgo*) Ceneia legendũ est: Atalantã, n. intelligit, Cenei regis Scyri insulæ filiã, cuius fabulam habes apud Ouid. Metam. lib. 10. Diodorus tamen non Ceneum, sed Scheneum illum appellat: à quo Schenetã quidam virginem, non Ceneiam malunt appellare. *Téque Mycenæo*) Cassandram designat, Priami regis filiam, quam post Troiæ excidium Agamemnon Mycenas captiuam duxit, captus eius amore. Eam autem Clytæmnestra occi-

Hæmona) Sic quidem in omnibus exemplaribus legitur Non me fugit, Hæmona Antigonem amasse. Nam Antigone contempto edicto, ne quis Polynicem mortuum sepeliret, eum, quoniam frater erat, humauit. Deprehensa iussu Creontis regis iugulatur ex lege ad tumulum Polynicis. Hæmon, qui eam impatienter amabat, perfosso pectore gladio, ibidem sibi mortem consciuit. Eum sequuta est mater Eurydice doloris impatiens. Tragœdia extat Sophoclis, quæ Antigone inscribitur hoc argumento. & Euripidis etiam Sed illic deprehensa in adulterio cum Hæmone, datur ei vxor, & parit Hæmonem filium. Ouid. Nec tibi, si quid amas, fœlicius Hæmone cedat. Et Propert. Quid non Antigonæ tumulo Bœotius Hæmon Corruit ipse suo saucius ense latus. Quare quum syllaba hic repugnet, nisi fortè ita corrigas, Hæmona, vel noctes, & reliqua, Alcmenam reponendum censeo: nam etiam Poetæ sic sua videtur ita exposcere. Fuit autem Alcmena (vt scribit Diodorus) filia Electryonis & Eurydices, à Perseo oriunda. Ex Danaë enim Acrisij ac Ioue natum Persea ferunt, ex eo Andromedéq; Cephei Electryonem. Is deinceps sumpta Eurydice Pelopis, Alcmenam procreauit. Hanc Iupiter quum cognouisset, Herculem genuit. Iouem enim ferunt tres noctes in vnam redactas, Alcmenæ operam dedisse. Quod non amoris cupiditate, vt in alijs mulieribus contigit, factum, sed pueri gignendi gratia. Itaque nolens vt Alcmenam aggredi, neque fidens posse illi coitum ob eius prudentiam persuadere, dolo mulierem aggressus est, Amphitryonis forma assumpta, vt etiam Plautus docet. *Et noctes quæ coiere duas*) Ex tribus noctibus vnam fecisse Iouem diximus, vt Herculem conciperet. Hic verò Ouidius ex duabus tantùm vnam factam asserit. Vnde Sosia Plautinus ita loquitur in Amphitryone, Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo.

Quid te Schœneia virgo?) Schœneia legendum, per Sch. ita enim apud Græcos passim scribitur. vt in Commentatiis

Merv.

A Theocriti & Apollonii, & apud Pausaniam in Arcadicis, qui & vrbem Schœnontem, à Schœneo Atalantes patre appellatam dicit. De Ceneo autem Scytis rege, nihil alibi traditur, quod quidem ego viderim. *Danaësque nurum*) Ita legendum existimo, vt de Andromeda intelligatur: potius quàm, Danaïdúmque nurus. Quas enim nurus Danai intelligamus, cùm Danaus generos tantùm ea filiabus suis habuerit, non nurus? De Andromeda autem eo potissimùm memorasse videtur Poeta, quòd ea causa extiterit eius tumultus & cladis, qua Cephenea interierunt, à Perseo in nuptiis Andromedæ occisi partim, partim in saxa conuersi: quã fabulã idẽ Ouidius describit in quinto Metamorphoseon. *Hæmoniáque, & noctes &c.*) Nihil difficultatis aut vitii versus habet, si legas, Hæmoniáq; & noctes, &c. quo pacto in Aldinis habetur. Nã coniũctio vel, si interponatur, versũ magis cõtaminat, quàm emendat. Et pro expositiuã particula seu, aũ vel, ponẽda erat. Ego aũt Poetã de vtraq; fabula dicere voluisse puto, Hæmonis sc. & Alcmenes. nisi quod cõtra vulgarem traditionem, duas noctes pro tribus in vnã coisse G dicit. quod tamẽ & ipsũ certo aliquo autore fecisse videtur.

Quid generum Peliæ? quid Thesea? quídve Pelasgũ,
Iliacam tetigit qui rate primus humum?
Huc Iole, Pyrrhíque parens, huc Herculis vxor,
Huc accedat Hylas, Iliacúsque puer.
Tempore deficiam, tragicos si persequar ignes,
Vixque meus capiet nomina nuda liber.
Est & in obscœnos deflexa tragœdia risus,
Multáque præteriti verba pudoris habet.

MER. *Quid generum Peliæ*] Per generum Peliæ, Admetum accipe, qui Alcesten Peliæ filiam maiorem natu, despondente B Iasone, post Peliam Medeæ fraude peremptum, duxit vxorem. Designat autem hic Ouidius Alcestidis tragœdiam, quam Euripides scripsit. Vnde à Iuuenale dictum est, spectant subeuntem fata mariti Alcestin. Eam autem amauit Apollo: & eius amore captus, nouem annis Admeti pauit armenta. De Admeto & eius vxore plura diximus in tertio libro de Arte amandi. *Quid Thesea?*) Tragœdiam de Theseo intellige, qui (vt autor est Diodorus) natus est ex Æthra Pitthei filia, ac Neptuno, in Trœzene nutritus penes Pittheum maternum auum: ac signa ab Ægeo sub saxo posita recognoscens, Athenas venit. Is vt Herculis vir- C tutes imitaretur, ad ea certamina animum adiecit, quæ laudem & gloriam sibi essent allatura. Et primò Corinetum, deinde Sinim sustulit. Postea aprum syluestrem in Crommyone occidit. Scyronem etiam, Cercionem, ac Procrusten deleuit. Taurum Marathonium, ac Minotaurum domuit. Demum Phædræ accusatione interempto Hippolyto, turbatus Theseus, pulsus patria, apud hospitem functus est vita. De Thesei interitu Pausanias ita scribit: Aiunt Theseum vinctum fuisse, quoad ab Hercule reductus est. Sed omnium verisimillimum mihi videtur, quod ita audiui. Quum Theseus in Thesprotidas iuisset, vt Thesprotorum regis vxorem raperet, magnam exercitus partem illic amisit, ipséque & Pirithous (is enim quærendæ vxori operam impendebat) capti sunt, & vterque à rege in vincula coniectus in Cichiro oppido. Eo tempore Tyndari D filij expeditionem in Aphidnam egerunt: oppidóque capto, Mnestheum in regnum reduxerunt. Mnestheus filiorum Thesei, qui ad Elpenorem in Euboiam clàm emandati fuerant, nullam rationem ducebat. Sed quoniam Theseo, si aliquando ex Thesprotis reduceretur, se viribus haud parem fore intelligebat, popularem beneuolentiam sibi conciliauit: vt si Theseus seruatus rediret, excluderet. Interea Theseus in Cretam ad Deucalionem mittitur: sed tempestate in Scyron insulam delatus, à Scyriis honorificentissimè susceptus est. Adducebantur enim illi generis gloria & autoritate, quam sibi Theseus comparauerat. Idcirco Lycomedes ei necem per insidias struxit. Plutarchus scribit, Theseum à Lycomede auxilium contra Athenienses implorasse. Sed Lycomedes siue viri gloriam reformidans, siue Mnesthei sibi gratiam conciliare volens, ipsum E quum ad regionis fines perduxisset, quasi inde sibi agros ostensurus, ex saxis deturbauit, atque interemit. Quanquam aliqui affirment, per se, nullo cogente, sed errore loci post cœnam (vt consueuerat) deambulantem concidisse: atque in præsẽtia eius mors nemini curæ ac sollicitudini fuit. Cimon postea Miltiadis filius Scyron incolis desertam reddidit, vltus eo pacto Thesei necem: ossáque Athenas retulit. In tragœdia autem Thesei describebatur Helenæ raptus, eiúsque opera, quam Pirithoo præstitit ad rapiendam Proserpinam, vt antea diximus. Deinde quo pacto Phædram & Ariadnam abduxerit. Tum Phædræ turpis amor erga priuignum Hippolytum, & accusatio: in quibus scriptis Poeta designat amores contineri. *Quídue Pelasgum, Iliacam tetigit qui rate primus humum?*] Protesilaum dicit, de quo plurima scripsimus in tertio de Arte amandi: vbi e- F tiam Ioles fabulam plenius descripsimus. [Pelasgum autem vocat, quia Thessalus fuit. Pelasgi autem Thessaliam à principio tenuere. Hinc in Epistolis idem poeta: Mittit & optat amans, quò mittitur ire, salutem, Æmonis Æmonio Laodamia viro.] *Pyrrhíque parens*) Deidamia Pyrrhi mater, Lycomedis Scyrorum regis filia, apud quem Thetis Achillem sub muliebri habitu celauit: quoniam à Proteo acceperat, illum periturum esse in bello Troiano, vt Statius cecinit. Ex ea Pyrrhum peperit Achilles, cuius amor continebatur in ea tragœdia. *Huc Herculis vxor*) Megaram dicit, quam Creon rex Thebarum, cognita Herculis virtute, illi vxorem dedit, vrbisque ei veluti filio coram permisit. Eurystheus (vt scribit Diodorus) habens Argis regnum, nota Herculis fama, eum ad perficien- H da certamina accersit. Renuentem iussit Iupiter Eurystheo obtemperare. At hic Delphos adiens, consulto super his deo, responsum tulit à diis, iniunctum esse, vt Eurysthei iussu duodecim certamina perficeret: quibus exactis, immortalitate potiretur. Ea ex re haud parum est animo commotus Hercules. Nam & sua indignum virtute videbatur humiliori seruire: & Ioui ac patri non obtemperare, tum inutile, tum impossibile ducebat. Hac anxietate perplexo animo Iuno rabiem iniecit. Itaque in insaniam (vt etiam scribit Seneca in Hercule furente) amentiámque versus, Iolaum occidere voluit. Quo fugiente, filios qui propè Megaram stabant, sagittis velut hostes appetiit. Paulatim abscedente dementia, præteritum recognoscens facinus, doluit ex tanta calamitate, deinde proposita certamina absoluit. Megaram verò vxorem Iolao concessit, aliás- I que deinde ipse accepit. Per Herculis autem vxorem Poeta Herculis tragœdiam designat, in qua continebantur eius gesta, & amores: vt Omphales, Ioles, aliarúmque etiam mulierum. *Huc accedat Hylas*] Hylas puer fuit, comes Herculis, quem amisit in Ionia iuxta Mysiam. & quum fuerit compertum, quòd extinctus fuisset in fonte, instituta sunt sacra, in quibus eius nomen clamabatur in fontibus. Solinus scribit, Hylam lacum Bithyniæ esse, in quem Hylam Herculis delicias cecidisse credunt. In cuius memoriam solenni saltatione populus lacum circuibat, Hylam voce clamans. Scribit etiam Strabo libro duodecimo, Hylam vnum è sociis Herculis fuisse, qui etiam Argonauta erat: & quum aquatum egrederetur, à nymphis captum finxerunt. Fuit autem in Bithynia, iuxta Prusiadem vrbem, vbi adhuc festa K quædam celebrabantur, in quibus per montes vagi ac saltantes Hylam vocant, quasi in syluas ad illum inquirendum egrediantur. ὑλάω enim resono, vel clamo significat. Intelligit autem poeta aut Tragœdiam de Hyla, aut Herculis tragœdiam, in qua Hylas, Herculis deliciæ, continebatur. *Iliacúsque puer*] & Ganymedes Troianus, filius Trois regis, & frater Ili & Assaraci, qui à diis raptus est in pincernam Iouis, vt docet Diodorus. Potes & Atym Phrygium puerum pulcherrimum intelligere, quem Cybele casto sibi amore deuinxit, iussitque vt castus eius templa tueretur. Qui postmodum captus amore Sangaritidis nymphæ, in furorem conuersus, putans domum ruere, fugit: & per summa Dindymi montis Phrygiæ, qui deæ sacer est, furiosè discurrens, arrepto lapideo cultro, seipsum castrauit, vt docet in quarto Fa- L storum Ouidius. de qua hic tragœdiam compositam intelligit. [Potius tamen est, vt de Ganymede intelligatur: quando vt Hylas Herculis, ita hic Iouis amasius fuit.]

Ignes tragicos) amores qui in tragœdiis continentur. Tragœdia autem (vt in Minoe scribit Plato) est antiquissima, nec (vt plerique putant) à Thespide, aut Phrynicho sumpsit initium, sed multo antè ab Atheniensi ciuitate. Quid autem sit tragœdia, & vnde dicatur, docet Diomedes grammaticus. *Nomina nuda*) nomina aperta & obscœna. vel (quod magis placet) nomina sola eorum, quorum causa composita est tragœdia, absque alia vitæ eorum narratione. quasi dicat, Sola ipsa nomina tragœdiarum vix possent numerari.

A nedum amores, qui in illis continentur. *In obscœnos risus*] tractantur etiam plerunque in tragœdiis res obscœnæ, quibus rideot spectatores. Magis tamen emendatè alibi legi, In obscœnos versus. *Præteriti pudoris*] præteritæ obscœnitatis. Inducitur enim aliquis olim obscœnum aliquid gessisse.

> *Nec nocet autori, mollem qui fecit Achillem,*
> *Infregisse suis fortia facta modis.*
> *Iunxit Aristides Milesia crimina secum,*
> *Pulsus Aristides nec tamen vrbe sua est.*
> *Nec qui descripsit corrumpi semina matrum,*
> *Eubius impuræ conditor historiæ.*
> *Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit:*
> *Nec qui concubitus non tacuere suos.*
> *Sunt ea doctorum monumentis mixta virorum,*
> *Muneribúsque ducum publica facta patent.*
> *Néve peregrinis tantum defendar ab armis,*
> *Et Romanus habet multa iocosa liber.*
> *Vtque suo Martem cecinit grauis Ennius ore,*
> *Ennius ingenio maximus, arte rudis.*
> *Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis,*
> **Causarúmque triplex vaticinatur opus.*

MAR. *Nec nocet autori*] nec nocet Homero [Vide num magis de alio quopiam intelligendum sit poeta, qui Achillis amores descripserit Elegiaco, aut simili aliquo carmine.] *Infregisse fortia facta*) denigrasse fortia eius gesta, ob raptam Briseida, aut lyra personasse. *Suis modis*) citra

B pertinseia, aut lasciuia: aot certè suis modulationibus. *Iunxit Aristides*) Aristides libros quosdã edidit, qui Milesij appellabantur, de luxuria & delicijs compositi, vt est autor Plutarch & Appianus. Fuere autem Milesii delicijs luxúque notabiles. Vnde prouerbiũ Græcorum extat tale: [Greek, illegible] id est, Domi, non hic Milesia. *Iunxit secum*] ingenio suo accommodauit, aut simul composita scripsit. *Milesia crimina*] delicias & lasciuiam Milesio-

C rum. Fuere enim perquàm impudici, vt in Crassi vita docet Plutar. *Pulsus Aristides*] Aristides, vt in Tusculanis docet Cicero, expulsus est patria, quòd præter modum iustus esset. Sed hunc, de quo hic Ouidius intelligit, alium fuisse manifestò apparet. *Nec qui descripsit*] nec Eubius historicus exulauit, quòd docuit partus matrum corrumpi & eijci. *Semina matrum*] partum, semen genitale, conceptum. *Corrumpi*) violari, emitti. *Impuræ conditor historiæ*] Credendum est, Eubium historicum in eius opere historiam aliquam posuisse, qua exponebat fœminam aliquam potione & veneficijs partum corrupisse: quod quum fecerit, videtur alios eiusmodi crimen docuisse. *Nec qui composuit nuper Sybaritida*] Hemitheon Sybarita (vt scribit Lucianus in oratione ad ineruditum, qui multos emptitabat libellos) mirificas leges conscripsit, quomodo insanire oporteat, & vellis,

D pati, ac facere illa. De huius poetæ libellis obscœnissimo argumento compositis nimirum intellexit Martialis lib. 12. eo versu, Qui certant Sybariticis libellis. De Sybaritarũ luxuria multa Suidas & Strabo. [De Eubio aliàs nihil extat: de Sybaritidis autem autore Hemitheone etiam Politianus annotauit Miscell 15.] *Sybaritida*] opus Hemitheonis plenum Sybaritanæ lasciuiæ. Fuit autem Sybaris oppidum Calabriæ, inter Crathim & Sybarim fluuios. *Nec fugit*] nec exulauit. *Nec qui concubitus*) Eos poetas intelligit, qui varios concubitus carmine complexi sunt. Inter cæteros autem notatur Elephantis, qui apud priscos varia coeundi genera descripsit, vt plenius diximus in Ouidium de Arte amandi. [Huius meminit Martialis libro duodecimo: Nec nullos Elephantidis libelli, &c.] Sunt qui ita legant, Nec quæ concubitus non tacuere suos: &

E Philenem notari intelligunt. Fuit autem Philenis meretrix, quæ (vt ex epitaphio Græcis versibus conscripto cognoscitur) carmine Philocratis poetæ laceratur. Negat enim ex tumulo, se vnquam ea commisisse, quæ scripserat Philocrates: rogátque, ne poetæ fides adhibeatur. Scripsit hæc varia genera concubitus, notata in obscœno carmine, vbi figuras Philenis tangit. Eam Tribadem appellat Martialis. *Sunt ea doctorum*) Ea, inquit, scripta, quamuis sint obscœna, tamen numerantur inter doctorum hominum monumenta. *Muneribus ducum*) concedentibus imperatoribus. *Publica facta*) ea scripta omnibus exposita. *Patent*) aperta sunt. *Ab armis peregrinis*) ab externorum scriptorum voluminibus. *Romanus liber*] poemata à Romanis & Latinis edita. *Vtque suo Martem*] Quemadmodum, inquit, sunt poetæ, qui grauia scripsere,

F vt Ennius & Lucretius: sic quidam lasciua opera edidere, vt Catullus, & alij. *Martem*) prælium & Annales, versu heroico, vt docet Gellius: quibus bella Italiæ continebantur, vt diximus in tertio de Arte amandi. *Ennius ingenio maximus*) Ingenio maximum appellat, arte autem rudem: quoniam poeta ille vsus est inuentione, & sententijs egregiis, sed verbis non multum ornatis. Vnde Maro dicere solebat, se ex stercore Ennij aurum colligere. *Explicat vt causas*] T. Lucretius poeta, autore Eusebio, amatorio poculo in furorem versus, quum aliquot libros per interualla insaniæ conscripsisset, quos postea Cicero emendauit, propria se

G manu interfecit, anno ætatis quadragesimo tertio. *Rapidi ignis*) ignis omnia rapiẽtis & cõsumẽtis. Lucretius enim grauia, hoc est naturam rerum describit, quas per ignem intelligit, de quo ita inquit: Verum (vt opinor) ita est, sunt quædam corpora, quorum

H concursus, motus, ordo, positura, figuræ, efficiunt ignes, mutatóque ordine mutant Naturam: neque sunt igni simulata, nec vlli Præterea rei, quæ corpora mittere possit Sensibus, & nostros adiectu tangere tactus. *Causarúmque triplex vaticinatur opus*] Vt carmen hoc intelligatur, Senecam audiamus, qui in epistola postrema octaui libri Epistolarum ad Lucilium ita scribit: Triplex causa est. Dicunt (vt scis) Stoici nostri duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiunt, causam, & materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moueat. Eam autem ratio materiam format, & quocunque vult, versat: ex illa varia opera producit. Esse ergo debet, vnde fiat aliquid, deinde à quo fiat. Hoc causa est, illud materia. Omnis ars naturæ imitatio est. Ita-

I que quod de vniuerso dicebam, ad hæc transfer, quæ ab homine facienda sunt. Statua & materiam habuit, quæ pateretur artificẽ, & artificem, qui materiæ daret faciem. ergo in statua materia æs fuit, causa opifex. Eadem conditio rerum omnium est. Ex eo constat quod fit, & ex eo quod facit. Stoicis placet, vnam causam esse id quod facit. Aristot. putat causam tribus modis dici: Prima, inquit, causa est materia ipsa, sine qua nihil potest effici. Secunda opifex. Tertia est forma: quæ vnicuique operi imponitur, tanquam statuę. Nam hanc Aristoteles Idos vocat. Quarta quoque, inquit, his accedit, propositum totius operis. Quid sit hoc, aperiã. Æs prima statuæ causa est: nunquam enim facta esset, nisi fuisset id, ex quo funderetur duceretúrve. Secunda causa artifex est, non enim potuisset æs illud in habitum statuæ figurari, nisi accessissent peritæ manus. Tertia causa est for-

K ma: neque enim statua illa Doryphoros, aut Diadumenos vocaretur, nisi hæc illi esset impressa facies. Quarta causa est faciendi propositum: nisi enim hoc fuisset, facta non esset. Quod est propositum, quod inuitauit artificem? quod ille sequutus fecit: vel pecunia est hoc, si venditurus fabricauit: vel gloria, si laborauit in nomen: vel religio, si donum templo parauit. Ergo & hæc causa est, propter quam fit. His quintam Plato addidit, exemplar, quam ipse ideam vocat: hoc est enim id, ad quod respiciens artifex, id quod destinabat, effecit. Hæc exemplaria rerum omnium Deus intra se habet, numerósque vniuersorum, quæ agenda sunt, & modos mente complexus est, plenus his figuris est, quas Plato ideas appellat immortales, immutabiles, infatigabiles, innumerabiles. Itaque homines quidem pereunt: ipsa autem hu-

L manitas, ad quam homo affingitur permanet: & hominibus laborantibus, aut intereuntibus, illa nihil patitur. Quinque ergo causę sunt, vt Plato dicit: id ex quo, id à quo, id in quo, id ad quod, id propter quod: nouissimè id quod ex his, tanquam ex statua. Id ex quo, æs est. Id à quo, artifex est. Id in quo, forma est, quæ aptatur. Id ad quod, exemplar est, quod imitatur is qui facit. Id propter quod, faciendi propositum est. Id quod ex istis est, ipsa statua est. Hæc omnia mundus quoque (vt ait Plato) habet facientem: hic Deus est, ex quo fit. Hæc materia est. Forma hæc est habitus, & ordo mundi, quem videmus. Exemplar scilicet, ad quod deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit. Propositum, propter quod fecit. Quæris quid sit propositum? Dei bonitas est. Triplex opus causarũ: tripartitam materiã, vel triplicẽ effe-

A ctum causarum, vt Aristoteli placuisse diximus: quamuis & quartam addiderit. Ex quo designat Ouidius, Lucretium causas rerum tres, ex quibus omnia fiant, carmine complexum fuisse. In quodam tamen vetustissimo codice legi non Causarum, sed Casurum: vt dicat Poeta Lucretium cecinisse, quomodo tria elementa, mare scilicet, cœlum, ac terra interitura sunt. quod libro quinto ita cecinit: Principio maria, & terras, cœlúmque tuere, Quorum naturam triplicem, tria corpora Memmi, Tris species tam dissimiles, tria talia texta Vna dies dabit exitio: multósque per annos Sustentata ruet moles, & machina mundi. Et Ouidius in epistola ad Liuiam, de morte Drusi ita loquit: Ecce necem intentam cœlo, terræque, fretóque Casurum triplex vaticinatur opus. Quomodo autem causas ignis Lucretius describat, diximus suprà. In enarratione huius versus quidam delirant. *Vaticinatur*] canit tanquam vates & poeta.

B

MICYL. *Pulsus Aristides*] Aristides Milesius poeta fuit, qui Milesiaca, poema de rebus impudicis, scripsit cuius Plutarch. in Crasso, & Lucianus in Amoribus meminerunt. & annotauit de eodem Ang. Politianus Miscellan. 16. *Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis*] Hic locus bifariam accipi videtur posse. Vel vt simpliciter ignem accipiamus materialem, & quo quotidie vtimur vel vt ad fulmen, & eius causas referamus, propter epitheton Rapidi. Ita enim & Vergil. dixit, Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem, &c. cùm fulmen significaret. Ac de fulminis causis, & vnde idem generetur, libro sexto Lucretius agit. De reliquo autem igne, quibus ex causis, & vnde in terras venerit, lib. quinto, his versibus: Illud in his rebus tacitus ne fortè requiras, Fulmen detulit in terras mortalibus ignem Primitus, vnde omnis flammarum diditur ardor & sequentibus. In primo autem libro, cuius versus hic Merula citat, non de causa aut origine ignis tractat Lucretius, sed de eo, quòd ignis G non sit principium rerum, id quod Democritus docuerat. *Causarumque triplex vaticinatur opus*] Nusquam Lucretius tres tantùm causas rerum ponit, sed duo principia, quatuor elementa, causásque easdem, quæ ab aliis recensentur. Quare lego Casurum, pro Causarum. idque propter ipsos hos versus, qui hic à Merula citantur. Ac mihi quidem videtur Ouidius etiam ad verba Lucretii alludere, cùm vocat triplex opus, mundum. Nam & ille triplicem naturam, tria corpora, tres species, & tres contextus dixit, cùm totam hanc mundi machinam significare vellet. Disputat autem eo loco Lucretius, mundum esse interiturum: contra eos, qui æternum fore senserunt. Hoc Ouidius vaticinari vocat, veluti prædictionem quandam eius quod futurum esset, facere. De futuris enim vaticinia dicuntur. H

Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo
Fœmina, cui falsum Lesbia nomen erat.
Nec contentus ea, multos vulgauit amores,
In quibus ipse suum fassus adulterium est.
Par fuit exigui, similísque licentia Calui,
Detexit variis qui sua facta modis.
Quid referā Ticidæ? quid Mēmi carmē? apud quos
Nomen adest rebus, nominibúsque pudor.
Cinna quoq; his comes est, Cinnaq; procacior Anser,
Et leue Cornifici, párque Catonis opus.

MER. *Sic sua lasciuo*] sic econtrà alij fuere, vt Catullus, qui carminis lasciuia insignes fuere. Catullus autem Lesbiam pro Clodia amicam nomi- C nauit, amauítque ardentissimè, carmiréque eam complexus est. Et quoniam in Catulli mentionem incidimus, sensum & ordinem secundi epigrammatis, quod ita incipit, Passer deliciæ meæ puellæ, obiter enarremus. Poeta Catullus non desiit mortem passeris, non admiratur etiam eius lusus, vt plerique arbitrati sunt: sed cupit posse amorem pellere eo modo, quo amica, quæ tristitiam ponit ludendo cum passere. quod si contingeret, id illi tam gratum esse, vt malum aureolum puellæ Atalantæ fuisse fertur. Est autem ordo: O D passer, deliciæ meæ puellæ, quî cum ea solet ludere, quem illa solet tenere in sinu, cui appetenti illa solet dare primum digitó, & incitare acres morsus Quum libet desiderio meo nitenti iocari nescio quid charum. Et quem passerem credo esse solatiolum sui doloris Vt, id est vtinam. Terentius, Vt te dij deæque omnes perdant Possem tecum ludere, sicut ipsa. Et pro, id est, leuare curas tristia animi. Quum grauis ardor. id est grauis dolor amicæ. Acquiescat, hoc est, soleat acquiescere & leniri. Postea subiungit: Tam gratum est mihi, scilicet hoc, quòd cupio posse dolorem ponere lusu passeris, vt facit amica Lesbia. Hic est verus poetæ sensus, & ordo à nobis primùm excogitatus: qui an verus sit, legentes quæso iudicent. Sic etiam à nobis declaratum est carmen illud eiusdem poetæ, in calce prioris Epigrammatis: Patroa virgo Plus vno maneat perenne seclo. Idque in epi- E stola quadam ad Alexandrum fratrem, in prima statim pagina Fastorum Ouidij: vbi docuimus, virginem Patroam, pro charta patriæ poetæ, & Veronensi Quemadmodum apud Martialem eo versu, Sermóque signatas Custodit ipse virginis pater chartæ. Et à Patros fit possessiuum Patroa, vt ab Eos Eous. Est autem ordo: Virgo Patroa maneat perenne, pro perenniter: vt sit nomen pro aduerbio positum Sic Virgilius, Toruúmque repentè Clamat. Plus vno seclo, plus multis annis. Quibus verbis non inuoca: Pallada, non Musam, quod minimè fit à poetis epigrammatariis: sed optat vt perenne sit opus, & charta virgo. id est charta, quæ nunquam antea edita fuit. quemadmodum virginem etiam eam appellamus, quæ nunquam partum edidit Emendemus etiam carmen illud eiusdem poetæ, Propontidem, trucémve Ponticum sinum Quidam enim eum locum ita le- F gunt, vt assignauimus. Ego verò Propontida (vt omnia habent exemplaria) reponendum censeo: nam vltima syllaba eius nominis communis est, sequente muta cum liquida. quemadmodum (que) copula apud Maronem in eo versu, Tribuláque, trabeæque, & iniquo pondere rastri. Multa etiam alia Catulli loca, aliorúmque etiam autorum, tum depravata, tum ab aliis parum intellecta, aut minus obseruata, in medium aliàs proferemus: nunc, ne ab interprete nostro digrediamur, ad Ouidij carmen redeundum. *Cui falsum Lesbia nomen erat*] Legitur etiam falsò: hoc est quæ falsò Lesbia dicebatur. id quod etiam docet Apuleius in Apologia prima his verbis. Eadem igitur opera accusent C. Catullum, qui Lesbiam pro Clodia nominauit, & Ticidam si- I militer, quod quæ Metella erat, Perillam scripserit. *Multos vulgauit amores*] fassus est se etiam alias amasse. *Par fuit exigui similísque licentia Calui, Detexit variis qui sua facta modis*] Caluus orator (autore Seneca libro quarto Controuersiarum) diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit, violentus accusator & concitatus fuit. Carmina quoque eius quamuis iocosa fuerint, plena tamen fuere ingentis animi. Dixit de Pompeio: Digito vno caput scalpit, Quo credas sibi hunc velle virum. Calui meminit & Cicero in libro de Claris oratoribus, ac etiam Tranquillus in C. Cæsare his verbis: C. Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti vltro ac prior scripsit. Amauit autem Quintiliam, de qua scripsit elegias: eiúsque etiam mortem carmine elegan- K tissimo defleuit, dicente Propertio: Hoc etiam docti confessa est pagina Calui, Quum caneret miseræ funera Quintiliæ. Eum exiguum appellat Ouidius, propterea quòd fuit paruæ staturæ, vt docet Seneca de eo ita scribens: Erat enim paruulus statura, propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis vocat illum Salaputium seu Holopichium, id est integrum cubitum. Non me fugit locum illum Catulli ab aliis aliter etiam legi. *Quid referam Ticidæ?*] Ticida poeta scripsit elegias de Perilla quam amauit. eius poetæ meminit Tranquillus in libro de Claris grammaticis, cuius verba hæc sunt: Scripsit Cato præter grammaticos libellos, etiam poemata, ex quibus præcipuè probantur Lydia & Diana. Lydiæ Ticida meminit, Lydia doctorum maxima cura liber: Dianæ Cinna, Secula permaneat nostri Diana Catonis. *Quid Memmi carmen?*] C. Memmi poetæ pariter L & oratoris meminit Plinius in Epistolis & Tranquillus, scribens illum obiecisse C. Cæsari, stetisse ad cyathum & vinum Nicomedi regi Et alibi scribit eundem Cæsarem C. Memmij, cuius asperrimis orationibus non minori acerbitate rescripserat, etiam suffragatorem mox in petitione consulatus fuisse. Fuit autem mordacissimus, vt docuit Crassus orator: qui tota Tarracina omnibus in parietibus has literas inscriptas fuisse dixit tria LLL. & duo MM. quum quærerent quid significarent, quendam oppidanum senem dixisse hoc significari, Lacerat lacertum Largij mordax Memmius. Is fuit prætor Bithyniæ, cum quo Catullus poeta nauigauit, vt ipse docet in eo epigrammate, Pisonis comites cohors inanis. Extant etiam Ciceronis epistolæ ad

A hunc (vt opinor) Memmium libro decimotertio. *Nomen adest rebus*;) Res quum in aliquem scribunt, vel obscœnas, suis etiam nominibus, & verbis parum honestis appellant, id quod etiam facit Catullus. *Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser*] Q. Heluius Cinna poeta fuit, qui scripsit Smyrnam, quam decem annis elimauit, vt Seruius docet. *Cinnaque procacior Anser*] Anser poëta fuit Antonij, qui eius laudes scripsit de quo Cicero in Philippicis: Ex agro Phalerno anseres appellantur Ipsum enim donarat Antonius in Campania, Propertius: Nec minor his animis, & si minor ore, canorus Anseris indocto carmine cessit olor Fuit autem Anser in suis scriptis lasciuus. *Et leue Cornifici*] Cornificius poeta à militibus destitutus interiit, quos sæpe fugientes galeatos lepores appellarat: huius soror Cornificia insignia condidit epigrammata. Leue autem opus appellat propter amatoria, quæ in eis continebantur: nam & amores leues appellantur. Aut leue opus, id est molle opus, & lasciuum. *Et quis Catonis opus*) Valerius Cato (vt scribit Tranquillus de Claris grammaticis) fuit Bursenni cuiusdam libertus ex Gallia, qui licentia Syllani temporis exutus patrimonio, grammaticen docuit: visúsque est peridoneus præceptor maximè ad poeticam tendentibus, vt G apparet his versiculis: Cato grammaticus, Latina Siren, Qui solus legit, ac facit poetas. Is scripsit præter grammatices libellos etiam poëmata: ex quibus præcipuè probata fuit Lydia & Diana: de quibus hic Ouidius intelligit.

Et quorum libris modò dißimulata per illos
Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo.
Is quoque Phasiacas Argon qui duxit in vndas,
Non potuit Veneris furta tacere sua.
Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui
Carmina. quis dubitet nomina tanta sequi?
Vertit Aristiden Sisenna, nec obfuit illi
Historia turpes inseruisse iocos.
Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,
Sed linguam nimio non tenuisse mero.
Credere iuranti durum putat esse Tibullus,
Hoc etiam de se quod neget illa viro.
Fallere custodem demum docuisse fatetur,
Séque sua miserum nunc ait arte premi.
Sæpe velut gemmam dominæ, signúmque probaret,
Per caussam meminit se tetigisse manum.
Vtque refert, digitis sæpe est nutúque locutus,
Et tacitam mensæ duxit in orbe notam.
Et quibus è succis abeat de corpore liuor,
Impresso fieri qui solet ore, docet.
Denique ab incauto nimium petit illa marito,
Se quoque vti seruet, peccet vt illa minus.

MERVLA. *At quorum libris modò dissimulata Perilla, Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo*] B Ticidā poetam significat: qui (vt diximus) Perillam amauit: quam Metellam, à Metello Romano cognominauit. & quoniam bis Ouidius Ticidæ poemata expressit, credendum est illum præter elegias de amica Perilla, alias etiam elegias impudicas edidisse: quod videtur designare eo versu, Quid referam Ticidæ? *Is quoque* C *Phasiacas Argon qui duxit in vndas, Non potuit Veneris furta tacere sua*) Varronem Attacinum intelligit, qui Leucadiam amauit. de qua Propertius: Hæc quoque perfecto ludebat Iasone Varro, Varro Leucadiæ maxima flamma suæ. Varro autem scripsit Argonautica, Apollonium imitatus: vel potius in Latinum vertit, vt plenius diximus in Oui- D dium de Arte amandi.

Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui Carmina. quis dubitet nomina tanta sequi?] Hortensius & Seruius Sulpitius, quamuis fuerint optimi oratores, mansuetioribus tamen musis operam dedere: quam rem docet Plinius Iunior libro Epistolarum quinto. cuius verba hæc sunt: Sed ego verear, ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium, C. Caluum, Asinium Pollionem, M. Messallam, Qu. Hortensium, M. Brutum, L. Syllam, Q. Catulum, Q. Scæuolam, Seruium Sulpitium, Varronem, Torquatum, imò Torquatos, C. Memmium, Lentulum, Getulicum. Sulpitij etiam meminit Ausonius, cuius poema prurire dixit propter carminis lasciuiam. *Nec sunt minus improba*] nec sunt minus lasciua. *Vertit Aristiden Sisenna*] L. Sisennam inter oratores enumerat Cicero, cuius verba hæc sunt: L. Sisenna doctus vir, & E studiis optimis deditus, bene Latinè loquens: gnarus reipublicæ, non sine facetus: sed neque laboris multi, nec satis versatus in causis, interiectúsque inter duas ætates Hortensij & Sulpicij: nec maiores consequi poterat, & minori necesse erat cedere. Huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest: quæ quum facilè omnes vincat superiores, tum indicat tamen quantum absit à summo quoquam genus hoc scriptionis nondum sit satis Latinis literis illustratum. Transtulit autem è Græco in Latinum Aristidæ libros Milesios: de quibus antea diximus. *Nec obfuit illi*] nec nocuit Sisennæ, qui historiam Romanam composuerat, etiam lasciuos & impudicissimos illos Aristidæ libellos transtulisse. *Nec fuit opprobrio*] Cornelius Gallus res censas Romanas, Ægypti procurator, exhausit ciuitatem Thebarum, plurimis interceptis: reuersúsque quum furti accerseretur, & F populatæ prouinciæ, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negotium spectandum dederat imperator, stricto incubuit ferro, vt docet Ammianus Marcellinus. Cui Eusebius quoque astipulatur, ita scribens: Cornelius Gallus, de quo Vergilius scribit in Bucolicis, primus rexit Ægyptum, quæ ab Augusto facta est Romana prouincia. Hic quadragesimo ætatis suæ anno propria se manu interfecit. de quo Propertius ita cecinit: Et modò formosa quàm multa Lycoride Gallus Mortuus inferna vulnera lauit aqua. Hic tamen Ouidius videtur sentire eum nimio vino linguam non tenuisse, sed de Augusto oblocutum, à quo ex infima fortuna ad præfecturam Ægypti H fuerat euectus: postea dolore arbitrandum est seipsum interfecisse, quùm illi Augustus & prouincia & domo interdixisset, ob ingratum & maleuolum animum, vt est autor Tranquillus. Cornelii Galli meminit etiam Strabo. Seruius scribit illum Foroiuliensem fuisse, transtulisséque in Latinum Euphorionem: & de Citheride Volumnij liberta, & à se amata, I quam Lycorida appellauit, scripsisse libros quatuor. Eum Tibullo, & Propertio ducioreē fuisse scribit Fabius. *Credere iuranti*] Quod hic dicit Ouidius, facit Tibullus in elegia sexta Dicit enim eius amicā Deliā sibi negare cū nullo alio se rem habere: quod ille fatetur esse incredibile ita enim inquit. Illa quidem tam multa negat sed credere durum est: Sic etiam de me pernegat vsque viro. *Hoc etiam*] Ordo est. Quod etiam neget hoc, & reliqua, vel certè hoc propter hoc. *Fallere custodem*] Id etiam de se ita profitetur Tibullus: Ipse miser docui, quo posset ludere pacto Custo- K des: heu heu nunc premor arte mea Id autem docuit in secunda elegia eo versu: Tu quoque ne timidè custodes Delia falle Audendum est: fortes adiuuat ipsa Venus *Sæpe velut gemmam*] Id ita esse Tibullus cecinit: Sæpe velut gemmas eius signúmque probarem, Per causam memini me tetigisse manum. *Digitis sæpe est nutúque locutus*] Tibullus: Neu te decipiat nutu, digitóque liquorem Ne trahat, & mensæ ducat in orbe notas. *Et quibus è succis abeat*] Tibullus: Tunc succos herbásque dedi, quis liuor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus. *Denique ab incauto*] Tibullus: At tu fallacis coniunx incaute puellæ, Me quoque seruato, peccet vt ipsa nihil. *Peccet vt illa minus*] vt amica cum aliis non audeat peccare.

MICYLLUS. *At quorum libris modò dissimulata Perilla, Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo*] Non videtur hunc locum satis accepisse Merula. Neque enim de Ticida, siue eo qui Perillam falso nomine decantauit, Ouidius hic nunc intelligit, sed de L illis, qui suo ac verò nomine Metellam quæ hactenus sub Perillæ nomine siue à Ticida, siue ab alio celata fuerat, celebrarunt: quorum tamen nomina ipse hic reticet, siue metri necessitate coactus, siue etiam honoris gratia. *Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo. &c.*] De Gallo poeta Suetonius in Augusto: Neminem temerè, inquit, ex omni numero [illegible] amicitia eius afflicti reperientur, præter Saluidienum, quem ad consulatum vsque, & Corn. Gallum, quem ad præfecturam Ægypti, ex infima verumque fortuna prouexerat. quorum alterum res nouas molientem, damnandum senatui tradidit: alteri ob ingratum & maleuolum animum, domo & prouinciis suis interdixit, &c. Ma-

A leuolentiæ igitur istius significationem aliquam inter pocula dedisse apparet, idque hic ab Ouidio notari. Addit autem idem Sueton. Sed Gallo quoque & accusatorum denunciationibus, & senatusconsultis ad necem compulso, laudauit quidam pietatem tantopere pro se indignantium: cæterùm & illacrymauit, & vicem suam conquestus est, quòd sibi soli non liceret amicis, quatenus vellet, irasci. Ex quibus verbis patet, Gallum sibi ipsi mortem consciuisse. id quod & alibi Ouidius innuit, cùm inquit, Corporis atque animæ prodige Galle tuæ. Seruius autem ob suspicionem, tanquam in Augustum coniurasset, interfectum dicit. Vide Eclog. 10. Vergilii.

Scis cui latretur, cum solus obambulat ipse,
Cui toties clausas excreet ante fores.
Multáque dat furti talis præcepta, docétque
Qua nupta possit fallere ab arte viros.
Nec fuit hoc illi fraudi, legitúrque Tibullus,
Et placet, & iam te principe notus erat.
Inuenies eadem blandi præcepta Properti,
Districtus minima nec tamen ille nota est.
His ego successi, quoniam præstantia candor
Nomina viuorum dissimulare iubet.
Non timui (fateor) ne quà tot iere carinæ,
Naufraga seruatis omnibus vna foret.
Sunt aliis scripta, quibus alea luditur, artes:
Hoc est ad vestros non leue crimen auos.
Quid valeant tali, quo possis plurima iactu
Figere, damnosos effugiásque canes.
Tessera quos habeat numeros, distante vocato,
Mittere quo deceat, quo dare missa modo.
Discolor vt recto grassetur limite miles,

MSA. *Scis cui latretur*) Tibullus: Ille ego sum, nec me iã dicere vera pudebit. Instabat tota cui tua nocte canis. & alibi: Non frustrà quidam iam nũc in limine perstat Sedulus, ac crebrò prospicit ac refugit. Et simulat B transire domum, mox deinde recurrit Solus, & ante ipsas excreat vsque fores. *Ipse*] alius amator quàm Tibullus cui latratur. (Imò ipse Tibullus, vt ex versibus suprà citatis.) *Excreet*) amator alius amicæ Tibulli. *Talis furti*) talis coitus. *Eadem præcepta*) idem docentia quod Tibullus. *Minima nota*) minima infamia. *His ego successi*) post hos ego quoque eaC dem lasciuia in meis scriptis vsus sum. *Nomina viuorum*) Poetarum viuentium nomina: qui quamuis lasciua scripserint, tamen ob eorum splendorem compellor eos tacere. *Tot carinæ*) tot ingenia poetarum. *Vna foret naufraga*) solus damnarer. *Seruatis omnibus*) seruatis cunctis, qui eadem scripsere. *Quibus alea luditur*) quibus alea describitur. Est autem alea, omnis ludus magna ex parte in fortunæ varietate consistens. *Quid valeant tali*] Descripsere alii poetæ talorum ludum, de quo in Ouidium de Arte plenius scripsimus. *Fingere*] Ego Vincere legendum esse arbitror. Aut certè fingere, componere & formare plurima puncta vno iactu. Superior sententia magis placet. *Plurima*) res plurimas: vel pluD rima puncta. Aut plurima, pro plurimum, vt sit nomen pro aduerbio. *Quo iactu*) quo puncto. Venus enim in talis victoriam afferebat, vt Canis siue Canicula iacturam, Senio verò interdum lucrosus, vnde à Persio dexter appellatur: interdum damnosus, vt designat Tranquillus in Augusto. De talis verò & eorum inuentore abundè diximus in Ouidium de Arte amandi. *Damnosos canes*] puncta illa iacturam afferentia. *Tessera quos habeat numeros*] qui numeri sint in ludo tesserario damnum aut victoriam afferentes. Tesseræ autem habent sex latera, & quadratæ sunt. Has cubos appellari Gell. scribit. Tali verò habebãt quatuor latera, & pro vario iactu varia puncta dabant: his iam non vtimur, vt alibi plenius diximus. Illud notandum, quòd in ludo talario tali quatuor adhibebantur, in tesserario verò tres tantummodo, vnde Martialis ait: Non sum talorum numero par tessera.
E *Distante vocato*] vocato numero, qui distat à victoria: hoc est, vocato numero, qui victoriam præstat: aut, qui restat ad victoriam obtinendam. quibus verbis designat poetas aliquos docuisse, quomodo tesseris ludendum sit. Quam rem etiam in Arte amandi Ouidius monet eo versu: Parua monere pudet, talorum dicere iactus Vt sciat, & vires tessera missa tuas. *Mittere quo deceat*] quomodo deceat mittere paruas illas tabellas, quibus vtimur in alueolo. *Quo dare missa modo*] quomodo etiam caute deceat locare eas à collusore missas: hoc est, quum ille tesseras misit. nam in eo ludo non modò ex nostro tabellas mouemus, sed plerunque etiam ex collusoris iactu. *Discolor miles*) calculus tuus diuersi coloris. Nam calculi seu latrones olim fiebant ex vitro, & in duas partes diuersi coloris diuisi, alii appellantur milites, alii hostes. Martialis: Insidiosorum si ludis bella latronum,
F Gemmeus iste tibi miles & hostis erit. *Grassetur*] insidietur hosti, dum miles deprehensus obsidetur: vt si is pereat, pereat etiam hostis cautè deprehensus in insidiis, vt paria faciant collusores. *Recto limite*) recta & aperta via, ne videatur grassari. Aut rectè ductus, vt solent in eo ludo calculi quidã.
MICYL. *Quo possis plurima iactu Figere*) Putat Merula hoc loco Vincere, vel Fingere, pro Figere, legendũ esse. Quod si sit (nã de

Figẽdi verbo, nihil habeo quod afferam) posterius mallem, vt sit dictum, G Fingere plurima, pro efingere, seu figurare, & exhibere plurimas & inter se diuersas talorũ facies. referaturque ad iactum, qui Veneris nomine appellatur, qui omnium fœlicissimus est, & plerunque totum depositum tollere solet. de qua re & Martialis meminit lib. 14 his verbis:
Cùm steterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi. H
Nam cùm proximè sequatur de Cane, qui iactus damnosus erat, probabile est, præcedentia hæc de Venere, iactu videlicet lucroso, Poetam intelligere voluisse, vt ceu [Greek] quadam Canis & Venus inter se compararentur. Porrò talos Græci ἀστραγάλους vocant, ipsumque ludum ἀστραγαλίζειν, & ἀστρίζειν. Sunt autem vnius tali superficies, siue facies quatuor: quarum prima, quæ & vnitatem significat, κύων, hoc est Canis, & χῖος item, dicebatur. Illa autem quæ huic oppoI sita atque aduersa erat, ἑξίτης, hoc est Senio, & κῷος item. reliquæ duæ numeris notabantur, ternario puta, & quaternario. nam binarius & quinarius numerus in talis non erant: autor Pollux lib 9. Meminit autem ludi huius Tranquillus in Augusto, his verbis, Talis iactatis, vt quisque canem aut senionem iecerat, in singulos talos, singulos denarios, in medium conferebat, quos vniuersos tollebat, qui Venerem iecerat. Meminit & Aristoteles lib. 2. de Cœlo. [Greek] inquiẽs, [Greek] &c. Tali ergo iactum, non de punctis vt in tessera, sed de faciebus intelligas. *Tessera quos habeat numeros, distante vocato Mittere quo deceat, quo dare missa modo.*) Locus hic obscurior est, & vbi facilius sit aliorum expositiones refellere, quàm certam aliquam afferre: propterea K quòd multo alia ratio ludendi veterum fuit, atque nunc est. Primùm enim quem numerum distantem dicemus? nisi eum fortè accipiamus, qui ex tribus reliquis dissimilis ac differens sit. Nam tribus ferè tesseris antiqui ludere solebant, id quod & prouerbium indicat, quo dicitur, Aut ter sex, aut tres tesseræ. Quo loco, vt hoc [Greek] adiiciamus, tres tesseræ, siue [Greek] Græcè, idem quod tres [Greek], siue vnitates, vt Pollux ait, significant: qui numerus in tessera senario aduersus atq; oppositus est. idémq; ὄνος, hoc est asinus vocatur. Quod si igitur ex tribus numeris reliquis dissimilẽ ac differentẽ, distantem ponamus: cõsequens erit, vt & illud demum, talem distantem aliquem solitum fuisse vocari, hoc est, posci ab altero, vel vtroque lusorum, quem qui tesseras mittebat, iactu repræsentaret. Idem enim & ex tertio de Arte colligitur, vbi inquit, Talorum di- L cere iactus Vt sciat, & vires tessera missa tuas. Et modò tres iactet numeros, modò cogitet aptè Quam subeat partem callida, quámque vocet. Sed vt hæc sic demus hoc pacto sese habuisse, quid porrò de tessera missa, & de datione missorum, dici certò potest? Vtrum in alueolum, aut vas aliquod concauum mitti solitas intelligamus? cuiusmodi fuerint quæ à Poll. libro decimo, [Greek], & similibus nominibus appellantur. Deinde si de hoc quoque constet, quænam datio ista dicenda erit, qua certo modo, certáque lege missa dabantur? Neque enim de orbiculorum, quorum hodie vsus est, collocatione intelligi placet, cùm de iis veterum nemo meminerit, eámque expositionem Merula de suo afferat, absque aliquo autore. Et

A in secundo de Arte, vbi eiusdẽ ludi mentio fit, Dandi verbũ ferè idẽ, quod remittere atq; concedere, significare videtur. Nam cùm amatorem ita instrueret, vt amatæ beneuolentiam quoquo modo sibi conciliaret, inter ludendum quoque iubet vt det operam, ne ambitiose victoriam sibi quærat, sed vltro ludenti secum puellæ illam remittat, his verbis: Si ludat, numerósque manu iactabit eburnos, Tu malè iactato, tu bene iacta dato. quod est: Tu vel malè iacias: vel si fortè iactus ipse bene ceciderit, eum illi remittas, siue concedas. Nam quomodo aliàs dari iacta intelligamus? Proinde ego planè fateor, me hunc locum parum intelligere. Vt tamen aliquid hic addamus, quod lectorem iuuet, sciendum, eum tesserarum ludum, quo qui plurium punctorum siue vnitatum iactum vicisset, depositum auferebat, [illegible], antiquitus & Græcè vocari. autor Pollux libro 9.

Cum medius gemino calculus hoste perit.
Vt mage velle sequi sciat, & reuocare priorem,
Nec tutò fugiens incomitatus eat.
Parua sedet ternis instructa tabella lapillis,
In qua vicisse est continuasse suos.
Quique aly lusus (neq; enim nunc persequar omnes)
Perdere rem charam tempora nostra solent.
Ecce canit formas alius, iactúsque pilarum.
Hic artem nandi praecipit, ille trochi.
Composita est aliis fuscandi cura coloris.
Hic epulis leges, hospitióque dedit.
Alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat,
Quaq; docet liquido testa sit apta mero.
Talia luduntur fumoso mense Decembri,
Quæ iam non vlli composuisse nocet.

MAR. *Quum medium calculus*) quum miles suus ab hoste circumuentus. *Perit*) laborat & est in pereundi periculo, nisi ei succurratur. Sic & in Arte amandi: Cautáque non B stultè latronũ prælia ludat, Vnus quom gemino calculus hoste perit. *Gemino hoste*) vel his duobus calculis, quos regem & reginam appellant: vel certè, quum solus tuus latrunculus à duobus hostibus obsidetur. *Velle sequi*) velle hostem insequi. *Et reuocare priorem*) & reuocare præcedentem calculum, ne fortè per imprudentiam longius elapsus, ab hostibus C captatur. *Parua sedet ternis*) Hunc ludum ternarium appellant, de quo plenius diximus in Ouid de Arte amandi. *Quique aly lusus*) Ordo est: Et alii lusus sunt ab aliis scripti, qui solent perdere tempora nostra rem charam. neque enim nunc persequar omnes: hoc est per parenthesim dictum.

Ecce canit formas) docuere alii etiam formas & genera pilarum, quæ quatuor fuere. Erat pila trigonalis omnium minima, dura, pilo plena: vnde etiam nomen accepit. Dicta autem Trigonalis à Trigone, qui locus erat in thermis, triquetra, id est triangulari figura, quam Græci [illegible] vocant, ad huiusmodi pilæ lusum ædificatus hæc reddebatur tam dextra, quàm sinistra manu. Martialis: Captabat tepidum dextra læuáque trigonem. Erat præterea pila Paganica, à pagis, id est villis dicta, quòd pagani ea vterentur. ea laxior erat, & pluma plena. Martialis: Nec quæ difficilia D turget paganica pluma, Folle minus laxa est, & minus arcta pila. Erat & tertium pilæ genus, quod ex pelle fiebat, & spiritu inflabatur, pugno reddi solitum, non palma, vt reliquæ pilæ. Vnde Plautus in Rudente follem pugillatorium appellat. Ego te, inquit, follem pugillatorium faciam, & pendentem incursabo pugnis peritissime. A flatu autem quo impletur, nomen obtinuit: siue à pelle, quam veteres follem appellarunt. Eam pilam Tranquillus folliculum nominauit, scribens Augustum ad pilam primò, folliculúmque transisse. Erat præterea quartum pilæ genus, quod (vt quidam volunt) Harpastum appellabatur, siue Phænnida. Fiebat è panno, aliquando ex pelle, lana, tomentóve implebatur. laboriosum erat hoc ludi genus. Nam multi ludentes in duas partes diuisi, è regione sibi inuicem oppositi, ad suos transmittere pilam conabantur: quam aduersarii atti- E piebant. ea sæpe in terram decidebat, ad quam cateruatim currentes se inuicem prosternebant, puluereque & sudore infecti surgebant. *Fuscandi coloris*) Fuscum, significat atrum & nigrum. Hinc fit verbum fuscare. Hoc dicit: Docuere etiam alii, vt fuscos redderent adolescentes Romanos, varia certamina campi Martij, in quibus corpora exercebant: qui color in amante laudabatur. quod ipse præcipit in Arte amandi eo versu: Munditiæ placeant, fuscentur corpora campo. *Hic epulis leges*) professi sunt & alij popinæ scientiam. Inter quos etiam Apicius: de quo Seneca in libro de Consolatione ad Albinam ita scribit: Atqui Apicius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit. Cuius exitum nosse operæ precium est. Quum sestertium millies in culi- F nam congessisset, quum tot congiaria principum & ingens Capitolii vectigal, singulis comessationibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit, super futurum sibi sestertium centies computauit: & velut in vltima fame victurus, in sestertio centies si vixisset, veneno vitam finiuit. Scripsit Apicius etiam libros amorum, quos Commodus imperator in lecto semper ha-

buit, vt est autor Spartianus. *Hospitio*) hospitibus quibus lautiores epulæ apponi solent. *De qua fingantur pocula*) Apud Romanos olim eò peruenit luxuria, vt fictilia vasa essent in maximo precio. Samia maximè laudabantur in escoientis. Retinebat hanc nobilitatem & Aretium in Italia: & calicum tantum Surrentium, Asta, Pollentia, in Hispania Saguntum, in Asia Pergamum. H Habuere & Trallis opera sua. Cois laus maxima. Hadrianis firmitas. nobilitata fuere oppida, vt Rhegium & Cumæ: autor Plinius. Vitellius in principatu suo 100. sestertiis condidit patinam, cui faciendæ fornax in campis exædificata erat: quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris constarent quàm Murrhina. Vnde etiam apud Iuuenalem Montanus ita alloquitur Domitianum: Testa alta paretur, Quæ tenui muro spaciosum colligat orbem, Debetur magnus patinæ, subitúsq; Prometheus, Argillam atque rotam citius properate. sed ex hoc Tempore iam Cæsar figuli tua castra sequantur. Figulinam autem fabricam inuenit Chorebus Atheniensis, I autore Plin. *Qua testa*) quod vas fictile & ex terra. Duo, inquit, alii docent, & ex quo genere terræ fiat pocula, & quod ex his magis fit aptum potui. *Talia luduntur*) talia vasa celebrantur à poetis Saturnalibus Decembri mense. Vnde etiã Martial. in Apophoretis, calices Surrentinos laudat, ac etiã Saguntinos. *Fumosa Decembri*) id est Saturnalibus, quæ celebrabantur Decembri mense, vt docet Macrobius. Fumosũ autem eleganti epitheto appellat Decẽbrem, propter ignẽ. qui eo mense maximè fieri solet, vnde fumus etiam sequitur. Idem quandoque candidus appellatur, propter niues.

Cùm medius gemino calculus hoste perit) Neque hunc lo- MICYL. cum satis commodè explicat Merula, Falluntur enim qui eundem ludum esse putant eum de quo hic dicitur & qui nostra ætate Scachiæ, & veteris imitatione, latrunculorum vocatur. id quod ex ipsis verbis poetæ intelligitur, cùm K inquit, Cùm medius gemino calculus hoste perit. & rursum, Nec tutò fugiens incomitatus eat. Item lib 3. de Arte,

Vnus cum gemino calculus hoste perit.
Bellatórq; suo prehensus cum corpore bellet
Æmulus, inceptum sæpe recurrat opus

Nam neq; comite opus vbiq; habent nostræ ætatis latrũculi, siue milites: neque statim capiuntur, etiã si qui singuli inter geminos diuersæ partis deprehendãtur. Et quod hic de rege & regina qui nostri temporis sunt, Merula meminit, de eo nullus veterũ mentionẽ facit. Quare is ludus, de quo hoc loco Ouidius agit, totus ali⁹ atq; diuersus ab eo est, quẽ nostra ætate Scachiã vocãt, Græcéq; [illegible], Latinè vt puto laterculus appellatur. cuius rationẽ Pollux lib 9. describit his verbis, [illegible] L [illegible]
Vides hanc descriptionem Pollucis, cũ versibus Ouidii per omnia fere conuenire, nisi quòd Ouidius eius quæ [illegible] dicitur mentionẽ nullã facit & quos Pollux canes vocat, ipse latrones ac milites appellat. *Formas, iactúsq; pilarũ &c.*) De pilis, & earũ vario lusu, Pollucẽ vide, ex quo hic Merula quædã accepisse videtur, sed parũ rectè digessisse. Nam quæ hic sphæræ, siue pilæ, cuius ludus [illegible] Græcè dicitur, ascribit, ea Pollux ei generi, q [illegible] & [illegible] vocarũt, attribuere magis videtur. vide lib. 9. *Fuscandi cura coloris*) Ego simpliciter intelligo, quosdam scripsisse rationem atque artem fuscandi coloris, hoc est, vnde color corporis fu-

scus redderetur: non, vt Merula, genera certaminum, quorum exercitatione corpus à sole atque aëre colorateur. *Talia luduntur fumoso multa Decembri*) Talia intellige carmina, siue poemata. vt sit dictum, Talia luduntur, pro, per lusum componuntur eo mense, quando Saturnalia aguntur, quibus diebus summa rerum licentia est, luderéque impunè antiquitus permissum.

His ego deceptus non tristia carmina feci,
Sed tristis nostros pœna sequuta iocos.
Denique non video de tot scribentibus vnum,
Quem sua perdiderit Musa, repertus ego.
Quid si scripsissem mimos obscœna iocantes,
Qui semper ficti crimen amoris habent?
In quibus assiduè cultus procedit adulter,
Verbáque dat stulto callida nupta viro.
Nubilis hic virgo, matronáque, virque, puérque
Spectat, & ex magna parte senatus adest.
Non satis, incestis temerari vocibus aures,
Assuescunt oculi multa pudenda pati.
Cúmque fefellit amans aliqua nouitate maritum,
Plauditur, & magno palma fauore datur.
Quódque minus prodest, pœna est lucrosa poetæ,
Tantáque non paruo crimina prætor emit.
Inspice ludorum sumptus Auguste tuorum,
Empta tibi magno talia multa leges.
Hæc tu spectasti, spectandáque sæpe dedisti:
Maiestas adeò comis vbique tua est.
Luminibúsque tuis, totus quibus vtitur orbis,
Scenica vidisti lætus adulteria.
Scribere si fas est imitantes turpia mimos,
Materiæ minor est debita pœna meæ.
An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum?
Quódque libet, mimis scena licere dedit?
Et mea sunt populo saltata poemata sæpe,
Sæpe oculos etiam detinuere tuos.
Scilicet in domibus vestris, vt prisca virorum
Artifici fulgent corpora picta manu:
Sic quæ concubitus varios, Venerísque figuras
Exprimit, est aliquo parua tabella loco.
Vtque sedet vultu fassus Telamonius iram,

His ego deceptus) deceptus horum exemplo. *Non tristia carmina*] non tristes versus, sed iocosos. *Tristis pœna*] Exilium dicit. *Quid si scripsissem mimos*] Mimi erant poemata sine reuerentia lasciuiam imitantia, quæ à mimographis, id est scriptoribus mimorum ludis ad comœdiæ formam composita in scenis agebantur. Dicebantur etiam mimi Ethologi, id est, theatrales. Mimum esse scribit Diomedes, sermonis cuiuslibet motum sine reuerentia, vel factorum cum lasciuia imitationem. Ita appellatus est, quasi solus imitetur, quum & alia poemata idem faciant: sed solus, quasi priuilegio quodam, quod fuit commune, possedit. Dictus est autem à verbo Græco, μιμεῖσθαι quod significat imitor. Hæc fabularum species Latinè Planipes vocatur. Donatus scribit, mimos appellatos à diuturna imitatione vilium rerum, & leuium personarum: sic dictos, quòd planis pedibus, id est nudis, proscenium introirent: non vt tragici autores cum cothurnis, neque vt comici cum soccis olim autor Diomedes. *Habent crimen*] habent criminationem. *Ficti amoris*] imaginis alicuius introducti in eo poemate, in quo ficta narrantur. In his autem versibus licet intueri, quod genus poematis fuerit mimus. *Incestis vocibus*) impudicis verbis. *Multa pudenda*) multa obscœna, quæ fiunt in scena ab ipsis mimis. *Aliqua nouitate*] aliquo nouo inuento, quod in eo poemate à mimographis describitur. *Plauditur*) cum lætitia excipitur. *Palma datur*] victoria conceditur. *Quódque minus prodest*] Ordo est: Et id quod minus prodest, est pœna lucrosa poetæ. Lucrantur, inquit, poetæ ex eo opere, quod minus prodest, quum pœna afficiendi essent. *Prætor emit.*] Prætores enim, seu ædiles ludos faciebant, & à poetis fabulas emebant, quas ludorum die recitari iubebant. vnde legimus Andriam Terentii actam ludis Megalensibus. Aliam ludis funebribus Aliam ludis Romanis. Inibi etiam ædilium nomina describuntur. Scribit etiam Tranquillus, ludis Decium Laberium equitem Romanum mimum suum egisse, donatúmque fuisse quingentis sestertiis, & annulo aureo. *Tuis luminibus*] tuis oculis. *Quibus vtitur totus orbis*] quibus totum orbem vides & gubernas. *Scenica adulteria*] adulteria quæ à mimographis in scena recitata fuere. *Imitantes turpia*] inhonesta imitantes. Imitabantur enim inhonestos mores hominum, ac naturas. vnde etiam mimi nomen deducitur, vt diximus. *Materiæ minor est debita pœna meæ*] Ordo talis: Pœna minor est debita meæ materiæ. quasi dicat, Si mimographi non puniuntur, qui magis turpia scripsere, nec ego puniendus sum: quandoquidem materia mea honestior est mimorum scriptis. *Est debita*] debetur. *Sua pulpita*] sua proscenia, quæ erant ante scenam, vbi ludicra exercebantur, vt Seruius docet. *Scena licere dedit*) eas obscœnitates licet in in scena spectare, & eorum autoribus ea impunè agere in scena concessum est. *Et mea sunt populo saltata poemata sæpe, Sæpe oculos etiam detinuere tuos*) A simili arguit, eius quoque poemata in scena recitata esse illæsum præstare debere, quũ præsertim sæpe illis interfuerit Augustus. *Scilicet in domibus vestris*) quasi dicat. Quemadmodum in ædibus sunt quædam honesta, quędã verò turpia: sic ego scripsi varia poematũ genera, laude aut vituperatione digna. *In domibus vestris*] in Palatina porticu: de qua diximus abunde in Ouidium de Arte amãdi. *Prisca corpora virorum*] corpora virorũ fortiũ picta: qui prisca temporibus fuere. *Sic quæ côcubitus, &c.*) Obscurè hic designat Ouidius, quod Trãquillus apertius docuit in Tiberio his verbis: Cubicula plurifariã disposita tabellis ac sigillis lasciuissimarum picturarum ac figurarum adornauit, librisque Elephantidis instruxit, ne cui in opera edenda, exemplar impetratæ scenæ deesset. *Vtque sedet vultu*) Tabulas Aiacis & Medeæ intelligit, à Cæsare ante ædẽ Veneris Genitricis dicatas, vt est autor Plinius. *Fassus iram vultu*] ostẽdẽs vultu, se esse iratum, quòd arma Achillis Vlyssi adiudicata fuisset. Aiax enim Telamonius filius fuit & Eribœæ Alcathoi filiæ: qui videns arma Achillis, non sibi, sed Vlyssi in virtutis singulare præmium potius fuisse concessa, in insaniam conuersus est. Et cùm ad Vlyssis pascua deuenisset, ratus illius cõmilitones occidere, oues & quædam pecora trucidauit, atque alia nonnulla in caprũ quendam, quem Vlyssem esse putabat, crudeliter attentauit. Quæ postquam se per insaniam fecisse resciuit, arrepto proprio gladio seipsum interfecit, vt docuit Sophocles in ea tragœdia, cuius titulus est, Αἴας μαστιγοφόρος. Eorum contentionem elegantissimè descripsit Ouid. lib. 13 Metam. Sepultus autem fuit Aiax in Rhœteo promontorio. De insaniæ autem Aiacis causa aliquid dicamus. Aristoteles in Problem. scribit, homines qui ingenio claruerunt, melancholicos omnes fuisse: & alios ita, vt etiam vitiis atræ bilis infestarentur, cen inter heroes de Hercule fertur. Hic enim ea ipsa fuisse natura putatur: & morbum comitialem sacrum ab illo, & Herculeum prisci nominauere. Puerorum quoque motio mentis idem hoc explicat, & eruptio vlcerum, quæ mortem interdum antecedit: id enim plerisq; atra bile consistit, & Lysandro Lacedæmonio proximè ante obitum genus id vlcerum emersit. Adde Aiacẽ & Bellerophontem: quorũ alter penitus ad insaniam prorupit, alter loca prosequebatur deserta. Vnde illud Homeri: Ast hic quando etiam grauior diis omnibus errat In cãpos solus latos, inque auia rura, Ipse suũ cor edens, hominũ vestigia vitãs. Scribit Pausanias, Æolenses de armorum iudicio scribere solitos, facto ab Vlysse naufragio, contra Aiacis tumulum arma delata fuisse. De illius verò corporis magnitudine, Mysum quendam ei dixisse multa. Inter cætera aiebat, mare ad eã tumuli partem, quæ littus respicit, inundasse, aditúmq; ad monumentum parasse non difficilem. Cadaueris magnitudinem vel ex hoc cum animaduertere iubebat, quòd ipsa pedis il-

A lius talo pro disco vteretur, ac potissimum bis genuum ossibos, quæ medici molas vocant. Idem autor scribit, qui Salaminem incoluere, Aiace mortuo, tunc primum apud se florem enatum dixisse.

Inque oculis facinus barbara mater habet:
Sic madidos digitis siccat Venus uda capillos,
Et modo maternis tecta videtur aquis.
Bella sonant alij telis instructa cruentis,
Pársque tui generis, pars tua facta canit.
Inuida me spacio natura coercuit arcto,
Ingenio vires exiguásque dedit.
Et tamen ille tuæ fœlix Æneidos autor
Contulit in Tyrios arma virúmque toros.
Nec legitur pars vlla magis de corpore toto,
Quàm non legitimo fœdere iunctus amor.
Phyllidis hic idem, teneræque Amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luserat antè modis.
Nos quoque iampridem scripto peccauimus isto:
Supplicium patitur non noua culpa nouum.
Carmináque edideram, cùm te delicta notantem
Præterij toties irrequietus eques.
Ergo quæ iuuenis mihi non nocitura putaui
Scripta parum prudens, nunc nocuere seni.
Sera redundauit veteris vindicta libelli,
Distat & à meriti tempore pœna sui.
Ne tamen omne meum credas opus esse remissum,
Sæpe dedi nostræ grandia vela rati.
Sex ego Fastorum scripsi, totidémque libellos,
Cúmque suo finem mense volumen habet.
Idque tuo nuper scriptum sub nomine Cæsar,
Et tibi sacratum sors mea rupit opus.
Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis,
Quæque grauis debet verba cothurnus habet.
Dictáque sunt nobis, quamuis manus vltima cœpto,
Defuit, in facies corpora versa nouas.
Atque vtinam reuoces animum paulisper ab ira,
Et vacuo iubeas hinc tibi pauca legi.
Pauca, quibus prima surgens ab origine mundi,
In tua deduxi tempora Cæsar opus.
Aspicies quantum dederis mihi pectoris ipse,
Quóque fauore animi téque tuósque canam.
Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam,
Nec meus vllius crimina versus habet.
Candidus à salibus suffusis felle refugit:
Nulla venenato littera mixta ioco est.
Inter tot populi, tot scripti millia nostri,
Quem mea Calliope læserit, vnus ero.
Non igitur nostris vllum gaudere Quiritem
Auguror, at multos indoluisse malis.
Nec mihi credibile est, quenquam insultare iacenti,
Gratia candori si qua relata meo est.
His precor, atque alijs possint tua numina flecti,
O pater, ô patriæ cura salúsque tuæ.
Non vt in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim,
Cùm longo pœna tempore victus eris.
Tutius exilium, paulóque quietius oro,
Vt par delicto sit mea pœna suo.

MER. *Inque oculis facin.*] Medea Iasonis amore capta, illũ è Colchis in Thessaliam sequuta est. Quúmque decennium Corinthi secum fuisset, filiósque etiam peperisset, spreta ob nouã nuptam, Creusam scilicet, vel Glaucam Creontis filiam, vt alij appellant, furore ducta domum incendit, radice quadam à Circe inuenta, B ea virtute, vt incensus ignis nequiret extingui. Iason tamen euasit, Glauca & pater igne absumpti sunt. Quidam tamen scriptores volũt, Medeæ filios dona quædã sponsæ attulisse venenis illita: quibus tactis, sponsa & pater consumpti sunt. Irata autem Medea, quòd Iason eos ferat, cámque spreuerat, in eius calamitatem omnes iugulauit natos, excepto vno, qui C fugit, Thessalo scilicet. Huius rei meminit Diodorus lib. 5. Scribit Pausan. Mermerum ac Pheretem Medeæ filios lapidibus obrutos fuisse à Corinthijs, quoniã munera Glaucæ detulerint. Idem autor tradit, Medeam liberos peperisse, et clam omnibus in Iunonis templum detulisse, quòd eo pacto immortales futuros sperabat. Tandem quum & ipsa se opinione D sua frustrari animaduerteret, ab Iasone quoque deprehensa est qui errati veniam petenti non concessit, sed Iolcum enauigauit. quas ob res tradito Sisypho regno, abiit. De Medeæ sæuitia Virg. in Buc. sic ait: Sæuus amor docuit natorum sanguine matrẽ Cõmaculare manus: crudelis tu quoque mater. In ea igitur tabula, Medeæ filios occidẽtis facinus cõtinebatur: quæ E omnia dicit picta fuisse in locis imperatoris Augusti. quibus verbis designat, magis hæc fuisse eijcienda, quàm eius scripta. *Sic madidos digitis*] Venerem designat ab Apelle pictam, de qua ita Plinius scribit: Venerem exeuntem è mari Diuus Augustus dicauit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene vocatur, versibus Græcis, tali opere, dum laudatur, vi-F cto, sed illustrato. Huius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non poterat inueniri: verùm ipsa iniuria cessit in gloriam artificis. Consenuit hæc tabula carie, aliámque pro ea Nero in principatu suo substituit Dorothei manu. Apelles inchoauerat aliam Venerem Cois, superaturus etiam illam priorem. Inuidit mors peracta parte: nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta, inuentus est. De Venere Apellea meminit Ouidius in tertio de Arte amandi, eo versu, Si Venerẽ Cous nunquam pinxisset Apelles, Mersa sub æquo- G reis illa lateret aquis. Et alibi: Vt Venus artificis labor est & gloria Coi. Æquoreo madidas quæ premit imbre comas. De ea Ausonij quoque tale extat epigramma: Emersam pelagi nuper genitalibus vndis Cyprin Apellei cerne laboris opus. Vt complexa manu madidos salis æquore crines, Humidulis spumas stringit vtraque comis. Iam tibi nos, Cypri, H Iuno inquit, & innuba Pallas, Cedimus, & formæ præmia deferimus. *Et modo maternis*] & apparet paulo antè tecta fuisse mari, è cuius spuma nata fuisse dicitur. vt non immeritò aquas maternas appellarit. Ferunt enim Cœlo patri Saturnum pudenda abscidisse: quibus in mare deiectis, Venerem procreatã, quæ à spuma, vnde coaluit, *ἀφροδίτης* nomen accepit, I dicente ipsa apud Ouidium in 4. Metamor. Aliqua & mihi gratia ponto est, Si tamen in medio quondam concreta profundo Spuma fui, graiúmque manet mihi nomen ab illa. Cur autem id ita fictum fuerit, docet Macrobius in primo Saturnal. Deuecta autem fuit Venus côcha in Cythera, quũ primùm è mari orta fuisset. Vnde côchæ à Martiale Cythe- K riacæ, & à Propertio Erycinæ appellãtur. *Sonant*] canũt. *Tui generis*] Lucij, Caij, Tiberij, Drusi, Germanici, & aliorũ. *Inuida me spacio*] Dicit sibi à natura nõ esse tãtũ ingenij cõcessũ, vt possit Augusti laudes describere. *Fœlix Æneidos autor*] Maronẽ designat qui in Augusti gratiã scripsit Æneida. *In Tyrios toros*] in lectũ Tyriæ Didonis. Innuit autẽ quartũ Æneidos librum: L qb⁹ verbis colligit, inhonesta etiã operi suo inseruisse Virg. *Arma virúmq;*] Æneã & eius bella. quasi dicat, ab Ænea & eius gestis, ad lasciua describenda peruenit. *Nec legitur pars vlla magis*] Quartũ Æneidos dicit: qui ꝓpter amantis lasciuiã & affectus plurimũ delectat, & magis, quã cæteri, legitur. *De corpore toto*] de toto opere. *Quam nõ legitimo*] &c. quia Didonis cũ Ænea illicitus coitus. Vnde Maro de ea inquit: Cõiugiũ vocat, hoc prætexit nomine culpã. *Phyllidis hic idẽ*] Cecinit Maro iuuenis admodũ, in Bucolicis, Phyllidis &

A Amaryllidis amores. *Modò Bucolico*] numeris Bucolici carminis. *Isto scripto*] isto lasciuo scribendi genere. Scripsit enim iuuenis primùm libros de Arte amandi. *Non noua culpa*] non nouum crimen scribendi amatoria. *Supplicium meum*] nouam pœnam. nam quum iamdiu hæc scripserim, nunc tandem punior. Vel certè hoc dicit. Quum alij etiam lasciua poemata ediderint, solus afficior nouo supplicio, quo in nullum ante me hanc ob causam animaduersum fuit. *Quum te delicta notante*] Designat Augustum censorem minimè notasse se equitem prætereuntem de more, vt superius docuimus censores factitasse. *Sui meriti*] suæ culpæ. *Esse remissum*] esse abiectum, humile, & lasciuum. Hoc posterius melius, vt sit Remissum, idem quod solutum. Sic enim & mores solutos dicimus. *Grandia vela*] maiorem materiam. *Cúmque suo finem mense libellus habet*] Se digessisse dicit Fastorum opus, in duodecim volumina, & vnicuique mensi suum assignasse, & eo pacto cum mensibus ea finem habere. *Idque tuo nuper*] &c. Ouidius relegatus in Pontum, Fastorum libros, pleri︠s︡que additis ac mutatis, Germanico Drusi priuigni Augusti filio inscripsit, vt eius precibus ab Augusto reditum impetraret: quum eos antea Augusto dicasset, vt ex hoc carmine percipi potest. *Et tibi sacratum*) & tibi dicatum. *Sors mea*) meum infortunium & exilium. Eo enim tempore in exilium eiectus est, quo opus illud scripsit. *Et dedimus tragicis*) &c. Tragœdiam Medeam dicit, quæ (autore Fabio) ostendere videtur, quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare, quàm indulgere maluisset. *Grauis cothurnus*) grauis tragicus stilus. Graues enim personæ, & reges, in tragœdiis inducuntur. Vnde non immeritò superius dixit, Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit. *Manus vltima*) castigatio ipsa. Opus enim illud inemendatum emisit. *In facies corpora versa nouas*) corpora mutata in nouas figuras. ex quo Metamorphosim designat. *Hinc*) ex hoc Metamorphoseon opere. *Quantum pectoris*) quantum animi & facundiæ. *Destrinxi*) laceraui. *Crimina vlli*) criminationes alicuius. *Candidus*) ego innocens. *A salibus*) a iocis. *Suffusi felle*) aspersis amaritudine. *Venenato ioco*) mordaci ioco. *Inter tot millia nostri populi*) inter tot millia Romanorum. *Inter tot millia nostri scripti*] inter tot millia nostrorum carminum. *Quem mea Calliope læserit*) quia in exilium eiectus fui sub prætextu carminum Artis amatoriæ. *Insultare*) deridere. *Gratia candori*) ordo est: Gratia est relata meo candori, si qua, subaudi, relata est. *Eris vectus*) eris placatus. *Tutius exilium*) locum magis tutum, quàm Tomum. *Vt par delicto*) vt talis sit pœna, quale meruit crimen meum, quod est perexiguum.

P. OVID. NASONIS TRISTIVM LIB. III.

B. MERVLÆ IN TERTIVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

ELEGIA I.

MISSVS in hanc venio timidè liber exulis vrbem:
Da placidā fesso, lector amice, manū.
Néve reformida, ne sim tibi fortè pudori:
Nullus in hac charta versus amare docet.
Nec domini fortuna mei est, vt debeat illam
Infœlix vllis dissimulare iocis.
Id quoque, quod viridi quondam male lusit in æuo,
(Heu nimium serò) damnat & odit opus.
Aspice quid portem: nihil hic, nisi triste, videbis,
Carmine temporibus conueniente suis.
Clauda quod alterno subsidant carmina versu
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.
Quòd neque sum cedro flauus, nec pumice leuis,
Erubui domino cultior esse meo.
Littera suffusas quòd habet maculosa lituras,
Læsit opus lacrymis ipse poeta suum.
Si qua videbuntur casu non dicta Latinè,
In qua scribebat, barbara terra fuit.
Dicite lectores, si non graue, quà sit eundum,
Quásque petam sedes hospes in vrbe liber.
Hæc vbi sum furtim lingua titubante locutus,
Qui mihi monstraret, vix fuit vnus, iter.
Di tibi dent, nostro quod non tribuere poetæ,
Molliter in patria viuere posse tua.
Duc age: namque sequar, quamuis terráque marique
Longinquo referam lassus ab orbe pedem.
Paruit, & ducens, Hæc sunt fora Cæsaris, inquit,
Hæc est à sacris quæ via nomen habet.

MER. MISSVS in hanc venio) Librum Romã mittit Poeta incultum quidem, & squalidum: inducitque illum errare per varia vrbis loca, precarique Augustũ, vt patri exuli & poetæ det veniã. Sed cũ nusquã recepi se videat, rogat manus plebeias, vt eum illæ saltem accipiant, vt habeat vbi possit diuertere. *Liber exulis*) liber exulantis Ouidii. *In hanc vrbem*) in Romanam ciuitatem. *Venio timidè*) quia Augustum timeo. *Da placidam manum*] placidè me suscipe, vel iunge dextram, vel fessũ me itinere longo adiuua. Dare enim manũ, significat quasi manu alicui opẽ ferre. Quintilianus. Vt velocissimus quisq;, si fortè iter cum paruulo faciat, det manũ, & gradum suum minuat. *Fesso*) longo itinere fatigato. *Dissimulare*) celare. *Vllis iocis*) vllis scriptis amatoriis, aut iocosis. Legimus etiam venustius ita in alio exemplari hos duos versus: Hæc domini fortuna mei est, vt debeat illam Infœlix nullis dissimulare iocis. *In viridi æuo*) in iuuentute. Intelligit autem elegantissimum opus illud de Arte amandi, quod iuuenis admodum composuit. *Nimium serò*] nimis tardè: quia nihil in præsentia prodest. *Nisi triste*) nisi luctuosum. Intelligit autem opus hoc de Tristibus, vbi luctuosa tractantur. *Subsidant clauda alterno versu*] sint compusita versu elego, qui constat ex hexametro longiore, & pentametro breuiore. *Vel pedis ratio*] quia in pentametro requiruntur quinq; pedes tantùm, quum in hexametro sint sex. vnde etiam nomen accepere. Pentametrum igitur dicit pedem deesse debere, ne sit par hexametro. Et quia alter altero longior est vno pede, iden claudum appellauit. *Via longa*] Non sine dolore innuit Poeta, longo itinere carmen, claudum factum. *Flauus cedro*] De cedro, & eius vsu in seruandis libris, diximus suprà. De pumice verò in Ouidium de Arte amandi abundè scripsimus. *Quà sit eundum*) qua via ad Augusti ædes proficiscendum sit. *Lingua titubante*) lingua præ timore blæsa. *Di tibi dent*) Hæc sunt verba precantis libri, vt qui sibi iter monstrarit, possit in patria molliter mori. *Ab orbe longinquo*) è Scythia. *Fora Cæsaris*] Intelligit forum Augusti, de quo plenius diximus in primo de Arte amandi, in enarratione eius versus, Et fora conueniunt, quis credere posset amori. *Hæc est à sacris*) Viam sacrã designat, foro Augusti, qui in Capitolio habitabat, vicinam: dictam, quòd per eam ab arce, id est à Capitolio, ad augures sacra ferebantur, vt est autor Varro. vel (vt placet Pompeio) quòd in ea fœdus ictum sit inter Romulum & Tatium.

Hic locus est Vestæ qui Pallada seruat,& ignem:
Hic fuit antiqui regia parua Numæ.
Inde petens dextram,Porta est,ait,ista Palati:
Hic stator,hoc primùm condita Roma loco est.
Singula dum miror,video fulgentibus armis
Conspicuos postes,tectáque digna deo.
En domus hæc,dixi,Iouis est,quod vt esse putarem,
Augurium menti querna corona dabat.
Cuius vt accepi dominum,Non fallimur inquam,
Et magni verum est hanc Iouis esse domum.
Cur tamen apposita velatur ianua lauro?
Cingit & augustas arbor opaca comas?
An quia perpetuos meruit domus ista triumphos?
An quia Leucadio semper amata deo est?
Ipsáne quòd festa est? an quòd facit omnia festa?
Quam tribuit terris,pacis an ista nota est?
Vtque viret semper laurus,nec fronde caduca
Carpitur,æternum sic habet illa decus.
Causáque supposita,scripto testante,corona,
Seruatos ciues indicat huius ope.

MAR. *Hic locus est Vestæ*] Vestæ templum rotundum multi putant à Romulo prius erectum. Dionysius tamen lib. 2. scribit, id à Numa ædificatum in foro existente in medio Capitolij & Palatij loco, idque anno vrbis quadragesimo, vt in Fastis docet Ouidius. Atrium autem Vestæ fuit Numæ regia, non ædes eius deæ, vt falsò putauit Seruius. Id enim atrium fuit iuxta ædem Vestæ, sed ab ea remotum, vt docet Solinus his verbis: Numa habitauit in colle primùm Quirinali, deinde propter ædem Vestæ in regia, quæ etiam suo tempore ita appellabatur. Et Tacitus: Numæ regia, & delubrum Vestæ, cum penatibus pop. Romani exusta. Et Plutarchus: Numa, inquit, regiam iuxta templum Vestæ condidit, vbi maiorem temporis partem morabatur, aut sacris vacans, aut sacerdotes docens. Hoc atrium regium appellat Liuius, quum loquit: Comprehensæ Lautumiæ, forúmque piscarium, & atrium regium, ædes Vestæ vix defensa est. Ædem Vestæ, templum non fuisse, scribit Gellius. Cuius rei causam docet Seruius, scribens eam non fuisse augustam, id est augurio consecratam: vt senatus eò non conuenirent, vbi virgines erant: cui licebat ad atrium conuenire, quod erat augustum. Nouimus enim, senatusconsulta non nisi in loco per augures constituto iusta fieri potuisse: quam ob causam in curia Hostilia, Pompeia, & Iulia, quum ea loca profana fuerint, templa dicuntur ab augurib. constituta. Hoc igitur priore versu ædem Vestæ designat: sequenti verò atrium regium, vbi Numa habitauit. de quo etiam in Fastis sic scribit Ouid. Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ, Tunc erat intonsi regia magna Numæ. Euntes autem ad Augusti ædes, templum Palladis transibant. Martialis: Vicinum Castora canæ Transibis Vestæ, virgineámque domum. Inde sacro veneranda petes Palatia cliuo, Plurima qua summi fulget imago ducis. In templo autem eius deæ Palladium erat, quod docet Lucanus eo versu, Vestalémque chorum ducit vittata sacerdos, Troianam soli cui fas vidisse Mineruam. Id autem Palladium, quum lateret in loco secreto, Helenus apud Arisbam captus indicauit. Diomedem & Vlyssem id Troiano bello per cuniculos surripuisse, scribit Seruius, Diomedémque apud se seruasse, & prætereunti ad Calabriam id Æneæ obtulisse, Nautémque id accepisse. Ignis præterea in templo Vestæ seruabatur: cuius rei causam docuimus in enarratione eius versus Ouidij de Arte amandi, Illa potest vigiles flãmas extinguere Vestæ. *Porta est, ait, ista Palati*] Ea porta Prior Saturnia, dein Pandana appellata fuit. vt est autor Varro & Solinus. *Hic stator*] hic pater Romulus primùm habitauit. *Hoc primùm condita Roma loco est*] Nam Pelasgi Arcades ex vrbe Pallantio exeuntes, duce profectionis Euandro Mercurij & nymphæ Themidis filio, in vno ex septem collib. sedes posuere, qui in medio fermè est Romæ, Pallantium vocantes eum locum, à patria sua in Arcadia. Olympiade autem 16. post Troianum bellum Albani hæc loca habitarunt, muro communientes, & fossa. Erant autem primùm ea tuguria, armentariísque, & pastoribus, atque aliorum pecorum nutritoribus diuersoria. Ex Alba autem longa coloniam eò deduxerunt Romulus & Remus, vt scribit Dionys. *Video fulgentibus armis*] &c. Hic ædes Augusti in Palatio factas laudat Ouidius, quas etiam in septimo Maro describit, eásque in Laurolaurentio vrbis fuisse, vt Seruius docet. Postes autem conspicuos armis fulgentib. idem etiam ita describit: Multáque præterea sacris in postibus arma, Captiui pendent currus, curuæque secures, Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra, Spiculáque, & clypei, ereptáque rostra carinis. *Iouis est*] est Augusti. *Querna corona*] corona ex quercu: quæ arbor erat in Iouis tutela, vt Seruius docet. *Velatur ianua lauro*) Laurus ante Cæsaris ianuam erat: de qua ita Plinius: Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus ianitrix Cæsarum Pontificúmque, quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. De lauro, quæ erat ante ianuam imperatorum, ita in Metam. scribit Ouid. Postibus augustis eadem fidissima custos Ante fores stabis, mediámque tuebere quercum. Ea autem lauro victores Delphis coronabantur, & & triumphantes, quæ Delphica appellabatur. Existimauit Plin. lauro honorem habitum in triumphis, quia satarum receptarúmque in domos fulmine sola non icitur, potius quàm quia suffimentum esset cædis hostium, & purgatio, vt volunt Massurius. Ea Romanis fuit lætitiæ, victoriarúmque nuntiis addebatur literis. Liuius: Nequicquam exterrita ciuitate, literæ à Posthumio laureatæ sequuntur. Addebatúrque etiam militum lanceis, pilisque, & fasces imperatorum decorabat. *An quia perpetuos*) Rationem primam assignat, cur Augusti ianua lauro velaretur, & ea Augustus coronaretur. *Perpetuos triumphos*] vt perpetuò triumpharet. *Leucadio deo*] deo Apollini. Augustus enim in ore sinus Ambracij Actium cum nobili templo Apollinis condidit, haud longè à Leucate promontorio, à quo deus Leucadius dictus est: seu à Leucadia peninsula, quæ olim Neritos appellata, haud longè dicitur sita, autore Plinio. Quòd autem laurus Apollini grata fuerit, ita docet Ouidius in primo Metam. At quoniam coniunx mea non potes esse, Arbor eris certè, dixit, mea: semper habebunt Te coma, te citharæ, te nostræ laure pharetræ. Tu ducibus lætis aderis, quum læta triumphum Vox canet, & longas visent Capitolia pompas. Scribit Plinius, laurum spectatissimam fuisse in monte Parnaso, ideóque etiam gratam fuisse Apollini. *Ipsáne quòd festa est*] Festam laurum appellat, quoniam (vt diximus) Romanis ea lætitiæ victoriarúmque nuncia fuit: deponebatúrque etiam in gremio Iouis optimi maximi, quoties lætitiam victoria nouam attulisset. *Pacis an ista nota est*] Paciferam laurum fuisse, docet Plinius his verbis: Ipsa pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium. *Quam tribuit terris*] quam terris dedit. Nam Augustus post multa bella pacatum orbem tenuit. *Vtque viret semper*) Quemadmodum laurus semper est viridis, nec vnquam frondes amittit: sic parta gloria, quæ nunquam intermoritur, ornatur lauro semper virenti. *Causáque supposita*] In alio exemplari legitur etiam, Causa superpositæ scripto testata coronæ. Superior autem pars ianuæ, frondibus lauri ornabatur, cui subiecta erat corona quercina, quæ ei dabatur, qui ciuem seruasset, & ciuica dicebatur. Valerius Maximus: Cæterùm ad quercum pronæ manus porriguntur, vbi ob ciues seruatos corona danda est, qua postes Augustæ domus sempiterna gloria triumphant. Dabatur etiam clementiæ imperatorum, vt docet Plinius his verbis: Hinc ciuicæ coronæ militum, virtutis insigne clarissimum, iampridem verò & clementiæ imperatorum, postquam ciuilium bellorum profanatione meritum cœpit videri, ciuem non occidere. Illud notandum, ciuicam coronam ilignam primò fuisse: postea magis placuit ex esculo Ioui sacra. variatúmque hoc cum quercu est, ac data vbique quæ fuerat, custodito tamen honore glandis. Accepta licebat perpetuò vti ludis. Induenti semper assurgi etiam ab senatu in more erat. Sedendi ius in proximo senatui. Vacatio muneris omnium ipsi, patríque, & auo paterno quatuordecim accepit Sicinius Dentatus, Sextus Capitolinus. Aphricanus de patre accipere noluit apud Trebiam. Leges autem eius, qui ciuica corona donabatur, legito apud Plin. libro decimosexto, capite quarto. De coronarum generibus Gellius multa.

Vnam

Adijce seruatis vnum, pater optime, ciuem,
Qui procul extremo pulsus in orbe latet.
In quo pœnarum, quas se meruisse fatetur,
Non facinus causam, sed suus error habet.
Me miserum, vereórque locum, vereórque potẽtem:
Et quatitur trepido littera nostra metu.
Aspicis exangui chartam pallere colore,
Aspicis alternos intremuisse pedes.
Quandocunque precor nostro placare parenti,
Isdem sub dominis aspiciare domus.
Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa dei.
Signa peregrinis vbi sunt alterna columnis,
Belides, & stricto barbarus ense pater.
Quaque viri docto veteres fecere nouique
Pectore, lecturis inspicienda patent.
Quærebam fratres, exceptis scilicet illis,
Quos suus optaret non genuisse parens.
Quærentem frustrà custos è sedibus illis
Præpositus sancto iussit abire loco.
Altera templa peto, vicino iuncta theatro:
Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis.
Nec me, quæ doctis patuerunt prima libellis,
Atria libertas tangere passa sua est.
In genus autoris miseri fortuna redundat:
Et patimur nati, quam tulit ipse fugam.
Forsitan & nobis olim minus asper, & illi,
Euictus longo tempore Cæsar erit.
Di precor, atq; adeò (neq; enim mihi turba rogãda est)
Cæsar ades voto maxime diue meo.
Interea quoniam statio mihi publica clausa est,
Priuato liceat delituisse loco.
Vos quoque (si fas est) confusa pudore repulsa
Sumite plebeiæ carmina nostra manus.

Msr. A *Vnum ciuem*) vnum Ouidium. *In orbe extremo*) in extrema parte orbis, hoc est, in Scythia. *In quo pœnarum*) Ordo est: In quo extremo orbe facinus non habet causam pœnarum, & reliqua.

Locum) Capitolinum. *Potentem*) Augustum. *Alternos pedes*) vtrunque carmẽ, hexametrum & pentametrum Elegantes Poëta pedes appellat. Aut certè dactylũ & spõ- B deum accipe: bis enim pedibus cõstat ipsius poëtæ carmen. *Quandocunque precor*) quandocunq; placatus parenti, id est Ouidio operis autori. *Pari tenore*) pari ordine, quo per vrbem hactenus incessi. *Intonsi dei*) Apollinis Capitolini: de quo, & Danaidũ historia plenius alibi diximus (Suetonius: Templum Apollinis ea parte Palatinæ domus excitauit, quam ful- C mine ictam desiderari à deo aruspices pronunciarunt. Addidit porticus cum bibliotheca Latina Græcáque.) *Quaque viri docto*) Bibliothecã intelligit, quam Augustus ædificauit in parte domus Palatinæ, vt in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi plenius retulimus. *Quærebam fratres*) quærebam in eadem bibliotheca cæteros libros ab Ouidio, quem eius liber patrem D appellat, compositos.

Non genuisse) non composuisse. Designat autem libros de Arte amandi. *Custos*) præfectus bibliothecæ. *E sedibus illis*) e Palatinis Augusti ædibus. *Altera templa peto*) Sunt qui hic de templo Magnæ matris intelligant, quod fuit in Palatio, vt Liuius docet. Plerique de templo Vestæ: id enim (autore Dionysio) extructũ est à Numa in medio foro, inter Capitolium & Palatium.

Magis placet, propter sequens carmen, Libertatis atrium intelligas, quod ab Asinio Pollione erectum est. *Vicino theatro*) theatro Marcelli, aut Cornelij Balbi, propinquo.

Non adeunda) ad quæ G non debebam accedere, quum essem exulis filius, & poëtæ minimè liberi.

Sua atria) ipsius Libertatis atrium. *Doctis libellis*) operibus doctorũ.

Quæ prima) quæ ante omnes bibliothecas. Nã Asinij Pollionis, autore Plinio, hoc Romæ inuentum, qui primus bibliothecam dicando ingenia hominum rempublicam fecit. *In genus autoris* H *miseri*) in libros filios infœlicis Ouidij. *Et nati patimur fugam*) & nos libri Ouidij fugamur. *Nobis*) filijs Ouidij. *Et illi*) & Ouidio. *Neque enim mihi turba roganda est*) neque alij dij, præter Augustum, rogãdi sunt. Est autem per parẽthesin dictũ.

Statio publica) publicæ imperatoris ædes. *Priuato loco*) in loco priuati hominis. *Confusa*) attonita. *Repulsa*) quia me bibliothecæ custos expu- I lit ex sacris Augusti ædibus. *Vos quoque*) Non modò in priuato loco habitare, sed etiam à priuato homine tractari cupit. *Si fas est*) si vobis per Augustũ licet. *Plebeiæ manus*) plebeij & priuati hominis. Sũt qui falsò legãt, Phœbeæ manus. Mscyl.

Altera templa peto) Quid si de templo, siue æde Herculis Musarum intelligamus, quem Musagetem Græco nomine vocarunt? cuius autor extitit Martius Philippus, vt Sueton. tradit. Neque enim de eodem loco, siue templo accipere libet Atrium libertatis, de quo sequente versu mentio fit, & K aliud de quo hic dicitur.

IN SECVNDAM ELEGIAM ENARRATIO.

Msr. *Ergo erat in fatis*) In hac elegia, quam plerique perperam iungunt cum superiore, queritur Poëta, quòd fata E cum in Scythiam compulerint: nec sacerdoti suo opem tulerit aut Apollo, aut Pierides. Deinde dicit, se in Scythia in assiduo fletu & mœrore degere. Postremò deos precatur, vt quum toties mortem effugerit, tandem ei mori liceat. *Ergo erat in fatis nostris*) ergo fata mea ita constituerant. Incœpit autem elegiam ab hac coniunctione Ergo, cum dolore: quemadmodũ etiam Augustus, quum inquit: Ergó ne supremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas? Est etiam quandoque aduerbium, & significat causam Virgilius: Illius ergò Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Seruius tamen ita scribit: Ergo F coniunctio fuit, sed per accentus mutationem in aduerbium transijt: & est sola particula, quæ habet in fine circunflexum. Multi malè putant, nomen esse indeclinabile & dicunt positum esse pro causa. Causa autem nomen. *Scythiam quoque visere*) quasi dicat: Non modò relegari ab Augusto mihi contigit, sed etiam in Scythiam mitti. Scytharum natio (vt scribit Diodorus) primò iuxta Araxem flumen parua numero propterque ignobilitatem contempta consedit. Ea demum gens nacta regem quendam bellicosum, & militari virtute præcipuum, agros ampliauit: montanos quidem vsque ad Caucasum, campestres verò vsque ad Oceanum, & Mæotidem paludem, aliaque loca ad Tanaim vsque flumen. Fabulantur Scythæ, natam apud eos ea terra virginem, vmbilico tenus hominis forma, reliqua viperæ. Eam genuisse ex Hercule puerum, cuius nomen fuit L Scytha. Hunc, cùm omnium qui ante eum fuerant, clarissimus euasisset, indidisse populis Scytharum nomen. Idem latius etiã refert Herodotus libro quarto. Scythiam duplicem esse scribit Curtius, Europeam & Asiaticam, quas diuidit Tanais. Ptolemæus quoque Scythiam duplicẽ ponit, intra & extra Imaum montem. De Scythis & eorum moribus plura Iustinus libro secundo.

Sub axe Lycaonio) sub Septentrionali plaga, sic appellata à Callisto Lycaonis filia, quæ in maiorem vrsam mutata, Lycaonia à poetis nominatus. Fabulam narrat Ouidius & Hyginus.

ELEGIA II.

Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris?
Quæque Lycaonio terra sub axe iacet?

Nec vos Pierides, nec stirps Latonia vestro
Docta sacerdoti turba tulistis opem.
Nec mihi quòd lusi vero sine crimine, prodest,
Quódque magis vita, musa iocosa mea est.
Plurima sed pelago terráque pericula passum
Vstus ab assiduo frigore Pontus habet.
Quique fugax rerum, securáque in ocia natus,
Mollis, & impatiens antè laboris eram,
Vltima nunc patior: nec me mare portubus orbum
Perdere, diuersæ nec potuere viæ.
Suffecitque malis animus: nam corpus ab illo
Accepit vires, vixque ferenda tulit.
Dum tamen & ventis dubius iactabar, & vndis,
Fallebat curas ægráque corda labor.
Vt via finita est, & opus requieuit eundi,
Et pœnæ tellus est mihi tacta meæ:
Nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber
Lumine de verna quàm niue manat aqua.
Roma domúsque subit, desideriúmque locorum,
Quicquid & amissa restat in vrbe mei.
Hei mihi, quòd toties nostri pulsata sepulchri
Ianua, sed nulla tempore aperta fuit.
Cur ego tot gladios fugi? totiésque minata
Obruit infœlix nulla procella caput?
Di, quos experior nimium constanter iniquos,
Participes iræ, quam deus vnus habet:
Extimulate precor cessantia fata, meique
Interitus clausas esse vetate fores.

MAR. A *Stirps Latonia*] Apollo Latonæ & Iouis filius. *Sacerdoti*] Ouidio. Sũt anim poetæ Apollinis & Musarũ sacerdotes. Virgilius: Me verò primum dulces ante omnia Musæ, Quarum sacra fero. *Quòd lusi sine vero crimine*] quòd scripsi carmen citra crimen, quod verè mihi obijci possit. Vero autem addidit, vt ostẽdat se damnatum fuisse B falsò, & iniustè, propter carmen amatorium. *Quódque magis vita musa iocosa mea est*] nec magis mihi prodest, quòd scripserim iocosa. Duo ergo dicit sibi non profuisse: nec quòd scripserit, quæ non iure damnari potuerint, nec quòd iocosa composuerit. *Vstus ab assiduo frigore Pontus habet*] Hoc dicit, quia regio Pontica vergit maximè ad Septen- C trinalem plagã, per quam spirat Boreas. de cuius frigoris rigore multa Dionysius. *Pontus*] pontus Euxinus, cui adiacet Tomitana ora, quam hic pro Ponto intelligit. *Mare portubus orbum*] mare importuosum. Euxinus enim, & Geticũ litus in primis est desertũ, petrosum, importuosum, ad Aquilonis flamina latè patens, & apertum, vt docet Strabo.

G *Suffecitque malis animus*] Suffecit, legendũ est, hoc est indurauit. Nam suf ficit mediã corripit. *Labor*] asperitas tempestatis, qua conficiebar. *Et tellus mea pœna*, & terra mei exilij. Designat autem Tomon. *Nostro lumine*] nostris oculis. *De* H *verna aqua*] de niue, quæ liquescit vere, & fit aqua Virgilius: Vere nouo gelidus canis cùm montibus humor Liquitur. *Ianua nostri sepulchri*] Sæpius se mortem euasisse dicit. *Tot gladios*] quia à Scythis sæpius Tomos, vbi erat Ouidius, oppugnata fuit. *Deus vnus*, Augustus. *Mei interitus*] meæ I mortis.

IN TERTIAM ELEGIAM ENARRATIO.

MAR. HAEC *mea si coniunx miraris epistola*] Ad vxorem scribens ex Scythia Poeta, se excusat, quòd aliena manu D scriptam miserit epistolam: quod aliter non potuisse fieri ostendit, ob aduersam valetudinẽ, qua cõflictabatur: simúlque incõmoda commemorat. Sed præter cætera illud fatetur esse maximum, quòd caret ipsius vxoris aspectu. Doletq; longè ab eius cõplexu moriendũ esse sibi in ea barbarie, & Scytharum truculentia, vbi eius animam euagatura sit, ex Pythagoræ sententia. Mandat tamẽ, vt eius ossa Romam deferantur in parua vrna, & signentur epi- E taphio à se composito. *Ignoti orbis*) Scythiæ, ad quam perquam pauci accedunt: & ideo ignotum orbem appellat. *Nec cœlum patior*) Cœlum pro aëre posuit, cui se dicit non posse assuescere, propter nimium rigorem & frigus. Scribit Aristoteles, in frigidissimis terris potius ardores febrium fieri, quòd frigus calorem intus circum obsistit: cu- F ius rei contrarium æstiuo tempore agitur. partes namque internæ frigidiores redduntur. Ardor autẽ febris est. Ergo partibus refrigeratis exterioribus, caloris copia interiores redundant. *Nec aquis assueuimus istis*. Tria elementa, quibus maximè fouentur mortales, & aluntur, sibi infesta esse dicit. *Apollinea arte*) medendi arte. *Aliena loquentem*) quàm de alijs rebus incidit sermo, te tamen tanquam amens nomino.

ELEGIA III.

HAEC mea, si* coniunx miraris, epistola quare
Alterius digitis scripta sit, æger eram,
Aeger in extremis ignoti partibus orbis,
Incertúsque meæ penè salutis eram,
*Quem mihi * tunc animum dura in regione iacenti,*
Inter Sauromatas esse, Getásque putas?
Nec cœlum patior, nec aquis assueuimus istis,
Terráque nescio quo non placet ista modo.
Non domus apta satis, non hic cibus vtilis ægro,
Nullus Apollinea qui leuet arte malum est.
Non qui soletur, non qui labentia tardè
Tempora narrando fallat, amicus adest.
Lassus in extremis iaceo populísque locísque,
Et subit affectu nunc mihi quidquid abest.
Omnia cùm subeant, vincis tamen omnia coniux,
Et plus in nostro pectore parte tenes.
Te loquor absentem, te vox mea nominat vnam:
Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.
Quin etiam sic me dicunt aliena loquutum,
Vt foret amentis nomen in ore tuum.
Si iam deficiam, suppressáque lingua palato
Vix instillato restituenda mero.
Nunciet huc aliquis dominam venisse, resurgam,
Spésque tui nobis causa vigoris erit.
Dúmque ego sum vita dubius, tu forsitan istic

K

L *Lingua suppressa*) lingua subiacens & debilis. quod bis euenit, qui languent. *Instillato mero*) vinò leniter infuso. *Dominam*) te vxorem. *Resurgam*, conualescam]

Iucundum nostri nescia tempus agis.
Non agis, affirmo: liquet hoc charissima nobis,
Tempus agi sine me non nisi triste tibi.
Si tamen impleuit mea sors, quos debuit, annos,
Et mihi viuendi tam citò finis adest,
Quantum erat, ô magni perituro parcere diui,
Vt saltem patria contumularer humo.
Vel pœna in mortis tempus dilata fuisset,
*Vel * præcessisset mors properata fugam.*
Integer hanc potui nuper bene reddere vitam:
Exul vt occiderem, nunc mihi vita data est.
Tam procul ignotis igitur moriemur in oris?
Et fient ipso tristia fata loco?
Nec mea consueto languescent corpora lecto?
Depositum nec me qui fleat, vllus erit?
Nec dominæ lacrymis in nostra cadentibus ora,
Accedent animæ tempora parua meæ?
Nec mandata dabo? nec cum clamore supremo
Labentes oculos condet amica manus?
Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulchri
Indeploratum barbara terra teget?
Ecquid, vbi audieris, tota turbabere mente?
Et feries pauida pectora fida manu?
Ecquid in has frustrà tendens tua brachia partes
Clamabis miseri nomen inane viri?
Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos.
Non tibi nunc primùm lux mea raptus ero.
Cùm patriam amisi, tunc me perijsse putato,
Et prior & grauior mors fuit illa mihi.
Nunc, si fortè potes, sed non potes optima coniux,
Finitis gaude tot mihi morte malis.
Quod potes, extenua forti mala corde ferendo.
Ad mala iampridem non rude pectus habes.
Atque vtinam pereant animæ cum corpore nostro,
Effugiátque auidos pars mea nulla rogos.
Nam si morte carens vacuas volat altus in auras
Spiritus, & Samij sunt rata dicta senis,
Inter Sarmaticas Romana vagabitur vmbras,
Pérque feros manes hospita semper erit.
Ossa tamen facito parua referantur in vrna,
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Non vetat hoc quisquam: fratrē Thebana peremptū
Supposuit tumulo rege vetante soror.
Atque ea cum folijs, & amomi puluere misce,
Atque suburbano condita crede solo.
Quósque legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum lusor amorum,
Ingenio perij Naso poëta meo.

MER. A *Vel pœnam*] vel exilium meum. *Præcessisset fugam*] præcessisset nimis ipsa exilium meum. *Integer*] illæsus. *Fient tristia ipso loco*] tristitiam afferent, quòd moriendum sit in Scythia. *Accedent*] addentur. *Meæ animæ*] quæ non tam citò discedet è corpore. *Nec parua tempora*] nec exiguum spacium. Sensus est: Nec lacrymæ coniugis ex oculis fluentes, protrahent mihi exiguum vitæ spacium: quandoquidem ea abest, nec potest mihi officia præstare. *Nec cum clamore supremo Labentes oculos condet amica manum*] Solebant cadauera (vt Seruius docet) ablui calida aqua, & per interualla conclamari: quòd solet plerunque vitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere. Seruabātur enim septem diebus, & calida abluebātur aqua, & post vltimam conclamationem comburebantur. Vnde dixit Apuleius libro secundo Metamorphos. Ecce iam vltimum defletus, atque conclamatus processerat mortuus. Et Terentius illud traxit: Desine, iam conclamatum est. Vnde etiam Ouidius hoc in loco supremum clamorem appellat. *Condet amica manum*] Solebant magis propinqui etiam mortuorum oculos claudere, vt alibi plenius diximus.

Ecquid] nunquid. *In has partes*] in Scythicam & septentrionalem plagam. *Cum patriam amisi*] quum in exilium eiectus fui. *Extenua*] leua, imminue. *Forti corde*] forti animo.

Mala] mortem meam, & exilium. *Non rude*] non inexpertum. *Atque vtinam pereāt animæ cum corpore nostro, Effugiātque auidos pars mea nulla rogos*] Vtinam, inquit, ex Epicureorum sententia, cum corporibus animæ interirent. Cui sententiæ adhæsit Prodicus, Diagoras, Bias, & Plinius: cuius verba hæc sunt: Post sepulturam afis atque aliæ manium ambages, omnibus à suprema die eadem quæ ante primam. Nec magis à morte sensus vllus, aut corpori, aut animæ, quæ ante natalem. Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat, & in mortis quoque tempora ipsa sibi vitam mentitur, aliàs immortalitatem animæ, aliàs transfigurationem, aliàs sensum inferis dando, F & manes colendo, deumque faciendo, qui iam etiam homo esse desierit. Ceu verò vllo modo spirandi ratio hominis à cæteris animalibus distet, aut non diuturniora in vita multa reperiantur, quibus nemo similem diuinat immortalitatem. Quòd autem corpus animæ per se sequitur materiam, vbi cogitatio illi? quomodo visus? auditus? aut qui tangit? qui vsus eius? aut quod sine his bonum? quæ deinde sedes? quantáve multitudo tot seculis animarum, velut vmbrarum? Puerilium ista delinimentorum, auidæque nunquam desinere, mortalitatis commenta sunt. Quam opinionem falsam esse docuit Pherecy- G des Syrus, qui primus dixit, animos hominum esse sempiternos. Hoc etiam discipulus eius Pythagoras maximè confirmauit, vt docet Cicero in primo Tusculanarum quæstionum, & Plato in Alcibiade, ac etiam in libro de anima.

Nam si morte carens vacuas volat altus in auras Spiritus] Hoc Pythagoras apud Ouidiū in Metamorph. apertius ita do- H cet: O genus attonitum gelidæ formidine mortis, Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana timetis? Materiam vatum, falsíque pericula mundi? Corpora siue rogus flamma, seu tabe vetustas Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis. Morte carent animæ, sempérque priore relicta Sede, nouis domibus viuunt, habitántque receptæ. Ipse ego (nam I memini) Troiani tempore belli Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam Cognoui clypeum lææ gestamina nostræ Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis. Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus Spiritus, éque feris humana in corpora transit: Inque feras noster, nec tempore deperit K vllo. Vtque nouis facilis signatur cera figuris, Nec manet vt fuerat, nec formam seruat eandem, Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem Esse, sed in varias doceo migrare figuras. Docet etiam Plato lib. x. de Repub. quomodo singulæ animæ vitas singulas eligebant, electionémque fieri solitam secundum vitæ prioris consuetudinem: Ani- L mam enim, inquit, quæ olim Orphei fuerat, vidisse cygni vitam odio muliebris generis eligentem, nolentem videlicet ex mulieribus, à quibus occisus fuerat, nasci. Thamyris verò Philomelæ, cygnum etiam conspexisse ad humanæ vitæ electionem conuersum: aliquam verò ex sortibus, leonis degisse vitam. Hanc verò Aiacis Telamonij fuisse dicebat fieri hominem recusantem, dum armorum iudicium olim datum mente reuolueret. Post hanc Agamemnonis animam propter ærumnas odio humani generis vitam aquilæ asciuisse: Atalantis autem animam, cui media quædam sors contigerat, intuitam dixit, quàm maximis honoribus vir certator afficiatur, continere se non potuisse, quin vitam certatoris eligeret: Animam deinde Epei Panopeensis ad artifi-

A crosæ mulieris naturam protinus aduentasse: longè verò ioter ocissimas ridiculosi Thersitis animam induisse. Et paulo pòst id etiam subiungit: Ex feris, item aliis in homines transire animas asserebat, & inuicem commutari: iniustas quidem in feras agrestes, iustas autem mansuetorum animalium vitam capessere: atque omnes huiuc in modum confici mistiones. De Pythagora multa etiam Gell. lib. 4. sed plura Diogenes in eius vita. *Morte carens*) immortalis. *Volat in vacuas auras*) à corpore diuulsus aëra petit. *Et docta Samij senis*) & ea quæ dicit Pythagoras Samius, quòd animæ e corporibus recedentes, primò peterent aëra, deinde in alia corpora transirent. Samium autem appellat Pythagoram, quoniam Samum patriam habuit, vt docet Apuleius libro tertio Floridorum. *Sunt rata*) sunt firma. *Vmbra Romana*) anima Romani hominis, & Ouidij. *Vagabitur*) B errabit. *Per feros manes*) inter feras animas Sarmatarum. Virgilius: Pérque duas in morem fluminis arctos. Manes autem (autore Seruio) sunt animæ illo tempore, quo de aliis recedentes corporibus nondum in alia transierunt. Sunt autem noxiæ, & dicuntur per antiphrasim. nam Manum bonum est, vnde etiam & Mane dicunt. Alij Manes à manando dictos putant. Nam animabus plena sunt loca inter lunarem & terrenum circulum, vnde defluunt. Quidam Manes deos infernales tradunt. De manibus plura aliàs. *Semper erit hospita*) semper erit peregrina: quoniam nunquam discedet è Scythica regione, quemadmodum corpus. *Eram mortuus*) eram defunctus. *Non ero exul*) non videbor exulare. *Non vetat hoc quisquam*) nemo sepulturæ officium negat. *Fratrem Thebana peremptum Supposuit tumulo rege vetante soror.* Antigonem designat, OEdipodis Thebarum regis filiam, quæ fratrem Eteoclem sepeliuit, quanuis Creontes rex Thebarum eos qui in bello Thebano perierant insepultos iacere voluisset, vt elegantissimè cecinit Papinius in vltimo Thebaidos libro. *Et amomo puluere misce.*) Amomum (vt scribit Dioscorides) est genus G herbæ odoratissimæ, cuius frutex similis est botruo, in circuitu cuiuslibet arboris nascens, ramulos habens siccos, & duros, virgultis assimiles, coloris subrufi, circa quos habet folia copiosa, ex thyrso botruoso semen redolens, & sibi connexum florem album, veluti violæ folia, similia bryoniæ. Bryonia autem vitis alba est. Triplex autem est amomum: Armenicum, quod cæteris præstat, fului coloris: secundum Medicum, tertium Ponticum. Capitur autem (autore Plinio) cum radice manipulatim, leuiter componitur, protinus fragile. Laudatur quam maximè punici mali foliis simile, nec rugosis, colore rufo. Secunda bonitas est pallido, herbaceum peius: pessimum candidum, quod vetustate euenit. *Crede*) conde. Legitur H etiam, pone.

MAR. *Quisquis amasti*) quisquis deperiisti puellam aliquam. *Feralia munera*) inferias dicit. Quo- C modo autē inferiæ mortuis fierent, & quomodo in his vterentur coronis, docet Ouidius lib. 2. Fastorum his versibus: Parua petunt manes, pietas pro diuite grata est Munere: non auidos Styx habet vnda deos. Tegula porrectis satis est velata coronis, Et sparsæ fruges, paruaque mica salis Inque mero mollita ceres, violæque solutæ. Hæc habeat media testa relicta via. D Nec maiora veto, sed & his placabilis vmbra est: Adde preces positis & sua verba focis. Hunc morem Æneas pietatis idoneus autor, Attulit in terras iuste Latine tuas Ille patris genio solennia dona ferebat, Hinc populi ritus edidicere pios. *Et amomo puluere misce*) Quæ hic à Merula citantur, verbis Dioscoridis per omnia haudquaquam respondent. Quare Græca illius subiicere hoc libuit, perinde vt habentur lib. 1. cap. 14. [illegible] inquit ille, [illegible] I &c. Hoc est, Amomū frutex est, perinde vt botrus in seipsum conuolutus. Habet autē & florem quendam paruum, violæ albæ similem: folia bryoniæ similia. Optimum est Armenium, aurum colore imitans, habensque lignum subrufum, abundè odoratum.

At tibi, qui transis, ne sit graue quisquis amasti,
Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.
Hoc satis in tumulo est: etenim maiora libelli,
Et diuturna magis sunt monimenta mei.
Quos ego confido, quamuis nocuere, daturos
Nomen, & autori tempora longa suo.
Tu tamen extincto feralia munera semper,
Déque tuis lacrymis humida serta dato:
Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis,
Sentiet officium mœsta fauilla pium.
Scribere plura libet, sed vox mihi fessa loquendo
Dictandi vires, siccáque lingua negat.
Accipe supremo dictum mihi forsitan ore,
Quod, tibi qui mittit, non habet ille, vale.

IN QVARTAM ELEGIAM ENARRATIO.

MAR. O *mihi chare quidem*) Amicum charissimum, quem propter Augustum non audet nominare, poëta admonet, vt magna atria & potentes fugiat: qui quanuis possint plurimum prodesse, non prosunt: sed potius nocent. quod non E vt ab Ouidio, sed ab Apollinis oraculo dictum, in memoria semper habendum censeo. Laudat deinde amici fidē, quam sibi in aduersis rebus nūquam defuisse cognouit: simúlque enumerat exilij sui incōmoda: inter quæ in primis ponit amicorum absentiam: quos, quamuis locorum interualla multum distet, se tamen amare dicit. rogat eos postremò, vt quam F possunt illi opem ferant. *Tempore duro*) rebus meis aduersis, in quibus vera amicitia potissimùm cognoscitur. *Vsibus*) experientia. *Viue tibi*) tecum habita. *Præalustria*) præclara atria. *Demissa antenna*) deducta antenna. *Plus timoris*) maiorem formidinem. *Paruis*) modicis scilicet velis, & manus latis. *Aspicis, vt summa*) Leuis cor- K tex solet in summa aqua natare, nec mergi: quia eum nullū detrahit pondus: at retia magno plumbi pondere mergi solent. Per corticem autem leuem, & retia, homines tenues: per plumbum verò, potentes designat: qui ve plumbum grauiore casu clientes præcipites trahunt quò volunt. *Leuis aura*) leuia & paruus ventus, per quem mediocri- L tatem suam designat, & comparis fortunæ hominum cōsuetudinem, qua vsus fuit, antequam Augusti gratiam iniret. *Qui cadit in plano*) qui in planitie aliqua decidit: id est, qui a mediocris & eiusdem conditionis hominibus damno, aut iniuria afficitur. *At miser Elpenor*) Elpenor apud Circen ebrius, dum sociorum strepitus abeuntium audit, & abire properat, pronus è longis lapsus scalis, collum fregit.

ELEGIA IIII.

O mihi chare quidem semper, sed tempore duro
Cognite, res postquam procubuere meæ.
Vsibus edocto si quidquam credis amico,
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Viue tibi, quantúmque potes prælustria vita,
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.
Nam quanquam soli possunt prodesse potentes,
Non prosunt, potius plurimùm obesse solent.
Effugit hybernas demissa antenna procellas,
Latáque plus paruis vela timoris habent.
Aspicis, vt summa cortex leuis innatat vnda,
Cum graue nexa simul retia mergat onus?
His ego si monitis monitus priùs ipse fuissem,
In qua debebam, forsitan vrbe forem.
Dum tecum vixi, dum me leuis aura ferebat,
Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas,
Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit ipsum,
Sic cadit, vt tacta surgere possit humo.
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto,

A quod ipse apud inferos sciscitanti Vlyssi refert, precatúrque cum ne se dimittat insepultũ: vt in Odyssea scribit Homer. Ouid. Néve gradus adeas Elpenore cautius altos, Vimq; feras vini quo iulit ille modo.

Occurrit regi flebilis vmbra suo.
Quid fuit, vt tutas agitaret Dædalus alas?
Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quòd hic altè, demißius ille volabat,
Nam pennas ambo non habuere suas.
Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.
Non foret Eumedes orbus, si filius eius
Stultus Achilleos non adamasset equos.
Nec natum in flamma vidisset, in arbore natas,
Cepisset genitor si Phaethonta Merops.
Tu quoque formida nimium sublimia semper,
Propositique precor contrahe vela tui.
Nam pede inoffenso spacium procurrere vitæ
Dignus es, & fato candidiore frui.
Quod pro te vt voueam, miti pietate mereris,
Hæsuráque mihi tempus in omne fide.
Vidi ego te tali vultu mea fata gementem,
Qualem credibile est ore fuisse meo.
Nostra tuas vidi lacrymas super ora cadentes,
Tempore quas vno, fidáque verba dabas.
Nunc quoque summotum studio defendis amicum,
Et mala vix vlla parte leuanda leuas.
Viue sine inuidia, molléſque inglorius annos
Exige, amicitias & tibi iunge pares.
Nasonísque tui, quod adhuc non exulat, vnum
Nomen ama, Scythicus cætera pontus habet.
Proxima sideribus tellus Erymanthidos vrsæ
Me tenet: astricto terra perusta gelu.
Bosporus, & Tanais superant, Scythiæq; paludes,
Vixque satis noti nomina pauca loci.
Vlterius nil est, nisi non habitabile frigus.
Heu quàm vicina est vltima terra mihi.
At longè patria est, longè est charißima coniunx,
Quicquid & hæc nobis post duo dulce fuit.
Sic tamen hæc absunt, vt, quæ contingere non est
*Corpore * sunt animo cuncta videnda meo.*
Ante oculos errat domus, vrbs, & forma locorum,
Accedúntque suis singula facta locis.
Coniugis ante oculos, sicut præsentis, imago,
Illa meos casus aggrauat, illa leuat.
Aggrauat hæc, quòd abest: leuat hæc, quòd præstat amorem,
Impositúmque sibi firma tuetur onus.
Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici,
Dicere quos cupio nomine quemque suo.
Sed timor officium cautus compescit, & ipsos
In nostro poni carmine nolle puto.

MER. *Quid fuit*) quæ causa fecit. *Vt tutas agitaret Dædalus alas*) vt Dædalus tutò volaret, Icarus verò ceciderit. Fabulã narrat Diodorus, & Ouid. lib. 8. Met. *Signet aquas*) mari Icario nomen imponat. *Hic al*) Icarũ intelligit: qui, quũ altius volaret, solis æstu cera liquefacta, laxatisq; alarũ iũcturis, in mare decidit. *Demißius ille volabat*) depressius Dædalus iter tenebat, qui prope mare delatus, alis sæpius madefactis, in Siciliã peruenit incolumis, vt scribit Diodorus. *Bene qui latuit, bene vixit*) quicunque humili fortuna contentus latuit, tutus vixit. *Et intra fortunam debet*) Et subaudi, crede mihi. *Non foret Eumedes orbus*) Legendum est Eumedes. Dolonam autem designat, Eumedis filium. Vergilius in 12. Æneid. Parte alia media Eumedes in prælia fertur, Antiqui proles belli præclara Dolonis, Nomine auum referens, &c. Hic (vt lib. 10. Iliad. scribit Hom.) missus speculator ad Græcorum castra pactus pro remuneratione Achillis equos, in Diomedem & Vlyssem incidit, qui speculatum quoque ierant ad Troianos. illis promissa ei impunitate, Troianorum consilia ab eo didicere. inter cætera facti certiores de aduentu Rhesi, Dolonem interficiunt: Thracũ castra aggrediuntur. equi inde abducti sunt. *Non foret orbus*) non foret priuatus Dolone filio. *Nec natum in flamma*) Phaethonta intelligit, de quo diximus suprà. Dictus est autẽ Phaethon à luce ardoris sui, vt scribit Seru. E φαέθω enim lucidum significat. Ab irato enim Ioue fulmine ictus, in Padum cecidit, qui ab eo Eridanus Græcè dicitur, vt Plinius docet: Phaethon enim primò Eridanus dicebatur. Illud notãdum, Eridanũ fluuiũ duplicẽ esse: alterũ in Italia, alterũ qui in Ilissum labitur. de quo ita scribit Pausanias. Fluuij Athenis labuntur Ilissus, & qui in eum immittitur, Eridanus, Gallico Eridano cognominis. Quam rem etiam ita videtur Strabo lib. 9. significare: Sicut in fluuiorum aggregatione ridere Callimachus se inquit, si quis scribere audeat, Athenienses virgines purum Eridani haurire liquorem, à quo etiam pecudes abstinere solent. Et Ouidius in 1. Metam. ita cecinit, Eridanúsque senex. vbi quidam Apidanum, pro Eridano, falsò legendum putant, deprauantes potius carmen, quàm corrigentes, cùm etiam in omnibus exemplaribus semper hactenus ita lectum sit, vt diximus. Quare qui Apidanum legendum putarunt, hoc decepti sunt, quòd vnum tãtùm Eridanum in Italia fuisse crediderẽt: quum alter etiam Athenis olim labens prius quàm Padus G cognominatus fuerit Eridanus, ad cuius differẽtiam Ouid. illum senem appellauit. {Phaëthon, dictus est à verbo φαέθω, quod idem quod luceo, siue splendeo significat. Estque participiale nomen, vt & Phaetusa. De Eridani lectione autem quid alij sentiant, vide Comment in 1. Metam.} *In arbore natas*) Heliades accipe, quæ in populos mutatæ sunt, vt notũ est H ex secũdo Ouidij Metam. *Genitor Merops*) Meropa Clymenes maritus, & Phaethontis pater putatiuus. *Contrahe vela*) cohibe desiderium. Est autem à nauigantibus sumpta Metaphora. qui aliquò enauigaturi, mutata postea sententia, vela contrahunt. *Fuisse.* Subaudi, me. *Tempore quas vno*) Ordo est: Quas, & fida verba, dabas vno tempore. *Studio*) fa- I uore. *Amicitias & tibi iunge pares*) Hoc etiam scribit Curtius libro sexto his verbis: Nam & firmissima inter pares est amicitia. *Quod adhuc non exulat*) cuius fama adhuc non potuit exulare. *Scythicum pontus*) mare Euxinum, quod Scythiam alluit. *Astricto gelu*) De humili rigore Ponti diximus suprà. *Cætera*) omnia alia præter famam. Designat au- K tem inter cætera corpus ipsum. *Vrsa Erymanthidos*) vrsæ Arcadicæ, ab Erymantho monte in finibus Arcadiæ, per quem vrsam maiorem significat. *Bosporus.* Cimmerium Bosporum accipe, non Thracium: de quo diximus suprà. Committitur autem paludi, quam Mæotidem appellamus. Cimmerius autem appellatur, à Cimmerio oppido Scythiæ, quod a- L lio nomine Cerberion vocabatur, vt Plinius meminit in 5. Strabo verò Cimmerium Bosporum dictum putat, quasi Cimbricum, à Cimbris, quòd incertis errabundi sedibus, vsque ad Mæotim paludem militiam agitarunt. Hinc Lactantius mentem tenebris Cimmeriis atriorem dixit, quoniam ea ora obscura est. Tibull. Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras, Quis nunquam candente dies apparuit ortu, Seu supra terras Phœbus seu curreret infra. Hom. Illis sol nunquam Phaethon sua lumina spargit, Perniciosa super nox semper tenditur istis. Et Ouid. in 11. Metam. Quò nunquam radiis oriens vel cadens vel Phœbus adire potest: nebulæ caligine mistæ Exhalãtur humo, dubiæque crepuscula noctis. *Et Te-*

nais) Tanais à septentrione, ad meridiē vergens, in mediam ferè Mæotida defluit, & Europ ab Asia diuidit, vt Curt. docet. Luc. Asiæ quoque terminus idem, Europæ mediæ dirimens confinia terræ: Nunc huc nunc illuc qua flectitur ampliat vrbem. *Sic tamen hac absunt*) Ordo est: Tamen hæc sic absunt, vt cuncta quæ non est cōtingere corpore, sint videnda meo animo. Hæc tamē inquit, quibus careo, ita à me semota sunt, vt ea quæ non possum corpore contingere, animo complectar. *Aggrauat*) graues facit, quum considero me non posse frui eius præsentia. *Illa leuat*) eadem vxor exonerat molestiam, quum eius erga me amor & fides occurrit. *Onus sibi impositum*) vel mariti absentiam, vel certè nuus impetrādi reditum ab Augusto. *Vos quoque pectoribus*) Aliud eius incommodum, hoc est amicorum absentiam, commemorat.

Propositique preces contrahe vela tui) Est hæc quidem metaphora, & à nautis sumpta, sed nō significat mutationē consilij, vt Merula exponit, sed moderationem. vt sit sensus: Moderata propone tibi, ac tempera cupiditatibus tuis, ne, dum altiora conaris, in periculū incidas. Tunc autem contrahūt vela nautæ, non cùm retrò cursum flectūt, aut in diuersum nauigant, sed cùm cursus inhibent, ac moderantur. MICYL.

Antè volebatis, gratique erat instar amoris,
Versibus in nostris nomina vestra legi.
Quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemq;
Alloquar, & nulli causa timoris ero.
Nec meus indicio latitantes versus amicos
Protrahet, occultè siquis amauit, amet.
Scite tamen, quamuis longa regione remotus
Absim, vos animo semper adesse meo.
Et qua quisque potest, oro, mala nostra leuate,
Fidam proiecto nē ve negate manum.
Prospera sic maneat vobis fortuna, nec vnquam
Contacti simili sorte rogetis idem.

Est anceps) est ambiguū, an velitis nominari in meis versibus. Vel certè est dubium & periculosum, vos nominare. *Protrahet*) in longum trahet, & posteris notum faciet. *Si quis amauit occultè*) si quis me clàm dilexit. Imò, si quis me antè amauit, is nunc occultè amet ac tacitè, vitādi periculi causa. *Contacti simili sorte*) perculsi eiusmodi infortunio quali ego sum. *Rogetis idem*) idē precemini quod ego.

IN QVINTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA V.

VSus amicitia tecum mihi paruus, vt illam
Non agrè posses dissimulare, fuit.
Ni me complexus vinclis propioribus esses,
Naue mea vento forsan eunte suo.
Vt cecidi, cunctique metu fugere ruinam,
Versáque amicitiæ terga dedere meæ.
Ausus es igne Iouis percussum tangere corpus,
Et deploratæ limen adire domus.
Idque recens præstas, nec longo cognitus vsu,
Quod veterum misero vix duo trésue mihi.
Vidi ego confusos vultus, visósque notaui,
Osque madens fletu, pallidiúsque meo.
Et lacrymas cernens in singula verba cadentes:
Ore meo lacrymas, auribus illa, bibi.
Brachiáque excepi presso pendentia collo,
Et singultantis oscula mista sonis.
Sum quoque Care tuis defensus viribus absens,
Scis Carum veri nominis esse loco.
Multáque præterea manifesti signa fauoris
Pectoribus teneo non abitura meis.
Dij tibi posse tuos tribuant defendere semper,
Quos in materia prosperiore iuues.
Si tamen interea quid in his ego perditus oris,
Quod te credibile est quærere, quæris agam.
Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli,
Tristia leniri numina posse Dei.
Seu temerè expecto, siue hoc contingere fas est,
Tu mihi quod cupio fas precor esse proba.
Quaque tibi est linguæ facundia, confer in illud,
Vt doceas votum posse valere meum.
Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cùm iacet hostis, habet.

MER. *VSus amicitiæ tecum*] Amici fidem perspectam & cognitam, in aduersis præcipuè rebus, laudat Ouidius, quam dicit nunquam abituram ex eius animo: precatúrque deos, vt ei tribuant in posterum amicos, quos in secundis rebus possit iuuare. Demū fatetur se aliqua exigua spe, vt aliquando Augustus mitior fiat, & magis placidū tribuat exiliū. *Vsus amicitiæ*] consuetudo necessitudinis. *Fuit paruus mihi tecū*) fuit rarus mihi tecum: quia rarò vtebar consuetudine tua. *Vt illam non agrè posses dissimulare*] vt posses illam facilè celare, & ostendere te non fuisse mihi amicum. *Ni me complexus*] nisi me vehementer amasses fœliciori mea fortuna, quamuis parua mihi tecum esset consuetudo. *Igne Iouis*] Augusti ira. *Et adire limen*] & domum meam accedere. *Idque recens præstas*] in præsentia quoque idem facis. *Veterum*] subaudi amicorum. *Mihi misero*] scilicet præstitere. *Confusos vultus*] vultus perturbatos.

Seu Charum veri nominis esse loco] Quia Charū illum appellaucrat, ostendit in eius vi verbi verum amoris nomen designari: χάρις enim gratiam significat & amorem. Vnde Cicero libro primo de Natura deorum ita scribit: Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est deductum. *Proba*] affirma. *Meum votum*] meū desiderium: vt reddatur mitior Augustus.

Quo quisque est maior] Augustum placari posse arguit. *Magis est placabilis ira*] Iram esse scribit Aristoteles cupiditatem doloris reponendi, quam Ouidius inquit animum magnum & bene institutum abiicere. nec enim (vt ait Seneca) quicquam magnum est, nisi quod simul & placidum. & idem: Irasci pro suis, non est pij animi, sed infirmi. Ira autem distat ab iracundia, vt ebrius ab ebrioso, & timens à timido. Iratus potest non esse iracundus. Iracundus non potest aliquando iratus non esse.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni] Exemplo leonis docet magnum animum facile iram ponere. Scribit enim Plinius, leoni tantum ex feris clementiam in supplices, siquidem prostratis parcit.

At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcunque minor nobilitate fera est.
Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanij lacrymas non tulit ille senis.
Quæ ducis Emathij fuerit clementia, Pharos,
Præclarique docent funeris exequiæ.
Néve hominum referam flexas ad mitius iras,
Iunonis gener est, qui prius hostis erat.
Denique non possum nullam sperare salutem,
Cùm non sit pœna causa cruenta mea.
Non mihi quærenti pessundare cuncta, petitum
Cæsareum caput est, quod caput orbis erat.

MER. *Dardanij senis*] Priami petentis ab Achillo Hectoris cadauer: vt in Iliade scribit Homerus. *Quæ ducis Emathij*] Alexandrum Macedonem dicit. Macedonia enim antè à nomine Emathionis regis, cuius prima virtutis experimenta in illis locis extitere, Emathia cognominata est: autore Iustino ac Gellio.

Pharos) Pharon insulam paulum supra Canopeum ostium pro Alexandria ponit, quam ille in Ægypto condidit ad ipsius insulæ similitudinẽ, vt docet Plutarchus: ad quẽ locũ eius etiam corpus detulit Ptolemæus Lagi filius, quod Perdiccæ abstulit, fuitque repositum in aluco aureo. Sed Coccas, cui cognomento fuit Ptolemæus, ablato aureo loculo, vitreum reposuit. autor Strabo. Scribit etiam Curtius, corpus Alexandri à Ptolemæo, cui Ægyptus cesserat, Memphim, & inde paucis pòst annis Alexandriam translatum esse. De Pharo ita scribit Strabo libro decimoseptimo: Pharos insula quædam est oblonga, opposita Alexandriæ, quæ continenti adiacet, bicipitem ad eam portum faciens. Nam quum littorea regio sit sinuosa, duo promontoria in mare emittit, inter quæ insula iacet, quæ portum claudit. Est ibi petra quædam mari circumdata, quæ turrim habet multis tabulatis excelsam, & albo lapide mirificè structam, eodem nomine quo insula. Eam Sostratus Gnidius regum amicus posuit ob nauigantium salutem, vt epigramma declarat. Nam quum ora ex vtraque parte importuosa & humilis esset, & cautes & breuia haberet, signũ aliquod necessarium fuit altum & clarum, quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Pharos à priscis dictas [aiunt] turres machinásve in portubus ad prælucendi ministerium, nocturnósque nautarum cursus dirigendos fabricatas: sicut iam tales pluribus locis, inquit Plinius, flagrant, vt Rauennæ. Talis Pharos fuit quoque Capreis tempore Tiberij: ea concidens, portendit mortem Tiberij. Sunt qui scribant Pharon à Græcis Latinísque iuxta appellari ex ipsius rei vsu, eo quòd longè videatur à nauigantibus, tanquam φανὸς, quod significat lucidum. Solinus scribit, Ægyptios in portubus machinas ad prælucendi ministerium fabricatas, Pharos dicere. Pharos autem insula sic cognominata fuit à magistro nauis Menelai, cui id nomen fuit, ibidem ab aspide interempto, & sepulto, vt Anticlides scripsit. Ea olim insula fuit, postea Alexandriæ ponte coniuncta, vt scribit Plinius, dicente Lucano: Insula quondam In medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos, at nunc est Pellæis proxima muris. Cæsar etiam in Commentariis ita scribit: Pharus est in insula turris magna altitudine, mirificis operibus extructa, quæ nomen ab insula accepit, hæc insula obiecta Alexandriæ, portum efficit: sed à superioribus regionibus in longitudinem passuum nongentorum in mare iactis molibus angusto itinere & ponte cum oppido coniungitur. *Præclarique docent funeris exequiæ*) Alexandri clementiæ in hostes testis locupletissima fuit Alexandria, vbi conditum fuit eius cadauer, cui parentauit Ptolomæus. quam tẽ hic per exequias designat Ouidius, ex quo designat, Alexandrũ quoq; iram posuisse, & clemẽtia vsum in omnes: quod est generosæ mentis peculiare. cuius rei Pharon testem esse dicit, propterea quòd ob regis clementiam eius cadauer ita honorificè seruatum fuit. De Alexandri corpore ita scribit Strabo: Circuitus quidam est Alexandriæ, in quo regum sepulturæ, & Alexandri erat. Nam Ptolemæus Lagi filius Alexandri corpus Perdiccæ abstulit, quum id ex Babylone deferret, atque huc diuerteret, auaritia tractus, vt Ægyptum sibi vendicaret: periit ille à militibus interemptus. Nam quum Ptolemæus aduentasset, eum in insula deserta inclusit, vbi sarissis confossus est. Alexandri corpus Ptolemæus Alexandriam detulit, eique parentauit. Potes etiam per exequias intelligere mœrorem gentium deuictarum ab eo post mortẽ, idq; ob eius clementiam. Nam (vt scribit Iustinus) omnes barbaræ gentes paulo antè deuictæ, non vt hostem eum, sed vt parentem luxerunt. Quin ipsa quoque Darij mater mortem sibiipsa consciuit: vel, vt alij malunt, inedia periit. Per Pharon igitur, Alexandriæ & Ægypti: per exequias verò, cæterorum dolorem designat. Superior sententia magis placet. De clementia Alexandri in deuictos, & morte, ac ploratu, lamentísque & planctibus variarum gentium, legito Curtium & Iustinum. De veneni verò vi quod ei datum ferunt, idem Curtius, Iustinus, Vitruuius libro 8. Herodotus & Plutarchus abundè scripsere.

Ad mitius] ad magis mitem animum. *Iunonis gener est*] Herculem dicit, qui Heben Iunonis filiam vxorem duxit, dicente Seneca poeta in Octauia: Deus Alcides possidet Heben, Nec Iunonis iam timet iras, Cuius gener est, qui fuit hostis. Dixi autem Senecam poetam, quoniam Senecæ duo fuerunt: alter philosophus, Neronis præceptor: alter verò tragœdiarum scriptor. quod apertissime declarat Sidonius poeta his versibus: Non quod Corduba præpotens alumnis Facundum ciet, hic putes legendum: Quorum vnus colit hispidum Platona, Incassúmque suum monet Neronem: Orchestram quatit alter Euripidis Pictum fœtibus Æschylum sequutus. Et Martialis: Duósque Senecas, vnicúmque Lucanum Facunda loquitur Corduba. Quare corrigendus est error eorum qui putant vnum tantùm Senecam fuisse, poetam pariter & philosophum, ac Neronis præceptorem. Sanè Hebe (vt in Odyssea scribit Homerus) filia fuit Iouis & Iunonis. Alij verò solius Iunonis, quæ in conuiuio Apollinis lactucas agrestes comedit: & facta illico grauida, ex eo conceptu Heben peperit: quæ quia formosa erat, Ioui pocula ministrabat, vt in quarto Iliados docet Homerus. Postremò Herculi in Oeta monte mortalitate exuta, in numerum deorum assumpto, coniunx data est. Heben autem scribit Seruius esse iuuentutis deam.

Non sit cruenta] non sit capitalis, aut cæde alicuius aspersa. *Mihi quærenti pessundare cuncta*] mihi quærenti omnia meo imperio subiicere, & orbem inuadere.

Non est petitum] non sum impetu aut insidiis aggressus.

MICYL. *Nam mea vento forsan eunte suo*) Hoc est, quia tum fortassis nauis mea suo, id est, secundo vento ferebatur, eáque fortuna mea esset, vt à te, qui cum ipso consuetudinem tantam non habebam, impensius amaret. vt sit hæc ætiologia quædam ad superiora. *Seu charum veri nominis esse loco*] Hoc est, Intelligis te interea chari nomine, loco proprij nominis appellari, quando proprium tuum quod est, periculi causa ponere apertè non licet. Quod propterea à poeta additum videtur, ne quid ipse in nomine errasse videretur, quum & propriam quorundam charus esset. Nisi quis ita accipi idem hoc malit, vt is ipse ad quem scribitur, Charus dictus fuerit: & ne quid ipsius nominis positio illi noceret, hac figura Poetam esse vsum. Nam quæ Merula hic de etymologia Chari, & de χάριτι voce addit, superuacanea, adeóque ἀπροσδιόνυσα videntur.

Quæ ducis Emathij fuerit clementia Pharos) &c. Merula hunc locum de Alexandri Magni sepultura in Ægypto exponit: eóque & de honoribus defuncto exhibitis multa accumulat. Cæterùm quando hic de ducis clementia, qua ipse erga alios vsus fuerit, non qua alij erga ipsum, mentio fit: deinde Alexander circa Pharum, aut Alexandriam, neque ipse ab initio sepultus fuerit, neque alterius funus aut exequias peregisse traditur, probabile est, locum hunc vel de alio duce, vel de alio funere intelligendum esse. Ac quod ad ducem attinet, non video, quinam alius intelligi possit. Nisi si quis Cæsarem dictatorem accipiendum putet, qui cùm apud Pharum Ægypti, Pompeium, hostem suum, & à se deuictum, à satellitibus Ptolemæi interfectum comperisset, viso illius annulo, illacrymasse dicitur, iussisséque reliquias ac cineres illius conquiri, ac sepulturæ tradi. Hũc ergo Emathiũ dici, à cãpis Emathiæ, dixerit aliquis, in quibus pugna inter Põp. ac Cæsarem cõmissa fuit.

A præsertim quando & Lucanus eodem nomine illos vocet, in exordio Operis sui, ita dicens, Bella per Emathios plusquam ciuilia campos, Iúsque datum sceleri canimus, &c. Sed hoc nimis coactum & durum. At de Alexandro duce, alio autem quàm ipsius fuerit, intelligere placet. Licet ad funus & sepulturam hunc locum referre, quam ille Dario, à se quidem victo, insidiis autem & fraude suorum occiso, regio Persarum more celebrari concessit. De qua re Arrian. lib. 3. Diodorus & Plutarchus in vita illius meminere. Sed secundum hanc expositionem, pro Pharos, quæ vox in fine prioris versus est, Porus legendum fortasse fuerit. vt sit duplex exemplum clementiæ Alexandri, alterum Poro, alterum Dario exhibitum. Nam Porum, cùm & ipsum graui prælio superatum, captiuum abduxisset, postea non solum dimisit, sed & ampliore regno donauit, vt iisdem autoribus traditur. Pharos autem, siue hoc, siue illo modo expositio fiat, vtrobique incommodè legitur: propterea quòd ipsa dictio, longa priore, hoc loco ponitur: enim aliàs tam Græcis quàm Latinis, G eadem syllaba corripiatur, Græcè autem etiam acuto tono notetur: vt apud Stephanum & Suidam. Nisi si cui placeat ectasin fieri, vt in [Greek], & similibus. Porus autem nihil incommodi habebit, cùm & apud Arrianum & Suidam [Greek] scribatur.

Non aliquid dixi, violentáque lingua locuta est,
Lapsáve sunt nimio verba profana mero.
Inscia quòd crimen viderunt lumina, plector:
Peccatúmque oculos est habuisse meos.
Non equidem totam possum defendere culpam,
Sed partem nostri criminis error habet.
Spes igitur superest, facturum vt molliat ipse
Mutati pœnam conditione loci.
Hoc vtinam nitidi solis prænuncius ortus
Afferat admisso Lucifer albus equo.

Mer. B *Non aliquid dixi*] non aliquid locutus sum, quod imperatorem offenderet. *Violenta*] minãs vim aliquam. *Verba profana*] verba non sancta. Plautus: Sanctum an profanum habens, parumpenditur. Profanum autem (vt est autor Macrob.) omnes penè consentiunt id esse, quod extra fanaticam causam sit: quasi porrò à fano & religione secretum. cuius significatus exemplum consecutus est Maro, cum de C luco & aditu inferorum sacro vtroque loqueretur, dicens: Procul ô procul este profani, Conclamat vates, totóque absistite luco. & Liuius lib. 9. Interea dedice inquit, profanos nos quos salua religione potestis. Trebatius id profanum propriè dici ait, quod ex religioso & sacro in hominum vsum proprietatémque conuersum est. Vergilius: Faune precor miserere, inquit, túque optima ferrum Terra tene, colui vestros si semper honores, Quos contrà Æneadæ bello fecere profanos. Dixerat enim prius: Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant. Profanum scribit Pompeius id dici, quod fani religione non tenetur. Varro ait profanum id esse, quod est ante fanum, coniunctum fano. *Hinc profanatum*] quod in sacrario factum. *Nimio mero*] nã nimiũ vinum cogit plerunque secreta detegere, & linguam proteruam fieri: quod Gallo poetæ euenisse arbitratus est Ouidius, vt diximus. De violentiæ & ebrietatis incommodis lege Horatium in ode 18. H *Plector*] cruciot. Ecce quomodo hic etiam Ouidius ostendit se aliquid vidisse, cuius causa in exilium eiectus est. *Peccatúmque oculos*] Ordo est: Peccatum meum est, me habuisse oculos: hoc est, vidisse. *Totam culpam*] rem omnem vt se habuit. nam Augustum offenderem. vel certè dicit, prorsus non possum absolui, quòd ea viderim quæ non videnda erant. *Sed error habet partem nostri criminis*] sed pars criminis mei, errori & imprudentiæ ascribenda est, quòd per errorem potius, quàm de industria ea viderim, quæ non videnda erant. *Facturum*) te daturum operam. I *Vt molliat ipse*] vt ipse Augustus mollem & mitem faciat. *Mutati loci*] mutati exilij. *Hoc*) vt pœna minuetur. *Admisso equo*] celeri equo.

D

IN SEXTAM ELEGIAM ENARRATIO.

Foedus amicitiæ) Hac etiam elegia amici fidem laudat Ouidius, quam eum etiam si velit, minimè dissimulare posse ostendit: cuius consilio si vsus fuisset, fatetur se incolumem semper esse potuisse. Demum illum precatur, vt ei Augustum mitiorem reddat, quo is sibi exilij locum mutet: quandoquidem nulli sceleri se obnoxium E esse sciat.

ELEGIA VI.

FOedus amicitiæ non vis charissime nostræ,
Nec, si fortè velis, dissimulare potes.
Donec enim licuit, nec te mihi charior alter,
Nec tibi me tota iunctior vrbe fuit.
Isque erat vsque adeò populo testatus, vt esset
Penè magis quàm tu, quámque ego notus amor.
Quique est in charis animi tibi candor amicis,
Cognitus est illi, quem colis ipse, viro.
Nil ita celabas, vt non ego conscius essem,
Pectoribúsque dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabam secreti quicquid habebam:
Excepto, quod me perdidit, vnus eras.
Id quoque si scisses, saluo fruerere sodali,
Consilióque forem sospes amice tuo.
Sed mea me in pœnam nimirum fata trahebant,
Omne bona claudunt vtilitatis iter.
Siue malum potui tamen hoc vitare cauendo,
Seu ratio fatum vincere nulla valet,

Fœdus amicitiæ] Ordo est: O charissime, non vis dissimulare fœdus nostræ amicitiæ: nec potes dissimulare, etiamsi fortè velis. *Testatus populo*] probatus populo. *Vt esset penè magis quàm tu quámque ego notus*] vt amor noster esset notior populo Romano, quàm tu aut ego. *Quique est in charis*] ille candor & F fides, inquit, animi tui, quo candore amicos prosequeris. *Quem colis ipse*] quem suspicis & veneraris. Fortasse Augustum designat. Vel certè, omnino amicum aliquem denotat, suppresso nomine. *Cuique ego narrabam*) Ordo est: Et tu vnus eras cui ego narrabam quicquid secreti habebam, excepto illo quod me perdidit. *Id quoque si scisses*] si etiam quod me perdidit intellexisses. K *Saluo sodali*] sodali incolumi, & non exule. *Consilio tuo*] tuis monitis. nam mihi rectè consuluisses. *Malum*] quod mihi euenit. Est autem sensus: Siue fata possunt euitari ratione, siue non possunt: te tamen precor vt sis memor mei. *Cauendo*) mihi prospiciendo. *Seu ratio fatum*] Ex L Stoicorum sententia, Fatum esse ineuitabile dicit. Quam rem etiam expressit Curtius libro quinto his verbis: Eludant videlicet, quibus fortè ac temerè negotia humana volui, agique persuasum est: equidem æterna constitutione crediderim, necúque causarum latentium, & multo antè destinata-

A rum suum quemque ordinem immutabili lege percurre-re. Et libro quarto,(vt opinor) fatum inemtabile est. Et Herodotus libro nono: Quicquid ex deo fieri oportet, id homini incuitabile est. De vi autem, & fati necessitate, & quomodo fatum diffinierit Chrysippus, docet Gell. lib 6. Plura etiam Cicero scribit in libro de Fato,& primo de Diuinatione etiam hæc: Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatum autem appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriémque causarum, quum causa causam ex se gignat: ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Hanc sententiam refellit Eusebius de Præparatione Euangel. lib 6.

Tu tamen ô nobis vsu iunctißime longo
Pars desiderij maxima penè mei,
Sis memor,& si quas fecit tibi gratia vires,
Illas pro nobis experiare, rogo.
Numinis vt læsi fiat mansuetior ira:
Mutatóque minor sit mea pæna loco.
Idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro,
Principiúmque mei criminis error habet.
Nec breue, nec tutum est, quo sint mea dicere casu,
Lumina funesti conscia facta mali,
Ménsque reformidat, veluti sua vulnera, tempus
Illud,& admonitu fit nouus ipse dolor.
Et quæcunque adeò poßint afferre pudorem,
Illa tegi cæca condita nocte decet.
Nil igitur referam, nisi me peccasse, sed illo
Præmia peccato nulla petita mihi.
Stultitiámque meum crimen debere vocari,
Nomina si factis reddere vera velis.
Quæ si non ita sunt, alium, quo longius absim,
Quære (suburbana hæc sit mihi terra) locum.

MER. *Longo vsu*] longa consuetudine. *Sis me.*] mei te non capiat obliuio. *Et si quas fecit tibi gratia vires*] vel gratia imperatoris, vel certè Ouidij, vt sit sensus: Et si quid vales apud te gratia mea. *Numinis* B *læsi*] Augusti quem offendi. *Error*] imprudentia. *Nec breue*) nec res breuis, sed longa narratu. *Nec tutum est*) propter Augustum quem offenderem. *Funesti mali*] malè quod mihi suus & tristitiam attulit. *Tempus illud*] quo Augustum læsi. *Et admonitu fit nouus ipse dolor*] & recrudescit dolor recordatione ipsa. *Et quæcunque deo*) Augustum deum appellat. C *Possint aff. pudor.*] possint ignominia afficere. *Illa condita*], ea ignominiosa tecta & occulta. *Cæca nocte*) obscuris tenebris & perpetua taciturnitate. *Sed illo Præmia peccato* I *nulla petita mihi*] sed peccatum illud imprudenter admisi, non vt aliquid inde præmij voluerim referre. *Stultitiámque*] subaudi, referam. Stultus autem, imprudens est, & improuidus: multique non insipientes homines, aliquando stulte agunt.

Nomina si factis) si velis nomina rebus respondere. *Quæ si non ita sint*] si G quæ dixi, i. me per imprudentiam errasse, nõ sunt qualia à me dicta sunt. *Alium quo longius absim*) Ordo est: Quære alium locũ, quo longius absim: suburbana hæc sit mihi terra. *Quo longius absim*] quo in loco remotior etiam ab vrbe Roma, vel Tomitana exulem. *Suburbana hæc sit mihi terra*) non modò inquit ad longius proficiscar exilium, H sed etiam volo vt suburbana alicuius vrbis Scythiæ magis periculosa & hostibus exposita, quàm Tomos, ad maius supplicium, si non loquor vera, sint mihi exilium. Suburbanum autem significat non modò prædium, sed quicquid est in suburbanis. *Suburbana hæc sit mihi terra locum*] Hoc est, Tantum hinc a Tomis in vlteriorem Scythiam remouear, quantum nunc à Roma absum: Ita vt præsens locus, suburbanus, hoc est, Romæ subiectus ac proximus præ illius distantia, aut etiam barbarie, I videatur.

IN SEPTIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

MER. D VAde salutatum] Ad filiam Perillam scribens Ouid. primò fatetur se musis vacare, quàuis illæ sibi nocuerint: eámque hortatur, vt idem faciat, quo sibi immortalitatem cõparet. nam ea formæ elegãtia, inquit, quæ in ipsa erat, senectute & tempore vitiabitur. At ingenij dotes semper permanebunt. *Litera parata*] ô epistola scripta. *Sed sic*] sed viuere ita miserè. *Leuata*) esse imminuta: hoc est, dices etiam nostra mala tanto temporis interuallo minimè esse attenuata. *Et tamen reuerti ad musas*] & tamen dices me ad musas redise. *Cogere*] dices me etiam colligere. *In alternos pedes*] in dactylum & spondeum, ex quibus metra conficiuntur. Metrum E enim Græcè, Latinè numerus vocatur. Est autem numerus, æqualium pedũ legitima ordinatio. Carmen verò est modus vocibus inuectus, cuius discrimina cantus, modus, metus: autor Censorinus. Est autẽ pes (vt docet Diomedes) sublatio ac positio duarum aut triũ ampliúsne syllabarum spacio comprehẽsa. *Studiis communibus*] studiis poeticis. Est autẽ poetica (vt idẽ Diomed. docet) fictæ veræque narrationis cõgruenti rhythmo, vel pede, cõposita metrica structura, ad vtilitatem volu- F ptatémque accommodata. Rhythmus autem, est versus imago modulata, seruans numerum syllabarum, positionem sæpe sublationémque continens: is Latinè modus siue numerus dicitur Verg. Numeros memini si verba tenerem. Fabius docet rhythmos neque finem habere certum, nec vllã in cõtextu varietatẽ. Sed qua cœperũt sublatione, ad positionẽ vsq; decurrere. Rhythmus autẽ creditur dictus à Rhythmonio Orphei filio & Idmoneæ nymphæ Maricæ, vt tradidit Nicetatus in lib quem composuit de Musico fratre Rhythmonij. Distat autem poeticè à poemate & poesi, vt placet Diomedi, quòd poetice ars ipsa intelligitur. Poema autẽ pars operis, vt tragœdia: Poesis contextus, & corpus totius operis effecti, vt Ilias, Odyssea, Æneis. Quot. tamẽ poesim pro poetice posuit. Nam in calce lib. 12. ita scribit: Quanũ enim poesis ab Homero & Vergilio, tantum fasti- K gium accepit eloquentia a Demosthene, atq; Cic. Marcell. quoque ita scribit: poesis est textus scriptorum, vt Odyssea vel Ilias Homeri, aut Æneis Vergilij. Poema inuentio parua, quæ paucis verbis exprimitur, vt in gladiatoriis ludis Homeri. Poetica est ars earum rerum. Lucil. in 11. Satyra: Non hoc quod valeat, quidve hoc intersit & illud Cognoscis, primùm hoc L quod dicimus esse poema, Pars est, pars parua. Idem in epistola: itémque vis non magna poema est. Illa poesis, opus totum, totáq; illa summa est vna. *Ecquid inhæres*] Nũ quid das operã? *Non more patrio*, nõ lascivis numeris, vt ego vsus sum. Aut certè, nũ pro an, vt in interrogãtis. *Nã tibi cũ facie*] Et natura & fato Ouid. dicit filiã mores assecutã esse. Loquitur enim secũdum eorũ opinionẽ, qui crediderũt homines, aut mores, aut alia id genus naturę quodãmodo ad hoc peruenire, nisi fato impediãtur. Alexãder autẽ Aphrodisæus hãc opinionẽ cõfutauit in libro quẽ de fato ad Antoniũ edidit. multis. n. argumẽtis ostendit nihil aliud esse fatũ, aut fatatũ, quã quod natura fit. De vita hominis, quæ fato, natura, & fortuna cõtinetur, dicimus s.

ELEGIA VII.

VAde salutatum subitò perarata Perillam
Litera sermonis fida ministra mei.
Aut illam inuenies dulci cum matre sedentem,
Aut inter libros, Pieridésque suas.
Quicquid aget, cùm te scierit venisse, relinquet:
Nec mora, quid venias, quidve, requiret, agam.
Viuere me dices, sed sic, vt viuere nolim,
Nec mala tam longa nostra leuata mora.
Et tamen ad Musas, quamuis nocuere, reuerti,
Aptáque in alternos cogere verba pedes.
Tu quoque dic studiis communibus ecquid inhæres?
Doctáque non patrio carmina more canis?
Nam tibi cum facie mores natura pudicos,

MICYL. A *Vade salutatum subitò perarata Perillam*] Quæ nam Perilla hæc fuerit, vxor an filia, an etiam cætera aliqua, dubitari posset. Crinitus in vita Poetæ, vxorem illius Perillam fuisse dicit, quam & amarit plurimum, & eandẽ poeticẽ docuerit, ad elegiam hanc, vt videtur, respiciens, vbi dicitur, Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad vndas, & quæ sequuntur. Volaterranus autem filiam Ouidij Perillam facit. quam sententiã & Metula tenet Ego vtros magis sequar, non habeo. Nisi quòd ipse ductus carminis, & sententiarum familiaritas, filiæ magis quàm vxori conuenit. Et cùm ipse poeta toties ad vxorem scripserit, nusquam tamen nominis huius mentionem fecit. Fuit autem & alia Perilla, Ticidæ poetę amica, quam ille ficto hoc nomine celebrauit, de qua suprà lib 2. *Doctaque non patrio carmina more canis*] Alij, num patrio, & c. legunt, toter rogandi modo. Sed mihi, Non patrio, rectè B poni videtur, pro, externo ac Græco more, propter illud quod infrà sequitur, Sola tuum vates Lesbia vincet opus. Vt intelligamus, lyrica illam scripsisse, Sapphus exemplo, quod genus carminis Latinis hactenus inusitatum & ceu peregrinũ fuerat. Id quod & Horatius testatur, qui ipse quoqi aliquoties de se iactat, id genus à se præcipuè, ac primò Latinis versibus celebratum. vt lib. 3. Ode vlt.

Dicar qua violens obstrepit Aufidus,
Et qua pauper aqua Daunus agrestium
Regnator populorum, ex humili potens,
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. sume superbia
Quæsitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

G *Tunc quoque (sed forsan nostrũ deleuit amorem Tẽpus) eram nimio inuctus amore tibi*) In Aldina editione duo hi versus prorsus omittuntur, videlicet vt nothi. Et nothos esse, ipsa quoqi sententiarum series indicat, quãdo iidẽ neqi cũ præcedẽtibus rectè cohærẽt, neqi cũ sequẽtibus. Deinde sine ad filiam, siue ad vxorẽ Poeta scripserit, superuacaneũ, atqi adeò ineptum fuerat, illas de amore suo admonere, quẽ olim erga virgines eas habuerit. Quanquam & alia in eadem Elegia quædam sunt, in quibus non immeritò desiderare aliquid possis. Sed de iis longum fuerit hoc loco disputare.

MAR. *Et raras dotes*] & bona, animi, vel corporis: quæ raris & paucis dantur. *Hoc*] scil. tuum ingenium. *Ad vndas Pegasidas*] ad fontem Musarum, quem equus alatus Pegasus, natus ex sanguine Medusæ quum ad Parnasum peruenisset, pede fodiens ef- C fecit. Fabulam refert Higinus. Ouid. lib. 4 Met & Lucan in 12. Designat autem Ouidius se primùm filiam docuisse artem poeticam. *Malè periret*) malè perderetur. *Aquæ fœcundæ*] aquæ facũdiam habentis, aut dantis. Sunt qui legant, Fœcundę, hoc est, abundantis, fertilis. *Primus id aspexi*) primus hoc ingenium tuum notaui. *Vtque pater*] vt fui inquit pater, ita fui dux, & comes filiæ *Eram* D *nimio iunctus amore tibi*] In alio codice hi duo versus ita leguntur: Tunc quoque (sed forsan nostrum deleuit amorem Tempus) eras magno iunctus amore mihi. *Iidem ignes*] iidem calores Apollinei: aut certè, ardores ingenij. Quintilianus: Quid iucunditatis in sermone? quos ingenij igniculos. *Sola vates Lesbia*) sola vates Sappho ex Lesbo insula. *Mea fortuna*] meũ exiliũ & in- E fortuniũ. *Tua sæpe mihi*] Subaudi, legebas. *Aut vbi cessaras*) aut quãdo à recitatione destiteras, deprehẽso à me aliquo errore in tuo carmine. *Causa ruboris eram*) quia tui carminis errorem deprehẽdebas. *Forsitã exemplo, quia me læsere libelli, Tu quoque sis pœna facta ruina mea*] Ordo est: Vereor, ne tu quoque sis facta ruina, id est, corruens exemplo meæ pœnæ, quia & reliqua: hoc est, timeo ne tu quoqi meo exemplo corrueris, deserendo poetices studia, quòd ea me pœna affecerint. Sunt qui ita legant: Tu quoque sis pœnæ fata secuta meæ: vt fata pro Poëtæ infœlicitate accipiãt. idẽ dem tamen est sensus. *Pone Perilla metum, tantummodo fœmina nulla*] Filiã hortatur, ne timeat carminibus posse acci- F dere, quod sibi euenit, docens quid tantum euitandum sit. *Causas desidiæ*) timorem, ne quid tibi ex versu mali accidat. *In bonas artes*] Poeticam facultatem significat. *Ista decens facies*] hæc tua pulchritudo. Poeta autem formam, & diuitias fragiles, animi verò bona sempiterna esse colligit.

In antiqua fronte) in frõte iã senio cõfecta. *Iniiciet manum formæ*] formã sibi vendicabit, & turpẽ reddet. *Dãnosa senectus*) senect⁹ quę iuuenes dãno afficit. *Passu nõ faciẽte strepitũ*. i. gradu qui nõ sentitur. Obrepit n. nõ intelle- H cta senectus. *Speculũ tuũ esse mẽdax*] tuũ speculum nõ reddere verã formam, & qualẽ prius videras. Vnde Helena se in speculo rugosã cõspiciens, flebat, dicẽte Ouidio in vltimo Met. Flet quoqi, vt in speculũ rugas cõspexit aniles Tyndaris, & secũ, cur sit bis rapta, requirit. postea subiũgit: Tẽp⁹ edax rerũ, tuqi inuidiosa vetustas, I Omnia destruitis, vitiatáque dẽtibus æui, Paulatim lẽta cõsumitis oĩa morte. Illud notandũ, nihil aliud esse illam in speculis imaginẽ, quã vmbrã digesta claritate materię excipiẽtis Vitrea aũt specula ideo valde elucẽt, autore Alexãdro Aphrodiseo, quoniã interi⁹ ipsa stãno illinũt. Inest aũt eius natura perspicua, & perinde vitro copulatũ, quod per se lucet, plus adhuc renidet, radios suos per vitri spiramẽta trãsmittẽs, duplicat K quod in superficie, & extra vitreũ corpus est: atqi ita admodũ elucẽtia euadũt specula. Idẽ etiã docet, cur in speculis & perspicuis aquis nos intuemur: quia qualitas vis⁹ ad perspicua abiẽs corpora, per refractionẽ radiorũ qui ab oculis exeunt, accedat ad sui aspectum. Optima aũt specula apud maiores fuere Brũdusina, stãno & ære mistis. Speculũ Catullus appellauit imaginosum, quoniã imaginẽ facit. Inuenitur etiã imaginare, pro eo quod est imaginẽ facere. quo verbo vtitur Gelli⁹ lib. 15. ca 18 ita. n. scri- L bit: Itẽ vt speculũ in loco certo positũ nihil imaginet, aliorsũ trãslatũ faciat imagines. Socrates philosoph⁹ vltro suasisse fertur discipulis suis, vt crebrò semet in speculo cõtemplarẽtur: vt qui sibi pulchritudine cõplacuisset, impẽdio procuraret, ne dignitatẽ corporis malis moribus dedecoraret. Qui verò minus se cõmendabilem forma putaret, sedulò operã daret, vt virtutis laude turpitudinẽ tegeret. Demosthenẽ etiã docet Fabius semper ante speculũ, quasi antẽ magistrũ causas meditatũ. Specula Seneca in 1 Natur. quæst. scribit inuẽta, vt homo ipse se nosceret: formosus, vt vitaret infamiam: deformis, vt sciret redimendũ esse virtutibus, quidquid corpori deesset. Iuuenis, vt flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, & fortia audendi. Senex, vt indecora carnis deponeret, & de morte aliquid cogitaret.

Et raras dotes, ingeniúmque dedit.
Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad vndas,
Ne malè fœcundæ vena periret aquæ.
Primus id aspexi teneris in virginis annis,
Vtque pater natæ, dúxque coméſque fui.
Tunc quoque, si forsan nostrum deleuit amorem
Tempus, eram nimio iunctus amore tibi.
Ergo si remanent ignes tibi pectoris ijdem,
Sola tuum vates Lesbia vincet opus.
Sed vereor, ne nunc mea te fortuna retardet,
Pòstque meos casus sit tibi pectus iners.
Dum licuit, tua sæpe mihi, tibi nostra legebam,
Sæpe tui iudex, sæpe magister eram.
Aut ego præbebam factis modò versibus aures,
Aut vbi cessaras, causa ruboris eram.
Forsitan exemplo, quia me læsere libelli,
Tu quoque sis pœna facta ruina mea.
Pone Perilla metum, tantummodo fœmina nulla,
Néve vir à scriptis discat amare tuis.
Ergo desidiæ remoue doctissima causas,
Inque bonas artes, & tua sacra redi.
Ista decens facies longis vitiabitur annis,
Rugáque in antiqua fronte senilis erit.
Injiciétque manus formæ damnosa senectus,
Quæ strepitum passu non faciente venit.
Cúmque aliquis dicet, Fuit hæc formosa, dolebis,
Et speculum mendax esse querere tuum.
Sunt & opes modicæ, cùm sis dignissima magnis:
Finge sed immensis censibus esse pares.
Nempe dat, & quodcunque libet fortuna, rapítque.

A Postea rerum iam potiente luxuria, specula totis paria corporibus auro argentóque cælata sunt, deinde gemmis adornata. *Finge sed immensas*) &c. sed existima te possidere eas diuitias, quæ possint comparari opibus & prouentui ditissimi cuiusq. *Nempe dat*) &c. Sententia elegantissima, qua docet, diuitias esse bona fortunæ fluxa atque fragilia: virtutem autem claram æternámq. haberi, vt est apud Salustium. que solutum iuxta se collocauit, multáque habuit obseruantia. Historiam refert Iustinus, sed plenius Herodotus. Sensus ergo est: Qui paulò antè erat ditissimus, solet à fortuna deprimi, & pauperrimus fieri. *Nihil non mortale*) omnia mortalia. *Pectoris exceptis ingeniique bonis*) Idem etiā sic refert Propertius: At non ingenio quæsitum nomen ab æuo Excidet, ingenio stat sine morte decus.

Irus & est subitò, qui modò Crœsus erat.
Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingeniique bonis.
En ego cùm patria caream, vobísque domóque,
Raptáque sint, adimi quæ potuere mihi:
Ingenio tamen ipse meo comitórque, fruórque:
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil.
Qui licet hanc sæuo vitam mihi finiat ense,
Me tamen extincto, fama superstes erit.
Dúmque suis victrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.
Tu quoque quam studij maneat fælicior vsus,
Effuge venturos, qua potes vsque rogos.

Irus & est (subitò) De Iro mendico abundè diximus in vltimo de Remedio amoris. *Qui modò Crœsus erat*) Crœsus rex fuit Lydiæ ditissimus: captus autem à Cyro rege Persarum, vinctus compedibus super ingentem,
B quam struxerat, lignorū struem ab eo imponitur, vt viuus crematetur. Crœso autem super pyra stanti venisse in mentem ferunt, quod ab eo sibi nutu dei à Solone fuisset dictum, ex viuentibus beatum esse neminem. Quibus auditis, Cyrum tradunt pœnituisse, quum se quoque hominem esse cognosceret, qui alium hominem olim se non inferiorem viuum rogo traderet. Præterea veritum ob id pœnam, ac reputantem nihil esse in rebus humanis stabile, iussisse ignem celerrimè extingui, iam incensum, Crœsúmque deponi, cúm-
C

De suis septem montibus) Roma enim (vt diximus autore Plinio) septem complexa fuit montes, Capitolinum scilicet, Auentinum, Cælium, Esquilinum, Viminalem, Quirinalem, Palatinum. quorum etymologiam legito apud Varronem, scribentem, ab his septem montibus, in quibus sita est, vrbem Septimontium nominatum esse. Vnde & Virgilius ita cecinit: Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma, Septem quæ vna sibi muro circundedit arces. *Martia Roma*) Roma quæ erat in tutela Martis, propter Romulum eius filium. *Quam studij maneat fælicior vsus*) quæ habeas fœliciorem vtilitatem & fortunam ea studijs poeticis, quàm ego habui. *Venturos rogos*) mortem venturam.

IN OCTAVAM ELEGIAM ENARRATIO.

MER. NVnc ego Triptolemi) Desiderio cùm patriæ, tum suorum ita teneri Poeta scribit, vt cupiat celeri aliquo cursu eò se cōferre: quam rem sibi Augustū solum præstare posse ostendit. Narrátque exilij sui incommoda. Optátq; vt tandem Cæsar iræ modum statuat, & mitius præbeat exilium.

Triptolemi currus) Currum intelligit, quem à Cerere accepit Triptolemus, de quo huiusmodi fabulam refert Lactantius: Ceres, quū Proserpinam filiam quæreret, venit ad Eleusinū regē, cuius vxor Iona puerum
D peperit Triptolemū: séque nutricem simulabat. Hanc regina libens nutricem filio suo recepit, dátque eī nutriēdum. Ceres, dum alumnū suum vellet immortalem reddere, interdiu lacte diuino nutriebat, nocte clàm Igne eum obruebat. Itaque præterquam soliti erant mortales, crescebat. Quum hoc pater miraretur, nocturno tempore obseruauit: & cùm Ceres
E puerū igne obrueret, pater exclamauit. Illa irata Eleusinū exanimauit, ac Triptolemo alumno suo æternum beneficiū contulit. Nam fruges ei propagandas, & currum draconibus iūctum tradidit: quibus ille vectus, orbem terrarum frugibus obseuit. Posteaquam domum rediji, Cepheus rex eum tanquām æmulus interficere conatus est. Sed re cognita, iussu Cereris Tri-
F ptolemo regnum tradidit, ibíque oppidum constituit, quod ex patris sui nomine Eleusinū appellauit. Cereri sacra primum instituit, quæ Thesmophoria Græcè appellantur. Fabulā etiam habes apud Ouid. in Metamor. & in quarto Fastorum. De Triptolemo nonnulla etiā Hyginus. Is eum scribit primum omnium rota vsum, ne cursu moraretur, eúmque à draconibus ductum. *Dracones Medea*) Medea post Peliæ necem fraude interempti, iūctis curru draconibus aufugit, dicente Ouidio in Metam. Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras, Non exempta foret pœ-
G næ. Inde (vt scribit Diodorus) Corinthum peruenit ad maritum Iasonem: qui, illi ætate paulatim decorem formæ auferente, Glaucæ Creontis regis filiæ amore captus, eam duxit vxorē, Medeā verò vrbe expulit. Illa, quum à recessu diem vnū petijsset, noctu regiā ingressa, eam certis medicamētis incendit, Glaucam Creōtémq; etiā igne absumpsit, postea Athenas peruenit, dicente Ouidio in Metamorph. Sed postquam Colchis arsit noua
K nupta venenis, Flagrantémq; domū regis malè vidit, vtroque Sanguine natorū perfunditur impius ensis, Vltáq; se mater malè Iasonis effugit arma. Hinc Titaniacis ablata draconib⁹ intrat Palladias arces. *Iactandas pennas*) alas agitandas & mouendas volando. *Siue tuas Persen, Dædale siue tuas*) De alis Persei & Dædali abundè scriptum est cùm ab alijs, tū in primis
L ab Ouidio in Metamor. *Solum patriæ*) terrā Romanā. *Quē sensisti*) à quo causasti. *Deum*, Augustū. *Eris ales*) veteris ea celeritate in redeundo, qua aues in volido. *Cùm iam satiauerit iram*) quū iam iram posuerit Augustus. *Quod minus est*) quæ res est minoris momenti, quàm reditum concedere. *Nec aquæ faciunt*) nec aquæ, aut alia elemēta in Scythia mihi prosunt. *Perpetuus languor*) assidua quædam debilitas

ELEGIA VIII.

NVnc ego Triptolemi cuperē cōscendere currus,
Misit in ignotam qui rude semen humum.
Nunc ego Medeæ vellem frenare dracones,
Quos habuit fugiens arce Corinthe tua.
Nunc ego iactandas optarem sumere pennas,
Siue tuas Persen, Dædale siue tuas.
Vt tenera nostris cedente volatibus aura,
Aspicerem patriæ dulce repentè solum.
Desertæq; domus vultus, memorésque sodales,
Charáque præcipuè coniugis ora meæ.
Stulte quid hæc frustrà votis puerilibus optas?
Quæ non vlla tibi fértque ferétque dies?
Si semel optandum est, Augusti numen adora,
Et quem sensisti ritè precare deum.
Ille tibi pennásque potest, currúsque volucres
Tradere: det reditum, protinus ales eris.
Si precer hæc (neque enim possum maiora precari)
Ne mea sint, timeo, vota modesta parum.
Forsitan hoc olim, cùm iam satiauerit iram,
Tunc quoque sollicita mente rogandus erit.
Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli
Ex his me iubeat quólibet ire locis.
Nec cælum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec aura.
Hei mihi, perpetuus corpora languor habet.

Seu vitiant artus ægra contagia mentis,
Siue mei causa est in regione mali.
Vt tegi Pontum, vexant insomnia, vixque
Ossa tegit macies, nec iuuat ora cibus.
Quique per autumnum percussis frigore primo,
Est color in folijs, quæ noua læsit hyems.
Is mea membra tenet, nec viribus allenor vllis,
Et nunquam queruli causa doloris abest.
Nec melius valeo, quàm corpore, mente: sed ægra est
Vtraque pars æquè, bináque damna fero.
Hæret & ante oculos veluti spectabile corpus,
Astans fortunæ forma videnda meæ.
Cúmque locos, moresque hominum, cultúsque, sonósque
Cernimus, & quid sim, quid fuerimque, subit.
Tantus amor necis est, querar vt cum Cæsaris ira,
Quòd non offensas vindicet ense suas.
At quoniam semel est odio ciuiliter vsus,
Mutato leuior sit fuga nostra loco.

A *Seu vitiant artus ægra contagia mentis, Siue mei causa*] &c. Causas duas assignat sui languoris. Siue, inquit, animi dolore, siue aëris intemperie corpus vitiatur. *In regione*] in Scythia. Nam cibi mutatio, & aquæ, potissimùm grauis esse solet, vt docet Aristoteles in Problem. Aut certè quia aër regionis Ponticæ sua crassitudine nec hyeme tepescit, nec refrigeratur B æstate. Sol enim recedit per hyemem, accedit per æstatem. quæ causa est, vt illic intentius & æstus & frigora sint: & ideo regio illa insalubris etiam sit his, qui locis illis non assueti sint. Scribit Diodorus, ita patriæ amorem quendam ingentem natura singulis innatum esse, vt hę gentes vltro potius eam deligant vitam & incommoda, quàm alio cogantur more viuere. Aëris autem malitiam, consuetudinem à teneris annis cœptam superare affirmat. *Vt tetigi Pontum*, vt in Ponti- C cam regionem perueni. *Vexant insomnia*) agitant crebra & tumultuosa insomnia. quod signum est aduersæ valetudinis, vt docet Cornelius Celsus. Scribit Aristoteles in Problematibus, eos qui deterius vel animo, vel corpore sunt affecti, deteriora somnia côncipere: quippe quum etiam affectio corporis faciat ad somnij visionem. Hominis enim morbo laborantis, proposita quoque animi vitiosa sunt: atque etiam propter corporis perturbationem animus quiescere nequit. *Vtraque pars æqua est: tam mente, quam corpore*) pariter male valeo. *Bináque damna fero*) patior damnũ & mentis & corporis. *Veluti spectabile corpus*) tanquam si esset corpus conspicuum, & dignum spectatu. Ostendit autem causas, quibus mẽs sua dolore afficitur. H

Forma meæ fortunæ) qualitas & deformitas illa meæ conditionis. *Cultus*) vestitum. *Sonósque*) & verba. *Tantus amor necis est*) subit mihi ardor quidam me interficiendi. *Quod non offensas vindicet ense suas*) quòd non ferro me interficiendo, vlciscatur iniurias. *Ciuiliter*) me legibus puniendo, non vi & armis. *Nostra fuga*] exilium meum.

IN NONAM ELEGIAM ENARRATIO.

MAR. HIC *quoque sunt Vrbes Graiæ*] Vrbes Græcas Geticã oram incoluisse docet, ab iisque etiam Tomitanæ vrbi nomẽ fuisse impositum ostendit. *Hic quoque*] hic etiam in Getica ora, vt in alijs etiam regionibus. *Inhumanæ Barbariæ*] inhumanæ gentis Geticæ. *Huc quoque Mileto*] huc, id est, Tomon. Quo intelligendum est Ouidium significare magis coloniam Milesiam venisse, quàm generaliter in Geticam regionẽ, aut D Istropolim solùm, vt antea diximus. Est autem sensus: Milesij Tomon quoque tenuere, quemadmodum etiam Istropolim, aut quemadmodum aliæ quoque Græciæ coloniæ littus Geticum tenuere. Fuit autem Miletus vrbs quondam Ioniæ totius, belli pacisque artibus princeps, à Mileto appellata. Ouidius libro nono Metamorphoseon: Sponte fugis Milete tua, E celerique carina Ægæas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis. Sanè Miletus lanæ præstantia nobilis fuit. Vnde à Marone Milesia vellera appellantur, non à colore: vt Seruius, & alij eum sequuti, falsò opinati sunt. Martialis: Nec Miletus erat vellere digna tuo. Et Horatius in Epistolis: Alter Mileti textam cane peius & angue Vitabit chlamydem. Cicero in Verrem. Quid à Milesijs lanæ sustulerit. Et Plinius libro octauo scribit, tertium lanæ locum Milesias oues obtinere. *Sed vetus huic nomen, positáque antiquius Vrbe*] Hic apertè significat, Tomon locum à cæde Absyrti nominatum: vbi postea vrbem condidere Milesij, seruato prioris nomine loci. Superius enim dixerat, Huc quoque Mileto. Hic verò, vt potius Tomon, quàm Istropolim, aut aliam Getici littoris vrbem ostendat, addidit huic loco, id est Tomo ipsi, vbi exulo. Declinatur autem in F singulari, Tomos Tomi, vel Tomis. Diciturque à græco τόμος, quod significat incisio, sectio. Nam Medea soror cum Iasone fugiens, vt sequentis patris fugam moraretur, illic trucidauit Absyrtum fratrẽ, quem primò Ægialeum vocatũ putant, sed à flumine Absyrtum cognominatum. Cicero lib. 3. de Natura deorum: Quid Medeæ Absyrto fratri respõdebis? qui est apud Pacuuium Ægialeus: sed illud nomen veterum literis vsitatius. Historiam percurrit Iustinus libro quadragesimo secundo. Vetus nomen. Tomos enim locus ille, antequam vrbs conderetur, appellatus fuit. *Positáque antiquius Vrbe*] Vide quomodo Poeta docet, locum prius appellatum fuisse Tomon, inde ibi vrbem à Milesijs conditam. Sunt qui ita legant, positùmque antiquius vrbi: I quod non placet. *Cæde Absyrti*) propter Absyrti mortem. *Qua cura pugnacis facta Mineruæ*) quæ Argo nauis facta cura & tutela Palladis armatæ, quam pictam habuit. Aut ingeniosè, curiosè, & peritè factam intellige. Pallas enim (vt diximus) præstantiorum operum dea est. Vel K certè, quòd eius ædificandæ curam cepit Minerua. Nam Æschylus & nonnulli dixere, ab ea dea quandam materiam loquentem Pagasis esse coniunctam. Pugnacem autem Mineruam appellauit, quoniam ea belli dea est. Sanè Argo (vt scribit Diodorus) dicta fuit, vel ab Argo eius nauis architecto, qui etiam inter nauigandum eius resarciendæ curam ceperat: vel à velocitate quam antiqui ἀργὸν appellabant. Hyginus etiam docet, eam Argo à celeritate Græce appellatam, vel ab Argo eius inuentore. Facta fuit ex orno arbore, vt scripsit Alexander Cornelius. Ea similis arbori ferenti viscum, nec aqua nec igni corrumpi po- L test. Pindarus scripsit hanc nauem factam in Magnesia oppido, cui Demetriæ nomen fuit. Callimachus autem in ijsdem finibus ad Apollinis Actij templum, quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur in eo loco, qui Pagasæ vocatur: ideo quòd nauis Argo ibi primùm compacta dicitur, quod est Græce Pagasæ. vnde à poëtis Pagasæa appellatur. Homerus hunc eundem locum in Thessaliæ finibus esse demonstrat. Diodorus & Homerus scribunt, eam sub Pelio monte fuisse ædificatam. Sed cùm Iason rediret ad Isthmum Peloponnesi, nauigans cum Argonautis, sacra fecit Neptuno, eique nauem dedicauit.

His vadis] Getico littori.

ELEGIA IX.

HIc quoque sunt vrbes Graiæ (quis credere posset?)
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoque Mileto missi venere coloni,
Inque Getis Graias constituere domos.
Sed vetus huic nomen, positáque antiquius vrbe,
Constat & Absyrti cæde fuisse loco.*
Nam rate, quæ cura pugnacis facta Mineruæ,
Per non tentatas prima cucurrit aquas:
Impia desertum fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos applicuisse vadis.

Quem procul vt vidit tumulo speculator ab alto,
Hospes, ait, nosco Colchica vela, venit.
Dum trepidant Minyæ, dum soluitur aggere funis,
Dum sequitur celeres anchora tracta manus,
Conscia percussit meritorum pectora Colchis,
Ausa atque ausura multa nefanda manu.
Et quanquam superest ingens audacia menti,
Pallor in attonitæ virginis ore fuit.
Ergo vbi prospexit venientia vela, Tenemur,
Et pater est aliqua fraude morandus, ait.
Dum quid agat, quærit, dum versat in omnia vultus,
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cuius vt oblata est præsentia, Vicimus, inquit,
Hic mihi morte sua causa salutis erit.
Protinus ignari, nec quicquam tale timentis,
Innocuum rigido perforat ense latus,
Atque ita diuellit, diuulsáque membra per agros,
Dissipat, in multis inuenienda locis.
Neu pater ignoret, scopulo proponit in alto
Pallentésque manus, sanguineúmque caput.
Vt genitor luctúque nouo tardetur, & artus
Dum legit extinctos, triste retardet iter.
Inde Tomos dictus locus hic: quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

MAR. A *Quem*) patrem Medeæ. *Ab alto tumulo*) ab alto colle Getici littoris. *Speculator*) aliquis ex Argonautis, vel ex indigenis Scythis, qui collem ascenderat, prospecturus an eos, qui rapto aureo vellere aufugerant, ex Colchide aliqui insequerentur. *Ait*) ipse speculator dixit. *Hospes*) peregrinus ex Argonautis. Vel ô hospes, hunc est, ô Iason. vt sit ordo: Speculator vt B procul vidit aliquem ab alto tumulo, ait, O hospes, nosco Colchica vela. *Venit*) scilicet ipse Medeæ pater. *Nosco Colchica vela*) cognosco inquit, vela huius, qui venit ex Colchide. Sunt qui legant, Hospes ait, nosco Colchide vela dari vt sit sensus: Postquam speculator ab alto colle vidit longè venientem Medeæ patrem, Iasoni peregrino dixit, se nosse ex Col- C chide ad Geticum littus nauem peruenire. vt intelligamus, speculatorem illum fuisse aliquem ex indigenis Getis. *Dum trepidant Minyæ*) Minyæ Argonautæ appellati fuere, à Minyarum familia, quæ olim Orchomenon tenuit in Bœotia: quam vrbem Minyeiam vocauit Homerus, à Minyarum natione, quæ postea in Thessaliam migrauit ad Iolcum, vnde Argonautæ sunt oriundi. *Soluitur aggere*) soluitur è Getico littore. *Colchis conscia meritorum*) Medea conscia sceleris, quod in patrem admiserat. Merita autem ironice pro sceleribus accipe. Aut certè merita intelligit beneficia, quæ in Iasonem contulit. Ea siquidem Argonautas ad templũ Martis deduxit, longè ab vrbe Sybari, Colchorum regia, stadiis D septuaginta: vbi pellis illa aurea à poetis decantata seruabatur. Accedentem ad fores templi Medeam, appellata Taurica lingua ab ea, milites apertis ianuis, vt regis filiam, introduxerunt. Argonautæ templum simul ingressi eductis ensibus, cum plures è barbaris occidissent, aliis improuisa re territis, diffugientibúsque, erepta aurea pelle, è vestigio ad nauem reuersi sunt. Medea draconem pellis custodem incubantem, sempérque (vt fabulæ ferunt) vigilem, veneno perimẽs, vnà cum Iasone mare conscendit. Re ab iis qui diffugere, Æetæ nunciata, asseruit eum cum iis qui in promptu erant militibus, Græcos insequutum, plures iuxta littus compertisse. Vbi pugna commissa, rex à Meleagro occisus. Superantibus Græcis, reliqui Colchorum in fugam versi, magna ex parte interiere. Iason tamen, aliíque multi vulnerati sunt, quos diebus paucis Medea radicibus herbísque cura- E uit. Hæc Diodorus. Medea quoque apud Ouidium libro septimo Metamor. hæc ait: Seruabere munere nostrô, Seruatus promissa dato. *Manu ausa atque ausura multa nefanda*) Hic Ouidius Medeã dicit multa scelera ausam fuisse, amore ad id impellente. Nam & in Metamor. ostẽdit eam adeò amore Iasonis exarsisse, vt tandem eum parenti præposuerit. Et ausuram in posterum dicit: quia fratrem primũ, deinde eius ex Iasone liberos occidit. Sanè Æeta rex in Colcho regnauit, vt tradit Diodorus: genuítque ex vxore Hecate tres liberos, Circen, Medeam, & Ægialeum. Medeam autem traditi tum à matre Hecate, tum à sorore Circe singula veneficia edoctam, diuersis moribus G vixisse. Nam & hospites eripiebat à vitæ discrimine, & sæpe apud patrem precibus & gratia pro damnatorũ salute intercedebat, quandoque ipsamet ex custodia captos dimittens. Æetam ferunt, tum sua natura, tum vxoris suasu crudelem necandorum hospitũ cõsuetudinem seruasse. Medeam verò, quum magis in dies esset paterũ aduersa crudelitati, ab Æeta ob filiæ H timorẽ in liberam custodiam destinatam: illa ad Solis tẽplum, quod in littore erat situm, confugit, quo tempore Argonautæ à Taurica in Pontũ noctu delati peruenere. Ibi Medeam iuxta littus ambulantem quum inuenissent, ab ea de hospitũ cæde edocti, virginis humanitatem collaudarunt. Deinde aduentus sui causa palàm facta, illa imminens à patre periculum, crudelitatémque in hospites vt cauerent, admonuit. Communicato consilio, I Medea se adiutricem ad perficiendum certamen propositum pollicita est. Iason iureiurando data fide, vxorem sibi illam, quoad viueret, futuram spopondit. Tum Argonautæ cum Medea ad vellus aureum profecti sunt. Illud sciendum, Æetam patrem Medeæ, Solis & Perseidos nymphæ filium, vt in Theogonia Hesiodus scribit, per æ diphthongum in prima, sequente e: non autem per a & e separatis, vt quidam scripsere. OEta verò pro monte, in quo sepultus fuit Hercules, per œ diphthongon scribitur, nec t aspirationem habet: Græcè enim dicitur οἴτη. *Pallor*) propter timorem instantis patris. Cur autem timentes palleant, docet Macrobius his verbis: Natura quum quid de extrinsecus contingentibus metuit, in altum tota demergitur: sicut nos quoque, quum timemus latebras, loca nos occulentia K quærimus. Ergo tota descendens vt lateat, trahit secum sanguinem, quo velut curru semper vehitur. Hoc demerso, humor dilutior cuti remanet, & inde pallescit. Ideo etiam timentes tremunt: quia virtus animæ introrsum fugiens, neruos relinquit, quibus tenebatur fortitudo membrorum, & inde timoris saltu agitantur. *Attonitæ virginis*) Medeæ perterritæ. *Ad fratrem*) ad Ægialeum. *Vicimus*) euasimus patrem instantem. *Ignari*) nescientis velle Medeam se interficere. *Latus innocuum*) latus Ægialei innocentis. *Diuellit*) lacerat. *Per agros*) per Geticum littus. *Neu pater ignoret*) vt pater sciat filium interemptum, & per agros ita discerptum. *Luctúque nouo*) & recenti fletu ex morte filij. *Artus extinctos*) membra filij perempti. *Triste iter*) iter illud sibi tristitiam allaturum.

IN DECIMAM ELEGIAM ENARRATIO. L

MAR. SI quis adhuc istic] Exilij sui incommoda describit Poeta; sed inter cætera tantam vim frigoris esse asserit, vt flumina, & maria, atque in his etiam pisces congelentur: & eo tempore Scythæ hostes, qui equitatu & sagittis M plurimum pollẽt, Istrum transeant, atque ea loca depopulentur, ac hómines captiuos ducant: quæ verò nequeunt abducere, ferro & igni destruunt. Hinc fit, vt agros incultos deserant eo timore, quos vitibus, pomis, arboribus denique carere dicit. Colligit ergo poeta, miserrimum se esse: quòd vnus hic orbis locus ex tot, ad eius supplicium sibi assignatus fuerit. *Istic*, Romæ.

ELEGIA X.

SI quis adhuc istic meminit Nasonis adempti,
Et superest sine me nomen in vrbe meum:
Suppositum stellis nunquam tangentibus æquor,

Nasonis adempti, Ouidij in exilium missi. *Sine me*] sine meo corpore. *In vrbe*) in Romana ciuitate. *Nunquam tangentibus æquor*] Septentrionem designat. Scribit enim Hyginus, effigiem Vrsæ stellis figuratam non occidere. Negant, in-

quit, Oceani vxorem id recipere, quum reliqua sidera eò peruenIant in occasum: quòd Tethys Iunonis sit nutrix, cui Callisto succubuerat vt pellex. Idem etiã docet Ouidius lib. secundo Metam. Idem autem tenere non occidit, quia quum super nos sit polus Arcticus, semper à nobis videtur. Sic Maro: Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Me sciat in media viuere barbaria.
Sauromatæ cingunt fera gens, Beßique Getæq́,
Quæ non ingenio nomina digna meo.
Dum tamen aura tepet, medio defendimur Istro:
Ille suis liquidus bella repellit aquis.
At cùm tristis hyems squallentia protulit ora,
Terráque marmoreo est candida facta gelu:
Tum patet & Boreas, & nix iactata sub Arcto,
Tum patet has gentes axe tremente premi.
Nix iacet, & iactam non sol, pluuiæq́ resoluunt:
Indurat Boreas, perpetuámque facit.
Ergo vbi deliquit nondum prior, altera venit:
Et solet in multis bima iacere locis.
Tantáque commoti vis est Aquilonis, vt altas
Æquet humo turres, tectáque rapta ferat.
Pellibus hirsutis arcent mala frigora braccis,
Oráque de toto corpore sola patent.
Sæpe sonant moti glacie pendente capilli,
Et nitet inducto candida barba gelu.
Nudáque consistunt formam seruantia testæ
Vina: nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
Quid loquar, vt cuncti concrescant frigore riui?
Déque lacu fragiles effodiantur aquæ?
Ipse, papyrifero qui non angustior amne,
Miscetur vasto multa per ora freto.
Cæruleos ventis latices durantibus Ister
Congelat, & tectis in mare serpit aquis.
Quáque rates ierant, pedibus nunc itur, & vndas
Frigore concretas vngula pulsat equi.
Pérque nouos pontes subter labentibus vndis,
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.

Mar. ***Sauromatæ cingunt fera gens***) Plinius scribit Pontico littori varias gentes appositas, alias, Getas, Dacos à Romanis dictos: alias Sarmatas, à Græcis Sauromatas. Strabo quoque, Supra iacens regio, inquit, vniuersa inter Borysthenem & Istrum prima est Getarum solitudo, postea Tyrhegetæ, post quos Sarmatæ, cognomento Iazyges, & qui Basilei dicuntur, & Vrgi, è quibus pars maxima Nomadibus, id est pastoribus constat, pauci agrorum colẽdorum studio tenentur. Hos vtramque Istri ripam incolere, sæpe traditum. De Sauromatis antea plura diximus. ***Beßique***) Belli populi fuere Thraciæ finitimi. Tranquillus in Augusto: Namque Bessis ac Thracibus magno prælio fusis. Plinius eos Thraciæ populos fuisse scribit his verbis. Amnem Strymonem accolunt dextro latere Denseletæ, & Medi, Bisaltæ vsque supradictos: læuo Digeri, Bessorúmque multa nomina, ad Nestũ amnem Pangæi montis ima ambiẽtem inter Heletos. Strabo libro septimo scribit, Bessos magna ex parte montem Hæmum incolere, & propter latrocinia latrones vocitari. Hæmus autẽ à Nauloco Mesembriaorũ castello vsque mare progrediebatur. Eusebius de temporibus, M. Lucullum de Bessis triumphasse scribit. ***Getæque***) De Getis alibi dictum est. ***Quæ non ingenio***) Legitur etiam, Quàm non ingenio. ***Dum tamen aura tepet***) dum abest frigus. Designat autem æstatem. ***Defendimur***, arcemur à solis calore. [Non à sole, sed ab hostibus, de quibus proximis versibus meminit.] ***Medio Istro***) medio inter calorem & frigus. Vel inter Tomitanam vrbem, & Sauromatas, ac cæteros populos. Scribit Dionysius, Istrum Germanos primum perlambere, deinde Sarmatas secare, tum verò Getas & Basternas inundare, qui ad Oceanum sunt versi, Dacis facultatem adaugere, neque minus ad Alanos & Tauros præterfluere, & omnibus nauigandi per continentem facultatem præstare. ***Liquidus***) non gelu astrictus. ***Bella***) Vel bella re vera, quia hostes non possunt aquam tranare. vel caloris vim & æstus, bella appellat. Superior sententia magis placet: nam inferius docet, hostes astricto Istro frigore, Tomitanos infestare. ***Gelu marmoreo***) gelu duro & candido, quale est marmor. ***Tum patet & Boreas***) tum manifestum est. ***Has gentes***) hos Septentrionales populos. ***Axe tremente***) axe nutante nimio vento, vel fulguribus. Scribit autem Strabo, vniuersum aquilonarem tractum hyemes habere asperas, vsque ad vicina mari, quæ inter Borysthenem & Mæotidis paludis ostium iacent: sicuti vehementes ibidem æstus effici. Aut fortè quia insueta sunt corpora, aut quia per id tempus nullæ spirant auræ, aut quia aëris crassitudo plus caloris concipit, quemadmodum in nebulis solis agunt radij. De Scythia ita etiam scribit Maro in tertio Georgicorum: At non qua Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda, Turbidus, & torquens flauentes Ister arenas, Quáque redit medium Rhodope porrecta sub axem. Illic clausa tenent stabulis armenta, neque vllæ Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes: Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu latè, septémque assurgit in vlnas.

Semper hyems, semper spirantes frigore Cauri. ***Vbi deliquit***) quando liquefacta est. à deliquo verbo. Neoterici quidam scioli hunc locum ita emendant, Ergo vbi deliquit, non deliquit: ignorantes, à delinquo præteritum fieri delicui, à deliquo verò deliqui, quod est, in humorem siue liquorem resoluo, defluo. Virgilius: Vere nouo gelidus canis cùm montibus humor Liquitur. Plautus in Casina: Quandam prognatis in sortiẽdo deliquerit. Varro de Proprietate scriptorũ: Quid est antè, quod eius aliud generis ferueфactum colliquisset, in forma esset infusum. Vergilius, Aut cùm liquẽtia mella. Quibus exemplis patet, & deliquit & delicuit hoc in loco legi posse. Inueniuntur etiam liquo as. vnde eliquo verbum. Persius: Eliquat, & tenero supplãtat verba palato. Illud etiam sciendum, in liquo seu liquor verbis primam produci, in liquor nomine corripi: sic in liquesco, liquefio, Lquo liquas. ***Bima***) nix duorum annorum. ***Tectáque rapta ferat***) Quod hic scribit Ouid. minimè incredibile videri debet. Nam & Diodorus scribit, in Septentrionali Galatiæ parte, quã Basternas Istro proximos diximus coluisse, tanta vi impetúq. perflare ventos, vt lapides, quãtos manus possit continere, à terra rapiat, ac veluti arenæ lapillorũ aceruos haud paruos cumulet. Est vt aliquãdo ab hominibus arma ac vestes, quandoq. sessorem vi ab equo auferat. Denique tanta est aëris frigiditas, vt neq. vinũ ea regio, neque oleum producat. ***Pellibus***) rhenonibus. Ita enim vestes vocãtur, autore Seruio. Virgilius: Et pecudum fuluis velantur corpora setis. Iustinus etiam lib. 2. docet, Scythas vti pellibus tãrùm ferinis ac murinis. Seneca quoque lib. 14 Epistolarũ ita scribit: Magna Schytarũ pars terga vulpium ac murium induitur, quæ tactu mollia, & impenetrabilia ventis sunt. ***Braccis hirsutis***) Scribit Diodorus, Galatas ad Septentrionẽ sitos, vestes ad terrorẽ intonsas, ac coloris varij ferre, quas illi vocãt braccas. Lucanus: Et qui te laxis imitãtus Sarmata braccis. Hyginus quoq. eos qui proximè sunt arctico fini, braccis vti scribit. [Aliàs, Pellibus & sueis arcent mala frigora braccis. Neq. enim duo substãtiua absque coniunctione eodẽ casu iungi solent.] ***Mala frigora***) frigora nocentia. ***Sæpe sonant moti glacie pendente capilli, Et nitet inducto cãdida barba gelu***) Æmulatio hæc tota est Virgiliana. Ille enim ita inquit: Stiriaq. impexis induruit horrida barbis. Seruius in eo loco barbas pecudum accipit, quum Maro de hominũ barba intellexerit, vt hic apertè docet Ouid. ***Nudaque consistunt formam seruãtia testæ Vina***) vina quoque nimio frigore gelata, vase fracto, formã eius retinent. Maro ea secutibus ędi scribit, quũ ait, Cædúntq. securibus humida vina. ***Nec hausta meri, sed data frusta bibunt***) nec vinum hauriunt, sed frusta concreta edunt. ***Formam testæ***) formam vasis. Testa autẽ significat opus figulum, seu vas argillaceum, à tostu dicta, vbi prius vina seruabant. Postea circa Alpes ligneis vasis condi, circulisq. cingi cœpta sunt. ***Vt cuncti riui***) qualiter riui omnes. ***Concrescant frigore***) frigore congelentur. Virgilius, Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. ***Fragiles***

A *aquæ*) frustrà aquæ congelatæ. *Papyrifero amne*) Nilo papyrum ferente. Sic & Apuleius papyrum Ægyptiam appellat. Plinius etiā docet, papyrum nasci in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnāt. Istrum autem Ouidius videtur sentire nihilo angustiorē esse Nilo. Gellius tamen scribit, omnium fluminum, quæ sunt Romanū imperium, maximū esse Nilum. Proxima magnitudine esse Istrū, scripsit Salustius. Varro autē, quum de Europa dissereret, in primis tribus eius terræ fluminibus Rhodanū esse pōnit: per quod videtur facere eum Istro æmulum. Is enim in Europa etiā fluit, iisque amnes in se recipit, vt Solinus scribit. Strabo lib. 7. scribit, Istrum cunctos Europæ fluuios superare. Ibi de eo flumine plura legito. Diodorus quoque ità inquit: Quum plures magniq; fluuij per Galatiam vario cursu fluant, hi ex profundis stagnis, hi ex montibus partim in Oceanum, alij

B in nostrum mare decurrunt. Eorum qui in nostrū mare labuntur, maximus censetur Eridanus: qui in Alpibus fontes habens, quinque ostiis descendit in mare. Qui verò in Oceanum declinant, maximi habentur Danubius ac Rhenus, quē diebus nostris C. Cæsar pōtibus miro modo iunxit: pedestribúsq; traductis copiis, Galatas vltra Rhenum habitantes in potestatē redegit. Plures alij nauium capaces fluuij existūt in Celticā: sed hi omnes ferè hyeme cōgelati, securū transitum, iniectis desuper, ne labātur, paleis, euntibus præbent. *Multiperuia*) septem enim ostiis Pontū influit. *Vasto freto*) magno æstu. *Cæruleos latices*) aquas fluentes & cæruleas. *Ventis durantibus*) ventis astringentibus & congelantibus. *Tectis aquis*) aquis coopertis ipsa glacie. *In mare*) in pōtum Euxinum. Oritur enim Ister (vt Strabo docet lib. 7.) ab extremis Germaniæ partibus, ab occasu, prope sinum Adriaticum, procul ab illo stadiis circiter mille. Finitur autem in Ponto, nō longè admodum à Tyro, ac Borysthenis eruptionibus paululum in Septentrionem vergens. Superiores autē fluminis partes, versus fontes, vsque ad præcipites eius decursus, quos Cataractas nominant, Danubium vocant, quę maximè per Dacorum agrum delabuntur: alias verò inferiores,

G vsque in Pontum per Getas, Istrum vocant. Cæterùm idem Dacorum & Getarum sermo est. Græcis verò Getæ notiores fuere, quia frequentius ad vtramque Istri ripam migrabant. *Vndas frigore concretas*) vndas frigore congelatas. Diximus enim supra ex Strabonis sententia, Aquilonarem tractum vniuersum hyemes habere asperas, vsque ad vicina mari loca, quæ inter Borysthenem, & Mæotidis paludis ostium iacent. Sic etiam Virgilius, Concrescunt subitæ currenti in flumine crustę. *Vngula pulsat equi*) In ore paludis Męoticę, ab Istro non nimium longè distante, Strabo est autor, tantam vim glaciei esse, vt quo in loco missus à Mithridate imperatore equestri pugna barbaros in glacie hyeme superauerit, illos eosdē nauali prælio soluto, per æstatē vicerit. *Per nouos pontes*) Pōtes nouos appellat glaciē, sub qua currit Ister in Pon-

H tum. *Barbara plaustra*) plaustra Scytharum. Id etiam docet Maro, quum inquit: Vndáque iam tergo ferratos sustinet orbes, Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris. Scribit Diodorus, loca illa ad Arctum sita, frigida esse, vt quę hyemis tempore pro aqua niuibus oppleta existat. Glaciem quoque immensam adeò patriam occupare, vt flumina congelata sint peruia transeuntibus, non solùm paucis, sed exercitibus quoque cum curribus & impedimentis.

Mar.

Vix equidem credar) vix

C profectò huic rei, quam dicturus sum, fides adhibebitur. *Sed cum sint præmia falsi nulla*) sed cū nullum præmium consequar, si mentitus fuero. *Ratam fidem*) fidem firmam. *Testis*) Seipsum Ouidius testem appellat. *Glacie consistere*) glacie cōstrictum esse. Hoc etiam affirmat Strabo, scribens, in ore paludis Mæoticæ tantam vim glaciei esse, vt æreę scindātur hydriæ.

D Ita enim inquit, Æreæ scinduntur hydriæ: quæ verò intrà sunt, congelantur. Quid de ipsius gelu vehementia? quid de aliis ad Mæotidis ora prouenientibus? Alueus namque è Panticapen ad Phanagoriam plaustris deambulatur, adeò vt cœnum via tota fiat. Destituti verò in glacie pisces ligonibus effodiūtur ad Gangamam (sic enim locum appellant) præcipuéque

E antacei delphinibus magnitudine pares. Memoria quidem proditum est, Neoptolemum Mithridatis ducem eodē incursu, æstate quidem nauali pugna barbaros, hyeme autem equestri prælio superasse. Scribit Dionysius, Męotidem paludem in superiore Asię parte, intra quā Tanais labitur, multóq; prius inflatus Borea, immensam illius glaciem conuehere, infœlicesque illos facere, qui ea incolunt loca. Diodorus quoque de frigore horū locorum nimirum intellexit, quum ita inquit: Aliquibus in regionibus adeò maxima frigoribus congelantur flumina, vt currus & exercitus super immobilem glaciem transeant. Congelatur etiam vinum, reliquáq; humida, adeò vt gladio abscindantur. Quódque his est mirabilius, & extremitates vestiū, quas

F homines ferant, frigore attritæ decidunt, offuscantur oculi, ignis splendorem non reddit, æreę statuæ disrumpūntur. De piscibus Mæotidis, Iuuenalis: Neque enim minor hęserat illis, Quos operit glacies Mæotica, ruptáq; tandem Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti, Desidia tardos, & longo frigore pigros. *Lubrica testa*) lapis coctilis, qui facilè labebatur per mare concretum. Sunt qui legant, lubrica crusta, non

Vix equidem credar: sed quum sint præmia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem.
Vidimus ingentem glacie consistere Pontum,
Lubricáque immotas testa premebat aquas.
Nec vidisse sat est: durum calcauimus æquor,
Vndáque non vdo sub pede summa fuit.
Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset,
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.
Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere, conantes dura coërcet hyems.
Et quanquam Boreas iactatis insonet alis,
Fluctus in obsesso gurgite nullus erit.
Inclusæq; gelu stabunt vt marmore puppes,
Nec poterit rigidas scindere remus aquas.
Vidimus in glacie pisces hærere ligatos:
Sed pars ex illis tum quoque viua fuit.
Siue igitur nimij Boreæ vis sæua marinas,
Siue redundatas flumine cogit aquas.
Protinus æquato siccis Aquilonibus Istro,
Inuehitur celeri barbarus hostis equo.
Hostis equo pollens, longéque volante sagitta,
Vicinam latè depopulatur humum.
Diffugiunt alij: nullísque tuentibus agros,
Incustoditæ diripiuntur opes.

testa, hoc est gelu lubricū, in quo quis facilè labitur. Vt apud Maronem, Concrescūt subitæ currēti in flumine crustæ. [Sed siue testa, siue crusta legatur, de aqua in testę morē congelata intelligēdum,

I non de lapide coctili, vt Merula somniat.] *Vidisse*) cōspexisse aquā ita cōgelatā. *Durum æquor*) marę congelatū. *Sub pede non vdo*) sub pede nō madefacto. Gelu enim illic erat, vbi primùm vnda fuit. *Si tibi tale fretū quondā Leandre fuisses*) Leander Abydenus, & Hero Sestias, mutuò se amarūt. Sed Leander ad Hero noctu ire cōsueuerat per fretum Hellespōticum, quod Seston

K & Abydon ciuitates interfluit. Quum igitur iuuenis oppressi tempestate cadauer ad puellam delatum fuisset, illa præcipitauit se de turri, vt docet Seruius. Leandri amorem, suppresso tamē nomine, tangit Virgil. in 3. Georgic. sed plenius Ouidius in Epistolis. *Tale fretū*) mare ita congelatū. *Angusta aqua*) Hellespontum designat, cuius angustiæ in latitudinem (autore Herodoto) sunt stadiorum septem, in lon-

L gitudinem verò quadringentorum protenduntur. Scribit Seruius, Io transisse per mare angustum, quod ab ea Bosporon appellatum, postea Hellespontum nominari cœptū esse. Abydos autem à Milesiis in Asia condita fuit, cui Sestos in Europa vrbs opposita fuit, Herûs patria. *Pandi delphines*) recurui & conuexi delphines. *In auras tollere*) Nam delphini (autore Plinio) tāta vi exiliunt, vt plerunque vela nauium transuolent vento. *Dira hyems*) durum gelu, aut asperum frigus. *Iactatis alis*) Ventorum à poëtis finguntur esse alati. Ouidius in Metam. Hæc Boreas, aut his non inferiora secutus Excussit pennas. *In obsesso gurgite*) in mari congelato. *Vt marmore*) tanquam marmore inclusæ. *Siue igitur nimij Boreæ vis sæua marinas*) &c. Siue mare, inquit, siue flumen congelaint, protinus deprædantur hostes vicinum agrum. *Siue redundatas flumine cogit aquas*) Ordo est: Siue vis sæui Boreæ cogit flumine, id est cōgelat in ipso flu-

mine aquas redundatas, hoc est copiosas & abundantes. Vel certè aquas redundatas flumine, id est collectas aquas in ipso flumine. *Æquato Istro*) Istro ita abstracto, vt siccitati Boreæ par sit. *Siccis Aquilonibus*) Aquilo niualis est, siccior tamen omnibus ventis, qui à Meridie & Oriente flant: omnium verò ventorum saluberrimus, vt Plinius docet. *Hostis equo pollens, longéque volante sagitta. Vicinam latè depopulatur humum*) Sauromatas arbitror designare Ouidium. siquidem Plutarchus in Paulo Æmilio scribit, eos circa Istrum incolentes gentem fuisse pugnacem, & equitatu maximè valentem, quos & Galatas appellarunt. Plinius etiam lib. 8. scribit, Scythas equitatus & equorū gloria strepere. Scribit Strabo, regionem vniuersam inter Borysthenem & Istrum maxima ex parte incolere Nomades, id est pastores, eósque vti tentoriis centonum instar, pilo contextis, plaustris vitam degentes: circúmque tentoria pecora comitantur, à quibus victum capiant, & aluntur lacte, caseo, carne. Pascua verò sectantur, loca semper herbosa permutantes. Vtuntur autem galeis ex crudis boum coriis, thoracis, & scutis: ad percutiendúmque lanceas habent, arcúsque, & gladios.

Ruris opes paruæ) Opes quas eripi dixit, enumerat. *Et quas diuitias incola pauper habet*) Rapiūt, inquit, hostes finitimi, Istrum transeuntes congelatum, eas opes, quas solent incolæ pauperes possidere. *Tinctile virus*) virus quod tinctū est sanguine humano, aut quo tingitur spiculum sagittæ. Solebant enim Scythæ sagittarum aciem vngere viperina sanie, & humano sanguine. Irremediabile autem est id scelus, mortem illico affert leui tactu. autor Plinius libro vndecimo Lucanus: Tinxere sagittas Errātes Scythiæ populi. *Nec sulcat humum*) nec terram arat. Scribit etiam Strabo, in Scythia paucos agrorum colēdorum stud[io] teneri. *Aut videt aut metuit locus hic quem non videt hostem*) Ordo est. Locus hic aut videt, aut metuit hostem, quem non videt. *Cessat*) nōn exercetur, nec fert.

Ruris opes paruæ, pecus, & stridentia plaustra,
Et quas diuitias incola pauper habet.
Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,
Respiciens frustrà rura, larémque suum.
Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.
Quæ nequeunt secum ferre, aut abducere, perdunt:
*Et cremat insontes hostica * turba casas.*
Tum quoque, cùm pax est, trepidant formidine belli:
Nec quisquam presso vomere sulcat humum.
Aut videt, aut metuit locus hic, quē non videt, hostē.
Cessat iners rigido terra relicta situ.
Non hic pampinea dulcis latet vua sub umbra,
Nec cumulant altos feruida musta lacus.
Poma negat regio. nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hic dominæ verba legenda suæ.
Aspiceres nudos sine fronde, sine arbore campos.
Heu loca fœlici non adeunda viro.
Ergo tam latè pateat cùm maximus orbis,
Hæc est in pœnas terra reperta meas.

non ad speciem tamen. nam & illis asper & indecens corporum habitus est. Cæterùm ad ferociam & numerum, vt multæ immitésque sint maximè. Iulius Firmicus scribit, Scytharū rabiem esse effrenatā. De Scythis multa Iustinus libro secundo. Eos enim inter Scythas enumerant Geographi, qui Thraciæ partem illā incolunt, quæ (vt hic etiā sentit Ouidius) ab vno latere Ponto includitur. Et nos superius docuimus, Scythiam duplicem esse. *Nec cumulant*) nec cumulatim implent. *Feruida musta*) musta calida. Solent enim musta feruere, & ideo calefieri. *Altos lacus*) Lacus vas est, quo vina ex vua expressa excipiūtur. Cato: De lacu vinum quamprimùm in dolium indito. Columella: Mustum autem antequam de lacu tollas, vasa rore marino, vel lauro, vel myrto suffumigato. Et alibi: Antequam prelo vinacea subiiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam. Et alibi: Mustum lixiuium, hoc est, antequam prelo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit, tollito. Tibullus: Et pleno pinguia musta lacu. *Nec haberet Acontius*) Cydippes & Acontij fabula nota est Ouidij epistola. Et nos eam diximus in enarrationibus in Ouidium de Arte amandi, super eo versu, Littera Cydippen pomo perlata fefellit.

Non hic pampinea dulcis latet vua sub vmbra) De vitibus Thraciæ regionis, quæ Istro pelagóque contingitur, ita scribit Pomponius: Thraciæ regio, quæ Istro pelagóque contingitur, nec cœlo læta est, nec solo: & nisi qua mari propior est, infœcunda, frigida, eorúmque quæ seruntur malignè admodum patiens. Raro vsquam pomiferam arborem, vitem frequentius tolerant: sed nec eius quidem fructus maturat, ac mitigat, nisi vbi frigora obiectu frondium cultores arcuere. Viros benignius alit,

IN VNDECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XI.

Si quis es, insultes) Crudelissimum quendam suppresso nomine accusat Ouidius, quòd quum in Scythica regione, orbatus omni re chara, in maximis degat incommodis, ille non his contentus, et tamen insultet: additque, magnū illi esse dedecus, oppugnare hominem prostratum & tacentem. Monet postremò, vt memor humanæ sortis, nolit amplius commemorare poëtæ crimina, sed ea sinat cicatricem obducere, cùm præsertim nulla eius fortuna possit fieri miserior. *Agas reum*) accuses me. *Natus es è scopulo*) Sic Dido Virgiliana: Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admorunt vbera tigres.

Si quis es, insultes qui casibus improbe nostris,
Méque reum dempto fine cruentus agas.
Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices pectus habere tuum.
Quis gradus vlterior, quo se tua porrigat ira,
Restat? quidve meis cernis abesse malis?
Barbara me tellus, & inhospita littora Ponti,
Cúmque truci Borea Mænalis Vrsa videt.
Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ.
Omnia sollicititi sunt loca plena metus.
Vtque fugax auidis ceruus deprehensus ab vrsis,
Cinctáque montanis vt pauet agna lupis:
Sic ego belligeris à gentibus vndique septus
Terreor, hoste meum penè premente latus.
Vtque sit exiguum pœnæ, quòd coniuge chara,
Quòd patria careo, pignoribúsque meis,
Vt mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram,
Nuda parum nobis Cæsaris ira mali est?
Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet,

Habere silices) habere cor & mentem durissimā. *Quis gradus vlterior restat?*) quod aliud malum superest, quod iratus mihi cupias accidere? *Et inhospita littora*) & littora portu carentia. *Vrsa Mænalis*) vrsa Arcadia. Callisto enim, quæ postea in vrsam mutata dicitur, fuit ex Arcadia. *Cum gente fera*) cum gente Thraciæ. *Solliciti metus*) timoris sollicitudinem inijcientis, propter gentes feras, quæ loca illa infestant.

Soluat & in mores ora diserta meos.
In causa facili cuiuis licet esse diserto,
Et minimæ vires frangere quassa valent.
Subruere est arces, & stantia mœnia virtus,
Quamlibet ignaui præcipitata premunt.
Non sum, qui fueram: quid inanem proteris vmbram?
Quid cinerem saxis, bustáque nostra petis?
Hector erat tunc cùm bello certabat, at idem
Tractus ob AEmonio non erat Hector equo.
Me quoque quem noras olim, non esse memento,
Ex illo superant hæc simulacra viro.
Quid simulacra ferox dictis incendis amaris?
Parce precor manes sollicitare meos.
Omnia vera puta mea crimina, nil sit in illis,
Quod magis errorem, quàm scelus esse putes.
Pendimus en profugi, satia tua pectora, pœnas
Exilióque graues, exilij que loco.
Carnifici fortuna potest mea flenda videri,
Te tamen est vno iudice mersa parum.
Sæuior es tristi Busiride, sæuior illo,
Qui falsum lento torruit igne bouem.
Quique bouem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas.
Munere in hoc vsus rex est, sed imagine maior,
Nec sola est operis forma probanda mei.
Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri?
Hac tibi, quem perdis, coniiciendus erit.
Protinus inclusum lentis carbonibus vre,
Mugiet, & veri vox erit illa bouis.
Pro quibus inuentis, vt munus munere penses,
Da precor ingenio præmia digna meo.
Dixerat. at Phalaris, pœna mirande repertor,
Ipse tuum præsens imbue dixit opus.
Nec mora, monstratis crudeliter ignibus vstus,
Exhibuit geminos ore gemente sonos.
Quid mihi cum Siculis? inter Scythicósque, Getásque
Ad te (quisquis is est) nostra querela venit.
Vtque sitim nostro possis explere cruore,
Quantóque vis auido gaudia corde feras,
Tot mala sum fugiens tellure, tot æquore passus,
Te quoque vt auditu posse dolere putem.
Crede mihi, si sit nobis collatus Vlysses,
Neptuni minor est, quàm Iouis ira fuit.
Ergo quicunque es, rescindere crimina noli,
Deque graui duras vulnere tolle manus.
Vtque meæ famam tenuent obliuia culpæ,
Facta cicatricem ducere nostra sine.
Humanæque memor sortis, quæ tollit eosdem,
Et premit, incertas ipse verere vices.
Et quoniam, fieri quod nunquam posse putaui,
Est tibi de rebus maxima cura meis.
Non est quòd timeas, fortuna miserrima nostra est,
Omne trahit secum Cæsaris ira malum.
Quod magis vt liqueat, néve hoc ego fingere credar,
Ipse velim pœnas experiare meas.

MER. A *Soluat ora*] loquatur. *In mores meos*) contra meos mores. *In causa facili*] in causa non difficili ad probandum. *Quassa*] debilitata. *Quamlibet ignaui*] Legitur etiam, Quilibet ignaui. *Proteris*] conculcas, pedibus teris. *Inanem vmbram*] vmbram sine corpore, id est me sine vllis viribus. *Petis saxis*] saxis insequeris. *Tunc quum bello certabat*] tunc B quum viuebat, & poterat hostibus resistere. *Ab Hæmonio equo*] ab equo Achillis Thessali. Notum est, vt Hector ab Achille interfectus, ter tractus fuit circum mœnia Troiana. *Non erat Hector*) non viuebat, nec vti poterat viribus: nam non is erat qui fuerat. *Hæc simulacra*) hoc corpus sine viribus, & hanc fictam imaginem. Simulacra enim propriè sunt mor-C tuorum imagines, quæ ex desiderio mortuorum ortæ sunt: vt qui iam defecerant, viuere viderentur. His autem verbis Poëta se quasi mortuum esse designat, nec quicquam præter simulacrum restare significat. *Sollicitare*] inquietare. *Meos manes*] animã quæ à meo corpore discessit. Nam dum me viuum agitare credis, mortuum insequeris. Manes puta-D uit Seruius (vt diximus) animas illo tempore, quo de aliis recedentes corporibus, nondum in alia transierunt. Idem etiam scribit, manes eos esse, quos cum vita sortimur, vt alter hortetur ad bonum, alter ad malum. *Omnia vera puta mea crimina*) existima, inquit, omnia quę mihi obijciuntur crimina vera esse: eáq; non errorem, nec imprudentiam, sed scelera fin-E ge appellari posse: satis certè pœnas luimus. *Pendimus pœnas*] pœnas soluimus. Est autem tractum à pecunia, vt docet Seruius. Apud maiores enim pecuniarias pœnas constat fuisse. Vergilius: Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. *Profugi*] fugati in Scythicas oras. *Satia tua pectora*] expleas crudelitatem tuam meis supplicijs. *Graues exilio*] molestas & magnas F exilij turpitudine ac damno. *Exilióque loco*] Non modò, inquit in exilium eiectus sum, verumetiam incommodissimus exilio locus electus est. *Carnifici*] sanguinario & crudelissimo homini. *Vno iudice*] te solo ita iudicante. *Tristi Busiride*] De Busiride rege Ægypti & eius crudelitate, quem ob eam causam Hercules immolauit, diximus in primum Ouidij de Arte amandi, in enarratione eius versus, Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus arua Imbribus. *Qui falsum lento torruit igne bouem*] Phalarim designat, de quo Paulus Orosius ita G scribit: Ea tempestate Phalaris Siculus Agrigétinos, arrepta tyrannide, depopulabatur: qui crudelis mente, commentis crudelior, omnia nefariè in innocentes agens, inuenit aliquando, quem iustè puniret iniustus. nã Perillus quidam æris opifex, affectans tyranni amicitiam, aptum munus crudelitati illius ratus, taurum æneum fecit: cui fabre ianuã è latere com- H positam, quæ ad contrudendos damnatos receptui foret, vt cõclusis ibidẽ subiectis ignibus torretẽtus: sonum vocis extortæ capacitas concaui æris augeret, pulsúque ferali competens imagini murmur emitteret, nefarióque spectaculo mugitus pecudis, non hominis videretur. Sed Phalaris factum amplexus, autorẽ exsecratus, & vindicti materiam præbuit, & crude- I litati. Nam ipsum opificem sua inuentione puniuit. *Quique bouem Siculo fertur donasse tyrãno, Et dictis artes conciliasse suas*) Perillũ dicit quẽ Græci Perilaũ appellant. Eum crudelẽ fuisse Plin. quoq; his verbis asserit: Perillũ nemo laudat sæuiorem Phalaride tyranno, cui taurũ fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito: & primò eum expertus est cruciatum K iustiore sæuitia. Propertius: Nónne fuit satius tristi seruire tyranno, Et gemere in tauro sæue Perille tuo. Silius quoque libro decimoquarto ita cecinit: Ductor Grosphus erat, cuius cælata gerebat Taurum parma trucem pœnæ monumenta vetustæ Ille vbi torreret subiectis corpora flammis, Mutabat gemitus mugitibus, actáque veras Credere erat stabulis armen- L ta effundere voces. Haud impune quidem. nam diræ conditor artis, Ipse suo moriens immugiit flebile tauro. De Phalaride & Perilao alibi plura diximus. *Munere in hoc vsus rerum est, sed imagine maior*] Hæc sunt Perilli verba ad Phalaridem regem. *Vsus*) vtilitas. *Sed imagine maior*) sed maior quàm apparet. *Nec sola est operis forma probanda mei*] Duo laudat: Perillus in tauro æneo, & vtilitatem, & formam. *Adapertile*] quod facile aperiri potest. *Quem perdis*] quem interfici iubes.

Erit coniiciendum] erit ponendus in ipso tauro. *Et illa vox*] & gemitus ille. *Imbue*] incipe. Imbuere enim (autore Seruio) est propriè incboare & initiare. *Geminos sonos*] & humanos & bubulos. Legitur etiam, Querulos sonos. *Quid mihi cum Siculis?*] quid crudelitatem Phalaridis & Perilli Siculi refero? *Ad te redeo*] ad exprobrandam crudelitatem in me tuam reuertitur. *Quisquis is es*] quisquis ille es qui meo cruore non expleris. *Sitim*] crudelitatem & desiderium tuum. *Quantamuis*] quantalibet. *Fugiens*] in exilium proficiscens. *Audita*] meis scilicet malis. *Vlysses*] qui decennio errauit. *Neptuni ira*] Neptuni indignatione. Neptunus enim Vlyssem insecutus, quòd ille eius filium Polyphemum excæcauit, quam ob causam ille postea pertulit tempestatem. Sanè Neptunus à nando dictus est, paulum primis literis immutatis, vt placuit Ciceroni in secundo de Natura deorum. *Quàm Iouis*] quàm Augusti. *Rescindere crimina noli*] noli iterum crimina mea lacerando commemorare. *De graui vulnere*] de magno meo malo. *Tenuent*] imminuant. *Incertas vices*] vicissitudines fortunæ, quas ignoras an tibi quoque obesse possint. *Maxima cura*] maxima solicitudo, ne reducar. *Quod magis vt liqueat*] vt illud magis appareat, me scilicet miserum esse.

IN DVODECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

Frigora iam Zephyri minuunt, annóque peracto, Tardior antiqua visa Mæotis hyems] Non sine magno dolore Poëta variis exemplis ver aliis adesse significat, quod apud Scythas in Septentrionali plaga, vbi exulabat, hac vna re scribit deprehendi posse, quòd tunc flumina auté plaustris peruia, & maria duro frigore concreta tunc relegantur, incipiúntque etiam nautæ nauigare: qui, si in Scythiam peruenerint, se illis dicit occurrere, vt ab his intelligat de Cæsaris triumphis. Quòd si quis aliquid referre potuit, protinus à Poëta domum ducitur, fitque eius hospes. precatur demum, vt domus, quam habebat in Scythia, non sit perpetua Poëtæ sedes, sed hospitium, vt aliquando in patriam redeat.

ELEGIA XII.

Frigora iam Zephyri minuunt, annóque peracto
Tardior antiqua visa Mæotis hyems.

Frigora iam Zephyri. Fauonius, qui Græcè Zephyros appellatur, flat ab occasu æquinoctiali ad octauum Calendas Martij. Chelidoniam vocant, ab hirundinis visu: nonnulli verò Ornithiam, ab auibus: vno enim & septuagesimo die post brumam ab aduentu auium flat per dies nouem. eo flante, minuuntur frigora, vt docet Plinius his verbis: Ver ergo aperit nauigantibus mare, cuius in principio Fauonij hibernum molliunt cœlum, sole aquarij 25. obtinente partem. is dies sextus est ante Februarias Idus. *Iam minuunt frigora*] iam attenuant frigora: tunc enim niues liquuntur. Vergilius: Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit. Fauonius autem à fouendo dicitur: sata enim fouet. Ideo eũ genitalẽ esse dicunt spiritum mundi. Zephyrus verò quasi [illegible] quòd satis vitam afferat. *Anno peracto*] peracta hyeme, quæ annum finit. Videtur hic Ouidius sentire annum hyeme finiri, vere autem incipere. Aut quia origo mundi ac temporum fuit vere, & secundum Macrobium incipiente die illo, qui primus omnium illuxit, qui ideo iure natalis mundi vocatur, fuit aries in medio cœli & quia medium cœlum quasi mundi vertex est, idcirco aries vt mundi caput in exordio lucis apparuit. Mundi originem Maro quoque vere fuisse ita docet: Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat Orbis, & hybernis parcebãt flatibus Euri, Cùm primũ lucẽ pecudes hausere, virũmq; Ferrea progenies duris caput extulit aruis, Immissæque feræ syluis & sidera cœlo. Quare falsum est quod Seruius dicit scribẽs per poeticam licentiam hæc à Vergilio dicta. Nostrates theologi 25. Calendas Aprilis die solis mundum creatum fuisse scribunt. Contra quorum opinionem Iulius Firmicus falsò scribit, Mundum certum diem non habuisse ortus sui: nec aliquem interfuisse eo tempore, quò mundus diuinæ mentis ac prouidi numinis ratione formatus est: nec eousque intentionem potuisse humanæ fragilitatis extendere, vt originem mundi facili posset ratione concipere aut explicare: præsertim quum 300. mille annorum maior apocatastasis, id est redintegratio per ecpyrosin, aut per cataclysmum fieri consueuerit: his enim duobus generibus apocatastasis fieri consueuit, tunc ergo exustioni diluuium, id est ecpyrosim ita cataclysmus sequitur: nulla enim re alia exustæ res poterant renasci, nec vlla re alia ad pristinam faciem formámque reuocari, nisi admistione aquæ concretus puluis fauillarum omnium genitalium seminum collectam conceperit fœcunditatem. Sed vt esset quod mathematici in genituris hominum sequerentur exemplum, ideo hanc quasi genituram mundi diuini viri prudenti ratione finxerunt. Aut certè hic Ouidius secundum Pythagoricam distinctionem ætatis humanæ ver anni principium appellat. Ille enim (vt est apud Ouidium in Metamorph. & Laërtium) veri pueritiam accommodauit, æstati adolescentiam, autumno iuuentam, hyemi senectutem. Aut quia Martius mensis regnante Romulo, quo mense etiam ver incipit, fuit anni principium. Ouidius tamen in Fastis docet hyeme annum incipere, quia bruma sol cursum perficit, & renouat. ita enim inquit: Bruma noui prima est veterisque nouissima solis: Principium capiunt Phœbus & annus idem. Varro etiam asserit, Tempus à bruma, ad brumam dum sol redit, vocari annum. Placuit autem annum à bruma incipere, quæ à dierum breuitate nomen accepit. vt scribit Pompeius: quia sol velut senio confectus, & ad Capricornum atque inferiores delapsus circulos, ad altiores incipit remeare, & quasi nasci: vnde sol nouus propriè dicitur (autore Seruio) octauo calendas Ianuarij. Florentinus princeps scribit ab octauo calendarum Decembrium vsque ad nonum calendarum Ianuariarum celebrari festa Brumalia. Cur autem Ianuario dederit Numa principatum, docet Plutarchus in Quæstionibus. Potes etiam accipere Ouidium hic annum peractum dicere, vt designet se toto eo tempore in Scythia fuisse, vbi mirabatur longiorem solito sibi hyemem visam. Magis tamen placet intelligas hic Ouidium anni initium facere à vere, sicut in fastis à bruma, vt diximus: eius enim initium varium fuit. quod docet Censorinus, scribens: Aliis à nouo sole, id est, à brumali: aliis ab æstiuo solstitio, plerisque ab æquinoctio verno, partim ab autumnali æquinoctio: quibusdam ab ortu Vergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis à caniculæ ortu incipere annum naturalem videri. *Hyeme Mæotis*) Mæotica glacies: de qua diximus suprà: aut hyems Scythica. *Antiqua*) Hyeme veteri, & priori. Intelligit autem hyemes Italas.

Longior antiquis visa Mæotis hyems) Mirum est, hunc locũ ita silentio præteriri à Commentatoribus, cùm non modò in verbo vitium sit, sed neque sententia integra aut plena. Nam & nomen Mæotis, quo palus Scythica significatur, in quam Tanais influens, Europam ab Asia disterminat, correptà prima ponitur: cùm contrà apud alios, tam Græcos quàm Latinos, eadem syllaba ex regula producatur. Cuius rei exemplum passim videre est apud Virgil. Lucanum, & cæteros. Et quod ad sensum attinet, ipsa quoque constructio imperfecta & [illegible] est, propterea quòd in toto hoc commate verbum nullum est, ad quod nomina in eodem posita referantur. Quid enim sonant perpetui illi nominatiui, longior (siue, vt alij, Tardior) antiquis visa, Mæotis hyems, nullo iis respondente verbo? quale fuerit, abiit, recessit, præteriit, aut simile. nam verbum Minuit, quod in præcedenti commate est, referri huc non potest non enim hiems, sed ver mitigat frigora. Et substantiuum Est, quod ad participium visa, infercendum aliquis fortasse dicat, leuius est, quam vt Minuendi verbum sequi, & sententiam claudere pro se ac solum debeat. Quale enim fuerit, Zephyri minuunt frigora, & postquam annus peractus est, hyems Mæotica tardior, siue longior mihi visa est quàm præteritæ atque antiquæ hyemes? præsertim cùm non sequantur quæ hyemis moram amplificent, sed quæ temporis qualitatem describant. Quare vt etiam syllabæ quantitatem figura aliqua iam regamus, quid ad constructionis & sententiæ [illegible] dicemus? Ego certè, vt quidem locum ipsum non facilè restituerim, ita tamen corruptum eundem esse, sine vlla dubitatione ausim affirmare

Impositámque sibi, qui non bene pertulit Hellen,
Tempora nocturnis æqua diurna facit.
Iam violas puerique legunt, hilarésque puellæ,
Ruráque quæ nullo nata serente ferunt.
Pratáque pubescunt variorum flore colorum:
Indocilique loquax gutture vernat auis.
Vtque mala crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas, paruáque tecta facit.
Herbáque, quæ latuit Cerealibus obruta sulcis,
Exerit è tepida molle cacumen humo.
Quóque loco est vitis, de palmite gemma mouetur:
Nam procul à Getico littore vitis abest.
Quóque loco est arbor, turgescit in arbore ramus,
Nam procul à Geticis finibus arbor abest.
Ocia nunc istic, iunctísque ex ordine ludis
Cedunt verbosi garrula verba fori.
Lusus equis nunc est leuibus, nunc luditur armis,
Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus.
Nunc vbi perfusa est oleo labente iuuentus,
Defessos artus tingere gaudet aqua.

MER. A *Impositámque sibi*) Æquinoctium vernum describit. Cardo enim temporũ quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis augetur. Hæc à bruma exæquatur noctibus verno æquinoctio in diebus 90. tribus horis, deinde superat noctes ad solstitium diebus 94. horis 12. vsque ad æquinoctium autumni: & quum æquata die procedit ex eo ad B brumam diebus 89 horis tribus. Bruma autem notatur, Capricorno ad octauum Calendas Ianuarij ferè æquinoctium vernum Ariete, solstitiũ Cancro, alterũmque æquinoctium autumnale, Libra. Rursus hi cardines singulis etiamnum articulis temporum diuiduntur per media omnes dierum spacia: quoniam inter solstitiũ & æquinoctium autu- C mni Fidiculæ occasus, qui autumnũ inchoat, dies 46. At ab æquinoctio eo ad brumam, Vergiliarum matutinus occasus hyemem dies 43. Inter brumam & æquinoctium dies 45. Flatus fauonij vernum tempus. Ab æquinoctio verno initiũ æstatis dies 48. Vergiliarum exortus matutinus. autor Plini⁹. Columella etiã libro 10. scribit: Æquinoctium primum mẽse Martio circa Calendas octauũ Aprilis in octaua parte Arietis confici, & ad exortum Vergiliarum dies verni tẽporis haberi duo & quinquaginta. Hæc eadem apertius declarat Varro in primo de Re rustica his verbis: Dies primus veris est in Aquario, æstatis in Tauro, autumni in Leone, hyemis in Scorpione. Quũ vniuscuiusque horum quatuor signorũ dies tertius & vicesimus, quatuor temporum sit primus efficitur, vt ver dies habeat, 91. æstas 95. autumnus 91. hyems 88. Quæ translata ad dies relata ciuiles nostros, qui nunc sunt pri- D mi verni temporis, extat ad septem Idus Februarij. Æstiui ad septem Idus Maij: Autumnalis, ad septem Idus sextilis: hyberni, ad quartum Idus Nouẽbris. Subtilius descriptis temporibus obseruanda quædam sunt ea quæ in partes octo diuidũtur. Primum à fauonio ad æquinoctium vernum dies 40. Hinc ad Vergiliarũ exortum dies 44. Ab hoc ad Solstitium dies 49. Inde ad Caniculæ signum dies 27. Deinde ad æquinoctium autumnale dies 47. Exinde ad Vergiliarum occasum dies 32. Ab hoc ad brumam dies 57. Inde ad fauoniũ dies 45. Higinus quoque autor est, Solem ab Ariete incipientem ver ostendere, & Taurum, ac Geminos transeuntem idem significare: sed iam extremis Geminorum circulum æstiuum tãgere videri, & per Cancrum & Leonem transeuntem & Virginem, æstatem efficere. Et rursum à Virginis extrema parte E transire ad æquinoctialẽ circulum perspicitur. In Libra autẽ æquinoctium conficit, & autumnum significare incipit. Ab hoc signo transit ad Scorpium & Sagittarium. Deinde protin⁹ incurrit in hyemalem circulum & à Capricorno, Aquario, Piscibus hyemem trãsigit. Itaq; ostenditur non per tres ipsos circulos currere, sed zodiacum transiens, ad eos peruenire. Scribit Varro alterum motum solis esse, alterum cæli. Quod mouetur à bruma ad solstitium dicta bruma, quòd breuissimus tunc dies est. Solstitiũ quòd sol eo die sistere videtur: aut quòd sol ad nos versum proximum est solstitium. Quum venit in medium spacium inter brumam & solstitiũ, quòd dies æquus fit ac nox, æquinoctium dictum. *Qui nõ bene pertulit Hellen*] Aries qui postea inter sidera collocatus fuit, Phrixum & Hellen per Hellespontum transtulit. illum Hesiodus & Pherecydes scripsere habuisse pellem auream. Sed Hellen decidisse in Hellespontum, & à Neptuno com- F pressam, Pæona procreasse, quem alij Edonum dixere. quam ob causam hic Ouidius Arietem dicit non bene pertulisse Hellen. Phrixum verò incolumem ad Æetam peruenisse, & arietem Ioui immolasse: pellem verò in templo fixisse, & arietis ipsius effigiem inter sidera constitutam. Fabulam plenius refert Diodorus ac etiam Hyginus. *Aequa nocturnis*] Æquinoctium designat, vt diximus, quo nihilo longiora sunt tempora diei, quàm noctis. *Ruráque quæ nullo nata serente ferunt*] legunt etiam quæ sua sponte in agris nascuntur. *Indocili gutture*) non docto gutture: hoc est, quod à nullo doctũ fuit nisi à natura, vt indocili pro nõ docto positũ sit. Auis certè indocili, valdè docili natura. Docilis enim (autore Prisciano) est qui facilè docetur, vt in agentis fit, vt apud Vergilium, & alios autores crebrò inuenimus. Differũt autem collum, guttur, & gula. Collum enim inter pectus & caput est: cuius pars prior guttur, posterior gula appellatur. Vel sic: Collũ capiti subiacet: Gutture H spiritus trahitur, ac redditur: Gula est, qua cibus & potus deuoratur, autor Aristoteles. *Vernat*) lætatur, lasciuit. *Vt deponat crimen mala matris*] vt deponẽdo in eis cunis & nidis pullos, videatur pia, & velle crimẽ filij quẽ occidit, ea educatione celare, nec mala mater dici. Sunt qui malè aduerbium esse dicant: sed errant. siquidẽ syllaba vltima, quæ breuis est, in aduerbio repugnat. Est autẽ nomẽ, & genitiuus casus. Nota est fabula Prognes, quæ Itym filiũ interfecit, & patri Tereo epulandum apposuit, vt vlcisceretur vim sorori turpiter illatam: quia ea non contentus iniuria, linguam etiam amputauerat, ne posset per vocem facinus aperire. Inde mutati sunt Tereus in vpupam, Itys in I phasianum, Philomela in lusciniam, Progne in hirundinẽ, secundũ Ouidium. Græci tamen non Philomelam, sed Prognem in lusciniã mutatã referunt: quod etiã videtur sentire Varro sic scribens: Lusciola, quòd luctuosè canere existimatur, atq; esse ex Attica Progne facta auis. *Sub trabibus cunas*) Cunas, hirundinis nidos appellat. *Herbáque quæ latuit*] Frumentum quoque apparere ostendit. *Sulcis Cerealibus*) sulcia vbi frumenta nascuntur. *Exerit*] nudat. *E tepida humo*) è terra media inter frigus & calidum: sic enim verno tempore esse solet: nam terræ quas glacies & frigus astrinxerat, vere flantibus zephyris soluuntur & tepescunt. Horatius: Soluitur acris hyems grata vice veris & fauoni. & Vergilius: Zephyrísque tepentibus auras Laxant arua sinus. *Ocia nunc istic*) ocia nunc sunt Romæ. *Cedunt verbosi*) Nam dicitor iura Romæ eo tempore, quo in scena ludi celebrantur. Ouidius in Fastis: Scena sonat, ludique vocant: spectate Quirites, Et fora Marte suo litigiosa vacent. Vel certè (quod magis placet) hoc di- K cit: Iuuentus Romana ludis & certaminibus campi Martij intenta, non frequentat forum. *Equis leuibus*] velocibus & agilibus equis: quos discebant Romani in gyrum flectere, vt diximus in Ouidij tertium librum de Arte amãdi in enarratione eius loci, Et in gyros ire coactus equus. vbi etiam attigimus eos ludos, quos hic Poeta commemorat. *Nunc luditur armis*] aliquãdo luditur armorũ exercitatione. Eam autẽ intelligit, quæ aduersus palum fiebat. De qua Vegetius libro primo ita scribit: Eóq; modo nõ tantũ manu, sed etiam post meridiẽ exercebãtur ad palum. Palorũ enim vsus nõ solùm militibus, sed etiã gladiatoribus plurimum prodest: nec vnquam aut arena, aut campus inuictum probauit virum, nisi qui diligenter exercitatus docebatur ad palũ: à singulis enim tyronibus singuli pali defigebantur in terram, ita vt nutare non possent, & sex pedibus eminerent, contra illum palum L tanquam aduersarium tyro & crate illa & claua, velut gladio se exercebat & scuto, vt nũc quasi caput aut faciem peteret, nũc à lateribus minaretur, interdũ contenderet poplites, & crura succideret, recederet, insultaret, insiliret: & quasi præsentẽ aduersarium, sic palũ omni impetu, omni bellãdi arte tentaret. Iuuenalis: Aut quis non vidit vulnera pali, Quẽ cauat assiduis sudibus, scutóq; lacessit: Atq; omnes implet numeros. De hac exercitatione intellexit Ouid. de Arte amãdi eo versu: Armáq; & in gyros ire coactus equus. & Martialis: Aut nudi stipitis ictus adest. *Celeri orbe*] celeri agitatione. De trocho diximus alibi. *Oleo labente*) Ceroma intelligit.

A Id vnguẽtum terra ex oleo & terra in speciem luti, quo quidem in palæstra vngebantur. Martialis: Et castigatum Lybicæ ceruma palæstræ. & alibi: Vara nec iniecto ceromate brachia tendis. Eo ceromate inspersi studiis palæstræ inuicem obluctabantur. Ea autem obluctatione & tactu corpora flaua reddebantur, qui tactus palæstritarum Haphe dicebatur. Haphe enim Græcè, tactum significat. & quia ceromate corpora perfusa eo tactu & agitatione flauescebant, ideo dixit Martialis lib. 7, Et flauescit haphe. hoc est, tactu ipso flauescit in palæstræ studiis Philænis meretrix. Et Seneca ad Lucilium: A ceromate nos haphe excepit in crypta Neapolitana. Ouidius in Metam. In lucta Acheloi & Herculis non haphem, sed tactum appellauit eo versu: Inque vicem fuluæ tactu flauescit arenæ. Et Plinius de eo puluere scribẽs, ita inquit: Non multum à puluere Puteolano distat arena tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria, fluctúsque B frangendos, sed ad bellanda corpora palæstræ studiis. Haphe præterea significat notas quibus lepra corpus maculat. Iulius Pollux accipit haphẽ pro prima infectura, quoties vestes imbuuntur coloribus. Oleum autem adhibebatur in palæstra, quoniam olei natura est tepefacere corpus, & contra algores munire. cuius vsum inuenere ad luxuriam Græci vitiorum omnium genitores in gymnasiis publicando, vt Plinius docet. Et Liuius scribit, Annibalis milites pugnaturos ad Trebiã, molliisse artus oleo per manipulos misso. Illud sciendũ, palæstram à Græco dictã. πάλη enim luctam siue luctationem significat. ea oleo vncti, homines exercebãtur ad valitudinem conseruandam, & agilitatem, robúrque acquirendum. G Vergilius: Exercent patrias oleo labente palæstras. Eius inuẽtor fuit Mercurius, vt docet Diodorus. & Horatius Mercuri facunde nepos Atlantis, Qui feros cultus hominũ recentum Voce formasti catus, & decoræ More palæstræ. Viguit maximè hoc certamen apud Athenienses, transiitque ad Troianus. quo argumento nonnulli ab Atheniensibus Troianos originem duxisse existimarunt. Scribit Pausanias, luctãdi artem Thesum primùm inuenisse. *Tangere gaudet aqua*) Romani veteres (vt scribit Vegetius) campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in quo iuuentus post exercitium armorum sudorem, puluerémque dilueret. quem morem docet etiam Ouid. lib. 3. de Arte amandi his versibus: Nec vos campus habet, nec vos gelidissima virgo, Nec Thuscus placidis deuehit amnis aquis.

MER. *Scena viget*] In scena varij etiam ludi exhibentur in præsentiã. *Studiísque fauor distantibus ardet*] hoc dicit, quia in ludis alij aliis fauebant, adeò, vt (autore Plinio) in spectaculis spectatores grandi sponsione facta C annulos deponerẽt, quũ alij alium victorem fore affirmarent. Iuuenalis: Spectãt iuuenes, quos clamor & audax Sponsio. Intelligit autem, cùm ludos gladiatorios, in quibus gladiatores etiã suos fautores habebant, tum in primis quatuor illas Circensium factiones: de quibus abundè diximus in Ouidium de Arte amãdi. *Studiis distantibus*) D fautoribus diuersis. nam alij aliis fautores habebant. *Ardet*] irascitur: vel optat, aut præ nimio alicuius factionis amore vritur. Vergilius, Ardet amans Dido. *Cúmque tribus resonãt*) Tria theatra cũ tribus foris vicina campo Martio, vbi hæc spectacula exhibebãtur, præ nimio clamantium strepitu resonabãt.

Scena viget, studiísque fauor distantibus ardet,
Cúmque tribus resonant terna theatra foris.
O quater, ô quoties non est numerare beatum,
Non interdicta cui licet vrbe frui.
At mihi sentitur nix verno sole soluta,
Quaque lacu duro non fodiantur aqua.
Nec mare concrescit glacie, nec, vt antè, per Istrum
Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.
Si tamen incipiunt aliqua huc adnare carinæ,
Hospitáque in ponti littore puppis erit,
Sedulus occurram nautæ, dictáque salute,
Quid veniat quæram, quísve, quibúsve locis.
Ille quidem mirum ni de regione propinqua,
Non nisi vicinas tutus ararit aquas.
Rarus ab Italia tantum mare nauita transit,
Littora rarus in hæc portubus orba venit.
Siue tamen Græca scierit, siue ille Latina
Voce loqui, certè gratior vsus erit.
Fas quoque ab ore freti, longæque Propontidos vndis
Huc aliquem certo vela dedisse Noto.
Quisquis is est, memori rumorem voce referre,
Et fieri famæ pársque, gradúsque potest.
Is precor auditos possit narrare triumphos
Cæsaris, & Latio reddita vota Ioui.

Mirum quidem est, ni ille veniat de propinqua H regione. *Tantum mare*] tam magnum mare. *Orba portubus*] portubus priuata. *Certè gratior vsus erit*] certè Latina lingua aut Græca mihi gratior erit. *Ab ore freti*] ab ore maris. Intelligit autẽ primas angustias, vbi id primùm se coarctat, & Hellespontum facit: qua Xerxes Persarum rex cõstrato nauibus ponte duxit exercitum, vbi verò expandit, Propontis appel- I latur. *Longæque Propontidos vndis*] Pontus inter cętera maria est maximè admirabilis. eius longitudo est vndecim millium, accentum stadiorũ. latitudo qua latissimum est, trium millium ducẽtorum. Huius pelagi os latitudinis est quatuor stadiorum. Longitudo oris quod est collum, quæ Bosphorus dicitur, circiter centum viginti stadia ad Propontidem vsque K pertingens. Propontis autem quingentorũ stadiorum est latitudinis, mille & quadringentorum longitudinis, influens in Hellespontum: vt Poeta non immeritò longã Propontidẽ appellarit. Ipse Hellespontus vbi angustissimus, stadiis septem quadringentis longus intrans pelagi vastitatem, quod Ægeũ vocatur. autor Herodotus. *Quisquis is est*] quicunque ad Ponticum littus venerit. *Rumorem*) sermonem sine certo vllo autore. Fama enim (vt Fabius scribit) consensum ciuitatis, & velut publicũ testimoniũ vocat. Rumor verò sermonẽ sine vllo certo autore dispersum, cui malignitas dederit initium, incrementum credulitas. Quam differẽtiam hic ponit etiam Ouid. quum subiungit: *Et fieri famæ pársque gradúsque potest*] quasi dicat: Rumor ille poterit ad partem aliquam, seu L gradum veritatis peruenire: nam verum dicere fama solet. *Triumphos Cæsaris*] triumphos Drusi: vel Augusti, cuius auspiciis ille militabat. Triumphare autem appellatum, quòd cum imperatore milites redeuntes, clamitabant per orbẽ in Capitolium, Io triumphe. Id à Triambo Græco Liberi cognomento, potest esse dictum. Autor Varro. Plutarchus in Marcello triumphum negat à Triambo dictũ. Sunt qui scribant hoc vocabulum Latinum esse, quia qui triumphabat, triplici iudicio honoraretur: primò enim exercitus de triumpho decernendo imperatori iudicabat, secundò senatus, tertiò populus. Docet Plinius, Liberum patrem triumphum inuenisse. quod etiam designat Diodorus, scribens illum primum omniũ Indico elephanto vectum triũphasse. Triumphandi modum & ornamenta describit Plutarchus.

De campo Martio, & tribus theatris hæc Strabo: Maximam antẽ harum partem, Martius cãpus habet, præter natiuam locorum amœnitatẽ, artis & solertiæ exor- E nationes admittens. Campi enim admirabilis magnitudo & curules pariter cursus, & alia equestria certamina expedita suppeditat. nec minus tã multis pilam, trochum, palæstram exercitatione tractantibus, aliáque incumbentia simul opera. Quid perennes solo herbas, coronatósque vsque ad fluminis alueum colles? Scenicarum ostentatio picturarũ eius generis spectacula pręstãt, vt difficilè & inuitus abscedas: huic proximus campo, & alter adiacet campus, & innumerabiles circumcirca porticus, horti nemorosi, theatra tria simul & amphitheatrum. De tribus verò foris abundè diximus alibi. *Boatum*] clamorem spectatorum. [Non boatum, sed beatum legendum, vt sit sensus: ô quater, aut potius, infinitis vicibus beatum, cui licet esse Romæ.] *At mihi sentitur*] Incipit commemorare quibus rebus noscatur ver apud Scythas, vt ex collatione eius incommoda ostendat. *Duro lacu*] lacu conF creto & congelato. *Aqua*] subaudi, sentiuntur. *Non fodiantur*) nõ rumpantur: quia vere spõte soluuntur. *Bubulcus Sauromates*] rector boum ex Sauromate regione: aut plaustra Sauromates. est autem genitiuus casus à nomine Sauromate: vt à Sparte Spartes. [Nominatiuus Grçcus est Sauromates, vt Spartiates, Sybarites, &c. qui casus Latinè in ta desinunt, vt Spartiata, Sauromata. Sed Græco poeta vsus est, versus gratia.] *Quísve*] Subaudi sit. *Ille quidem mirum*) Ordo est:

A Apertius aũt Appianus in triumpho Scipionis, & Iosephus in triũpho Vespasiani & Titi de Iudæis. Liuius libro decimo ab Vrbe cõdita ornaméta triũphalia scribit fuisse sellam curulem, togam prætextã, tunicã palmatam, togam pictam, coronam triomphalem, lauream q; Triumphãtiũ verò domus spolijs hostiũ affixis insignes inter alias fiebãt. De iure triũphandi Valerius Maximus multa. Quid autem ouatio à triũpho distet, & vnde dicatur, docet Plutarchus in Marcello. *Ioui Latio*] Sunt qui falsò intelligant Iouem Latialem, quẽ in monte Albano dedicauit Ascanius: ad cuius sacra, quæ Latinæ dicebantur, totum Latium conueniebat, & rex sacrificulus Romanus, cui (vt est autor Lactantius) olim sanguine humano sacrificabat. Placet ut intelligas de Ioue Capitolino qui Romæ colebatur, quæ erat caput Latij, quò duces triomphãtes perueniebant, & vota suscepta persoluebant. Liuius Dictator coronam auream libræ pondo ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Ioui donum posuit. Eam ędẽ Tarquinius Demarati filius vouit. Tarquinius postea Superbus extruxit, qui libratum argenti 40 millia in fundamẽtis dicitur impendisse. Capitolino Ioui Põpeius Magnus (autore Plinio) sex pocula murrhina dicauit. Augustus verò in eius cellam (vt docet Tranquillus) sedecim millia pondo auri gẽmásq; ac margaritas quingẽties sestertiũ vna donatione cõ- G tulit. Fuit etiã in Capitolio ædes Iouis Tonãtis, quã Augustus (vt meminit Trãquillus) struxit, cõsecrauitq; liberatus periculo, quũ expeditione Cãtabrica per nocturnũ iter fulgur cũ perstrinxisset, seruũmq; percussum exanimasset. In hoc ẽde Iupiter fuit Deliaci æris exẽplar, vt scribit Plinius.

Téque rebellatrix tandem Germania magni
Triste caput pedibus supposuisse ducis.
Hæc mihi qui referat, quæ non vidisse dolebo,
Ille mea domus protinus hospes erit.
Hei mihi, iámne domus Scythico Nasonis in orbe est,
Iámque suum mihi dat pro lare pœna locum?
Dij facite, vt Cæsar non hoc penetrale, domúmque,
Hospitium pœnæ sed velit esse meæ.

MER. B *Germania rebellatrix*] Augustus (vt Florus scribit) sciebat patrem suũ Cæsarem bis transuectũ ponte Rheno quæsisse bellũm. in illius honorẽ cupiens facere prouinciam, misit eò Drusum, qui validissimas nationes aggressus, domuit breui: adeò, vt non per adulationem, sed ea meritis defuncto ibi fortissimo iuueni, ipsi quod nunquã alteri senatus cognomen ex prouincia dedit. Sed breue id gaudiũ fuit. Nam postquam Drusus defunctus est ex fractura cruris, C super quod equus collapsus est, vt diximus suprà, Vari Quintilij libidinem, ac superbiam haud secus quàm sęuitiã odisse cœperunt: ausus est ille agere conuentum, quasi violentiam barbarorum & præconis voce posset inhibere. At illi, vt primùm togas, & sæuiora armis iura viderunt, duce Arminio arma corripiũt. Itaq; Varum improuidum, & nihil tale metuentem, improuisò adorti, vndiq; inuadunt, castra rapiunt, tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paulus & fato est & animo secutus. aliis oculos, aliis manus barbari amputarunt. Ipsius quoque consulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effossum. Vnde non immeritò poeta hic Germanos rebelles appellat. *Magni ducis*] Augusti Cæsaris. *Quæ non vidisse dolebo*] quæ dolebo cernere non potuisse. *Protinus hospes erit*] quam primùm apud me diuertet. *Domus Nasonis*] domus mea. D *Suum locum*] locum ipsius exilij, id est, Tomon. *Pro lare*] Larem pro domo posuit. Ex Lemuribus enim, qui posterorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris, vt scribit Apuleius. *Non velit hoc esse penetrale*] non velit hanc esse domum. Penetrale autem à penitus deductum, significat quod intimo loco est. sic Ouidius in Metam. Hæc domus, hæ sedes, hæc sunt penetralia magni Amnis. *Sed hospitium*] sed diuersorium ad tempus.

MICYL. *Téque rebellatrix tandem Germania magni Triste caput pedibus supposuisse ducis.* De Tiberio intellige hoc loco, non de Druso. Nam Drusus iã multo antè inter Salam & Rhenum, vt Strabo autor est, vel vt alij, ad caput Visurgis, lapsu equi perierat. Tiberius autem, occiso paulo antè ab Arminio & Cheruscis Quintilio Varo, in Germaniam missus hoc tempore fuit, vt cladem acceptam vlcisceretur, & Germanos in ordinem redigeret. Hunc ergo optat poeta, deuicta, vt ipse ait, rebellatrice Ger- E mania, cum triumpho redire, idq; se ex aliquo audire posse. Non quia Germanos victos, aut triumphũ de iis actũ certò tum sciret, sed quòd potuisset tamen alia fieri speraret, utpote longè à Roma remotus. Id quod planius aliquanto idem infrà dicit libro quarto, Eleg. 2. his versibus: Iam fera Cæsaribus Germania, totus vt orbis, Victa potest flexo succubuisse genu. Aliáque velantur fortasse palatia sertis, Thuráque in igne sonant, inficiúntque diem, &c. Potuit enim, inquit, succubuisse Germania, & fortasse velantur palatia sertis. quasi dicat, se certò quidem non scire, sed sperare tamen. Quod eò hic addo, quòd triũphus, de quo poeta audire hic optat, à Tiberio actus non fuit, neq; etiã rebellantes Germani ab illo adeò domiti, aut subiugati: sed quòd ipse, cùm per biennium in Germania fuisset, prœliis aliquot trans Rhenũ commissis, Romã rediit, ad triumphum de Illyriis agendum, quem superioribus annis, mœ- H sta ob cladem Varianam ciuitate, distulerat, misso eodem postea Germanico Druso filio, quem in familiam per adoptionem à Tiberio ascitum, non multo antè quàm moreretur, Augustus octo legionibus apud Rhenum imposuit: qui quarto demum anno post excessum Augusti, debellatis, vt ipse quidem de se iactarat, inter Albim & Rhenum nationibus, de Catthis, Cheruscis, & Angriuariis triumphauit, autore Tacito. Quo tempore iam mortuus poeta videtur fuisse, quando eius triumphi in posterioribus de Ponto libris, vaticinando tantum meminit, prædicere se inquiens, Germanico, consimilem ipsum triumphum acturum de Germanis, ei, quem Tiberius de Dalmatis & Illyriis egisset. Quod autẽ hic locus neque de Germanici, neque de Drusi triumphis intelligendus sit, sed de eo bello, ad quod Tiberius proximo I post cladem Varianam anno in Germaniam profectus fuit, etiam temporum collatio euincit. Scripsit enim hæc Ouidius, cùm iam annum, aut non multo amplius in Ponto fuisset, quarto anno ante quàm Augustus moreretur, id quod partim ex præsenti Elegia colligitur, partim ex 4. de Ponto, eleg. 6. vbi ait,

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est,
Iam tempus lustri transit in alterius.
Et mox eadem Elegia,
Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ:
Spem nostram, terras deseruítque simul.
Quale tamen potui de cœlite, Brute, recenti,
Vestra procul positus carmen in ora dedi.

Ex his enim verbis colligitur, illum quintum iam annum in Ponto fuisse, & eodem anno mortuum Augustum: ea præ- K senti autem Elegia, vnam tantum hiemem transisse, dũ ipse exulat. Vnde patet, in exilium actum quinquennio ante obitum Augusti, quo tempore & Variana clades accepta est: ad quam vlciscendam sequenti proximo anno missus Tiberius, post biennium, hoc est, vltimo ante Augusti mortem anno rediit, & Illyricum triumphum egit: quo anno & Germanicus ab eodem Augusto, octo legionibus apud Rhenũ præpositus fuit: Tiberio post actum, Illyricum repetente. vnde mox reuocatus morte Augusti, principatum accepit, Coss. Sex. Pompeio (cuius Ouidius meminit de Ponto lib. 4. Eleg. 4.) & Sex. Apuleio. Hęc ex autoribus Tacito, Suetonio, & Strabone, verbosius aliquanto huc adieci, quòd eadem collatione temporum & infrà nobis opus erit: & de iisdem triumphis, iisdemque Cæsaribus sæpius agendum. Proinde vt ad ipsos versus redeamus, triumphos Cæsaris intellige, L triumphos Tiberij, quos Poeta ipsum sperat de Germanis acturum, aut (quia de pluribus dicit) alterum de Germanis, alterũ de Illyricis. de quo infrà. Magnum autẽ ducem Augustum intellige, penes quem summa rerum etiam tum erat.

IN DECIMAMTERTIAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XIII

ECce supernacuus (quid enim fuit vtile nasci?)
Ad sua natalis tempora noster adest.
Dure quid ad miseros veniebas exulis annos?

F *Ecce supernacuus*] Quum natalis Poetę adesset, superfluum fuisse dicit, in ea loca illum venisse, vbi non licet illi ea more solennia sacra exhibere: muoetque, ne amplius redeat, dum erit in Scythia. *Quid enim fuit vtile nasci*) Ratio quare eius natalis fuerit superfluus. Hoc autem dicit, quoniam in Scythia in maximis incommodis eam degebat. Loquitur enim ex eorum sententia, qui censuere non nasci optimum, ob varia vitæ mala & labores. Quam

A *nasi*) Tanais à septentrione, ad meridiē vergens, in mediam ferè Mæotida defluit, & Europ ab Asia diuidit, vt Curt. docet, Luc. Asiæ quoque terminus idem, Europæ mediæ dirimens confinia terræ: Nunc huc nunc illuc qua flectitur ampliat orbem. *Sic tamen hæc absunt*) Ordo est: Tamen hæc sic absunt, vt cuncta quæ non est cōtingere corpore, sint videnda meo animo. Hæc tamē loquit, quibus careo, ita à me remota sunt, vt ea quæ non possum corpore contingere, animo complectar. *Aggrauat*) graues facit, quum considero me non posse frui eius præsentia. *Illa leuat*) eadem vxor exonerat molestiam, quum eius erga me amor & fides occurrit. *Onus sibi impositum*) vel mariti absentiam, vel certè onus impetrādi reditum ab Augusto. *Vos quoque pectoribus*) Aliud eius incommodum, hoc est amicorum absentiam, commemorat.

Propositique precor contrahe vela tui) Est hæc quidem metaphora, & à nautis sumpta, sed nō significat mutationē consilij, vt Merula exponit, sed moderationem. vt sit sensus: Moderata propone tibi, ac tempera cupiditatibus tuis, ne, dum altiora conaris, in periculū incidas. Tunc autem contrahūt vela nautæ, non cùm retrò cursum flectūt, aut in diuersum nauigant, sed cùm cursus inhibent, ac moderantur. MICYL. G

Est anceps) est ambiguū, an velitis nominari in meis versibus. Vel certè B est dubium & periculosum, vos nominare. *Protrahet*) in longum trahet, & posteris notum faciet. *Si quis amauit occulte*] si quis me clàm dilexit. [Imò, si quis me antè amauit, is nunc occultè amet ac tacitè, vitādi periculi causa. *Contacti simili sorte*) perculsi eiusmodi infortunio quali ego sum. *Rogetis idem*) idē precemini quod ego.

Antè volebatis, gratique erat instar amoris,
Versibus in nostris nomina vestra legi.
Quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemq;
Alloquar, & nulli causa timoris ero.
Nec meus indicio latitantes versus amicos
Protrahet, occultè si quis amauit, amet.
Scite tamen, quamuis longa regione remotus
Absim, vos animo semper adesse meo.
Et qua quisque potest, oro, mala nostra leuate,
Fidam proiecto ne vel negate manum.
Prospera sic maneat vobis fortuna, nec vnquam
Contacti simili sorte rogetis idem.

H

C IN QVINTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA V.

MER. V*Sus amicitiæ tecum*] Amici fidem perspectam & cognitam, in aduersis præcipuè rebus, laudat Ouidius, quam dicit nunquam abituram ex eius animo: precatúrque deos, vt ei tribuant in posterum amicos, quos in secundis rebus possit iu- D uare. Demū fatetur se ali exigua spe, vt aliquando Augustus mitior fiat, & magis placidū tribuat exiliū. *Vsus amicitiæ*] consuetudo necessitudinis. *Fuit paruus mihi tecū*) fuit rarus mihi tecum: quia rarò vtebar consuetudine tua. *Vt illam non agrè posses dissimulare*] vt posses illam facilè celare, & ostendere te non fuisse mihi amicum.

E *Ni me complexus*] nisi me vehementer amasses fœliciori mea fortuna, quamuis parua mihi tecum esset consuetudo. *Igne Iouis*] Augusti ira. *Et adire limen*] & domum meam accedere. *Idque recens præstas*] in præsentia quoque idem facis. *Veterum*] subaudi amicorum. *Mihi misero*] scilicet præstitere. *Confusos vultus*] vultus perturbatos.

F

V*Sus amicitiæ tecum mihi paruus, vt illam*
Non agrè posses dissimulare, fuit.
Ni me complexus vinclis propioribus esses,
Naue mea vento forsan eunte suo.
Vt cecidi, cunctique metu fugere ruinam,
Versáque amicitiæ terga dedere meæ.
Ausus es igne Iouis percussum tangere corpus,
Et deploratæ limen adire domus.
Idque recens præstas, nec longo cognitus vsu,
Quod veterum misero vix duo trésue mihi.
Vidi ego confusos vultus, visósque notaui,
Osque madens fletu, pallidiúsque meo.
Et lacrymas cernens in singula verba cadentes:
Ore meo lacrymas, auribus illa, bibi.
Brachiáque excepi presso pendentia collo,
Et singultantis oscula mista sonis.
Sum quoque Care tuis defensus viribus absens,
Scis Carum veri nominis esse loco.
Multáque præterea manifesti signa fauoris
Pectoribus teneo non abitura meis.
Dij tibi posse tuos tribuant defendere semper,
Quos in materia prosperiore iuues.
Si tamen interea quid in his ego perditus oris,
Quod te credibile est quærere, quæris agam.
Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli,
Tristia leniri numina posse Dei.
Seu temerè expecto, siue hoc contingere fas est,
Tu mihi quod cupio fas precor esse proba.
Quaque tibi est linguæ facundia, confer in illud,
Vt doceas votum posse valere meum.
Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cùm iacet hostis, habet.

Seu Charum veri nominis esse loco] Quia Charū illum appellauerat, ostendit id eius vi verbi verum amoris nomen designari: χάρις enim gratiam significat & amorem. Vnde Cicero libro primo de Natura deorum ita scribit: Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est deductum. *Proba*] affirma. *Meum votum*] meū desiderium: vt reddatur mitior Augustus. I

K *Quo quisque est maior*] Augustum placari posse arguit. *Magis est placabilis ira*] Iram esse scribit Aristoteles cupiditatem doloris reponendi, quam Ouidius inquit animum magnum & bene institutum abijcere. nec enim (vt ait Seneca) quicquam magnum est, nisi quod simul & placidum. & idem: Irasci pro suis, non est pij animi, sed infirmi. Ira autem distat ab iracundia, vt ebrius ab L ebrioso, & timens à timido. Iratus potest non esse iracundus, Iracundus non potest aliquando iratus non esse.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni] Exemplo leonis docet magnum animum facile iram ponere. Scribit enim Plinius, leoni tantum ex feris clementiam in supplices, siquidem prostratis parcit.

At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcunque minor nobilitate fera est.
Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanij lacrymas non tulit ille senis.
Quæ ducis Emathij fuerit clementia, Pharos,
Præclaríque docent funeris exequiæ.
Néve hominum referam flexas ad mitius iras,
Iunonis gener est, qui prius hostis erat.
Denique non possum nullam sperare salutem,
Cùm non sit pœna causa cruenta mea.
Non mihi quærenti pessundare cuncta, petitum
Cæsareum caput est, quod caput orbis erat.

MIR. *Dardanij senis*] Priami petentis ab Achille Hectoris cadauer: vt in Iliade scribit Homerus. *Quæ ducis Emathij*] Alexandrum Macedonem dicit. Macedonia enim antè à nomine Emathionis regis, cuius prima virtutis experimenta in illis locis extitera, Emathia cognominata est: autore Iustino ac Gellio.

Pharos] Pharon insulam paulum supra Canopeum ostium pro Alexandria ponit, quam ille in Ægypto condidit ad ipsius insulę similitudinē, vt docet Plutarchus: ad quē locū eius etiam corpus detulit Ptolemæus Lagi filius, quod Perdiccæ abstulit, fuitque repositum in alueo aureo. Sed Coccas, cui cognomento fuit Ptolemæus, ablato aureo loculo, vitreum reposuit, autor Strabo. Scribit etiam Curtius, corpus Alexandri à Ptolemæo, cui Ægyptus cesserat, Memphim, & inde paucis pòst annis Alexandriam translatum esse. De Pharo ita scribit Strabo libro decimoseptimo: Pharos insula quædam est oblonga, opposita Alexandriæ, quæ continenti adiacet, bicipitem ad eam portum faciens. Nam quum littorea regio sit sinuosa, duo promontoria in mare emittit, inter quæ insula iacet, quæ portum claudit. Est ibi petra quædam mari circumdata, quæ turrim habet multis tabulatis excelsam, & albo lapide mirificè structam, eodem nomine quo insula. Eam Sostratus Gnidius regum amicus posuit ob nauigantium salutem, vt epigramma declarat. Nam quum ora ea vtraque parte importuosa & humilis esset, & cautes & breuia haberet, signū aliquod necessarium fuit altum & clarum, quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Pharos à priscis dictas [aiunt] turres machinásve in portubus ad prælucendi ministerium, nocturnósque nautarum cursus dirigendos fabricatas: sicut iam tales pluribus locis, inquit Plinius, flagrant, vt Rauennæ. Talis Pharos fuit quoque Capreis tempore Tiberij: ea concidens, portendit mortem Tiberij. Sunt qui scribant Pharon à Græcis Latinísque iuxta appellari ex ipsius rei vsu, eo quòd longè videatur à nauigantibus, tanquam φαινὸς, quod significat lucidum. Solinus scribit, Ægyptios in portubus machinas ad prælucendi ministerium fabricatas, Pharos dicere. Pharos autem insula sic cognominata fuit à magistro nauis Menelai, cui id nomen fuit, ibidem ab aspide interempto, & sepulto, vt Anticlides scripsit. Ea olim insula fuit, postea Alexandriæ ponte coniuncta, vt scribit Plinius, dicente Lucano: Insula quondam In medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos, at nunc est Pellæis proxima muris. Cæsar etiam in Commentariis im scribit: Pharus est in insula turris magna altitudine, mirificis operibus exstructa, quæ nomen ab insula accepit, hæc insula obiecta Alexandriæ, portum efficit: sed à superioribus regionibus in longitudinem passuum noningentorum in mare iactis molibus angusto itinere & ponte cum oppido coniungitur. *Præclaríque docent funeris exequiæ*) Alexandri clementiæ in hostes testis locupletissima fuit Alexandria, vbi conditum fuit eius cadauer, cui parentauit Ptolomæus. quam iē hic per exequias designat Ouidius, ex quo designat, Alexandrū quoq; iram posuisse, & clemētia vsum in omnes: quod est generosæ mentis peculiare. cuius rei Pharon testem esse dicit, propterea quòd ob regis clementiam eius cadauer ita honorificè seruatum fuit. De Alexandri corpore ita scribit Strabo: Circuitus quidam est Alexandriæ, in quo regum sepulturæ, & Alexandri erat. Nam Ptolemæus Lagi filius Alexandri corpus Perdiccæ abstulit, quum id ex Babylone deferret, atque huc diuerteret, auaritia tractus, vt Ægyptum sibi vendicaret: periit ille à militibus interemptus. Nam quum Ptolemæus aduentasset, eum in insula deserta inclusit, vbi sagittis confossus est. Alexandri corpus Ptolemæus Alexandriam detulit, eíque parentauit. Potes etiam per exequias intelligere mœrorem gentium deuictarum ab eo post mortē, idq; ob eius clementiam. Nam (vt scribit Iustinus) omnes barbaræ gentes paulo antè deuictæ, non vt hostem eum, sed vt parentem luxerunt. Quin ipsa quoque Darij mater mortem sibiipsa consciuit: vel, vt alij malunt, inedia periit. Per Pharon igitur, Alexandriæ & Ægypti: per exequias verò, cæterorum dolorem designat. Superior sententia magis placet. De clementia Alexandri in deuictos, & morte, ac ploratu, lamentísque & planctibus variarum gentium, legito Curtium & Iustinum. De veneni verò vi quod ei datum ferunt, idem Curtius, Iustinus, Vitruuius libro 8. Herodotus & Plutarchus abundè scripsere.

Ad mitius] ad magis mitem animum. *Iunonis gener est*] Herculem dicit, qui Heben Iunonis filiam vxorem duxit, dicente Seneca poeta in Octauia: Deas Alcides possidet Heben, Nec Iunonis iam timet iras, Cuius gener est, qui fuit hostis. Dico autem Senecam poetam, quoniam Senecæ duo fuerunt: alter philosophus, Neronis præceptor: alter verò tragœdiarum scriptor. quod apertissimè declarat Sidonius poeta his versibus: Non quod Corduba præpotens alumnus Facundum ciet, hic putes legendam: Quorum vnus colit hispidum Platona, Incassúmque suum monet Neronem: Orchestram quatit alter Euripidis Pictum fœtibus Æschylum sequutus. Et Martialis: Duósque Senecas, vnicúmque Lucanum Facunda loquitur Corduba. Quare corrigendus est error eorum qui putant vnum tantùm Senecam fuisse, poetam pariter & philosophum, ac Neronis præceptorem. Sanè Hebe (vt in Odyssea scribit Homerus) filia fuit Iouis & Iunonis. Alij verò solius Iunonis, quæ in conuiuio Apollinis lactucas agrestes comedit: & facta ilico grauida, ex eo conceptu Heben peperit: quæ quia formosa erat, Ioui pocula ministrabat, vt in quarto Iliados docet Homerus. Postremò Herculi in Oeta monte mortalitate exuta, in numerum deorum assumpto, coniunx data est. Heben autem scribit Seruius esse iuuentutis deam.

Non sit cruenta] non sit capitalis, aut cæde alicuius aspersa. *Mihi quærenti pessundare cuncta*] mihi quærenti omnia meo imperio subiicere, & orbem inuadere.

Non est petitum] non sum impetu aut insidiis aggressus.

MICYL. *Nauis mea vento forsan eunte suo*) Hoc est, quia tum fortassis nauis mea suo, id est, secundo vento ferebatur, eáque fortuna mea esset, vt à te, qui cum ipso consuetudinem tantam non habebam, impensius amarer. vt sit hæc ætiologia quædam ad superiora. *Seu charum vero nominis esse loco*] Hoc est, Intelligis te interea chari nomine, loco proprij nominis appellari, quando proprium tuum quod est, periculi causa ponere apertè non licet. Quod propterea à poeta additum videtur, ne quid ipse in nomine errasse videretur, quum & propriam quorundam charus esset. Nisi quis ita accipi idem hoc malit, vt is ipse ad quem scribitur, Charus dictus fuerit: & ne quid ipsius nominis positio illi noceret, hac figura Poetam esse vsum. Nam quæ Merula hic de etymologia Chari, & de χάριτος voce addit, superuacanea, adeóque ἀπροσδιόνυσα videntur.

Quæ ducis Emathij fuerit clementia Pharos) &c. Merula hunc locum de Alexandri Magni sepultura in Ægypto exponit: eóque & de honoribus defuncto exhibitis multa accumulat. Cæterùm quando hic de ducis clementia, qua ipse erga alios vsus fuerit, non qua alij erga ipsum, mentio fit: deinde Alexander circa Pharum, aut Alexandriam, neque ipse ab initio sepultus fuerit, neque alterius funus aut exequias peregisse tradatur, probabile est, locum hunc vel de alio duce, vel de alio funere intelligendum esse. Ac quod ad ducem attinet, non video, quinam alius intelligi possit. Nisi si quis Cæsarem dictatorem accipiendum putet, qui cùm apud Pharum Ægypti, Pompeium, hostem suum, & à se deuictum, à satellitibus Ptolemæi interfectum comperisset, viso illius annulo, illacrymatus dicitur, iussisséque reliquias ac cineres illius conquiri, ac sepulturæ tradi. Hūc ergo Emathiū dici, à cāpis Emathiæ, dixerit aliquis, in quibus pugna inter Pōp. ac Cæsarem cōmissa fuit.

EEE. iiij.

A præsertim quando & Lucanus eodem nomine illos vocet, in exordio Operis sui, ita dicens, Bella per Emathios plusquam ciuilia campos, Iúsque datum sceleri canimus, &c. Sed hoc nimis coactum & durum. At de Alexandro duce, alio autem quàm ipsius fuerre, intelligere placet. Licet ad suum & sepulturam hunc locum referre, quam ille Dario, à se quidem victo, insidiis autem & fraude suorum occiso, regiu Persarum more celebrari concessit. De qua re Arrian. lib. 3. Diodorus & Plutarchus in vita illius meminere. Sed secundum hanc expositionem, pro Pharos, quæ vox in fine prioris versus est, Porus legendum fortasse fuerit. vt sit duplex exemplum clementiæ Alexandri, alterum Poro, alterum Dario exhibitum. Nam Porum, cùm & ipsum graui prælio superatum, captiuum abduxisset, postea non solum dimisit, sed & ampliore regno donauit, vt iisdem autoribus traditur. Pharos autem, siue hoc, siue illo modo expositio fiat, vtrobique incommodè legitur: propterea quòd ipsa dictio, longa priore, hoc loco ponitur: cum aliàs tam Græcis quàm Latinis, eadem syllaba corripiatur, Græcè autem etiam acuto tono G notetur: vt apud Stephanum & Suidam. Nisi si cui placeat ectasin fieri, vt in ἆρες ἆρες βροτολοιγέ, & similibus.

Porus autem nihil incommodi habebit, cùm & apud Arrianum & Suidam ω magno πῶρος scribatur.

MER. B *Non aliquid dixi*] non aliquid locutus sum, quod imperatorem offenderet. *Violenta*] minās vim aliquam. *Verba profana*] verba non sancta. Plautus: Sanctum an profanum habens, parui penditur. Profanum autem (vt est autor Macrob.) omnes penè consentiunt id esse, quod extra fanaticam causam sit: quasi porrò à fano & religione secretum. cuius significatus exemplum C consecutus est Maro, quum de luco & adito inferorum sacro vtroque loqueretur, dicens: Procul ô procul este profani, Conclamat vates, totóque absistite luco. & Liuius lib. 9. Interea dedite inquit, profanos nos quos salua religione potestis. Trebatius id profanum propriè dici ait, quod ex religioso & sacro in hominum vsum proprietatémque conuersum est. Vergilius: Faune precor miserere, inquit, túque optima ferrum Terra tene, colui vestros si semper honores, Quos contrà Æneadæ bello fecere profanos. Dixerat enim prius: Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant. Profanum scribit Pompeius id dici, quod fani religione non tenetur. Varro ait profanum id esse, quod est ante fanum, coniunctum fano. *Hinc profanatum*] quod in sacrario factum. *Nimio mero*] nā nimiū

Non aliquid dixi, violentáque lingua locuta est,
Lapsáve sunt nimio verba profana mero.
Inscia quòd crimen viderunt lumina, plector:
Peccatúmque oculos est habuisse meos.
Non equidem totam possum defendere culpam,
Sed partem nostri criminis error habet.
Spes igitur superest, facturum vt molliat ipse
Mutati pœnam conditione loci.
Hoc vtinam nitidi solis prænuncius ortus
Afferat admisso Lucifer albus equo.

vinum cogit plerunque secreta detegere, & linguam proteruam fieri: quod Gallo poetæ euenisse arbitratus est Ouidius, vt diximus. De violentiæ & ebrietatis incommodis lege Horatium in ode 18. *Plector*] crucior. Ecce H quomodo hic etiam Ouidius ostendit se aliquid vidisse, cuius causa in exilium eiectus est.

Peccatúmque oculos] Ordo est: Peccatum meum est, me habuisse oculos: hoc est, vidisse.

Totam culpam] rem omnem vt se habuit. nam Augustum offenderem. vel certè dicit, prorsus non possum absolui, quòd ea viderim quæ non videnda erant.

Sed error habet partem nostri criminis] sed pars criminis mei, errori & imprudentiæ ascribenda est, quòd per errorem potius, quàm de industria ea viderim, quæ non videnda erant. *Facturum*] te daturum operam. I *Vt molliat ipse*] vt ipse Augustus mollem & mitem faciat. *Mutati loci*] mutati exilij. *Hoc*] vt pœna mutetur. *Admisso equo*] celeri equo.

D

IN SEXTAM ELEGIAM ENARRATIO.

FOedus amicitiæ) Hac etiam elegia amici fidem laudat Ouidius, quam eum etiam si velit, minimè dissimulare posse ostendit: cuius consilio si vsus fuisset, fatetur se incolumem semper esse potuisse. Demum illum precatur, vt ei Augustum mitiorem reddat, quo is sibi exilij locum mutet: quandoquidem nulli sceleri se obnoxium E esse sciat. *Fœdus amicitiæ*] Ordo est: O charissime, non vis dissimulare fœdus nostræ amicitiæ: nec potes dissimulare, etiamsi fortè velis. *Testatus populo*] probatus populo. *Vt esset penè magis quàm tu quàmque ego notus*] vt amor noster esset notior populo Romano, quàm tu aut ego. *Quique est in F charis*] ille candor & fides, inquit, animi tui, quo candore amicos prosequeris. *Quem colis ipse*] quem suspicis & venerans. Fortasse Augustum designat. Vel certè, amas. & amicum aliquem denotat, suppresso nomine. *Cuique ego narrabam*) Ordo est: Et tu vnus eras cui ego narrabam quicquid secreti habebam, excepto illo quod me perdidit.

ELEGIA VI.

FOedus amicitiæ non vis charissime nostræ,
Nec, si fortè velis, dissimulare potes.
Donec enim licuit, nec te mihi charior alter,
Nec tibi me tota iunctior vrbe fuit.
Isque erat vsque adeò populo testatus, vt esset
Penè magis quàm tu, quámque ego notus amor.
Quique est in charis animi tibi candor amicis,
Cognitus est illi, quem colis ipse, viro.
Nil ita celabas, vt non ego conscius essem,
Pectoribúsque dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabam secreti quicquid habebam:
Excepto, quod me perdidit, vnus eras.
Id quoque si scisses, saluo fruerere sodali,
Consilióque forem sospes amice tuo.
Sed mea me in pœnam nimirum fata trahebant,
Omne bona claudunt vtilitatis iter.
Siue malum potui tamen hoc vitare cauendo,
Seu ratio fatum vincere nulla valet,

Id quoque si scisses] si etiam quod me perdidit intellexisses. K *Saluo sodali*] sodali incolumi, & non exule. *Consilio tuo*] tuis monitis. nam mihi rectà consuluisses. *Malum*] quod mihi euenit. Est autem sensus: Siue fata possunt euitari ratione, siue non possunt: te tamen precor vt sis memor mei. *Cauendo*) mihi prospiciendo. *Seu ratio fatum*] Ex L Stoicorum sententia, Fatum esse ineuitabile dicit. Quam rem etiam expressit Curtius libro quinto his verbis: Eludant videlicet, quibus fortè ac temerè negotia humana volui, agique persuasum est: equidem æterna constitutione crediderim, nexúque causarum latentium, & multo antè destinata-

A rum suum quemque ordinem immutabili lege percurrere. Et libro quarto, (vt opinor) fatum ineuitabile est. Et Herodotus libro nono: Quicquid ex deo fieri oportet, id hominibus ineuitabile est. De vi autem, & fati necessitate, & quomodo fatum diffinierit Chrysippus, docet Gell. lib 6. Plura etiam Cicero scribit in libro de Fato, & primo de Diuinatione etiam hæc: Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatum autem appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriémque causarum, quum causa causam ea se gignat, ea est ea omni æternitate fluens veritas sempiterna. Hanc sententiam refellit Eusebius de Præparatione Euangel. lib 6.

Tu tamen ò nobis vsu iunctissime longo
Pars desiderij maxima penè mei,
Sis memor, & si quas fecit tibi gratia vires,
Illas pro nobis experiare, rogo.
Numinis vt læsi fiat mansuetior ira:
Mutatóque minor sit mea pœna loco.
Idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro,
Principiúmque mei criminis error habet.
Nec breue, nec tutum est, quo sint mea dicere casu,
Lumina funesti conscia facta mali,
Ménsque reformidat, veluti sua vulnera, tempus
Illud, & admonitu fit nouus ipse dolor.
Et quæcunque adeò possint afferre pudorem,
Illa tegi cæca condita nocte decet.
Nil igitur referam, nisi me peccasse, sed illo
Præmia peccato nulla petita mihi.
Stultitiámque meum crimen debere vocari,
Nomina si factis reddere vera velis.
Quæ si non ita sunt, alium, quo longius absim.
Quære (suburbana hæc sit mihi terra) locum.

MAR. *Longo vsu*] longa consuetudine. *Sis me.*] mei te non capiat obliuio. *Et si quas fecit tibi gratia vires*] vel gratia imperatoris, vel certè Ouidij. vt sit sensus: Et si quid valet apud te gratia mea. *Numinis* B *læsi*] Augusti quem offendi. *Error*] imprudentia. *Nec breue*] nec res breuis, sed longa narratu. *Nec tutum est*] propter Augustum quem offenderem. *Funesti mali*] mali quod mihi funus & tristitiam attulit. *Tempus illud*] quo Augustum læsi. *Et admonitu fit nouus ipse dolor*] & recrudescit dolor recordatione ipsa. *Et quæcunque deo*] Augustum deum appellat. *Pos-* C *sint aff. pudor.*] possint ignominia afficere. *Illa condita*], ea ignominiosa tecta & occulta. *Cæca nocte*] obscuris tenebris & perpetua taciturnitate. *Sed illo Præmia peccato* I *nulla petita mihi*] sed peccatum illud imprudéter admisi, non vt aliquid inde præmij voluerim referre. *Stultitiámque*] subaudi, referam. Stultus autem, imprudens est, & improuidus: multique non insipientes homines, aliquando stultè agunt.

Nomina si factis] si velis nomina rebus respondere. *Quæ si non ita sint*] si G quæ dixi. i. me per imprudentiam errasse, nõ sunt qualia à me dicta sunt. *Alium quo longius absim*] Ordo est: Quære alium locũ, quo longius absim: suburbana hæc sit mihi terra. *Quo longius absim*] quo in loco remotior etiam ab vrbe Roma, vel Tomitana exulem. *Suburbana hæc sit mihi terra*] non modò inquit ad longius proficiscar exilium, H sed etiam volo vt suburbana alicuius vrbis Scythiæ magis periculosa & hostibus exposita, quàm Tomos, ad maius supplicium, si non loquor vera, fiat mihi exilium. Suburbanum autem significat non modò prædium, sed quicquid est in suburbanis. *Suburbana hæc sit mihi terra locus*] Hoc est, Tantum hinc à Tomis in vlteriorem Scythiam remoueat, quantum nunc à Roma absum: Ita vt præsens locus, suburbanus, hoc est, Romæ sub- I iectus ac proximus præ illius distantia, aut etiam barbarie, videatur.

IN SEPTIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA VII.

VAde salutatum subitò perarata Perillam
Litera sermonis fida ministra mei.
Aut illam inuenies dulci cum matre sedẽtem,
Aut inter libros, Pieridésque suas.
Quicquid aget, cùm te scierit venisse, relinquet:
Nec mora, quid venias, quidve, requiret, agam.
Viuere me dices, sed sic, vt viuere nolim,
Nec mala tam longa nostra leuata mora.
Et tamen ad Musas, quamuis nocuere, reuerti,
Aptáque in alternos cogere verba pedes.
Tu quoque dic studiis communibus ecquid inhæres?
Doctáque non patrio carmina more canis?
Nam tibi cum facie mores natura pudicos,

MAR. D VAde salutatum] Ad filiam Perillam scribens Ouid. primò fatetur se musis vacare, quãuis illæ sibi nocuerint: eámque hortatur, vt idem faciat, quo sibi immortalitatem cõparet. nam ea formæ elegãtia, inquit, quæ in ipsa erat, senectute & tempore vitiabitur. At ingenij dotes semper permanebunt. *Litera parata*] ò epistola scripta. *Sed sic*] sed viuere ita miserè. *Leuata*] esse imminuta: hoc est, dices etiam nostra mala tanto temporis interuallo minimè esse attenuata. *Et tamen reuerti ad musas*] & tamen dices me ad musas redire. *Cogere*] dices me etiam colligere. *In alternos pedes*] in dactylum & spondeum, ex quibus metra conficiuntur. Metrum E enim Græcè, Latinè numerus vocatur. Est autem numerus, æqualium pedũ legitima ordinatio. Carmen verò est modus vocibus inductus, cuius discrimina cantus, modus, motus: autor Censorinus. Est autẽ pes (vt docet Diomedes) sublatio ac positio duarum aut triũ amplíusue syllabarum spacio comprehẽsa. *Studiis communibus*] studiis poeticis. Est autẽ poetica (vt idẽ Diomed. docet) fictæ veræque narrationis cõgruenti rhythmo, vel pede, cõposita metrica structura, ad vtilitatem volu- F ptatémque accommodata. Rhythmus autem, est versus imago modulata, seruans numerum syllabarum, positionem sæpe sublationémque continens: is Latinè modus siue numerus dicitur. Verg. Numeros memini si verba tenerem. Fabius docet rhythmos neque finem habere certum, nec vllã in cõtextu varietatẽ. Sed qua cœperũt sublatione, ad positionẽ vsq; decurrere. Rhythmus autẽ creditur dictus à Rhythmonio Orphei filio & Idmonex nymphæ Mariex, vt tradidit Nicetatus 10 lib quem composuit de Musico fratre Rhythmonij. Distat autem poeticẽ à poemate & poesi, vt placet Diomedi, q, poetice ars ipsa intelligitur. Poema autẽ pars operis, vt tragœdia. Poesis contextus, & corpus totius operis effecti, vt Ilias, Odyssea, Æneis. Quint. tamẽ poesim pro poetice posuit. Nam in calce lib. 12. ita scribit: Quantũ enim poesis ab Homero & Vergilio, tantum fasti- K gium accepit eloquentia à Demosthene, atq; Cic. Marcell. quoque ita scribit: poesis est textus scriptorum, vt Odyssea vel Ilias Homeri, aut Æneis Vergilij. Poema inuentio parua, quæ paucis verbis exprimitur, vt in gladiatorius ludis Homeri. Poetica est ars earum rerum. Lucil. in 11. Satyra: Non hoc quod valeat, quidve hoc intersit & illud Cognoscis, primùm hoc L quod diximus esse poema, Pars est, pars parua. Idem in epistola: itémque vis non magna poema est. Illa poesis, opus totum, totáq; illa summa est vna. *Ecquid inhæres*] Nũquid das operã? *Non more patrio*] nõ lasciuis numeris, vt ego vl' sum. Aut certè, nũ pro non, vt sit interrogãtis. *Nã tibi cũ facie*] Et natura & fato Oui. dicit filiã mores assecutã esse. Loquitur enim secũdum eorũ opinionẽ, qui crediderunt homines, aut mores, aut alia id genus naturæ quodã ordine ad finẽ peruenire, nisi fato impediatur. Alexãder autẽ Aphrodiseus hãc opinionẽ cõfutauit in libro quẽ de fato ad Antoniũ edidit. multis.n. argumẽtis ostendit nihil aliud esse fatũ, aut fatalẽ, quã quod natura fit. De vita hominis, quæ fato, natura, & fortuna cõtinetur, diximus s.

MICYL. A *Vade salutatum subitò perarata Perillam*] Quæ nam Perilla hæc fuerit, vxor an filia, an etiam caterna aliqua, dubitari possit. Crinitus in vita Poetæ, vxorem illius Perillam fuisse dicit, quam & amarit plurimum, & eandē patricè docuerit, ad elegiam hanc, vt videtur, respiciens, vbi dicitur, Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad vndas, & quæ sequuntur. Volaterranus autem filiam Ouidij Perillam facit, quam sententiā & Merula tenet. Ego vtros magis sequar, non habeo. Nisi quòd ipse ductus carminis, & sententiarum familiaritas, filiæ magis quàm vxori conuenit. Et cùm ipse poeta toties ad vxorem scripserit, nusquam tamen nominis huius mentionem fecit. Fuit autem & alia Perilla, Ticidæ poetę amica, quam ille sub hoc nomine celebrauit, de qua suprà lib. 2. *Doctáque non patrio carmina more canis*] Alij, num patrio, & legunt, interrogandi modo. Sed mihi, Non patrio, rectè B poni videtur, pro, externo ac Græco more, propter illud quod infrà sequitur, Sola tuum vates Lesbia vincet opus. Vt intelligamus, lyrica illam scripsisse, Sapphus exemplo, quod genus carminis Latinis hactenus insolitatum & cum pe regrinū fuerat. Id quod & Horatius testatur, qui ipse quoque aliquoties de se iactat, id genus à se præcipuè, ac primò Latinis versibus celebratum. vt lib. 3. Ode vlt.

Dicar qua violens obstrepit Aufidus,
Et qua pauper aqua Daunus agrestium
Regnator populorum, ex humili potens,
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. sume superbiam
Quæsitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

G

Tunc quoque (sed forsan nostrū deleuit amorem Tēpus eram nimio iunctus amore tibi) In Aldina editione duo hi versus prorsus omittuntur, videlicet vt nothi. Et nothos esse, ipsa quoque sententiarum series indicat, quādo iidē neq; cū præcedentibus rectè cohærēt, neq; cū sequētibus. Deinde siue ad filiam, siue ad vxorē Poeta scripserit, superuacaneū, atq; adeò ineptum fuerat, illas de amore suo admonere, quē olim erga virgines eas habuerit. Quanquam & alia in eadem Elegia quædam sunt, in quibus non immeritò desiderare aliquid possis. Sed de iis longum fuerit hoc loco disputare.

Et raras dotes, ingeniúmque dedit.
Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad vndas,
Ne malè fœcunda vena periret aquæ.
Primus id aspexi teneris in virginis annis,
Vtque pater natæ, dúxque comésque fui.
Tunc quoque, si forsan nostrum deleuit amorem
Tempus, eram nimio iunctus amore tibi.
Ergo si remanent ignes tibi pectoris ijdem,
Sola tuum vates Lesbia vincet opus.
Sed vereor, ne nunc mea te fortuna retardet,
Póstque meos casus sit tibi pectus iners.
Dum licuit, tua sæpe mihi, tibi nostra legebam,
Sæpe tui iudex, sæpe magister eram.
Aut ego præbebam factis modò versibus aures,
Aut vbi cessaras, causa ruboris eram.
Forsitan exemplo, quia me læsere libelli,
Tu quoque sis pœnæ facta ruina meæ.
Pone Perilla metum, tantummodo fœmina nulla,
Néve vir à scriptis discat amare tuis.
Ergo desidiæ remoue doctissima causas.
Inque bonas artes, & tua sacra redi.
Ista decens facies longis vitiabitur annis,
Rugáque in antiqua fronte senilis erit.
Injicietque manus formæ damnosa senectus,
Quæ strepitum passu non faciente venit.
Cúmque aliquis dicet, Fuit hæc formosa, dolebis,
Et speculum mendax esse querere tuum.
Sunt & opes modicæ, cùm sis dignissima magnis:
Finge sed immensis censibus esse pares.
Nempe dat, & quodcunque libet fortuna, rapítque.

MER. *Et raras dotes*] & bona, animi, vel corporis: quæ raris & paucis dantur. *Hoc*] scil. tuum ingenium. *Ad vndas Pegasidas*] ad fontem Musarum, quem equus alatus Pegasus, natus ex sanguine Medusæ quum ad Parnasum peruenisset, pede fodiens effecit. Fabulam refert Higinus. Ouid. lib. 4 Met. & Lucan in 9. Designat autem Ouidius se primum C filiam duxisse artem poeticam. *Malè periret*] malè perderetur. *Aquæ fœcundæ*] aquæ facundiam habentis, aut dantis. Sunt qui legant, Fœcundę, hoc est, abundantis, fertilis. *Primus id aspexi*) primus hoc ingenium tuum notaui. *Vtque pater*] vt fui inquit pater, ita fui dux, & comes filiæ. *Eram nimio iunctus amore tibi*] D In alio codice hi duo versus ita leguntur: Tunc quoque (sed forsan nostrum deleuit amorem Tempus) eras magno iunctus amore mihi. *Iidem ignes*] iidem calores Apollinei: aut certè, ardores ingenij. Quintilianus: Quid iucunditatis in sermone? quos ingenij igniculos. *Sola vates Lesbia*) sola vates Sappho ex Lesbo insula. *Mea fortuna*] meū exiliū & in E fortuniū. *Tua sæpe mihi*] Subaudi, legebas. *Aut vbi cessaras*) aut quādo à recitatione destiteras, deprehēsa à me aliquo errore in tuo carmine. *Causa ruboris eram*) quia tui carminis errorem deprehēdebas. *Forsitā exemplo, quia me læsere libelli, Tu quoque sis pœna facta ruina meæ*] Ordo est: Vereor, ne tu quoque sis facta ruina, id est, corrueris exemplo meæ pœnæ, quia & reliqua: hoc est, timeo ne tu quoq; meo exemplo corrueris, deserendo poetices studia, quòd ea me pœna affecerint. Sunt qui ita legant: Tu quoque sis pœnæ fata secuta meæ: vt fata pro Poëtæ infœlicitate accipiātur, idē dem tamen est sensus. *Pone Perilla metum, tantummodo fœmina nulla*] Filiā hortatur, ne timeat carminibus posse accidere, quod sibi euenit, docens quid tantum euitandum sit. F *Causas desidiæ*) timorem, ne quid tibi ea versu mali accidat. *In bonas artes*] Poeticam facultatem significat. *Ista decens facies*] hæc tua pulchritudo. Poeta autem formam, & diuitias fragiles, animi verò bona sempiterna esse colligit. *In antiqua frōte*) in frōte iā senio cōfecta. *Injiciet manus formæ*] formā sibi vendicabit, & turpē reddet. *Dānosa senectus*) senect' quę iuuenes dāno afficit. *Passu nō faciēte strepitū*, i. gradu qui nō sentitur. Obrepit. n. nō intellecta senectus. *Speculū tuū esse mēdax*] tuū speculum nō reddere verā formam, & qualē prius videras. Vn H de Helena se in speculo rugosā cōspiciens, flebat, dicēte Ouidio in vltimo Met. Flet quoq;, vt in speculū rugas cōspexit aniles Tyndaris, & secū, cur sit bis rapta, requirit. postea subiūgit: Tēp' edax rerū, tuq; inuidiosa vetustas, I Omnia destruitis, vitiatáque dētibus æui, Paulatim lēta cōsumitis omnia morte. Illud notandū, nihil aliud esse illam in speculis imaginē, quā vmbrā digesta claritate materię excipiētis. Vitrea aūt specula ideo valde elucēt, autore Alexādro Aphrodisęo, quoniā intersect' ipsa stāno illinitur. Inest aūt eius natura perspicua, & perinde vitro copulatū, quod per se lucet, plus adhuc renidet, radios suos per vitri spiramēta trāsmittēs, duplicat K quod in superficie, & extra vitreū corpus est: atq; ita admodū elucētia euadūt specula. Idē etiā docet, cur in speculis & perspicuis aquis nos intuemur: quia qualitas vis' ad perspicua abiēs corpora, per refractionē radiorū qui ab oculis exeunt, accedat ad sui aspectum. Optima aūt specula apud maiores fuere Brūdusina, stāno & ære mistis. Speculū Catullus appellauit imaginosum, quoniā imaginē facit. Inuenitur etiā imaginare, pro eo quod est imaginē facere. quo verbo vtitur Gelli' lib. 15. ca. 18 ita. n. scri- L bit: Itē vt speculū in loco certo positū nihil imaginet, aliorsū trāslatū faciat imagines. Socrates philosoph' vltro suasisse fertur discipulis suis, vt crebrò semet in speculo cōtemplarētur: vt qui sibi pulchritudine cōplacuisset, impēdio procuraret, ne dignitatē corporis malis moribus dedecoraret. Qui verò minus se cōmendabilem forma putaret, sedulò operā daret, vt virtutis laude turpitudinē tegeret. Demosthenē etiā docet Fabius semper ante speculū, quasi ante magistrū causas meditatū. Specula Seneca in 1. Natur. quæst. scribit inuēta, vt homo ipse se nosceret: formosus, vt vitaret infamiam: deformis, vt sciret redimendū esse virtutibus, quidquid corpori deesset. Iuuenis, vt flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, & fortia audendi. Senex, vt indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret.

Postea rerum iam potiente luxuria, specula totis paria corporibus auro argentóque exlata sunt, deinde gemmis adornata. *Frange sed immensis*) &c. sed aestimate possidere eas diuitias, quæ possint comparari opibus & prouentui ditissimi cuiusq;. *Nempe dat*) &c. Sententia elegantissima, qua docet, diuitias esse bona fortunæ fluxa atque fragilia: virtutem autem claram æternámq; haberi, vt est apud Salustium.

Irus & est subitò, qui modò Crœsus erat.
Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingeniique bonis.
En ego cùm patria caream, vobísque domóque,
Raptáque sint, adimi quæ potuere mihi:
Ingenio tamen ipse meo comitórque, fruórque:
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil.
Qui licet hanc sæuo vitam mihi finiat ense,
Me tamen extincto, fama superstes erit.
Dúmque suis victrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.
Tu quoque quam studij maneat fælicior vsus,
Effuge venturos, qua potes vsque rogos.

Irus & est subitò) De Iro mendico abundè diximus in vltimo de Remedio amoris. *Qui modò Crœsus erat*) Crœsus rex fuit Lydiæ ditissimus: captus autem à Cyro rege Persarum, vinctus compedibus super ingentem, quam struxerat, lignorũ struem ab eo imponitur, vt viuus cremaretur. Crœso autem super pyra stanti venisse in mentem ferunt, quod ab eo sibi nutu dei à Solone fuisset dictum, ex viuentibus beatum esse neminem. Quibus auditis, Cyrum tradunt pœnituisse, quum se quoque hominem esse cognosceret, qui alium hominem olim se non inferiorem viuum rogo traderet. Præterea veritum ob id pœnam, ac reputantem nihil esse in rebus humanis stabile, iussisse ignem celerrimè extingui, iam incensum, Crœsúmque deponi, cúmque solutum iuxta se collocauit, multáque habuit obseruantia. Historiam refert Iustinus, sed plenius Herodotus. Sensus ergo est: Qui paulò antè erat ditissimus, solet à fortuna deprimi, & pauperrimus fieri. *Nihil non mortale*) omnia mortalia. *Pectoris exceptis ingeniique bonis*) Idem etiã sic refert Propertius: At non ingenio quæsitum nomen ab æuo Excidet, ingenio stat sine morte decus. *De suis septem montibus*) Roma enim (vt diximus autore Plinio) septem complexa fuit montes, Capitolinum scilicet, Auentinum, Cælium, Exquilinum, Viminalem, Quirinalem, Palatinum: quorum etymologiam legito apud Varronem, scribentem, ab his septem montibus, in quibus sita est, vrbem Septimontium nominatum esse. Vnde & Virgilius ita cecinit: Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma, Septem quæ vna sibi muro circundedit arces. *Martia Roma*) Roma quæ erat in tutela Martis, propter Romulum eius filium. *Quam studij maneat fœlicior vsus*) quæ habeas fœliciorem vtilitatem & fortunam ex studijs poeticis, quàm ego habui. *Venturos rogos*) mortem venturam.

IN OCTAVAM ELEGIAM ENARRATIO.

NVnc ego Triptolemi) Desiderio cùm patriæ, tum suorum ita teneri Poeta scribit, vt cupiat celeri aliquo cursu eò se conferre: quam rem sibi Augustũ solum præstare posse ostendit. Narrátque exilij sui incommoda. Optátq; vt tandem Cæsar iræ modum statuat, & mitius præbeat exilium.

Triptolemi currus) Currum intelligit, quem à Cerere accepit Triptolemus, de quo huiusmodi fabulam refert Lactantius: Ceres, quũ Proserpinam filiam quæreret, venit ad Eleusinũ regẽ, cuius vxor Ioona puerum peperit Triptolemũ: séque nutricem simulabat. Hanc regina libens nutricem filio suo recepit, dátque ei nutriẽdum. Ceres, dum alumnũ suum vellet immortalem reddere, interdiu lacte diuino nutriebat, noctu clàm igne eum obruebat. Itaque præterquam solitierant mortales, crescebat. Quum hoc pater miraretur, nocturno tempore obseruauit: & cùm Ceres puerũ igne obrueret, pater exclamauit. Illa irata Eleusinũ exanimauit, ac Triptolemo alumno suo æternum beneficiũ contulit. Nam fruges ei propagandas, & currum draconibus iũctum tradidit: quibus ille victor, orbem terrarum frugibus obseuit. Posteaquam domum rediit, Cepheus rex eum tanquã æmulus interficere conatus est. Sed re cognita, iussu Cereris Triptolemo regnum tradidit, ibíque oppidum constituit, quod ex patris sui nomine Eleusinũ appellauit. Cereri sacra primus instituit, quę Thesmophoria Gręcè appellantur. Fabulã etiam habes apud Ouid. in Metamor. & in quarto Fastorum. De Triptolemo nonnulla etiã Hyginus. Is eum scribit primum omnium rota vsum, ne cursu moraretur, eúmque à draconibus ductum. *Dracones Medeæ*) Medea post Peliæ necem fraude interempti, iũctis curru draconibus aufugit, dicente Ouidio in Metam. Quę nisi pennatis serpentibus isset in auras, Non exempta foret pœnæ. Inde (vt scribit Diodorus) Corinthum peruenit ad maritum Iasonem: qui, illi ætate paulatim decorem formæ auferente, Glauceæ Creontis regis filiæ amore captus, eam duxit vxorẽ, Medeã verò vrbe expulit. Illa, quum à recessu diem vnũ petiisset, noctu regiã ingressa, eam certis medicamẽtis incendit, Glaucam Creõtémq; etiã igne absumpsit, postea Athenas peruenit, dicente Ouidio in Metamorph. Sed postquam Colchis arsit noua nupta venenis, Flagrantémq; domũ regis malè vidit, vtroque Sanguine natorũ perfunditur impius ensis, Vltáq; se mater malè Iasonis effugit arma. Hinc Titaniacis ablata draconib. intrat Palladias arces. *Iactandas pennas*) alas agitandas & mouendas volando. *Siue tuas Persen, Dædale siue tuas*) De alis Persei & Dædali abundè scriptum est cùm ab aliis, tũ in primis ab Ouidio in Metamor.

ELEGIA VIII.

NVnc ego Triptolemi cuperẽ cõscendere currus,
Misit in ignotam qui rude semen humum.
Nunc ego Medeæ vellem frenare dracones,
Quos habuit fugiens arce Corinthe tua.
Nunc ego iactandas optarem sumere pennas,
Siue tuas Persen, Dædale siue tuas.
Vt tenera nostris cedente volatibus aura,
Aspicerem patriæ dulce repentè solum.
Desertaq; domus vultus, memorésque sodales,
Caráque præcipuè coniugis ora meæ.
Stulte quid hæc frustrà votis puerilibus optas?
Quæ non vlla tibi fértque ferétque dies?
Si semel optandum est, Augusti numen adora,
Et quem sensisti ritè precare deum.
Ille tibi pennásque potest, currúsque volucres
Tradere: det reditum, protinus ales eris.
Si precer hæc (neque enim possum maiora precari)
Ne mea sint, timeo, vota modesta parum.
Forsitan hoc olim, cùm iam satiauerit iram,
Tunc quoque sollicita mente rogandus erit.
Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli
Ex his me iubeat quólibet ire locis.
Nec cælum, nec aqua faciunt, nec terra, nec aura.
Hei mihi, perpetuus corpora languor habet.

Solum patrium) terrã Romanã. *Quẽ sensisti*) à quo exulasti. *Deum*, Augustũ.

Eris ales) veteris ea celeritate in redeundo, qua aues in volãdo. *Cùm iam satiauerit iram*) quũ iam iram posuerit Augustus.

Quod minus est) quæ res est minoris momenti, quàm reditum concedere. *Nec aqua faciunt*) nec aquæ, aut alia elemẽta in Scythia mihi prosunt. *Perpetuus languor*) assidua quædam debilitas

Seu vitiant artus ægra contagia mentis,
Siue mei causa est in regione mali.
Vt tegi Pontum, vexant insomnia, vixque
Ossa tegit macies, nec iuuat ora cibus.
Quique per autumnum percussis frigore primo,
Est color in folys, quæ noua læsit hyems.
Is mea membra tenet, nec viribus allenor vllis,
Et nunquam queruli causa doloris abest.
Nec melius valeo, quàm corpore, mente: sed ægra est
Vtraque pars æquè, bináque damna fero.
Hæret & ante oculos veluti spectabile corpus,
Astans fortunæ forma videnda meæ.
Cúmque locos, moresque hominum, cultúsque, sonósq;
Cernimus, & quid sim, quid fuerimque, subit.
Tantus amor necis est, querar vt cum Cæsaris ira,
Quòd non offensas vindicet ense suas.
At quoniam semel est odio ciuiliter vsus,
Mutato leuior sit fuga nostra loco.

A *Seu vitiant artus ægra contagia mentis, Siue mei causa*] &c. Causas duas assignat sui languoris. Siue, inquit, animi dolore, siue aëris intemperie corpus vitiatur. *In regione*) in Scythia. Nam cibi mutatio, & aquæ, potissimùm grauis esse solet, vt docet Aristoteles in Problem. Aut certè quia aër regionis Ponticæ sua crassitudine nec hyeme tepescit, nec refrigeratur B æstate. Sol enim recedit per hyemem, accedit per æstatem. quæ causa est, vt illic intentius & æstus & frigora fiāt: & ideo regio illa insalubris etiam sit his, qui locis illis non assueti sint. Scribit Diodorus, ita patriæ amorem quendam ingentem natura singulis ionatum esse, vt hę gentes vltro potius eam deligant vitam & incommoda, quam alio cogantur more viuere. Actis autem malitiam, consuetudinem à teneris annis cœptam superare affirmat. *Vt tetigi Pontum*, vt in Ponti- C cam regionem perueni. *Vexant insomnia*) agitant crebra & tumultuosa insomnia, quod signum est aduersæ valetudinis, vt docet Cornelius Celsus. Scribit Aristoteles in Problematibus, eos qui deterius vel animo, vel corpore sunt affecti, deteriora somnia cōcipere: quippe quum etiam affectio corporis faciat ad somnij visionem. Hominis enim morbo laborantis, proposita quoque animi vitiosa sunt: atque etiam propter corporis perturbationem animus quiescere nequit. *Vtraque pars æqua est: tam mente, quam corpore*) pariter male valeo. *Bináque damna fero*] patior damnū & mentis & corporis. *Veluti spectabile corpus*) tanquam si esset corpus conspicuum, & dignum spectatu. Ostendit autem causas, quibus mēs sua dolore afficitur. H *Forma meæ fortunæ*) qualitas & deformitas illa meæ conditionis. *Cultus*) vestitum. *Sonósque*) & verba. *Tantus amor necis est*) subit mihi ardor quidam me interficiendi. *Quod non offensas vindicet ense suas*) quòd non ferro me interficiendo, vlciscatur iniurias. *Ciuiliter*) me legibus puniendo, non vi & armis. *Nostra fuga*] exilium meum.

IN NONAM ELEGIAM ENARRATIO.

Mar. HIC *quoque sunt Vrbes Graiæ*] Vrbes Græcas Geticā oram incoluisse docet, ab iisque etiam Tomitanæ vrbi nomē fuisse impositum ostendit. *Hic quoque*] hic etiam in Getica ora, vt in aliis etiam regionibus. *Inhumana Barbariæ*] inhumanæ gentis Geticæ. *Huc quoque Mileto*] huc, id est, Tomon. Quo intelligendum est Ouidium significare magis coloniam Milesiam venisse, quàm generaliter in Geticam regionē, aut D Istropolim solùm, vt antea diximus. Est autem sensus: Milesij Tomon quoque tenuere, quemadmodum etiam Istropolim, aut quemadmodum aliæ quoque Græciæ coloniæ littus Geticum tenuere. Fuit autem Miletus vrbs quondam Ioniæ totius, belli pacisque artibus princeps, à Mileto appellata. Ouidius libro nono Metamorphoseon: Sponte fugis Milete tua,

ELEGIA IX.

HIc quoq; sunt vrbes Graiæ (quis credere posset?)
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoque Mileto missi venere coloni,
Inque Getis Graias constituere domos.
Sed vetus huic nomen, positáque antiquius vrbe,
Constat & Absyrti cæde fuisse loco.*
Nam rate, quæ cura pugnacis facta Mineruæ,
Per non tentatas prima cucurrit aquas:
Impia desertum fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos applicuisse vadis.

E celerísque carina Ægæas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis. Sanè Milesius lanæ præstantia nobilis fuit. Vnde à Marone Milesia vellera appellantur, non à colore, vt Seruius, & alij eum sequuti, falsò opinati sunt. Martialis: Nec Miletus erat vellere digna tuo. Et Horatius in Epistolis: Alter Mileti textam cane peius & angue Vitabit chlamydem. Cicero in Verrem. Quid à Milesiis lanæ sustulerit. Et Plinius libro octauo scribit, tertium lanæ locum Milesias oues obtinere. *Sed vetus huic nomen, positáque antiquius vrbe*] Hic apertè significat, Tomon locum à cæde Absyrti nominatum: vbi postea vrbem condidere Milesij, seruato prioris nomine loci. Superius enim dixerat, Huc quoque Mileto. Hic verò, vt potius Tomon, quàm Istropolim, aut aliam Getici littoris vrbem ostendat, addidit huic loco, id est Tomo ipsi, vbi exulo. Declinatur autem in F singulari, Tomos Tomi, vel Tomis. Dicitúrq; à græco τόμος, quod significat incisio, sectio. Nam Medea soror cum Iasone fugiens, vt sequentis patris fugam moraretur, illic trucidauit Absyrtum fratrē, quem primò Ægialeum vocatū putant, sed à flumine Absyrtum cognominatum. Cicero lib. 3. de Natura deorum: Quid Medeæ Absyrto fratri respōdebis? qui est apud Pacuuium Ægialeus: sed illud nomen veterum literis vsitatius. Historiam persequitur Iustinus libro quadragesimo secundo. *Vetus nomen*. Tomos enim locus ille, antequam vrbs conderetur, appellatus fuit. E *Positáque antiquius vrbe*] Vide quomodo Poeta docet, locum prius appellatum fuisse Tomon, inde ibi vrbem à Milesijs conditam. Sunt qui ita legant, positúmque antiquius vrbi: quod non placet. *Cæde Absyrti*) propter Absyrti mortem. *Quæ cura pugnacis facta Mineruæ*) quæ Argo nauis facta cura & tutéla Palladis armatæ, quam pictam habuit. Aut ingeniosè, curiosè, & peritè factam intellige. Pallas enim (vt diximus) præstantiorum operum dea est. Vel K certè, quòd eius ædificandæ curam cepit Minerua. Nam Æschylus & nonnulli dixere, ab ea dea quandam materiam loquentem Pagasis esse coniunctam. Pugnacem autem Mineruam appellant, quoniam ea belli dea est. Sanè Argo (vt scribit Diodorus) dicta fuit, vel ab Argo eius nauis architecto, qui etiam inter nauigandum eius reficiendæ curam experat: vel à velocitate, quam antiqui argon appellabant. Hyginus etiam docet, eam Argo à celeritate Græcè appellatam, vel ab Argo eius inuentore. Facta fuit ex ea arbore, vt scripsit Alexander Cornelius. Ea similis arbori ferenti viscum, nec aqua nec igni corrumpi po- L test. Pindarus scripsit hanc nauem factam in Magnesia oppido, cui Demetriæ nomen fuit. Callimachus autem in ijsdem finibus ad Apollinis Actij templum, quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur in eo loco, qui Pagasæ vocatur: ideo quòd nauis Argo ibi primùm compacta dicitur, quod est Græcè Pagase. vnde à poëtis Pagasea appellatur. Homerus hunc eundem locum in Thessaliæ finibos esse demonstrat. Diodorus & Homerus scribunt, eam sub Pelio monte fuisse ædificatam. Sed cùm Iason rediret ad Isthmum Peloponnesi, nauigans cum Argonautis, sacra fecit Neptuno, atque nauem dedicauit.

His vadis] Getico littori.

Quem

Quem procul vt vidit tumulo speculator ab alto,
Hospes, ait, nosco Colchica vela, venit.
Dum trepidant Minyæ, dum soluitur aggere funis,
Dum sequitur celeres anchora tracta manus,
Conscia percussit meritorum pectora Colchis,
Ausa atque ausura multa nefanda manu.
Et quanquam superest ingens audacia menti,
Pallor in attonitæ virginis ore fuit.
Ergo vbi prospexit venientia vela, Tenemur,
Et pater est aliqua fraude morandus, ait.
Dum quid agat, quærit, dum versat in omnia vultus,
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cuius vt oblata est præsentia, Vicimus, inquit,
Hic mihi morte sua causa salutis erit.
Protinus ignari, nec quicquam tale timentis,
Innocuum rigido perforat ense latus,
Atque ita diuellit, diuulsáque membra per agros,
Dissipat, in multis inuenienda locis.
Neu pater ignaret, scopulo proponit in alto
Pallentésque manus, sanguineúmque caput.
Vt genitor luctúque nouo tardetur, & artus
Dum legit extinctos, triste retardet iter.
Inde Tomos dictus locus hic: quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

Man. A *Quem*) patrem Medeæ. *Ab alto tumulo*) ab alto colle Getici litoris *Speculator*) aliquis ex Argonautis, vel ex indigenis Scythis, qui collem ascenderat, prospecturus in eos, qui rapto aureo vellere aufugerant, ex Colchide aliqui insequerentur. *Ait*) ipse speculator dixit. *Hospes*) peregrinus ex Argonautis. Vel o hospes, hoc est, ô Iason. vt sit ordo: Speculator vt B procul vidit aliquem ab alto tumulo, ait, O hospes, nosco Colchica vela. *Venit*) scilicet ipse Medeæ pater. *Nosco Colchica vela*) cognosco inquit, vela huius, qui venit ex Colchide. Sunt qui legant, Hospes ait, nosco Colchide vela dari. vt sit sensus: Postquam speculator ab alto colle vidit longè venientem Medeæ patrem, Iasoni peregrino dixit, se nosse ea Col- C chide ad Geticum litus nauem peruenire. vt intelligimus, speculatorem illum fuisse aliquem ex indigenis Getis. *Dum trepidant Minyæ*) Minyæ Argonauti appellati fuere, à Minyarum familia, quæ olim Orchomenon tenuit in Bœotia: quam vrbem Minyeiam vocauit Homerus, à Minyarum natione, quæ postea in Thessaliam migrauit ad Iolcum, vnde Argonautæ fuere oriundi. *Soluitur aggere*) soluitur è Getico litore. *Colchis conscia meritorum*) Medea conscia sceleris, quod in patrem admiserat. Merita autem ironice pro sceleribus accipe. Aut certè merita intellige beneficia, quæ in Iasonem contulit. Ea siquidem Argonautas ad templum Martis deduxit, longe ab vrbe Sybari, Colchorum regia, stadiis D septuaginta: vbi pellis illa aurea à poetis decantata situabatur. Accedentem ad fores templi Medeam, appellans Taurica lingua ab ea, milites apertis ianuis, vt regis filiam, introduxerunt. Argonautæ templum simul ingressi eductis ensibus, cum plures è barbaris occidissent, aliis improuisa re territis, diffugientibúsque, erepta aurea pelle, è vestigio ad nauem reuersi sunt. Medea draconem pellis custodem incubantem, sempérque (vt fabulæ ferunt) vigilem, veneno perimens, vnà cum Iasone mare conscendit. Re ab iis qui diffugere, Æetæ nunciata, asseruit eum cum iis qui in promptu erant militibus, Græcos insequutum, pluresque iuxta littus comperisse. Vbi pugna commissa, rex à Meleagro occisus. Superantibus Græcis, reliqui Colchorum in fugam versi, magna ex parte interiere. Iason tamen, aliique multi vulnerati sunt, quos diebus paucis Medea radicibus herbísque cura- E uit. Hæc Diodorus. Medea quoque apud Ouidium libro septimo Metamor. hæc ait: Seruabere munere nostro, Seruatus promissa dato. *Manu ausa atque ausura multa nefanda*) Hic Ouidius Medeam dicit multa scelera ausam fuisse, amore ad id impellente. Nam & in Metamor. ostendit eam adeò amore Iasonis exarsisse, vt tandem eum parenti præposuerit. Et ausuram in posterum dicit: quia fratrem primò, deinde eius ex Iasone liberos occidit. Sanè Æeta rex in Colcho regnauit, vt tradit Diodorus: genuitque ex vxore Hecate tres liberos, Circen, Medeam, & Ægialeum. Medeam autem tradit tum à matre Hecate, tum à sorore Circe singula veneficia edoctam, diuersis moribus G vixisse. Nam & hospites eripiebat à vitæ discrimine, & sæpe apud patrem precibus & gratia pro damnatorum salute intercedebat, quandoque ipsamet ea custodia captos dimittens. Æetam ferunt tum sua natura, tum vxoris suasu crudelem necandorum hospitum consuetudinem seruasse. Medeam verò, quum magis in dies esset patrum aduersa crudelitati, ab Æeta ob filiæ H timorem in liberam custodiam destinatam: illa ad Solis templum, quod in littore erat situm, confugit, quo tempore Argonautæ à Taurica in Pontum noctu delati peruenere. Ibi Medeam iuxta litus ambulantem quum inuenissent, ab ea de hospitum cæde edocti, virginis humanitatem collaudarunt. Deinde aduentus sui causa palàm facta, illa imminens à patre periculum, crudelitatémque in hospites vt cauerent, admonuit. Communicato consilio, Medea se adiutricem ad perficiendum certamen proposi- I tum pollicita est. Iason iureiurando data fide, vxorem sibi illam, quoad viueret, futuram spopondit. Tum Argonautæ cum Medea ad vellus aureum profecti sunt. Illud sciendum, Æetam patrem Medeæ, Solis & Perseidos nymphæ filium, vt in Theogonia Hesiodus scribit, per æ diphthongon in prima, sequente e: non autem per o & a separatis, vt quidam scripsere. OEta verò pro monte, in quo sepultus fuit Hercules, per œ diphthongon scribitur, nec e aspirationem habet: Græcè enim dicitur οἴτη. *Pallor*) propter timorem instantis patris. Cur autem timentes palleant, docet Macrobius his verbis: Natura quum quid de extrinsecus contingentibus metuit, in altum tota demergitur: sicut nos quoque, quum timemus latebras, loca nos occulentia quærimus. Ergo tota descendens vt lateat, trahit secum sanguinem, quo velut curru semper vehitur. Hoc demer- K so, humor dilutior cuti remanet, & inde pallescit. Ideo etiam timentes tremunt: quia virtus animæ introrsum fugiens, neruos relinquit, quibus tenebatur fortitudo membrorum, & inde timoris saltu agitantur. *Attonitæ virginis*) Medeæ perterritæ. *Ad fratrem*) ad Ægialeum. *Vicimus*) euasimus patrem instantem. *Ignari*) nescientis velle Medeam se interficere. *Latus innocuum*) latus Ægialei innocentis. *Diuellit*) lacerat. *Per agros*) per Geticum littus. *Neu pater ignoret*) vt pater sciat filium interemptum, & per agros ita discerptum. *Luctúque nouo*) & recenti fletu ex morte filij. *Artus extinctos*) membra filij perempti. *Triste iter*) iter illud sibi tristitiam allaturum.

IN DECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

Mar. *Siquis adhuc istic*] Exilij sui incommoda describit Poeta, sed inter cætera tantam vim frigoris esse asserit, vt flumina, & maria, atque in his etiam pisces congelentur: & eo tempore Scythæ hostes, qui equitatu & sagittis F plurimum pollent, litrum transeant, atque ea loca depopulentur, ac homines captiuos ducant: quæ verò nequeunt abducere, ferro & igni destruunt. Hinc fit, vt agros incultos deserant eo timore, quos vitibus, pomis, arboribus denique carere dicit. Colligit ergo poeta, miserrimum se esse: quòd vnus hic orbis locus ex toto, ad eius supplicium sibi assignatus fuerit. *Istic*, Romæ. *Nasonis adempti*, Ouidij in exilium missi. *Sine me*] sine meo corpore. *In Vrbe*) in Romana ciuitate. *Nunquam tangentibus æquor*] Septentrionem designat. Scribit enim Hyginus, effigiem Vrsæ stellis figuratam non occidere. Negant, in-

ELEGIA X.

Siquis adhuc istic meminit Nasonis adempti,
Et superest sine me nomen in vrbe meum:
Suppositum stellis nunquam tangentibus æquor,

quit, Oceani vxorem id recipere, quum reliqua sidera cō pertinent in occasum: quòd Tethys Iunonis sit nutrix, cui Callisto succubuerat vt pellex. Idem etiā docet Ouidius lib. secundo Metam. Ideo autem reuera non occidit, quia quum super nos sit polus Arcticus, semper à nobis videtur. Sic Manilius: Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Me sciat in media viuere barbaria.
Sauromatæ cingunt fera gens, Bessique Getæque,
Quæ non ingenio nomina digna meo.
Dum tamen aura tepet, medio defendimur Istro:
Ille suis liquidus bella repellit aquis.
At cùm tristis hyems squallentia protulit ora,
Terráque marmoreo est candida facta gelu:
Tum patet & Boreas, & nix iactata sub Arcto,
Tum patet has gentes axe tremente premi.
Nix iacet, & iactam non sol, pluuiæque resoluunt:
Indurat Boreas, perpetuámque facit.
Ergo vbi deliquit nondum prior, altera venit:
Et solet in multis bima iacere locis.
Tantáque commoti vis est Aquilonis, vt altas
Æquet humo turres, tectáque rapta ferat.
Pellibus hirsutis arcent mala frigora braccis,
Oráque de toto corpore sola patent.
Sæpe sonant moti glacie pendente capilli,
Et nitet inducto candida barba gelu.
Nudáque consistunt formam seruantia testæ
Vina: nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
Quid loquar, vt cuncti concrescant frigore riui?
Déque lacu fragiles effodiantur aquæ?
Ipse, papyrifero qui non angustior amne
Miscetur vasto multa per ora freto,
Cæruleos ventis latices durantibus Ister
Congelat, & tectis in mare serpit aquis.
Quáque rates ierant, pedibus nunc itur, & vndas
Frigore concretas vngula pulsat equi.
Pérque nouos pontes subter labentibus vndis,
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.

Sauromatæ cingunt fera gens) Plinius scribit Pontico littori varias gentes appositas, alias, Getas, Dacos à Romanis dictos: alias Sarmatas, à Græcis Sauromatas. Strabo quoque, Supra hactenus regio, inquit, vniuersa inter Borysthenem & Istrum prima est Getarum solitudo, postea Tyrregetæ, post quos Sarmatæ, cognomento Iazyges, & qui Basilei dicuntur, & Vrgi, è quibus pars maxima Nomadibus, id est pastoribus constat, pauci agrorum colēdorum studio tenentur. Hos vtramque Istri ripam incolere, sæpe traditur. De Sauromatis antea plura diximus. *Bessique*) Bessi populi fuere Thraciæ finitimi. Tranquillus in Augusto: Namque Bessis ac Thracibus magno prælio fusis. Plinius eos Thraciæ populos fuisse scribit his verbis. Amnem Strymonem accolunt dextro latere Denseletæ, & Medi, Bessis tas vsque supradictos: læuo Digeri, Bessorúmque multa nomina, ad Nestū amnem Pangæi montis imo ambiētem inter Heleios. Strabo libro septimo scribit, Bessos magna ex parte montem Hæmum incolere, & propter latrocinia latrones vocitari. Hæmus autē à Nonloco Melembrianorū castello vsque mare progrediebatur. Eusebius de temporibus, M. Lucullum de Bessis triumphasse scribit. *Getæque*) De Getis alibi dictum est. *Quæ non ingenio*) Legitur etiam, Quàm non ingenio. *Dum tamen aura tepet*) dum abest frigus. Designat autem æstatem. *Defendimur*, arcemur à solis calore. [Non à sole, sed ab hostibus, de quibus proximis versibus meminit.] *Medio Istro*) medio inter calorem & frigus. Vel inter Tomitanam vrbem, & Sauromatas, ac cæteros populos. Scribit Dionysius, Istrum Germanos primum perlambere, deinde Sarmatas secare, tum verò Getas & Basternas inundare, qui ad Oceanum sunt versi, Dacis facultatem adaugere, neque minus ad Alanos & Tauros præterfluere, & omnibus nauigandi per continentem facultatem præstare. *Liquidus*) non gelu astrictus. *Bella*) Vel bella re vera, quia hostes non possunt aquam tranare: vel caloris vim & æstus, bella appellat. Superior sententia magis placet: nam inferius docet, hostes astricto Istro frigore, Tomitanos infestare. *Gelu marmoreo*) gelu duro & candido, quale est marmor. *Tum patet & Boreas*) tum manifestum est. *Has gentes*) hos Septentrionales populos. *Axe tremente*) ax outaote nimio vento, vel fulguribus. Scribit autem Strabo, vniuersum aquilonarem tractum hyemes habere asperas, vsque ad vicina mari, quæ inter Borysthenem & Mæotidis paludis ostium iacent: sicuti vehementes ibidem æstus effici. Aut fortè quia insueta sunt corpora, aut quia per id tempus nullæ spirant auræ, aut quia aëris crassitudo plus caloris concipit, quemadmodum in nebulis solis aguot radij. De Scythia ita etiam scribit Maro in tertio Georgicorum: At non qua Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda, Turbidus, & torquens flauentes Ister arenas, Quáque redit medium Rhodope porrecta sub axem. Illic clausa tenent stabulis armenta, neque vllæ Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes: Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu latè, septémque assurgit in vlnas. Semper hyems, semper spirantes frigore Cauri.

Vbi deliquit) quando liquefacta est, à deliquo verbo. Neoterici quidam scioli hunc locum ita emendant, Ergo vbi delicuit, non deliquit: ignorantes, à deliqueo præteritum fieri delicui, à deliquo verò deliqui, quod est, in humorem siue liquorem resoluo, destillo. Virgilius: Vere nouo gelidus canis cùm montibus humor Liquitur. Plautus in Casina: Quandam prognatis in sorbēdo deliquerit. Varro de Proprietate scriptorū: Quid est autē, quod eius aliud generis feruefactum colliquisset, in forma esset infusum. Virgilius, Aut cùm liquētia mella. Quibus exemplis patet, & deliquit & delicuit hoc in loco legi posse. Inueniuntur etiam liquo as. vnde eliquo verbum. Persius: Eliquat, & tenero supplātat verba palato. Illud etiam sciendum, in liquo seu liquor verbis primam produci, in liquor nomine corripi: sicut liqueo, liquefio, liquo liquas. *Bima*) nix duorum annorum. *Tectáque rapta ferat*) Quod hic scribit Ouid. minimè incredibile videri debet. Nam & Diodorus scribit, in Septentrionali Galatiæ parte, quā Basternas Istro proximos diximus coluisse, tanto vi impetúque perflare ventos, vt lapides quātos manus possit continere, à terra rapiat, ac veluti arenæ lapillorū aceruos haud paruos cumulet. Est vt aliquādo ab hominibus arma ac vestes, quandoque sessorem vi ab equo auferat. Denique tanta est aëris frigiditas, vt neque vinū ea regio, neque oleum producat. *Pellibus*) rhenonibus. Ita enim vestes vocātur, autore Seruio. Virgilius: Et pecudum fuluis velantur corpora setis. Iustinus etiam lib. 2. docet, Scythas vti pellibus tātùm ferinis ac murinis. Seneca quoque lib. 14. Epistolarū ita scribit: Magna Schytarū pars terga vulpium ac murium induitur, quæ tactu mollia, & impenetrabilia ventis sunt. *Braccis hirsutis*) Scribit Diodorus, Galatas ad Septentrionē sitos, vestes ad terrorē intonsas, ac coloris varij ferre, quas illi vocāt braccas. Lucanus: Et qui te laxis imitātur Sarmata braccis. Hyginus quoque eos qui proximè sunt arctico fini, braccis vti scribit. [Aliàs, Pellibus & sutis arcent mala frigora braccis. Neque enim duo substātiua absque cōstructione eodē casu iungi solent.] *Mala frigora*) frigora nocentia. *Sæpe sonant moti glacie pendente capilli, Et nitet inducto cādida barba gelu*) Æmulatio hæc tota est Virgiliana Ille enim ita loquit: Stiriaque impexis induruit horrida barbis. Seruius in eo loco barbas pecudum accipit, quum Maro de hominū barba intellexerit, vt hic apertè docet Ouid. *Nudaque consistunt formam seruātia testa Vina*) vina quoque nimio frigore gelata, vase fracto, formā eius retinent. Maro ea securibus cædi scribit, quū ait, Cædúntque securibus humida vina. *Nec hausta meri, sed data frusta bibunt*) nec vinum hauriunt, sed frusta concreta edunt. *Formam testæ*) formam vasis. Testa autē significat opus figulum, seu vas argillaceum, à tostu dicta, vbi prius vina seruabant. Posteà circa Alpes ligneis vasis condi, circulísque cingi cœpta sunt. *Vt cuncti riui*) qualiter riui omnes. *Concrescant frigore*) frigore congelentur. Virgilius, Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. *Fragiles*

aqua) frustrà aquæ congelatæ. *Papyrifero amnis)* Nilo papyrum ferente. Sic & Apuleius papyrum Ægyptiam appellat. Plinius etiā docet, papyrum nasci in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnāt. Istrum autem Ouidius videtur sentire nihilo angustiorē esse Nilo. Gellius tamen scribit, omnium fluminum, quæ sunt Romanū imperium, maximū esse Nilum. Proxima magnitudine esse Istrū, scripsit Salustius. Varro autē, quum de Europa dissereret, in primis tribus eius terræ fluminibus Rhodanū esse ponit: per quod videtur facere eum Istro æmulum. Is enim in Europa etiā fluit, isque amnes in se recipit, vt Solinus scribit. Strabo lib. 7. scribit, Istrum cunctos Europæ fluuios superare. Ibi de eo flumine plura legito. Diodorus quoque ità inquit: Quum plures magniq; fluuij per Galatiam vario cursu fluant, hi ex profundis stagnis, hi ex montibus partim in Oceanum, alij in nostrum mare decurrunt. Eorum qui in nostrū mare labuntur, maximus censetur Eridanus: qui in Alpibus fontes habens, quinque ostijs descendit in mare. Qui verò in Oceanum defluunt, maximi habentur Danubius ac Rhenus, quē diebus nostris C. Cæsar pōtibus miro modo iunxit: pedestribúsq; traductis copijs, Galatas vltra Rhenum habitantes in potestatē redegit. Plures alij nauium capaces fluuij existūt in Celtica: sed hi omnes ferè hyeme cōgelati, tutū transitum, iniectis desuper, ne labātur, paleis, euntibus præbent. *Multo per ora)* septem enim ostijs Pontū influit. *Vasto freto)* magno æstu. *Caeruleas latices)* aquas fluentes & cæruleas. *Ventis durantibus)* ventis astringentibus & congelantibus. *Tectis aquis)* aquis coopertis ipsa glacie. *In mare)* in Pōtum Euxinum. Oritur enim Ister (vt Strabo docet lib. 7.) ab extremis Germaniæ partibus, ab occasu, prope sinum Adriaticum, procul ab illo stadijs circiter mille. Finitur autem in Ponto, nō longè admodum à Tyro, ac Borysthenis eruptionibus paululum in Septentrionem vergens. Superiores autē fluminis partes, versus fontes, vsque ad præcipites eius decursus, quos Cataractas nominant, Danubium vocant, quę maxime per Dacorum agrum delabuntur: alias verò inferiores, vsque in Pontum per Getas, Istrum vocant. Cæterùm idem Dacorum & Getarum sermo est. Græcis verò Getæ notiores fuere, quia frequentius ad vtramque Istri ripam migrabant. *Vndas frigore concretas)* vndas frigore congelatas. Diximus enim suprà ea Strabonis sententia, Aquilonarem tractum vniuersum hyemes habere asperas, vsque ad vicina mari loca, quæ inter Borysthenem, & Mæotidis paludis ostium iacent. Sic etiam Virgilius, Concrescunt subitæ currenti in flumine crustę. *Vngula pulsat equus)* In ore paludis Mæoticę, ab Istro non omnium longè distante, Strabo est autor, tantam vim glaciei esse, vt quo in loco missus à Mithridate imperator equestri pugna barbaros in glacie hyeme superauerit, illos eosdē nauali prælio soluto, per æstatē vicerit. *Per nouos pontes)* Pōtes nouos appellat glaciē, sub qua currit Ister in Pontum. *Barbara plaustra)* plaustra Scytharum. Id etiam docet Maro, quum inquit: Vndáque iam tergo ferratos sustinet orbes, Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris. Scribit Diodorus, loca illa ad Arctum sita, frigida esse, vt quę hyemis tempore pro aqua niuibus oppleta exstant. Glaciem quoque immensam adcò patriam occupare, vt flumina congelata sint peruia transeuntibus, non solùm paucis, sed exercitibus quoque cum curribus & impedimentis.

Vix equidem credar: sed quum sint præmia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem.
Vidimus ingentem glacie consistere Pontum,
Lubricáque immotas testa premebat aquas.
Nec vidisse sat est: durum calcauimus æquor,
Vndáque non vdo sub pede summa fuit.
Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset,
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.
Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere, conantes dura coërcet hyems.
Et quanquam Boreas iactatis insonet alis,
Fluctus in obsesso gurgite nullus erit.
Inclusæq; gelu stabunt vt marmore puppes,
Nec poterit rigidas scindere remus aquas.
Vidimus in glacie pisces hærere ligatos:
Sed pars ex illis tum quoque viua fuit.
Siue igitur nimij Boreæ vis sæua marinas,
Siue redundatas flumine cogit aquas.
Protinus æquato siccis Aquilonibus Istro,
Inuehitur celeri barbarus hostis equo.
Hostis equo pollens, longéque volante sagitta,
Vicinam latè depopulatur humum.
Diffugiunt alij: nullisque tuentibus agros,
Incustodita diripiuntur opes.

Vix equidem credar) vix profectò huic rei, quam dicturus sum, fides adhibebitur. *Sed cum sint præmia falsi nulla)* sed cū nullum præmium consequar, si mentitus fuero. *Ratam fidem)* fidem firmam. *Testis)* Seipsum Ouidius testem appellat. *Glacie consistere)* glacie cōcretum esse. Hoc etiam affirmat Strabo, scribens, in ore paludis Mæoticæ tantam vim glaciei esse, vt æreę scindantur hydriæ. Ita enim inquit, Æreæ scinduntur hydriæ: quæ verò intrà sunt, congelantur. Quid de ipsius gelu vehementia? quid de alijs ad Mæotidis ora prouenientibus? Alueus namque è Panticapeo ad Phanagoram plaustris deambulatur, adeò vt cœnum via tota fiat. Destituti verò in glacie pisces ligonibus effodiūtur ad Gangamam (sic enim locum appellant) præcipuéque antacei delphinibus magnitudine pares. Memoria quidem proditum est, Neoptolemum Mithridatis ducem eodē in cursu, æstate quidem nauali pugna Barbaros, hyeme autem equestri prælio superasse. Scribit Dionysius, Mæotidem paludem in superiore Asię parte, in quā Tanais labitur, multóq; prius inflatus Borea, immensam illius glaciem conuehere, infœlicesque illos facere, qui ea incolunt loca. Diodorus quoque de frigore horū locorum nimirum intellexit, quum ita inquit: Aliquibus in regionibus adeò maxima frigoribus congelantur flumina, vt currus & exercitus super immobilem glaciem transeant. Congelatur etiam vinum, reliquáq; humida, adeò vt gladio abscindantur. Quódque his est mirabilius, & extremitates vestiū, quas homines ferant, frigore attritæ decidunt, offuscantur oculi, ignis splendorem non reddit, æreę statuæ disrumpūntur. De piscibus Mæotidis, Iuuenalis: Neque enim minor hæserat illis, Quos operit glacies Mæotica, ruptáq; tādem Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti, Delicias tardos, & longo frigore pigros. *Lubrica testa)* lapis coctilis, qui facilè labebatur per mare concretum. Sunt qui legant, lubrica crusta, non testa, hoc est gelu lubricū, in quo quis facilè labitur. Vt apud Maronem, Concrescūt subitæ currēti in flumine crustæ. [Sed siue testa, siue crusta legatur, de aqua in testę morē congelata intelligēdum, non de lapide coctili, vt Merula somniat.] *Vidisse)* cōspexisse aquā ita cōgelatā. *Durum æquor)* marę congelatū. *Sub pede non vdo)* sub pede nō madefacto. Gelu enim illic erat, vbi primùm vnda fuit. *Si tibi tale fretū quondā Leādre fuisset)* Leander Abydenus, & Hero Sestias, mutuò se amarūt. Sed Leander ad Hero noctu ire cōsueuerat per fretum Hellespōticum, quod Seston & Abydon ciuitates interfluit. Quum igitur iuuenis oppressi tempestate cadauer ad puellam delatum fuisset, illa præcipitauit se de turri, vt docet Seruius. Leādri amorem, suppresso tamē nomine, tangit Virgil. in 3. Georgic. sed plenius Ouidius in Epistolis. *Tale fretū)* mare ita congelatū. *Angusta aqua)* Hellespontum designat, cuius angustiæ in latitudinem (autore Herodoto) sunt stadiorum septem, in longitudinem verò quadringentorum protenduntur. Scribit Seruius, Io transisse per mare angustum, quod ab ea Bosporon appellatum, postea Hellespontum nominari cœptū esse. Abydos autem à Milesijs in Asia condita fuit, cui Sestos in Europa vrbs opposita fuit, Herûs patria. *Pandi delphines)* recurui & conuexi delphines. *In auras tollere)* Nam delphini (autore Plinio) tāta vi exiliunt, vt plerunque vela nauium transuolent vento. *Dira hyems)* durum gelu, aut asperum frigus. *Iactatis alis)* Venti etiam à poëtis finguntur esse alati. Ouidius in Metam. Hæc Boreas, aut his non inferiora secutus Excussit pennas. *In obsesso gurgite)* in mari congelato. *Vt marmore)* tanquam in marmore inclusæ. *Siue igitur nimij Boreæ vis sæua marinas)* &c. Siue mare, inquit, siue flumen congelatur, protinus deprædantur hostes vicinum agrum. *Siue redundatas flumine cogit aquas)* Ordo est: Siue vis sæua Boreæ cogit flumine, id est cōgelat in ipso flu-

mine aquas redundatas, hoc est copiosas & abundantes. Vel certè aquas redundatas flumine, id est collectas aquas in ipso flumine. *Æquare Istro*) Ister ita adstrictus, vt siccitati Boreæ par sit. *Siccus Aquilonibus*) Aquilo animalis est, siccior tamen omnibus ventis, qui à Meridie & Oriente flant: omnium verò ventorum saluberrimus, vt Plinius docet. *Hostis equo pollens, longèque volante sagitta. Vicinam latè depopulatur humum*) Sauromatas arbitror designare Ouidium. siquidem Plutarchus in Paulo Æmilio scribit, eos circa Istrum incolentes gentem fuisse pugnacem, & equitatu maximè valentem, quos & Galatas appellarunt. Plinius etiam lib. 8. scribit, Scythas equitatus & equorũ gloria strepere. Scribit Strabo, regionem vniuersam inter Borysthenem & Istrum maxima ea parte incolere Nomades, id est pastores, eósque vti tentoriis centonum instar, pilo contextis, plaustris vitam degentes: circúmque tentoria pecora comitantur, à quibus victum captant, & aluntur lacte, caseo, carne. Pascua verò sectantur, loca semper herbosa permutantes. Vtuntur autem galeis ex crudis boum coriis, thoracis, & scutis: ad percutiendúmque lanceas habent, arcúsque, & gladios.

Ruris opes paruæ) Opes quas eripi dixit, enumerat. *Et quas diuitias incola pauper habet*) Rapiũt, inquit, hostes finitimi, Istrum transeuntes congelatum, eas opes, quas solent incolę pauperes possidere. *Tinctile virus*) virus quod tinctũ est sanguine humano, aut quo tingitur spiculum sagittæ. Solebant enim Scythę sagittarum aciem vngere viperina sanie, & humano sanguine. Irremediabile autem est id scelus, mortem illico afferre leui tactu. autor Plinius libro vndecimo. Lucanus: Tinxere sagittas Errãtes Scythiæ populi. *Nec sulcat humum*) nec terram arat. Scribit etiam Strabo, in Scythia paucos agrorum colẽdorum stud[io] ten[eri]. *Aut videt aut metuit locus hic quem non videt hostem*) Ordo est: Locus hic aut videt, aut metuit hostem, quem non videt. *Cessat*) nõn exercetur, nec fert. *Non hic pampinea dulcis latet vua sub vmbra*) De vitibus Thraciæ regionis, quę Istro pelagóque contingitur, ita scribit Pomponius: Thraciæ regio, quæ Istro pelagóque contingitur, nec cœlo læta est, nec solo: & nisi qua mari propior est, infœcunda: cetúmque quæ feruntur, maligne admodum patiens. Rarò vsquam pomiferam arborem, vitem frequentius tolerant: sed nec eius quidem fructus maturat, ac mitigat, nisi vbi frigora obiectu frondium cultores arcuere. Vinos benignus alit, non ad speciem tamen. nam & illis asper & indecens corporum habitus est. Cæterùm ad ferociam & numerum, vt multi immitésque sint maximè. Iulius Firmicus scribit, Scytharũ rabiem esse effrenatã. De Scythis multa Iostions libro secundo. Eos enim inter Scythas enumerant Geographi, qui Thraciæ partem illã incolunt, quæ (vt hic etiã sentit Ouidius) ab vno latere Ponto includitur. Et nos superius docuimus, Scythiam duplicem esse. *Nec cumulant*) nec cumulatim implent. *Feruida musta*) musta calida. Solent enim musta feruere, & ideo calefieri. *Altos lacus*) Lacus vas est, quo vina ex vua expressa excipiũtur. Cato: De lacu vinum quamprimùm in dolium indito. Columella: Mustum autem antequam de lacu tollas, vasa rore marino, vel lauro, vel myrto suffumigato. Et alibi: Antequam prelo vinacea subiiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam. Et alibi: Mustum lixiuium, hoc est, antequam prelo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit, tollito. Tibullus: Et plano pinguia musta lacu. *Nec haberet Acontius*) Cydippes & Acontij fabula nota est Ouidij epistola. Et nos eam diximus in enarrationibus in Ouidium de Arte amandi, super eo versu, Littera Cydippen pomo perlata fefellit.

Ruris opes paruæ, pecus, & stridentia plaustra,
Et quas diuitias incola pauper habet.
Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,
Respiciens frustrà rura, laremque suum.
Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.
Quæ nequeunt secum ferre, aut abducere, perdunt:
*Et cremat insontes hostica * turba casas.*
Tum quoque, cùm pax est, trepidant formidine belli:
Nec quisquam presso vomere sulcat humum.
Aut videt, aut metuit locus hic, quẽ non videt, hostẽ.
Cessat iners rigido terra relicta situ.
Non hic pampinea dulcis latet vua sub vmbra,
Nec cumulant altos feruida musta lacus.
Poma negat regio: nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hic dominæ verba legenda suæ.
Aspiceres nudos sine fronde, sine arbore campos.
Heu loca fœlici non adeunda viro.
Ergo tam latè pateat cùm maximus orbis,
Hæc est in pœnas terra reperta meas.

IN VNDECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XI.

Si quis es, insultes) Crudelissimum quendam suppresso nomine accusat Ouidius, quòd quum in Scythica regione, orbatus omni re chara, in maximis degat incommodis, ille non his contentus, ei tamen insultet: addítque, magnũ illi esse dedecus, oppugnare hominem prostratum & iacentem. Monet postremò, vt meminerit humanæ sortis, nolit amplius eam memorare poetæ crimina, sed ea sinat cicatricem obducere, cùm præsertim nulla eius fortuna possit fieri miserior. *Agas reum*) accuses me. *Natus es è scopulo*) Sic Dido Virgiliana: Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admorunt vbera tigres.

Si quis es, insultes qui casibus improbe nostris,
Méque reum dempto fine cruentus agas.
Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices pectus habere tuum.
Quis gradus vlterior, quo se tua porrigat ira,
Restat? quidve meis cernis abesse malis?
Barbara me tellus, & inhospita littora Ponti,
Cúmque truci Borea Mænalis Vrsa videt.
Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ.
Omnia sollicitis sunt loca plena metus.
Vtque fugax auidis ceruus deprehensus ab vrsis,
Cinctáque montanis vt pauet agna lupis:
Sic ego belligeris à gentibus vndique septus
Terreor, hoste meum penè premente latus.
Vtque sit exiguum pœnæ, quòd coniuge chara,
Quòd patria careo, pignoribúsque meis,
Vt mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram,
Nuda parum nobis Cæsaris ira mali est?
Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet,

Habere silices) habere cor & mentem durissimã. *Quis gradus vlterior restat?*) quod aliud malum superest, quod iratus mihi cupias accidere? *Et inhospita littora*) & littora portu carentia. *Vrsa Mænalis*) vrsa Arcadia. Callisto enim, quæ postea in vrsam mutata dicitur, fuit ex Arcadia. *Cum gente fera*) cum gente Thraciæ. *Sollicitis metus*) timoris sollicitudinem iniicientis, propter gentes feras, quæ loca illa infestant.

Soluat & in mores ora diserta meos.
In causa facili cuiuis licet esse diserto,
Et minima vires frangere quassa valent.
Subruere est arces, & stantia mœnia virtus,
Quamlibet ignaui præcipitata premunt.
Non sum, qui fueram: quid inanem proteris vmbram?
Quid cineremsaxis, bustáque nostra petis?
Hector erat tunc cùm bello certabat, at idem
Tractus ab AEmonio non erat Hector equo.
Me quoque quem noras olim, non esse memento,
Ex illo superant hæc simulacra viro.
Quid simulacra ferox dictis incendis amaris?
Parce precor manes sollicitare meos.
Omnia vera puta mea crimina, nil sit in illis,
Quod magis errorem, quàm scelus esse putes.
Pendimus en profugi, satia tua pectora, pœnas
Exiliòque graues, exiliíque loco.
Carnifici fortuna potest mea flenda videri,
Te tamen est vno iudice mersa parum.
Sæuior es tristi Busiride, sæuior illo,
Qui falsum lento torruit igne bouem.
Quique bouem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas.
Munere in hoc vsus rex est, sed imagine maior,
Nec sola est operis forma probanda mei.
Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri?
Hac tibi, quem perdis, coniciendus erit.
Protinus inclusum lentis carbonibus vre,
Mugiet, & veri vox erit illa bouis.
Pro quibus inuentis, vt munus munere penses,
Da precor ingenio præmia digna meo.
Dixerat. at Phalaris, pœnæ mirande repertor,
Ipse tuum præsens imbue dixit opus.
Nec mora, monstratis crudeliter ignibus vstus,
Exhibuit geminos ore gemente sonos.
Quid mihi cum Siculis? inter Scythicósque, Getásque
Ad te (quisquis is es) nostra querela venit.
Vtque sitim nostro possis explere cruore,
Quantáque vis auido gaudia corde feras,
Tot mala sum fugiens tellure, tot æquore passus,
Te quoque vt auditis posse dolere putem.
Crede mihi, si sit nobis collatus Vlysses,
Neptuni minor est, quàm Iouis ira fuit.
Ergo quicunque es, rescindere crimina noli,
Deque graui duras vulnere tolle manus.
Vtq; mea famam tenuent obliuia culpa,
Facta cicatricem ducere nostra sine.
Humanæq; memor sortis, quæ tollit eosdem,
Et premit, incertas ipse verere vices.
Et quoniam fieri quod nunquam posse putaui,
Est tibi de rebus maxima cura meis.
Non est quòd timeas, fortuna miserrima nostra est,
Omne trahit secum Cæsaris ira malum.
Quod magis vt liqueat, néve hoc ego fingere credar,
Ipse velim pœnas experiare meas.

MER. A *Soluat ora*] loquatur. *In mores meos*) contra meos mores. *In causa facili*] in causa non difficili ad probandum. *Quassa*] debilitata. *Quamlibet ignaui*] Legitur etiam, Quilibet ignaui. *Proteris*] conculcas, pedibus teris. *Inanem vmbram*] vmbram sine corpore, id est me sine vllis viribus. *Petis saxis*] saxis insequeris. *Tunc quum bello certabat*] tunc B quum viuebat, & poterat hostibus resistere. *Ab Hæmonio equo*] ab equo Achillis Thessali. Notum est, vt Hector ab Achille interfectus, per tractus fuit circum mœnia Troiana. *Non erat Hector*) non viuebat, nec vti poterat viribus: nam non is erat qui fuerat. *Hæc simulacra*) hoc corpus sine viribus, & hanc fictam imaginem. Simulacra enim propriè sunt mor- C tuorum imagines, quæ ex desiderio mortuorum ortæ sunt: vt qui iam defecerant, viuere viderentur. His autem verbis Poëta se quasi mortuum esse designat, nec quicquam præter simulacrum restare significat. *Sollicitare*] inquietare. *Meos manes*] animã quæ à meo corpore discessit. Nam dum me viuum agitare credis, mortuum insequeris. Manes puta- D uit Seruius (vt diximus) animas illo tempore, quo de aliis recedentes corporibus, nondum in alia transierunt. Idem etiam scribit, manes eos esse, quos cum vita sortimur, vt alter hortetur ad bonum, alter ad malum. *Omnia vera puta mea crimina*) existima, inquit, omnia quę mihi obijciuntur crimina vera esse: eaq; non errorem, nec imprudentiam, sed scelera finge E appellari posse: satis certè pœnas luimus. *Pendimus pœnas*] pœnas soluimus. Est autem tractum à pecunia, vt docet Seruius. Apud maiores enim pecuniarias pœnas constat fuisse. Vergilius: Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. *Profugi*] fugati in Scythicas oras. *Satia tua pectora*] expleas crudelitatem tuam meis suppliciis. *Graues exilio*] molestas & magnas F exilij turpitudine ac damno. *Exiliíque loco*] Non modò, inquit in exilium eiectus sum, verumetiam incommodissimus exilio locus electus est. *Carnifici*] sanguinario & crudelissimo homini. *Vno iudice*] te solo ita iudicante. *Tristi Busiride*] De Busiride rege Ægypti & eius crudelitate, quem ob eam causam Hercules immolauit, diximus in primum Ouidij de Arte amandi, in enarratione eius versus, Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus arua Imbribus. *Qui falsum lento torruit igne bouem*] Phalarim designat, G de quo Paulus Orosius ita scribit: Ea tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos, arrepta tyrannide, depopulabatur: qui crudelis mente, commentis crudelior, omnia nefariè in innocentes agens, inuenit aliquando, quem iustè puniret iniustus. nã Perillus quidam æris opifex, affectans tyranni amicitiam, aptum munus crudelitati illius ratus, taurum æneum fecit: cui fabre ianuã è latere com- H posuit, quæ ad concludendos damnatos receptui foret, vt cõclusis ibidẽ subiectis ignibus torrerẽtur: sonum vocis extortæ capacitas concaui æris augeret, pulsũque ferali competens imagini mugitus emitteret, nefarióque spectaculo mugitus pecudis, non hominis videretur. Sed Phalaris factum amplexus, autorẽ execratus, & vltioni materiam præbuit, & crude- I litati. Nam ipsum opificem sua inuentione puniuit. *Quique bouem Siculo fertur donasse tyrãno, Et dictis artes conciliasse suas*) Perillũ dicit quẽ Grę ci Perilaũ appellant. Eum crudelẽ fuisse Plin. quoq; his verbis asserit: Perillũ nemo laudat sæuiorem Phalaride tyranno, cui taurũ fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito: & primò eum expertus est cruciatum K iustiore sæuitia. Propertius: Nónne fuit satius tristi seruire tyranno, Et gemere in tauro sæue Perille tuo. Silius quoque libro decimoquarto ita cecinit: Ductor Grospus erat, cuius cælata gerebat Taurum parma trucem pœnæ monumenta vetustæ. Ille vbi torreret subiectis corpora flammis, Mutabat gemitus mugitibus, actaque veras Credere erat stabulis armen- L ta effundere voces. Haud impune quidem. nam diræ conditor artis, Ipse suo moriens immugit flebile tauro. De Phalaride & Perilao alibi plura diximus. *Munere in hoc vsus rex est, sed imagine maior*] Hæc sunt Perilli verba ad Phalaridem regem. *Vsus*) vtilitas. *Sed imagine maior*) sed maior quàm apparet. *Nec sola est operis forma probanda mei*] Duo laudat: Perillus in tauro æneo, & vtilitatem, & formam. *Adapertile*] quod facile aperiri potest. *Quem perdis*] quem interfici iubes.

A *Erit conijciendus*] erit ponendus in ipso tauro. *Et illa vox*] & gemitus ille. *Imbue*] incipe. Imbuere enim (autore Seruio) est propriè inchoare & initiare. *Geminos sonos*] & humanos & bubulos. Legitur etiam, Querulos sonos. *Quid mihi cum Siculis?*] quid crudelitatem Phalaridis & Perilli Siculi refero? *Ad te redeo*] ad capiendam crudelitatem in me tuam renertitur. *Quisquis is es*] quisquis ille es qui meo cruore non expleris. *Sitim*] crudelitatem & desiderium tuum. *Quantamlibet*] quantalibet. *Fugiens*] in exilium proficiscens. *Auditis*] meis scilicet malis. *Vlysses*] qui decennio errauit. *Neptunus ira*] Neptuni indignatione. Neptunus enim Vlyssem insecutus, quòd ille eius filium Polyphemum excæcauit, quam ob causam ille postea pertulit tempestatem. Saue Neptunus à nando dictus est, paulum primis literis immutatis, vt placuit Ciceroni in secundo de Natura deorum. *Quàm Iouis*] quàm Augusti. *Referendo crimina mea*] noli iterum crimina mea lacerando commemorare. *De graui vulnere*] de magno meo malo. G *Tenuent*] imminuant. *Incertas vices*] vicissitudines fortunæ, quas ignoras an tibi quoque obesse possint. *Maxima cura*] maxima solicitudo, ut redocat. *Quod magis videquear*] vt illud magis appareat, me scilicet miserum esse.

IN DVODECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

MER. B FRigora iam Zephyri minuunt, annóque peracto, Tardior antiqua visa Mæotis hyems.] Non sine magno dolore Poëta vatis exemplis ver alius adesse significat, quod apud Scythas in Septentrionali plaga, vbi exulabat, hac vna se scribit deprehendi posse, quòd nix, flumina autè plaustris peruia, & maria duro frigore concreta tunc relegantur, & incipiútque etiam naues nauigare: qui, si in Scythiam peruenerint, se illis dicit occurrere, vt ab his intelligat de Cæsaris triumphis. Quòd si quis aliquid referre potuit, primus à Poëta domum ducitur, fitque eius hospes. precatur demum, vt domus, quam habebat in Scythia, non sit perpetua Poëtæ sedes, sed hospitium, vt aliquando in patriam redeat. C *Frigora iam Zephyri*. Fauonius, qui Græcè Zephyros appellatur, flat ab occasu æquinoctiali ad octauum Calendas Martij. Chelidoniam vocant, ab hirundinis visu: nonnulli verò Ornithiam, ab auibus: vno enim & septuagesimo die post brumam ab aduentu autom flat per dies nouem. eo flante, minuuntur frigora, vt docet Plinius his verbis: Ver ergo aperit nauigantibus mare, cuius in principio Fauonij hibernum molliunt cœlum, sole aquarij 15. obtinente partem. is dies sextos est ante Februarias Idus. *Iam minuunt frigora*] iam attenuant frigora: tunc enim niues liquontur. Vergilius: Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit. Fauonius autem à fouendo dicitur: fata enim fouet. Ideo eû genialê esse dicunt spiritum mundi. D Zephyrus verò quasi ζωὴν φέρων,quòd satis vitam afferat. *Anno peracto*] peracta hyeme, quæ annum finit. Videtur hic Ouidius sentire annum hyeme finiri, vere autem incipere. Aut quia origo mundi ac temporum fuit vere, & secundum Macrobium incipiente die illo, qui primus omnium illuxit, qui ideo iure natalis mundi vocatur, fuit aries in medio cœli & quia medium cœlum quasi mundi vertex est, iccirco aries vt mundi caput in exordio lucis apparuit. Mundi originem Maro quoque vere fuisse ita docet: Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat Orbis, & hybernis parcebât flatibus Euri, Cùm primû lucê pecudes hausere, virûmq; Ferrea progenies duris caput extulit aruis, Immissǽque feræ syluis & sidera cœlo. Quare falsum est quod Seruius dicit scribês per E poeticam licentiam hæc à Vergilio dicta. Nostrates theologi 15. Caleodas Aprilis die solis mundum creatum fuisse scribunt. Contra quorum opinionem Iulius Firmicus falsò scribit, Mondum certum diem non habuisse ortus sui nec aliquem interfuisse eo tempore, quo mundus diuinæ mentis ac prouidi numinis ratione formatus est: nec cousque intentionem potuisse humanæ fragilitatis extendere, vt originem mundi facili posset ratione concipere aut explicare: præsertim quum 300. mille annorum maior apocatastasis, id est redintegratio per ecpyrosin, aut per cataclysmum fieri consueuerit: his enim duobus generibus apocatastasis fieri consueuit, tunc ergo exustioni diluuium, id est ecpyrosim ita cataclysmus sequitur: nulla enim re alia cau- F stæ res poterant renasci, nec vlla re alia ad pristinam faciem formámque reuocari, nisi admistione aquæ concretos polois fauillarum omnium genitaliom seminum collectum conceperit fœcunditatem. Sed vt esset quod mathematici in genituris hominum sequerentur exemplum, ideo hanc quasi genituram mundi diuini viri prudenti ratione finxerunt. Aut certè hic Ouidius secundum Pythagoricam distinctionem ætatis humanæ vel anni principium appellat. Ille enim (vt est apud Ouidium in Metamorph. & Lactium) veri pueritiam accommodauit, æstati adolescentiam, autumno iuuentam, hyemi senectutem. Aut quia Martius mensis regnante Romulo, quo mensa etiam ver incipit, fuit anni principium. Ouidius tamen in Fastis docet hyeme annum incipere, quia bruma sol cursum perficit, & renouat. ita enim inquit: Bruma noui prima est veterísque nouissima solis: Principium capiunt Phœbus & H annus idem. Varro etiam asserit, Tempus à bruma, ad brumam dum sol redit, vocari annum. Placuit autem annum à bruma incipere, quæ à dierum breuitate nomen accepit. vt scribit Pompeius: quia sol velut senio confectus, & ad Capricornum atque inferiores delapsus circulos, ad altiores incipit remeare, & quasi nasci: vnde sol nouus propriè dicitur (autore Seruio) octauo calendas Ianuarij. Florentinus princeps scribit ab octauo calendarum Decembrium vsque ad nonum calendarum Ianuariarum celebrari festa Bromalia. Cur autem Ianuario dederit Numa principatum, docet Plutar- I chus in Quæstionibus. Potes etiam accipere Ouidium hic annum peractum dicere, vt designet se toto eo tempore in Scythia fuisse, vbi mirabatur longiorem solito sibi hyemem visam. Magis tamen placet intelligas hic Ouidium anni initium facere à vere, sicut in fastis à bruma, vt diximus: eius enim initium varium fuit. quod docet Censorinus, scribens: Alius à nouo sole, id est, à brumali: alius ab æstiuo solstitio, plerísque ab æquinoctio verno, partim ab autumnali æquinoctio: quibusdam ab ortu Vergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis à canis exortu incipere annum naturalem videri. *Hyems Mæotis*) Mæotica glacies: de qua diximus suprà: aut hyems Scythica. *Antiqua*) Hyeme veteri, & priori. Intelligit autem hyemes Italas.

Longior antiquis visa Mæotis hyems] Mirum est, hunc lo- MER. cû ita silentio præteriri à Commentatoribus, cùm non mo- K dò in verbo vitium sit, sed neque sententia integra aut plena. Nam & nomen Mæotis, quo palus Scythica significatur, in quam Tanais influens, Europam ab Asia disterminat, correptâ prima ponitur: cùm contrà apud alios, tam Græcos quàm Latinos, eadem syllaba ex regula producatur. Cuius rei exemplum passim videre est apud Virgil. Lucanum, & cæteros. Et quod ad sensum attinet, ipsa quoque constructio imperfecta & ἀνακόλουθος est, propterea quòd in toto hoc commate verbum nullum est, ad quod nomina in eodem posita referantur. Quid enim sonant perpetua illa nominatiui, longior (siue, vt alij, Tardior) antiquis visa, Mæotis hyems, nullo iis respondente verbo? quale fuerit, abit, recessit, præterijt, aut simile. nam verbum Minuit, quod in præcedenti commate est, referri huc non potest. non enim hiems, sed ver mitigat fri- L gora. Et substantiuum Est, quod ad participium visa, inferendum aliquis fortassè dicat, leuius est, quam vt Minuendi verbum sequi, & sententiam claudere pro se ac solum debeat. Quale enim fuerit, Zephyri minuunt frigora, & postquam annus peractus est, hyems Mæotica tardius, siue longior mihi visa est quàm præterita atque antiquæ hyemes? præsertim cùm non sequantur quæ hyemis moram amplificent, sed quæ temporis qualitatem describant Quare vt etiam syllabæ quantitatem figura aliqua iam tegamus, quid ad constructionis & sententiæ ἀπορίαν dicemus? Ego certè, vt quidem locum ipsum non facilè restituerim, ita tamen corruptum eundem esse, sine vlla dubitatione ausim affirmare.

ELEGIA XII.

FRigora iam Zephyri minuunt, annóque peracto
Tardior antiqua visa Mæotis hyems.

Impositámque sibi, qui non bene pertulit Hellen,
Tempora nocturnis æqua diurna facit.
Iam violas puerique legunt, hilarésque puellæ,
Rurá que quæ nullo nata serente ferunt.
Pratáque pubescunt variorum flore colorum:
Indocilique loquax gutture vernat auis.
Vtque malæ crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas, paruáque tecta facit.
Herbáque, quæ latuit Cerealibus obruta sulcis,
Exerit è tepida molle cacumen humo.
Quóque loco est vitis, de palmite gemma mouetur:
Nam procul à Getico littore vitis abest.
Quóque loco est arbor, turgescit in arbore ramus,
Nam procul à Geticis finibus arbor abest.
Ocia nunc istic, iunctísque ex ordine ludis
Cedunt verbosi garrula verba fori.
Lusus equis nunc est leuibus, nunc luditur armis,
Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus.
Nunc vbi perfusa est oleo labente iuuentus,
Defessos artus tingere gaudet aqua.

Mer. A *Impositámque sibi)* Æquinoctium vernum describit. Cardo enim temporũ quadripartiti anni distinctione constat, per incrementa lucis augetur. Hæc à bruma exæquatur noctibus verno æquinoctio in diebus 90. tribus horis, deinde superat noctes ad solstitium diebus 94. horis 12. vsque ad æquinoctium autumni: & quum æquata die procedit ea eo ad B brumam diebus 89. horis tribus. Bruma autem notatur, Capricorno ad octauum Calendas Ianuarij ferè: æquinoctium vernum Ariete, solstitiũ Cancro, alterũmque æquinoctium autumnale, Libra. Rursus hi cardines singulis etiamnum articulis temporum diuiduntur per media omnes dierum spacia: quoniam inter solstitiũ & æquinoctium autu-C mni Fidiculæ occasus, qui autumnũ inchoat, dies 46. At ab æquinoctio eo ad brumam, Vergiliarum matutinus occasus hyemem dies 43. Inter brumam & æquinoctium dies 45. Flatus fauonij vernum tempus Ab æquinoctio verno initiũ æstatis dies 48. Vergiliarum exortus matutinus. autor Plini^9. Columella etiã libro 11. scribit: Æquinoctium primum mense Martio circa Calendas octauũ Aprilis in octaua parte Arietis confici, & ad exortum Vergiliarum dies verni tẽporis haberi duo & quinquaginta. Hæc eadem apertius declarat Varro in primo de Re rustica his verbis: Dies primus veris est in Aquario, æstatis in Tauro, autumni in Leone, hyemis in Scorpione. Quũ vniuscuiusque horum quatuor signorũ dies tertius & vicesimus, quatuor temporum sit, primus efficitur, vt ver dies habeat, 91. æstas 95. autumnus 91 hyems 88 Quæ diuisio ad dies relata ciuiles nostros, qui nunc sunt pri-D mi verni temporis, est ad septem Idus Februarij. Æstiui ad septem Idus Maij: Autumnalis, ad septem Idus sextilis: hyberni, ad quartum Idus Nouẽbris. Subtilius descriptis temporibus obseruanda quædam sunt ea quæ in partes octo diuidũtur. Primũm à fauonio ad æquinoctium vernum dies 40. Hinc ad Vergiliarũ exortum dies 44. Ab hoc ad Solstitium dies 49. Inde ad Caniculæ signum dies 27 Deinde ad æquinoctium autumnale dies 47 Exinde ad Vergiliarum occasum dies 32. Ab hoc ad brumam dies 57. Inde ad fauoniũ dies 45. Higinus quoque autor est, Solem ab Ariete incipientem ver ostendere, & Taurum, ac Geminos transeuntem idem significare: sed iam capitibus Geminorum circulum æstiuum tãgere videri, & per Cancrum & Leonem transeuntem & Virginem, æstatem efficere. Et rursum à Virginis extrema parte E transire ad æquinoctialẽ circulum perspicitur. In Libra autẽ æquinoctium conficit, & autumnum significare incipit. Ab hoc signo transit ad Scorpium & Sagittarium. Deinde protin^9 incurrit in hyemalem circulum & à Capricorno, Aquario, Piscibus hyemem trãsigit. Itaq; ostenditur non per tres ipsos circulos currere, sed zodiacum transiens, ad eos peruenire. Scribit Varro alterum motum solis esse, alterum cœli. Quod mouetur à bruma ad solstitium dicta bruma, quòd breuissimus tunc dies est. Solstitiũ quòd sol eo die sistere videtur: aut quòd sol ad nos versum proximum est solstitium. Quum venit in medium spacium inter brumam & solstitiũ, quòd dies æquus fit ac nox, æquinoctium dictum. *Qui nõ bene pertulit Hellen*] Aries qui postea inter sidera collocatus fuit, Phrixum & Hellen per Hellespontum transtulit. illum Hesiodus & Pherecydes scripsere habuisse pellem auream. Sed Hellen decidisse in Hellespontum, & à Neptuno com-F pressam, Pæona procreasse, quem alij Edonum dicere. quam ob causam hic Ouidius Arietem dicit non bene pertulisse Hellen. Phrixum verò incolumem ad Æetam peruenisse, & arietem Ioui immolasse: pellem verò in templo fixisse, & arietis ipsius effigiem inter sidera constitutam. Fabulam plenius refert Diodorus ac etiam Hyginus. *Aequa nocturnis*] Æquinoctium designat, vt diximus, quo nihilo longiora sunt tempora diei, quàm noctis. *Rurá que quæ nullo nata serente ferunt*] leguor etiam quæ sua sponte in agris nascuntur. *Indocili gutture*] non docto gutture: hoc est, quod a nullo doctũ fuit nisi à natura, vt indocili pro nõ docto positũ sit. Aut certè indocili, valdè docili natura. Docilis enim (autore Prisciano) est qui facilè docetur, vt In augentis sit, vt apud Vergilium, & alios autores crebrò inuenimus. Differũt autem collum, guttur, & gula. Collum enim inter pectus & caput est: cuius pars prior guttur, posterior gula appellatur. Vel sic: Collũ capiti subiacet: Gutture H spiritus trahitur, ac redditur: Gula est, qua cibus & potus deuoratur, autor Aristoteles. *Vernat*) lætatur, lasciuit. *Vt deponat crimen malæ matris*] vt deponẽdo in eis cunis & nidis pullos, videatur pia, & velle crimẽ filij quẽ occidit, ea educatione celare, nec mala mater dici Sunt qui malè aduerbium esse dicant: sed errant, siquidẽ syllaba vltima, quæ breuis est, in aduerbio repugnat. Est autẽ nomẽ, & genitiuus casus Nota est fabula Prognes, quę Itym filiũ interfecit, & patri Tereo epulandum apposuit, vt vlcisceretur vim sorori turpiter illatam: qui ea non contentus iniuria, linguam etiam amputauerat, ne posset per vocem facinus aperire. Inde mutati sunt Tereus in vpupam, Itys in I phasianum, Philomela in lusciniam, Progne in hirundinẽ, secundũ Ouidium. Græci tamen non Philomelam, sed Prognem in lusciniã mutatã referunt: quod etiã videtur sentire Varro sic scribens: Lusciola, quòd luctnosè canere existimatur, atq; esse ex Attica Progne facta auis. *Sub trabibus cunas*) Cunas, hirũdinis nidos appellat *Herbaque quæ latuit*] Frumentum quoque apparere ostendit. *Sulcis Cerealibus*) sulcia vbi frumenta nascuntur. *Exerit*] ou'at. *E tepida humo*) è terra media inter frigus & calidum: sic enim verno tempore esse solet: nam terræ quas glacies & frigus astrinxerat, vere flantibus zephyris soluuntur & tepescunt. Horatius: Soluitur acrys hyems grata vice veris & fauoni. & Vergilius: Zephyrísque tepentibus auras Laxant arua sinus. *Ocia nunc istic*) ocia nunc sunt Romæ *Cedunt verbosi*) Non dicitur ius Romæ eo tempore, quo in scena ludi celebrantur. Ouidius in Fastis: Scena sonat, ludíque vocant: spectate Quirites, Et fora Marte suo litigiosa vacent. Vel certè (quod magis placet) hoc di- K cit: Iuuentus Romana ludis & certaminibus campi Martij Intenta, non frequentat forum. *Equis leuibus*] velocibus & agilibus equis: quos discebant Romani in gyrum flectere, vt diximus in Ouidij tertium librum de Arte amãdi in enarratione eius loci, Et in gyros ire coactus equus. vbi etiam attigimus eos ludos, quos hic Poeta commemorat. *Nunc luditur armis*] aliquãdo luditur armorũ exercitatione. Eam autẽ intelligit, quæ aduersus palum fiebat. De qua Vegetius libro primo ita scribit: Eóq; modo nõ tantũ manu, sed etiam post meridiẽ exercebãtur ad palum. Palorũ enim vsus nõ solùm militibus, sed etiã gladiatoribus plurimum prodest: nec vnquam aut arena, aut campus inuictum probauit virum, nisi qui diligenter exercitatus docebatur ad palũ: à singulis enim tyronibus singuli pali defigebantur in terram, ita vt nutare non possent, & sex pedibus eminerent, contra illum palum tanquam aduersarium tyro & crate illa & claua, velut gladio se exercebat & scuto, vt nũc quasi caput aut faciem peteret, L nũc ab lateribus minaretur. Interdũ contenderet poplites, & crura succideret, recederet, insultaret, insiliret: & quasi præsentẽ aduersarium, sic palũ omni impetu, omni bellãdi arte tentaret Iuuenalis: Aut quis non vidit vulnera pali, Quẽ cauat assiduis sudibus, scutóq; lacessit: Atq; omnes implet numeros. De hac exercitatione intellexit Ouid. de Arte amãdi eo versu: Armáq; & in gyros ire coactus equus. & Martialis: Aut nudi stipitis ictus adest. *Celeri orbe*] celeri agitatione. De trocho diximus alibi. *Oleo labente*) Ceroma intelligit.

A Apertius ait Appianus in triumpho Scipionis, & Iosephus in triũpho Vespasiani & Titi de Iudæis. Liuius libro decimo ab Vrbe cõdita ornaméta triũphalia scribit fuisse sellam curulem togam prætextã, tunicã palmatam, togam pictam, coronam triumphalem, laureamq;. Triumphantiũ verò domus spoliis hostiũ affixis insignes inter alias fiebãt. De iure triũphandi Valerius Maximus multa. Quid autem ouatio à triũpho distet, & vnde dicatur, docet Plutarchus in Marcello. *Iouis Latio*] Sunt qui falsò intelligant Iouem Latialem, quẽ in monte Albano dedicauit Ascanius: ad cuius sacra, quæ Latinæ dicebantur, totum Latium conueniebat. & ea sacrificulus Romanus, ei (vt est autor Lactantius) olim sanguine humano sacrificabat. Placet intelligas de Ioue Capitolino qui Romæ colebatur, quæ erat caput Latij, quò duces triumphantes perueniebant, & vota suscepta persoluebant. Liuius Dictator coronam auream libræ pondo ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Ioui donum posuit. Eam ędẽ Tarquinius Demarati filius vouit. Tarquinius postea Superbus extruxit, qui librarum argenti 40 millia in fundamẽtis dicitur impendisse. Capitolino Ioui Põpeius Magnus (autore Plinio) sex pocula murrhina dicauit. Augustus verò in eius cellam (vt docet Tranquillus) sedecim millia pondo auri gẽmasq; ac margaritas quingẽties sestertiũ vna donatione cõtulit. Fuit etiã in Capitolio ædes Iouis Tonãtis, quã Augustus (vt meminit Trãquillus) struxit, cõsecrauitq; liberatus periculo, quũ expeditione Cãtabrica per nocturnũ iter fulgur eũ perstrinxisset, seruũmq; præluceñtẽ exanimasset. In hac ęde Iupiter fuit Delia ci æris exẽplar, vt scribit Plinius.

Téque rebellatrix tandem Germania magni
Triste caput pedibus supposuisse ducis.
Hæc mihi qui referat, quæ non vidisse dolebo,
Ille meæ domui protinus hospes erit.
Hei mihi, iámne domus Scythico Nasonis in orbe est,
Iámque suum mihi dat pro lare pœna locum?
Dÿ facite, vt Cæsar non hoc penetrale, domúmque,
Hospitium pœnæ sed velit esse meæ.

MAR. B *Germania rebellatrix*] Augustus (vt Florus scribit) sciebat patrem suũ Cæsarem bis transuectũ pontem Rheno quęsisse bellum. In illius honorẽ cupiens facere prouinciam, misit eò Drusum, qui validissimas nationes aggressus, domuit breui: adeò, vt non per adulationem, sed ex meritis defuncto ibi fortissimo iuueni, ipsi quod nunquã alteri senatus cognomen ex prouincia dedit. Sed breue id gaudiũ fuit. Nam postquam Drusus defunctus est ex fractura cruris,

C super quod equus collapsus est, vt diximus suprà, Vari Quinctilij libidinem, ac superbiam haud secus quàm sæuitiã odisse cœperunt: ausus est ille agere conuentum, quasi violentiam barbarorum & præconis voce posset inhibere. At illi, vt primùm togas, & sæuiora armis iura viderunt, duce Arminio arma corripiũt. Itaq; Varum improuidum, & nihil tale metuentem, improuisò adorti, vndiq; inuadunt, castra rapiunt, tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paulus & fato est & animo secutus. aliis oculos, aliis manus barbari amputarunt. Ipsius quoque consulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effossum. Vnde non immeritò poeta hic Germanos rebelles appellat. *Magni ducis*] Augusti Cæsaris. *Quæ non vidisse dolebo*] quæ dolebo cernere non potuisse. *Protinus hospes erit*] quam primùm apud me diuertet. *Domus Nasonis*) domus mea.

D *Suum locum*] locum ipsius exilij, id est, Tomon. *Pro lare*] Larem pro domo posuit. Ex Lemuribus enim, qui posterorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris, vt scribit Apuleius. *Non velit hoc esse penetrale*] non velit hanc esse domum. Penetrale autem à penitus deductum, significat quod intimo loco est. sic Ouidius in Metam. Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni Amnis. *Sed hospitium*] sed diuersorium ad tempus.

MICYL. *Téque rebellatrix tandem Germania magni Triste caput pedibus supposuisse ducis.* De Tiberio intellige hoc loco, non de Druso. Nam Drusus iã multo antè inter Salam & Rhenum, vt Strabo autor est, vel vt alij, ad caput Visurgis, lapsu equi perierat. Tiberius autem, occiso paulo antè ab Arminio & Cheruscis Quintilio Varo, in Germaniam missus hoc tempore fuit, vt cladem acceptam vlcisceretur, & Germanos in ordinem redigeret. Hunc ergo optat poeta, deuicta, vt ipse ait, rebellatrice Ger-

E mania, cum triumpho redire, idq; se ex aliquo audire posse. Non quia Germanos victos, aut triumphũ de iis actũ certò sum sciret, sed quòd potuisse tamen alia fieri speraret, vtpote longè à Roma remotus. Id quod planius aliquanto idem infrà dicit libro quarto, Eleg. 2. his versibus: Iam fera Cæsaribus Germania, totus vt orbis, Victa potest flexo succubuisse genu. Altáque velantur fortasse palatia sertis, Thuráque in igne sonant, inficiúntque diem, &c. Potuit enim, inquit, succubuisse Germania, & fortasse velantur palatia sertis. quasi dicat, se certò quidem non scire, sed sperare tamen. Quod eò hic addo, quòd triũphus, de quo poeta audire hic optat, à Tiberio actus non fuit, neq; etiã rebellantes Germani ab illo adeò domiti, aut subiugati: sed quòd ipse, cùm per biennium in Germania fuisset, prœliis aliquot trans Rhenũ commissis, Romã rediens, ad triumphum de Illyriis agendum, quem superioribus annis, mœstus ob cladem Varianam euitare, distulerat, misso eodem postea Germanico Druso filio, quem in familiam per adoptionem à Tiberio ascitum, non multo antè quàm moreretur, Augustus octo legionibus apud Rhenum imposuit: qui quarto demum anno post excessum Augusti, debellatis, vt ipse quidem de se iactarat, inter Albim & Rhenum nationibus, de Cattis, Cheruscis, & Angriuariis triumphauit, autore Tacito. Quo tempore iam mortuus poeta videtur fuisse, quando eius triumphi in posterioribus de Ponto libris, vaticinando tantum meminit, prædicere se inquiens, Germanico, consimilem ipsum triumphum acturum de Germanis, ei, quem Tiberius de Dalmatis & Illyriis egisset. Quod autẽ hic locus neque de Germanici, neque de Drusi triumphis

I intelligendus sit, sed de eo bello, ad quod Tiberius proximo post cladem Varianam anno in Germaniam profectus fuit, etiam temporum collatio euincit. Scripsit enim hæc Ouidius, cùm iam annum, aut non multo amplius in Ponto fuisset, quarto anno antè quàm Augustus moreretur, id quod partim ex præsenti Elegia colligitur, partim ex 4. de Ponto, eleg. 6. vbi ait,

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est,
Iam tempus lustri transit in alterius.
Et mox eadem Elegia,
Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ:
Spem nostram, terras deseruitque simul.
Quale tamen potui de cœlite, Brute, recenti,
Vestra procul positus carmen in ora dedi.

K Ex his enim verbis colligitur, illum quintum iam annum in Ponto fuisse, & eodem anno mortuum Augustum: ex præsenti autem Elegia, vnam tantum hiemem transisse, dũ ipse exularet. Vnde patet, in exilium actum quinquennio ante obitum Augusti, quo tempore & Variana clades accepta est: ad quam vlciscendam sequenti proximo anno missus Tiberius, post biennium, hoc est, vltimo ante Augusti mortem anno rediit, & Illyricum triumphum egit: quo anno & Germanicus ab eodem Augusto, octo legionibus apud Rhenũ præpositus fuit: Tiberio post actum, Illyricum repetente, vnde mox reuocatus morte Augusti, principatum accepit, Coss. Sex. Pompeio (cuius Ouidius meminit de Ponto lib. 4. Eleg 4.) & Sex. Apuleio. Hęc ex autoribus Tacito, Suetonio, & Strabone, verbosius aliquanto huc adieci, quòd eadem collatione temporum & infrà nobis opus erit: & de iisdem triumphis, iisdemque Cæsaribus sæpius agendum. Proinde

L vt ad ipsos versus redeamus, triumphos Cæsaris intellige, triumphos Tiberij, quos Poeta ipsum sperat de Germanis acturum. aut (quia de pluribus dicit) alterum de Germanis, alterũ de Illyricis. de quo infrà. Magnum autẽ ducem Augustum intellige, penes quem summa rerum etiam tum erat.

IN DECIMAMTERTIAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XIII

Ecce supernacuus (quid enim fuit vtile nasci?)
Ad sua natalis tempora noster adest.
Dure quid ad miseros veniebas exulis annos?

F *Ecce supernacuus*] Quum natalis Poetę adesset, superfluum fuisse dicit, in ea loca illum venisse, vbi non licet illi ex more solennia sacra exhibere: monetq; eũ, ne amplius redeat, dum erit in Scythia. *Quid enim fuit vtile nasci*) Ratio quare eius natalis fuerit superfluus. Hoc autem dicit, quoniam in Scythia in maximis incommodis exul degebat. Loquitur enim ex eorum sententia, qui censuere non nasci optimum, ob varia vitæ mala & labores. Quem

Epicuream sententiam Silenum etiam comprobasse legimus: Is enim (vt ferunt) à Mida captus, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, non nasci homini longè optimum esse: proximum autem, quam primùm mori. Qua etiam sententia vsus est in Cresphonte Euripides. Nam nos decebat cœtus celebrantes domum lugere, vbi esset aliquis in lucem editus, humanæ varia vitæ reputãtes mala: at qui labores morte finisset graues, hunc omnes amicos laude, & lætitia exequi. Plura diximus in Plin. in enarratione eius loci: Itaque multi extitere qui non nasci, optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. *Ad sua tempora*] tempore quo natus sui. *Dure*) ô crudelis natalis *Quid ad miseros*] cur venisti ad hanc meam ætatem tam infœlicem: debebas enim exilium mihi nascenti auertere, finiendo vitam, antè quàm exularem.

Debueras illis imposuisse modum.
Si tibi cura mei, vel si pudor vllus inesset,
Non vltra patriam me sequerere meam.
Quoque loco primùm malè sum tibi cognitus infans,
Illo tentasses vltimus esse mihi.
Inque relinquendo, quod idem fecere sodales,
Tu quoque dixisses tristis in vrbe vale.
Quid tibi cum Ponto? num te quoque Cæsaris ira
Extremam gelidi misit in orbis humum?
Scilicet expectas solitum tibi moris honorem?
Pendeat ex humeris vestis vt alba meis?
Fumida cingatur florentibus ara coronis?
Micáque solenni thuris in igne sonet?
Libáque dem pro te geniale notantia tempus?
Concipiámque bonas ore fauente preces?
Non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,
Aduentu possim lætus vt esse tuo.
Funeris ara mihi ferali cincta cupresso
Conuenit, & structis flamma parata rogis.
Nec dare thura libet nil exorantia diuos,
In tantis subeunt nec bona verba malis.
Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum,
In loca ne redeas amplius ista precor,
Dum me terrarum pars penè nouissima ponti
Euxinus falso nomine dictus habet.

Modum) finem. *Vltra patriam*] Nam posteaquam è patria in exilium abij, debebas me tanquã mortuum deserere quasi dicat: Debuisti, posteaquam discessi, vitã meã finire. *Quoque loco primùm*) debuisti me etiam interficere Sulmone, quò primùm natus sui. *Sum malè cognitus*] sum infœliciter cognitus: hoc est, sum cognitus malis & infortunijs exilij obnoxius. *In relinquendo in Vrbe*] in permittendo me mori in vrbe. *Quod idem fecere sodales*) quam eandem rem sodales præstitere: nam me ab Augusto dãnatum deseruere. *Tu tristis*] tu mœsta, relinquendo me in vrbe. *Cum Ponto*] cum Tomo, Pontica vrbe, vbi exulo. *Vestis vt alba*] Vestem candidam dicit, quam induebant qui natalem celebrabant. Propertius: Dein qua primũ oculos cœpi sti veste Properti, Indue. Describit autem breuiter cõsuetudinem Romanam in celebrando natali. *Fumida cingatur*] Solebant enim natali honorem diis exhibere, & Genio potissimùm, cuius aram sertis coronatam thure vaporabant. Tibullus: Vrantur pia thura focis, vrantur odores & Propertius: Inde coronatas vbi thure piaueris aras. *Libáque dem pro te geniale notantia tempus*] Quomodo fierent liba, docet Cato in Re rustica, his verbis: Libum hoc modo facito. Casei pondo .ij. in mortario bene disteras: vbi bene distriuersis, farinæ siligineæ libram, aut si voles tenerius esse, selibrã similaginis solùm, eòdem indito, permiscetóque cum caseo bene, ouum vnum addito, & vsà bene permisceto inde panẽ facito. folia subdito in foco calido, sub testa coquito leuiter. Seruius scribit, libum placentam fuisse, quæ farre, melle, & oleo constabat, & apta erat sacrificiis. Ea nomen accepit vel à Libero patre, vel quòd libandi causa fieret, vt Varroni placet. Ea autem (vt quidã scribunt) die natali discumbentibus apponebant. nemo autem prius gustabat, quàm is qui suum natalem celebrabat. omnes autem, qui libum gustassent, bene precari oportebat. Ouidius in Arte amandi: Quid? quasi natali quum poscit munera libo. *Geniale tempus*] tempus voluptuosum: aut (quod magis placet) tempus quo Genio sacrificatur. Tibullus: Ipse suos adsit Genius visurus honores, Cui decorent sanctas florea serta comas. Illius puro distillent tempora nardo, Sitque satur libo, permadeátque mero. De Genio hæc Censorinus: Genius deus est, cuius in tutela vt quisq; natus est viuit: siue etiam quòd vt generamur, curat: siue quòd vna gignitur nobiscum: siue etiam quòd nos genitos suscipiat ac tueatur. certè à gignendo Genius appellatur. Eundem esse Genium, & Larem, multi veteres memoriæ prodiderunt. In quis etiam C. Flaccus in libro quẽ de Indigitamentis reliquit scriptum. Hunc in nos maximã, quinimo omnem habere potestatem, creditum est. Nonnulli binos Genios in his duntaxat domibus quę essent maritę, colendos putauerunt. Euclides autẽ Socraticus duplicem omnino nobis Genium dicit appositum. quam rem apud Lucilium in libro Satyrarum vndecimo licet cognoscere. Genio igitur potissimam per omnem ætatem quotannis sacrificamus: quanquam non solùm hic, sed & alij sunt præterea dei complures, hominis vitam pro sua quisque portione adminiculantes: quos volentes cognoscere, indigitamentorum libri satis edocebunt. Sed omnes hi semel in vnoquoque homine numinũ suorum effectum repræsentant. Quocirca nõ per omne vitæ spacium nouis religionibus arcessuntur. Genius autem ita nobis assiduus obseruator appositus est, vt ne puncto quidem temporis longius abscedat, sed ab vtero matris acceptos ad extremum vitę diem comitetur. Sanè cur Genio merum fundendum sit, vt Persius ait, non hostia faciendum, siquis scire voluerit, docuit Varro in eo libro cui titulus fuit Atticus, siue de Numeris. id enim moris institutique maiores tenuisse testatur, vt quum die natali munus annuũ Genio soluerẽt, manum à cæde ac sanguine abstinerent, ne die quã ipsi lucem accepissent, alijs demerent. Denique Delij ad Apollinis genitoris aram (vt Timæus docuit) nemo hostiam cædebat.

Ore fauente] Sic Tibullus: Dicamus bona verba, venit natalis ad aras: Quisquis ades, lingua vir mulierque faue. Fauere autem (autore Pompeio) est bona fari. at veteres poetæ pro silere vsi sunt fauere. Donatus scribit, fauere significare silere. Vergil. Ore fauete omnes. Non enim trahitur à fauore, vt plerique existimant: sed patitur silentium, vt ritè peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente, vt scribit Seneca in libro de Vita beata. In sacris enim (autore etiam Seruio) taciturnitas necessaria est. Quod etiam Plinius scribens, cæteris precationibus præire aliquem: rursúsque aliquem custodem dari, qui attendat: alium præponi, qui fauere linguis iubeat. Pontifices verò (vt docet Donatus) dicere solebant, Fauete linguis, fauete verbis. Vnde illud est Vergilij, Ore fauete omnes. Et Pompeius docet in sacris dici, pascito linguam, id est, coercero, contineto, taceto. Decet enim ciues (vt scribit Plutarchus) neque audire quicquam rerum diuinarum, neque aspicere per negligentiam: sed vacare à cæteris, mentémque adhibere, & ab omni crepitu, strepitu, ac gemitu abstinere.

Ferali cupresso] atra & funebri cupresso. Adhibebatur autem cupressus ad funera, autore Seruio, vel quòd cæsa non repullulat, vel quòd per eam funestata ostenditur domus: sicut lætam frondes indicant festæ. Varro tamen dicit, pyras ideo cupresso circumdari, propter grauem vstrinæ odorem, ne eo offendatur populi circumstantis corona, quæ tamdiu stabat respondens fletibus præficæ, id est, planctuum principi, quamdiu consumpto cadauere, & collectis cineribus dicebat nouissimum verbum Ilicet: quod ire licet significat.

Nil exorantia] nil precibus conciliantia. *Nec bona verba*) nec bonæ precationes. Tibullus: Dicamus bona verba, venit natalis ad aras.

Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum. In loca ne redeas amplius ista precor] Hoc dicit, quia natalem celebrantes, à dijs aliquid petebãt. Tibullus: Annuat & Genius tibi,

quodcunq; rogabis. & Propertius: Túq; ô chara mihi fœlicibus edita pennis Surge,& poscentes iusta precare deos., *Euxinus falso*)&c. Mare illud quod Pontum appellant, Euxinum etiam dicimus ab εὖ quod bonum significat, & ξένος hospes vel amicus. quasi bonum hospitium sit, quod per contrarium dictum est Nam circa Euxinum loca sunt asperrima, & fera, gentésque etiam immites. Plinius: Pontus Euxinus antea ab inhospitali feritate, Axenus appellatus.

IN DECIMAMQVARTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XIIII.

Cultor,& antistes doctorum sancte virorum,
Quid facis ingenio semper amice meo?
Ecquid vt incolumē quōdam celebrare solebas,
Nunc quoque ne videar totus abesse caues?
Conspicis exceptis ecquid mea carmina solis
Artibus, artifici quæ nocuere suo?
Immò ita fac quæso vatum studiose nouorum,
Quáque potes retine nomen in vrbe meum.
Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,
Qui domini pœnam non meruēre sui
Sæpe per externas profugus pater exulat oras,
Vrbe tamen natis exulis esse licet.
Palladis exemplo de me sine matre creata
Carmina sunt: stirps hæc, progeniésque mea.
Hanc tibi commendo: quæ quo magis orba parente est,
Hoc tibi tutori sarcina maior erit.
Tres mihi sunt nati, contagia nostra sequuti:
Cætera fac curæ sit tibi turba palàm.
Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
Certius à summa nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi peruenit in ora,
In populi quidquam si tamen ore mei est.
Hoc quoque, nescio quid, nostris appone libellis,
Diuerso missum quod tibi ab orbe venit.
Quod quicunque leget, si quis leget, extimet antè,
Compositum quo sit tempore, quóque loco.
Aequus erit scriptis, quorum cognouerit esse
Exilium tempus, barbariámque locum.
Inque tot aduersis carmen mirabitur vllum
Ducere me tristi sustinuisse manu.
Ingenium fregere meum mala, cuius & antè
Fons infœcundus, paruáque vena fuit.
Sed quæcunque fuit, nullo exercente refugit,
Et longo perijt arida facta situ.
Non hic librorum, per quos inuiter alárque,
Copia: pro libris arcus & arma sonant.
Nullus in hac terra, recitem cui carmina, cuius
Intellecturis auribus vtar, adest.
Nec quò secedam, locus est: custodia muri
Summouet infestos, clausáque porta Getas.
Sæpe aliquod quæro verbum, noménque, locúmque,
Nec quisquam est, à quo certior esse queam.
Dicere sæpe aliquid conanti (turpe fateri)
Verba mihi desunt, dedidicique loqui.
Threicio, † Geticóque ferè circumsonor ore:
Et videor Geticis scribere posse modis.
Crede mihi, timeo ne sint immixta Latinis,
Inque meis scriptis Pontica verba legas.
Qualemcunque legas, venia dignare libellum,
Sortis & excusa conditione meæ.

Mer. *Vsus amicitiæ*] Amici colligentis eius scripta, fidem & amorem laudat Poeta: hortatúrque vt quoad potest, eius nomen in vrbe retineat. Simúlque exponit Metamorph. opus inemendatum è manibus eius esse. Postremò dicit, quicquid eius tempore compositum à se fuit in Scythia, excusandum esse: quandoquidem & mala eius ingenium fregerint, & in his sit locis, vbi arma assiduè vrbem circumsonent, in qua nec librorum copia sit, nec quenquam habeat, cui carmina possit recitare.

Antistes] princeps Est autem propriè antistes sacerdos, & princeps qui ante altare stat.

Ecquid] nunquid. *Incolumem*] nondum exulem. *Ne videar totus abesse*] ne totus videar Romæ non esse.

Caues] prouides.

Exceptis solis artibus] Libros intelligit de Arte amandi. *Ita fac*) ita collige carmina mea omnia præter amatoria.

Est fuga dicta mihi] dictum est mihi exilium.

Licet natis exulis] fas est liberis exulantis hominis. *Palladis exemplo*] Mineruas plures fuisse scribit Cicero libro tertio de Natura deorum: Primam, quæ ex Vulcano genuit Apollinem, eam cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Secundam ortam Nilo, quam Ægyptij coluere. Tertiam Ioue genitam, principem, & inuentricē belli. Quartā Ioue natam, & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominarūt, & quadrigarum inuentricem ferunt. Quintam Pallantis, quę patrem dicitur interfecisse, virginitatem suam violare conātem, cui pinnatum talaris affigunt. Tertia igitur Minerua è Ioue tantùm genita dicitur. Is enim quum Iunonem vxorem sterilem intueretur, concusso capite Mineruam dicitur cum clypeo edidisse, dicēte in tertio Fastorum Ouidio: Aut quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo prosiluisse suo Fingitur autem nata de Iouis capite, vel quia (vt docet Lactātius) natio oc prudētia omnia in capite est: vel quia virtus solis humanis mentibus prudentiam subministrans, quam per Mineruam accipimus, vt scripsit Porphyrius, autore Macrobio, edita est de summa ętheris parte, ac nulla rerum corporearum admistione ab ipso Ioue, id est, à deo intellectum accepimus. Natam eam sine matre fingunt, quoniam in fœmina prudētia non est, cuius dea est ipsa Minerua. quod Martianus in hymno Palladis ita ostēdit: Quam de patre ferunt sine matris semine natam, Proquidē consilium quod nescit cura matrum. Quòd autē in fœmina sit parum prudentiæ, designat Aristoteles in secundo Politicorum, docēs, consilium in fœmina esse inualidū. Eadem etiam dea, patrona vrbium dicitur, q̄ in arce templa veteres Palladi faciūt. Cuius rei causam dicit esse idē Martianus, Quòd ratio amplificet, quódque est elatior vrbe. Et in Ægide Medusam saxificam ideo gestare memorator, Quod pauidum stupidet sapiēs solertia vulgus. Arma autem Palladi hæc assignant poetæ, Clypeum, & acutę cuspidis hastam, Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus. Idem Martianus ideo clypeum Palladi datum docet, Sapienti quòd regat orbē, Vel rationis opem q̄ ipsa in prælia poseāt. Hasta etiā vibrans penetrabilem mōstrat acumen. Diodorus scribit, Aerem nominatū Palladē, ac Iouis filiā dici, & virginem fuisse: quoniā & non corrūpatur, & sublimiorem locū teneat: quapropter ex vertice Iouis dicitur nata. Eandem dictam esse Trigeminam, propter tria anni tempora, ver, æstatem, hyemem Dicitur etiam Glaucopis, nō ea causa, qua Græci quidam arbitrantur, quòd oculos cæsios habeat, quod stultum videtur: sed quia aer glaucus sit aspectus. Eam Papinius 10 2. Thebaid. appellat Iouis ingenium, quum inquit: Diua ferox, magni decus ingeniū mque parentis, Bellipotens, cui torua genis horrōre decoro Cassis, & aspersio cru-

A desiit sanguine Gorgon. *Hanc tibi commendo*) commendo tibi hanc meam stirpem & progeniem. *Hoc erit maior (areina)* tanto erit maior sarcina: quia qui carent parentibus, indigent maiori præsidio & fauore. *Tres mihi sunt nati*] Tres illos de Arte amandi libros significat. *Contagia nostra*) nostra mala: nam & ipsi ex vrbe eiecti sunt. *Cætera turba*] reliqui libri à me editi. *Ter quinque volumina*) libri quindecim. *Forma mutata*] Metamorphoseos.
De domini funere] subita enim relegatione opus illud inemendatum emissum est. *Si non prius ipse periissem*) si non antea relegatus essem. *Certius nomen*) clariorem famam. [Aut etiam certiorem titulum.] *A summa manu*] post vltimam emendationem. *In populi quicquam*] quasi dicat, Si modò populus Romanus legit scripta mea, à quibus Cæ-
B sar abhorret, propter amatorios libellos. *Hoc*) scilicet carmen subditiuum. *Appone*] ascribe. *Ab orbe diuerso*) à Scythica plaga. *Quo tempore*) quum adhuc florerem, antequam relegatus fuissem. *Quoque loco*] Romæne, in doctorum hominum luce, & librorum copia, an in Scythia.
Aequus erit scriptis, quorum cog. &c. Scriptis meis æquum se iudicem præstabit, & siquid in his damnandum deprehendet, mihi ignoscet: sciet enim, me ea composuisse relegationis meæ tempore, & in media barbarie. *Ducere*] deducere. Carmina enim dicuntur deduci. Virg. Pascere oportet oues, deductum dicere carmen. Aut (quod magis placet) scribere: propterea quòd addidit, Tristi manu.
Arcus & arma] quibus vtuntur Scythæ. *Quò secedam*) quò me ab aliis remoueam, & secessum aliquem amœnum petam extra vrbem, studiis aptum. *Custodia muri summouet*] Duplici causa se non posse secedere, designat: & quòd G clausæ sunt portæ ciuitatis, & quòd custodes murorum egredientes obseruant. [Custodia muri submouet infestos Getas: portæ clausæ sunt, & à custodibus seruantur, ad submouendos hostes: non, vt Merula, ad obseruandos egredientes. Neque enim egrediebatur quisquam tum, hostium metu.] *Turpe fateri*] turpe est dicere. Est autem parenthesis. *Circumsonor*] quia omnes loquuntur Thretio & Getico sermone. *Modo Getico*] linguam enim Geticam didici. *Intermissa*] subaudi, verba Getica. *Qualemcunque*) vel cultum, vel incultum. *Dignare*) dignum iudica. *Et excusa*] & excusatum habeas illum, vel certe aliis excusa. *Conditione meæ sortis*) quia exul in assiduo luctu & malis versor.

TRISTIVM LIBRI TERTII FINIS. H

C
P. OVIDII NASONIS TRISTIVM LIB. IIII.

B. MERVLÆ IN QVARTVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

Mar. *SI qua meis fuerint*] Excusandos esse dicit Poeta eius libellos, si quid fuerit in his reprehendendum: siquidem exul hæc scribebat, non gloriæ cupiditate, sed vt requiem peteret, & dolorem exilij carminibus consolaretur. Enumerat postremò mala, quæ patitur in Scythia. Quibus si carmen rude fuerit, & impolitum, lectorem rogat, vt sibi ignoscat. *Si qua fuerint vitiosa*) si qua fuerint vitio alicui obnoxia. *Suo tempore*) quia ea scripsi tem-
D pore quo eram relegatus. *Requiesque*] vt quiescerē magis eo tempore, quàm scriberem præclarum aliquid. quam rem melius declarat in sequenti versu. *Ne foret intenta*) ne foret sollicita. *Hoc est cur cantet*] multorum exemplo se hæc fatetur scripsisse, vt potius dolorem leuaret, quàm gloriam acquireret. *Vinctus quoque compede fossor*] Eos qui in ergastulis vincti tenebantur, & agros fodiebant, designat. Erga-
E stulum enim neutro genere (autore Marcello) carceris locus est. Liuius: Ductum se à creditore non in seruitium, sed in ergastulum & carnificinam. Ergastulus verò, custos pœnalis loci. Lucil. in 15. Non ergastulus vnus & alius iudicem apposuit, vt nemo sententiā liberè magis, quàm ergastulus dicere possit. Ergastulos Plinius ita describit: At nūc eadem illa, vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vult^o exercēt. Columella ergastularios appellat eos, qui præsunt ergastulis. Idem docet libro primo, quomodo ergastuli mācipia recognosci
F debeāt, atq; tractari ab ergastulariis. Ergasteriū dicitur officina. Vnde in Decretis legimus, nulli clerico licere tabernā, aut ergasterium habere. Deducitur autē ergastulum ἀπὸ τοῦ ἔργου, i. ab opere, & στέλλω, mitto. mittebātur enim ad ergastula, vbi operari cogebantur. *Indocili numero*) cantu indocto, vel quem nemo docuit. vel certè non apto, aut facile doctu: nulla enim ratione constat, aut præceptis. *Quum graue mollit opus*] quum durum fodiendi opus leue & molle facit. *Cantet & innitens limosæ pronus arenæ*) &c. Nautas designat, qui per flumina ducūt naues grauissimas, & vix mobiles: cantando autē laborem imminuūt. *Ratem tardā*] nauē grauē, aut tardā, I quia ducitur cōtra fluminis cursum. *Quiq; refert*) &c. Ille etiā cātat, minuēdi laboris gratia, qui assiduè remigat, & leuiorē nauem impellit. Duo ergo nauiū genera ponit: grauem scil. quæ remis limo innitētibus; & leuiorē, quæ adductis lacertis impellitur, vt remigātes vulgò videmus: quos oēs cantu dicit laborem leuare, vt ipse poeta carminibus dolorē imminuit. [Non placet hoc loco verbū Refert, propterea q̄ eius modi ac temporis verbum absque coniunctione sequatur. quare ad marginem participiū K Ferens adnotauimus.] *Arundineo carmine*) fistulę cantu, quæ ex arundinibus fiunt à pastoribus: vt in Argi fabula docet Ouid. in 1. Met. & in Buc. Maro. *Trahentis*] deducētis, filantis. *Abducta Lyrneside*] abducta Hippodamia Brisei filia. Lyrnesum autem oppidum fuit in ora Troia, contra Lesbū, Hippodamię patria: vnde ipsa Lyrnesia appellata est. Quomodo autē L Briseis ab Agamemnone erepta fuerit Achilli, notū est Homeri carmine ex 1. Iliad. & Ouidij epist. *Aemonia lyra*] lyra Achillis Aemonij, hoc est, Thessali. Æmon. n. rex fuit Thessaliæ, Deucalionis filius: à quo Æmonia Thessalia cognominata fuit, quæ postea ab eius filio Thessalo appellari cœpta fuit. Quòd autem Achilles à Græcis alienatus ob ereptā Briseida, cithara vteretur, docet Homer. lib. 9. Il. ita enim inquit: Posteaquā legati Agamēnonis ad tētoria nauesque Myrmidonū peruenerunt, offendūt illū sedentē, & permulcentē sibi aures cātu, Patroclo, qui vnus aderat, sedēte ex aduerso, expectātéq; quādo ille à canendo cessaret. Canebat autē ad citharā, virorum fortiū laudes. Eam citharā, quando Thebas euerteret, inter spolia Eetionis regis inuenerunt, non solum

ELEGIA I.

SI qua meis fuerint, vt erunt, vitiosa libellis,
Excusata suo tempore lector habe.
Exul eram. requiésque mihi, non fama petita est:
Mens intenta suis ne foret vsque malis.
Hoc est cur cantet vinctus quoque compede fossor,
Indocili numero cum graue mollit opus.
Cantet & innitens limosæ pronus arenæ,
Aduerso tardam qui vehit amne ratem.
Quique * refert pariter lentos ad pectora remos,
In numerum pulsa brachia versat aqua.
Fessus vt incubuit baculo, saxóque resedit
Pastor, arundineo carmine mulcet oues.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis,
Fallitur ancilla, decipitúrque labor.
Fertur & abducta Lyrneside tristis Achilles
Aemonia curas attenuasse lyra.

A non solùm vocalitate, verùm etiam aspectu insignem: nam & artificio, & materia, iugóque argenteo erat decora. Vnde etiam in Epistolis ita scribit Ouidius: Tutius est iacuisse toto, tenuisse puellam, Threiciam digitis increpuisse lyram.

Quum traheret syluas Orpheus, & dura, canendo,
Saxa, bis amissa coniuge mœstus erat.
Me quoque Musa leuat, Ponti loca iussa petentem:
Sola comes nostræ perstitit illa fugæ.
Sola nec insidias inter, nec militis ensem,
Nec mare, nec ventos, barbariámque timet.
Scit quoque cùm perij, quis me deceperit error,
Et culpam in facto, non scelus, esse meo.
Scilicet hoc ipso nunc æqua, quod obfuit antè,
Et mecum iuncti criminis acta rea est.
Non equidem vellem (quoniam nocitura fuerunt)
Pieridum sacris imposuisse manum.
Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sacrorum,
Et carmen demens carmine læsus amo.
Sic noua Dulichio lotos gustato palato,
Illo quo nocuit grata sapore fuit.
Sentit amans sua damna ferè, tamen hæret in illis,
Materiam culpæ prosequitúrque suæ.
Nos quoque delectant, quamuis nocuere libelli:
Quódque mihi telum vulnera fecit, amo.
Forsitan hoc studium possit furor esse videri:
Sed quiddam furor hic vtilitatis habet.
Semper in obtutu mentem vetat esse malorum,
Præsentis casus immemorémque facit.

Mem. *Quum traheret syluas*) quum traheret arbores cantu, & saxa. Ouidius in 3. de Arte amandi. Saxa ferásque lyra mouit Rhodopeius Orpheus, Tartaréósque lacus, tergeminúmque canem. Et Virg. Orpheáque in medio posuit, syluásque sequentes. Hoc ideo fingitur, quoniam fuit eloquentissimus, & hominum pertinaciã frangere eloquentia. Fuit autem B Orpheus ex Thracia, filius Oeagri, vt ipse in Argonautica scripsit. Et Maro eum Oeagriũ appellauit. Idem etiam asserit Diodorus in quinto, scribens illum & doctrina, & melodia, ac poësi excelluisse omnes, quorum extet memoria. Is vxorem habuit Eurydicen: quæ dum Aristæum fugeret per loca herbis floribúsque ornata, latentem serpentem C calcauit: cuius venenato morsu extincta, ad inferos descendit. Nota est fabula, quam elegantissimè descripsit Maro in quarto Geor. Est autem Eurydice humana anima, quæ dicitur Eurydice, id est latum iudicium habẽs, propterea quòd rationalis est. Hæc nubit Orpheo, quum corpori coniungitur: & amatur ab Aristæo, id est ab optimo. Illa autem corporeis voluptatibus irretitur: id enim sunt flores atque herbæ, quæ terræ sunt pulchritudines. Optimũ quod est, per illa fugit: atque à serpẽte, id est a peccato, quod inter illas voluptates latet, interimitur, & ad inferos demer- D gitur. Sed conceditur Orpheo, vt illam sono citharæ, id est actionum optima compositione, quæ maxima harmonia est, vnde virtus canitur, ab inferis reuocet, id est à vitiis liberet: sed ea lege, ne respiciat, id est ne in vitia relabatur. *Bis amissa coniuge*] bis perdita Eurydice: primò, quum ea Aristæũ fugiens, periit morsu serpentis. deinde, quum ea illi ab inferis redeunti erepta est. Legem enim dederat Proserpina, ne respiceret, donec in auras superas peruenisset. Sic etiã Virg. Quo se erepta bis coniuge ferret. *Mœstus erat*] erat tristis: sed tamen cantu dolorem leuabat. Virgil. Septem illum totos perhibent ex ordine menses, Rupe sub aëria deserti ad Strymonis vndam Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris, Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus. *Musa*) carmen, quod facio leuandi doloris gratia. *Ponti loca iussa*) Tomitanam vrbem dicit. *Et culpam*) culpæ meæ causam, E hæc est errorem. *Hoc ipso*] hac ipsa re, id est carmine. Est autem sensus: Musa hac re mihi est æqua, qua antea accusatus fui. Vel certè hoc dicit: Musa ideo est mihi æqua, quoniam mecum accusata fuit, & mihi prius nocuit. *Acta rea est*] accusata est. Intelligit autem carmina amatoria, quæ cũ ipso poëta damnata sunt. *Quoniam nocitura fuerant*] quoniam debebant mihi obesse. *Pieridum sacris*] sacris Musarum. Sanè sunt qui scribant Musas Pierides dictas à filiab. Pieri, quas vicerunt, falsò adducentes id Ouidium scribere: quum constet dictas à Pieria monte, vt docet Pompeius. Scribit etiam Hesiodus, ex Ioue & Mnemosyne Musas in Pieria natas. Et Cicero lib. 3. de Natur. deor. ita refert: Iam Musæ primę quatuor natæ Ioue altero, Thelxiope, Mneme, Aœde, Melete. Secundæ Ioue tertio & Mnemosyne procreatæ nouẽ. Tertię Ioue tertio in Pierio natæ, & Antiopa: quas F Pieridas & Pierias solent poëtæ appellare iisdẽ nominibus, eodẽ numero, quo proximę superiores. Ouid. in Metam. nõ Antiopam, sed Anippeo nominat. Quare aut illic Antiope, aut apud Ciceronẽ Anippe legendum est. Pierus autem mõs est Thessaliæ, qui ad Macedoniam portenditur, autore Plinio. Pompeius: In Thessalia Musarum parens, domúsque Pieria. De Musis plura Diodor. *Imposuisse manum*) attigisse.

Sic noua Dulichio] Homerus lib. 9. Odyss. scribit, Vlyssem tempestate actum, in Aphricam ad Lothophagos accessisse, eiúsque socios gustata loto, reditũ in patriam oblitos fuisse: G quos inuitos & flẽtes coëgit Vlysses nauem conscẽdere, & quàmprimùm illhoc discessit. Fuere autem Lotophagi populi in Africa, à loto arbore appellati, cuius fructus sunt magnitudine fabæ, colore croci, tã dulces, vt aduenis inducãt patriæ obliuionem, vt docet Plinius libro decimotertio. Strabo duplices esse Lotophagos scribit, de quibus plura diximus in vltimum Ouidij de Remedio H amoris. Est autem sensus: Quãuis lotos ab Vlyssis sociis ex Dulichia insula eis noceret, quòd patrię obliuionẽ induceret, tamẽ sapor eius fructus adeò erat dulcis, vt quamuis obesset, nihil tamen curarẽt. Fuit autem Dulichia, siue Dulichium, vna ex Vlyssis insulis. *Materiam suæ culpæ*] id est amorem, cuius amans ipse est culpa & causa. *Furor esse*] Poëta esse bonus nemo potest, nisi furore I corripiatur. Vnde Socrates apud Platonem ita loquitur: Omnes itaq; carminum poëtæ insignes non arte, sed diuino afflatu, omnia ista pręclara poëmata canunt. Et vt Corybantes non sana mente saliunt, ita neq; cantilenarum modulatores egregij sana mente hos cantus effingunt. Sed vbi in harmoniam & rhythmum insurgunt, & occupati bacchantur, quemadmodum bacchantes fœminæ, mente non sana mel & lac ex fluminibus hauriunt. Sana autem mente haurire nequeunt: idque efficit illorum animus, qui cantus effingunt, quod ipsi referunt. Et paulo pòst ita subiungit: Res enim leuis, volatilis, atque sacra, poëta est: neque poëtica prius canere potest, quàm deo plenus, & extra se positus, & mente alienatus fit. Nam quamdiu mente quis valet, neque fingere carmina, neque dare oracula potest. Paulo pòst ita etiam inquit: Poëtæ autem nihil aliud sunt, quàm deorum interpre- K tes, dum sunt furore correpti. *Sed quiddam furor hic*) In hoc poëtico furore est quædam vtilitas, quam subiungit. *In obtutu malorum*) in aspectu malorum, in quibus versor. *Præsentis casus*) præsentis exilij. *Bacche*) Phœbas vates Apollinis. [Non Apollinis sacerdos Baccha, sed quæ Baccho orgia celebrat, furore correpta, qualis mater Penthei, & similes describuntur 3. Metam. Has dicit Idæo, hoc est Phrygio more exululare, & insanire, id est eo more, quo Galli sacerdotes Magnæ matris solent, cùm in Ida sacra illius peragunt. *Saucia*) deo plena. *Non sentit suum vulnus*) non sentit suum furorem. *Dum stupet*) dum est attonitus. *Modis Idæis*) vocibus, vel modis, quibus Bacchi sacerdotes vtuntur in Ida monte Cretæ, matrem deûm clamitantes. Legitur etiam, lugis Idæis. Liberi sacer- L dotes erant Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ, Thyades, & Mimallones, & Naiades, & nymphæ, & quos Tityros vocant. Satyros autem Curetas nominabãt adolescentes quosdam, armisonam quandam cum saltibus agilitatem edentes, proferentes quandam de Iouis origine fabulam. Quòd autem Bacchi sacerdotes in Cretæ Ida strepitu, saltu, & furore lasciuirent, docet Strabo, adducens Euripidis verba hæc, ex Baccharum tragœdia: O sedes Curetum, religiosique etiam Iouis genitores, vbi tibiæ, vbi triplices cristæ, vbi Byrsa tensum orbem hunc mihi Corybantes excogitarunt. Cornu quoque Bacchico tono, sonúmque Phrygiacum

Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus,
Dum stupet Ideis exululata modis:

ti biarum flatu ad Magnæ matris manum posuerunt. Sonorum Euancum baccharum adsunt furentes Satyri, matrémque Rheam clamitarunt, chureásque addiderunt scenicales, quibus gaudet Bacchus. Et in Palamede chorus loquens inquit: Cum patre Libero lasciuiens, qui per Idam lætatur chara cum matre, tympanorum sonitu, & congiuentes in vnum Silenum, & Marsyam, & Olympum, & tibiarum quærientes repertores, celebrantésque rursus Bacchica, & Phrygia similiter conferunt, Idámque sæpenumero resonare faciunt. Qui autem fuerint strepitus, modi, & furores Baccharum, docet Catull. cùm inquit: Vbi cymbalum sonat vox, vbi tympana reboant. Tibicen vbi canit Phrya, vbi curuo graue calamo, vbi capita Mænades vi iaciunt hederigeræ, vbi sacra sancta acutis vlulatibus agitant, vbi sueuit illa dæ ce volitare cohors vaga. *Exululata*] ad vlulatum impulsa à Baccho, aut certè participium formauit à deponenti vlulor, per licentiam poëticam. Quòd autem in sacris vlularent Bacchæ, ita docet etiam Ouid. in Met. Venit ad stabula aura tandem, Exululárque, eoóéque sonat.

Sic vbi mota calent sacro mea pectora thyrso,
Altior humano spiritus ille malo est.
Ille nec exilium, Scythici nec littora Ponti,
Ille nec iratos sentit habere deos.
Vtque soporifera biberem si pocula Lethes,
Temporis aduersi sic mihi sensus abest.
Iure deas igitur veneror mala nostra leuantes,
Sollicitas comites ex Helicone fugæ.
Et partim pelago, partim vestigia terra,
Vel rate dignatas, vel pede nostra sequi.
Sint precor hæ faciles saltem mihi: námque deorum
Cæsare cum magna cætera turba facit.
Méque tot aduersis cumulat, quot littus arenas,
Quótque fretum pisces, auáque piscis habet.
Vere prius flores, æstu numerabis aristas,
Poma per autumnum, frigoribúsque niues:
Quàm mala quæ patiar, toto iactatus in orbe,
Dum miser Euxini littora sæua peto.
Nec tamen, vt veni, leuior fortuna malorum est:
Huc quoque sunt nostras fata sequuta vias.
Hîc quoque cognosco natalis stamina nostri,
Stamina de nigro vellere facta mihi.
Vtque neque insidias, capitísque pericula narrem,
Vera quidem vidi, sed grauiora fide.
Viuere quàm miserum est inter Bessósque Getásque,
Illum qui populi semper in ore fuit.
Quàm miserum est, parta vitam, muróque tueri,
Vixque sui tutum viribus esse loci.
Aspera militiæ iuuenis certamina fugi,
Nec nisi lusura mouimus arma manu.
Nunc senior gladióque latus, scutóque sinistram,
Canitiem galeæ subyció que meam.
Nam dedit è specula custos vbi signa tumultus,
Induimus trepida protinus arma manu.
Hostis habens arcus, imbutáque tela veneno,
Sæuus anhelanti mœnia lustrat equo.
Vtque rapax pecudem, quæ se non texit ouili,
*Per sata, per syluas fértque * trahitque lupus:*
Sic si quem nondum portarum sede receptum
Barbarus in campis repperit hostis, habet.
Aut sequitur captus, coniectáque vincula collo
Accipit, aut telo virus habente perit.
Hic ego sollicitæ iaceo nouus incola sedis.
Heu nimium fati tempora lenta mei.

Sacro thyrso] Bacchis, vt est autor Diodor. tradidit Dionysius iacula, mucronem ferri hedera circundante, ea thyrsos appellarunt. Ouid. lib. 3. de Arte amandi: Nec mora, per medias sparsis furibunda capillis, Euolat, vt thyrso concita Baccha, vias. Et in Metam. Nocte sua est egressa domo regina, deique Ritib. instruitur, furialiáque accipit arma. Vite caput tegitur, lateri ceruina sinistro Vellera dependent, humero leuis incubat hasta. *Ille spiritus*] ille furor & spiritus Apollineus. *Iratos deos*) Augustum iratum. *Lethes soporifera*] Lethæi fluminis, soporem & obliuionem inducentis. *Sensus temporis aduersi*] cogitatio, & intelligentia temporis mei infelicis. *Deas*] Musas. *Ex Helicone*] è Bœotiæ nemore: vbi natale Musis assignant, vt scribit Plinius. Solinus etiam scribit, apud Thebas in Bœotia Helicona lucum esse, & Cithæruna saltum. Helicona autem & Cithæruna denominatos fuisse ab Helicone & Cithærone fratribus, qui illic singulari pugnauerunt certamine, vt scribit quidam interpres Hesiodi, eiusque rei autorem affert Lysimachum Cyrenęũ in primo de poëtis. Lactantius tamen in secundo Diuin. instit. scribit, Cithærona ita appellatũ, quòd in eo Orpheus frequenter citharæ cantu personaret. *Cætera turba deorum*] reliqui dij, præter Musas. *Facit cum Cæsare*] coniuncta est cum Cæsare. *Quàm mala*) subaudi, numerabis. *Vt veni*] posteaquam in Scythiam perueni. *Nec tamen est leuior*] nec tamen in præsentia minori, quàm antea me afficit pœna. quasi dicat: Credideram me tãtùm doliturum, quòd patria carerẽ: sed alia etiam mala non leuiora, quæ statim Poëta subiungit, me angunt. *Fata*] infortunia eadem quæ mihi Romæ acciderе. *Hic*] in Scythia. *Stamina*] fila Parcarum mearum: hoc est, cursum vitæ meæ. *Facta de nigro vellere*] plena infelicitatis. Poëtæ enim per nigra vellera, Parcarum infœlicitatem: per candida verò felicitatem designant.

Sed grauiora fide] sed magis grauia & aspera, quàm credi possit.

Inter Bessósque Getásque] De Bessis ac Getis diximus suprà. *Porta*] scilicet Tomitanæ vrbis. *Fugi aspera certamina militiæ*] Iuuenis enim Ouidius in Asia militauit. *Nisi manu lusura*] nisi ludi aut exercitationis gratia.

Tumultus] timoris: quòd Getæ armati contra nos adventare nunciabantur. *Trepida manu*) aut trementi propter canitiem, aut festina. *Quæ se non texit ouili*] quæ extra ouile deprehensa fuit. *Mei fati*] meæ mortis.

MAR. *Ad numeros*] ad versus.

Accipiat auribus) intelligat. Duo ergo dicit: nec se habere, qui carminis peritiam teneat: nec eum saltem, qui Latina verba intelligat.

Suo iudicio) proprio meo iudicio, & non alieno.

Córque) subaudi, labitur.

Tanquam noui vetusta vulnera, noua] tanquam si non iam pridem, sed in præsentia exularem.

Aqua mæsta) lacrymarum ex mœstitia manantium.

Quo] Scythiam intelligit.

Et vnde] & ex quo loco, id est Roma.

Et tamen ad numeros, antiquásque sacra reuerti
Sustinet in tantis hospita Musa malis.
Sed neque cui referam quisquam est mea carmina,
Auribus accipiat verba Latina suis. (nec qui
Ipse mihi (quid enim faciam?) scribóque, legóque,
Tutáque iudicio littera nostra suo est.
Sæpe tamen dixi, Cui nunc hæc cura laborat?
An mea Sauromatæ scripta, Getæq; legent?
Sæpe etiam lacrymæ sunt me scribente profusæ,
Humidáque est fletu littera facta meo.
Córq; vetusta meum, tanquam noua vulnera, nouit,
Inq; sinum mœsta labitur imber aqua.
Dum vice mutata qui sim, fuerimque recordor,
Et tulerit me quò casus, & vnde subit,
Sæpe manus demens studijs irata, sibique
Misit in arsuros carmina nostra rogos.
Atque ea de multis, quoniam non multa supersunt,
Cum venia facito, quisquis es, ista legas.
Tu quoq; non melius, quã sunt mea tempora, carmen
Interdicta mihi consule Roma boni.

Cum venia] mihi ignoscendo, si quid erratum fuerit.

Carmen non melius) carmen non magis bonum.

Consule boni] æquum iudica.

IN SECVNDAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA II.

IAm fera Cæsaribus Germania, totus vt orbis,
Victa potest flexo succubuisse genu.
Altáque velantur fortasse palatia sertis,
Thuráque in igne sonant, inficiúntque diem.

MAR. *IAM fera Cæsaribus*) Drusum Germanicam expeditionem sumpsisse, in Scythiam ad Poetam fama pertulerat. Dicit ergo, victoriam fortasse ab eo partam fuisse, cùm hæc scriberet: ac etiam Romæ sacra diis exhiberi, triumpharéque eo tempore Augustum, cuius auspiciis Drusus vicerat. Eius autem triumpho dicit se mente interesse, quandoquidem corpore non potest. Quòd si quia ei triumphi formam retulerit, quamuis serò, tamen ostendit se auditurum tanta lætitia, vt proprium incommodum sit posthabiturus publicæ lætitiæ. *Iam fera Cæsaribus Germania*) De Germanis domitis à Druso, diximus suprà. Illud hoc in loco etiam addendum videtur, quod scribit Paulus Orosius his verbis: Claudius Drusus priuignus Cæsaris, Galliam Rhetiámque sortitus, maximas fortissimásque gentes Germaniæ, armis subegit. Nam tunc veluti ad constitutum diem pacis festinarent, ita omnes ad experientiam belli, decisionémue fœderis vndatim gentes commouebantur: aut suscepturæ conditionem pacis, si vincerentur: aut vsuræ quieta libertate, si vincerent. Norici, Illyrij, Pannonij, Dalmatæ, Mœsi, Thraces, & Daci, Sarmatæ, plurimique & maximi Germaniæ populi, qui per diuersos duces vel superati, vel repressi, vel etiam obiectu maximorum fluminum Rheni Danubijque seclusi sunt. Drusus in Germania primò Vsipetes, deinde Tencteros & Cattos perdomuit. Marcomannos penè ad internecionem cecidit. Postea fortissimas nationes, & quibus natura vires, consuetudo experientiã virium dabat, Cheruscos, Sueuos, & Sicambros pariter vno bello, sed etiam suis aspero superauit. Quorum ex eo considerari virtus ac feritas potest, quòd mulieres quoque eorum, si quando præuentu Romanorum inter plaustra sua concludebantur, deficientibus telis, vel qualibet re, qua velut telo vti furor possit, paruos filios collisos humi, in hostium ora iaciebant, in singulis filiorum necibus bis parricidæ. Vnde non immeritò Ouidius Germaniam feram appellauit. Germani autem sæpius Romanos vicerunt, vt Tacitus scribit, cuius verba hæc sunt: At Germani Carbone, & Cassio, & Scauro Aurelio, & Seruio Cepione, M. quoque Manlio fusis, vel captis, quinque simul consularis exercitus pop. Rom. Varum, trésque cum eo legiones etiam Cæsari abstulerunt. Nec impunè Caius Marius in Italia, Diuus Iulius in Gallia, Drusus, Nero, & Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæsaris minæ in ludibrium versæ. Inde otium, donec occasione discordiæ nostræ, & ciuilium armorum, expugnatis legionum hybernis, etiam Gallias affectauere. Ac rursus pulsi inde, proximis temporibus triumphati magis quàm victi sunt. Strabo scribit, inter Salam fluuium, ac Rhenum, Drusum Germanicum belligerantem, domitis hostibus victorem oppetiisse. Liuius verò asserit, eum periisse ex fractura cruris, super quod equus collapsus fuit. Tranquil. in Claudio scribit, Drusum morbo periisse in æstiuis castris, quæ ex eo appellata sunt scelerata. Germaniæ autem latus (autore Ptolomæo) occidentale Rhenus terminat, Septentrionale verò Germanicus Oceanus, Meridianum autem terminatur à parte occidentali fluuij Danubij, Orientale terminant Sarmatici montes, & flumen Vistula. Dicti autem sunt Germani (vt docet Strabo) quoniam nationem Gallicam paulisper imitantur & feritatis abundantia, & proceritate corporum, & colore flauo: quum reliquis in rebus, & forma, & moribus, & viuendi ritibus eis pares sint. Et quia legitimi fratres Romano sermone germani intelliguntur, ideo arbitratur Strabo, Romanos hoc illis nomen indidisse, perinde ac eos fratres legitimos Gallis eloqui voluerint. De Germania & eius appellatione, plura diximus suprà ex Taciti sententia. *Victa Cæsaribus*] ab Augusto & Druso victa, vel succubuisse Cæsaribus. *Vt totus orbis*) subaudi, est victus. *Alta palatia*] celsæ Augusti ædes, quæ erant in Palatino colle, vbi ille habitabat. *Velantur*] vestiuntur, ornantur in signum lætitiæ, propter victoriam de Germanis. *Thuráque in igne sonant*] thura etiam cremantur in templis deorum immortalium. *Inficiúntque diem*] diem fumo obscurum reddunt.

Iam fera Cæsaribus Germania] De Tiberij expeditione intelligendum, non Drusi. Nam hic aliquot annis antè in Germanis perierat, quàm Poeta relegatus fuit. Tiberius autem prox. post cladem Varianam anno, vt Sueton. autor est, contra Germanos profectus est: vbi biennium commoratus, ac prælijs aliquot factis, Romam rediit, ad agendum triumphum, quem eodem anno, quo Varus occisus est, de Dalmatis & toto Illyrio meruerat. sed tum ob cladem à Germanis acceptam, mœsta vrbe distulerat: qui triumphus quarto à clade Variana anno actus est, vt ex eodem Sueton. apparet, cùm totidem iam annos Poeta in exilio fuisset. Nam lib. de Ponto 1. eleg. 1. Vt careo vobis, inquit, Scythicas detrusus in oras, Quattuor autumnos

A Pleias orta facit. Et mox lib. 2. eleg. 1. triumphum cum de quo modò diximus, describit. Cæterum vt hoc addamus hoc loco, sciendum, de tribus triumphis meminisse Poetam in his, & quos de Ponto inscripsit libris. Ex quibus primus hic, de quo hac elegia, & item superiore illa, lib. proximo mentionem facit, actus, aut etiam partus non fuit, sed opinione ac spe tantùm conceptus, quòd cùm longè à Roma abesset, eóque quæ illic fierent certò scire non posset: & tamen à Cæsare, Tiberio puta, vt suprà meminimus, expeditionem in Germaniam esse factam audisset, sperabat Germanos pro reliqua Augusti fortuna ac fœlicitate, vinci atque domari posse, eóque omnem etiam operam impensuros esse Cæsares, ad cladem & ignominiam superiorem abolendam. Quod tamen illo tum tempore à Tiberio factum non fuit, sed postea à Germanico, quarto demum anno post B excessum Augusti, vt Strabo & Tacitus meminere. Secundus triumphus is est, quem Tiberius de Illyricis egit: cuius mentio fit in lib. de Ponto 2. eleg. 1. & 2. & tertio eleg. 4. idque vel ex eo certum, quod lib. 2. eleg. 2. ait, Adde triumphatos modò Pæonas, adde quieti Subdita montanæ brachia Dalmatiæ. Tertius autem est, qui cum à Tiberio, viuo adhuc Augusto, vt Poeta sperarat, de Germanis agi debuisset, aut etiam, vt ipse ait, potuisset, extracto bello, & Tiberio Romam reuerso, à Germanico, qui in Tiberij locum, ab Augusto adhuc viuo, sed morti tamen proximo, legionibus octo apud Rhenum, vt Tacitus autor est, impositus fuerat, tandem quarto Tiberij anno actus est: quo tempore Poeta iam mortuus fuisse videtur, quippe cum huius triumphi non aliter quàm vaticinantis modo meminerit, prædicendo scilicet Germanico, eodem modo ipsum de Germanis triumphaturum, vt Tiberius de Dalmatis & Illyricis triumphasset. Quanquam idem triumphus Germanico G biennio ferè antè quàm actus est, decretus à senatu fuerit, videlicet Coss. Druso & C. Norbano: cum ille, Coss. L. Pomponio, quem Poeta Græcini fratrem infrà dicere videtur, & C. Cælio, siue vt alij, Cæcilio, tandem triumpharit. Inter quos Coss. & superiores, Sisenna Statilius & L. Libo intercesserunt, autore Tacito. Hæc verbosius aliquanto hic addidi, vt vno loco totam rem absoluerem, neque eadem toties repetenda foret. Vt igitur ad versus, & ad ipsa verba redeamus, Iam fera Cæsaribus Germania, inquit, potest, vt reliquus totus orbis, victa succubuisse, flexo genu: hoc est, domita esse, [Greek]. Cæsares autem, Augustum & Tiberium intellige. Quanquam & Germanicus iisdem ferè temporibus in familiam Cæsarum ascitus fuit, per adoptionem Tiberij, iussu Augusti.

Candidáque adducta collum percussa securi
Victima purpureo sanguine pulsat humum.
Donáque amicorum templis promissa Deorum
Reddere victores Cæsar vterque parant.
Et qui Cæsareo iuuenes sub nomine crescunt,
Perpetuò terras vt domus illa regat.
Cúmque bonis nuribus pro sospite Liuia nato
Munera dat meritis, sæpe datura, Deis.
Et pariter matres, & quis sine crimine castos
Perpetua seruant virginitate focos.
Plebs pia, cúmque pia lætatur plebe Senatus,
Paruáque cuius eram pars ego nuper eques.
Nos procul expulsos communia gaudia fallunt,
Famáque tam longè non nisi parua venit.
Ergo omnis populus poterit spectare triumphos,
Cúmque ducum titulis oppida capta leget.
Vincláque captiua reges ceruice ferentes
Ante coronatos ire videbit equos.
Et cernet vultus alijs pro tempore versos,
Terribiles alijs, immemorésque sui.
Quorum pars causas, & res, & nomina quæret:
Pars referet, quamuis nouerit illa parum.
Hic qui Sidonio fulget sublimis in ostro,
Dux fuerat belli, proximus ille duci.
Hic qui nunc in humo lumen mirabile fixit,
Non tristi vultu, cum tulit arma, fuit.
Ille ferox oculis, & adhuc hostilibus ardens,
Hortator pugnæ, consiliumque fuit.
Perfidus hic nostros illusit fraude locorum,
Squallida demissis qui tegit ora comis.
Illo qui sequitur dicunt mactata ministro,
Sæpe recusanti corpora capta deo.
Hic lacus, hi montes, hæc tot castella, tot amnes,
Plena feræ cædis, plena cruoris erant.

Ms a. *Càdida victima*] quæ paria victoris sacrificari solebat. *Adducta securi*] ad se tracta securi, vt in ictu fieri solet. *Vterque Cæsar*] Augustus & Drusus. [Immo Augu- C stus & Tiberius, vt suprà notauimus. *Et qui Cæsareo*] Caium & Luciū denotat. *Sub nomine Cæsareo*] Cęsares .n. & ipsi appellabantur. *Vt illa domus*] vt illa Cęsarū familia. *Pro sospite nato*] pro filio Druso incolumi Drusus enim filius fuit Liuiæ & Neronis. *Et quæ sine crimine castos*] Vestales designat. *Cuius ego nuper eram parua pars*] Fuit enim Ouidius eques, & D equestri natus familia *Communia gaudia*] communis lætitia. *Fallunt nos*] me fugiunt, à me ignorantur. *Cúmque ducum titulis*] Captiui & loca imaginibus scriptisque in triumphum deferebantur, vt docet Appian in triumphis C Cęsaris Propertius: Inque sinu charæ nixus spectare puellę Incipiā & titulis oppida capta legam De triūphis multa diximus E paulo antè, sed plura in Ouidiū de Arte amandi. *Vultus versos*] vultus mutatos: nā qui primò fuerāt feroces, tunc erāt humiles & abiecti *Pro tempore*] habita tēporis ratione: quod poscit, vt victi fero etiam ponāt. *Terribiles alijs*] Cernet, inquit, populus alios captiuos truci vultu, itaquā si essēt victores. quod his solet euenire, qui sui sunt immemores. *Causas*] cur sc. sint terribiles *Et res*] ab eis se gestas. *Quamuis nouerit illa parū*] Hic Poeta amatores designat, quos puellis in Arte amādi docet ita respondere. Omnia re- F spōde, nec tātū si quis rogabit: Et quę nescieris, vt bene nota refer. *Proximus duci*] secūdus à duce. *Illusit*] decepit. Legitur etiā Cōclusit. *Fraude locorū*] Germanū transfugā denotat, qui in hostiū insidias pręcipitauit Romanos, aut in loca duxit iniqua, & aliò quā ipsis promiserat. *Illo mi.*] Ministrū sacrorū intelligit, ex Druidibus aliquē. Scribit n. Cæsar lib. Cōmentar. 6. nationem omnium Gallorum esse admodum deditā religionibus: atque H ob eā causāq; sūt affecti grauiorib. morbis, quiq; in pliis periculisq; versantur, vt pro victimis homines immolare, aut se immolaturos vouere, administrisque ad ea sacrificia Druidib. vtūtur: quod pro vita hominis nisi vita hominis reddatur, nō posse numē deorū immortaliū placari arbitrabantur, publicéq; eiusdē generis instituta habēt sacrificia. Alij immani magnitudine simulacra I habēt, quorū cōtexta viminib' mēbra viuis hominib' cōplēt: quib' succēsis, circūuēti flāma exanimātur homines. *Deo sæpe recusanti*] deo sæpe renuēti tot corpora mactari. Quibus verbis ostēdit, deū illū cui sacrificabāt Galli, quāuis cæde humana placaretur, tamē nimio numero cæsorū hominū offēsū, tanquam re crudeli, sæpe aspernatū fuisse eorū sa- K crificia. Deos autem tres fuisse cōperio, quib' hominem mactabāt Galli. quorū ita meminit Lucan': Et quib' immitis placatur sāguine diro Theutates, horrēnsq; feris altarib' Hesus. & Taranis Scythicæ nō mitior ara Dianæ Scribit etiā Lactāti', Gallos Hesum atque Theotantem humano cruore placasse Plura diximus in vi. Plinij.

Macr. *Et qui Cæsareo iuuenes sub nomine gaudent* Ego L Caium & Lucium Agrippæ filios ex Iulia, quorum alter iam antè Massiliæ, cùm ad Hispanicos exercitus iret: alter, cum ex Armenia remearet, diem obierat, haudquaquam intelligendos censeo: sed Germanicū Drusi filiū, & Drusū Tiberij ex Agrippina, seu Vipsania, vt à Tacito lib. 3 vocatur, natū, qui & ipsi Cæsares dicebātur: alter germanus Tiberij filius, alter adoptiuus, vt suprà quoq; dictū Et hoc videtur etiā facere, quod de nuribus mox meminit, quas ego nō Tiberij aut Drusi vxores accipio, cū Tiberij quę erat, Iulia videlicet, Augusti filia, iā relegata esset: sed Germanici & Drusi iunioris, quorū alteri Agrippina, Iulię & Agrippę filia: alteri Germanici soror Liuia,

A nupta erat, vt ex Taciti libro primo & secundo manifestum est. Dicuntur autem orti non tantùm à parentibus maritorum, sed & ab auis *Ille qui sequitur, dicunt mactata ministro, Sæpe recusanti corpora capta deo, &c.*] Videtur hoc loco Poeta ad ea alludere, quæ apud Tacitum referuntur libro primo de ingressu Germanici in saltum Teutoburgensem, & de facie locorum, circa quæ Varus cum legionibus suis occisus fuerat. Quæ quia non parum ad hunc locum rectè intelligendum conducunt, ipsa verba illius huc apponam. Igitur cupido, inquit, Cæsarem inuadit soluendi suprema militibus, ducique permoto ad miserationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos, amicos, denique ob casus bellorum, & sortem hominum: præmisso Cæcina, vt occulta saltuum scrutaretur, pontésque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret. Incedūt B mœstos locos, visúque ac memoria deformes. Prima Vari castra lato ambitu, & dimensis principiis trium legionum manus ostentabant. Dein semiruto vallo, humili fossa accisæ iam reliquiæ consedisse intelligebantur. Medio campi albentia ossa, vt fugerant, vt restiterant, disiecta vel aggerata. Adiacebant fragmina telorum, equorúmque artus, simul truncis arborum antefixa ora. lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactauerant. Et cladis eius superstites pugnam aut vincula elapsi referebant, hic cecidisse legatos, illic raptas aquilas. primum vbi vulnus Varo adactum, vbi infœlici dextera & suo ictu mortem inuenerit. quo tribunali concionatus Arminius, quot patibula captiuis, quæ scrobes, vtque signis & aquilis per superbiam illuserit. Igitur Romanus qui aderat exercitus, sextum post cladis annum, C trium legionum ossa, nullo noscente, alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes vt coniunctos, vt consanguineos, aucta in hostem ira, mœsti simul & infensi condebant. De diis autem Germanorum, & quibus iidem sacrificare soliti fuerint, idem Tacitus in libello de Moribus Germanorum in hunc modum scribit: Deorum maximè Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem & Martem concessis animalibus placant. Pars Sueuorum & Isidi sacrificat. Vnde causa & origo peregrino sacro, parum comperi: nisi quòd signum ipsum in modum liburnæ figuratum, docet aduectam religionem. Cæterùm nec cohibere parietibus deos, neque in vllam humanioris speciem assimilare, ex magnitudine cœlestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant, deorumque nominibus appellant se- D cretum illud, quod sola reuerentia vident. Hæc Tacitus. quæ eo huc addenda putaui, quòd magis propriè ad hunc locum pertinere viderentur, quàm quæ à Marula de Teutate & cæteris, non Germanorum, sed Gallorum numinibus citantur. Porrò quia & de captiuis hoc loco mentionem facit Poeta, non abs re fuerit Strabonis locum ex libro septimo adiicere: vbi nobiliores illorum recensentur, qui in triumpho Germanici, eo scilicet, quem Germanicus postea egit, Ouid. autem hic à Tiberio agendum describit, ducti fuerunt. Verba Strabonis ita habent: [illegible] G [illegible] &c. Ex his igitur verbis apparet, quémnam sacerdotem, & H quos alios captiuos potissimum intellexerit Poeta, nempe hos modò recensitos, quorum nomina statim post cladem Varianam Romam delata fuisse credibile est, tametsi ipsi nequaquam adhuc dum capti essent: atque inde Ouidium scriptionis huius argumentum sumpsisse. Fuerunt autem (vt hoc quoque [illegible] addamus) plerique illi à Strabone numerati, proditione Segestis, ad quem vnà cum vxore Arminii, illius filia, tunc etiam grauida, confluxerant, capti, id quod ex Tacito apparet, qui Segestem dicit Romanos vltro accessisse, tanquam à diuersa factione obsessum. Deinde & filium Segimundum, legationis specie ad Germanicum in castra misisse. à quo primùm benignè exceptus, mox in Gallicam ripam traductus fuerit, vbi vnà cum patruele Segimeri filio asseruatus, ac postea in triumpho (vt Strabo hic indicat) ductus fuit. Quod eo addendum existimaui, ne quis puter tot præclaros ac nobiles viros, virtute magis quàm perfidia ac fraude suorum captos, & in seruitutem abductos. Quod idem & de Arminio Tacitus tradit, dolo propinquorum (vt ipse ait) cæso, cùm Germaniam à seruitute & dominatione Romanorum duodecimum iam annum liberasset.

Drusus in his meruit quondam cognomina terris.
Quæ bona progenies digna parente fuit.
Cornibus hic fractis viridi male tectus ab vlua
Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.
Crinibus en etiam fertur Germania passis,
Et ducis inuicti sub pede mœsta sedet.
Colláque Romanæ præbens animosa securi
Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.
Hos super in curru Cæsar victore vehêris
Purpureus populi ritè per ora tui.
Quáque ibis, manibus circumplaudere tuorum,
Vndique iactato flore tegente vias.
Tempora Phœbea lauro cingentur, iòque
Miles io magna voce triumphe canet.
*Ipse sono, plausúque simul, fremitúque * calentes*
Quadriiuges cernes sæpe resistere equos.
Inde petes arcem, & delubra fauentia votis,
Et dabitur merito laurea vota Ioui.
Hæc ego summotus, qua possum mente videbo.
Erepti nobis ius habet illa loci.
Illa per immensas spatiatur libera terras,
In cœlum celeri peruenit illa fuga.
Illa meos oculos mediam deducit in vrbem,

MAR. *Cognomina*] vt deuicta Germania, Germanicus vocaretur. *Digna parente*] digna vel patre Nerone, vel matre Liuia. *Cornibus fractis*] fractis viribus. Cornua autem (autore Seruio) ideo à poetis fluminibus tribuūtur, siue quod plerunque in cornuum similitudinem curuatas cernimus E ripas, siue quòd mugitum boum imitatur murmur vndarum. Virg. Rhenúsque bicornis. Et alibi: Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum. *Male tectus*] malè coronatus. *Ab vlua viridi*] à viridi corona ex palustri herba. Coronæ enim fluminum arant aut ex vlua, aut ex arundine. Virgilius: Et crines vmbrosa tegebat arundo. Et Ouidius de Arte a- F mandi: Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem. *Erat decolor*] habat colorem vitiatum. Dicitur enim decolor, quasi desit ei color. *Crinibus passis*] quod in dolore fieri solet, vt alibi etiam diximus. *Colla animosa*] Sunt enim Germani animosi. Vnde scribit Dionysius, eorum corpora esse & cādida, & perpulchra, bellicosósque eos etiam à natura. *Purpureus*] K in veste purpurea, quam aureis intextam sideribus triumphantes gestabant. *Tempora Phœbea lauro cingentur*] Lauro Apollini sacra triumphantes coronabantur, vt superius diximus, vbi etiam causam assignauimus. *Ióque Miles io magna voce triumphe canet*) io vox est clamantis, qua triumphantē imperatorem exercitus sequens vtebatur. quam tam Varro docet his ver- L bis: Sic triumphare appellatum, quòd eum imperatore milites redeuntes clamitant per vrbem in Capitolium eunti. *Io triumphe*] Id à Thriambo Græco Liberi patris cognomento potest dictum esse. *Ipse sono plausúque simul, fremitúque calentes, Quadriiuges cernes sæpe resistere equos*] Nimirum citharœdorū, ac ubiuiū turba ad Hetrusca

similitudinem pompæ imperatorem præcedebant. Hi succincti, coronisque aureis redimiti, suo quisque ordine psallentes canentesque prodibant. *Quadriiuges equos*] Hoc dicit, quia imperatorem triumphantem curru deaurato, molti fariamque notis refulgenti, candidi quatuor vehebant equi. *Sæpe resistere*] sæpe aduersari vel aurigæ, præ nimio strepitu, vel multitudini frequentiæ obstanti. *Arcem*) Capitolium. *Et delubra fauentia voto*] templum Iouis Capitolini. *Laurea vota*) Dix nius supra, in æde Iouis Capitolini dona ab imperatoribus ferri solita. *Illa habet vim*) illa mens habet potestatem. *Peruenit in cælum*) Cœlum etiam ipsum mens ascendit, cum volumus illud cogitatione complecti.

MICYL. *Viridi male tectus ab vlua*] Non coronatum vlua intelligit poëta, sed delitescentem, quasi præ formidine, eo quòd iam victus, & ab hoste captos esset. Hac autem specie, sine imagine pingebantur, cùm ante currum in triumpho cæteri cum captiuorum modo gestabantur, quo pacto & de Germaniæ simolacro intelligendum.

MAR. *Immunes*] sine munere & officio.

Immunes tanti nec sinit esse boni.
Inueniétque animus, qua currus spectet eburnos:
Sic certè in patria per breue tempus ero.
Vera tamen capiet populus spectacula fælix,
Lætáque erit præsens cum duce turba suo.
At mihi fingenti tantùm, longéque remoto
Auribus hic fructus percipiendus erit.
Atque procul Latio diuersum missus in orbem,
Qui narret cupido, vix erit, ista mihi.
Is quoq; iam serum referet veterémque triumphũ:
Quo tamen audiero tempore, lætus ero.
Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam,
Causáque priuata publica maior erit.

Sic] hoc pacto, ipsa scilicet mente non corpore.

Tantùm fingenti) tantummodo putanti ea videre.

Hic fructus] hæc vt litas tanti triumphi

Erit percipiendus auribus] erit audiendus, quandoquidem non licet interesse. *In orbem diuersum*) in Scythiam procul positam ab Italia, quasi ea sit alter orbis.

Vix erit] vix reperietur. Credebam (inquit) hæc posse audire, at vix possibile esse arbitror ob locorum interuallum. *Quo tempore*] etsi serò, lætabor tamen *Illa dies*] qua hæc audiam. *Mea lugubria*] peculiarem tristitiam. *Ponam*] deponam. *Causa publica*) publica lætitia huius triumphi. *Priuata*) propria. hoc est causa mea.

IN TERTIAM ELEGIAM ENARRATIO.

M*Agna minórque*) Vtramque vrsam precatur Poëta, vt quandoquidem nunquam tinguntur Oceano in occasu, quemadmodum reliqua sidera, Romanam vrbem ac eius vxorem aspiciant, sibique referant sitne ea matrimonii memor, an non. Postmodum seipsum arguit, quòd dubitet de vxoris fide, à qua se amari intelligit. Tum eam laudat, doletque quòd eius causa in assiduo luctu versetur. Demum hortatur, vt in fide permaneat, quoniam pietatis maximam laudem consequetur: virtutemque asserit non posse nisi in difficultate apparere. *Magna minórque fera*). Lycaonis filiam Calisto nomine scimus à Ioue compressam, & inde à Diana ereptam facie virginali in vrsæ speciem mutatam, quæ Græcè ἄρκτος est appellata. Eam quum postea filius (vt volunt Ouidius) vel Arcades (vt docuit Amphis comœdiarum scriptor) insecuti interficere conarentur, Iupiter memor peccati, ereptam Calisto cũ filio inter sidera collocauit. quod signum non occidit. negant enim Tethym Oceani vxorem id recipere, quum reliqua sidera eò perueniant in occasum, quòd Tethys Iunonis sit nutrix. Desunt hoc loco quædam, ea ex Hygino sic restituas licet. Aglaosthenes autẽ qui Naxica conscripsit, minorem vrsam Cynosuram vocari ait, vnamque esse de nutricibus Iouis, ex Idæis nymphis. Nonnulli & maiorem, quam Helicem vocant, & hanc quæ Cynosura dicitur, nymphas esse, Iouis nutrices, dicunt & hac re etiam*, &c. vt sequitur. ex Idæis nymphis: & hac re pro beneficio in mundo collocatas, & vtrasque Arctos nuncupatas quas nostri septentriones dixere. de quo nomine multa Gellius scribit: Minorem vrsam qui obseruant, verius & diligentius nauigare Hyginus asserit. Ea appellatur Phœnice ideo, quod Thales, qui eam primus Arcto appellauit, natione fuit Phœnix, vt Herodotus Milesius scripsit. Igitur omnes qui Peloponnesum incolunt, maiore vtuntur Arcto: Phœnices autem quam à suo inuentore acceperunt, obseruant: & hanc studiosius perspiciendo, diligentius nauigare existimantur: & verè eam ab inuentoris nomine appellant. Vnde subiungit Ouidius: Quarum regis altera Graias. Sic lib. 3. Fast. Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notat.

ELEGIA III.

M*Agna minórque feræ, quarum regis altera Graias,*
Altera Sidonias, vtraque sicca, rates,
Omnia cum summo positæ videatis in axe,
Et maris occiduas non subeatis aquas,
Aetheriámque suis cingens amplexibus arcem
Vester ab intacta circulus extet humo:
Aspicite illa precor, quæ nõ bene mœnia quondam
Dicitur Iliades transiluisse Remus.
Inque meam nitidos dominam conuertite vultus,
Sitque memor nostri, nécne, referte mihi.
Hei mihi, cur nimium quæ sunt manifesta requiro?
Cur labat ambiguo spes mea mista metu?
Crede quod est, & vis, ac desine tuta vereri,
Déque fide certa sit tibi certa fides.
Quódque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ,
Non mentitura tu tibi voce refer.
Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est:
Quódque potest, secum nomen habere tuum.
Vultibus illa tuis tanquam præsentibus hæret,
Téque remota procul, si modò viuit, amat.
Ecquid, vt incubuit iusto mens ægra dolori,
Lenis ab admonita pectore somnus abit?
Tunc subeunt curæ, dum te lectúsque, locúsque

Vtraque sicca] vtraque arida propter frigus septentrionis & aquilonem. quem etiam superius siccum appellauit eo versu: Proximus æquatum siccis aquilonibus Istro. *In summo axe*] in summo vertice. Sunt qui in enarrando eo versu in 1. Ouid. Metam. Totúsque adescerec axis: dicant duos esse axes, qui etiam poli dicantur. quod falsum est. Axis enim (vt docet Apuleius in libro de Mundo) est ductus diuisor & discriminator mundi orbem terræ immediatè constituens. Omne enim cœlum ita reuoluitur vt sphæra: ipsum tamen radicibus oportet teneri, quas diuini a machina vero verticibus affixit, vt in tornando artifex solet forcipe materiam solam reciproco volumine rotundare. Eos polos dicimus, à quibus velut à cardinibus directio quædam profecta. Verùm hi vertices immobiles ita sunt, vt supra caput alter appa-

A reat ex parte boreæ, qui septentrionalis vocatur: alter antarcticus humo tegitur, humidis & austrinis vaporibus mollis. Et Macrob. in lib. 1. de Somnio Scipionis inquit: Quod vt erigitur mundus in Septentrionalem plagam, ita vergit in australem. Pars enim hæc terræ quæ incolitur ab vniuersis hominibus ad septentrionalem verticem surgit, & sphæralis conuexitas Australem nobis verticem in ima demergit. Quum verò semper circa terram ab ortu in occasum cœli sphæra voluatur, vertex hic qui septentriones habet, quoquouersum mundana volubilitate vertatur, quoniam super nos est, semper à nobis videtur, ac semper ostendit Arctos Oceani metuentes æquore tingi. Vnde non immeritò hic Ouidius dicit Vrsam maiorem omnia videre, quoniam nunquam occidit. *Æthereram arcem*) polum arcticum. *Suis amplexibus*] Videtur enim Vrsæ polum arcticum amplecti. Polo enim boreo vtraq; Vrsa nixa (vt scribit Hyginus) vehitur arctico circulo clausa, & ita collocata, vt alterius vnaquæque earum resupinata caput alterius tegere videatur: ita tamen, vt caput eius quæ superior fuerit, ad caudam inferioris contendat. *Ab intacta humo*) à terra quam non ambit breuis circulus, vt reliqui. *Extet*] emineat, appareat. *Iliades*] Iliæ filius. nota est historia Liuij, Plutarchi, & Dionysij Halicarnassei monumentis. *In meam dominam*] in meam vxorem. *Labat*] dubitat. *Crede quod est & vis*] id quod est, & tu quoque ita esse vis de vxore, credas esse, eam scilicet tui memorem. *Flammæ fixa polo*] sidera in septentrione collocata. Intelligit autem vtramque visam. *Esse tui memorem*] subaudi, vxorem. *Ecquid*] nunquid. *Vt incubuit*] postquam inhæsit & operam dedit. Legitur etiam, Vbi incubuit. *Mens ægra*] mens tua, ô vxor, fatigata nimio mei dolore. *Iusto dolore*] quo iusta causa afficeris. Iustam enim dolendi causam habet vxor, si quid marito aduersi accidit. *Lenis somnus*] somnus non profundus, præ dolore. *Ab admonito pectore*] G à mente, qua admonetur quid mihi acciderit. Exprimit autem hic Ouidius eleganter quæ his accidunt, qui graui & insigni aliquo conficiuntur dolore. Ordo talis est: Ecquid lenis somnus abit ab admonito pectore, vbi mens ægra, & reliqua. *Curæ*] solicitudines de me tuæ. *Locúsque*) & locus vbi cubabam.

MICY. *Vtraque sicca vates*) Siccas vocat, non propter frigus & siccitatem septentrionis, aut Aquilonis, sed quòd nunquam occidant: eóque neque Oceani vnda sese tingant, aut abluant, cæterarum stellarum more, vt poëtæ fingunt. Sic enim & 2. Metam. Iuno ab Oceano & Tethye eius vxore:

> At vos si læsæ tangit contemptus alumnæ,
> Gurgite cæruleo septem prohibete triones:
> Sideraque in cœlum stupri mercede recepta,
> Pellite, ne pura tingatur in æquore pellex. H

Tangit, & oblitam non sinit esse mei?
Et veniunt æstus, & nox immensa videtur?
Fessáque iactati corporis ossa dolent?
Non equidem dubito, quin hæc, & cætera fiant,
Détque tuus mæsti signa doloris amor.
Nec cruciere minus, quàm cùm Thebana cruentum
Hectora Thessalico vidit ab axe rapi.
Quid tamen ipse precer dubito, nec dicere possum,
Affectum quem te mentis habere velim.
Tristis es, indignor, quòd sim tibi causa doloris,
Non es, vt amisso coniuge digna fleas.
Tu verò tua damna dole mitißima coniux,
Tempus & à nostris exige triste malis:
Flèque meos casus: est quædam flere voluptas,
Expletur lacrymis, egeritúrque dolor.
Atque vtinam lugenda tibi non vita, sed esset
Mors mea: morte fores sola relicta mea.
Spiritus hic per te patrias exisset in auras,
Sparsissent lacrymæ corpora nostra piæ.
Supremoque die notum spectantia cœlum
Texissent digiti lumina nostra tui.
Et cinis in tumulo positus iacuisset auito:
Tactaque nascenti corpus haberet humus.
Denique vt & vixi, sine crimine mortuus essem:
Nec mea supplicio vita pudenda foret.
Me miserum, tu si, cùm diceris exulis vxor,
Auertis vultus, & subit ora rubor.
Me miserum, si turpe putas mihi nupta videri:
Me miserum, si te iam pudet esse meam.
Tempus vbi est illud, quo te iactare solebas
Coniuge? nec nomen dissimulare meum?
Tempus vbi est, quo te (nisi non vis illa referri)
Et dici (memini) iuuit & esse meam?
Vtque proba dignum est, omni tibi dote placebam.
Addebat veris multa fauentis amor.

MED. *Æstus*) calores. *Immensa*) longa. *Fessa*] lassa nimia volutatione. *Thebana*) Andromache, filia C Eetionis Thebarum in Sicilia regis. *Rapi*) trahi circum muros Troianos. *Ab axe Thessalico*) à curru Achillis Thessali, vt notum est. *Tua damna*) tua detrimenta, quæ pateris mea causa. *Exige*] trahe, duc. *Tempus triste*) tempus lugubre. id est, tristitiam tuã à me trahe. Aut certè dicit pro me etiam dole. *Egeritur*) euacuatur. *Atque vtinam lugenda tibi*) vtinam à te non lugenda D esset hæc vita mea infœlix propter exilium, sed mors. Quasi dicat: Mallē antea mortuus esse, quàm viuere tam miserè in hoc exilio. *Sed esset mors mea*) subaudi lugenda. *Morte fores*) Ordo est: Fores relicta sola mea morte, quasi dicat: Doleres tantùm tua mala, non mea. Vel certè (quod magis placet) subaudi, atque vtinam fores relicta sola mea morte, vt sit: Vtinam mortuus E fuissem te superstite. *Sola*] sine me: cuius causa assiduè doles. *Opertetus hoc*] hæc mea vita. Incipit autem enumerare commoda, quæ consecutus fuisset, si coniuge superstite extremum diem obiisset, antequam relegatus fuit. *Per te*] per tuas manus. *Lacrymæ piæ*] lacrymæ de me tuæ pietatem præ se ferentes. *Texissent digiti*] Solebant propinquiores mortuo- F rum oculos claudere. Docet etiam Plin. lib. 11. cap. 37. morientibus oculos operire, rursúsque in rogo patefacere, Quiritum magno ritu sacratum fuisse, ita more condito: vt neque ab homine supremum eos spectari fas esset, & cœlo non ostendi nefas. Vnde Procris apud Ouid. de Arte amandi ita alloquitur maritum Cephalum: Nunc nunc suspectam mihi spiritus exit in auram: Iam morior, chara lumina conde manu.

Et cinis] & busta mea. *In tumulo auito*] in sepul- K chro maiorum. *Haberet corpus*] haberet meum cadauer. *Tacta nascenti*) tacta à me primum nato. Tempus pro tempore.

Dum vixi sine crimine] dum nulla labe notari vita mea poturt ab Augusto. *Supplicio*) relegatione. *Me miserum*) Se infelicem appellat Poëta, si vxor erubescit habere maritum exulem. id autem fecit, vt prioris for- L tunæ commemoratione eam consoletur. *Iam pudet*] iam erubescis. *Coniuge*] me marito. *Nisi nõ vis illa referri*] Hoc est per parenthesim dictum. per illa autem intelligit, quæ sequuntur. *Amor fauentis*) amor plenus fauoris in me tui. *Addebat multa veris*) multa in me bona alia esse dicebat, præter ea quæ vera erant,

Nec quem præferres (ita res tibi magna videbar)
Quémve tuum malles esse, vir alter erat.
Nunc quoque ne pudeat, quòd sis mihi nupta tuúsque
Non debet dolor hinc, debet abesse pudor.
Cùm cecidit Capaneus subito temerarius ictu,
Non legis Euadnen erubuisse viro.
Nec quia rex mundi compescuit ignibus ignes,
Ipse suis Phaeton inficiandus erat.
Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,
Quòd precibus perijt ambitiosa suis.
Nec tibi, quòd sæuis ego sum Iouis ignibus ictus,
Purpureus molli fiat in ore pudor.
Sed magis in nostri curam consurge tuendi,
Exemplúmque mihi coniugis esto bonæ.
Materiámque tuis tristem virtutibus imple:
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Hectora quis nosset, fœlix si Troia fuisset?
Publica virtutis per mala facta via est.
Ars tua Tiphy iacet, si non sit in æquore fluctus:
Si valeant homines, ars tua Phœbe iacet.
Quæ latet, inque bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguitúrque malis.
Dat tibi nostra locum tituli fortuna, capútque
Conspicuum pietas quo tua tollat, habet.
Vtere temporibus, quorum nunc munere freta es,
Et patet in laudes area lata tuas.

MER. A *Non debet dolor hinc*] debes dolere, non erubescere. *Hinc*] quòd sis mihi nupta. *Cum cecidit Capaneus*) Capaneus fuit vnus ex septem regibus qui Thebas obsederunt, superbus & deorum contemptor: qui non côtentus vicisse homines, medius auditur in astris [prouocans scilicet Iouem ipsum, eóque inuito capturum Thebas se minitans.] quo scelere post di- B uersorum nominum indignationes in oppugnatione Thebani muri à Ioue ictus cecidit. Vnde Veget. de Re militari lib. 4. ita scribit: Sed qui scalis nituntur, frequenter periculum sustinent exemplo Capanei: à quo primùm oppugnatio scalarum perhibetur inuenta: qui tante vi occisus est à Thebanis, vt extinctus fulmine diceretur. *Nam*] an. *Euadnen*] Capanei C vxorem: de qua diximus abundè in enarratione eius versus Ouidii de Arte amandi, Accipe me Capaneu, cineres miscebimus, inquit Iphias, in medios desiluitque rogos. *Erubuisse viro*] [pro propter virum, vel viri casum.] quasi dicat, maritum etiam in aduersis amauit Euadne, quòd in eius rogum ardentem se nimio amore præcipitauit. *Quia rex mundi*] quia Iupiter. *Compescuit ignes*) sedauit Phaëthôtis incendium. *Ignibus*] fulmine. Nonnulli (vt scribit Diodorus) tum poetæ, tum historici tradunt, Phaethontem Solis filium, quum puer esset, pe- D tiisse à patre, vt vnicum diem solis currum regeret. illo assentiente, sumpto curru, quum frena regere nequiuisset, ab equis contempto puero, extra solitum cursum esse currum delatum. Et primò cœlum equorum errore incensum, circulúmque qui Galaxias dicitur, exinde factum. Deinde magnam combustam orbis partem. quare commotum Iouem, fulmine Phaethontem tradunt peremisse, solémque in pristinum redegisse cursum. Phaethontem in fontibus eius qui nunc est Padus, olim Eridanum dicebant, decidisse. eius mortem nymphas fleuisse sorores, dolorisque magnitudine mutata natura in populos fuisse conuersas. Fabulam etiam Ouidius in 2. Metam. elegantissimè scripsit. *Suis*) à Sole, Clymene matre, & Heliadibus sororibus. *Nec erat inficiandus*] nec erat negandus, esse ab illis ortus. non propterea, inquit, à suis negandus erat Phaethon, quòd à Ioue ictus est fulmine: imò etiam amplectendus in ruina. amore enim vel in in- G fortunio semper prosequimur quos amamus. *Nec Semele Cadmo*] nec Semelem Cadmus pater odio prosecutus est. *Suis precibus*] Iouem enim quocum rem habebat, precata est Semele, vt ad se veniret eo modo, quo se Iunoni videndum præbebat. quod quum obtinuisset, illico cum' eius domo conflagrauit. vt in tertio Metamorph. docet Ouidius. Colligit ergo exemplis Poeta, se H quoque non esse ab vxore deserendum in calamitate. *Sæuis ignibus*) sæuo fulmine, hoc est ira. *Iouis*) Augusti. *Purpureus pudor*) verecundia, quæ reddit hominem purpureum. cuius rei causam docuimus. *Tristem materiam*) materiam & casum meû tristitiæ plenum. quasi dicat, non lætam. nam inde nihil laudis assequerere. In tristi namque materia magis poterit I virtus tua elucescere. *Tuis virtutibus*] tuæ in maritum fide & pietate. *Per præceps iter*] per iter arduum, & è quo facile præcipitantur. *Hectora quis nosset felix si Troia fuisset? Publica virtutis per mala facta via est*) Exemplis probat virtutem in duris magis quàm in lætis rebus perspici posse. *Via virtutis*) via qua gradimur ad virtutem. *Est facta publica*) est facta communis. *Per mala*) per malorum seriem, & numerum. *Ars tua*) tua gubernandi ars. *Iacet*) nulla est, non cognoscitur. *Si non sit in æquore fluctus*) si in mari non sit tempestas. De Tiphy alibi diximus. *Si valeant homines*) si homines nullo morbo laborent. *Tua ars*] tua medendi scientia. *Quæ latet*) quæ latere solet, & non apparet. *In bonis rebus*] in secundis rebus. *Arguitúrque*] & comprobatur. *Malis*] in rebus aduersis. *Nostra fortuna*] mea calamitas. *Tituli*] laudis. *Capútque conspicuum*] Ordo est: K Et tua pietas habet quo tollat caput conspicuum. *Vtere temporibus*] vtere temporum occasione. *Freta es*] es adiuta, es sustentata. *Area magna*] magna materia, & campus. *Patet in tuas laudes*] patet in tuam gloriam.

E

IN QVARTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA IIII.

O Qui nominibus cùm sis generosus auorum,
Exuperas animi nobilitate genus.
Cuius inest animo patrij candoris imago:
Non careat neruis candor vt iste suis.
Cuius in ingenio patria facundia lingua,
Qua prior in Latio non fuit vlla foro.

MER. *O Qui nominibus*] Amicum laudat Poeta, exponítque Tomitani exilij incommoda: precatúrque eum latenter, vt ab Augusto mitius & paulo propinquius exi- F lium petat. quod facilè impetrari posse docet, quum magna sit ipsius clementia. Postremò narrat quemadmodum è locis non nimium longinquis fugerit Orestes cum Iphigenie sorore: ablata etiam inde Diana ad meliora loca. Quod si illi ea loca fugerint, non mirandum esse colligit si cupiat ipse quoque iisdem ventis abduci, quibus ablatus est Orestes. *Auorum*] maiorum. *Exuperas genus*) L vincis maiores. *Patrij candoris*] nitoris paterni. *Neruis*] viribus, vel corpore. vt sit sensus: Non cares proprio candore animi, nec patris splendore. *Vt*] quamuis. *In Latio foro*) in Romano foro. Messalinum autem hic poetam arbitrator designare. Nam idem de Ponto ita ad eum scribit: Nunc etiam eloquii nitor ille domesticus adsit, Qui poteras trepidis vtilis esse reis. Viuit enim in vobis facunda lingua parentis, Sit res hæredem repperit illa suum.

Quod minimè volui, positis pro nomine signis,
Dictus es, ignoscas laudibus ipse tuis.
Nil ego peccaui, tua te bona cognita produnt.
Si quod es, appares, culpa soluta mea est.
Nec tamen officium nostro tibi carmine factum
Principe tam iusto posse nocere puto.
Ipse pater patriæ (quid enim ciuilius illo?)
Sustinet in nostro carmine sæpe legi:
Nec prohibere potest, quia res est publica Cæsar:
Et de communi pars quoque nostra bono est.
Iuppiter ingenijs præbet sua numina vatum,
Séque celebrari quolibet ore sinit.
Causa tua exemplo superorum tuta duorum est,
Quorum hic aspicitur, creditur ille deus.
Vt non debuerim, tamen hoc ego crimen habebo:
Non fuit arbitrij littera nostra tui.
Nec noua, quòd tecum loquor, est iniuria nostra,
Incolumis cum quo sæpe locutus eram.
Quo vereare minus, ne sim tibi crimen amicus,
Inuidiam siqua est, autor habere potest.
Nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis,
(Hoc saltem noli dissimulare) pater.
Ingeniúmque meum (potes hoc meminisse) probabat:
Plus etiam quàm me iudice dignus eram.
Déque meis illo referebat versibus ore.
In quo pars magna nobilitatis erat.
Non igitur tibi nunc, quòd me domus ista recepit,
Sed prius autori sunt data verba tuo.
Nec data sūt (mihi crede) tamē, sed in omnibus actis,
Vltima si demas, vita tuenda mea est.
Hanc quoque, qua perij, culpam scelus esse negabis,
Si tanti series sit tibi nota mali.
Aut timor, aut error, nobis prius obfuit error.
At sine me fati non meminisse mei.
Néve retractando nondum coeuntia rumpe
Vulnera, vix illis proderit ipsa quies.
Ergo vt iure damus pœnas, sic abfuit omne
Peccato facinus, consiliúmque meo.

MAR. A *Positis signis*) positis aliis coniecturis, quibus cognosci poteris. *Pro nomine*) nominis loco. *Ignoscas tuis laudibus*) des veniam tuis laudibus, quæ vulgo notæ sunt. quasi dicat, laudibus tuis ascribas, si cognosceris signis supradictis. *Tua bona*] tuæ animi & fortunæ dotes. *Culpa soluta mea est*] culpa mea à me remota est. *Officium*] laus quam te affeci. B *Tam iusto principe*] tam iusto imperatore. *Ipse pater patriæ*) Scribit L. Florus Augustum ob ingentia facta Dictatorem perpetuum appellatum fuisse, & patrem patriæ tractatúmque etiam in senatu, an quia condidisset imperium, Romulus vocaretur: sed sanctius & reuerentius visum fuisse nomen Augusti, vt scilicet iam tum, dum terras coleret, ipso C nomine & titulo consecraretur. Scribit etiam Eutropius, Senatū præter id quòd antea patrem patriæ dixerat, templa tam Romæ quàm per vrbes celeberrimas ei consecrauisse. Id etiam melius ita docet Tranquil. Patris patriæ cognomen vniuersi repentino maximóque consensu detulerunt ei. Prima plebs legatione ei Antium missa. Dein D quod non recipiebat ineunti Romæ spectacula frequens & laureata. Mox in curia senatus, neque decreto, neq; acclamatione, sed per Valerium Messalam id mandantibus cunctis, Quod bonum, inquit, faustúmque sit tibi, domuíque tuæ, Cæsar Auguste (sic enim nos perpetuam fœlicitatem reipublicæ & lætam precari existimamus) Senatus te consentiens cum populo Romano consalutat patrem patriæ. Cui lacrymans respondit Augustus his verbis: Compos factus votorum meorum, patres conscripti, quid habeo aliud E deos immortales precari, quàm vt hunc consensum vestrum ad vltimum vitæ finem mihi perferre liceat? *Quid enim ciuilius illo*) quid est enim magis ciui accommodatum ipso Augusto? Ciuilitas enim hîc ponitur pro moderatione quadam ciui magis quàm imperatore conueniente. Vnde Lampridius scribit, nimiam ciuilitatem obiectam fuisse Alexandro imperatori. Fabius libro secundo scribit, Ciuilitatem à quibusdam indicatam fuisse rhetoricem. De Augusti autem ciuilitate legito Tranquillum. Ciuilius simpliciter accipe pro humanius, aut clementius. *Sustinet legi*) patitur de se scribi & ea legi. *Nec prohibere potest*) nec potest vetare quin à me & cæteris de eo scribatur. *Quia res est pub.*) quia est communis omnium imperator. quasi dicat res publica omnibus est communis, & ea licet vnicuique vti suo arbi F tratu. *Duorum superorum*) Iouis & Augusti. *Vt non debuerim*) quamuis non debuerim te prodere meo carmine. *Tamen hoc ego crimen habebo*] tamen hoc crimen celebrandi & prodendi te meo carmine, mihi ascribetur, non tibi. quasi dicat: Augustus hoc crimen meum esse dicet, non tuum: ideo non est verendum, vt hanc ob causam ille prosequatur te odio. *Non fuit arbitrij*] Assignat causā quare is, ad quē scribit, non sit subiturus Augusti odium, ob ea quæ scribit Ouidius. *Nec est noua*] nec nuper accidit. *Iniuria nostra*) iniuria qua ego te afficio scribendo quum id fieri nolles propter Augustum. Vel certè, nostra causa G loquendi tecum per literas. *Incolumis*) quum nondum essem relegatus. *Quo*] quam ob causam, quod tecum locutus sui incolumis. *Vereare minus*) minus timeas, quàm si vnquam fuissem tibi amicus. *Crimen*) criminatio. *Autor potest habere inuidiam*) ego Ouid. possū dici fuisse tibi detractionis criminis causa. *Si qua est*) si aliqua tibi contrahitur inuidia. H *Ab annis primis*) ab ipsa pueritia. *Probabat*) laudabat pater tuus. *Plus etiā*] subaudi, probabat ingenium meum. *Quam etiā dignus*) quàm merebar. *Me iudice*) me etiā iudicante ingenium meū nō esse quantum illi apparebat. *Pars magna nobilitatis*) Partem magnæ nobilitatis intelligit eloquentiam, quæ inter cæteras Messalini nobilitatem erat magna pars. *Non igitur* I *tibi nunc*] subaudi, data sunt verba quasi dicat, non tibi in præsentia notus sum: sed multo antè patri tuo. *Quod me domus ista recepit*] Quamquam quod scilicet nō darem verba, sed rem: familia vestra me facturum promisit id quod superius designauit eo versu, Ingeniúmque meum, & reliqua. *Sunt data verba*] dedit verba, non rem, quemadmodum K pater tuus existimabat. credebat enim me ingenio ad summum dignitatis gradum peruenturum, quum in præsentia eiectus sim in exilium præter eius opinionem. Est autem dare verba, vt Donatus scribit, decipere eum, qui quum rem expectet, nihil inuenit præter verba. Terentius: Et nihil se dedisse verborum. & alibi: Cui verba dare difficile est. Sunt qui faciunt hunc sensum: Non igitur dedi tibi nunc verba. hoc est, non nunc scripsi, & allocutus sum te, quòd me primum norit familia tua. Plerique legunt, non quod, sed quo. vt sit ordo: Verba igitur non sunt data tibi nunc, sed prius sunt data tuo autori, quo tempore domus ista me recepit: vt illud primum, dare verba, pro alloqui ponatur: posterius verò, pro decipere. *Autori tuo*] patri tuo. *Nec tamen sunt data*] Quamuis dixerim me patri L tuo verba dedisse, ne credas tamen me dixisse quòd eū deceperim, quòd exilii nota affectus sim: quod videtur esse alienū ab eo quod ille de me senserat. *Sed in omnibus actis, Vltima si demas*] sed vitā meā probabis, & intelliges me nō dedisse verba si totius vitæ meæ cursum potius quàm finē inspexeris. *Vltima si demas*] si excipias causam exilii mei. *Est tuenda*] defendi potest. *Tanti mali*] tanti erroris. *Aut timor*] quia non ausus sui defendere me contra Augustum. *Sine*] permitte, concede. *Retractando*] renouando. Est enim metaphora à vulneribus sumpta, quæ occlusa tactu renouantur. *Nondum coeuntia*] nondum consolidata & occlusa. *Ipsa quies*] ipsum ocium, nedum retractatio. *Sic abfuit*] sic procul fuit. *Consiliúmque*) & deliberatio.

Idq́ Deus sentis, pro quo nec lumen ademptum est,
Nec mihi detractas possidet alter opes.
Forsitan hanc ipsam, viuat modò, finiet olim,
Tempore cùm fuerit lenior ira, fugam.
Nunc precor hinc aliò iubeat discedere, si non
Nostra verecundo vota pudore carent.
Mitius exilium, pauloque propinquius oro,
Quique sit à sæuo longius hoste locum.
Tantáque in Augusto est clementia, si quis ab illo
Hæc peteret pro me, forsitan ille daret.
Frigida me cohibent Euxini littora ponti:
Dictus ab antiquis Euxenus ille fuit.
Nam neque iactantur moderatis æquora ventis,
Nec placidos portus hospita nauis habet.
Sunt circà gentes quæ prædam sanguine quærunt,
Nec minus infida terra timetur aqua.
Illi, quos audis hominum gaudere cruore,
Pene sub eiusdem sydereis igne iacent.
Nec procul à nobis locus est vbi Taurica dira
Cæde pharetratæ spargitur ara deæ.
Hæc prius (vt memorant) non inuidiosa nefandis,
Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.
Hîc pro supposita virgo Pelopeia cerua
Sacra deæ coluit qualiacunque suæ.
Quò postquam, dubium est, pius an sceleratus, Orestes

Idque deus sentis] me scilicet culpa carere. Deú autem, vel re vera deum ipsum, vel Augustum intelligit. *Pro quo*] pro qua re quod culpa careo. *Lumen*] vita. *Opes detractas mihi*] opes mihi ademptas: vt exulibus fieri solet. *Viuat modò*] modò non moriatur. *Hanc ipsam fugam*] hanc meam relegationem. *Hinc aliò iubeat discedere*] Mitiorē exilii locum precatur. *Paulo propinquius*] paulo propinquius Romanæ vrbi. *Tantaque in Augusto est clementia*] Clementia (docente Cicerone) est per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. est ea pars temperantiæ. Et (autore Seneca) omnibus quidem hominibus secundum naturam, maximè tamen decora imperatoribus, quanto plus habet apud illos, quod seruet, tanto in maiore materia apparet. Sunt qui clementiam diffiniendo dicant esse inclinationem animi ad lenitatem in pœna exigenda. Clementiæ autem crudelitas opponitur. De Augusti verò clementia lege Tranquillum. *Si quis ab illo*] Verecundè petit à Messalino, vt ab Augusto propinquius exilium petat. *Dictus ab antiquis Euxinus*] Legendum est Axenus. Nam pontus Euxinus (autore Plinio, vt alibi etiam diximus) ab inhospitali feritate Axenos dictus fuit. De eo hæc Pomponius: Hic iam sese ingens Pontus aperit, nisi qua promontoria sunt huc atque illuc rectóque limite extentus, sinuatus cætera. Sed quia contra minus quàm ad læuam & dextram abscessit, mollibúsque fastigiis, donec angustos vtrinque angulos faciat, inflectitur ad formam Scythici arcus maximè incuruus, breuis, atrox, nebulosus, raris stationibus, non molli neque arenoso circumdatur littore, vicinus aquilonibus: & quia non profundus est, fluctuosus, atque feruens, olim excolentium sæuo admodum ingenio, Axenus: pòst commercio aliarum gentium, mollius aliquantum moribus, dictus Euxinus. *Nec placidos portus*] nec tutos portus. Superius poeta Euxinum orbum portubus appellauit. & nos de eo multa diximus, & de accolarum immanitate Scytharum hospites immolare solitorum, vescentiúmque humanis carnibus, in calce Elegiæ primi libri. *Fida aqua*] Aut hoc dicit propter maris illius procellas, aut quia à Scythis nauibus infestatur. *Hominum gaudere cruore*] vesci humanis carnibus. hi autem appellati fuere * Androphagi, id est virorum carne vescentes. Potes etiam intelligere Scythas, quos Herodotus libro quarto scribit eius viri sanguinem potare, quem primùm in bello cepit. *Penè sub igne eiusdem sideris*] penè sub eodem climate, & tractu, seu plaga cœli, qua ego sum. *Vbi Taurica*] vbi regio illa crudelis, de qua Herodotus libro quarto ita scribit: ab Istro hæc iam vetus Scythia est ad meridiem versus austrum proposita vsque ad vrbem Carcinitidem. Eiusdem deinceps quod ad mare fert montosæ regionis, & in Pontum porrectum incolit gens Taurica Chersoneso tenus, nomine Trachea, id est aspera: hæc ad mare pertingit, quod ad ventum Subsolanum vergit. Sunt autem finium Scythiæ partes duæ ferentes ad mare ulterius ad meridianum, altera ad orientale, ad modum Atticæ regionis: sic enim hanc partem Scythiæ Tauri incolunt: vt si Atticæ iugum Suniacum alia gens, non Atheniensis incoleret, quòd à Tribu Thorica vsq; ad Anaphlystum magis in Pōtum porrigitur promontorium. Talis est (vt parua cum magnis comparem) Taurica regio. Qui autem non est hanc Atticæ partem prætervectus, huic alio modo planum faciam: vt si Iapygiam, non Iapyges, sed alia gens teneat, incipiénsque a Brundusio vsque Tarentum, promontorium illud incoleret. Tauri autem virgini naufragos immolant, & quoscunque Græcos illuc delatos, hoc modo: postquam preces peregerunt, hominis caput claua feriunt. Truncum eius quidam aiunt perturbari è rupe: nam in rupe prærupta templum est eorum situm: cruci affigunt caput. Quidam de capite suffigendo consentiunt. sed truncum è præcipitio deiici negant, sed humo contegi dicunt. Dæmonem, cui immolant ipsi Tauri, aiunt Iphigeniam Agamēnonis filiam. [Verba Herodoti quoniam hic pracè translata citantur, Græca sunt hæc: [illegible] Et paulo post: [illegible] &c.) *Nec procul a nobis*] nec longè a Tomitana vrbe. *Cæde*) morte hospitum. *Deæ pharetratæ*] Deæ Dianæ, quæ tanquam venationis dea sagittis vtitur. Ea nata est in Creta ex Ioue, & Charmide Eubuli Cereris filii. Hæc retia ad venandum inuenit, ex quo & Dictynna est cognominata. Colebatur autem circa Ephesum, Pontum, Persidem, & Cretam: vnde Ephesia, Ctesia, Tauropola, ac Persea.

Non inuidiosa nefandis] non odiosa sceleſtis hominibus. *Nec cupienda bonis*] nec etiam optanda ab hominibus bene institutis. *Hic*] in Taurica regione. *Virgo Pelopeia*] Iphigenia, filia Agamemnonis, ex Pelopis genere. Tres autem filias Agamemnonem habuisse, docet Homerus: Chrysothemin, Laodicen, & Iphianassem. Ouidius in Fastis: Quod semel est triplici pro virgine cæsa Dianæ, Nunc quoque pro nulla virgine cæsa datur.

Pro supposita cerua] pro cerua, quam loco Iphigeniæ subiecit Diana, vt docet Seruius in enarratione eius versus, Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa. Illud notandum, Iphigeniam proferri penultima longa. eadem etiam Iphianassa dicta fuit. Lucretius: Aulide quo pacto Triuiai id virginis aram Iphianassæo turparunt sanguine fœdè Ductores Danaûm. *Pius an sceleratus*] quia & patrem vltus fuit, & matrem cædis autorem interfecit. Vnde quum Areopagitarum iudicium subiisset, variatis hominum sententiis, non solùm diuina, sed etiam deæ sapientissimæ sententia absolutus fuit, vt docet Cicero in oratione pro Milone. Illud sciendum, in Areopago Martem primum causam

cædis dixisse. Allirrhothium enim Neptuni filium interfecit, ob violatam ab illo Alcippen eius filiam. postea ibidem de Oreste ob matris necem iudicatum fuit. Autor Pausanias. Idem scribit, Areopagum à Marte ob causam prædictam appellatum. Ares enim Græcè, Mars dicitur: & Pagus, villa, vnde Areopagitæ fuere curialesque Athenarum. Ibi dicunt Martem homicidij reum, iudicantibus duodecim dijs, sex sententijs absolutum esse. Nam vbi paris numeri sententiæ fuissent, præponi absolutio damnationi solebat. Areopagum tamen Varro ab Arenpago nomen accepisse putat, ua de maiestate deorum indignum aliquid sentiat, vt Augustinus in libro decimooctauo de Ciuitate dei docet.

Exactus] electus: vexatus post matris cædem. *Phocæum*] Pylades, ex Phocide regione, filius Strophij. *Qui*] Pylades & Orestes. *Ad aram*] ad Dianæ Tauricæ altare: vt de more deæ sacrificarentur.

Barbara vitta] vitta qua vinciebantur eorum capita, qui deo alicui immolabantur. Vergilius, Et circum tempora vittæ. *Graias comas*] crines Pyladis, & Orestis, qui Græci erant. *Vice sermonis*] vicissitudine loquendi. *Fratrem*] Orestem. *Cognouit*] ipsa Iphigenia. *Signum deæ*] Dianæ simulacrum. *In meliora*] Ariciam enim deam attulit, vt docet Seruius in lo-

Exactus furijs venerat ipse suis:
Et comes exemplum veri Phocæus amoris,
Qui duo corporibus, mentibus vnus erant.
Protinus euincti tristem ducuntur ad aram,
Quæ stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illũ:
Alter ab alterius funere mœstus erat.
Et iam constiterat stricto mucrone sacerdos,
Cinxerat & Graias barbara vitta comas:
Cùm vice sermonis fratrem cognouit, & illi
Pro nece complexus Iphigenia dedit.
Læta Dea signum crudelia sacra perosa
Transtulit ex illis in meliora locis.
Hæc igitur regio magni penè vltima mundi,
Quam fugêre homines, Dijque, propinqua mihi est.
Atque meam terram prope sunt funebria sacra,
Si modò Nasoni barbara terra sua est.
O vtinam venti quibus est ablatus Orestes,
Placato referant & mea vela deo.

ꝙ suprà assignato. [Vel vt, Euripides & cæteri, Brautonem, quod vetus oppidum Atticæ fuit. Vide Fab. Eurip. quæ Inscribitur Iphigen. in vulgus] *Homines*] Pylades, Orestes, & Iphigenia,

Dijque] ipsa Diana. *Prope meam terram*] prope Tomitanam vrbẽ.

Placato deo] placato Augusto.

IN QVINTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA V.

O *Mihi dilectos*] Amicum laudat Poëta, eúmque monet, vt constanter munus amicitiæ exequatur, eique apud Augustum opem ferat. Ostendit deinde multis exemplis, tempore omnia molliri præter eius curas: siquidem duos annos egit exul, nec potuit vnquam malis assuescere. imò illi omnia in dies tristiora videri præter aliorum consuetudinem, qui varijs malis exercitati, tandem incipiunt callere, & obdurescere. Postremò ex incommodorum multiplici genere ostendit se ita deficere, vt non diu credat se superuicturum tantis malis, quam rem dicit sibi solatio relictam esse. *Dilectos mihi*] à me amatos. *Vnica ara*] solum refugium. *Infusa Pallade*] oleo infuso. Posuit autem deam, olei inuentricem, pro ipso oleo, more poëtarũ. Quomodo autem oleam inuenerit Pallas, docet Ouid. lib. 6 Met. ac etiam Seruius. Vergilius: Oleæque Minerua inuentrix. Scribit etiam Diodor. lib. 6. quòd Palladi olearum oleique educendi inuentionem tribuunt. Nam

O Mihi dilectos inter pars prima sodales,
Vnica fortunis ara reperta meis,
Cuius ab alloquijs anima hæc moribunda reuixit,
Vt vigil infusa Pallade flamma solet.
Qui veritus non es portus aperire fideles,
Fulmine percussæ confugiúmque rati,
Cuius eram censu non me sensurus egentem,
Si Cæsar patrias eripuisset opes.
Temporis oblitum dum me trahit impetus huius,
Excidit heu nomen quàm mihi penè tuum.
Tu tamen agnoscis, tactúsque cupidine laudis
Ille ego sum, cuperes dicere posse palàm.
Certè ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,
Et raram famæ conciliare fidem.
Ne noceam grato vereor tibi carmine, néve
Intempestiuus nominis obstet honor.
Quod licet, & tutum est, intra tua pectora gaude,
Méque tui memorem, téque fuisse pium.
Vtque facis remis ad opem luctare ferendam,
Dum veniat placido mollior aura deo.
Et tutare caput nulli seruabile, si non
Qui mersit, Stygia subleuet illud aqua.
Téque (quod est rarum) præsta constanter ad omne
Indeclinatæ munus amicitiæ.
Sic tua processus habeat fortuna perennes,
Sic ope non egeas ipse, iuuésque tuos.

unde huius deæ ortum, extat hæc arbor cum alijs syluestribus immista: olei que vsus aberat, quum esset incognita. Diodorus tamen in primo scribit, Oleæ plantam ab Osiride, non à Minerua, quemadmodum Græci dicunt, repertam. *Portus fideles*] amicitiæ munera & confugium. *Rati percussæ fulmine*] mihi telis & ira Cæsaris prostrato. *Cuius censu*] cuius opibus. *Patrias opes*] patrimonium meum. *Huius temporis*] huius mei infortunij. *Impetus*] ardor quidam scribendi. Ouid. in Fast. Scimus, & ad nostras tùm se tulit impet⁹ artes. *Penè mihi excidit*] quasi editũ est in meo carmine. *Raram fidem*] fidem erga me tuam, quæ raro in alijs reperitur. *Conciliare famæ*] immortalitati consecrare. *Nominis*] vt nomen tuum edam. *Dum*] donec. *Aura*] fauor. *Deo*] Augusto,

Amicitiæ indeclinatæ] amicitiæ non imminutæ, sed firmæ. *Processus perennes*] cõtinuos progressus. *Ope*] Cuiusquam auxilio.

Sic aquet tuanupta virum bonitate perenni.
Incidat & vestro rara querela toro.
Diligat & semper socius te sanguinis illo
Quo pius affectu Castora frater amat.
Sic iuuenis, similisque tibi sit natus, & illum
Moribus agnoscat quilibet esse tuum.
Sic socerum faciat tæda te nata iugali,
Nec tardè iuueni det tibi nomen aui.
Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri,
Præbet & incuruo colla premenda iugo.
Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorum compescitur ira leonum,
Nec feritas animo quæ fuit antè, manet.
Quæque sui iussis obtemperat Inda magistri
Bellua, seruitium tempore victa subit.
Tempus vt extentis tumeat facit vua racemis,
Vixque merum capiant grana, quod intus habent.
Tempus & in canas semen producit aristas:
Et ne sint tristi poma sapore, facit.
Hoc tenuat dentem terram renouantis aratri,
Hoc rigidos silices, hoc adamanta terit.
Hoc etiam sæuas paulatim mitigat iras,
Hoc minuit luctus, mœstáque corda leuat.
Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,
Præterquam curas attenuare meas.
Vt patria careo, bis frugibus area trita est,
Dissiluit nudo pressa bis vua pede.
Nec quæsita tamen spacio patientia longo est,
Mênsque mali sensum nostra recentis habet.
Scilicet & veteres fugiunt iuga sæpe iuuenci,
Et domitus freno sæpe repugnat equus.

MER. A *Virum*] te maritum. *Socius sanguinis*] frater tuus. *Frater*] Pollux. Sanè Tyndarus, Aphareus, Icarus, & Leucippus, filij fuere Perieris, & Gorgophones. Ex Aphareo et Arene, nati sunt Lynceus & Idas: ex Leucippo et Philodoce, Phœbe & Ilaira filiæ, quas pactas coniugio Idæ et Lynceo fratribus, à Castore & Polluce raptas scribit Ouidius lib 5. Fast quam B ob causam orta inter eos pugna, Castor, qui mortalis erat, occiditur. Lynceum verò Pollux interemit. Sed quum postea Idas in Pollucē irrueret, à Ioue fulmine ictus, exanimatúsq;, dextra semper hastam tenuit Et quū Iupiter cœlū Polluci daturus esset, eius precibus factum est, vt sex mēsibus Castor in cœlo esset, totidem Pollux: dicēte Ouidio: Iāmque tibi Pollux C cœlum sublime patebat, Quū mea, dixisti, percipe verba pater: Quod mihi das vni, cœlum partire duobus: Dimidium toto munere maius erit. Quod ideo fingitur, quia earum stellę ita se habēt, vt occidente vna, oriatur altera. vel quia alternis diebus luceant: vel quia per geminos vnum atque eundem solem significamus (vt ait Macrobius) modò in ima de D scendentem, modò in summam altitudinem resurgentem. Hyginus scribit Castorem & Pollucem omnium fratrum inter se amantissimos fuisse: quòd neque de principatu contenderunt, neque vllam rem sine communi consilio gesserunt: pro quibus officiis eos Iupiter inter notissima sidera constituisse existimatur. Neptunus quoque pari consilio remunerauit. nam equos his quibus vtebantur, donauit, & dedit potestatem naufragis saluti esse. Non desunt tamen qui dicant Castorem fuisse occisum eo tempore, quo Lacedæmones cum Atheniensibus bellum gesserunt. Alij autem, quum oppugnarent Spartam Lynceus & Idas, ibi perisse dixerunt. Pollucem sic Homerus concessisse fratri dimidiam vi E tam: itaque alternis diebus eorum quemque lucere. Hæc Hyginus. Illud notandum, Geminorum sidera constare stellis 18. & quum se ostendunt nautis laborantibus, spem salutis præbent, autore Porphyrione. At econtra Helenæ sidus dicitur esse infœlix, ac dirum. De his ita Plinius scribit: Vidi nocturnis militum vigilijs inhærere pilis pro vallo, fulgorem effigie ea: & antennis nauigantium, alijsque nauium partibus ceu vocali quodam sono insistunt; vt volucres, sedem ex sede mutantes. Graues quum solitariæ venêre, mergentésque nauigia: & si in carinæ ima deciderint, exurentes. Geminæ autem salutares, & prosperi cursus prænunciæ: quarum aduentu fugari diram illam, ac minacem, appellatámque Helenam ferunt: & ob id Polluci & Castori id numen assignant, eósque in mari deos in F uocant. hominum quoque capita vespertinis horis magno præsagio circumfulgent. Omnia incerta ratione & in naturæ maiestate abdita. Propertius: Quam sic ignotis circundata littora syluis Cernere, & optatos quærere Tyndaridas. Horat. Sic fratres Helenæ lucida sidera. Martial. Et gestum nautis sidus fulgere Laconum. & Catullus: Hic velut in nigro iactatis turbine

nautis Leniter aspirans aura secunda venit, Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata. & Seneca. in 1. Nat. quæst. ita scribit: In magna tempestate apparent quasi stellæ velo insidentes. adiuuari se tunc periclitantes G existimant, Pollucis & Castoris numine. Causa autem melioris spei est, quòd iam apparet frangi tempestatem, & desinere ventos: aliquando feruntur ignes, non sedent. Gylippo Syracusas petenti visa est stella super ipsam lāceam constitisse: in Romanorum castris visa sunt ardere pila, ignibus scilicet in illa delapsis, qui sæpe fulminum modo animalia ferire solent, & arbusta: & si minore vi mittuntur, defluunt tantum M & insidunt, non feriunt, nec vulnerant. *Nomen aui*] Optat etiam vt filia pariat sibi nepotem eo adhuc iuuene. *Aratri ruricolæ*] aratri colentis rus. Quòd autem tauri & equi tempore domentur, docet etiam In Arte amandi Ouidius, quum ait: Tempore difficiles veniunt ad aratra I iuuenci, Tempore lenta pati frena docentur equi. *Lentis*) flexilibus. *Duros lupos*] dura frena. Lupata autem intelligit. Est enim lupatum, frenum asperum, dictum (autore Seruio) à lupinis dentibus, qui inæquales sunt. Virgilius: Et duris parere lupatis. Et Martialis: Mordent aurea quòd lupata cerui. *Leonum Pœnorum*] Inter leones Africani sunt ferociores. Eorum (autore Plinio) duo sunt genera: compactile, & breue crispioribus iubis: hos pauidiores esse dicunt, quàm longo simplicique villo, eósque contem- K ptores vulnerum: grauem habent odorem, nec minus halitum. (Martialis: Non ab amore recens hircus, non ora leonis) rari in potu: vescuntur alternis diebus. Leoni tantùm ex feris clementia in supplices: prostratis parcit. quod docuit superius Ouidius eo versu, Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni. Pugna suum finem, quum iacet hostis, habet. Hoc tale támque sæuum animal rotarum orbes circumacti, currúsque inanes, & gallinaceorum cristæ, cantúsque etiam magis terrent, sed maximè ignes. Primus Romæ leones ad currum iunxit M. Anton. & quidem ciuili bello, quum dimicatum esset in Pharsalicis campis. Nam quod ita vectus est cum Mima Citheride, supra monstra etiam illarum calamitatum fuit. Leones autem domari & mansuefieri, vt hîc ostendit Ouidius, docet etiam Plinius, scribens Hannonem è clarissimis Pœ- L norum primum leonem manu tractare ausum, & mansuefactum ostendere. Mox eundem damnatum illo argumento, quoniam nihil non persuasurus vir tam artificis ingenij videbatur: & malè credi libertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas. Tibullus: Longa dies homini docuit parere leones. Herodotus lib. 3. est autor, leænas inter omnem vitam semel parere, eóq; vno partu nunquam edere plures quàm vnū. nam vnà cum fœtu eas vterum emittere opinatur. cuius rei causam hanc esse dicit, quòd catulus vbi moueri in vtero incipit, quū habeat vngues longè acutissimos ex omnib. feris vterum lacerat: augescénsq; magis ac magis vngues imprimēdo exulcerat, ita vt ad postremū dum partus adest, nihil vteri relinquatur incolume. Hanc opinionē

refellit

A refellit Aristot. libro de Historia animalium 6 docétque leænam coire, & parere non omni tempore: singulis tamen annis vere parere, & magna ex parte geminos: sed quum plurimos, sex catulos, nonnunquam etiam vnum. Rarum hoc animal est, nec multis nascitur locis: sed Europæ totius ea parte solum, quæ inter Acheloum & Nestū amnem est. Leones terræ Syriæ quinquies inter omnem vitam pariunt: primùm quinque, pòst verò subinde pauciores: deinde steriles degunt. Caret leæna iuba: maris hæc propria est. Homerus quoque multis in locis ostendit, leones plures gignere, atque educare catulos. Leonum genera tria esse scribit Solin. Quidam enim sunt breuiores, & iubis crispi: quos plerunque ignauos & imbelles esse docet. Alij sunt longiores, & coma simplici, acres magis ac potentes. Tertium facit genus eorum, quos creāt pardi: remanent illi quidem in

B plebe, iubarum inopes. *Inda bellua*] Elephantem dicit, qui paulatim magistris parère consueuerunt. nam regem adorabant, genua submittebant, coronas porrigebant, funibus subibant. Domantur autem rabidi fame & verberibus, elephantis aliis admotis, qui tumultuantem catenis coerceant. Domiti militant, & turres armorum in hostes ferunt: magnáque ex parte orientis bella conficiunt, prosternunt acies, proterunt armatos. Elephanti Afri Indicos pauent, nec contueri audent: nam & maior Indicis magnitudo est. Terrestrium autem animalium maximus est Elephas, proximúsque humanis sensib. id animal fert Africa vltra Syrticas solitudines. & in Mauritania ferunt Æthiopes & Troglodytæ: sed maximos India. Decem annis gestare in vtero, vulgus existimat. Aristoteles biennio, nec amplius quàm singulos semel gignere: plurésque viuere 200. annis, & quos-

C dam 300. Deuorant & lapides. Mures omnium animalium maximè odere. Durissimum dorso tergus, ventrem molles: setarum nullum tegumentum: tædio muscarum infestantur. Sed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti recepere examina, arctatis in rugas repentè cancellis comprehensas enecant. Sunt autem cancelli, ligna subtilia, vel alia similia in transuersum facta in modum retis: ad quorum similitudinem elephantis cutis cancellata appellatur. De elephantis natura plura legito apud Aristotelem, Plinium, Diodorum, ac etiam Solinum. *Racemis extentis*] racemis longis & exporrectis. *Vix capiant merum*) vix teneant vinum quod est in ipsis granis. *Tempus & in canas*) Tempore etiam frumenta nascuntur, & ad maturitatem perueniunt. *Tristi sapore*) sapore amaro: quia maturescunt, & fiunt dulcia. *Tenuat dentem aratri*) attenuat vomer. *Renouantis terram*) terram iterum proscindentis. *Sanat iras*) Tempore etiam ira mitigatur.

G *Igitur*) quando ita est, quòd tempore omnia fiant. *Tacito pede*) sensim. *Vt patria careo*) posteaquam relegatus sum ab Augusto. *Bis frugibus &c.*] Per duas messes, totidémque vindemias Poeta duos annos elegantissimè designat. *Dissiluit*) fallendo egressa est. *Longo spatio*] longo tempore. *Patientia*) vt æquo animo ferrem relegationem meam. *Habet sensum recentis mali*) sentit mala perinde ac recentia, & non duorum annorum. *Scilicet & Vet.*) Dicit malum vetus sibi ita recens videri, quemadmodum iugum plerumque & frenum iuuencis & equis, qui quamuis diu illis assueti fuerint, tamen tanquam nouam molestiam plerumque reiiciunt.

MICYL. *Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri*) Hæc quæ sequuntur, apud alios, à superioribus diuisa ac separata leguntur:

H vt ab hoc loco noua, & quæ ordine sexta sit, elegia incipiat. Nec malè omnino, vt mea fert sententia. Nam & sententia alia à superiore est: & cùm hæc querelam miseriæ suæ contineat, illa autem impetitionem, hæc promiscuè ad omnes amicos siue lectores, illa ad solum eum, cuius nomen ex circumstantiis describit, pertinere videtur. Constat autem tota siue elegia hæc, siue pars quæ sequitur, antithesi quadam, suarum & aliarum miseriarum. Nam cùm cæteræ miseriæ, ac difficultates omnes, tempore emollescant, solas suas miserias, suáque mala, inquit, non tantum non mollescere, sed magis ac magis quotidie ingrauescere. propterea quod ipsa mala, quanta sint, in dies magis ac plenius à se intelligantur, & animus ad toleranda ea quotidie infirmior ac minor sibi fiat. Itaque nullum aliud restare remedium, nisi vt quàm citissimè moriatur.

Tristior est etiam præsens ærumna priore:
Vt sit enim sibi par, creuit, & aucta mora est.
Nec tam nota mihi, quàm sunt, mala nostra fuerunt:
Sed magis hæc quæ sunt cognitiora, grauant.
Est quoque non minimum, vires afferre recentes,
Nec præconsumptum temporis esse malis.
Fortior in fulua nouus est luctator arena,
Quàm cui sunt tarda brachia fessa mora.
Integer est melior nitidis gladiator arenis,
Quàm cui tela suo sanguine tincta rubent.
Fert bene præcipites nauis modo facta procellas:
Quamlibet exiguo soluitur imbre vetus.
Nos quoque quæ ferimus, tulimus patientius antè,
Quæ mala sunt longa multiplicata die.
Credite, deficio, nostróque à corpore (quantum
Auguror) accedunt tempora parua malis.
Nam neque sunt vires, nec qui color esse solebat:
Vix habeo tenuem, quæ tegat ossa, cutem.
Corpore sed mens est ægro magis ægra, malique
In circunspectu stat sine fine sui.
Vrbis abest facies, absunt mea cura, sodales,
Et qua nulla mihi charior vxor abest.
Vulgus adest Scythicum, brachatáque turba Getarū:
Sic me quæ video, non videóque, mouent.
Vna tamen spes est, quæ me solatur in istis,
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

MRA. *Præsens ærumna*) præsens malum & infortunium. *Priore*) Priorem ærumnam eam intelligit, qua primò relegatus fuit. *Vt sit enim sibi par*) Quamuis & præsens

D & prior ærumna idem malum attulerint, in hoc tamen differunt, quod præsens tempus diuturnitate magis aucta, maiorem etiam attulit dolorem. *Quàm sunt*] subaudi nota. *Magis grauant*, maiori me afficiunt molestia. *Quæ sunt cognitiora*) quo sunt magis probata. *Est quoque &c.*] Ostendit Ouidius, nouum dolorem minus nocere, quàm veterem. *Vires*

E *afferre recentes*) Ille dicitur afferre vires recentes alicui malo, cùm is primùm & nunquam antea læsus, afficitur aliqua insigni clade. quod melius sequenti versu declarat. *Præconsumptum*) aliquem antè consumptum & affectum. *Malis temporis*) malis vetustatis. *Fortior in fulua*) Exemplis arguit, multo magis grauare mala vetera, quàm re-

F centia. *Luctator*) qui lucta ludit, & palæstra. Fuere autem tria athleticæ certamina, in quibus certabant corporibus suis cursores, pugiles, & luctatores, vt Homerus in Patrocli funere declarat. Inducit autem Nestorem ita Achilli respondentem: Vici enim Oenopi filium Clitomedem pugnis, Ancheum Pleuronium lucta, fortem Iphiclum pedum velocitate. Quomodo autem

I palæstra luderent, docet Homerus his verbis: Tum magnus Aiax Telamonius, & Vlysses, vir summa prudentia præditus, prodiere, manúsque validas conseruere, vt bonus architectus tigna in alta domo, ventorum impetus cauens, humeri validis manibus acti concrepare, sudor defluere toto corpore per latera & humeros, vibices sanguine rubescere, victoriæ pro fabricato tripode o-

K mni cura incumbere, neque alter alterum loco mouere, aut sternere poterat. Sed quum iam Achiuos moræ tæderet, prior Aiax Telamonius, Generose, inquit, & sapientissime Vlysses, vel tu me, vel ego te tollam, reliquum Ioui curæ erit. Sic dicens, eum sustulit. At Vlysses haud doli oblitus, ponè percussis eius poplitibus, nutātibus genibus, resupinū strauit, i-

L pse in os pronus incubuit. Luctæ etiam meminit Iuuenalis, quum inquit: Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. *Nouus*) non antea fatigatus. *Tarda mora*) Diu enim in pugna morantes athletæ, pigriores redduntur, quàm qui noui in pugnam descendunt. *Nitidis arenis*] in campo arena strato. De gladiatoribus cùm alibi multa, tum in primis in enarratione eius versus ex primo de Arte amandi, Sparsáque sollicito tristia arena foro. *Quàm cui tela suo sanguine tincta rubent*) quàm ille qui vulneratus, fessus est.

Pracipites) celeres, aut omnes præcipitantes. *Vetus*) cariosa. *Nostróque à corpore*) Ordo est: Et à nostro corpore paruo tempora accedunt, id est, adduntur malis. *Quantum auguror*] hoc est, corpus meum (quantum augurari possum) non longo tempore malis cruciabitur, quia citò moriar. *In circumspectu*] in consideratione. *Vrbis abest facies*] Incōmoda enumerat, quibus se tristari ostendit. *Bracataque turba Getarum*] De bracchia, quibus vtebantur Getæ, abundè diximus suprà. *Quæ video*] Barbaros & Scythas intelligit. *Non videóque*) Vrbem, sodales, & vxorem accipe. *Monent*) sollicitant.

IN SEXTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA VI.

Bis me sol adiit gelida post frigora bruma,
Bisque suum tacto Pisce peregit iter.
Tempore tam longo cur non tua dextera versus
Quamlibet in paucos officiosa fuit?
Cur tua cessauit pietas, scribentibus illis,
Exiguus nobis cum quibus vsus erat?
Cur quoties alicui charta dum vincula dempsi,
Illam speraui nomen habere tuum?
Di faciant, vt sæpe tua sit epistola dextra
Scripta, sed è multis reddita nulla mihi.
Quod precor, esse liquet. credam prius ora Medusæ
Gorgonis anguineis cincta fuisse comis.
Esse canes vtero sub virginis, esse Chimæram,
A truce quæ flammis separat angue leam.
Quadrupedésque homines cū pectore pectora iunctos,

BIs me sol adiit] Miratur Poeta, quòd biennio iam exacto, nullas ab amico acceperit literas: quum hi præsertim ad eum scripserint, quibuscum amicitiæ vsus non fuerat tam probatus. Subiungit tamen malle se omnia credere, quàm illū nullas ad eum dedisse literas, quas interceptas fuisse existimat. Admonet postremò, vt ad eum scribat, ne semper excusandus sit. *Bis me sol adiit*] Tempus (vt antea etiam diximus) à bruma ad brumam, dum sol redit, vocatur annus. Bruma autem à breuitate dierum, nomen accepit, vt est autor Pompeius: quia sol velut senio confectus, & ad Capricornum atque inferiores delapsus circulos, ad altiores incipit remeare, & quasi renasci. Vnde sol nouus propriè dicitur (vt docet Seruius) octauo calendas Ianuarii. Idem etiam ita refert Ouidius in Fastis: Bruma noui prima est, veterisque nouissima solis, Principium capiunt Phœbus & annus idem. *Bisque suum tacto Pisce*] Hoc dicit, quia sol à Capricorno, Aquario, & Piscibus hyemem transigit. *Exiguus vsus*) parua consuetudo. *Cur quoties alicui*] Ex his duobus versibus facilè refelli potest eorum opinio, qui volebant nomen scribentis, & eius ad quem scribimus, literis iam signatis inscribi: quum apertè hic possimus intueri, intus tantùm appositum fuisse nomen scribentis. *Tua dextra*) tua manu. *Sed è multis tradita nulla mihi*) sed è multis tuis literis nullas accepi. *Quod precor*) quod oro, vt dii faciant te sæpe ad me scripsisse. *Esse liquet*) manifestum est te ad me scripsisse. *Credam prius*) credam potius quæ poetæ fabulantur, quàm te non scripsisse. *Ora Medusæ Gorgonis*) Medusæ crines in serpentes mutauit Minerua, quòd cum Neptuno in eius templo concubuit, ciúsque caput ad terrendos hostes ægidi imposuit, vt scribit Ouidius in calce libri quarti Metamor. his versibus: Clarissima forma, Multorúmque fuit spes inuidiosa procorum Illa, nec in tota conspectior vlla capillis Pars fuit, inueni qui se vidisse referrent. Hinc pelagi rector templo vitiasse Mineruæ Dicitur. auersa est, & castos ægide vultus Nata Iouis texit: neve hoc impune fuisset, Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros. Nunc quoque, vt attonitos formidine terreat hostes, Pectore in aduerso, quos fecit, sustinet angues. Virgilius in octauo: Ægidáque horrificam, turbatæ Palladis arma, Certatim squammis serpentum auróque polibant, Connexósque angues, ipsámque in pectore diuæ Gorgona desecto vertentem lumina collo. Gorgona autem Medusam appellant poetæ, à gente. Scribit enim Diodorus, plures mulierum nationes fuisse in Libya pugnaces, ac validis viribus. Nam Gorgonum gens fuit, aduersus quas, earúmque reginam Medusam, Perseus haud paruo certamine bellum gessisse fertur, vir fortitudine eximia, Iouísque filius, & Græcorum suæ ætatis optimus. Sitæ autem fuerunt occidentem versus, in extremis orbis finibus. Eas postmodum penitus deleuit Hercules, quo tempore ad occiduas partes transiens, columnam in Libya posuit, indignum ratus, quum pro salute hominum certaret, aliquibus gentibus fœminas imperare. Scribit etiam Plin. libro sexto, ac etiam Solinus, contra promontorium Hesperionceras, Gorgones insulas esse, Gorgonum quondam domus, bidui nauigatione distantes à continente. Penetrauit in eas Hanno Pœnorum imperator, prodidítque fœminarum hirta corpora viros pernicitate euasisse. Duarúmque Gorgonum cutes, argumenti & miraculi gratia, in Iunonis templo posuit, spectatas vsque ad Carthaginem captam. Sunt qui Gorgonea ab agilitate dictas putant. γοργὸν enim agilem significat, vt diximus in enarratione eius versus Ouidij de Arte amandi, Lumina Gorgoneo sæuius angue micāt. Gorgones quoque Amazones appellatæ sunt, ab α priuatiua particula, & μαζῶν, id est mamillis: vt voluit Eustathius Thessalonicensis in commentario, quod in Dionysium conscripsit, quod alteram adurerent tenellæ mamillam. Vel ab α priuatiua particula & μάζα, id est pulte, vel pane, quasi sine pane: eo quòd non pane vescerentur, sed carnibus ferarum. Fuere & aliæ Amazones in Asia, de quibus scripsere Herodotus, Strabo, Plutarchus, Curtius, ac etiam Iustinus. *Esse canes vtero sub virginis*] Scyllæ fabulam & formam diximus in vltimo de Remedio amoris. *Esse Chimæram*] De chimæræ forma Homerus lib. sexto Iliados ita scribit: Principiò imperat, vt Chimæram expugnet, atque occidat, animal indomabile, inexpugnabilé, neque humano, sed diuino genere ortum, anterius quidem leonem, posterius verò draconem, medio autem capram, atque terribiles ex ore flammarum globos cum spiritu effundentem. Scribit etiam Seruius, Chimæram ore fuisse leonem, postremis partibus draconem, media capram, secundum fabulas. Vnde in Odis Horatius Chimæram triformem appellauit. Re vera autem esse montem Lyciæ, cuius hodiéque ardet cacumē, iuxta quod sunt leones. Media autem pascua sunt, ima verò montis serpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, vnde Chimæram dicitur occidisse. Scribit etiam Solinus, quod in Campania Vesuuium, in Sicilia Ætnam, hoc in Lycia montem esse Chimæram: montémque hunc asserit nocturnis æstibus fumidum exhalare. Vnde fabulam triformis monstri in vulgum datam esse, quod Chimæram animal putauerunt. *Quadrupedésque homines*] Centauros intelligit: equi erant hominisque natura. De quorum origine hæc Diodorus: Ex Oceano ac Tethi plures filij fuere, inter quos Peneus, qui ex nympha Creusa liberos suscepit Ipseum, ac Stylbiam, ex qua Apollo Lapithū ac Cētaurū genuit. Lapithus ex Eurone Arsinoi Phorbantē ac Periphantem filios suscepit. Populi à Lapitho Lapithæ appellati sunt. Phorbas filios habuit Ægeū Actorémque. Periphas verò ex Astiagea vxore, Ipsei filia, octo genuit liberos: quorū natu maior Antion & Melate Amythonis suscepit Ixionem. Hic dona plurima Efioneo pollicitur, vt eius filiam Cliam vxorem duxit, ex qua genuit Pirithoū. Verùm quū Ixion nequaquā promissa tradidisset, Efioneus pro his equos illius cepit. Tunc Ixion pollicitus se quæ promiserat daturum, accersitum ad se Efioneum in foueam ardentē coniecit. Qua crudelitate quum nullus eū cædē purgare vellet, à Ioue demum purificatus, Iunonem stupri interpellare ausus est. Qua re cognita, Iupiter nubem in formam Iunonis quum interposuisset, Ixion eo concubitu Centauros genuit. Tradunt tandem Ixionem scelerum magnitudine ab Ioue rotæ alligatum, perpetua post obitū torqueri cruciatus pœna. Centauros nōnulli volunt in Pelio à nymphis nutritos, postmodō equas subagitasse, éxque eis Hippocentauros natos creditum, quòd primi equitare sunt sinti, eóq; natā fabulā, velut equi essent hominisque natura. Hos ferūt tanquā Pirithoi cognatos, partē regni paterni ab

eo postulasset: quòd renuenti, bellum à Lapithis illatum est. Sed eo cessante, postmodum cùm Pirithous Hippodamiam vxorem duxisset, Theseo ad nuptias, ac Centauris vocatis, illi vino ebrij, fœminas quæ nuptijs intererant, vim afferre conati sunt. Qua iniuria tum Theseus, tum Lapithæ permoti, multis Centauris peremptis, reliquos è ciuitate eiecerunt. Hanc ob causam Centauri vnà aduersus Lapithas profecti, plures interfecere. Qui cædi superfuerant, partim in Pholoen Arcadiæ profecti sunt, partim in Malea habitarunt. Illud notandum, à doctis Græcis proferri Lapithae, nó Laphitas, vt quidam præcipiunt: & ita à nostris quoque obseruandum censeo. *Cum pectore pectora iunctus*) Centaurorum enim pectora humanis pectoribus iuncta fuere: habuere enim partem pectoris humanam, partem equinam. Sunt qui hoc in loco Hermaphroditos intelligant, quod non placet: quoniam eos gigni non esse fabulosum, docet Plinius.

Tergeminúmque virum, tergeminúmque canem.
Sphingáque, & Harpyias, serpentigerósque gigãtes,
Centimanúmque Gygen, semibouémque virum.
Hæc ego cuncta prius, quàm te, charissime, credam
Mutatum curam deposuisse mei.
Innumeri montes inter me téque, viaque,
Fluminàque, & campi, nec freta pauca iacent.
Mille potest causis, à te quæ littera sæpe
Missa sit, in nostras rara venire manus.
Mille tamen causas scribendo vince frequenter,
Excusem ne te semper amice mihi.

Tergeminúmque virum) Herylum aut Geryonem intelligit, quos tergeminos fuisse docet Virgilius. Iustinus scribit, Geryonem non triplicis naturæ (vt fabulis proditur) fuisse, sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse, vt vno animo omnes regi viderentur. Alij dicunt, tres fratres in Hiberia fuisse, Chrysei filios, qui à diuitijs nomen id traxerat. Vniuersæ enim Hiberiæ imperabat: habebatque tres propugnatores filios cú robore corporis, tum armis egregios. Exercitus præterea cuiliber fortissimorum multum erat: quos demum tribos magnis exercitibus fidentes, singulari prouocatione Hercules sustulit, gregésque boum secum abduxit. Diodorus quoque libro quinto ita scribit: Finxere autem poetæ Geryonem esse tricorporem, illiúsque vmbram apud inferos esse. Horatius: Qui ter amplum Geryonem, Tityónque tristi cópescit vnda. Geryonem scribit Hesiodus filium fuisse Pegasi alati equi. *Tergeminúmque canem*] Cerberum tricipitem, ita appellatum, quòd carnem voret: corpora enim humana fingitur à poetis consumere. Lucanus: Qui viscera sæuo Spargis nostra cani. Ponitur autem à Virgilio Cerberus pro eo quod tu nobis terrenum, ac propterea caducum est, id est pro sensibus corporis. Natus autem est (vt docet Hesiodus) ex Echidna & Typhaone, simul cum Ortho cane Geryonis, & Hydra & Chimæra. Habet centum capita, ianitor est Plutonis, & cuique venienti cauda atque auribus blanditur, sed exire neminem patitur: siquidem in insidijs collocatus, quemcunque extra ianuam offendit, deuorat. Alij non centum capita, sed tria dant, vt Maro, & Apuleius libro sexto Metamorph. cuius verba hæc sunt: Canis námque prægrandis trirugo, & satis amplo capite præditus, immanis, & formidabilis, comantibus oblatrans faucibus mortuos, quibus iam nihil mali potest facere, frustra terriendo ante ipsum limen, & atra atria Proserpinæ semper excubans, seruat vacuã Ditis domum. *Sphingaque*) Sphinx (autore Plin.) bellua est pilo fusco, geminis mammis in pectore, quam sola Æthiopia mittit. Pausanias scribit, Athenis fuisse Palladis simulacrum ex auro & ebore, mediáque eius gale sphingis speciem appositam, dextra autem & sinistra gryphes fuisse exculptos. Ferunt sphingem monstrum iuxta Thebas hoc ænigma hospitib. proposuisse: Quis esset, qui primùm quatuor pedibus incederet, mox duobus, demum tribus. Soluenti promittebat nuptias Iocastæ, & Thebarum regnum. Nescienti soluere, ex alto præcipitium denunciabat. Solus Oedipus dixit hominem esse. qua interpretatione Sphinx eódem se deiecit, vnde multos præcipitauerat. Vnde apud Papin. ita inquit: Si sphingos iniquæ Callidus ambages te præmonstrâta resolui. Pausan tradit hanc fuisse filiam nothá Laij, classéque pugnasse aduersum Oedipum. *Et Harpyias*) Hesiodus in Theog. duas tantùm dicit Harpyas fuisse ex Thaumante & Electra natas, scilicet Aello & Ocypeten. Tertiam addidit Maro, Celæno. Quartã nomine Thyellam addit Homerus. Sũt qui eas Neptuni & Terræ filias fuisse scribant. Earum formam ita describit Virg. Tristior haud illis monstrum, nec sæuior vlla Pestis & ira deûm Stygijs sese extulit vndis: Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Proluuies, vncæque manus, & pallida semper Ora fame. *Serpentigerósque gigantes*) Legitur etiam, Serpentipedésque gigantes: hoc est gigantes, quorum pedes in serpentum volumina desinebant. De quibus ita scribit Macrob. lib. Saturn. 1. Gigantes autem quid aliud fuisse credendum est, quàm hominum quandam impiam gentem, deos negantem, & ideo existimatam deos pellere de cœlesti sede voluisse. Horum pedes in draconum volumina desinebant, quod significat, nihil eos rectum, nihil superum excogitasse, totius vitæ eorum gressu atque processu in inferna mergente. Varro tamen (autore Seruio) dixit gigantum in diluuio aliquos confugisse in montes, cum vtensilibus: qui bello postea lacessiti ab his, qui de alijs veniebant montibus, facilè ea locis superioribus vicerunt. Vnde fictum est, vt dij superiores dicerentur, inferiores verò terrigenæ. Et quia de humillimis ad summa repebant, dicti sunt pro pedibus habuisse serpentes. Ouidius libro Tristium quinto: Terra feros partus immania monstra, gigantes Edidit, ausuros in Iouis ire domum. Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues: Atque ait, in magnos arma mouete deos. Et in primo Metamor. anguipedes gigantes appellat, quum ait. Qua centum quisque parabant Iniicere anguipedum captiuo brachia cœlo. *Centimanúmque Gygen*] Gyges (autore Hesiodo) Cæli & Terræ filius fuit, fratérque Briarei & Cotti, quorum singulum centum manus habuisse dixit, & capita quinquaginta: fuerúntque omnium fortissimi atque pulcherrimi. Hi Titanes dicti sunt, ac decennale bellum cum Saturni filijs gesserunt. Illi quidem ab Othry, hi ab Olympo monte impetum fecerunt. Tandem à dijs victi, in tartara sunt detrusi. Horatius: Nec si resurgat centimanus Gyges. *Semibouémque virum*) Minotaurum denotat, natura duplici nam vsque ad humeros taurus, cætera homo fuit. de quo multa Diodorus & Seruius. *Hæc cuncta*] hæc omnia fabulosa. *Mille potest causis*] Ordo est: Litera quæ sæpe missa sit à te, mille causis potest rara venire in nostras manus.

IN SEPTIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA VII.

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas,
Inficit & nigras alba senecta comas.
Iam subeunt anni fragiles, & inertior ætas:

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas) Quinquagenarius poeta queritur, se iam canescere in infelicissima regione, eo tempore, quo frui debuisset patria, charissima coniuge, amicis, patrimonio, alijsque rebus id genus: quæ si olim à Delphico oraculo, aut Dodonæa columba futura accepisset, vana dicit se ea responsa existimaturum fuisse. Clarissimáque sententia docet, nihil tam validum esse, quod non subiaceat diuinæ voluntati ac potentiæ. Postremò cæteros admonet, vt eius casibus moniti, Augustum, cuius potentia par est dijs immortalibus, demereantur. *Cygneas plumas*] candidas plumas, quales sũt cygnorum. Se autem fatetur iam canescere. Sanè sciendum, canitiem, autore Plinio, homini tantùm, & equis esse: sed homini semper à priore parte capitis, tum ab auersa. Est autem canitiei causa, inopia caloris: sicut caluitij, inopia humoris calidi, vt docet Aristoteles libro quinto de Generatione, & Albertus magnus in 19. de Animalibus. Scribit etiam Disarius apud Macrobium, quòd pars anterior capitis humidior occipitio

est. Qui capite ficciore sunt, tardè senescunt, citò tamen in caluitiem transeunt. Contrà illis fit cita canities, quorum capilli nutriuntur humore, quod φλέγμα vocitatur. Nam ideo albi sunt cani, quia colorem humoris, quo nutriuntur, imitantur. *Mea tempora*] meum caput *Inficit*] tingit. *Alba senecta*] senecta quæ facit homines canos.

Iámque parum firmo me mihi ferre graue est.
Nunc erat, vt posito deberem fine laborum
Viuere, me nullo sollicitante metu.
Quaque meæ semper placuerunt ocia menti,
Carpere, & in studijs molliter esse meis.
*Et paruam celebrare domum, * patriósque penates,*
Et quæ nunc domino rura paterna carent.
*Inque sinu dominæ, charísque * sodalibus, inque*
Securus patria consenuisse mea.
Hæc mea sic quondam peragi sperauerat ætas,
Hos ego sic annos ponere dignus eram.
Non ita dijs visum est, qui me terráque maríque
Actum, Sarmaticis exposuere locis.
In caua ducuntur quassæ naualia puppes,
Ne temerè in medijs dissoluantur aquis.
Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus.
Miles vt emeritis non est satis vtilis armis,
Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.
Sic igitur tarda vires adimente senecta,
Me quoque donari iam rude tempus erat.
Tempus erat, nec me peregrinum ducere cœlum,
Nec siccam Getico fonte leuare sitim.
Sed modò, quos habui, vacuos secedere in hortos,
Nunc hominum visu rursus, & vrbe frui.
Sic animo quondam non diuinante futura,
Optabam placidè viuere posse senex.
Fata repugnarunt: quæ cum mihi tempora prima
Mollia præbuerint, posteriora grauant.
Iámque decem lustris omni sine labe peractis,
Parte premor vitæ deteriore meæ.
Nec procul à metis, quas penè tenere videbar,
Curriculo grauis est facta ruina meo.
Ergo illum demens in me sæuire coegi,
Mitius immensus quo nihil orbis habet.
Ipsáque delictis victa est clementia nostris,
Nec tamen errori vita negata meo est.
Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est,
Qua maris Euxini terra sinistra iacet.
Hæc mihi si Delphos, Dodonáque diceret ipsa,

MER. *Ferre me*) ire, incedere. *Mihi parum firmo*] mihi debili cùm propter ætatem, tum in primis propter mala, in quibus versor assidue. *Dominæ*) vxoris. *In caua ducuntur*] Nauium exemplo, quæ longa nauigatione procellis agitatæ, in naualibus reponuntur, se senem dicit placida quiete vti debuisse. *Dissoluantur*] Notanda est Diæresis figura, qua frequenter vtuntur poetæ. *Ne cadat*] Equum quoque dicit olim multas victorias in curuli certamine adeptú, senem finem labori imponere, & languidum in pratis depasci, & quiescere. Quam rem etiam Horatius in Epistolis ita scribit: Solue senescentem maturè sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat. *Emeritis armis*) armis eorum qui militia perfuncti sunt. *Ponit ad antiquos*] Milites singuli perfuncti militia, donabantur sestertia, pluribúsve aliquando iugeribus terræ, quò possent reliquum vitæ tutò agere. Lucanus: Quæ rura dabuntur, Quæ noster veteranus aret, quæ mœnia fessis. Solebant autem, quum à militia discederent, arma alicui deo suspēdere. quã rem non modò milites faciebant, sed etiam gladiatores. Quem morem designat Horatius in Epistolis, eo versu: Veianius armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro. *Ad antiquos lares*) ad veteres deos. *Tarda senecta*] Tardam ab effectu senectutem appellat, quòd reddat homines tardos anno censu ciuium habito, lustrum conderetur.

Parte premor vitæ deteriore meæ] Ætas enim post annum quinquagesimum solet esse deterior, ea ratione, quòd cor in homine per singulos annos ad binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annú accedit, ab eo detrahitur tantundem. & ideo non viuere hominem vltra centesimum annum, defectu cordis, Ægyptii existimant. Autor Plinius. Retulit etiam Varro (quod Dioscorides astrologus scripsit) Alexandriæ inter eos qui mortuos solent conseruare, hominem plus centum annis viuere non posse. Id cor humanum declarare eorum, qui integri perierint sine corporis tabe. Ideo quòd multis annis pependit cor hominis, incrementa ætatis & diminutiones conseruent, & anniculi pendere duas drachmas, bini quatuor: & sic in annos singulos vsque ad 50. accedere binas, ab his 100. drachmis, atque annos 50. item decedere in vnoquoq; binas. ex quo perspicuum fit centesimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius posse producere. *Nec procul à metis*] nec longè à senectute mea, & à tempore quo sperabã quietem. *Curriculo meo*] meo cursu ad ipsas metas. Est autem sumpta metaphora à curuli certamine. *Illum*] Augustum scilicet. *Est victa*] quia maius fuit scelus meum, quàm Augusti clementia. *Sub axe Boreo*] sub septentrionali plaga, vnde flat Boreas. Legitur etiam, Sub axe Bootæ. *Qua maris Euxini terra sinistra iacet*] Nã ex Ægæo mari in Euxinú venientibus, sinistra parte est Geticum litus, vbi erat Ouid. *Hæc mihi si Delphos*] Templum Apollinis Delphis positum fuit in monte Parnasso, in rupe vndique impendente. Ibi ciuitatem frequentia hominum facit, qui ad affirmationem maiestatis vndique concurrentes in eo saxo consedere: atque ita templum ciuitatémque non muri, sed præcipitia: nec manufacta, sed naturalia præsidia defendunt: prorsus vt incertum sit, verum munimentum loci, an maiestas dei, plus his admirationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit: quamobrem & hominum clamor & si ipsi accidit tubarum sonus, personantibus & resonãtibus inter se rupibus, & multiplex auditi, amplíorque quàm editur resonare solet: quæ res maiorem maiestatis terrorem ignaris rei, admirationẽ stupentibus plerunque affert. In hoc rupis anfractu media fermè rupis altitudine planicies exigua est, atque in ea profundú terræ foramẽ, quod in oracula patet. Ex quo frigidus spiritus in quodã velut vẽto in sublime expulsus, mẽtes vatũ in vecordiã vertit, impletásque deo respõsa cõsulẽtibus dare cogit. Multa igitur & opulenta regum populorúmque visuntur munera: quæque magnificentia sui reddentium

Donari iam rude] Rudis (autore Prisciano libro septimo) virga erat, qua donati gladiatores, à gladiatura cessabant. nam ingrauescente ætate, non cogebantur amplius pugnare: sed donati rude, quiescebant, vt docet Horat. & Iuuenal. Martialis: Vt nondum credas me meruisse rudem. *Peregrinum ducere cœlum*) viuere in peregrina regione. *Siccam sitim*) sitim quæ sitientes siccos facit. *Getico fonte*) Getica aqua. *Vacuos*) spaciosos: vel certè carentes me domino. *Fata repugnarunt*) dii noluerunt, vt senex quiescerem. *Grauant posteriora*) grauia & molesta faciunt tempora hæc quæ illa prima mollia subsequuta sunt. *Decem lustris*) quinquaginta annis. Lustrum autem (vt docet Varro) nominatum est tempus quinquennale, à luendo, id est soluendo: quòd quinto quoque anno vectigalia, & vltro tributa per censores persoluebantur. Scribit Pompeius, lustra esse in syluis aprorum cubilia, à qua similitudine hi qui in locis abditis & sordidis ventri & desidiæ operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. Lustrum etiam significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem. Seruius scribit, lustrum quinquennium esse, sic dictum, quòd post quinquennium vnaquæque ciuitas lustrabatur. Scribit etiam Censorinus, à Seruio institutum, vt quinto quoque

A vota gratam voluntatem, & deorum responsa manifestant. Hæc Iustinus lib. 24 de oraculo Apollinis Delphici, de quo hic Poeta intelligit. *Dodonaque diceret ipsa*] De Dodonæo oraculo abundè diximus in enarratione eius versus secundo libro de Arte amandi: Hæc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas Dicere. Repete quæ illic scripsimus.

MICYL. *Hæc mihi si Delphos, Dodonaque diceret ipsa*] Obserua autem hoc loco Delphum singulariter pro loco poni, quem cæteri tam Græci quàm Latini, pluraliter Delphos dicunt. Nisi si cui placet, eū à quo locus dictus, pro loco poni. Fuit autem Delphus, is à quo Delphi appellati, filius Apollinis ex Celæno, quæ fuit Hyami, eius qui fuit Lycori, quem Apollo ex nympha Corycia genuit. autore Pausan.

Esse videretur vanus vterque locus.
Nil adeò validum est, adamas licèt alliget illud,
Vt maneat rapido firmius igne Iouis.
Nil ita sublime est, supráque pericula tendit,
Non sit vt inferius suppositúmque deo.
Nam quanquam vitia pars est contracta malorum,
Plus tamen exitij numinis ira dedit.
At vos admoniti nostris quoq; casibus este,
Aequantem superas emeruisse virum.

MER. *Esse vanus*] esse mendacem. *Rapido igne Iouis*) rapido fulmine, telo, & ira Augusti. *Supraque pericula*] altius omnibus periculis, adeò vt nulli eorum subtectum videatur. *Vitio*) B proprio crimine. *Est contracta*] est accepta, acquisita. *Emeruisse*) Promeruisse, id est conciliasse. hoc est: Augustum diis parem, ne vobis noceat, meo exemplo conciliate aliquo Officio. G Vel emeruisse, scilicet vt superos æquaret. Vel certè tanquam milites emeriti militiam relinquant, sic vos Augustum relinquite. nam dixit, *Plus tamen exitij* &c.) [Sed prima expositio, optima est.]

IN OCTAVAM ELEGIAM ENARRATIO. H

ELEGIA VIII.

SI licet, & pateris, nomen, facinúsque tacebo,
Et tua Lethæis facta dabuntur aquis,
Nostráque vincetur lacrymis clementia seris.
Fac modò te pateat pœnituisse tui.
Fac modò te damnes, cupiásque eradere vitæ
Tempora, si possis, Tisiphonea tuæ.
Sin minus, & flagrant odio tua pectora nostro,
Induet infelix arma coacta dolor.
Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem,
Nostra suas istuc porriget ira manus.
Omnia, si nescis, Cæsar mihi iura reliquit:
Et sola est patria pœna carere mea.
Et patriam, modò sit sospes, speramus ab illo:
Sæpe Iouis telo quercus adusta viret.
Denique vindictæ si sit mihi nulla facultas,
Pierides vires, & sua tela dabunt,
Vt Scythicis habitem longè summotus in oris,
Siccáque sint oculis proxima signa meis:
Nostra per immensas ibunt præconia gentes,
Quódque querar, notum, qua patet orbis, erit.
Ibit in Occasum, quicquid dicetur ab Ortu:
Testis & Hesperiæ vocis Eous erit.
Trans ego tellurem, trans altas audiar vndas,
Et gemitus vox est magna futura mei,
Neu tua te sontem tantummodo secula norint,
Perpetuæ crimen posteritatis eris.
Iam feror in pugnas, & nondum cornua sumpsi,
Nec mihi sumendi causa sit vlla velim.
Circus adhuc cessat, spargit tamen acer arenam
Taurus, & infesto iam pede pulsat humum.
Hoc quoque, quàm volui, plus est: cane musa receptus,
Dum licet huic nomen dissimulare suum.

MER. *SI licet & pateris*) Inimico minatur poeta, se in eum scripturum, ni C eum pœnituerit inimicitiarum. *Si licet*] si fas est per te. *Et pateris*] & sustines tacere deponendo inimicitias. *Nomen facinúsque*] Duo dicit se silentio præteriturum: nomen scilicet eius, qui eum læsit: & scelus admissum. Hunc autem eum esse opinor, de quo etiam suppresso nomine questus est superius Poeta. nam enim relegatum insequebatur non modò D conuitio, & maledicentia: sed (vt arbitror) etiā volebat adimi eius bona ab Augusto, vt exulibus fieri solebat: sollicitabátque etiam eius vxorem, in quem tandem carminis acerbitate vsus est, & Callimachi imitatione eum Ibim appellauit. *Lethæis aquis*] obliuioni. Est enim Lethe obliuionis fluuius inferni. Omnia enim illa flumina, quæ illic esse dicunt poe- E tæ, in nobis sunt. nihil enim aliud Lethæus, præter errorem animæ obliuiscentis maiestatem vitæ prioris: qua, antequam in corpus truderetur, potita est. Similiter Phlegethonta, ardores irarum & cupiditatum putarunt: Acherontem, quicquid fecisse, dixisséque vsque ad tristitiam, humanæ varietatis more nos pœnitet: Cocytum, quicquid homines in luctum lacrymásque compellit: Stygem, quicquid inter se humanos animos in gurgite mergit I odiorum. Autor Macrobius. *Tua facta*] tui in me conatus. *Seris lacrymis*] dolore tuo quamuis tardo. *Pœnituisse tui*) pœnituisse tuis, quod in me fecisti. *Eradere*] delere. *Tempora Tisiphonea*] tempora flagitiosa, furialia & nocentia. id est, cupias non dici meo versu, semper flagitiis operam dedisse, & nocuisse, vt Tisiphone furia. quam ita in Metamor. describit Ouidius: Nec mora, Tisiphone madefactam sanguine sumit Importunam facem, fluidóque cruore rubentem Induitur pallam, tortóque accingitur angue, Egreditúrque domo, luctus comitatur euntem, Et pauor, & terror, trepidóque insania vultu. Et Statius: Suffusa veneno Tenditur, ac sanie gliscit cutis: igneus atro Ore vapor, quo longa sitis, morbique faméSque, Et populis mors vna venit. Tisiphone autem dicta est, quasi mortis vltio, quæ dicitur Græcè τισίφονη. *Si minus*) subaudi, te damnaueris, aut tui pœnituerit. *Odio nostro*] odio quo nos insequeris. *Arma coacta*] arma hominis coacti ad propulsandam iniuriam. *Omnia iura*] omnia iura quibus exules puniebantur. *Vindictæ*] vt te vlci- K scar. *Siccaque sint oculis proxima signa*] per signa intelligit Vrsam maiorem & minorem, quibus Septentrionem designat. Sicca autem appellantur, propter Aquilonem. [Veriorem causam & expositionem suprà habes elegia tertia, cuius initium, Magna, minórq; feræ, &c.] *Nostra præconia*) nostra carmina, quibus aliquem laudamus. *Quod querar*) quod car- L mine insectabor. *Ibit ab ortu in occasum*) ab oriente in occidentem penetrabit. *Vocis Hesperiæ*) carminis Latini. *Et vox mei gemitus*) & vox meæ querelæ & doloris. *Te sontem*) te nocentem. *Eris crimen*) eris criminatio, seu criminosus. *Cornua*) armas vires *Circus adhuc cessat*) nondum taurus in Circo irritatur. Effigies enim hominum (autore Pediano) ex fœno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum præbendum tauri irritarentur. Postea ita luxus inoleuit, vt Phœniciis vestibus vsi fuerint. id quod ita docet Ouid. in Metamor. Haud secus exarsit, quàm Circo taurus aperto, Quum sua terribili petit irritamina cornu Phœnicias vestes, elusáque

vulnera sentit. Et Martialis: Qui modò per totam flammis stimulatus arenam Sustulerat raptas taurus in astra pilas. *Spargit tamen acer arenam Taurus*) tamen sese taurus paulatim ad pugnam accendit. quibus verbis inimico idem minatur se facere *Hoc quoque*] &c. Pluribus, inquit, quàm volebam, minatus sum. *Cane musa receptus*] Receptus, seu receptui canere dicimus, cùm tubæ signo exercitus è prælio reuocatur. à recipio verbo, quod est reduco, declinatum. Poeta quoque per similitudinem dicitur canere receptus, quum desinit scribere, & quasi ingenii vires, & musas domum reducat. *Dum licet huic*] quousque maledico licet eius nomen dissimulare. non lædendo me vlterius.

MICYL. *Cupiasque eradere vera Tempora Tisiphonea*) hoc est, sic te damnes, & cupias ea vita tua eradicare, siue penitus, si modò possis, tollere, id quod est Tisiphones proprium, hoc est, inuidiam & studium nocendi. Hæc expositio simplicior videtur quanquam neque altera illa omnino displicet, vt accipias Tempora Tisiphonea, opera furialia, siue scelerata, aliquando facta. vt sit dictum, Cupias eradere tempora Tisiphonea vitæ tuæ, pro, studeas abolere, & ex vitæ tuæ rebus actis tollere, ea quæ scelerate aliquando fecisti. *Teste* (*& Hesperia vocis Eous erit*) Hesperiam vocem intellige, non Latinam tantùm, sed eam quæ in Hesperia, hoc est occidente edetur. vt sit dictum, Eius vocis, siue querelæ, quæ in occidente edetur, testis erit Eous, quod est oriens, siue is qui in oriente degit vt sit *ἀντίθετον* eius quod præcedit, Ibit in occasum quicquid dicetur in ortu, &c. Hesperiam autem, à quo adiectiuum Hesperius, a, um, non tantùm pro Italia, sed pro tota occidentali plaga poni, passim apud poetas obuium est, neque testimonio indiget.

IN NONAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA IX.

Ille ego qui fueram tenerorum lusor Amorum,
Quem legis, vt nòris, accipe posteritas.
Sulmo mihi patria est gelidis vberrimus vndis,
Millia qui nouies distat ab vrbe decem.
Editus hinc ego sum: necnon vt tempora noris,
Cum cecidit fato consul vterque pari.
Si quid id est, vsque à proauis vetus ordinis hæres,
Non modò fortunæ munere factus eques.
Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,
Qui tribus antè quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus adfuit idem:
Vna celebrata est per duo liba dies.
Hæc est armigeræ festis de quinque Mineruæ,
Quæ fieri pugna prima cruenta solet.
Protinus excolimur teneri, curáque parentis
Imus ad insignes vrbis ab arte viros.
Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo,
Fortia verbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cœlestia sacra placebant,
Inq́; suum furtim Musa trahebat opus.
Sæpe pater dixit: Studium quid inutile tentas?

MER. *Ille ego qui fueram*] Lectorem docet, qua patria, quib⁹ cósulibus nat⁹ sit. Deniq; totã eius vitã paucis perscribit. Postremò eius exilii mala cómemorat: quorũ magnitudinẽ dicit se Musis consolari, & illis acquiescere. *Ille ego*] subaudi sum. *Qui fueram lusor*] qui fueram scriptor. Ludere enim scribere est. Virg. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. *Tenerorum amorum*) tenerorum Cupidinum. Nam Venerem non modò Cupido, sed alii etiam eius vernæ comitantur, qui amores Cupidines appellantur, & Amores. Catullus: Lugete ô Veneres, Cupidinesque. Et Papinius: Ipsi essarcis Amores. Et Venus apud Apuleium ita Cupidinem alloquitur: Immo vt contumeliam magis sentias, scias aliquem de meis adoptaturum vernulis, eíque donaturum istas pinnas, & flammas, & arcum, & ipsas sagittas, & omnem meam supellectilem. Aut certè intellige duos illos Cupidines, alterum ex Mercurio & Venere secunda, alterum ex Marte & Venere tertia natum. Nam tertius Cupido, quem Cicero in tertio de Natura deorum primum appellat Mercurio & Diana prima natos dicitur. Hic autem Ouidius significat se scripsisse tùm alia, tum in primis libros de Amoribus, & præcepta amatoria. *Quem legis*] Ordo est. O posteritas, accipe, id est intellige, vt noris quem legis. *Sulmo mihi patria est*] Sulmo oppidum fuit Pelignæ regionis, distãs ab vrbe millibus passuum 90. ea autem vrbs nomen accepit à Solymo Troiano, Æneæ comite, qui illam fundasse dicitur Ouid. in Fast. Huius erat Solymus, Phrygis comes vnus ab Ida, A quo Sulmonis mœnia nomen habent. Sulmonis gelidi patriæ Germanice nostræ, Me miserum Scythico quàm procul illa solo est. Et Silius lib. 9. Huic domus & gemini fuerant Sulmone relicti Martis in vberibus nati Mancinos, & vnà Nomine Rhœteo Solymus: nã Dardana origo, Et Phrygio genus à proauo, qui sceptra secutus Æneæ, claram muris fundauerat vrbem, Ex se dictam Solymona celebrata colonis Mox Italis paulatim attrito nomine Solmo *Gelidis vndis*) frigidissimis aquis. *Nouies decem millia*] 90. millia passuum. *Nec non*] Insuper subaudi, sum editus. *Quum cecidit fato consul vterque pari*) Hircium & Pansam consules designat, qui apud Mutinam pugnantes contra Antonium, pop Rom. hostem iudicatum, ceciderunt Nam Pansa in prælio sagitta per ilia confossus, Bononiam delatus est: quo loco ea vulnere periit. At Hircius in Antonii exercitum vlterius progressus, dum ad prætoria castra depugnaret, tandem confossus in bello cecidit: quorum corpora funereis adornata donis, Augustus Romã, vt humarentur, deferri iussit. Autor Appian. *Si quid & à proauis*] Ordo est: Et sum factus eques non modò munere fortunæ, si vetus hæres ordinis vsq; à proauis est aliquid. Legitur &, Si quis & à proauis. *Non modo munere fortunæ*] non modò diuitiis, quæ sunt bona fortunæ. qui enim quadringenta sestertia possidebant, equestri dignitate donabantur, & 14. ordinibus in theatro spectandi gratia sedebant. Martialis lib. 5. Quadringenta tibi non sunt Chærestrate, surge. Et Iuuenalis: Sed quinque tabernæ Quadringenta parant. In Liuii etiam Epitome lib. 99. ita legimus: L. Roscius Trib pleb legem tulit, vt Equitibus Romanis in theatro, 14. gradus proximi assignarentur. Ostendit ergo Ouid. se ab equestri familia oriundum, equitem quoque esse, quum censum equestrẽ possideat. *Genito fratre*) fratre ante me nato. *Quater tribus mensibus antè*) duodecim mensibus, hoc est anno ante me. *Idem lucifer*] idem dies. *Per duo liba*) per duos natalitios dies. De libis diximus suprà. *Hæc*] scilicet dies. *Armigeræ festis de quinque Mineruæ*] Secundum diem ex quinque Mineruæ consecratis designat. Prima enim die ludi gladiatorii, vt sequentibus diebus, non exhibebantur. Ouidius in Fast. Vna dies media est, fiunt quum sacra Mineruæ, Nomina quæ iunctis quinque diebus habent. Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro. Causa, quòd est illa nata Minerua die. Altera, tresque super strata celebrantur arena. Ensibus exertis bellica læta dea est. Fuere autem quinquatria Mineruæ festa 13. Cal. April. hoc est 20 die Martii, dicta (autore Pompeio) à quinquatro die, quòd post diem quintum celebrentur: vt, Triatrus, Sexatrus, & similia. Primus enim dies quinquatruum quintus post Idus inuenitur. Varr. etiam ita scribit, Quinquatrus hic dies vnus ab nominis errore obseruatur, proinde vt sint quinque dictus quod vt ab Tuscul. post diem sexto Idus, similiter vocatur sexatros, & post diem septimum septimatros: sic hic, quod erat post diem quintum, quinquatrus. Alii à Quinque & atro, Quinquatrus volunt nomen accepisse, quod primum quinque festorum Mineruæ Quintum ab atro die sit, qui post Idus inuenitur. quorum opiniones refellit Gellius, scribens dictas Quinquatrus, quòd quinque ab Idibus dierum numerus sit. Atros verò nihil significare, esséque tantum nominis supplementum Alii a quinque dierum numero dici putant, quòd Pallas à Romanis hoc tẽpore non vno tantũ die colebatur, sed quinque continuis. Illud notandum, Quinquatres, quinquatrium, virili genere dici, vt docet Priscianus & Quinquatrus fœminino genere: Quinquatria neutro. *Excolimur teneri*) ornamur puerilibus studiis, & grammatica in patria. *Ad insignes viros Vrbis*)

A ad claros homines qui Romæ docebant. *Ab arte*] post præcepta artis grammaticæ. Sunt qui legant ab arce: hoc est à patria Sulmone. *Ad arma forensia*] ad magnas disceptationes causarum iudicialium.

MICYL. *Iuvat ad insignes urbis ab arte viros*] Insignes ab arte, accipio eos qui artibus quibuscunque docendis insignes ac celebres tum fuere, non tantum qui post grammatica adhibebantur vt su dictum, Insignis ab arte, perinde vt, potens à pecunia, firmus ab æquitate, felix à laude, apud Ciceronem, & similia.

MAR. *Maeonides*] Homerus. *Verba soluta*) prosaicam orationem. *Ad aptos numeros*) ad rhythmos carmini conuenientes. *Liberior toga*) Togam virilem designat, quam nobiles adolescentes apud Romanos sumebant in festo Liberi patris, deposita prætexta. Ea ad calceos vsque demittebatur,
B sicut à Græcis Pallium, autore Fabio. quamuis Plinius Secundus scripserit, ad Ciceronem facere solitum velandarũ varicum gratia. eius mẽsuram iustam sex vlnarum fuisse, docet Porphyrio Maro (amore Seruio) virilem togam induit, quum esset annorum septemdecim. Illud notandum, pueros ante-
C quam virilem sumerent togam, quam à tegendo dictam scribit Varro, vsos fuisse alios prætexta tantum, atque hi quorũ patres curulem magistratum gessissent. et est

Maeonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis, totóque Helicone relicto,
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,
Et quod tentabam scribere, versus erat.
Interea tacito passu labentibus annis
Liberior fratri sumpta mihique toga est.
Induitúrque humeros cum lato purpura clauo,
Et studium nobis, quod fuit antè, manet.
Iámque decem vita frater geminauerat annos,
Cum perit, & cœpi parte carere mei.
Cepimus & teneræ primos ætatis honores,
Déque viris quondam pars tribus vna fui.
Curia restabat, claui mensura coacta est.
Maius erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
Sollicitæque fugax ambitionis eram.
Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores
Otia, iudicio semper amata meo.
Temporis illius colui, fouique poetas:
Quótque aderant vates, rebar adesse Deos.
Sæpe suas volucres legit mihi grandior æuo,

is ordo, cuius insigne id esset, quandoque et subiiceretur Tunica autem à tunico, id est vestio dicta. Vestimentum erat G sine manicis, vt docet Marcellus. Vergilius: Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. & Varro: Tunicam dimissam habet ad talos. Ennius Carthaginensium tunicam iuuentutem voluit dicere. *Et studium nobis, quod fuit antè, manet*] Poeticam autem intelligit, cui dixit se à pueritia deditum fuisse. *Parte* H *mei*] fratre ipso. frater enim, quum ferè alter sit, iure pars fratris appellatur. *Primos honores*) magistratus qui primò adolescentibus dabantur: vt ædilitas, quæstura, triumuiratus, cæterique qui minores dicebantur. *De tribus viris*) de tribus viris capitalibus, qui Romæ creabantur quorum me-

autor Macrobius. Liberiorem autem togam appellat, quia qui eam induissent, non amplius erant sub pædagogorum cura, sed liberius viuendi erat potestas. Persius, Quum blandi comites, totáque impune Suburra Permisit sparsisse oculos. Papinius: Quem non corrumpit pubes effrena, nouæque Libertas properata togæ. & Propertius: Ante deos libera sumpta toga est. Sumebant autem pueri virilem togam in festo Liberi patris ob ætatis conuenientiam, quæ
D pueris est iam maturis togæ sumendæ cum hoc deo, cuius ætas media dicitur inter pueritiam & iuuentam. Vel vt commendarentur à parentibus Libero, quem Romani patrem vocant: vt quos pædagogi cura destituit, numinis tutela susciperet. Vel quod Liberioris vitæ iter ingrederetur, vel vt adolescentium frequentia ludis Liberalibus non deesset, quum ad eos multi non religione, sed togæ sumendæ studio conuenirent, vt in Fastis elegantissimè exequitur Ouidius lib. 3. Fast. *Cum lato purpura clauo*] Laticlauo veste vtebantur & nobiliores & senatores, qui ab ea Laticlaui appellabantur. Vnde Tranquillus scribit, Neronem à quodam Laticlauo, cuius vxorem attrectauerat, propè ad necem cæsum. Horatius in primo Sermonum per Latum clauum senatorem designat eo versu: Et latum demisit pectore clauum, & paulo pòst Ouidius: Claui mensura coacta
E est. & Martialis: Dum te posse negas, nisi lato Gellia clauo Nubere, nupsisti Gellia cistifero. Scribit Plinius, latiore clauo Tullum Hostilium è regibus primum vsum Hetruscis deuictis. Strabo libro 3. est autor, Baleares primos mortalium latum clauum induisse. Silius libro tertio scribit, Herculis quoque sacerdotes induisse latum clauum. Est autem appellatus latus clauus à textura, velut quibusdam clauis distinctus. Martialis: Et lato variata mappa clauo. Et Plinius tunicam laticlaui in modum gausape texi cœptam, scribit. Hic ergo Ouidius per purpuram cum lato clauo, id est cum eo genere texturæ, non vestem senatoriam designat: sed togam virilem, quam post prætextam sumebant nobiliores adolescentes. quam enim superius liberiorem togam nominauit, hic lato clauo tunicam purpuream appellat. Et Liuius scribit patres munera quæ legati ferrent Masanissæ
F decreuisse, sagula purpurea duo cum fibulis aureis: singulis & lato clauo tunicis. Scribit etiam Plinius, purpuræ vsum Romæ semper fuisse, sed Romulo in trabea, & Tullo Hostilio toga prætexta, & latiore clauo. Tranquillus in Augusto de lato clauo ita inquit: Sumenti virilem togam, tunica lati claui resuta ex vtraque parte ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur non aliud significare, quàm vt

minie Varro his verbis: Quæstores à quærendo, quòd I conquirerent publicas pecunias & maleficia: quæ triumuiri capitales nunc conquirunt. *Curia restabat*] restabat, vt senator fierem. De duorum autem generum curia alibi diximus. *Mensura claui*] mensura vestis senatoriæ. per quam senatoriam designat dignitatem. *Est coacta*] est restricta, vel collecta, & cogitatione complexa: hoc est, cœpi mereri senatoriam dignitatem. *Illud onus*] ille labor senatoriæ dignitatis. *Eram fugax*] fugabam. *Sollicitæ ambitionis*] ambitionis, quæ reddit hominem sollicitum.

MICYL. *Cepimus & teneræ primos ætatis honores,*
Deque viris quondam pars tribus vna fui.]
Triumuirum se fuisse innuit. Cæterum varii fuere huius nominis magistratus. Quidam enim triumuiri capitales dicebantur, de quibus hic Merula ex Varrone, & Sallust. in Catilina. alii Monetales vocabantur, qui ære, argento, auro, K flando, ac feriundo præfecti erant, ad quos Cicero alludit ad Trebatium, Treuiros, inquiens, viros censeo, audio capitales esse. mallem auro, argento, ære essent. Alii nocturni per quos nocturnæ seditiones à ciuibus arcerentur, & quies vrbi seruaretur, vt Fenestella ait. Quos tamen, sunt qui rosdem cum Capitalibus esse velint. Meminit horum Plaut. in Amphitryone: Quid si nunc Tresuiri me in carcerem compegerint. Erant etiam triumviri, qui colonis deducendis creabantur, quorum mentio fit apud Liuium sub finem libri tertii Decadis primæ. Sed inter minores magistratus nocturni puisse & monetales erant, vt ex Fenestella patet. Cæterùm videntur hoc loco, posterior versus et prior, de eadem re accipiendi esse: ac posteriore id exponi, quod priore innuitur. nisi quis & de centumuiratu intelligendum esse contendat, de quo suprà lib. 2. L meminit his verbis:

Nec mala commissa est nobis fortuna reorum,
Vsque decem decies inspicienda viris.

Et de cognitione causarum priuatarum, de qua eodem loco meminit, hoc modo:

Res quoque priuatas statui sine crimine iudex,
Déque mea fassa est pars quoque victa fide.

Nam quæsturam, quæ & ipsa adolescentibus ferè committebatur, cum prætoribus aut proconsulibus in prouincias euntibus, Poetam gessisse, alibi non legimus. Et ædilitas, de qua Merula hic meminit, inter maiores magistratus erat. Illud quoque notandum, Triumuiros dici, composita voce ex obliquo & recto: & Treuiros itẽ, & Tresuiros. Exempla

A suprà habes ex Cicerone & Plauto. *Curia restabat, claui mensura coacta est*] Latus clauus, senatorum gestamen propriè erat, quo illi à reliquis ordinibus distinguebantur. Sic Plinius lib. 33. cap. 1. Annuli distinxere alterum ordinem à plebe, vt semel cœperant esse celebres: sicut tunica ab annulis senatum tantum, quanquam & hoc serò, vulgóque latinte purpura tunicæ vsos inuenimus etiam præcones, &c. Intelligit ergo Poeta, solam dignitatem senatoriam reliquam fuisse, quam adhuc consequeretur. sed ab ea consequenda abstinuisse se, quia id onus humeris suis maius fuisset, eóque mensuram claui, hoc est latitudinem, coactam apud se, id est coarctatam, & quasi accisam fuisse. Quod autem suprà dixit, Induitúrque humeros cum lato purpura clauo: id eo modo accipiendum fortassis, vt dicamus statim post sumptam virilem togam, etiam claui dignitatem consequutam, veluti spem quandam senatorij ordinis. Sed postea, cùm videret se ei honori, vel vt ipse ait, oneri esse imparem, eandem deposuisse. Quam sententiam & alij quidam sequutí: & eòdem etiam verba ipsa tendere videntur, cùm inquit, Claui mensura coacta est, q. d. Mensura claui, quem G latum antea gestaueram, iterum coarctata, & in angustum coacta fuit, quòd videram onus illud supra vires meas esse.

Quæq́; nocet serpens, quæ iuuat herba, Macer.
Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes,
Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.
Ponticus heroo, Battus quoque clarus iambis,
Dulcia conuictus membra fuere mei.
Detinuit nostras numerosus Horatius aures,
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
Virgilium vidi tantùm: nec auara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Successor fuit hic tibi Galle, Propertius illi:
Quartus ab his serie temporis ipse fui.
Vtq́; ego maiores, sic me coluere minores:
Notáque non tardè facta Thalia mea est.
Carmina quum primum populo iuuenilia legi,
Barba resecta mihi bísue semélve fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per vrbem,
Nomine non vero dicta Corinna mihi.
Multa quidem scripsi: sed quæ vitiosa putaui,
Emendaturis ignibus ipse dedi.
Tum quoque cum fugerē, quædā placitura cremaui,
Iratus studio, carminibúsque meis.
*Molle cupidineis * atque expugnabile telis*
Cor mihi, quódque leuis causa moueret, erat.
Cum tamen hic essem, nimióque accenderer igni,
Nomine sub nostro fabula nulla fuit.
Penè mihi puero nec digna nec vtilis vxor
Est data, quæ tempus per breue nupta fuit.
Illi successit, quamuis sine crimine coniunx,
Non tamen in nostro firma futura toro.
Vltima, quæ mecum seros permansit in annos,
Sustinuit coniunx exulis esse viri.
Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta,
Sed non ex vno coniuge, fecit auum.
Et iam complerat genitor sua fata, nouémque
Addiderat lustris altera lustra nouem.
Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum
Ille fuit. Matri proxima busta tuli.
Fœlices ambo, tempestiuéque sepulti,
Ante diem pœna quòd periere mea.
Me quoque fœlicem, quòd non viuentibus illis
Sum miser, & de me quòd doluere nihil.
Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina, restat,

Quæque nocet serpens] Æmylius Macer poeta Veronensis herbas, serpentes, & volucres carmine B complexus est: qui (vt scribit Eusebius) 30. Olympiade in Asia periit. *Suos ignes*) suos amores, quos carmine decantauit. *Ponticus heroo*) Ponticus poeta heroico carmine Thebanorum bellum scripsit. Clarus fuit Propertij tempore, ad quem ille eam elegiam scripsit: Quum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ, Armáque fraternæ tristia mi- C litiæ. *Battus quoque clarus iambis*] De Batto, quem Poeta iambo scripsisse dicit, nihil vnquam legi. Bathi autem, sed mali poetæ, meminit Strabo lib. 14. *Horatius numerosus*] Horatius optimus poeta, vel à copia, vel ab elegantia numerorum, id est carminum, dictus. [Vel etiam à varietate numerorum ac pedum, quos lyrica metra recipiunt. D *Dum ferit*] dum plectro chordas feriendo cantat: hoc est, dum pariter sonat lyra, & cantat carmina. *Nec auara fata*] nec deorum voluntates quas ideo auaras appellat, quoniam celerius Tibullum rapuerunt, quàm fas erat: admodum enim iuuenis periit. *Tempus amicitiæ*] quia periit me puero, aut antequam possem eum videre. Quum E enim Romam è Phæacia reduisset, defunctus est. Vnde extat Ouidij de eius morte elegia. *Hic*) Tibullus. *Propertius illi*] Propertius successit Tibullo. *Ab his*] post hos. *Vtque ego maiores*] subaudi colui. *Est facta nota*) est facta omnibus cognita. *Non tardè*) non serò, sed me iuuene. *Carmina iuuenilia*) Libros de Arte amandi, à se iam iuuene editos, potes intelligere. Magis tamen placet, vt dicat libros de Amoribus: de quibus fortasse etiam superius intellexit, eo carmine, Et mea sunt po- F pulo cantata poemata sæpe. *Mouerat ingenium*] Amor (vt docet Plato) poeta est adeò sapiens, vt alios quoque poetas possit efficere. Quilibet enim, licet antea rudis, *poeta euadit, quum primùm amor eum afflauerit. Ex quo perspicuè coniectare licet, Amorem peritum poetam esse, omnésque summatim musicos poesis numeros continere. Ex cuius sententia Ouidius quoque hic ostendit, ab eo se ingeniosum factum. Sic etiam Propertius: Ingenium nobis ipsa puella facit. *Nomine non vero dicta Corinna mihi*] De amica Ouidij, quam ipse Corinnā appellauit, abundè diximus libro tertio de Arte amandi, in enarrationibus eius versus, Et multi quæ sit nostra Co- H rinna, rogant. *Quum fugerem*) quum in exilium proficiscerer. *Quum tamen hic essem*] quum tamen talis essem, vt cor meum molle esset. *Nomine sub nostro fabula nulla fuit*) Hoc dicit. Nulla vnquam de me fuit fabula, quòd notatus fuerim infamia. *Filia mea*) Perilla. *Bis fœcunda*) bis grauida. *Sed non ex vno coniuge*] sed non I ex vno marito. Duos enim habuit. *Genitor*) pater meus. *Iam compleratsua fata*) iam perierat. *Nouémque Addiderat lustris altera lustra nouem*] hoc est, ad nonagesimum annum peruenerat. *Non aliter fleui*) non aliter mortuum patrem ploraui. *Matri proxima busta tuli*] in eodem matris sepulcro patrem condidi. *Alij legunt Matris: vt dicat post patrem, K etiam matrem extulisse, quod magis etiam placet. [sed siue Matris, siue Matri legatur posterior expositio melior est.] Sanè Bustum significat cadauer iam crematum. Virgilius: Semiustáque seruant Busta. Idem illud reliquias appellauit. Funus verò & cadauer iam ardens: quod dum portatur, exequias dicimus: conditum verò L iam, sepultum, vt Seruius docet. *Mea pœna*) mei exilij. *Extinctis*) hominibus mortuis. *Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina, restat*] Ordo est: Si tamen, subaudi, vmbra restat, id est, remanet extinctis aliquid: hoc est, habentibus aliquid extinctum, scilicet corpus ipsum. Est autem per synecdochen dictum. *Nisi nomina*] Hoc dicit, Si mortuo corpore restat vmbra & fama. Est autem mors (vt docet Plato) rerum duarum, animæ scilicet & corporis, mutuam dissolutio. Corpus mortale est, anima verò immortalis. Remanent ergo ex homine duo tantùm, nomen scilicet & anima.

MIC. A *Si tamen extinctis aliquid nisi nomina restat*) Sensus est: Si tamen aliquid restat defunctis hominibus, præter nomen..hoc est, Si quis sensus est post hanc vitam, animæque hominum, vt traditur, immortales sunt. Alludit autem ad dogma Epicureorum, qui animas vna cum corporibus interire docebant.

MAR. *Vmbra gracilis*) tenuis vmbra hominis. *Effugit rogos structos*) effugit ignem paratum: id est, si anima cum corpore non crematur. *Vmbræ parentales*) ô animæ parentum meorum. *Sunt in Stygio foro*] Cognoscuntur hominum scelera à iudicibus inferoi, vt docet Maro, & Plato in Gorgia. B Is enim inducit Iouem Plutoni, & curatoribus beatarum insularum ita respondentem: Ego igitur, vt pote qui ante vos hæc præuiderem, constitui iam meos filios iudices, duos quidem ex Asia, Minoen videlicet & Rhadamanthum: vnum verò ex Europa Aeacum. Hi ergo posteaquã mortui fuerint, iudicabunt in prato quodam, ibique in triuio, ex quo geminæ C portant viæ, altera quidem ad Tartarum, altera verò ad insulas beatorum. Et Asiaticos quidem Rhadamantus: eos verò qui ab Europa venient, Aeacus iudicabit. Minoi verò id munus soiungam, vt ipse diiudicet, si quid aliis ambiguum fuerit, vt iustissime procedat iudicium, rectéque fiat transmissio animarum. Cicero tamẽ in primo Tusculanarum D quæstionum, Triptolemum quartum inferni iudicem ponit. *Causam*) relegationis meæ originem. *Manibus*) parentum vmbris, quas hactenus alloquutus sum. *Pisæa oliua*) oliua qua apud Pisas coronabantur victores in Olympico certamine, vt alibi plura diximus. *Victor eques*) Olympionices: id est, qui Olympia vicisset. *Decies abstulerat præmia*) Per E decem præmia designat decem Olympiadas, hoc est annos quinquaginta. Nam ludi Olympici celebrabatur quinto quoque anno redeunte (vt docet Censorinus) magna hominum frequentia, in Iouis Olympici honorem: idque tempus

Et gracilis structos effugit vmbra rogos.
Fama parentales si vos mea contigit vmbræ,
Et sunt in Stygio crimina nostra foro.
Scite precor causam, nec vos mihi fallere fas est,
Errorem iussa, non scelus, esse fugæ.
Manibus hoc satis est. ad vos studiosa reuertor
Pectora, quæ vitæ quæritis acta meæ.
Iam mihi canicies, pulsis melioribus annis,
Venerat, antiquas miscueratque comas.
Pόstque meos ortus Pisæa vinctus oliua,
Abstulerat decies præmia victor eques.
Cum maris Euxini positos ad læua Tomitas,
Quærere me læsi principis ira iubet.
Causa meæ cunctis nimium quoque nota ruinæ,
Indicio non est testificanda meo.
Quid referam comitúmque nefas, famulósque nocentes?
Ipséque multa tuli non leuiora fuga.
Indignata malis mens est succumbere, séque
Præstitit inuictam viribus vsa suis.
Oblitúsque mei, ductáque per ocia vita,
Insolita cœpi temporis arma manu.
Tótque tuli* pœnas terra pelagóque quot inter
Occultum stellæ, conspicuúmque polum.
Tacta mihi tandem longis erroribus acto
Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.
Hic ego finitimis quamuis circumsonor armis,
Tristia quo possum carmine fata leuo.
Quod, quamuis nemo est, cuius referatur ad aures,
Sic tamen absumo, decipióque diem.
Ergo quòd viuo, durísque laboribus obsto,
Nec me sollicitæ tædia lucis habent.
Gratia Musa tibi: nam tu solatia præbes,
Tu curæ requies, tu medicina venis.
Tu dux, & comes es, tu nos abducis ab Istro,
In medióque mihi das Helicone locum.
Tu mihi, quod rarum est, viuo sublime dedisti
Nomen, ab exequiis quod dare fama solet.
Nec, qui detractat præsentia liuor, iniquo
Vllum de nostris dente momordit opus.
Nam tulerint magnos cum secula nostra poetas,
Non fuit ingenio fama maligna meo.
Cúmque ego præponam multos mihi, non minor, illis
Dicor, & in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatum præsagia veri,
Protinus vt moriar, non ero terra tuus.
Siue fauore tuli, siue hanc ego carmine famam,
Iure tibi grates candide lector ago.

non modò in conuentu stantes cum palma & corona tulisse laudes, sed etiam quum reuerterentur in suas ciuitates, cum victoria triumphantes, G quadrigis inuectos fuisse, è réque publica perpetua vita constitutis vectigalibus vsos fuisse. Vnde à Solone etiam institutum fuisse scribit Plutarchus, vt drachmæ quingentæ darentur ei, qui Olympia vicisset. Herculem scribit Diodorus libro quinto, elegisse clarissimum atque optimum Græciæ locum, ad statuenda certamina Olympica, con- H cursúsque hominum celebrandos: campos scilicet iuxta Alpheum flumen sitos. Olympicum autem certamen (vt refert Herodotus) gymnicum atque equestre fuit. Vnde superius etiam Poeta victorem equitem dixit. Diodorus quoque docet, Herculem instituisse Olympicum certamen, & equorum, & palæstræ, quod Ioui patri dedicauit coronatus: I quoniam ipse quoque bene de hominum genere absque præmio esset meritus. Illud sciendum, in Iouis Olympici templo fuisse eius dei simulacrum solidum ex auro: picturas quoque plurimas, mirabilésque, vt Strabo docet. Sed ante omnia signa fuit Iouis simulacrũ ex ebore, Phidiæ Atheniensis opus, cuius meminit Plinius libro trigesimoquarto, K Strabo in octauo, & Fabius in duodecimo. Iosephus scribit, illud non potuisse in Romanam ciuitatem transferri, architectis dicẽtibus, quòd si illud moueretur simulacrum, aliquod malum posset accidere. Olympicum autem certamen, quod Hercules in honorem ataui materni Pelopis ediderat, intermissum Iphitus Elæus filius eius L instaurauit. Solinus auctor.

Olympiads appellabant. Fuit autem Olympia, vt docet Strabo, lucus oleastro vestitus, iuxta flumen Alpheum, in agro Pisæo, ab Elide stadiis minus trecentis distans, in quo stadium erat, vbi fuit templum Ioui Olympio dicatum, celebrãtúmque scriptorum monumentis. Ante illud Olym- F piaca certamina agebantur, magna totius Græciæ celebritate. Ea Hercules instituit, primúsque palmam reportauit. Herodotus libro octauo scribit, Arcades perfugas interroganti Xerxi, quódnam præmium esset propositum in Olympico certamine, respondisse, oleaginam coronam esse, qua donarentur: non enim pecuniarũ certamen agitabant: sed virtutis. Vitruuius libro nono scribit, Olympionicas tor. Scribit Eusebius de temporibus, post Aeschylum Atheniensium iudicem secundo anno primam Olympiada actam, quæ erat agon gymnicus, in qua Chorœbus Eliensis extitit victor: Eliósque agere quinquennale certamen, quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituuntur quatuor, quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis, siue Aemonis, primus constituit. *Quid referam comitumque nefas? &c.*) Hic relegationis etiam incõmoda commemorat. *Multa tuli*] multa mala passus sum, dum Tomon proficiscor. *Succumbere malis*) malis subiacere. ex quo in aduersis se fortem semper fuisse ostendit. *Suis viribus*) propria fortitudine. *Oblitúsque mei*) &

obliuus pristinæ meæ tranquillitatis. *Cepi arma temporis*] cœpi tempori cedere, & necessitati parere, vt virum fortem decet quod sapientia semper fuisse, Cicero est autor. *Manus insolita*] quia contra aduersa pugnare nunquam didici, nec assueui. *Occultum polum*) Per occultum polum, Australem: per conspicuum verò, Septentrionalem intelligit Vergilius: Hic vertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, manésque profundi. *Ora Sarmatum*) ora Sarmatiæ. *Getis pharetratis*] Getis sagittiferis. *Carmine*) carmina componendo. *Leuo*) imminuo. *Referantur*) recitentur carmina mea. *Obsto*) resisto mea patientia. *Lucis sollicitæ*) vitæ quæ me sollicitum & anxium reddit. *Subducor*) remoueor. *Ab Istro*] à Tomitana vrbe, Istro flumini finitima. *In medio Helicone*) in locis amœnissimis. *Quod rarum est*) quod rarò accidit, vt viuentes famam consequantur. *Ab exequiis*] post mortem. *Detrectat præsentia*) lacerat viuentium opera. *Iniqua dente*) detrectione iniusta. *Fama maligna*] fama angusta. *Non ero tuus*) non sepeliar, aut obliuioni tradar.

Protinus, vt moriar, non ero terra tuus] Hoc est, non totus sepeliar, & in terra absconditus, eóque ignotus ero: sed mea fama supra terras sese attollet, síque immortalis. Sic & Horatius de seipso,

Non vsitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera,
Vates, neque in terris morabor
Longius, inuidiáque maior
Vrbes relinquam. non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego quem vocas
Dilecte Mecænas obibo,
Nec Stygia cohibebor vnda, &c.
Oda vlt. lib. 2.

TRISTIVM LIBRI IIII. FINIS.

P. OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER QVINTVS.

B. MERVLÆ IN QVINTVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

ELEGIA I.

HVNC quoque de Getico, nostri studiose, libellum
Littore, præmissis quattuor adde meis.
Hic quoque talis erit, qualis fortuna poetæ:
Inuenies toto carmine dulce nihil.
Flebilis vt noster status est, ita flebile carmen,
Materia scripto conueniente sua.
Integer & lætus læta & iuuenilia lusi:
Illa tamen nunc me composuisse piget.
Vt cecidi perago subiti præconia casus,
Súmque argumenti conditor ipse mei.
Vtque iacens ripa deflere Caystrius ales
Dicitur ore suam deficiente necem:
Sic ego Sarmaticas longè proiectus in oras,
Efficio, tacitum ne mihi funus eat.
Delicias si quis lasciuáque carmina quærit,

HVNC quoque de Getico] Mittens Romam è Scythia hunc vltimum librum Ouidius, suis studiosos monet, vt quattuor prioribus libellis illinc quoque ab eo missis hunc etiam addant. Excusátque se non potuisse materiam aliam, quàm tristem, eiúsque rebus miseris & perditis conuenientem sumere. Quòd si in patriam reuocetur, scripturum se iocosa & læta profitetur. Quam rem si non obtinuerit, exemplis probat, se non posse in libellis suis alia scribere, quàm tristia, præsertim cùm in maximis doloribus & malis versetur. Simúlque veniam petit, si quid triste erit, quod lectorem offendat. Et ne videatur arrogans, fatetur carmen esse malum: huiúsque rei causam assignat. Docétque postremò, cur quum id ita sit, huiusmodi carmen Romam mittat. *De littore Getico*, de littore Tomitanæ vrbis, quæ littori Getico adiacebat. *Quattuor meis præmissis*] quatuor meis libellis de Tristibus, antea Romam missis. *Dulce nihil*] nihil suaue, sed amarum & triste. *Sua materia*) materiæ poetæ, quæ est tristis. *Integer*] non relegatus. *Læta & iuuenilia*] Libros de Arte amandi significat. *Vt cecidi*] postquam relegatus fui. *Perago præconia*] sum præco, & scribo. *Subiti casus*] subitæ relegationis. *Mei argumenti*] materiæ de meipso. *Caystrius ales*] cygnus ad Caystrum fluuium peruolans, vt est autor Homerus Iliad. 2. Tantus etiam sonus, inquit, in Scamandri campo festinantium, quantum clangorem reddunt plurima gruum, cygnorum, anserum agmina, vltro citróque volitantia, ac modò se demittentia, modò subuolantia ad Caystri fluenta, cum intra consitas arboribus ripas petunt, lauandóque gestiunt, circumiunctis pratis ad multiplicem vocem resultantibus. Et Maro in septimo Æneidos. Ceu quondam niuei liquida Inter nubila cygni, Quũ sese è pastu referunt, & longa canoros Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia circum Pulsa palus. Et in Georg. Et quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Cayster autem fluuius decurrit proximus paludi Asiæ, vt Vibius Sequester scripsit. Dionysius refert, Caystrum fluuium esse in Mæonia. *Ripa*) in ripa. *Ore deficiente*] deficiente spiritu, vel corpore. vt sit pars pro toto. *Dicitur deflere suam necem*] dicitur plorare mortem suam. quod docet etiã Aristoteles de Natura animalium libro nono. Olores enim, inquit, palmipedes sunt, & apud lacus paludésque viuunt: nec probitate victus, morum, prolis, senectutis vacant. Aquilam, si pugnam cœperit, repugnantes vincunt. Ipsi autem nunquã, nisi prouocati, inferunt pugnam. Canere soliti sunt, & præcipue iamiam morituri. Idem etiã docet Plato in Phædone, ita scribens: Cygnos quoq; falsò criminantur, quòd lugẽtes mortem, ob dolorẽ cantũ emittant. Profectò haud animaduertunt, nullam esse auẽ, quæ canat quũ esuriat, aut rigeat, aut quouis alio afficiatur incõmodo. Non ita philomena, nec hirundo, nec epopa, quas ferunt per querimoniam cantare lugentes. At mihi neque hæ aues præ dolore videntur canere, neq; cygni: sed quia Phœbo sacri sunt (vt arbitror) diuinatione præditi, præsagiunt alterius vitæ bona: ideóque cantant, alacriúsque gestiunt ea die, quàm superiori tempore. Idem Plinius etiam refert, cuius verba hæc sunt: Olorum morte narratur flebilis cantus, falsò (vt arbitror) aliquot experimentis. Quæ verba à doctis quibusdam scio parum fuisse intellecta, credentibus Plinium negare cygnorum in morte esse flebilem cantum. Immò ille Platonem secutus, dicit falsum esse, existimari cygnos flebiliter cantare propter mortem: quum potius illi Apollini dicati,

A quòd ab eo diuinationem habere videantur, prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur: vt in primo Tusculanarum quæstionum etiam Cicero opinatus est. Cygnus autem vir fuit, qui post Phaëthontis casum in auem sui nominis mutatus est: vt docet Ouidius in Metam. & Virgilius in decimo. Pausanias scribit, vltra Eridanum in Gallia Cygnum, virum musicæ peritum, Ligurum regem fuisse: & locum esse datum fabulæ, cum post obitum, Apollinis voluntate in cygnum auem conuersum. Cygnus Latinè olor appellatur, vt Hyginus scribit. Illud notandum, cygnum à Græcis cum c ante n, à Latinis cum g literarum similitudine scribi, vt Gobin, & alia nomina, vt docet Priscianus. *Ne fiunm*] ne relegatio mea. *Eas mihi tacitum*) à me silentio prætereatur.

Præmoneo, nunquam scripta quòd ista legat.
Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,
Et plures, quorum nomina magna vigent.
Atque vtinam numero nos non essemus in illo.
Hei mihi, cur vnquam Musa loquuta mea est?
Sed dedimus pœnas, Scythicique in finibus Istri
Ille pharetrati lusor amoris abest.
Quod superest, socios ad publica carmina flexi,
Et memores iussi nominis esse mei.
Si tamen ex vobis aliquis, tam multa, requiret,
Vnde dolenda canam, multa dolenda tuli.
Non hæc ingenio, non hæc componimus arte:
Materia est proprijs ingeniosa malis.
Et quota fortunæ pars est in carmine nostra?
Fœlix qui patitur quæ numerare potest.
Quot frutices sylua, quot flauas Tibris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet:
Tot mala pertulimus: quorum medicina quiésque
Nulla nisi in studio est, Pieridúmque mora.
Quis tibi Naso modus lacrymosi carminis? inquis:
Idem fortunæ qui modus huius erit.
Quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat:
Nec mea sunt, fati verba sed ista mei.
At mihi si chara patriam cum coniuge reddas,
Sint vultus hilares, simque quod antè fui.
Lenior & victi si sit mihi Cæsaris ira,
Carmina lætitiæ iam tibi plena dabo.
Non tamen vt lusit, rursus mea litera ludet:
Sit semel illa ioco luxuriata meo.
Quod probet ipse, canam: pœna modò parte leuata,
Barbariam, rigidos effugiámque Getas.
Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?
Tibia funeribus conuenit ista meis.
At poteras, inquis, melius mala ferre silendo,
Et tacitus casus dissimulare tuos.
Exigis, vt nulli gemitus tormenta sequantur,
Acceptóque graui vulnere flere vetas.
Ipse Perilleo Phalaris permisit in ære
Edere mugitus, & bouis ore queri.
Quum Priami lacrymis offensus non sit Achilles,
Tu fletus inhibes durior hoste meos?
Cùm faceret Nioben orbam Latonia proles,
Non tamen hanc siccas iussit habere genas.

M a a. *In illo numero*] in numero illorum, qui iocosa & amatoria scripsere. *Ille lusor*) ille scriptor, hoc est, ego Ouidius. Hoc autem dicit, quia scripsit præcepta amatoria. *Quod superest*] quod **B** reliquum est. *Socios ad publica carmina flexi*] admonui socios poetas ad consideranda diligentius poemata, quæ ab eis publicè eduntur: ne fortè ea scribant, quibus damnentur, vt mihi accidit. Vel (quod magis placet) hoc dicit: Postquam eiectus fui in exilium, restabat vt amicos flecterem ad legenda hæc carmina, quæ edita à me omnibus pa**C**tebant: & rogarem eos, vt mei nominis memoriam seruarent, mihique, si possent, opem ferrent: & ideo tristia scribenda erant potius, quàm iocosa. *Ad publica carmina*) ad versus meos de Tristibus, quos amicis legendos mitto. *Multa dolenda tuli*) qui multa etiam tristis pertuli. *Et quota pars*) & rara, vel nulla pars. *Nostra fortuna*) nostri infortunij. **D** quasi dicat, Pauca scripsimus eorum quæ passi fuimus. *Fœlix qui patitur*] Fœlicem se innuit futurum fuisse, si posset mala propria numerare. Sed quia sunt innumerabilia, ideo se infœlicem putat. *Campus Martis*] campus Martius. *Illa ministrat*) illa fortuna mea suggerit. *Sed ista*) subaudi est, hoc est, ista mea fortuna est, quæ queritur, & loquitur hæc **E** verba mei infortunij, non ego. Est autem ordo: Nec verba mea ista sunt, scilicet quæ queruntur, sed fati mei, id est, fortuna mea est, quæ queritur. *Vt lusit*) vt olim scripsit. Intelligit autem tres libros de Arte amandi. *Quod probet ipse*) quod ipse Cæsar laudet. *Illa tibia*) iste sonus funestus: id est, hoc triste scribendi genus. Solebant autem maiores funera ad tibiam efferre. Statius, Tibia cui teneros solitum deducere manes. Idem docet Plinius in funere eius eorum, qui Tiberium, deinde Germanicũ & Drusum Cæsares nominatim salutabat. *Exigis vt nulli*) **F** &c. Petis, inquit, vt qui torquetur, non gemat. quod impossibile esse colligit. *Ipse Perilleo*) De Perilli æneo tauro diximus suprà. *Non sit offensus*) non sit læsus: immò eius lacrymis victus illico, Hectorem reddidit: vt in secundo Æneidos docet Maro, plenius verò Homerus in vltimo Iliados libro. *Inhibes fletus*) vetas me flere. *Durior hoste*] durior Achille Priami hoste. *Quum faceret Nioben orbam*) Niobe Tantali filia fuit ex **G** Taygete Atlantis, soror Pelopis, & Amphionis vxor, quæ (vt est autor Diod.) septẽ filios & totidem filias peperit, summo decore præstantes. Tali prole superbiẽs admodum gloriabatur, se Latonæ præferẽs numero filiorum. Itaq; ira motam fabulæ Latonam ferunt, Apolliniq; vt Niobes filios, Dianæ, vt filias arcu interficerent mandasse. Quibus matri ob**H**temperantibus, contigit illam eodem tempore & abundare filiis, & carere. De Niobe hæc Homerus in vltimo Iliados: Nam & pulcherrima Niobe post duodecim in atrio liberos interemptos, cibi recordata est. Erant ei namque filiæ sex, & totidem adolescẽtes filij. Hos argenteo arcu Apollo, illas Diana confecerunt, Niobæ irati, quòd se pulchræ Latonæ æquiparauerat. Illa enim duos dũ**I**taxat filios, se multos peperisse iactarat. Hi autem duo illos omnes interemerunt, quos nouẽ dies insepultos reliquerunt: decima autem die dij superi humari mandauerunt. Illa igitur post lacrymas cibũ cepit. Nunc autem desertis in montibus apud Sipylum lapidea visitur: vbi nympharum, quæ circum Acheloum choris oblectãtur, toros esse ferunt. Ibíque **K** licet in lapidem obdurata, deorum flagella perpetitur: nam lacrymas semper emittit, dicente Ouidio lib. Metamor. 6. Flet tamen, & validi circundata turbine venti In patriam capta est, vbi fixa cacumine montis Liquitur, & lacrymis etiã nunc marmora manant. De numero filiorũ Niobes varia est opinio. Homer. .n. pueros puellásq; senos fuisse dicit. Euripi**L**des bisseptenos, scil. Archemorum, Antigonum, Tantalum, Phædimum, Sipylum, Xenarchum, Opontem. Ouidius tamen aliquos aliter nominat. Filiæ hæ fuere: Astycratea, Pelopea, Chloris, Cleodoxe, Ogyne, Pythia, & Neæra. Sappho bis nouenos filios fuisse scripsit. Bacchylides & Pindarus bisdenos. Quidam alij scriptores, tres fuisse solos dixerunt, vt docet Gellius libro vigesimo capite sexto. *Quum faceret Nioben orbam*] quum Nioben liberis priuaret. *Latonia proles*) Apollo & Diana. *Genas siccas*] genas minimè lacrymis madefactas.

M e r. *Præmoneo, nunquam scripta quòd ista legat*] Versum hunc asterisco notauimus, propter coniunctionem Quòd. Nam aut perperam huc irrepsisse illam: aut eandem nouo atque

A inusitato modo, pro vt, positam esse, dicendum est. *Quod superest, socios ad publica carmina flexi*) Habet hic versus nonnihil difficultatis, id quod ex aliorum expositionibus videre est. Videtur autem idem etiam exponi posse [illegible] aut [illegible], hoc modo: Flexi carmina publica, hoc est, in publicum emissa, aut etiam popularia, ad socios, &c. vt sit sensus: Quando igitur aliud nihil haberem reliquum, quod scriberem, flexi carmina, siue stylum ad socios, eáque ad illos legenda publicè, aut in commune dedi, quibus illos, vt memores essent mei, rogarem.

Est aliquid fatale malum per verba leuare:
*Hoc querulam Prognen, *Halcyonásque facit.*
Hoc erat in gelido quare Pæantius antro
Voce fatigaret Lemnia saxa sua.
Strangulat inclusus dolor, atque cor æstuat intus,
Cogitur & vires multiplicare suas.
Da veniam potius: vel totos tolle libellos,
Si mihi quod prodest, hoc tibi lector obest.
Sed nec obesse potest vlli, nec scripta fuerunt
Nostra, nisi autori perniciosa suo.
At mala sunt, fateor: quis te mala sumere cogit?
Aut quis deceptum ponere sumpta vetat?
**Ipse nec emendo, sed vt huc deducta legantur,*
Non sunt illa suo barbariora loco.
Nec me Roma suis debet conferre poetis:
Inter Sarmaticos ingeniosus eram.
Denique nulla mihi captatur gloria, quæque
Ingenio stimulos subdere fama solet.
Nolumus assiduis animum tabescere curis:
Quæ tamen irrumpunt, quóque vetantur, eunt.
Cur scribam, docui: cur mittam quæritis istos:
Vobiscum cupio quolibet esse modo.

MER. *Leuare fatale malum*) imminuere fatum malo illatum. *Per verba*) per questus & lamentationes. *Hoc facit querulam Prognen*) hæc causa facit, vt Progne querulo cantu dolorem leuet. Nota est fabula. Sanè de B Tereo Pausanias hæc refert: Tereus regnauit (vt Megarenses affirmant) circa fontes, qui Megaridis dicuntur. Vt verò ego sentio, & vestigia adhuc extant, in Daulide, quæ supra Chæroneam est, regnum tenuit. nam eam quæ nunc Græcia appellatur, Barbari multis in locis tenuerunt. Eos verò Tereus in ditionem redigere non potuit, ob ea quæ & ipse in C Philomelam, & mulieres aduersus Ityn egerant. Idcirco Megaris necem sibi ipse consciuit, cui tumulum statim eduxerût, persoluúntque singulis annis sacra. Ibi vpupam auem primùm visam referunt. Mulieres autem Athenas venisse lugentes, quid passæ essent, quid item contrà intulerant, testantes, lacrymis (vt aiunt) mirabiliter sese confecerunt. Inde afferunt creditas earum in luscinias & hirundinem transformationes, ea (vt puto) occasione, quòd hæ aues oesero quid miserabile, & luctui simile canunt. *Halcyonásque*) Ceyx (vt scribit Seruius) filius Luciferi habuit coniugem Halcyonem, à qua quum prohibitus iuisset ad consu-D lendum Apollinem super statu regni sui, naufragio periit. Cuius corpus quum ad vxorem Halcyonem delatú fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea Thetidis & Luciferi miseratione conuersi sunt ambo in aues marinas, quæ Halcyones vocantur. Fabulam etiam narrat Ouidius libro vndecimo Metamor. vbi Halcyones querelam ita describit: Percutiénsque leuem modò natis aera pennis, Stringebat summas ales miserabilis vndas. Dúmque volat, mœsto similem, plenúmque querelæ Ora dedere sonum, tenui crepitantia rostro. De Halcyonibus legito Aristotelem de animalium natura, & Plinium libro vndecimo. Illud sciendum, autore Seruio, quòd quum de muliere dicimus, hæc Halcyone facit: quum de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. *Pæantius*) Philoctetes Pæantis filius: qui quum à Græcis ad bellum Troianum duceretur, quòd Herculis E sepulchrum Græcis contra iusiurandum ostendisset, sagitta immedicabili vulnere confectus est. cuius fœtor cùm à Græcis sustineri non posset, in Lemno relictus est, dicente Aiace apud Ouidium lib. 13. Metam. Non te Pæantia proles Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet. Qui nûc (vt memorant) syluestribus abditus antris, Saxa mouet gemitu, Laertiadæque precatur, Quæ meruit: quæ, si dii sunt, non vana precaris. Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma. Heu pars vna ducum, quo successore sagittæ Herculis vtuntur, fractus morbóque faméque Venatúque alitúrque auibus. Cicero in libro de Fato scribit, Philoctetem serpentis morsu vulneratum. Nondum enim, inquit, vlcerato serpentis morsu Philocteta, quæ causa in rerum natura continebatur, fore vt is in Lemno insula G linqueretur. De Philoctete plura diximus in enarrationibus in primú Ouidii de Remedio amoris. *Sua voce*) suis questibus. *Strangulat inclusus dolor*) Ostendit dolorem cópressum grauiter hominem conficere. *Strangulat*) suffocat. *Cogitur multiplicare*) cogitur augere ipse dolor. *Da veniam potius*) potius mihi tristia scribenti ignoscas hanc ob causam, quàm H damnes. *Vel tolle*) vel remoue, ne lege. *Totos libellos*) hæc de Tristibus volumina. *Si mihi quod prodest*) si quod mihi conducit: hoc est, tristia scribere, & fletu dolorem leuare. *Suo autori*) mihi Ouidio, qui pœnas fero propter scripta amatoria. *At mala sunt*) Negat hæc scripta vlli obesse: hic obiectioni respondens, ea mala esse profitetur. *Deceptum*) quòd crediderit ea esse bona, quum mala sint. *Ponere*) deponere. Hinc fit I repono, pro reiicio Ouidius libro quarto Metam. Telásque, & calathos, infectáque pensa reponit. In qua significatione Iuuenalis illud accipiendum esse existimo, Nunquámne reponam? vt cum ille semper se auditorem fuisse designauerit, nunquam se audiendi consuetudinem reiecturum dicat. Non me tamen fugit, aliter ab aliis verbum illud exponi. Sed hæc nostra interpretatio, Iuuenalis sensui magis videtur quadrare: quam etiam placuisse video cùm aliquot doctissimis viris, tum in primis Pyrrho Pincio meo, ingenuis artibus excellenti, mihique tanta familiaritate coniuncto, ob eius elegantissimos mores, ingenium, summámque doctrinam, vt apud neminem studia mea, & arcana pectoris libentius vnquam deposuerim ea tempestate, qua Venetiis agebam. *Ipse nec hæc emendo*) non iubeo vt aut sumas mea K hæc mala volumina, aut sumpta non deponas. Sunt qui hunc locum ita legant, Ipse nec emendo. vt sit, hæc ego non corrigo. *Sed vt huc deducta legantur*) sed mando vt ea legantur tanquam composita inter barbaros Scythas, & inde Romam missa. *Deducta*) aut composita (deduci enim carmina dicuntur, vt antea diximus) aut certè istinc Romam missa. *Nulla mihi captatur gloria*) non scribo hæc gloriæ comparandæ gratia. *Quæque ingenii stimulos subdere fama solet*) Ordo est: Et nulla captatur fama, quæ solet. & reliqua. *Subdere stimulos ingenio*) stimulare ingenium. *Nolumus assiduis animum tabescere curis*) Alia causa, cur scribit. Scribo, inquit, ne versee in assiduis curis, cogitando mala quibus conficior. *Tabescere*) angi. *Quæ tamen irrumpunt*) &c. quamuis coner scribendo curas leuare, non tamen possum. *Quóque vetantur eunt*) me adeunt, cùm id fieri nollem. *Cur scribam docui*) causam assignaui, cur L tristia componam. *Cur mittam istos*) cur libellos istos ad vos mittam. *Quolibet modo*) versibus: quandoquidem non licet corpore.

IN SECVNDAM ELEGIAM ENARRATIO.

F

ELEGIA II.

ECquid vt è Ponto noua venit epistola, palles?
Et tibi sollicita soluitur illa manu?

MER. *ECquid vt è Ponto*) Ad vxorem scribens, dicit se corpore bene valere, quamuis mente langueat. Ostenditque eius dolorem eundem esse, qui primò fuis, quum relegatus est ab Augusto. Postea commemorat eius incommoda, quibus sine hoc conficitur. Fatetúrque se posse eis carere, si salutis suæ esset curiosa. Siquidem leuis est eius exilii causa, & magna Cæsaris clementia: quem vt adeat, ac pro marito roget, hortatur.

Demum

A Demum queritur se quoque ab vxore desertum, nec vllam aliam sibi spem amplius relictam, quàm in August: numine, ad cuius aram dicit se velle confugere, nec timere vt reiiciatur tanquam inuisus: quandoquidem dij supplicum manus minimè summouere soleant, id quod facit proxima elegia. *Ecquid palles*) nunquid times? cuius indicij signum est pallor. Causam eius rei suprà assignauimus. *Nona epistola*) epistola nuper missa. *Soluitur*) aperitur.

Pone metum, valeo: corpúsque quod antè laborum
Impatiens nobis, inualidúmque fuit,
Sufficit, atque ipso vexatum induruit vsu.
**En magis infirmo non vacat esse mihi.*
Mens tamen ægra iacet, nec tempore robora sumpsit:
Affectúsque animi qui fuit antè, manet.
Quæque mora spacióque suo coitura putaui,
Vulnera non aliter, quàm modò facta, dolent.
Scilicet exiguis prodest annosa vetustas,
Grandibus accedunt tempore damna malis.
Penè decem totis aluit Pœantius annis
Pestiferum tumido virus ab angue datum.
Telephus æterna consumptus tabe perisset,
Si non quæ nocuit, dextra tulisset opem.
Et mea, si facinus nullum commisimus, opto,
Vulnera qui fecit, facta leuare velit.
Contentúsque mei iam tandem parte doloris,
Exiguum pleno de mare demat aquæ.
Detrahat vt multum, multum restabit acerbi:
Pársque meæ pœnæ, totius instar erit.
Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,
Quótve soporiferum grana papauer habet:
Sylua feras quot alit, quot piscibus vnda natatur,
Et tenerum pennis aëra pulsat auis:
Tot premor aduersis: quæ si comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.
Vtque viæ casus, vt amara pericula Ponti,
Vt taceam strictas in mea fata manus.
Barbara me tellus, orbísque nouissima magni
Sustinet, & sæuo cinctus ab hoste locus.
Hinc ego traycerer (nec enim mea culpa cruenta est)
Esset, quæ debet, si tibi cura mei.
Ille deus, bene quo Romana potentia nixa est,
Sæpe suo victo lenis in hoste fuit.
Quid dubitas? & tuta times? accede, rogáque:
Cæsare nil ingens mitius orbis habet.
Me miserũ, quid agam, si proxima quæq; relinquũt?
Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo?
Quò ferar? vnde petam lassis solatia rebus?
Anchora iam nostram non tenet vlla ratem.
Viderit ipse. sacram, quamuis inuisus, ad aram
Confugiam. nullas summouet ara manus.

MER. *Sufficit*) durat, sustinet. *En magis infirmo*) Non, inquit, tempus est, vt magis sim infirmus & inualidus: nam corpus multis malis vexatum occalluit, & assueuit omnia perpeti. Sunt qui legant per interrogationem. An magis infirmo, & reliqua: quod parum placet. Alij Ac, nõ B An: alij En legendum putant. *Exiguis*) paruis malis. *Prodest*) quia tempore minuuntur. *Tempore*) diuturnitate temporis. *Pœantius*) Philoctetes: de quo paulo antè diximus. Probat autem exemplis Ouidius, quod dixit verum esse. *Decem annis*) quibus Troia a Græcis obsessa, demum diruta fuit. *Virus pestiferum*) Sagittam Herculis intellige, hydræ veneno C infectam. Nota est fabula. *Telephus æterna consumptus tabe perisset, Si non quæ nocuit*) De Telepho abundè diximus in primo de Remedio amoris, in enarratione eorum carminũ, Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit. *Pleno de mare*) Mare in ablatiuo dixit, contra regulam, licentia poetica: quemadmodũ Maro Tri- D denti magis, quàm Tridente dixit, vt Seruius notat. Priscianus tamen docet, vetustissimos huiusmodi nominum ablatiuos etiam in e protulisse. Varro: Ab Erythro mare orti. Atacinus: Cingitur Oceanus Libyco mare, flumine Nilo. Et Plautus in Rudẽte: Suam quisque partem piscium poscat sibi, dicant in mare communi captos. Et Lucanus in septimo: Ge- E tes Mars ille futuras Obruet, & populos æui venientis in orbem Erepto natale feret. *Totius instar erit*. Ostendit tantam esse malorum magnitudinem, vt etiã si quid detrahatur, nihil sibi imminutum videatur. *Quótve soporiferum grana papauer habet*) Papaueris satiui tria sunt genera. Cã- G didum, cuius semen tostum in secunda mensa cũ melle apud antiquos dabatur. Alterũ nigrum, è cuius scapo inciso lacteus succus exprimitur. Tertium genus Tytam vocant. Id nostri erraticum: quod sponte quidẽ, sed sponte cum hordeo nascitur, erucæ simile. H Succum papaueris medici Opion appellant. E nigro autem sopor concipitur. Columella: Et profugos victura papauera somnos. *Quótve grana*) & quot semina. *Quot tenerum pennis aëra pulsat auis*) & quot pennis auis per aërem volat. *Traycerer*) aliò mitterer ab Augusto. *Est cruenta*) est capitalis, quòd quenquam occiderim. *Ille deus*) ille Augustus. *Est bene nixa*) est bene sustentata. *Vlla anchora*) vllũ I munimentum, aut auxilium. *Nostram ratem*) Elegãter docet Poeta per similitudinem, se vt nauem sine anchora omni periculo expositum, nihil spei habere, nisi in præsidio deorum, & Augusti in primis. *Viderit ipse*) ipse Cæsar prouiderit, postquam à cæteris destitutor. *Quamuis inuisus*) quamuis odiosus Cæ- K sari. *Nullas manus*) nullas supplicis preces.

IN TERTIAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA III.

A†Lloquor en absens absentia numina supplex,
Si fas est homini cum Ioue posse loqui.
Arbiter imperij, quo certum est sospite cunctos
Ausoniæ curam gentis habere deos.
O decus, ô patriæ per te florentis imago,
O vir non ipso, quem regis, orbe minor.
Sic habites terram, sic te desideret æther,
Sic ad pacta tibi sidera tardus eas.
Parce precor, minimámque tuo de fulmine partem

MER. *Alloquor en absens*] Augustum precatur Poeta, vt quandoquidem in exilium tam asperum misit, velit eum transferre in locum aliquem F mitiorem. *Absentia numina*) absentem Augustum. *Cum Ioue*] cum diis, cum Augusto. *Arbiter*] moderator. *Ad sidera pacta tibi*] ad cœlum tibi promissum. Legitur etiã L Parta, vt cœlum ab Augusto partum dicat. *Tardus eas*) serò à nobis discedas, & moriaris.

De tuo fulmine] de tua ira & pœna.

Deme: satis pœna quod superabit, erit.
Ira quidem moderata tua est, vitámque dedisti:
Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abest.
Nec mea concessa est alÿs fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipse tui.
Omnia quæ timui, quoniam hæc meruisse videbar:
Sed tua peccato lenior ira meo est.
Arua relegatum iussisti visere Ponti,
Et Scythicum profuga findere puppe fretum.
Iussus ad Euxini deformia littora veni
Æquoris: hæc gelido terra sub axe iacet.
Nec me tam cruciat, nunquam sine frigore cœlum,
Glebáque canenti semper obusta gelu.
Nesciáque est vocis quòd barbara lingua Latinæ,
Græcáque quòd Getico mista loquela sono est:
Quàm quòd finitimo cinctus premor vndique Marte,
Vixque breuis tutos murus ab hoste facit.
Pax tamen interdum est, pacis fiducia nunquam:
Sic hic nunc patitur, nunc timet arma locus.
Hinc ego dum muter, vel me Panchæa Charybdis
Deuoret, atque suis ad Styga mittat aquis.
Vel rapida flammis vrar patienter in Ætna,
Vel freta Leucadÿ mittar in alta dei.
Quod petimus, pœna est: nec enim miser esse recuso:
Sed precor vt possim tutius esse miser.

Ius ciuis) ius quo vtitur ciuis Romanus. *Nec nomen*) quia ciuis Romanus appellor. *Nec mea concessa est alÿs fortuna*) nec mihi fortunas meas ademit Augustus: quod exulibus fieri solebat, vt in quinto Tusculanarum quæstionum docet Cicero. *Nec exul*) sed relegatus. *Pax tamen interdum est*) interdum prælia cessant: non enim hostes semper pugnant. *Pacis fiducia nunquam*) nunquam certa est pax: nam semper hostium aduentum formidamus. *Panchæa Charybdis*) In quibusdam exemplaribus legitur Panthea, in alÿs Panchæa, in plerisque Pangea: quæ lectio deprauata est. Legatur igitur emendatè Zanclæa Charybdis: sic enim poetæ eam appellant, ab vrbe Siciliæ Zancle, ante quam paulum in traiectu ostenditur. Zancle autem appellata est à specie falcis. Siquidem (autore Thucydide) falcē Siculi Zanclam appellant. nam loca ea curua fuisse docet etiā Strabo. Silius fabulosè eā sic appellatā, quòd illic falcē posuit Saturnus. Ast enim: Nec Zanclæa gerunt obscuram mœnia famam, Dextera quam tribuit posito Saturnia telo. Macrobius etiam docet, Saturni falcem in Siciliam decidisse, quòd sit terra illa vel maximè fertilis. Anaxilas Rheginorum tyrannus, eiectis à Zancle Samÿs, qui Cumanos expulerant, ab antiqua patria sua, quæ fuit in Peloponneso, Messanam appellauit, vt docet Strabo. Inde Mamertini natio Campana, Messanam habitarunt. Vnde & vinum Messenium, Mamertinum dicimus. Ab hac vrbe Messalam Coruinum ita cognominatum fuisse docet Seneca ad Paulinum. Vnde in Fastis dixit Ouidius: Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum. Est autem Charybdis fretum inter Rhegium & Messanam, qua breuissimo interuallo Sicilia distat a continente, qua fertur Vlysses penetrasse. Haud ab re sic existimatum, quòd cadat rabidè per angustias pelagi Tyrrheni ac Siculi. Fabulam diximus in vltimo de Remedio amoris. Latenter ergo poeta hanc in vrbem è Ponto transmitti exoptat, aut certe (quod magis placet) in his locis mori, minus supplicÿ sibi fore designat, quàm si in Scythia in tantis malis degat. *Ad Styga*), ad profundum. Dicitur enim Charybdis naues in profundum trahere. *Vel rapida flammis vrar patienter in Ætna*) In Ætna monte, quæ olim Cyclopas tulit, nunc verò assiduis ignibus flagrat, minus supplicÿ fore etiam ostendit. Mons autem Ætna (autore Plinio) nocturnis mirus incendÿs. Crater eius patet ambitu stadia viginti. Fauilla Tauromínium & Catanam vsque peruenit feruens: fragor verò ad Maronem, & gemellos colles. In eius vertice (vt docet Solinus) hiatus duo sunt, Crateres nominati, per quos eructans erumpit vapor, præmisso prius fremitu per æstuantes cauernarum latebras, longo gemitu inter terræ viscera diu voluitur. Antè se flammarum globi attollunt, quàm interni strepitus antecedant. Mirum hoc est, nec illud minus, quòd in illa feruentis naturæ peruicacia, mistas ignibus niues proferat: & licet vastis exundet incendÿs apicis, canicie perpetua brumalem detinet faciem. Ita inuicta in vtroque violentia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. De Ætna Silius libro decimoquarto ita cecinit: Ast Ætna eructat tremefactis cautibus ignes, Inclusi gemitus, pelagíque imitata furorem, Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores, Nocte diéque simul fonte è Plegethontis vt atro Flammarū exundat torrens, piceáque procella Semiambusta rotat liquefactis saxa cauernis. Sed quanquam largo flammarum exæstuat intus Turbine, & assiduè subnascens profluit ignis, Sūmo cana iugo cohibet (mirabile dictu) Vicinā flammis glaciē, æternóque rigore Ardentes horrent scopuli, stat vertice celsi Collis hyems, calidáque niuem tegit atra fauilla. Ætnam etiam elegantissimè describit Maro: sed inter cæteros Strabo libro sexto omnia plenissimè colligit. Causam verò eius montis incēdÿ Iustinus libro quarto ostendit his verbis: Est autē Siciliæ terra tenuis, ac fragilis, & cauernis quibusdam fistulísque ita penetrabilis, vt ventorum tota fermè flatibus pateat, nec non ignibus generandis nutriendísque soli ipsius naturali vi: quippe intrinsecus stratum sulphure & bitumine traditur. Quę res facit, vt spiritu cum igne inter interiora luctāte, frequēter, & cōpluribus locis nūc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructet. Inde denique Ætnę montis per tot secula durat incēdium: & vbi acrior per spiramenta cauernarum ventos incubuit, arenarum moles egeruntur. Cæterùm rem eiusmodi elegantissimè nuper executus est iuuentutis Venetæ clarissimum decus Petrus Bembo in eo libello, in quo cum doctissimo eius patre Bernardo, homine in Veneta republica maximæ celebritatis, non minus eleganti oratione, quàm veris rationibus disputat. *Vel freta Leucadÿ*) Aliud etiam supplicium Scythicis malis minus commemorat, hoc est, vt in mare Leucadium ex alto vertice demittatur. cuius loci altitudinem etiam Lucanus ita designat: Quantum Leucadio placidus de vertice pontus Despicitur, tantum nautæ videre trementes. Et Sappho apud Ouidium: Phœbus ab excelso quantum patet aspicit æquor, Actæum populi, Leucadiúmque vocant. Loci meminit Strabo libro decimo. *Leucadÿ dei*) Apollinis qui in Leucade colebatur. Corinthÿ enim Leucadem in insulæ formam redegerunt, quum antea esset Chersonesus. Leucadem autem à Leucatæ vocabulo appellarunt. Est enim albicanti colore petra, in pelagus proiecta, Cephalleniam versus, & Leucadi adiacens. Habet Apollinis Leucatæ fanum. Vel (vt Alcmæonidis scriptori placuit) appellata est ab Icarÿ filio Leucadio. Eo in loco Sappho prima dicitur superbè ab excelsa se deiecisse petra, stimulante cupidine, sicuti Menander retulit. Antiquiores verò scriptores non Sappho, sed Cephalum prius saltasse tradunt, Pteolæ captum amoribus Deionei filÿ. autor Strabo libro nono. Scribit etiam Plinius, in ore ipso Ambracÿ sinus fuisse coloniam Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili, ac ciuitate libera Nicopolitana. Egressos autem sinu Ambracio in Ionium, excipit Leucadium littus promontorium Leucates, dein sinus, ac Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritos appellata.

Alloquor en absens absentia numina supplex. Mirum est, quam ob causam hæc quæ sequuntur, à superioribus diuellant quidam: cùm per se posita, neque exordium ant caput habeant: & superiores proximi versus, omnino cum sequentibus hic cohæreant. Est enim hæc sententia: Quando igitur cæteri vos omnes deseritis me, neque quisquam pro me deprecari sustinet, ego ipse ad aram, hoc est, ad Cæsarem accedam, eúmque licet absentem, absens supplicibus verbis, quatenus fas est hominem cum Deo loqui, alloquar, & orabo, in hunc modum videlicet: O arbiter imperÿ, &c. Melius igitur Aldina editio, quæ sequentia hæc cum superioribus ac præcedentibus connectit.

IN QVARTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA IIII.

Illa dies hæc est, qua te celebrare poetæ,
Si modò non fallunt tempora, Bacche solent.
Festáque odoratis innectunt tempora sertis,
Et dicunt laudes ad tua vina tuas.
Inter quos memini, dum me mea fata sinebant,
Non inuisa tibi pars ego magna fui:
Quem nunc suppositum stellis Erymanthidos vrsæ
Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.
Quique prius mollem vacuámque laboribus egi
In studijs vitam, Pieridúmque choro:
Nunc procul à patria Geticis circumsonor armis,
Multa prius pelago, multáque passus humo.
Siue mihi casus, siue hoc dedit ira Deorum,
Nubila nascenti seu mihi Parca fuit,
Tu tamen è sacris me de cultoribus vnum
Numine debueras sustinuisse tuo.
An domina fati quicquid cecinere sorores,
Omne sub arbitrio desinit esse Dei?
Ipse quoque æthereas meritis inuectus es arces,
Quo non exiguo facta labore via est.
Nec patria est habitata tibi, sed adusque niuosum
Strymona venisti, Marticolámque Geten:
Persidáque, & lato spaciantem flumine Gangem,
Et quascunque bibit decolor Indus aquas.
Scilicet hanc legem, mentes fatalia Parcæ,
Stamina bis genito bis cecinere tibi.

MER. *Illa dies hæc est, qua te celebrare poetæ*] Queritur Ouidius, quòd quũ Bacchi festum celebretur, vnà cum cæteris poetis Romæ esse non liceat, vt antea solebat: miratúrque illum sibi vni ex eius cultoribus non opem tulisse. Demum illum, B vndique consortes poetas precatus, vt à Cæsare reditum impetrent.
Qua te celebrare poetæ. Bacchi festum celebrabatur 15. Calend. Apriles. eius sacra Iulius Cæsar primus Romam trãstulit, vt est autor Seruius in enarratione eius versus, Daphnis & Armenias curru subiungere tigres Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho. De huius dei sacris legito Ouid. lib. C 3. Fastorum. *Innectunt tempora*] coronantur ipsi poetæ, vt celebrẽt festum tuum. *Sertis odoratis*] sertis bene olentibus.
Ad tua vina] ad pocula, quæ sumuntur in tuum honorem, aut ad vina à te inuenta. hoc est, inter bibendum. *Dum me mea fata sinebant*) dum non eră relegatus ab Augusto.
Erymanthidos Vrsæ] Vrsæ Arcadicæ, ab Erymantho monte Arcadiæ appellatæ. *Iuncta crudis Getis*] iuncta toruis & crudelibus Getis. *Siue casus*] siue quædam fortuna. *Fuit* D *nubila*] fuit obscura & irata. *Sustinuisse*] sustentasse. *An domina fati.*] Parcas dominas fati appellat, quoniam hæ tres sorores dicuntur fatis præesse. Ouid. in Metam. Tu sola insuperabile fatum Nata mouere putas, intres licet ipsa sororum Tecta trium. cernes illic molimine vasto Ex ære, & solido rerum tabularia ferro, Quæ neque concursum cœli, neque fulminis iram, Nec metuunt vllas tuta atque æterna ruinas. Et Seneca in OEdipode: Fatis agimur: credite fatis. Non sollicitæ possunt curæ mutare rati stamina fusi. Quicquid patimur mortale genus, Quicquid facimus, venit ex alto. Seruátque sua decreta colus Lachesis dura reuoluta manu Omnia certo tramite vadunt. Primúsque dies dedit extremum. Non illa deo vertisse licet, Quæ nexa suis currunt causis. Boetius quoque de fato ita scribit: Omnium generatio rerum, cunctúsque mirabilium naturarum pro- E gressus, & quicquid aliquo mouetur modo, causas, ordinem, formas ex diuinæ mentis stabilitate sortitur. Hæc in suæ simplicitatis arte composita, multiplicem rebus gerendis modum statuit, qui modus cum ipsa diuinæ intelligentiæ puritate conspicitur, Prouidentia nominatur. Quum verò ad ea quæ mouet, atque disponit, refertur, Fatum à veteribus appellatum est. De Fato multa Gellius libro sexto, Cicero in primo de Diuinatione, Apuleius in libro de Mundo, & Eusebius Pamphilus libro sexto. Fato autem omnia fieri credebant Stoici, vt in libro de Fato docet Cicero. Vnde & Iulius Firmicus in primo ita scribit: Si fatum nobis vitæ ianuas pandit, finémque viuendi fatalis legis necessitas statuit, quid est aliud quod non sit positum in eius potestate? Fato constat actus etiam nostros vniuersos, studia, cupiditatésque contineri. Et Manilius: Fata regunt orbem, F certa stant omnia lege. Nascentes morimur, finisque ab origine pendet. Et Tranquillus scribit Tiberium addictũ mathematicæ: plenúsque persuasionis cuncta fato agi. quam opinionem hic etiam sequitur Ouidius. *Sorores*] tres Parcæ. Has Plato libro de Republica decimo scribit tres esse necessitatis filias, & æquali inuicem interuallo in throno sedere, vestibus albis, capite coronato: Lachesin scilicet, Clothon, & Atropon, quæ ad Sirenũ Harmoniam canant: Lachesis G quidem præterita, præsentia Clotho, Atropos verò futura: & Clotho quidem cum matre simul intermissione quadã temporis dextra manu tangẽtem fusi extimam circumferentiam vertere: Atropon verò sinistra iterum interiores similiter: Lachesin denique vicissim vtraque manu vtrinque tangere. Illuc animas ergo quum venerint statim oportere ad H Lachesin accedere, vbi illico propheta aliquis primùm singulas disponit in ordinem postea quum ex genibus Lachesis sortes & vitarum exempla susceperit, aliquod sublime tribunal ascendens sic fatur: Necessitatis filiæ ipsius virginis Lachesis præconium hoc: O animæ diurnæ circuitus alterius initium mortalis ac mortiferi generis, non vos dæmon sortietur: sed I vos dæmonem potius eligetis. Qui verò prior sortem ceperit, prior eligat vitam, cui necessariò inhærebit. Virtus autem inuiolabilis ac libera, quam pro vt honorabit quis, aut negliget, ita plus aut minus ex ea denique possidebit. Eligentis quidem culpa est omnis Deus autem extra culpam. Hæc fatus, sortes super omnes fundit, ex quibus quilibet eam rapit, quæ super ipsum ceciderit. neque licet cuipiam, quotus ordine sit, agnoscere, nisi quum ceperit. tunc enim duntaxat quotus sit sortitus, intelligit: post hæc item exempla vitarum coram ipsis in pauimento disponit multo plura, quàm quæ hic ad præsens apparent. Scribit etiam Lactantius libro Diuinarum institutionum secundo, Parcas in singulis hominibus apparere. Omnia e- K nim tribus temporibus contineri, præterito, præsenti, & futuro. Præterito est origo, præsentis substantia, futuri dissolutio. Incipimus enim, quum nascimur: & sumus, quum viuimus: & desinimus, quum interimus. Vnde non immeritò poetæ tres Parcas esse voluere: vnam, quæ Clotho appellata, vitam hanc ordiatur: alteram, quæ contexat, & Lachesis dicitur: tertiam, quæ rumpat ac finiat, & Atropos nominatur. Idem quoque ita refert Apuleius: Sed tria fata sunt, Numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem eorum ad eiusdem similitudinẽ temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: & quod torquetur digitis, momenti præsentis indicat spatia: quod nondum colo tactum est, subactúmque cura digitorum, id futuri & consequentis seculi posteriora videtur o- L stendere. Hæc illis conditio ea nominum eorundem proprietate contingit, vt sit Atropos præteriti temporis fatum. Lachesis à fine cognominata, quòd etiam illis quæ futura sunt, finem suum deus dederit. Clotho præsentis temporis habet curam, vt ipsis actionibus suadeat, ne cura solers rebus omnibus desit. *Sub arbitrio dei*] sub dei volũtate. Nam fata ne ab ipsis quidem immutari posse existimabant, vt Senecæ versibus superius docuimus. Vnde illud legimus, Fatum ipsum exuperat Iouem. & illud, Fato stat Iuppiter ipse.
Ipse quoque æthereas] Probat Bacchi exemplo, fata non esse sub dei arbitrio, siquidem ille post maximos labores cœlum ascendit. *Non patria*) Thebas intellige. *Strymona*) Strymon fluuius est, qui in confinio Thraciæ & Macedoniæ ex Æmo decurrit, ibi per æstum maximè grues morantur. Vnde Maro eas Strymonias appellauit.

Martiolamque Getem] Thracia enim secundum Indos omnium maxima, in qua Getæ fuerunt, deos coluit Martem, Liberum, Dianam, ac Mercurium, vt scribit Herodotus. *Persidaque & lato spatiantem flumine Gangem, Et quæcunque bibit decolor Indus aquas*] Persis (vt scribit Dionysius) tota altissimis vallatur montibus, initium capiens à portis Caspiis, quà iter in austrum, atque vsque ad mare protenditur: quod ab ea Persicum est appellatum. De Perside regione plura diximus in primo de Arte amandi. *Et lato spatiantem flumine Gangem*] Ganges (vt scribit Strabo) Indiæ fluuius est, maximũ omnium fluminum, quæ in tribus continentibus memorantur. Post hunc Indum ponunt, tertium Istrum, quartum Nilum. Quidam minimam eius latitudinem triginta stadiorum dicunt, quidam trium. Megasthenes ad centum eum stadia dilatari existimat: minimam verò profunditatem viginti passuum. Plutarchus scribit esse eius latitudinem duorum & triginta stadiorum, profunditatem verò passuum centum. Gangem quidam incertis fontibus vt Nilum, rigantémque vicina eodem modo. Alij in Scythicis montibus nasci dixerunt, influere in eum nouemdecim amnes. Autor Plinius. De eo Curtius ita scribit: Ganges omnium ab oriente fluuius eximius à meridiana regione decurrit, & magnorum montium iuga recto alueo stringit. Iu eum obiectæ rupes inclinant ad orientem. Accipitur rubro mari, findens ripas: multásque arbores cum magna soli parte exsorbet. Saxis quoque impeditus, quibus crebrò reuerberatur. vbi mollius solum reperit, stagnat, insulásque molitur: vt non immeritò Ouidius eum lato flumine spaciari dixerit. De Gange, & India, plura Diodorus libro tertio, apud quem etiam legimus, Indiam à Baccho deuictam. quod etiam ita ostendit Ouidius in Metamorph. Tibi victus ad vsque Decolor extremo qua cingitur India Gange. *Decolor Indus*] Indiæ populus niger, & mali coloris. Sunt enim Indi nigri. Apuleius: Nec mirum, quòd Ganges apud Indos vnus omnium amnis maximus, Eois regnator aquis, in flumina centum Discurrit, centum valles illi, oráque centum, Oceanique fretis centeno iungitur amni. Nec quòd iisdem Indis ibidem sitis ad nascentem diem, tamen in corpore color noctis est. Et Tibullus: Illi sint comites fusci, quos India torret Solis, & admotis inficit ignis equis. Quòd autem nigri alibi, alibi candidi homines nascantur, Zonas efficere, Iulius Firmicus scribit. Quæcunque enim gens hominum illi adiacet Zonæ, quæ sempiterna adustione ignibus incenditur, licet sit sub eius Zonæ partibus collocata, quæ est cõposita moderatione formata, ad fingendos tamẽ colores hominũ, ignẽ sibi ex viciniæ societatis coniunctionibus mutuatur: vt homines ad imitationem iustarum rerum, atri semper forma coloris infuscet: quæ verò partes glacialibus adiacent Zonis, quæ viduatæ, ac desertæ solis ardoribus perpetuis pruinarum niuibus opprimuntur, gentes illas hominum, quas in vicino posita Zona progenerat, nitore faciunt niuea splendidi candoris ornari. Sed & in his regionibus, quæ candidos homines procreant, & in illis rursus, quæ nigros, ad variandas hominum formas, stellarum plurimum potestas operatur: & vtrorumque hominum, licet coloris sit vna substantia, diuersam tamen speciem deformationis assignat. Zonarum igitur est, quòd nigri, vel candidi sunt: stellarum verò, quòd in illa vnitate coloris dissimilium formarum varietatibus corporantur. Scribit etiam Dionysius, ad orientem sitam esse Indiæ regionem quæ, licet omnium sit extrema, est tamen omnium iucundissima, & in ipsis Oceani labiis sita. quam, sol quum primùm incipit emergere, atque ab Oceano caput extollere, primam esse ferunt quæ illius radiis incenditur: & propterea nigros homines, & crassos à natura procreare. Comas verò densissimas, haud dissimiles hyacintho. Quòd autem Bacchus totum fermè orbem peragrarit, circumducens secum exercitum non modò virorum, sed etiam fœminarum, docet Diodorus libro tertio: sed plenius in quarto, & quinto. *Bis genito bis cecidere tibi*] Bis genitum appellat, quoniam primùm ex ventre Semeles, deinde ex femore Iouis in lucem venit. Nam (vt scribit Diodorus) Semele ante partum fulmine icta, Iouem tradunt sumptum in femore infantem, vt clam Iunone esset, vsque ad pariendi tempus abscondisse: inque Naxo insula natum, filiæ Coronidi, eiusdémque loci nymphis præbuisse educandum. Fulminasse autem ante partum Semelem, vt non ea mortali, sed ex duobus dijs ortus, è vestigio fieret immortalis. Vnde Ouidius in Metamorph. eum iterum satum appellat, solúmque bimatrem. Fabulam refert Diodorus in quinto, & Ouidius Metamorph. libro tertio. Bis autem illum ex Ioue natum iidem finguut, quoniam vitea Deucalionis tempore vnà cum cæteris arboribus diluuio sint absumptæ, deinde iterum enatæ: veluti hæc secunda extiterit dei apud omnes procreatio, qua ex Iouis femore natum denuò hunc deum scribunt. Autor Diodorus.

Me quoque, si fas est exemplis ire deorum,
Ferrea sors vitæ, difficilisque premit.
Illo nec melius cecidi, quem magna locutum
Reppulit à Thebis Iuppiter igne suo.
Vt tamen audisti percussum fulmine vatem,
Admonitu nostri condoluisse potes.
Et potes, aspiciens circum tua sacra poetas,
Nescio quis nostri dicere cultor abest.
Fer bone Liber opem, sic altera degrauet vlmum
Vitis, & incluso plena sit vua mero.
Sic tibi cum Bacchis Satyrorum grata iuuentus
Adsit, & attonito non taceare sono.

Me quoque] Hoc dicit: Quemadmodum subiectus fuisti fatis ô Bacche, vt orbem peragrares: sic illa mihi hanc sortem dedere. *Quem magna locutum*] Capaneum designat, de quo abundè superius diximus. *Vatem*] me tuum poetam. *Admonitu nostri*] In quibusdam exemplaribus magis emendate legitur, Admonitu matris: vt ad Semelem Bacchi matrem referas, quæ Iouis fulmine cõflagrauit: quemadmodum Poeta Augusti ictu prostratus est. *Sic altera degrauet Vlmum Vitis*] sic sit vuæ copia maxima in tuis vitibus vlmum complexis: quod maritare appellant. Vnde & Vlmus marita vitium dicitur. Commodissimè autem Vlmus vitem patitur. De maritanda autem vite, lege Columellam libro tertio. Sed in sexto copiosius idem exequitur. *Altera Vitis*] Duæ enim vites applicitæ & religatæ, vni vlmo innitebantur: quod docet Columella his verbis. Circa vernum deinde æquinoctium binæ vites, quo celerius vlmum vestiant, pedem inter se distantes scrobibus reponendæ. Inueni tamen Patauij in ea conspicua & celeberrima bibliotheca, quæ iuncta est ædi Diui Ioannis cognomento Viridarij, horrendæ vetustatis Ouidium, in quo non Altera, sed Altam scriptum est, vt ad vlmum referatur. *Mero incluso*) vino intus latenti. Hoc autem dicit, quoniam Bacchus vini vsum mortalibus tradidit, vt est autor Diodorus. *Sic tibi cum Bacchis*] Tradunt Bacchum in exercitu mulierum copiam circumduxisse, armatam hastis pampinis inuolutis: Silenum quoque pædagogum ac nutritorem, qui ei plurimum ad virtutem & gloriam resque bellicas profuit: Satyrósque etiam, quorum opera in saltationibus ac tragœdiis oblectabatur. eorum enim risu ac ioco vitam omnẽ fœlicem traducebat. De Satyris diximus abundè in enarrationibus in Ouidium de Arte amandi. *Attonito non taceare sono*] & sacrificiis celebreris, in quibus hominum clamore & strepitu cymbalorũ ac tympanorum omnia resonabant. quam rem designat Ouidius his versibus: Tu biiugum pictis insignis frenis Colla premis Lyncum: Bacchæ Satyrique sequuntur. Quique senex ferula titubantes ebrius artus Sustinet, & pando non fortiter hæret asello, Quacunque ingrederis, clamor iuuenilis, & vnà Fœmineæ voces, impulsaque tympana palmis, Concauáque æra sonant, longóque foramine buxus. *Attonito sono*] sono bacchantium & furentum in tuis sacris. Sic in primo de Arte amandi: Sonuerunt cymbala toto Littore, & attonita tympana pulsa manu. De clamore Baccharum ita etiam scribit Dionysius: Extant & aliæ non longe ab his insulæ sitæ, cultrices quàm maximè Bacchi: in quibus Amnitarum mulieres olim clarissimorum virorum, coronatæ hedera, pendentibúsque corymbis iuxta se quasi commotæ furore quodam concitantur: atque cum ingenti clamore elato, Bacchum vociferantes, nocte ipsi deo sacra ex ritu persiciunt: haud enim sic in ripis Threicij Absynti Bistonides consonantium Bacchum proclamant. neque sic Indi pueri apud Gangem tripudiant, strindentes sonoro cantu: quemadmodum ibi mulieres illæ Bacchum celebrantes obstrepunt deo, ac saltantes vota persoluunt. Alibi plura diximus. Dionysius de Insulis Britanniæ. [Versus Dionysij sunt.

A [illegible Greek text]

MAR. *Ossa bipenniferi*) Insignes inter eos in quos animaduertit Bacchus, fecerunt Græcum Penthea: cuius fabulam habes apud Ouidium in Metamorph. Ninum lodorum regem. Lycurgum Thracem. Tradunt enim Bacchum ex Asia in Europam cum exercitu transiturum, cum Lycurgo Thracum, qui sunt ad Hellespontum societatem coijsse. Quum fœminas primùm in Thraces velut amicos traduxisset, iussisse Lycurgum nocte milites suos Bacchum aggredi, ipsúmque & pellices omnes obtruncari. his per quendam accolam, Tharopem nomine, cognitis, territos Bacchus, quum nondum transfretassent milites, amicorum præsidio occultè ad exercitum transijt. Lycurgus pellices aggressus, omnes interemit. At Bacchus exercitu traducto, Thracem pugna superatum captúmque priuauit oculis, domesticis eius cruce affixis. Tharopi verò, beneficij memor, Thracum imperium concessit, ac ritum orgia celebrandi tradidit. Ouidius verò scribit Lycurgum Thracum regem fuisse, qui Bacchum deum esse negabat. ob quod dum coarceretur securi vites incidere, crura sibi amputauit. Vnde bipennifer appellatur. Ouid. in Metamorph. Penthea cu vetande, bipenniferúmque Lycurgum Sacrilegos macias. *Vmbra Pentheos*) Penthei anima.

Ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi,
Impia nec pœna Pentheos vmbra vacet.
Sic micet æternum, vicináque sidera vincat
Coniugis in cælo clara corona tuæ.
Huc ades, & casus releues pulcherrime nostros,
Vnum de numero sis memor ipse tuo.
Sunt dijs inter se commercia: flectere tenta
Cæsareum numen numine Bacche tuo.
Vos quoque consortes studij pia turba poetæ,
Hæc eadem sumpto quisque rogate mero.
Atque aliquis vestrûm Nasonis nomine dicto
Apponat lacrymis pocula mista suis:
Admonitúsque mei, cùm circumspexerit omnes,
Dicat, vbi est nostri pars modò Naso chori?
Idque ita, si vestrum merui candore fauorem,
Nulláque iudicio littera læsa meo est.
Si veterum dignè veneror cùm scripta virorum,
Proxima non illis esse minora rear.
Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen,
Quod licet, inter vos nomen habete meum.

G *Clara corona*) Ariadnen à Theseo in Naxo insula destitutam, Bacchus vxorē duxit, & vt sidere clara foret, Liber sumptam coronam in cœlum iecit, dicente Ouidio: Sumptā de fronte coronam Immisit cœlo, tenues volat illa per auras. Dúmque volat, gemmæ nitidos vertuntur in ignes, Consistúntque loco specie remanēte coronæ. Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis. Fabulam etiam refert Ouid. in 3. de Arte amandi, vbi nos quoque plura diximus. De Corona verò Ariadnæ legito Hyginum, qui rē multis verbis prosequitur. *Esse Vnum de tuo numero*) me vnū esse de tuis poetis. *Candore*) mea integritate. *Nulláque iudicio*) si nullius vestrûm carmen nostri vnquam aut, si in quenquam vestrûm mordacem versum nunquam distrinxi. *Proxima non illis*) si arbitror proxima vestra carmina antiquis non esse inferiora. I Proxima autem, aut vicina, aut nuper à vobis edita. *Dextro Apolline*) propitio Apolline. *Nomen habete meum*) solo nomine sim vobiscum, quandoquidem corpore non possum propter Augustum.

IN QVINTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA V.

MAR. D *Littore ab Euxino*) Epistolā ab Euxino littore Romam venisse, eorúmque laudare amici fidem, inducit Ouidius. Eum postremò precatur, vt se constanter tueatur. *Epistola Nasonis*) ego Ouidij epistola. *Qui flens*) qui Ouidius plorans. *Cui licet*) cui epistolæ fas est. non enim es exul, vt ego sum. *Ostendi solem postulat ille sibi*) Quasi dicat, cæcus est, si tristitiæ causam non videt. E *Mirabitur*) afficietur admiratione, qui Priamū Hectoris mortem lugentem videt, & eius luctus causam quærit. Quibus verbis designat, non aliter hunc facere, quàm eum, qui tristitiæ suæ causam videt, & quærit. *Ictus ab angue*) vel sagitta, veneno hydræ illita, percussus: vel re vera à serpente ictus: vt diximus suprà. F *In illo*) in Ouidio. *Numinis*) Augusti. *Sæpe refert*) sæpe narrat Ouidius. *Solet se annumerare*) solet se vnum ex his profiteri, in quos clemēs fuit Augustus. *Munus*

Littore ab Euxino Nasonis epistola veni,
Lassáque facta mari, lassáque facta via.
Qui mihi flens dixit, tu, cui licet aspice Romam,
Heu quanto melior sors tua sorte mea est.
Flens quoque me scripsit, nec qua signabar, ad os est
Antè, sed ad madidas gemma relata genas,
Tristitiæ causam siquis cognoscere quærit,
Ostendi solem postulat ille sibi.
Nec frondes syluis, nec aperto gramina campo
Mollia, nec pleno flumine cernit aquas.
Quid Priamus doleat, mirabitur Hectore rapto.
Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.
Dij facerent vtinam talis status esset in illo,
Vt non tristitiæ causa dolenda foret.
Fert tamen, vt debet, casus patienter amaros.
More nec indomiti frena recusat equi.
Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
Conscius in culpa non scelus esse sua.
Sæpe refert, sit quanta dei clementia, cuius
Se quoque in exemplis annumerare solet.
Nam quòd opes teneat patrias, quòd nomina ciuis,
Denique quòd viuat, munus habere dei.
Te tamen ò (si quid credis mihi) charior illi
Omnibus, in toto pectore semper habet.
Téque Menœtiaden, te qui comitatus Oresten,
Te vocat Ægiden, Euryalúmque suum.

habere dei) subaudi, refert se habere. K

Te tamen) Ordo est: tamen ò amice charior illi Nasoni omnibus amicis: si quid credis mihi, Ouidius semper habet te in pectore. L
Menœtiaden) amicissimum: vt Patroclus Menœtij filius, Achilli fuit. *Te qui comitatus Oresten*) te etiam eo amore prosequitur, quo Pylades Oresten. *Ægiden*) Theseum Pirithoi amicum Ægei filiū. *Euryalúmque suum*) Nisi & Euryali amor notus est carmine Vergiliano.

Nec patriam magis ille suam desiderat, & quæ
Plurima cum patria sentit abesse sibi,
Quàm vultus, oculósque tuos, ô dulcior illo
Melle, quod in ceris Attica ponit apis.
Sæpe etiam mœrens tempus reminiscitur illud,
Quod non præuentum morte fuisse dolet.
Cúmque alij fugerent subitæ contagia cladis,
Nec vellent ictæ limen adire domus,
Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem,
Si paucos aliquis trésve duósve vocat.
Quamuis attonitus, sensit tamen omnia, nec te
Se minus aduersis indoluisse suis.
Verba solet, vultúmque tuum, gemitúsque referre,
Et te flente suos demaduisse sinus.
Quam sibi præstiteris, qua consolatus amicum
Sis ope, solandus cùm simul ipse fores.
Pro quibus affirmat fore se memorémque piúmque,
Siue diem videat, siue tegatur humo.
Per caput ipse suum solitus iurare, tuúmque,
Quod scio non illi vilius esse suo.
Plena tot, & tantis referetur gratia factis.
Nec sinit ille tuos littus arare boues.
Fac modo constanter profugum tueare: quod ille
Qui bene te nouit, non rogat, ipsa rogo.

Mar. A *Et quæ plurima*) vxorem, fortunas, & alia id genus. *Attica apis*) Hymettus mons est Atticæ regionis, qui floribus semper vestitur. Hic (vt Strabo scribit) mel gignit optimum, quod cuncta bonitate superat. Scribit etiam Plinius, mellis Attici in toto orbe summam laudem existimari. Sanè mel Atticum, seu Hymettium, Siculum, vel Hyblæum, & Calymnium à B scriptoribus maximè celebratur. Mellis autem vsum Aristæo ascribit Diodorus.
Illud tempus) quo vnà viximus.
Contagia) consternationem. *Subitæ cladis*) subiti exilij.
Ictæ domus) domus Ouidij, Augusti ira percussæ.
Sensit tamen omnia) tamē omnes amicos cognouit. *Ab*) ipso Ouidio.
Quam) subaudi, opem.
C *Fores solandus*) quia non minus ipso Ouidio doluisti.

Siue diem videat) siue viuat. H
Nec sinet ille tuos) nec permittet te frustrà apud illum collocasse beneficium. Ille enim littus arat, qui operam perdit, & frustrà laborat. Ouid. in Epistolis: Non profecturis littora bobus aras.
Ipsa rogo) ipsa epistola peto.

IN SEXTAM ELEGIAM ENARRATIO. I

ELEGIA VI.

Annuus assuetum dominæ natalis honorem
Exigit, ite manus ad pia sacra meæ.
Sic quondam festum Laertius egerat heros,
Forsan in extremo coniugis orbe diem.
Lingua fauens adsit nostrorum oblita laborum,
Quæ puto dedidicit iam bona verba loqui.
Quæque semel toto vestis mihi sumitur anno,
Sumatur fatis decolor alba meis.
Aráque gramineo viridis de cespite fiat,
Et velet tepidos nexa corona focos.
Da mihi thura puer pingues facientia flammas,
Quódque pio fusum stridat in igne merum.
Optime natalis, quamuis procul absumus, opto
Candidus huc venias, dissimilísque meo.
Si quod & instabat dominæ miserabile vulnus,
Sit perfuncta meis tempus in omne malis.
Quæque graui nuper plusquam quassata procella est,
Quod superest, tutum per mare nauis eat.
Illa domo, natáque sua, patriáque fruatur.
Erepta hæc vni sit satis esse mihi.
Quatenus & non est in charo coniuge felix,
Pars vitæ tristi cætera nube vacet.
Viuat, amétque virum, quoniam sic cogitur absens,
Consumátque annos sed diuturna suos.
Adijcerem & nostros: sed ne contagia fati
Corrumpant timeo, quos agit ipsa, mei.
Nil homini certum est: fieri quis posse putaret,
Vt facerem in mediis hæc ego sacra Getis?

Annuus assuetum dominæ natalis honorem Exigit, ite manus ad pia sacra mea) Seipsum hortatur ad celebrandum vxoris natalem, pro qua D bene precatur, diémque laudat, qui eam elegantissimis moribus in lucem protulit. Et quanuis digna esset fœliciori fortuna, eam tamen hortatur, vt omnia æquo animo ferat: siquidem eius virtus, non nisi in aduersis perspici poterat. Demum deos precatur, vt si nolint sibi parcere, saltem vxoris innocētiæ ignoscant. *Laertius heros*) Vlysses Laërtis filius. *Diem coniugis*) na-E talem vxoris Penelopes.
Lingua fauens) lingua mea bonis verbis intenta. Quid autem sit linguis fauere, diximus suprà.
Bona verba) verba læta, & bene precantia, quibus antiqui die natalitio vtebātur. Tibullus: Dicamus bona verba, venit natalis ad aras, Quisquis ades, lingua vir, muliérque faue. *Semel*) meo tantùm natali. Ordo est: Et vestis alba decolor meis fatis, F quæ semel sumitur mihi toto anno, sumatur.
Decolor) contrarij, & quasi mali coloris. De veste autem natalitia dictum est. [Alij discolor legunt, idque melius.] *Aráque gramineo viridis de cespite fiat, Et velet tepidos nexa corona focos*) Genio natalem celebrantes, aram erigebant, quam floreis sertis ornabant. Tibullus: Ipse suos adsit Genius visurus honores, Cui decorent sanctas florea serta comas. Fœminæ verò Iunoni sacrificabant. Tibullus: Natalis Iuno sanctos cape thuris honores, Quos tibi dat tenera docta puella manu. K
Da mihi thura puer pingues facientia flammas) Thura, aliaque etiam odores, eodem die vtebantur. Tibullus: Vrantur pia thura focis, vrantur odores, Quos tener e terra diuite mittit Arabs. Et alibi: Mane Geni, cape thura libens, votísque faueto. *Quatenus*) quo vsque. Quatenus enim per e aduerbium est temporis, vel loci: per i verò, coniunctio causalis: L vt docet Caper. *In charo coniuge*) in me charo marito.
Cætera pars vitæ) reliquus vitæ meæ vxoris cursus. *Tristi nube*) tristi infortunio.
Adijcerem & nostros) Precaretur, inquit, vt annis eius nostri quoque accederent. *Sed ne contagia fati*) sed vereor ne fata mea infœlicia annorū vxoris fœlicitatem corrumpant. *Quos agit ipsa*) annos ipsius vxoris.

Aspice ut aura tamen fumos è thure coortos
In partes Italas, & loca dextra ferat.
Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis:
Consilium fugiunt cætera penè meum.
Consilio commune sacrum cum fiat in ara
Fratribus, alterna qui periere manu,
Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis,
Scinditur in partes atra fauilla duas.
Hoc (memini) quondam fieri non posse loquebar,
Et me Battiades iudice falsus erat.
Omnia nunc credo, cùm tu non stultus ab arcto
Terga vapor dederis, Ausoniámque petas.
Hæc igitur lux est, quæ si non orta fuisset,
Nulla fuit misero festa videnda mihi.
Edidit hæc mores illis heroibus æquos,
Queis erat Eurytion, Icariúsque pater.
Nata pudicitia est, secum probitásque fidésque,*
At non sunt ista gaudia nata die:
Sed labor, & curæ, fortunáque moribus impar:
Iustáque de viduo penè querela toro.
Scilicet aduersis probitas exercita rebus
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Vlysses,
Penelope felix, sed sine laude, foret.
Victor Echionias si vir penetrasset in arces,
Forsitan Euadnen vix sua nosset humus.
Cùm Pelia genitæ tot sint, cur cognita nobis
Nempe fuit misero nupta quòd vna viro?
Effice vt Iliacas tangat prior alter arenas,
Laodamia nihil, cur referatur, erit.
Et tua, quod malles, pietas ignota fuisset,
Implerent venti si mea vela sui.
Dij tamen, & Cæsar dijs accessure, sed olim,
Aequarint Pylios cùm tua fata dies:
Non mihi, qui pœnam fateor meruisse, sed illi
Parcite, quæ nullo digna dolore dolet.

Sensus] intelligẽtia. Fum' n. videtur quasi futura præcognoscere. *Inest nebulis*) est fumo. *Exigit*) emittit. *Consilium meū*] meā deliberationē: quia nō portendũt mihi fœlicitatem, vt credebā. *Cætera*) reliqua signa. *Consiliū cōmune*] cōsilium huius sacri est mihi cum vxore commune. *In ara*] in rogo. Hoc autē exemplo ostēdit, sensum esse igni in his sacris. *Fratribus*, Eteocli & Polynici: quorū bella nota sunt Diodori & Papinij monumentis: mutuis n. ictibus ceciderūt. *Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis, Scinditur in partes atra fauilla duas.* Quū Polynicis cadauer impositum fuisset Eteoclis rogo, subitò flāma discessit: dicēte Papinio libro Thebaidos duodecimo: Ecce iterum fratres primos vt cōrigit artus Ignis edax, tremuere rogi, & nouus aduena busti Pellitur, exundans diuiso vertice flāmæ, Alternósque apices abrupta luce coruscāt. Et Lucanus: Vestali raptus ab ara Ignis, & ostendens confectas flamma Latinas, Scinditur in partes, geminóque cacumine surgit Thebanos imitata rogos. *Tanquam mandetur*] tanquā flammæ iniungatur, vt ita separetur. *Battiades*] Callimachus poeta. [Qui hoc scripserat, s. de fumo in duas partes eunte, in sacris Eteoclis & Polynicis.] *Ab alto*) ab aëre. Legitur etiam, Ab arcto. *Terga dederis*) fugeris Italiam versus, vbi erat poetæ vxor: nec illic, vbi ipse erat, permanseris: aut ei boni aliquid portenderis. *Hæc lux*] hic dies natalitius. *Hæc*) s. dies. *Nulla festa*] nulla dies festa. *Fuit videnda*) quia si hoc die non nata fuisset vxor, illū non celebrarem. [Et per hoc nullum prorsus festum in hac terra viderē. *Illis heroibus*] illis claris & illustribus fœminis, quas ipse poeta heroidas appellat. *Queis erat Eurytion, Icariúsque pater*] Ita quidem in omnibus legitur exemplaribus. Emendatè autem nō Eurytion, sed Eetiō scribendū affirmo. vt ad Andromachen Hectoris referatur, quæ Eetionis filia fuit, vt meminit Strabo libro decimotertio. Tenuit autem Eetion Tenedon, dicente Ouidio libro quarto Fastorum, Et Tenedon veteres Eetionis opes. Quòd autem Andromache castissima fuerit, docet Ouidius in vltima huius libri elegia, quum inquit: Cernis vt Admeti cantetur & Hectoris vxor. *Icariúsque pater*) Icarius pater fuit Penelopes. *Nata pudicitia est secum probitásque fidésque, At non sunt ista gaudia nata die*] Diem laudat, vt vxoris laudes aggerendo, ostēdat sola gaudia ei defuisse. *Penè iusta*) quasi æqua. nam quasi iustè queritur, quòd mea causa vidua sit. *Exercita*] probata. Hic autē refellit ea omnia quæ infœlicitatis loco annumerauerat. *Victor Echionias si vir penetrasset in arces, Forsitan Euadne vix sua nosset humus*) Capaneum designat, de quo diximus. *In arces Echionias*] in arces Thebanas. Echiō enim fuit vnus ex socijs Cadmi, qui cum eo Thebas condidit. *Euadnen*] vxorē Capanei: cuius mors nota est. *Cùm Pelia genitæ tot sint, cur cognita nobis Nēpe fuit misero nupta quòd vna viro*] Pelias filius fuit Neptuni ex Tyro nympha filia Salmonei regis, vt scribit Homerus in Odyssea libro duodecimo. Refert enim hāc consueuisse circa ripas Enipei fluminis delectari. Eā Neptunus, sumpta Enipei forma, virginem cepit, & cum ea concubuit, genuítq; Peliam & Neleum. Cuius rei meminit etiam Diodorus, apud quē cōperio Peliæ filias tres fuisse: quarum priorem Alcestē nuptui dedit Iason post interfectum Peliam Admeto Thessalo, Amphinomen Andræmoni Leontei fratri, Euadnem verò Ocnto Cephali tunc Phocæorum regis. *Cur cognita nobis*) In alijs exēplaribus etiam ita legitur, Cur nobilis vna est? Alcestem autem intelligit: de qua plura diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amādi. *Misero viro*] infœlici marito Admeto. *Alter*] quàm Protesilaus: cuius mortem alibi diximus. *Laodamia nihil cur referatur, erit*] Ordo est: nihil erit cur Laodamia referatur, id est, narretur in mariti amplexu periisse. *Implerent venti*] hoc est, si res meę secundæ essent. Est autem à nauigantibus sumpta trāslatio. *Sed illi parcite*] sed vxori ignoscite.

Consiliū cōmune sacrum cum fiat in ara Fratribus] Consilio legunt alij, vt sit sensus: Cum certo consilio fiat cōmune sacrum fratribus qui mutuis vulneribus perierūt, &c. Neque procedit expositio Merulæ, quasi cū animi suo & vxoris consilio sacrum hoc faciat poeta, etiamsi nominatiuo casu cōsilium leges. Nā quomodo communi consilio faceret, cum altera illa iam tertium propè annum, & tam longè abesset? Quanquam rursum neque superior lectio adeò mihi placet. Sed quia locus Callimachi, quem hic citat poeta, non extat, rem ipsam in medio, vt est, relinquam.

Edidit hæc mores illis Heroibus æquos] Aut syncope dicenda est hæc, vt sit dictum Heroibus pro heroidibus: aut enallage generis, & masculinum pro fœminino positum accipiamus. quæ figura Atticorum est, & Homero aliquoties vsurpata. Nam aliàs Heros, masculino genere ponitur. Nisi quis cum voce Mores construendum putet, vt sit, Edidit hæc mores æquos illis heroibus moribus, adiectiuè scilicet, pro illis heroicis, siue heroidum moribus. Nam quo alio pacto hic locus defendi, aut etiam exponi possit, non video. *Nata pudicitia est secum, probitásque, fidésque*] &c. Hunc versum alij suspectum habent, propter vocem secum: quæ minus propriè ac verè poni videtur. Itaque sic legunt, Nata pudicitia est, mores, probitásque fidésque. Sed quia in proximo versu præcedenti idem nomen Mores positum est, ego neque hanc lectionē, quomodo adeò probem, habeo. Proinde & hunc versum, inter incertos relinquo.

Laodamia nihil cur referatur erit) Laodamia, cum audisset Protesilaum maritum apud Troiam periisse (nam primus ex nauibus Græcorum in littus Troianum egressus fuerat, eóque ea facto perierat) flens petijt à dijs, vt tres tantùm horas permitteretur sibi cum marito ab inferis reuerso colloqui. quo concesso, illóque denuò abeunte, doloris impatiens, æneum simulacrum viri fecit, quo desiderium absentis ac mortui illius expleret. Atque id sub specie cultus ac sacrorum, cùm sæpius amplexaretur, à seruo, qui id per rimam viderat, adulterúmque cum illa esse putaret, apud patrem Acastum delata est. Qui simulacrum illud

A deprehensum, cum pyra extructa cremari iussisset, Laodamia doloris impatientia, eodem sese immisit, ac periit Auctor Hyginus Meminit & Lucianus in Dialogis Deorum, & Eustathius in secundum Iliad.

IN SEPTIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA VII.

Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum,
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras,
Tu quoque suscepti curam dimittis amici?
Officiique pium tam citò ponis onus?
Sarcina sum fateor, quam si tu tempore duro
Depositurus eras, non subeunda fuit.
Fluctibus in mediis nauem Palinure relinquis:
Ne fuge, néve tua sit minor arte fides.
Nunquid Achilleos inter fera prælia fidi
Deseruit leuitas Automedontis equos?
Quem semel excepit, nunquam Podalirius ægro
Promissam medicæ non tulit artis opem.
Turpius eycitur, quàm non admittitur hospes.
Quæ patuit dextræ firma sit ara meæ.
Nil nisi me solum primò tutatus es, at nunc
Me pariter serua, iudiciúmque tuum.
Si modò non aliqua est in me noua culpa, tuámque
Mutarunt subitò crimina nostra fidem.
Spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,
Quod cupio, membris exeat antè meis,
Quàm tua delicto stringantur pectora nostro,
Et videar meritò vilior esse tibi.
Non adeò toti fatis vrgemur iniquis,
Vt mea sit longis mens quoque mota malis.
Finge tamen motam, quoties Agamemnone natum
Dixisse in Pyladen verba proterua putas?
Nec procul à vero est, quòd vel pulsarit amicum:
Mansit in officiis non minus ille suis.
Hoc est cum miseris solùm commune beatis,
Ambobus tribui quod solet obsequium.
Ceditur & cæcis, & quos prætexta verendos,
Virgáque cum verbis imperiosa facit.
Si mihi non parcis, fortuna parcere debes.
Non habet in nobis vllius ira locum.
Elige nostrorum minimum de parte laborum,
Isto, quo quereris, grandius illud erit.
Quàm multa madidæ celantur arundine fossæ,
Florida quàm multas Hybla tuetur apes,
Quàm multæ gracili terrena sub horrea ferre
Limite formicæ grana reperta solent:
Tam me circumstat densorum turba malorum:
Crede mihi, vero est nostra querela minor.
His qui contentus non est, in littus arenas,
In segetem spicas, in mare fundat aquas.
Intempestiuos igitur compesce furores,
Vela neque in medio desere nostra mari.

MAR. *Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum, Qui mihi confugium, qui mihi portus eras*) Queritur se ab amico destitui: hortatúrque illum, vt constanter in amicitia persistat, quam primò coluerat. *Sarcina sum*] sum inquit tibi oneri & molestiæ. B *Palinure*] amice similis Palinuro, qui amicum deserit, vt ille nauem in medio cursu destituit, vt docet Maro. *Néve fides sit minor tua arte*] Id est, non minus sit officium, quàm fides erga me tua. Debes enim mihi & artem & fidem pariter præstare, vt optimus nauis gubernator. Per artem autem, officiū amici intelligit. Queritur ergo fide sola sibi ab C amico seruata, officium deesse, quum vtramque rem amicus ab amico expectare debeat. *Quam semel accepit*) quā semel præstandam suscepit. Sunt qui legāt, Accepit. Superior lectio magis placet. *Nunquam non*) id est, semper. *Podalirius*] Æsculapius filios reliquit Machaonem, & Podalirium, qui arti paternæ diditi, quum ad Troiam cum Agamemnone D nauigassent, plurimum Græcis in eo bello curandis summo studio vulnerib⁹ opitulati sunt, magnam ob id gloriam adepti. Meritis quoque immunitas rerum omnium post bellum est concessa. *Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes. Quæ patuit dextra*] &c. Probat non subeundum onus fuisse amicitiæ, si illud depositurus erat: idque hospitis exem- E plo cui turpius esse dicit, illum semel acceptum domo eiicere, quàm si omnino nunquam accepisset. *Ara*) præsidium. *Tuum iudicium*) tuam opinionem quam de me habebas. *Nostra crimina*] nostræ criminationes.

tē tamē apertè innuit inferi⁹ eo versu, Si mihi nō parcis. & reliqua. *Ambob⁹*) G & beatis & miseris. *Ceditur & cæcis*) solemus etiā obsequi & cedere cæcis transeuntibus. *Et quos prætexta*) Tertium genus hominum designat, quibus etiam obsequimur, hoc est, magistrat⁹ & cōsules: quos designat per prætextam & virgarum fasces, qui à lictoribus præferebantur. Illud notandum, Valerium Publicolam (autore Dionysio) abstulisse à fasci- H bus secures, cōstituisseq; futuris post se cōsulibus consuetudinem, vt quū extra vrbem essent, vterentur securibus, intus verò tantū fascibus ornarētur. *Imperiosa*) plena imperij, vel ostentatrix imperij. *Si mihi nō parcis*) si te mei tāquā amici nō miseret *Fortuna parcere debes*) debes misereri fortunæ meæ infœlicis. *Non habet in nobis vllius ira locum*] Solet. n. vsu- I re, vt quos iniuriosi sunt infos faciūt, gratiosos miseriæ reddat, vt est apud Valeriū. *Isto quod quereris*) isto malo quod mihi obiicis. *Illud*) f. minimū de parte nostrorū laborū. *Hybla florida*] Hybla vrbs fuit Siciliæ, quā (vt Strabo scribit) Dorienses cōdidere. ea vrbs etiā Megara appellata fuit. Hyblā ab Hyblone rege Siculo, qui eā incoluit, no- K minatā docet Thucydides libro sexto. eius ager floribus abundabat. Martialis: Florida per varios vt spargitur Hybla colores, Quum breue Sicaniq; ver populantur apes. Ibi autem erat optimi mellis copia. Silius libro decimoquarto: Tū quæ nectareis vocat ad certamē Hymetton Audax Hybla fauis. Et Maro in Bucolicis, apes Hyblæas appellauit. *Gracili limite*) angusto calle. *Est minor vero*. L minor est ipsa veritate. *His*) f. excusationib⁹ quas

Quod cupio) quam rem opto, vt spiritus è membris exeat. *Stringantur*] vulnerentur, feriantur. *Nostro delicto*] nostra maledicentia *Et videar*) & quàm appaream. *Meritò*) iustè, si te læsero. *Vilior*) quàm solebam: vel, quàm nunc. *Vt mea sit longis*) vt sim tibi iratus propter malorum meorum longi- F tudinem. [Vel generaliter, vt aliquid aduersum te committam, mentis perturbatione: at tantas videlicet malorū diuturnitate & grauitate. *Motā*] mentē esse agitatam. *Agamemnone natū*) Orestē. *Ille*) Pylades. *Hoc est cum miseris*) Hoc dicit: Beati cū miseris hoc habent solū cōmune, quod vtrisq; obsequiū præstari solet: quasi dicat, mihi misero obsequi debes: quādoquidē obsequimur ita miseris, vt etiā beatis, quā adduxi *In littus arenas*) qui me plura mala posse existimat, aut vellet habere, his quæ patior, ille maximo cumulo malorū meorū, maiorē etiā addit, & cupit quasi impossibilia. *Intempestiuos furores*) irā immaturā. *Igitur*) quādo premor tot malis. *Ne fuge, néve tua sit minor arte fides*] Hoc est, ne velis minus facere quā potes: sed fides & cōstantia tua par sit arti, hoc est ei quod scis & potes. ne similis videare gubernatori nauis, qui cū possit & sciat seruare siue regere nauē, in medio cursu illā deserit In quo nō ars & scientia, sed fides desideratur. Fidē ergo de cōstantia & volūtate intelligas, artē de facultate. *Virgaque cū verbis imperiosa facit*) Vide nū Virga lictoris potius intelligenda sit hoc loco, qua ille obuios è via submouebat,

A verbis certis abire iussos: & cùm ad ædes consulis aut magistratus venisset, fores quoque, vt mos erat, percutiebat. cuius rei exemplum quoddam apud Liu. narratur lib. 6. ab vrbe cond. Hoc enim & Epitheton Imperiosum, innuere videtur: cùm fasces nihil iubere aut imperare soleant, sed insigne tantum magistratus sint.

IN OCTAVAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA VIII.

Qvam legis, ex illa tibi venit epistola terra,
Latus vbi æquoreis ¦ Ister aditur aquis.
Si tibi contingit cum dulci vita salute,
Candida fortunæ pars manet vna meæ.
Scilicet, vt semper, quid agam charissime quæris;
Quamuis hoc vel me scire tacente potes.
Sum miser, hæc breuis est nostrorum summa laborum:
Quisquis & offenso Cæsare viuet, erit.
Turba Tomitanæ quæ sit regionis, & inter
Quos habitem mores, discere cura tibi est.
Mixta sit hæc quamuis inter Gracósque Getásque,
A malè pacatis plus trahit ora Getis.
Sarmaticæ maior, Geticæque frequentia gentis,
Per medias in equis itque reditque vias.
In quibus est nemo, qui non coryton & arcum,
Teláque vipereo lurida felle gerat.
Vox fera, trux vultus, verissima mortis imago:
Non coma, non vlla barba resecta manu.
*Dextera non segnis * fixo dare vulnera cultro,*
Quem vinctum lateri Barbarus omnis habet.
Viuit in his igitur tenerorum lusor amorum,
Hos videt, hos vates audit amice tuus.
Atque vtinam viuat, & non moriatur in illis:
*Absit ab inuisis * hæc tamen vmbra locis.*
Carmina quòd pleno saltari nostra theatro,
Versibus & plaudi scribis amice meis.
Nil equidem feci (tu scis hoc ipse) theatris,
Musa nec in plausus ambitiosa mea est.
Non tamen ingratum est, quodcunque obliuia nostri
*Impedit, & profugi nomen * in vrbe refert.*
Quamuis interdum, quæ me læsisse recordor,
Carmina deuoueo, Pieridésque meas.
Cum bene deuoui, nequeo tamen esse sine illis,
Vulneribúsque meis tela cruenta sequor.
Quæque modò Euboicis lacerata est fluctibus, audet
Graia Capharea currere puppis aqua.
Non tamen vt lauder, vigilo, curámque futuri
Nominis, vtilius quod latuisset, ago.
Detineo studiis animum, fallóque labores,
Experior curis & dare verba meis.
Quid potius faciam desertis solus in oris?
Quámve malis aliam quærere coner opem?
Siue locum specto, locus est inamabilis, & quo
Esse nihil toto tristius orbe potest.
Siue homines, vix sunt homines hoc nomine digni,
Quámque lupi sæuæ plus feritatis habent.
Non metuunt leges, sed cedit viribus æquum,
Victáque pugnaci iura sub ense iacent.
*Pellibus & laxis arcent mala frigora * brachis,*
Oráque sunt longis horrida tecta comis.
In paucis extant Græcæ vestigia linguæ:
Hæc quoque iam Getico barbara facta sono est.
Vnus in hoc non est populo, qui fortè Latinè
Quælibet è medio reddere verba queat.

MSR. *Qvam legis, ex illa tibi venit epistola terra, Latus vbi æquoreis Ister aditur aquis*] Amico quærenti quid ageret in Scythis, respondet breuiter Ouidius, se miserum esse. Postmodum Tomitanæ regionis incolarum mores describit. Deinde dicit studiis poeticis animum detineri, ac pasci, & se carminibus mala sua obliuisci. *Latus Ister*] spaciosus ille fluuius: de quo superius abundè diximus. *Vita cum dulci salute*] vita cum ipsa incolumitate: hoc est, si viuis, & vales. *Candida*] fœlix, prospera. *Vt semper*] subaudi, quæris. *Erit*] scilicet miser.

Inter Gracósque] Græcorum enim colonia fuit Tomus, vt diximus suprà. *Plus trahit*] similior est Getis, quàm Græcis. *Sarmaticæ maior Geticæque frequentia gentis, Per medias in equis itque reditque vias*) Rationem assignat eius rei quam dixit, eam scilicet regionẽ habere plus barbariei, quàm Græcitatis.

Coryton] Corytos (vt docet Lactantius grammaticus) theca arcus solius dicitur: sicut pharetra sagittarum. Hic verò Coryton pro pharetra posuit. vt etiam Silius eo versu: Coryti fratrum ex humeris, calamique paterni Pendebant. Et Statius: Cœlestibus implet Corytou telis. [Et Vergilius Coritíque leues humeris, Græcè, γωρυτὸς]

Felle Vipereo] felle serpentis. eo enim sagittas inficiunt Getę, vt docuimus. *Lurida tela*] tela supra modum pallida fellis aspergine. Virgilius: Lurida terribiles miscẽt aconita nouercæ. *Vinctum lateri*] alligatum lateri. *Pleno theatro*] magna hominum frequentia, qui recitationi meorũ carminum intersunt in theatro *Nil feci theatris*] nulla mihi re in theatro auram paraui, vel nullo carmine theatrum læsi, quemadmodũ Augustum præceptis amatoriis. [Prior expositio melior: et enim & sequẽs versus respondet.] *In plausus*) vt recitationi meorum carminũ plau-

datur. quod fieri solebat, quum opus recitatum placuisset. *In vrbe refert*) legitur etiam, in vrbe. *Fluctibus Euboicis*) vndis maris Ægei, quod Euboiam in insulam alluit.

Capharea aqua) aqua eiusdem maris Ægei. Quasi dicat, Audet iterũ nauigare per illud mare, in quo semel naufragiũ fecit. Est autem Caphareus mons Euboicæ insulæ, ad Hellespontum versus. Virgil. Et Euboicę cautes, vltóque Caphareus. [Alludit autem Poeta ad naufragium illud, quod Græci Troia redeuntes, circa Caphareum fecerunt, insultante illis Nauplio, propter cædem Palamedis.] *Siue homines*) subaudi, specto.

Quámque lupi] scilicet habeant. *Pellibus*) thenoribus & brachis. [Cæterùm ex loco notabis obiter, non solùm subligacula, quas ἀναξυρίδας Græcè vocant, bracas dici, sed & laxiores vestes, longiorésque, talibus enim frigora arceri solẽt, non iis, quas propriè brachas dici volunt.] *Qui fortè Latinè*] qui possit esse interpres inter Latinum & Tomitanum. *Fiat inta*] consequetur locorrupta. Melius tamen legitur non Tuta, sed Muta, in alio codice. *Vox mea*) mea verba. *Sono patrio*) Latino sermone. *Defecta verba*] verba iamdiu à me intermissa. *Sic animum tempúsque trahe*] eo modo animus quiescit, & fallitur, & tempus ita producitur. *Reuinco*] remoueo,

A

Ipse ego Romanus vates (ignoscite Musæ)
Sarmatico cogor plurima more loqui.
Et pudet, & fateor, iam desuetudine longa
Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.
Nec dubito, quin sint & in hoc non pauca libello
Barbara: non hominis culpa, sed ista loci est.
Ne tamen Ausoniæ perdam commercia linguæ,
Et fiat patrio vox mea muta sono,
Ipse loquor mecum, desuetáque verba retracto,
Et study repeto signa sinistra mei.
Sic animum tempúsque traho, méque ipse reduco,
A contemplatu semoueóque mali.
Carminibus quæro miserarum obliuia rerum.
Præmia si studio consequar ista, sat est.

B G

IN NONAM ELEGIAM ENARRATIO.

MER. NON adeò cecidi] Inimicum sibi insultantem monet, vt memor fortunæ varietatis, minimè lætetur eius exilio & ruina: quandoquidem possit accidere, vt in C patriam redeat, illúmque videat grauiore aliqua causa fugatum. *Cecidi*] prostratus sum. *Inferius*) vilius, & magis abiectũ. *In orbe dubio*] in orbe vbi omnia incerta sunt. *Fortunæ numen*) Fortuna enim non modò cæca existimata fuit, sed etiam vaga, inconstans, incerta, & varia. *Vltrix Rhamnusia*] Rhamnusia, quam Græci Nemesim vocant, dea ab antiquis indigna- D tionis credebatur. Indignabatur enim contra superbos & elatos: vt in quadam nostra Apologia, autoritate Plinij & Strabonis docuimus. *Et nunquam dixi*] quasi dicat, Nunquam malo alieno gauisus fui. *Vilia qui quondam miseris alimenta negarat, Nunc mendicato pascitur ille cibo*] Vidi etiam, inquit, diuitem redactum ad id E inopiæ, vt mendicaret. *Passibus ambiguis*] incerto gressu. Fortuna enim incerta est. Quam rem etiam docuit Maro eo versu: Multa dies, variúsque labor mutabilis æui Retulit in melius, multos alterna reuisens Lusit, & in solido rursus fortuna locauit. Et Ausonij de fortuna tale extat epigrãma: Fortuna nunquam sistit in eodem statu, semper mouetur, variat, ac mutat vices Et summa F in imum vertit, ac versa erigit. De Fortuna plura etiam legito apud Plinium. *Tenaxque*] & firma. *Et tantum inconstans in leuitate sua est*] Et tantum, inquit, firma manet in ipsa leuitate. *Non est nulla*) est aliqua. *Dei*] Cæsaris.

ELEGIA IX.

NON adeò cecidi, quamuis abiectus, vt infra
Te quoque sim, inferius quo nihil esse potest.
Quæ tibi res animos in me facit improbe? cur-ve
Casibus insultas, quos potes ipse pati?
Nec mala te reddunt mitem placidúmque iacenti
Nostra, quibus possunt illacrymare feræ?
Nec metuis dubio fortunæ stantis in orbe
Numen, & exosæ verba superba deæ?
Exiget at dignas vltrix Rhamnusia pœnas,
Imposito calcas qui mea fata pede.
Vidi ego naufragiúmque viros & in æquore mergi:
Et nunquam dixi, Iustior vnda fuit.
Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ille cibo.
Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenáxque loco.
Sed modò læta manet, vultus modò sumit acerbos,
Et tantùm constans in leuitate sua est.
Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus,
Flammáque de stipula nostra breuísque fuit.
Néve tamen tota capias fera gaudia mente,
Non est placandi spes mihi nulla dei.
Vel quia peccaui citra scelus, vtque pudore
Non caret, inuidia sic mea culpa caret.
Vel quia nil ingens ad finem solis ab ortu,
Illo cui paret, mitius orbis habet.
Scilicet vt per vim non est superabilis vlli,
Molle cor ad timidas sic habet ille preces.
Exemplóque deûm, quibus accessurus & ipse est,
Cum pœna venia plura roganda petam.
Si numeres anno soles & nubila toto,
Inuenies nitidum sæpius esse diem.
Ergo ne nimium nostra latere ruina,
Restitui quondam me quoque posse puta.
Posse puta fieri, lenito principe, vultus
Vt videas media tristis in vrbe meos.
Vtque ego te videam causa grauiore fugatum,
Hac sunt à primis proxima vota meis.

H *Vel quia peccaui citra scelus*] &c. Rationem assignat quare speret Cæsarem leniri posse. *Citra scelus*] sine scelere, sed errore & imprudentia. *Vtque pudore Non caret*) & vt meum crimen non caret ignominia. Vel certè, Vt me, inquit, non pudet Cæsaris, sic apud illum odio careo. Inuidia enim hoc in loco pro odio accipitur. Vt apud Terentium: Vt sine inuidia laudem inuenias, & I amicos pares. [Priorem expositionem retine. Intelligit enim factũ suum scelere quidem carere, sed pudendum tamen esse quiddam, siue de quo pudeat dicere.] *Vel quia nil ingens*] &c. Ordo est: Vel quia ingens orbis habet nil mitius. & reliqua. *Illo*] scilicet Cæsare. *Cui paret*] cui ipse orbis subiectus est. *Molle cor*) cor facile & placabile. *Ad preces timidas*] ad humiles preces. *Exemplo deûm*] deorum exemplo, K qui solent veniam mortalibus concedere. Aut, qui magis prosint, quàm obsint. *Et ipse*] etiam ipse Augustus. *Est accessurus*] est peruenturus in numerum deorum. *Cum venia pœna*] vt mihi ignoscat. *Plura roganda*] plura, quàm ab eo petiturus sum: hoc est, petam ab eo vt mihi ignoscat, & a- L lia quædam. *Si numeres anno soles & nubila toto, Inuenies nitidum sæpius esse diem*] Ostendit, deos plus de mortalibus bene mereri.

Vtque ego te videam causa grauiore fugatum] subaudi, & puta posse fieri. *Fugatum*] in exilium pulsum.

Hæc vota] scilicet vt videam te grauiore causa fugatum. *Sunt proxima*] sunt secunda. *A meis primis*) post prima mea vota:

A quæ sunt, vt primò reducat: secunda vt in exules.

MICYL. *Exiget ut dignas Vltrix Rhamnusia pœnas*) Rhamnusiam vocant poetæ Nemesin, à pago Rhamnunte, vbi templum illius fuit. De hoc Pausanias in Atticis his verbis meminit, [illegible Greek] ,&c. Hanc Oceani filiam & Noctis faciunt, & ἀπὸ τοῦ νεμεσᾶν, hoc est, indignando, dictam volunt, quòd insolentibus & superbis indignetur, & spes immoderatas prohibeat ac puniat. Hanc eandem & Adrasteam vocant, ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit, vt Strabo ex Antimacho poeta refert, libro decimotertio. Vel ab α priuatiua particula, & διδράσκω, quòd neminem nocentem effugere vindictam patiatur, etiam si quando serius aliquem assequatur. Vide Prouerbium Erasmi Roterodami, Adrastea Nemesis. G

IN DECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA X.

MAR. *O Tua si sineres*] Laudat amici fidem, fatetúrque eius beneficio B se vitam ducere, simúlque gratias agit. Postremò dicit, se libenter eius beneficia nota omnibus facturum fuisse, si ille suis scriptis nominari pateretur.

Ferunt vetustatem nostra scripta] sunt ad posteros peruentura. *Seruato vate*] me Ouidio à te conseruato. *Quòd ducimus auras*) quòd viuimus. *Post magnos deos*] post Iouem & Augu- C stum. Vel deos appellat Augustum & eius liberos. *Accepto munere*] accepta vita. *Perhorreret nostros casus*) perhorreret ne mecum relegaretur. *Pars etiam credi*) quum etiam quidam nō veri amici simularent timere, quum tamen nihil timerent. *Tamen est*] quia si non viueremus, non possemus esse memores. *Plenius esse*] quàm pre- D cari, vt dij cum Cæsare tibi sint amici. *Hac*] beneficia.

O Tua si sineres in nostris nomina poni
 Carminibus, positus quàm mihi sæpe fores.
Te canerem solum, meriti memor, inq; libellis
 Creuisset sine te pagina nulla meis.
Quid tibi deberem, tota sciretur in vrbe,
 Exul in amissa si tamen vrbe legor.
Te præsens mitem nosset, te serior ætas,
 Scripta vetustatem si modo nostra ferunt.
Nec tibi cessaret doctus benedicere lector:
 Hic te, seruato vate, maneret honor.
Cæsaris est primum munus, quòd ducimus auras:
 Gratia post magnos est tibi habenda deos.
Ille dedit vitam: tu quam dedit ipse, tueris,
 Et facis accepto munere posse frui.
Cúmque perhorreret casus pars maxima nostros,
 Pars etiam credi pertimuisse velit,
Naufragiúmque meum tumulo spectaret ab alto,
 Nec dederit nanti per freta sæua manum.
Seminecem Stygia reuocasti solus ab vnda.
 Hoc quoque, quòd memores possumus esse, tuū est.
Di tibi se tribuant cum Cæsare semper amicos:
 Non potuit votum plenius esse meum.
Hæc meus argutis, si tu paterere, libellus
 Poneret in multa luce videnda labor.
Nunc quoque iam quamuis est iussa quiescere, quin te
 Nominet inuitum, vix mea Musa tenet.
Vtque canem timida nactum vestigia ceruæ,
 Luctantem frustra copula dura tenet.
Vtque fores nondum reserati carceris acer
 Nunc pede, nunc ipsa fronte lacessit equus:
Sic mea lege data, vincta atque inclusa Thalia,
 Per titulum vetiti nominis ire cupit.
Ne tamen officio memoris lædaris amici,
 Parebo iussis, parce timere, tuis.
At non parerem, si non meminisse putares.
 Hoc, quod non prohibet vox tua, gratus ero.
Dúmque (quod ô breue sit) lumen solare tenebo,
 Seruiet officio spiritus iste tuo.

circum collum ex corio firmo, cum clauibus cæpitatis. H

I

Dura copula tenet] Copula hic pro eo fune accipitur, quo canes à venatoribus alligati ducuntur vulgò lasciam appellant. Ouidius in Metam. Copula detrahitur canibus. Cingulum verò circum collum, melium appellat Varro in Re ru- F stica lib. 2. cuius verba hæc sunt: Ne vulnerentur à bestiis, imponuntur his collaria, quæ vocātur melium, id est, cingulū

Nondum reserati carceris) nondum aperti termini, vnde equi incipiūt currere. Quem locum hic licentia poetica in singulari protulit, quum numero multitudinis vsurpatum legamus, vt est autor Seruius. *Vincta*] ligata. *Non meminisse*) me non recordari tui. *Lumē solare*) lucem solis, id est, vitam. Legitur & Lumen vitale: hoc est, lumen hoc quo viuimus. Sic etiam Virgilius, vitales auras appellauit. K

L

IN VNDECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XI.

MAR. *VT sumus in Ponto*] Tres annos se egisse scribit Poeta, eos tamen sibi decem videri, idque loci asperitate, & diffi- F cultatibus, quas deinde subiungit.

Ter frigore constitit] ter frigore concreuit. Quibus verbis tertiam hyemem, hoc est, tertiū annum designat. *Ter est facta dura*] Non modò per Istri glaciem ternum annum denotat, sed etiā per glaciem maris Euxini, quod etiam nimio rigore congelascit. Quod ideo accidit, quoniam Pontus in lacus speciem propemodum transit, eo quòd multi in eum fluuij effluunt. *Dardana quot Graio*] Decem

VT sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister,
 Facta est Euxini dura ter vnda maris.
At mihi iā videor patria procul esse to annis
 Dardana quot Graio Troia sub hoste fuit.
Stare putes, adeò procedunt tempora tardè,
 Et peragit lentis passibus annus iter.
Nec mihi solstitium quicquam de noctibus aufert,
 Efficit angustos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura nouata est,

A annos designat, quibus Græci Troiam oppugnarunt. *Stare putes*) credas tempora non labi. *Nec mihi solstitium*] Solstitium dicitur, quasi solis statio, quum sol vltra non progreditur, sed retrocedere incipit. Sunt autem duo solstitia: alterum æstiuum, dequo hic intelligit Ouidius. id est octauo Calendas Iulij, quum sol remeare ad inferiores incipit circulos, & noctes fiunt breuiores. Alterum hyemale, octauo Calendas Ianuarij, autore Seruio. Scribit Columella, Hipparcho placuisse, brumale solstitium esse decimosexto calendas Ianuarij, sole in Capricornum transitum facienta. Chaldæos id obseruare nono Calendas Ianuarij. De solstitio plura Plinius libro decimooctauo, Vitruuius, ac etiam Hyginus. *Quacumque de noctibus aufert*] Quamuis enim noctes eo tempore sint breuiores, longiores tamen Ouidio videbantur. Quod his accidit, qui graui aliqua cura conficiuntur. *Bruma*) solstitium hyemale. *Angustos dies*) breues dies. Eo enim tempore & noctes sunt longæ, & dies breues. *Nouata est*) quia omnia mihi videntur mutata, & se aliter quàm prius habere. G

Cúmque meis curis omnia longa facit.
An peragunt solitos communia tempora motus?
Súntque magis vitæ tempora dura meæ?
Quem tenet Euxini mendax cognomine pontus,
Et Scythici verè terra sinistra freti.
Innumeræ gentes circum fera bella minantur,
Quæ sibi non rapto viuere turpe putant.
Nil extra tutum est: tumulus defenditur † ægrè
Mœnibus exiguis, ingenióque loci. H
Quum minimè credas, vt aues, densissimus hostis
Aduolat, & prædam vix bene visus agit.
Sæpe intra muros clausis venientia portis
Per medias legimus noxia tela vias.
Est igitur rarus, qui iam colere audeat: ísque
Hac arat infœlix, hac tenet arma manu.
Sub galea pastor iunctis pice cantat auenis,
Próque lupo pauida bella verentur oues.
Vix ope castelli defendimur, & tamen intus
Mixta facit Graiis barbara turba metum.
Quippe simul nobiscum habitat discrimine nullo
Barbarus, & tecti plus quoque parte tenet.
Quos vt non timeas, possis odisse, videndo
Pellibus & longa corpora tecta coma.
Hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab vrbe,
Pro patrio cultu Persica bracha tegit.
Exercent illi sociæ commercia linguæ,
Per gestum res est significanda mihi.
Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli:
Et rident stolidi verba Latina Getæ.
Méque palàm de me tutò malè sæpe loquuntur:
Forsitan obijciunt exiliúmque mihi.
Vtque fit, in me aliquid si quid dicentibus illis
Abnuerim quoties, annuerimque, putant.
Adde, quòd iniustum rigido ius dicitur ense,
Dantur & in medio vulnera sæpe foro.
O duram Lachesin, quæ tam graue sidus habenti,
Fila dedit vitæ non breuiora meæ.
Quòd patria vultu, vestróque caremus amici,
† Atque hac in Scythicis gentibus esse queror.
Vtraque pœna grauis: merui tamen vrbe carere,
Non merui tali forsitan esse loco.
Quid loquor ah demens? ipsam quoque perdere vitã
Cæsaris offenso numine, dignus eram.

Quem tenet Euxini) Incommoda commemorat: vt probet, tempora ita sibi videri, propter vitæ infœlicitatem. *Quem*) scilicet me. *Mendax cognomine*) quia potius est inhospitalis. Quid Euxinus significet, diximus supra. *Verè terra sinistra*) verè terra, vt in sinistra parte sita, sic etiam infœlix. Læua enim Pontum ingredientibus erat Tomos. *Quæ sibi non rapto viuere turpe putant*] Legitur etiam ita, Quæ nisi de rapto viuere turpe putant. Herodotus in recēsendis Thracum moribus, docet eos è bello atque rapto viuere, pulcherrimum ducere. *Legimus*) colligimus. *Barbara turba*] Getæ, qui vnà cum Græcis Tomoo habitant. *Quippe simul nobiscum*] Dolet non modò, quòd secum Barbarus in eadem domo, sed quòd etiam maiorem domus partem habitet. *Quos vt non timeas*) quos quamuis non metuas. *Pellibus*) thenonibus. *Bracha Persica*] vestis illa, qua vtuntur etiam Persæ. *Illi*) Getæ & Græci. *Per gestum*] vt faciunt muti. *Vtque fit in me aliquid*] Ordo est: Et quoties putant quòd abnuerim, & abnuerim: si, subaudi, abnuerim & annuerim quid illis dicentibus aliquid in me, vt fit. *Illis dicentibus aliquid in me*] illis Barbaris aliquid per risum obiicientibus.

Abnuerim) capite negauerim. *Annuerim*] affirmauerim.

Esse] viuere. *Vtraque pœna grauis*] & carere scilicet amicorum consuetudine, & in Scythia viuere.

IN DVODECIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XII.

Quòd te, nescio quis, per iurgia dixerit esse
Exulis vxorem, littera questa tua est.
Indolui, nõ tam mea quòd fortuna malè audit,
Qui iam consueui fortiter esse miser:
Quàm quia, cui vellem minimè, sum causa doloris,

Quod te nescio quis) Dolet Poeta, vxorem ab inimico iurgiis lacessitam, exulísque vxorem appellatam. Eámque hortatur, vt omnia patiatur: quandoquidem Augustus se non exulem, sed relegatum nominauit. Demum illam hortatur, ne in posterum velit ita falsò eum appellando, eius fortunam grauare. *Per iurgia*] inter iurgia.

A iurgia.

Téque reor nostris erubuisse malis.
Perfer, & obdura: multo grauiora tulisti,
Eripuit cum me principis ira tibi.
Fallitur iste tamen, quo iudice nominor exul:
Mollior est culpam pœna sequuta meam.
Maxima pœna mihi est, ipsum offendisse: priúsque
Venisset, mallem, funeris hora mihi.
Quassa tamen nostra est, non fracta, nec obruta nauis:
Vtque caret portu, sic tamen extat aquis.
Nec vitam, nec opes, nec ius mihi ciuis ademit,
Qui merui vitio perdere cuncta meo.
Sed quia peccato facinus non affuit vllum,
Nil nisi me patrijs iußit abesse focis.
Vtq; alijs, quorum numerum comprendere non est,
Cæsareum numen sic mihi mite fuit.
Ipse relegati, non exulis vtitur in me
Nomine: tuta suo iudice causa mea est.
Iure igitur laudes Cæsar pro parte virili
Carmina nostra tuas qualiacunque canunt,
Iure deos, vt adhuc cœli tibi lumina claudant,
Téque velint sine se, comprecor, esse deum.
Optat idem populus: sed vt in mare flumina vastum,
Sic solet exigua currere riuus aqua.
At tu fortunam, cuius vocor exul ab ore,
Nomine mendaci parce grauare meam.

MER. *Mollior*] placidior.
Ipsum] inimicum.
Offendisse] læsisse te.
Prius] quàm ille offendisset te. [Immo peius quàm ego Cæsarem offendi. Hæc enim sententia poetę est.]
Ademit] remouit Cæ-
B sar.
Vitio meo] meo errore.
Nil nisi] nulla me alia pœna affecit.
Vtque alijs] subaudi, fuit mite.
Tuta est] non potest perire.
Suo iudice] Augusto iudice. Is enim iudicauit me non exulem, sed relegatum: quę pœna mollior erat.
Téque velint] id est, velint esse deum non a-
C pud ipsos in cœlo, sed nobiscum.
Sed vt in mare flumina] Hoc dicit: Ita meæ, vt populi preces ad deos perueniunt, quemadmodum & parua flumina mare ita ingrediuntur, vt magna.

G

H

At tu fortunam] Nunc vertit sermonem ad inimicum.

IN DECIMAMTERTIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

I

ELEGIA XIII.

Scribis vt oblectem studio lacrymabile tempus,
Ne pereant turpi pectora nostra situ.
Difficile est, quod amice mones: quia carmina lætum
Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.
Nostra per aduersas agitur fortuna procellas,
Sorte nec vlla mea tristior esse potest.
Exigis vt Priamus natorum funere plaudat,
Et Niobe festos ducat vt orba choros.
Luctibus, an studio videor debere teneri,
Solus in extremos iussus abire Getas?
Des licet inualido pectus mihi robore fultum,
Fama refert Anyti quale fuisse rei.
Fracta cadet tantæ sapientia mole ruinæ.
Plus valet humanis viribus ira dei.
Ille senex dictus sapiens ab Apolline, nullum
Scribere in hoc casu sustinuisset opus.
Vt veniant patriæ, veniant obliuia nostri,
Omnis & amißi sensus abesse queat.
At timor officio fungi vetat ipse quieto:
Cinctus ab innumero me tenet hoste locus.
Adde, quòd ingenium longa rubigine læsum
Torpet, & est multo, quàm fuit antè, minus.
Fertilis aßiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
Tempore qui longo steterit, malè curret, & inter
Carceribus missos vltimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,
Si qua diu solitis cymba vacabit aquis.
Me quoque despera (fuerim cum paruus & ante)
Illi qui fueram, posse redire parem.

MER. *Scribis vt oblectem*] Amico hortanti vt aliquid scriberet, respondet Poeta: causásque assi-
D gnat, cur id sibi facere non liceat. Demum ostendit se non posse teneri, quin semper aliquid componat, composita verò igni comburat.
Vt oblectem studio] vt studio mulceam.
Lacrymabile tempus] tempus hoc mei exilij.
Turpi situ] turpi ignauia.
Festos choros] Chorus multorum vocibus constat, vt docet Seneca &
E Macrobius. Est enim multitudo cantorum, ad musicum concentū conficiendum parata. Chorus apud priscos ex seruis symphoniacis comparabatur.
Rei Anyti] Socratis, quem Anytus accusauit. Tres enim fuere Socratis accusatores, Melytus, Anytus, & Lycon. Melytus quidem ob poetas ei infestus, Anytus ob artifices, atque
F reipublicæ gubernatores, Lycon denique gratia rhetorum. Accusatio autem habuit se fermè in hunc modum: Socrates iniustè agit, iuuentutem deprauans, ac deos quos ciuitas putat, ipse non putans, sed alia quędam noua dæmonia: Autor Plato in Apologia Socratis: vbi eum docet tanta fuisse sapientia & fortitudine, vt noluerit pro se aut causam dicere, aut quenquam precari.

K

Ille senex] Ille Socrates.
Dictus sapiens ab Apolline] Quomodo, & cur ab Apolline Socrates omnium sapientissimus appellatus fuerit, dictum est superius.
Vt veniant] quamuis veniant. L
At timor] Timorem hostilem significat, quã rem statim declarat.
Longa rubigine] longa componendi desuetudine.

Vacabit] dabit operam quiescendo.

Contudit ingenium patientia longa malorum,
Et pars antiqui nulla vigoris abest.
Sæpe tamẽ nobis, vt nũc quoque, sumpta tabella est,
Inq; suos volui cogere verba pedes.
Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis,
Digna sui domini tempore, digna loco.
Denique non paruas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor.
Nominis & famæ quondam fulgore trahebar,
Dum tulit antennas aura secunda meas.
Non adeò bene nunc, vt sit mihi gloria curæ:
Si liceat, nulli cognitus esse velim.
An quia cesserunt primo bene carmina, suades
Scribere, successus vt sequar ipse meos?
Pace nouem liceat vestra dixisse sorores:
Vos estis nostræ maxima causa fugæ.
Vtque dedit iustas tauri fabricator aheni,
Sic ego do pœnas artibus ipse meis.
Nil mihi debebat cum versibus amplius esse,
** Sic fugerem merito naufragus omne fretum.*
At puto si demens studium fatale retentem,
Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Non liber hic vllus, non qui mihi commodet aurem,
Verbáq; significent quid mea, norit, adest.
Omnia barbariæ loca sunt, vocisque ferinæ:
*Omnia * quæ possunt plena timore † sonant.*
Ipse mihi videor iam dedidicisse Latinè:
** Iam didici Geticè Sarmaticéque loqui.*
Nec tamen (vt verum fatear tibi) nostra teneri
A componendo carmine Musa potest.
Scribimus, & scriptos absumimus igne libellos:
Exitus est studij parua fauilla mei.
Nec possum, & cupio non vllos ducere versus:
Ponitur idcirco noster in igne labor.
** Hinc nisi pars casu flammis erepta, dolóve,*
*Ad vos ingenij * non venit vlla mei.*
Sic vtinam, quæ nil metuentem tale magistrum
Perdidit, in cineres ars mea versa foret.

MER. A *Contudit ingenium*] ingenium fregit. *Patientia longa malorum*] diu enim mala passus sum.

Et facunda] legitur etiam Fœcunda.

B *Non adeò bene nunc*) subaudi, est.

Successus] quia mihi malè successit propter carmina. *Nostræ fugæ*) nostri exilii. *Tauri fabricator aheni*] Perilaus: de quo iam dictum est.

Retentem) repetam.

C *Arma carminis*] Libros denotat, & ea quæ subiungit.

Parua fauilla) paruus ignis.

D *Idcirco*] hanc ob causam: quia cupio versus facere, nec possum.

Magistrum] me Ouidium.

MICYL. *Fama refert Anyti quale fuisse reo*] Verba accusationis, quæ hic à Merula citantur, apud H Platonem ita habent: [illegible Greek]. In eadem Apologia autem etiam illa ponuntur: [illegible Greek]. Vbi obiter notes, [illegible Greek] esse idem ferè quod vulgò nostri homines dicunt, Curuum rectum I facere, siue corrigere, & iniusta pro iustis defendere. Cæterùm pro genitiuo Rei, malim Reo legere, datiuo casu. vt sit sententia, Quale pectus reo Anyti, hoc est, Socrati fuisse fama refert. Nã & ἀμφιβολίαν lectio hæc tollet, & versui quoque gratiæ aliquantum conciliabis, vitata similitudine casus in vtraque cæsura.

K

IN DECIMAMQVARTAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XIIII.

HAnc tuus è Getico mittit tibi Naso salutem,
Mittere si quisquam, quo caret ipse, potest.
Æger enim traxi contagia corpore mentis,
Libera tormento pars mihi ne qua vacet.
Pérque dies multos lateris cruciatibus vror.
Sed quod in immodico frigore læsit hyems.
Si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus:
Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.
Qui mihi cùm dederis ingentia pignora, cúmque
Per numeros omnes hoc tueare caput.
Quòd tua me rarò solatur epistola, peccas,
Rémque piam præstas, & mihi verba negas.
Hoc precor emenda: quod si correxeris vnum,
Nullus in egregio corpore næuus erit.

MER. *HAnc tuus è Getico*) Amicum hortatur, E vt quandoquidem amoris multa olim pignora sibi præstiterit, nunc verbis & literis ne pareat. Quod si emendarit, dicit nihil ab eius amicitia amplius desiderandum esse. Illum postmodum excusat, non potuisse fieri dicens, quin ille scripserit, quum præsertim norit eius animi robur immutabile. *E Getico*) subaudi littore. *Quo caret ipse*) Salutem ipsam F denotat. *Æger*) tristis. *Traxi contagia mentis corpore*] id est, ipsum corpus præ nimio mentis dolore cœpit malè valere. *Tormento*) cruciatu. *Lateris cruciatibus*] Stomachus lateribus cingitur, atque in his quoque vehementes dolores esse consueuerunt: & initium vel ex frigore, vel ex ictu, vel ex nimio cursu, vel ex morbo est: isque modò tardè, modò celeriter soluitur. Interdum ad perniciem quoque procedit, oritúrque acutus morbus, qui pleureticus à Græcis nominatur. Remedia docet Celsus libro quarto. Et à Plinio pleuritis, laterum com- L punctio vocatur, interdum lateralis dolor. *Sed*) subaudi vror. *Ingentia pignora*] magnas significationes amoris. *Per numeros omnes*] per omnes modos. *Rémque piam præstas*] opus pium facis, tuendo me per omnes numeros. *Verba*] literas tuas. *Hoc*] ne neges mihi verba. *Nullus næuus*) Næuus macula est, quæ in homine nascitur. Plinius, Signa quædam, næuósque, & cicatrices etiam regenerari. Et Cicero libro

primo de Diuinatione: Næuus in articulo pueri delectat Alcæum, at est corporis macula næuus, illi tamen hoc lumen videbatur. Hic verò per translationem pro macula amicitiæ ponitur.

Pluribus accusem, fieri nisi posset, vt ad me
Littera non venit, missa sit illa tamen.
Di faciant vt sit temeraria nostra querela,
Téque putem falsò non meminisse mei.
Quod precor, esse liquet: neque enim mutabile robur
Credere me fas est pectoris esse tui.
Cana prius gelido desint absynthia Ponto,
Et careat dulci Trinacris Hybla thymo:
Immemorem quàm te quisquam conuincat amici.
Non ita sunt fati stamina nigra mei.
Tu tamen, vt falsæ possis quoque tollere culpæ
Crimina, quod non es, ne videare, caue.
Vtque solebamus consumere longa loquendo
Tempora, sermoni deficiente die:
Sic ferat ac referat tacitas nunc littera voces,
Et peragant linguæ charta manúsque vices.
Quod tibi ne nimium videar diffidere, sitque
Versibus hoc paucis admonuisse satis.
Accipe quo semper finitur epistola verbo,
Atque meis distent vt tua fata, vale.

MER. *Pluribus accusem*) pluribus verbis officium tuum accusarem. *Fieri nisi posset*) nisi posset accidere. *Litera*) epistola tua. *Quod precor*) vt falsò de te querar. *Robur tui pectoris*) mentis tuæ constantiam in me amando. *Absynthia cana*) Absynthij (autore Plinio) genera sunt plura, inter quæ est Ponticum à Ponto appellatum, vbi pecora pinguescunt: & ob id sine felle reperiuntur. Neque aliquod præstantius, multúmque Italico amarius. Sed medulla Pontici dulcis. Eius herbæ vsus inter paucas vtilissimus est, & ea in sacris populi Romani celebrata fuit peculiariter. Siquidem Latinarum feriis quadrigæ certabant in Capitolio, victórque absynthium bibebat. Credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus. De eo ita etiam scribit Dioscorides: Absynthium notum est, cuius probabilius est Ponticum & Cappadocium, nascens in montibus: vnde nomen accepit à terra. Cana autem ideo appellat, quoniam eius folia sunt cana, vt vulgò videri licet. *Ponto gelido*) Ponticæ regioni frigidæ. Est. n. in Septentrione. Pontus autem propriè mare ipsum, per excellentiam: sicuti per poetam Homerum intelligimus. Nam (vt docet Strabo) maiores simpliciter Ponticum pelagus vt quendam Oceanum arbitrati sunt. *Hybla Trinacris*) Hybla ciuitas Siciliæ. Trinacria autem Sicilia dicta est ab eius forma, vt docet Diodorus. *Non sunt ita nigra*) non sunt ita infœlicia, aut obscura, vt sis immemor amici. *Crimina falsæ culpæ*) vt falsò dicaris amici immemor. *Peragant vices linguæ*) munus linguæ obeam, quod epistola solet efficere. *Vt*) id est, vtinam.

IN DECIMAMQVINTAM ET VLTIMAM ELEGIAM ENARRATIO.

ELEGIA XV.

QVanta tibi dederim nostris monumēta libellis
O mihi me coniunx charior, ipsa vides.
Detrahat autori multum fortuna licebit,
Tu tamen ingenio clara ferere meo.
Dúmque legar, pariter mecum tua fama legetur:
**Non potes in mœstos omnis abire rogos.*
Cúmque viri casu possis miseranda videri,
Inuenies aliquas, quæ quod es, esse velint:
Quæ te nostrorum cùm sis in parte laborum,
Felicem dicant, inuideántque tibi.
Non ego diuitias dando tibi plura dedissem,
Diuitiis ad manes nil feret vmbra suos.
Perpetui fructum donaui nominis, idque
Quo dare nil potui munere maius habes.
Adde quòd & rerum sola es tutela mearum,
Ad te non parui venit honoris onus.
Quòd nunquam vox est de te mea muta, tuíque
Indiciis debes esse superba viri.
Quæ ne quis possit temeraria dicere, persta,
Et pariter serua méque piámque fidem.
Nam tua, dum stetimus, turpi sine crimine mansit,
Et tandem probitas irreprehensa fuit.*
Par eadem nostra nunc est tibi facta ruina:
Conspicuum virtus hic tua ponat opus.
Esse bonam facile est, vbi quod vetet esse, remotū est;
Et nihil officio nupta, quod obstet, habet.
Cùm Deus intonuit, non se subducere nimbo,
Id demum est pietas, id socialis amor.
Rara quidem est virtus, quam nō fortuna gubernat,*

MER. *Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis*) In hac vltima elegia vxori immortalitatem pollicetur Poeta: dicitque multas fore, quæ quamuis eam miseram esse existiment, illi tamen inuideant, & fœlicem appellent. Simulque ostendit, nihil ab eo maius præstari potuisse. Quod quum ita sit, eam hortatur, vt in fide permaneat, ne à quoquam iure accusari queat. Exemplísque etiam probat, eiusmodi fidem erga maritos nullo vnquam æuo taceri solitam. Demum ne videatur vxori diffidere, dicit se ea scribere, vt monendo magis vxorem laudet, quàm hortatu suo sit opus erga vxorem optimam, & quæ ea faciat, quæ sanctissimæ vxori conueniant. *Detrahat autori*) imminuat mihi. *Non potes abire in mœstos rogos*) non potest fama tua penitus deleri, quemadmodum corpus absumitur rogo. *Nostrorum laborum*) meæ calamitatis. *Plura*) quàm dedi. Intelligit autem famæ immortalitatem. *Vmbra diuitiis*) anima locupletis. Ex quo ostendit, pluris faciendam esse immortalitatem, quàm diuitias. *Mearum rerum*) mearum fortunarum. *Et sola tutela*) sola es gubernatrix. *Onus non parui honoris*) quasi dicat, Quamuis sit onus & labor, res meas tueri, tamen id est magno honori. *Nunquā est muta*) semper loquitur in laudem tuam. *Superba* nobilis: vel re vera plena fastus. *Quæ* scilicet iudicia. *Persta*) persceuera in amore côiugali. *Dum stetimus*) dum in vrbe viximus, & floruimus. *Nostra*) propter nostram ruinam. *Virtus tua*) tua fides coniugalis. *Ponat hic*) statuat in hac difficultate & ruina. *Bonam*) fœminam & vxorem. *Vbi*) quando. *Quod vetat esse*) illud quod prohibet esse bonam vxorem. quasi dicat, Nihil prohibet te, quo minus sis mihi fida. *Est remotum*) est ademptum. Facilè, inquit, nupta potest esse bona, quando ei id remouetur, quod eam bonam esse prohibet. *Et nupta*) & quando vxor. *Quum deus intonuit*) quum aduersi aliquid marito accidit. *Quam non fortuna gubernet*) quasi dicat, Rari sunt, qui non sequantur fortunam potius quàm virtutem. Ea quo designat esse difficile vxori, in fide permanere, & fortunam mariti aduersam non deserere. Solet enim vsuvenire, vt quò se fortuna, eò & fauor hominum inclinet.

Quæ maneat stabili, cum fugit illa, pede.
Si qua tamen precij sibi merces ipsa petiti est,
Inq; parum latis ardua rebus adest.
Si tempus numeres, per secula nulla tacetur:
Et loca mirantur, qua patet orbis iter.
Aspicis vt longo teneat laudabilis æuo
Nomen inextinctum Penelopæa fides?
Cernis vt Admeti cantetur, & Hectoris vxor?
Ausáque in accensos Iphias ire rogos?
Vt viuat fama coniux Phylaceia, cuius
Iliacam celeri vir pede pressit humum?
Nil opus est morte pro me, sed amore, fidéque,
Non ex difficili fama petenda tibi est.
Nec te credideris quia non facis, ista moneri,
Vela damus, quamuis remige puppis eat.
Qui monet, vt facias, quod iam facis, ille monendo
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.

MAR. A *Quæ maneat stabili pede*] & virtus quæ permaneat immutabilis, est cara. *Quum fugit illa*] quum fortuna aliquem deserit. *Si qua tamen*] subaudi, est virtus: hoc est, si quis bonus inuenitur, quem non gubernet fortuna, sed virtus ipsa. *Precium siue merces ipsa petiti est*] ipsa virtus est precium sui meriti: quia vir bonus non ducitur fortuna, nec B aliud præmium quærit, quàm virtutem. Virtus enim per se appetitur. Quibus verbis denotat, optimam vxorem non debere mariti fortunam sequi, sed semper constanter in fide persistere, etiã in rebus illi aduersis. *In parum latis*] in rebus aduersis. *Ardua*] celsa, erecta, non ad fortunam inclinata. *Tacetur*] siletur virtus ipsa. Ea enim semper viuit, vigétque. *Mirantur*] eam virtutem admiratione prosequuntur. Legitur etiam, Et loca transgreditur. *Qua patet orbis iter*] quocunque potest penetrare in toto orbe. *Nomen* C *inextinctum*] immortalem famam. *Penelopæa fides*] fides Penelopes erga Vlyssem. *Admeti vxor*] Alcestis. De cuius, & aliarum amore erga maritos, abundè diximus libro tertio enarrationum nostrarum in Ouidium de Arte amandi. *Et Hectoris*] Andromachen intellige, Eetionis Thebarum in Cilicia regis filiam. *Iphias*] Euadne, Iphi filia. *Coniux Phylaceia*] Laodamia: sic dicta à Phylace Phthioticæ regionis Thessaliæ vrbe, quæ sub eius mariti Protesilai imperio fuit, vt docet Strabo libro nono. Vel à Protesilai auo Phylace, Iphicli patre. De Laodamia & Protesilao, & vtriusque amore, plura diximus alibi. *Vela damus*) quasi dicat, sponte etiam currentem equum calcaribus incitamus. *Laudat*) te laude prosequitur. *Et hortatu*) & D hortando laudat quicquid agis.

MICYL. *Nil opus est morte pro me, sed amore, &c.*) Alii legunt, At nece nil opus est pro me, &c. Ego nihil video quod priori lectioni desit: nisi si quem mouet breuis syllaba in cæsura, quæ tamen ipsius cæsuræ fulcitu defenditur, vt alibi quoque. Et canis arente torreat arua siti. & , Omnia vincit amor: & nos cedamus a- E mori, & similes. vt taceam, quòd altera ista lectio multũ venustatis adimit cõpositioni, dũ quasi in noua re, à principio versus, particula inceptiua At ponitur. Cæterùm quod ad sententiam attinet, quod ait, Opus est morte, id ad exempla referendum: Alcestidis scilicet, quæ pro marito Admeto mori sustinuit, vt est apud Euripidem: Euadnes, quæ & ipsa rogum mariti conscendit, eadémque se cremari passa est. & Laodamiæ, de cuius obitu & morte suprà annotauimus. Penelopes autem exemplum ad fidem maritalẽ pertinet. ea enim vt fidẽ absenti Vlyssi seruaret, procos in domo ipsius dominantes, texeu ac retexeu telę clusit. Et Andromache vt tolerantiæ exemplum à Poeta allegatur, quæ nullis F aduersitatibus & periculis suorum, à viri amore ac fida sese diuelli passa est. vt est apud Homerum passim quidem, præcipuè autem lib Iliad 6. vbi hæc eius verba ponuntur,

[illegible]
[illegible]

TRISTIVM LIBRI V. ET VLTIMI
FINIS.

VITUS AMERPACHIUS IOHANNI HODIOVISCO SENIORI, VICEIUDICI REGNI BOHEMIÆ,

V. C. S. P. D.

ANIMA est amica amanti. si ea abest, nullus est: Si adest, res nulla est, ipsus est nequam, & miser: inquit poeta vetus argutè simul, & verè. Sic enim res habet in illo impuro & cæco amore. Noster autē ille amor castus, vidensque, tantum abest ut aut nihil faciat esse id, quod amat alter in altero, ut etiam quiddam sit honestissimum simul, & fructus & iucunditatis plenissimum: adeò non facit nos miseros, cum aut corporum etiam, quod semel tantum adhuc est factum, aut literarum (patiaris hæc à me coniungi) oculis mutuo nos inspicimus, & utrorumque ore colloquimur, ut beatos potius nos, & excitatiores, ac alacriores efficere videatur. Sic enim est comparatum inter homines, ut sæpe satietatem & fastidium pariat perpetua præsentia rerum etiam præstantissimarum. Et hoc nisi esset, cur Lacedæmonij statuissent in sua repub. ut nec unà semper essent coniuges: & primates apud nos adhuc in usu id haberent, ac præterea non ita facilè cuilibet aditum ad se facerent, nec semper amicissimis, & rarò venirent in publicum? adeoque nimia familiaritas contemptum parere vulgo etiam diceretur? Quanquam autem in hac re modum non seruant, ut etiam in aliis, plerunque tamen adeò satius est in hanc partem peccari, quàm in illam, ut etiam brutus amor sua quædam interualla postulet: imò sint aliquando, Amantium iræ amoris integratio, ut ait Comicus: & alibi addat, inimicitias, bellum, plerique autem & verbera. Sed hoc interest inter hunc & illum tamen, ut alter, si est optimæ notæ, quasi ex intuitu virtutum, & rerum præclararū in natura concilietur, & retineatur: ac ideo non cæco impetu rapiatur, sed ratione, ac iuditio regatur. alter ex corporum aspectu, & beluinarum voluptatum appetitione: ac ideo nec modum norit ullum, nec rationem. Et quidem neuter, ut fabulati sunt non tantum poetæ, sed etiam philosophi nonnulli, Deus est. Quanto ille verius, & simplicius,

οὐ γὰρ ἔρως θεός ἐστι, πάθος δ᾽ ἀΐδηλον ἀπάντων: *quod nos olim utcunque sic reddidimus,*

Námque Amor haud deus est, sed cæca agitatio mentis. Quanquam autem & amicitiarum non est unum genus, ego tamen ita mihi persuasi, nostram coniunctionem ex honestissimis tanquam fontibus emanauisse: idque magis pro tua parte, quàm pro mea. Cum enim vel sermonibus aliorum, vel scriptis quibusdam nostris incitatus, putares & virtutem aliquam, & doctrinam esse in me non prorsus contemnendam, non tantum commendare, ac tradere mihi moribus & doctrina ceu fingendum voluisti, quem ex tuis consanguineis haberes propter indolem & spem, quam de se prebere honestissimam & amplissimam cœpisset, charissimum: sed ipse tantum iter etiam cum eo conficere, ut eo facilius apud me obtineres, quod esses petiturus, mecúmque notitiam contraheres, & amicitiam præsens cum præsente inchoares, & confirmares, non dubitauisti. Quod etiam ita sanè cecidit, ut non tantum ego animaduertens in te singularem quandam erga me beneuolentiam tibi gratificarer, etsi præter institutam hìc meæ vitæ rationem, sed etiam

ab eo tempore nec tu, nec meus auditor Bohuslaus tuus cognatus, & amare me, & magnifacere desieritis: & hoc ambo cùm antea sæpe, tu Praga, ille verò Louanio, tum nuper etiam datis literis clarissimè testati estis, nec id sine manifestis humanitatis officijs, quæ à vobis nulla certe vestra vtilitas, nullum commodum exprimere admodum potest, cum ego vobis hac parte longè magis indigeam, quàm vos me possitis vnquam indigere. Sed hoc amor vester, & velut pietas quædam in ea studia, quæ sunt optima, & pulcherrima, facit, hoc idem in studium virtutis. Non potest enim fieri, vt, qui virtutes, ac liberalem doctrinam colit, non amet vnà, quos putat aut idem facere, aut his nonnihil esse præ alijs præditos. Quantum autem vos mihi tribuatis, ne quidem patitur meus pudor exponere: sed literæ vestræ, ac apud multos non obscuri sermones, vt sunt huius quoque rei magna testimonia, copiosè testantur: ac fortasse breui declarabit factum longè præstantius, & illustrius. Hæc de vobis. De me verò nihil possum dicere, nisi nec honestatis, pietatis, religionis, & optimarum quarumque artium studium vnquam defuisse mihi, quantulumcunque sum adsecutus. Hoc fortasse vos putatis alicuius momenti, quod ipse conatus etiam, & studium sint rarum quiddam his perditissimis temporibus. Ego verò sum contentus laborum, & studij conscientia: nec de profectu, nisi trepide, ne quidem cogitare audeo, nedum sine rubore dicere. Quanquam autem & vobis hoc poterat sufficere, non tamen dubito, quin habeatis alias quoque rationes vestrorum in hac re consiliorum. Sed, vt vt est, cùm nulla sit in rebus humanis perfectio, magna laus est vel vmbram virtutis & sapientiæ comitari, colere, obseruare, & magnifacere. Ac sane rex noster facit persapienter, quòd sic te, mi Ioannes, amat, res tibi tantas committit. Si enim vsquam rerumpublicarum gubernacula, & frena iudiciorum, vt sic dicam, tutò sunt, ac saluti communi rectè seruiunt, & prosunt: apud sapientiam, virtutem, ac harum obseruatores, qui soli norunt hoc tanquàm depositum non fallere, tutò sunt. Vtinam vero & alij principes omnes ac reges hoc sequerentur, hoc facerent, & curarent, adeóque semper huius Hippocratici meminissent, & verissimũ esse nihil dubitarent. μακάριοι γὰρ δῆμοι, ὁκόσοι ἴσασι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἔρυμα ἑωυτῶν, καὶ οὐ τοὺς πύργους, οὐδὲ τὰ τείχεα, ἀλλὰ σοφῶν ἀνδρῶν σοφὰς γνώμας. *Nam ita fieret proculdubio, vt & ipsi magis diligentiam nauarent sapientiæ doctrinis, & minus tribuerent potentiæ, consilijs & eruditioni plurimum. Tibi certè, Hodiouisce, maiores olim tui non frustrà pepererunt piscem illum, quem habes in tuis imaginibus: nec videtur hic mihi tantum esse præmiũ, & testimonium virtutis, & fortiter ad Mediolanum, vt audio, traiecti fluminis, & rei bene gestæ apud Imperatorem: sed etiam industriæ futuræ in posteris, & amoris in virtutẽ, & honestissimas artes, velut præsagium, aut vaticinium quoddam. Quis enim ignorat, eos qui talibus commendationibus carent, neque natare, neque didicisse literas dici? & iactatur apud Græcos hic versiculus,*

Πεζῇ βαδίζω, νῦν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.

Et quid natat verius, quàm piscis? Intelligis meam, credo, sententiam. Hoc autem vobis optimè ac honestissimè accidit. Quid enim est nobilitas, quæ doctrina & virtutibus caret, vt sæpe nunc habet res apud nos: quàm nõ Sileni Alcibiadis, vt aiunt, sed vel Myronis, & Praxitelis colossi, vel parietes, & sepulchra dealbata, imò velut pestilentissimũ quoddam remedium? Quòd si possent res humanæ ferre tantum bonum, & vt seruos ac liberos, magistratus & subiectos nasci, Plato & Aristoteles, adeòque sapientissimi quique sentiunt, vtque habet natura, & olim vsus apud Iudæos aliquando, & alias nationes habuit, sic etiam haberet vsus de nobilitate, multi nunc essent nobiles, qui sunt ignobiles: & ignobiles multi, qui sunt nobiles. Mirum verò non etiam hoc fecisse homines, vt artifices propagarentur ex artificibus, proceri à proceris, humiles ab humilibus, formosi à formosis, deformes à deformibus, aut potius nulli deformes. Hoc magis mereretur laudem, si virtutem & indu-

ſtriam, ex virtute ac induſtria poſſent producere. Sed hoc non diſputo, quòd non probem ordines in genere humano: ſed vt cogitent nobiles, ac ſciant, minimè ſe dignos honore maiorũ ſuorum, qui non ſunt exculti virtutibus & rerum honeſtarum ſtudio, cùm ſolius propriæ virtutis præmium ſit honor proprius, non parentum, non maiorum: niſi, cùm ſimus orti ab iiſdem parentibus, aut ſumus nobiles, aut ignobiles omnes. Præterea non puto familiarum excellentiam conſtitutam eſſe ad licentiam, ferociam, & impunitatem, cædes, & latrocinia, ſicut multi re ipſa declarant ſibi eſſe perſuaſum. Hoc diligenter à cunabulis doceri, ac moneri ſæpe debebant omnes, oriundi ex talibus familiis: ac vtinam eſſet pœna etiam à legibus in degeneres conſtituta. Sic fieret, vt & parentes in inſtitutione maiorem adhiberent curam: & liberi non tam darent operam, vt retinerent imagines, ac titulos, quàm vt ne parentum induſtriam & virtutes amitterent. Sic debebat etiam in Scholaſticis honoribus & titulis fieri. ac profectò & hîc res bene habebit nunquam, tantiſper dum præferentur tituli, etiam inaniſſimi, vt nunc fit plane, ac ſæpe cum aperta pernicie Rerũpublicarum, ſedulitati, & doctrinæ. Quæ (malum) eſt inſania, cùm ſint gradus nauatæ fortiter operæ, ac doctrinæ commendatio potius publica, & teſtimonium, quàm aut dignitas, aut ius docendi alios, cùm plures docuerint in Scholis, & eccleſia, nunc etiam diu ſine titulis, quàm cum titulis: maioribus Academiis tamen exceptis, quæ nec ſine cauſa iuſtiore, ſi aliàs nihil fuiſſet peccatum, aliquanto fecerunt hac in parte rigidius! quæ ſic habentibus rebus, inquam, eſt inſania, nomen doctrinæ pluris facere, quam doctrinam, adeóque vaniſſimorum ac auariſſimorum teſtium verbis rem contrariam, quæ tantum non palpatur, poſtponere? Taceo vix decimũ, aut vigeſimum quemque talium docere, ſed aut quæſtum facere, aut ſaginare ventres nominum ſplendore. Sed impetus quidam, & νέμεσις illa, non cæca prorſus, vt opinor, me longius abduxit, præter etiam propoſitum. Boni conſules igitur meum ſtudium, & ardorem, vt etiam ex animo ſincero, & optimè affecto erga honeſtatem, & liberales artes, profecta ſunt hæc omnia. Certe non ex maledicendi libidine, vt quidam ſuperbiſſimi, & iactantiſſimi ſophiſtæ, ac poetaſtri, & ſemidupondii muſſitant aliquando inter ſe. Tanto etiam libentius hæc addidi, quod nuper ad me ſcripſiſti, firmam ſpem eſſe, futurum breui, vt Academia Pragenſis melius conſtituatur, ſeu dotetur, & locupletetur, vt non obſcure tu loqueris, vocatis eò viris doctiſſimis à quibus regatur. Ad hoc enim tam honeſtum & pium inſtitutum non paruum habebit momentum, ſi curaueritis, vt ſolius virtutis & eruditionis in titulis conferendis, ac diſtribuendis honoribus, dignitas & gradus obſeruentur: non ſint venales hæ res, nihil generi, nihil gratiæ, nihil cæteris commendationibus tribuatur, tum nihil etiam huc pertineant. Si enim, cùm rem bene geſſit quis in hoſtem, non tantùm ornatur elogio, commendatione, ac teſtimonio ſui ducis, aut imperatoris, aut in republica magiſtratuum, ſed etiam præterea munus accipit, imò conſequitur præmium: quare, qui ſtudiis literarum, & honeſtiſſimis doctrinis felicem & ſtrenuam dedit operam, hæc emeret, non vt donum, aut præmium acciperet à Republica? Mirum verò, ſi hæc non debet ſuis miniſtris mercedem, & paterfamilias debet. Poſſe quidem hoc magis, nemo dubitat. Quanquam hic facilè nonnihil concederem, ſi tenuiores, qui haberent iuſtam eruditionem & probitatem, non minus curarentur, quàm ii qui rempublicam numerando iuuare poſſunt, in alendis profeſſoribus doctrinarum: niſi quòd ſeruari deberet modus, vt etiam eſt quidam conſtitutus in iure pontificio. Magis igitur opus erit liberalitate regia, diligentia præfectorum, καὶ νομοφυλάκων ſuperiorum, & inferiorum integritate, quàm legibus, aut nouo iure. Hoc opus, hic labor eſt. præſertim cùm & Pontificatus, Epiſcopatus, Imperia, Regna, & ipſum non raro cœlum ſit venale: nec vllæ cõſtitutiones penè honeſtiores, vlli canones, leges vllæ grauiores, quæ tamẽ feruntur, & ſumptibus infinitis aliquando, & expectatione maxima obſeruentur: ne dicam in prouerbium abiiſſe nunc, Italicos iuriſconſultos & medicos dicere, ſe pecuniam ac-

cipere, ac remittere asinos in Germaniam. Quanto esset melius, nullos titulos esse, quàm hoc modo esse? Si non poterunt omnia præcaueri quæ turpia sunt, & obtineri quæ sunt honesta: opera tamen detur, ac Deus aderit conantibus. Accedo nunc ad finem epistolæ. Diu cogitaui, cùm haberem aliquot opuscula, quæ dudum flagitauerunt editionem, velut manumissionem quandam, & vellem esse meum erga te amorem illustriorem, nec desineret me Bohuslaus ad aliquid sub tuo patrocinio publicum faciendum incitare, quidnam tibi nuncuparem potissimum: Visæ tandē sunt hæ Annotationes ad libros Ouidij de Tristibus, commodissimæ ad hanc rem esse, non tantum quia te scirem esse rerum poeticarum studiosissimum, sed etiam quòd nihil esset aliud hoc tempore ad emissionem satis paratum, & ego festinarem in declaranda erga te mea beneuolentia conspectiore aliquo testimonio. Dabis igitur hoc & amori nostro, & huius poetæ laudibus, adeoque tuo studio, quod est maximū, in tales res: vt quod feci, gratum esse tibi sinas: & eam curam in defendendo, si opus erit præstes, vt sciant & mali & boni, inimici & amici, fauere te ac bene velle Amerpachio, sicut proculdubio facis, & ego hactenus minimè obscuris tuis verbis & factis, nec semel, sum expertus. Quod si cum vtriusque fieri commodo posset, corporibus etiam propius aliquando coniungi nos, & frui mutuo conspectu, mihi tanto futurum esset iucundius, quanto vehementius absentem nunc desidero, etsi mente intueor te frequenter: ac tecum etiam colloquor, non tantum per literas: nec dubito, quin tu idem facias, nec sis vnquam passurus, vt à me quicquam te alienet. Porrò, quàm sit hoc vtile doctoribus & discipulis, in legendis & explicandis bonorum autorum scriptis, non tantum fontes præcipuarum partium rimari diligenter, sed etiam ordinem, & singulorum argumentorum, & exornationum initia venari, ac velut robur eorum quoddam: quod ego spero me in hoc Opere magna ex parte, ac diligentius aliquanto, quam in explicationibus librorum de Ponto, præstitisse. nec satis à me dici potest, nec intelligi à quoquā, nisi qui rem vsu & exercitatiōne sit expertus. Vale, mi suauissime Ioannes, ac saluta meis verbis officiose Arcis administratorem, V. C. Datum Ingelstadij, pridie feriarum Natalis beatissimæ Virginis & matris Christi.

S. N. Anno P. S. M. D. XLVIII.

P. OVIDII NASONIS DE PONTO LIBER PRIMVS.

B. MERVLÆ IN PRIMVM OVIDII DE PONTO LIBRVM ENARRATIONES.

AD BRVTVM.

NASO Tomitanæ iam non nouus incola terræ,
Hoc tibi de Getico littore mittit opus.
Si vacat, hospitio peregrinos Brute libellos
Excipe, dúmque aliquo quolibet abde loco.
Publica non audent inter monimenta venire,
Ne suus hoc illis clauserit autor iter.
Ah quoties dixi, certe nil turpe docetis,
Ite, patet castis versibus iste locus.
Nec tamen accedunt, sed vt aspicis ipse latere
Sub lare priuato tutius esse putant.
Quaris, vbi hos possis nullo componere læso,
Qua steterant artes, pars vacat illa tibi.
Quæ veniant nouitate roges fortasse sub ipsa,
Accipe, quodcunque est dummodo non sit amor.
Inuenies quamuis non sit miserabilis index,
Non minus hoc illo triste, quod antè dedi.
Rebus idem, titulo differt, & epistola cui sit
Non occultato nomine missa docet.

MER. *NASO Tomitanæ iam non nouus incola terra*) Ad Brutum Romanum scribens Ouidius è Tomitana vrbe, & Pontica regione, vbi exulabat, à qua opus de Pōto appellauit, primò rogat, vt librum suum excipiat: deinde quid in eis contineatur, caponit: colligitque exemplis, cum minimè reijciendum esse propter Augustum sibi iratum: si quidem solent dij sæpenumero mortales pœnis afficere, vt quid ipsi possint ostendant: verùm si eos vidēt pœnituisse, plerunq; pœnas leuāt. Postremò fatetur, mentem assiduo dolore cōfici, nec illum nisi cum morte finiri posse. quod si Augustus id ita esse crediderit, fortassè fore arbitratur, vt si non reditum concesserit, locum saltem exilio mitiorem præbeat. *Naso*) Nasonum familiam à nasi magnitudine ita appellatam fuisse crediderim: quemadmodum Cicerones à cicere. nā qui primus ex ea familia Cicero cognominatus est, in extrema nasi parte eminens quiddam in figuram ciceris habuit: à quo sibi cognomen inditum est, ac per eum in posteros gentilesque transfusum, vt docet Plutarchus. Plinius tamen Ciceronum familiam a cicere, quòd ea familia optime sereret, appellatam scribit. *Tomitana terra*) Tomi ciuitatis, quæ fuit in ora Pontica, vt latius infrà dicemus. *Iam non nouus incola*) iam non nouus habitator: iam diu enim in ea vrbe exulo. *Hoc opus*) hunc de Ponto librum. *De Getico littore*) de littore maris Euxini, quod Getæ accolunt. *Si vacat*) si tempus vel locus est. *Peregrinos libellos*) hoc opus de Ponto, quod è peregrina regione Romam misi. *Dumque aliquo*) & dum illos in aliquo loco, subaudi, abdas. *Quolibet abde loco*) abscondas inquit eos vbiuis, dummodo in aliquo loco arcano recondas, ne in publicū prodeant. Legitur etiam, Quolibet abde modo. *Inter publica monumenta*, inter publica aliorum opera & scripta. *Ne suus autor*) ne Ouidius ipse. Non audent, inquit, libelli in publicum prodire, quia timent ne propter amatoria præcepta illis quoque Augustus vrbe interdicat. *Clauserit hoc iter*) fecerit scribendo præcepta amatoria, ne hi quoque de Ponto libelli possint in publicum prodire. *Illis*] scilicet libellis de Ponto. *Castis versibus*) versibus non lasciuis. *Iste locus*) Romana ciuitas. *Nec tamen accedunt*) nec tamen volunt in publicum venire, quamuis a me moneantur vt id faciant. *Sub Lare priuato*) in domo & tutela priuati hominis, vt apud te Brutum. Sanè Lar (autore Apuleio) familiaris dicitur, qui posterorum suorum curam sortitus pacato & quieto numine domum possidet. Eundem autem fuisse Genium & Larem, multi veteres memoriæ prodidere, vt Censorinus docet. Fuerunt autem Lares, duo Mercurij filij, & Mutæ deæ: quæ prius Lara seu Larunda dicebatur. vt scribit Lactantius Ausonius: Nec genus hoc dominum Larunda progenitus Lar. Dicebatur etiā Lalar à loquacitatis vitio. nam laleo, loquor significat. Fabulam refert Ouidius in Fastis. Colebantur autem Lares (vt est autor Seruius) & priuatim in domibus, & publicè in compitis, tradito ritu à Seruio Tullo, vt Plinius scribit: qui eum regem creditum inquit Laris familiaris filium, & ob id compitalia & ludos Laribus primùm instituisse. quibus postea (vt scribit Macrobius) vndécimo Calendas Ianuarias feriæ dedicatæ sunt. & bello Antiochi vota est ædes ab Æmilio Regillo prætore in campo Martio. Putabantur Lares esse animæ hominum, siue dij inferiores, autore Pompeio. Eos Porphyrio deos domesticos appellat. Lactantius verò & Diomedes scribunt, Heros Dactylos, siue Curetes Lares esse cuique tres esse arbitrantur. Ouidius in Fastis duos tantum esse, ita ostendit: Geminósque parit, qui compita seruant, Et vigilant nostra semper in vrbe Lares. Ornabantur autem Lares floribus, & coronis, thure, & farre. Iuuenalis. O parui nostrique Lares, quos thure minuto, Aut farre & tenui soleo exornare corona. Tranquillus in Augusto: Compitales Lares ornari bis instituit vernis floribus & æstiuis. Et Plinius: Iam tū coronæ decorū honos erāt, & Lariū publicorū priuatorumq;. Eos placari putauit Iuuenalis gallorum cristis, quum dixit, Laribus cristam promittere galli Non audent. Cur autem apud Lares canis simulacrum effingeretur, docet Plutarchus in Quæst. & Ouidius in Fastis his verbis: Et canis ante pedes saxo fabricatus eodem Stabat, quæ standi cum Lare causa fuit. Seruat vterq; domū, domino quoq; fidus vterque, Compita grata cani. Exagitāt & Lar, & turba Diania fures, Peruigilántq; Lares, peruigilantq; canes. Hic autē Ouid. Larem deum domesticū pro domu ipsa posuit. *Vbi possis cōponere*] vbi possis collocare, & simul ponere. *Hos* istos libellos de Ponto. *Nullo læso*] nemine offenso. *Qua steterant artes*] qua parte præcepta mea amatoria olim tutò seruasti. ex quo locum aliquem secretum designat, quali olim delituere apud eum libri de Arte amandi. *Vacat tibi*] vacua est tibi, vel, est locus tibi pro libellis meis. *Quæ veniant*) quales veniant: hoc est, lasciua ne tractent, vt præcepta amatoria, an aliam materiam. *Sub ipsa nouitate*] sub ipsa noua materia, & nuper edita. *Accipe quodcunque est*] accipe libros istos, qualemcunque materiam continentes. *Dummodo non sit amor*, dummodo non tractent lasciua. *Non sit miserabilis*] non sit de Tristibus inscriptus. *Non minus triste* non minus continens tristitiam. *Hoc illo quod antè dedi*] hoc ipso opere de Tristibus, quod edidi antequā hos libros de Ponto. *Rebus idem*] idem est materia huius operis, quæ est de Tristibus. *Titulo differt*] differt indice.

A alius est enim titulus de Tristibus, alius de Ponto. *Et epistola cui sit*) Differt etiam hoc opus ab eo de Tristibus, quoniam in hoc ad quem scripta sit epistola, titulus docet: id verò in opere de Tristib. supprimitur. Ordo est, & (pro etiam) epist. docet, & reliqua.

MCCVI. *Nasò Tomitanæ iam non nouus incola terræ*) Incolam non nouum se vocat, pro veteri, κατ' ἀντίφρασιν. Nam iam quartum propè annum in Ponto agebat, id quod infrà mox apparet eleg. 8. Cæterùm vt hoc addamus, septem omnino annos in Ponto vixisse poeta videtur. atque intra tres priores, ea quorum titulus est Tristium, scripsisse: reliquis autem, hæc quæ de Ponto inscribuntur, vt ex ipsis libris apparet. Nam tertio Tristium, eleg. 12. Frigora, inquit, iam Zephyri minuunt, annóque peracto Tardior antiquis visa, recedit (sine vt vulgo legimus, Mæotis) hyems. quibus verbis significat, se iam B annum in Ponto fuisse, istámque tamen exactam hyemem multo longiorem sibi visam, quàm præteritas ac veteres, quibus Romæ vixit scilicet. Mox elegia 6 lib. 4.

> Vt patria careo, bis frugibus area trita est,
> Dissiluit nudo pressa bis vua pede.

Et eodem lib. eleg. 7.

> Bis me sol adiit gelidam post frigore brumam,
> Bísque suum tacto pisce peregit iter.

Hinc eleg. 11. lib. 5. addit,

> Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister,
> Facta est Euxini dura ter vnda maris.

Atque hæc in libris Tristium. In iis autem quos de Ponto appellauit, lib. 1. eleg. 2.

> Hic me pugnantem, inquit, cum frigore, cúmq. sagittis,
> Cúmque meo fatu, quarta fatigat hyems.

C Et eodem lib. eleg. 8

> Vt careo vobis Scythicas detrusus in oras,
> Quattuor autumnos Pleias orta facit.

Et hoc anno Tiberij triumphus de Dalmatis & Illyriis actus, cuius ipse in principio secundi libri, eleg. 1 & 2. item libro tertio, eleg. quarta meminit. Et Suetonius in Tiberio, qui illum proximo anno ante obitum Augusti actum indicat. Post hæc libro quarto, eleg. sexta, In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est, Iam tempus lustri transit in alterius, ait. Quo anno & Augustum obijsse, & Maximum item, quem ipse inter potiss. amicos celebrat, eadem elegia indicat. vt,

> Certus eras pro me Fabiæ laus Maxime gentis,
> Numen ad Augustum supplice voce loqui. G
> Occidit ante preces; Et,
> Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ.
> Spem nostram, terras deseruitque simul, &c.

Hinc eleg. 10. eiusdem libri, addit,

> Hæc mihi in Euxino bis tertia ducitur æstas,
> Littore, pellitos inter agenda Getas.

Et elegia 13.

> Ille quidem dixit: sed me iam Cæsare nuali
> Sexta relegatum bruma sub axe videt.

Neque temporû vlteriorum meminit, nisi quatenus de consulatu Pomp. Flacci mentionem facit, qui octauo exilij illius anno futurus erat: cui ipse sub principium septimi, dum fratris Græcini consulatum celebrat, quasi diuinans animo se ad id tempus superstitem non futurum, anticipando gratulatur. Quare cùm hæc postrema illius hyems fuerit, H cuius numerum recenseat, sexta quidem quam in Ponto egit, septima autem omnino qua relegatus fuit (nam primam in itinere transegit) deinde cùm neque eorum ab illo mentio vlla fiat, quæ à Germanico ijsdem posterioribus bisce annis contra Chattos & Cheruscos gesta sunt, quæ minimè taciturus fuisset, si fama eorum aliqua ad ipsum adhuc viuum peruenisset, præsertim cùm de triumpho ab eo agendo aliquoties velut vaticinando meminerit, eidémque & libros Fastorum, dum in exilio agit, inscripserit: consentaneum est, illum proximo post sextam hanc hyemem anno, hoc est, intra septimũ, aut omnino circa principium octaui, vt hac quoque parte Eusebij traditionem iuuemus, decessisse. Sed hæc hactenus. I

> *Nec vos hoc vultis, sed non prohibere potestis,*
> *Musáque ad inuitos officiosa venit.*
> *Quidquid id est, adiunge meis: nil impedit ortos*
> *Exule seruatis legibus vrbe frui.*
> *Quod metuas non est: Antoni scripta leguntur:*
> *Doctus & in promptu carmina Brutus habet.*
> *Nec me nominibus furiosus confero tantis.*
> *Sæua deos contra non tamen arma tuli.*
> *Denique Cæsareo, quod non desiderat ipse,*
> *Non caret è nostris vllus honore liber.*
> *Si dubitas de me, laudes admitte deorum,*
> *Et carmen dempto nomine sume meum.*
> *Adiuuat in bello pacata ramus oliuæ,*
> *Proderit autorem pacis habere nihil?*
> *Cùm foret Æneæ ceruix subiecta parenti,*
> *Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.*
> *Fert liber Æneaden, & non iter omne patebit?*
> *At patriæ pater hic, ipsius ille fuit.*

MAR. *Nec vos hoc vultis*] nec vos vultis vestra nomina in hoc opere poni, propter Augusti metum. *Ad inuitos*] ad vos amicos, qui velletis vestra nomina supprimi, ego tamen contra voluntatem vestram vos nomi- D no. *Officiosa*] officij erga vos plena. *Quicquid id est*] qualecunque est hoc quod scribo in hoc opere. *Adiunge meis*] cum cæteris omnibus scriptis pone, vel cum cæteris libris de Tristibus, à quibus hi nihil, nisi in his quæ diximus, differunt, compara. *Nihil impedit ortos Exule*] nihil refert, si ab exule poeta sunt compositi. Ex quo respondet tacitæ quæ- E stioni. *Seruatis legibus*] legibus minimè abrogatis, non scribendo lasciua: id quod ne facerem, legibus cautum fuit. Est autem lex, ratio summa insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibétque contraria. Autor Cicer. in libro de Leg. primo. Illud obiter sciendum, Minoa Cretensibus leges dedisse, Numam Pompilium Romanis, Lycurgum Lacedæmonijs, Pythagoram Italis, Solonem Atheniensibus, Charondam Italiæ & Siciliæ, Mosen Iudæis. De alijs etiam legumlatoribus legito Aristot. in libro Politicorum secundo, & Ciceronem in primo de Leg. in quo opere etiam loquitur de facultate iuris ciuilis, contra nonnullos qui eam disciplinam tam difficilem faciunt. sed huius rei causam alio loco dicemus. Iurisperitorum aliquot excellentum nomi- F na legito apud Lampridium in Alexandri Seueri vita. *Vrbe frui*) Ordo est: Nihil impedit libros, subaudi de Ponto, ortos exule frui vrbe seruatis legibus. *Quod metuas non est*) nihil est quod Augustum timeas, si sumpseris hos libros de Ponto. *Antoni scripta leguntur*) Probat exemplis non debere Brutum timere Augustum, si hoc opus de Ponto acceperit, licèt sit poetę inimicus: eo quòd hostium etiam scripta ille non prohibet in vrbe legi, vt fuerunt scripta M. Bruti, & M. Antonij, qui epistolas composuit contra Augustum, cui proauum libertinum fuisse scripsit restionem ex pago Thurino: auum verò argentarium: & per contumeliam sæpe Thurinum appellabat Augustum. ipse verò nihil amplius quam mirari se rescripsit pro opprobrio prius sibi nomen obijci. Autor Tranquillus. *Doctus & in promptu*) Brutus enim qui Iulium Cæsarem occidit, vir K fuit excellens omni genere laudis, vt docet Cicero in primo Academicarum quæstionum, & philosophiam Latinis literis prosecutus fuit. vt non immeritò hic Ouidius doctum appellauerit. *Habet in promptu*) habet in facili & in aperto. *Nominibus tantis*) nominibus tantorum virorum. *Furiosus*) mente captus, mihi non constans. Legitur etiam furiosis, hoc est nominibus plenis furoris & iræ. *Nec confero*) nec comparo. *Contra deos*) contra Augustum. L *Non tamen arma tuli*) non tamen bella gessi, vt M. Antonius, & Brutus: quorum bella nota sunt Plutarchi, Appiani, & Trãquilli monumentis. *Cæsareo honore*) laude Cæsaris. *Quod non desiderat ipse*) quod scilicet vt laudetur à me, nõ cupit Augustus. *Si dubitas de me*) si dubitas mea causa hos meos libellos excipere. *Laudes admitte deorũ*) excipe illos Augusti causa, cuius laudes in illis cõtinẽtur. *Dempto nomine*) sine meo titulo. *Adiuuat in bello*) auxiliatur cui oratori & præstat, vt eat ad hostes impunè. Si, inquit, orator in bello solet prodesse oliuæ ramus, multo magis idẽ debet iuuare pacis autorẽ. quib' verbis designat suo operi de Põto continenti multis in locis laudes Augusti: quẽ cõparat pacis autori, debere bintũ fauere, & illud eius gratia accipere. *Pacata ramus oliua*) ramus oliuæ pacem significantis. Quem consuetudinẽ quòd in pacis petitione ramus oliuę offeratur, docet Liu. lib. 9. tertię Deca-

A dis, cùm inquit: Decem legati obsiti squalore & sordibus in comitio sedentibus consulibus, velamenta supplicum, ramos oleæ, vt Græcis mos est, porrigentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt. & Maro eo versu: Paciferæque manus ramum prætendit oliuæ. & alibi: Et vitta comptos voluit prætendere ramos. Cuius rei causam Seruius scribit partim fabulæ, partim naturæ efficere rationem. Nam quum de nomine Athenarum Neptunus & Minerua contenderent, & iussisset Iupiter vt illius nomine diceretur ciuitas, qui munus melius obtulisset: equum Neptunus, oliuam Minerua protulit, & statim vicit. Vnde quando ramus eius alicui offertur, indicat eum esse meliorem. hoc est illud prouerbium, Herbam do, id est, cedo victoriam quod Varro posuit, quum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non conatur, & fatetur B esse meliorem. *Autorē pacis*) regem ipsum aliquem coràm, non per oratorem, sed per se pacem offerentem. *Habere*) ramum oliuæ tenere. *Nihil prodeerit*) nihil conferet? quasi dicat, multo magis conducet. *Cùm foret Æneæ*) quum humeris patrē abstulisset Æneas ex incendio Troiano. Vergil. Ergo age chare pater, ceruici imponere nostræ Ipse subibo humeris. *Dicitur ipsa viro*) &c ipse ignis ardentis Troiæ dicitur Æneę patrem auferenti cessisse. Quibus verbis etiam à simili ostendit, Augusti causa Brutum debere suscipere opus de Ponto, quandoquidem in eius magna parte continentur Cæsaris laudes. *Fert liber Æneaden*) in meo hoc libro Augusti nomen continetur. *Æneaden*) Augustum, ab Ænea oriundū, propter patrem Iul. Cæs. [qui genus suum ad Iulium Ascanium Æneæ filium referebat.] *Est pater patriæ hic*) Augustus est pater patriæ. Quomodo autem appellatus fuerit pater patriæ, abundè diximus in commentariis G in Ouid. de Tristib. *Ipsius ille fuit*) ille Æneas fuit solum pater Anchisæ. Quasi dicat: si flamma cessit Æneæ patrem ferenti, multo magis debet iter patère libellis meis Augustū maioris dignitatis virum ferentibus.

Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ, &c) Enthymema Merul. est, argumentum à minori: Ramus oleæ, quod signum pacis est, adiuuat in bello prætendentem: multo igitur magis debet iuuare, non signum, sed ipse autor pacis, cum qui prætendit ipsum, siue affert: id quod faciunt libri mei. Ordo autem verborum est, Ramus oliuæ adiuuat in bello, habentem & prætendentem scilicet: & nihil proſit alicui habere & prætendere, non ramum, sed ipsum autorem pacis? Non, vt Merula, nihil prodeerit ipsi autori, &c.

Et quis ita est audax, vt limine cogat abire
Iactantem Pharia tinnula sistra manu?
Ante deûm matrem cornu tibicen adunco
Cùm canit, exiguæ quis stipis æra neget?
Scimus ab imperio fieri nil tale Dianæ:
Vnde tamen viuat, vaticinator habet.
Ipsa mouent animos superorum numina nostros,
Turpe nec est tali credulitate capi.
En ego pro sistro, Phrygiique foramine buxi,
*Gentis Iuleæ nomina * sacra fero.*
Vaticinor, moneóque, locum date sacra ferenti:
Non mihi, sed magno poscitur ille deo.
Nec quia vel merui, vel sensi principis iram,
A nobis ipsum nolle putare coli.
Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.
Alter ob hanc similem priuatus lumine culpam,
Clamabat media se meruisse via.

Mer. *Vt limine cogat abire*) vt Isidis sacerdotes sistra Ægyptia ferentes pellat è limine. Dabatur enim illis anser à Romanis mulieribus, vt docet Iuuenalis sat. 6. & Apuleius 10 Met. quem morem do-C nandi sacerdotibus Isidis ita declarat: Tum ecce confluunt vndique turbæ, sacrorum ritu vetusto, variis quisque me muneribus onerantes. Et alibi: Tunc cūcti, inquit, populi, tā religiosi, quàm profani, vannos onustas aromatis, & huiusce modi supplicijs certatim congerūt, donec muneribus largis, & deuotionibus faustis completa nauis, absoluta strophiis an-D choralibus, peculiari serenóq; flatu pelago redderetur. *Iactantem*) Isidis sacerdotem concutientem. *Tinnula sistra*) sistra tinnitum & sonitum facientia. Quid autem fuerit sistrum, diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi. *Pharia manu*) manu Ægyptia. *Ante deûm matrem*) quum matri deûm canit tibicen rotet sacrificandum. *Tibicen*) tibia canens. Tibicen autem penultimam producit, quòd synæresis facta est duarum breuium in longam, quum in reliquis corripiatur, vt cornicen, tubicen, & fidicen. autor Priscianus.

Adunco cornu) Tibiam obliquam intellige, dextra parte vnum, sinistra duo foramina habentem, quam Mida in Phrygia inuenit, vt Phurus docet. Ea autem in sacris matris E deûm adhibebatur. Catullus: Tibicen vbi canit Phryx curuo graue calamo. Et Ouidius in 4. Fast. Protinus inflexo Berecynthia tympana cornu Flauit. *Exiguæ stipis*) parui nummi. *Ab imperio Dianæ*) à Dianæ Aricinæ sacerdote, qui rex dicebatur. Vnde est, Immitis Aricia regni. Et Ouidius in Fastis: Regna tenent fortes. Et Tranquillus in Caligula ita inquit: Nemorensi regi, quòd multos iam annos poti-retur sacerdotio, validiorem aduersarium subornauit. Quare hic etiam Ouidius non immeritò imperium Dianæ, pro rege & sacerdote Dianæ. de quo plura diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi. *Fieri nil tale*) nihil peti à populo, vt à sacerdotibus Isidis, & matris deûm. vel à Diana non afflari diuinatorem Aricinum, vt à Cybele & Iside: nec tibia ac sistro mendicabula eum exercere. vt sit sensus: Quamuis Diana non afflet diuinatorem F nemoris Aricini, nec ille faciat, vt sacerdotes Cybeles & Isidis: tamen Dianæ causa fingendo se diuinatorem deæ Aricinæ, lucrum reportat. Diuinatores enim quidam Iudæi, seu diuinatrices, incolentes nemus prope Romam, se à deis moneri mentientes, stipem futura prædicendo mendicabant. de quibus Iuuenalis ita loquit: Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem, Interpres legum Solymarum, & magna Sacerdos Arboris, ac summi fida inter-H nuncia cœli. Implet & illa manum. Vbi per sacerdotem arboris intelligit vaticinatricem, quæ nemus incolebat. quamuis locum illum alij aliter interpretentur. Nam dixerat superius: Omnis enim populo mercedem pendere iussa est Arbor, & eiectis mendicat sylua camœnis. Iudæi enim illuc à Domitiano missi mendicabant. Fuit enim Aricinus lucus (vt Pro- I bus inquit) in quo Iudęi mendicabant, ab Aricia dictus, qui non longè ab vrbe distabat. Horatius: Egressum magna me cepit Aricia Roma Hospitio modico. *Vnde tamen viuat vaticinator habet*) tamen sacerdos Dianæ, causa deæ prædicendo futura, donatur victu & donis. Quibus verbis colligit, vt sacerdotes coluntur, deorum causa, sic libros continentes Augusti laudes, minimè esse ex vrbe pellendos, sed potius excipiendos summa veneratione. *Ipsa mouent animos*) Ostendit poetas quoque cum dijs commercia ha- K bere, eósque habendos esse in maxima obseruantia, cùm sint sacerdotes Apollinis. Ouidius: Est deus in nobis, sunt & commercia cœli, Sedibus æthereis spiritus ille venit. Vel quod magis placet, hoc dicit: Mouemur deorum causa ad venerandum sacerdotes prædictos, nec debemus putare, esse turpe, credulitate nostra sacerdotes venerari deorum causa. *Mouent nostros animos*) ingrediuntur & admonent mentes vatum. vel nos monent ad huiuscemodi religionem erga sacerdotes suos. *Capi tali credulitate*) credere deos mouere nostras mentes, & idem poetas ac eorum opera esse debere in obseruantia. vel alia de diis credendo facere, quæ dicta sunt. *Pro sistro, Phrygiique foramine buxi*) pro sacerdotibus Isidis & Cybeles. quos per sistrum & tibiam è buxo designat. Sacrificæ enim Thuscorum tibiæ è buxo fiebant: ludicræ verò è loto, ossibúsque asini- L nis, & argento, vt Plinius scribit. *Gentis Iuleæ*) Augusti ex gente Iulia oriundi, à Iulo Æneæ filio. *Nomina sacra fero*) cōplector in meis libellis sacrum Augusti nomen. *Vaticinor*) sum vates Apollinis & sacerdos. *Moneóque*) & doceo vos ita esse. vel moneo vos, me variū sacra nomina gentis Iuleæ ferre in hoc meo de Ponto opere. *Locum date*) sinite me per vrbem incedere. *Ferenti sacra*) mihi portanti nomina gentis Iuleæ. *Magno deo*) Augusto Cæsari. *Ille*) scilicet locus. *Nec quia vel merui, vel sensi principis iram*) &c Quamuis, inquit, in me Augustus sit iratus, non recusat tamen à nobis coli nostro carmine. *Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem Isidis*) Exemplis probat deos placari, quum videant nocentes pœnitere. Quibus verbis

A innuit, Augustum quoque fortasse ita facturum. *Lanigera Isidis*) Isidis, cuius sacerdotes lino tecti sacra deæ celebrabant. quorum habitum & pompam legito apud Apuleium in Metamorph. Vestes autem sacerdotum Ægypti gratissimæ fiebant (autore Plinio) ex lino xylino, quod nunc Bambasium appellamus. Lucanus in decimo: Summaque in sede sacerdotem Linig. tum placidis compellat Achorea dictis. *Sedere ante focos Isiacos*) sedere ante altaria Isidis ei sacrificantem, posteaquam post pœnitentiam dea placata illi veniam dedit. *Alter*) scilicet Isiacus sacerdos. *Ob hanc similem culpam*) ob tale crimen, quale fuit Isidis sacerdotis, quod diximus. *Priuatus lumine*) priuatus oculis tanquam periurus. Quoties enim per Isidem iurantes fidem non seruabat, putabantur à dea oculorum visu priuari. Iuuenalis: Decernat quodcunque volet de corpore nostro Isis, & irato feriat mea lumina sistro.

Stemus ab imperio fieri vel tale Dianæ, &c.) Simpliciter expone. Vaticinator, Dianæ nomine exigit stipem siue pecuniam à consulentibus, sine iis quibus vaticinia reddit. Et tamé scimus ipsam Dianam nihil tale imperare, hoc est, haudquaquam iubere vt ille pecuniam ab hominibus auferat. Cæterùm verum Iudæi per vaticinatorem intelligendi sint, quos Metula ipse ait, à Vespasiano tandem electos vaticinari cœpisse cùm hæc sub Augusto scripta sint, alij iudicent Dianæ certe nomine, aut cuiusquam gentilis dei, nemo Iudæorum, nisi qui a sua professione defecisset, quicquam vaticinaturus videtur fuisse. Sed Aricinum nemus etiam absque Iudæis, & iam olim vaticiniis celebre fuit, quemadmodum & Albunea, & sortes Prænestinæ, & id genus alia. MICYL. G

Talia cælestes fieri præconia gaudent,
Vt sua quid valeant numina, teste probent.
Sæpe leuant pœnas, ereptáque lumina reddunt,
Cùm bene peccati pœnituisse vident.
Pœnitet ô, si quid miserorum creditur vlli:
Pœnitet, & facto torqueor ipse meo.
Cúmque sit exilium, magis est mihi culpa dolori:
Estq; pati pœnam, quàm meruisse, minus.
Vt mihi di faueant, quibus est manifestior ipse,
Pœna potest demi, culpa perennis erit.
Mors faciet certè, ne sim, cùm venerit, exul.
Ne non peccarim, mors quoque non faciet.
Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta,
De niue manantis more liquescit aqua.
Estur vt occulta vitiata putredine nauis,
Æquoreos scopulos vt cauat vnda salis.
Roditur, vt scabra positum rubigine ferrum,
Conditus vt tineæ carpitur ore liber.
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus
Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mentem stimuli, quàm vita relinquent:
Quique dolet, citius quàm dolor ipse cadet.
Hoc mihi si superi, quorum sumus omnia, credant,
Forsitan exigua dignus habebor ope.
Inq; locum Scythico vacuum mutabor ab arcu:
Plus isto duri, si precer, oris ero.

MER. B *Talia præconia*) talem vocem fatentium eorum crimina, & se ita meritos. *Quid valeant sua numina*) quid possint deorum vires. *Teste*, aliquo nocente, in quem animaduerterint. *Sæpe leuant pœnas*) sæpe dij pœnas tollunt. *Lumina erepta*) oculorum aciem ademptam. *Pœnitet*) doleo peccasse, & offendisse Augustũ. *Cùmque sit exilium*) subaudi, dolori. *Estque pati pœnã*) C Rationem assignat, cur magis doleat crimine, quàm exilio. Illa autem particula quòd, pro quia accipitur. Est autẽ sensus: Quia magis me angit peccatum meum, quàm pœna & exilium. *Quàm meruisse*) quàm peccatum commisisse, quo videar dignus tali pœna. *Vt mihi dij faueant*) quamuis dij sint mihi fautores, & mihi reditum in patriam concedant. *Quibus est* D *manifestior ipse*) in quibus diuus ipse Augustus magis apparet, quia à nobis videtur. Viuens enim diuinos meruit honores. *Pœna*) exilium. *Culpa perennis erit*) crimẽ quo Augustum læsi, nunquam poterit à me amoueri, licèt possit deus pœnã tollere. *Mors faciet certè*) mors etiam pœnam tollet. *Quum venerit*) quũ me ipsa mors rapuerit. *Mors quoque non faciet*) Duabus rationibus probauit se magis angi admisso crimine, quàm pœna: quia & dij & mors possint pœnam tollere, crimen verò admissum nequaquam. *Non igitur mirum est*) Ob prædictam causam ostendit, mentem immodicis curis tabe- E scere. *Tabida*) ægra & tristis. *Estur vt*) quemadmodum consumitur. Per similitudines enim varias mentem ostendit paulatim tabescere. Illud sciendum, autore Diomede grammatico, edo verbum corruptum esse, quoniam edo es est declinatur. Virg. Est mollis flãma medullas. Huius infinitiuũ, instans, & perfectum similiter declinãtur, quasi esse: & composita similiter, comedo, ambedo. In passiuo autem declinatur editur, ederis, estur. participium eius. Item ambedor & comedor, quæ declinatio & ipsa non minus secundum analogiam declinatur. de cuius perfecto ambigitur apud veteres, comesus, an comestus, & comestutus. Sed Didymus ait de Salustio comesta patrimonia. Valgius autem, comesa patina. Similiter & Varro. & ita melius adesa & ambesa. Virgil. Ambesas malis absumere mensas. *Occulta putredine*) Aut tecta & occulta corruptione: quædam enim ligna aqua marina F corrumpuntur, vt robur, esculus. Aut per occultam putredinem, teredinis corruptionem intelligit. Infestantium enim ligna quatuor sunt genera. Teredines capite ad portionem grauissimo sodiunt dentibus. Sunt enim vermes à terendo dicti, siue à Græco. Nam & Græci τερηδόνας dicunt. Hæ tantùm mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem propriè dici. Terrestres tineas vocant: culicibus verò similes, tripas. Trips enim, ἀπὸ τοῦ τρίβειν, quod significat terere, appellata est. Quartum est è vermiculorum genere: quorum quidem alij putrescente succo ipsa materia, alij pariuntur, sicut in arboribus ex eo qui Cerastes vocatur: quum tantum erroserit, quo circumagat se, generas alium, autore Plinio. Laricem autem in marittimis omnibus obnoxiam teredini tradunt. H *Æquoreos scopulos*) saxa scopulorum maris. Sic alibi idem dicit, A molli saxa cauantur aqua. *Vnda salis*) vnda maris. I *Roditur vt scabra*) Alia etiam similitudo, qua dicit mentem consumi, vt ferrum rubigine. Ferrum autem à rubigine vindicatur (vt Plinius docet) cerussa & gypso, & liquida pice. Estque rubigo in remediis: & sic Telephum proditur sanasse Achilles, siue id ærea, siue ferrea cuspide fecit. Rubigo ferri deraditur humido ferro clauis veteribus. Vis eius K ligare, siccare, restringere. Medicinas plures ex ferri rubigine docet Plinius libro trigesimoquarto. *Liber conditus*) liber seruatus in arca aliqua. *Carpitur*) consumitur. *Perpetuos morsus*) assiduos stimulos. *Quàm vita*) subaudi, relinquet. *Quique dolet*) Seipsum per tertiam personam designat. Ille, inquit, qui dolet, citius occidet, quàm dolor ab eo discedat. *Si superi, quorum sumus*] si dij, in quorum sum potestate. Augustum autem latenter intelligit. *In locum vacuum*] in locum destitutum, & carentem arcu Scythico: hoc est, in locum magis quietum, & remotum ab hac Scytharum asperitate. *Et mutabor*] & transferar. *Ab arcu Scythico*] ab ea parte Scythiæ, quæ est similis arcui Scythico, & Ponto alluitur. Euxinus enim (autore Plinio) longe refugientes occupat terras, magnóque litorum flexu retrò L curuatus, in cornua ab his vtrinque porrigitur, vt sit planè arcus Scythici forma. [Vel potius ab armis Getarum, qui peculiariter arcu vtuntur, & subinde proxima loca Tomon infestabant, vt idem queritur elegia sequenti] *Plus isto*] rem maiorem hac, quam dixi, vt transferar: hoc est, si precatus fuero reditum, non vt locus exilij mutetur. *Duri oris*] inuerecundi oris, & non mollis ad precandum honesta. vel difficilis & modesti, petendo inhonesta. Ouid. lib. 4. Metam. Dum bibit illa datum, duri puer oris, & audax, Constitit ante deam.

A

IN SECVNDAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

Maxime, qui tanti mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus.
Qui nasci vt posses, quamuis cecidere trecenti,
Non omnes Fabios abstulit vna dies.
Forsitan hæc à quo mittatur epistola quæris:
Quísque loquar tecum, certior esse velis.
Hei mihi, quid faciam? vereor ne nomine lecto,
Durus & auersa cætera mente legas.
Viderit hæc si quis, tibi me scripsisse fateri*
Audebo, & proprijs ingemuisse malis?
Viderit: audebo tibi me scripsisse fateri,
Atque modum culpæ notificare meæ.
Qui dignum pœna quum me grauiore fuisse
Confitear, possum vix grauiora pati.
Hostibus in medijs, intérque pericula versor,
Tanquam cum patria pax sit adempta mihi.
Qui mortis sæuo geminent vt vulnere causas,
Omnia vipereo spicula felle linunt.
His eques instructus perterrita mœnia lustrat,
More lupi clausas circumeuntis oues.
At semel intentus neruo leuis arcus equino,
Vincula semper habens irresoluta manet.
Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis,
Portaque vix firma summouet arma sera.
Adde loci faciem nec fronde nec arbore tecti,
Et quòd iners hyemi continuatur hyems.
Hic me pugnantem cum frigore, cúmque sagittis,
Cúmque meo fato quarta fatigat hyems.
Fine carent lacrymæ, nisi cùm stupor obstitit illis:
Et similis mortis corpora torpor habet.
Fœlicem Nioben, quamuis tot funera vidit,
Quæ posuit sensum saxea facta malis.
Vos quoque fœlices, quarum clamantia fratrem
Cortice velauit populus ora nouo.
Ille ego sum, lignum qui non admittor in vllum:
Ille ego sum, frustrà qui lapis esse velim.
Ipsa Medusa oculis veniat licet obuia nostris,
Admittet vires protinus ipsa suas.*
Viuimus, vt nunquam sensu careamus amaro:
Et grauior longa fit mea pœna mora.
Sic inconsumptum Tityi, sempérque renascens
Non perit, vt possit sæpe perire, iecur.
At puto cùm requies, medicináque publica curæ,
Somnus adest, solitis nox venit orba malis.

Mar. *Maxime, qui tanti*] Duos olim populus Romanus (vt docet Plutar.) Maximos cognominauit, Valerium scilicet, quòd patres à plebe dissidentes conciliauit. & Fabium Rutilum, quòd diuites quosdam viros è libertis genitos, è senatu B amouit: à quo hic Fabius, ad quem Ouidius scribit, originem & appellationem ducit. In hac autem epistola primò capiat beneuolentiam à Fabij persona, cum laudando. Deinde illum attentum reddit, cùm docet ea de quibus dicturus sit: hoc est, velle propria mala ingemiscere & exponere, quæ multa esse narrat, hostiū scilicet periculū, faciem loci, dolorem ex his rebus C maximum, adeò vt cupiat mutari in aliquam aliam formam. Huc accedit tum timor, tum inane gaudiū noctè conceptum. Colligit postremò, se clementiæ Cæsaris confidere, vt exilij locum mutare liceat. Petitque à Maximo, vt id soliciti, nec aliud tentet. *Qui tanti mensuram nominis imples*] qui nominis magnitudinem æquas, ac superas animi nobilitate. D Per mensurā autem tanti nominis, Maximi appellationem, seu dimensionem intellige. *Et geminas*] & duplicas. *Animi nobilitate*] virtute animi. Nobilitas enim (vt docet Iuuenalis) sola est atque vnica virtus. *Genus*] Maximorum familiam. *Quamuis cecidere trecenti*] Bello Hetrusco, quod gestū est in Veientes, cùm in acie cecidisset Q. Fabius, qui fuerat tertio anno antè consul, sub E M. Fabio fratre, tūc consule itidem, & occubuisset Manlius consul, indignati in Veientes Fabij, quum proximo anno, Co. Fabio & T. Virginio Coss. varia bella instarent, senatum adeunt. Consul pro gente loquitur in hæc verba: Assiduo magis, quàm magno præsidio, vt scitis P.C. bellum Veiens eget. Vos alia bella curate, Fabios hostes Veientibus date. Auctores sumus, tutam ibi maiestatem Romani nominis fore. Nostrum id nobis, velut familiare bellum, priuato sumptu gerere in animo est. Respub. illic & milite & pecunia vacet. Gratiæ ingentes actæ, & Veiens bellum in priuatam curam, in priuata arma versum. Profecti itaque sunt ad bellum trecenti & sex milites, F omnes patritij, omnes vnius gentis. Sequebatur turba propria alia cognatorum sodaliúmque, vt docet Liuius lib. 2 ab vrbe condita. Dionysius refert, M. Fabium superioris anni consulem, ducem eorum fuisse, & quatuor fermè hominum millia adduxisse, quorum maior pars ex clientibus & amicis erat, trecenti & sex de genere Fabiorum. Sequutáque est non multo pòst eos Romanorum manus, quam ducta-bat Cæso Fabius. Pompeius scribit, Fabium cum G clientibus quinque millibus egressum. Sed quum ad Cremeram fluuium venissent, qui haud procul Veijs distabat, super rupa quadam prærupta castellum sibi munierunt idoneum ad custodiam tanti exercitus. Sed longa obsidione pugnantes sæpe secundo marte, insidiis tandem circumuenti sunt, & omnes ad vnum cæsi. Historiam etiam elegantissimè refert Oui- H dius in 2. lib. Fast. *Non abstulit omnes Fabios*) non prorsus omnes Fabios deleuit. Vnus enim ex ea gente ob impuberem ætatem domi relictus, propagauit genus ad Q. Fabium, qui mora Hannibalem fregit. Quod factū à dijs fuisse dicit Ouidius, vt Fabius, ad quē scribit, nasceretur. Fabij autem dicti sunt, autore Plutarcho, ab agrorum fossione. nam olim Fodij I appellabantur: deinde mutatis binis literis, Fabij cognominati sunt. Plin. tamen in lib. 18. à faba eos appellatos scribit, quā optimè sererent. Fabium autem, à quo Fabiorum familia Romæ originem habuit, ferunt ex nympharum genitū esse. Quidam verò Herculem apud fluuium Tiberim cū muliere indigena congressum habuisse asserūt, & Fabium virum opti- K mum genuisse. Silius ex Euandri filia genitum ita cecinit: Quum regia virgo Hospite victa sacro Fabiū de crimine læta Procreat, & magni commiscet semen is ortus, Arcas in Herculeos mater ventura nepotes. Vnde non immeritò gens Fabia habuit hæreditaria Herculis sacra. Iuuenal. Natus in Herculeo Fabius lare. *Quísque loquar tecum*] qualis sim in scribendo, lasciuúsne, vt antea, an tristis & grauis: aut certè Ouidiúsne, an alius. Per epistolas enim cum absentibus loquimur. Mutua autem L amicorum per epistolas colloquia primus excogitasse Iulius Cæsar dicitur, quum ob negociorum multitudinem, & vrbis magnitudinem, viuos vigentium causarum affatus, haud tempus expectaret. Autor Plutarchus. *Durus*] difficilis. *Et cætera*] etiam reliqua, vt durus legisti nomen meum. *Auersa mente*] animo irato. *Viderit hæc si quis*] Si quis, inquit, hæc quæ scribo, videre & legere voluerit tecum. aut, si quis prouiderit & curauerit hæc apud Augustum, ne diutius verser in his malis. vt sit videre, pro curare & prouidere. Plautus: Tu domi videbit. *Fateri audebo*] audebo profiteri, me Ouidium hæc scripsisse. *Et proprijs ingemuisse malis*] quasi dicat, Audebo respondere, me hæc scripsisse, vt propria mala ingemiscam. Ex quo attentum auditorem reddit, exponens ea de quibus dicturus sit. *Viderit*] subaudi, si quis

A viderit. *Modum mea culpa*) modum mei supplicij, quod ex culpa sequitur, vel modum culpæ, hoc est, criminis mei qualitatem. *Hostibus in medijs*) in medijs Getis, qui vrbem infestant. *Interque pericula*) & inter bella. *Tanquam cum patria*) tanquam non solùm patriam mihi ademerit Augustus, sed etiam pacem. *Vt gemineat causas mortis*) vt duplici causa & via lethum afferant, ferro scilicet & veneno. Sic Silius: Aut hydro imbutas bis noxia tela sagittas. *Omnia spicula*) omnia sagittarum acumina. *Viperea felle*) veneno. Quomodo autem sagittas inficerent Scythæ, docuimus in enarrationibus nostris in Ouidium de Tristibus. Quem morem ita etiam docet Silius: Dacus vt armiferis Geticæ telluris in oris Spicula, quę patrio gaudens acuisse veneno, Fundit apud ripas impune binominis Istri. *More lupi clausas*) Ouilibus enim clausis obambulant lupus B insidiari solet. Virgilius: Non lupus insidias explorat ouilia circum. *Lenis arcus*) arcus mollis. Est enim ex osse, quod lentum est & molle. *Vincula irresoluta*) neruum arcus semper tenti. Vel per vincula intelligit funes paratos ad ligandum captiuos. *Manet*) moratur. *Rigent*) horrent, stupent. *Veluti vallata*) veluti circundata. *Tecta nec fronde nec arbore*) nullis frondibus aut arboribus velati. De hac quoque re, & de Scythiæ frigoribus diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Tristibus. quare eadem hoc in loco repetere, tum superuacaneum, tum molestum videtur. *Et quòd iners hyems*) & adde, quòd hyems, quæ nimio frigore hominem inertem reddit. *Continuatur hyems*) semper est continua. quia semper sit frigus, nec vnquam discernitur ver, autumnus, aut alia pars anni, nisi sola hyems. *Cum meo fata* cum meo infortunio, quod me etiam fatigat. C *Quarta hyems*) quartus annus. *Nisi cum stupor*) nisi cùm meorum torpor, & quasi quædam alienatio à lenitu, vel fatigatio, & nimia lassitudo, ac rigor. *Torpor*) pigritia quædam. *Felicem Nioben*) Niobe filia fuit Tantali & Taygetæ, vxórque Amphionis: quæ (vt scribit Diodorus in quinto) filios septem, & totidẽ filias peperit, summo decore præstantes. Vnde tali prole superbiens, se Latonæ numero filiorum prætulit. Itaque iratam Latonam ferunt, Apollini vt Niobes filios, Dianæ, vt filias areis interficerent, mandasse. Quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore abundare filiis Nioben, & carere. Quare & orbata viro & filiis, apud vrnas eorum in lapidem versa diriguit. Quod fictum putauit Cicero in Tusculanis quæstionibus, propter eius æternum in luctu silentium. De Niobe legito Ouidium in Metamorph. & nos alibi plura diximus. *Quamuis tot funera vidit*) D quamuis viderit tot filios mortuos. *Posuit sensum*) sensum amisit. *Facta saxea*) in saxum mutata. *Mali*) dolore mariti & filiorum. *Vos quoque felices*) Heliades, id est Solis filias, sorores Phaethontis dicit, quæ fraterna funera iuxta Eridanum deplorantes, conuersæ dicuntur in alnos, vt voluit Maro. Vt autem hic, & in Metamor. Ouid. scribit, in populos mutatas legimus. *Clamantia fratrem*) mortuum vocantia. *Nouo cortice*) cortice nouæ arboris. *Non admittor*) non muto. *In vllum lignum*) in vllam arborem. *Ille ego sum frustrà, &c.*) nequicquã etiam cupio in lapidem mutari, vt Niobe. *Ipsa Medusa oculis*) Phorcus ex Ceto coniuge tres habuit filias eximiæ pulchritudinis, Euryalen, Sthenionen, & Medusam. Ouidius & Hygin. Gorgones tantùm duas fuisse scribunt. Eas fingunt poetæ vnicum tantùm oculum habuisse, quo singulæ vtebantur. Sed Medusa in templo Palladis à Neptuno violata, dea irata eius capillos mutauit in angues. Eam dicunt solitam aspicientes in lapides vertere, dicente Lucano lib. 9. Vicina colentes Æthiopum totæ riguerunt marmore gentes. Nullum animal visus patiens, ipsique retrorsum Effusi faciem vitabant Gorgonis angues. Hoc ob stuporem admirandæ pulchritudinis fictum fuisse scribit Seruius. Fabulam refert G Ouidius lib 4. Metam. & Lucanus lib. 9. Multa etiam refert Hyginus. *Amittet suas vires*) quia non mutabit me in saxa. *Viuimus, vt nunquam*) Viuo, inquit, vt semper sim in dolore & luctu. *Sensu amaro*) sensu amaritudinis & doloris. *Longa mora*) propter longam tardationem: quia arbitror me semper futurum in his malis. *Sic inconsumptum Tityi*) Tityi exemplo docet suum dolorem semper renasci. Fuit autem Tityus Iouis filius ex Elara filia Orchomeni, quam Iupiter Iunonis iram extimescens, in specu sub terra abscondit. ob quam rem dictus est Tityus à Marone alumnus terræ. Hic (vt Seruius scribit) amauit Latonam. propter quod Apollinis telis confixus, & hac pœna damnatus apud inferos afficitur, eius iecur vultur exedit. Homerus tamen scribit, vicissim duos vultures sibi in eius pœnam succedere. Per vulturem autẽ tondentem iecur immortale (autore Macro- H bio) nihil aliud volunt intelligi, quàm tormenta conscientię obnoxiæ flagitio, viscera interiora rimantis, & ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis, sempérque curas, si requiescere fortè tentauerint, excitantis, tanquam fibris renascentibus inhærendo, nec sibi vlla miseratione parcentis, lege hac, qua se iudice nemo nocens absoluitur, nec de se suam potest vitare sententiam. Tityi autem magnitudinem corporis nouem iugerum fuisse docet Maro & Tibullus eo versu, Porrectúsque nouem Tityus per iugera terræ, Assiduas atro viscere pascit aues. Declinatur autem Tityus Tityi, & Tityos huius Tityi, vt Delos Deli, autore Seruio. *Sic*) eo modo quo ego viuo, vt magis doleam. *Iecur inconsumptum*) iecur ab auibus non exesum. *Non perit*) non penitus tollitur, alio renascente. *Vt possit sæpe perire*) vt possit sæpius renasci & consumi. *At puto*) I Ostendit se non somno quidem curis vacare. *Medicina pub. cura*) Somnus enim solet esse curarum medicina. Vnde Iris apud Ouid. lib. 11. Metam. ita loquitur: Somne quies rerum, placidissime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Fessa ministeriis mulces, reparásque labori. *Nox venit orba solitis malis*) nox aliqua solitis malis priuata venis. Est autem hoc per ironicam concessionẽ dictum, quasi dicat, Non sine malis & curis consuetis noctem duco, qua deberem quiescere.

Videris hæc aliquis, tibi me scripsisse fateri Audebo, &c) MICYLL. Interrogatiue lego prius distichon, vt sit oratio dubitantis, vtrum fateri velit, siue audeat, se ad Maximum de suis rebus ex professo, & nomine non celato scribere, an minus. vt posterius distichon quasi per subiunctionem huic respondeat: videlicet, velle atque audere sese. Dubitare au- K tem se fingit, propter Augustum potissimè. Deinde etiam, vt attentionem paret, magnitudinem suæ miseriæ tantam esse innuendo, vt taceri ac dissimulari nullo modo possit.

MIR. *Imitantia veros casus*) E cùm sint falsa, videntur tamen vera esse. *Et vigilant sensus*) & mei sensus, inquit, vigilant, somniãdo ea quæ mihi damnum afferunt. *Aut ego videor vitare*) aut ego videor effugere. *Sagittas Sarmaticas*) Sarmatarum me insequentium tela. *Aut dare captiuas manus*) aut videor captiuus hostibus manus ligandas præbere. *Vbi decipior*) quando falloc. *Imagine melioris somni*) meliora somniãdo. *Aspicio patria*) F videor patriam aspicere. *Et modò vobiscum*) subaudi ab inferiori loquor. *Percepta est*) capta est. *Et non vera*) quia sunt somnia. *Ab admonitu boni*) post recordationẽ patriæ, amicorum, & coniugis, quæ tanquam bona mihi erepta esse doleo. *Caput hoc miserabile*) Seipsum designat. *Noctis pruinosa*) noctis humidæ. Nox enim à poetis pruinosa appellatur. Ouid. lib. 4. Met. Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras. L Legitur etiã, Pruinosi equi. h. e. equi pruinã inducentes terræ. *Ignibus admotis*) adiectis ignib⁹. *Vt noua cera*) quemadmodũ cera noua: ea enim facilius liquescit. *Mortẽ quoque deprecor*) mortẽ quoque precando depello. Deprecari n. est vel dicto, vel facto recusare. *Ne mea Sarmaticũ cõtegat, &c*) Causa cur mortẽ deprecatur, est, ne pereat in Sarmatia.

Somnia me terrent veros imitantia casus,
Et vigilant sensus in mea damna mei.
Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas,
Aut dare captiuas in fera vincla manus.
Aut vbi decipior melioris imagine somni,
Aspicio patriæ tecta relicta meæ.
Et modò vobiscum, quos sum veneratus, amici
Et modò cum chara coniuge multa loquor.
Sic vbi percepta est breuis, & non vera voluptas,
Peior ab admonitu fit status ille boni.
Siue dies igitur caput hoc miserabile cernit,
Siue pruinosi noctis aguntur equi:
Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis,
Ignibus admotis vt noua cera solet.
Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

Cùm subit, Augusti quæ sit clementia, credo
Mollia naufragiis littora posse dari.
Cùm video quàm sint mea fata tenacia, frangor,
Spésque leuis magno victa timore cadit.
Nec tamen vlterius quicquam speróve, precórve,
Quàm male mutato posse carere loco.
Aut hoc, aut nihil est, pro me tentare modestè,
Gratia quod saluo vestra pudore queat.

A *Mollia littora*) animum quietum & reconciliatum: hoc est, reditum in patriam de exilio. *Naufragiis*, meis periculis: hoc est, mihi exuli. *Mea fata tenacia*) mea infortunia immutabilia & perseuerantia. *Frangor*) debilitor, & spem pono. *Spésque leuis*] & parua ac instabilis spes reditus. *Magno timore*) valdè timendo ne reducat. *Cadit*] deponitur, abijcitur. *Loco malè mutato*) loco exilij vbi sum, mutato cum alio loco malo, sed tamen minus turbulento. *Aut hoc*)
B aut potes tentare, vt exilij locus mutetur. *Aut nihil est*] aut præter loci mutationem nihil est quod petas. Est autem ordo: Aut nihil est quod vestra gratia queat modestè tentare pro me, saluo pudore. Quibus verbis amico consulit, ne aliud petat, quàm loci mutationem, si cupit pudoris rationem habere. *Quasi*
G *dicat*] Si reditum peteres, id parũ verecundè fieret. *Gratia vestra*] tuus & amicorũ erga me amor. *Saluo pudore*, habita pudoris ratione. *Sensus est*] Aut potes mutationẽ loci modestè petere, aut nihil restat quod petas ab Augusto honestè. Quasi dicat, De reditu nullum verbum facies, ni forte velis haberi inuerecundus.

IN TERTIAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

SVscipe Romanæ facundia Maxime linguæ
Difficilis causæ mite patrocinium.
Est mala (confiteor) sed te bona fiet agente:
Lenia pro misera fac modo verba fuga.
Nescit enim Cæsar, quamuis Deus omnia norit,
Vltimus hic qua sit conditione locus.
Magna tenent illud numen molimina rerum:
Hæc est cœlesti pectore cura minor.
Non vacat, in qua sint positi regione Tomitæ,
Quærere, finitimo vix loca nota Getæ:
Aut quid Sauromatæ faciant, quid Iazyges acres,
Cultáque Oresteæ Taurica terra deæ:
Quæque aliæ gentes, vbi frigore constitit Ister,
Dura meant celeri terga per amnis equo.
Maxima pars hominum nec te pulcherrima curat
Roma, nec Ausonij militis arma timet.
Dant illis animos arcus, plenæque pharetræ,
Quámque · licet longis cursibus aptus equus.
Quódque sitim didicere diu tolerare famémque,
Quodque sequens nullas hostis habebit aquas.
Ira viri mitis non me misisset in istam,
Si satis hæc illi nota fuisset humus.
Nec me, nec quenquam Romanum gaudet ab hoste,
Méque minus, vitam cui dedit ipse, capi.
Noluit, vt poterat, minimo me perdere nutu:
Nil opus est vllis in mea fata Getis.
Sed neque cur morerer, quicquam mihi cõperit actũ,
Et minus infestus, quàm fuit, esse potest.
Tunc quoque nil fecit, nisi quod facere ipse coegi.
Penè etiam merito parcior ira meo est.
Dij faciant igitur, quorum mitissimus ille est,
Alma nihil maius Cæsare terra ferat.
Vtque diu sub eo, sic sit sub Cæsare terra,
Pérque manus huius tradita gentis eat.
At tu tam placido, quàm nos quoque sensimus illum,
Iudice, pro lacrymis ora resolue meis.

MER. *SVscipe Romanæ facũdia Maxime lingua*) Ad eundem Maximum scribens, ad quem superius, illum precatur, vt causam suam agat apud Augustũ: qui si sciret mala & incõmoda exilij sui, quæ ipse commemorat, quum sit
C natura mitis & clemens, non pateretur eum in illis diutius versari, sed in locum aliquem magis quietũ mitteret. Ostendit postremò causas aliquot, quibus Maximus id oneris bono animo subire debeat, & petere ab Augusto loci mutationẽ. *Suscipe Romanæ*] Ordo est: O Maxime, appositiuè, facũdia linguæ Romanæ, suscipe mite patrocinium difficilis causę. Primũ aũt
D captat beneuolentiam à persona Maximi, laudando eũ ab eloquentia. Deinde à propria persona, quum eũ rogat, vt sit sibi auxilio, & suscipiat causam suam. Postremò etiã à te ipsa causam ipsam laudando, hoc est, mitem esse confirendo. Reddit eum etiam docilem, breuiter, quid velit, exponẽdo. *Mite patrocinium*) placidam, ac facilem, & honestam defensionem. *Est*
E *mala*) est infirma causa mea, & debilis. *Te agẽte*) te orante. *Fiet bona*) fiet iusta. *Lenia verba*) verba mollia, & Cæsarẽ lenientia. *Pro misera fuga*) pro misero exilio. *Fac verba*) loquere. *Magna molimina*] magna pondera reip. hoc est, detinetur Augustus maioribus oneribus, adeò vt præ illorum magnitudine non possit his locis, & meis malis cognoscendis vacare. *Illud numen*] Augustum Cæsarem dicit. *Hæc cura*) hæc sollicitudo mei exilij. *Cœlesti pectore*] diuina Augusti
F mente: quæ maiora curare solet, quàm hoc exilium meum. *Non vacat*] non est tempus Augusto.
Finitimo vix loca nota Getæ) Appositio figura est. Non vacat, inquit, Augusto, quærere vbi sint Tomitæ, quorum etiam loca vix sunt Getis ipsis finitimis nota, propter ignobilitatem loci, nedum ipsi Augusto longissimè distanti.
Aut quid Sauromatæ) De Sauromatis & Iazygibus populis diximus abundè in enarrationibus in Ouid. de Tristibus.
H *Taurica terra*) Tauricam Cherronesum intelligit, vbi (autore Herodoto) Iphigenia Agamemnonis filia, Orestis soror colebatur: cui & naufragos immolabant, & quoscunque Græcos illuc delatos. De Taurica autem regione ita scribit Herodotus lib 4. Ab Istro hæc iam vetus Scythia est ad meridiem, versus austrum
I proposita vsque ad vrbem Carcinitidem, eiusdem deinceps quod ad mare fert, montuosæ regionis, & in Pontum porrectum incolit gens Taurica Cherroneso tenus, nomine Trachea, id est, aspera. Hæc ad mare pertingit, quod ad ventum subsolanum vergit. Sunt autem finium Scythiæ partes duæ ferentes ad maria: vna ad meridianum, altera ad
K orientale, ad modum Atticæ regionis. Atque similiter hanc partem Scythiæ Tauri incolunt, vt si Atticæ iugum Sunriacum alia gens, non Atheniensis incoleret, quod à tribu Thorica vsque ad Anaphlystiam magis in Pontum porrigit promontorium, talis est, vt parua cum magnis cõpatem, Taurica regio. Ptolemæus etiam Tauricam Cherronesum circumambiri
L scribit, Isthmo scilicet pertinente à Carcinitico sinu vsque ad Bicem paludem, & littoribus Ponti, & Cimmerij Bospori, & paludis Mæotidis. Eam quidam nunc Tartariam vocari putant.
Deæ Oresteæ) deæ Iphigeniæ Orestis sororis. *Quæque aliæ gentes*) vt sunt Iazyges, Getæ, Basternæ, Daci, & Alani, Tauris conterminі: quorum regionem scribit Dionysius equorum multitudine exuperare. Scythicæ autem gentis & Sarmaticæ mos proprius est, equos Eunuchos facere, vt mansuetiores ad parendum fiant: parui enim sunt, ac celeres, & acres, atque rebelles. Est autem ordo;

A Et non vacat Augusto quærere quid aliæ gentes faciant, quæ meant, id est, vadunt celeri equo per dura terga amnis, hoc est Istri, vbi Ister constitit frigore. *Vbi frigore constitit Ister*] quando Ister fluuius præ nimio frigore induruit. De frigore autem Septentrionali legito Strabonem in lib. 7. & nos de eo in enarrationibus nostris in Ouid. de Trist. ac de Istro plura diximus. *Maxima pars hominum*] quæ gentes supradictæ sunt ita multæ & bellicosæ, vt Romanam potentiam non curent. Ex quo periculum suum ostendit esse maximū.

Nec arma Ausonij militis] nec arma exercitus Romani, & legionum impositarum in locis finitimis, vt in sequentibus docebit Poeta. *Dant illis animos arcus*] Causas adducit, quibus non timetur miles Romanus à Scythis. *Quàm licet*] quantum licet. subaudi, dat animos. *Sitim tolerare*] Erasistratus, autore Gelio, scriptum reliquit, Scythas consueuisse, si B quando cuiuspiam rei causa inediam ferre coguntur, latioribus fasciis ventrem cohibere, quasi ita fames minus eos infestet. Ventre etiam ferè pleno, quia nulla in eo sit inanitas, fit ne esuriant. Quum autem venter compressus admodum est, caret inanitate. *Quodque sequens*) Alia causa etiam dat Scythis animos, quòd propter aquarum penuriam non timent, vt eos hostes insequantur. Strabo enim lib. 7. scribit inter mare Ponticum ab Istro ad Tyram flumen Getarum solitudinem præiacere planam totam, & aquarum indigam. *Ira viri mitis*] ira placidi Augusti. *Hac humus*) hæc terra vbi sum. *Vlla Getis*] vllis populis vt sunt Getæ: quasi dicat, Non misit me Augustus Tomon, vt à Scythis interficerer. *Quicquam actum eius moreretur*] aliquam rem gestam, ob quā mori te dignus essem. *Et minus infestus*] & neque potest esse minus iratus. *Nil fecit*) nil in me molitus est. *Nisi facere quod ipse coegi*] nisi quod ego illum compuli, scribendo carmina & præcepta amatoria. *Ira*) Augusti indignatio. *Meo merito*] meo crimine, quo Augustum læsi. Meritum enim pro bene & male [illegible] accipitur. *Parcior*) mollior *Quorum*) subaudi, G deorum. Augustus enim viuens diuinos meruit honores. *Nihil mitius*) nihil sublimius. Hæc autem illi precatur propter eius in se iram mitem, vt dixit. *Vtque diu*] &c. Et vt olim, inquit, terra fuit sub imperio Cæsaris, sic etiam in posterum semper subiecta sit. *Perque manus*) Ordo est: Et tradita, scilicet terra, eat per manus gentis huius Augusti. Per manus autem res traditur, quum ea aliis atque aliis exhibenda permittitur. Liuius: Auentino fulmine ictus ipse, regnū per manus tradidit. Eodem etiam modo per sinum dicimus. Pl. n. lib. [illegible]. Quum in sinu fouendum, atque quum deponendum habere, nutrici per sinum tradendo, ne intetimeretur tepor. *At tu*] Nunc vertit sermonem ad Maximum. *Tam placido iudice*) Augusto tam miti iudice. *Quàm nos quoque sensimus*] quantum nos etiam ipsum cognouimus in causa nostra: quum enim potuisset interficere, saluum me esse H maluit. *Pro meis lacrymis*] pro dolore meo. *Ora resolue*] ora aperi, pro me Augustum orando.

Non petis vt bene sit, sed vti male tutius, vtque
   Exilium sæuo distet ab hoste meum.
Quámque dedere mihi præsentia numina vitam,
   Non adimat stricto squallidus ense Getes.
Denique si moriar, subeam pacatius aruum,
   Ossa nec à Scythica nostra premantur humo.
Nec male compositos, vt scilicet exule dignum est,
   Bistonij cineres vngula pulset equi.
Et ne, si superest aliquis post funera sensus,
   Terreat * & manes Sarmatis vmbra meos.
Cæsaris hæc animum poterant audita mouere,
   Maxime, mouissent si tamen antè tuum.
Vox precor Augustas pro me tua molliat aures,
   Auxilio trepidis quæ solet esse reis.
Assuetáque tibi doctæ dulcedine linguæ,
   Aequandi superis pectora flecte viri.
Non tibi * Therodomō, crudúsque rogabitur Atreus,
   Quique suis homines pabula fecit equis.

M s a. *Non petis*] Causam suam honestam esse colligit. *Vt bene sit*] vt bonum mihi obtineas. *Sed vti male tutius*] sed petis vt exulem in loco magis tuC to. quod apertius ex sequenti carmine indicat. *Ab hoste sæuo*] à sæuis Getis *Præsentia numina*) dij propitij. vel præsentem Augustum, & viuum accipe. *Stricto ense*] nudo ense. *Squalidus Getes*) Getes immundus, horridus, & impexus. *Subeam aruum*) vt tumuler. *Ab humo Scythica*] à terra Scythiæ. Illud sciēdum, apud veteres Romanos solita fuisse condi cadauera, non cremari. quam rem D Cic. de Leg. lib. 2. ita docet: At mihi quidem antiquissimū sepulturę genus id fuisse videtur, quo apud Xenophōtē Cyrus vtitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatū ac situm, quasi operimento matris obducitur. Eodémque ritu in eo sepulchro, quod procul ad fontis aras, regem nostrum Numam conditum accepimus, gentémque Corneliam vsque ad memoriā nostram hac sepultura scimus esse vsam. C. Marij sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sylla victor, acerbiore odio incitatus, quā si tā sapiens fuisset, quàm fuit vehemens. quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus è patriciis Corneliis igni voluit cremari. Declarat enim Ennius de Africano. Hic est ille situs verè. nam siti dicūtur hi qui conditi sunt. Hęc fermè eadē scribit etiā Plin. li. 7. Ægyptij aūt cōdire solebāt mortuos, & eos seruaE rē. Persæ etiam cera circūlitos, vt quammaximè permanerēt diuturna corpora. Magorū mos fuit, non humare corporā mortuorū, nisi à feris antea essent laniata. In Hyrcania plebs publicos alit canes: optimates, domesticos. Nobile autē genus canū illud scimus esse: sed pro sua quisque facultate parat, à quibus lanietur, eámque illi optimā esse censent sepulturā. autor Cic. in lib. 1. Tusc. quæst. Stoici autē tamdiu animā durare dicebāt, quādiu durabat & corpus. Vnde etiā Ægyptij (autore Seruio) diutius reseruabant cadauera, scil. vt anima multo tēpore perduraret, & corpori esset obnoxia, ne citò ad alia transiret. Romani contrà faciebant, comburentes cadauera, vt statim in generalitatē. i. in suam naturam anima rediret. F *Malè cōpositos*] malè sepultos & tectos. *Vt scilicet exule dignū est*) quemadmodū meretur homo exul, cineres habere malè cōpositos, & qui ab equis premātur. *Bistonij equi*) equi Getarum Thraciam incolentiū. Est aūt Bistoniū stagnū in Thracia, à Bistone rege appellatū, vt voluit Lactan. grāmaticus. *Si superest aliquis sensus*) si superest anima post mortē: hoc est, si mortuo corpore anima est immortalis. Animā autē sempiternā esse, pri-

mus omniū dixit Pherecydes Syrus, vt est autor Cic. in lib. 1. Tusc. quæst. *Post funera*) post mortē. *Et terreat*) etiam perterrefaciat. *Meos manes*) meā animā. *Sarmatis vmbra*) anima feri Sarmatæ. *Hæc audita*] hæc incommoda & mala intellecta. *Mouere animū Cæs.*] flectere ad misericordiam Cæsaris mētem. *Mouissent si tamē antè tuum*] si tamē, ô Maxime, ea flexissent antea mentem tuam. Ad captādam. n. misericordiam, opus est nos primū moueri ad lacrymas. vnde ait Horat. Si vis me flere, dolendū Primùm ipsi tibi. *Molliat aures*) placidas reddat aures, & ad misericordiam flectat. *Trepidis reis*) pauidis reis propter accusationē illos. n. soles in iudiciis defendere. *Assueta dulcedine*) assueta & solita suauitate. *Doctæ linguæ*) facundioris. *Viri æquādi superis*) Augusti cōparandi diis immortalibus. *Non tibi Therodamas*] Sūt qui intelligunt de Termero, quem Hercules abscisso capite interemit: à quo etiam Termeriū malū nominarūt. Cędēs. n. caput Termerus, qui in eū incidetat, omnes hoc pacto ad exitū mortémque perducebat, vt docet Plutarch. in Thesei vita. Magis placet legatur † Theromedon, vt intelligas de Theromedonte illo crudelissimo, de quo alibi Ouid. ita inquit: Theromedonteos vt qui sensere leones. Ille enim stabula habuit leonum, vt quidam scribunt, in Scythia: vt alij, in Numidia, quos corporibus humanis alebat, sumpto nomine à Græco, quod significat feris imperare. [illegible] enim feram significat, [illegible] impero. Vel, vt alij, à [illegible], quod domo significat. vnde Therodamas, quasi ferarum domitor. *Crudúsque rogabitur Atreus*] & non rogabis pro me crudelem quendam, L vt fuit Atreus. de quo ita scribit Lactantius grammaticus: Atreus & Thyestes Pelopis filij, Tantali nepotes, alternis vicibus regnum regebant. Verùm Thyestes quum incestasset Aeropam fratris vxorem, ab eo pulsus est regno. Sed inter eos qui scelere certabant, videbatur pro vindicta ficta gratia reconciliationis, Atreus fratri filios suos apposuisse epulandos. † Quum post epulas filiorum capita signum conuiuij feralis ostendit. In cuius rei delectatione eùm Thyestes consulta de oraculis poteret, responsum est, per eum illi certam posse venire vindictam, qui ex ipso & filia Pelopeia natus fuisset. Quapropter vnus illicitos filiæ amplexus inuasit: ea qua natus est puer, quem illa in insulam propter [illegible] [illegible] [illegible]. Hic capræ vberibus nutritus, ea cadem re Ægisthus nomen accepit, qui Atreū in vindictam patris, cum adoleuisset, occi-

dit Sol quę iratum causa fuerit, idem Lactan. ita docet: Mercurius ægre ferens, à Pelope Myrtilum filium suum in pelagus præcipitatũ, spoliatumque vitę lege, reperit vindictam qua consolaretur orbitatem. Nam Pelopis filiis Atreo & Thyesti tantum discordię iniecit, vt germanitatis iura dirumperent. Thyestes enim cùm sciret regnum penes eum fataliter mansurum, qui arietem vellere aureo haberet, quẽ tum Atreus regiam ingressus plurimum custodiebat, corrumpens Aëropen fratris sui vxorem, imperium ad se transferre posse iudicauit. quod ille posteaquã didicit, eum cum filiis duobus suis expulit, & postea simulata gratia ad eum misit, eiúsque filios interemptos epulandos apposuit. Quo facinore quum eum puniisset, sol dicitur ab eorum se regionibus auertisse. Vnde Virgil è contrario inquit, Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe. Et Papinius lib. 4. Thebaid. Funereæ tum námque dapes, mediíque recursus Solis. Hoc ideo fingitur (autore Seruio) quoniam ab Atreo eclipsis Mycenis primò prædicta & deprehensa fuit: cuius quum cerneret approbari dicta, Thyestes inuidens ea vrbe discessit. *Quique suos homines*] Diomedẽ intelligit, qui † Tyridam vrbem Thraciæ tenuit, autore Plinio. Hic (vt scribit Diodorus) habuit equorum præsepia, ob equorum feritatem ærea, ferreis cathenis equi viribus præualidis vinciebantur: cibis alebantur non his quos terra fert, sed hospitum eò diuertentium carnibus. Hos cupiens Hercules abducere, primò Diomedem cepit, deditque suo exemplo equis comedendum. Mansuetiores deinde factos, ad seque adductos, Eurystheus Iunoni sacrauit, quorum genus vsque ad Macedonem Alexandrum permansit.

Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia velox:
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.
Qui vincit semper, victis vt parcere possit,
Clausit & æterna ciuica bella sera.
Multa metu ∗ prohibet, pœna qui pauca coercet,
Et facit inuita fulmina rara manu.
Ergo tam placidas orator missus ad aures,
Vt propior patriæ sit fuga nostra, roga.
Ille ego sum, qui te colui, quem festa solebat
Inter conuiuas mensa videre tuos.
Ille ego, qui ∗ dixi vestros Hymenæon ad ignes,
Et cecini fausto carmina digna toro.
Cuius te solitum memini laudare libellos,
Exceptis, domino qui nocuere suo.
Cui tua nonnunquam miranti scripta legebas:
Ille ego, de vestra cui data nupta domo est.
Hanc probat, & primo dilectam semper ab æuo,
Est inter comites Martia censa suas.
Inque suis habuit matertera Cæsaris antè:
Quarum iudicio si qua probata, proba est.

Mar. *Sed piger ad pœnas princeps*] sed Augustus tardus ad puniendum nocentes, rogandus erit. Est enim magna eius in reos supplices misericordia, quæ est pars iustitiæ prima, quam in laudando vtuntur oratores. Secunda verò est, qua ostendimus merentibus gratiam referri. *Ad præmia velox*] promptus ad danda præmia. Ex quo his duobus versibus iustum eum esse designat. Præmium autẽ (autore Donato) & pro bono & pro malefacto redditur. Premium enim pro virtute & sapientia honor est & lucrum. Virgil. Rem magnam preciúmque fero. *Ferox*] fortis & præanimosus. *Qui vincit semper*] Laus à fortitudine. *Victis vt parcere possit*] Laudat Augustum à clementia, quę est pars temperantiæ, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. *Clausit & æterna*] Quòd Augustus pugnauerit magis vt parceret, quàm sæuiret, docuit clauso Iani templo, quo pax vbique parta designatur. Vel hoc dicit, vt Cęsar ostendat nolle amplius in quempiam sæuire, ex eo dignoscitur, quòd Iani templum clausit, in signum pacis omnibus concessæ. Ianum enim (autore Tranquillo) semel atque iterum à condita vrbe ante memoriam suam clausum, in multo breuiore tẽporis spacio terra marique pace parta, tertiò, vel (vt quidam legunt) ter clausit. Numa autem rex Iani templum ad infimum Argiletũ extruxit, qui index pacis foret, & belli: vt apertus, in armis: clausus, in pace ciuitatem esse significaret. Semel ab ipso Numa clausus fuit, iterum post primum Punicum perfectum bellum: tertiò post bellum Acciacum, ab imperatore Cæsare Augusto pace mari terráque parta, vt Liuius docet. Virg. Claudentur belli portæ. Hoc templum fuisse apud theatrum Marcelli Seruius scribit, cuius postes is cõsul aperiebat, qui prior creatus esset. Vnde Virgil. ait, in 7. Æneid. Insignis aperit stridentia limina consul. Cur autem motis armis templum Iani aperiretur, cúrve in pace clauderetur, docet Ouid. in 1. Fast. *Bella ciuica*) bella ciuilia. *Aeterna sera*) perpetuis claustris. *Multa metu prohibet*] Legitur etiam, Multa metu pœnæ, & subauditur coercet, ab inferiori. Hic autem Augustum laudat à prudentiæ parte. Multa, inquit, scelera Augustus fieri prohibet metu pœnæ, quum tamen in paucos animaduertat. *Pauca*) pauca hominum crimina. *Rara fulmina*) raras pœnas & supplicia. *Inuita manu*) manu reculante. Legitur etiam Inuicta, hoc est insuperabili. *Ad aures tam placidas*] ad aures Augusti tam mites. *Hymenæon*) carmen nuptiale. Deum autem nuptiarũ posuit pro ipso epithalamio. Fuit autem Hymenæus (vt scribit Lactantius grammaticus) puer Atheniensis: qui cùm annos pueriles ætatis excederet, neque adhuc virum posset implere, ea pulchritudine præditus fuisse dicitur, vt fœminam mentiretur. Istum quum vna ex ciuibus suis virgo nobilis adamasset, ipse mediocribus ortus parẽtibus quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, satis animo solo faciebat aspectu. eúmque nobiles fœminæ cum virginibus sacra Cereris Eleusinę celebrarent, subito aduentu piratarum raptæ sunt, inter quas etiam Hymenæus, qui illò & amatam fuerat subsecutus, ∗cui puella creditur. Quum igitur per longinqua maria prædam piratæ vexissent, ad quandam regionem tandem deuoluti peruenimus: ibique somno oppressi, ab insequentibus sunt interempti. Hymenæus relictis ibi virginibus, reuersus Athenas, pactus est à ciuib. dilectę nuptias, si eis filias suas restituisset. Quas vbi pro voto restituit, exoptatam accepit vxorem. Quod coniugium quia fœlix fuerat, placuit Atheniensibus numen nuptiis Hymenæi miscere. De Hymenæo alibi plura diximus. *Ad ignes vestros*] ad vestras tædas, quæ nubentibus præferebantur. *Exceptis*) subaudi, libellis amatoriis. *Nupta*) vxor. *De vestra domo*) de vestra, hoc est, de Maximorum familia. *Hanc*] scilicet vxorem meam *A primo æuo*) à pueritia. *Est censa*) annotauit; & quasi in censu suo iudicauit. *Martia*) Martia Philippi filia, & Catonis iunioris vxor fuit, de qua tam multa feruntur. Eius meminit Plutar. Appian. & Lucan. *In suis*) subaudi comitibus. *Matertera Cæsaris*) Ex Iulia C. Cæsaris sorore, & M. Accio Balbo (vt scribit Tranquill.) nata est Accia Augusti mater, quæ post mariti Octauij mortem Martio Philippo nupsit, qui ab Anco Martio genus trahit. Et ex eodem Philippo, & Acciæ sorore, ac matertera Augusti defuncta, antequàm Acciam duceret Philippus, Martiam natã volunt, dictore Ouidio in fast. Clari monumenta Philippi Aspicis, vnde trahit Martia casta genus. Et paulo pòst: Nupta fuit quondam matertera Cæsaris illi, O decus, ô sacra fœmina digna domo. Credendum est ergo Ouidium hic significare suam vxorem tertiam de domo Fabiorum, puellam admodum, primò sororem Actiæ, & Augusti materteram, & Martiæ matrem coluisse, deinde eius filiam Martiam. Sunt qui etiam pro matertera Cæsaris intelligant sororem Liuiæ Augustæ, materteram Tiberij, vt pro Cæsare Tiberium accipias, vt sæpe apud Ouid. reperies. prior sentẽtia magis placet. *Antè*) priusquam Martia. *Quarum iudicio*] iudicio Martiæ & materteræ Cæsaris. *Si qua probata*] si qua fuit laudata. *Proba est*) est bona.

Mic. *Et primo dilectam semper ab æuo Est inter comites Martia censa suas*] Martia hæc, non Catonis, vt hic Merula tradit, sed Maximi vxor fuit, eius ad quem hic scribit Poeta. id quod ex primo Taciti apparet, vbi ita legitur: Quippe rumor incesserat, paucos ante menses Augustum electis consciis, & comite vno Fabio Maximo, Planasiam vectum, ad visendum Agrippam: multas illinc vtrinque lacrymas, & signa charitatis. spémque ex eo fore, vt iuuenis penatibus aui redderetur. Quod Maximum vxori Martiæ aperuisse, illam Liuiæ, C. Nanum ad Cæsari,

A Neque multo pòst, extincto Maximo (dubium an quæsita morte) auditor in funere eius Martiæ gemitus, semet incusantis, quòd causa exitij marito fuisset. Quod autem eadem filia fuerit Martij Philippi, vitrici Augusti, ex sexto Fastorum patet, vbi dicit:

Sic ego, sic Clio: chari monumenta Philippi
Aspicis, vnde trahit Martia casta genus.

Nam Martius Philippus ædem Herculis Musarum extruxit, de qua eodem loco Ouid. mentionem facit, & Suetonius in Augusto.

Ipsa sua melior fama laudantibus istis
Claudia diuina non eguisset ope.
Nos quoque præteritos sine labe peregimus annos,
Proxima pars vitæ transilienda mea est.
Sed de me vt sileam, coniux mea sarcina vestra est:
Non potes hanc salua dissimulare fide.
Confugit hæc ad vos, vestrásque amplectitur aras,
Iure venit cultos ad sibi quisque deos.
Fléusque rogat, precibus lenito Cæsare vestris,
Busta sui fiant vt propiora viri.

MER. *Ipsa sua melior fama, laudantibus istis Claudia diuina non eguisset ope*) Ipsa, inquit, Claudia melior quàm erat eius fama (parum enim casta criminabatur) non eguisset diuino auxilio, si eam Martia & Cæsaris matertera laudassent. quasi dicat, vxor mea pudicissi- B ma est, quandoquidem vritur consuetudine talium matronarum. Hannibale autem Italiam deuastante, ex responso librorum Sibyllinorum, mater deûm est Pessinunte accersita, cùm aduersum Tiberim veheretur, repentè in alto stetit. & cùm moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum, castissimæ demum fœminæ manu moueri posse. Tum Claudia virgo Vestalis falsò incesti suspecta, deam orauit, vt si pudicam sciret, sequeretur: & zona imposita, nauem mouit. Vnde Claudianus ita cecinit: Et eodem flumine ducens Claudia virgineo cunctantem crine Cybellem. Historiam refert Liuius de bello Punico libro nono, Valerius Maximus libro quinto, Ouidius C in quarto Fastorum, Suetonius in Tiberio, & Lactantius libro secundo Diuinarum institutionum. *Diuina ope*) auxilio Cybeles, vt G suspicionem violatæ castitatis poneret. *Sine labe*) sine crimine & infamia. *Est transilienda*] est silentio prætereunda: quia paulo antè notatus fui infamia, & relegatus propter præcepta amatoria. & ideo non est à me laudandus proximus hic vitæ meæ cursus, sed superior tantùm. *Sed de me vt sileam*] si non vis mea causa Augustum rogare, saltem vxor mea vos moueat. *Est vestra sarcina*] H erat enim ex Maximorum familia, & soror aut filia huius Maximi ad quem scribit. [Sed de posteriore hoc viderit Merula. Nam alibi, quod sciam, idem non reperitur.] *Non potes dissimulare*) non potes negare. *Salua fide*) habita fidei & pietatis ratione. *Hæc*) scilicet vxor mea. *Vestras aras*] vestra auxilia, vos precando tanquam suos deos. *Vt busta*) vt corpus quasi mortuum. *Fiant propiora*) fiant magis et vicina.

IN QVARTAM EPISTOLAM ENARRATIO. AD RVFINVM.

Hanc tibi Naso tuus mittit Rufine salutem:
Qui miser est, vlli si suus esse potest.
Reddita confusæ nuper solatia menti
Auxilium nostris spémque tulere malis.
Vtque Machaoniis Pæantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.
Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi,
Vt solet infuso vena redire mero.
Nec tamen exhibuit tantas facundia vires,
Vt mea sint dictis pectora sana tuis.
Vt multum demas nostræ de pectore curæ,
Non minus exhausto, quod superabit, erit.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix.
Horrent admotas vulnera cruda manus.
Non est in medico, semper releuetur vt æger:
Interdum docta plus valet arte malum.
Cernis vt è molli sanguis pulmone remissus
Ad Stygias certo limite ducat aquas.
Afferat ipse licèt sacras Epidaurius herbas,
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla medicabilis arte,
Aut si sit, longa est attenuanda mora.

MAR. *Hanc tibi Naso tuus mittit Rufine salutem*) Ex Rufini literis magnam se cepisse voluptatẽ & spem fatetur Poeta: nec tamen eas quamuis eloquentes, tantam vim habuisse docet, vt dolorem potuerint amouere. nam vt morbi quidam nullis medicinis, sic cura interdũ nulla arte tolli potest. Cau- D sam deinde assignat, cur dolor attenuari nequeat. Tum refellit eorum exẽpla, quos ipse dixerat forti animo tulisse exilium, ea ratione quòd illi tam lõgè à patria non exulabant. Fatetur tamen postremò, si posset eius animus leniri, ipsius præcepta & literas elegantissimas id facturas fuisse: quas loco magni muneris se accepisse dicit. *Qui miser est*) Ordo talis: Si il- F le qui est miser, potest esse suus vlli: aut si ille qui est miser, vlli potest esse suus, hoc est, si quis infœlix potest dicere alicui, se esse suum, vt ipse qui ita dixerat, Hanc tibi Naso tuus, & reliqua. *Solatia nuper reddita*] cõsolationes nuper in literis tuis adhibitæ. *Menti cõfusæ*) animo meo perturbato. *Auxiliũ*) lenimẽ. *Spémq.*) & spem reditus in patriam. *Heros Pæantius*) Philoctetes, Pæãtis filius, cuius vulneris fœtor cùm à Græcis sustineri nõ posset, in Lemno reli- F ctus est: vbi ad pristinam sanitatem medicinis restitutus, ad Troiam deductus est, dicente Vlysse apud Ouid. lib. 13. Met. Nec Pæantiadẽ q̃ habet Vulcania Lemnos, Esse reus merui, crimen defendite vestrum: Consensistis enim. nec me suasisse negabo, Vt se subtraheret bellisq; viæq; labori, Tentarétq; feros requie lenire labores. Paruit, & viuit. De Philoctete plura diximus in enarrationib⁹ in Oui. de Remedio amoris. *Artibus Machaoniis*) artibus medicinalibus, à medicõ Machaone filio Æsculapij dictis, à quo ars medicinalis elegantissimè à Poetis Machaonia cognominatur. & medici, Machaones. Martialis: Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes. *Lenito vulnere*] mitigato vulnere, quod Herculis sagittæ intulerant. *Mente iacens*) consternatus. *Acerbo ictu*] aspera percussione, hoc est, exilio. *Saucius*] prostratus. *Admonitu tuo*] tuis literis. *Vt solet infuso*) vt solet esurientis vena vino recreari. Venas enim inedia vacuefacit, saturitas obstruit. Vnde quũ quis esuriens bibit aliquãtũ, famẽ subleuat. nã liquori quidẽ nihil officit, quin sumptus ad omnes corporis partes quoquouersus premeret, & venas cõpleat: & ideo inedia quæ inanitatem fecerat, accepto potus remedio, quasi iam nõ totum vacua re- L creatur. Autor Macrobi⁹. *Nec tamen*) Quasi dicat: quamuis multũ profuerit consolatio tua, tamen tua facundia non potuit mihi omnem dolorem tollere. *Sint sana*] sint sine dolore. *Vt demas*] quamuis remoueas. *Non minus*] non minus doloris restabit, quàm ademeris. Est autem ordo: Id curæ quod superabit, non erit minus exhausto, sine ea re quam ademeris, hoc est, eo dolore quẽ exhauseris è pectore. *Ducetur*] obducetur, claudetur. *Cicatrix*) vulneris vestigium. Fortasse, inquit, dolor meus minuetur longo temporis interuallo. Nã vt est apud Ciceronẽ, nullus est dolor, quem nõ lõginquitas tẽporis minuat ac labefactet. *Vulnera cruda*) vulnera recẽtia. Hoc dicit, recens dolor nullas admittit consolationes. *Docta arte*] peritia medendi. *Malum*) ægritudo. *E molli pul-*

mone] Vulnerato enim pulmone, homo perimitur. Sanguinis autem plurimum, ut scribit Aristot. in lib. de Animalibus primo, pulmo ex cæteris continet membris: quippe qui totus inanis sit, & fungosus, ac riuulos venæ maioris singulis suis fistulis excipiat. Errant enim, qui sanguinis vacuum pulmonem esse arbitrantur. decepti scilicet cōspectu eorum pulmonum quos dissectis detraxerint animalibus: quorum sanguis ilico effluit vniuersus. Scribit etiam Plinius, sub corde pulmonum esse, spirandique officinam attrahentem ac reddentem animam: idcirco spongiosum, ac fistulis inanibus cauum. Et Cic. in libro de Nat. deorum docet in pulmonibus inesse raritatem quandam, & assimilis spongiis mollitudinem ad hauriendum spiritum aptissimam: qui tum se cōtrahunt aspirantes, tū se spiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animales. *Sanguis remissus*] sanguis eiectus illato vulnere. *Ad Stygias aquas*] ad Charonteum portitorem, hoc est, inferos. *Certo limite*) via non ambigua, quia moritur. Ea quo docet, causam suam esse perditam, deploratam, atque destitutam, & ideo eius consolationem non potuisse poetæ dolorem tollere, quemadmodum sunt quædam ægritudines, quæ prorsus sanari nequeunt. *Epidaurius*) Æsculapius qui in Epidauro ciuitate colebatur. *Vulnera cordis*] cordis plagas. Cor enim, autore Plinio, animalibus cæteris in medio pectore est: homini tantùm infra læuam papillam, turbinato mucrone in priora eminens. Hoc primum nascentibus formari in vtero tradunt, deinde cerebrum: sicut tardissime oculos. sed hoc primùm mori, cor nouissime. id prima domicilia intra se animo & sanguini præbet sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt, sparsaque ramorum serie per alias minores omnibus membris vitalem sanguinem rigant. Solum hoc viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitæ trahit. læsumque, mortem ilico affert. vnde non immeritò hoc in loco dixit Ouidius, cordis vulnera nulla ope sanari posse. *Nodosam podagram*] podagram, nodos & articulos digitorum infestātem. podagra enim dicitur ab eo quòd πόδας, id est, pedes, ἀγρεῖν, id est, capit. Podagræ autem morbus Romæ olim rarior solebat esse non modò priscis temporibus, sed ne quidem Plinij æuo, qui eum morbum scribit peregrinum fuisse. Nam si antiquitus in Italia fuisset, Latinum nomen inuenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quum in multis & sponte desinit, & in pluribus curatur. Celsus libro quarto docet in manibus pedibúsque articulorum vitia frequentiora longioráque esse, quæ in podagris chiragrisve esse consueuerunt. ea rarò vel castratos, vel pueros ante fœminæ coitum, vel mulieres, nisi quibus menstrua suppressa sunt, tentant. vbi sentiri cœperūt, sanguis mittendus est. id enim inter initia statim factum, sæpe annuam nonnunquam perpetuā valetudinem præstat. quidam etiam cùm asinino lacte epoto se eluissent, in perpetuum hoc malum euaserūt. Quidam, cùm toto anno à vino, mulso, ac venere sibi temperassent, securitatem totius vitę cōsecuti sunt. vsque vtique post primū dolorē seruandū est, etiamsi quieuit. Quod si iā cōsuetudo eius facta est, potest quidem aliquis esse securior his temporibus, quibus dolor se remisit. maiorē verò curā adhibere debēt hi, quibus id reuertitur, quod ferè vere, autumnóve fieri solet. Podagræ causam legito apud Macrobium lib. 7. Sat. *Nescit tollere*) nescit curare. quod tamen falsum est, si Celso ac Plinio credimus, vt docuimus. *Nec formidatis*) nec etiam medicina tabidis hominibus medetur: quod per formidatas aquas designat. Celsus tamen curationem docet aduersus canis rabidi morsum lib. 5. Solet autem ea eo vulnere, vbi parū occursum est, aquę timor nasci. hydrophobas Græci appellant, miserrimum genus morbi, in quo simul æger & siti & aquæ metu cruciatur: vt non immeritò Ouidius aquas à rabidis formidari dixerit. Scribit etiam Apuleius lib. Met. 9. quendam explorandæ sanitatis suæ gratia tale cæteris demonstrasse argumentum, vt aquæ recentis compleram peluem offerent potui: ac si intrepidus & more solito sumens aquis adlibesceret, sanum se atque omni morbo scirent expeditum: contrà verò, si visum contactúmque laticis vitaret ac perhorresceret, pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare. vnde Lucan lib. 6. ita inquit: Non spuma canum, quibus vnda timori est. & Plinius lib. 28. cap. 7. est autor, inter omnes conuenire, si aqua potúsque formidetur à morsu canis supposita tantum calici lacinia menstruo tincta, statim metum eum discuti, videlicet præ valente sympathia illa Græcorum: cùm rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere diximus. Idem lib. 8. scribit rabiem canum Sirio ardente homini pestiferam, ita morsis letalis aquę metus. quapropter obuiam itur per 30. eos dies gallinaceo maximè fimo misto canum cibis, aut si præuenerit morbus, veratro. *Cura*] dolor aliquis mentis, vt meus. *Aut si sit*] subaudi, medicabilis. *Longa mora*] longo tempore.

Vtque Machaonijs Pœantius artibus heros) &c. Machaoniæ artes propriè hoc loco accipiendæ pro iis, quibus Machaō, Æsculapij filius, Philoctetem curauit. Sequitur enim Ouidius eorum opinionem, qui Philoctetem hydræ morsu saucium ac laborantem, eóque à Græcis in Lemno relictum, postea, monitu oraculi reuocatum, & ad Troiam reuersum, à Machaone curatum dicunt. Cuius rei & Orpheus meminit, is qui de lapillis scripsit. ille enim ostitæ gemmæ remedio vulnus Philoctetæ sanatum tradit, his versibus:

[illegible]

Calaber autem lib. 9. curatum Philoctetem dicit non à Machaone, sed à fratre eius Podalirio. Contrà Sophocles neque ab hoc, neque ab illo, sed à patre Æsculapio. Reliquam Philoctetæ fabulam vide Iliad. 2. & apud Hyginum. *Vt solet infuso vena redire mero*] Vide, an magis de vena, cuius pulsu medici valetudinem hominis explorant, intelligendum sit. Nam syncopi collapsis, aut alioqui deficientibus, vinum, ac similes alij liquores infusi, vitalem spiritum ac pulsum venę resuscitant. Et huc etiam pertinet, quod paulo antè dixit, Ego deficiens iam ad tua verba sic reuixi, &c. *E molli sanguis pulmone remissus*] Non tātùm ex vulnere, sed ex morbo quoque. Id in participiū Remissus, innuere videtur: quod idē ferè quod reiectus atque euomitus significat. Sanguinis autē reiectionē, siue sputū, pro periculoso habitū fuisse, ea Celsi verbis etiā apparet, lib. 2. cap. 7. vbi inquit: Neque inter initia terreri cōuenit, si protinus sputum mistum est ex ruso quodam & sanguine, dūmodo statim edatur. Et rursum: In pulmonis morbo si sputū primis diebus nō fuit, deinde à septimo cœpit, & vltra septimū mānsit, periculosū est. Quātoque mistos & inter se diductos colores habet tāto deterius. Et tamē nihil peius est, quā sincerū id edi, siue rufū est, siue cruentū, &c.

Præcepta) rationes quibus vsus es in literis tuis. *Arma tui pect.*] rationes tuæ mētis in cōsolatione tua ad me scriptæ: vel, fortitudo quæ est in tuo pectore. *Rursus am. pa.*] Ea cōmemorat, propter quę dicit se nō posse dolorem ponere, quāuis cōsolationes suæ fuerint efficacissimę. Quòd autē patria vnūquemque delectet, docet & Cic. in Orat. his verbis: Ac si nos id quod maximè debet nostra patria delectat, cuius rei tāta vis est ac tanta natura, vt Ithacā illā in asperrimis saxulis tanquā nidulū affixā sapientissimus vir immortalitati anteponeret: quo amore tandē inflāmati esse debemus in eiusmodi patria. *Ratione val. om.*) qui plus potest omni ratione. *Quod tua*] &c.

> *Cùm bene firmarunt animum præcepta iacentem,*
> *Sumptáque sunt nobis pectoris arma tui,*
> *Rursus amor patriæ ratione valentior omni,*
> *Quod tua fecerunt scripta, retexit opus.*
> *Siue pium vis hoc, seu vis muliebre vocari,*
> *Confiteor misero molle cor esse mihi.*
> *Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat*
> *Fumum de patriis posse videre focis.*
> *Nescio qua natale solum dulcedine cunctos*
> *Ducit, & immemores non sinit esse sui.*
> *Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?*
> *Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit.*

quod tu ad me scripsisti. *Retexit*) destruit. *Ithaci*] Vlyssis. *Sed tamen optat*] sed tamē reditū in patriā desiderat. vnde ipse apud Homerū ita dicebat: Ithaca omniū clarissima occasū versus, aspera quidem, sed optima, iuuētutis altrix: qua ego nihil vnquam amœnius vidi. Et Cicero in Oratoris loco prædicto idem ostendit. Hæc autē verba ex Homero in 1. Odyss. sumpsit poeta. Ille enim ita Pallada Ionē alloquentē fingit: Maximo mihi pater dolore conficior ob infœlicē Vlyssem, qui amicis procul à Calypso Atlātis filia distinetur: hęc etenim blandis cōtinuè sermonibus, suauissimisque verbis ab illo, vt dulcis patrię obliuiscatur, impetrare cōtendit: ast ille tāto reuisendæ pa-

A tr[illegible] studio desiderióque detinetur, vt si ab vrbe salientem fumum viderit, quam primum obir[e] [illegible]. *Sua* [illegible] ipsis sol natalis. *Quid melius Roma*] Exemplis probat, omnes patriam cæteris locis anteferre solitos esse. *Hinc*] in Scythiam *Ex illa Vrbe*] ea Romana ciuitate.

patriæ posse videre focis.) Locus ex Odysseæ primo transsumptus. Versus Homeri sunt,

αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι
θέλγει, ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι
ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται.

Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat Fumum de

Cùm bene sint clausæ cauea Pandione natæ,
Nititur in syluas quæque redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones,
Nec feritas illos impedit, antra petunt.
Tu tamen exilij morsus ex pectore nostro
Fomentis speras cedere posse tuis.
Effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi,
Talibus vt leuius sit caruisse malum.
At puto qua fueram genitus tellure carenti,
In tamen humano contigit esse loco.
Orbis in extremi iaceo desertus arenis,
Fert vbi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum, non dulces educat vuas,
Non salices ripa, robora monte virent.
Néve fretum laudes terra magis, æquora semper
Ventorum rabie solibus orba tument.
Quócunque ° aspicies, campi cultore carentes,
Vastáque, quæ nemo vendicet, arua iacent.
Hostis adest, dextra læuáque à parte timendus,
Vicinóque metu terret vtrunque latus.
Altera Bistonias pars est sensura sagittas,
Altera Sarmatica spicula missa manu.
I nunc, & veterum nobis exempla virorum,
Qui forti casum mente tulere, refer.
Et graue magnanimi robur mirare Rutuli,
Non vsi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus, & hostica tellus,
Smyrna minus nullo pœna petenda loco.

MICYL. MEA. *Pandione natæ*) Progne & Philomena, quarum altera mutata fuit in lusciniam, altera in hirundinem. Fuerunt autem filiæ Pandionis regis Athenarum, Erichthonio ac Cecropis [illegible] filia geniti, quem Metionidæ B regno deturbarunt Megaram quum fuga euaderet (erat enim Pylę Megareorum regis gener) in filios incid[it]. Ibi Pandionem aduersa valetudine extinctum aiūt, eiua in Megaride tumulus fuit ad mare, quem Atheniis Gauiæ scopulum nūcuparunt. Filii Megaris reuersi, Metionidas eiciunt, Athenarúmq; regnum natu eorum maximus Ægeus suscip[it]. C Infœlix omnino Pandiō filiarum fuit educatione, neque earum filij dicti sunt vlli iniuriæ vltores, tametsi vt fortunam augeret, cum Thrace affinitatem iunxerat. Sed nulla est mortalibus euadendi via, quod à deo futurum est. Fama est Tereum Prognes coniugem Philomelam violasse, puellę que ab eo corpus excruciatum, vt ea facinoris D acerbitate vtramque sororem ad sui compulerit supplicium. Autor Pausanias. *Assuetos saltus*) syluas & pascua consueta petunt. *Exilij morsus*) dolores exilij mei. *Cedere*) amoueri seu abire. *Fomentis tuis*) tuis remediis & consolationibus. *Ne vos ipsi*] ne vos amici. *Tam sitis amandi*] quantum, subaudi, à me amamini. *Talibus*] amicis talibus quales vos estis hoc est, fac tu Ruffine, vt talibus amicis caream, quia si vos non amauero, exilij mala leuiora videbuntur. ea quo designat magnam partem doloris exilium afferre, quòd à charis abest sodalibus. *At puto qua*) Ponit obiectionem. posset enim aliquis dicere, Exilium æquo animo ferendum, siquidem ille non est missus in locum inhumanum. *Tellure*] Romana ciuitate. *Extremi orbis*] extremi septentrionis & terrarum. *In arenis*] in Getico littore. *Perpetuas niues*) continua frigora. Est enim illic semper hyems, sunt semper spirantes fri- E gora Cauri, vt est apud Maronem. *Non ager hic pomum*] non nascuntur in Scythia pomiferæ arbores, non vuæ, non salices, non robora. De hac re abundè scripsimus in enarrationibus in Ouid. de Trist. *Robora monte virent*) subaudi, non. Robur autem arbor est, quæ in montibus nascitur, præter fructum plurima alia gignit. Namque fert & gallæ vtrumque genus, & quædam veluti mora: ni distarent arida duritia, plerunque tauri caput imitantia: quibus fructus inest nuclei oliuæ similis. Nascuntur in eo & pilulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos. nam & sine oleo flagrant, sicut & galla nigra. robora ferunt & viscum, & mella, vt autor est Hesiodus. constátque rores melleos è cœlo cadentes non alijs magis insidere frondibus, autore Plinio lib. 16.

F *Néve fretum*] &c. & ne credas mare Ponticum melius esse hac terra, in qua exulo. *Rabie ventorum*] impetu & furore ventorum. *Solibus orba*] priuata radiis solaribus *Tument*] tempestatibus agitantur *Campi cultore carentes*] subaudi, iacent. *Quæ nemo vendicet*) quæ nemo sibi appropriet. *Magnanimi Rutuli*] P. Rutilius doctus & philosophiæ deditus vir fuit, summæ innocentiæ. Is quæstor C. ° Mutij procon-

sulis, Asiam ab iniuriis publicanorum liberauit: sed inuidia G equestris ordinis, qui tūc iudicia exercebat, repetundarum damnatus, in exilium missus est. cui Asiam petenti (vt in capite de maiestate Valer. Max. scribit) omnes prouinciæ illius ciuitates, legatos, eius secessum operientes, obuiam miserunt. Enim docet Cicero ° in Oratore virum fuisse exemplum innocentiæ, illóque ne- H minem neque integriorē fuisse in ciuitate, neque sanctiorem. In iudicio autem non modò supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam, quàm simplex oratio ferebat veritatis. Sed quum postea ei ob Syllanam victoriam in patriam redire] liceret, maluit in exilio esse, quàm aliquid contra leges fecisse videri. Fuit etiam P. Rutilius, qui ęgrè I tulisse fratris repulsam consulatus dicitur, & ob eam causam à vita recessisse, vt meminit Plinius in 7. & M. Cicer. libro 4. Tuscul. quæst. *Non vsi conditione dati reditus*) Nam potuit (vt diximus) Syllano tempore redire.

Smyrna] Smyrna vrbs fuit (vt scribit Strabo) Ioniæ, ab Amazone Smyrna appellata, quæ Ephesū tenuit. ea. o. vrbs ad Ioniā assumpta fuit Ephesiorum opera, nam cum eis olim habitabant, cùm Ephesus Smyrna vocaretur. Smyrnęi autem à Milesiis secedentes, exercitum in eum locum duxerunt, vbi postea Smyrna fuit, quum Leleges eum tenerent: quibus eie- K ctis, antiquam Smyrnam condidere, distantem ab ea quæ postea fuit, stadia xx. Postea ab Æolibus pulsi, Colophonem aufugerunt, & cum Colophoniis contra eos exeuntes, regionem suam occuparunt. Vnde Herodotus scribit, Smyrnam à Colophone conditam. Idem Strabo etiam docet, post Clazomenas fuisse Smyrnæorum sinum & ciuitatem: deinde alium sinum, & antiquam Smyrnam, distantem à noua stadiis viginti. Nam quum Lydi Smyrnam euertissent, circiter annos quadringentos ea in vici modum mansit habitata. Postmodum Antigonus eam suscitauit, deinde Lysimachus. & nunc omnium pulcherrima est. eius pars in monte sita est: pars maxima in campo, præter portum & gymnasium, & matronarum locum. Vicis sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus stratæ porticus magnæ, quadratæ, planæ, & altæ. Habet etiam bibliothecam, & Homerum, & porticum L quadratam cum Homeri templo & statua. nam & hi maximè hunc poetam sibi vendicant. Vrbis mœnia Melas amnis præterfluit. ad cæteram structuram etiam portum clausum habet. Hoc in loco Dolabella Trebonium obsidione cepit, vnum ea his, qui diuum Cæsarem dolo occiderunt & multas vrbis partes diruit. De hac vrbe igitur hic Ou[idi]us intelligit.

Virum] Rutilium. *Non Pontus*] non regio Pontica. *Minus est petenda pœna*) minus est requirenda, seu eligenda, vt sit supplicium alicui. *Nullo loco*] nulla alia vrbe Smyrna, inquit, cùm sit vrbs præclarissima, minorem affert dolorem in ea exulanti, quàm aliæ vrbes quasi dicat ū quis exul locum gratum quærit, eam vrbem præ cæteris eligat.

Pandiona

Mic. A *Pandione nata*] In Aldina editione legitur, Cùm bene sit clausa cauea Pãdione nata Nititur in syluas illa redire suas. Videlicet vt de sola Philomela intelligatur. hæc enim in syluis nidificare solet, cùm hirundo sub tectis & ædificiis vrbium plerunque pullos suos educet. Sed quid si legas, Cùm bene sit clausæ cauea Pandionæ natæ: vt sit sensus: Quantumuis bene est lusciniæ cauea inclusæ, nititur tamen exire in syluas suas? Bene esse pro bene ac commodè viuere, posito. Cæterùm Pausaniæ locus, qui hic à Merula citatur, quoniam passim corruptus, ac verbis perperam translatis habetur, placuit eadem illa verba Græcè hic subiicere, ne quid studiosus hac quoque in parte desideret. Sunt autem libro primo siue Atticorum, hæc: [illegible Greek text] B [illegible Greek text] *Et graue magnanimi*] &c. Rutuli vulgò legunt, quasi huius nomen sit Rutulus, aut Rutilius. Ego autem Rutili legendum puto, per syncopen scilicet, aut apocopen, à nominatiuo Rutilius. Ita G enim & apud Valerium, & Ciceronem, & Liuium legitur, libro septuagesimo. & apud Tacitum item, qui de eodem meminit libro tertio. Sunt præterea & qui gemino ll scribant, Rutilli: quod ipsorum iudicio relinquo. Tametsi non ignorem, syllabam eam aliàs corripi, aliàs produci solere: perinde & illam quæ prima eiusdem nominis est, vt libro sexto Fastorum. Hanc tibi, quò properas, memorant dixisse, Rutili. Luce mea Marso consul ab hoste cades. Et apud Martialem libro quinto, Famæ Rutilium suæ relinquas, & cætera. quod metrum Phalæcium est.

> *Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus,*
> *Legit enim sedes Attica terra tuas.*
> *Arma Neoclides qui Persica contudit armis,*
> *Argolica primam sensit in vrbe fugam.*
> *Pulsus Aristides patria, Lacedæmona fugit,*
> *Inter quas dubium quæ prior esset, erat.*

Mar. *Non doluit* &c. Legendũ est Cynicus. Diogenem autem intelligit, qui Sinopens fuit Icesij mensarij filius: quem fugisse aiunt, cùm eius pater publicè mensam haberet, ac falso pecuniam figuraret. Eubolides in libro de Diogene, Diogenem ipsum hoc fecisse, sc. monetæ falsam signationem, scri- C psit, atque cum patre vnà pulsum fuisse. Quidam vero eum, cùm curator effectus esset, persuasum ab opificibus aiunt, venisse Delphos, atque Delum in patriam Apollinis: percontatúmque esse, an id ageret, quod ei suaderetur: quòd cùm sibi permissum esset de ciuili moneta, æs adulterasse, deprehensumque, vt quidam volunt, exilio damnatum esse. Alii autem putant eum metu perterritum, sponte patriam liquisse. inde Athenas veniens, Antisthenem secutus est. Satyrus qui illustrium virorum scripsit historias, retulit Diogenem palliolo duplici vsum propter frigus: peram pro cellario habuisse secumque portasse clauam, ob corpusculi fragilitatem, qua iam senea membra sustentare solitus erat. Ei [Greek], id est Diarii victus, vulgò appellitus est, in præsentem horam poscens à quolibet, & accipiens cibum. Habitauit autem in portarum vestibulis & porticibus ciuita- D tum, cúmque se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum iocabatur, & se cum temporibus immutantem. hyeme enim os dolii vertebat in meridiem, æstate ad septentrionem: & vtcunque sol se inclinauerat, Diogenis simul prætorium vertebatur. Cùm autem ad agonem Olympiacum qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, iam senex pergeret, febre in itinere dicitur apprehensus, accubuisse in crepidine viæ. volentibusque amicis aut in iumentum, aut in vehiculum leuare, nec acquieuit: sed transiens ad arboris vmbram, locutus est. Abite quæso, & spectatum pergite. hæc me nox aut victorem probabit, aut victum, si febrem vicero ad agonem veniam: si me vicerit febris, ad inferna descendam. ibique per noctem eliso gutture non tam mori se dixit, quàm febrem morte excludere. Cynicus autẽ fuit philosophorum quorundam cognomen, cuius sectæ E princeps fuit Antisthenes Atheniensis qui cùm dissereret in gymnasio quod [Greek] appellabatur, Cynicum cognomen suæ sectæ dedit. Alii verò à canibus eos dictos putant: quia sicut canes natura mordaces sunt, sic philosophi illi insectandis vitiis mordaces esse dicerentur. Interrogatus autem Diogenes, quare canis diceretur: respondit, quia in eos qui dant, blandior: in eos qui non dant, oblatro: malos autẽ mordeo. Alii verò Cynicos ex eo dictos putant, quod eorum nonnulli velut canes absque verecundia pudenda exercere visi fuerint: vt Crates Thebanus cum vxore Hipparchia. Hi philosophiam naturalem & rationalem tollebant, solique morali innitebantur. placebat eis finem esse, secundũ virtutẽ viuere. *Cynicus S.*] Diogenes ex Sinope, vrbe Paphlagoniæ, in littore maris Pontici sita. Ptolemæus tamen eam in Galatia ponit. eam (vt scribit Strabo) Milesii F condidere. qui classe cõparata, maris quod intra Cyaneas est, condidere. Super colle enim peninsulæ cuiusdam sita fuit, ex vtroque isthmi parte portum & stationes habuit gymnasio & foro & porticibus splendide ornata. Bis capta fuit, primum à Pharnace, postea à Lucullo. Ea vrbe viros claros tulit philosophos. Diogenem Cynicum, & Timotheum Patrionem: poetas, Diphilum comicum: rerum scripto-rem. Batonem, qui de rebus Persicis pertractauit. *Arma Neoclides*] Themistocles Atheniensis Neoclis filius fuit, H qui vniuersæ Græciæ magnæ saluti fuit bello Persico. Nam cum Xerxes bellum vniuersæ inferret Europæ, classem habuit mille & ducentarũ nauium longarũ quã duo millia onerariarum sequebantur: terrestrem verò exercitum, 700. millium peditum: equitum 400 millium. cuius fama cum in Græciam esset perlata, & maximè Athenienses peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, vt mœnibus ligneis se munirent. quod consilium cùm intelligeret nemo, Themistocles dixit, consilium Apollinis esse, vt in naues se suáque conferrent. Quo consilio probato, omnia partim Salamina, partim I Trœzenen asportant: reliquum oppidum relinquunt. Sed cum Salaminii freti angustias occupassent, ne à multitudine Persarum, qui 100000 millia nauium duxerant, circumuenirii possent, dissensio inter principes Græciæ oritur: nam vnusquisque ad sua mœnia tutanda proficisci intendebat. Timens igitur Themistocles, ne discessu sociorum vires minuerentur, per fidum seruum Xerxi nunciat, facilè contractam in vnum locum Græciam capi posse, si prælium iniat: quòd si principes qui iam abire vellent, dissipentur, maiori labore et singulos consectandos esse dicebat. Hoc astu ad pugnandum regem impellit. Principes iam aduentu hostium occupati, pugnam lacessunt. Ionce in ipso prælio à Themistocle solicitati, à rege Xerxe desciunt. quæ res animos hostium fregit: fugámque capere coacti, facilè superantur. In ea trepi- K datione multæ naues captæ, multæ submersæ sunt. Xerxes dubius quódnam consilium caperet, à Mardonio admonitus, in patriam redire præparat, relicta tamen magna parte exercitus illi qui Græciam totam vastaret. & cùm pontem, quem mari fecerat, Græci rumpere deliberassent, vt aut deleretur, aut pacem petere cogeretur: Themistocles regem admonet, vt fugam acceleret: qui cum paucis profectus, piscatoria naui solus in patriam se recepit. Interim Mardonius Athenas incendio vastat. Deinde in Bœotiam copias traducit: quem 100. millium Græcorum exercitus insecutus est. ibique atroci pugna commissa, superiores fuere Græci. Themistocles tamen quum optimè de patria meritus esset, non effugit ciuium suorum inuidiam. namque ob eundem timorem quo damnatus erat Miltia- L des, testarum suffragiis è ciuitate eiectus Argos habitatum concessit. postea à legatis Lacedæmoniis postulatus, quòd societatem cum rege Persarum ad Græciam opprimendam fecisset, hoc crimine absens proditionis est damnatus. Id vbi audiuit Themistocles, Corcyram demigrauit. Inde ad Admetum, Molossorum regem confugit: postmodum Ephesum, tum ad Artaxerxem peruenit, qui illum vrbe Magnesia donauit: vbi morbo mortuum scribit Thucydides. neque tamen negat fuisse famam, illum venenum sua sponte sumpsisse, quum se quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus esset, præstare posse desperaret. De Themistocle plura legito apud Herodotum, Thucydidem, Iustinum, Plutarchum,

A ac Æmilium Probum. *Arma Persica*] arma Persarum. De Perside alibi diximus. *Primam fug.*) Hoc dicit, quia sæpius fugit: sed primo Argos peruenit, et dictum est, *Pulsus Aristides patria*] Aristides Lysimachi filius Atheniensis, æqualis ferè fuit Themistocli, itaque cum eo de principatu contendit. Nam cùm Aristides vnus post victoriam ex prælio apud Marathona gesto, quamuis vir inops ac plebeius, Iusti cognomen assecutus esset, Themistoclis sermones in vulgum dissipabantur: quorum summa erat, Aristidē hac sua iudiciariaq; cōsuetudine, & forēsi potestate clā sublatis iudiciis sine stipatoribus sibi regnū cōparasse. Itaq; populus frequens affectati regni suspicione accusatum 10. annos mulctauit. Tertio pòst anno cū Xerxes Atticā adoriri statuisset, Athenienses abrogata lege exules restituere Aristidis causa: quem oēs, si cum hostium copiis iungeretur, reip. perniciosum fore credidere. restitutus igitur cum Themistocle, bellum communi consilio gessit contra Xerxem Persas. Periit autem ferè post annum quartum, quo Themistocles Athenis erat expulsus. Tanta fuit inopia, vt suo sumptu efferri non potuerit. At eius filias perhibent ex curia traductas, maritis datas esse. Lysimacho quoque filio argenti minas centum, & totidem agri consiti iugera populus erogauit, & quotidie quatuor drachmas adiecit. Autor Plutar. *Patria*] Athenæ. *Lacedæmona fugit*] Lacedæmon vrbs fuit Laconiæ. G ponitúrque tam pro regione, quàm pro vrbe, vt docet Strabo. Dicta est autem à Lacedæmone filio Iouis & Taygetes. Inter quas, subaudi, omnium supradictorum exulum sedes [Non omnium intellige, sed patriam, hoc est, Athenas inter & Lacedæmonem. *Quæ prior esset*) quæ esset clarior, patriáne, an sedes vbi exulabant.

Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit,
Thessalicámque adijt hospes Achillis humum.
Exul ab Æmonia Pirenida cessit ad vndam,
Quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua.
Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus,
Poneret vt muros in meliore loco.
Venit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus,
Et Teucrum Veneri grata recepit humus.
Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos
Exulibus tellus vltima Tybur erat?
Persēquar vt cunctos, nulli datus omnibus æuis
Tam procul à patria est, horridiórve locus.
Quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti,
Quæ facit ex dictis non ita multa tuis.
Nec tamen inficior, si possint nostra coire
Vulnera, præceptis posse coire tuis:
Sed vereor, ne me frustrà sanare labores,
Nec iuuer admota perditus æger ope.
Nec loquor hæc quia sit maior prudentia nobis,
Sed sim, quàm medico notior ipse mihi.
Vt tamen hoc ita sit, munus tua grande voluntas
Ad me peruenit, consuluique boni.

Mar. B *Cæde puer*] &c. Patroclus Menœtij filius, & Actoris nepos, cùm in Opunte oppido Locridis luderet astragalis, cum Aphidamantis filio Clisonymo, vt quidā volūt, iratus obsurreptos astragalos eum interemit, & in Thessaliam confugit ad Peleum: à quo non solùm cæde purgatus, sed & domi acceptus, et scribit Homer. & magna cura edocatus, sociusque à Peleo Achilli necessitu C dine coniunctodatus est, & cum eo simul ad bellū Troianum profectus. Strabo tamē nō Clisonymū, sed Eanē à Patroclo per imprudentiam interfectum scribit. *Opunta reliquit*] Ea Opuntia vrbe Locridis natum esse Patroclum, testatur etiā Homerus. *Thessalicam humum*) vrbem Thessaliæ Phthiam, patriam Achillis. *Exul ab Æmonia*] D Mos fuit apud antiquos, vt reus homicidij exulsret, vnde illud legimus, Exilium dira pœnam pro cæde luebat. In regum tamen legibus, autore Seruio, lectum est noxios homicidij arietis damno pœnam luere. Sanè Iason post interfectum Peliam dolis Medeæ, Corinthū abiit: vbi Creusam Creontis regis filiam duxit vxorem, vt scribit Diodor. *Ab Æmonia*) a Thessaliæ oppido Iolcho Iasonis patria. Aemonia enim Thessalia cognominata fuit, ab Æmone Deucalionis filio: Thessalia verò, à Thessalo Medeæ & Iasonis filio, qui cùm cædem matris effugisset, Corinthū redit. Deinde in Iolchum, Iasonis patriam reuersus, cum reperisset Peliæ filios recenter interiisse, regnum generi debitum suscipiens, subditos ex suo nomine Thessalos appellauit. *Ad vndam Pirenida*] ad Corinthiam vrbem. Corin-E thus enim (vt scribit Plinius) vrbs fuit Peloponnesi antea Ephyra dicta Medio enim eo interuallo, quod Isthmus appellatur à scriptoribus, applicata colli habitabatur colonia Corinthus, sexagenis ab vtroque littore stadiis è summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pirene diuersa duo maria prospectans. Scribit etiam Strabo infra verticem Acrocorinthi Pirenem fontem adesse haud affluentes aquas habentem, cæterùm perspicuas admodum, potuique suauissimas. De Corintho legito Strab. lib. 8. *Quo duce*] Subaudi Iasone. *Trabs sacra*] Argo nauis Palladi sacrata, vnde Palladis appellata est, vt alibi docuimus. postea Iason in ea cum Argonautis ad Isthmum Peloponnesi peruenit, ibique sacra fecit Neptuno, cui nauem Argo dedicauit. *Colcha aqua*) per aquā Colchidis regionis intellige autē mare Ponticum, quod Colchos alluit. Erant autē à dextra F Pontum ingredientibus. Aut certè per aquam Colchā Phasidis Colchorū fluminis à scriptoribus celebratissimi aquā intellige. De Iasone & Colchica expeditione alibi abundè scripsimus. Diodorus etiā & Valerius Flaccus rem elegātissimè exequuntur. *Liquit Agenorides*) Agenor rex Phœniciæ iussit Cadmo vt quæreret sororem Europam, lege impia, vt non reuerteretur, nisi ea inuenta: quā diu frustra quæsita, tāul Cadmus in Bœotiā venit, vbi Thebas ædificasse dicitur. vt in Met. docet Ouidius. *Sidonia mœnia*) vrbem Phœniciæ Sidona, quam Phœnices terræmotu vexati, relicto patriæ solo, Assyriū sta-H gnum primò, mox mari proximum littus incoluere, cōdita ibi vrbe quā à piscium vbertate Sidona appellauerunt: nā piscem Phœnices Sidō vocant. *Vt poneret muros*) vt vrbem Thebanam conderet. *In meliore loco*) in ipsa Bœotia. *Venit ad Adrastum Tydeus*] Tydeus Oenei cum in Calydone Alcathoū Lycotheūmq; nepotes occidisset, ex Ætolia Argos aufugit: cui Adrastus benignè susce-I pto, quodam responso motus, filiam Deipylen vxorē dedit. Autor Diodorus. Alii scribunt fratrem Menalippū à Tydeo in venatione incautū interfectum. *Calydone*] ex Calydone vrbe Ætoliæ. *Et Teucrum*) Post finem belli Troiani Teucer morte Aiacis fratris inuisus patri Telamoni cùm non reciperetur in regnum, Cyprum concessit, atque ibi vrbem nomine antiquo patriæ Salamina condidit, vt scribit Iustinus libro vltimo. Eam nunc corrupto nomine Salinas vocari, quidam existimant. de Teucro ita etiam Vergilius cecinit. Atque equidem Teucrū memini Sidona venire, Finibus expulsum K patriis, noua regna petentem. *Humus grata Veneri*) Cyprus insula in qua Venus colebatur. *Tybur erat*) nondum enim Romani propagauerant imperii fines. *Persequar vt cunctos*] vt exulum omnium exempla commemorem.

Quæ non facit ita multa) quæ tua sapientia non consequitur ita multa, vt velles: non enim ea potest dolorem tollere. *Ex tuis dictis*) ex rationibus adductis. [hoc est, quæ tuis dictis non ita multum efficit, in dolore meo tollendo] *Inficior*) nego. *Nostra vulnera*) dolor meus. *Coire*) claudi & sanari. perstat enim in metaphora. *Tuis præceptis*) tuis rationibus. *Ne frustra labores*) ne frustrà labori indulgeas, me sanando: quia non obtinebis vllis rationibus, vt dolorem ponam. *Nec æger perditus*) nec æger iam desperata salute destitutus. Seipsum autem designat. *Iuuet*] delectet te. *Admota ope*) allatis L consolationibus tuis. quasi dicat: Vereor, ne tibi sim odio, quòd tot consolationes tuas non admittam. *Nec loquor hæc*] scilicet me timere ea quæ dixi. *Vt tamē hoc ita sit*] quāuis tamē id ita sit vt me nō possis sanare. *Tua voluntas*) tuus erga me animus & amor. *Grande munus*] loco magni muneris.

Cōsuluiq; boni] bonū & æquū iudicaui, ac in bonā partē (vt aiūt) accepi. Est enim prouerbialis locutio. Quintilianus in primo Sit enim à cōsulendo, vel à iudicādo. nā & hoc cōsulere veteres vocauerūt. vnde adhuc remanet illud, Rogat boni cōsulas, id est bonū iudices. Aliter dicimus, Æqui bonique facio, hoc est in bonam partē accipio. Terētius: Cæterùm equidem isthuc Chreme æqui boniq; facio. Liuius: Ne serpat latius contagio eius mali, nos æqui boniq; facimus.

V Contrarium est illud, Susque deque facimus: hoc est, non magni pendimus.

MICYL. *Nec iuuet admota perditus ager ope*] aliàs Iuuer legitur, passiua voce, vt sit sensus: Nec æger ipse perditus siue despetatus, iuuet ope & cura tua admora. quæ lectio melior ac planior est. Meminit Rutilii huius & Seneca libro sexto de Beneficiis.

IN QVINTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD VXOREM.

G

IAm mihi deterior canis aspergitur ætas:
Iámque meos vultus ruga senilis arat.
Iam vigor, & quasso languent in corpore vires,
Nec iuueni lusus qui placuere, iuuant.
Nec me, si subito videas, cognoscere possis,
Aetatis facta est tanta ruina meæ.
Confiteor facere hoc annos. sed & altera causa est,
Anxietas animi, continuúsque labor.
Nam mea per longos siquis mala digerat annos,
Crede mihi, Pylio Nestore maior ero.
Cernis, vt in duris (& quid boue firmius?) aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus?
Quæ nunquam vacuo solita est cessare nouali,
Fructibus assiduis lassa senescit humus.
Occidet, ad circi si quis certamina semper,
Non intermissis cursibus, ibit equus.
Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis,
Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.

MER. *IAm mihi deterior*) Ad vxorem scribens Poeta, canum se & languidum factũ esse designat. huiúsque rei causas duas esse colligit: senectutem B scilicet, & dolorem quo assiduè cõficitur. Deinde facta collatione laborum expeditionis quam in ea loca peruenit, & sui exilii: docet suum malũ maius fuisse illius opere & peregrinatione. Postremò optat vt possit in patriam redire, fruique dulcissimæ cõiugis amplexu & colloquio, Cæsaribúsque sacrificare. *Deterior ætas*) Ætas deterior esse incipit post quinquagesimũ C annum. Cuius rei causã assignauimus in enarrationibus in Ouid. de Tristibus. *Aspergitur canis*) incipit canescere. Huius rei causam docet Macrobius, sed latios Alexander Aphrodiseus in Quæstionibus his verbis: Cur in temporibus homines celerrime canescunt, calui autem nõ fiunt: quãuis neutrum, aut vtrunq; oportuerit? Nẽpe quòd canicies quidem oritur à qualitate, quam inuehit nutrimentum in pilos distributum: caluicies autem à quantitate. Cum enim frigefactum fuerit nutrimentum, non angetur: sicut arbores per hyemem deponunt folia, frigido factum nutrimento, & velut concreto. Exiguo autem exhibito, id nutrire impotens est: atqui canities ex tabido est nutrimento, putrescit sanè, cùm minus decocta attraxerit. an nõ D eadẽ est ambobus causa, quapropter neque simul, neque eisdẽ aduenit locis? Cõsideratio prorsus naturalior, aut problematis cõuenientior: Tẽpora in venis sunt multis ac dẽsis vnde & caliditatẽ assequuntur, nedum eis non deficit nutrimentum. Cæterùm ob hoc quòd vnà multum præstò est nutrimẽti, & præcipue prouecta iã ætate cõcoqui non potest, & perinde putrescit. hinc canicies exoritur, quẽadmodum ex humore putrefacto in naribus muci: nã non omnia nig. escunt putrefacta. Quocirca etiã Scopas comicus rectè inquit: Tabi pilos senectus additos habet. Homerus etiam πολιοκροτάφους, id est in temporibus canos appellauit, quòd vt plurimum hinc canicies exoriatur, quandoquidem priores capitis partes posterioribus sunt humectiores, & lõgè magis pituitosæ solutio ex tẽperamento. idem etiã docet Aristoteles in quinto de Generatione animalium. Scribit E Plin. caniciẽ equo & homini tantum datã. cuius rei causam esse docet Aristot. in Quæstionibus, quòd pars animãtium maxima pilum quotannis deciduum gerit, vt equus & bos: nonnulla deciduum nõ gerunt, tẽpus autẽ viuunt breue, vt oues, & quædã alia: quorum pilus vtpote nõ canescẽs, canescere nõ potest. At homo nec deciduum gerit pilum, & lõgã degit ætatẽ, itaq; tẽpore e[...]senescit atq; incanescit. Idẽ etiã Arist. in 3. de Nat. animalium, mutari colorẽ pilorum in senectute, candidósq; pilos effici: quod vel cæteris animalibus accidit, sed nõ satis aperte præterquã in equo. canescũt pili à parte sui postrema. plurimus tamẽ canorum numerus candicãs ilico existit. Qua ex re patet, caniciẽ non ariditate e[...]mitti, vt quidã volunt. nihil enim ilico aridum gigni solet. Cutis autẽ vitio, quod vitiliginem appellamus, pilos omnes produci canos, apertum est, iã nõnullis pili, dũ ægrotarẽt, incanuerunt: quibus in bonã valetudinẽ restitutis, nigri [...]rnati sunt, canis defluxis. Canescẽte pilos ocyus operatos, quàm detectos difflatósque aduertimus. & in 5. de Generat. animalium idẽ etiã docet, capite Homines senescẽtes canescere, q nulli ferè ex cæteris animalibus accidit manifestè, quãuis equus euidẽtius quàm cætera ita afficiatur. *Arat*] ducit, sulcat. *In quas. cor.*] in corpore malis agitato. *Languet*] debilitatur. *Tãta ruina*) tantus casus. *Facere hoc*) id præstare vt non possis me cognoscere. *Anxietas animi*] animi dolor. *Continuúsque labor*) & assiduus ac quotidianus corporis cruciatus. Hoc dicit, non modò angitur animus verumetiã corpus præ nimio dolore laborat. *Digerat*] ordinet, disponat, cõputet. *Pylio Nestore*) Nestore ex Pylo H vrbe Laconiæ, mari sub perrecũbẽte, vt lib. 8 docet Strabo. eam condidit Neleus Neptuni filius ex Tiro Salmonei filia. Neleus enim ex Chlori Amphionis Thebani filia 12. filios habuit: quos omnes, vt scribit Homerus, præter Nestorẽ Hercules peremit. Nestor autem à poetis tertiam hominum ætatem vixisse fertur, id est tercentum annos. Horatius: At non ter æuo functus amabilẽ Plorauit omnis Antilochũ senes annos. & Ouid. in 12. Met. Vixi annos bis centum: nunc tertia viuitur ætas. Plinius tamen in 7. scribit eum peruenisse ad 99. annum. [Tri- I ginta videlicet annis, pro vna ætate computatis. vt Homeri Comment. exponit.] *Cernis vt in duris*] Exemplis non modò se labore debilitari, sed & reliqua homine fortiora colligit. *Opus*) arandi labor. *Vacuo nouali*) agro sine semine. Sunt autem noualia, autore Seruio, noua rura, quæ per singulos annos renouantur per semina. Vel, Noualia dicuntur, vbi sylua tollitur. Idem alibi ita etiam scribit. Nouales & noualia dicuntur, sunt autem arua tunc primùm proscissa & alibi. Noualis est terra proscissa, quæ anno cessat, & Plin. libro decimoseptimo ita scribit: Talis ferè est in noualibus cæsa vetere sylua. & in libro decimooctauo, Nouale autem, inquit, est, quod alternis annis seritur. Et Varro libro de Re rustica primo: Noualis, inquit, vbi satum fuit antequam secunda aratione renouetur. *Assiduis fructibus*] assiduis segetibus & opere. *Ad certamina Circi*] ad pugnam ludorum K Circensium, in quibus aliquando & pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inire solebant, autore Cor. Tacito. Troiæ autem ludicrum notum est carmine Vergiliano, & nos alibi plura diximus. Aut equos curribus iunctos intelligit. Disponebatur autem Circus in formam spacii oblongi, & in summitate Circi carceres erant, vnde è curribus iuncti ad cursum mouebantur: & cùm ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam deuenissent. In circuitu verò spectacula ædificabantur, quibus patres atque equites spectabant: quæ à Liuio fori appellãtur. *Quæ nunquã sicca*] id est quæ semper humida. *Carebit aquis liquidis*] subaudi, nũquã. hoc est, carebit nũquã nauigatione. Vel sic, quæ sicca, quæ nunquã madefacta. hoc est, quæ antea aquam nõ attigit, sed noua, nũquã carebit aquis liquidis, nũquã a nauigatione desistet. Hæc sententia magis placet quàm prior. L

MICYL. *Occidet, ad Circi si quis certamina semper*] &c. Locus Taciti, qui hic à Merula citatur, de Troiæ ludo, qui aliquando in Circo à pueris nobilibus celebratus fuerit, libro vndecimo habetur his verbis: Sedente Claudio Circensibus ludis, cũ pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, interq; eos Britannicus Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomentũ Neronis adscitus, fauor plebis acrior in Domitium, loco præsagii acceptus est, &c. Hæc ille. Sed hic non de hoc solùm ludo, sed in genere de omnibus equestribus certaminibus, quæ in Circo fieri solebant, intelligendum. *Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis*) Superuacaneum erat, hoc loco verbum vllum adiicere, exponendi causa, cùm sensus per se planus & expeditus

A sus sit, nisi Merula præter rem sese torqueret, nescio quæ subaudiendo atque supplendo. Est autem ordo verborum: Nauis illa quantumuis firma, soluetur in æquore, quæ nunquam carebit aquis, sicca ipsa, siue in sicco existens.

Me quoque debilitat series immensa laborum:
Ante meum tempus cogor & esse senex.
Ocia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:
Immodicus contrà carpit vtrunque labor.
Aspice in has partes quòd venerit Aesone natus,
Quam laudem à sera posteritatè ferat.
At labor illius nostro leuiórque, minórque,
Si modò non verum nomina magna premunt.
Ille est in Pontum Pelia mittente profectus,
Qui vix Thessalia fine timendus erat.
Cæsaris ira mihi nocuit, quem Solis ab ortu,
Solis ad occasus vtraque terra timet.
Iunctior AEmonia est Ponto, quàm Roma sit Istro,
Et breuius quàm nos ille peregit iter.
Ille habuit comites primos telluris Achiuæ.
At nostram cuncti deseruere fugam.
Nos fragili ligno vastum sulcauimus æquor,
Quæ tulit AEsoniden firma carina fuit.
Nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus
Quas fugerem docuit, quas sequerérque vias.
Illum tutata est cum Pallade regia Iuno:
Defendêre meum numina nulla caput.
Illum furtiuæ iuuere Cupidinis artes,
Quas à me vellem non didicisset amans.
Ille domum rediit, nos his moriemur in aruis,
Præstiterit læsi si grauis ira dei.
Durius est igitur nostrum, fidissima coniunx,
Illo quod subiit AEsone natus opus.
Te quoque, quam iuuenem discedens vrbe reliqui,
Credibile est, nostris insenuisse malis.
O ego, di faciant, talem te cernere possim,
Charáque mutatis oscula ferre comis.
Amplectíque meis corpus non pingue lacertis,
Et gracile hoc fecit, dicere, cura mei.
Et narrare meos flenti flens ipse dolores,
Sperato nunquam colloquióque frui.
Thuráque Cæsaribus cum coniuge Cæsare digna,
Diis veris memori debita ferre manu.
Memnonis hanc vtinam leuito Cæsare mater,
Quamprimùm roseo prouocet ore diem,

Man. *Me quoque debilitat*] me etiam vt cætera debilem reddit. *Ante meũ tempus*] ante meos annos. *Ocia*] Quietem & tranquillitatem mentis intellige. *Pascitur*] nutritur, quiescit. *Carpit*] consumit. *Vtrunque*) & corpus & animum. *Aspice in has partes*) Quia posset vxor dicere, Ouidium sibi in illis locis gloriam B & immortalitatẽ, quemadmodum fecit Iason, comparare posse: ideo obiectioni respondet, confértque eius mala cũ suis. *In has partes*] in Pontum, cùm Colchos peteret cum Argonautis, ad rapiendum aureum vellus, iussu Peliæ Neptuni filij. cui (vt scribit Lactan. grammaticus) a sortibus præceptũ erat, cùm Neptuno sacrificaret, & aliquis nudo pede superuenisset, C tunc ei mortem appropinquare. Is ergo cùm annua sacra Neptuno faceret, Iason Æsonis filius cùm venisset ad flumen, in limo vnum ei calceamentum adhæsit. Ille vt celerius veniret, neglexit. Cùm superueniret sacrificio Pelias, aspexit: & memor sortium, iussit eum arietis pellem inauratã à Colchis petere à rege Æeta. D Qui conuocata Græcorũ nobilium iuuẽtute, Colchos profectus est. Diodorus tamen aliam causam ponit. Scribit enim Iasonem Æsonis filium nepotem Peliæ Thessalorum regis, gloriæ cupiditate accensum, cum patruo consilium communicasse. Pelias autẽ carens virili stirpe, timẽnsque fratrẽ, ne quãdo filij ope sibi regnóque insidiaretur, pollicitus est

lentia materiæ, aut temporis putrescat. *Nec mihi Typhis*] de Argo nauis gubernatore diximus in 1. de Arte a. *Nec Amyntore n.*] Sũt q legãt, nec Agenore nat' q nõ placet. Alij, Nec Apolline natus, vt ad Mopsũ referas diuinãdi peritũ, Apollinis & Himãtis filiũ, vt Theodótius docet, amicitia Iasoni fida cõiũctũ, vt scribit Lact. grãm. dicẽte Statio l. Theb. 3. Nec me vẽtura locuto Sæpius in dubiis auditus Iasone Mopsus. Vnde hìc etiam Ouid. non immeritò scribit Iasonẽ habuisse à quo doceretur, quas vias seq- H retur aut fugeret. Fuit aũt Mops' cũ Ias. ad rapiẽdũ vellus aureũ de quo ita scribit Val. Flac. in Argonaut. Hìc Vates, Phœbiqs fides, nõ vana parẽtis Mopsus. puniceo cui circũfusa cothurno Palla imos ferit alba pedes, vittatáque frõtẽ Cassis, & in summo laur' Peneia cono. Sũt etiã q legãt, Nec Hymãtide natus: & ad eũdẽ Mopsũ referũt, vt sit patronymicũ à matre deductũ I Hymãte, vt diximus. quæ lectio non displicet. Aliqui potius legunt, Nec Amyntore natus: & ad Phœnicẽ referũt, Achillis præceptorẽ & comitẽ, filiũ Amyntoris, vt docet Hom. Il. l 9. & nos plura diximus in enarratione eius versus in 1. de Arte a. Fleuit Amyntorides per inania lumina Phœnix. vt poeta dicat se nõ habuisse in itinere tales comites, quales habuere Ias. & A- K chil. quod nõ placet, quia Poeta mala sua cũ malis Iasonis confert, nõ cum malis Achillis. *Illum tutata est cum Pallade regia Iuno*] Iason semper habuit deas fautrices, Iu-

E ei se belli auxilia iturum si expeditionem pararet in Colchos. At Iason laudis cupidus, nauem in aquam deductam ascendit cum Argonautis numero 4 & 50. Caius Bilbus vnum addit. Alij autem 50. alij 60 fuisse scribunt. Nota est hæc expeditio, Diodori, Ouidij Met. Valerij Flacci, & aliorum monumentis. *Aesone natus*) Iason Æsonis filius. *Si modò non*] Si modò, inquit, gesta alicuius clari viri non præponantur factis hominis vilis & abiecti: quasi dicat si modò non voluerit aliquis labores Iasonis meis præponere: propterea quòd maioris est autoritatis, quàm ego quod vulgò ferè fieri solet. *Fine Thessaliæ*] in finibus Thessaliæ, cuius ille rex erat. *Vtraque terra*] terra & orienti & occasui subiacens. *Æmonia*] Thessalia, vnde soluit Iason. *Ponto*) Colchidi, quæ Ponto adiacet. *Quàm Roma*] quàm vrbs, vnde ad Tomitanam ciuitatem Istro propinquam perueni. *Primos*) pri- F marios homines: Castorem scilicet, & Pollucem, Herculem, Telamonem, Orpheum, & alios, quos Valer. Flac. enumerat in 1. lib. & Apollonius, atque Orpheus. *Cuncti*) amici omnes. *Fragili ligno*) fragili rate. *Sulcauimus*) nauigauimus. *Quæ tulit AEsoniden*) Argo nauim designat, quæ in Pelio Thessaliæ monte fabricata fuit ex pinu, seu ex quercu vel (vt Cornel. Alexãder voluit) ex orno arbore, quæ nulla vio-

nonem sc. & Palladem. Vnde Valer. Flac. ita cecinit: An socia Iunone & Pallade fretus Armisonã superet magis, & fera bella capessat. Et paulo pòst idẽ autor docet ipsã Palladã etiã exisse comitẽ illius in vndas Peliacas, Iunonẽ verò huius nũciã multos accẽdisse, vt Ias. comites proficiscerẽtur. *Illum f.* Ias. inquit, habuit Medeã, quæ eius amore capta, illi ad rapiẽdũ aureũ vellus opera, arte, & cõsilio profuit. *Quas artes* sc. amatorias: scripsi n. præcepta de Arte a. *Ille d. r.*) Ias. in L Thessaliã rediit. Peracta n. expeditione Colchica, in Thessalia, haud lõgè ab Iolcho, locũ appulit, & post multa peracta cũ Argonautis ad isthmũ Pelopõnesi nauigãs, sacra fecit Neptuno, cui nauẽ Argo dicauit. autor Diod. Sicul. *In his a.*] in Getico littore. *Si perst.*) si perseuerauerit. *Dei l.*] Augusti à me offẽsi. *Nostris m.*] dolore meorũ malorũ. *Talẽ*, h ẽ animũ. *Mutatis c.*] capillis canitie aspersis. *Fecit h. g.*] fecit hoc corpus tenue & macilẽtũ. *Cæsaribus cũ c.*, Per Cæsares, Augustũ & eius filios: per cõiugẽ verò, Liuiã Augusti vxorẽ intellige. *Mater Memnonis*] Aurora Tithoni vxor, matérque Memnonis. Virg. Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Sanè Tithonus, vt Seruius scribit, quum iuuenis esset, & forma decorus, ab Aurora dilectus & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit: sed tandem post longissimam opta-

tamque vitam, audita Memnonis filij morte, in cicadam versus dicitur. Horatius: Longa Tithonum minuit senectus. *Quamprimum proueceat diem*] quamprimum diem inducat. *Roseo ore*] flauo ore.

MICYL. *Nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus Quas fugerem docuit, quas sequerérque vias*] Varia huius loci lectio est: sed ex omnibus iis quas recenset Merula, optima atque verissima ea est, quam ipse in primis tenet, nempe vt legamus, Nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus Quas fugerem docuit, quas sequerérque vias. Intelligit enim Phineum Poeta, qui Iasoni viam, quam sequeretur, indicauit, & quo pacto petras Cyaneas transiret, ostendit. Vocat autem Phineum Agenoridem etiam Apollonius, vt cùm ait,

[illegible]

Et rursum.

[illegible]

Et Argonautica, quæ Orphei titulo circumferuntur, his versibus.

[illegible]

Apud Flaccum autem ipse loquens de se, ait,

Non ego nunc magno quòd cretus Agenore Phineus,
Aut memorem, mea quod vates indedit Apollo,
Pectora, &c. Neque adeò obscura erat historia Phinei, vt tanta dubitatione opus esset, quippe quæ Græce quidem ab Apollonio lib. 1. apud Latinos autem a Valerio Flac. lib. 4. copiose tractatur.

IN SEXTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

Ille tuos quondam non vltimus inter amicos,
Vt sua verba legas Maxime, Naso rogat.
In quibus ingenium desiste requirere nostrum,
Nescius exilij ne videare mei.
Cernis vt ignauum corrumpant ocia corpus,
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ?
Et mihi si quis erat ducendi carminis vsus,
Deficit, éstque minor factus inerte situ.
Hæc quoque, quæ legitis: si quid mihi Maxime credis,
Scribimus inuita, vixque coacta, manu.
Non libet in tales animum contendere curas,
Nec venit in duros musa vocata Getas.
Vt tamen ipse vides, luctor deducere versum:
Sed non fit fato mollior ipse meo.
Cùm relego, scripsisse pudet: quia plurima cerno,
Me quoque qui feci iudice, digna lini.
Nec tamen emendo: labor hic, quàm scribere maior,
Mensque pati durum sustinet ægra nihil.
Scilicet incipiam lima mordacius vti,
Vt sub iudicium singula verba vocem?
Torquet enim fortuna parum, nisi Lycus in Hebrum
Confluat, & frondes Alpibus addat Athos.
Parcendum est animo miserabile vulnus habenti.
Subducunt oneri colla perusta boues.
At puto fructus adest, iustissima causa laborum,
Et sata cum multo fœnore reddit ager.
Tempus ad hoc nobis (repetas licet omnia) nullum
Profuit, atque vtinam non nocuisset opus.
Cur igitur scribam miraris? miror & ipse,
Et tecum quæro sæpe, quid inde petam.
An populus verè sanos negat esse poetas?
Súmque fides huius maxima vocis ego?

MIC. *Ille tuos quondam*) Ad Maximum scribens Poeta, illum admonet, ne miretur, si carmen minus elegans & incultum offenderit: siquidem tot malis & situ ingenium oppressum, non potest eo calore insurgere, quo prius. Hinc etiam fit, vt carmen non relegat, sed inemendatum emittat. Deinde docet, cur, quamuis sibi carmina nocuerint, tamen adhuc scribat. Postremò consilium capit, cur non conetur facere optimum carmen, & illud polire. *Non vltimus*) non postremus, sed primus. *Ne videare nescius*] vt videaris intelligere mala exilij, in quibus versor. *Mei exilij*) meorum malorum, quæ exilij causa patior. videtur autem econtrà lætus si carmina optima facerem. nam Carmina proueniunt animo deducta sereno. *Ocia*) quies corporis. *Corrumpant corpus*) corpus violent, & quasi putrefaciant. Nam vt nimio ocio & veterno corpora languida redduntur, sic ea exercitatione conseruantur. Prima enim corporis curatio, exercitatio est, quæ semper antecedere cibũ debet: in eo qui minus laborauit, & bene concoxit, amplior: in eo qui fatigatus est, & minus concoxit, remissior. Commodè verò exercent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio: atque hæc non vtique plana commodior est. Siquidem melior ascensus quoque, & descensus cum quadam varietate corporis moueat: nisi tamen perquam imbecillum est. Melior autem est sub dio, quàm in porticu. melior, si caput patitur in sole, quam in vmbra. melior in vmbra, quam parietes aut viridaria efficiunt, quàm quæ tecto subest. Melior recta, quàm si sinuosa. Exercitationis autem plerunque finis esse debet sudor, aut certe lassitudo, quæ citra fatigationem sit: idque ipsum modò minus, modò magis faciendum est. Ac ne his quidem athletarum exemplo vel certa esse lex, vel immodicus esse labor debet. Hæc Celsus. Idem etiam paulo antè ita scribit: Ignauia corpus hebetat, labor firmat. Illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. *Vt capiant vitium*) vt corrumpantur. Limus enim (autore Plinio) aquarum vitium est: si tamẽ idem amnis anguillis scateat, salubritatis indiciũ habet. Damnãtur autem in primis fontes qui cœnũ faciũt, quíque malũ colorẽ bibẽtib' referũt, & si vasa ęre inficiũt, aut si legumina tardè percoquũt, si liquatæ leniter terrã relinquũt, decoctęq; crassia obducũt vasa crustis. Est etiãnum vitiũ nõ fœtidæ modò, verum omnino quicquã recipiẽtis, iucũdũ sit illud licet gratũmque, & vt sæpe ad vicina lactis accedẽs, aquã salubrẽ aeri quã simillimam esse oportet. *Ni mou.*) ni in puteis crebro haustu agitẽtur. quod ita etiam Plin. docet. Ea quónã ergo genere maxime probabilis cõtigit puteis nimirũ, vt in oppidis constare video: sed his quib. exercitationis ratio crebro haustu contigit, & illa tenuitas colãte terra, salubritati hęc satis sunt, frigori & opacitas necessaria. vtq; cœlũ videãt super omnia obseruatio vna. *Inerte situ*] ignaua quadã desidia. *Vix scribimus*] vix cõponimus, vel certe scribimus manu vix coacta: quia difficile est manũ meã impellere ad hęc scribẽdũ, & via illam possumus cogere. *In tales curas*] in tales cõponẽdi carminis sollicitudines. *Ind. G.*] in regionẽ Geticã durã & inmitẽ. *Musa vocata*] Musa à me more poetico inuocata. *Luctor*) conor. *Sed non fit mollior*) sed versus meus nõ fit facilior. *Meo fato*] mea infelicitate: quasi dicat versum facio fortunæ meę haud dissimilẽ. [hoc est durũ: nã res meæ duræ sunt.] *Cùm relego*] cùm carmẽ meũ iterũ lego. *Digna lini*] digna deleri. *Scilicet incipiã*] Debeo, inquit, mordacius vti lima in corrigẽdo carmine, & laborare circa vnumquodq; verbũ. *Vt sub iudiciũ*] vt singula verba censuræ subiiciãtur. *Torquet enim fortuna parũ*) quasi dicat non corrigo, ne dolori cõcepto ex exilio accedat etiã cura corrigẽdi carminis. *Fortuna*] fortuna aduersa. *Parum torquet*] parum me angit. *Nisi Lycus in Hebrũ Cõfluat*] nisi aquã aquæ, hoc est, curã curæ addas. Est autẽ Lycus (vt docet Strabo) flumen ingẽs, quod in Mæandrũ influit, à quo Laodicea Lyco proxima nominatur. Mons vbi imminet nomine Cadmos, ex quo Lycus fluit. Curtius etiã scribit, Marsyam amnẽ, quamdiu intra Celænas fluit, nomen suum retinere: at quũ extra munimenta se euoluit, maiore vt se mole agentẽ vndas Ly-

alius est enim titulus de Tristibus, alius de Ponto. *Et epistola cui sit*) Differt etiam hoc opus ab eo de Tristibus, quoniam in hoc ad quem scripta sit epistola, titulus docet: id verò in opere de Tristib. supprimitur. Ordo est, & (pro etiam) epist. docet, & reliqua.

Naso Tomitanæ iam non nouus incola terræ) Incolam non nouum se vocat, pro veteri, κατὰ λιτότητα. Nam iam quartum prope annum in Ponto agebat, id quod infrà mox apparet eleg. 8. Cæterùm vt hoc addamus, septem omnino annos in Ponto vixisse poetæ videtur. atque inita tres priores, ea quorum titulus est Tristium, scripsisse: reliquis autem, hæc quæ de Ponto inscribuntur, vt ex ipsis libris apparet. Nam tertio Tristium, eleg. 12. Frigora, inquit, iam Zephyri minuunt, annóque peracto Tardior antiquis visa, recedit (siue vt vulgo legimus, Mæotis) hyems. quibus verbis significat, se iam annum in Ponto fuisse, istámque tamen exactam hyemem multò longiorem sibi visam, quàm præteritas ac veteres, quibus Romæ vixit scilicet. Mox elegia 6. lib. 4.

> Vt patria careo, bis frugibus area trita est,
> Dissiluit nudo pressa bis vua pede.

Et eodem lib. eleg. 7.

> Bis me sol adiit gelidam post, frigore, brumam,
> Bisque suum tacto pisce peregit iter.

Hinc eleg. 11. lib. 5. addit,

> Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister,
> Facta est Euxini dura ter vnda maris.

Atque hæc in libris Tristium. In iis autem quos de Ponto appellauit, lib. 1. eleg. 2.

> Hic me pugnantem, inquit, cum frigore, cúmq; sagittis,
> Cúmque meo fato, quarta fatigat hyems.

Et eodem lib. eleg. 8.

> Vt careo vobis Scythicas detrusus in oras,
> Quattuor autumnos Pleias orta facit.

Et hoc anno Tiberij triumphus de Dalmatis & Illyriis actus, cuius ipse in principio secundi libri, eleg. 1. & 2. item libro tertio, eleg. quarta meminit. Et Suetonius in Tiberio, qui illum proximo anno ante obitum Augusti actum indicat. Post hæc libro quarto, eleg. sexta, In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est, Iam tempus lustri transit in alterius, ait. Quo anno & Augustum obijsse, & Maximum item, quem ipse inter potiss. amicos celebrat, eadem elegia iudicat. vt,

> Certus eras pro me Fabiæ laus Maxime gentis,
> Numen ad Augustum supplice voce loqui.
> Occidit ante preces; Et,
> Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ.
> Spem nostram, terras deseruitque simul, &c.

Hinc eleg. 10. eiusdem libri, addit,

> Hæc mihi in Euxini bis tertia ducitur æstas,
> Littore, pellitos inter agenda Getas.

Et elegia 13.

> Ille quidem dixit: sed me iam Cæsar inuali
> Sexta relegatum bruma sub axe videt.

Neque temporum vlteriorum meminit, nisi quatenus de consulatu Pomp. Flacci mentionem facit, qui octauo exilij illius anno futurus erat: cui ipse sub principium septimi, dum fratris Græcini consulatum celebrat, quasi diuinans animo se ad id tempus superstitem non futurum, anticipando gratulatus. Quare cùm hæc postrema illius hyems fuerit, cuius numerum recenseat, sexta quidem quam in Ponto egit, septima autem omnino qua relegatus fuit (nam primam in itinere transegit) deinde cùm neque eorum ab illo mentio vlla fiat, quæ à Germanico pridem posterioribus hisce annis contra Chattos & Cheruscos gesta sunt, quæ minimè taciturus fuisset, si fama eorum aliqua ad ipsum adhuc viuum peruenisset, præsertim cùm de triumpho ab eo agendo aliquoties velut vaticinando meminerit, eidemque & libros Fastorum, dum in exilio agit, inscripserit: consentaneum est, illum proximo post sextam hanc hyemem anno, hoc est, iuxta septimũ, aut omnino circa principium octaui, vt hac quoque parte Eusebij traditionem iuuemus, decessisse. Sed hæc hactenus.

> *Nec vos hoc vultis, sed non prohibere potestis,*
> *Musáque ad inuitos officiosa venit.*
> *Quidquid id est, adiunge meis: nil impedit ortos*
> *Exule seruatis legibus vrbe frui.*
> *Quod metuas non est: Antonî scripta leguntur:*
> *Doctus & in promptu carmina Brutus habet.*
> *Nec me nominibus furiosus confero tantis.*
> *Sæua deos contra non tamen arma tuli.*
> *Denique Cæsareo, quod non desiderat ipse,*
> *Non caret è nostris vllus honore liber.*
> *Si dubitas de me, laudes admitte deorum,*
> *Et carmen dempto nomine sume meum.*
> *Adiuuat in bello pacata ramus oliua,*
> *Proderit autorem pacis habere nihil?*
> *Cùm foret Æneæ ceruix subiecta parenti,*
> *Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.*
> *Fert liber Æneaden, & non iter omne patebit?*
> *At patriæ pater hic, ipsius ille fuit.*

Nec vos hoc vultis] nec vos vultis vestra nomina in hoc opere poni, propter Augusti metum. *Ad inuitos*] ad vos amicos, qui velletis vestra nomina supprimi, ego tamen contra voluntatem vestram vos nomino. *Officiosa*] officij erga vos plena. *Quicquid id est*] qualecunque est hoc quod scribo in hoc opere. *Adiunge meis*] cum cæteris omnibus scriptis meis, vel cum cæteris libris de Tristibus, à quibus hi nihil, nisi in his quæ diximus, differunt, compara. *Nihil impedit ortos Exule*] nihil refert, si ab exule poeta sunt compositi. Ex quo respondet tacitæ quæstioni. *Seruatis legibus*] legibus minimè abrogatis, non scribendo lasciua: id quod ne facerem, legibus cautum fuit. Est autem lex, ratio summa insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibétque contraria. Autor Cicer. in libro de Leg. primo. Illud obiter sciendum, Minoa Cretensibus leges dedisse, Numam Pompilium Romanis, Lycurgum Lacedæmonijs, Pythagoram Italis, Solonem Atheniensibus, Charondam Italiæ & Siciliæ, Mosen Iudæis. De aliis etiam legumlatoribus legito Aristot. in libro Politicorum secundo, & Ciceronem in primo de Leg. in quo opere etiam loquitur de facilitate iuris ciuilis, contra nonnullos qui eam disciplinam tam difficilem faciunt. sed huius rei causam alio loco dicemus. Iurisperitorum aliquot excellentium nomina legito apud Lampridium in Alexandri Seueri vita. *Vrbe frui*) Ordo est: Nihil impedit libros, subaudi de Ponto, ortos exule frui vrbe seruatis legibus. *Quod metuas non est*) nihil est quod Augustum timeas, si susceperis hos libros de Ponto. *Antonî scripta leguntur*) Probat exemplis non debere Brutum timere Augustum, si hoc opus de Ponto acceperit, licèt sit poetæ inimicus: eo quòd hostium etiam scripta ille non prohibet in vrbe legi, vt fuerunt scripta M. Bruti, & M. Antonij, qui epistolas composuit contra Augustum, cui proauum libertinum fuisse scripsit restionem ex pago Thurino: auum verò argentarium: & per contumeliam sæpe Thurinum appellabat Augustum: ipse verò nihil amplius quam mirari se rescripsit pro opprobrio prius sibi nomen obijci. Autor Tranquillus. *Doctus & in promptu*) Brutus enim qui Iulium Cæsarem occidit, vir fuit excellens omni genere laudis, vt docet Cicero in primo Academicarum quæstionum, & philosophiam Latinis literis prosecutus fuit: vt non immeritò hic Ouidius doctum appellauerit. *Habet in promptu*) habet in facili & in aperto. *Nominibus tantis*) nominibus tantorum virorum. *Furiosus*) mente captus, mihi non constans. Legitur etiam Furiosis, hoc est nominibus plenis furoris & iræ. *Nec confero*) nec comparo. *Contra deos*) contra Augustum. *Non tamen arma tuli*) non tamen bella gessi, vt M. Antonius, & Brutus: quorum bella nota sunt Plutarchi, Appiani, & Tranquilli monumentis. *Cæsareo honore*) laude Cæsaris. *Quod non desiderat ipse*) quod scilicet vt laudetur à me, nõ cupit Augustus. *Si dubitas de me*) si dubitas mea causa hos meos libellos excipere. *Laudes admitte deorũ*) excipe illos Augusti causa, cuius laudes in illis cõtinẽtur. *Dempto nomine*) sine meo titulo. *Adiuuat in bello*) auxiliatur [illegible] oratori & præstat, vt eat ad hostes impunè. Si, inquit, oratori in bello solet prodesse oliuæ ramus, multo magis idẽ debet iuuare pacis autorẽ. quib9 verbis designat suo operi de Põto contineri multis in locis laudes Augusti: quẽ cõparat pacis autori, debere Brutũ fauere, & illud eius gratia accipere. *Pacata ramus oliua*) ramus oliuæ pacem significatiuis. Quam consuetudinẽ quòd in pacis petitione ramus oliuę offeratur, docet Liu. lib. 9. tertię Deca-

A dis, cùm inquit: Decem legati obsiti squalore & sordibus in comitio sedentibus consulibus, velamenta supplicum, ramos oleæ, vt Græcis mos est, porrigentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt. & Maro in versu: Paciferæque manus ramum prætendit oliuæ & alibi: Et vittis comptos voluit prætendere ramos. Cuius rei causam Seruius scribit partim fabulæ, partim naturæ efficere rationem. Nam quum de nomine Athenarum Neptunus & Minerua contenderent, & iussisset Iupiter vt illius nomine diceretur ciuitas, qui munus melius obtulisset: equum Neptunus, oliuam Minerua protulit, & statim vicit. Vnde quando ramus eius alicui offertur, indicat eum esse meliorem. hinc est illud prouerbiũ, Herbam do, id est, cedo victoriam quod Varro ponit, quum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non conatur, & fatetur B esse meliorem. *Autorē pacis*) regem ipsum aliquem coràm, non per oratorem, sed per se pacem offerentem. *Habere*) ramum oliuæ tenere. *Nihil proderit*) nihil conferet? quasi dicat, multo magis conducet. *Cùm foret Æneæ*) quum humeris patrē abstulisset Æneas ex incendio Troiano. Vergil. Ergo age chare pater, ceruici imponere nostræ Ipse subibo humeris. *Dicitur ipsa Vesta*) &c ipse ignis ardentis Troiæ dicitur Æneæ patrem auferenti cessisse. Quibus verbis etiam à simili ostendit, Augusti causa Brutum debere suscipere opus de Ponto, quandoquidem in eius magna parte continentur Cæsaris laudes. *Fert liber Æneaden*) in meo hoc libro Augusti nomen continetur. *Æneaden*) Augustum, ab Ænea oriundũ, propter patrem Iul. Cæs. [qui genus suum ad Iulium Ascanium Æneæ filium referebat.] *Est pater patriæ hic*) Augustus est pater patriæ. Quomodo autem appellatus fuerit pater patriæ, abundè diximus in commentariis G in Ouid. de Tristib. *Ipsum ille fuit*) ille Æneas fuit solum pater Anchisæ. Quasi dicat: si flamma cessit Æneæ patrem ferenti, multo magis debet iter patēre libellis meis Augustũ maioris dignitatis virum ferentibus.

Adiuuat in bello pacata ramus oliua, &c) Enthymema Mic y l. est, argumentum à minori: Ramus oleæ, quod signum pacis est, adiuuat in bello prætendentem: multo igitur magis debet iuuare, non signum, sed ipse autor pacis, eum qui prætendit ipsum, siue affert: id quod faciunt libri mei. Ordo autem verborum est, Ramus oliuæ adiuuat in bello, habentem & prætendentem scilicet: & nihil proderit alicui habere & prætendere, non ramum, sed ipsum autorem pacis? Non, vt Merula, nihil proderit ipsi autori, &c.

Et quis ita est audax, vt limine cogat abire
Iactantem Pharia tinnula sistra manu?
Ante deûm matrem cornu tibicen adunco
Cùm canit, exiguæ quis stipis æra neget?
Scimus ab imperio fieri nil tale Dianæ:
Vnde tamen viuat, vaticinator habet.
Ipsa mouent animos superorum numina nostros,
Turpe nec est tali credulitate capi.
En ego pro sistro, Phrygiique foramine buxi,
Gentis Iuleæ nomina sacra fero.*
Vaticinor, moneóque, locum date sacra ferenti:
Non mihi, sed magno poscitur ille deo.
Nec quia vel merui, vel sensi principis iram,
A nobis ipsum nolle putare coli.
Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.
Alter ob hanc similem priuatus lumine culpam,
Clamabat media se meruisse via.

Mar. *Vt limine cogat abire*) vt Isidis sacerdotes sistra Ægyptia ferentes pellat è limine. Dabatur enim illis anser à Romanis mulieribus, vt docet Iuuenalis sat. 6. & Apuleius in Met. quem morem do- C nandi sacerdotibus Isidis ita declarat: Tum ecce confluunt vndique turbæ, sacrorum ritu vetusto, variis quisque me muneribus onerantes. Et alibi: Tunc cũcti, inquit, populi, tã religiosi, quàm profani, vannos onustas aromatis, & huiuscemodi suppliciis certatim congerũt, donec muneribus largis, & deuotionibus faustis completa nauis, absoluta strophiis an- D choralibus, peculiari serenóque flatu pelago redderetur. *Iactantem*) Isidis sacerdotem concutientem. *Tinnula sistra*) sistra tinnitum & sonitum facientia. Quid autem fuerit sistrum, diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi. *Pharia manu*) manu Ægyptia. *Ante deûm matrem*) quum matri deûm esurit tibicen inter sacrificandum. *Tibicen*) tibiam canens. Tibicen autem penultimam producit, quòd synæresis facta est duorum ii breuium in longam, quum in reliquis corripiatur, vt cornicen, tubicen, & fidicen autor Priscianus. *Adunco cornu*) Tibiam obliquam intellige, dextra parte vnum, sinistra duo foramina habentem, quam Mida in Phrygia inuenit, vt Plinius docet. Ea autem in sacris matris E deûm adhibebatur. Catullus: Tibicen vbi canit Phryx curuo graue calamo. Et Ouidius in 4. Fast. Protinus inflexo Berecynthia tympana cornu Flauit. *Exiguæ stipis*) parui nummi. *Ab imperio Dianæ*) à Dianæ Aricinæ sacerdote, qui rex dicebatur. Vnde est, Immitis Aricia regni. Et Ouidius in Fastis: Regna tenent fortes. Et Tranquillus in Caligula ita inquit: Nemorensi regi, quòd multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorem aduersarium subornauit. Quare hic etiam Ouidius non immeritò imperium Dianæ, pro rege & sacerdote Dianæ. de quo plura diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi. *Fieri nil tale*) nihil peti à populo, vt à sacerdotibus Isidis, & matris deûm. vel à Diana non afflari diuinatorem Aricinum, vt à Cybele & Iside: nec tibia ac sistro mendicabula eum exercere. vt sit sensus: Quamuis Diana non afflet diuinatorem F nemoris Aricini, nec ille faciat, vt sacerdotes Cybeles & Isidis: tamen Dianæ causa fingendo se diuinatorem deæ Aricinæ, lucrum reportat. Diuinatores enim quidam Iudæi, seu diuinatrices, incolentes nemus prope Romam, se à deis moneri mentientes, stipem futura prædicendo mendicabant. de quibus Iuuenalis ita inquit: Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem, Interpres legum Solymarum. & magna Sacerdos Arboris, ac summi fida inter- H nuncia cœli. Implet & illa manum. Vbi per sacerdotem arboris intelligit vaticinatricem, quæ nemus incolebat. quamuis locum illum alij aliter interpretentur. Nam dixerat superius: Omnis enim populo mercedem pendere iussa est Arbor, & eiectis mendicat sylua camœnis. Iudæi enim illuc à Domitiano missi mendicabant. Fuit enim Aricinus lucus (vt Pro- I bus inquit) in quo Iudæi mendicabant, ab Aricia dictus, qui non longè ab vrbe distabat. Horatius: Egressum magna me cepit Aricia Roma Hospitio modico. *Vnde tamen viuat vaticinator habet*) tamen sacerdos Dianæ, causa deæ prædicendo futura, donatur victu & donis. Quibus verbis colligit, vt sacerdotes coluntur, deorum causa, sic libros continentes Augusti laudes, minimè esse ex vrbe pellendos, sed potius excipiendos summa veneratione. *Ipsa mouent animos*) Ostendit poetas quoque cum dijs commercia ha- K bere, eósque habendos esse in maxima obseruantia, cùm sint sacerdotes Apollinis. Ouidius: Est deus in nobis, sunt & commercia cœli, Sedibus ætheriis spiritus ille venit. Vel quod magis placet, hoc dicit: Mouemur deorum causa ad venerandum sacerdotes prædictos, nec debemus putare, esse turpe, credulitate nostra sacerdotes venerari deorum causa. *Mouent nostros animos*) ingrediuntur & admonent mentes vatum. vel, nos mouent ad huiuscemodi religionem erga sacerdotes suos. *Capi tali credulitate*) credere deos mouere nostras mentes, & ideo poetas ac eorum opera esse debere in obseruantia. vel alia de diis credendo facere, quæ dicta sunt. *Pro sistro, Phrygiique foramine buxi*) pro sacerdotibus Isidis & Cybeles. quos per sistrum & tibiam è buxo designat. Sacrificæ enim Thuscorum tibiæ è buxo fiebant: ludicræ verò è loto, ossibúsque asi- L nis, & argento, vt Plinius scribit. *Gentis Iuleæ*) Augusti ea gente Iulia oriundi, à Iulo Æneæ filio. *Nomina sacra fero*) cõplector in meis libellis sacrum Augusti nomen. *Vaticinor*) sum vates Apollinis & sacerdos. *Moneóque*) & doceo vos ita esse. vel moneo vos, me varia sacra nomina gentis Iuleæ ferre in hoc meo de Ponto opere. *Locum date*) sinite me per vrbem incedere. *Ferenti sacra*) mihi portanti nomina gentis Iuleæ. *Magno deo*) Augusto Cæsari. *Ille*) scilicet locus. *Nec quia vel merui, vel sensi principis iram*) &c Quamuis, inquit, in me Augustus sit iratus, non recusat tamen à nobis coli nostro carmine. *Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem Isidis*) Exemplis probat deos placari, quum videat nocentes pœnitere. Quibus verbis

A innuit, Augustum quoque fortasse ita facturum. *Linigera Isidis*) Isidis cuius sacerdotes lino tecti sacra deæ celebrabant. quorum habitum & pompam legito apud Apuleium in Metamorph. Vestes autem sacerdotum Ægypti gratissimæ fiebant (autore Plinio) ex lino xylino, quod nunc Bambasium appellamus. Lucanus in decimo: Summaque in lede sacerdotum Linig ... placidis compellat Achorea dictis. *Sedere ante focos Isiacos*) sedere ante altaria Isidis ei sacrificaturi, posteaquam post pœnitentiam dea placata illi veniam dedit. *Alter*) scilicet Isiacus sacerdos. *Ob hanc similem culpam*) ob tale crimen, quale fuit Isidis sacerdotia, quod diximus. *Priuatus lumine*) priuatus oculis tanquam periurus. Quoties enim per Isidem iurantes fidem non seruabant, putabantur à dea oculorum visu priuari. Iuuenalis: Decernat quodcunque volet de corpore nostro Isis, & irato feriat mea lumina sistro.

Sermones ab imperio fieri nil tale Diana, &c.) Simpliciter expone. Vaticinator, Dianæ nomine exigit stipem siue pecuniam à consulentibus, siue iis quibus vaticinia reddit. Et tamē scimus ipsam Dianam nihil tale imperare, hoc est, haudquaquam iubere vt ille pecuniam ab hominibus auferat. Cæterùm verum Iudæi per vaticinatorem intelligendi sint, quos Merula ipse ait, à Vespasiano tandem eiectos vaticinari cœpisse cùm hæc sub Augusto scripta sint, alij iudicent. Dianæ certè nomine, aut cuiusquam gentilis dei, nemo Iudæorum, nisi qui à sua professione desciuisset, quicquam vaticinaturus videtur fuisse. Sed Aricinum nemus etiam absque Iudæis, & iam olim vaticiniis celebre fuit, quemadmodum & Albunea, & sortes Prænestinæ, & id genus alia.

Talia cœlestes fieri praconia gaudent,
Vt sua quid valeant numina, teste probent.
Sæpe leuant pœnas, ereptáque lumina reddunt,
Cùm bene peccati pœnituisse vident.
Pœnitet ô, si quid miserorum creditur vlli:
Pœnitet, & facto torqueor ipse meo.
Cúmque sit exilium, magis est mihi culpa dolori:
Estq; pati pœnam, quam meruisse, minus.
Vt mihi di faueant, quibus est manifestior ipse,
Pœna potest demi, culpa perennis erit.
Mors faciet certè, ne sim, cum venerit, exul.
Ne non peccarim, mors quoque non faciet.
Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta,
De niue manantis more liquescit aqua.
Estur vt occulta vitiata putredine nauis,
Æquoreos scopulos vt cauat vnda salis.
Roditur, vt scabra positum rubigine ferrum,
Conditus vt tineæ carpitur ore liber.
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus
Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mentem stimuli, quàm vita relinquent:
Quíque dolet, citius quàm dolor ipse cadet.
Hoc mihi si superi, quorum sumus omnia, credant,
Forsitan exigua dignus habebor ope.
Inq; locum Scythico vacuum mutabor ab arcu:
Plus isto duri, si precer, oris ero.

B *Talia præconia*) talem vocem fatentium eorum crimina, & ... merentis. *Quid valeant sua numina*) quid possint deorum vires. *Teste*) aliquo nocente, in quem animaduerterint. *Sæpe leuant pœnas*) sæpe dij pœnas tollunt. *Lumina erepta*) oculorū ... ademptam. *Pœnitet*) doleo peccasse, & offendisse Augustū. *Cumque sit exilium*) subaudi, dolori. *Estque pati pœnā*) C Rationem assignat, cur magis doleat crimine, quàm exilio. Illa autem particula quòd, pro quia accipitur. Est autē sensus: Quia magis me angit peccatum meum, quam pœna & exilium. *Quàm meruisse*) quàm peccatum commisisse, quo videar dignus tali pœna. *Vt mihi dij faueant*) quamuis dij sint mihi fautores, & mihi reditum in patriam concedant. *Quibus est manifestior ipse*) D in quibus diis ipse Augustus magis apparet, quia à nobis videtur. Viuens enim diuinos meruit honores. *Pœna*) exilium. *Culpa perennis erit*) crimē quo Augustum læsi, nunquam poterit à me amoueri, licèt possit deus pœnā tollere. *Mors faciet certè*) mors etiam pœnam tollet. *Cum venerit*) quū me ipsa mors rapuerit. *Mors quoque non faciet*) Duabus rationibus probauit se magis angi admisso crimine, quàm pœna: quia & dij & mors possunt pœnam tollere, crimen verò admissum nequaquam. *Non igitur mirum est*) Ob prædictam causam ostendit, mentem immodicis curis tabescere. E *Tabida*) ægra & tristis. *Estur vt*) quemadmodum consumitur. Per similitudines enim varias mentem ostendit paulatim tabescere. Illud sciendum, autore Diomede grammatico, edo verbum corruptum esse, quoniam edo es est declinatur. Virg. Est mollis flāma medullas. Huius infinitiuū, estans, & perfectum similiter declinātur, quasi esse: & composita similiter, comedo, ambedo. In passiuo autem declinatur edor, ederis, estur. participium esus. Item ambedor & comedor, quæ declinatio & ipsa non minus secundum analogiam declinatur. de cuius perfecto ambigitur apud veteres, comesus, an comestus, & comesturus. Sed Didymus ait de Salustio comesta patrimonia. Valgius autem, comesa patina. Similiter & Varro. & ita meliora adesa & ambesa. Virgil. Ambesas malis absumere mensas. *Occulta putredine*) Aut tecta & occulta corruptione: quædam enim ligna aqua marina F corrumpuntur, vt robur, esculus. Aut per occultam putredinem, teredinis corruptionem intelligit. Infestantium enim ligna, quatuor sunt genera. Teredines capite ad portionem grandissimo rodunt dentibus. Sunt enim vermes à terendo dicti, siue à Græco. Nam & Græci τερηδόνας dicunt. Hæ tantùm mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem propriè dici. Terestres tineas vocant: culicibus verò similes, trispas. Trips enim, ἀπὸ τοῦ τρίβειν, quod significat terere, appellata est. Quartum est è vermiculorum genere: quorum quidem alij putrescente succo ipsa materia, alij pariuntur, sicut in arboribus ex eo qui Cerastes vocatur: quum tantum erroserit, quo circumagat se, generat alium, autore Plinio. Laricem autem in maritimis nauibus obnoxiam teredini tradunt. *Æquoreos scopulos*) saxa scopulorum maris. Sic alibi idem dicit, A molli saxa cauantur aqua. *Vnda salis*) vnda maris. *Roditur vt scabra*) Alia etiam similitudo, qua dicit mentem consumi, vt ferrum rubigine. Ferrum autem à rubigine vendicatur (vt Plinius docet) cerussa & gypso, & liquida pice. Estque rubigo in remediis: & sic Telephum proditur sanasse Achilles, siue id ærea, siue ferrea cuspide fecit. Rubigo ferri deraditur humido ferro clauis veteribus. Vis eius ligare, siccare, restringere. Medicinas plures ex ferri rubigine docet Plinius libro trigesimoquarto. *Liber conditus*) liber seruatus in arca aliqua. *Carpitur*) consumitur. *Perpetuos morsus*) assiduos stimulos. *Quam vita*) subaudi, relinquet. *Quique dolet*) Seipsum per tertiam personam designat. Ille, inquit, qui dolet, citius occidet, quàm dolor ab eo discedat. *Si superi, quorum sumus*) si dij, in quorum sum potestate. Augustum autem latenter intelligit. *In locum vacuum*) in locum destitutum, & carentem arcu Scythico: hoc est, in locum magis quietum, & remotum ab hac Scytharum asperitate. *Et mutabor*) & transferar. *Ab arcu Scythico*) ab ea parte Scythiæ, quæ est similis arcui Scythico, & Ponto alluitur. Euxinus enim (autore Plinio) longè refugientes occupat terras, magnóque littorum flexu retrò curuatus, in cornua ab his vtrinque porrigitur, vt sit planè arcus Scythici forma. [Vel potius ab armis Getarum, qui peculiariter arcu vtuntur, & subinde proxima loca Tomo infestabant, vt idem queritur elegia sequenti.] *Plus isto*] rem maiorem hac, quam dixi, vt transferar: hoc est, si precatus fuero reditum, non vt locus exilij mutetur. *Duri oris*] inuerecundi oris, & non mollis ad precandum honesta. vel difficilis & morosi, petendo inhonesta. Ouid. lib. 4. Metam. Dum bibit illa datum, duri puer oris, & audax, Constitit ante deam.

A

IN SECVNDAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

Maxime, qui tanti mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus.
Qui nasci vt posses, quamuis cecidere trecenti,
Non omnes Fabios abstulit vna dies.
Forsitan hæc à quo mittatur epistola quæris:
Quisque loquar tecum, certior esse velis.
Hei mihi, quid faciam? vereor ne nomine lecto,
Durus & auerso cætera mente legas.
Viderit hæc si quis, tibi me scripsisse fateri*
Audebo, & proprijs ingemuisse malis?
Viderit: audebo tibi me scripsisse fateri,
Atque modum culpæ notificare meæ.
Qui dignum pœna quum me grauiore fuisse
Confiteor, possum vix grauiora pati.
Hostibus in medijs, intérque pericula versor,
Tanquam cum patria pax sit adempta mihi.
Qui mortis sæuo geminent vt vulnere causas,
Omnia vipereo spicula felle linunt.
His eques instructus perterrita mœnia lustrat,
More lupi clausas circumeuntis oues.
At semel intentus neruo leuis arcus equino,
Vincula semper habens irresoluta manet.
Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis,
Portaque vix firma summouet arma sera.
Adde loci faciem nec fronde nec arbore tecti,
Et quòd iners hyemi continuatur hyems.
Hic me pugnantem cum frigore, cúmque sagittis,
Cúmque meo fato quarta fatigat hyems.
Fine carent lacrymæ, nisi cum stupor obstitit illis:
Et similis morti corpora torpor habet.
Fœlicem Nioben, quamuis tot funera vidit,
Quæ posuit sensum saxea facta malis.
Vos quoque fœlices, quarum clamantia fratrem
Cortice velauit populus ora nouo.
Ille ego sum lignum qui non admittor in vllum:
Ille ego sum, frustrà qui lapis esse velim.
Ipsa Medusa oculis veniat licet obuia nostris,
Admittet vires protinus ipsa suas.*
Viuimus, vt nunquam sensu careamus amaro:
Et grauior longa fit mea pœna mora.
Sic inconsumptum Tityi, sempérque renascens
Non perit, vt possit sæpe perire, iecur.
At puto cum requies, medicináque publica curæ,
Somnus adest, solitis nox venit orba malis.

MAR. **M***Axime, qui tanti*] Duos olim populus Romanus (vt docet Plutar.) Maximos cognominauit, Valerium scilicet, quòd patres à plebe dissidentes conciliauit: & Fabium Rullum, quòd diuites quosdam viros è libertis genitos, è senatu B amouit. à quo hic Fabius, ad quem Ouidius scribit, originem & appellationem ducit. In hac autem epistola primò captat beneuolentiam à Fabij persona, eum laudando. Deinde illum attentum reddit, cùm docet ea de quibus dicturus sit: hoc est, velle propria mala ingemiscere & exponere, quæ multa esse narrat, hostiũ scilicet periculũ, faciem loci, dolorem ex his re- C bus maximum, adeò vt cupiat mutari in aliquam aliam formam. Huc accedit tum timor, tum inanc gaudiũ nocte conceptum. Cogitat postremò, se clementiæ Cæsaris confidere, vt exilij locum mutare liceat. Petitque à Maximo, vt id soliciti, nec aliud tentet. *Qui tanti mensuram nominis imples*] qui nominis magnitudinem æquas, at superas animi nobilitate. D Per mensurã autem tanti nominis, Maximi appellationem, seu dimensionem intelligit. *Et geminas*] & duplicas. *Animi nobilitate*] virtute animi. Nobilitas enim (vt docet Iuuenalis) sola est atque vnica virtus. *Genus*] Maximorum familiam. *Quamuis cecidere trecenti*] Bello Hetrusco, quod gestũ est in Veientes, cùm in acie cecidisset Q. Fabius, qui fuerat ter- E tio anno antè consul, sub M. Fabio fratre, tũc consule iisdem, & occubuisset Manlius consul, indignati in Veientes Fabij, quum proximo anno, Cn. Fabio & T. Virginio Coss. varia bella instarent, senatum adierunt. Consul pro gente loquutus hæc verba: Assiduo magis, quàm magno præsidio, vt scitis P.C. bellum Veiens eget. Vos alia bella curate, Fabios hostes Veientibus date. Auctores sumus, tutam ibi maiestatem Romani nominis fore. Nostrum id nobis, velut familiare bellum, priuato sumptu gerere in animo est. Respub. sit & milite & pecunia vacet. Gratiæ ingentes actæ, & Veiens bellum in priuatam curam, in priuata arma versum. Profecti itaque sunt ad bellum trecenti & sex milites, F omnes patritij, omnes vnius gentis. Sequebatur turba propria alia cognatorum sodaliúmque, vt docet Liuius lib. 2. ab vrbe condita. Dionysius refert, M. Fabium superioris anni consulem, ducem eorum fuisse, & quatuor fermè hominum millia adduxisse, quorum maior pars ex clientibus & amicis erat, trecenti & sex de genere Fabiorum. Sequutáque est non multo pòst eos Romanorum manus, quam ductabat Cæso Fabius. Pompeius scribit, Fabium cum G clientibus quinque millibus egressum. Sed quum ad Cremeram fluuium venissent, qui haud procul Veijs distabat, super rupa quadam prærupta castellum sibi muniuerunt idoneum ad custodiam tanti exercitus. Sed longa obsidione pugnantes sæpe secundo marte, insidijs tandem circumuenti sunt, & omnes ad vnum cæsi. Historiam etiam elegantissimè refert Oui- H dius in 2. lib. Fast. *Non abstulit omnes Fabios*] non prorsus omnes Fabios deleuit. Vnus enim ex ea gente ob impuberem ætatem domi relictus, propagauit genus ad Q. Fabium, qui mora Hannibalem fregit. Quod factũ à dijs fuisse dicit Ouidius, vt Fabius, ad quẽ scribit, nasceretur. Fabij autem dicti sunt, autore Plutarcho, ab agrorum fossione. nam olim Fodij I appellabãtur: deinde mutatis binis literis, Fabij cognominati sunt. Plin. tamen in lib. 18. à faba eos appellatos scribit, quã optimè sererent. Fabium autem, à quo Fabiorum familia Romæ originem habuit, ferunt vna nympharum genitũ esse. Quidam verò Herculem apud fluuium Tiberinũ cũ mulier indigena congressum habuisse asserũt, & Fabium virum opti- K mum genuisse. Silius ex Euandri filia genitum ita cecinit: Quum regia virgo Hospite victa sacro Fabiũ de crimine læta Procreat, & magni commiscet seminis ortus, Arcas in Herculeos mater ventura nepotes. Vnde non immeritò gens Fabia habuit hæreditaria Herculis sacra. Iuuenal. Natus in Herculeo Fabius lare. *Quisque loquar tecum*] qualis sim in scribendo, lasciuúsne, vt antea, an tristis & grauis: aut certè Ouidiúsne, an alius. Per epistolas enim cum absentibus loquimur. Mutua autem L amicorum per epistolas colloquia primus excogitasse Iulius Cæsar dicitur, quum ob negociorum multitudinem, & vrbis magnitudinem, viuos vigentium causarum affatus, haud tempus expectarẽt. Autor Plutarchus. *Durus*] difficilis. *Et cætera*] etiam reliqua, vt durus legisti nomen meum. *Auersa mente*] animo irato. *Viderit hæc si quis*] Si quis, inquit, hæc quæ scribo, videre & legere voluerit tecum. aut, si quis prouiderit & curauerit hæc apud Augustum, ne diutius esset in his malis. vt sit videre, pro curare & prouidere. Plautus: Tu domi videbis. *Fateri audebo*] audebo profiteri, me Ouidium hæc scripsisse. *Et proprijs ingemuisse malis*] quasi dicat, Audebo respondere, me hæc scripsisse, vt propria mala ingemiscam. Ea quæ attentum auditorem reddit, exponens ea de quibus dicturus sit. *Viderit*] subaudi, si quis

A viderit. *Modum mea culpa*) modum mei supplicij, quod ex culpa sequitur. vel modum culpæ, hoc est, criminis mei qualitatem. *Hostibus in medijs*) in medijs Getis, qui vrbem infestant. *Interque pericula*) & inter bella. *Tanquam cum patria*) tanquam non solùm patriam mihi ademerit Augustus, sed etiam pacem. *Vt geminam causam mortis*) vt duplici causa & via lethum afferant, ferro scilicet & veneno. Sic Silius: Aut hydro imbutas bis noxia tela sagittas. *Omnia spicula*) omnia sagittarum acumina. *Vipereo felle*) veneno. Quomodo autem sagittas inficerent Scythæ, docuimus in enarrationibus nostris in Ouidium de Tristibus. Quem morem ita etiam docet Silius: Dacus vt armiferit Geticæ telluris in oris Spicula, quę patrio gaudens acuisse veneno, Fundit apud ripas inopina binominis Istri. *More lupi clausas*) Ouilibus enim clausis obambulans lupus B insidiari solet. Virgilius: Non lupus insidias explorat ouilia circum. *Leuis arcus*) arcus mollis. Est enim ex osse, quod lentum est & molle. *Vincula irresoluta*) neruum arcus semper tenti. Vel per vincula intelligit funes paratos ad ligandum captiuos. *Manet*) moratur. *Rigent*) horrent, stupent. *Velut vallata*) veluti circundata. *Tecta nec fronde nec arbore*) nullis frondibus aut arboribus velati. De hac quoque re, & de Scythiæ frigoribus diximus in enarrationibus nostris in Ouidium de Tristibus, quare eadem hoc in loco repetere, tum superuacaneum, tum molestum videtur. *Et quod iners hyems*) & adde, quòd hyems, quæ nimio frigore hominem inertem reddit. *Continuatur hyems*) semper est continua, quia semper est frigus, nec vnquam discernitur ver, autumnus, aut alia pars anni, nisi sola hyems. *Cum meo fato* cum meo infortunio, quod me etiam fatigat. C *Quarta hyems*) quartus annus. *Nisi sum stupor*) nisi cùm mentis torpor, & quasi quædam alienatio à sensu, vel fatigatio, & nimia lassitudo, ac rigor. *Torpor*) pigritia quædam. *Fœlicem Nioben*) Niobe filia fuit Tantali & Taygetæ, vxórque Amphionis: quæ (vt scribit Diodorus in quinto) filios septem, & totidē filias peperit, summo decore præstantes. Vnde tali prole superbiens, se Latonæ numero filiorum prætulit. Itaque iratam Latonam ferunt, Apollini vt Niobes filios, Dianæ, vt filias areē interficerent, mandasse. Quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore abundare filiis Niobeo, & carere. Quare & orbata viro & filiis, apud vrnas eorum in lapidem versa diriguit. Quod fictum putauit Cicero in Tusculanis quæstionibus, propter eius æternum in luctu silentium. De Niobe legito Ouidium in Metamorph. & nos alibi plura diximus. *Quamuis tot funera vidit*) D quamvis viderit tot filios mortuos. *Posuit sensum*) sensum amisit. *Facta saxea*) in saxum mutata. *Malis*) dolore mariti & filiorum. *Vos quoque fœlices*) Heliades, id est Solis filias, sorores Phaethontis dicit, quæ fraterna funera iuxta Eridanum deplorantes, conuersæ dicuntur in alnos, vt voluit Maro. Vt autem hic, & in Metamor. Ouid. scribit, in populos mutatas legimus. *Clamantia fratrem*) mortuum vocantia. *Nouo cortice*) cortice nouæ arboris. *Non admittor*) non mutor. *In vllum lignum*) in vllam arborem. *Ille ego sum frustrà, &c.*) nequicquā etiam cupio in lapidem mutari, vt Niobe. *Ipsa Medusa oculis*) Phorcus ex Ceto coniuge tres habuit filias eximiæ pulchritudinis, Euryalen, Sthenionen, & Medusam. Ouidius & Hygin. Gorgones tantùm duas fuisse scribunt. Eas fingunt poetæ vnicum tantùm oculum habuisse, quo singulæ vtebantur. Sed Medusa in templo Palladis à Neptuno violata, dea irata eius capillos mutauit in angues. Eam dicunt solitam aspicientes in lapides vertere, dicente Lucano lib. 9. Vicina colentes Æthiopum totæ riguerunt marmore gentes. Nullum animal visus patiens, ipsique retrorsum Effusi faciem vitabant Gorgonis angues. Hoc ob stuporem admirandæ pulchritudinis fictum fuisse scribit Seruius. Fabulam refert G Ouidius lib. 4. Metam. & Lucanus lib. 9. Multa etiam refert Hyginus. *Amittet suos vires*) quia non mutabit me in saxa. *Viuimus, vt nunquam*) Viuo, inquit, vt semper sim in dolore & luctu. *Sensu amaro*) sensu amaritudinis & doloris. *Longa mora*) propter longam tardationem: quia arbitror me semper futurum in his malis. *Sic inconsumptum Tityi*) Tityi exemplo docet suum dolorem semper renasci. Fuit autem Tityus Iouis filius ex Elara filia Orchomeni, quam Iupiter Iunonis iram extimescens, in specu sub terra abscondit. ob quam rem dictus est Tityus à Marone alumnus terræ. Hic (vt Seruius scribit) amauit Latonam. propter quod Apollinis telis confixus, & hac pœna damnatus apud inferos afficitur, eius iecur vultur exedit. Homerus tamen scribis, vicissim duos vultures sibi in eius pœnam succedere. Per vulturem autē rodentem iecur immortale (autore Macro- H bio) nihil aliud volunt intelligi, quàm tormenta conscientię obnoxiæ flagitio, viscera interiora rimantis, & ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione lanianitis, sempérque curas, si requiescere fortè tentauerint, excitantis, tanquam fibris renascentibus inhærendo, nec sibi vlla miseratione parcentis, lege hac, qua se iudice nemo nocens absoluitur, nec de se suam potest vitare sententiam. Tityi autem magnitudinem corporis nouem iugerum fuisse docet Maro & Tibullus eo versu, Porrectúsque nouem Tityus per iugera terræ, Assiduas atro viscere pascit aues. Declinatur autem Tityus Tityi, & Tityos huius Tityi, vt Delos Deli, autore Seruio. *Sic*) eo modo quo ego viuo, vt magis doleam. *Iecur inconsumptum*) iecur ab auibus non exesum. *Non perit*) non penitus tollitur alio renascente. *Vt possit sæpe perire*) vt possit sæpius renasci & consumi. *At puto*) I Ostendit se non somno quidem curis vacare. *Medicina pub. curæ*) Somnus enim solet esse curarum medicina. Vnde Iris apud Ouid. lib. 11. Metam. ita loquitur: Somne quies rerum, placidissime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Fessa ministeriis mulces, reparásque labori. *Nox venit orba solitis malis*) nox aliqua solitis malis priuata venit. Est autem hoc per ironicam concessionē dictum, quasi dicat, Non sine malis & curis consuetis noctem duco, qua deberem quiescere.

Videris? hæc aliquis, tibi me scripsisse fateri Audebo, &c.) MICY. Interrogatiuè lego prius distichon, vt sit oratio dubitantis, vtrum fateri velit, siue audeat, se ad Maximum de suis rebus ex professo, & nomine non celato scribere, an minus. vt posterius distichon quasi per subiunctionem huic respondeat: videlicet, velle atque audere sese. Dubitare au- K tem se fingit, propter Augustum potissimè. Deinde etiam, vt attentionem paret, magnitudinem suæ miseriæ tantam esse innuendo, vt taceri ac dissimulari nullo modo possit.

Somnia me terrent veros imitantia casus,
Et vigilant sensus in mea damna mei.
Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas,
Aut dare captiuas in fera vincla manus.
Aut vbi decipior melioris imagine somni,
Aspicio patriæ tecta relicta meæ.
Et modò vobiscum, quos sum veneratus, amicis,
Et modò cum chara coniuge multa loquor.
Sic vbi percepta est breuis, & non vera voluptas,
Peior ab admonitu fit status ille boni.
Siue dies igitur caput hoc miserabile cernit,
Siue pruinosi noctis aguntur equi:
Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis,
Ignibus admotis vt noua cera solet.
Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

MER. *Imitantia veros casus*) E cùm sint falsa, videntur tamen vera esse. *Et vigilant sensus*) & mei sensus, inquit, vigilant, somniādo ea quæ mihi damnum afferunt. *Aut ego videor vitare*) aut ego videor effugere. *Sagittas Sarmaticas*) Sarmatarum me insequentium tela. *Aut dare captiuas manus*) aut videor captus hostibus manus ligandas præbere. *Vbi decipior*) quando fallor. *Imagine melioris somni*) meliora somniādo. *Aspicio patriæ*) F videor patriam aspicere. *Et modo vobiscum*) subaudi ab inferiori loquor. *Percepta est*) capta est. *Et non vera*) quia sunt somnia. *Ab admonitu boni*) post recordationē patriæ, amicorum, & coniugis, quæ tanquam bona mihi erepta esse doleo. *Caput hoc miserabile*) Seipsum designat. *Noctis pruinosi*) noctis humidæ. Nox enim à poetis pruinosa appellatur. Ouid. lib. 4. Met. Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras. Legitur etiā, Pruinosi equi. h. e. equi pruinā inducentes terris. *Ignibus admotis*) adiectis ignib'. *Vt noua cera*) quemadmodū cera noua: ea enim facilius liquescit. *Mortē quoque deprecor*) mortē quoque precando depello. Deprecari n. est vel dicto, vel facto recusare. *Ne mea Sarmaticū cōtegat, &c.*) Causa cur mortē deprecatur, est, ne pereat in Sarmatia

Cùm subit, Augusti quæ sit clementia, credo
Mollia naufragiis littora posse dari.
Cùm video quàm sint mea fata tenacia, frangor,
Spésque leuis magno victa timore cadit.
Nec tamen vlterius quicquam speróve, precórve,
Quàm male mutato posse carere loco.
Aut hoc, aut nihil est, pro me tentare modestè,
Gratia quod saluo vestra pudore queat.

A *Mollia littora*) animum quietum & reconciliatum: hoc est, reditum in patriam de exilio. *Naufragiis*] meis periculis: hoc est, mihi exuli. *Mea fata tenacia*) mea infortunia immutabilia & perseuerantia. *Frangor*) debilitor, & spem pono. *Spésque leuis*] & parua ac instabilis spes reditus. *Magno timore*) valdè timendo ne reducar. *Cadit*] deponitur, abiicitur. *Loco malè mutato*) loco exilij vbi sum, mutato enim alio loco malo, sed tamen minus turbulento. *Aut hoc*)
B aut potes tentare, vt exilij locus mutetur. *Aut nihil est*] aut præter loci mutationem nihil est quod petas. Est autem ordo: Aut nihil est quod vestra gratia queat modestè tentare pro me, saluo pudore. Quibus verbis amico consulit, ne aliud petat, quàm loci mutationem, si cupit pudoris rationem habere. *Quasi* G *dicat*: Si reditum peteres, id parũ verecundè fieret. *Gratia vestra*] tuus & amicorũ erga me amor. *Saluo pudore*] habita pudoris ratione. *Sensus est*) Aut potes mutatione loci modestè petere, aut nihil restat quod petas ab Augusto honestè. Quasi dicat, De reditu nullum verbum facies, ni forte velis haberi inuerecundus.

IN TERTIAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

SVscipe Romana facundia Maxime lingua
Difficilis causæ mite patrocinium.
Est mala (confiteor) sed te bona fiet agente:
Lenia pro misera fac modo verba fuga.
Nescit enim Cæsar, quamuis Deus omnia norit,
Vltimus hic qua sit conditione locus.
Magna tenent illud numen molimina rerum:
Hac est cœlesti pectore cura minor.
Non vacat, in qua sint positi regione Tomitæ,
Quærere, finitimo vix loca nota Getæ:
Aut quid Sauromatæ faciant, quid Iazyges acres,
Cultáque Oresteæ Taurica terra deæ:
Quæque aliæ gentes, vbi frigore constitit Ister,
Dura meant celeri terga per amnis equo.
Maxima pars hominum nec te pulcherrima curat
Roma, nec Ausonij militis arma timet.
Dant illis animos arcus, plenæque pharetræ,
Quámque licet longis cursibus aptus equus.
Quódque sitim didicere diu tolerare famémque,
Quodque sequens nullas hostis habebit aquas.
Ira viri mitis non me misisset in istam,
Si satis hæc illi nota fuisset humus.
Nec me, nec quenquam Romanum gaudet ab hoste,
Méque minus, vitam cui dedit ipse, capi.
Noluit, vt poterat, minimo me perdere nutu:
Nil opus est vllis in mea fata Getis.
Sed neque cur morerer, quicquam mihi cõperit actũ,
Et minus infestus, quàm fuit, esse potest.
Tunc quoque nil fecit, nisi quod facere ipse coegi.
Penè etiam merito parcior ira meo est.
Dij faciant igitur, quorum mitissimus ille est,
Alma nihil maius Cæsare terra ferat.
Vtque diu sub eo, sic sit sub Cæsare terra,
Pérque manus huius tradita gentis eat.
At tu tam placido, quàm nos quoque sensimus illum,
Iudice, pro lacrymis ora resolue meis.

MBR. *SVscipe Romana facũdia Maxime lingua*) Ad eundem Maximum scribens, ad quem superius, illum precatur, vt causam suam agat apud Augustũ: qui si sciret mala & incõmoda exilij sui, quæ ipse commemorat, quum sit
C natura mitis & clemens, non pateretur eum in illis diutius versari, sed in locum aliquem magis quietũ mitteret. Ostendit postremò causas aliquot, quibus Maximus id oneris bono animo subire debeat, & petere ab Augusto loci mutationẽ. *Suscipe Romana*] Ordo est: O Maxime, appositiuè, facũdia linguæ Romanæ, suscipe mite patrocinium difficilis causę. Primò aũt
D captat beneuolentiam à persona Maximi, laudando eũ ab eloquentia. Deinde à propria persona, quum eũ rogat, vt sit sibi auxilio, & suscipiat causam suam. Postremò etiã à re ipsa causam ipsam laudando, hoc est, mitem esse confitendo. Reddit eum etiam docilem, breuiter, quid velit, exponẽdo. *Mite patrocinium*) placidam, ac facilem, & honestam defensionem. *Est*
E *mala*) est infirma causa mea, & debilis. *Te agẽte*) te orante. *Fiet bona*) fiet iusta. *Lenia verba*] verba mollia, & Cæsarẽ lenientia. *Pro misera fuga*] pro misero exilio. *Fac verba*) loquere. *Magna molimina*] magna pondera reip. hoc est, detinetur Augustus maioribus oneribus, adeò vt pręillorum magnitudine non possit his locis, & meis malis cognoscendis vacare. *Illud numen*] Augustum Cæsarem dicit. *Hæc cura*) hæc sollicitudo mei exilij. *Cœlesti pectore*] diuina Augusti
F mente: quæ maiora curare solet, quàm hoc exilium meum. *Non vacat*] non est tempus Augusto

Finitimo vix loca nota Getæ) Appositio figura est. Non vacat, inquit, Augusto, quærere vbi sint Tomitæ, quorum etiam loca vix sunt Getis ipsis finitimis nota, propter ignobilitatem loci, nedum ipsi Augusto longissimè distanti.

Aut quid Sauromatæ) De Sauromatis & Iazygibus populis diximus abundè in enarrationibus in Ouid. de Tristibus. H

Taurica terra) Tauricam Cherronesum intelligit, vbi (autore Herodoto) Iphigenia Agamemnonis filia, Orestis soror colebatur: cui & naufragos immolabant, & quoscunque Græcos illuc delatos. De Taurica autem regione ita scribit Herodotus lib 4. Ab Istro hæc iam vetus Scythia est ad meridiem, versus austrum proposita vsque ad vrbem Carcinitidem, eiusdem deinceps quod ad mare fert, montuosæ regionis, & in Pontum porrectum incolit gens Taurica Cherroneso tenus, nomine Trachea, id est, aspera. Hæc ad mare pertingit, quod ad ventum subsolanum vergit. Sunt autem finium Scythiæ partes duæ ferentes ad maria: vna ad meridianum, altera ad orientale, ad modum Atticæ regionis. Atque si- K militer hanc partem Scythiæ Tauri incolunt, vt si Atticæ iugum Suniacum alia gens, non Atheniensis incoleret, quod à tribu Thurica vsque ad Anaphlystiam magis in Pontum porrigit promontorium, talis est, vt parua cum magnis cõparem, Taurica regio. Ptolemæus etiam Tauricam Cherronesum circumambiri L scribit, Isthmo scilicet pertinente à Carcinitico sinu vsque ad Bicem paludem, & littoribus Ponti, & Cimmerij Bospori, & paludis Mæotidis. Eam quidam nunc Tartariam vocari putant.

Deæ Oresteæ) deæ Iphigeniæ Orestis sororis. *Quæque aliæ gentes*) vt sunt Iazyges, Getæ, Basternæ, Daci, & Alani, Tauris contermini: quorum regionem scribit Dionysius equorum multitudine exuperare. Scythicæ autem gentis & Sarmaticæ mos proprius est, equos Eunuchos facere, vt mansuetiores ad parendum fiant: parui enim sunt, ac celeres, & acres, atque rebelles. Est autem ordo:

A Et non vacat Augusto quærere quid aliæ gentes faciant, quæ meant, id est, vadunt celeri equo per dura terga amni, hoc est Istri, vbi Ister constitit frigore. *Vbi frigore constitit Ister*] quando Ister fluuius præ nimio frigore induruit. De frigore autem Septentrionali legito Strabonem in lib. 7. & nos de eo in enarrationibus nostris in Ouid. de Trist. ac de Istro plura diximus. *Maxima pars hominũ*] quę gentes suptadictæ sunt ita multæ & bellicosæ, vt Romanam potentiam non cnrent. Ex quo periculum suum ostendit esse maximũ.

Nec arma Ausonij militis] nec arma exercitus Romani, & legionum impositarum in locis finitimis, vt in sequentibus docebit Poeta. *Dant illis animos arcus*] Causas adducit, quibus non timetur miles Romanus à Scythis. *Quàm licet*] quantum licet. subaudi, dat animos. *Sitim tolerare*] Erasistratus, autore Gellio, scriptum reliquit, Scythas consueuisse, si B quando cuiuspiam rei causa inediam ferre cogunint, lateribus fasciis ventrem cohibere, quasi ita fames minus eos infestet. Ventre etiam ferè pleno, quia nulla in eo sit inanitas, fit ne esuriant. Quum autem venter compressus admodum est, caret inanitate. *Quodque sequens*] Alia causa etiam dat Scythis animos, quòd propter aquarum penuriam non timent, vt eos hostes insequantur. Strabo enim lib. 7. scribit inter mare Ponticum ab Istro ad Tyram flumen Getarum solitudinem præiacere planam totam, & aquarum indigam. *Ira Viri mitis*] ira placidi Augusti. *Hæc humus*] hæc terra vbi sum. *Vlla Getæ*] vllis populus vt sunt Getæ: quasi dicat, Non misit me Augustus Tomon, vt à Scythis interficerer. *Quicquam actum cur morerer*] aliquam rem gestam, ob quã mortem dignus essem. *Et minus infestus*] & neque potest esse minus iratus. *Nil fecit*] nil in me molitus est. *Nisi facere quod ipse coegi*] nisi quod ego illum compuli, scribendo carmina & præcepta amatoria. *Ira*] Augusti indignatio. *Meo merito*] meo crimine, quo Augustum læsi. Meritum enim pro bene & malè facto accipitur. *Parcior*] mollior. *Quorum*] subaudi, G deorum. Augustus enim viuens diuinos meruit honores. *Nihil mitius*] nihil sublimius. Hæc autem illi precatur propter eius in se iram mitem, vt dixit. *Vtque deus*] &c. Et vt olim, inquit, terra fuit sub imperio Cæsaris, sic etiam in posterum semper subiecta sit. *Per que manus*] Ordo est: Et tradita, scilicet terra, eat per manus gentis huius Augusti. Per manus autem res traditur, quum ea alius atque alius exhibenda permittitur. Liuius: Auentino fulmine ictus ipse, regnũ per manus tradidit. Eodem etiam modo per sinum dicimus, Plin. lib. 10. Quum eo sinu fouendum, atque quum deponendum habere, nutrici per sinum tradendo, ne intermoretur tepor. *At tu*] Nunc vertit sermonem ad Maximum. *Tam placido iudice*] Augusto tam miti iudice. *Quàm nos quoque sensimus*] quantum nos etiam ipsum cognouimus in causa nostra. quum enim potuisset interficere, saluum me esse H maluit. *Pro meis Lacrymis*] pro dolore meo.

Ora resolue] ora aperi, pro me Augustum orando.

Max. *Non petis*] Causam suam honestam esse colligit.

Vt bene sit] vt bonum mihi obtineas. *Sed vt male tutius*] sed petis vt exulem in loco magis tu- C to. quod apertius ex sequenti carmine indicat. *Ab hoste sano*] à sæuis Getis. *Præsentia numina*] dij propitij. vel præsentem Augustum, & viuum accipe. *Stricto ense*] nudo ense. *Squalidus Getes*] Getes immundus, horridus, & impexus. *Subeam aruum*] vt tumuler. *Ab humo Scythica*] à terra Scythiæ. Illud sciẽdum, apud veteres Romanos solita fuisse condi cadauera, non cremari. quam rem D Cic. de Leg. lib. 2 ita docet: At mihi quidem antiquissimũ sepulturę genus id fuisse videtur, quo apud Xenophõtẽ Cyrus vtitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatũ ac situm, quasi operimento matris obducitur. Eodémque ritu in eo sepulchro, quod procul ad fontis aras, regem nostrum Numam conditum accipimus, gentemq; Corneliam vsque ad memoriã nostram hac sepultura scimus esse vsam. C Marij sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sylla victor, acerbiore odio incitatus, quã si tã sapiens fuisset, quàm fuit vehemens. quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus è patriciis Cornelius igni voluit cremari. Declarat enim Ennius de Africano. Hic est ille situs verè. nam siti dicũtur hi qui conditi sunt. Hęc fermè eadẽ scribit etiã Plin. li. 7. Ægyptij aũt cõdire solebãt mortuos, & eos serua- E re. Persæ etiam cera circũlitos, vt quammaximè permanerẽt diuturna corpora. Magorũ mos fuit, non humare corpora suorũ, nisi à feris antea essent laniata. In Hyrcania plebs publicos alit canes: optimates, domesticos. Nobile autẽ genus canũ illud scimus esse: sed pro sua quisque facultate parat, à quibus lanietur, eámq; illi optimã esse cẽsent sepulturã. autor Cic. in lib 1. Tusc. quæst. Stoici autẽ tamdiu animã durare dicebãt, quãdiu durabat & corpus. Vnde etiã Ægyptij (autore Seruio) diutius reseruabant cadauera, scil. vt anima multo tẽpore perduraret, & corpori esset obnoxia, ne citò ad alia transiret. Romani contrà faciebant, comburentes cadauera, vt statim in generalitatẽ. i. in suam naturam anima rediret. F *Malè cõpositos*] malè sepultos & tectos. *Vt scilicet exule dignũ est*) quemadmodũ meretur homo exul, cineres habere malè cõpositos, & qui ab equis premãtur. *Bistonij equi*] equi Getarum Thraciam incolentiũ. Est aũt Bistoniũ stagnũ in Thracia, à Bistone rege appellatũ, vt voluit Lactan. grãmaticus. *Si superest al. sen*] si superest anima post mortẽ: hoc est, si mortuo corpore anima est immortalis. Animã autẽ sempiternã esse, pri-

Non petis vt bene sit, sed vti malè tutius, vtque
Exilium sæuo distet ab hoste meum.
Quámque dedere mihi præsentia numina vitam,
Non adimat stricto squallidus ense Getes.
Denique si moriar, subeam pacatius aruum,
Ossa nec à Scythica nostra premantur humo.
Nec malè compositos, vt scilicet exule dignum est,
Bistonij cineres vngula pulset equi.
Et ne, si superest aliquis post funera sensus,
Terreat * *& manes Sarmatis vmbra meos.*
Cæsaris hæc animum poterant audita mouere,
Maxime, mouissent si tamen antè tuum.
Vox precor Augustas pro me tua molliat aures,
Auxilio trepidis quæ solet esse reis.
Assuetáque tibi doctæ dulcedine linguæ,
Aequandi superis pectora flecte viri.
Non tibi * *Therodomã, crudúsque rogabitur Atreus,*
Quique suis homines pabula fecit equis.

mus omniũ dixit Pherecydes Syrus, vt est autor Cic in lib. 1. Tusc. quæst. *Post funera*) post mortẽ. *Et terreat*) etiam perterrefaciat. *Meos manes*) meã animã. *Sarmatis vmbra*) anima feri Sarmatæ. *Hæc audita*] hæc incommoda & mala intellecta. *Mouere animũ Cæs*] flectere ad misericordiam Cæsaris mẽtem. *Mouissent si tamẽ antè tuum*] si tamẽ, ô Maxime, ea flexissent antea mentem tuam. Ad captãdam. n. misericordiam, opus est nos primũ moueri ad lacrymas. vnde ait Horat. Si vis me flere, dolendũ Primùm ipsi tibi. *Molliat aures*) placidas reddat aures, & ad misericordiam flectat. *Trepidis reis*) pauidis reis propter accusationẽ illos. n. soles in iudiciis defendere. *Assueta dulcedine*) assueta & solita suauitate. *Docta lingua*) facundioris. *Viri æquãdi superis*) Augusti cõparandi diis immortalibus. *Non tibi Therodamã*) Sũt qui intelligunt de Termero, quem Hercules abscisso capite interemit: à quo etiam Termeriũ malũ nominarũt. Cędẽs. n. caput Termerus, qui in eũ incideret, omnes hoc pacto ad exitũ mortémq; perducebat, vt docet Plutarch. in Thesei vita. Magis placet legatur † Theromedon, vt intelligas de Theromedonte illo crudelissimo, de quo alibi Ouid. ita inquit: Theromedonteos vt qui lenisse leones. Ille enim fabula habuit leonum, vt quidam scribunt, in Scythia: vt alij, in Numidia, quos corporibus humanis alebat, sumpto nomine à Græco, quod significat feris imperare. [illegible] enim feram significat, [illegible] impero. Vel, vt alij, à [illegible], quod domo significat. vnde Therodamas, quasi ferarum domitor. *Crudúsque rogabitur Atreus*] & non rogabis pro me crudelem quendam, L vt fuit Atreus. de quo ita scribit Lactantius grammaticus: Atreus & Thyestes Pelopis filij, Tantali nepotes, alternis vicibus regnum regebant. Verùm Thyestes quum incestasset Aeropam fratris vxorem, ab eo pulsus est regno. Sed inter eos qui scelere certabant, videbatur pro vindicta ficta gratia reconciliationis, Atreus fratri filios suos apposuisse epulandos. † Quum post epulas filiorum capita signum conuiuij feralis ostendit. In cuius rei delectatione cùm Thyestes consulta de oraculis poposceret, responsum est, per eum illi certam posse venire vindictam, qui ex ipso & filia Pelopea natus fuisset. Quapropter vous illicitos filiæ amplexus inuasit, ea [illegible] natus est puer, quem illa in insulam propter [illegible] abiecit. Hic capræ vberibus nutritus, ea eadem re Ægisthus nomen accepit, qui Atreũ in vindictam patris, cum adoleuisset, occi-

Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia velox:
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.
Qui vincit semper, victis ut parcere possit,
Clausit & æterna ciuica bella sera.
*Multa metu * prohibet, pœna qui pauca coercet,*
Et facit inuita fulmina rara manu.
Ergo tam placidas orator missus ad aures,
Vt propior patriæ sit fuga nostra, roga.
Ille ego sum, qui te colui, quem festa solebat
Inter conuiuas mensa videre tuos.
*Ille ego, qui * dixi vestros Hymenæon ad ignes,*
Et cecini fausto carmina digna toro.
Cuius te solitum memini laudare libellos,
Exceptis, domino qui nocuere suo.
Cui tua nonnunquam miranti scripta legebas:
Ille ego, de vestra cui data nupta domo est.
Hanc probat, & primo dilectam semper ab æuo,
Est inter comites Martia censa suas.
Inque suis habuit matertera Cæsaris antè:
Quarum iudicio si qua probata, proba est.

A dit. Sed quæ istarum causa fuerit, idem Lactan. ita docet: Mercurius ægrè ferens, à Pelope Myrtilum filium suum in pelagus præcipitatũ, sepulturámque vitę lege, reparit vindictam qua consolaretur orbitatem. Nam Pelopis filiis Atreo & Thyesti tantum discordiæ iniecit, vt germanitatis iura dirumperent. Thyestes enim cùm sciret regnum penes eum fataliter mansurum, qui arietem vellere aureo haberet, quẽ tum Atreus regiam ingressus plurimum custodiebat, corrumpens Aëropen fratris sui vxorem, imperium ad se transferre posse iudicauit. quod illa posteaquã didicit, eum cum filiis duobus suis expulit, & postea simulata gratiã ad eum misit, eiúsque filios interemptos epulandos apposuit. Quo facinore quum eum puniisset, sol dicitur ab eorum se regio-
B nibus auertisse. Vnde Virgil è contrario inquit, Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe. Et Papinius lib. 4.

Mar. *Sed piger ad pœnas princeps*] sed Augustus tardus ad puniendum nocentes, rogandus erit. Est enim magna eius in reos supplices misericordia, quæ est pars iustitiæ prima, qua in laudando vtuntur oratores. Secunda verò est, qua ostendimus merentibus gratiam referri. *Ad præmia velox*] promptus ad danda præmia. Ex quo his duobus
C versibus iustum eum esse designat. Præmium autẽ (autore Donato) & pro bono & pro malefacto redditur. Pręmium enim pro virtute & sapientia honor est & lucrum. Virgil. Rem magnam preciúmque fero. *Ferox*] fortis & præanimosus. *Qui vincit semper*] Laus à fortitudine. *Victis vt parcere possit*] Laudat Augustum à clementia, quę est pars temperantiæ, per
D quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. *Clausit & æterna*] Quòd Augustus pugnauerit magis vt parceret, quàm sæuiret, docuit clauso Iani templo; quo pax vbique parta designatur. Vel hoc dicit, vt Cęsar ostendat nolle amplius in quempiam sæuire, ex eo dignoscitur, quòd Iani templum clausit, in signum pacis omnibus concessæ. Ianum enim (autore Tranquillo) semel atque iterum à condita vrbe ante memoriam suam clausum, in multo breuiore tẽporis spatio terra marique pace parta, tertiò, vel (vt quidam legunt) ter clausit. Numa autem rex Iani templum ad infimum Argiletũ extruxit, qui index pacis foret, & belli: vt apertus, in armis: clausus, in pace ciuitatem esse significaret. Semel ab ipso Numa clausus fuit, iterum post primum Punicum perfectum bellum: tertiò post bellum Acciacum, ab imperatore Cæsare Augusto pace
E mari terráque parta, vt Liuius docet. Virg. Claudentur belli portæ. Hoc templum fuisse apud theatrum Marcelli Seruius scribit, cuius postes is cõsul aperiebat, qui prior creatus esset. Vnde Virgil. in 7. Æneid Insignis aperit stridẽtia limina consul. Cur autem motis armis templum Iani aperiretur, cúrve in pace clauderetur, docet Ouid. in 1. Fast. *Bella ciuica*) bella ciuilia. *Aeterna sera*) perpetuis claustris. *Multa metu prohibet*] Legitur etiam, Multa metu pœnæ, & subauditur coercet, ab inferiori. Hic autem Augustum laudat à prudentiæ parte. Multa, inquit, scelera Augustus fieri prohibet metu pœnæ, quum tamen in paucos animaduertat. *Pauca*) pauca hominum crimina. *Rara fulmina*) raras pœnas & supplicia. *Inuita manu*) manu recusanti. Legitur etiam Inuicta, hoc est insuperabili. *Ad aures tam placidas*] ad aures Augusti tam mites. *Hymenæon*) carmen nuptiale. Deum autem nuptiarũ
F posuit pro ipso epithalamio. Fuit autem Hymenæus (vt scribit Lactantius grammaticus) puer Atheniensis, qui cùm annos puerilis ætatis excederet, neque adhuc virum posset implere, pulchritudine præditus fuisse dicitur, vt fœminam mentiretur. Istum quum vna ex ciuibus suis virgo nobilis adamasset, ipse mediocribus ortus parẽtibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris

Thebaid. Funereæ tum namque dapes, mediíque recursus Solis. Hoc ideo fingitur (autore Seruio) quoniam ab Atreo eclipsis Mycenis primò prædicta & deprehensa fuit: cuius quum cerneret approbari dicta, Thyestes inuidens ex vrbe discessit. *Quique suos homines*] Diomedẽ intelligit, qui † Tyridam vrbem Thraciæ tenuit, autore Plinio. Hic (vt scribit Diodorus) habuit equorum præsepia, ob equorum feritatem ærea, ferreis catenis equi viribus præualidis vin-
G ciebantur: cibis alebantur non his quos terra fert, sed hospitum cõdiuertentium casibus. Hos cupiens Hercules abducere, primò Diomedem cepit, dedítque suo exemplo equis comedendum. Mansuetiores deinde factos, ad sequo adductos, Eurystheus Iunoni sacrauit, quorum genus vsque ad Macedonem Alexandrum permansit.

linea diligens, satis animo solo faciebat aspectu. cúmque nobiles fœminæ cum virginibus sacra Cereris Eleusinę celebrarent, subito aduentu pi-
H ratarum raptæ sunt, inter quas etiam Hymenæus, qui illò & amatam fuerat subsecutus, * cui puella credita. Quum igitur per longinqua maria prædam piratæ vexissent, ad quandam regionem tandem deuoluti peruaniunt: ibíque somno oppressi, ab insequentibus sunt interempti. Hymenæus relictis ibi virginibus, reuersus Athenas, pactus est à ciuib⁹ dilectę nuptias, si eis filias suas
I restituisset. Quas vbi pro voto restituit, ea optatam accepit vxorem. Quod coniugium quia fœlix fuerat, placuit Atheniensibus nomen nuptiis Hymenæi miscere. De Hymenæo alibi plura diximus. *Ad ignes vestros*] ad vestras tædas, quæ nubentibus præferebantur. *Exceptis*) subaudi, libellis amatoriis. *Nupta*) vxor. *De vestra domo*) de vestra, hoc est, de Maximorum familia. *Hanc*] scilicet vxorem meam. *A primo æuo*) à pueritia. *Est censa*) annotauit; & quasi in censu suo iudicauit. *Martia*) Martia Philippi filia, & Catonis iunioris vxor fuit, de qua tam multa feruntur. Eius meminit Plutar. Appian. & Lucan. *In suis*)
K subaudi comitibus. *Matertera Cæsaris*) Ex Iulia C. Cæsaris sorore, & M. Accio Balbo (vt scribit Tranquill.) nata est Accia Augusti mater, quæ post mariti Octauij mortem Martio Philippo nupsit, qui ab Anco Martio genus traxit. Et ex eodem Philippo, & Acciæ sorore, ac matertera Augusti defuncta, antequàm Acciam duceret Philippus, Martiam natã voluit, dicente Ouidio in fast. Clari monumenta Philippi Aspicis, vnde trahit Martia casta genus. Et paulo pòst: Nupta fuit quondam matertera Cæsaris illi, O decus, ô sacra fœmina digna domo. Credendum est ergo Ouidium hic significare suam vxorem tertiam de domo Fabiorum, puellam admodum, primò sororem Actiæ, & Augusti materteram, & Martiæ matrem coluisse, deinde eius filiam Martiam. Sunt qui etiam pro matertera Cæsaris intelligant sororem Liuiæ Augustæ, materteram Tiberij, vt pro Cæsare Tiberium ac-
L cipias, vt sæpe apud Ouid. reperies. prior sentẽtia magis placet. *Antè*) priusquam Martia. *Quarum iudicio*] iudicio Martiæ & materteræ Cæsaris. *Si qua probata*] si qua fuit laudata. *Proba est*) est bona.

Micy. *Et primo dilectam semper ab æuo Est inter comites Martia censa suas*] Martia hæc, non Catonis, vt hic Merula tradit, sed Maximi vxor fuit, eius ad quem hic scribit Poeta. id quod ex primo Taciti appatet, vbi ita legitur: Quippe rumor incesserat, paucos ante menses Augustum electis conscijs, & comite vno Fabio Maximo, Planasiam vectum, ad visendum Agrippam: multas illic vtrinque lacrymas, & signa charitatis. spémque ex eo fore, vt iuuenis penatibus aui redderetur. ¦ Quod Maximum vxori Martiæ aperuisse, illam Liuiæ, C. Nanum ad Cæsari,

A Neque multo pòst, extincto Maximo (dubium an quæsita morte) auditus in funere eius Martiæ gemitus, semet incusantis, quòd causa exitij marito fuisset. Quod autem eadem filia fuerit Martij Philippi, vitrici Augusti, ex sexto Fastorum patet, vbi dicit:

Sic ego, sic Clin:ebari monumenta Philippi
Aspicis, vnde trahit Martia casta genus.

Nam Martius Philippus ædem Herculis Musarum extruxit, de qua eodem loco Ouid. mentionem facit, & Suetonius in Augusto.

Ipsa sua melior fama, laudantibus istis
Claudia diuina non eguisset ope.
Nos quoque præteritos sine labe peregimus annos,
Proxima pars vitæ transilienda mea est.
Sed de me vt sileam, coniux mea sarcina vestra est:
Non potes hanc salua dissimulare fide.
Confugit hæc ad vos, vestrásque amplectitur aras,
Iure venit cultos ad sibi quisque deos.
Fléns que rogat, precibus lenito Cæsare vestris,
Busta sui fiant vt propiora viri.

MER. *Ipsa sua melior fama, laudantibus istis Claudia diuina non eguisset ope*) Ipsa, inquit, Claudia melior quàm erat eius fama (parum enim casta criminabatur) non eguisset diuino auxilio, si eam Martia & Cæsaris matertera laudassent. quasi dicat, vxor mea pudicissi- B ma est, quandoquidem vtitur consuetudine talium matronarum. Hannibale autem Italiam deuastante, ex responso librorum Sibyllinorum, mater deûm est Pessinunte accersita, cùm aduersum Tiberim veheretur, repentè in alto stetit. & cùm moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum, castissimæ demum fœminæ manu moueri posse. Tum Claudia virgo Vestalis falsò incesti suspecta, deam orauit, vt si pudicam sciret, sequeretur: & zona imposita, nauem mouit. Vnde Claudianus ita cecinit: Et eodem flumine ducens Claudia virgineo cunctantem crine Cybellem. Historiam refert Liuius de bello Punico libro nono, Valerius Maximus libro quinto, Ouidius C in quarto Fastorum, Suetonius in Tiberio, & Lactantius libro secundo Diuinarum institutionum. *Diuina ope*) auxilio Cybeles, vt G suspicionem violatæ castitatis poneret. *Sine labe*) sine crimine & infamia. *Est transilienda*] est silentio prætereunda: quia paulo antè notatus fuit infamia, & relegatus propter præcepta amatoria. & ideo non est à me laudandus proximus hic vitæ meæ cursus, sed superior tantùm. *Sed de me vt sileam*] si non vis mea causa Augustum rogare, saltem vxor mea vos moueat. *Est vestra sarcina*] H erat enim ex Maximorum familia, & forat aut filia huius Maximi ad quem scribit. [Sed de posteriore hoc videat Merula. Nam alibi, quod sciam, idem non repetitur.] *Non potes dissimulare*) non potes negare. *Salua fide*) habita fidei & pietatis ratione. *Hæc*) scilicet vxor mea. *Vestras aras*] vestra auxilia, vos precando tanquam suos deos. *Vt busta*) vt corpus quasi mortuum. *Fiant propiora*) fiant magis et vicina.

IN QVARTAM EPISTOLAM ENARRATIO. AD RVFINVM.

Hanc tibi Naso tuus mittit Rufine salutem:
Qui miser est, vlli si suus esse potest.
Reddita confusæ nuper solatia menti
Auxilium nostris spémque tulere malis.
Vtque Machaoniis Pæantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.
Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi,
Vt solet infuso vena redire mero.
Nec tamen exhibuit tantas facundia vires,
Vt mea sint dictis pectora sana tuis.
Vt multum demas nostro de pectore curæ,
Non minus exhausto, quod superabit, erit.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix.
Horrent admotas vulnera cruda manus.
Non est in medico, semper releuetur vt æger:
Interdum docta plus valet arte malum.
Cernis vt è molli sanguis pulmone remissus
Ad Stygias certo limite ducat aquas.
Afferat ipse licèt sacras Epidaurius herbas,
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla medicabilis arte,
Aut si sit, longa est attenuanda mora.

MER. *Hanc tibi Naso tuus mittit Rufine salutem*) Ex Rufini literis magnam se cepisse voluptatẽ & spẽm fatetur Poeta: nec tamen eas quamuis eloquentes, tantam vim habuisse docet, vt dolorem potuerint amouere. nam vt morbi quidam nullis medicinis, sic cura interdũ nulla arte tolli potest. Cau- D sam deinde assignat, cur dolor attenuari nequeat. Tum refellit eorum exẽpla, quos ipse dixerat forti animo tulisse exilium, ea ratione quòd illi tam lõgè à patria non exulabant. Fatetur tamen postremò, si posset eius animus leniri, ipsius præcepta & literas elegantissimas id facturas fuisse: quas loco magni muneris se accepisse dicit. *Qui miser est*) Ordo talis: Si il- F le qui est miser, potest esse suus vlli: aut si ille qui est miser, vlli potest esse suus, hoc est, si quis infœlix potest dicere alicui, se esse suum, vt ipse qui ita dixerat, Hanc tibi Naso tuus, & reliqua. *Solatia nuper reddita*] cõsolationes nuper in literis tuis adhibitæ. *Menti cõfusæ*) animo meo perturbato. *Auxilium*) lenimẽ. *Spémq;*) & spem reditus in patriam. *Heros Pæantius*) Philoctetes, Pæãtis filius, cuius vulneris fœtor cùm à Græcis sustineri nõ posset, in Lemno reli- F ctus est: vbi ad pristinam sanitatem medicinis restitutus, ad Troiam deductus est, dicente Vlysse apud Ouid. lib. 13. Met. Nec Pæantiadẽ q; habet Vulcania Lemnos, Esse reus merui. crimen defendite vestrum: Consensistis enim. nec me suasisse negabo, Vt se subtraheret belliq; viæq; labori, Tentarétq; ferus requie lenire labores. Paruit, & viuit. De Philoctete plura diximus in enarrationib9 in Oui. de Remedio amoris. *Artibus Machaoniis*) artibus medicinalibus, à medico Machaone filio Æsculapij dictis, à quo ars medicinalis elegantissimè à Poeta Machaonia cognominatur. & medici, Machaones. Martialis: Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes. *Lenito vulnere*] mitigato vulnere, quod Herculis sagittæ intulerant. *Mente iacens*) consternatus. *Acerbo ictu*] aspera percussione, hoc est, exilio. *Saucius*] prostratus. *Admonitu tuo*] tuis literis. *Vt solet infuso*) vt solet esurientis vena vino recreari. Venas enim inedia vacuefacit, saturitas K obstruit. Vnde quũ quis esuriens bibit aliquantũ, famẽ subleuat. nã liquori quidẽ nihil officit, quin sumptus ad omnes corporis partes quoquouersus præmeet, & venas cõpleat: & ideo inedia quæ inanitatem fecerat, accepto potus remedio, quasi iam nõ totum vacua re- L crearur. Autor Macrobi9. *Nec tamen*) Quasi dicat: quamuis multũ profuerit consolatio tua, tamen tua facundia non potuit mihi omnem dolorem tollere. *Sint sana*] sint sine dolore. *Vt demas*] quamuis remoueas. *Non minus*] non minus doloris restabit, quàm ademeris. Est autem ordo: Id curę quod superabit, non erit minus exhausto, siue ea re quam ademeris, hoc est, eo dolore quẽ exhauseris è pectore. *Ducetur*] obducetur, claudetur. *Cicatrix*) vulneris vestigium. Fortasse, inquit, dolor meus minuetur longo temporis interuallo. Nã vt est apud Ciceronẽ, nullus est dolor, quem nõ lõginquitas tẽporis minuat ac labefactet. *Vulnera cruda*) vulnera recẽtia. Hoc dicit, recens dolor nullas admittit consolationes. *Docta arte*] peritia medendi. *Malum*) ægritudo. *E molli pul-*

A *mone*] Vulnerato enim pulmone, homo perimitur. Sanguinis autem plurimum, vt scribit Aristot. in lib. de Animalibus primo, pulmo ex cæteris continet membris: quippe qui totus inanis sit, & fungosus, ac riuulos venæ maioris singulis suis fistulis excipiat. Errant enim, qui sanguinis vacuum pulmonem esse arbitrantur, decepti scilicet cōspectu eorum pulmonum quos dissectis detraxerint animalibus: quorum sanguis ilico effluit vniuersus. Scribit etiam Plinius, sub corde pulmonum esse, spirandique officinam attrahentem ac reddentem animam: idcirco spongiosum, ac fistulis inanibus cauum. Et Cic. in libro de Nat. deorum docet in pulmonibus inesse raritatem quandam, & assimilis spongiis mollitudinem ad hauriendum spiritum aptissimam: qui tum se cōtrahunt aspirantes, tū re spiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animales. *Sanguis*

B *remissus*] sanguis eiectus illato vulnere. *Ad Stygias aquas*] ad Charonteos portitorem, hoc est, inferos. *Certo limite*) via non ambigua, quia moritur. Ex quo docet, causam suam esse perditam, deploratam, atque destitutam, & ideo eius consolationem non potuisse poetæ dolorem tollere, quemadmodum sunt quædam ægritudines, quæ prorsus sanari nequeunt. *Epidaurius*) Æsculapius qui in Epidauro ciuitate colebatur. *Vulnera cordis*] cordis plagas. Cor enim, autore Plinio, animalibus cæteris in medio pectore est: homini tantùm infra læuam papillam, turbinato mucrone in priora eminens. Hoc primum nascentibus formari in vtero tradunt, deinde cerebrum: sicut tardissime oculos. sed hos primùm mori, cor nouissime. id prima domicilia intra se animo & sanguini præbet sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. ibi mens habitat. Ex

C hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt, sparsaque ramorum serie per alias mouens omnibus membris vitalem sanguinem rigant. Solum hoc viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitæ trahit: læsumque, mortem ilico affert. vnde non immeritò hoc in loco dixit Ouidius, cordis vulnera nulla ope sanari posse. *Nodosam podagram*] podagram, nodos & articulos digitorum infestantem. podagra enim dicitur eo quòd πόδας, id est, pedes, ἄγχειν, id est, capit. Podagræ autem morbus Romæ olim rarior solebat esse non modò priscis temporibus, sed ne quidem Plinij æuo, qui eum morbum scribis peregrinum fuisse. Nam si antiquitus in Italia fuisset, Latinum nomen inuenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quum in multis & sponte desinit, & in pluribus curatur. Celsus libro quarto docet in manibus pedibúsque articulorum vitia frequentiora lon-

D gintáque esse, quæ in podagris chiragrisve esse consueuerunt. ea rarò vel castratos, vel pueros ante fœminæ coitum, vel mulieres, nisi quibus menstrua suppressa sunt, tentant. vbi sentiri cœperūt, sanguis mittendus est. id enim inter initia statim factum, sæpe annuam nonnunquam perpetuā valetudinem præstat. quidam etiam cùm asinino lacte epoto se eluissent, in perpetuum hoc malum euaserūt. Quidam, cùm toto anno à vino, mulso, ac venere sibi temperassent, securitatem totius vitæ cōsecuti sunt. idq; vtiq; post primū dolorē seruandū est, etiamsi quieuit. Quod si iā cōsuetudo eius facta est, potest quidem aliquis esse securior his temporibus, quibus dolor se remisit. maiorē verò curā adhibere debēt hi, quibus id reuertitur, quod ferè vere, autumnóve fieri solet. Podagræ causam legito apud Macrobium lib. 7. Sat. *Nescit tollere*) nescit curare. quod tamen falsum est, si Celso ac Pli-

E nio credimus, vt docuimus. *Nec formidatis*) nec etiam medicina rabidis hominibus medetur: quod per formidatas aquas designat. Celsus tamen curationem docet aduersus canis rabidi morsum lib. 5. Solet autem ex eo vulnere, vbi parū occursum est, aquæ timor nasci. hydrophobas Græci appellant, miserrimum genus morbi, in quo simul æger & siti & aquæ metu cruciatur: vt non immeritò Ouidius aquas à rabidis formidari dixerit. Scribit etiam Apuleius lib. Met. 9. quendam explorandæ sanitatis suæ gratia inter cæteris demonstrasse argumentum, vt aquæ recentis completam peluem offerrent potui: ac si intrepidus & more solito sumens

G aquis adhibesceret, sanum se atque omni morbo scirent expeditum: contrà verò, si visum contactúmque laticis vitaret ac perhorresceret, pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare. vnde Lucan lib. 6. ita inquit: Non spuma canum, quibus vnda timori est. & Plinius lib. 28 cap. 7. est autor, inter omnes conuenire, si aqua potúsque formidetur à morsu canis suppositis tantum calici lacinia menstruo tincta, statim metum eum discuti, videlicet præ valente sympathia illa Græcorum: cùm rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. Idem lib. 8. scribit rabiem canum Sirio ardente homini pestiferam, ita morsis letalis aquæ metus quapropter obuiam itur per 30. eos dies gallinaceo maximè fimo mixto canum cibis, aut si præuenerit morbus, veratro. *Cura*] dolor aliquis mentis, vt meus. *Aut si sit*] subaudi, medicabil[is]. *Longa mora*] longo tempore.

Metr. H *Vtque Machaoniis Pæantius artibus heros*) &c. Machaoniæ artes propriè hoc loco accipiendæ pro [ijs], quibus Machaō, Æsculapij filius, Philoctetem curauit. Sequitur enim Ouidius eorum opinionem, qui Philoctetem hydræ morsu saucium ac laborantem, eóque à Græcis in Lemno relictum, postea, monitu oraculi renocatum, & ad Troiam reuectum, à Machaone curatum dicunt. Cuius rei & Orpheus meminit, is qui de lapillis scripsit ille enim istius gemmæ remedio vulnus Philoctetæ sanatum tradit, his versibus:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Calaber autem lib. 9. curatum Philoctetem dicit non à Machaone, sed à fratre eius Podalirio. Contrà Sophocles neq; ab hoc, neque ab illo, sed à patre Æsculapio. Reliquam Philoctetæ fabulam vide Iliad. a. & apud Hyginum. *Vt solet infuso vena redire mero*] Vide, an magis de vena, cuius pulsu medici valetudinem hominis explorant, intelligendum sit. Nam syncopi collapsis, aut alioqui deficientibus, vinum, ac similes alij liquores infusi, vitalem spiritum ac pulsum venæ resuscitant. Et huc etiam pertinet, quod paulo antè dixit, Ego deficiens iam ad tua verba sic reuixi, &c. *E mollis sanguis pulmone remissus*] Non tātùm ex vulnere, sed ex morbo quoque. Id, n participiū Remissus, innuere videtur: quod idē ferè quod reiectus atq; euomitus significat. Sanguinis autē reiectionē, siue sputū, pro periculoso habitū fuisse, ex Celsi ver-

K bis etiā apparet, lib. 2. cap. 7. vbi inquit: Neque inter initia terreri cōuenit, si protinus sputum mistum est ex rufo quodam & sanguine, dūmodo statim edatur. Et rursum: In pulmonis morbo si sputū primis diebus nō fuit, deinde à septimo cœpit, & vltra septimū mãsit, periculosū est. Quātoq; mistos & inter se diductos colores habet tātò deteri[us]. Et tamē nihil peri[us] est, quā sincerū id edi, siue rufū est, siue cruentū, &c.

Cùm bene firmarunt animum præcepta iacentem,
Sumptaque sunt nobis pectoris arma tui,
Rursus amor patriæ ratione valentior omni,
Quod tua fecerunt scripta, retexit opus.
Siue pium vis hoc, seu vis muliebre vocari,
Confiteor misero molle cor esse mihi.
Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat
Fumum de patriis posse videre focis.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit.

Metr. *Præcepta*) rationes quibus vsus es in literis tuis. *Arma tui pect.*] rationes tuæ mētis in cōsolatione tua ad me scriptæ: vel, fortitudo quæ est in tuo pectore. *Rursus am pa.*] Ea cōmemorat, propter quæ dicit se nō posse dolorem ponere, quāuis cōsolationes suæ fuerint efficacissimæ. Quòd autē patria vnūquemq; delectet, do-

F cet & Cic. in Orat. his verbis: Ac si nos id quod maximè debet nostra patria delectat, cuius rei tāta vis est ac tanta natura, vt Ithacā illā in asperrimis saxulis tanquā nidulū affixā sapientissim[us] vir immortalitati anteponeret: quo amore tandē inflāmati esse debemus in einsmodi patria. *Ratione val. om.*) qui plus potest omni ratione. *Quod tua*] &c.

quod tu ad me scripsisti. *Retexit*) destruit. *Ithaci*] Vlyssis. *Sed tamē optat*] sed tamē reditū in patriā desiderat. vnde ipse apud Homerū ita dicebat: Ithaca omniū clarissima occasū

L versus, aspera quidem, sed optima, iuuentutis altrix: qua ego nihil vnquam amœnius vidi. Et Cicero in Oratoris loco prædicto idem ostendit. Hæc autē verba ex Homero in 1. Odyss. sumpsit poeta. Ille. n. [ijs] Pallada Iouē allo quētē fingit. Maximo mi pater dolore conficior ob infœlicē Vlyssem, qui amicis procul à Calypso Atlātis filia distinetur: hæc etenim blādis cōtinuè sermonibus, suauissimísq; verbis ab illo, vt dulcis patriæ obliuiscatus, impetrare cōtendit: ast ille cōtrò reuisendæ pa-

ræ studio desiderióque detinetur, vt si ab vrbe falientem fumum viderit, quam primum obire non recuset. *Sui ipsius* soli natalis. *Quid melius Roma?*] Exemplis probat, omnes patriam cæteris locis anteferre solitos esse. *Hic*] in Scythiam. *Ex illa vrbe*] ex Romana ciuitate.

patrios posse videre focos.) Locus ex Odysseæ primo transsumptus. Versus Homeri sunt,

[illegible Greek verses]

Micyl. Mar. *Nec dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat Fumum de*

Pandione nata) Progne & Philomena, quarum altera mutata fuit in lusciniam, altera in hirundinem. Fuerunt autem filiæ Pandionis regis Athenarum, Erichthonio ac Cecropis iunioris filio geniti, quem Metionidæ regno deturbarunt. Megaram quum fuga euaderet (erat enim Pylę Megarensium regi gener) in filios incidit. Ibi Pandionem aduersa valetudine extinctum aiunt, eius in Megaride tumulus fuit ad mare, quem Athenis Gauiæ scopulum nuncuparunt. Filij Megatis reuersi, Metionidas eiiciunt, Athenarúmque regnum natu eorum maximus Ægeus suscipit. Infœlix omnino Pandionis filiarum fuit educatione. neque earum filij dicti sunt vlli iniuriæ vltores, tametsi vt fortunam augeret, cum Thrace affinitatem iunxerat. Sed nulla est mortalibus euadendi via, quod à deo futurum est. Fama est Tereum Prognes coniugem Philomelam violasse, puellęque ab ad corpus excruciatum, vt ea facinoris acerbitate vtramque sororem ad sui compulerit supplicium. Autor Pausanias.

Cùm bene sint clausæ cauea Pandione natæ,
Nititur in syluas quaque redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones,
Nec feritas illos impedit, antra petunt.
Tu tamen exilij morsus ex pectore nostro
Fomentis speras cedere posse tuis.
Effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi,
Talibus vt lenius sit caruisse malum.
At puto qua fueram genitus tellure carenti,
In tamen humano contigit esse loco.
Orbis in extremi iaceo desertus arenis,
Fert vbi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum, non dulces educat vuas,
Non salices ripa, robora monte virent.
Néve fretum laudes terra magis, æquora semper
Ventorum rabie solibus orba tument.
Quócunque aspicies, campi cultore carentes,
Vastáque, quæ nemo vendicet, arua iacent.
Hostis adest, dextra læuáque à parte timendus,
Vicinóque metu terret vtrunque latus.
Altera Bistonias pars est sensura sagittas,
Altera Sarmatica spicula missa manu.
I nunc, & veterum nobis exempla virorum,
Qui forti casum mente tulere, refer.
Et graue magnanimi robur mirare Rutuli,
Non vsi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus, & hostica tellus,
Smyrna minus nullo pœna petenda loco.

sulis, Asiam ab iniuria publicanorum liberauit: sed inuidia equestris ordinis, qui tunc iudicia exercebat, repetundarum damnatus, in exilium missus est. cui Asiam petenti (vt in capite de maiestate Valer. Max. scribit) omnes prouinciæ illius ciuitates, legatos, eius secessum operientes, obuiam miserunt. Eum docet Cicero in Oratore virum fuisse exemplum innocentiæ, illóque neminem neque integriorē fuisse in ciuitate, neque sanctiorem. In iudicio autem non modò supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam, quàm simplex oratio ferebat veritatis. Sed quum postea ei ob Syllanam victoriam in patriam redire liceret, maluit in exilio esse, quàm aliquid contra leges fecisse videri. Fuit etiam P. Rutilius, qui ęgrè tulisse fratris repulsam consulatus dicitur, & ob eam causam à vita recessisse, vt meminit Plinius in 7. & M. Cicer. libro 4. Tuscul. quæst. *Non vsi conditione dati reditus*) Nam potuit (vt diximus) Syllano tempore redire.

Assuetos saltus) syluas & pascua consueta petunt. *Exilij morsus*) dolores exilij mei. *Cedere*) amoueri seu abire. *Fomentis tuis*) tuis remediis & consolationibus. *Ne vos ipsi*] ne vos amici. *Tam sitis amandi*] quantum, subaudi, à me amamini. *Talibus*] amicis talibus quales vos estis hoc est, fac tu Ruffine, vt talibus amicis careat, quia si vos non amauero, exilij mala leuiora videbuntur. ea quo designat magnam partem doloris exilium afferre, quòd à charis abest sodalibus. *At puto qua*) Ponit obiectionem. posset enim aliquis dicere, Exilium æquo animo ferendum, siquidem ille non est missus in locum inhumanum. *Tellure*] Romana ciuitate. *Extremi orbis*] extremi septentrionis & terrarum. *In arenis*] in Getico littore. *Perpetuas niues*) continua frigora. Est enim illic semper hyems, sunt semper spirantes frigora Cauri, vt est apud Maronem. *Non ager hic pomum*] non nascuntur in Scythia pomiferæ arbores, non vuæ, non salices, non robora. De hac re abundè scripsimos in enarrationibus in Ouid. de Trist. *Robora monte virent*] subaudi, non. Robur autem arbor est, quæ in montibus nascitur, præter fructum plurima alia gignit. Namque fert & gallæ vtrumque genus, & quædam veluti mora: ni distarent arida duritia, plerunque tauri caput imitantia: quibus fructus inest nuclei oliuæ similis. Nascuntur in eo & pilulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos. nam & sine oleo flagrant, sicut & galla nigra robora ferunt & viscum, & mella, vt autor est Hesiodus. constátque rores melleos è cœlo cadentes non alius magis insidere frondibus, autore Plinio lib 16.

Néve fretum] &c. & ne credas mare Ponticum melius esse hac terra, in qua caulo. *Rabie ventorum*] impetu & furore ventorum. *Solibus orba*] priuata radiis solaribus. *Tument*) tempestatibus agitantur. *Campi cultore carentes*] subaudi, iacent. *Quæ nemo vendicet*) quæ nemo sibi appropriet. *Magnanimi Rutuli*] P. Rutilius doctus & philosophiæ deditus vir fuit, summæ innocentiæ. Is quæstor C. Mutij procon-

Smyrna] Smyrna vrbs fuit (vt scribit Strabo) Ioniæ, ab Amazone Smyrna appellata, quæ Ephesū tenuit. ea. o. vrbs ad Ioniā assumpta fuit Ephesiorum opera, nam cum eis olim habitabant, cùm Ephesus Smyrna vocaretur. Smyrnęi autem a Milesiis secedentes, exercitum in eum locum duxerunt, vbi postea Smyrna fuit, quum Leleges eum tenerent: quibus eiectis, antiquam Smyrnam condidere distantem ab ea quæ postea fuit, stadia 20. Postea ab Æolibus pulsi, Colophonem aufugerunt, & cum Colophoniis contra eos euntes, regionem suam occupauere. Vnde Herodotus scribit, Smyrnam à Colophone conditam. Idem Strabo etiam docet, post Clazomenas fuisse Smyrnæorum sinum & ciuitatem: dein de alium sinum, & antiquam Smyrnam, distantem à noua stadijs viginti. Nam quum Lydi Smyrnam euertissent, circiter annos quadringentos ea in vici modum mansit habitata. Postmodum Antigonus eam suscitauit, deinde Lysimachus. & nunc omnium pulcherrima est. eius pars in monte sita est: pars maxima in campo, præter portum & gymnasium, & mationaqum locum. Vix sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus [illegible] porticus magnæ, quadratæ, planæ, & altæ. Habet etiam bibliothecam, & Homerum, & porticum qualitatum cum Homeri templo & statua. nam & hi maximè hunc poetam sibi vendicant. Vrbis mœnia Melas amnis præterfluit. ad cæteram structuram etiam portum clausum habet. Hoc in loco Dolabella Trebonium obsidione cepit, vnum ex his, qui diuum Cæsarem dolo occiderunt, & multas vrbis partes diruit. De hac vrbe igitur hic Ouidius intelligit.

Virum] Rutilium. *Non Pontus*] non regio Pontica. *Minus est petenda pœna*) minus est requirenda, seu eligenda, vt sit supplicium alicui. *Nullo loco*] nulla alia vrbe Smyrna, inquit, cùm sit vrbs præclarissima, minorem afferret dolorem in ea exulanti, quàm aliæ vrbes quasi dicat, si quis exul locum gratum quærit, eam vrbem præ cæteris eligat.

Pandione

M 1 c. A *Pandione nata*] In Aldina editione legitur, Cùm bene sit clausa cauea Pãdione nata Nititur in syluas illa redire suas. Videlicet et de sola Philomela intelligatur. hæc enim in syluis nidificare solet, cùm hirundo sub tectis & ædificiis vrbium plerunque pullos suos educet. Sed quid si legas, Cùm bene sit clausæ cauea Pandionæ natæ: vt sit sensus: Quantumuis bene est lusciniæ cauea inclusæ, nititur tamen exire in syluas suas: Bene esse pro bene ac commodè viuere, posito. Cæterùm Pausaniæ locus, qui hic à Merula citatur, quoniam passim corruptus, ac verbis perperam translatis habetur, placuit eadem illa verba Græce hic subiicere, ne quid studiosus hac quoque in parte desideraret. Sunt autem libro primo siue Atticorum, hæc: [illegible] B [illegible] *Et graue magnanimi*] &c. Rutuli vulgò legunt, quasi huius nominis sit Rutulus, aut Rutulius. Ego autem Rutili legendum puto, per syncopen scilicet, aut apocopen, à nominatiuo Rutilius. Ita G enim & apud Valerium, & Ciceronem, & Liuium legitur, libro septuagesimo. & apud Tacitum item, qui de eodem meminit libro tertio. Sunt præterea & qui gemino ll scribant, Rutilli: quod ipsorum iudicio relinquo. Tametsi non ignorem, syllabam eam alias corripi, aliàs produci solere: perinde & illam quæ prima eiusdem nominis est, vt libro sexto Fastorum: Hanc tibi, quò properas, memorant dixisse, Rutili, Luce mea Marso consul ab hoste cades. Et apud Martialem libro quinto: Famæ Rutilium suæ relinquas, & cætera. quod metrum Phalæcium est.

Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus,
Legit enim sedes Attica terra tuas.
Arma Neoclides qui Persica contudit armis,
Argolica primam sensit in vrbe fugam.
Pulsus Aristides patria, Lacedæmona fugit,
Inter quas dubium quæ prior esset, erat.

M 1 n. *Non doluit* &c. Legendũ est Cynicus. Diogenem autem intelligit, qui Sinopeus fuit Icesij mensarij filius: quem fugisse aiunt, cùm eius pater publicè mensam haberet, ac falso pecuniam signaret. Eubolides in libro de Diogene, Diogenem ipsum hoc fecisse, sc. monetæ falsam signationem, scri-C psit, atque cum patre vnà pulsum fuisse. Quidam verò eum, cùm curator effectus esset, persuasum ab opificibus aiunt, venisse Delphos, atque Delum in patriam Apollinis: percontatumque esse, an id ageret, quod ei suaderetur: quòd cùm sibi permissum esset de ciuili moneta, æs adulterasse, deprehensúmque, et quidam volunt) exilio damnatum esse. Alii autem putant eum metu perterritum, sponte patriam liquisse. inde Athenas veniens, Antisthenem secutus est. Satyrus qui illustrium virorum scripsit historias, tetulit Diogenem palliolo duplici vsum propter frigus: peram pro cellario habuisse: secumque portasse clauam, ob corpusculi fragilitatem, qua iam senea membra sustentare solitus erat. Et [illegible], id est Diarii victus, vulgò appellatus est, in præsentem horam poscens à quolibet, & accipiens cibum. Habitauit autem in portarum vestibulis & porticibus ciuita-D tum. cùmque se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum iocabatur & se cum temporibus immutantem. hyeme enim os dolii vertebat in meridiem, æstate ad septentrionem: & vtcunque sol se inclinauerat, Diogenis simul prætorium vertebatur. Cùm autem ad agonem Olympiacum qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, iam senex pergeret, febre in itinere dicitur apprehensus, accubuisse in crepidine viæ. volentibusque amicis aut in iumentum, aut in vehiculum leuare, nec acquieuit, sed transiens ad arboris vmbram, locutus est. Abite quæso, & spectatum pergite. hæc me nox aut victorem probabit, aut victum, si febrem vicero ad agonem veniam: si me vicerit febris, ad inferna descendam. ibique per noctem eliso gutture non iam mori se dixit, quàm febrem morte excludere. Cynicus autẽ fuit philosophorum quorundam cognomen, cuius sectæ E princeps fuit Antisthenes Atheniensis. qui cùm dissereret in gymnasio quod [illegible] appellabatur, Cynicum cognomen suæ sectæ dedit. Alii verò à canibus eos dictos putant: quia sicut canes natura mordaces sunt, sic philosophi illi insectandis vitiis mordaces esse dicerentur. Interrogatus autem Diogenes, quare canis diceretur: respondit, quia in eos qui dant, blandior: in eos qui non dant, oblatro: malos autẽ mordeo. Alii verò Cynicos ex eo dictos putant, quod eorum nonnulli velut canes absque verecundia pudenda exercere visi fuerint: et Crates Thebanus cum vxore Hipparchia. Hi philosophiam naturalem & rationalem tollebant, solique morali innitebantur. placebat eis finem esse, secundũ virtutẽ viuere. *Cynicus S.*] Diogenes ex Sinope, vrbe Paphlagoniæ, in littore maris Pontici sita. Ptolemæus tamen eam in Galatia ponit. eam (vt scribit Strabo) Milesii F condidere. qui classe cõparata, mari quod intra Cyaneas est, condidere. super colle enim peninsulæ cuiusdam sita fuit, ex vtraque Isthmi parte portum & stationes habuit, gymnasio & foro & porticibus splendide ornata. Bis capta fuit, primum à Pharnace, postea à Lucullo. Ea vrbs viros claros tulit philosophos. Diogenem Cynicum, & Timotheum Patrionem: poetas, Diphilum comicum: rerum scriptorem. Battonem, qui de rebus Persicis pertractauit. *Arma Neoclides*] Themistocles Atheniensis Neoclis filius fuit, H qui vometis Græciæ magnæ saluti fuit bello Persico. Nam cum Xerxes bellum vniuersæ inferret Europæ, classem habuit mille & ducentarũ nauium longarũ quã duo millia onerariarum sequebantur: terrestrem verò exercitum, 700. millium peditum: equitum 400 millium. cuius fama cùm in Græciam esset perlata, & maximè Athenienses peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, vt mœnibus ligneis se munirent. quod consilium cùm intelligeret nemo, Themistocles dixit, consilium Apollinis esse, vt in naues se suáque conferrent. Quo consilio probato, omnia partim Salamina, partim I Trœzenen asportant: reliquum oppidum relinquunt. Sed cùm Salaminii freti angustias occupassent, ne a multitudine Persarum, qui 100000 millia nauium ducebant, circumuenitì possent. dissensio inter principes Græciæ oritur: nam vnusquisque ad sua mœnia tutanda proficisci intendebat. Timens igitur Themistocles, ne discessu sociorum vires minuerentur, per fidum seruum Xerxi nunciat, facilè contractam in vnum locum Græciam capi posse, si prælium ineat: quòd si principes qui iam abire vellent, dissipentur, maiori labore eos singulos consectandos esse dicebat. Hoc astu ad pugnandum regem impellit. Principes iam aduentu hostium occupati, pugnam lacessunt. Iones in ipso prælio à Themistocle sollicitati, à rege Xerxe deficiunt. quæ res animos hostium fregit: fugámque rapere coacti, facilè superantur. In ea trepi- K datione multæ naues captæ, multæ submersæ sunt. Xerxes dubius quódnam consilium caperet, à Mardonio admonitus, in patriam redire præparat, relicta tamen magna parte exercitus illi qui Græciam totam vastaret. & cùm pontem, quem mari fecerat, Græci rumpere deliberassent, et aut deleretur, aut pacem petere cogeretur: Themistocles regem admonet, et fugam acceleret: qui cum paucis profectus, piscatoria naui solus in patriam se recepit. Interim Mardonius Athenas incendio vastat. Deinde in Bœotiam copias traducit: quem 100. millium Græcorum exercitus insecutus est. Ibique atroci pugna commissa, superiores fuere Græci. Themistocles tamen quum optimè de patria meritus esset, non effugit ciuium suorum inuidiam. namque ob eundem timorem quo damnatus erat Miltia- L des, testarum suffragiis è ciuitate eiectus Argos habitatum concessit. postea à legatis Lacedæmoniis postulatus, quòd societatem cum rege Persarum ad Græciam opprimendam fecisset, hoc crimine absens proditionis est damnatus. Id vbi audiuit Themistocles, Corcyram demigrauit. Inde ad Admetum, Molossorum regem confugit: postmodum Ephesum, tum ad Artaxerxem peruenit, qui illum vrbe Magnesia donauit: vbi morbo mortuum scribit Thucydides. neque tamen negat fuisse famam, illum venenum sua sponte sumpsisse, quum se quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus esset, præstare posse desperaret. De Themistocle plura legito apud Herodotum, Thucydidem, Iustinum, Plutarchum,

A ac Æmilium Probum. *Arma Persica*] arma Persarum. De Perside alibi diximus. *Primam fug.*) Hoc dicit, quia sæpius fugit: sed primo Argos peruenit, vt dictum est. *Pulsus Aristides patria*] Aristides Lysimachi filius Atheniensis, æqualis ferè fuit Themistocli, itaque cum eo de principatu contendit. Nam cùm Aristides vnus post victoriam ex prælio apud Marathona gesto, quamuis vir inops ac plebeius, Iusti cognomen assecutus esset, Themistoclis sermones in vulgum dissipabantur: quorum summa erat, Aristidē hac sua iudiciaria cōsuetudine, & forēsi potestate clā sublatis iudiciis sine stiparoribus sibi regnū cōparasse. Itaq; populus frequens affectati regni suspicione accusatum 10. annos mulctauit. Tertio pòst annū cū Xerxes Atticā adoriri statuisset, Athenienses antiquata lege caules restituere Aristidis causa: quem oēs, si eum hostium copiis iungeretur, reip. perniciosum fore credidere. restitutus igitur cum Themistocle, bellum communi consilio gessit contra Xerxem Persiit autem ferè post annum quartum, quo Themistocles Athenis erat expulsus Tanta fuit inopia, vt suo sumptu efferri non potuerit. At eius filias perhibent ex curia traductas, maritis datas esse. Lysimacho quoque filio argenti minas centum, & totidem agri consiti iugera populus erogauit, & quotidie quatuor drachmas adiecit. Autor Plutar. *Patria*] Athen. *Lacedæmona fugit*] Lacedæmon vrbs fuit Laconiæ. G ponitúrque tam pro regione, quàm pro vrbe, vt docet Strabo. Dicta est autem à Lacedæmone filio Iouis & Taygetes. Inter quas, subaudi, omnium supradictorum exulum sedes [Nun omnium intellige, sed patriam, hoc est, Athenas inter & Lacedæmonem. *Quæ prior esses*) quæ esset clarior, patriáne, an sedes vbi exulabant.

MAR. B *Cæde puer*] &c. Patroclus Menœtij filius, & Actoris nepos, cùm in Opunte oppido Locridis luderet astragalis, cum Aphidamantis filio Clisonymo, vt quidā volūt, iratus ob surreptos astragalos eum interemit, & in Thessaliam confugit ad Peleum: à quo non solùm cæde purgatus, sed & domi acceptus, vt scribit Homer & magna cura educatus, sociúsque à Peleo Achilli necessitu C dine coniuncto datus est, & cum eo simul ad bellū Troianum profectus. Strabo tamē nō Clisonymū, sed Eanē à Patroclo per imprudentiam interfectum scribit. *Opunta reliquit*] Ex Opuntia vrbe Locridis natum esse Patroclum, testatur etiā Homerus. *Thessalicam humum*) vrbem Thessaliæ Phthiam, patriam Achillis. *Exul ab AEmonia*) D Mos fuit apud antiquos, vt reus homicidii exularet, vnde illud legimus, Exilium dira pœnam pro cęde luebat. In regum tamen legibus autore Seruio, lectum est noxios homicidii arietis damno pœnam luere. Sanè Iason post interfectum Peliam dolis Medeæ, Corinthū abiit: vbi Creusam Creontis regis filiam duxit vxorem, vt scribit Diodor. *Ab AEmonia*) à Thessaliæ oppido Iolcho Iasonis patria. Aemonia enim Thessalia cognominata fuit, ab AEmone Deucalionis filio: Thessalia verò, à Thessalo Medeæ & Iasonis filio, qui cùm cædem matris effugisset, Corinthū redit. Deinde in Iolchum, Iasonis patriam reuersus, cùm reperisset Peliæ filios recenter interiisse, regnum generi debitum suscipiens, subditos ex suo nomine Thessalos appellauit. *Ad Vndam Pirenida*] ad Corinthiam vrbem. Corin-E thus enim (vt scribit Plinius) vrbs fuit Peloponnesi. antea Ephyra dicta Medio enim eo interuallo, quod Isthmus appellatur à scriptoribus, applicata colli habitabatur colonia Corinthus, sexagenis ab vtroque littore stadiis è summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pirene diuersa duo maria prospectans. Scribit etiam Strabo infra verticem Acrocorinthi Pirenem fontem adesse haud affluentes aquas habentem, cæterùm perspicuas admodum, potuíque suauissimas. De Corintho legito Strab lib. 8 *Quo duce*] Subaudi Iasone. *Trabs sacra*] Argo nauis Palladi sacrata, vnde Palladia appellata est, vt alibi docuimus. postea Iason in ea cum Argonautis ad Isthmum Peloponnesi peruenit, ibíque sacra fecit Neptuno, cui nauem Argo dedicauit. *Colcha aqua*) per aquā Colchidis regionis Intelligit autē mare Ponticum, quod Colchos alluit. Erant autē à dextra F Pontum ingredientibus Aut certè per aquam Colchā Phasidis Colchorū fluminis à scriptoribus celebratissimi aquā intellige. De Iasone & Colchica expeditione alibi abundè scripsimus. Diodorus etiā & Valerius Flaccus rem elegātissimè exequuntur. *Liquit Agenorides*) Agenor rex Phœniciæ iussit Cadmo vt quæreret sororem Europam, lege impia, vt non reuerteretur, nisi ea inuenta: qua diu frustra quæsita,

> *Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit,*
> *Thessalicámque adijt hospes Achillis humum.*
> *Exul ab AEmonia Pirenida cessit ad vndam,*
> *Quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua.*
> *Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus,*
> *Poneret vt muros in meliore loco.*
> *Venit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus,*
> *Et Teucrum Veneri grata recepit humus.*
> *Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos*
> *Exulibus tellus vltima Tybur erat?*
> *Persequar vt cunctos, nulli datus omnibus æuis*
> *Tam procul à patria est, horridiórve locus.*
> *Quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti,*
> *Quæ facit ex dictis non ita multa tuis.*
> *Nec tamen inficior, si possint nostra coire*
> *Vulnera, præceptis posse coire tuis:*
> *Sed vereor, ne me frustrà sanare labores,*
> *Nec iuuer admota perditus æger ope.*
> *Nec loquor hæc quia sit maior prudentia nobis,*
> *Sed sim, quàm medico notior ipse mihi.*
> *Vt tamen hoc ita sit, munus tua grande voluntas*
> *Ad me peruenit, consuluíque boni.*

exul Cadmus in Bœotiā venit, vbi Thebas ædificasse dicitur, vt in Met. docet Ouidius. *Sidonia mœnia*) vrbem Phœniciæ Sidona, quam Phœnices terræmotu vexati, relicto patriæ solo, Assyrtū sta-H gnum primò, mox mari proximum littus incoluere, cōdita ibi vrbe quā à piscium vbertate Sidonia appellauerunt nā piscem Phœnices Sidō vocant *Vt poneret muros*) vt vrbem Thebanam conderet. *In meliore loco*) in ipsa Bœotia. *Venit ad Adrastum Tydeus*] Tydeus Oenei cum in Calydone Alcathoū Lycopheúmq. nepotes occidisset, ex Ætolia Argos aufugit: cui Adrastus benignè susce-I pto, quodam responso motus, filiam Deiphylen vxorē dedit. Autor Diodorus. Alii scribunt fratrem Menalippū à Tydeo in venatione incautū interfectum. *Calydone*] ex Calydone vrbe Ætoliæ. *Et Teucrum*) Post finem belli Troiani Teucer morte Aiacis fratris inuisus patri Telamoni cùm non reciperetur in regnum, Cyprum concessit, atque ibi vrbem nomine antiquo patriæ Salamina condidit, vt scribit Iustinus libro vltimo. Eam nunc corrupto nomine Salinas vocari, quidam existimant. de Teucro ita etiam Vergilius cecinit. Atque equidem Teucrū memini Sidona venire, Finibus expulsum K patriis, noua regna petentem. *Humus grata Veneri*) Cyprus insula in qua Venus colebatur. *Tybur erat*) nondum enim Romani propagauerant imperii fines *Persequar vt cunctos*] vt exulum omnium exempla commemorem.

Quæ non facit ita multa) quæ tua sapientia non consequitur ita multa, vt velles: non enim ea potest dolorem tollere. *Ex tuis dictis*) ea rationibus adductis. [hoc est, quæ tuis dictis non ita multum efficit, in dolore meo tollendo] *Inficior*) nego. *Nostra Vulnera*) dolor meus.

Coire) claudi & sanari. perstat enim in metaphora.

Tuis præceptis) tuis rationibus. *Ne frustrà labores*) ne frustrà labori indulgeas, me sanando: quia non obtinebis vllis rationibus, vt dolorem ponam. *Nec æger perditus*) nec æger iam desperata salute destitutus. Seipsum autem designat. *Iuuet*] delectet te. *Admota ope*) allatis L consolationibus tuis. quasi dicat: Vereor, ne tibi sim odio, quòd tot consolationes tuas non admitto. *Nec loquor hæc*) scilicet me timere ea quæ dixi *Vt tamē hoc ita sit*) quāuis tamē id ita sit vt me nō possis sanare *Tua Volūtas*) tuus erga me animus & amor. *Grande munus*) loco magni muneris.

Cōsuluíq; boni] bonū & æquū iudicaui, ac in bonā partē (vt aiūt) accepi. Est enim prouerbialis locutio. Quintilianus in primo Sit enim à cōsulendo, vel à iudicādo. nā & hoc cōsulere veteres vocauerūt. vnde adhuc remanet illud, Rogat boni cōsulas, id est bonū iudices. Aliter dicimus, Æqui boníque facio, hoc est in bonam partē accipio. Terētius: Cęterùm equidem istthuc Chreme æqui boniq; facio. Liuius: Ne serpat latius contagio eius mali, nos æqui boníq; facimus.

V Contrarium est illud, Susque deque facimus: hoc est, non magni pendimus.

MICYL. *Nec iuuet admota perditus ager ope*] aliàs Iuuer legitur, passiua voce, vt sit sensus: Nec æger ipse perditus siue desperatus, iuuet ope & cura tua admota. quæ lectio melior ac planior est. Meminit Rutilii huius & Seneca libro sexto de Beneficiis.

IN QVINTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD VXOREM.

G

Iam mihi deterior canis aspergitur ætas:
Iámque meos vultus ruga senilis arat.
Iam vigor, & quasso languent in corpore vires,
Nec iuueni lusus qui placuere, iuuant.
Nec me, si subitò videas, cognoscere possis,
Aetatis facta est tanta ruina mea.
Confiteor facere hoc annos. sed & altera causa est,
Anxietas animi, continuúsque labor.
Nam mea per longos si quis mala digerat annos,
Crede mihi, Pylio Nestore maior ero.
Cernis, vt in duris (& quid boue firmius?) aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus?
Quæ nunquam vacuo solita est cessare nouali,
Fructibus assiduis lassa senescit humus.
Occidet, ad circi si quis certamina semper,
Non intermissis cursibus, ibit equus.
Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis,
Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.

MER. *Iam mihi deterior*) Ad vxorem scribens Poeta, canum se & languidum factũ esse designat. huiúsque rei causas duas esse colligit: senectutem B scilicet, & dolorem quo assiduè cõficitur. Deinde facta collatione laſ. expeditionis quæ in ea loca peruenit, & sui casus: docet suum malũ maius fuisse illius opere & peregrinatione. Postremò optat vt possit in patriam redire, fruique dulcissimæ cõiugis amplexu & colloquio, Cæsaribúsque sacrificare. *Deterior ætas*) Ætas deterior esse incipit post quinquagesimũ C annum. Cuius rei causã assignauimus in enarrationibus in Ouid. de Tristibus. *Aspergitur canis*) incipit canescere. Huius rei causam docet Macrobius, sed latius Alexander Aphrodiseus in Quæstionibus his verbis: Cur in temporibus homines celerrimè canescunt, calui autem nõ fiunt: quãuis neutrum, aut vtrunq; oportuerit? Nempe quòd canicies quidem oritur à qualitate, quam inuehit nutrimentum in pilos distributa: caluicies autem à quantitate. Cum enim frigefactum fuerit nutrimentum, non auget: sicut arbores per hyemem deponunt folia, frigido facto nutrimento, & velut concreto. Exiguo autem exhibitu, id nutrire impotens est: atqui canities ex tabido est nutrimento, putrescit sanè, cùm minus decocta attraxerit. annõ D eadẽ est ambobus causa, quapropter neque simul, neque eisdẽ adueniat locis? Cõsideratio prorsus naturalior, aut problematis cõuenientior: Tẽpora in venis sunt multis ac dẽsis vnde & caliditatẽ assequuntur, nedum eis non deficit nutrimentum. Cæterùm ob hoc quòd vnà multum præstò est nutrimẽti, & præcipuè p tou ecta iã ætate cõcoqui non potest, & perinde putrescit. hinc canicies exoritur, quẽadmodum ex humore putrefacto in naribus muci: nã non omnia nigrescunt putrefacta. Quocirca etiã Scopas comicus [illegible] inquit: Tibi pilos senectus additos habet. Homerus etiam [illegible], id est in temporibus canos appellauit, quòd vt plurimum hinc canicies exoriatur, quandoquidẽ priores capitis partes posterioribus sunt humectiores, & longe magis pituitosæ solutio ex tẽperamento. idem etiã docet Aristoteles in quinto de Generatione animalium. Scribit E Plin. caniciẽ equo & homini tantum datã. cuius rei causam esse docet Aristot. in Quæstionibus, quòd pars animãtium maxima pilum quotannis deciduum gerit, vt equus & bos: nonnulla deciduum nõ gerunt, tẽpus autẽ viuunt breue, vt oues, & quædã alia: quorum pilus tẽpore nõ canescẽs, canescere nõ potest. At homo nec deciduum gerit pilum, & lõgã degit ætatẽ, itaq. tẽpore cõsenescit atq; inueteratur. Idẽ etiã Arist. in 3. de Nat. animalium, mutari colorẽ pilorum in senectute, candidósq; pilos effici: quod vel cæteris animalibus accidit, sed nõ satis aperte præterquã in equo. canescũt pili à parte sui postrema. plurimus tamẽ canorum numerus candicãs ilico castit. Qua ex re patet, caniciẽ non ariditate cõmitti, vt quidã volunt. nihil enim sicco aridum gigni solet. Cutis autẽ vitio, quod vitiliginem appellamus, pilos omnes produci canos, apertum est. iã nõnullis pili, dũ ægrotarẽt, incanuerunt: quibus in bonã valetudinẽ restitutis, nigri redditi sunt, canis defluxis. Canescere pilos ocyus opertos, quàm detectos difflatósque aduertimus. & in 5. de Generat. animalium idẽ etiã docet, capite Homines senescẽtes canescere, q nulli ferè ex cæteris animalibus accidit manifestẽ, quãuis equus euidẽtius quàm cętera ita afficiatur. *Arat*] ducit, sulcat. *In quass. cor.*] in corpore malis agitato. *Languet*] debilitatur. *Tãta ruina*) tantus casus. *Facere hoc*) id præstare vt non possis me cognoscere. *Anxietas animi*] animi dolor. *Continuúsque labor*) & assiduus ac quotidianus corporis cruciatus. Hoc dicit, non modò angitur animus verumet à corpus præ nimio dolore laborat. *Digerat*] ordinet, disponat, cõputet. *Pylio Nestore*) Nestore ex Pylo vrbe Laconiæ, mari superincũbẽte, vt lib 8 docet Strabo. cam cõdidit Neleus Neptuni filius ex Tiro Salmonei filia. Neleus enim ex Chlori Amphionis Thebani filia 12. H filios habuit: quos omnes, vt scribit Homerus, præter Nestorẽ Hercules peremit. Nestor autem à poetis tertiam hominum ætatem vixisse fertur, id est tercentum annos. Horatius: At non ter æuo functus amabilẽ Plorauit omnis Antilochũ senex annos. & Ouid in 12. Met. Vixi annos biscentum: nunc tertia viuitur ætas. Plinius tamen in 7. scribit eum peruenisse ad 99. annum. [Tri- I ginta videlicet annis, pro vna ætate computatis. vt Homerũ Comment. exposuit.] *Cernis vt in duris*] Exemplis non modò se labore debilitari, sed & reliqua homine fortiora colligit. *Opus*) arandi labor. *Vacuo nouali*) agro sine semine. Sunt autem noualia, autore Seruio, noua rura, quæ per singulos annos renouantur per semina. Vel, Noualia dicuntur, vbi sylua tollitur. Idem alibi ita etiam scribit. Nouales & noualia dicuntur. sunt autem arua tunc primùm proscissa & alibi: Noualis est terra proscissa, quæ anno cessat, & Plin libro decimoseptimo ita scribit: Talis ferè est in noualibus cæsa vetere sylua. & in libro decimooctauo, Nouale autem, inquit, est, quod alternis annis seritur. Et Varro libro de Re rustica primo: Noualis, inquit, vbi satum fuit antequam secunda aratione renouetur. *Assiduis fructibus*] assiduis segetibus & opere. *Ad certamina Circi*] ad pugnam ludorum K Circensium, in quibus aliquando & pueri nobiles equo ludicrum Troiæ inire solebant, autore Cor. Tacito. Troiæ autem ludicrum notum est carmine Vergiliano, & nos alibi plura diximus. Aut equos curribus iunctos intelligit. Disponebatur autem Circus in formam spacii oblongi, & in summitate Circi carceres erant, vnde è curribus iuncti ad cursum mouebantur: & cùm ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam deuenirent. In circuitu verò spectacula ædificabantur, quibus patres atque equites spectabant: quæ à Liuio fori appellãtur. *Quæ nunquã sicca*] id est quæ semper humida. *Carebit aquis liquidis*] subaudi, nũquã. hoc est, carebit nũquã nauigatione. Vel sic, quę sicca, quæ nunquã madefacta: hoc est, quæ antea aquam nõ attigit, sed noua, nũquã carebit aquis liquidis, nũquã a nauigatione desistet. Hæc sentẽtia magis placet quàm prior. L

MICYL. *Occidet, ad Circi si quis certamina semper*] &c. Locus Taciti, qui hic à Merula citatur, de Troiæ ludo, qui aliquando in Circo à pueris nobilibus celebratus fuerit, libro vndecimo habetur his verbis: Sedente Claudio Circensibus ludis, cũ pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, interq. eos Britannicus Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomentũ Neronis adscitus, fauor plebis acrior in Domitium, loco præsagii acceptus est, &c. Hæc ille. Sed hic non de hoc solùm ludo, sed in genere de omnibus equestribus certaminibus, quæ in Circo fieri solebant, intelligendum. *Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis*) Superuacaneum erat, hoc loco verbum vllum adiicere, exponendi causa, cùm sensus per se planus & expeditus

A tàmque vitam, audita Memnonis filij morte, in cicadam versus dicitur. Horatius: Longa Tithonum minuit senectus. *Quamprimùm prouecet diem*] quamprimùm diem inducat *Roseo ore*] flauo ore

Merul. *Nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus Quas fugerem docuit, quas sequerérque vias*] Varia huius loci lectio est: sed ex omnibus iis quas recenset Merula, optima atque verissima ea est, quam ipse in primis reiicit, nempe vt legamus, Nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus Quas fugerem docuit, quas sequerérque vias. Intelligit enim Phineum Poeta, qui Iasoni viam, quam sequeretur, indicauit, & quo pacto petras Cyaneas transiret, ostendit. Vocat autem Phineum Agenoridem etiam Apollonius, vt cùm ait,

[illegible]

Et rursum,

[illegible]

[illegible]

Et Argonautica, quæ Orphei nomine circumferuntur, his versibus.

[illegible]

[illegible]

Apud Flaccum autem ipse loquens de se, ait, G

Non ego nunc magno quòd cretus Agenore Phineus,
Aut memorem, mea quòd vates intendit Apollo,
Pectora, &c. Neq; adeò obscura erat historia Phinei, vt tanta dubitatione opus esset, quippe quæ Græce quidem ab Apollonio lib. 1. apud Latinos autem à Valerio Flac. lib. 4. copiose tractatur.

B

IN SEXTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

Ille tuos quondam non vltimus inter amicos,
Vt sua verba legas Maxime, Naso rogat.
In quibus ingenium desiste requirere nostrum,
Nescius exilij ne videare mei.
Cernis vt ignauum corrumpant ocia corpus,
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ?
Et mihi si quis erat dicendi carminis vsus,
Deficit, éstque minor factus inerte situ.
Hæc quoq; quæ legitis: si quid mihi Maxime credis,
Scribimus inuita, vixque coacta, manu.
Non libet in tales animum contendere curas,
Nec venit in duros musa vocata Getas.
Vt tamen ipse vides, luctor deducere versum:
Sed non fit fato mollior ipse meo.
Cùm relego, scripsisse pudet: quia plurima cerno,
Me quoque qui feci iudice, digna lini.
Nec tamen emendo: labor hic, quàm scribere maior,
Mensque pati durum sustinet ægra nihil.
Scilicet incipiam lima mordacius vti,
Vt sub iudicium singula verba vocem?
Torquet enim fortuna parum, nisi Lycus in Hebrum
Confluat, & frondes Alpibus addat Athos.
Parcendum est animo miserabile vulnus habenti.
Subducunt oneri colla perusta boues.
At puto fructus adest, iustissima causa laborum,
Et sata cum multo fœnore reddit ager.
Tempus ad hoc nobis (repetas licet omnia) nullum
Profuit, atque vtinam non nocuisset opus.
Cur igitur scribam miraris? miror & ipse,
Et tecum quæro sæpe, quid inde petam.
An populus verè sanos negat esse poetas?
Súmque fides huius maxima vocis ego?

Mar. *Ille tuos quondam*) Ad Maximum scribens Poeta, illum admonet, ne miretur, si carmen minus elegans & incultum offenderit: siquidem tot malis & situ ingenium oppressum, non potest eo calore insurgere, quo prius. Hinc etiam fit, vt carmen non C relegat, sed inemendatum emittat. Deinde docet, cur, quamuis sibi carmina nocuerint, tamen adhuc scribat. Postremò consilium exponit, cur non conetur facere optimum carmen, & illud polire. *Non vltimus*) non postremus, sed primus. *Ne videare nescius*] vt videaris intelligere mala exilij, in quibus versor. *Mei exi-* D *lij*) meorum malorum, quæ exilij causa patior. videter autem econtrà lætus si carmina optima facerem, nam Carmina proueniunt animo deducta sereno *Ocia*) quies corporis. *Corrumpant corpus*) corpus violent, & quasi putrefaciant. Nam vt nimio ocio & veterno corpora languida redduntur, sic ea exercitatione conseruantur. Prima enim corporis cura- E tio, exercitatio est, quæ semper antecedere cibū debet: in eo qui minus, laborauit, & bene concoxit, amplior: in eo qui fatigatus est, & minus concoxit, remissior. Commodè verò exercent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio: atque hæc non vtique plana commodior est. Siquidem melius ascensus quoque, & descensus cum quadam varietate corporis moueat: nisi tamen perquam imbecillum est. Melior autem est sub dio, quàm in porticu. melior, si caput patitur in sole, quam in vmbra. melior in vmbra, quam parietes aut viridaria efficiunt, quàm quæ tecto subest. Melior recta, quàm flexuosa. Exercitationis autem plerunque finis esse debet sudor, aut certè lassitudo, quæ citra fatigationem sit: idque F ipsum modò minus, modò magis faciendum est. Ac ne his quidem athletarum exemplo vel certa esse lex, vel immodicus esse labor debet. Hæc Celsus. Idem etiam paulo antè ita scribit: Ignauia corpus hebetat, labor firmat. Illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. *Vt capiant vitium*) vt corrumpantur. Limus enim (autore Plinio) aquarum vitium est: si tamē idem amnis anguillis scateat, salubritatis indiciū habet. Damnātur autem in H primis fontes qui cœnū faciūt, quiq; malū colorē bibētib⁹ referūt, & si vasa ærea inficiūt, aut si legumina tardè percoquūt, si liquatæ leniter terrā relinquūt, decoctęq; crassis obducūt vasa crustis. Est etiānum vitiū nō fœtidæ modò, verum omnino quicquā recipiētis, iucūdū sit illud licet gratúmque, & vt sæpe ad vicina lactis accedēs, aquā salubrē aeri quā simillimam esse oportet. *Ni moue.*) ni I in puteis crebro haustu agitētur. quod ita etiam Plin. docet Ex quónā ergo genere maxime probabilis cōtigit? puteis nimirū, vt in oppidis constare video: sed his quib, exercitationis ratio crebro haustu cōtingit, & illa tenuitas colāte terra, salubritati hęc satis sunt, frigori & opacitas necessaria: vtq; cœlū videāt sopera omnia obseruatio vna. *Inerte situ*] ignaua K quadā desidia. *Vix scribimus*] vix cōponimus. vel certe scribimus manu vix coacta: quia difficile est manū meā impellere ad hęc scribēda, & vix illam possumus cogere. *In tales curas*] in tales cōponēdi carminis sollicitudines. *Ind. G.*] in regionē Geticā durā & inimicā. *Musa vocata*] Musa à me more poetico inuocata. *Luctor*) conor. *Sed non fit mollior*) sed versus meus nō fit facilior. *Meo fato*] mea infelicitate: quasi dicat versum facio fortunæ meę haud dissimilē. [hoc est durū: nā res meæ duræ sunt.] *Cùm relego*] cùm carmē meū iterū lego. L *Digna lini*] digna deleri *Scilicet incipiā*] Debeo, inquit, mordacius vti lima in corrigēdo carmine, & laborare circa vnumquodq; verbū. *Vt sub iudiciū*] vt singula verba censuræ subiiciātur. *Torquet enim fortuna parū*) quasi dicat non corrigo, ne dolori cœpto ex exilio accedat etiā cura corrigēdi carminis. *Fortuna*] fortuna aduersa. *Parum torquet*] parum me angit. *Nisi Lycus in Hebrū Cōfluat*] nisi aquā aquæ, hoc est, curā curæ addas. Est antē Lycus (vt docet Strabo) flumen ingēs, quod in Mæandrū influit, à quo Laodicea Lyco proxima nominatur. Mons vrbi imminet nomine Cadmus, ex quo Lycus fluit. Curtius etiā scribit, Marsyam amnē, quamdiu intra Celænas fluit, nomen suum retinere: at quū extra munimenta se euoluit, maiore vi ac mole agentē vndas Ly-

A eum appellari. Hebrus verò fluuius est sub Rhodope Thraciæ monte niuoso, vt docet Plin. Sunt qui eum scribant ex monte Pindo nasci: Seruius verò ex Oeagro fluuio. *Et frondes Alpibus addat Athos*) & frondes etiam addant nemnia nemoribus. Idem enim quod superius, per aliam similitudinem ostendit. Sunt autem Alpes montes, qui togatam Galliam diuidunt à comata, dicti ab Alpho, quod Sabina lingua candidum significat, vt scribit Pompeius: nam albent niuibus. De Albo verò monte dictum est in enarrationibus nostris in Ouid de Arte amat. *Parcendum est animo*) ignoscendum est menti meæ afflictæ, si non facio optima carmina. *Miserabile vulnus*) dolorem miseratione dignum, propter exilium. *Subducunt oneri*) subtrahunt ponderi. *Colla perusta*) colla labore consumpta, & ita attrita, vt perusta videantur. *At puto fructus adest*) Aliam causam exponit, cur non faciat

B optimum carmen: quia scilicet nihil illi conducit id agere. *Fructus*) vtilitas. *Iustissima causa laborum*) Laboramus enim circa studia, aut gloriæ cupiditate, aut fructu ipso, aut vtrunque consequamur. *Et ager*) & liber meus: quem per similitudinem agrum appellat. *Reddit fata*) reddit seminat: hoc est, quicquid in meo carmine continetur. *Cum multo fœnore*) cum multa vtilitate & multiplicatione. quid autem sit fœnus, notum est. *Ad hoc*) vsque ad hoc tempus componendo semper carmina. *Opus*) Libros de Arte am. designat. *Quid inde petam*) quid petam à carminibus. *Negat esse* G *sanos*) negat esse sanæ mentis. Insani enim poetæ appellantur. de qua re alibi multa scripsimus ex Platonis sententia. Probat autem non esse mirum, si non abstinet se à componendis carminibus. *Sum maxima fides*) sum maximum, quòd poetę sint insani, exẽplum: quòd quum carminis causa relegatus sim, adhuc carmen scribo. *Huius vocis*) huius sermonis, quòd poetæ insaniant.

Qui sterili cùm sim toties deceptus ab aruo,
Damnosa persto condere semen humo.
Scilicet est cupidus studiorum quisq; suorum,
Tempus & assueta ponere in arte iuuat.
Saucius euitat pugnam gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis,
Et ducit remos, qua modò nauit aqua.
Sic ego constanter studium non vtile seruo,
Et repeto, nollem quas coluisse, Deas.
Quid potius faciam? non sum qui segnia ducam
Otia: mors nobis tempus habetur iners.
Nec iuuat in lucem nimio marcescere vino,
Nec tenet incertas alea blanda manus.
Cùm dedimus somno, quas corpus postulat, horas,
Quo ponam vigilans tempora longa modo?
Moris an oblitus patrij contendere discam
Sarmaticos arcus, & trahar arte loci;
Hoc quoque me studium prohibent assumere vires.
Mensq; magis gracili corpore nostra valet.
Cùm bene quæsieris, quid agam: magis vtile nil est
Artibus his, quæ nil vtilitatis habent.
Consequor ex* illis casus obliuia nostri:
Hanc messem satis est si mea reddit humus.
Gloria vos acuat, vos vt recitata probentur
Carmina, Pieriis inuigilate choris.
Quod venit ex facili, satis est componere nobis,
Et nimis intenti causa laboris abest.
Cur ego sollicita poliam mea carmina cura?
An verear, ne non approbet illa Getes?
Forsitan audacter faciam, sed glorior Istrum
Ingenio nullum maius habere meo.
Hoc, vbi viuendum est, satis est si consequor, aruo,
Inter inhumanos esse poeta Getas.
Quid mihi diuersum fama contendere in* orbem?
Quem fortuna dedit, Roma sit ille locus.
Hoc mea contenta est infelix Musa theatro:
Sic merui, magni sic voluere Dei.
Nec reor hinc istuc nostris iter esse libellis,
Quò Boreas penna deficiente venit.

MER. *Ab aruo sterili*) à studiis poeticis, quæ nullũ mihi fructum attulere. *Persto*) perseuero. *Condere semen*) semen obruere: hoc est, carmen componere. Perstat adhuc in metaphora Poeta. *Scilicet est cupidus*) &c. Aliam etiam causam assignat, cur carmen scribat. *Ponere tempus*) tempus locare. *Saucius euitat pugnam gladiator*) Fatetur se gladiatorum

C & nautarum exemplis carmen repetere, quamuis id illi nocuerit. *Saucius*) dum est vulneratus. *Antiqui vulneris*) vulneris alio tempore accepti. *Cum vndis pelagi*) cum maris procella. *Naufragus*) qui naufragium fecit. *Qua modo nauit*) qua paulo antè natando euasit naufragium. *Constanter seruo*) constanter teneo. *Studium non vtile*) artem poeticam.

D *Deas*) Musas. *Quid potius faciam*) quid potius facere debeo, quàm Musas repetere? *Qui ducam segnia otia*) qui otiosam & segnem vitam agam. *Tempus iners*) tempus sine vlla exercitatione. *Habetur mors*) æstimatur mors quædam. *In lucem*) vsque ad lucem & diem: hoc est, tota nocte. *Nimio vino*) nimio potu: vt plerique faciunt. *Marcescere*) languescere.

E *Manus incertas*) manus ignaras victoriæ aut iacturæ. *Alea blanda*) blandus ludus. *Quas corpus postulat*) quas exigit corpus meum. *Quo modo*) quo alio pacto, quàm in studiis poeticis? *Ponam longa tempora*) dispensabo tempora, quæ mihi longissima videntur. *Moris patrij*) disciplinæ Romanæ. *Et trahar arte loci*) & viuam his artibus,

F quibus viuitur Tomi. *Hoc studium*) hanc iaculandi artem. *Magis valet gracili corpore*) magis viget, quàm tenue & macilentum corpus meum. *Nil est magis vtile*) nil mihi magis conducit. *Artibus his*) his studiis poeticis. *Quæ nil vtilitatis habent*) quæ nil conducunt. Studia enim poetica, licet sint nobilia & voluptuosa, tamen parum aut omnino nihil conducunt. Nam Mæonides nullas ipse reliquit opes.

Consequor ex illis) Causam tacitæ obiectioni respondens assignat, cur cum studia poetica sint minus fructuosa, illa tamen sequatur. *Nostri casus*) mei exilij & calamitatis. *Hanc messem*) hanc vtilitatem, vt mala obliuiscar, dum studiis poeticis operam do. *Si mea humus*) si meum ingenium. *Gloria vos acuat*) vos, quibus res sunt secundæ, gloriæ causa inuigilate. *Acuat*) stimulet. *Pieriis choris*) choris Musarum. *Ex facili*) sine difficultate, non nimis laboranda in inuentione. *Et causa*) & ratio. *Laboris nimis intenti*) laborandi nimis curiose. *Abest*) remota est: quia nec gloria, nec spes reditus, aut alia causa mihi offertur, qua debeam facere optima carmina. *Cur ego sollicita*) Aliam etiam causam assignat huius rei. *Non approbet illa*) non laudet illa carmina. *Forsitan audacter faciam*) forsitan ero audax dicendo quod sequitur. *Hoc aruo*) in hoc solo Tomitano. *Vbi viuendum est*) quandoquidem voluit Cæsar vt viuam. Quasi dicat, Satis erit mihi, haberi poeta apud Scythas: nec est curandum, an parum doctè scribam. *Inhumanos*) feros, immites. *Esse poeta*) dici & haberi vates. *Quid mihi*) subaudi, prodest. *Contendere*) ire. *In orbem diuersum*) in Romanam ciuitatem. *Fama*) famæ causa. Quid prodest mihi, inquit, laborare, vt fama mea Romam perueniat? *Roma sit ille locus*) ille locus Scythiæ, quem fortuna mihi assignauit, habeatur mihi pro Roma. quasi dicat, Sufficit mihi, si in Scythia tantùm fama mea sit non vulgaris. *Hoc theatro*) hac Scythiæ frequentia. Cic. in epist. ad Cornificium Etenim magno theatro spectata res est. Et Fabius: Ac maiore se theatro dignum putat. *Sic merui*) scilicet esse in Scythia. *Magni dei*) Cæsares. vel tercia deus & Augustus. *Hinc istuc*) è Scythia Romam. *Penna deficiente*) iam lassus. quasi alis deficientibus. Venti enim à poetis alati finguntur.

H I K L

Diuidimur cælo: quaque est procul vrbe Quirini,
Aspicit hirsutos cominus vrsa Getas.
Per tantum terræ, tot aquas, vix credere possum
Indicium studij transiluisse mei.
Finge legi quódque est mirabile, finge placere:
Autorem certè res iuuat illa nihil.
Quid tibi si calida, prosit, laudere Syene?
Aut vbi Taprobanen Indica tingit aqua?
Altius ire libet: si te distantia longè
Pleiadum laudent signa, quid inde feres?
Sed neque peruenio scriptis † melioribus illuc:
Famáque cum domino fugit ab vrbe suo.
Vósque, quibus perij tunc cum mea fama sepulta est,
Nunc quoque de nostra morte tacere reor.

MAR. A *Diuidimur cælo*) separamur a Roma cœli distantia. Est.n. Roma in alio cœli climate, quàm Scythia. *Procul vrbe Quirini*) longe à Romana ciuitate, quam Quirinus, hoc est Romulus, condidit. *Aspicit hirsutos Getas*] videt Getas hispidos & barbatos. nam sunt sub Vrsa maiori in septentrionali plaga. *Tot aquas*) per tot maria. *Indicium mei studij*] notitiam B meæ doctrinæ. *Finge legi*] finge carmina mea legi a populo Romano. *Autorem*) me Ouidium. *Nihil iuuat*) nihil prodest: quia ob eam causam non impetrabo reditum in patriam. *Quid tibi si calida*] Haud secus, inquit, proderit tibi, ac si in his locis lauderis, quæ Poeta commemorat. *Calida Syene*] Syene (autore Plinio) oppidum fuit supra Alexandriam quinque millibus stadiorum. Calidam autem appellat Syenen, quoniam (vt scribit Macrobius) directè locata fuit sub tropico æstiuo, id est sub Cancro, in extremo torridæ zonæ Lucan. lib. 8. Nam quis ad exustam Cancro torrente Syenen Ibit. *Aut vbi Taprobanen*] Taprobane insula est, quæ distare dicitur ab australissimis partibus, quæ sunt apud Coniacos meridiem versus, septem dierum naui- C gatione. Autor Strabo lib. 15 Scribit Plinius, Taprobanen alterum orbem terrarum esse diu existimatum, Antichthonum appellatione: vt liqueret insulam esse Alexandri Magni ætas, résque præstitere. Eratosthenes & mensuram prodidit longitudinis septem millium stadiorum, latitudinis quinque millium: nec vrbes esse, sed vicos septingentos. Incipit ab Eoo mari, inter ortum occasúmque solis Indiæ prætenta. *Indica aqua*] mare Indicum. Nam latus insulæ, quod prætenditur Indiæ, mari Indico alluitur. *Altius ire libet*] placet etiam per altiora & cœlestia idem probare. *Longè distantia*] longè remota, tanquam in cœlo existentia. *Signa Pleiadum*] signa illa Vergiliarum: de quibus plura diximus in enarratio- G nibus in Ouidium de Arte amandi. *Quid inde feres*) quid ex ea laude consequêris? quasi dicat nihil. *Sed neque peruenio illuc*] sed neque impetro reditum Romam, si carmina mea magis placuerint. *Fugit ab vrbe*] ab vrbe Romana discessit. *Cum suo domino*) cum me Ouidio exule. Hoc dicit, Et famam nominis, & patriam pariter amisi. *Vósque quibus perij*] Libros & versus designat, quibus in exilium eiectus est. *Tunc quum mea fama sepulta est*] tunc quum damnatus H fui: eo enim tempore fama mea periit. *De nostra morte*) de meo exilio, quod est mihi instar mortis. Sensus est: O carmina, quandoquidem vestra causa damnatus sum, de meo exilio & morte nihil dicite. Ex quo colligit, non modò comparandæ famæ gratia non scribendum carmen elegantius, sed omnino perpetuò tacendum esse.

Vósque, quibus perij tunc cùm mea fama sepulta est, Nunc quoque de nostra morte tacere reor] Non carmina aut libros suos alloquitur Poeta, quos de sua morte, hoc est, damnatione tacere velit, vt Merulæ videtur, sed amicos. Neque illos tacere de se iubet: sed vereri se ait, ne id faciant. quandoquidem hoc vulgare ac tritum est scilicet, vt aduersis rebus laborantem etiam amici obliuiscantur. Cohæret autem sententia horum versuum cum superioribus. Fama enim, inquit, mea cum domino suo ab vrbe fugit, siue abiit. eóque etiam vos amicos arbitror iam mei exilii ac fugæ; I quæ mortis instar mihi est, non amplius meminisse.

IN SEPTIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD GRAECINVM.

Ecquid vt audisti (nam te diuersa tenebat
Terra) meos casus, cor tibi triste fuit?
Dissimules, metuasq; licet Græcine fateri,
(Si bene te noui) triste fuisse liquet.
Non cadit in mores feritas inamabilis istos,
Nec minus à studiis dissidet ista tuis.
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitásq; fugit.
Nec quisquam meliore fide complectitur illas,
** Quàm sinit officium, militiæq; labor.*
Certe ego, cùm primum potui sentire quid essem,
(Nam fuit attonito mens mihi nulla diu,)

MER. D *Ecquid vt audisti*] Ad Græcinum scribens, dolet Poeta eum non affuisse eo tempore quo ab Augusto relegatus est: quem arbitratur magnum cepisse dolorem, vbi primùm rem omnem accepit. Secundò eum rogat, vt alloquio suo & literis saltem consoletur: nec scire cupiat quam ob causam exulauit. ne recrudescant vul- E nera iam occlusa. Postmodum docet nō prorsus sibi ademptam esse spem reditus: siquidem ea dea miserrimum quemque nunquam destituit. Fatetúrque simul, in Cæsaris clementia plurimum sperare: quem vt sibi reconciliet, precatur. Demum dicit omnia impossibilia potius fieri posse, quàm credere se à Græcino fido & veteri amico posse destitui. *Ecquid vt audisti meos casus*] nunquid postquam intellexisti infortunium meum, hoc est, me ab Augusto relegatum. *Nam te diuersa tenebat terra*) nam tu non eras Romæ eo tempore, sed in alia terra. *Cor tibi triste fuit*) dolore affectus fuisti. *Licet dissimules & metuas fateri*] quamuis fingas non ita esse, & timeas dicere te mea causa doluisse. *Fuisse triste*] cor fuisse mœstum. *Feritas inamabilis*] crudelitas quæ a- F matur à nemine. *Non cadit in istos mores*] non cadit in talem virum, qualis es tu. quasi d. Crudelitas illa quæ in aliis esse consueuit, à te protinus est aliena. *A tuis studijs*] ab ingenuis disciplinis, quæ in te sunt, & te totum humanum reddunt. *Dissidet*] discrepat. *Ista*] subauditur, feritas. *Artibus ingenuis*] liberalibus disciplinis: de quibus alibi dictum est. *Pectora mollescunt*) mentes fiunt molles & humanæ. *Asperitasque fugit*) & feritas ponitur. *Meliore fide*) meliore animo, quàm tu. aut non vacando magis illi rei, quàm ingenuis artibus. aut quia eas bene intelligis, & fideliter interpretaris. *Illas*] scili- K cet ingenuas artes. *Quàm sinit officium*] In alio codice legitur, Quum sinit officium, quæ lectio magis etiam placet. *Militiaque labor*) & labor militaris. Ex quo designat eum rei militaris studiosum, & tum per illam licet liberalibus disciplinis operam dare. *Quid essem*) quo in statu essem: hoc est, relegatus ab Augusto. *Nam fuit attonito*] nam quum primùm casum meum audiui, præ dolore consternatus, amens diu non intellexi, essémne ab Augusto relegatus, an non. *Attonito*) consternato. *Nulla mens*) nulla mentis intel- L ligentia.

MICYL. *Nec minus à studijs dissidet ista tuis*) Ita quidem Merula ac cæteri legunt, vt pronomen Ista ad feritatem referatur. Sed quid si legas, Nec mens à studiis dissidet ista tuis? vt sit sensus: Nec mens ista tua alia est, quàm sunt studia tua: hoc est, humana ac liberalis. vt sequens distichon sit velut αἰτιολογία quædam ad præcedentia: videlicet, quòd artibus ingenuis mollescant pectora, & fugiat omnis asperitas, &c. Sed tamen & prior lectio rectè habet, si aduerbia Nec minus, pro connectendi particula accipiantur. & pro Ista, illa, vt etiam Aldina editio habet, reponatur. *Quàm sinit officium, militiaque labor*] Ita vulgò ferè legitur. At enim videtur pro Quam, scribendum esse Quà, vt sit dictum

A pro quatenus, siue quātū, hoc sensu: Neq; quisquā meliore fide sequitur studia humaniora, quàm tu, quatenus id quidem per officium & labores militares abs te fieri potest. Nisi quis & Quàm, eodem modo pro quantū, positū malit.

Hanc quoq; fortunam sensi, quòd amicus abesses,
Qui mihi præsidium grande futurus eras.
Tecum tunc aberant ægræ solatia mentis,
Magnáq; pars animi, consilijq; mei.
At nunc, quod superest, fer opem precor eminus vnam,
Alloquioq; iuua pectora nostra tuo.
Quæ (non mendaci si quicquam credis amico)
Stulta magis dici, quàm scelerata decet.
Nec breue, nec tutum est, peccati quæ sit origo
Scribere, tractari vulnera nostra timent.
Qualicunque modo mihi sint ea facta rogare
Desine: non agites, si qua coire velis.
Quicquid id est, vt non facinus, sic culpa vocāda est.
Omnis at in magnos culpa deos scelus est.*
Spes igitur pœnæ menti Gracine leuandæ
Non est ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea, cùm fugerent sceleratas numina terras,
In dijs inuisa sola remansit humo.
Hæc facit, vt viuat fossor quoque compede vinctus,
Liberáque à ferro crura futura putet.
Hæc facit, vt videat cùm terras vndique nullas,
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.
Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit,
Nec spes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc dea quàm multos laqueo sua colla ligantes;
Non est proposita passa perire nece?
Me quoque conantem gladio finire dolorem*
** Arguit, iniectam continuitque manum.*
Quidque facis? lacrymis opus est, non sanguine, dixit:
Sæpe per has flecti principis ira solet.
Quamuis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei:
Qui ne difficilis mihi sit, Gracine, precare,
Confer & in votum tu quoque verba meum.
Inque Tomitana iaceam tumulatus arena,
Si te non nobis ista vouere liquet.
Nam prius incipient turres vitare columbæ,
Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas:
Quàm male se præstet veteri Gracinus amico.
Non ita sunt fatis omnia versa meis.

MER. *Hanc fortunā*) hoc aliud infortunium præter relegationem, quòd scilicet aberas. *Eras futurus*) si præsens fuisses. *Tecum tunc aberāt*) tecū tunc procul erant: hoc est, tu cum tuis solatiis procul eras. *Solatia*) cōsolationes tuæ. *Mentis ægræ*] quas meæ menti tristi allaturus fueras, si affuisses. *Magnaque pars* B *animi*) subaudi aberat. *Quod superest*) quod agendum restat. *Fer vnam opem*) fer vnum auxilium solando me. *Eminus*) procul à mea regione. *Tuo alloquio*) tuis verbis & literis. *Quæ*) scilicet pectora nostra. *Stulta*) improuida. *Quā scelerata*) quam vlli sceleri obnoxia. *Nec breue*] nec breuis narratio. *Nec tutum est*] quia Augustum timeo. *Peccati* C] culpæ, cuius causa relegatus sum. *Tractari*) palpari. hoc est, narrari. *Vulnera nostra*] nostra crimina. *Qualicunque modo*] qualicunque causa. *Mihi sint ea facta*] ea vulnera sint mihi illata. *Non agites*] ne attrectes. *Si qua coire velis*] si velis aliqua vulnera cogi & obduci. *Quicquid id est*] qualecunque hoc est, cuius causa relegatus fui. *Vt* D *non facinus*) vt non est vocandum scelus. *Sic culpa vocanda*) sic dici debet error & impudētia. *Omnis at in magnos culpa deos scelus est*) At, inquit, scelus est dij magni culpam omnem, hoc est, minimum quodque crimen, scelus maximum ducere, & ob vtrunque pari supplicio homines afficere. Vel leuiter blandiendo Augusto dicit, ne quidem leuiter errandū E esse cōtra dominos: vna enim quæque culpa in eos vel leuicula, habetur pro magna. *Pœnæ leuandæ*) minuendi supplicij, aut certè tollendi. *Nonnulla spes*] aliqua spes. *Ex toto*] prorsus. vel ex toto, scilicet supplicio. *Hæc dea, cùm fugerent*] Spes, inquit, sola ex dijs terras incoluit eo tempore quo cætera numina terras reliquere. Deos autem propter hominum scelera fugisse designat etiam Maro eo versu, Extrema per illos Iustitia excedens, terris vestigia fecit. *Sceleratas terras*] terras quas scelerati homines habitarūt. *In humo inuisa dijs*] in terra dijs odiosa. *Remansit sola*] sola restitit ipsa Spes. Quod ideo fingunt poetæ, quia neminem vnquā destituit spes. Vnde à doctis quæritur, plus ne boni an mali afferat spes. *Vt fossor*] vt qui fodit agros. *Compede vinctus*] in ergastulis ligatus. Hoc dicit, Serui quoque in er- F gastulis operari coacti, sperando viuunt, nec se interficiūt. *A ferro*) à ferreis compedibus. *Hæc facit vt videat*] Spes etiam facit, vt naufragus in medio mari destitutus, quamuis nullas videat terras, speret se euasurum. *Naufragus*) qui naufragium fecit. *Iactet brachia*) natando moueat brachia. *In medijs aquis*] in medio mari. *Solers cura medicorum*) sollicita & instructa medicorum cura. *Reliquit* aliquē] al. quem ægrotū tanquam periturum destituit. *Nec spes cadit huic*] nec tamen ægrotus spem ponit. *Vena deficiente*] venarū percussio inæquali aut formidate. G Id. n. inter signa mortis enumerat Plin. in 7. Cur autē, si certa futuræ mortis indicia sunt, interdum à medicis conualescant, his verbis respōdet Corn. Celsus: Aduersus quos, inquit, ne dicā illud quidē, quod in vicinis sæpe quædam notæ positæ nō bonos, sed imperitos medicos decipiunt: quòd Asclepiades funeri obuius intellexit eum viuere, qui efferebatur, H ne protinus crimen artis esse, si quid professoris sit. Illud tamē moderatius subijciā, coniecturalē artē esse medicinā, rationemq; cōiecturæ esse talē, vt cū sæpius aliquādo respōderit, interdū tamē fallat nos. Si quid itaq; vix millesimo corpore aliquando decipit, id notam non habet, quum per innumerabiles homines respondeat. Idque nō in his tantum, I quæ pestifera sunt, dico, sed in his quoque, quæ salutaria. Siquidem etiā spes interdum frustratur, & moritur aliquis, de quo medicus securus primò fuit: quæque medendi causa reperta sunt, nonnunquam in peius aliquid conuertunt. Sed est tamen medicinæ fides, quæ multo sæpius, pérque multos plures ægros prodest. Neque tamen ignorare oportet, in acutis morbis fal- K laces magis notas esse & salutis & mortis.

Clausi carcere) rei in carcerem coniecti. *Pendens in cruce*] cruci affixus. *Vota facit*] vouet aliquid dijs, si euaserit. *Proposita nece*] proposito genere mortis, vt scilicet laqueo vitam finiat. *Me quoque conantem*] Vide quàm prudenter poeta ab aliorum exemplis ad se redit.

Finire dolorem gladio] meipsum interficere, nec amplius exilij dolore angi. *Arguit*] prohibuit Spes ipsa. Aut etiam corripuit, ac reprehendit. Quidam autem Arcuit legunt, ab arceo, vt sit idem quod prohibuit. *Iniectam manum*] manū mihi ipsi lethum inferentem. *Continuitque*] & detinuit. *La-* L *crymis opus est*] est opus fletu, vt Cæsarem moueas. *Non sanguine*] non morte. *Indebita nostris meritis*] non debita meo sceleri. *In bonitate dei*] in Augusti clementia. *Confer in votum*] tu etiam Gracine alloquere Augustum, & tuas preces confer cum voto meo: quod est, vt ab eo reditum impetrem. Vel hoc dicit, Tu quoque alloquere Augustum vt sim voti mei compos. *Inque Tomitana*) Sensus est: Ne vnquam reditum in patriam impetrē, sed moriar in exilio Tomitano, si non est mihi exploratum, te desiderare reditū meum. *Si non liquet*] si non est manifestum. *Te vouere ista nobis*) te hæc nobis voto tuo optare. Legitur etiam, Mouere ista. hoc est, te hæc tractare apud Augustum, vt non sit mihi difficilis, vt sit ordo. Si non liquet nobis, te mouere ista. Le-

gitur etiam Monere, in exemplaribus Romæ impressis: vt dicas, te monere ista, te hæc Augustum docere, vt non sit difficilis nobis. *Vouere*] vouendo optare. *Nam prius incipiet*) Per columbarum, ferarum, pecudum, & mergorum exempla docet, impossibile esse, vt non ametur Græciuo *Vitare turres*) vitare peristerones. *Male se praestet*) malè se gerat.

Veteri amico) Per veterem amicum se designat, iam multos annos beneuolentia coniunctum. *Non ita sunt fata omnia versa mea*) Non ita, inquit, fata mihi sunt contraria, vt ab amico etiam destituar. *Versa*) aduersa, vel mutata.

Hæc dea, cùm fugerēt sceleratam numina terram, In dis inuisa sola remansit humo] Locus hic ex Theognide trālatus videtur. Nā & ille eodē modo finxit, cū cæteri dij omnes terrā reliquissēt, solā ipsā inter homines remāsisse. Versus illi^a sūt.

[illegible Greek verses]

[illegible Greek] ἴασιν.

Hesiodus quoque in eadem fere sententia finxit, cùm cætera mala per terras passim dispergerentur, solam spem in imo pyxidis Pandoræ resedisse:

[illegible Greek] (inquiens) [illegible Greek]

[illegible Greek] &c. Quibus ille verbis idē quod Theognis, monere voluit, hominem spe ali & sustineri, etiam si cæteris rebus omnibus destituatur. Extat autem similis locus de Spe, & apud Tibul. lib. 2. eleg. 7. *Iuque Tomitana iaceam tumulatus arena*) &c. Locū hunc asterisco notauimus, quòd suspicione mendæ non careat. Neque enim hæc cum præcedentibus satis cohærent. Quare aut deesse aliquid putamus, aut verbis ipsis vitium inesse aliquod, aut eosdem hos versus ad finem referendos esse. Quod idem etiam illi facilè animaduertent, si qui accuratius paulo, siue sensum orationis, siue etiam structuram & compositionem ipsam intuebuntur.

IN OCTAVAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MESSALINVM.

Littera pro verbis tibi Messaline salutem
Quam legis, à sæuis attulit vsque Getis.
Indicat autorem locus? an nisi nomine lecto
Hæc me Nasonem scribere verba latet?
Ecquis in extremo positus iacet orbe tuorum?
Me tamen excepto, qui precor esse tuus.
Dij procul à cunctis, qui te venerantur, amántque,
Huius notitiam gentis abesse velint.
Nos satis est inter glaciem, Scythicásque sagittas
Viuere, si vita est mortis habenda genus.
Nos premat aut bello tellus, aut frigore cœlum:
Trúxque Getes armis, grandine pugnet hyems.
Nos habeat regio, nec pomis fœta, nec vuis,
Et cuius nullum cesset ab hoste latus.*
Cætera sit sospes cultorum turba tuorum,
In quibus, vt populo, pars ego parua fui.
Me miserum, si tu verbis offenderis istis,
Nósque negas vlla parte fuisse tuos.
Vtque sit hoc verum, mentito ignoscere debes.
Nil demit laudi gloria nostra tuæ.
Quis se Cæsaribus notus non fingit amicum?
Da veniam fasso, tu mihi Cæsar eris.
Nec tamen irrumpo, quò non licet ire, satísque
Atria si nobis non patuisse negas.
Vtque tibi fuerit mecum nihil amplius, vno
Nempe salutaris, quàm prius, ore minus.
Nec tuus est genitor nos inficiatus amicos,
Hortator studij, causáque, fáxque mei.
Cui nos & lacrymas supremum in funere munus,
Et dedimus medio scripta canenda foro.

MAR. *Littera pro verbis*] E Ponto ad Messalinū scribens Ouidius, precatur vt solus patiatur omnia eius regionis incōmoda, sospitibus cæteris illius amicis & cultoribus, in quorum numero se quoque olim fuisse fatetur. docétque simul eius patris fratrísque amorem. Loquitur deinde de pœna, qua eū afficit Augustus: cuius causa se ab eo minimè reiiciendum esse colligit. Ostendit postremò, se officiosū semper fuisse erga eius domum: dolendúmque si quid sibi infœlix & triste euenit. *Littera*) epistola hæc. *Pro verbis*] verborum loco. Nam quum adessem, te corām salutabam: nunc absens te alloquor literis. *A sæuis Getis*) à Getica regione, vbi sunt homines sæui. *Indicat autorem locus*] cognoscitne per locum, vnde literæ mittuntur, quis eas scripserit? *An latet*) an ignoras: *Nisi nomine lecto*) nisi lecto mittentis nomine.

Hæc mea verba] has meas literas. *Ecquis tuorum*) nūquis tuorū amicorum aut clientum. *In extremo orbe*] in vltima septētrionis plaga. *Iacet*] aut habitat, aut te vera tanquam mortuus & prostratus iacet. Hoc autem dicit non sine magno dolore. *Qui precor esse tuus*) qui Ouidius cupio vt sim tuus, nec à te destituar. vel qui precor vt tuus sim: quia si tuus essem, non essem in Ponto exul. Superius enim dixerat, Ecquis tuorum. *Notitiam huius gentis*) notitiam gentis Scythicæ. *Satis est nos viuere*] sufficit nos vitam agere. quasi dicat. Pro cæteris tuis amicis satis sum ad ferenda Scythiæ incommoda, dum viuo. *Si genus mortis est habenda vita*) si quædam mortis qualitas, hoc est, exilium meum debet appellari vita. *Premat nos bello*) me bello inquietet. *Nec pomis fœta, nec vuis*] Scythiam intelligit, quę præ nimio frigore nec poma, nec vinum fert, vt alibi etiam docuimus. *Tuorum cultorum*] tuorum clientum. *Vt populo*) sicut in populo, & tanquam in magno amicorum numero: hoc est, sicut vnus est inter multos. *Verbis istis*] quibus dixi me olim fuisse in turba tuorum cultorum. *Vtque sit hoc verum*) Quamuis, inquit, sit verum hoc, quòd negas me vlla parte tuū fuisse. *Mentito*] mihi qui dixi mēdaciū, quòd me tuū esse scripsi. Hoc autem dicit, ne amicum offendat, timentem Augustum lædere. *Nil demit laudi*] nil detrahit tuæ famæ. *Gloria nostra*] si glorior me fuisse tibi amicum. *Notus Cæsaribus*] cognitus Cęsari Augusto, & eius liberis. Legitur etiam Notum: vt dicat, Quis non mentiri gaudet, dicēdo se amicū notum Cæsaribus? Superios tamen lectio candidior videtur. *Fasso*) mihi locuto, quòd mentitus fui, vel quòd familiaritatem tuam professus sum. *Tu mihi Cæsar eris*) quasi dicat, Tanti facio te, quanti Cæsarem: ideo dico me esse tuum amicum. *Nec tamen irrumpo*) nec tamen illuc accedo, quò mihi non licet: hoc est, nō ita adeo, nisi verecūdè: te enim venerari soleo. Aut hoc dicit, Ostendo me tibi amicū fuisse eo modo, quo liceat amicitiā testari, tacēdo ea quę tibi aut obessent, aut displicerēt. *Satísque*) subaudi, verbum est. *Si non negas*] si affirmas. *Atria*] ædes tuas, quæ mihi patebāt, quum te salutatum veniebam. *Vtque tibi fuerit*] quasi dicat, Quamuis nihil amplius habueris, quàm quòd atria tua frequętauerim salutandi gratia. *Minus vno ore*) minus vno homine. *Quàm prius*] quàm antea. Hoc dicit, Id tibi meo exilio detractum est, quòd vnum amisisti, qui te prius salutabat.

Nec est inficiatus nos] nec nos negauit. Adducit autem aliam causam, ob quam doret debere se à Messalino amari.

Faxque] & lumen, splendor. aut certè ardor & incitator.

Et lacrymas] & subaudi, dedimus, ab inferiori: hoc est, decantauimus carmine, seu prosaica oratione. *Supremum munus*] vltimum & postremum donum. Est autem Appositio figura. *In funere*) in eius morte. *Et dedimus medio*) & edidimus in publicum huiusmodi orationem, aut versus, eius laudes & mortem complectentes. Mos in funeribus laudandi defunctos, Romanis vetustissimus fuit: incertúmq; vtrū Valerius Publicola primus in funere Bruti consulis hoc constituerit, an antea à regibus acceperit. Laudationes autem huiusmodi funeres à Romanis prius cœptas fuisse, quàm à

A Græcis, scribit Dionys. Halic. & Plutarch. in vita Publicolæ. Quem morem seruauit semper populus Rom. vt Appiani, Quintiliani, Tranquilli, aliorúmque monumentis licet intueri. Qualis autem debet esse oratio funebris, docet Plato in Menexeno. Illud quoque sciendum est, annum fœminis ad lugendum constituisse Romanos, non vt tamdiu lugerent, sed ne diutius: viris verò nullum legitimum tempus fuisse, quia nullum honestum fuit. Autor Seneca in lib. 8. Epistolarum ad Lucilium, epist. 65. vbi (vt obiter enarremus carmen illud Catulli, Infer mi calices amariores) scribit hæc verba: Quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat. Petens ergo Catullus vinum vetus tanquam optimum, iussit sibi amariora vina afferri. Quare explodenda est eorum opinio, qui Meraciores deprauate legendum putant. Illud etiam sciendum est, funebres orationes fœminis à Romanis fieri cœptas post mortem, sicut victis post Gallos à Camillo deuictos. Quod ideo institutū fuit, vt matronis eo modo honos haberetur: quoniā quū in publico deesset aurū, ex quo summa pactæ mercedis Gallis cōficeret, collatū à matronis Romanis accepere. Autor Liuius.

Adde, quòd est frater tanto mihi iunctus amore,
Quantus in Atridis Tyndaridísque fuit.
Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est:
Si tamen hæc illi non nocitura putas.
Si minus, hac quoque me mendacem parte fatebor:
Clausa mihi potius tota sit illa domus.
Sed neque claudenda est, & nulla potentia vires
Præstandi, ne quid peccet amicus, habet.
Et tamen vt cuperem culpam quoque posse negari,
Sic facinus nemo nescit abesse mihi.
Quòd nisi delicti pars excusabilis esset,
Parua relegati pœna futura fuit.
Ipse sed hoc vidit, qui peruidet omnia Cæsar,
Stultitiam dici crimina posse mea.
Quámque ego permisi, quámque est res passa, pepercit,
Vsus & est modicè fulminis igne sui.
Nec vitam nec opes, nec ademit posse reuerti,
Si sua per vestras victa sit ira preces.
At grauiter cecidi: quid enim mirabile, si quis
A Ioue percussus non leue vulnus habet?
Ipse suas quamuis vires inhiberet Achilles,
Missa graues ictus Pelias hasta dabat.
Iudicium nobis igitur cùm vindicis adsit,
Non est, cur tua me ianua nosse neget.
Culta quidem (fateor) citra, quàm debuit, illa est:
Sed fuit in fatis hoc quoque (credo) meis.
Nec tamen officium sensit domus altera nostrum:
Hic illic vestro sub lare semper eram.
Quæque tua est pietas, vt te non excolat ipsum,
Ius aliquod tecum fratris amicus habet.
Quid? quod vt emeritis referenda est gratia semper:
Sic est fortunæ promeruisse tuæ.
Quod si permittis nobis suadere, quod optas,
Vt des, quàm reddas, plura, precare deos.

MAR. *Adde, quòd est frater*) Causam aliam etiam assignat, cur amari debeat à Messalino. *Quantus*, quàm magnus amor. *In* B *Atridis*, In Agamemnone & Menelao. *Tyndaridísque*) & in Castore & Polluce. de quorum amore alibi plura diximus. *Hæc ista*, quæ de eius in me amore prædico. *Nō nocitura*) quia illi fortasse mea causa noceret Augustus, si sciret illum fuisse mihi cōmitē, aut amicum. *Si minus*) si non putas hæc nō nocitura hoc est, si arbitraris, hoc quod dico, fratri C obesse posse *Hac quoque me mendacem*) Profitebor, inquit, hac in re mētitū me fuisse quemadmodum etiam de te dixi, quòd fueris mihi amicus, quum non esset verū. *Potius*) quàm, subaudi, velim quicquam scribere, & affirmare quod obsit fratri. *Illa domus*) fratris tui domus *Et nulla potentia vires*) Nemo adeo potens est, vt possit præstare, quin amicus a-D liquid admittat, quod eum offendat. Quasi dicat: Augustus quamuis sit potens, nunquam tamen vi efficiet, vt domum mihi claudat frater: potius cum peccabit contra illum, quàm amicum deseret. Vel certè (quod magis placet) reddit rationem, cur domus non sit sibi claudēda, sed potius ignoscendum. Nulla enim potentia humana potest amicum cohibere, quin aliquando pec-E cet: quemadmodum ego peccaui, & propterea relegatus sum ab Augusto. Quibus verbis colligit, non ideo esse se pellendum domo, propter culpam suam: quandoquidem nemo est qui non sit obnoxius alicui peccato. *Et tamen vt cuperem*] Et tamen, inquit, quemadmodum optarem, me nunquam commisisse hoc, cuius causa Augustus me relegauit: sic omnes intelligunt me erroris potius quàm sceleris damnandum esse. *Culpam*) errorem & imprudentiam. *Facinus*) scelus *Nemo nescit*) omnes sciunt. *Excusabilis*] quia imprudenter peccaui *Quod nisi delicti*) Sensus est: Si delicti mei magnitudo tanta esset, vt non posset excusari, relegatio parua pœna videretur: quia si non esset delictum meum excusabile, Augustus me occidisset, & non relegasset: sed cùm illud delictum hoc meum excusabile cognouerit, ideo me mitiori pœna mulctauit, scilicet relegatione. *Qui prauidet o-*F *mnia*] qui tanquam prudens omnia antè prospicit. *Stultitiam*) imprudentiam *Quamque ego permisi*) & quantum ego concessi: nā me nihil defendi, aut excusaui Augusto. *Quamque*) est res passa, & quantum causa mea meruit. *Igne sui fulminis*] supplicio suæ in me iræ *Nec ademit posse reuerti*) nec reemouit mihi spem reditus. Ouidius enim non publico edicto, sed solo Augusti verbo relegatus fuerat. Vel certè hoc ideo dixit, quia relegati ad tempus aliquō deportabantur. *Si sua ira*) si ira imperatoris. *Per preces vestras*] per tuas & cæterorum amicorum preces. *At grauiter cecidi*] quamuis dixerim, modicè vsum in me supplicio Augustum, tamen id mihi videtur graue. *Quid enim mirabile*) Per interrogationem non esse mirandum colligit, si H grauiter cecidit. *Ab Ioue*) ab Augusto. *Quamuis inhiberet suas vires*] quāuis non magno impetu eam emitteret. *Dabat graues ictus*) grauiter verberabat. Magni enim viri quamuis leuiter verberent, eorum tamen ictus grauiter sentiuntur. *Pelias hasta*) hasta Achillis fraxinea: de qua alibi diximus. *Iudicium vindicis*) iudicium Augusti liberatoris patriæ. nam I pater patriæ appellatus fuit. vel vindicis mei, quòd me liberauit à morte. Vel certè iudiciū vltoris Augusti intellige, quòd vltus fuit crimen meum admissum, me relegando. *Adsit nobis*) faueat mihi: cùm enim posset me occidere, maluit Augustus relegare. ergo videtur me non nimium odisse. *Tua ianua*) tua domus *Neget nosse*] dicat me non co-K gnoscere, timens ne Augustū lædat. *Citra quam debuit*] minus quàm debebam. *Illa*) domus tua scilicet. *In meis fatis*) in meo infortunio, vt domum tuam minus colerem, vel relegatus non potui ad extremum vitæ domum tuam colere, quia fata mea non concessere. *Hoc quoque*) hoc etiā, vt domum tuā minus colerem, quàm debebam: quemadmodum etiā fuit in meis fatis, vt relegaret. *Altera domus*] alia familia, quàm vestra *Hic*) domi vestræ *Illic*) domi meæ (Vel hic, illic, pro vbicunque, seu quouis loco positū.) *Sub vestro lare*] sub vestra domo, tutela, & imperio. *Quæ tua est pietas*) & cuiusmodi tuus est amor erga fratrem. Ostendit autē, Messa-L lino se amicum esse debere causa fratris, quocum magnam sibi fuisse amicitiam docet. *Vt te non excolat ipsum*) quamuis qui est amicus fratris, non sit tibi familiaris. *Ius aliquod*) aliquod vinculum. *Habet secum*] habere debet secum. *Quid?*) subaudi, dicam. Subiungit autem aliam rationē, qua [illegible] Messalinus debet eum iuuare, vt s. multos sibi pariat amicos. *Vt emeritis*] &c. quemadmodū, inquit, referenda est gratia à nobis amicorū emerito. *Emeritis*) amicis iam functis officio erga amicum, & postea quiete otibus [illegible] per locos valde meritis Virg. Edutæ coryli nascuntur. Et edoctū, pro valdè docto sæpe positum reperies. vt sit sensus: Quod si de nobis bene meritis debemus semper gratiā referre, ad fortunā tuā fœlicē pertinet nouos amicos parare, etiā si nihil de te meriti sunt. quasi innuat debere Messalinum, poetam

sibi tanquam nouum amicum conciliare, & ei fauere, si non vult illi tanquam fratris ac domus cultori opẽ ferre. Vel sic: Vt solemus nos tenere de nobis bene meritis gratiã referre, sic pertinet ad tuã fortunam multos conciliare de beneficiis tuis, qui tibi sint obnoxij. Et quia mentionem fecerat de his qui dant, & qui accipiunt beneficium, ideo statim subiungit hoc carmẽ, Quod si permittis, & reliqua. *Sic est tua fortuna*) sic ad te, qui es potẽs, & vteris fœliciori fortuna quam ego, pertinet. *Promeruisse*) beneficiis conciliasse & iuuisse. *Quod si permittis*] Ostendit Messalinũ debere beneficiis suis amicos multos conciliare, & à diis petere vt semper possit prodesse omnibus, & malis esse in numero eorũ, qui dãt quàm qui accipiunt beneficia. *Si permittis*) si nobis concedis. *Suadere quod optes*] hortari ea quod debeas optare à diis, vel eligere. *Vt des*] Messalinum dicit debere optare & deos rogare, vt B scilicet magis afficiat beneficus alios suis, quàm ille ab aliis accipiat. Qui.n. dat hominibus beneficia, potens est, & deos imitatur. Qui verò reddit beneficium acceptũ, aliquãdo indiguit alterius opera. Ille ergo qui dat, fœlicior est & potentior, quàm qui reddit.

Sed neque claudenda est: & nulla potentia vires Præstando, ne quid peccet amicus, habet, Hoc est: Sed non est propterea claudenda domus, aut metuendum aliquod ex Augusto periculum, quia ipse amicus fratris tui existens peccaui. Nam cùm nulla potentia tanta sit, quæ possit prohibere, siue facere, quo minus alicuius alterius amicus aliquando peccet: neque Augustus ita inhumanus, aut sæuus erit, vt propterea fratrẽ tuũ persequatur aut odisse velit, quia ego, amicus illius, aliquãdo peccaui. *Quæq; ego permisi. &c*] Hoc est: Pepercit mihi eatenus, siue tãtũ quatenus, siue quãtũ (vtrunq;.n. modo scriptũ reperias, Quã & Quà videlicet) cũ ipse merito atq; delicto meo permisi illũ, tũ etiã causæ qualitas passa est.

MICYL. G

MAR. *Idque facis*] & id præstas plus dando, quàm reddendo. *Quantùmque licet*] & quantum potes. & subauditur, facis. *Meminisse solebas*] solebas mentionem facere exponendo mihi. *Esse causam officij dati pluribus*] te esse causam, quòd plures beneficia consecuti fuerint. Ex quo probat, Messalinum solitũ fuisse plus dare quàm accipere. *Qualibet in numero*] vel in numero amicorum tuorum, vel amicorum fratris tui. *Si non doles Nasonem ferre mala*] si non tristaris me Ouidium in exilio inquietissimo versari. *At meruisse dole*] saltem dole quòd meritus sum relegari ab Aug. quasi dicat saltem dole quòd fuerim infœlix.

Idq; facis, quantumq; licet meminisse, solebas
Officij causam pluribus esse dati.
Qualibet in numero me Messaline repone,
Sim modò pars vestræ non aliena domus.
Et mala Nasonem, quoniam meruisse videtur,
Si non ferre doles, at meruisse dole.

MICYL. H *Idq; facis, quantùmque licet meminisse, solebas Officij causam pluribus esse dati*] Alij legunt, Officij causam pluribus esse dati. vt sit sensus & ordo verborum: Idque facis (scilicet, vt plura des beneficia, quàm accipias) & quantum maximè licet, solebas pluribus esse causa officij dati: hoc est, de pluribus bene mereri.

C

IN NONAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD SEVERVM.

MAR. *A Tibi dilecta*) Seuero amico exponit se circum hostibus, in assiduis semper prœliis versari, miróque amicorum, coniugis, filiæ, & patriæ desiderio teneri. Simul dolet, quòd cùm careat prædiolo & hortis, non habeat saltem in Scythia locum aliquem, quem colat, vt arando, seminando, aut irrigando curas imminuat. Colligit tamen præ hostium multitudine, quòd Tomitanam ciuitatem semper infestant, non posse id sibi præstari. Postremò lætatur quòd contra in Seuero sint omnia secũda: monétque, vt opter locum aliquem magis propinquum dari sibi ab Augusto. *Si persequar omnia*] omnia mala mea exposuero. *Flebis*] plorabis præ dolore. *Summa nostri mali*] breuitas meæ calamitatis. Hoc dicit: Sũmatim mala mea tibi exponam. nã si particulariter omnia persequerer, plorares. *In assiduis armis*] in assiduis bellis. *Expertes pacis*] sine parte pacis. *Geta pharetrato*) Geta populo sagittifero. Sagittis enim veneno illitis (vt etiam alibi diximus) in bello Getæ vtebantur. *Déque tot expulsis*] & de tot ciuibus exulãtibus. *Solus sum miles in exulo*] solus sum eques in exilio. (Seu potius: Solus sum miles pariter & exul, bello scilicet & exilio damnatus) *Cætera turba*) reliqui Romani exules præter me. *Latet tuta*, non armis vexatur, vt ea vrbs in qua relegatus sum. Vel, nõ exulat vt ego. *Dignere venia nostros libellos*) mihi ignoscas, si versus mei fuerint minus boni. *In procinctu*] in expeditione & apparatu bellico. Pho. Vnõ, curas vigorémque animi impedit ad procinctum tendẽtibus. Procincta classis etiam vocabatur, cùm exercitus cinctus erat Gabino ritu confestim pugnaturus. veteres enim & populi & nauium & militũ multitudinẽ Classem appellarunt. *Stat vetus vrbs ripa vicina binomini Istri*] Vrbẽ Tomos vicinã describit, quam ab hostibus infestari dicit: quod inter cætera mala etiam commemorat: vt doceat hæc in procinctu à se scripta: & ideo carmina eius colligit esse venia digna. *Stat*] Vel erecta est, tãquã in mẽtibus sita: vel, posita est. *Istri binomini*] Istri habentis duo nomina Danubina enim (vt Ptolemæus scribit) vsque ad Axiũ oppidum appellatur. Inde verò vsq; ad mare Ister dicitur. *Et positu loci*] & ipsi loci situ. *Caspius Aegypsus*] Ægypsus è gente Caspia, quæ nomen portis & mari dedit: vt est autor Plin. lib. 6. *De se si creditur ipsi*] si fides prædicanti aliquid de seipso est adhibenda. *Condidit*] ædificauit eã vrbem. *Proprio nomine*] hoc est Ægypsum. *Opus*] vrbem à se cõditam. *Ferus Getes*] crudelis & immitis ille populus. *Perẽptis Odry.*] à Getis interfectis incolis eius oppidi, qui erant ab Odrysa Thraciæ vrbe oriundi. Aut Odry. ca Thrac accipias ab oppido Thra. sic Martial. Odrys. v: dunt ab vrbe redit. *Inopino marte*] prælio non expectato eos enim incautos Getæ adorti sunt. Quãrẽ poeta inferius lib. 4. 10 epist. ad Vestalẽ plenius exequitur. *Et sustulit arma in reg.*] & intulit ac cepit arma in regẽ ciuitatis. Vel certè ademit submouitque arma a. illum enim noluit interficere, cum reliquas eius copias in

A Tibi dilecta missam Nasone salutem
Accipe, pars animæ magna Seuere meæ.
Néue roga quid agã: si persequar õnia, flebis:
Summa satis nostri sit tibi nota mali.
Viuimus assiduis expertes pacis in armis,
Dura pharetrata bella mouente Geta.
Déq; tot expulsis sum miles in exule solus:
Tuta (neque inuideo) cætera turba latet.
Quóque magis nostros venia dignere libellos,
Hæc in procinctu carmina facta leges.
Stat vetus vrbs ripa vicina binomini Istri,
Mœnibus, & positu vix adeunda loci,
Caspius Aegypsus, de se si creditur ipsis,
Condidit, & proprio nomine dixit opus.
Hanc ferus Odrysiis inopino Marte peremptis
Cepit, & in regem sustulit arma Getes.
Ille memor magni generis virtute quod auget.
Protinus innumero milite cinctus adest.
Nec prius abscessit, merita quàm cæde nocentum
Se nimis vlciscens extitit ille nocens.
At tibi rex aeuo detur fortissime nostro,
Semper honorata sceptra tenere manu:
Téque quod & præstat (quid enim tibi plenius optẽ?)
Martia cum magna Cæsare Roma probet.
Sed memor vnde abij, querar ô iucunde sodalis,
Accedant nostris sæua quòd arma malis.

D E I K L

A bello occidisset. satis enim erat, eius vrbem cepisse. Vel sustulit, hoc est distulit arma. nam capta vrbe, regem fugientem insequi noluit. Plautus, Omnes tollo ex hoc die in alium diē. *Ille*] rex scilicet, cuius vrbem ab Ægypso conditam, captam dixit. *Magni generis*] magnæ originis & sanguinis. *Quod auget virtute*] quod genus propria virtute ille magis clarum facit. Vel certè quod genus illum clarum facit, & stimulos addit, vt sit præstans. *Adest*] ad oppidum captum tenentis. *Nec prius abscessit*] nec prius discessit ab oppugnatione oppidi. *Merita cadi nocentum*] morte quā meriti fuerant nocentes Getæ, à quibus oppidum improuiso captū dixerat. *Quam ille nimis vlciscens se*] quàm erat plus æquo iniuriam acceptam vindicans. *Extitit nocens*] ita modum iræ excessit vlciscendo hostes, vt nocens videretur. *At tibi rex*] Nunc vertit sermonem ad regem qui virtute oppidū Tomosinum recepit. *Semper tenere sceptra manu honorata*] semper honorificè imperare. *Téque quod & præstas*] Optat etiam Ouidius vt rex ille sit charus Romanæ ciuitati & Cæsari. *Sed memor vnde abij*] Quia aliquantulum digressus fuerat ab eo quod superius scripserat, à diuerticulo ad rem redit. *Queror ô iucunde sodalis*] Assignat causam huiusmodi digressionis. Paulo antè, inquit, querebar quòd in mediis armis versarer, & scriberem carmina ob eam causam venia digna. G

Vt careo vobis Scythicas detrusus in oras,
Quatuor autumnos Pleias orta facit.
Nec tu credideris urbana commoda vitæ
Quærere Nasonem, quæris & illa tamen.
Nam modo vos animo dulces reminiscor amici:
Nunc mihi cum chara coniuge nata subit.
Atque domo rursus pulchræ loca vertor ad vrbis,
Cunctáque mens oculis prævidet illa suis.
Nunc fora, nunc ædes, nunc marmore tecta theatra,
Nunc subit æquata porticus omnis humo.
Gramina nunc campi pulchros spectantis in hortos,
Stagnáque & euripi, virgineúsque liquor.
At, puto, sic vrbis misero est erepta voluptas,
Quolibet vt saltem rure frui liceat.
Non meus amissos animus desiderat agros,
Ruráque Peligno conspicienda solo,
Nec quos pomiferis positos in montibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta viæ.
Quos ego nescio cui colui, quibus ipse solebam
Ad sata fontanas, nec pudet, addere aquas.
Sunt ibi, si viuunt, nostra quoque consita quædam,
Sed non & nostra poma legenda manu.
Pro quibus amissis, vtinam contingere posset

M s 24 *Vt careo vobis*] postquā à vobis absū. *Quatuor autumnos*] quatuor B annos. *Pleias orta*] Oriūtur Pleiad. 4. Nonas Apriles, vt in Fastis docet Ouidius. Colum. scribit, 6 Idus Octobris Vergilias exoriri vespere: verùm 13. & 11 Cal. Nouemb. solis exortu occidere. Idem alibi etiā scribit, Vergilias 11. Cal. Maias cū sole oriri, 8. verò Idus April. vespere celari, interdúmque hyemare. Plinius etiam docet Vergiliarū exortu æstatē C incipere, occasu hyemē. De Pleiadibus plura diximus in enarrationibus in Ouidium de Arte amandi. * *Vita Vrbana*] vt in vrbe Roma viuit. *Illa*) scilicet cōmoda vitæ vrbanæ *Nata*) filia Perilla. *Subit*] in mentem venit. *Domo*] à meis domesticis. *Pulchra vrbis* pulchræ Romæ *Vertor*] deducor, puerno cogitatione. *Cūcta illa*] omnia illa loca quæ statim poeta com-D memorat, de quibus in enarrationibus in Ouidium de Arte amandi alia plura diximus. *Nunc ædes*] aliquando mihi subeunt domus magnificentissimæ, & quæ auro fulgebant, vt docuimus autoritate Senecæ in enarratione eius versus Ouidii 103 lib. de Arte amandi, Simplicitas rudis ante fuit, nunc aurea Roma est. Et Plin lib 36 scribit, P. Clodiū quē Milo occidit, sestertiis 147. millibus domo empta habitasse. Potes hoc etiam ad ædes sacras referre, quas Romæ magnificentissimas fuisse libro quinto scribit Strabo & Tranquillus in Augusto. *Nunc marmore tecta theatra*] Theatra pro partibus posuit, quæ erant post scenam, & tegebant, vt docet Vitruuius lib. 5 cuius verba hæc sunt Post scenam porticus sunt constituendæ, vti cùm imbres repentini interpellauerint, habeat popul⁹ quò se recipiat ex theatro. Circa theatra autem erant non modò porticus, sed etiā * E ambulationes. quæ ita collocabātur, vti duplices essent, haberéntq; exteriores columnas doricas cum epistyliis & ornamētis ea ratione modulationis perfectas. Et alibi: Media, inquit, spacia, quæ erunt sub dio inter porticus adornanda viridibus videntur. Et alibi: Tectum porticus quod futurum est in summa gradatione, cum scenæ altitudine libratū perspiciatur: ideo quòd vox crescēs æqualiter ad summas gradationes & tectum perueniet. Illud notandum, theatra non marmore, sed linteis velis tegi solita. quod primus omnium Catullus Romæ fecit, autore Plinio. Potes etiam per theatra tecta marmore, intelligere theatrū M. Scauri, quod in ædilitate fecit, autore Pli. maximū omnium, quæ vnquam fuere humana manu facta. Theatrū hoc fuit scenę triplicis, 360. columnarū. Pars scenæ inferiore marmore fuit: vt nō immeritò Ouid. theatra tecta marmore dixerit. *Nūc subit*] modò in F mētē venit. *Æquata h.*) pauimētis æquis. *Porticus e*) De porticibus Romanis abundè diximus in cōmentariis nostris in Ouid. de Arte amandi. *Gramina nunc campi*] herbas campi proximi cāpo Martio. cuius & hortorum ita etiā meminit Strabo: Huic proximus campo & alter adiacet campus, & innumerabiles circumcirca porticus, horti nemorosi. *Stagnaque & euripi*) & aquæ stantes in corpis. Hoc dicit: Et canales ac ductus aquarum, qui euripi appellātur, mihi subeunt: quas res Romani maximo impendio parabant. Vnde Sen. in lib. 14. Epist. ita scribit: qui euripos subito impetu aquarum implet, aut siccat. Euripos enim Cic. in 2. de Legibus docet ita vocari canales & ductus aquarū. H In qua significatione accepit Plin. scribens lib. 9. Lucullum exciso monte iuxta Neapolim maiore impendio quā villam ædificasse, euripum & maria admisisse. Idem etiam in octauo scribit, Scaurum primum quinque crocodilos Romæ ædilitatis suæ ludis temporario euripo ostēdisse. Et Spartianus Heliogabalum scribit euripis vino plenis nauales Circēses exhibuisse. I A simili causa euripum quoque dicimus fretum, hoc est mare angustum, qualis est euripus in Euboia, & Tauromitanus in Sicilia. Stagnum autem (vt docet Seruius) est aqua stans. Vnde stagnare aquā dicimus, hoc est continere: & terrā, quæ aquam continet. Vnde apud Plin. legimus, marinos fluctus effusos stagnare solere & inde agros humidos atque stagnātes appellat. Stagnum autem à lacu ita differt, autore Vlpiano: Stagnum enim est, quod temporalem habet aquam ibidē stagnantem: quæ plerunque hyeme colligi solet, æstate siccari. Lacus verò est, qui perpetuam habet aquam. *Virgineúsque liquor*) & aqua virgo subaudi subit. De ea autem aqua, & K cur virgo appellaretur, abundè diximus in commentariis nostris in Ouid. de Arte amandi. *At puto sic vrbis*) Miserabiliter queritur Poeta, quòd non modò careat dum sit vrbana voluptate, sed etiā hortis amœnissimis. *Quolibet rure*] quolibet agro longè ab vrbe *Amissos agros*) agros relictos, non autem ereptos ab Augusto: quod exulibus fieri solebat, non relegatis *Ruraq;*] id est agros *Solo Peligno*) in terra Pelignæ regionis hoc est, in agro Sulmonensi. *Flaminia via*) Viam Flaminiam è Roma per Thusciam & Vmbriam vsque Ariminū C. Flaminius, M. Lepidi collega, in consulatu strauit, vt scribit Strab. li. 5. *Claudia*] Viam Appiam seu Claudiam à porta Capena vsque ad vrbē Capuā muniendā curauit, anno 30. post initiū Samnitici belli Appius Claudius Crassus Cēsor. cui postea Ægeo fuit cognomē. Autor Frōtinus, & Liu. lib. 9. ab vrbe condita. Statius: Appia lōgarū teritur regina viarū. L *Nescio cui*] Cū dolore dicit. Nescio cui colui hortos meos: nā modò non licet illis frui. Sic Maro: En queis conseuimus agros. *Addere aquas fontanas ad sata*] semina irrigare. *Sunt ibi*) sunt in his meis hortis.

Stagnaq; & Euripi, &c.) aquā virginē intellige quā Agrippa ædilis in agro Lucullano collectā, Romā perduxit, Coss. C. Sentio & Sp. Lucretio, vt autor est Frontinus. Virgo autem appellata fuit, quod quærentib. aquam militibus puella virguncula quasdam venas monstrauit, quas secuti qui foderant ingentem aquæ modum inuenerunt. Frontinus. M e r t s.

Nec quos pomiferis positos in montibus hortos Spectat Flaminia Claudia iuncta via] Alia hoc loco Claudia accipiēda videtur, quàm quæ Appia via aliàs dicta fuit. Nā quo pacto

convenire, aut in unum concurrere Appia atque Flaminia possent? Quarum altera orientem versus in Australi Apennini latere à Roma Brundusium usque porrecta fuit: altera aoté ab eadē Roma in diuersam partē per Vmbriā, Ariminum usque abiit. quod oppidum in Adriatico Apennini latere situm fuit, non procul à Rauenna, vt è Strabone patet lib. 5. Quare videndum, num potius de ea via hoc loco intelligendum sit, quę propriè Claudia dicta fuit, in parte Hetruriæ, siue Vmbriæ, non procul à lacu Cimino, vbi & præfecturæ Claudij, & forum Claudij aliquando fuere. De quibus locis & Plinius meminit lib. 3. cap. 5 & annotauit Volaterranus Geographiæ 5 cap. de rebus Pisanorum. Vt sit sententia Poetæ: Se iam neque hortos, siue agros, quos in P[illegible]ignis habuit, desiderare: neque eos quos iuxta [illegible] fuit, eo loco, vbi Flaminia & Claudia via iunguntur. Forrassis autem hortos aliquos intelligit Poeta, quos cum vxore acceperit, quam ex Phaliscis duxerat, de qua tertio Amorum meminit, eleg. 12. his versibus: Cùm mihi pomiferis coniunx foret orta Phaliscis, Mœnia cōtigimus victa Camille tibi, &c. Neque enim ita longè hæc loca inter se distant.

Hic saltem profugo gleba colenda mihi.
Ipse ego pendentes (liceat modò) rupe capellas,
Ipse velim baculo pascere nixus oues.
Ipse ego, ne solitæ insistant pectora curis,
Ducam ruricolas sub iuga panda boues.
Et discam Getici quæ norunt verba iuuenci,
Assuetas illis adyciamque minas.
Ipse manu capulum pressi moderatus aratri,
Experiar mota spargere semen humo.
Nec dubitem longis purgare ligonibus arua,
Et dare, quas sitiens iam bibat hortus aquas.
Vnde sed hoc nobis? minimum quos inter, & hostem
Discrimen murus, clausáque porta facit?
At tibi nascenti (quod toto pectore lætor)
Nerunt fatales fortia fila Deæ.
Te modò campus habet, dēsa modò porticus umbra:
Nunc, in quo ponis tempora rara, forum.
Vmbria te reuocat, necnon Albana petentem
Appia feruenti ducit in arua rota.
Forsitan hoc optes, vt iustam supprimat iram
Cæsar, & hospitium sit tua villa meum.
Ah nimium est, quod amice petis, moderatius opta,
Et voti, quæso, contrahe vela tui.
Terra velim propior, nullique obnoxia bello
Detur, erit nostris pars bona dempta malis.

Mer. *Hic*] in Getico littore & in agro Tomitano. *Profugo m.*] mihi relegato. *Gleba*] parum terræ. *Pendentes rupe*] pascentes enim capellæ in montib. pendent. Ver. Non me pascēte capellæ Dumosa pendere procul de rupe videbo. *Liceat mo*] modò fas sit pascere. *Nixus baculo*] hærens baculo de more pastorū. *Ne pectora insistant solitæ curis*] ne solitæ curæ pectorib. inhæreant: per hypallagen. hoc est, vt solitas curas eo modo pellam. *Sub iugo panda*) sub curua iuga. *Quæ verba*] quas voces. *Minas assuetas illis*] minas quib. assueuerunt vel Getæ. *Capulum*] stiuam. *Aratri pressi*) aratri depressi. *Mota humo*] proscissa terra. *Spargere semen*] seminare. *Purgare arua*) malas herbas euellere. *Longis ligonibus*] ligonibus habentibus longum capulum. *Et dare aquas*] & irrigare. *Vnde sed hoc nobis*] Subaudi, opto, aut contingeret, aut aliud verbum simile. *Inter quos*) inter nos Tomitanos. *Et hostem*] & Getas qui Tomon infestant. *Facit discrimen*] facit distantiam. *At tibi nascenti* Postea quam hactenus infœlicitatem suam exposuit, nūc Seueri fœlicitate exposita gratulatur, si quidem omnia ea commoda illum consequi affirmat, quibus se carere exposuit. *Fatales deæ*) Parcæ, quas partui præesse fabulantur poetæ. *Fortia fila*] prosperam vitam, cuius fila difficile rumpuntur, nam Parcæ dicuntur vitam hominum lanificio cōpensare Martialis: Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit, obseruant quem statuere diem. De Parcis [illegible] abundè in commentariis nostris in Ouidium de Tristibus. *Campus*] campi Martii certamina & exercitationes, de quibus lege quæ scripsimus in enarrationibus in Ouid. de Arte amandi. *Densa modò porticus vmbra*] Aliquando tenet te, inquit, porticus aliqua cū hortis nemorosis. *Nūc forum*] aliquandò forum iudiciale, subaudi tenet te. *In quo ponis rara tempora*] in quo rarò causas defendis. quam tem fœlicitati ascribit sic etiam Mart. Lis nunquā, toga rara, mēs quieta. *Vmbria te reuocat*) in Vmbriam reuertis, quæ in medio Sabinæ ac Thusciæ olim iacebat. Vmbri autē montes transgressi vsq. Ariminum Rauennámque processere. *Petentem Albana*] [illegible] in Albanum prædiū. Alba aūt (vt scribit Strabo) Marsis finitima fuit in excelso saxo locata. *Appia*] via Claudia de qua paulo antè diximus. *Feruente r*] veloci cursu. ponit enim more poetarum rotam pro cursu. quam ideo feruentem appellat, quoniam rotæ cursu agitatæ calescunt. *Vt supprimat*) vt temperet aut moderetur. Legitur etiam, Deprimat. *Ah nimium est*) Quia nunquam tibi præstabit Augustus, vt relegatus in agrum tuum perueniam. *Et contrahe vela tua voti*) & voti tui desiderium restringe. Est autem similitudo à nauigantibus sumpta, qui vento acrius spirante solent vela contrahere, ne toto sinu ventos excipiant, & inde vel sequatur naufragium: vel malo aut antenna fracta, in medio cursu d[illegible]ituantur. *Propior*] magis vicina Tomitanæ regioni, quàm prædium tuum. Quibus verbis cum verecundè precatur vt petat ab Augusto locum sibi magis quietum. *Pars bona*] magna pars scilicet doloris. *Nostris malis*] meis incommodis quæ patior in Scythia.

IN DECIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

Qvæ mihi de rapto tua venit epistola Celso,
Protinus est lacrymis humida facta meis.
Quódque nefas dictu, fieri nec posse putaui,
Inuitis oculis litera lecta tua est.
Nec quicquam ad nostras peruenit acerbius aures,
Vt sumus in Ponto, perueniátque precor.
Ante meos oculos tanquam præsentis imago
Hæret, & extinctum viuere fingit amor.
Sæpe refert animus lusus grauitate carentes,
Seria cum liquida sæpe peracta fide.
Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis,
Quæ vellem vita summa fuisse mea.

Mer. *Qvæ mihi de rapto*] Factus certior Poeta literis Maximi, de obitu Celsi amici, à quo vnicè amabatur, sperabátque eius precibus Maximum daturum operam, vt reduceretur in patriam: dicit se legendo totam eam epistolam lacrymis madefecisse: nec acerbius sibi quicquā ea re contigisse eo toto tēpore quo fuit in Ponto. simul eius erga se, ac etiā Maximum fidem & amorem exponit. Quā ob causam fatetur velle se eo quo potest modo eius funus decorare. Postremò Maximi officium laudat ea in re, ac etiam exequias, quas præstiterit homini amicissimo, quē solitum etiam extinctis officium præstare sibi quoque haud secus ac mortuo vt opem ferat precatur. *De Celso rapto*] de Celso mortuo. *Quódque nefas dictu*] Subaudi, est. *Perueniatque precor*] Quia si quid acerbius venerit, moriter præ dolore, qua[illegible], nil prætet mortē sibi acerbius posse contingere. *Tanquam præsentis*] Celsi tanquam viui, & in conspectu meo positi. *Fingit viuere*) arbitratur non periisse. *Sæpe refert*] sæpe repræsentat. *Lusus grauitate carentes*] iocos eius minimè se-

A leueros. *Cum liqua da fide*] cum pota fide. *Subeunt mihi*] in memoriam veniunt mihi. *Densius*] crebrius. *Illa*) id est, temporibus Celsi, quando vna eramus Romæ. *Fuisse (summa)* fuisse postrema. hoc est, illis tēporibus, quibus ea mihi successerunt quæ dixi, vellem perisse, quia non missus fuissem in exilium [Non quibus succurrimos ea quæ dixi, vt Merula hic. sed quibus Roma in exilium abij, seo quibus exilium mihi indictum fuit: id quod statim ex sequentibus apparet.

Cùm domus ingenti subitò mea lapsa ruina
Concidit, in domini procubuitque caput.
Adfuit ille mihi, cum me pars magna reliquit,
Maxime, fortuna nec fuit ille comes.
Illum ego non aliter flentem mea funera vidi,
Ponendus quàm si frater in igne foret.
Hæsit in amplexu, consolatúsque iacentem est,
Cúmque meis lacrymis miscuit vsque suas.
O quoties vitæ custos inuisus amaræ
Continuit promptas in mea fata manus.
O quoties dixit, placabilis ira Deorum est,
Viue, nec ignosci tu tibi posse nega.
Vox tamen illa fuit celeberrima, Respice quantum
Debeat auxilium Maximus esse tibi.
Maximus incumbet, quáque est pietate, rogabit,
Ne sit ad extremum Cæsaris ira tenax.
Cúmque suis fratris vires adhibebit, & omnem,
Quo leuius doleas, experietur opem.
Hæc mihi verba malæ minuerunt tædia vitæ,
Quæ modò ne fuerint Maxime vana, caue.
Huc quoque venturum mihi se iurare solebat,
Non nisi te longæ ius sibi dante viæ.
Nam tua non alio coluit penetralia ritu,
Terrarum dominos quàm colis ipse deos.
Crede mihi, multos habeas cùm dignus amicos,
Non fuit è multis quolibet ille minor.
Si modo non census, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos ingeniúmque facit.
Iure igitur lacrymas, Celso libamus adempto,
Cùm fugerem, viuo quas dedit ipse mihi.
Carmina iure damus raros testantia mores,
Vt tua venturi nomina Celse legant.
Hoc est, quod possum Geticis tibi mittere ab aruis,
Hoc solum est istic, quod licet esse meum.
Funera non potui comitare, nec vngere corpus,
Námque tuis toto diuidor orbe rogis.
Quod potuit: quem tu pro numine viuus habebas,
Præstitit officium Maximus omne tibi.
Ille tibi exequias, & magni funus honoris
Fecit, & in gelidos vertit amoma sinus.
Diluit & lacrymis mærens vnguenta profusis,
Ossáque vicina condita texit humo.
Qui quoniam extinctis, quæ debet, præstat amicis,
Et nos extinctis annumerare potest.

Mer. *Cùm domus*) Hic amorem in se Celsi ostendit. *Concidit*] corruit. Designat autem tempus quo iussit eum Augustus in exilium ire. *In caput domini*) in caput & perniciem meam. *Adfuit ille mihi*) ille Celsus consolando meeum semper fuit. *Cùm me pars*) cùm B cæteri amici me deseruere. *Fortuna nec fuit ille comes*) ille à me discedētem fortunā secutus est. Illi enim sunt fortunæ comites, qui quò se illa, eò & ipsi, & eorū fauor inclinat. *Mea funera*) meam calamitatem exiliúmque. *Quàm si frater*) quàm si ipsius Celsi frater mortuus comburendus esset de more antiquo, vt alibi plura diximus. *Vitæ amaræ*) vitæ C mihi acerbæ: dolebam enim quòd viuerem. *Custos inuisus*] Celsus mihi infestus, quòd custodiebat ne me interficerem. *Continuit*) remoratus est. *Promptas in mea fata*] expeditas & paratas ad me interficiendum. *Ira deorum*) ira Augusti & eius liberorum. *Posse ignosci*) posse dari veniam ab Augusto. *Maximus*] ille ad quem scribit Poe- D ta. is enim apud imperatorem plurimum poterat. *Incumbet*) dabit operam vt Augustū reconciliet. *Sit tenax ad extremum*) ad vltimum perseueret. *Cum suis*) Subaudi viribus. *Fratris vires*) vires fratris Maximi, qui Augusto quoque erat charus. *Quo leuius doleas*) vt minori afficiaris dolore & pœna quàm fieri possit. *Malæ vitæ*) vitæ mihi aduersæ & ingratæ. *Ne* E *fuerint vana*) ne fuerint mendacia. *Huc*) ad Tomitanam vrbē, vbi Poeta relegatus degebat. *Non nisi te longæ*) nisi tu esses in causa, quo minus veniret. *Non.*) Subaudi, solebat iurare se venturum.

eius liberos. *Quolibet è multis*) quouis ex multis tuis amicis. *Non fuit minor*) non fuit minoris dignitatis. *Si modo non* G *census*) Quia dixerat, Celsum non fuisse minorē aliquo ex amicis Maximi, ostendit id verum esse si hominum ingenia & mores consideramus, non fortunas, aut maiores. Vnde etiam Prætextatus apud Macrobium ita inquit: Non ego fortuna homines æstimabo, sed moribus: sibi quisque dat mores, conditionem casus assignat. *Non census*) non diuitiæ. H *Nec clarum nomen auorum*] nec bona genitura, quæ à Græcis εὐγένεια appellatur. *Sed probitas*) sed viri'. Sic Iuuen. Tota licèt veteres exornent vndique ceræ Atria: nobilitas sola est atque vnica virtus. *Libamus*] effundimus. *Celso adempto*] mortuo Celso. *Cùm fugerem*] cùm in exilium proficiscerer. *Raros mores*] mores nobiles, qui in raris esse solent. *Vt venturi*] vt I posteri. *Quod licet esse meum*] quod fas est meū dici: quia ademptis mihi reliquis, sola remansit scribēdi facultas, & poetices studia. *Nec vngere corpus*] nec de more cadauer tuum vngere. Ver. Corpúsque lauant frigētis, & vngunt. De more autem & officio sepulturæ apud antiquos, plura diximus in enarrationibus nostris in Ouid. de Tristibus. *Toto orbe*] to- K tius orbis interuallo. quasi dicat sum in postrema & septētrionali orbis terrarum parte. *Regis tuis*) à tua sepultura. *Quod pot.*] quantū valuit. *Tu viuus*) tu ô Celse, dū viueres. *Omne officium*) omne pietatis munus. *Et in gelidos fudit amoma sinus*] De amomo, & eius vsu in rogis defunctorū, plura diximus in cōmentariis in Ouid. de Tristibus.

Vel nisi te non dante) nisi te non permittente: quia nisi permisisses, non venisset. *Nisi te dante ius sibi longæ viæ*) nisi te ei cōcedente, vt longa nauigatione me adiret [Vel etiam: Non alio, seo nemine nisi te dante ius longæ viæ, vt sit in gratiam Maximi dictum] *Tua penetralia*) tuas ædes. *Non alio ritu*) non alio more. Erat enim Celsus Maximi amicus. *Deos dominos terrarum*) Augustum ac

Diluit vnguenta] sparsit alios odores. *Ossa condita*] ossa sepulta. *Humo vicina*] terra sepulchro tuo cōtigua, vel Romæ proxima. Nam extra L vrbem in viis cadauera condebantur. *Quæ debet*] ea ad quæ pro amicitia tenetur. *Præstat*] exhibet. *Et nos*] etiā me Ouid. *Extinctis*] mortuis. nam relegatus sum tanquā mortuus. Quibus verbis latenter petit, vt sibi quoque opem ferat

IN VNDECIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

F

AD FLACCVM.

NAso suo profugus mittit tibi Flacce salutem,
Mittere rem si quis, qua caret ipse, potest.
Longus enim curis vitiatum corpus amaris,
Non patitur vires languor habere suas.

Msa. *NAso suo profugus*] Ad Flaccum scribēs Poeta, corporis languorē, eiúsq; rei causam exponit. cúmq; rogat eū fratrē, vt sibi opē ferat, Augustúmq; ei mitiorē reddat. *Mittere rem*] mittere salutem. *Longus enim curis*) Docet cur careat salute. *Corpus vitiatum*) corpus læsum.

Nec dolor vllus adest, nec febribus vror anhelis,
Sed peragit soliti vena tenoris iter.
Os hebes est, positaq́; mouent fastidia mensæ:
Et queror, inuisi cùm venit hora cibi.
Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aer,
Nil ibi, quod nobis esuriatur, erit.
Nectar, & ambrosiam, latices, epulásque deorum
Det mihi formosa grata iuuenta manu,
Non tamen exacuet torpens sapor ille palatum,
Stabit & in stomacho pondus inerte diu.
Hæc ego non ausim, cùm sint verissima, cuiquam
Scribere, delicias ne mala nostra vocet.
Scilicet is status est, ea rerum forma mearum,
Deliciis etiam possit vt esse locus.
Delicias illi precor has contingere, si quis
Ne mihi sit leuior Cæsaris ira timet.
Is quoque, qui gracili cibus est in corpore, somnus
Non alit officio corpus inane suo.
Sed vigilo, vigilántque mei sine fine dolores:
Quorum materiam dat locus ipse mihi.
Vix igitur possis visos agnoscere vultus,
Quóque ierit, quæras, qui fuit antè, color,
Paruus in exiles succus mihi peruenit artus,
Membráque sunt cera pallidiora noua.
Non hæc immodico contraxi damna Lyæo:
Scis, mihi quòd sola penè bibantur aquæ.
Non epulis oneror: quarum si tangar amore,
Est tamen in Geticis copia nulla locis.
Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas,
Non soles in mœstos illa venire toros.
Vnda locúsque nocent, & causa valentior istis
Anxietas animi, quæ mihi semper adest.
Hanc nisi tu pariter simili cum fratre leuares,
Vix mens tristitiæ mœsta tulisset onus.
Vos estis fracta tellus non dura phaselo:
Quámque negant multi, vos mihi fertis opem.
Ferte precor semper, quia semper egebimus illa,
Cæsaris offensum dum mihi numen erit.
Qui meritam nobis minuat, non finiat iram,
Suppliciter vestros quisque rogate Deos.

Mer. A *Nec dolor vllus adest*] nec dolet mihi aliqua pars corporis. *Febribus anhelis*) febribus quæ anhelos & anxios homines reddunt. *Sed peragit*) sed obit & exequitur. *Soliti te*]soliti cursus. *Os he*) os est tardum & impotens ad cōficiendum cibum. *Posita men*) cibi appositi. *Quod mare*) Pisces designat. *Quod tellus*] Feras intelligit. *Quod educat* B *aer*]aues, quas aer nutrit: eas tamen si sedulò aduertamus (vt etiam docet Apuleius) terrestre animal, non aerium rectius perhibebimus. sēper enim illis victus omnis in terra: ibidem pabulum, ibidem cubile: tantúmq; aera proximū terræ volando transuerberant Cęterùm cùm illis fessa sunt remigia pēnatum, terra ceu portus est. *Esuriatur*] desidere- C tur in cibo sumi. *Nectar & ambrosiam*] Nectar Græcè significat deorum potionem, autore Pompeio: sic Ambrosia à poetis accipitur pro eorum cibo suauissimo. Plato tamen ponit ambrosiam pro cognitione rerum cœlestium: & nectar pro gaudio, quod inde percipitur. Est autem ambrosia, vt scribit Dioscorides, frutex multas virgas habens lōgas D palmis tribus, & folia initio minuta similia rutæ: virgæ sunt plenæ semine, quasi acinis odorem vini habentibus: quæ senescit radix eius tenuis est, & longa duobus palmis, nascitur in Cappadocia: quæ circa sese inuenerit amplectitur. eam, multi Botryn, aut Artemisiam dicunt. *Latices epulásque deorum*) Hic exprimit quid sit nectar & ambrosia. *Det*] Subaudi si. *Grata iuuenta*]grati ministri. [Imò] Hebe, quæ Latinis Iuuenta dicitur. fingunt autem Poetæ Heben diis ministrare E pocula.] *Formosa manu*]candida & pulchra manu. *Non tamen exacuet*] non tamen excitabit. *Torpens palatum*] palatum hebes. *Pondus inerte*]cibus grauis & crudus. [Tu construe, Stabit & cibus in stomacho inerte. vt sit inerte, pro inerti, ablatiuo casu, dictum. Neque enim iners termi natione mouetur. & in duas consonantes desinentia vtroque modo ablatiuum faciunt. Dicitur autem iners stomachus, quando suum officium non facit, hoc est, non concoquit ac digerit.] *Hæc*) quæ scilicet dicta sunt de tædio ciborum. *Ne vocet delicias*) ne vocet hæc mea mala voluptates, & me delicati oris existimet. *Scilicet is status est*) Ironicè hoc dictum est, ex quo designat se præ nimio dolore non posse deliciis vacare. *Has delicias*]hæc mea mala, quę inimici delicias appellāt. *Sit leuior*]sit minor. *In gracili corpore*] in tenui & macilento corpore. *Qui est cibus*) qui solet esse cibus Somnus enim G corpori multum conducit. vnde Ouidius in Metam. ita cecinit: Somne, quies rerum, placidissime Somne deorū, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Fessa ministeriis mulces, reparásque labori. Homerus quoque lib. 14 Iliad. Somnum germanum mortis, & cunctorum hominum pariter & deorū principē appellat. *Sue officio*]sua H quiete. somni enim officium est, quietem afferre, & corpus fouere. *Corpus inane*) corpus sine cibo. Vel certè exile, aut sine somno. *Quorum materiam dat locus ipse mihi*] Locus vbi exulo, est asper, & ideo mihi præbet materiam dolorum. *Paruus succus*) modicus humor & sanguinis *In artus exiles*) in membra tenuia & parua. *Immodico Lyæo*] I immodico vino. *Damna*) pallorem. *Non epulis oneror: quarum si tangar amore*] Docet se non modò vino, sed ne quidem cibo pallorem illum contraxisse. *Nulla copia*] nulla facultas epularum. *In toros mœstos*] in lectos, vbi dormiunt tristes: qui magis cogitāt quo pacto mala pellāt, q̄ quo Veneri indulgeant. *Vnda locúsque nocent*]Nocet, inquit, aqua & aer, K vel loci asperitas. De qua re plura diximus in cōmētar. in Ouid. de Trist. *Anxietas animi*)dolor mētis. *Cū simili fratre*)cū fratre tuo tibi in virtute pari. Vel fratrē illi similē appellat in auxilio: nam vterque pariter & enixè sibi opem ferebat[videtur autē is Gręcinus esse, vt infrà libro quarto, eleg. nona.] *Leuares*) imminueres. *Vix tulisset onus tristitiæ*) via pondus doloris & magnitudinem ferre potuisset. *Tellus non dura*) terra mollis, cuius illisu non potest nauis frangi: hoc est, locus tutus. *Fracta phaselo*) naui concussæ & agitatæ. ex quo se exulē designat. *Multi negant*) multi inficiantur subaudi, ferre. *Non finiat*) nō siuat me semper esse exulē. [Non finiat iram. id est, det saltem mitius exiliū, nō tollat omnino, aut me rursum restituat.] *Vestros deos*) L Deos appellat Augusti liberos, quos ambo fratres colebāt: vel Tiberij filium adoptiuum Germanicum, & alterum naturalem Drusum designat Poeta.

De Ponto Libri Primi
Finis.

P. OVIDII NASONIS DE PONTO LIBER SECVNDVS.

B. MERVLÆ IN SECVNDVM OVIDII DE PONTO LIBRVM ENARRATIONES.

AD GERMANICVM.

HVC quoque Cæsarei peruenit fama triumphi,
Languida quo fessi vix venit aura (Noti.
Nil fore dulce mihi Scythica regione putaui:
Iam minus hic odio est, quàm fuit antè, locus.
Tandem aliquod pulsa curarum nube serenum
Vidi, fortunæ verba dedique meæ.

MER. *HVC quoque Cæsarei*] Tiberij Neronis ouationem, quam hic dignioris nomine triumphum appellat poeta, ad eum in Scythiam fama pertulerat, quam dicit sibi magnã lætitiam attulisse: eiusque formã describens, Cæsaris clementiam laudat. qui cùm hostibus in bello captis vitam concesserit, sperat quoque maiorem in modum illum vsurum in se eadem clementia. Deinde deos precatur, vt Tiberio longiorem vitam concedant. Postremò docet futurum fortasse, vt eiusdem iustum triumphum Germanicum carmine complectatur, si modò dij vitam concesserint, & in Scythia non perierit. *Huc quoque*) ita in Scythiam vt in alia loca *Triumphi Cæsarei*] ouationis Tiberij Cæsaris. Sunt qui existiment intelligendũ esse hic de Drusi priuigni Augusti & iunioris Antoniæ filio, à Tiberio patruo adoptato: qui missus ad exercitũ in Germaniã, excessu Augusti nunciato, legiones vniuersas imperatorẽ Tiberium pertinacissime recusantes, ac sibi summam reipub. deferentes, cõpescuit: atq; hoste mox deuicto, triũphauit. Is deinde Consul iterũ creatus, ac priusquã honorẽ iniret, ad componendum orientis statũ expulsus, quum Armeniæ regem deuicisset, Cappadociámque in prouinciæ formã redegisset, annum agens quartũ & trigesimũ, diuturno morbo Antiochiæ obiit, non sine veneni suspicione. Autor Tranquillus. Mihi autẽ non intelligendũ hic videtur de huius iunioris Drusi Germanica expeditione, & triũpho acto non multo post mortẽ Augusti, viuente Ouidio, qui in primo Fastorũ de eo ita scripsit. Parerat & vestri Germanice causa triũphi, Tradiderat famulas iá ubi Rhenus aquas. Meminit & Strabo libro septimo, qui etiam multorũ captiuorũ illustriũ nomina refert. nisi fortè accipias illũ exemplo Tiberij, vt mox dicemus, viuente Augusto tantummodo ouasse, & triumphum distulisse ob eius mortẽ. quod non placet: quia hoc nusquam legitur. Nec etiam placet intelligas de victoria, quã Drusus Augusti priuignus & Tiberij frater de Germanis consecutus fuit: quoniá morte præceptus, nõ triũphauit. Is enim missus in Germaniã, validissimas nationes deuicit: sed equo super eius eius collapso, trigesima die quo id acciderat mortuus est. cui senatus nõ adulatione, sed meritò Germanici cognomen ex prouincia dedit, dicente Ouidio in primo Fastorũ: Et mortẽ & nomẽ Druso Germania fecit, Me miserũ virtus quàm breuis illa fuit. Ad eũ ægrotantẽ Tiberius, vt scribit Plinius, festinauit: emẽsúsque est die ac nocte longissimũ iter, ac defũcti corpus Romã vsque peruexit pedibus, vt ait Suetonius toto itinere prægrediẽs. Cõditus aũt fuit in sepulchro Caij Iulij, & à Cæsare Augusto vitrico laudatus, qui supremis eius muneribus plures honores dedit: vt in Liuij Epitomate legitur. Præterea Liu. lib. 136. Rhetiam à Tiberio Nerone & Druso domitã refert. Idẽ lib. 137 scribit ciuitates Germaniæ cis Rhenũ & trãs Rhenũ positas à Druso oppugnatas & sequenti etiam etiam libro docet Cheruscos, Tenchteros, Caucos, aliásque Germanorum gentes à Druso subactas. Et libro 139. bellum contra transrhenanas gentes à Druso gestum refert. & libro 140. de eius morte agit, scribítque participem tot victoriarum paternarum esse debuisse filium, qui postea Germanicus dictus fuit. Quod autem hic de triumpho Drusi iunioris intelligi non possit, ratio est, quia triumphus ipsius Germanici post hanc ouationem celebratus fuit, & post Augusti mortem. Is enim Germanicam expeditionem suscepit Augusto iam sene: & triũphauit quarto Tiberij anno, vt Paulus Orosius scribit. Triumphus verò, seu ouatio quam Poeta hic designat, celebrata fuit viuente Augusto, vt in hac epistola percipitur. Quare placet hæc omnia ad Tiberiũ referas licet nusquam legamus illum cognominatum fuisse Germanicum, nisi hic à poeta, ob res ab eo in Germania gestas: quia hæc & sequẽtia videntur cum Tranquilli verbis conuenire, qui de Tiberio tribuno militum, & de primis eius expeditionibus ita scribit: Ind. bellum Germanicum gessit, in quo 40 millia dedititiorũ traiecit in Galliam, iuxtáque ripam Rheni sedibus assignatis collocauit: quas ob res & ouans & curru vrbes ingressus est primus, vt quidã putant, triumphalib. ornamẽtis ornatus, nouo, nec antea cuiquã tributo genere honoris. Credendũ est aũt, Tiberium post Drusi fratris mortem tanquam vltorẽ de Germanis primò ouasse: deinde etiam paulo pòst triũphasse, vt in sequẽtibus Poetæ versib. apparebit, & præsertim in quarta tertij libri huius operis epistola, in qua ostendit Poeta se scripsisse hanc ouationẽ, quã ille triumphum appellat. Deinde vaticinatur breui subsecuturum etiam alterum triumphum: monétque Liuiã, vt filio præparet ornamenta triumphalia. Sed de eo paulo pòst etiam plura dicemus *Aura languida*) ventus debilis. à meridie enim in septentrionẽ Auster, qui Græce Notus appellatur, longissimum cursum habet. *Vix venit*) via accedit. quasi dicat, in Scythia, quò via ventus Notus potest peruenire, accessit fama Cæsaris triũphi. quasi celeritatem rerum gestarũ Tiberij ventis præponat, quod quasi eius diuinitati ascribendũ innuit *Nil fore dulce mihi*] nil fore mihi suaue & gratũ *Iam est minus odio*] iã est minus odiosus propter hanc susceptã lætitiã in Scythia. *Pulsa nube*] abiecta & fugata perturbatione *Aliquod serenum*) aliquid lætũ Intelligit autem victoriæ Germanici famã. *Fortunæ verba dediq. meæ*) & decepi fortunam meã. aliquis enim dat verba fortunæ, qui in miseria tamen gaudet, & qui miseriã suã gaudendo deludit.

MIC. *Huc quoque &c.*] Disputat hoc loco Merula de Tiberiine ouatione, an de Germanici triũpho, eleg. hæc intelligẽda sit. Cuius rei facilis explicatio est, si ad ipsa tẽpora respiciatur, quib. vel hęc scripta sũt, vel illorũ alter triũphauit, alter ouãs vrbẽ ingressus est. Scripsit enim hæc Ouid. prox. ante obitũ Augusti anno, cũ iam quadriennium in Põto fuisset. Tiberius autẽ ouauit prox. post cladẽ Varianã anno tertio antè quàm hęc ab Ouidio scriberẽtur. id quod ex Suetonio apparet, cuius hæc sũt verba: Sed nũciata Illyrici defectione, trãsiit ad curã noui belli, quod grauiss. omniũ externorũ bellorum, post Punica, per 15. legiones, parémq. auxiliorũ copiã triẽnio gessit, &c. & mox: At prœ senetãter grãde precium tulit, toto Illyrico, quod intra Italiã regnũmq; Noricũ & Thraciã, & Macedoniã, interq; Danubiũ flumen & sinũ maris Adriatici patet,

perdomito & in ditionem redacto, cui gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub idem ferè tempus Quintilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit, nemine dubitante, quin victores Germani iuncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triumphus ei decretus est, multique & magni honores, &c. Et rursus: Triumphum ipse distulit mœsta ciuitate clade Variana. Nihilominus vrbem prætextatus & laurea coronatus intrauit, &c. Hinc addit: Proximo anno repetita Germania, cùm animaduerteret Varianã cladem temeritate & negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit, &c. Ex quibus omnibus patet, neque de Germanis ouasse Tiberium, neque ad debellandam Germaniam antè profectum fuisse, quàm iam ouasset. Relinquitur ergo, vt de triumpho Illyrico, elegiam hanc intelligamus, qui eodem anno, quo hæc à poeta scripta sunt, gestus fuit, proximo scilicet ante mortem Augusti: id quod ex eodem Suetonio colligitur. Nam statim post superiora illa subiungit: A Germania, inquiens, post biennium reuersus, triumphum quem distulerat, egit, prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat, &c. Et rursus: Ac non multo pòst lege per Coss. lata, vt prouincias cum Augusto pariter administraret, simúlque censum ageret, condito lustro, in Illyricum profectus est. Et statim ex itinere reuocatus. Iam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit, &c. Quibus similia & apud Tacitum leguntur libro primo. Et docet hoc idem Poeta quoque elegia sequenti, vbi claris atque apertis verbis inquit, Adde triumphatos modò Pæonas, adde quieti Subdita montanæ brachia Dalmatiæ: & quæ sequuntur. Nam de Germanici triumpho, quem ille de Germanis egit, verbis hic opus non est, cùm ille quarto demum anno Tiberii actus fuerit, mortuo iam (vt videtur) Poeta. Quanquam idem Merula infrà, vbi de eodem Germanico Poeta meminit, eique triumphum illum de Germanis agendum, velut vaticinando prædicit, grauiter iterum labitur, multúmque à vero recedit: cum ea omnia, quasi de Tiberio dicantur, exponit. Non enim Tiberio, sed Germanico Drusi filio, Tiberii autem ex fratre Nepoti, eam prædictionem facit poeta, quem tamen in Germaniam ab Augusto adhuc viuente, in locum Tiberii missum, aut certè non ita multo pòst mittendum scribat, eóque illi victoriam atque triumphum similem, hoc modo, velut ominando, precabatur. Sed de hac re infrà pluribus agemus.

Mar. *Nolit vt illa mihi*) Sensus est: quamuis Cæs. August. mihi infestus, nolit me vlla affici lætitia: hanc tamen solam de Germanici triumpho nõ debet cuiquam, ne mihi quidem negare. *Hac vna*] hæc sola gaudia de Germanici triumpho.

Dij quoque] Deorum exemplo docet Cæsarem debere velle, vt gaudeat eius triũpho. *Hilari pie.*] pietate læta & minimè lugubri. *Tristitiam poni*) luctum abiici. Quod autẽ in festis deorũ consueuerint prisci tristitiã ponere, colligimus cùm aliorũ tum in primis Valerij Maximi monumentis. Is enim scribit Senatũ Romanum post Cannensem cladẽ decreuisse, ne matronæ vltra 30. diẽ luctus suos extenderent, vti ab his sacra Cereris peragi possent: quia maiore penè Romanarum virium parte in execrabili ac diro solo iacẽte, nullios penates mœroris expertes erant. *Quod certus furor est audere fateri*] quã rẽ, vt fruatur hac lætitia

Nolit vt illa mihi contingere gaudia Cæsar,
Velle potest cuius hæc tamen vna dari.
Dij quoque, vt à cunctis hilari pietate colantur,
Tristitiam poni per sua festa iubent.
Denique quod certus furor est audere fateri,
Hac ego lætitia, si vetet ipse, fruar.
Iuppiter vtilibus quoties rigat imbribus agros,
Mista tenax segeti crescere lappa solet.
Nos quoque frugiferum sentimus inutilis herba
Numen, & inuita sæpe iuuamur ope.
Gaudia Cæsareæ mentis pro parte virili
Sunt mea, priuati nil habet illa domus.
Gratia Fama tibi, per quam spectata triumphi
Incluso medijs est mihi pompa Getis.
Indice te didici, nuper visenda coisse
Innumeras gentes ad ducis ora sui.
Quæque capit latus immensum mœnibus orbem
Hospitijs Romam vix habuisse locum.
Tu mihi narrasti, cum multis lucibus antè
Fuderit assiduas nubilus Auster aquas,
Numine cœlesti solem fulsisse serenum,
Cum populi vultu conueniente die.
Atque ita victorem cum magnæ vocis honore,
Bellica laudatis dona dedisse viris.
Claráque sumpturum pictas insignia vestes,

phi. *Mihi incluso medijs Getis*] mihi exulanti in media Getarum gente. *Indice te* te fama indicante. *Coisse*) conuenisse. *Innumeras gentes*) innumeros populos *Ad visenda ora ducis*) ad videndum Cæsaris conspectum. *Quæque capit*, Ordo est: Et didici te indice Romam quæ capit, & reliqua. *Quæ capit immensum orbem*] quæ gubernat & tenet sub imperio magnum orbem terrarum. *Vix habuisse locum hospitijs*] vix potuisse hospitari tot gentes, quot Romam venere ad visendũ Cæsarem. *Cum multis lucibus antè*] cum multis diebus ante Cæsaris ouationem. Ouantes enim equo vehebantur vrbem intrantes, vt Gellius docet: vt verò Sabinus, pedibus ingredi solebant. Dionysius quoque Halicarnasseus ouantem à triumphante ita distinguit in libro septimo. Differt autem hic ab altero primùm quidem, quòd pedes ingreditur cum exercitu productus,

Poeta inuito Cæsare, cum audeam profiteri, insania quædã videtur. *Si vetet ipse*] si ipse Cæsar prohibeat. *Nos quoque frugiferum*] quemadmodum, inquit, segetes & herbæ noxiæ simul nutriuntur, sic ego cum cæteris delector hac Cæsaris victoria. *Mista segeti*] mista frumentis. *Tenax lappa*) herba illa adhærẽs, de qua Plinius: Mirabile, inquit, in lappa quod adhærescit, quòd in ipsa flos nascitur non euidens, sed intus occultus & intra se seminat velut animalia quæ in se pariunt. Theophrastus quoque lib. 7. scribit, lappam suæ asperitatis causa ita vestibus adhærescere, vt difficile auferri possit. Quòd autem inter segetes nascatur lappa, docet etiã Maro, cùm inquit: Subit aspera sylua, Lappæque, tribulíque, intérque nitentia culta. *Numen frugiferum*] numen Cæsaris, quale est Iouis irrigantis & bonas & malas herbas. Per quod victoriam Cæsaris intelligit. *Inuita ope*] gaudio quo nollet me Cæsar affici. *Gaudia mentis Cæsareæ*) gaudia quæ sunt in mente Cæsaris ob partam victoriam. *Pro parte virili*) quantum vir aliquis potest gaudere. *Sunt mea*, ad me attinent. nam ea mihi quoque lætitiam afferunt. *Priuati nil habet illa domus*) Cæsarum domus nil habet proprium, sed cum omnibus commune: quasi dicat, Victoriam Cæsar patriæ, & ciuibus suis, non sibi, comparare solet. *Gratia Fama tibi*] Famæ gratias agit, quòd per eam factus est certior de pompa Cæsarei triumphi. *Pompa triumphi*, apparatus triũqui ouatim triumphum ducit, nec in curru, sicut ille deinde etiam, quia non picta, neque aurei claui veste induitur, nec ornatur trabea, quæ peculiaris est consulum ducúmque amictus. Corona autem imponitur ei laurea. Inferior verò est altero, gestatione sceptri, alia habens omnia. Tiberius verò (vt diximus) curru ouans, vrbem ingressus est, primus triumphalibus ornamentis ornatus. Ex quo patet, hic de Tiberii ouatione Poetam intelligere. nam in calce epistolæ dicit se pòstea descripturum eius triumphum. *Auster nubilus*) auster pluuiosus, & nubes inducẽs. *Fuderit*] expresserit.

Assiduas aquas] assiduas pluuias. *Numine cœlesti*) voluntate diuina. *Fulsisse*] illuxisse. *Cum populi vultu*] cum hilari facie Romanæ gentis: quæ vt læta erat Cæsaris triumpho, sic dies visa est etiam lætari solis fulgore. *Atque ita* subaudi narrasti. *Victorem*] Cæsarem. *Cum magnæ vocis honore*] cum laude eorum militum, quorũ virtutes magna voce laudauit imperator, deinde etiã donis militaribus de more donauit.

Bellica dona] dona militaria: vt armillas, hastas puras, torques, phaleras, & alia id genus. Vel dona bellica intelligit opes & pecuniã, quibus post habitã victoriã de hostibus, donati fuerãt à Tiberio. Solebãt. n. imperatores præter stipẽdiũ etiã pecunia, & aliis munerib. milites donare, ob strenuè operã nauatã, & id donatiuũ, seu cõgiariũ dicebatur. Vnde legimus Tiberiũ e Germania in vrbẽ post bienniũ regressum,

triumphum quem distulerat mœsta ciuitate clade Variana, egisse: prandium dehinc populo mille mensis, & congiarium tricenos nummos viritim dedisse. *Pictas vestes*) vestes triumphales, quibus triumphantes imperatores vtebantur. Hæ etiam (vt quidam scribunt) palmatæ, seu palmaceæ dicebantur, à palmo, quam meruerant, dictæ: erántque Iouis vesti similes. Iuuenal. Et medij sublimem in puluere Circi In tunica Iouis. Martial. Palmatæque ducem, sed citò, redde togæ. Et Plutar. in Paulo Æmylio: Ipse sequebatur ornatissimo curru inuectus purpuram auro contextam indutus. Videtur tamen Dionysius innuere, togam pictam & tunicam palmatam dissimiles fuisse. Scribit enim Tarquinium Priscum Hetruscos penè domitos coegisse, vt insignia regum suorum regi Romano traderent: quæ hæc fuerunt: Duodecim secures, trabea, curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta, toga picta, tunica palmata, & omnia imperij insignia, quibus imperij maiestas eminebat. Liuius etiam libro decimo ab vrbe condita idem videtur sentire: nam scribit triumphantes ornari solitos aurea corona, scipione eburneo, extante aquila in capite, toga picta, & palmata tunica. Idem alibi scribit, triumphantes toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laureáque honoratos, simúlque Iouis optimi maximi ornatu decoratos, curru aurato per vrbem vectos, in Capitolium ascendere solitos. Palmata toga scribit Seruius illos vsos, qui palmam merebantur. Pictas verò vestes scribit Plinius iam apud Homerum fuisse. vnde Triumphales postea natæ. De triumpho verò & triumphali pompa alibi plura scripsimus.

Prius imposuisse thura) prius sacrificasse dijs immortalibus. *Iustitia sui*) iustitia ipsius Tiberij. Sic insignia de iustitia Augusti inquit: Nuper eam Cæsar facto de marmore templo, Iampridem posuit Mentis in æde suæ. *Parentes*) Augustum vitricum: quem patrem appellat, per adoptionem, & Liuiam matrem designat. *Castos*] pios. *Quo*] in quo pectore. *Semper habet templum*] semper habet receptaculum, quasi templum religionis & diuinitatis. *Quaque ierit*, & quacunque transierit Tiberius. *Fælix omen*) fœlix augurium. *Adiectum*) additum, nunciatum. *Plausibus*] lætitia corporis. *Saxaque roratis* Sensus est: Inter transeundum tanta fuit florum & rosarum copia, quibus terra strata fuit, vt saxa ipsa, & viarum strata valde rubra fuerint, tanquam rosis tecta. *Rosis roratis*) rosis rore aspersis, & recentibus, aut mane cum rore collectis. *Protinus argento*) Portata sunt, inquit, de more in ea ouatione triumpho simili, oppida ex argento, ad similitudinem captarum ciuitatum, vnà cum viris superatis ab ipso Tiberio. *Argento*] ex argento. *Lata*] portata. Intelligitur autem per omnia, Narrasti ô fama. *Et proflua*) & profluentes aquas, & niues liquescentes. *Armaque* & arma ea hostibus capta, & in triumpho prælata. *In strue*) in congerie, in aceruo. *Iuncta*) alligata. Legitur etiam Mista. *De auro trophæorum*) de auro quod in trophæis erat. Quid sit trophæum, alibi diximus. In triumphis autem portabantur scuta, & galeæ, at etiam trophæa. Vnde inferius poeta vaticinans alterum iustum & verum Tiberij triumphum futurum, ita inquit: Scuta sed & galeæ gemmis radientur, & auro, Sténtque super victos trunca trophæa viros. *Quod sol incenderat*) quod aurum sol irradiauerat. *Tecta Romani fori*) domus finitimæ foro Romano vel re vera trabes & tecta atrij, quod Cæsar Romanum forum esse voluit, vt eò ad iura simul conuenirent, vt docet Appianus. Sane laquearia, quæ postea & in priuatis domibus auro tegebantur post Carthaginem euersam primò inaurata fuere Romæ in Capitolio, censura L. Mummij. Inde transiere in cameras, in parietes quoque, qui & ipsi tanquam vasa inaurabantur. Et regulas æreas Capitolij inaurauit primus Catulus. autor Plinius. Hic autem innuit Poeta, tantam fuisse aureorum trophæorum vim, vt tecta fori Romani radiorum solis repercussu visa fuerint aurea. *Fuisse aurea*) habuisse aureum colorem, ex repercussu radiorum solis. *Tulisse vincula addita collis*] tulisse catenas, quibus eorum colla alligata erant. *Pene hostes quod satis esse fuit*) quot hostes quasi sat erant Cæsari. Quasi dicat: Si plures fuissent, vix eos potuisset Cæsar vincere. Ex quo magna est Tiberij laus, quòd res fuerit ei cum tot ducibus captiuis. *In quibus*) scilicet hostibus, quibus Cæsar ignouit. *Et summa belli* & belli magnitudo. *Capútque & origo*] Hi enim duces fuerant belli causa, & in his consistebat totius belli summa.

Thura prius sanctis imposuisse focis.
Iustitiáque sui castos placasse parentes
Illo quo templum pectore semper habet.
Quáque ierit felix adiectum plausibus omen.
Saxáque roratis erubuisse rosis.*
Protinus argento veros imitantia muros
Barbara cum victis oppida lata viris.
Fluminàque, & montes, & in altas proflua syluas,
Armáque cum telis in strue iuncta suis.
Déque triumphorum, quod Sol incenderat, auro,*
Aurea Romani tecta fuisse fori.
Tótque tulisse duces captiuos addita collis
Vincula, penè hostes quot satis esse fuit.
Maxima pars horum vitam, veniámque tulere,
In quibus & belli summa, capútque fuit.
Cur ego posse negem minui mihi Cæsaris iram,
Cùm videam mites hostibus esse Deos?
Pertulit hoc idem nobis Germanice rumor.
Oppida sub titulo nominis esse tui.

iratum posse placari, & leniorem fieri. *Deos*, Augustum & Tiberium. *Pertulit*) nunciauit. Hoc idem, hoc quod statim subiungit Poeta *Oppida*) ciuitates à te captas. *Esse sub titulo tui nominis*] esse subiectas titulo, in quo erat tuum nomen. Oppida enim capta, in triumphis picta circumferebantur, appositis indicibus continentibus eorum nomina, qui vrbes ceperant, vt alibi plenius docuimus.

Penè hostes quot satis esse fuit] hoc est, tot numero, quot in toto aliquo exercitu hostium satis esset, fuisse: siue qui iustum exercitum complere ac facere potuissent.

Pertulit hoc idem nobis Germanice rumor, Oppida sub titulo nominis esse tui) Hic locus est, de quo suprà monui, deceptum ac lapsum commentatorem, Tiberio ascripsisse falsò, quæ de Germanico eius filio adoptiuo, & ex fratre Druso, nepote, à Poeta dicuntur. Est enim hæc apostrophe ad ipsum Germanicum, qua Poeta velut alloquens illum, ostendit se eadem fama, qua de Tiberij triumpho audierit, etiam de Germanici expeditione in Germaniam, & de oppidis ab eo aliquot iam captis, audiuisse. Vaticinatur igitur & illi similem triumphum de Germanis, ei quem Tiberius de Illyricis modò gessit, &c. Quare quæcunque deinceps ad finem vsque dicuntur, omnia ad Germanicum referenda erunt. Cui Poeta & longos annos optat, victorémque in Capitolium scansurum dicit, eadémque gaudia exhibiturum patri (adoptiuo scilicet Tiberio, nam verus pater Drusus iam multo antè in Germania perierat) quæ ille antea suis parentibus, Augusto scilicet & Liuiæ exhibuisset. Atque eum se triumphum carmine tum celebraturum ait, itidem vt hunc Tiberij, de quo in præsentia agitur, si modò vitam eò vsque perduxerit. Ex quo loco etiam illud non obscurè colligi potest, Ouidium antè mortuum esse, quàm Germanicus de Cheruscis & Chattis triumphauit, cum eum triumphum (vt ipse hic pollicetur) silentio præteriturus haudquaquam fuisset, nisi antè mortuus, quàm ille gestus, fuisset. Triumphauit autem Germanicus Coss. C. † Celio & L. Pomponio Hacco, vt Tacitus autor est, qui annus post obitum Augusti quartus fuit, intercedentibus inter hos & Sextum Pompeium, Sextúmque Apuleium, qui eo anno quo Augustus obiit, Consules fuere, duobus annis: quorum priore Drusus Cæsar & C. Norbanus, posteriore Sisenna Statilius Taurus & L. Scribonius Libo consulatum gessere. vt si prius illud rectè colligitur (vt quidem ego non dubito) Ouidium ante triumphum Germanici decessisse: etiam hoc iam non obscurè sequatur, neque octauum annum, vt vulgo ferè traditur, in exilio exegisse, interque septimum, aut non multo pòst, mortuum esse.

Cur ego posse negem minui) Capta occasione, hostium exemplo docet sibi etiam sperandum esse, Augustum i-

Atque ea te contra nec muri mole, nec armis,
Nec satis ingenio tuta fuisse loci.
Di tibi dent annos: à te nam cætera sumes,
Sint modò virtuti tempora longa tuæ.
Quod precor eueniet, sunt quædam oracula vatum:
Nam deus optanti prospera signa dedit.
Te quoque victorem Tarpeias scandere in arces
Læta coronatis Roma videbit equis.
Maturósque pater nati spectabit honores,
Gaudia percipiens, quæ dedit antè suis.
Iam nunc hæc à me iuuenum bellóque togáque
Maxime, dicta tibi vaticinante nota.
Hunc quoque carminibus referam fortasse triũphum,
Sufficiat nostris si modò vita malis.
Imbuero Scythicas si non prius ipse sagittas,
Abstulerísque ferox hoc caput ense Getes.
Quòd si me saluo dabitur tua laurea templis,
Omina bis dices vera fuisse mea.

Mar. A *Atque ea*) scilicet oppida. Subauditur autem à superiori, peetulit. *Te contra*) aduersus te. *Nec muri mole*) nec murorum magnitudine & robore. *Nec armis*) nec vllis militibus armata. *Ingenio loci*) natura loci, vtpote in montibus sita. *Dent annos*) dent longam vitam. Tiberius enim admodum iuuenis Germanos deuicit. Vnde inferius elegia octaua de B Tiberio loquens, ita inquit: Parce puer, secli decus admirabile nostri, Terrarum dominũ quẽ tua cura facit. Et iustà in eadem epistola de eo etiã ita loquitur: Sic fera quamprimùm pauido Germania vultu Ante triumphantes serua feratur equos. Et paulo pòst: Sic, quem dira tibi rapuit Germania, Drusus Pars fuerit patrius sola caduca tui. Sic tibi maiutè fraterni funeris vltor Purpureus niueis filius instet equis. *Cætera*) Omnes virtutes intellige, & bellicas artes. *Quod eueniet*] quod contingat: vt scilicet sint longa tempora tuæ virtuti. *Sunt quædam oracula vatum*) Poetæ vates dicuntur, quòd furore Apollinis correpti vaticinantur. Nihil enim aliud sunt poetæ, quàm deorum interpretes, dum sunt furore correpti. Vnde Socrates apud Platonem ita inquit: Ob hanc verò causam deus illis mentem surripiens, ipsis tanquam ministris vtitur, oraculorúmque nuncijs, & diuinis vatibus: vt nos qui audimus, percipiamus non eos esse, qui tam digna referunt, cùm suæ mentis compotes minimè sint: sed hæc deum loqui, & per istos nobis hæc inclamare. *Nam deus*) nam Apollo pater poetarum. *Optanti*) mihi cupienti et dio viuas. *Te quoque victorem*) Hic etiam vaticinatur poeta, Tiberium comparatis alijs victoriis, post hanc ouationem etiam triumphaturum in maturiori ætate, & patri Augusto eã allaturum lætitiam, quã ipse suis dedit. *In arces Tarpeias*) in Capitolium. *Roma læta*) Roma lætitiæ plena propter tuas victorias & triumphos. *Equis coronatis*) equis triumphalibus. Triumphantes enim in Capitolium vehebantur à quatuor equis sertis ornatis. *Pater*) Augustus. *Percipiens gaudia*) capiens gaudia ex filii Tiberii triumphali pompa. *Suis*] vel ciuibus, vel propinquis [vel etiam parentibus] *Iam nunc hæc à me*] Ordo est: O maxime iuuenum & bello & toga, iam nunc nota hæc à me vaticinante dicta sunt. *Hunc triumphum*] Hanc victoriã & triumphum intellige, quem in posterum consecuturum Tiberiũ post hanc ouationem vaticinatur Poeta, & eum fortasse scripturum se ostendit. *Sufficiat nostris malis*) supersit & duret in hoc meo exilio & tãto mœrore. *Imbuero Scythicas sagittas*) madefecero Scytharum iacula meo sanguine. *Me saluo*) me in patriam reducto per te: vel me incolumi, & non interẽpto a Scythis. *Tua laurea*) tua corona ex lauro. *Dabitur templis*) templis dicabitur. Coronæ enim triumphaturis cõferebãtur in tẽplis dicãdæ. vnde Plin. lib. 16. ita inquit: Inde natũ, vt etiã triumphaturis cõferrentur in templis dicandæ. *Omina mea*) mea vaticinia. *Bis dices vera fuisse*) narrabis me bis vera tibi vaticinatum fuisse, & quòd triumphum adeptus fueris, & quòd me seruaueris. vel quòd dii annos, ac longam vitã, & triumphũ de gẽtibus deuictis, post hanc ouationem in maturiori ætate concesserint.

IN SECVNDAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MESSALINVM.

Ille domus vestræ primis venerator ab annis,
Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti,
Mittit ab indomitis hanc Messaline salutem,
Quam solitus præsens est tibi ferre, Getis.
Hei mihi, si lecto vultus tibi nomine non est
Qui fuit, & dubitas cætera perlegere.
Perlege, nec mecum pariter mea verba relega:
Vrbe licet vestra versibus esse meis.
Non ego concepi, si Pelion Ossa tulisset,

Mar. *Ille domus vestræ*] Messalinum rogat, vt eo quo solebat vultu, salutem accipiat missam vel ab ipso mari Euxino, vbi Poeta exulabat. Eúmque monet, vt lecto eius nomine, non dubitet etiam legere totam epistolam: quandoquidem non perpetrauit tot ac tanta mala, vt eius carmina non possint ab eo legi. Deinde illum artificiosè precatur, vt quum tempus ad id idoneum extet, sibi Augustum reconciliet. Causas autem multas commemorat, ob quas dicit debere illum ab eo reditum petere. Quod quamuis sit difficile, tamen fretus Imperatoris clementia, facilè id eum impetraturum confidit. Postremò Messalam monet, vt hoc teneat ea lege, si viderit sibi id minimè nociturum. *Ille Naso*] Hoc pronomen ille, ponitur interdum per dignitatem & eminentiam, indicans esse, quod omnes debeant nosse. Virgil. Tùnc ille Æneas. Interdum solet poni, vt hoc in loco, cum quodam dolore, ad captandam miserationem. *Domus vestra*) vestræ familiæ, hoc est Messalæ: quæ sic appellata est, quòd Valerius Coruinus primus Messanam vicit, & primus ex familia Valeriorum, vrbis captæ in se translato nomine, Messana appellatus est, paulatímque vulgo permutante literas, Messala dictus est. Autor Seneca in libro de Breuitate vitæ. Idem etiam refert Macrobius. Ouidius in Fast. Huic Numidæ faciunt, illum Messana superbum. Fabius scribit, grammaticum scrutari debere huiusmodi origines nominum. quod econtrà discendi studium tanquam supernacuum iendet Seneca, ita scribens: Ecce Romanos quoque inuasit inane studium superuacua discendi. His diebus audiui quendam sapientem referentem, quòd primus nauali prælio Tullius vicit, primus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantes. Et paulo pòst: Non est profutura talis scientia, est tamen quæ nos speciosa rerum vanitate detineat. Hoc quoque quærentibus remittamus, quis Romanis primus persuasit nauem conscendere. Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipsum appellatus: quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos vocatur. vnde tabulæ codices dicuntur. Et naues nunc quoque, quæ ex antiqua consuetudine commeatus subuehunt, caudicariæ vocantur. *Venerator*) cultor. *Ab primis annis*) ab ineunte ætate. *Pulsus ad sinistra Euxini freti*) relegatus in Pontica regione, quæ ingredientibus in parte sinistra apparet. *Ab indomitis Getis*) à feris Getis. *Præsens*) cùm esset Romæ Poeta. *Lecto nomine*) lecto Ouidii scribentis titulo. *Cætera*) reliqua præter scribentis nomen. *Mea Verba*) meas literas. *Relega*) mitte extra vrbem, tanquam in exilium. *Licet*) quia fas est. Rationem autem assignat, quare non debeat timere, & trudere extra vrbem eius carmina: quia si Poeta est reus, eius carmina non sunt relegata cum Poeta. *Vestra Vrbe*) in Romana ciuitate. *Non ego concepi*) non cogitaui. Rationem autem assignat Poeta, qua ostendit non tanta esse eius crimina, vt mereantur cum eo carmina sua relegari: siquidem non bella gessit contra Iouem, quemadmodum gigantes. Titanus enim Cœli filius vxorem habuit Terram, ex qua plures suscepit

A filios, cum quibus aduersus Iouem deósque reliquos bellum habuit, eisque cœlum conantes eripere, montes montibus imposuere. Tandem à diis cæsi fulmine, interempti sunt. Virgil. Tum partu terra nefando Cæúmque, Iapetúmque creat, sæuúmque Typhœa, Et coniuratos cœlum rescindere fratres. Conati ter sunt imponere Pelio Ossan Scilicet, atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum. Ter pater extructos disiecit fulmine montes. Est autem ordo: Non ego concepi clara sidera posse tangi mea manu, si Ossa tulisset Pelion: hoc est, si Ossa mons habuisset Pelion montem superimpositum. Est autem Ossa (vt Solinus docet) mons in finibus Thessaliæ. Hunc Seneca Olympo olim coniunctum fuisse scribit. Pelion verò mons est Thessaliæ. Ouid lib. 5. Fast. Pelion Æmoniæ mons est obuersus in austros, Summa virent pinu, cætera quercus habet. *Si Pelion*] Pelion accusatiuus græcus est, à nomine Pelios: vt ab Athos Athon.

MAR. *Posse tangi*] posse violari, quemadmodum voluere gigantes. *Nec nos Enceladi*] Enceladus Titanis & Terræ, vel (vt maluit Maro) Terræ tantum filius fuit: quem fulB mine ictum, Ætnæque suppositum scribit Virg. in 3. Æn. Quod tamen tanquam fabulam dicturus, idem excusat vt est autor Seruius. Nam si in Phlegra loco Thessaliæ pugnarunt gigantes, quo modo Enceladus in Sicilia, Otus in Creta, secundum Salust. Typhœus in Campania fuisse dicuntur? Varro tamen scripsit, in diluuio aliquos confugisse in montes: C qui bello postea lacessiti ab his qui de aliis postea veniebant montibus, facilè ex locis superioribus vicerunt. Inde fictum est, vt dii superiores dicerentur, inferiores verò terrigenæ. Et quia de humillimis ad summa reptabant, dicti sunt pro pedib⁹ habuisse serpentes. *Nec quod Tydide*) nec etiam Venerem violaui, quemadmodum Diomedes. De D Venere vulnerata à Diomede, abundè diximus in enarratione eius versus ex primo de Remedio amoris. Non ego Tydides, à quo tua saucia mater. *Est mea culpa grauis*] crimen meum in Augustum graue est. *Sed quæ me perdere solum Ausa sit*) sed quod crimē mihi tantùm nocuerit, non aliis. quasi velit innuere, se nunquam peccasse. Nam quæ aliis noE cent, maiora sunt crimina, quàm ea quæ sibi tantùm.

Clara mea tangi sidera posse manu.
Nec nos Enceladi dementia castra sequuti,
In rerum dominos mouimus arma deos.
Nec, quod Tydida temeraria dextera fecit,
Numina sunt telis vlla petita meis.
Est mea culpa grauis, sed quæ me perdere solum
Ausa sit, & nullum maius adorsa nefas.
Nil nisi non sapiens possum, timidúsque vocari:
Hæc duo sunt animi nomina vera mei.
Esse quidem fateor meritam post Cæsaris iram
Difficilem precibus te quoque iure meis.
Quæque tua est pietas in totum nomen Iuli,
Te lædi, cùm quis læditur inde, putas.
Sed licet arma feras, & vulnera sæua mineris,
Non tamen efficies, vt timeare mihi.
Puppis Achæmenidem Graium Troiana recepit,
Profuit & Myso Pelias hasta duci.
Confugit interdum templi violator ad aram,
Nec petere offensi numinis horret opem.
Dixerit hoc aliquis tutum non esse, fatemur:
Sed non per placidas it mea nauis aquas.
Tuta petant alij, fortuna miserrima † nostra est:
Nam timor euentus deterioris abest.
Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?
Porrigit ad spinas, duráque saxa manus.
Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales,
Audet in humanos fessa venire sinus.
Nec se vicino dubitat committere tecto,
Quæ fugit infestos territa cerua canes.
Da precor accessum lacrymis mitissime nostris,
Nec rigidam timidis vocibus obde forem.
Verbáque nostra fauens Romana ad numina perfer,
Non tibi Tarpeio culta Tonante minus.
Mandatique mei legatus suscipe causam,
Nulla meo quamuis nomine causa bona est.
Iam propè depositus certè, iam frigidus æger,
Seruatus per te, si modò seruor ero.

G tulit. *Pelias hasta*] hasta Achillis. Hoc igitur & sequenti exemplo Augustum sibi inimicum minimè timendum esse colligit Poeta: siquidem hostes sæpenumero etiam benigni extitere in eos quos oderant. *Templi violator*] sacrilegus aliquis. *Ad aram*] ad numen quod læsit. *Dixerit hoc aliquis*) Respondet huic quæstioni. Posset eH nim aliquis dicere: Exēplis probas poeta, minimè timendum esse offensum Augusti numen: ego verò consilium tuum censeo non esse tutum. Docet igitur Ouidius fortunam suam adeò esse miseram, vt nihil miserius possit contingere: & nulla Augusti pœna maior esse poterit eo malo, quod ipse patitur. *Esse tutum*] esse securum, petere opem ab Augusto offenso. *Per placidas aquas*] per iter quietum, I sed plenum omni periculo & malo. *Mea nauis*] mea salus, mea vita. *Euentus deterioris*] peioris mali. *Qui rapitur fatis*) qui huc vel illuc trahitur, & ducitur deorum voluntate. *Præter fata*) præter fatorum finem, vim, cursum, & fortunam. quod solet fieri, quum nobis omnia sunt aduersa. Quasi dicat, Oportet vt viam fata inuemant, ex eorum senK tentia qui dicebant, necesse esse euenire quicquid necesse est, cū quidem credebant fatum esse ineuitabile Vel hoc dicit, Qui fatorum aduersitate agitatur, quid aliud potest requirere & expectare, quàm eadem quoque fata aduersa? *Porrigit ad spinas duraque saxa manus*) Qui, inquit, fatis rapitur, solet cuicunque loco etiam aspero manus admouere, vt maius periculum euitet. In vetustissimo tamen meo exemplari hoc carmen ita legitur, Sæpe creat molles aspera spina rosas. vt sit sensus: Ex spinis sæpe nascitur rosa, hoc est, ex tristi fato plerunque nascitur lætum. Quibus L verbis designat, posse accidere, vt aduersa poetæ fortuna, si confugerit ad hostes offensos, mutetur in melius. *Accipitrem metuens*) Docet se poeta è duobus malis ad minus confugere, & se fatis credere, exemplo columbæ. *In sinus humanos*) in sinus hominum. *Fessa*) fatigata assiduo volatu, fugiēdo accipitrem. *Accessum*] aditum ad te facilem *Nec obde*) nec claude. *Fauens*] placidè accipiens Legitur etiam Fauens, hoc est, propitius. *Romana ad numina*] ad Augustum & liberos. *Tarpeio tonante*] Ioue Capitolino. *Legatus*] vel nuncius, vel orator. *Mandati mei*] præcepti mei, quod tibi mando & impono. *Quamuis nulla causa est bona*] quamuis nulla causa videatur defendi posse *Meo nomine*] mea fama, quæ est turpis apud Augustum. vel mea (vt imperiti dicunt) parte, aut re vera nomine: nomen enim meum illi odiosum erit, quum

Ex quo designat, vt sæpius dixit, peccatum suum errorem potius dicendum, & ideo dignum venia. & sic excusat peccatum, quod graue esse dixerat. *Nullum maius nefas*] nullum maius scelus, quam perdere me solum. *Nisi non sapiens*] nisi improuidus & imprudens *Hæc duo nomina*] imprudentis scilicet & timidi. *Post iram meritam*) post dignam indignationem, quam ego merui. *Te quoque difficilem*] te etiam Messalam durum & inexorabilem. *Meis precibus*) vel vt legas hanc meam epistolam, vel (quod magis placet) vt mihi Augustum reconcilies, vt eum precatur in hac epistola Poeta. *In totum nomen Iuli*] in omnes ex gente Iulia. *Cùm quis læditur*] cùm aliquis ex gente Iulia offenditur. *Arma feras*] tela in me capias pro Cæsare. *Puppis Achæmenidem*] Notum est quemadmodum F Achæmenides comes infœlicis Vlyssis in Sicilia Æneæ nauem ascendit, séque ac Troianis omnes liberauit à Cyclopum sæuitia, vt elegantissimè describit Virg. *Myso duci*] Telepho regi Mysiæ, prouinciæ Phrygiæ, quæ adiacet Hellesponto: cuius historiam abundè diximus in primo de Remedio amoris, in enarratione eius versus. Vulnus Achilleo quæ quondam feceras hosti, Vulneris auxilium Pelias hasta

primùm pro me loqui cœperis. *Iam propè depositum*) iam quasi destitutus & desperatus, tanquam de me nulla penè sit spes. Deponere enim (vt Marcellus scribit) est desperare. Vnde depositi, desperati dicuntur. Virgilius libro duodecimo Æneidos: Ille vt depositi proferret fata parentis. Et Cicero in Verrem actione prima: Itaque mihi videor, iudices, magnam, & maximè ęgram, & propè depositam reipublicæ partem suscepisse. *Certè iam frigidus*) certe iam morti vicinus. Morientes enim frigus occupat. *Aeger*) malè valens.

Nunc tua pro rebus nitatur gratia lapsis,
Principis æterni quam tibi præstat amor.
Nunc tibi & eloquij nitor ille domesticus adsit,
Quo poteras trepidis vtilis esse reis.
Viuit enim in vobis facundi lingua parentis,
*Et res hæredem repperit * illa suum.*
Hanc ego non vt me defendere tentet, adoro:
Non est confessi causa tuenda rei.
Num tamen excuses erroris origine factum,
An nihil expediat tale monere, vide.
Vulneris id genus est quod quum sanabile non sit,
*Non * hoc tractari tutius esse puto.*
Lingua sile, non est vltra narrabile quicquam:
Posse velim cineres obruere ipse meos.
Sic igitur, quasi me nullus deceperit error,
Verba face: vt vita, quam dedit ipse, fruar.
Cúmque serenus erit, vultúsque remiserit illos,
Qui secum terras imperiúmque mouent:
Exiguam ne me prædam sinat esse Getarum,
Détque solum miseræ mite, precare, fugæ.
Tempus adest aptum precibus: valet ille, vidétque
Quas fecit vires Roma valere tuas.
Incolumis coniunx sua puluinaria seruat,
Promouet Ausonium filius imperium.

Pro rebus lapsis] pro rebus meis afflictis. *Gratia*] gratitudo, amor, & fauor. *Principis æterni*) Augusti immortalis. *Et ille nitor eloquij domestici*] & ille splendor eloquentiæ, quæ semper viguit domi vestræ. *Lingua facundi parentis*) eloquentia patris tui facundi. Hunc sanè Messalinum eius filium esse arbitror, quē Appianus in libro de Illyria, Messalam Coruinum appellat, & à Cæsare Augusto præmissum, Salassos gētes Alpinas in ditionem populi Romani redegisse scribit, & quem Plinius oratorē sui nominis oblitum fuisse tradit, ac etiam Eusebius de temporibus: quem idem paulo antequam Augustus moreretur, defunctum fuisse scribit. De Messalarum familia, alia dicemus in calce huius operis. *Et res*] & eloquentia. *Suum hæredem*] te successorem. *Hanc*) scilicet linguam, vel eloquentiam. *Adoro*] veneror tanquam rem sacram. *Non vt tentet me defendere*] non, inquit, adoro linguam tuā, vt me defendat. *Non est confessi*] Causam assignat, cur non tentet se à Messalino defendi, vt ex eo probet se non ob eam causam venerari hominis linguam. *Causa rei confessi*) causa mea, quam confessus sum esse infirmam. Vt in eo versu, Est mea culpa grauis. *Ne tamen excuses*) quamuis dixerim causam meam non esse defendendam, tamen vide excusandus sim ne ab errore & imprudentia, an id magis tacendum, tanquam hoc mihi nihil conducat. Est autem ordo: Tamen vide ne, pro an, excuses, & reliqua. *Ne excuses*) an excusare debeas. [Alij istīc pro Ne, Num legunt, vt & editio Aldina habet.] *Factum*) peccatum meum *Expediat*) vtile sit. *Tale monere*) docere me per errorem peccasse. Legitur etiam Mouere: idem tamen est sensus. *Vulneris id genus est, quod quum sanabile non sit, Non hoc tractari tutius*) &c. Causam assignat, cur inter excusandum erroris mentionem fieri non vtile esse innuat. Appellat autem crimen, quo Augustum læsit, vulnus, idque insanabile esse dicit. *Non tractare*] non attingi, memorando vetera, ne fortè recrudescant. *Lingua sile*) Quia fecerat mentionem de suo peccato, ideo seipsum monet, vt cætera sileat. *Posse obruere*) posse tegere & sepelire. *Meos cineres*) mea ossa. Quasi dicat, Vellem posse celari meos cineres, ne vlla à re de me mentio fieret excusando. Vel certè dicit, velle posse celari cineres suos, vt eius crimen etiam cum eo lateret. *Sic igitur face verba*) sic igitur Augustum alloquere. *Quasi me nullus deceperit error*] quasi non per errorem & imprudentiam peccauerim. Quasi dicat: Fatendum est me peccasse, sed peccatum non esse excusandum apud Augustum, aut errore, aut alio modo.

Vt fruar vita) vt vitam agam. nam si me excusando diceres errorem fuisse, fortasse Augustus iratus, mihi vitā, quam concessit, adimeret. *Serenus*) lætus. Docet autem Poeta, quo tempore debeat Augustum alloqui, quidue ab eo petere.

Vultúsque remiserit illos) & illos vultus delectauerit. Remittere enim vultum, vel animum, est delectare. Cicero: Quæro enim non quibus intendam animum rebus, sed quibus relaxem ac remittam. Et Tranquillus: Capreanum quoque secessum, inquit, quatriduum impendit remississimo ad ocium & ad omnem comitatem animo. Musonius tamen apud Gellium, dicit animum non esse remittendum: quoniam remittere animum, est quasi amittere. *Qui mouent secum*) qui secum trahūt. *Mite solum*) quietam terram, & nulli hosti obnoxiam. *Miseræ fugæ*] infœlici huic meæ relegationi. *Aptum p.*) idoneū ad id precib' impetrādū & petendum. *Valet ille*) bene valet etiam Augustus. *Vidétque Quas fecit vires Roma valere tuas*) Ordo est: Et ô Roma, Augustus videt tuas vires, & reliqua. *Incolumis coniunx*] Liuia superstes. *Sua puluinaria*) sua templa. Puluinaria enim plerunque pro templis ponimus. Vnde apud Liuium crebro legimus ad omnia puluinaria sacrificatum fuisse. Erant autem propriè puluinaria (autore Seruio) lectuli, qui sterni in templis consueuerunt, numini dicati: à pluma dicta, qua farciebantur. Deorum enim simulacra recumbentia in puluinis collocabantur. Sunt qui accipiant puluinaria pro illis lectis, qui sternebantur in templo, in honorem deorum, vt scribit Augustinus in libro tertio de Ciuitate Dei. Vnde lectisternia appellata sunt Liuius. Curatum lectisternium, & per triduum habitum decemviris sacrorum curantibus, & puluinaria in conspectu fuere Ioui & Iunoni: alterum Neptuno & Mineruæ, tertium Marti & Veneri, quartum Apollini & Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri. Ob quam rem adducor, vt credam puluinaria hoc in loco accipi ab Ouidio pro lecto, in quo Liuia & Augustus tanquam duo numina recubabant: vt sit sensus: Incolumis Liuia custodit sanctum Imperatoris cubile, & pudicitiam: hoc est, habet maritum incolumem. Primum autem lectisternium factum Romæ ad pestilentiam propulsandam, docet Liuius in libro quinto ab vrbe condita, quando tribus, quàm amplissimè apparari poterant, stratis lectis, placauere deos immortales. *Promouet*) auget. *Filius*) Tiberius Liuiæ filius & Augusti per adoptionem. Hic autem [vt diximus] domuit totum Illyricum, quod inter Italiam, regnúmque Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, intérque Danubium flumen, & sinum maris Hadriatici patet. Quas ob res triumphus ei decretus est, quem distulit, mœsta ciuitate clade Variana. Nihilominus vrbem prætextatus, & laurea coronatus intrauit: positúmque in septis tribunal, senatu adstante conscendit, ac medius inter duos consules cum Augusto simul sedit. Vnde populo consalutato, circum templa deductus est, vt est autor Suetonius. Per hasce igitur victorias Tiberium Ouidius scribit promouere imperium Ausonium, & Augustum lætum esse. Aut certè designat expeditionem, quam suscepit Tiberius, seu contra Germanos (vt diximus) seu contra Illyricum, quam nondum absoluerat: sed in dies eius fœlicior exitus tunc denunciabatur, & plena breui victoria expectabatur.

Vultúsque remiserit illos, Qui secum terras imperiúmque mouent) Hoc est, vultus illos seueros & graues, quorum nutu siue intuitu totum imperium commouetur, deposuerit atque exhilararit, non delectarit, vt Merula exponit.

Mox, Puluinaria sua, accipe pro thalamo, siue coniugio, quod puluinariorum nomine appellat, adulandi gratia, tanquam de diis loquens, quibus in templis puluinaria sterni solebant.

Præterit ipse suos animo Germanicus annos:
Nec vigor est Drusi nobilitate minor.
Adde nurus, neptésque pias, charósque nepotes,
Cæteráque Augustæ membra valere domus.
Adde triumphatos modò Pæonas, adde quieti
Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.
Nec dedignata est abiectis Illyris armis,
Cæsareum famulo vertice ferre pedem.
Ipse super currum placido spectabilis ore,
Tempora Phœbea virgine nexa tulit.
Quem pia vobiscum proles comitauit euntem,
Digna parente suo, nominibúsque datis.
Fratribus assimilis, quos proxima templa tenentes
Diuus ab excelsa Iulius æde videt.
His Messalinus, quibus omnia cedere debent,
Primum lætitiæ non negat esse locum.

MER. A *Præterit ipse suos*] Aliam causam assignat, ob quam Augustum lætum esse docet. Animum, inquit, maiorem annis gerit Germanicus nepos Tiberij ex fratre Druso, sed filius per adoptionem. Is postea annum agens quartum atque trigesimum, diuturno morbo Antiochiæ obiit, non sine veneni suspicione, fraude Tiberij, ministerio verò & opera Cn. Pisonis, qui sub idem tempus Syriæ præerat, autore

B Tranqu. *Vigor*] virtus Germanici. *Nobilitate Drusi*] virtute Drusi, patris Germanici, fratris Tiberij: qui post magnas res gestas, in Germania periit ex fractura cruris, super quod equus collapsus fuit, vt arbitratus est Liuius. Tranquillus tamen ipsum morbo periisse tradit: cuius corpus pedibus toto itinere prægredientem Romam vsque peruexisse docet. Plin. etiam est autor, Tiberium ad Drusum fratrem ægrotantē dum festinat die ac nocte, longissimum iter vehiculis tribus emensum, in quo fuerūt ducenta millia passuum. Vel certè per Drusum, Tiberij filium

C naturalem intellige, qui postea Romæ obiit, autore Tranquillo, vt sit ordo: Nec vigor Drusi est minor, vigore scilicet Germanici, filij Tiberij per adoptionem, nobilitate. Non desunt etiam, qui hæc omnia ad Drusum Tiberij fratrem natu minorem, & Liuiæ filium, priuignúmque Augusti referant: quem ille vt filium dilexit. Magis tamen placet referas ad Germanicum Drusi filium & iunioris Antoniæ, ac Tiberij per adoptionem: vt dicat vigorem Drusi iunioris nihilo esse minorem nobilitate, animo, & vigore patris Germanici, immo parem esse in vtroque nobilitatē & virtutem. *Adde nurus*] Per nurus intelligit Tiberij filij vxorem, & Antoniam Antonij & Octauiæ filiam, quam Drusus Liuiæ filius, & Cæsaris priuignus, fratérque Tiberij duxit vxorem, vt scribit Plutarchus: ex qua nati fuerunt Germanicus & Claudius. *Neptesque pias*] Intelligit vtram-

D que Antoniam, neptes ex sorore Octauia: quarum altera minor natu, expuisse nunquam legitur. Harum igitur alteram Domitius Aenobarbus duxit vxorem: alteram pudicitia & forma præclaram, Drusus Liuiæ filius superius nominatus. Potes etiam hoc referre ad Iuliam & Agrippinam ex Iulia filias: quarum Iuliam L. Paulo Censoris filio collocauit, Agrippinam verò Germanico sororis suæ nepoti. *Charósque nepotes*] Caium, Lucium, & Agrippam, Iuliæ & Agrippæ filios intellige. Vel Germanici iunioris liberos accipe, sub nepotum nomine, vt crebrò reperies apud autores. *Cæteraque Augustæ membra*] Per membra domus Augustæ, cæteros propinquos & familiares intelligit. *Adde triumphatos modo Pæonas*) Pæones, vt scribit Appianus, natio ingens fuit circa Istrum per longum incolens, ab Iapidum populis supra Dardanos protendebatur.

E Hi Pæones à Græcis, à Romanis Pannonij dicebantur, & ab illis inter Illyrios numerabantur. Hos superauit Augustus, cum reliquis Illyriis, qui aut à Romanis defecerant, aut prius sub imperio neutiquam assueuerant. Ob quas res triumphus Illyricus à senatu illi decretus est, quem post deuictum tandem egit Antonium, de quo hic Poeta intelligit. *Adde quieti*) adde etiam tranquillitati populi Romani deuictos Dalmatas, de quibus L. Florus ita scribit: Dalmatæ plerunque sub syluis agunt, inde ad latrocinia promptissimi. Hos iam quidem Marius, incensa vrbe Delminio, quasi detruncauerat. Postea Asinius Pollio gregibus, armis, agris mulctauerat. Hic secundus oratus, sed Augustus perdomandos Vibio mandat, qui efferum genus fodere terras coegit, aurúmque venis repurgare: quod alioqui gens omnium cupidissima, studiosa diligentia acquirit, vt illud in vsus

F suos seruare videatur. *Brachia*] partes, seu vires. *Dalmatiæ montanæ*] Dalmatiæ montes plurimos habentis. Dicta est autē Dalmatia à Delminio oppido, vt scribit Appianus. *Subdita*) supposita populo Romano: vel subdita quieti. *Nec dedignata est*) &c. Illyrij quoque sub Alpibus agebant, imásque valles earum, & quædam quasi claustra custodiebant, abruptis torrentibus implicati. In hos expeditionem sumpsit ipse Augustus, fieríque pontem imperauit. Hic se & aquis & hoste turbantibus, cunctātī ad ascensum militi scutum de manu rapuit, & in via primus iuit, agmine sequuto, quum

G Illyricus pōtem multitudine succidisset, saucius manibus ac cruribus speciosior sanguine, & ipso periculo augustior terga hostiū præcidit. De Illyria alibi dictum est. *Abiectis armis*) post in bello. *Cæsareum pedē*) Cæsaris vires & imperiū. *Vertice famulo*) capita subdito. *Ipse*) Augustus Cæsar. *Super currū*] Triúphalem currū intellige. *Tēpora*) caput

H circundatū *Phœbea v.*) laurigera corona. Alludit aūt ad Daphnē virginē amatā à Phœbo, quæ postea mutata fuit in laurū. *Quem euntem*) Quem Augustum triumphantem, & proficiscentem ad Capitolium. *Vobiscum*) cum sua prole, & te Messalion. quem tanquam vnum ex ducibus Augusti, hic Poeta innuit tunc prosequutum fuisse triumphantem imperatorem. *Pia proles*) Per piam prolem, Augusti liberos intellige, Caium scilicet, Lucium, & Agrippam. Vel Tiberium accipe, & Marcellum: quorum alter, Tiberius scilicet (vt Tranquillus scribit) pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinistriore funali equo: Marcellus verò Octauiæ filius dexteriore vectus est. Vel per piam prolem, Tiberium filium per adoptionem, & Drusum priuignum accipe, quem Augustus vt filium dilexit. *Digna parente suo*) digni filij Augusto patre. *Nominibúsque datis*) & digna nominibus ab Augusto ipsis impositis. Omnes

I siquidem Cæsares dicebantur, tam filij, quàm nepotes. *Fratribus assimilis*) proles similis Cupidinibus, qui inter se sunt fratres. Intelligit enim Cupidinum simulacra, qui fuere in æde Veneris Genitricis: de qua in enarrationibus in Ouidium de Arte amandi abundè diximus. Sunt tamen qui per fratres, naturalium filiorum Augusti, Caij & Lucij simulacra intelligant: qui tanquam nepotes & successores Iulij Cæsaris, in æde Veneris Genitricis, sub ipsius Cæsaris simulacro locati fuere, & per piam prolem accipiant (vt diximus) Tiberium ac Drusum priuignum, adhoc infantes. Potes tamen etiam referre ad Cupidines, vt liberorum Augusti pulchritudinem designet. Nam & inferius de Germanico ita inquit: Surgit Iulæo iuuenis cognomine dignus, Qualis ab Eois lucifer ortus aquis. Fuere autem Cupidi-

K nes tres: vnus ex Mercurio & Venere secunda, alios ex Marte & Venere tertia natus. Tertius etiam fuit Cupido, quem Cic. in lib. 3. de Nat. deor. primum appellat. Hic Mercurio & Diana natus dicitur. Venerem autem non modò Cupido, sed alij etiam vernæ comitantur, qui omnes Cupidines appellantur: vt plenius diximus in enarratione eius versus ex 4. lib. de Trist. Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorū. *Proxima templa*) tēpla Veneris Genitricis, vicina Iulij Cæsaris simulacro, aut eius statuæ equestri. *Diuus Iulius*) Appianus lib. 2. de Bellis ciuilib. autor est, Iulium Cæsarē erexisse Veneri Genitrici templum, vt prius vouerat ad Pharsalum, bellum initurus, cum atrio, quod Romanorū forum esse voluit, vt eò ad iura simul conuenirent. Hic autem per Iulium intelligimus eius simulacrum fuisse in aliquo loco eminentiori ipsius templi Veneris: aut certè statuam eius

L equestrem, quæ erat supra limen ædis Veneris Genitricis, cuius Papinius ita meminit: Hunc obuia limina pandit, Qui fessus bellis, assertæ munere prolis, Primus iter nostris ostendit ad æthera diuis. *His*) subaudi, Augusti coniugi, liberis, & cæteris. *Quibus omnia cedere debent*) quasi dicat, Quibus neminem magis lætari victoria patria & triumpho credendū est. (*Non negat*) non inficiatur ipse Messalinus. *Ab his*] post superius nominatos.

MICYL. *Nec vigor est Drusi nobilitate minor*) Sententia est: Germanicus præterit suos annos animo, i. fortior atq. animosior est quàm pro ætate sua. Nec Drusus nobilior est quàm fortior, sed pariter excellit animo ac nobilitate. Drusum autem intellige, non patrem Germanici, fratrem Tiberij, is enim multis antè annis perierat in Germania: sed

Drusum Tiberij ex Agrippina filium, cuius vxor Liuia fuit, Germanici soror, quam postea Seianus adulterio corrupit, ipsúmque Drusum veneno per Cygilum Spadonem dato sustulit, vt autor est Tacitus lib. 4. Mox per Nurus, intellige Agrippinam Germanici, & Liuiam Drusi, vxores: per neptes & nepotes, Germanici ac Drusi fratris liberos. vt fuere, ex Germanico quidem Caligula, qui Tiberio successit: Agrippina, quæ primùm Domitio nupsit, vnde Nero natus fuit, mox Claudio imperatori cohabitauit. item Nero & Drusus, qui pòst à Tiberio interempti: Iulia & Drusilla, de quibus Tacitus lib. 2. & Suetonius in Caligula. Ex Druso autem & gemelli illi, de quibus Tacitus lib. 2. meminit his verbis: Cæterum recenti adhuc mœstitia soror Germanici Liuia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est, quod rarum lætúmque etiam modicis penatibus, tanto gaudio principem affecit, vt non temperauerit, quin iactaret apud patres, nulli ante Romanorum eiusdem fastigij viro geminam stirpem editam, &c. Ex non Tiberius, cuius meminit Suetonius. Atque hi ex Germanico & Druso geniti, quorum tamen quidam post mortem Augusti primùm nati fuere, de quibus poeta nihil scire potuit: vt plerique Drusi, & Iulia Germanici, quæ vltima huius liberorum, Lesbi edita fuit, cùm in Asiam traiiceret, post triumphatos Cheruscos, vt est apud Tacitum lib. 2. Habuit autem & alios nepotes, neptésque Augustus, ex Octauia sorore scilicet, & Iulia filia, & Druso Germanici patre, cuius et Claudius fuit, qui post Caligulam imperauit. Sed de his Merula infra annotauit. Illud tamen adiiciendum, C. & Lucium ex Iulia nepotes, cùm hæc scriberentur ab Ouidio, mortuos iam fuisse, Massiliæ altero, altero in reditu ex Armeniis extincto, vt & alibi annotauimus: Iuliam autem neptem, & Agrippam posthumum, relegatos, hunc impulsu Liuiæ, illam propter impudicitiam, vt ex Tacito & Suetonio colligitur. eóque de illis Poetam non intellexisse. *Adde triumphatos modo Pæonas, &c.*] De hoc loco quo modo, & de quo triumpho intelligendus esset, suprà monui, elegia præcedente. Non enim de Dalmatico Augusti triumpho accipi debet, qui statim post deuictum Antonium & Cleopatram actus fuit, annis propè quadraginta antequam hæc ab Ouidio scripta sunt. sed de Illyrico Tiberij, qui proximo ante obitú Augusti anno gestus est. id quod & particula Modò innuit, quod Pæonas modò triumphatos inquit: quasi dicas, nuper, aut etiam eodem hoc anno. *Quem pia vobiscum proles comitatur euntē, Digna parente suo, nominibusq; &c.*] Per prolem, Tiberij filium accipio, Drusum, qui currum patris comitatus fuerit, cum cæteris ducibus, quos hic sub voce Vobiscum intelligit. Nam vt de Tiberio & Actiaco triumpho accipiamus, repugnat temporum ratio, id quod suprà quoque monui: & item quod sequitur, Digna parente suo, nominibusque datis. Neque enim adhuc nomina Cæsaris aut Augusti acceperat Actiaco triumpho Tiberius. At si de Druso intelligamus, tam de Cæsaris appellatione, quàm de proprio nomine intelligere licet, quasi qui se dignum Druso patruo, & item Cæsarum genere gereret. Quare & superius Cæsareum pedem, non Augusti pedem, sed Tiberij expono, qui tum Cæsaris nomen, ab Augusto iam pridem adoptatus, gerebat. Quod autem in versus paulo sequitur, Fratribus assimilis, &c. haud scio an etiam de Castore & Polluce intelligi possit, quibus ex manubiis suo, et fratris nomine templum dedicauit Tiberius, post actum de Illyriis triumphum, autore Suetonio. Vt obiter eius quoque rei admoneat lectorem poeta. Nam apud P. Victorem inuenio, in eadem regione vrbis templū Iulij, & teplū Castorū fuisse. Sed de hoc nō anxiè nimis cōtēderim.

Quicquid ab his superest, venit in certamen amoris:
Hac hominum nulli parte secundus erit.
Hanc colit ante diem, per quam decreta merenti
Venit honoratis laurea digna comis.
Fœlices, quibus hos licuit spectare triumphos,
Et ducis ore deos æquiparante frui.
At mihi Sauromatæ pro Cæsaris ore videndi,
Terráque pacis inops, vndáque † iuncta gelu.
Si tamen hoc audis, & vox mea peruenit istuc,
Sit tua mutando gratia blanda loco.
Hoc pater ille tuus, primo mihi cultus ab æuo,
Si quid habet sensus vmbra diserta, petit.
Hoc petit & frater, quamuis fortasse veretur,
Seruandi noceat ne tibi cura mei.
Tota domus rogat hoc: nec tu potes ipse negare,
Et nos in turba parte fuisse tua.
Ingenij certè, quo nos male sensimus vsos,
Artibus exceptis, sæpe probator eras.
Nec mea, si tantum peccata nouissima demas,
Esse potest domus vita pudenda tuæ.
Sic igitur vestra vigeant penetralia gentis,
Curáque sit superis Cæsaribúsque tui.
Mite, sed iratum merito mihi numen adora,
Eximar vt Scythici de feritate loci.

Mer. *Quicquid superest*) quicquid hominū reliquum est, præter antedictos. *Venit in certamē amoris*) hoc est, cū reliquis de amore contēdit erga Augustū Messalinus: quia illo nemo magis gaudet hac lætitia. *Hac parte*] in hoc certamine. *Hanc colit*] hanc Augusti prolem venerātur Messalinus. Vel hanc, subaudi ab inferiori, lauream & victoriam Augusti, seu lætitiam. vt dicat; Ipse Messalinus colit hanc lætitiam, per quam & ipse postea etiam laureā meruit. quasi dicat ipsū quoque lætum debere sibi etiam opem ferre in huiusmodi lætitia apud Augustum, cuius & ipse particeps fuit. Videtur autem Messalinus vnus fuisse ex Augusti ducibus, cui ille triumphum concessit. De quo tamen triumpho nihil me legisse memini. nisi fortè imperator illi fecerit triumphantis ornamenta triūphalia concesserit, vt fecit Tiberius legatis suis. Nam Sueton. autor est, Augustum super 30. duces, vt virtutem bellicam honoraret, iustos triumphos, & aliquando pluribus triumphalia ornamenta decernenda curasse, & liberis senatorum, quo celerius reip. assuescerent, protinus curiæ interesse permisisse: vt nō immeritò Messalinus Messalæ Coruini filius, vnus ex ducibus Augusti, quibus ille aut iustum triumphum, aut ornamenta triumphalia decernenda curauerit (quod magis opinor) fuisse hic à Poeta designetur. Messalam Coruinum de Salassis triumphasse legimus: sed illum huius patrem fuisse, superius diximus opinari. *Ante diem*) ante tempus & annos Messalini: iuuenis enim admodum triumphauit. Ordo est: Per quam laurea decreta merenti ante diem venit comis honoratis. *Per quam*] subaudi Lætitiam, vel prolem Augusti, quæ procurauit triūphum Messalino. *Laurea digna*] dignus triumphus in quo triumphantes laureā ferebant. *Merenti*] Messalino digno huiusmodi triumpho. *Spectare*] Romæ esse, & conspicere. *Triumphos*) triumphos Cæsaris & tuos ô Messaline. *Ore ducis*) ore Augusti. *Æquiparante deos*) diis simile. Triumphātes enim Iouis optimi maximi ornatu decorati, sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laureáque, curru aurato per vrbem vecti, in Capitolium ascendebant. *Sauromatæ*) populi Scythiæ. *Pacis inops*] hostilibus incursionibus obnoxia. *Iuncta gelu*) perpetua glacie concreta. *Tua gratia*] tuus fauor ô Messaline. *Mutando loco*] vt in locum transferat mitiorem. *Sit blanda*] blanditiis agat erga Augustū. *Si quid habet sensus*) si quid intelligit eorum quæ fiunt à nobis. vel certè, si animæ non moriuntur cum corporibus, sed sunt immortales, & sentiunt. *Vmbra diserta*) anima eloquentis patris tui, oratoris eloquentissimi, vt alibi diximus. *Nec noceat tibi*] quasi dicat: Et frater non audet apertè precari pro me, quia timet ne lædat Augustum. *In parte tua turba*) in parte tuorum clientum. *Male vsos*) quia ingenij & carminum causa relegatus sum. *Artibus exceptis*) exceptis libris de Arte amandi, quod ingenii mei opus minimè probabas. quasi innuat, Messalinum in reliquis eius ingenium probasse, in artibus verò amatoriis componendis damnasse semper. *Si tantùm demas peccata nouissima*) si tantùm excipias crimen hoc, cuius causa relegatus sum: hoc est, præcepta amatoria, & relegationis causam. *Nec potest esse pudenda*) nec potest esse dedecori. *Penetralia*) sacra & dij: per quos domum designat. *Cæsaribúsque*) & Augusto, Tiberio, Druso,

A Germanico, & reliquis. *Mite numen*) placidum Augusti numen. *Sed iratum merito mihi*] sed quod mihi iure succenuit. *Deferitate Scythici loci*] de crudelitate Tomitanæ vrbis, quæ est in Scythia. *erat ne tibi cura mei*) Hoc est, Idem hoc etiam, videlicet vt pro me Augustum deprecer, frater tuus abs te petet. nisi quod aperte hoc non facit, sine audet, illud metuens, ne ea deprecatio tibi fraudi siue damno sit apud Augustum.

MICYL. *Hoc pet. & frater, quamuis fortasse veretur, Seruandis mo-*

Difficile est, fateor: sed tendis in ardua virtus,
Et talis meriti gratia maior erit.
Nec tamen Aetnæus vasto Polyphemus in antro
Accipiet voces, Antiphatésue tuas.
Sed placidus, facilísque parens, veniæq; paratus,
Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat.
Qui cum triste aliquid statuit, fit tristis & ipse,
Cuique ferè pœnam sumere pœna sua est.
Victa tamen vitio est huius clementia nostro,
Venit & ad vires ira coacta suas.
Qui quoniam patria toto sumus orbe remoti,
Non licet ante ipsos procubuisse deos.
Quos colis, ad superos perfer mandata sacerdos,
Adde sed & proprias ad mea verba preces.
Sic tamen hæc tenta, si non nocitura putabis:
Ignoscas, timeo naufragus omne fretum.

MAU. *Sed tendit in ardua virtus*] sed virtus consistit in rebus arduis & difficilibus. quasi dicat, Non potes mihi opem ferre, & vti tua in me beneficentia, nisi cum labore & discrimine tuo. *Et gratia talis meriti*] & gratitudo huiusmodi B beneficentiæ. *Erit maior*) quo difficilior & periculosior, eo gratior erit. *Nec tamen Aetnæus*] & Polyphemi crudelitas nota est carmine Virgilio. Et Gellius etiam scribit, Cyclopa, & Cercyona & Læstrygonas immanes, & alios ab omni humanitate, tanquam e mari genitos, Neptuni filios appellari a poetis. *Antiphatésue*). Antiphates fuit Læstrygonum rector. Ouidius: Inde Lami C veteres Læstrygones, inquit, in vrbem Venimus, Antiphatet terra regnabat in illa. Ad eum scribit Ouidius Macareum cum duobus socijs ab Vlysse missum, vix cum altero vitam fuga seruasse. Sed orto bello, vnà cum Vlysis naue effugisse, cætera sociorum classe amissa. *Sine igne fulmineo*) sine ira. Est autem magna Augusti laus, quód in nocentes animaduertit etiam sine ira. *Triste* G *aliquid*] aliquod supplicium. *Sumere pœnam*] aliquem supplicio afficere. *Pœna fere est sua*] supplicium quasi est proprium Augusti: hoc est, cùm Augustus alicui pœnam irrogat, quasi eadē ipse afficitur. *Nostro vitio*] meo crimine. *Huius*] Augusti. *Et ira coacta*] & ira Augusti vi quadā prouocatus. *Venit ad suas vires*] venit ad suum effectum. *Qui* hoc est H nos. *Patria* à patria Romana. *Toto orbe*] totius ferme orbis interpositione. *Procubuisse*] prostrasse. *Ante ipsos deos* ante Augustum & liberos. *Sacerdos*] amicus & charus Augusto, tanquam & sacerdotes diis. *Proprias preces* tuas preces. *Ad mea verba*] ad mea carmina Augustum precantia. *Hæc*] scil. cet mandata. *Timeo naufragus* Hoc subiungit, quia dixerat, Si tamen hæc tanta, & sequa.

IN TERTIAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

I

MAxime, qui claris nomen virtutibus æquas,
Nec sinis ingenium nobilitate premi.
Culte mihi (quid.n.status hic à funere differt?)
Supremum vitæ tempus adusque meæ:
Rem facis, afflictum non auersatus amicum,
Qua non est æuo rarior vlla tuo.
Turpe quidem dictu, sed si modò vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Cura quid expediat prior est, quā quid sit honestum,
Et cum fortuna statque caditque fides.
Nec facilè inuenies multis in millibus vnum,
Virtutem precium qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non mouet: & gratis pœnitet esse probum.
Nil, nisi quod prodest, charum est: en detrahe menti
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.
At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit

MER. *MAxime qui claris nomē virtutibus æquas, Nec sinis ingenium nobilitate premi*) Maximi fidem & constantiam in D rebus suis miseris & perditis laudat Poeta, qui non vtilitate, vt vulgus ignobile, sed honestate & virtute eos probat, quos semel amandos incepit hortatúrque illū vt in fide perstet, & sibi quantum potest opem ferat. *Maxime*) Maximorum familia olim Romæ fuit illustris duos siquidem populus Romanus Maximos cognominauit. Valerium scilicet, E quòd patres a plebe dissidentes reconciliauit & Fabium Rullum, quòd diuites quosdam viros è libertis genitos e Senatu mouit. Autor Plutarchus in Pompeij vita. *Qui nomen claris virtutibus æquas* qui tantum excellis virtutibus quantum & nomine. Maximi enim nomē tanquam superlatiuum omnia alia nomina excellit: & vt nomine, ita virtutibus eum dicit præstare. *Premi*] opprimi & sordescere. *Nobilitate*] vera virtute. Sensus est. Non permittis nobilitatem & diuitias superare ingenium tuū. Nobilitas enim dicitur ingenium premere cùm ea maior est ingenio. *Quid enim status hic a funere differt?*] quid enim hæc conditio exulis aliud est, quam mors quædam? Est autem hoc per parenthesim dictum interponit enim verba F illa: quia statim subiungit [Maximum coluisse vsque ad extremum vitæ, hoc est vsque ad tempus illud quo relegatus fuit. *Non auersatum*] non reiiciens Legitur tamen vulgo, Aduersatus. magis placet vt Auersatus sine d legatur. *Nō est rarior*] non est preciosior. *Qua*] illa scilicet re, hoc est, fide quæ est fundamentum iustitiæ, & a Silio poeta ante Iouem nata dicitur. *Vulgus amicitias vtilitate probat*) Amicitia enim natura potius, quā ab imbecillitate oritur & applicatione magis cū quodam sensu amādi, quā cogitatione quantum illa res vtilitatis sit habitura. Nam (vt Cicero eleganstissimè docet) quanquam vtilitates multæ & magnæ cōsecutæ sunt ex amicitia, nō sunt tamen ab earū spe causæ diligendi profectæ. vt enim benefici, liberales quumus, non vt exigamus gratiam (neq; enim beneficium fœneramur, sed natura propēsi ad liberalitatem sumus) sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetenda putamus. *Quid expediat*) quid sit vtile. Vulgus enim amicos eligit, non honestatis & veræ amicitiæ causa, sed vt inde vtilitatē consequatur. quod ego (vt pro... vto Plantino vtar) expertus sum. nam vbi prosperè res meæ erant multi amici, quasi Pulices quidā è terra emergētes, vndique salutabant. At vbi multorū ingratū animū cognoui, ... offi... intermisi. Sed oppido quàm tunc amicorū ... modi facta est fuga? verùm in malā rē abeant ... huiusmodi, quorū vbique infinitus est numerus *Et cum fortuna* quia sequitur vtilitatē vulgus, ideo in foelicitate ... & officiosi sunt, in aduersitatibus verò eos deserunt ... fides dicitur & stare & cadere cū fortuna amici ... bona, vel mala *Virtutē preciū esse*) qui eam ... per se cupetendā, nō aūt præmij ... Qua rē Iuuenalis ... hē dit: Quis enim virtutē amplectitur ipsā, Præmia si tollas. Et Seneca: Virtus est preciū sui ipsius: sed pauci sunt, qui virtutē per se petant. *Ipse decor recti*) ipsa virtutis pulchritudo. *Facti si præmia desint*) si non offeratur præmium & remuneratio ob aliquod dignū facinus. *Non mouet* nō cōmouet ad vir-

ad virtutis munia obeunda. *Et grati pœnitet esse probum*) & sine præmio non delectat virtutẽ amplecti. *Nisi quod prodest*) nisi quod est vtile. *Nemo petendus erat*) nemo inueniretur qui velit virtutem colere. *Suos reditus*) suos prouentus. Sanè reditus pro prouentu uno scribitur duplici d; vt quidam volunt, sed simplici: nam primam corripit, & à Redeo verbo deducitur, non à Reddo, vt inferius eoam dicemus.

Vtile sollicitus computat articulis.
Illud amicitia quondam venerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.
Quo magis admiror non vt torrentibus vndis
Communis vitij te quoque labe trahi.
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.
Quæ simul intonuit, proxima quæque fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flauit velis aura secunda meis:
Vt fera nimboso tumuerunt æquora vento,
In medijs lacera naue relinquor aquis.
Cúmque alij nolint etiam me nosse fateri,
Vix duo proiecto tréſve tulistis opem.
Quorum tu princeps: neq; enim comes esse, sed autor:
Nec petere exemplum, sed dare dignus eras.
Te nihil exacto nisi nos peccasse fatentem
Sponte sua probitas, officiúmque iuuat.
Iudice te mercede caret, per séque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.
Turpe putas abici, quia sit miserandus, amicum,
Quódque sit infœlix desinere esse tuum.
Mitius est lapso digitum supponere mento,
Mergere quàm liquidis ora natantis aquis.
Cerne quid Æacides post mortem præstet amico:
Instar & hanc vitam mortis habere puta.
Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad vndas.
A Stygia quantum mors mea distat aqua?
Adfuit insano iuuenis Phocæus Oresti,
Et mea non minimum culpa furoris habet.
Tu quoque magnorum laudes admitte virorum,
Vt facis, & lapso, quam potes, affer opem.
Si bene te noui, si qui prius esse solebat,
Nunc quoque es, atque animi non cecidere tui.
Quo fortuna magis sæuit, magis ipse resistis:
Vtq; decet, ne te vicerit illa, caues.

MAR. *Sollicitus articulis*) digitis hominis soliciti & curiosi in ratiocinãdo. In digitis enim computatio fieri solebat. Iuuenalis, Ex dextra computat annos. Vnde & Venerabilis Beda ita scribit: Nã vt mihi in vrbe Roma ab hinc triẽnium retulit Bernardinus Gadolus Brixiensis quidẽ peritus & venerãdus, numerat ille digitis in sinistra ab vno ad nonaginta, in dextra verò centum & reliqua. Indicis antẽ sinistræ flexi vnguis radici pollicis erecti infixus, nonaginta signat. Centũ verò in dextra numerantur, quoties in medio artu pollicis vnguis indicis hæret. *Computat*) ratiocinatur. *Prostat*) venale est tanquã meretrix. non enim homines amicitia ducti, amicos eligunt, sed vtilitate: & eo pacto vidẽtur amicitiã prostituere, hoc est, ad meretricandũ præbere. Vnde Prostibulũ, dicitur locus in quo se prostituũt meretrices. *Nõ trahi labe cõmunis vitij*) nõ te etiam amicitias vtilitate sequi, quemadmodum cæteri. *Vt torrentibus vndis*) sicut aquis currentibus. hoc est, fortuna, quã omnes sequuntur, relicta honestate & amicitia: & sic trahũtur quemadmodum ab vndis, quæ, quicquid obuiam fuerit, rapiunt & abducunt. *Intonuit*) minata est. *Munitus*) subaudi, sui. *Aura secũda*) prospera fortuna. *Fera æquora*) aduersa fortuna. *Nimboso vento*) sæuis ictibus. *In medijs aquis*) in medijs periculis & in rebus aduersis. *Lacera naue*) vita afflicta. *Proiecto*) mihi tempestate relicto. *Quorum tu princeps*) Subaudi vel fuisti, vel tulisti mihi opem. *Esse comes*) esse socius in me iuuando. *Sed autor*) sed princeps. *Te nihil exacto*) Ordo est, Probitas & officium sua sponte iuuant te fatentem, exacto nihil nisi nos peccasse. *Exacto*) alicui exigenti an ego peccauerim. vt sit participium passiuæ significationis pro actiua. Vel certè aduerbium, vt exactò, pro Exactè accipias & est magna laus Maximi, quòd poetæ amici crimen quantũ potest nititur celare: nec nisi instanter requisitus etiã cum peccasse asserit. Exigere enim est per vim aliquid petere. Cicero: Ne id quod petat exigere magis quàm rogare. Hinc fit aduerbium, Exactò. Vel, peccasse exactò, hoc est per vim errasse: quasi aliqua vi me ad peccandum impulsum. Vel peccasse, exacto, scilicet tẽpore, hoc est præterito. Alij legunt Ex acto vt sint duæ dictiones: hoc est, ex facto tantum peccasse, non voluntate: vt errore, non volũtate Poetam Maximus peccasse ostendat, & excuset docendo ab eius peccato abfuisse voluntatem peccandi. Romæ in Vaticana bibliotheca corrigitur ita versus iste, Te nihil excepto: quę emendatio non placet. ea enim carmen & sensum magis inficit. *Sponte sua*) ob aliquam ob causam, neque propter præmium, aut aliquam aliam vtilitatẽ. ea enim non est vera, sed fucata & simulata amicitia. *Probitas*) integritas tua. *Officiúmque*) & officium tuum erga amicos. Sensus est: Verum est quod dixi te esse dignum non petere ab alijs exemplum permanendo in fide erga me, sed dare alijs: quia te iuuant & probitas & officium erga amicos: quod sponte sua præstatur, non precibus, aut præmio aliquo. *Iudice te mercede caret*) Loquitur ex Stoicorum sententia, qui solam virtutẽ per se expetendã censebant: bona verò fortunæ, & alia id genus, per se assumẽda esse dicebant. Sola enim virtus est pro præmio, etiamsi nulla sint præmia. Quam opinionẽ etiã secutus est Maro in primo Æneidos, quum inquit, Et mẽs sibi conscia recti. Vel hoc dicit: Virtus ipsa & amicitia à te colitur per se, nõ vtilitatis causa: id quod tuo in me exemplo, & te iudice probatur. *Externis bonis*) bonis fortunæ vel corporis, & sine vllo præmio. *Abijci*) abiectum relinqui. & subaudi, amicum. *Miserandus*) miseratione dignus & calamitosus. *Quódque sit infœlix*) & putas etiam turpe. *Desinere esse tuum*) existimare illum cessare esse tuum amicum. & subauditur, putas esse turpe. *Mitius est*) ad mitem magis pertinet. *Lapso mento*) Legendum est, Lasso, hoc est, fatigato aliqua tempestate. *Supponere digitum*) manum supponere ad subleuandum naufragum. *Cerne quid Æacides*) Ab exemplis ostendit, amicos in miseria diligẽdos esse: quod fecit Achilles, qui interfecto Patroclo amico, & armis Achillis spoliato, in prælium rediit: nec vnquam destitit, nisi Hectore interfecto, quem Achilles in Patrocli vltionem, vt in decimoquarto Iliad. scribit Homerus, iunctis ad currum equis alligauit, & ter circum defuncti Patrocli sepulchrum traxit. inde ad tabernaculum reuersus, in puluere pronum dimisit. *Æacides*) Achilles nepos Æaci. *Et puta*) & existima ô Maxime. Sunt qui legant, Et putat. scilicet ipse Achilles. *Hanc vitam*) Subaudi, suam & ipsius Achillis. *Habere instar mortis*) esse tanquam mortem aliquam, amisso Patroclo amico. *Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad vndas*) Exemplo etiam Thesei, qui Pirithoum amicum ad inferos comitatus est, ostendit amicitiam sanctè inuiolatéque venerandam esse etiam in aduersis. Thesei autem & Pirithoi amor notus est Plutarchi, & aliorum monumentis. & nos etiam alibi plura diximus. *Quantum distat*) quantum procul est. quasi dicat, parum distat. sum enim quasi mortuus. *A Stygia aqua*) ab inferis. *Iuuenis Phocæus*) Pylades Strophij Phocensis filius. *Oresti insano*) Oresti insanienti, ob matrem interfectam, quem Pylades in Tauricam vsque regionem prosecutus est, vt insania liberaretur. *Non minimum furoris*) non minimum dementiæ. *Laudes magnorum virorum*) summorum hominum virtutes, quas in amicitijs tuendis demonstrauimus, vt Thesei, Pirithoi, Pyladis, & aliorum. *Lasso*) mihi fatigato. Legitur etiam, Lapso, hoc est, qui per imprudentiam errani.
Qui) qualis. *Tui animi*) tuæ vires & mentis fortitudo. *Sæuit*) crudelis est in te. *Magis ipse resistis*) magis ipse aduersaris. *Ne te vicerit illa*) ne fortunæ succumbas, vt facit vulgus. ex quo cum constantem

A ostendit, & qui in fortunæ calamitatibus minimè amicum deserit.

MICYL. *Instar & bene vitam mortis habere puta*] Sensus est, Vide quantum præstiterit Achilles Patroclo amico suo post mortem. Puta igitur, & meam hanc vitam instar mortis esse: hoc est me quoque pro mortuo habe. & vt Achilles Patroclo, ita tu mihi officium amicitiæ præsta.

Et bene vti pugnes, bene pugnans efficit hostis,
Sic eadem prodest causa, nocétque mihi.
Scilicet indignum iuuenis rarißime ducis
Te fieri comitem stantis in orbe dea.
Firmus es, & quoniam non sunt hæc, qualia velles,
Vela regis quassæ qualiacunque ratis.
Quaque ita concussa est, vt iam casura putetur,
Restat adhuc humeris fulta carina tuis.
Ira quidem primò fuerat tua iusta, nec ipso
Lenior, offensus qui mihi iure fuit.
Quique dolor pectus tetigisset Cæsaris alti,
Illum iurabas protinus esse tuum.
Vt tamen audita est nostræ quoque cladis origo,
Diceris erratis ingemuisse meis.
Tunc tua me primùm solari littera cœpit,
Et læsum flecti spem dare posse deum.
Mouit amicitiæ tum te constantia longa,
Ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit.
Et quòd eras alijs factus, mihi natus amicus,
Quódque tibi in cunis oscula prima dedi.
Quod, cùm vestra domus teneris mihi semper ab annis
Culta sit, esse vetus nunc tibi cogor onus.
Me tuus ille pater Latia facundia lingua,
Qui non inferior nobilitate fuit,
Primus, vt auderem committere carmina famæ,
Impulit, ingenij dux fuit ille mei.
Nec quòd sit primo nobis à tempore cultus,
Contendo fratrem posse referre tuum.
Te tamen ante omnes ita sum complexus, vt vna
Quolibet in casu gratia nostra fores.
Vltima me tecum vidit, mæstísque cadentes
Excepit lacrymas Italis ora genis.
Cùm tibi quærenti, num verus nuncius esset,
Attulerat culpæ quem mala fama meæ:
Inter confessum medius dubiéque negantem
Hærebam, pauidas dante timore notas.
Exemplóque niuis, quam mollit aquaticus Auster,
Gutta per attonitas ibat oborta genas.
Hæc igitur referens, & quòd mea crimina primi
Erroris venia posse latère vides.
Respicis antiquum lapsis in rebus amicum,
Fomentísque iuuas vulnera nostra tuis.
Pro quibus, optandi si nobis copia fiat,
Tam bene pro merito commoda mille precor.
Sed si sola mihi dentur tua vota, precabor,
Vt tibi sit saluo Cæsare salua parens.
Hæc ego, cùm faceres altaria pinguia thure,
Te solitum memini prima rogare deos.

MER. *Et vti hostis bene pugnans*] & vt fortuna fortiter tecum dimicans. *Efficit bene pugnes*] efficit vt te magis pertinacem in prælio præbeas pro me, & bene pugnantem cum ea. *Sic eadem prodest causa*] sic eadem causa prodest mihi: quia mihi succurris defendendo, B nec tanquam victus me deseris aut succumbis, sed magis reluctaris & illi repugnas. *Nocet vero*] quia illa mihi aduersatur, & bene pugnat contra me, & superat, tenetq; in exilio. *Iuuenis rarißime*] iuuenis constantissime, & quia pauci in amore sunt constantes, ideo illum rarissimum appellat. *Deæ stantis in orbe*] Fortunæ superpositæ rotundo lapidi. Philosophi (autore C Pacuuio) Fortunam insanam & cæcam & brutam esse perhibent: Cæcam, quia nihil cernat quò sese applicet: Insanam verò, quia hæc atrox, incerta, instabilisque: Brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoscere. Eandem antiqui dixerunt super lapide rotundo consistere, vt in tabula Cebetis ostenditur: & esse cæcam, surdam, & insanam: quę obambulans, alijs fa-D cultates eripiat, alijs tradat, rursúsque ab eisdem ilico auferat. Ideo autem fingitur in rotundo lapide consistere, quoniam instabilia sunt eius munera. De fortuna hæc Plinius: Toto quippe mũdo & locis omnibus, omnib' horis, omniũ vocibus sola inuocatur, & vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cũ conui-E cijs colitur: volubilisque, à plerisque verò & cæca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorúmque fautrix. Fortunã Qu. Curtius lubricam & sine pedibus esse scribit. *Firmus*] stabilis es. *Et quoniam non sunt hæc*] Ordo est: Et quoniam non sunt hæc, non sunt talia. *Qualia velles*] qualia cuperes. Per vela autem fauores accipe, & causam Ouidij. *Regis*] gubernas. *Qualiacunque*] Quasi dicat, etiam vela lacera. & ideo firmus permanes in amicitia. F *Ratis quassæ*] vitæ meæ agitatæ multis malis. *Fulta tuis humeris*] tuo præsidio sustentata. *Primò fuerat iusta*] cùm primùm peccaui, iustè in me iratus fuisti. *Nec lenior ipso*] nec placabilior Augusto, quẽ læsi. *Origo nostræ cladis*] principium & causam meæ relegationis. hoc est, postquã etiam audiuisti originẽ & causam meę relegationis, quemadmodũ audieras me Augustum læsisse. *Tua littera*] tua epistola.

Deum læsum] Augustum offensum. *Ante tuos ortus*] antequam nascereris, tunc enim patre tuo vtebar familiariter. *Vestra domus*] Maximorum fa-G milia. *Vetus onus*] vetus amicus tibi molestus & onerosus. *Non inferior nobilitate*] par eloquentiæ & nobilitatis splēdore. *Vt auderem committere carmina famæ*] vt auderem carmina mea in publicum edere. *Nec contendo*] nec contendendo commemoro: quia non est contentio, quòd fratrẽ tuum coluerim à primis annis: ipse enim sine vlla H disceptatione hoc poterit referre. *Ante omnes*] ante patrem & fratrem. *Quod sit cultus*] quòd sit amatus frater tuus. *Vt nostra gratia foret vna*] vt nostra amicitia foret mutua ac singularis. *Quolibet in casu*] in quacunque fortuna vel bona vel aduersa. *Vltima ora Italis*] vltima terra Italię, vbi nauem conscendi. Significat autem Brundusium, vel aliud oppidũ postre-I mæ Italię, ad quod secum Maximus Roma peruenit. *Mæstis genis*] tristi facie. *Cùm tibi quærenti*] Aliud etiã amoris & veræ amicitiæ iudiciũ exponit Poeta. *Inter confessum medius dubiéque negantem Hærebam*] non affirmabam, nec negabam verũ esse quod ad te de casu meo rumor pertulerat. *Pauidas notas*] signa pauoris. *Quam mollit*] quam liquefacit. *Auster aquaticus*] auster humidus: est K enim nebulosus atq; humectans. Vnde etiam nomẽ traxit: νότις enim Grecè humor nominatur, autore Gellio. *Gutta*] lacrymæ ipsæ. *Per genas attonitas*] per faciẽ hominis subita ruina stupẽtis. *Hæc igitur referens*] tu igitur hæc narrãs supradicta. Est autem ordo: Tu referens hæc quòd vides mea crimina posse latere venia primi erroris, respicias. & L reliqua. *Venia primi erroris*] pro primo quoq; errore ignosci solet. *Respicis*] foues & amplecteris. *In rebus lapsis*] in rebus quæ ita acciderunt. Legitur etiam Lassis, hoc est afflictis. *Tuis fomentis*] tuis solatijs & auxilijs. *Optandi*] eligendi pro tuis commodis. *Pro merito*] pro beneficio erga me tuo. Vel pro tam benemerito, hoc est pro te, qui tam benè meritus es de me. *Sed si sola mihi dentur tua vota*] sed si solũmodò mihi daretur optandi copia eius rei quam cupis. *Salua parens*] salua mater tua. *Quum faceres altaria pinguia*] quum sacrificares. *Hæc prima*] scilicet vota prædicta, vt esset parens salua cum Cæsare.

A IN QVARTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD ATTICVM.

Accipe colloquium gelido Nasonis ab Istro,
  Attice iudicio non dubitate meo.
Ecquid adhuc remanes memor infelicis amici?
  Deserit an partes languida cura suas?
Non ita dij mihi sunt testes,ut credere possim,
  Fásque putem iam te non meminisse mei.
Ante meos oculos praestò est tua semper imago,
  Et videor vultus mente videre tuos.
Seria multa mihi tecum collata recordor,
  Nec data iucundis tempora pauca iocis.
Saepe citâ longis visa est sermonibus hora:
  Saepe fuit brevior,quàm mea verba,dies.
Saepe tuas venit factum modo carmen ad aures:
  Et noua iudicio subdita musa tuo est.
Quod tu laudabas,populo placuisse putabam:
  Hoc precium curae dulce regentis erat.
Vtque meus lima rasus liber esset amici,
  Non semel admonitu facta litura tuo est.
Nos fora viderunt pariter,nos porticus omnis,
  Nos via,nos iunctis curua theatra locis.
Denique tantus amor nobis charissime semper,
  Quantus in Aeaciden Actoridénque fuit.
Non ego,si biberes secura pocula Lethes,
  Excidere haec credam pectore posse tuo.
Longa dies citior brumali tempore,nóxque
  Tardior hyberna solstitialis erit.
Nec Babylon aestus,nec frigora Pontus habebit,
  Calthâque Paestanas vincet odore rosas,
Quàm tibi nostrarum veniant oblivia rerum.
  Non ita pars fati candida nulla mei est.
Ne tamen haec dici possit fiducia mendax,
  Stultáque credulitas nostra fuisse,caue.
Constantique fide veterem tuere sodalem:
  Qua licet,& quantum non onerosus ero.

MIR. Accipe colloquium) Attico veterê amicitiam eiúsque fructus vltro citróque iucunditates commemurat: quibus fretus dicit sibi persuadere, illum quamuis absentem, adhuc in fide permanere: quòd vt faciat, eum hortatur. *Accipe colloquium Nasonis*) accipe hanc Ouidij epistolam, quae est loco colloquij. Epistolae enim inuentae sunt, vt absentes alloquamur. *Ab Istro gelido*) à flumine fluente à septentrionali plaga, & ideo frigido. *Non dubitate meo iudicio*) Legitur etiam, Non dubitante. *Ecquid adhuc remanes memor infelicis amici*) nom quid es memor infoelicis Ouidij? *An cura languida*) an amor debilitatus longo tempore? Aut certè cura amici ipsa dte debilior, & quasi obliuiosior facta. *Deserit suas partes*) derelinquit suum officium. *Non ita dij mihi sunt testes*) non ita habeo deos testes te non meminisse mei, imò ipsi testantur quòd scilicet meministi. *Seria multa*) multa facta & dicta sine ioco. *Nec pauca tempora*) nec paucos dies & menses, imò multos. *Hora saepe fuit visa citâ*) fuit visa celerius labi quàm volebamus. *Longis sermonibus*) longis colloquiis. *Saepe fuit brevior*) Hoc ex affectu amicorum solet accidere, quibus tempus videtur deficere in suauissimis, qui vltro citróque habentur sermonibus. *Quàm mea verba*) quàm meus sermo: quia quamuis totum diem tecum loquendo consumpsissem, tamen plura etiam dicenda restabant: adeò vt sic dies breuior videretur, quàm meus sermo. *Factum modo carmen*) carmen à me paulo antè compositum. *Et noua musa*) & carmen à me nuper editum. *Est subdita tuo iudicio*) est subiecta censurae & emendationi tuae. *Hoc dulce precium*) scilicet putare populo placuisse, quod tu laudabas. *Regentis*) tui qui me regebas. Legitur etiam, Monentis. Hoc dicit: Curabas tu, & pro dulci precio ducebas laboris tui, quem patiebaris in corrigêdis meis versibus & me regendo, quòd tanti faciebam iudicium tuum, quanti iudicium totius populi. *Erat curae*) erat tibi sollicitudini, nam in eo laborabat, vt putarem mea carmina à te emendata populo placere, & tuum iudicium tanti facere, quanti iudicium totius populi. *Lima amici*) tua & amici hominis castigatione ac iudicio. *Litura non semel est facta*) non semel, sed saepius expunxi quae tu non probabas. *Nos fora viderunt pariter*) nos eodem tempore in forum descêdimus, auspicaturi causas forenses. Solebant enim adolescentuli Romani togam sumere, & barbam ponere, eloquentiámque in foro auspicari. Dicebantur praeter rudimentum illud militare etiam ipsi tyrones, & illa actio tyrocinium. Vnde Tranquillus refert Caligulam togam sumpsisse, barbámque posuisse sine vllo honore, qualis contigerat tyrocinio fratrum eius. Et Seneca in libro Declamationum tertio ita scribit: Ille in foro primùm dicturus, Tyro dictus est. Toga verò qua induebantur tyrones, & nouae nuptae, toga pura appellata est. De qua Plinius libro octauo ita scribit: Tanaquil prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, nouaeque nuptae. Scribit etiā Cicero ad Atticum in tyrocinio filij togam puram dedisse Arpini. De triplici verò foro in vrbe, abundè diximus in principio enarrationum in Ouidium de Arte amandi: vbi etiam porticus & theatra enumerauimus, ad quae iuuentus Romana solebat cōfluere. *Nos porticus omnis*) vnà etiā deambulabamus sub porticibus Romanis, de quibus alibi abundè dictum est. *Nos via*) Sacram viam intellige, de qua etiam abunde dictū est. *Curua theatra*) theatra sinuosa. *Iunctis locis*) locis finitimis. Intelligit autem inambulationes & nemora, quae circa theatra fuisse docet Strabo. *Nobis*) subaudi, fuit. *In Aeaciden*) In Achillem Aeaci nepotem. *Actoridenque*) & Patroclum Actoris nepotem. Actor enim fuit pater Menoetij, Menoetius Patrocli. inde Actorides patronymicū, quasi nepos Actoris. Hic (vt Hellanicus Lesbius rerum scriptor inquit) Menoetij filius adulcatus in Opunte caedem non voluntariam patrauit. Puerum enim coaeuum Amphidamantis filium Clytonymum, vel (vt quidam dicunt) Eaneutalis, iratus interfecit: ob hoc itaque patria exul, Phthiam venit: vbi pro affinitate quae intercedebat cum Peleo & Achille, moratus est: amicitiamque excellentem inter se seruantes, simul in bellum Troianum sunt profecti. *Pocula Lethei*) pocula Lethaei fluminis soporem & obliuionem inducentes. *Posse excidere*) posse amoueri. *Longa dies*) dies aestiua. *Erit citior*) erit breuior.

Brumali tempore) tempore hyemis quo dies sunt breuiores: vnde bruma à breuitate dierum cognominatur.

Nóxque solstitialis) & nox aestiua.

Erit tardior) erit longior.

Hyberna) nocte hyemali, quae longa esse solet.

Nec Babylon aestum) nec in Babylonia ciuitate calor ingens erit. Babylonem autem intellige, quae est in Assyria, quam Semiramis condidisse dicitur, fuitque caput Chaldaeorum gentium. ibi est maximus calor propter australem & orientalem plagam finitimam. Aut certè Babylonem Aegyptiam accipe, quam nunc Cayrum appellant. Ptolemaeus Babylonem nouam appellat. Eam condidere Babylonij quidam Assyria profugi, vt docet Strabo. *Nec frigora Pontus habebit*) nec in regione Pontica quae est in septentrione, erit frigus: quod maximum est. *Calthaque*) Caltha, violae genus est grauis odoris, quę à Plinio inter violas luteas numeratur. & Maro Caltham luteolam appellat. Columella verò Flammeolam nominat, cùm ait: Pictaque flammeola rumpatur fiscina caltha. Sunt qui caltham florem illum esse existiment, quem vulgò Caryophyllon dicimus, quod falsum est. non enim flos ille luteus est, sed niger obscurus, vt videmus. Luteus enim color est ruffus, paulo dilutior, vt scribit Gellius, qualem in auro videmus. Vnde & in ouo vitellum luteum vocamus: & aurotam lu-

A team appellant poetæ, idem quoque color flammeolus seu flammeus appellatur, vt ostendimus autoritate Columellæ. Plinius: Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Hinc flammea appellabant vestimenta lutei coloris, quibus flaminica & nouæ nuptiæ vtebantur. Quare (vt vnde digressi sumus redeamus) flos ille quem vulgo caryophyllum appellamus, non caltha, sed cyanus appellatur, à colore nigro & subobscuro. *κύανος* enim niger & obscurus dicitur, qualis coloris florem illum videmus. & ne somniculosa dixisse videamur, Plinium audiamus, cuius verba hæc sunt. In Italia violis succedit rosa: huic intercurrit lilium. Rosam cyanus excipit: cyanum amaranthus. Quæ verba si quis altius pensitauerit, non caltham, sed cyanum florem illum, quem Caryophyllum appellant, vocabulo proprio & eleganti appellabit. quam rem nos primi (quod tamen citra arrogantiam dictum sit) B deprehendimus & aperuimus vt alia multa, quæ ab alijs pro suis circumferuntur: sed hos aliquando lege plagiaria conueniam. malè enim faciunt qui alienos labores sibi ascribunt, & sua laude studiosos defraudant. *Pæstanas rosas*) rosas nascentes apud Pæstum oppidum: quæ sunt gratioris odoris quàm caltha. Pæstum enim oppidum fuit Lucaniæ, à Græcis Possidonia appellatum, à Doriensibus conditum, vt docet Plinius. Strabo item libro quinto sic ait: Hoc verò tempore sinus ipse Pæstanus nuncupatur: verùm vrbs ipsa Possidonia, Pæstum vocatur, medio in sinu locata. vtque alij dicunt, tanta ibi cœli indulgentia viget, quòd bis in anno fructus quosdam & rosas ipsas producit. Vergilius: Biferique rosaria Pæsti. De rosis & eius generibus legito Plinium libro vigesimoprimo. *Non ita pars fati*) Ordo est: Pars mei fati candida: hoc est, pars aliqua meæ fortunæ prospera, non ita est nulla: id est non ita perijt, vt credam te mei obliuionem cepisse. *Pars candida mei fati*) pars bona & fausta quæ est in meo fato. *Non est ita nulla*) non est ita inefficax & vana, vt mei obliuiscaris. *Qua licet*) qua in te fas tibi est, vel per Augustum, ne lædatur: vel per amicitiam nostram. *Et quantum*) & quanto potes studio. *Non onerosus ero*) non ero tibi oneri & damno. quasi dicat, nullum ino G me defendendo patieris detrimentum.

Nec Babylon æstum, nec frigora Pontus habebit. MICYL.
Calthaque Pæstanas vincet odore rosas,

Quàm tibi nostrarum. &c.) Eclipsis est. Supplendum enim est aduerbium Citius, vel Antè. vt sit sensus: Antè Babylon æstum non habebit, aut frigora Pontus: & antè caltha vincet Pæstanas rosas odore, quàm tibi nostrarum rerum veniat obliuio. Est autem caltha, vt hoc quoque adijciamus, flos luteus ille, quem alio nomine Calendulam vocant. ita enim doctiores sentiunt. De Cyano quæ scribit Merula, ipse viderit. Nostri medici vulgatem illum florem hoc nomine appellant, qui in segetibus nascitur cæruleo colore, quando & Plinius à colore dictum ait. *κύανος* autem cæruleum est, non nigrum: vt & gemmæ H color indicat, quam Cyaneam vocant.

IN QVINTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD SOLANVM.

C

Condita disparibus numeris ego Naso Solano
Præposita misi verba salute meo.
Quæ rata sint, cupio, rebúsque vt cõprobet omen,
Te precor vt saluo possis amice legi.
Candor, in hoc æuo res intermortua penè,
Exigit vt faciam talia vota, tuus.
Nam fuerim quamuis modico tibi iunctus ab vsu,
Diceris exilijs ingemuisse meis.
Missáque ab Euxino legeres cùm carmina Ponto,
Illa tuus iuuit qualiacunque fauor.
Optastíque breuem fieri mihi Cæsaris iram.
Quod tamen optari, si sciat ipse, sinat.
Moribus ista tuis tam mitia vota dedisti,
Nec minus idcirco sunt ea grata mihi.
Quóque magis moueare malis doctissime nostris,
Credibile est fieri conditione loci.
Vix hac inuenies totum (mihi crede) per orbem,
Quæ minus augusta pace fruatur, humum.
Tu tamen hîc structos inter fera prælia versus
Et legis, & lectos ore fauente probas.
Ingenióque meo, vena quod paupere manat,
Plaudis, & è riuo flumina magna facis.
Grata quidem sunt hæc animo suffragia nostro,
Vix sibi cùm miseros posse placere putes.

Condita disparibus numeris) Ad Solanum hanc epistolam scribit, agitque illi gratias, quandoquidem tam moleste tulerit relegationem suam, quamuis modico amicitiæ vsu illi iunctus fuerit: dicitque sibi gratũ fuisse, carmina sua à te laudata fuisse. Eum deinde rogat vt si ad eius aures libellus de triũpho Germanici peruenerit, eius tutelam D suscipiat. Postremò docet quandam esse coniunctionem ingeniorũ. *Condita verba*) verba composita. *Disparibus numeris*) versibus elegis, qui ideo dispares dicuntur, quoniã constant ex hexametro & pentametro. Horatius: Versibus impariter iũctis querimonia primũ. *Præposita salute*) præmissa salutatione, vt fieri solet in epistolis. *Quæ sit rata*) vt E illa salus sit firma. *Rebúsque vt comprobet omen*) & cupio vt omen meum te ipsa assequaris, id est vt sis saluus. *Vt possis legi te saluo*) vt salus ipsa præmissa in meo carmine legi queat te incolumi. *Candor*) probitas tua. *Res penè intermortua in hoc æuo*) res quasi mortua in hoc nostro sæculo: quasi sonuat penè mortuam esse probitatem, vixque illam in vllo alio reperiri, quàm in Solano ipso. Est autẽ hoc dictum per Appositionem, notam figuram. *Exigit*) requirit. *Vt faciam talia vota*) vt precer pro salute tua. *Ab modico vsu*) à parua consuetudine. *Meis exilijs*) mea relegatione. *Ab Euxino Ponto*) à Tomitana ciuitate, quę erat in littore maris Euxini. F *Illa*) scilicet carmina mea. *Tuus fauor*) fauor quo carmen meum missum è Ponto Romam, prosecutus es. *Iuuit*) ab alijs etiam laudari fecit te ita bene de meis carminibus sentiendo. *Fieri breuem*) breui tempore finiri, vt eo breui placato mox reditum in patriam. *Quod tamen optari*) Sensus est: Tanta est Augusti clementia & benignitas, vt etiamsi sciret id à te optari in meam vtilitatem, tamen id permitteret, nec tibi irasceretur. *Tuis moribus*) tuæ benignitati. huiusmodi enim vota manant à benignis moribus. *Idcirco*) hanc ob causam, quòd id ascribendum sit tuis moribus: quasi dicat, non minus I hoc mihi gratũ est, quod ita exigentibus tuis moribus facis, quàm si id dares aut amicitiæ, aut alij amoris causæ. *Conditione loci*) iniquitate loci. me enim relegauit Augustus ad loca Pontica, carentia omni tranquillitate & aëris temperie, quibus nihil posset esse magis molestum. Hoc autem dicit: Et est credibile fieri, quòd mala nostra magis te moueant, K quàm aliàs mouissent, propter loci in quo exulo malam conditionem. *Augusta pace*) quiete & pace ab Augusto parta. *Versus structos*) Legendum est, Versus structos: hoc est, compositos & factos. Vel strictos, nudos aut tenues. *Vena paupere*) riuo ingenij non vbere. *Plaudis*) gratularis, blandiris. *E riuo*] ex parua poeticæ facultate. *Flumina magna*] magnam copiam. *Hæc suffragia*] hæc auxilia parandi fauorem Romæ meis carminibus. *Vix sibi cùm miseros*] Sensus est: Grata sunt & læta quæ pro me facis: quamuis vix credi- L bile sit, miserum quemque posse vlla re gaudere, & illi eam placere. Vel hoc dicit: Gratum est à te probari carmen meum, quod tuo iudicio aliquid esse existimo. nam meo iudicio nihil est quòd credam. Vix enim in hac miseria mihi ipsi placeo, nedum carmina mea. *Quum putes miseros vix posse placere sibi*] quum non ignores in miseria quenquam vix sibi placere & lætari posse. Vel certè, pro mœrore aliquis vix solet sibi placere, nedum carmina sua. Quasi dicat, laudas tu mihi carmen meum vt me consoleris: eò quòd scis in hac miseria me ita esse tristem, vt vix mihi ita placeam cũ meis versibus, vt faciũt qui sunt miseri.

Dum tamen in rebus tentamus carmina paruis,
Materia gracilis sufficit ingenium.
Nuper vt huc magni peruenit fama triumphi,
Ausus sum tantæ sumere molis onus.
Obruit audentem rerum grauitásque nitórque,
Nec potui cœpti pondera ferre mei.
Illic, quam laudes, erit officiosa voluntas,
Cætera materia debilitante iacent.
Quòd si fortè liber vestras peruenit ad aures,
Tutelam mando sentiat ille tuam.
Hac tibi facturo, vel si non ipse rogarem,
Accedet cumulus gratia nostra leuis.
Non ego laudandus, sed sunt tua pectora lacte,
Et non calcata candidiora niue.
Mirarísque alios, cum sis mirabilis ipse,
Nec lateant artes, eloquiúmque tuum.
Te iuuenum princeps, cui dat Germania nomen,
Participem studij Cæsar habere solet.
Tu comes antiquus, tu primis iunctus ab annis
Ingenio mores æquiparante places.
Te dicente prius fit protinus impetus illi:
Téque habet, elicias qui sua verba tuis.
Cùm tu desistis, mortaliáque ora quierunt,
Tectáque non longa conticuere mora:
Surgit Iulæo iuueni cognomine dignus,
Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.
Dúmque silens astat, status est, vultúsque diserti,
Spémque docens doctæ vocis amictus habet.
Mox, vbi pulsa mora est, atque os cæleste solutum,
Hoc superos iures more solere loqui.
Atque hæc est dicas facundia principe digna,
Eloquio tantum nobilitatis inest.
Huic tu cùm placeas, & vertice sidera tangas,
Scripta tamen profugi vatis habenda putas.
Scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis:
Et seruat studij fœdera quisque sui.

MER. A *In rebus paruis*] in exili & tenui materia. *Magni triumphi*] triumphi Germanici, de quo diximus in principio huius libri. [Imò, Illyrici, vt suprà aliquoties iam annotauimus] *Tantæ molis*] tantæ magnitudinis, immendo gesta & triumphum Germanici. *Rerum*] subaudi, gestarum. *Grauitásque nitórque*] Grauitas ad rerum magnitudinem, nitor verò ad pulB chritudinem & nobilitatem illarū refertur. *Nec potui ferre pondera mei cœpti*] nec potui æquare versu meo rerum magnitudinē: quia non respondebat carmen meum rebus gestis, quæ erant maiores meo versu. Vel hoc dicit: Non poteram carmen tam inchoatum ita altè vt cœperam finire: quia deficiebam rerum magnitudine subsequente, & exposcente altius C carmen quàm meum. *Mei cœpti*] meæ materiæ susceptæ. *Illic quam laudes*] in describendo tamen huiusmodi triumpho, quamuis non ita eleganter rei magnitudinem assecutus sit, laudandam tamen esse dicit voluntatem officiosam. *Cætera*] reliqua omnia præter voluntatem. *Iacent*] vilia sunt. *Materia debilitāte*] materia superante ingenium & vi-D res meas. *Liber*] carmen meum de triumpho Germanici. *Tuam tutelam*] tuam defensionem. *Hac tibi facturo*] tibi suscepturo tutelam mei libelli. Est autem ordo: Nostra gratia accedat leuis cumulus. Vel, Nostra gratia appositiuè leuis cumulus accedat tibi facturo, & reliqua. *Nostra gratia*] noster amor. *Accedat leuis cumulus*] veniat parua coaceruatio ad tutelam mei libelli. Verecundè autem appellat leuem cumulum. erubescit enim petere ab eo, vt accedat magnus cumulus beneuolentia sua, quæ vix inchoata erat: sed precatur verecundè, vt gratia Poetæ apud Solanum aliquid pluscolum valeat in tuendis eius carminibus. *Vel si non ipse rogarem*] etiamsi E ipse non peterem, vt tutelam susciperes libelli. *Non ego laudandus*] Docet, ne videatur arrogans, libellum suum non esse laude dignum: sed si qua laus accesserit huiusmodi operi, id ascribendum esse candori & ingenio ipsius Solani. *Lacte*] Subaudi, candidiora: ab inferiori. *Niue non calcata*] niue non pressa: tunc enim candidior esse solet. *Mirabilis*] splendidus, & admiratione dignus, propter virtutes. *Nec lateant*] subauditur, & cum. *Artes*] liberales disciplinæ. *Te iuuenum princeps, cui dat Germania nomen*] Probat Solanum virum esse doctissimum. Si quidem Germanicus illum doctrinæ causa in disciplinis liberalibus socium habet. *Tu comes antiquus*] Subaudi es Cæsaris. Vel placet, ab inferiori. *A primis annis*] à pueritia. *Ingenio æquiparante mores*] mores compares sunt ingenio tuo. *Te dicente prius*] te prius declamante. *Fit protinus impetus illi*] vis eloquen-F tiæ subitò in Germanico excitatur. *Téque habet*] & habet te in studiis præuium & ducem quasi alterum præceptorem. *Elicias*] euoces. *Mortaliáque ora quierunt*] & cùm tua ora cessarunt. Mortalia autem appellat, vt ostendat Solanum mortalem, Germanicum verò Cæsarem diuum fuisse. *Tectáque*] & domus saltem te loquente resonare. Vel re vera tecta, id est ora reclausa. [Et hoc melius. Nam alij pro tecta, clausa habent.]

Non longa mora] non diu: aliquantulum enim post verba Solani silentium fuit. *Iuueni*] Germanico. *Dignus cognomine Iulæo*] dignus Cæ-G saris cognomine, quo Iulius cognominabatur. Cuius vocabuli origo est (vt Ælius scribit) vel ab elephanto, qui lingua Maurorum Cæsar dicitur] in prælio cæso. Vnde qui primus sic appellatus est, Cæsaris cognomentum traxit. Vel quia mortua matre ventre cæso sit natus: vel cum magnis crinibus sit vtero parentis effusus: vel quòd ocu-H lis cæsijs & vltra humanum morem viguerit. Scribit Plinius, quosdam enecta parente gigni, sicut Scipionem Africanum priorem natum ferunt, primúmque Cæsarem à cæso matris vtero dictū. *Qualis lucifer*] tam pulcher vt stella lucifer. Vnde superius eum comparauit Cupidinibus, cùm ita dixit: Fratribus assimilis, quos proxima templa tenentes Diuus ab excel-I sa Iulius æde videt. *Ortus ab aquis Eois*] ortus ab orientali Oceano. Fingunt enim poetæ sidera in Oceano mergi in occasu, & ab eodem etiam in ortu oriri. Ouidius libro Fastorum primo: Interea delphin clarum super æquora sidus Tollitur, & patriis exerit ora vadis. Et libro quarto: Antè tamen quàm summa dies spectacula sistat, Ensifer Orion æquore mersus erit. *Dúmque silens astat*] & dum fir-K mat se Germanicus, ac silet aliquantulum antequam exordiatur. non enim protinus erumpendum esse docent præstantes rhetores, sed dandam breuis cogitationis moram. quod etiam præcepit Homerus Vlyssis exemplo, quem stetisse oculis in terram defixis, immotóque sceptro, priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet. In hac autem cunctatione sunt quædam non indecentes (vt appellant scenici) moræ, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, simulare conatum, suspiratione sollicitudinem fateri, aut quod quemque magis decet: & diutius, si auditor nondum intendit animum. *Status est vultúsque diserti*] & statu & vultu eloquens videtur. Status autem oratoris (vt docet Fabius) esse debet rectus, æqui & diducti paululum pedes: vel procedens minimo momento sinister, genua recta: sic tamen, vt non extendantur: humeri remissi. L vultus verò non mœstus, nec stupens, nec languidus. *Spémque docens*] Et amicus Germanici Solanus sperat ex ipso silentio & vultu se auditurum vocem & orationem doctam. *Vbi pulsa mora est*] quando silentium quod aliquandiu tenuit, rupit. *Atque os cæleste solutum*] & Germanici diuinum os loqui cœpit. *Hoc more*] eo pacto quo Germanicus. Est autem magna laus Germanici, quòd eloquio diis immortalibus compareretur. *Huic tu cùm placeas*] quando tu places tanto viro. Quasi dicat: Quum tu placeas laudato & eloquentissimo viro. *Et vertice sidera tangas*] & cùm sis fœlix. Horatius: Quòd si me lyricis vatibus inseris, Sublimi feriam sidera vertice. *Scripta profugi vatis*] carmina mea de triumpho Germanici. *Esse habenda*] esse apud te tenenda. *Ingeniis iunctis*] ingeniis coniunctis & colligatis in aliqua disciplina. *Seruat fœdera sui studij*] & retinet coniunctio-

nem illam quæ est in ipsis studiis & disciplinis. Vnde Vitruuius ita inquit in primo de Architectura. Quum autem animaduerterint omnes disciplinas inter se coniunctionem rerum, & communicationẽ habere, fieri posse facilius crediderit ἐγκύκλιος enim disciplina, vti corpus vnum, ex his membris est composita. Itaque qui à teneris ætatibus eruditionibus variis instruuntur, omnibus literis agnoscunt easdem notas, communicationemque omnium disciplinarum, & ea se facilius omnia cognoscunt.

MICYL. *Vix hac tuenetis totum (mihi crede) per orbem Quæ nemus Augusta pace fruatur humus*] Augustam pacem non tantùm, quæ ab Augusto parta sit, accipio, vt Merula, sed & sacram venerabilemque: perinde vt augusta templa, augusta loca, dicimus, hoc est, sacra & veneratione digna.

Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ nauita puppis amat.
Tu quoque Pieridum studio studiose teneris,
Ingenióque faues ingeniose meo.
Distat opus nostrum: sed fontibus exit ab iisdem:
Artis & ingenuæ cultor vterque sumus.
Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis:
Sed tamen ambobus debet inesse calor.
Vtque meis numeris tua dat facundia neruos:
Sic venit à nobis in tua verba nitor.
Iure igitur studio confinia carmina nostro,
Et commilitij sacra tuenda putas.
Pro quibus vt maneas de quo censeris amicus,
Comprecor ad vitæ tempora summa tuæ.
Succedatque suis orbis moderator habenis,
Quod mecum populi vota precantur idem.

MSR. *Fera bella gerentem*] alium militem: & subaudias, Amat, ab inferiori. *Rectorem*] magistrum. *Dubiæ puppis*] nauis ambiguæ an sit mari obruendæ. *Pieridum studio*] studio musarum: hoc est, studio artis dicendi, cui præest Polymnia vna ex nouem Musis. *Distat opus nostrum*] quia tu vacas eloquentiæ, ego verò poeticæ facultati. *Ab iisdem fontibus*] ab iisdem Musis. *Artis ingenuæ*] liberalis disciplinæ. De disciplinis autem liberalibus alibi plura diximus ex autoritate Senecæ. *Thyrsus enim vobis*] Thyrsus erat hasta hedera inuoluta, qua ferri mucro abscondebatur. Eo telo Bacchus fœminarum exercitum armauit, & orbem terrarum circuiuit, vt est autor Diodorus. Vnde Macrobius ita scribit: Liberi patris simulacrum, quum thyrsum tenet, quid aliud quàm latens telum gerit? cuius mucro hedera lambente protegitur. Per thyrsum ergo, Bacchi telum, arma intellige, quibus in bello vtebatur Solanus miles Germanici. *Laurea*] corona ex lauro, qua poetæ coronantur. *Ambobus*) & tibi & mihi. *Calor*] furor & ardor quidam contractus & a Baccho & à Phœbo. *Meis numeris*] meis carminibus. *Tua facundia*] tua eloquentia quæ necessaria est poetæ. *Dat neruos*) dat vires. *A nobis*] à poetica facultate. *In tua Verba*) in pedestri oratione. Oratori enim necessaria est poeticæ artis cognitio, vt docuimus in præfatione nostra super enarrationibus in Ouidium de Tristibus. *Sacra carmina*] versus sacros poetarum, qui sunt Bacchi sacerdotes. Vel duo dicit, carmina scilicet & sacra, hoc est, thyrsos, quibus vtebantur in sacris Bacchi: quæ duo Solanus tuebatur & amabat, quia & eloquentiam & poeticam facultatem pariter callebat. *Confinia*] vicina.

Nostro studio] studio artis poeticæ. Vel tuo, propter eloquentiam: & meo, propter poeticam artem, si ad sacra carmina retulit. *Et tuenda cum militijs*] & esse coniuncta ipsa sacra carmina cum re militari: quia studia indigent tutela militum. Vnde Romæ ædes Herculis Musarum colebatur, qui mutuis operibus & præmiis ornari inuarique debereut: Musarum quies defensione Herculis, & virtus Herculis voce Musarum, vt est autor Nazarius in Panegyrico Constantini. Huius tamen rei causam assignat Plutarchus in Problematibus. Est autem ordo: Iure igitur putas sacra carmina esse confinia nostro studio, & esse tuenda cum militiis. Si verò per sacra thyrsum intelligis, quo vtebantur in sacris Bacchi, eloquentiam designat, quæ in Solano erat præcipua.

Pro quibus] quòd legis meos versus, & est quædam inter nos communis studiorum coniunctio. *De quo censeris*] eius de quo existimaris: hoc est, Germanici.

Succedatque suis] Ordo est: Et ille de quo censeris amicus, hoc est, Germanicus succedat moderator orbis: id est, moderetur & imperet orbi post Augustum.

Suis habenis] sua administratione.

MIC. *Thyrsum enim vobis, gestata est Laurea nobis*) Per thyrsum, oratoriam facultatem intelligit: per lauream, poeticam. Quasi dicat, Vos Bacchi stimulis agitamini, nos Apollinis: quibus tamen vtrisque suus calor est, suúsque impetus. Nisi quòd vt Bacchi furor acrior ac vehementior est, ita & oratoria vis concitatior est, magisque impellit. Vnde & finem oratoris quidam dixerunt esse, Mouere animos atque impellere: & orationes quorundam tonitruis atque fulminibus æquiparatæ fuerunt. Sic enim de Pericle Aristophanes in Acharnensibus:

ἀπὸ τοῦδ' ὑπ' ὀργῆς Περικλέης ὁ ὀλύμπιος
ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα
τὴν Ἑλλάδα.

Et de eodem Eupolis in Demis:

ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Atque haud scio an idem hoc loco poeta per Thyrsum intelligi voluerit, quod Eupolis planioribus verbis dixit τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις. quando & thyrsus, vt traditur, cuspidem ac stimulum veluti quendam frondibus ac foliis inuolutum ac tectum habebat. vt per frondes ac folia, verborum amœnitatem & nitorem accipiamus: per stimulum autem, ἐνέργειαν ac vim eloquentiæ, quæ animos hominum impellit ac mouet.

Iure igitur studio confinia carmina vestro,
Et cum militijs sacra tuenda putas.

Nihil difficultatis hic locus habet, si modò rectè legatur. Non enim studio nostro, aut cum militiis, legendum: sed, sacra commilitij, & Carmina confinia vestro studio. vt sit sensus: Iure igitur defendis carmina confinia, & quasi cognata vestro, id est, oratorio studio: & sacra commilitij, hoc est, in quibus iisdem quasi commilitones sumus. Quod autem mox sequitur, Pro quibus vt maneas, de quo censeris, amicus, Comprecor ad vitæ tempora summa tuæ: malim legere, Pro quibus vt maneat, &c. tertia persona, vt de Germanico accipiatur. sitque sensus: Pro quibus comprecor, vt ille de quo censeris, hoc est, in cuius amicitia ac familiaritate non-quam certa aliqua classe censeris ac numeraris: siue de cuius fama ac dignitate, tua quoque dignitas augetur ac crescit, tibi amicus maneat ad finem vitæ vsque tuæ. idémque succedat in imperio suis habenis, hoc est, sibi debitis ac destinatis, non Augusto, cui iam tùm successor destinatus erat Tiberius: sed vel Tiberio ipsi, vel ipsius filio Druso. Vel rursum: De quo censeris, pro, quem modò possides, qui omnis tuus est, & velut pars quædam census tui, siue earum rerum de quibus censeris. Sic enim & infrà libro quarto ad Sextum Pompeium, Inter opes (inquit) & me tem parvam pone paternas: Pars ego sum census quantulacunque tui.

* * *

A IN SEXTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD GRÆCINVM.

Carmine Græcinũ, quem præsens voce solebat,
Tristis ab Euxinis Naso salutat aquis.
Exulis hæc vox est, præbet mihi littera linguam:
Et si non liceat scribere, mutus ero.
Corripis (vt debes) stulti peccata sodalis,
Et mala me meritis ferre minora doles.
Vera facis, sed sera, mea conuicia culpæ:
Aspera confesso verba remitte reo.
Cum poteram recto transire Ceraunia velo,
Vt fera vitarem saxa, monendus eram.
Nunc mihi naufragio quid prodest dicere facto,
Qua mea debuerit currere cymba via?
Brachia da lasso potius prendenda natanti,
Nec pigeat mento supposuisse manum.
Idque facis, faciásque precor: sic mater, & vxor,
Sic tibi sint fratres, totáque salua domus.
Quodque soles animo semper, quod voce precari,
Omnia Cæsaribus sic tua facta probes.
Turpe erit, in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci:
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere, amicum:
Et nisi sit fœlix, esse negare suum.
Non ita vixerunt Strophio atq; Agamemnone nati:
Non hæc Aegidæ Pirithoique fides.
Quos prior est mirata, sequens mirabitur ætas,
In quorum plausus tota theatra sonant.
Tu quoque per durum seruato tempus amico,
Dignus es in tantis nomen habere viris.
Dignus es: & quoniam laudem pietate mereris,
Non erit officij gratia surda tui.
Crede mihi, nostrum si non mortale futurum est
Carmen, in ore frequens posteritatis eris.
Fac modò permaneas lasso Græcine fidelis,
Duret & in longas impetus iste moras.
Quæ tu cùm præstes, remo tamen vtar & aura:
Nil nocet admisso subdere calcar equo.

Mer. Carmine Græcinum] Ad Græcinum scribens Poeta, cum monet ne crimen admissum corripiat, quandoquidem præterita mutari non possunt. Illum postremò monet, vt malit sibi lapso opem aliquam ferre, vt facit, quàm ea damnare, quæ potius excusanda sunt. Præsens] Romæ scilicet.

B Solebat] solitus erat salutare. Ab Euxinis aquis] à mari Pontico. Exulis hæc vox est) exules hoc modo, quo ego, per literas amicos salutant. Præbet mihi littera linguam) carmen meum est mihi loco linguæ, ad salutandum amicos. Et ero mutus) & ero tanquam elinguis

C & sine voce, quia non potero amicos salutare alio modo: nõ enim mihi licet Romam accedere, & amicos alloqui, nisi versu. Peccata stulti sodalis) mea crimina. [Imò, Et doles, quòd pœnas minores sustineam, quàm pro quantitate peccati. Id enim verba sibi volunt.] Mala minora meritis] minora supplicia, quàm deberem. quasi dicat. Humane & amicè agis, quòd doles etiam

D meis malis, quæ minora sunt meis criminibus. Sera] tarda: debebas enim hoc agere, antequã relegarer. Ordo est: Sed remitte, sed sepone reo confesso aspera verba, appositiuè, sera conuicia meæ culpæ. Reo confesso) mihi, qui tam peccasse confessus sum. Verba aspera) acerbas reprehensiones. Recto velo) recto cursu. vel velo tumido, & erecto in altum.

Ceraunia] Ceraunia

E montes sunt altissimi, à quibus Epiros incipit, vt Plin. scribit. Dicuntur quoque Acroceraunia. ἄκρον enim, id est, summitas, dicitur, κεραυνός, fulmen: quòd eorum summitas fulminibus infestatur. Ea autem propter asperitatem litoris vitantur à nautis. Lucanus libro quarto: Scopulosa Ceraunia nautæ Summa timent. Horatius: Et infames scopulos Acroceraunia. Vt fera vitarem saxa] vt effugerem scopulosa litora. Quasi dicat: Vt nauta, antequã pleno velo ferretur in scopulosa littora, monẽdus erat: sic ego reprehendẽdus erã, antequam peccarem & relegarer. Naufragio facto) me in exilium misso. Da potius brachia] porrige potius mihi brachia & auxilium tuum. Lasso natanti) mihi naufrago, & iam defesso. Prendenda] capienda: vt illis hæream, ne mergar. Quod soles semper precari animo) quam rem semper mente & corde oras: vt scilicet probes omnia sua facta Cæsaribus. Quod

F voce] quod etiam verbis, nedum animo soles precari.

Cæsaribus) Augusto, Tiberio, Druso, ac cæteris. Probes] probabilia & laudabilia facias. Tibi vetere amico] tibi iamdiu amico. Auxilium tuum) tuam opem. Turpe referre pedem) est turpe, regredi ab amicitia. Passu tenaci] firmo & graui passu. Ratẽ laborantẽ] me in exilio deprehensum, tanquam nauem in arena vel lig-

G nore aliquo immobilẽ. vel in mediis fluctibus deprehensam, & cum tempestate reluctantem. Amicum sequi casum) amicum sequi euentum amici: & quò fortunam inclinatam viderit, eò & amicum inclinari. Id enim est casum sequi, & idio amicitia est maximè † delectabile. Debet enim amicus in quacun-

H que fortuna persistere in fide, & nunquam amicũ deserere. Et fortunæ cedere) & fortunæ amicum insequenti cedere, cùm sit illi semper resistendũ. Esse suum) subaudi, amicum. Nisi sit fœlix) nisi vtatur prospera fortuna.

Non ita vixerunt) non ita sequuti sunt casum, deserendo se in aduersis. Nati Strophio atque Agamemnone) Pyladem & Orestem optimos & charos amicos designat: Fuit enim Pylades Strophij Phocensis filius.

I Aegidæ) Thesei filij Ægei, Pirithoi amicissimi. In quorum plausus) in quorum lætitiam & fauores.

Tota theatra sonant) tota theatra resonant, quum de illis tragœdiæ compositæ recitantur, in quibus eorum amicitia arctissima continetur: qua populus Romanus in theatris ita solebat gaudere, vt ab omnibus plauderetur. Per durum tempus) per hoc asperum

K relegationis meæ tempus. Seruato amico) me conseruato. Pietate) amore erga amicum.

Gratia tui officij) fauor tuus erga me amicum. Non erit surda) intelliget gratitudinem meam, aut intelliget se laudari à me. Si non mortale futurum est) si non interciderit. Lapso) mihi qui errauí. Iste impetus) iste ardor mihi fauendi. In longas moras) in longum tempus. Quæ tu cùm præstes] quæ quum mihi exhibeas. Remo tamen vtar & aura] tamen tuo auxilio & fauori addam etiam preces & exhortationes meas. Est autem similitudo à nauigantibus sumpta, qui cùm prospero vento nauigent, addunt etiam remorum au-

L xilium, quasi dicat: Tu me sponte defendis, tamen adhuc addam etiam preces. Nil nocet admisso subdere calcar equo] Ratio est, quare vti velit precibus. Admisso equo] celeri equo.

Mic. Vera facis, sed sera mea conuicia culpæ] &c. Ordo verborũ sic habet: Facis in quidem conuicia vera culpę meæ, sed sera tamen. Quare remitte aspera verba, hoc est, desine maledicere, siue crimen obiicere mihi confesso, &c. Non enim appositiuè dicuntur, aspera verba & conuicia, vt Merula putat: sed alterum alteri insertum ἀσυνδέτως, hoc est, supplendo particulam Quare, Proinde, aut similem.

AD ATTICVM.

Esse salutatum te vult mea littera primùm,
A malè pacatis Attice missa Getis.
Proxima subsequitur, quid agas audire, volūtas:
Et modò, si quid agas, sit tibi cura mei.
Nec dubito quin sit: sed me timor ipse malorum
Sæpe supervacuos cogit habere metus.
Da veniam quæso, nimióque ignosce timori:
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra subesse putat.
Sæpe canem longè visum fugit agna, lupúmque
Credit, & ipsa suam nesciæ vitat opem.
Membra reformidāt mollem quoque saucia tactum,
Vanáque sollicitis incitat umbra metum.
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,
Pectore concipio nil nisi triste meo.
Iam mihi fata liquet cœptos seruantia cursus,
Per sibi consuetas semper itura vias.
Obseruare deos, ne quid mihi cedat amicè,
Verbáque fortunæ vix puto posse dari.
Est illi cura me perdere: quæque solebat
Esse leuis, constans & bene certa nocet.
Crede mihi, si sum veri tibi cognitus oris,
Nec numerus nostris casibus esse potest.
Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas,
Altáque quàm multis floreat Hybla thymis.
Et quot aues motis nitantur in aera pennis,
Quótque natent pisces æquore, certus eris:
Quàm tibi nostrorum statuatur summa laborum,
Quos ego sum terra, quos ego passus aqua.
Nulla Getis toto gens est truculentior orbe:
Sed tamen hi nostris ingemuere malis.
Quæ tibi si memori coner perscribere versu,
Ilias est fati longa futura mei.
Non igitur vereor, quo te rear esse verendum,
Cuius amor nobis pignora mille dedit.
Sed quia res timida est omnis miser, & quia longo est
Tempore lætitiæ ianua clausa meæ.
Iam dolor in morem venit meus: vtque caducis
Percussu crebro saxa cauantur aquis:
Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu,
Vixque habet in nobis iam noua plaga locum.
Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu,

MER. E*sse salutatum*) Ad Atticum scribens, primò eum salutat. Deinde percunctatur quid agat, & an eum amet: queritúrque de fortuna, ac mala sua breuiter cōmemorat, & innumerabilia esse dicit. Postremò B in tot tantisque malis solam sibi spem reliciam solatio esse asserit: precatúrque, in fide pristina permaneat, nec se amicum deserat. *Esse salutatum*) saluere. *Mea litera*) mea epistola. *A Getis malè pacatis*) à Getis minus quietis: semper enim pugnant. *Subsequitur audire*) inuestigat intelligere. *Et modò si quid agas*) & modò si qua es in re occupatus. *Sit tibi cura mei*] si mei curam geris. C Subauditur etiam, subsequitur audire voluntas mea. *Nec dubito quin sit*) subaudi, cura mei. *Timor malorum*) metus discriminum, quibus tam longo tempore sum obnoxius. *Metus supervacuos*) superfluos metus. *Vnca æra*) hamos ipsos. *Suam opem*) canem, qui eam defendit à lupis. *Mollem tactum*) tactum solum citra vllum dolorem. *Vana vmbra*) vmbra nihil nocitura. *Sollicitis*] anxiis ne lædantur. D *Fata*) dij mihi aduersi. *Iam liquent mihi*) iam mihi liquidò patent & apparēt. [Alij liquet, legunt, impersonaliter: pro, iam mihi manifestum ac notū est.] *Cœptos cursus*) tenorem aduersum iamdiu cœptum. *Obseruare deos*) Ordo est: O amice, vix puto posse dari deos obseruare, ne quid mihi cedat, & verba posse dari fortunæ. E *Deos posse obseruare*) deos posse custodire & tueri. *Ne quid mihi cedat*) subaudi, in contrarium. hoc est, ne quid mihi sit aduersum. Potest etiam esse ordo talis: O amice, puto deos obseruare, hoc est, custodire & attendere, ne quid mihi cedat: hoc est, ne quid mihi fœliciter succedat & eueniat. & vix puto verba posse dari fortunæ, hoc est, posse fortunam decipi, ne mihi aduersetur. *Esse leuis*) esse mutabilis, & modò secunda, modò aduersa. Sunt qui legant Lenis, non Leuis: sed errant, quia syllaba repugnat. Lenis enim primam producit, leuis verò corripit. Fortunam autem (vt scribit Pacuuius) insanam, & cæcam, & brutam perhibent philosophi, saxique F instar globosi prædicant esse volubilem: quia quò saxum impulerit sors, eò cadere fortunam autumant. Cæcam ob eam rem esse vocant, quia nil cernit, quò se applicet. Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit. Brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoscere. *Constans & bene certa nocet*) nunc non est amplius mutabilis aut leuis, sed constans & firma in nocendo mihi. *Veri oris*) non mendax, sed veridici sermonis. *Nec numerus nostris casibus esse potest*) non possunt casus nostri numerari. *Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas*] Cinyps fluuius est Garamantum, à Charitone G colle profluens, & in Libycum mare inter duas Syrtes cadens, vt docet Herodotus. Mela etiam scribit illum fluuium esse in Lybia, per vberrima arua decidentem, à quo Cinyphiæ segetes appellantur à poetis, hoc est, Libycæ. Libya enim ob maximam frumenti copiam, horreum fuit Romanorum. Martialis, Tercentum Lybici modios de messe coloni Sume, suburbanus ne moH riatur ager. Et Iuuenalis: Tibi habe frumentum Attilius inquit. O Libya, disiunge boues, dum tubera mittas. Et Plinius libro quinto de Aphrica sic ait: Libyphœnices vocantur, qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio ducētorum quinquaginta millium passuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis I fœnus reddente. A Cinyphe etiam flumine hircos Cinyphios appellauit Maro. *Alta Hybla*] vel generosa & nobilis, vel in monte sita. Fuit autem Hybla vrbs Siciliæ, ab Hybloo rege dicta, vt voluit Thucydides. Ea postea Megara appellata fuit, à qua Maro apes Hyblæas appellauit, quæ in Sicilia mel optimum conficiebant. K Martialis: Quum dederis Siculos mediis de collibus Hyblæ, Cecropios dicas tu licet esse fauos. *Multis thymis*) Thymum herba est apibus gratissima, cuius duo sunt genera: alterum candidum, radice lignosa, in collibus nascens, quod & præfertur: alterum nigrius, floribusque nigris. Varro lib. 3. scribit thymum esse aptissimum ad mellificium. Propter hoc, inquit, mel Siculum fert palmam, quòd ibi thymum bonum & frequens est. Et Columella lib. 10. ait, saporis præcipui mella reddere thymum. *Motis pennis*) agitatis alis. *Nitantur in aera*] tollan- L tur in aera. Et subauditur verbum, citius numerabis. *Et eris certus*] & citius etiam cognosces quasi dicat: Facilius omnia impossibilia fient, quam possis mala nostra numerare. *Statuatur tibi*) tibi numeretur. *Longa Ilias*) longum opus, vt est Homeri Ilias de bello Troiano. *Non igitur vereor*] non igitur timeo. *Quo te rear esse verendum*) quia existimem esse timendum, † ne scilicet de me cures & cogites: quemadmodum superius dixeras se id maximè scire cupere. *Mille pignora*] mille signa. *Sed quia res timida est omnis miser*) sed quia quilibet infœlix timidus est. Duas autem

caosas pręcipuas huius rei assignat. *Et quia longo est*) & quia iamdiu assueui nullam habere lætitiam. *In morem*] io consuetudinem. *Caducis aquis*) aquis cadentibus. *Crebro percussu*) crebro casu. *Noua plaga*] nouus aliquis fortunæ ictus *Vix habet locum in nobis*, vix potest me vulnerare. quasi dicat: Vix vlla est pars mei relicta illæsa, quæ possit fortunæ plagis iterum vulnerari: hoc est, vix nouum malum posset nobis afferri, quod non prius experti simus. *Ab assiduo vsu*] ab assidua cultura agri.

Et modo, quicquid agas, sit tibi cura mei) Ita legendum censeo, & ita etiam Aldina editio habet. Est autē sensus: Prima volūtas siue cupiditas est, audire quid agas: deinde, quicquid tandem agas, an sit modò cura tibi aliqua mei. Postea quod sequitur, *Sed me, timor ipse malorum*) &c. non de præsentibus malis exilij tantùm intelligendum, sed de quibuscunque. vt sit sensus: Sed timor, quo subinde alia atque alia mala, eaque ex omni parte timeo, facit vt multos supervacaneos metus habeam. *Obseruare deos, ne quid mihi cedat amicè, Verbaque fortunæ vix puto posse dari*) Potest & sic construi: Puto deos obseruare, ne quid mihi amicè, hoc est, prosperè atque fœliciter, cedat: fortunæque vix posse verba dari, hoc est, imponi. vt verbum Puto, ad vtrumque colon adhibeatur.

Nec magis à curuis Appia trita rotis:
Pectora quàm mea sunt serie calcata malorum,
Et nihil inueni quod mihi ferret opem.
Artibus ingenuis quæsita est gloria multis:
Infœlix perij dotibus ipse meis.
Vita prior vitio caret, & sine labe peracta est:
Auxilij misero nil tulit illa mihi.
Culpa grauis precibus donatur sæpe suorum:
Omnis pro nobis gratia muta fuit.
Adiuuat in duris aliquos præsentia rebus:
Obruit hoc absens vasta procella caput.
Quem non obrueret taciti quoque Cæsaris ira?
Addita sunt pœnis aspera verba meis.
Fit fuga temporibus leuior: proiectus in æquor,
Arcturum subij, Pleiadúmque minas.
Sæpe solent hyemem placidam sentire carinæ:
Non Ithacæ puppi sæuior vnda fuit.
Recta fides comitum poterat mala nostra leuare:
Ditata est spolijs perfida turba meis.
Mitius exilium faciunt loca: tristior ista
Terra sub ambobus non iacet vlla polis.
Est aliquid, patrijs vicinum finibus esse:
Vltima me tellus, vltimus orbis habet.
Præstat & exulibus pacem sua laurea Cæsar:
Pontica finitimo terra sub hoste iacet.
Tempus in agrorum cultu consumere, dulce est:
Non patitur verti Barbarus hostis humum.
Temperie cœli corpúsque animúsque iuuatur:
Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.
Est in aqua dulci non inuidiosa voluptas:
Æquoreo bibitur cum sale mixta palus.
Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit:
Ille etiam vires corpus habere facit.
Sustineas vt onus, nitendum est vertice recto:
At flecti neruos si patiare, cades.
Spes quoque posse mora mitescere principis iram,
Viuere ne nolim, deficiámque facit.
Nec vos parua datis pauci solatia nobis,
Quorum spectata est per mala nostra fides.
Cœpta tene quæso nec in æquore desere nauem:
Méque simul serua, iudiciúmque tuum.

Curuis rotis] curribus habentibus rotas curuas. *Appia*) via illa ab Appio censore strata & cognominata, vt alibi diximus. *Calcata*) pessundata & vexata. *Artibus ingenuis*) liberalibus disciplinis. *Multis*) à quamplurimis. *Perij meis dotibus*] quasi dicat: Ego mihi excidium paraui artibus ingenuis, non gloriam, vt pleriqoe. *Vita prior*] vita mea anteacta. *Caret vitio*) caret labe: vixi enim sine crimine. *Illa*] scilicet vita rectè acta. *Culpa grauis*] Sensus est: Si quis admisit aliquod graue scelus, solet plerunque illi impunè abire, quia amici imperatoris iram leniunt. *Omnis gratia*] omnis amicitia. *Fuit muta pro nobis*) quia nemo amicus pro me imperatorem orauit, vt ignosceret. *Adiuuat*] suffragatur: quia præsentes possunt pro se causam dicere, & ad amicos confugere, ac eorum vti patrocinio in rebus suis afflictis. quod auxilium sibi sublatum esse dicit Poeta, propter absentiã. *Hoc caput absens*] me absentem damnatum ab Augusto *Taciti Cæsaris*] Cæsaris etiam non loquentis. quasi dicat: Loquendo solùm Cæsar vnumquemque obrueret, nedum pœnam irrogando, vt mihi. Ex quo maiorem infœlicitatē suam & supplicium innuit. quod etiam per alia incommoda exaggerando exequitur. *Fit fuga temporibus leuior*) leuius solet esse supplicium, quãdo exules abeunt expectato tempore nauigationi apto. Aliis verò incommodis meis hoc etiam accessit, quòd fugatus sum tristi sidere.

Proiectus in æquor] in naui admissus, vt in exilium proficiscerer. *Arcturum subij*] tempore quo Arcturus magnos imbres parabat, cœpi nauigare. Arcturus autem stella est, quæ vrsæ cauda interpretatur. ἄρκτου οὐρά, id est, vrsæ cauda, dicitur. Est enim in cauda maioris Vrsæ locata, quam Bootes in zona habere dicitur, clarius cæteris lucentem. Autor Hyginus. Exoritur autem, autore Plinio, vndecim diebus ante autumni æquinoctium. Est autem æquinoctium vernum octauo calēdas Apriles, vt docet Columella libro duodecimo. Autumnale æquinoctium octauo calendas Octobris, id est, die vigesimoquarto Septembris. Orietur ergo Arcturus die Septembris decimotertio. Arcturi verò sidus non ferè sine procellosa grandine emergere scribit Plinius. Et Plautus in Rudente inducit Arcturum sic loquentem: Increpo hybernum, & fluctus moui maritimos: Nam Arcturus sum, signum omnium acerrimum. Vehemens sum oriens: quum occido, vehementior. Columella etiam libro duodecimo ita ait: Octauo calendas Martij Arcturus prima nocte oritur, frigidus dies, Aquilone vel Coro, interdum pluuia. Et iterum: Quarto calendas Nouēbris Arcturus vesperi oceidit. ventosus dies. Iterum: Quintodecimo Calendas Octobris Arcturus exoritur, Fauonius & Aphricus: interdum Eurus, quem quidam Vulturnum appellant. Item: Vndecimo & duodecimo calendas Iulias Arcturus manè occidit, tempestatem significat. *Pleiadúmque minas*] Pleiades signum esse Plinius scribit in cauda Tauri, stellis octo, quas appellauere Vergilias. Hyginus etiam docet, inter Tauri finitionem & Arietis caudam stellas esse, quas Vergilias nostri, Græci autem Pleiadas, appellauere. Dictas autem putant (vt docet Seruius) ab eo quod est πλεῖν, id est, nauigare: vel quòd ex Pleione Oceani, & Atlante sint ortæ. Hæ numero septem dicuntur, sed nemo amplius quàm sex videre potest: existimatúrque choream ducere stellis. Vergilias autem nostri dixere, quòd post ver earum oriuntur, aut (vt putat Seruius) à verni temporis significatione. Corrigendus est error Seruij, qui putauit Pleiades signum esse ante genua Tauri. Oriuntur autem quartò nonas Apriles. Columella scribit, sexto idus Octobris Vergilias exoriri vespere, Fauonio spirante, & interdum Aphrico cum pluuia: verùm tertiodecimo & duodecimo calendas Nouembris, solis exortu occidere, & tempestatem significare. Plinius etiam docet, Vergiliarum exortu æstatem incipere, occasu hyemem. De his legito etiam Ouidium libro Fastorum quarto.

Placidam hyemem] placidam tempestatem. *Carinæ*]

cæteræ omnes præter meam. *Non fuit amior Ithaca puppi*) non fuit crudelior naui Vlyssis Ithacensis, qui per decennium errauit: quàm meæ, subintellige. *Recta fides comitum*) Alia etiam causa doloris. Dicit enim se quoque ab amicis suis desertum: & ab his potissimùm, quos sibi ille fidos esse æstimabat. *Direpta est meis spoliis*) Exules enim bonis & fortunis spoliabantur. Queritur ergo Poeta, bona sibi adempta, data fuisse his, quos sibi amicos existimabat. *Mitem exilium faciunt loca*) loca etiam amœna solent exilium imminuere. *Tristior*) plena maioris tristitiæ. *Sub ambobus polis*] sub polo arctico & antarctico. *Vltima tellus*) tellus Pontica. *Et exulibus*) etiam exulibus, nedum cæteris. *Tua laurea*) tui triumphi, seu tuum imperium. Laurea enim erat insigne imperatorum. *Iacet sub hoste finitimo*) manet sub hoste vicino. Quasi innuat, vbique terrarum esse pacem à Cæsare partam, præterquam in terra, vbi Poeta exulabat. *In agro in cultu*) in agricultura. Ex quo alia etiam incommoda ostendit. *Venti*) soli. *Barbarum bellum*) Getæ & cæteri Scythæ. *Temperie cæli corpúsque animúsque iuuatur*) oportet locum eligere temperatum, ad salubritatem corporis conseruandam, & per consequens etiam mentis. Regio enim æstuosa, aut frigida, insalubris est, autore Vitruuio. *Iuuatur*) fouetur scilicet alibi, quàm in terra Pontica. *Perpetuo frigore*] assidua hyeme. *Ora Sarmatis*) ora Sarmatiæ, vbi ego sum. *Est non inuidiosa*) est non plena inuidiæ in aliis locis: quia omnes pariter eam hauriunt, & sic nemo alteri inuidet. *Palus*) aqua palustris: vel quæ defluit ex Mæotide palude, eáque salsa. *Omnia deficiunt*] omnia mihi desunt in Pontica regione. *Animus tamen omnia vincit*) tamen omnia hæc incommoda supero animi fortitudine. *Habere vires*) esse forte in ferendis hic malis. *Sustineas vt onus*) vt pondus & causæ meæ difficultatem tuearis. *Vertice recto*) capite non flexo, sed totis viribus. *Neruos flecti*) ceruicem & caput, hoc est, vires tuas curuari & infringi ipso pondere. Quasi moneat non esse timendum, quamuis causa sit magna & ponderosa: immò validius insistendum, & defendendum esse amicum. *Vincere ne nolim*] vt velim viuere. *Deficiamque*) & ne moriar. *Nec vos parua datis*] Acquiescimus etiam, inquit, vestris solatiis, ô amici, quorum præsidia & fidem in malis meis & rebus dubiis cognoui. *Cœpta*) quæ pro me tuendo cœpisti. *In æquore*) in periculo. *Iudiciumque tuum*) quia iudicasti me dignum venia, aut defensione tua, & tua amicitia: vel quòd Cæsar mihi ignosceret.

MICYL. *Direpta est spoliis perfida turba meis*) &c. De comitibus itineris siue profectionis intelligo hunc locum, quorum perfidia bonis aut rebus quibusdam suis spoliatus fuerit Poeta: non de amicis ac bonis, Romæ aut in Italia possessis. Nam alibi satis clare significat, nihil sibi à Cæsare præter patriam, ademptum fuisse. vt lib. 5. Trist. eleg. 11. Nec vitam, nec opes, nec ius mihi ciuis ademit, Qui merui vitio perdere cuncta meo. Sed quia peccato facinus non adfuit vllum, Nil nisi me patriis iussit abesse focis.

Sustineas vt onus, nitendum est vertice recto] &c. Generaliter & γνωμικῶς dictum puto, persona finita pro indefinita posita. vt sit quasi quædam illatio ad superiora, perinde ac si dicat: Quare cùm tanta mala mea sint, necesse est vt sim erecto animo ac forti, propterea quòd pondera siue onera grauia sustineri aliter non possint, quàm si quis recto vertice connixus, ea in se suscipiat.

IN OCTAVAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD COTTAM.

Redditus est nobis Cæsar cum Cæsare nuper,
  Quos mihi misisti, maxime Cotta, deos.
Vtque tuũ munus numerũ, quẽ debet, haberet,
  Est ibi Cæsaribus Liuia iuncta suis.
Argentum fœlix, omnique beatius auro:
  Quod, fuerit precium quum rude, numen habet.
Non mihi diuitias dando maiora dedisses,
  Cœlitibus missis nostra sub ora tribus.
Est aliquid spectare deos, & adesse putare,
  Et quasi cum vero numine posse loqui.
Quantum ad me, redij, nec me tenet vltima tellus:
  Vtque prius, media sospes in vrbe moror.
Cæsareos video vultus, velut antè videbam:
  Vix huius voti spes fuit vlla mibi.
Vtque salutabam, numen cœleste saluto:
  Quod reduci tribuas, nil puto maius habes.
Quid nostris oculis nisi sola Palatia desunt?
  Qui locus ablato Cæsare vilis erit.
Hunc ego cùm spectem, videor mihi cernere Romam:
  Nam faciem patriæ sustinet ille suæ.
Fallor? an irati mihi sunt in imagine vultus?
  Toruáque nescio quid forma minantis habet?
Parce vir immenso maior virtutibus orbe,
  Iustáque vindictæ supprime frena tuæ.
Parce puer, secli decus admirabile nostri,
  Terrarum dominum quem tua cura facit.

Redditus est nobis) Hanc epistolam scribit ad Cottam, eíque gratias agit, quòd ad se misisset Augusti Cæsaris, Liuiæ, ac etiam Tiberij imagines: quos quoniam præsentes, & aliter videre non poterat, pro diis venerabatur. Rogat deinde eos, vt sibi mitius exilium concedant: nec patiantur eorum imagines, quas habet semper secum, esse in hostili & inuiso loco. *Est redditus*] est datus. *Cæsar cum Cæsare*] Augustus cum Tiberio. Sunt qui non Tiberij, sed Drusi maioris imaginem cũ Augusti imagine missam intelligant. Magis placet ad Tiberium viuentem, quàm ad mortuum Drusum referas. *Quos deos*] quem Augustum & Tiberium. *Numerum*] scilicet trium personarum. *Quem debet*] quia cum Augusti signo debet esse etiam Liuiæ vxoris imago. Vel quia numerus trinarius perfectior est binario: nam Numero deus impare gaudet. *Argentum fœlix*] signa fœlicia. Sensus autem est: Signa ista argentea, in quibus sunt Cæsarum imagines, fœlicia & preciosiora omni auro, quàti esse debent, quum etiã argentum ipsum sine vlla deorum effigie sit pretiosum, & instar numinis. *Omnique beatius auro*] & fœlicius omni auro, propter Cæsarum imaginem insculptam argento. Alioqui aurũ preciosius habetur, propterea quòd rerum vni nihil igne deperit, tota etiam in incendiis rogísque durante materia: qui immò quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem, aurúmque experimento ignis est, vt simul colore rubeat, quo ignis, ac ipsum obrizum vocant. Primum autem bonitatis argumentum est, quàm difficillimè accendi. Præterea mirum, prunæ violentissimæ ligni indomitum, palea citissimè ardescere, atque vt purgetur, cum plumbo coqui. Altera causa precij maior, quòd minimum vsus deterit: quũ argento, ære, plumbo lineę ducantur, manúsque sordescant decidua materia. nec aliud laxius dilatatur, aut numerosius diuiditur: vtpote cuius vnciæ in septuagenas, & quinquagenas, pluresq; bracteas quaternum vtrinque digitorum spargantur. Super aurum non rubigo vlla, non ærugo, non aliud ex ipso, quod consumat bonitatem, minuátve pondus. Autor Plin. in lib. trigesimotertio. *Quod fuerit precium*) quod precium esse debet. *Quum rude numen habet*] quum argentum non signatum, & sine vlla deorum effigie habebatur à mortalibus pro numina. *Maiora*] fœcundi munera. *Cœlitibus tribus*] duobus Cæsaribus & Liuia. *Nostra sub ora*] sub nostrum conspectum. *Spectare deos*] videre sua numina, id est, Cæsares ipsos. *Et adesse putare*) & existimare ipsos esse in Scythia apud me. *Cum vero numine*) cum Augusto, qui est Romæ. *Quantum ad me*] quantum ad me spectat, subaudi. *Redij*] in patriam e Scythia videor remigrasse. *Vltima tellus*] Scythiæ regio. *Vtprius*] vt antea. & subaudiatur ab inferiori, morabar. *Vt salutabam*) vt antequam relegatus, solitus eram de more manè salutare.

A quod fieri solebat prima & secunda hora. Martialis: Prima salutantes atque altera continet hora. *Numen caeleste)* Augustum deum. *Quod tribuas reduci*] quod exhibeas mihi à te in vrbem reuocato. *Nil mains*, quàm scilicet salutare numen Caesaris, vt prius solebam. *Quod nostris oculis*] subaudi, deest. *Nisi sola Palatia)* nisi Romanae aedes. *Qui locum)* quae ipsa Palatia. *Ablato Caesare*] amoto Augusto, cuius praesentia nobilitat Romana Palatia, & totam vrbem. *Hunc*] hanc Augusti effigiem. *Faciem sua patriae* formam Romanae vrbis, patriae Augusti. *Fallor)* erro, quòd non est mihi iratus Augustus. *An sunt irati mihi*] an iram in me prae se ferunt. *Supprime*] retine. *Parce puer*] ignosca etiam tu ô Tiberi. Per puerum enim Tiberium intelligit. *Tua cura*] tua sollicitudo circa res imperij Romani.

Mrc. B *Argentum felix, omníque beatius auro, Quod, fuerit precium quum rude, numen habet*] Sensus est. O foelix argentum, & ipsi auro praeferendum, quia cùm per se, ac rude, precium sit, hoc est, preciosum & charum, nunc etiam habet numen, hoc est, Caesarum imagines impressas, siue caelatas. Et haec verior sententia Poetae videtur, non vt accipiamus, ipsum argentum rude pro numine haberi, vt Merula exponit, quem hyperbaton quod est in posteriore versu, decepisse videtur. Sic enim ipse construit: Quod argentum precium fuerit, pro quanto nunc preciosius est? quando & rude existens, numen habet. Cùm verior constructio sit, O foelix argentum, quod cùm rude existens, precium, siue preciosum sit, nunc etiam numen additum habet. Sed haec vel pueris expedita ac plana. *Parce puer, foelix decus admirabile nostri,*

C *Terrarum dominum quem tua cura facit.*] Tiberium hoc loco per puerum accipiunt plerique: neque ipse repugno. Quod tamen si verè sit, puerum accipiamus necesse est non aetatis ratione dictum, vt qui iam propè quinquagenarius esset, quum Ouidius relegaretur, sed vel propter picturę speciem: vel quod probabilius, propterea quòd nuper adeò post mortem L. & C. Caesarum scilicet, in filij locum ab Augusto adoptatus fuisset. Vt puerum accipiamus, quasi filium alicuius Caesaris, hoc est, Augusti, appellatum. Quod autem de Tiberio potius, quàm de Germanico, cui pueri appellatio magis conueniebat, intelligendum hic putamus, illud in caula est, quod idem infrà, à Caesare, quem Augustum priore loco intelligit Poeta, proximus Caesar dicitur. quod Germanico tum tribui, viuente adhuc Tiberio, qui & ab Augusto adoptatus, & à senatu mox veluti socius administrandi imperij eidem additus fuit, non potuit. Illud tamen non immeritò aliquis putarit, elegiam hanc posteriore loco collocatam, quàm scriptam esse. Nam haec quidem scripta, antequam Tiberius de Illyricis triumphasset, videtur: propterea quòd illi de Germanico triumpho etiam hic ominatur, eodem modo vt suprà de Tristibus lib. tertio & quarto: qui tamen triumphus non à Tiberio, sed post mortem Augusti à Germanico actus fuit, vt suprà aliquoties monuimus. Caeterae autem huius libri à Poeta scriptae pleraeque sunt, cùm iam quadriennium in Ponto exulasset. Postremò & hoc obseruandum eodem hoc loco, quod in hac apostrophe, qua sermonem ad ipsas effigies Caesarum conuertit Poeta, priore loco Augusti effigiem, mox Tiberij appellat: deinde relicto Tiberio, iterum ad Augusti inuocationem *kuklos*, siue regressum facit. quod quidem ad gestum supplicantis referendum magis, quàm ad ordinem & seriem dicendi. Nisi si quis verius ipsos transpositos putet, & priores posteriore loco positos: aut rursum vtrosque de eodem Augusto intelligendos, quod tamen propter pueri appellationem, quae in alteris est, procedere posse non videtur.

Per patria numen, quod te tibi charius ipso est:
Per nunquam surdos in tua vota deos.
Pérque tori sociam, quae par tibi sola reperta est,
Et cui maiestas non onerosa tua est.
Pérque tibi similem virtutis imagine natum,
Moribus agnosci qui tuus esse potest.
Pérque tuos vel auo dignos, vel patre, nepotes,
Qui veniunt magno per tua iussa gradu:
Parte leua minima, nostras & contrahe poenas:
Dáque locum, Scythico qui sit ab hoste procul.
Et tua, si fas est, à Caesare proxime Caesar,
Numina sint precibus non inimica meis.
Sic fera quamprimùm pauido Germania vultu
Ante triumphantes serua feratur equos.
Sic pater in Pylios, Cumaeos mater in annos,
Viuant, & possis filius esse diu.
Tu quoque conueniens ingenti nupta marito,
Accipe non dura supplicis aure preces.
Sic tibi vir sospes, sic sint cum prole nepotes,
Cúmque bonis nuribus, quas peperere nurus.
Sic, quem dira tibi rapuit Germania, Drusus
Pars fuerit partus sola caduca tui.
Sic tibi maturè fraterni funeris vltor
Purpureus niueis filius instet equis.
Annuite ô timidis mitissima numina votis:
Praesentes aliquid prosit habere deos.
Caesaris aduentu tutus gladiator arena
Exit, & auxilium non leue vultus habet.

Per patriae numen) per Martem vel Romulum, aut deum tutelarem, cuius nomen ignotum fuit, vt scribit Macrobius. Iterum autem precatur Augusti imaginem, vt sibi ignoscat. *Pérque tori sociam)* Liuiam Augusti vxorem dicit. *Et cui maiestas*] & quae, inquit, maiestatem tuam potest ferre.

D *Pérque tibi similem*] Tiberium dicit. *Pérque tuos nepotes)* & per Tiberij filios, alterum naturalem, alterum adoptiuum, vt suprà dictum est. *Vel auo*] vel te Augusto. *Vel patre)* vel Tiberio. *Magno gradu)* celeriter. *Per tua iussa*] quemadmodùm iubes: hoc est, qui fiunt clari, vt vis & iubes. *Contrahe)* imminue. *Et tua*] Nunc Tiberij imaginem precatur. *Si fas est)* si licet vt mihi

E faueas, quandoquidem me Augustus damnauit. quasi dicat: Si licet tibi fauere mihi, Augusto infenso.

Proxime à Caesare) valdè vicine, ô Tiberi, Caesari Augusto, & ei omnium proxime, vt sunt filij patribus. *Pauido vultu)* timido vultu, de more captiuorum. Ex hoc autem loco & sequentibus versibus colligi potest, mortuo Druso Tiberij fratre, ipsum Tiberium expeditionem sumpsisse aduersus Germa-

F nos, vt suprà etiam diximus. *Ante equos triumphantes)* ante equos Tiberij, de Germania deuicta triumphum agentis. Erat autem consuetudo, vt ante imperatores triumphantes portarentur capta oppida picta, & prouinciae.

In annos Pylios) in annos Nestoris, qui à poetis dicitur trecentum annos vixisse. Per patrem autem, Augustum intelligit: per matrem verò Liuiam. *In annos Cumaeos)* in annos longissimos, quemadmodum dicunt Sibyllam Cumanam vixisse. Scribit enim Seruius, Apollinem

I Sibyllam pro amore dilexisse, & ei obtulisse poscendi quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam manibus, & longam vitã poposcit. Apollo respondit id posse fieri, si Erythream insulam, in qua habitabat, relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit: & illic defecta viribus corporis, vitam in sola voce retinuit. Quod cùm ciues eius agnouis-

K sent, siue inuidia, siue miseratione commoti, ei epistolam miserunt, creta antiquo more signatam: quae visa terra (nam erat de eius insula) in mortem resoluta est. Eam etiam Maro hanc ob causam longaeuam appellauit. Propert. Et si Cumaeae secula vatis aget. Et alibi: At me non aetas mutabit tota Sibyllae. *Et possis filius esse diu*] & diu tu cũ parentibus viuas. *Tu quoque conueniens nupta*] tu

L quoq; Liuia digna vxor. Ad Liuiae enim imaginẽ missam conuertit sermonem Poeta, postea quam Augustum & Tiberium precatus est. *Non dura aure)* non difficili aure; sed placida me audi. *Preces supplicis)* preces supplicantis Ouidij. *Vir*] maritus Augustus.

Cum prole nepotes] Per prolem, Tiberium intelligit: per nepotes verò, filios Tiberij. *Cúmque bonis nuribus*] & cum ipsis filiorum Drusi & Tiberij vxoribus. & subauditur, sint sospites. Est autem sensus: Et illę etiam neptes, quas genuere, nurus tuae, sint etiam sospites vnà cum ipsis nuribus. Ordo verò talis est: Et illae scilicet neptes, quas nurus peperere,

sint sospites cum bonis nuribus. *Sic quem dira*) De Druso fratre Tiberij, Liuiæ filio, & Augusti priuigno, qui in Germania perijt, abundè diximus suprà. *Pars fuerit partus*] nullus suorum liberorum moriatur amplius. *Vltor fraterni funeris*] vltor mortis fratris Drusi. *Purpureum filius*) Tiberius Liuiæ filius, paludamento imperatorio & purpureo indutus. *Equis niueis*] equis candidis, victoriam portendentibus, vel equis triumphalibus. *Instet*) immineat hostibus, & eis aduersetur. *Annuite*] fauete. *Timidis votis*) precibus meis, quæ videntur timorem præ se ferre. *Deos præsentes*) deos prope se: quemadmodum ego habeo Augusti, Tiberij, & Liuiæ imagines missas Roma. *Cæsaris aduentu*] Cæsare in arenam veniente. Seruis (vt scribit Seneca) licebat ad statuam confugere. Apud iurisconsultos frequenter legimus, seruos ad statuam principis tanquam vnicum suffragium solitos confugere, ad euitandum sæuitiam dominorum. Vlpianus scribens ad ædilitium edictum, arbitratur eum seruum minimè esse fugitiuum, qui ad statuam Cæsaris confugerit. Gladiatores igitur qui serui erant, victi, confugiebant ad pedes Cæsaris, & incolumes dimittebantur. Et si confugientes ad statuam, liberi erant, multo magis confugientes ad ipsum imperatorem. *Exit arena*] egreditur de Circo arena strato. *Et vulnus*) & plaga ab altero gladiatore illata, vel ipse vulneratus. In quibusdam exemplaribus legitur non Vulnus, sed Vultus: id est, Cæsaris præsentia habet non modicum, sed magnum auxilium, quia ille liberatur. *Habet non leue auxilium*] habet non paruum præsidium.

MER. *Nos quoque vestra iuuet*] Ordo est: Nos quoque iuuet, quòd videmus vestra ora, & reliqua.

Vestra ora) vestras imagines. *Qua licet*) ea qua possum ratione: quia non possum Romæ esse, & vera imperatoris ora videre, & suorum. *Domus vna*) vna mea cella, & parua domus. *Tribus superis*) tribus diis Augusto, Liuiæ, & Tiberio. *Corpora vera deûm*] corpora vera imperatorum. *Inutile fatum*) infortunium mihi damnosum. *Quos dedit ars vultus*] vultus imperatorum, quos ars potuit effingere. *Sic homines nouere deos*] hoc pacto, scilicet per imagines & simulacra, deos immortales cognoscimus: nam propriam eorum formam nulli licet videre. *Quos arduus æther Occulit*) qui à nobis æthere separantur.

Quæ mecum est) quæ est in Scythia. *In inuiso loco*] in terra hostili. *Vestra figura*] vestrum simulacrũ. *E nostra ceruice*] è nostro corpore. *Lumen*] oculos. *Fossis genis*] Gena est membrana illa, qua oculus tegitur, quum conniuet. *Vobis raptis*) vobis mihi ereptis à Scythis. Intelligit autem Augustum, Liuiam, & Tiberium, quos appellat deos publicos, quoniam à Romanis omnibus venerabantur tanquam publicæ personæ. [Seu potius tanquam publica numina: nam Augusto etiam dum viueret honores diuini constituti fuere. *Portus & aura*] salus & fauor.

Nos quoque vestra iuuet quòd, quà licet, ora videm⁹,
Facta quòd est superis iam domus vna tribus.
Fœlices illi, qui non simulacra, sed ipsos,
Quíque deûm coràm corpora vera vident.
Quod quoniam nobis inuidit inutile fatum,
Quos dedit ars vultus, effigiémque colo.
Sic homines nouere deos, quos arduus æther
Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis.
Denique quæ mecum est, & erit sine fine, cauete
Ne sit in inuiso vestra figura loco.
Nam caput è nostra citius ceruice recedet,
Et patiar fossis lumen abire genis:
Quàm caream vobis, ô publica numina, raptis:
Vos eritis nostræ portus & aura fugæ.
Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis:
Vtque meas aquilas, vestra ego signa sequar.
Aut ego me fallo, nimiáque cupidine ludor:
Aut spes exilij commodioris adest.
Nam minus, & minus est facies in imagine tristis,
Visáque sunt dictis annuere ora meis.
Vera precor fiant timidæ præsagia mentis:
Iustáque quamuis est, sit minor ira dei.

Vt meas aquilas] tanquam mea vexilla Romana, quæ aquilas pictas habebant: quoniam aquila vniuersarum auium regnum habet, & est validissima. Ideóque illam & principatus insigne putabant Romani, omenque victoriæ quodcúnque bello petissent. autor Iosephus lib. 3. de bel. Iud.

Vestra signa] vestras imagines. *Fallo me*) me decipio. *Nimia cupidine*] quia nimium cupio mitius exilium.

In imagine) in signo Augusti. *Visáque sunt dictis*) imagines istæ visæ sunt mihi assentire, vt velint concedere locum exilij magis commodum. *Præsagia*] vaticinia. *Timidæ mentis*) animi mei, qui semper formidat aduersa. *Iustáque quamuis*] & quamuis iustè mecum iratus sit Augustus, tamen precor vt mecum mitius agat.

IN NONAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD COTIM.

MER. R*Egia progenies*) Ad Cotium filium Cotij regis Thraciæ hanc epistolam scribit, laudátque illum à generis origine: monétque, regium ac diuinum esse, miseris succurrere, & sibi potissimum, ob studia poeticæ facultatis: siquidem illa quasi quoddam amicitiæ vinculum habent. Postremò enim rogat, vt oranti terra sua bellicosa, in qua exulabat, fit ei fida & amica. *Regia progenies*) fili regis. Ordo est: *O Coti regia progenies*) & reliqua. Hunc autem Cotium filium regis Thraciæ & Getarum fuisse libet suspicari, quem Tranquillus Cotisonem appellat: cui M. Antonius scripsit, Augustum filiam Iuliam despondisse, quo tempore sibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petisset. Sanè Cotum seu Cotium huius patrem (vt existimo) regnasse in Thracia, tulissèque auxilia Pompeio ciuilibus bellis, ita docet Lucanus: Tunc Sadalum, fortémque Cotum. Ammianus Marcellinus Alpes Cotias dictas esse à Cotio rege, qui perdomitis Gallis, eas extraxit molibus magnis compendiarias, & viantibus opportunas, qui in amicitiam Octauiani principis receptus est. *Peruenis vsque in nomen Eumolpi*] descendit vsque ab Eumolpo. Eumolpus enim Neptuni & Chiones Boreæ & Orithyæ filiæ filius fuit, & ex Thracia in Atticam venit. Eum sanè Homerus carmine suo fortem appellat. de eius præterea genere nihil. In pugna olim inter Athenienses & Eleusinios interijt Erechtheus Atheniensium rex, & Immarandus Eumolpi filius. quod bellum inter eos fœderis conditionibus depositum est, vt Eleusinij in cæteris rebus Atheniensibus parêrẽt, sed ipsi seorsum rem sacram facerent: Ceteris verò & Proserpinæ sacra peragerent Eumolpus & Celei filiæ. De eius morte nihil compertum habeo. Illius monumentum non secus Eleusinij ostendebant, quàm Athenienses. Autor Pausanias. *Solo sibi finitimi*] terræ tibi vicinæ.

R*Egia progenies, cui nobilitatis origo*
Nomen in Eumolpi peruenit vsque Coti.
Fama loquax vestras si iam peruenit ad aures,
Me tibi finitimi parte iacere soli.
Supplicis exaudi iuuenum mitissime vocem,
Quamque potes, profugo (nam potes) affer opem.

MICYL. *Regia progenies, cui nobilitatis origo Nomen in Eumolpi peruenit vsque Coti*) Varie inscribitur hæc elegia. Alij ad Cotim, alij ad Cotium habent. quod posterius miror sanè à Merula & aliis quibusdam non indoctis seruatum, cùm priorem inscriptionem

inscriptionem ex ipso carmine probare atque asserere liceret. Infrà enim in eadem elegia ponitur, O Coty, progenies digna parente tuo. vbi vocatiuus Coty, non à recto Cotius, sed à Cotys tertij ordinis flectitur. Nam in i vocatiui, si à secunda declinatione fiant, i longum habent. Tertiæ autē tam y psilo, quàm i desinentes, corripiuntur. cuius rei exēpla passim obuia. Atque hactenus de inscriptione. Altera dubitatio est de eo, quisnam hic Cotys fuerit. Vtrum idem ille, qui à Suetonio Cotiso appellatur, cuius filiam sibi vxorem depoposcerat Augustus, vt illi ab Antonio obiectum fuit: an verò is, qui Cotus Cæsari dicitur, cuius filius Sasales, siue vt alij legunt, Sadalus, in exercitu Pompeij fuit: an etiam alter vtrius illorum filius. Ego autem & temporum rationem sequendo, & personæ qualitatem, & ingenium cum hac descriptione conferens, de eo Coty hic intelligo, cuius mentio fit apud Tacitum lib. 2. & quem idem autor, vt & Strabo, Cotym, per y psilon nominat. Is enim & temporibus Augusti superstes vixit, & ab eodem Augusto regni Thracensis partem accepit. Fuit autem is filius Rhemetalcis, vt idem Tacitus tradit, cuius hæc sunt verba: Igitur Rhescuporim quoque Thraciæ regem astu aggreditur (Tiberius scil. de eo enim loquitur) omnem eam nationem Rhemetalces tenuerat: quo defuncto, Augustus partem Thracum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit. In ea diuisione arua & vrbes, & vicina Græcis, Cotyi: quod incultum, ferox, adnexum hostibus, Rhescuporidi cessit. Ipsorúmque regum ingenia, illi mite & amœnum: huic atrox, auidum, & societatis impatiens erat, &c. Quod idem ferè & Strabo indicat lib 12. qui Sapæum nominat, à Sapis, Thracensi populo, quibus ille imperauit, quos eosdem & Sinties & Sintos & Saios appellatos dicit, adduque, [Greek text]. Fuit & affinitate cum Polemone rege Ponti iunctus. Sed hac de re Strabonem vide. Perijt autem hic Cotys sub Tiberij principatu, per fraudem a Rhescupocide patruo, dum de regni finibus inter se contendunt, vocatus ad conuiuium, & inter sacra hospitalia vinctus atque abductus, mox ab eodem etiam occisus. Cæterum quod de superiori elegia monuimus, idem de hac quoque dubitari potest, vtrum hoc demum tempore, hoc est quarto exilij anno à poeta scripta fuerit, an citius. Cùm enim dicat, Fama loquax vestras, &c. non satis probabile est, 4. demum anno ad Cotym scripsisse, ad quem primo statim fama exulantis peruenire potuisset. Et ipse poeta quoque infrà elegia vltima huius libri indicat, se non ordinem temporum vbique obseruasse in his collocandis, sed promiscuè ac temerè collectas in vnum addidisse. Ita enim loquit:

> Non liber vt fieret, sed vti sua cuique daretur
> Littera, propositum, curáque nostra fuit.
> Postmodo collectas vtcunque, sine ordine, iunxit:
> Hoc opus electum ne mihi fortè putes.

Sed de hoc non ita laborandum.

> *Me fortuna tibi, de qua quod non queror, hoc est,*
> *Tradidit, hoc vno non inimica mihi.*
> *Accipe naufragium cum duro littore nostrum,*
> *Nec fuerit terra tutior vnda tua.*
> *Regia (crede mihi) res est, succurrere lapsis,*
> *Conuenit & tanto, quantus es ipse, viro.*
> *Fortunam decet hoc istam, quæ maxima quum sit,*
> *Esse potest animo vix tamen æqua tuo.*
> *Conspicitur nunquam meliore potentia causa,*
> *Quàm quoties vanas non sinit esse preces.*
> *Hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est*
> *A superis ortæ nobilitatis opus.*
> *Hoc tibi & Eumolpus generis clarissimus autor,*
> *Et prior Eumolpo suadet Erichthonius.*
> *Hoc tecum commune deis, quòd vtrique rogari,*
> *Supplicibus vestris ferre soletis opem.*
> *Nam quid erit, quare solito dignemur honore*
> *Numina, si demas velle iuuare deos?*
> *Iuppiter oranti surdas si præbeat aures,*
> *Victima pro templo cur cadat icta Iouis?*
> *Si pacem nullam pontus mihi præstet eunti,*
> *Irrita Neptuno cur ego thura feram?*
> *Vana laborantis si fiant vota coloni,*
> *Accipiet grauida cur suis exta Ceres?*
> *Nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho,*
> *Musta sub inducto si pede nulla fluant.*
> *Cæsar vt imperij moderetur fræna, precamur,*
> *Tam bene quòd patriæ consulit ipse suæ.*
> *Vtilitas igitur magnos hominésque, deósque*
> *Efficit, auxilijs quoque fauente suis.*

MAR. *De qua quod non queror, hoc est*) quasi dicat: De fortunæ malis omnibus queror, hoc vno excepto, quòd ea me tibi vicinum esse voluit. *Tradidit me tibi*) me tibi vicinum exhibuit. *Hoc vno non inimica mihi*) in hoc solo mihi non infensa: nam in reliquis mihi fuit inimica. *Accipe naufragium nostrum*) accipe meum infortunium, & me relegatū in tuo solo. *Non duro littore*) non aspero, sed benigno, placido, & propitio solo. q. d. Ego relegatus tanquam naufragus, supplex ad littus tuum confugio, precórque vt me benignè excipias. *Nec fuerit terra*) nec permittas me fuisse magis tutum in mari, ex quo ad littus tuum enataui, quàm terra tua. Tutiores enim sumus in terra, quàm in mari. Ex quo Poeta innuit, illic tutiorem sedem spectandā, quàm in mari. Quod si sibi tam longa nauigatione pepercit, multo magis eius terram intelligit debere ei parcere. Legitur etiam, Ne fuerit terra: sed idem est sensus. *Est res regia*) est res ad regem pertinens. Reges enim tanquam dij in terris debent esse perquam benefici: in ea re enim maximè deos imitantur. *Lapsis*) his qui errauerunt. *Et conuenit tanto viro*) & succurrere lapsis, decet te filium regis. *Fortunam decet hoc istam*) hoc etiam, scilicet miseris succurrere, conuenit tuæ fortunæ & fœlicitati, quæ iusta esse dicitur. vel pertinet ad fortunam iustam, non autem ad variam & cæcam. [Alij Istam, legunt, vt de secunda persona intelligatur, pro, tuam.] *Quæ maxima quum sit*) quum habeas, inquit, magnum imperium, maiori tamen dignus esses. *Vix tamen potest esse æqua tuo animo*) tamen vix potest esse æqualis, & tanta, quantam animi tui magnitudo exposceret. *Potentia*) fortuna fœlix alicuius. *Meliore causa*) probabiliori materia. *Non finit preces esse vanas*) non permittit preces esse irritas, & non fundi incassum. Sensus est: Nullius potentia melius conspicitur, quàm cùm preces supplicantum exaudiuntur. *Desiderat hoc*) requirit vt meas preces exaudias. *A superis ortæ nobilitatis*) nobilitatis à diis originē ducentis. Hoc autem dicit propter Eumolpū filium Neptuni & Chiones filiæ Boreæ, generis sui autorem, vt diximus. *Hoc tecum commune deis*) hoc est tibi cum diis commune, quòd preces exaudias, quemadmodum & illi. *Supplicibus vestris*) hominibus vos suppliciter precantibus. *Et Eumolpus*) & Thrax ille Neptuni & Chiones filius. *Prior Eumolpo*) maior natu ipso Eumolpo. Ex Orithyæ enim Erichthonij filia nata est Chione mater Eumolpi. *Erichthonius*) Erichthonius seu Erechtheus rex fuit Athenarum, quē Minerua (vt scribit Homerus) e rure vbi natus erat, suscepit, educauitq́, & Atheniensi populo pro rege tradidit. ideóque illi annua solennia Athenienses in ea insigni vrbe agūt taurorum agnorúmque sacrificiis. *Nam quid erit*) nam cur fiet. *Quare solito dignētur honore Numina*) quare diis sacrificia exhibeamus, eósq́ colamus. *Si demas*) si adimas, si remoueas. *Deos velle iuuare*] deos velle hominibus & miseris opem ferre. Quid est causæ, inquit, cur homines velint deos immortales tanto honore afficere, si viderint eos nolle miseris opem ferre? Quasi innuat, eos coli nullam aliam ob causam, nisi quia nos iuuant: qua re adempta, nemo illos colet. *Surdas aures*) aures inexorabiles. *Victima icta*) victima cæsa. *Pro templo*) in templo. Aliter diximus, Pro rostris, id est, ante rostra: vt Proscenia, pulpita quæ sunt ante scenam. vt est autem Caper & Procuria, ante curiam. Sed quia victimæ in templis ante aras, non ante templa cædebantur, ideo pro templo, in templo, non ante templum expone. *Nullam pacem*) nullā tranquillitatem. *Mihi eunti*) mihi nauiganti. *Irrita thura*) thura nihil proficientia, minime ipsum Neptunum placantia: qui,

A quòd primus nauigandi arte inuenta, classéq; instituta, præfectus est à Saturno traditur, ideo tradunt eum mari imperasse, factaque ei à nauigantibus sacra, autor Didymus. *Fiant Vana*) non exaudiantur diis. Solent enim agricolæ auidi diis vota facere, & eos orare, vt sibi multas fruges concedant. *Accipiet grauida*) Cur, inquit, sacrificabitur Cereri porca, si preces agricolarum incassum funderetur. Vt autẽ Cereri sacrificarent agricolæ, ita præcipit Maro: cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret, Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho. Terque nouas circum fœlix eat hostia fruges. Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes, Et Cererem clamore vocent in tecta: neque ante Falcem maturis quisquam supponat aristis, Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu Det motus incompositos, & carmina dicat. *Sui grauide*)
B porcæ prægnantis. Initium immolandi à suillo genere sumptum existimat Ouidius. Cuius rei causam in Fast. sic assignat: Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ, Vlta suas merita cæde nocentis opes: Nam sata vere nouo teneris lactentia succis Eruta setigeræ comperit ore suis. & in Metam. idem etiã ita refert: Prima putatur Hostia sus meruisse mori, quia semina pando Eruerit rostro spémque interceperit anni. Scribit etiam Varro initiis Cereris eam victimã immolari solitam: cædebantque porcum initiis pacis in coniunctione fœderis, vt idem scribit: & nuptiarum initio, noua nupta & nouus maritus in Hetruria porcum immolabant. Prisci quoque Latini & Græci in Italia idem fecisse videntur. nam & nostræ mulieres, maximéque nutrices natu[ra] m[...] quæ fœminæ sunt, in virginibus appellabant porcum, vt alibi diximus. Mactabatur autem porcus Cereri, quia hoc animal frugibus nocet. Solebant enim victimæ pro qualitate
C numinum immolari: & vel cædebantur, quæ obsunt eorum muneribus. vt caper Libero, quia vitibus nocet: capra Mineruæ, quia lambendo quoque oliuam sterilem facit: vel aliqua similitudine credebantur numinibus placituræ, vt inferis nigræ pecudes, albæ superis. Mactabatur autem Cereri tam porcus quàm porca. Sed Ouidius hoc loco fœmininam magis elegit: quia elocutiones quædam per fœmininum genus elegantiores fiunt. Vergilius: Cæsa iungebant fœdera porca. Vel quia (vt scribit Seruius) in omnibus sacris fœminini generis victimæ potiores sunt. vnde si per marem litari non poterat, succidanea non poterat adhiberi. Porca præterea, quæ Cereri mactabatur, ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est, glebam non obiecisset, præcidaneam vocari: quia mos erat ea facere, priusquam nouas fruges gustarent, autore Pompeio: qui præcidaneam porcam à præcidendo dictam ostendit, quòd immolaretur antequam nouam frugem præciderent. Eligebantur autem ad sacrificia porci maiores, & (autore Donato) dicebantur eximij. nam boues ad id electos egregios, oues lectas dicebant. Cato in Re rustica G docet, quomodo, antequam messem incipias, porcam præcidaneam facias. *Intonso Baccho*) Baccho crinito: cui caper mactatur ob causam suprà dictam. Virgilius: Baccho caper omnibus aris Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi. *Caper hostia*) Appositio figura est. *Sub pede inducto*) sub pede imposito vuæ. Bacchus enim vindemiæ dicitur præesse. Virgilius: Huc pater ô Lenæe veni, nudatáque musto Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis. *Cæsar vt imperij*]. Sensus est. Ego quoque non desino Cæsarem precari, vt iram in me suam ponat, & imperio suo parcius vtatur, ac ea æquitate mecum agat, qua patriam gubernat. Vel hoc dicit: Precamur vt Cæsar sit incolumis: quò possit diu gubernare tam bene imperium Romanum, quàm bene gubernat Romam. Quasi dicat: Non hæc fierent, si nollet H Cæsar iuuare mortales. Vel certè precamur Cæsarem tanquam deum Romanam rempublicam causa optimè gubernet: quasi inferat, illum tanquam deum ideo coli, quia nouerit eum velle iuuare & patriæ & imperio Romano. [Pro Quàm, alij Quòd legunt. vt sit sensus: Cæsari ideò bene precamur, quia bene consulit patriæ.]

Auxilij quoque fauente sui) vnumquodque vtilitatem suam amare. Ex quo colligit, vtilitatis propriæ gratia hæc fieri.

Vtilitas igitur magnos hominésque deósque, &c.) Sensus est: Mic. Ex eo igitur quod prosunt ac iuuant, tam homines quàm dij magni sunt, & coluntur, videlicet dum vnusquisque illorum ea parte, iisque auxilijs fauet, ac prodest nobis, quibus solet ac potest. vt Ceres & Bacchus prouentu ac fertilitate frugum ac vini, Cæsar imperando & consulendo patriæ, &c. I Quanquam neque altera expositio displicet, vt Auxilijs, datiuo casu accipiamus dictũ, hoc sensu, Vnumquodque eorum, cui bene fit, fauẽt suis auxilijs, hoc est, iis à quibus iuuatur, & per hoc magnos eosdem faciente.

Intra tua castra iacenti) mihi in terra Tomitana tuo imperio subiecta Mar. relegato. *O Coti progenies*) Ordo est: O Coti, D progenies digna, & reliqua. [Ex hoc vocatiuo, inscriptio ac nomen regis colligenda fuerant. Neque enim Coti, à nominatiuo Cotius esse potest, cum i breue habeat, sed à Cotis. Cæterùm siue Coti scribas, vt Aldina editio habet: siue Coty, vt Strabo & Tacitus, breuis eadem syllaba erit. Sic enim & Tiphy, & similia corripiuntur. vt,
E Ars tua Tiphy iacet, si nõ sit in æquore fluct⁹, &c.] *Parente tuo*) patre tuo Cotio. *Conueniens voluptas*) voluptas quæ homini conuenit. Legitur etiam Voluntas. *Et melius nulla*) & fauor nullo alio modo melius quæritur, quàm cum homo hominem seruat. Est enim (vt Plinius docet) deus mortali, iuuare mortales. *Quis non Antiphatem Læstrygona*) Læstrygones populi fuere in extremo Italiæ Siciliam versus, efferis moriF bus, habitantes prius vrbem Formiarum inter Terracinam & Sinuessam. Eorum rex fuit Antiphates. Ouid. Inde Lami veteres Læstrygonas inquit in vrbem Venimus: Antiphates terra regnabat in illa. Formiæ, inquit Plinius, apud Caietam antiquissima Læstrygonum sedes. ad hos (vt scribit Homer. lib. 10. Odyss.) cùm peruenisset Vlysses, & illos aduersos experiretur: vnica perdita naue diffugiens, peruenit ad Circen.

Tu quoque fac prosis intra tua castra iacenti,
O Coti progenies digna parente tuo.
Conueniens homini est hominem seruare, voluptas,
Et melius nulla quæritur arte fauor.
Quis non Antiphatem Læstrygona deuouet? aut quis
Munifici mores improbat Alcinoi?
Non tibi Cassandrus pater est, durúsve Caphareus,
Quísve repertorem torruit arte sua:
Sed quàm Marte ferox, & vinci nescius armis,
Tam nunquam facta pace cruoris amans.
Adde quòd ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.
Nec regum quisquam magis est instructus ab illis,
Mitibus aut studijs tempora plura dedit.
Carmina testantur: quæ, si tua nomina demas,
Threicium iuuenem composuisse negem:
Neue sub hoc tractu vates foret vnicus Orpheus,
Bistonis ingenio est terra superba tuo.
Vtque tibi est animus, cùm res ita postulat, arma
Sumere, & hostili tingere cæde manum:
Atque vt es excusso iaculum torquere lacerto,
Colláque velocis flectere doctus equi:

Deinde cùm rediens peruenisset ad Phæacas, & in conuiuio Alcinoi hos & Cyclopas humana carne vesci narraret, fingentem & mendacem Iuuenalis existimauit. Et Thucydides etiam id fabulosum putauit. Gellius tamen eos, Cyclopásque & Cercyona ferocissimos & immanes, ac alienos ab omni humanitate tanquã in mari genitos, & ideo Neptuni filios fuisse scribit. Sanè Homerus docet Antiphatem vnum ex Vlyssis socijs deuorasse, vnde eum cruentum Papinius appellauit, cum dixit, Littúsque cruenti K Antiphatæ. *Aut quis improbat?*) aut quis vituperat? quasi dicat nemo: imò omnes laudant. *Munifici Alcinoi*) liberalis Al- L cinoi. Fuit enim Alcinous rex Phæacum iustissimus, Nausithoi filius, apud quem (vt docet Homerus in Od.) Vlysses naufragus diuertit: vbi regio conuiuio honorificè susceptus, errores suos exponebat. Cui rex, si secum habitare vellet, Nausicæ filiæ coniugium offerebat. Quod ille renuens, multis ab eo muneribus donatus, & naue cum socijs discessit. Dona autem hæc fuerunt: Vestes auro & argento intextæ, lebetes, pateræ, multúmque auri & argenti. Apud Homerum Neptunus tradit Vlyssem non tantum sibi ex Troiano victoria comparasse: nec tantum in patriam referre potuisse, nullo vexatum naufragio, quantum Alcinous dederit. Vnde non immeritò

Ouidius illum munificum appellauit.

MAR. *Non tibi Cassandrus pater est*) Cassandrũ, à quo Cassandrea colonia in Macedonia appellata, quæ olim Potidæa dicebatur, ferunt viuos homines sepelisse. vnde postea à suis defossus, eodẽ genere mortis periit. Ouid. Aut sicut periit, pereas, Cassandreus ille, Quem sua gens multo cinere disperiit. *Durúsve Caphareus*) Et crudelis ille mons Euboiæ insulæ ad Hellespontum prospectans: quem montem poeta pro Nauplio Palamedis patre videtur accipere. sicut & Maro cùm dixit, Scit triste Mineruæ Sidus, & Euboicę cautes, vltórq. Caphareus. Ferunt enim Nauplium, vt Palamedis filij insontis, interfecti, Vlyssis astu, mortẽ vlcisceretur, redeuntibus Grecis in patriam, coorta quã tempestate Caphareum montẽ conscendisse: & nocte accensa face quasi in portum salubrẽ periclitãtes acciret, in asperrimos scopulos euocasse. ob quam causam meritò durus appellatur, & crudelis ab Ouidio.

Quíve repertorem torruit arte sua) Perillum dicit repertorem ænei tauri, quo supplicij genere ille primò à Phalaride affectus est, vt alibi plenius diximus. Vnde Silius poeta ita cecinit: Cuius cælata gerebat Taurum parma trucem, pœnæ monumenta vetustæ. Ille vbi torreret subiectis corpora flammis, Mutabat gemitus mugitibus, actáque veras Credere erat stabulis armenta effundere voces. Haud impunè quidem: nam diræ conditor artis, Ipse suo moriens immugit flebile tauro. *Sed quàm marte ferox*) sed quantum in prælio ferox & nescis vinci, tantum superatis hostibus & confecta pace, minimè es auidus cædis & cruoris. Quibus verbis colligit illum mitẽ esse, & minimè crudelem. *Ingenuas artes*) liberales disciplinas. *Emollit mores*) mores tuos placidos reddit & mansuetos. *Magis est instructus in illis*) magis est in illis eruditus. Legitur etiam edoctus, hoc est valdè doctus. *Mitibus studijs*) mansuetioribus disciplinis. *Dedit plura tempora*) plus temporis consumpsit. *Carmina testantur*) versus tui sunt testes, te multum temporis consumpsisse in artibus ingenuis & studijs poeticis. *Si tua nomina demas*) si te autorem eorum non feceris. *Threicium iuuenem*) te in Thracia habitantem, tanquam filium regis indigenæ. *Sub hoc tractu*) sub hac Thraciæ regione. *Foret vnicus vates*) foret solus poeta. Orpheus enim Thrax fuit, poetáque & theologus excellentissimus: qui (vt docet Diodorus) doctrina melodiáq; ac poesi excessit omnes, quorum extat memoria: & suauitate cantus insignis. Composuit autem hymnos ad omnes ferè deos. Scripsit etiam Argonautica: quanuis Aristoteles neget Orphei fuisse opus. *Bistonia terra*) terra Thraciæ, sic dicta à Thraciæ stagno Bistonio Abderæ vrbi vicino. *Est superba*) est nobilis. *Quum res ita postulat*) quum ita exigit causa. *Et tingere manum*) & manum aspergere. *Vtque est*) & vt est animus. *Colla flectere*) colla in gyrum torquere. *Doctus*) Subaudi, & vt est animus doctus.

MICYL. *Non tibi Cassandrus pater est*) De Cassandri crudelitate, qua vsus est in occupãdo Macedonię regno, prẹsertim contra stirpem Alexandri, meminerunt Diodorus Siculus libro decimooctauo, Iustinus libro decimoquinto, & Pausan. in Bœoticis. Pausaniæ verba sunt hæc : [illegible] Iustinus autem: Deinde ne Hercules, inquit, Alexandri filius, qui ferè annos quatuordecim excesserat, fauore paterni nominis in regnum Macedoniæ vocaretur, occidi eum tacitè cum matre Arsine iubet, corporáque eorum terra obrui, ne cædes sepultura proderetur. Et quasi parum facinoris in ipso primum rege, mox in matre Olympiade ac filio admisisset, alterum quoque cum matre Rhoxane pari fraude interfecit, quasi regnum Macedoniæ, quod affectabat, aliter consequi, quàm scelere non posset. Atque hæc apud idoneos scriptores de Cassandro leguntur. De ijs autem quæ Merula affert de eodem, ipse viderit, vt & de versibus ijs, quos Ouidio autore alligat. *Durúsque Caphareus*) Ego locum hunc simpliciter accipio, vt sit dictum eodem modo, quo Vergilius dixit, Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus autor, Perfide, sed duris genuit te in cautibus horrens Caucasus, &c. Et Homerus Iliad. 16. [illegible] Mox quod sequitur, Quíve repertorem torruit arte sua: id ita accipiendum, quasi dicat, Neque etiam Phalaris tibi pater est, qui Perillum repertorem ænei bouis, quo homines inclusi torrerentur, ipsum sua arte excruciauit, eidémque boui inclusum torruit.

Threicium iuuenem composuisse negem) hoc est, nisi nomen tuum inscriptum esset, non crederem ab vllo Thracensi talo carmen potuisse cõponi. Quasi dicat, adeò humanitatis doctrina & eruditione excultum, & ab omni barbarie alienum est. *Vtque est excusso iaculum torquere lacerto*) &c. Sic quidem Merula legit. Alij autem, Atque vt es excusso iaculum torquere lacertu, &c. quæ lectio planiorem sententiam reddit. Durius enim fuerit illud, Vtque est animus doctus torquere iaculum, & flectere colla equi: quando ea res non animo, sed manibus geritur.

> *Tempora sic studiis data sunt vbi iusta paternis,*
> *Atque tuis humeris fortè quieuit opus,*
> *Ne tua marcescant per inertes ocia somnos,*
> *Lucida Pieria tendis in astra via.*
> *Hac quoque res aliquid tecum mihi fœderis affert,*
> *Eiusdem sacri cultor vterque sumus.*
> *Ad vatem vates orantia brachia tendo:*
> *Terra sit auxiliis vt tua fida meis.*
> *Non ego cæde nocens in Ponti littora veni,*
> *Mistáve sunt nostra dira venena manu.*
> *Nec mea subiecta conuicta est gemma tabella,*
> *Mendacem ceris imposuisse notam.*
> *Nec quidquam, quod lege vetor committere, feci:*
> *Est tamen his grauior noxa fatenda mihi.*
> *Néve roges, quæ sit, stultam quam scripsimus artem.*
> *Innocuas nobis hæc vetat esse manus.*
> *Et quid præterea peccarim, quærere noli,*
> *Vt pateat sola culpa sub arte mea.*
> *Quicquid id est, habuit moderatam principis iram,*
> *Qui nisi natalem nil mihi dempsit humum.*
> *Hac quoniam careo, tua nunc vicinia præstet,*
> *Inuiso possim tutus vt esse loco.*

MAR. *Tempora sic studiis*) Quando, inquit, patriis studiis & bellicæ exercitationis operam dedisti, aut certè voluntati patris morem gessisti, & humeris tuis sustentasti molem & negotia regni paterni, ne per somnum, aut ignauiã corpus marcescat, poetica facultate tibi immortalitatem cõparas. *Tua ocia*) tua à labore vacatio, & à regni negotiis. *Marcescant*) veterno putrescant. *In astra lucida*) in cœlum vbi sunt sidera lucentia. *Pieria via*) via musarum, hoc est, studiis poeticis. *Hæc res*) hæc facultas poetica.

Aliquid fœderis) aliquod amoris vinculum. Solent enim studia communia hominẽs maximè conciliare. Quemadmodum enim connexæ sunt (vt diximus) disciplinæ, ita quoque doctorum hominum inuicem animi copulantur. Qui verò sub alicuius doctrinæ fuco delitescunt, tumidi atque inflati contra doctos insurgunt: vt paulo antè vidimus quendam in magistratu vnũ ex tuis, Cardinalis reuerendissime, doctissimo viro nescio quid humiliter ac iustissimè petenti, ac etiam dicenti, Docti doctos amabunt, si modò docti erunt: linguam exertantem rancidulum nescio quid lo cum ac doctos respondisse. Quare discedens ab eo subtristis domesticus ille tuus, dictabat mecum, verum esse tritum prouerbiũ illud: Monstrum in corpore, monstrũ in animo: & huiusmodi homines turgidos & inflatos falsa literarum specie, doctis esse ac bonis inimicos. Verúmque à sapientibus dici, Magistratum virum ostendere. Sed ille tanquam indignus, qui à doctis nominetur, cum sui similibus facessat cum supina illa arrogantia sua genuina, vtatúrque suis moribus. Docti verò doctrinam veram bene olentes, coniuncti studiis communibus, & iter ... se mutuò amabunt. *Eiusdem sacri*) eiusdem studij. Poetæ enim Apollinis sacerdotes esse dicuntur. *Ad vatem*) ad te poetam. *Vt tua terra*) vt

Tumitana vrbs relegationis meæ sedes. *Cade nocens*] aliquo interfecto. *In littora Ponti*] in littura maris Pontici. *Sunt mista*] Non, subaudiendum est: hoc est, nemini etiam venenum potandum propinaui. *Conuicta est*] est in iudicio superata. *Gemma mea*] meus annulus & sigillum, tanquam falsò signauerim testamenta quod ficti solitum fuisse queritur Iuuenalis. *Subiecta tabella*] supposita testamentaria tabella. *Mendacem notam*] falsum sigillum. Solebant enim fictum testamentum componere, & falsò testes adhibere, qui illud suis gemmis & sigillis signarent, inscio illo quem testatorem falsò prædicabant. Hi autem à Romanis deprehensi, & conuicti, mittebantur in exilium. *Quod veter lege*] quod legibus facere prohibeat. *Grauior noxa*] maius peccatum: quia læsi non priuatam personam, sed publicam, hoc est, Augustum. *Quæ sit*] quod crimen & noxam admiserim. *Stultam artem*] præcepta artis amatoriæ à me stultè composita. *Manus innocuas*] manus innocentes. Ea enim ars amatoria me nocentem facit, & dignum hac pœna. *Præterea*] postmodum & præter supradicta.

Pateat sub sola arte] solummodo dicatur fuisse causa artis amatoriæ: hoc est, vt nihil aliud dicatur fuisse causa relegationis meæ, quàm ars amatoria à me edita. *Quicquid id est*] qualecunque est id, cuius causa relegatus sum.

Moderatam] modestam: quia non tali supplicio affectus sum, quale merebar. *Nil*] nihil aliud. Intelligit autem fortunas, quæ casibus adimebantur, quas sibi relictas innuit. Nilum autem est minimum illud, quod grano fabæ adhæret. vnde Nihil & Nihilum, & per Syncopen Nil. Autor Varro: Priscianus tamen aliter etiam scribit. *Nisi natalem humum*] nisi solum Romanum, vbi educatus sum, mittendo me in exilium. *Tua vicinia*] tui populi vicini Tomitanæ vrbi. *Inuiso loco*] loco mihi odioso propter exilium, aut loci incommoda.

IN DECIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MACRVM.

Ecquid ab impressa cognoscis imagine cera
Hæc tibi Nasonem scribere verba Macer?
Autorisque sui si non est annulus index,
Cognitáne est nostra littera facta manu?
An tibi notitiam mora temporis eripit horum,
Nec repetunt oculi signa vetusta tui?
Sis licet oblitus pariter gemmæque, manúsque,
Exciderit tantum ne tibi cura mei.
Quam tu vel longi debes conuictibus æui,
Vel mea quòd coniux non aliena tibi est:
Vel studijs, quibus es, quàm nos, sapientius vsus,
Vtque decet, nulla factus es arte nocens.
Tu canis æterno quicquid restabat Homero,
Ne careant summa Troica bella manu.
Naso parum prudens, artem dum tractat amandi,
Doctrinæ precium triste magister habet.
Sunt tamen inter se communia sacra poetis,
Diuersum quamuis quisque sequamur iter.
Quorum te memorē (quanquam procul absumus) esse
Suspicor, & casus velle leuare meos.
Te duce magnificas Asiæ perspeximus vrbes.
Trinacris est oculis te duce visa meis.
Vidimus Ætnæa cælum splendescere flamma,
Suppositus monti quam vomit ore gigas:

Mac. *Ecquid ab impressa*] Ad Macrum poetam scribens, multis indiciis ostendit, debere eum esse memorem sui, & pristinæ amicitiæ: cuius fructus & amoris signa, si illi in mentem venerint, dicit se absentem futurũ illi tanquam præsentem semper ante oculos: quod se in extremo mundi cardine facere profitetur, siquidem eum mentis oculis intuetur, & tãquam præsentem alloquitur: quod vt ipse quoq; efficiat impensè precatur Poeta. *Ecquid cognoscis?*] nunquid cognoscis? *Ab imagine impressa cera*) à signo insculpto, & impresso literis, quæ signarunt gemma, habente signum, & imaginem aliquam.

Autoris sui] Ouidij hæc scribentis. *Si annulus*] si gemma in annulo inclusa. Annulus autem ab antiquis Vngulus vocabatur. Postea & Græci & nostri (autore Plinio) illum Symbolum appellauere. Terētius in Andria: Symbolum dedit: cœnauit. Vngulum etiam Osci annulum appellabant. vnde Vngulatam vestem dictam volunt ab vngulis, hoc est ab annulorũ figuris. eam nunc Damascenam figuratam dici putant. Annulorum autem originem plerique ad Prometheum referunt: quanquam illi ferreum annulum dederit antiquitas, vinculúmque id, non gestamen intelligi voluerit. Alij etiam ad Midam annulum referunt, quo circumacto habentem nemo cerneret. quod etiam fabulosius existimatur. Quis ergo hominum primus digitis annulum induerit, aut quis fecerit, minimè traditur. Longo certè tempore ne senatum quidem Romanum annulos habuisse aureos, manifestum est: siquidem his tantùm qui legati ad exteras gentes ituri essent, annuli publicè dabantur: credo, quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur. neque alijs vti mos fuit, quàm qui ex ea causa publicè accepissent: vulgóque sic triumphabant. hi igitur ob legationem annulum acceperant. Aureo in publico tantùm vtebantur, intra domos verò ferreis. Quo argumento etiam annulus ferreus sponsæ mittebatur: isque sine gemma. Nec Iliacis temporibus vllos fuisse annulos videmus: nusquam certè Homerus dicit. Fabulę tradunt, primum saxi fragmentum inclusum ferro, ac digito circumdatum: hoc fuisse annulum, & hoc gemma. Id postea luxuria variauit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censúque opimo digitos onerando: mox & effigies varias cælando, vt alibi ars, alibi materia esset in precio. Multi nullas admittunt gemmas, auróq;

ipso signabant, vt Claudij Cæsaris principatu repertum. Fuere qui sub gemmis venena clauserint: sicut Demosthenes summus oratorum Græciæ, qui mortis gratia annulos habuit. Idem etiam fecit Hannibal Carthaginensis. *Et litera facta nostra manu*) & epistola ista scripta mea dextera. *Nec est cognita*] an est tibi manifesta, vtpote à te cognita? *Notitiam horum*] cognitionem annuli mei & sigilli, & manum meam. *Mora temporis*] temporis diuturnitas, quæ obliuionem rerum inducat.

Nec repetunt] nec memoriam reducunt. *Signa vetusta*] antiquam imaginem annuli mei. *Sis licet oblitus*] concedatur, quòd te ceperit obliuio. *Gemma*] sigilli mei.

Manúsque] & formę literarum mearum. *Exciderit tantum*] liceat te esse oblitũ gemmæ, & manus meæ, dum tamen ne obliuiscaris mei. *Ne excideret tibi*] non te immemorem fecerit. *Quam debes*] cuius curæ mei es debitor.

Conuictibus] simul viuendo. *Non aliena*] vel sanguine coniuncta, vel amica. *Vel studijs*] Subaudi, vel quam curam mei debes communibus studijs: quæ (vt diximus) homines inuicem conciliare solent ac debent. *Nulla arte*] nullis præceptis amatorijs. *Quicquid restabat*] quicquid post ea, quæ ipse composuit, permanebat. Homerus enim Iliada in lib. 24 digessit, in quibus bellum Troianum descripsit vsque ad mortem Hectoris: reliqua verò Macer scribenda assumpserat. Idem etiam fecit Camerinus Poeta, de quo ita infrà ait Ouidius: Quique canit domitā Camerinus ab Hectore Troiam. *Summa manu*] postrema fine. *Habet triste precium doctrinæ*] habet exilium ob doctrinam, & præcepta amatoria ab ipso composita. *Diuersum iter*] quia Macer heroico carmine, Ouidius elego florebat. *Quorum*] Subaudi, sacrorum. *Esse memorem*] Quia Macer videtur Ouidij poemata, & illum eiusdem studij, & sacrorum cultorem amabat, antequam in exilium proficisceretur. *Et casus velle leuare meos*] & velle mihi opem ferre propter communia studia.

Te duce] Cum Macro enim in Asiam nauigauit Poeta, & in Siciliam. *Trinacris*] Sicilia: sic dicta à triangula specie, vt docet Plin. Hæc (vt est autor Diodorus) primùm Trinacria, ab eius forma, appellata fuit: Sicania deinceps ab incolis: postremò ab Italis, qui Siculi dicebantur, in eam vulgò profectis, Siciliam dicere. Eius ambitus sane est stad. 4. millium trecentorum, sexaginta. *Flamma Ætnæa*] igne erumpente

A ex Ætna Siciliæ monte: qui (autore Plinio) est mirus nocturnis incendiis. Eius crater patet ambitu stad. 50. Fauilla Tauromimum, & Catanam vsque peruenit feruens: fragor verò ad Maronem & gemellos colles. De Ætna ita scribit Claudianus: In medio scopulis se porrigit Ætna perustis, Ætna gigantæis nunquam tacitura triumphis, Enceladi bustum, qui saucia membra reuinctus, Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur. Et quoties detrectat onus ceruice rebelli, In dextrum læuúmque latus, tunc insula fundo Vellitur, & dubiæ nutant cum mœnibus vrbes. & reliqua. Sanè ipsa Ætnæ cacumina multas suscipiunt mutationes nascentibus incendiis, nunc quidem vnum in craterem collabente igne, nunc diuiso effluente: nunc igniti emittuntur riui, nunc flammæ fumo fœuæ fuligines, nunc ardentes exhalat lapides. *Cælum splendescere*) aëra nimia flamma ardere. *Suppositum B monti*) Finguot poetæ a Ioue fulminatum Typhoeum, propterea quòd ille Iouem propter interfectos fratres prouocauit ad bellum, & suppositum Inarimæ insulæ, secundum Vergil. & Lucanum: secundum verò Ouidium, Trinacriæ. Ita enim cecinit in libro 5. Metamorph. Vasta gigantæis iniecta est insula membris Trinacris, & magnis subiectũ molibus vrget Æthereas ausum spectare Typhoëa sedes. Nititur ille quidem, pugnátque resurgere sæpe, Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro, Læua Pachynne tibi, Lilybæo crura premuntur, D. grauat Ætna caput: sub qua resupinus arenas Eiectat, flammásque fero vomit ore Typhoeus. Claudianus tamen non Typhœum, sed Enceladum Siciliæ subiectum cecinit, vt paulo antè ostendimus. Alibi tamen ita loquit. Enceladus mihi carmen erat, victúsque Typhœus. Hunc premit Inarime, hunc grauis Ætna domat.

MICYL. *Quorum te memorem, quanquam procul absumus, esse suspicor*) Sententia: Quorũ, siue quarum rerum, videlicet, quod sacra poetis inter se communia sunt, etiam si ipsi inter se diuersa scribendi genera sequuntur, te memorem esse puto, eóque velle casus meos leuare.

Ætnæósque lacus, & olentia stagna Palici,
Quámque suis Cyanen miscet Anapus aquis.
Nec procul hinc nymphe, quæ dũ fugit Elidis amnem,
Tecta sub æquorea nunc quoque currit aqua.
Hîc mihi labentis pars anni magna peracta est.
Eheu quàm dispar est locus ille Getis.
Et quota pars hæc sunt rerum, quas vidimus ambo,
Te mihi iucundas efficiente vias?
Seu rate cæruleas picta sulcauimus vndas,
Esseda nos agili siue tulere rota.
Sæpe breuis nobis vicibus via visa loquendi est,
Pluráque, si numeres, verba fuere gradu.
Sæpe dies sermone minor fuit, inque loquendo
Tarda per æstiuos defuit hora dies.
Est aliquid casus pariter timuisse marinos,
Iunctáque ad æquoreos vota tulisse deos:
Et modo res egisse simul, modo rursus ab illis,
Quorum non pudeat, posse referre iocos.
Hæc tibi si subeant, hic sim licet omnibus annis,
Ante tuos oculos vt modò visus ero.
Ipse quidem certè cùm sim sub cardine mundi,
Qui semper liquidis altior extat aquis:
Te tamen intueor, quo solo pectore possum,
Et tecum gelido sæpe sub axe loquor.
Hic es, & ignoras, sed ades celeberrimus absens,
Inque Getas media missus ab vrbe venis.
Redde vicem, &, quoniam regio fœlicior ista est,
Istic me memori pectore semper habe.

MIXR. *Ætnæósque lacus*) & lacus Siciliæ, Ætnæ vicinos, quos Crateras vocat, vt mox dicemus. *Et olentia stagna Palici*) Per diuersa verba lacus Ætneos designat. Palici autẽ fuerunt duo fratres, Iouis & Thaliæ nymphæ filij: vel (vt maluit Lactan. grammaticus, & Seruius) Ætnæ C nymphæ. de quibus talem fabulam refert Macrob. In Sicilia Symethus fluuius est, iuxta quem Thalia nympha à Ioue compressa, metu Iunonis optauit vt sibi terra dehisceret. quod vbi factum est, vt matura partus tẽpus aduenisset, terra reclusa est, & duo infantes ex vtero Thaliæ progressi emerserunt, appellatique sunt Palici, à πάλιν, quod rursus, & ἱκέσθαι, venire: quoniam prius in terrã mersi, D denuo inde regressi sunt. Nec lõgè inde lacus breues sunt, sed immensum profundi, aquarum scaturigine semper ebullientes, quos incolæ Crateras vocant, & nomine Dellos appellant, fratrésque eos Palicorum existimant: & habentur in cultu maximo præcipuè circa exigendum iuxta eos iusiurandum. Nam cùm furti negati fides quæritur, & iusiurandum à suspecto petitur, E vterque ad Crateras accedunt. quod si fideliter faceret, discedebat illæsus: si verò subesset iusiurando mala conscientia, mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Vnde Silius ita cecinit: Et qui præsenti domitant periuria Palici. Olentem autem appellat Palici lacum Poeta, propter aquã sulphuream. *Quamque suis Cyanen*) Per omnia subaudiatur, Vidimus. Cyane autem nympha fuit Sicula, socia Proserpinæ, quæ ob raptam à Plutone Proserpinam adeò fleuit, vt in fontem sui nominis mutata fuerit: qui deinde Anapi fluuio non longè à Syracusis commistus, iuxta Ortygiam insulam in mare defluxit. Fabulam plenius refert Ouid. lib. 5. Metam. *Nec procul hinc nymphe*) Arethusam dicit. Arethusa autẽ virgo fuit venatrix, comes Dianæ, quæ cùm æstu fatigata, se in Alpheo flumine lauaret, dum deus illa amata potiri cupit, aufugit. Ille verò dum pertinaciùs insequitur, Arethusa implorato Dianæ subsidio, in fontem sui nominis conuersa est. Cuius F vndis quum Alpheus commiscere se vellet, illa verò per subterraneos meatus diffugeret, vsque in Siciliam profectus est. Arethusa autem re vera fons est in Ortygia insula ante Syracusas, ex quo manat Alpheus labẽs ex Peloponneso per subterraneos meatus in Siciliam. Cuius rei (vt Strabo docet) coniecturam faciunt, quoniam poculum quoddam in ludis Olympicis in amnem ipsum decidens, ex Arethusa demum emersit: sacrorúmque in Olympia factorũ sordibus turbulẽtum fieri fluuium tradũt. Quæ omnia fabulosa esse, idem Strabo arbitratur. Et quoniã Alpheus prope Pisam & Elim vrbes Peloponnesi labitur, vbi Olympia quinquennalia celebrabantur, & victores coronabantur oleastro, ideo Silius ita cecinit: Hic Arethusa suũ piscoso fonte receptat Alpheon sacræ portantem signa Coronæ. *Nymphe*) Arethusa. est autem nominatiui casus. *Hic*) in hac Sicilia. *Est dispar*) est inæqualis & longe differens quasi dicat, multo melior. *Et quota pars*) & rara vel minima pars. *Hæc*) ista quæ paulo antè dixi. *Esseda nos agilis*) Essedum est vehiculum Gallicum, Virg. Belgica vel molli melius trahet esseda collo. Et Horat. Esseda festinant, pilenta, petorrita, naues. Hinc dicti essedarij, qui esseda agunt. Erant autẽ pilenta (vt obiter etiam vocabulum illud declaremus) vehicula, quæ autore Seruio etiam basternæ vocabantur. Et prius fuerunt veneti coloris, deinde russati, quibus non nisi castæ vehebantur. Virg. Pilentis matres in mollibus. Petorrita verò (vt docet Pompeius) vehicula erant vel Gallica vel Osca, nam Oscorum lingua petora quatuor significat: erant autem quatuor rotarum. Vnde ita scribit Fabius: Plurima Gallicè valuerunt, vt rheda & petoritum quoque. quorum altero Cicero tamen, altero Horatius vtitur. *Vicibus loquendi*) alternatim sermonem habendo. *Fuere plura gradu*) fuere numerosiora ipsis gressibus & gradibus nostris. *Sæpe dies sermone minor fuit*) dies sæpe visus fuit breuior sermone. *Dies tarda*) dies ipsa, quæ æstate est tardior & longior. *Est aliquid*) habet aliquam vim ad amorem. *Casus pariter timuisse marinos*) simul fuisse in aliquo mortis periculo, vt nos, qui iter nauigandum in Asiam penè naufragium fecimus. *Iuncta vota*) vota simul facta in ea tempestate. *Et modo res egisse simul*) & modò, subaudi, est aliquid, negotium aliquod vna administrasse, & seriò tractasse.

Modo rursus ab illis) interdum iterum post res illas, & negotia simul administrata. *Iocos*) Subaudi, est aliquid simul egisse iocos, hoc est, nos simul etiam iocatos fuisse. Sunt enim ioci in verbis. *Hæc tibi si subeant*) hæc supradicta simul acta si tibi in mentem veniant. *Hic sim licèt*) quamuis sim in Scythia. *Vt modo*) vt paulo antequam relegarer subaudi visus fui. *Sub cardine mundi*) sub polo Arctico. Duo enim sunt poli, qui sunt mundi cardines, polus scilicet arcticus, &

antarcticus. *Qui semper liquidis altior extat aquis*) Mundus enim (autore Macrobio) erigitur in septentrionalem plagam, & vergit in australem. pars enim haec terrae, quae incolitur ab vniuersis hominibus, ad septentrionalem verticem surgit. Iustinus etiam scribit Scythiam, quae est in septentrione, vbi relegatus erat Ouidius, adeò editiorem esse omnibus terris, vt cuncta flumina ibi nata in Maeoticum, deinde in Ponticum & Aegyptium mare decurrant. non immeritò igitur partem illam altiorem aquis dixit Poeta. *Pectore*) mente. *Sub axe gelido*) sub septentrional. plaga frigida. *Hic es*) es in Scythia. *Celeberrimum*) frequentissimus.

In Getas) in populos Scythiae. *Reddo vicem*) esto tu quoque mei memor, quemadmodum ego sum tui. *Illa regio*) regio Italiae vbi tu es. *Est felicior*) est fertilior: vel facit homines magis foelices, aut habet maiorem foelicitatem, quàm Scythia.

Qui semper liquidis altior extat aquis) Hoc est, qui nunquam mergitur Oceano, aut occidit. quemadmodum & de stellis, quae circa eundem sunt, diximus suprà lib. Trist. 4. eleg. 3. Hinc & Vergilius dixit, Hic vertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi, &c. Georg. 1.

IN VNDECIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD RVFVM.

Hoc tibi Rufe breui properatum tempore mittit
Naso parum faustae conditor artis opus:
Vt quanquam longè toto sumus orbe remoti,
Scire tamen possis nos meminisse tui.
Nominis antè mei venient obliuia nobis,
Pectore quàm pietas sit tua pulsa meo.
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,
Quàm fiat meriti gratia vana tui.
Grande voco meritum lacrymas, quibus ora rigabas,
Cùm mea concreto sicca dolore forent:
Grande voco meritum maesta solatia mentis,
Cum pariter nobis illa tibique dares.
Sponte quidem per séque mea est laudabilis vxor,
Admonitu melior fit tamen illa tuo.
Namque quòd Hermionae Castor fuit, Hector Iulo,
Hoc ego te laetor coniugis esse meae.
Quae, ne dissimilis tibi sit probitate, laborat:
Séque tui vita sanguinis esse probat.
Ergo quod fuerat stimulis factura sine vllis,
Plenius autorem te quoque nacta facit.
Acer, & ad palmae per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.
Adde quòd absentis cura mandata fideli
Perficis, & nullum ferre grauaris onus.
O referant grates, quoniam non possumus ipsi,
Dij tibi, qui referent, si pia facta vident.
Sufficiásque diu corpus quoque moribus istis,
Maxima Fundani gloria Rufe soli.

MER. *Hoc tibi Rufe breui*) Ad Rufum Fundanum vxoris suae auunculum hanc epistolam scribit Poeta: cuius merita dicit se habere in memoria, quamuis sit longissimo interuallo remotus. Demum deos precatur, vt illi meritas gratias referant. *Hoc opus*) hanc epistolam. Vel fortasse hunc secundum librum: quod magis etiam placet. *Properatum breui tempore*) breui à me compositum. *Artis parum faustae*) artis amatoriae parum foelicis: quia eius causa relegatus sum. *Toto orbe*) tota reliqua orbis parte, seu tota interpositione orbis. Sum enim in extremo orbis cardine. *Tua pietas*) tuus amor arctissimus. *Et prius hanc animam*) prius inquit moriar. *Fiat vana*) fiat inanis & mandetur obliuioni. *Cùm mea*) Subaudi ora. *Forent sicca*) carerent lacrymis, nimio dolore tanquam frigore quodam cōgelatis, & torpentibus: quae non poterant egredi, & ora rigare omnia consternatione.

Maesta solatia mentis) consolationes tuas adhibitas conturbatae & consternatae menti meae propter relegationem. *Nobis*) mihi quem consolabaris. *Tibique*) quia tibi ipsi consolationem etiam adhibebas. *Admonitu tuo*) tuo consilio. *Fit melior*) redditur magis pudica hoc tempore, quo ab vrbe absumus. *Namque quod Hermionae Castor fuit*) Hermione filia fuit Helenae sororis Castoris. Castor ergo auunculus fuit Hermiones. *Hector Iulo*) Hector frater fuit Creusae, vxoris Aeneae, auunculus Ascanij: qui etiam Iulus appellatus fuit. *Hoc*) auunculum scilicet. *Quae ne dissimilis tibi sit*) quae mea vxor, vt mores tuos imitetur. *Esse tui sanguinis*) esse tui generis. *Vita*) vitae honestate, & rectè viuendo, vt tu facis. *Sine vllis stimulis*) sine tuo aut cuiusquam iussu & hortamine. *Plenius*) vberius. *Nacta te autorem*) assecuta te magistrum.

Facit) agit, scilicet illud fuerat factura sine vllis stimulis. *Ad honores palmae*) ad victoriā currilem. *Adde*) adiūge scilicet supradictis cōmodis. *Mandata absentis*) quae à me absente tibi mandantur.

Nullum onus) nullum laborem & magnitudinem rerū meatum. *O referant tibi*) vtinā tibi factis referant. *Si pia facta vident*) si vidēt quae à te piè pro me geruntur. Quasi dicat: Si curāt mortalia. aut Si pro Quia exponatur. *Sufficiat diu*) diu duret & subministret. *Istis moribus*) talibus tuis moribus. *Soli Fundani*) Fundi oppidum fuit Campaniae, patria horos Rufi, ad quem scribit Ouidius.

DE PONTO LIBRI SECVNDI FINIS.

P. OVIDII NASONIS DE PONTO LIBER TERTIVS.

B. MERVLÆ IN TERTIVM OVIDII DE PONTO LIBRVM ENARRATIONES.

Ad Conivgem.

AEQVOR Iasonio pulsatum remige primùm,
Quaq; nec hoste fero, nec niue terra cares:
Ecquod erit tempus, quo vos ego Naso relinquam,
In minus hostili iussus abesse loco?
An mihi Barbaria viuendum est semper in ista?
Inque Tomitana condar oportet humo?
Pace tua, si pax vlla est tua, Pontica tellus,
Finitimus rapido quam terit hostis equo,
Pace tua dixisse velim, tu pessima duro
Pars es in exilio, tu mala nostra grauas.
Tu neque ver sentis cinctum florente corona,
Tu neque messorum corpora nuda vides:
Nec tibi pampineas autumnus porrigit vuas:
Cuncta sed immodicum tempora frigus habent.
Tu glacie freta iuncta tenes, & in æquore piscis
Inclusus tecta sæpe natauit aqua.
Non tibi sunt fontes, laticis nisi penè marini:
Qui potus, dubium est, sistat, alátne sitim.
Rara, nec hæc fœlix, in apertis eminet aruis
Arbor, & in terra est altera forma maris:

Mer. A AEQVOR Iasonio pulsatū remige] Hanc huius libri primam epistolā ad vxorem mittit, cui Ponticæ regionis, vbi exulabat, incommoda narrat, quibus dicit debere illi minimè mirū videri, si melioris soli exilium petit: quam & ipsa pro marito debet præ cæteris laborare, si vult bonæ vxoris officio fungi. Docet deinde id sibi præ-
B stari posse, si ad Liuiæ Augusti vxoris, præsidiū cōfugerit: cuius clemētiam ac benignitatē exponit. ad quam rem peragendā eligendum esse tempus idoneū admonet. quo pacto autē id agendū, quidve petendum sit, elegātissimè colligit Poeta. *Æquor pulsatū*] ô mare Ponticum remis eruisum & agitatum. *Iasonio remige*] nautis Iasonis, qui per mare Ponticum primum
C nauigauit, cū Argo naui profectus est ad rapiendum aureum vellus. *Hoste fero*] crudeli gente. Scythæ enim crudelitate infames præ cæteris habentur. *Niue*] frigoribus *Terra*] Scythiam dicit. *Ecquod erit tempus:*] nunquid erit tempus. [Alij, Eequod leg. vt ad tempus referatur.] *In minus hostili loco*] in loco magis amico. Est autem †Lipote figura. *Condar*) sepeliar. *Si pax est nulla*) quia in Scythia erant homines crudeles & pugnaces. *Rapido equo*) veloci equo. Diximus alibi Scythas equitatu olim plurimùm floruisse. Scribit etiam Plinius lib. 8. Scythas equitatus & equorum gloria strepere. *Tu pessima duro*) Vide quàm vehementia incommoda sua ostendit, si quidem Ponticam terram appellat partem pessimam ad perferendum exilium. *Grauas*) grauia facis & intolerabilia. *Tu neque Ver sentis*) tu neque vernalem temperiem a-
D gnoscis: quia illic sunt perpetua frigora & niues. *Cinctum florente corona*) circundatum corona ex floribus. *Corpora messorum*) corpora metentium frumenta. Ex quo æstatem significat. *Pampineas vuas*) vuas cum suis pampinis. *Cuncta tempora*) omnes anni partes. *Immodicum frigus*) quia regio Pontica sub ipso septentrione sita est, nimio frigori obnoxia: quemadmodum in commentariis nostris in Ouidium de Tristibus plenius diximus in ea tertij libri elegia, quæ ita incipit: Si quis adhuc istic meminit Nasonis adempti. *Freta iuncta glacie*) mare Ponticum gelu astrictum. *Et in æquore piscis inclusus*) In ore paludis Mæoticæ (vt est autor Strabo) tanta est glaciei vis, vt defossum in glacie pisces ligonibus effodiantur ad Gangamam (sic enim locum appellant) præcipuè Antacei delphinibus magnitudine pares. Vnde etiam Iuuenal. de piscibus Mæoticis ita
E loquit: Neque enim minor hæserat illis, Quos operit glacies Mæotica, ruptáque tandem Solibus effundit torpentis ad hostia Ponti, Desidia tardos, & longo frigore pigros.

Tecta aqua) aqua superius gelata: & ideo tecta. *Sæpe natauit*) sæpe vagatus est per mare. Superior autem aqua ideo in Pōto magis quàm inferior congelatur, quia superior e fluminibus tanquam leuior, frigore & aquilonio flatu astringitur. Nam non marina aqua cōtrahitur: sed quia in Ponto plurimum fluuiorum est, & paludum in ipsa maria influentia, superficies maris cui dul-
F ces aquæ innatant, congelascit, & incolumi aqua marina videtur in mari gelu, sed de aduectitia vndis coactum. Vnde in Ponto ipso videmus frusta quædam, & prosicias gelidas fieri, contractas de fluuialium aut palustrium vndarum multitudine: in quas licet frigore concretæ, tamen sunt natantes, quasi leuigatiores marina. plu-
G rimum autem aquarum talium influere Ponto, & totam superficiem eius infectam esse dulci liquore, propter quod ait Salustius: Mare Ponticum dulcius quàm cætera: autor Macrobius. *Non tibi sunt fontes latici*] non habes ô terra Pontica, fontes aquæ dulcis. *Nisi penè marini*] nisi aquæ salsæ, ac ferè talis qualis est aqua maris, a qua parum differt.

Sistat) reprimat. *Alat ne sitim*] an sitim magis inducat, propter aquarum salsedinem. Idem ego quoque in Dalmatiæ vrbibus conspexi, vbi aquæ omnes illæ puteanæ, salsedinem quandam retinent: in potu autem vtuntur aquis pluuialibus ex cisterna, aut è fluminibus aliunde aduecta,
H quas in littore semper venales habent.

Fœlix] fœcunda, & ferens fructus. Aliter autem appellamus etiam arbores fœlices. vnde Veranius de verbis pontificalibus ita scribit: Fœlices arbores putantur esse quercus, esculus, ilex, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, pyrus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus. Tarquinius autem Priscus, in Ostentario arborario sic ait: Arbores quæque inferûm deorum auertentiúmque in tutela sunt: eas infœlices nominant: vt est ficus atra: quæ & baccam nigram, nigrósque fructus ferunt: Itemque * acrifolium, pyrum syluaticum, prunum, rubum: sentésque, quibus portenta, prodigiáque mala comburi iubere oportet. Hinc est apud Liuium, Infœlici arbori suspende. De sterilitate autem Scythicæ & Ponticæ regionis, alibi abundè dictum est.

Et in terra est altera forma maris] & in Ponto terra
I est plana: quemadmodum mare, vbi nihil est nisi planicies: vnde æquor vtrumque ab æqualitate, & planicie appellatur.

Et in terra est altera forma maris] Hoc est, Ita sterilis & vacua ipsa terra est, vt formam ac speciem maris intuentibus præbeat, in quo neque arbores, neque fruges vllæ nascuntur. Non enim ad planiciem tantùm respexisse Poetam, sed ad sterilitatem & vacuitatem magis existimo. Micyl.

Non auis obloquitur, syluis nisi si qua remotis
Aequoreas rauco gutture potet aquas.
Tristia per vacuos horrent absynthia campos,
Conueniénsque suo messis amara loco est.
Adde metus, & quòd murus pulsatur ab hoste:
Tinctáque mortifera tabe sagitta madet.
Quàm procul hæc regio est, & ab omni deuia cursu,
Nec pede quo quisquam, nec rate tutus eat.
Non igitur mirum, finem quærentibus horum,
Altera si nobis vsque rogatur humus.
Te magis est mirum non hæc euincere coniux,
Inque meis lacrymas posse tenere malis.
Quid facias, quæris: quæras hoc scilicet ipsum,
Inuenies, verè si reperire voles.
Velle parum est: cupias vt re potiaris, oportet:
Et faciat somnos hæc tibi cura breues.
Velle reor multos: quis enim mihi tam sit iniquus,
Optet vt exilium pace carere meum?
Pectore te toto, cunctísque incumbere neruis,
Et niti pro me nocte, diéque decet.
Vtque iuuent alij, tu debes vincere amicos
Vxor, & ad partes prima venire tuas.
Magna tibi imposita est nostris persona libellis.
Coniugis exemplum diceris esse bonæ.
**Hanc ne degeneres, & sint præconia nostra*
Vera vide, famæ quod tuearis opus.
Vt nihil ipse querar: tacito me fama queretur,
Quæ debet, fuerit ni tibi cura mei.
Exposuit memet populo fortuna videndum:
Et plus notitiæ, quàm fuit antè, dedit.
Notior est factus Capaneus de fulminis ictu,
Notus humo mersis Amphiaraus equis.
Si minus errasset, notus minus esset Vlysses:
Magna Philoctetæ vulnere fama suo est.
Si locus est aliquis magna inter nomina paruis,
Nos quoque conspicuos nostra ruina facit.
Nec te nesciri patitur mea pagina, qua non
Inferius Coa Battide nomen habes.
Quicquid ages igitur, scena spectabere magna,
Et pia non paucis testibus vxor eris.

MER. A *Non auis obloquitur*] nullius auis cãtus auditur in arboribus, quẽadmodũ alijs locis suis téporibus, quia nullę sunt arbores. Et quoniã de arboribus mẽtio incidit, quia in sacris literis legimus sub cino Susannã in adulterio deprehẽsam, & quæri solet quæ sit arbor cinus: id quoq; obiter declaremus Plinij verbis, ita scribentis: At è diuerso cinus in magno honore palmæ
B similis, quãdo & eius foliis vtũtur ad textilia: differt, quòd in brachia ramorum spargitur. pomo magnitudo, quæ manum impleat: color fuluus, cõmendabilis succo, ex austero & dulci, lignũ intus grandis, firmæq; duritie: ex quo velares detornant annulos. & infra: Mareotes crispioris elegãtiæ, & ob id Persis gratissima. Quare explodéda est eorũ opinio, qui apud Plin.
C nõ ciuũ, sed cuci legendũ scribunt. quandoquidem etiam alibi Plin. à Cino arbore Cinas vestes appellat ita enim inquit: Arabiæ autem arbores, ex quibus vestes faciunt, cinas vocari, folio palmæ similes: sic Indos suæ arbores vestiunt. *Syluis nisi si qua remotis, Æquoreas rauco gutture potet aquas*) nisi si aliqua auis in aquis marinis degat: vt sunt mergi, gauiæ & aliæ
D id genera. *Remotis syluis*) quia in littore, nõ in syluis, versari solitæ sunt. *Tristia absynthia*) amaræ illæ herbæ, quarum copia maxima est in Ponto, vbi nascuntur plurima herbarum genera. Vergilius in Bucolicis: Has herbas, atq; hæc Põto mihi lecta venena, Ipse dedit Mœris: nascũtur plurima Ponto. Et Ouid. etiam scribit, herbas veneficijs aptas in Ponto lectas fuisse. vnde Maro in Georgicis, regionem Ponticam virosam appellauit, cùm dixit, Virosáque Pontus, Castorea. ita enim inquit Pontica regio venenosa propter herbas nocentes, mit-
E tit castorea. vel certè (quod magis placet) virosa castorea venenosa intellige nam Strabo lib. 3. ita inquit: Procreant & flumina castores. Et Castorium quidẽ non eam, quam Ponticum habet vim: Pontico enim propriũ est, vt venenosum sit, vt & alijs permultis. Quare falsa sunt quæ à Seruio, & alijs super eo versu enarrata circumferũtur. Absynthij autem Plin. lib. 27. cap. 7 scribit plura esse genera: in quibus Ponticum enumerat, à Ponto dictum: vbi pecora illa pinguescũt, & ob id sine felle reperiuntur: neque aliquod præstantius, multúmque Italico amarius: sed medulla Pontici dulcis. *Horrent*) horrida videntur, squalida & inculta. *Per campos vacuos*) per campos sine vllis arboribus. *Conueniens suo loco*) conueniens regioni Ponticæ tumultuosæ. *Murus*) lapideus ambitus Tomitanæ ciuitatis. *Mortifera tabe*) veneno lethali. De sagittis autẽ veneno illitis solitis à Scythis abundè alibi diximus. Scribit etiã Theophrastus in Æthiopia, qua
F sagittas vngunt, radicem mortiferam esse. Apud Scythas autem non solùm eam radicem, sed etiam alias plures comperiri: quarum aliæ confestim eo interimunt tẽpore, quo gustatæ sint, aliæ pòst: & harum aliæ celerius, aliæ tardius: ita vt nonnullos tabe quadã paulatina possint consumere. *Quàm procul hæc regio est*) Aliud etiam Ponticæ regionis incommodum commemorat poeta. *Et ab omni deuia cursu*) & remota ab omni nauigatione: nemo enim ferè nauigat in plagam illam septentrionalé incultam, & desertam *Nec pede quo quisquam, nec rate tutus eat*) Peregrini enim, siue mari, siue terra in Põtũ perueniũt, ab incolis feris &
G immanibus trucidãtur: vt alibi etiã diximus. *Finem horũ*) finem horũ malorũ, quæ enumeraui. *Altera humus*) altera terra & mitius exiliũ *Hæc nõ enim mouere te*) hæc mala, quę patior, nõ flectere animum tuum ad misericordiã: & ideo mirror ẽ ab imperatore pro me exilij locũ petere deberes *Et posse tenere lacrymas*) & posse te à fletu tẽperare. *Quid facias quæris*) quid pro me agẽ-
H dũ sit, interrogas. *Quæras hoc scilicet ipsum*) inuestiga hoc ipsũ, scilicet quid pro me debeas agere. *Si reperire voles*) si voles vestigando inuenire, & aliquid in te mea excogitare. *Cupias, vt re potiaris, oportet*) non satis, inquit, fuerit velle pro me aliquid, nisi etiã optaueris. Est autẽ ordo: Oportet cupias, vt potiaris re, hoc est, vt rẽ assequaris, vt scilicet
I trãsferas in mitius exiliũ. *Et faciat somnos hæc tibi cura breues*) & oportet, vt noctu parum dormias, & inuigiles quid die pro me faciendũ sit: noctu enim sanius consilium solemus excogitare, quia rũc ab omnib' alijs impedimẽtis, quæ die occurrunt, sumus aliẽni. *Velle reor multos*) arbitrror hæc in te mea multos habere amicos, q tibi etiã opẽ ferẽt *Carere pace*) carere animi trãquil-
K litate & his curis, in quibus assiduè versor. *Vtque iuuent alij*) & quãuis alij mihi opẽ ferãt. *Tu debes vincere amicos Vxor*) debes tu diligẽtia & opera alios superare in me iuuãdo, propterea q es mihi vxor *Ad tuas partes*) ad tuũ mun', quod est, vt marito succurras *Magna persona*) Quasi dicat, magnũ nomẽ *Nostris libellis*) nostris operib' & carminibus. *Coniugis bonæ*) cõiugis pudicæ & amãtis virũ. *Hanc ne degeneres*) ne degenerẽ & vilem facias hanc famã & personã. *Famæ quod tuearis opus*) vt famæ tuæ opus & molẽ defendas. Legitur etiã in quibusdã exẽplaribus, Famę quod tuearis opus. & subintelligitur à superiori, Vide quod opus tuearis: id est, qualẽ molẽ famę sustineas, vide & cõsidera: multũ est enim, haberi bona vxor. *Vt nihil ipse querar*) quãuis ego de te nihil dicã. *Tacito me fama queretur, Quæ debet*] me vel tacente fama de te obloquetur, & queretur illa quæ debet queri. Iustè enim
L incusamus vxorẽ, quũ ab ea conspicimus maritũ deseri. *Fuerit ni tibi cura mei*] ni mihi opitulari curaueris. *Fortuna*] à qua in exiliũ missus sum. *Videndũ populo*] conspiciendũ Romano populo. *Et dedit plus notitiæ*] & tribuit mihi plus famę: me enim hęc mea calamitas magis notum fecit, quàm priùs fuerim. *Notior est factus Capaneus*] Capaneus quoq; dux in oppugnatione Thebarum notior fuit, quàm antea. Eius casum & ictũ fulminis abundè diximus in Enarrationibus in Ouidiũ de Tristibus. *Notus humo mersis Amphiaraus equis*] Amphiarai fabulã refert Diodorus: & nos etiam plenius diximus in Enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi, super eo versu ex tertio libro, Si scelere Oeclides Talaoniæ Eriphylea Viuus & in vinis ad Styga venit equis.
Mersis humo] Terræ enim hiatu Amphiaraus cum equis

A & curru absorptus est. *Si minus errasset*) si breuiori locorum & temporum interuallo a patria abfuisset. Cuius errores noti sunt, & nos eos plenius diximus. *Magna Philoctetæ*) De Philoctete, qui in Lemno à Græcis relictus fuit ob grauem vulneris odorem, repete quę à nobis scripta sunt in Enarrationibus in Ouidium de Arte amandi.

Inter magna nomina) inter summos viros. *Paruus*) subaudi, nominibus & personis. *Conspicuos*) magis notos.

Te nescire) te ignotam esse. *Coa Battide*) Philetas ex Coo insula oriundus, quem Strabo aliorum scriptorum iudicem seuerissimum fuisse tradit, Battida amauit, & eam carmine laudauit. Ouidius: Nec tantum Clario Lyde dilecta poetæ, Nec tantum Coo Battis amata suo, est. Sed vt obiter carmen superius adductum enarremus, sciendum est, Antimachum poetam ex Claro oppido Colophonio B Lydē amasse, ac de eius obitu carmē scripsisse. Cuius rei meminit Plutarchus in Consolatione ad Apolloniū, & Suidas. *Scena magna*) magno theatro, & hominum frequentia. *Non paucis testibus*) quia multos habebis testes tuæ erga me fidei.

MICYL. *Non auis obloquitur sylua, nisi si qua remotas Aequoreas rauco gutture potet aquas*) Expono, Nec auis vlla obloquitur syluis, hoc est, cantat, & per hoc etiam degit in syluis, nisi si qua fortè in extremis, & ab vsu hominum remotis syluis, hoc est, in solitudinibus potando aquam marinam, edit sonitum aliquem gutture. Ex quo illud intelligi Poeta videtur velle, Nullas omnino aues illic esse, præter maritimas, easque circa extrema littora & solitudines versari, atque animaduerti tantùm. *Velle reor multos, quis enim mihi tam sit iniquus*) Sententia est: Arbitror multos quidem esse, qui si voluntate possent, aut ea sola sufficeret, me iuuare G vellent. sed non satis est velle: verùm oportet toto pectore in hanc rem te incumbere, omnémque operam ac diligentiam aduertere, &c.

Hanc ne degeneres, & sint præconia nostra Vera, vide, &c.) Alij, Ne caue degeneres, &c. legunt, insolentia verbi moti. s. quòd alias degenerare absolutè dicitur, pro eo quod est maioribus aut genere suo se indignum, deteriorémq; præbere, &c. Sed quid si legas, Hinc, vel Hac ne degeneres? Aut rursum, Sed caue degeneres. Neque enim per omnia arridet amphibolia ista, Ne caue degeneres: cùm idem comma tam negatiuè quàm affirmatiuè exponi possit. Sed de hoc etiam alij iudicent. *Quæ debet, fuerit ne tibi cura mei*) Tu sic construe: Vt ego taceam, tamen fama queretur & loquetur de te, nisi tibi cura ea, quę debet, de me fuerit. vt comma, Quæ debet, ad sequentia, non ad præsentia referatur. Est enim H [illegible], quod commentatori imposuisse videtur,

Crede mihi, quoties laudaris carmine nostro,
Qui legit has laudes, an mereare, rogat.
Vtque fauere reor plures virtutibus istis,
Sic tua non pauca carpere facta volent.
Quarum, tu præsta, ne liuor dicere possit,
Hæc est pro miseri lenta salute viri.
Cúmque ego deficiam, nec possim ducere currum,
Fac tu sustineas debile sola iugum.
Ad medicum specto venis fugientibus æger:
Vltima pars animæ dum mihi restat, ades.
Quódque ego præstarem, si te magis ipse valerem,
Id mihi, cùm valeas fortius, ipsa refer.
Exigit hoc socialis amor, fœdúsque maritum:
Moribus hoc coniunx exigis ipsa tuis.
Hoc domui debes, de qua censeris, vt illam
*Non * magis officiis quàm probitate colas.*
Cuncta licèt facias, nisi eris laudabilis vxor,
Non poterit credi Martia culta tibi.
Nec sumus indigni, nec (si vis vera fateri)
Debetur meritis gratia nulla meis.
Redditur illa quidem grandi cum fœnore nobis:
Nec te, si cupiat lædere rumor, habet.
Sed tamen hoc factis adiunge prioribus vnum,
Pro nostris vt sis ambitiosa malis.
Vt minus infesta iaceam tellure, labora:
**Clausa nec officij pars erit vlla tui.*
Magna peto, sed non tamen inuidiosa roganti:
Vtque ea non teneas, tuta repulsa tua est.
Nec mihi succense, toties si carmine nostro,
Quod facis, vt facias téque imitere, rogo.
Fortibus assueuit tubicen prodesse, suóque
Dux bene pugnantes incitat ore viros.
Nota tua est probitas, testatáque tempus in omne:
Sit virtus etiam non probitate minor.
Nec tibi Amazonia est pro me sumenda securis,
Aut excisa leua pelta gerenda manu.
Numen adorandum est, non vt mihi fiat amicum,
Sed sit vt iratum, quàm fuit antè, minus.
Gratia si nulla est, lacrymæ tibi gratia fiant:
Hac potes, aut nulla parte, mouere deos.
Quæ tibi ne desint, bene per mala nostra cauetur:
Déque viro flendi copia diues adest.

MIL. *Virtutibus istis*) tuis miris laudibus, quas de te prædico. *Non pauca*) immò multæ fœminæ. *Volent carpere tua facta*) volent propter inuidiam tibi detrahere.

C *Quarum, tu præsta, ne liuor dicere possit*) Ordo est: Tu præsta, ne liuor quarum possit dicere, & reliqua. *Hæc est lenta*) hæc est pigra & tarda. Propertius: Hostibus eueniat lenta puella meis. *Miseri viri*) mariti infœlicis & relegati.

Cúmque ego deficiam) & quum mihi vires desint. *Nec possim ducere currum*) nec possim tanquam auriga D currum ducere: hoc est, nec possim rebus meis præesse, quia ab vrbe absum. Est autem similitudo ab auriga sumpta. *Debile iugum*) res meas debiles & afflictas.

Ad medicum specto) ad te confugio, tanquam ægroti ad medicum. *Venis fugientibus*) deficiente spiritu & sanguine. Qua similitudine annos dicis occultè & sensim labi, & parum E vitæ sibi superesse.

Dum vltima pars animæ) dum vltima pars vitæ. *Ades*) faueas mihi. *Si te magis ipse valerem*) si te potentior essem.

Refer) redde. *Socialis amor*) amor coniugij. *Fœdúsque maritum*) & maritalis copula. *Exigis hoc*) requiris & exposcis hoc, vt mihi opituleris.

Hoc domui debes) familiæ tuæ, quæ erga suos officiosa est, fidem debes imitari. *De qua F censeris*) de qua numeraris in censu. Vnaquæque enim familia, & totus populus censebatur à censoribus singulis lustris. Vnde apud Liuium crebrò legimus: Censa sunt ciuium capita. &c. Cen- sum condidit.

Vt illam Non magis officiis, quàm probitate, colas) Debes, inquit, domui tuæ hoc, scilicet vt non magis illam venereris, faciendo quod debes erga omnes, & maritum potissimùm: sed etiam vtendo probitate. Quasi dicat: Oportet vt non solùm appareas, sed etiam sis proba erga maritum, si I vis familiæ tuæ moribus respondere.

Nisi eris laudabilis vxor) nisi fueris marito fida & beneuola, ita vt digna sis laude.

Non poterit credi Martia culta tibi) Martia (autore Plutarcho) filia fuit Philippi, quam Cato posterior vxorem duxit post diuortium Atiliæ. Eam deinde ille Q. Hortensio concessit: de qua multa K Lucanus. Hanc igitur vt castissimam matronam coluit vxor Ouidij, de qua in fine operis plura dicemus.

Nec sumus indigni) Dignus sum, inquit, cui opem feras.

Nec nulla gratia) aliqua gratitudo.

Meis meritis) meis erga te officiis: quia fui erga te officiosus, ergo debes parem etiam referre.

L *Redditur*] à te præstatur.

Grandi cum fœnore] quia plus præstas mihi, quàm acceperis. *Si cupiat lædere*] si velit te offendere.

MICYL. *Ad medicum specto venis fugientibus æger, Vltima pars animæ dum mihi restat, ades*) Sensus est: Quemadmodū æger spectat atq; implorat medicum, sic ego te. Quare tu fac officium medici: & dū vltima pars vitæ restat, hoc est, dum vlla aliqua spes superest, subueni, & auxiliare,

Meis meritis] meis erga te officiis: quia fui erga te officiosus, ergo debes parem etiã gratiam referre. *Redditur*) à te præstatur. *Grandi cum fœnore*) quia plus præstas mihi, quàm ut ceperis. *Si cupiat lædere*] si velit te offendere.

Rumor) mala aliqua de te fama.

Prioribus factis] prioribus meritis erga me tuis.

Pro nostris malis] pro meis incommodis, & hoc meo exilio. *Vt sis ambitiosa*] vt sis captatrix fauoris & misericordiæ. Ab ambitione enim deducitur ambitiosus. Significat autem ambitio aliquando, vt hoc in loco, speciem quandam fauoris, & captationem misericordiæ. Quintilianus: Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum augere causas volo, vtinámque esset ratio minuendi. Vel certè, vt sis cupida famæ & laudis, vt dicaris coniunx officiosa in his meis malis.

Tellure minus infesta] in terra minus tumultuosa, & hostibus exposita. *Clausa nec officij pars erit vlla tui*) Si hoc mihi, inquit, præstiteris, nullam officij tui partem desiderabo. *Sed non tamen inuidiosa rogantis*) sed tamen nullam tibi inuidiam & detractionem, seu odium conciliatura: quia nemo, ne Augustus quidem te odio prosequetur, si viderit te pro marito officiosam, & petentem mitius exilium. *Vtque ea non teneas*] & quamuis non obtineas quæ pro me petes. *Tuta repulsa tua est*] si reieceris te infecta, nihil ob id tibi mali continget. *Nec mihi succense*] nec mihi irasceris. *Vt facias quod facis*] vt mihi opituleris, quemadmodum facis. *Teque imitere*] & rogo etiam, vt velis mores & naturam tuam imitari, qua soles sponte semper de omnibus bene mereri. *Fortibus assueuit tubicen prodesse*) Quemadmodum in bello tubicen cantu fortes milites accendit, & bonus etiam imperator oratione alacriores reddit: sic se dicit eo modo vxorem sponte incitatam etiam hortari. *Tua probitas*) tui mores. *Sit virtus etiam*) Virtutem appellat fortitudinem & animum, dando sibi auxilium apud Imperatorem. *Amazonia securis*) securis qua in bello Amazones vtebantur. Posuit speciem pro genere: nam pro securi arma intelligit. *Aut pelta excisa*) aut scutum ad similitudinem lunæ iam mediæ, quo Amazones vtebantur, & peltam appellabant excisam. *Læua manu*] manu sinistra, qua scuta gestabantur. *Numen adorandum est*) Per numen, Augustum intellige. Docet autem, quid ab vxore fieri debeat. *Lacrymæ tibi gratia fiant*) incipias lacrymis apud Imperatorem agere, quæ erunt loco gratiæ: tunc enim flectitur ad misericordiam, & eo pacto omnia quæ voles, obtinebis. *Hac parte*) his lacrymis. *Aut nulla*) aut nulla alia re. *Mouere deos*] flectere ad misericordiam Imperatorem. *Quæ tibi ne desint*) ne illæ lacrymæ deficiant. *Bene per mala nostra cauetur*] bene prouidetur per mea mala: quæ si in memoria habueris, & ante oculos, suppetent tibi lacrymarum flumina. *Flendo de viro*] plorando de calamitatibus mariti Ouidij. *Et diues copia*] & multiplices aceruí.

Hoc debes domui, de qua censeris, vt illam] &c. Hoc est, familiæ ad quam pertines, siue in qua numeraris: sumpta metaphora ab iis, qui in aliqua centuria aut classe recensentur. Sic & suprà dixit, Pro quibus vt maneas, de quo censeris, amicus, Comprecor, &c. Quod autem mox sequitur, Ergo, Non minus officiis quàm probitate: pro eo quod est, Non solùm proba, sed & officiosa erga me esse debes. *Non poterit credi Martia culta tibi*] Sensus est: Non erit credibile, aut verisimile, te consuetudine & conuersatione Martiæ vsam esse, vt cui pietate & officiis dissimilis sis. Intelligit autem Martiam, non Catonis, sed Maximi vxorem, filiam Martij Philippi, vitrici Augusti, de qua suprà annotauimus libro 2. eleg. 1.

Vtque mea res sunt, omni puto tempore flebis:
Has fortuna tibi nostra ministrat opes.
Si mea mors redimenda tua (quod abominor) esset:
Admeti coniunx, quam sequereris, erat.
Aemula Penelopes fieres, si fraude pudica
Instantes velles fallere nupta procos.
Si comes extincti manes sequerere mariti,
Esset dux facti Laodamia tui.
Iphias ante oculos tibi erat ponenda, volenti
Corpus in accensos mittere forte rogos.
Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela:
Cæsaris at coniunx ore precanda tuo.
Quæ præstat virtute sua, ne prisca vetustas,
Laude pudicitiæ secula nostra premat.
Quæ Veneris formam, mores Iunonis habendo,
Sola est cœlesti digna reperta toro.
Quid trepidas? & adire times? non impia Progne,
Filiáue Aeetæ voce mouenda tua est.
Nec nurus † Aegisthi, nec saua Agamemnonis vxor,
Scylláque, quæ Siculas inguine terret aquas.
Telegonive parens vertendis nata figuris,
Nexáque nodosas angue Medusa comas.
Fœmina, sed princeps, in qua fortuna videre
Se probat, & cæca crimina falsa tulit.
Qua nihil in terris ad finem solis ab ortu,
Clarius excepto Cæsare mundus habet.
Eligito tempus captatum sæpe roganti,
Exeat aduersa ne tua nauis aqua.

Vtque mea res sunt] quemadmodum res meæ sunt tristes & flebiles. *Omni tempore*) toto tuæ vitæ spacio quasi dicat: Non modò in præsentia, quum pro me Augustum orabis, suppeditabunt lacrymæ, sed toto vitæ tuæ tempore. *Has opes*) Quasi dicat: Debuisset tibi fortuna mea diuitias aliquas suggerere, sed pro his lacrymas tribuit. *Tua*] scilicet morte.

Quod abominor] quod detestor, vt mortem meam tua redimas.

Admeti coniunx] Alcestis Peliæ filia, vxórque Admeti regis, ita maritum amauit, vt pro eo mori non dubitarit. Cuius egregio facinore dij delectati, ei vitam reddidere, vt docet Plato. Fabulam in tertio de Arte amandi plenius diximus in enarratione eius versus, Fata Pheretiadæ coniunx Pagasæa redemit. *Quam sequereris*] quam imitareris.

Aemula Penelopes fieres) fieres eiusdem rei studiosa, cuius fuit Penelope.

Fraude pudica] Penelope coacta multis procis eam vxorem petentibus, absente marito alicui nubere, se id quidem facturam recepit, ni Vlysses veniret toto eo tempore, quo telam cœptam absoluisset. Hac autem arte eos elusit: quicquid enim die toto laborauerat, id nocte retexebat. Interim Vlysses rediit, & Penelope eo astu fidem marito seruauit, & habita fuit pudicissima.

Instantes procos] procos eam vxorem petentes, quemadmodum Penelopen.

Manes extincti mariti) manes mortui Protesilai: cuius fabulam, & eius vxoris Laodamiæ abundè diximus in enarrationibus in Ouidium de Arte amandi.

Iphias ante oculos] Euadne † Iphis filia se in ardentem Capanei mariti rogum ob nimium amorem præcipitauit. Ouidius: Accipe me Capaneu, cineres miscebimus, inquit Iphias, in medios desiluitque rogos.

Erat ponenda] esset locanda.

Forte corpus) robustum tuum corpus.

Icariotide tela) tela & fraude Penelopes Icarij filiæ. *Cæsaris coniunx*) Liuia Augusti vxor.

Quæ præstat] quæ Augusti vxor facit.

Virtute sua) propria pudicitia. *Ne prisca vetustas*) ne priscæ fœminæ. *Premat nostra secula*) vincant nostrum æuum.

Quæ Veneris formam] subaudi ab inferiori, habendo. Est autem magna Liuiæ laus, quum eam dicat pulchritudine Veneri, moribus verò Iunoni comparandam. *Thoro cœlesti*) lecto Diui Augusti. *Impia Progne*) crudelis Progne Terei vxor, quæ filium Ityn patri epulandum apposuit, in vltionem sororis Philomenæ, quam ille violauerat, vt nunc est fabula Ouidij Metamorph. monumentis. *Filia Aeetæ*) Medea filia Æetæ regis Colchorum. *Non est mouenda tua voce*)

A non est pro me à te oranda. Quasi dicat, Alloquèris tu quidem fœminam prorsus ab omni crudelitate alienam. *Nec nurus Aegysthi*) nec aliqua Danaidum, quæ maritos omnes vna nocte occiderunt, præter Hypermestram, quæ maritum seruauit. *Nec saeua Agamemnonis uxor*] nec crudelis Clytæmnestra, quæ Agamemnonem maritum occidit, vt vulgo notum est. *Scyllaque*] subaudi, non est roganda. De Scylla autem mutata in monstrum marinum, ac eius forma, abundè diximus in enarrationibus in Ouidium de Remedio amoris. *Terret inguine*] perterrefacit capitibus caninis circa inguina. Virgilius. Aut quam fama secuta est Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias B vexasse rates, & gurgite in alto Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis. *Telegoniue parens*] subaudi, non est roganda. Circen autem designat, ex qua & Vlysse natum ferunt Telegonum. *Vertendis figuris*) mutandis hominibus in monstra: vt notum est poetarum carminibus. *Nexa comas nodosas angue*) habens capillos anguibus implexos. Fingunt enim poetæ, Medusæ capillos, quibus maximè placebat, à Pallade in angues mutatos, propterea quòd in eius templo cum Neptuno concubuerat, vt alibi plenius diximus. Subauditur autem per omnia, non est roganda.

Femina sed princeps) sed Liuia fœmina primaria, aut principis Augusti vxor. & subauditur, est roganda. *In qua fortuna videre se probat*) in qua fœmina Fortuna ostendit se videre, & non cæcam esse, vt ferunt. Quam quidem fœminam dignam probitate, & non temerè ad principatum euexit. Cur autem fortuna à poetis fingatur cæca, alibi diximus. *Et tulit falsa crimina caeca*] falsò cæca appellata fuit. *Ad finem*) ad occasum. *Clarius*) nobilius ipsa Liuia. *Excepto Caesare*] excepto Augusto. *Captatum saepe*] sæpe aliàs antè aliis in rebus captatum. aut certè hac in re sæpius à te captatum, & quasi tentatum, sed timore relictum. *Roganti Exeat aduersa*) &c. Rationem assignat, quare eligendum sit tempus ad id idoneum, cùm pro marito rogabit. Potes etiam participium illud Roganti, coniungere cum superiore carmine, vt sit sensus: Eligito tempus G sæpe à te pro me volenti rogare aliàs antè captatum.

Ne tua nauis] ne tua materia & sermo. *Aqua aduersa*] aqua contraria. Qui enim nauigat aduerso flumine, plerunque reiicitur. Innuit ergo per hanc similitudinem, ab vnoquoque cautius agendum, ne fortè res retrolabatur.

Nec nurus Aegysthi] Ita vulgò quidem. Cæterum scribendum Ægyptus. Sic enim Danai fratrem Græcorum commentarij vocant, qui & terram Ægyptum ab eodem appellatam volunt, vt in iis quæ in Hecubam Euripidis extant, legitur: [illegible] MICYL.

H

M A R. *Sacras sortes*) sacra responsa. *Ipsa fana*] ipsa C templa. Dicta sunt autem fana à fando: quia dum Pontifex maximus ea dedicat, certa verba fatur. Siue à Fauno, vt Martianus & Probus grammaticus. Vnde fanaticus, qui circum fana furore vaticino afflatus bacchatur, & caput iactat, & per furorem responsa dat. Alij phanum cum ph aspirato scribūt, & à φανός, quod est illustro & manifesto, deducunt. E phano oracula D & responsa manifestabantur. Vnde etiam prophetæ dicti sunt antistites phanorum, & oraculorum interpretes. *Nullus dolor populi*) nulla alicuius populi clades aut rebellio. *Contrahet ora*] corrugabit faciem præ mœstitia. Dolor enim faciem contrahit, lætitia distrahit. *Capitoli more*) eo modo quo Capitoliū: quod non colebatur, nisi quum triumphabāt, aut E in publica aliqua lætitia, ex quo designat, tunc tempus fore verba de se faciendi apud Liuiam, quum viderit in ædibus Augusti esse lætitiam aliquam, qualis esse solet in Capitolio. Capitoli autem pro Capitolij dicitur: quemadmodum Maro in Bucolicis ait, Nec cura peculi. Est autē ordo: Quum domus Augusti erit colēda more Capitoli, quod est læta F & plena pacis, & sit, subaudi læta. *Laeta quod est*) quia dixerat tunc adeundam Liuiam esse, quum eius domus fuerit colenda more Capitoli. Nunc idē apertius exprimit, ostendens id fore, quum læta fuerit aliquo successu, & plena pacis. *Et sit*) & quæ domus habeat pacem semper. *Profectura aliquid*] aliquid mihi opis allatura.

Non semper sacras reddunt oracula sortes,
Ipsáque non omni tempore fana patent.
Cùm status vrbis erit, qualem nunc auguror esse,
Et nullus populi contrahet ora dolor.
Cùm domus Augusti Capitoli more colenda,
Læta quod est, & sit, plenáque pacis erit.
Tunc tibi di faciant, adeundi copia fiat,
Profectura aliquid tunc tua verba putes.
Si quid agit maius, differ tua cœpta: caueque
Spem festinando præcipitare meam.
Hac rursus iubeo, dum sit vacuissima quæras,
Corporis ad cultum vix vacat illa sui.
Curia cum patribus fuerit stipata verendis,
Per patrum turbam tu quoque oportet eas.
Cùm tibi contigerit formam Iunonis adire,
Fac sis persona, quam tueare, memor.
Nec factum defende meum: mala causa silenda est:
Nec nisi sollicitæ sint tua verba preces.
Tunc lacrymis demenda mora est, summissáque terra
Ad non mortales brachia tende pedes.
Tu pete nil aliud, sæuo nisi ab hoste recedam:
Hostem fortunam sit satis esse mihi.
Plura quidem subeunt: sed tu turbata timore,
Hæc quoque vix poteris ore tremente loqui.
*Suspicor hæc damno * fore non tibi sentiet illa*
Te maiestatem pertimuisse suam.
Nec tua si fletu scindentur verba, nocebit:
Interdum lacryma pondera vocis habent.
Lux etiam cœptis facito bona talibus adsit,
Horáque conueniens, auspiciúmque fauens.
Sed prius imposito sanctis altaribus igne,
Thura fer ad magnos, vináque pura deos.
*E quibus ante omnes * Augusti numen adora,*
Progeniémque piam, participémque tori.
Sint vtinam mites solito tibi more, tuásque
Non duris lacrymas vultibus aspiciant.

Tunc putes) tunc existima. *Dum sit vacuissima*] dum sit otiosissima, & vacua, ac libera ab aliis negociis. *Vix vacat*] vix tempus habet. *Verendis patribus*) venerandis senatoribus, qui ad Augusti ædes & curiam gratulabundi in publica aliqua lætitia conuenire soliti erant. *Per turbam patrum*] per senatorum I multitudinem, dum ad Liuiam vadis.

Formam Iunonis) formam Liuiæ, quam Iunoni comparat, quemadmodum aliquando Ioui Augustum.

Persona] Ouidij. *Mala causa*] infirma hæc mea defensio. Difficilè enim defendimus reum iudici infensum.

Nisi sollicitae preces) nisi preces sollicitudinis K plenæ. *Tunc lacrymis demenda mora est*] statim incipies flere sine vlla cunctatione.

Summissaque terra] & tu ad terram inclinata ac prona, vt facilius flectas Liuiæ animum.

Ad pedes non mortales) ad diuinos Liuiæ pedes. *Ab saeuo hoste*] ab immani Scytharum truculentia & terris. *Fortunam esse mihi hostem*) habere fortunam solam inimicam, & non Scythas etiam. L

Haec quoque] hæc etiam, quæ à me dicta sunt tibi, Liuiæ pro me referenda.

Haec non fore tibi damno) hæc quæ vix dices ore tremente, nullo te damno afficient, quia tremor ille indicabit quandam erga illam venerationem.

Scindentur fletu) abrumpentur & cessabunt lacrymandu solùm.

A *Pondera vocis*) vim verborum. *Lux bona*] dies fœlix, & non atra, aut infausta. *Horaque conueniens*) & hora apta: hoc est, nec nimis matutina, aut vespertina, aut qua aliquid aget Liuia. *Auspiciúmque fauens*] & prospero captato etiam augurio. & subaudiatur per omnia verbum Adsit. *Ad magnos deos*) ad Augustum & Liuiam. *Progeniémque piam*) aut pios liberos. [Aut seorsim Tiberium, paucis antè annis adoptatum.] *Participémque tori*) Liuiam vxorem. *Solito more*) quemadmodum solent omnibus. *Non duris vultibus*) placidis vultibus.

IN SECVNDAM EPISTOLAM ENARRATIO. G

AD COTTAM.

QVam legis à nobis missam tibi Cotta salutem,
Missa sit vt verè, perueniátque, precor.
Námque meis sospes multũ cruciatibus aufers:
Atque sit vt nobis pars bona salua, facis.
Cúmque labent alij, iactatáque vela relinquant,
Tu lacera remanes anchora sola rati.
Grata tua est igitur pietas: ignoscimus illis,
Qui cum fortuna terga dedere fugæ.
Quum feriant vnum, non vnum flumina terrent
Iunctáque percusso turba pauere solet.
Cúmque dedit paries venturæ signa ruinæ,
Sollicito vacuus fit locus ille metu.
Quis non è timidis ægri contagia vitat,
Vicinum metuens ne trahat inde malum?
Me quoque amicorum nimio terrore, metúque,
Non odio, quidam destituere mei.
Non illis pietas, non officiosa voluntas
Defuit: aduersos extimuere deos.
Vtque magis cauti possunt, timidique vocari,
Sic appellari non meruere mali.
At meus excusat charos ita candor amicos:
Vtque habeat de me crimina nulla, facit.
Sint hi contenti venia, signéntque licebit,
Purgari factum me quoque teste suum.
Pars estis pauci melior, qui rebus in arctis
Ferre mihi nullam turpe putatis opem.
Tunc igitur meriti morietur gloria vestri,
Cùm cinis absumpto corpore factus ero.
Fallor, & illa mea superabit tempora vitæ,
Si tamen à memori posteritate legar.
Corpora debentur mœstis exangua bustis,
Effugiunt structos nomen honósque rogos.
Occidit & Theseus, & qui comitauit Orestem,
Sed tamen in laudes viuit vterque suas.
Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes,
Claráque erit scriptis gloria vestra meis.
Hic quoque Sauromatæ iam vos nouere, Getæque:
Et tales animos barbara turba probat.
Cúmque ego de vestra nuper probitate referrem:
(Nam didici Geticè Sarmaticéque loqui)

MER. QVam legis à nobis) Ad Cottam Romanum scribens, eius fidem laudat Poeta: quòd cùm B alij amicum in rebus aduersis deseruerint, ipse semper in amicitiæ firma opinione permanserit, cuius merita dicit futura sibi semper in memoria, quoad vixerit, ac etiam post eius mortem, si modò eius scripta ad posteros peruenerint. Deinde capta occasione, dum apud Getas suam eum Cotta amicitiam laudat, quendam senem inducit C narrantem, nomen ipsius amicitiæ in locis illis notum esse, Orestis & Pyladis exemplo, qui ad regẽ Thoantem peruenere. Postremò colligit minimè mirandum esse, illum natum in vrbe Tomitana, amicitiæ esse quàm obseruantissimum, quãdoquidem eius nomen vel Barbaris sit in summa veneratione. Huc etiam accedit, quòd bis progenitoribus oriundꝰ est, vt nihil nisi sanctũ D & dignum expectaudum sit. Est autem ordo talis: O Cotta, precor vt salus verè sit missa, perueniátque, quam salutem legis missam tibi à nobis. *Salutem missam à nobis*) Solemus enim in epistolis eos salutare, ad quos scribimus. *Missa sit vt verè*) vt verè saluus sis, nec mendax fuerim in mittenda salute. Salus enim verè dicitur mitti, quum ille ad quem scribimus, E rectè valet, quemadmodum optamus. *Namque meis sospes multum cruciatibus aufers*) Causam assignat, quare velit illũ esse incolumem. *Meis cruciatibus*) meis doloribus. *Multum aufers*) multum adimis: quia spero te incolumi, te mihi fauturum apud Augustum. *Pars bona*) vxor, & fortunæ meæ. Vel certè pars bona, hoc est, magna pars mei. *Labent*) corruant, à verbo labo labas. Virg. Labat ariete crebro Ianua. *Iactatáque vela relinquant*] & deserant vela à ventis agitata. Per vela autem, amicitiæ fidem & officium intellige. *Sola anchora*) solum munimen & præsidium. *Ignoscimus illis*) parcimus illis amicis. *Qui cum fortuna*) qui vbi me à fortuna F prostratum & relegatum videre, cœperunt fugere. *Quum feriant vnum*] quum aliquem, hoc est, me percruciant. *Non vnum*) non te solum *Iunctáque percusso turba*] & turba hominum proxima ei, quem fulmen percussit. *Solet pauere*] solet timere, ne fulmen etiam se percutiat. quod Cottam nõ fecisse laudat. *Cúmque dedit paries*] & cum paries cœpit scindi, & ruinam minari. *Sollicito metu*) timore qui homines sollicitos reddit.

Fit vacuus) deseritur, non habitatur. *Quis è timidis*) quis meticulosus. *Non vitat contagia ægri*) non fugit morbum contagiosum. *Vicinum malum*) morbum propinqui ægroti. Solemus enim eundem & nos morbum contrahere, quum illi propinquamus, qui eo morbo laborat, quem contagiosum appellant. à simul enim H & tangendo fit contagium.

Nimio terrore) nimio Augusti metu. Terror autem est, qui ab aliis infertur exterius. Metus verò, qui est in nobis ipsis, & qui non aliunde infertur, sed è nobis generatur. *Quidam amicorum*) aliqui amici. *Destituere*) deseruere. *Pietas*] I amor erga me amicum. *Officiosa*) plena officij erga me.

Aduersos deos) Cæsarem Augustum mihi contrarium. Legitur etiam Auersos, hoc est, iratos. Virgilius: Auersa deæ mens. *Vtque magis cauti possunt timidique vocari*) Et quemadmodum, inquit, amici mei, qui me deseruere, timen- K tes ne in eos sæuiret Augustus mea causa, possunt nominari cauti & timidi. *Sic appellari*) sic non debent damnari tanquam mali, & accusari tanquam nocentes.

Candor) benignitas mea. *Vtque habeat nulla crimina de me*) & vt in me minimè peccasse videantur. vel, & vt mea causa nulli criminis sint obnoxij. *Sint hi contenti venia*) amici qui me L deseruere, contententur me illis ignoscere, nec de eis queri.

Signéntque licebit Purgari factum] & permittatur, quòd illi ostendant, eorum crimen me teste dignum esse excusatione. Legitur etiam, Fugiántque licebit. vt sit sensus: Et liceat his qui non sunt contenti venia, nolle peccatum suum purgari me teste. Quasi dicat. Si qui consulto, non timore me deseruerunt, & nolint excusari, & sibi ignosci, meritò accusentur. Superior tamen lectio magis placet: licet tamen aliter, vt notaui, legatur in vetustissimo exemplari meo.

Estis melior pars) estis magis laudandi, tanquam mihi fidi amici. Vel estis potiores in seruanda mihi fide, quamuis pauci sitis. Aut certè dicit amicos paucos fuisse, qui tanquam meliores in fide permanserunt. vt sit ordo: O pauci, estis melior pars.

In rebus arctis) in rebus meis afflictis & difficilibus.

Meritorum

Morietur) tradetur oblioioni. *Factum ero cinis*] combustum fuerit cadauer meum: hoc est, quum ad mortem peruenero. *Absumpto corpore*] perempto corpore. *Fallor*, decipior, dicendo gratiam meritorum vestrorum duraturam tantùm ad mortem meam. *Et illa mea superabit tempora vita*) etiam illa gratia vestræ in me fidei & officiorum, diuturnior erit vita mea. *Legar*] legentur monumenta & carmina mea, vestra in me merita testatura. *Corpora debentur*] Docet sola cadauera igni absumi: famam verò & gloriam nominis nullo tempore interire affirmat. *Et qui comitauit Orestem*] & Pyladem, qui Orestem in Tauricam regionem prosequutus est. *In suas laudes*] in gloriam tantæ amicitiæ, quæ fuit inter eos. Vel in laudes vtriusque, scilicet Thesei & Pyladis. *Seri nepotes*] futuri successores & posteri. *Etiam laudabant vos*) etiam laude prosequentur amicitiam nostram: & vos qui permansistis in fide, laude dignos iudicabunt. *Sauromatæ*] populi illi Scythici, qui ita à Græcis, aliàs Sarmatæ appellantur. De his & Getis plura diximus in Enarrationibus in Ouidium de Tristibus. *Tales animos*) animos tam fidos & constantes.

Forte senex quidam, cætu cùm staret in illo,
Reddidit ad nostros talia verba sonos:
Nos quoque amicitiæ nomen bene nouimus hospes,
Quos procul à vobis alter & orbis habet.
Est locus in Scythia, Tauros dixere priores,
Qui Getica longè non ita distat humo.
Hac ego sum terra, patriæ nec pœnitet, ortus:
Consortem Phœbi gens colit illa deam.
Templa manent hodie vastis innixa columnis,
Pérque quaterdenos itur in illa gradus.
Fama refert illic signum cæleste fuisse:
Quoque minus dubites, stat basis orba dea.
Aráque, quæ fuerat natura candida saxi,
Decolor * *afuso tincta cruore rubet.*
Fœmina sacra facit tæda non * *nota iugali,*
Quæ superat Scythicas nobilitate nurus.
Sacrifici genus est, sic instituere priores,
Aduena virgineo cæsus vt ense cadat.
Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora,
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo liquidas fecisse per auras
Nescio quam dicunt Iphigenian iter.
Quam leuibus ventis sub nube per æquora vectam,
Creditur his Phœbe deposuisse locis.
Præfuerat templo multos ea ritè per annos,
Inuita peragens tristia sacra manu.
Cùm duo velifera iuuenes venere carina,
Presserúntque suo littora nostra pede.
Par fuit his ætas & amor: quorum alter Orestes,
Alter erat Pylades: nomina fama tenet.
Protinus immitem Triuiæ ducuntur ad aram,
Euinctì geminas ad sua terga manus.

MER. *In illo cætu*] in ea virorum corona, vbi amicitiæ vestræ constantiam prædicabam. *Hospes*) ô peregrine Ouidi. *Procul à vobis*] longè à Romana ciuitate. *Alter & orbis*) & altera regio. Legitur etiam hoc carmen sic, Quos procul à vobis barbara terra tenet, Scythia scilicet. *Est locus in Scythia*] Hæc est narratio senis cuiusdam, quem Poeta inducit referentem amicitiam Pyladis & Orestis, quos in Tauricam regionẽ venisse dicit, vbi regnabat Thoas. *Tauros dixere priores*] Taurica regio (autore Plinio) in Scythia est, & à Carcinite incipit, quondam mari circumfusa & ipsa, quáque nunc iacent campi, deinde vastis attollitur iugis. Triginta fuere eorum populi. Totum autem tractum illum Taurici, Scythæ, & Sarmatæ tenuere. Et Cherronesus ipsa Tauroscytharũ fuit, & Taurorum, vt docet Plinius. Ob id igitur peninsula, & Scythica & Taurica dici solet. Taurica autem appellatur regio, à Tauricis Scythiæ montibus, quorum meminit Dionysius, & Herodotus lib. 4. vbi de Taurica ita inquit: Ab isto hæc iam verus Scythia est ad meridiem versus austrũ proposita vsque ad vrbem Carcinitidem. eius deinceps, quod ad mare fert montosæ regionis, & in Pontum porrectum, incolit genus Taurica Cherroneso tenus, nomine Trachea, id est aspera. Hæc ad mare pertingit, quod ad ventum subsolanum vergit. Sunt finium Scythiæ partes duæ, ferentes ad maria: vna ad meridianum, altera ad orientale, quod ad modum Atticæ regionis, atque similium: quòd sic partem Scythiæ Tauri incolunt, vt si Atticæ iugũ Suniacũ alii gent, nõ Athenienses incolerent & reliqua. Populi aũt Tauricæ regionis, vbi colebatur Diana, dicebantur Arcisalitæ, seu potius Arsilachi. Scribit n. Ammianus, Arsilachi siue Orebilacbẽ à Barbaris, qui circa Tauricam fuere, Dianam vocari: cui dex, inquit, immolabant appulsos, & capita parietibus fani præfigebant. Et Pomponius Mela: Immanem, inquit, famam habent, solere pro victimis aduenas cædere. Vnde non immeritò Valerius Flaccus sæuam appellauit Dianam, cùm dixit: Taurorúmque locos, delubráque sæua Dianæ. Et Iuuenalis: Mæotide sæuior ara Ægyptus, quippe illa nefandi Taurica sacri Inuentrix, homines, vt iam quæ carmina tradunt Digna fide credas, tantum immolat: vlterius nil, Aut grauius cultro timet hostia. *Qui Getica longe non ita distat humo*] quæ tellus Taurica non nimis longè remota est à Getis. *Hac ego sum terra*] hæc regio, inquit, Taurica est mihi natale solum. *Consortem Phœbi*] sororem Phœbi, hoc est Dianam. *Innixa*] suffultata. *Per quaterdenos gradus*] per gradus quadraginta. Ex quo templi altitudinem & magnificentiam demonstrat.

Signum cæleste] statua Dianæ. *Stat basis orba dea*] basis restat sola, orbata simulacro Dianæ, quod abstulit Orestes fugiens cum Iphigenia, & Ariciam portauit, vt Seruius docet. Est autem basis, sessio columnarum, seu simulacrorum pedamenta. *Natura saxi*) e marmore, cuius natura fuerat candida. *Decolor*] alterius coloris. *A fuso cruore*] à cruore interfectorum hospitum, qui illic diuæ mactabantur. Causam autem aduenas Dianæ sacrificandi docet Herodotus in quinto libro. [Aliàs Affuso legitur, pro Asperso, quod melius iudico] *Nõ nota tæda iugali*] nata ex illicito coitu. Legitur etiam (quod magis placet, Tæda non nupta iugali: hoc est, virgo, & sine marito. [Legitur &, Tædæ non nota iugali. vt in Aldinis.] *Quæ superat nobilitate*] quæ est nobilior genere. Huiusmodi enim eligebatur Dianæ sacerdos in Taurica regione. *Sacrifici genus est*] genus sacrificij, quod Dianæ offertur. Est autem ordo: Genus sacrificij est, vt aduena cæsus, & reliqua. *Vt aduena cæsus*] vt peregrinus interemptus. *Ense virgineo*] ense & cultro virginis sacerdotis. *Regna Thoas habuit*] regnabat in Taurica tunc temporis Thoas. *In ora Mæotide*] in regione Mæotidi paludi contermina. Est autem Mæotis (vt docet Strabo libro vndecimo, & Plinius libro sexto) lacus in Scythia, qui Tanaim recipit de qua ita etiam scribit Herodotus: Pontus paludem habet influentem in se non multo, quàm ipse est, minorem, quæ Mæotis appellatur, & mater Ponti. Dionysius quoque ita refert: Hæc est palus illa, quam circum incolunt Scythæ, quámve Ponti matrem appellant, ob id maximè, quòd multa inde in eum effluit aqua distracta potissimum ex Cimmerio Bosporo, atque ex multis aliunde locis: quæ adeò ex omni parte paludem replet, vt non possit intra sua labra contineri. Scribit Strabo, Mæotida paludem iacere ad aquilonem, stad. nouem millium, aut paulo plurium circuitum habens. Hæc autem penes Bosporum, quem Cimmerium appellant, in Pontum effluit. Mæotis autem facit genitiuum Mæotidis, vt Doris Doridis, Himantis Himantidis. Vnde superius dixit Ouid. Nec mihi Tiphys erat rector, nec Himantide natus. Vbi, vt obiter emendem, quod suprà diximus, & locum illum, Himantide natum, non esse patronymicum scito: sed per natum Himantidis, Mopsum intellige, filium Apollinis & Himantidis. [Sed hæc emendatio nihilo melior, quàm superior illa interpretatio. Vide quæ nos in eundem locum adiecimus.] *In æquis Euxinis*] in aquis maris Euxini: de quo alibi abundè diximus. *Per liquidas auras*) per purum aëra. Nota est fabula, ereptam Iphigeniam Dianæ sacrificandam, & à dea

delatam per aera in Tauricam regionem, ceruámque pro ea suppositam, vt Seruius docet. *Phœbe*) Diana. *Præfuerat*) præposita fuerat Iphigenia templo illi Tauricæ Dianæ. *Inuita manu*) manu recusante eam crudelitatem. *Sacra tristia*) sacra plena tristitiæ: tempore in quibus homines mactabantur. *Protinus ducuntur ad aram immitem*) statim mactandi Dianæ ad templum perducuntur. *Euinctis geminas*) Erat enim consuetudo, vt tam victimæ, & homines præsertim ligarentur. Vnde Sinon Virgilianus ita inquit: Eripui, fateor, letho me, & vincula rupi. Et Iuuenalis. Sed procul extensum petulans quatit hostia funem.

Sparsit aqua captos lustrali Graia sacerdos,
Ambiat vt fuluas infula longa comas.
Dúmque parat sacrum, dum velat tempora vittis,
Dum tardæ causas inuenit illa moræ.
Non ego crudelis: iuuenes ignoscite, dixit,
Sacra suo facio barbariora loco.
Ritus is est gentis. quâ vos tamen vrbe venitis?
Quódque parum fausta puppe petistis iter?
Dixit, & audito patriæ pia nomine virgo,
Consortes vrbis repperit esse suæ.
Alter & è vobis, dixit, cadat hostia sacris,
Ad patrias sedes nuncius alter eat.
Ire iubet Pylades charum periturus Orestem:
Hic negat, inque vicem pugnat vterque mori.
Extitit hoc vnum, quod non conuenerat illis:
Cætera pars concors, & sine lite fuit.
Dum peragunt iuuenes pulchri certamen amoris,
Ad fratrem scriptas exarat illa notas.
Ad fratrem mandata dabat: cuique illa dabantur,
Humanos casus aspice, frater erat.
Nec mora, de templo rapiunt simulacra Dianæ,
Clámque per immensas puppe feruntur aquas.
Mirus amor iuuenum: quamuis abiere tot anni,
In Scythia magnum nunc quoque nomen habent.
Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo,
Laudabant omnes facta, piámque fidem.
Scilicet hic etiam, qua nulla ferocior ora est,
Nomen amicitiæ barbara corda mouet.
Quid facere Ausonia geniti debetis in vrbe,
Dum tangant diros talia facta Getas?
Adde quòd est animus semper tibi mitis, & altæ
Indicium mores nobilitatis habent:
Quos Volesus patrij cognoscat nominis autor,
Quos Numa maternus non neget esse suos.
Adiectique probent genitiua agnomina Cottæ,
Si tu non esses, interitura domus.
Digne vir hac serie, lapso succurrere amico,
Conueniens istis moribus esse puta.

Sparsit aqua captos lustrali] Pyladem & Orestem immolatura sacerdos prius aqua aspersit, hoc est mola, quæ fiebat de aqua horna fruge, & horno sale: ea enim & frons victimæ, & foci aspergebantur, & cultri, vt docet Seruius, & Ouidius in vltimo Metamor. Aut certè ritum sacrificantium designat, qui antequam victimas sacrificarent, prius eas explorabant: quæ si non obstupuissent, aptæ probabantur. Virgilius: Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido, Candentis vaccæ media inter cornua fudit. *Graia sacerdos*) Iphigenia Græca. *Vt infula longa ambiat*) vt infula circundet. Erat enim infula (vt Seruius scribet) fascia in modum diadematis, à qua vittæ ab vtraque parte dependebant. *Comas fuluas*) capillos fuluos: hoc est, vt post explorationem de more factam, redimiti infulis sacrificarentur Dianæ. *Dúmque parat sacrum*) & dum præparat Iphigenia omnia necessaria sacrificio. *Dum velat tempora vittis*) dum caput vittis coronat. Virgilius: Et circum tempora vittæ. *Causas*) causationes. *Non ego crudelis*) non ego immitis. *Suo loco*) hac terra Taurica, quæ est crudelis: & ideo sacra etiam crudelia celebrantur à me tamen non crudeli. *Ritus is est gentis*) talis mos est Tauricis populis, Dianæ hospites immolare. *Puppe parum fausta*) naui parum felici, quæ vos detulit ad hæc loca vobis & peregrinis infesta. *Nomine patriæ*) nomine Mycenarum. *Consortes suæ vrbis*) eiusdem patriæ, in qua & ipsa orta fuerat. *Vt alter cadat*) vt alter intereat. Et intelligitur Oportet, aut aliud verbum simile. *Ad sedes patrias*) in Græciam, Mycenas. *Extitit hoc vnum*) hoc solum apparuit in tota eorum amicitia. *Quod non conuenerat illis*) in quo non fuerant concordes. *Cætera pars*) reliquum vitæ & amicitiæ tempus. *Ad fratrem*) ad Orestem: quia eum illic esse nesciebat. *Notas*) literas. *Nec mora*) subitò cognito fratre. *Quamuis abiere tot anni*) quamuis tot anni præterierint. *Fabula vulgaris*) hic sermo amoris Pyladis & Orestis, vulgò cognitus. Sunt autem modò hæc verba Ouidii, qui senem supradicta narrantem induxerat. *Hic*) in hac regione Taurica. *Est ferocior*) est magis fera & crudelis. Posuit autem ferocem, quod significat fortem & animosum, pro fero. *Altæ nobilitatis*) Quia quanto homo est nobilior, tanto etiam est mitior, & magis humanus. *Quos*) subaudi, mores. *Volesus autor patrij nominis*) A Voleso enim paternum genus traxit Cotta. Fuit autem Volesus Romanus, vel (vt potius crediderim) Sabinus, qui cum Tatio Romam venit. cuius meminit Plutarchus in vita Numæ Pompilij, his verbis: Verba facere Proculus & Volesus, quorum prius alterum regem à populo creandum expectatio fuerat: Proculo quidem Romulis, Voleso vero Tatij partibus fauentibus. Scribit etiam Dionysius Halicarnasseus, Tatium regem Sabinorum, & cum eo tres viros ex illustribus familiis Romæ permansisse, honoribus traditis, quibus adhuc fruebantur eorum genus, Valerium scilicet, Volesum, & Talum cognomine Tyrannum, & vltimum Metium Curtium, eum qui armatus lacum nando transmiserat. Iuuenalis in satyra octaua: Volesos, Brutósque decebunt. Ad eum etiam videtur alludere Virgilius, cum ait, Tu Voluse armati Volscorum edice maniplis. *Numa maternus*) secundus rex Romanorum Numa Pompilius: à quo per matrem ducebat originem Cotta, ad quem hanc epistolam scribit Ouidius. Illud sciendum, Numam Pompilium ex Tatia quatuor habuisse filios, autore Plutarcho, scilicet Pomponium, Pinum, Calpum, Mamercum: quorum quilibet successionem familiæ, honestique generis reliquit. Namque à Pomponio Pomponij fluxere, à Pino Pinarij, à Calpo Calpurnij, à Mamerco Mamerci: qui hanc ob rem & reges cognominati sunt. Habuit etiam ex altera vxore Lucretia filiam Pompiliam, quæ nupsit Martio vni ex Numæ cognatis, qui eum ad suscipiendum regnum Romanum induxit: secum enim ille Romam migrauit. Huius filius Martius Ancum Martium regem quartum Romanorum genuit. A quo autem filiorum Numæ ducat Cotta maternum genus, nihil compertum habeo. *Esse suos*) quia Cotta erat religiosus, & vir bonus, quemadmodum fuit Numa rex. *Adiectique probet*) Ordo est. Et domus interitura, si tu non esses, probet agnomina genitiua Cottæ adiecti, hoc est, Cottæ additi maioribus vestris, fortasse ab Alpibus Cottiis subditis populo Romano, vt inferius dicemus: vel ab aliquo rege Thraciæ deuicto hi enim Cotij dicebantur. *Si tu non esses*) si tu eam non ornares, & illustrem redderes tua virtute. Aut hoc dicit. Quia tu ad quem scribit, solus erat ex ea gente. *Agnomina genitiua*) agnomina gentilitia. Sunt autem propriorum nominum species quatuor, vt scribit Diomedes: Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen. Prænomen est, quod nominibus gentilitiis præponitur vt, M. Porcius Cato. Proprium est, quod originem generis vel familiæ declarat vt Porcius, Cornelius, Iulius. Cognomen est, quod vniuscuiusque proprium est. & nominibus gentilitiis subiungitur. vt Cato, Scipio, Cæsar. Agnomen quoque est, quod extrinsecus cognomentum adiici solet ex aliqua ra-

A tione, vel dicitur quæsitum: vt est Censorinus, Aphricanus, Numantinus, & similia. Coctas autem non vt diximus, sed à græco appellatos putant: hoc est, ab ita & coruscate oris. *Hac ferie)* hoc virtutum tuarum ordine: vel (quod magis placet) hac maiorũ origine. *Lapso succurrere amico Conuenient istis moribus esse puta.* Ordo est: Puta esse cõueniẽs istis moribus, succurrere amico lapso, i. mihi, qui errauit.

MICYL. *Sparsit aqua captos lustrali &c.)* lustralem aquam intelligit, quæ lustrandis ac purgandis hostiis adhibebatur: non molam. neque enim mola aqua constabat, sed hordeo & sale: quæ antequam hostiæ iugularentur, aspergi illis atque offerri solebant. Vnde & Homero οὐλοχύται dicitur, [illegible] hoc est, ab hordeis, vt & Eustathius interpretatur. Et quod Merula hic de Didone citat, nihil ad rem præsentem facit. neque enim illa aquam patera, sed vinum affudisse hostiæ intelligitur.

IN TERTIAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

Si vacat, exiguum profugo dare tempus amico,
O sidus Fabiæ Maxime gentis, ades.
Dũ tibi, quæ vidi, refero, seu corporis vmbra est,
Seu veri species, seu fuit ille sopor.
Nox erat, & bifores intrabat luna fenestras,
Mense ferè medio quanta nitere solet.
Publica me requies curarum somnus habebat,
Fusaque erant toto languida membra toro,
Cùm subitò pennis agitatus inhorruit aer,
Et sonuit paruo mota fenestra sono.
Territus in cubitum releuo mea membra sinistrum:
Pulsus & è trepido pectore somnus abit.
Stabat Amor vultu, non quo prius esse solebat.
Sceptra tenens læua tristis acerna manu.
Nec torquem collo, nec habens crinale capillis,
Nec bene compositas comptus, vt antè, comas.
Horrida pendebant molles super ora capilli,
Et visa est oculis horrida penna meis:
Qualis in aeriæ tergo solet esse columbæ,
Tractatam multæ quam tetigere manus.
Hunc simul agnoui (neque enim mihi notior alter)
Talibus affata est libera lingua sonis:
O puer exilij decepto causa magistro,
Quem fuit vtilius non docuisse mihi.
Huc quoque venisti, pax est vbi tempore nullo,
Et coit astrictis barbarus Ister aquis?
Quæ tibi causa viæ? nisi vti mala nostra videres?
Quæ sunt, si nescis, inuidiosa tibi.
Tu mihi dictasti iuuenilia carmina primus,
Apposui senis te duce quinque pedes.
Nec me Mæonio consurgere carmine, nec me
Dicere magnorum passus es acta ducum.
Forsitan exiguas aliquas tamen, arcus, & ignes,
Ingenij vires comminuere mei.
Nanque ego dum canto tua regna, tuæque parentis,
In nullum mea mens grande vacauit opus.
Nec satis hoc fuerat. stultus quoque carmina feci,
Artibus vt posses non rudis esse meis.
Pro quibus exilium durum mihi reddita merces,
Id quoque in extremis, & sine pace locis.
At non Chionides Eumolpus in Orphea talis,

MER. *Si vacat exiguum)* Ad Fabium Maximum scribens, fingit sibi in B lecto cubanti sese obtulisse Cupidinem, postámque de illo questum, quòd quum eius causa in exilium eiectus sit, velit etiam efficere, vt Augustus placatus mitius exilium concedat. Postremò inducit etiam Cupidinem ad ea respondentem, pollicentémque sibi omnia secunda. *Si vacat)* si tempus est. *Dare tempus exiguum)* dare modicum temporis in legen- C dis his. *Amico profugo)* mihi exuli. *Sidus gentis Fabiæ)* splendor & gloria Fabiorum, de cuius gentis origine inferius dicemus. *Quæ vidi)* quæ aspexi in nocte. *Seu corp. vmbra e.)* seu est vmbra alicu' corporis id quod vidi. *Seu sp. v.)* seu forma aliqua, & corpus verum. *Seu fuit ille sopor)* seu ille fuit somnus, & visio nocturna: hoc est, seu mihi ita per somnum visum fuit. *Bi-* D *fores fenestras)* fenestras bipartitas, & fores duas habentes. *Medio mense)* medio spacio temporis, quo luna pagit cursum suum. *Publica requies curarum)* requies quæ cõmunis est omnibus. Est autem Appositio figura. *Languida)* deficientia propter curas, aut inertia propter somnum. *Agitatus)* percussus. *Inhorruit)* intonuit, intremuit. *E pectore trepido)* è mente pa- E uida ex sõno. *Amor)* Cupido de'. *Stabat)* ante me apparebat. *Acerna)* de acere facta. Est enim genus ligni. Vergil. Trabibus contextus acernis. *Crinale)* reticulum. *Nec c. c.)* nec habens capillos comptos & ornatos. Est autẽ figura Synecdoche. *Penna)* alæ. *Horrida)* asperæ & impexæ propter aquilonem: qui ad ea loca volantem Cupidinem afflauerat, & impexum reddiderat, & volando tam longè per plagam septentrionalem frigore, ac ventis pennæ erant incompositæ. (Vel etiam mœrore & luctu, propter poetæ calamitatem.) *Decepto magistro)* deluso me Ouidio: se F enim Poeta in scriptis suis magistrum amoris appellat. *Quem)* Subaudi, Cupidinem puerum. *Fuit vtilius mihi)* magis mihi conduxit. *Non docuisse)* non erudisse in arte amãdi: se enim poeta (vt diximus) amoris præceptorẽ appellat. *Huc)* in Scythiam, vbi exulo. *Astrictis aquis)* gelatis aquis. *Inuidiosa)* inuidiam & detractationem concitantia. *Iuuenilia carmina)* carmina de Arte amandi, quæ ego admodum iuuenis edidi.

Senis) Subaudi pedibus, hoc est vers. hexametro, qui cõstat ex sex pedib'. *Quinque)* sc. pedes: per quos intelligit versum pentametrum. *Carmine Mæonio)* carmine quali vsus est Homer'. ex quo designat heroicum carmen, quemadmodũ suprà elegiacum exprimit. *Forsitan exiguas)* Posset H Cupido dicere, Poetam nõ habuisse vires, quales conueniunt carmini heroico. Respondet ipse, exiguas illas vires, quas habuit, fuisse ab eo imminutas. *Aliquas tamen)* Quia exiguas vires suas fuisse dixerat, dicit tamẽ non omnino fuisse minimas. *Arcus & ignes)* arma ipsius Cupidinis scilicet Arcus & faces. Est autem ordo: arcus & ignes, forsitan comminuere vires mei ingenij I exiguas, aliquas tamen. *Tuæque parentis)* & tuæ matris. *In nullum grande opus)* in nullam grandem materiam. *Vacauit)* scribendo operam dedit. *Artibus meis)* meis præceptis de Arte amandi. *Vt posses esse non rudis)* vt posses esse non placidus & doctus in præceptis amatoriis. *Pro quibus)* Subaudi, artibus. *In extremis locis)* in vltima septentrionis regio- K ne. *Eumolpus Chionides)* Eumolpus, Neptuni & Chiones filius: de quo plura diximus in superioris libri elegia, quæ sic incipit, Regia progenies. Scribit Strabo Eumolpo nomen inditum, id est cantori optimo. *In Orphea)* erga præceptorem Orpheum.

MICYL. *At non Chionides Eumolpus in Orphea talis)* &c. Sequitur commu- L nem opinionem Poeta, qua traditur Eumolpus, Neptuni & Chiones fuisse filius: idémque sacrorum ritus ab Orpheo edoctus, in Græciam attulisse. Cæterùm plerique non Thracium Eumolpum, sed Eleusinium, ex Deiope Triptolemi natum, mysteria Cereris Eleusine docuisse voluit, eiúsque rei autorem Istrum citant. Acesidorus autem quidam autor est, hunc Eumolpum quintum à superiore illo Thracensi fuisse, Musæi filium. cuius verba in Commentariis Sophoclis in Oedipo Colonæo citantur hoc modo: [illegible]

[illegible] Quod autem ab Orpheo Eumolpus, siue primus, siue posterior hic edoctus fuerit, testatur & Suidas, cuius hæc sunt verba [illegible]. Meminit huius & in Metamorph. Poeta lib. 11. his verbis: Ad regem venere Midam, cui Thracius Orpheus Orgia tradiderat, cum Cecropio Eumolpo, &c. Hinc & Eumolpidæ dicti successores Eumolpi, qui tradita ab Eumolpo sacra, Eleusine procurarunt.

In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.
Præmia nec Chiron ab Achille talia cepit:
Pythagoraque ferunt non nocuisse Numam.
Nomina neu referam longum collecta per æuum,
Discipulo perij solus ab ipse meo.
Dum damus arma tibi, dum te lasciue docemus,
Hæc de discipulo dona magister habet.
Scis tamen, & liquidò iuratus dicere posses,
Non me legitimos sollicitasse toros.
Scripsimus hæc illis, quarum nec vitta pudicos
Attingit crines, nec stola longa pedes.
Dic, precor, hoc, quando didicisti fallere nuptas,
Et facere incertum per mea iussa genus?
An sit ab his omnis rigidè summota libellis,
Quam lex furtiuos arcet habere viros?
Quid tamen hoc prodest, vetiti si lege seuera
Credor adulterij composuisse notas?
At tu sic habeas ferientes cuncta sagittas,
Sic, nunquam rapido lampades igne vacent.
Sic regat imperium terrásque coerceat omnes
Cæsar, ab Ænea qui tibi fratre nepos,
Effice sit nobis non implacabilis ira,
Méque loco plecti commodiore velit.
Hæc ego visus eram puero dixisse volucri,
Hos visus nobis ille dedisse sonos:
Per mea tela, faces, & per mea tela sagittas,
Per matrem iuro, Cæsaréumque caput,
Nil nisi concessum nos te didicisse magistro,
Artibus & nullum crimen inesse tuis.
Vtque hæc, sic vtinam defendere cætera posses:
Scis aliud, quod te læserit, esse magis.
Quicquid id est (neque enim debet dolor ipse referri)
Non potes à culpa dicere abesse tua.
Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres,
Non grauior meritis iudicis ira fuit.
Vt tamen aspicerem, consolaréRque iacentem,
Lapsa per immensas est mea penna vias.

In Phryga, nec Satyrum] nec etiam Olympus talis fuit in Satyrũ Marsyam, vt tu in me fuisti. Marsyæ autem & Olympi ita meminit Plato in Minoe: Sed nunc referre potes, quis è priscis hominibus legũ certa tibiarum inflationem conditur optimus extitit. Visne tibi memorẽ? Marsya & discipulus eius Olympus Phrygius. Et in libro tertio de Legibus ita inquit: Sicut quæ ad Musicam pertinent, Marsyæ & Olympo. *Præmia nec Chiron*] notũ est Statii & aliorũ monumentis, Achillẽ sub Chironis disciplina maxima beneuolentia nutritum. *Pythagoraque ferunt*) Hic loquitur ex eorum opinione (quam tamen refellit Liuius) qui credidere Numã Pompilium regem Pythagoræ philosophi discipulum fuisse. *Ab meo discipulo*] quia scribendo & docẽdo ipsum amorem Poeta in exilium eiectus est.

Cùm damus arma tibi) dum tibi significamus quomodo expugnandæ sunt puellæ. *Legitimos toros*] toros coniugales, id est nuptas. *Quarum nec vitta pudicos Attingit crines*] quæ non sunt virgines, aut Vestales, quæ vittis peculiariter vtebantur, vt docuimus in enarratione eius versus Ouidii de Arte amandi: Este procul vittæ tenues, insigne pudoris.

Nec stola longa pedes] nec sunt matronæ, quæ stola vtebantur. Ea enim (vt Marcellus docet) vestis erat, quæ ad imos pedes defluebat. Martialis: Qualis stolatum permittit meretricibus pudorem. *Et facere genus incertum*] & nothos generare, quorum genus & origo parentum incerta est: quando præsertim mater rem habet cum pluribus viris. *An sit*] Subaudi, dic precor. *Ab his libellis*] à libellis meis de Arte amandi. *Quam lex arcet*) quam fœminam lex Iulia prohibet exercere adulteria. Erat enim lex Iulia, vt legimus in Institutionum libro quarto de publicis iudiciis, quæ non solum temeratores aliarum vxorum gladio punit: sed & eos qui cum masculis præposteram libidinem exercent, eósque qui vel virginem vel viduam viuentem honestè vi stuprarunt. Erat etiam lex Iulia repetundarum, de ambitu, de annona, de residuis. *Viros furtiuos*] viros furtum & adulteria committentes. hoc autem facit Poeta in libris de Arte amandi, & in principio operis statim, cùm loquit: Este procul vittæ tenues insigne pudoris, Quæque tegis medios instita longa pedes. *Quid tamen hoc prodest*] quid tamen prodest, non docuisse etiam fallere castas matronas, & virgines. *Si credor*] si quidem existimor. *Adulterij vetiti lege seuera*] adulterii prohibiti lege Iulia aspera, quæ adulteria capitalis erat. *Cõposuisse n.*] cõposuisse fraudes, & maculas, ac diuerticula ipsius adulterii. *Ferientes c.*] quos voles omnes vulnerantes & consaucıantes. *Lampades*) faces. Ouid. in Epistolis: Altera tela arcus, altera tela faces. His enim amantum quoque pectora feriebat Cupido, & iniiciebat ardorem & ignem. Vnde non immeritò dixit Vergilius, Et cæco carpitur igni.

Cæsar] Augustus filius Iulii per adoptionem. *Ab Ænea fratre*) Æneas enim & Cupido fratres fuerunt, & ambo matrem Venerem habuere. *Nepos*] inter nepotes tuos ex fratre Ænea. *Plecti*] puniri. *Puero volucri*) Cupidini alato. *Dedisse hos sonos*) respondisse hæc verba sequentia. *Nisi concessum*] Nisi legibus permissum. *Tuis artibus*) tuis carminibus & præceptis de Arte amandi. *Vtque hæc*] & quemadmodum, subaudi ab inferiori, hæc quæ scripsisti, posses defendere. *Cætera*) hoc est quæ læserunt Augustum. *Aliud magis esse*) aliud magis nocere, quàm carmina amatoria. Quibus verbis liquidò apparet, exilii Poetæ causam aliam fuisse, quàm carmina amatoria. *Abesse à tua culpa*] carere tuo crimine. *Sub imagine erroris*] sub specie erroris, quòd scilicet erraſti per imprudentiam. *Obumbres crimen*] tegas tuum scelus. *Non fuit grauior meritis*] non fuit grauior culpa tua: hoc est, ira Augusti fuit minor, quam merebaris. *Ira iudicis*] ira Augusti. *Vt tamen aspicerem*] Causam assignat Cupido, cur ad Poetam tam procul relegatum volauerit.

In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat] De Olympo meminit Suidas his verbis: [illegible] Marsyæ autem siue historiam, siue fabulam vide apud eundem Suidam, & Diodorum libro quarto. *Pythagoraque ferunt non nocuisse Numam*] De Numa, & de opinione, qua idem auditor Pythagoræ fuisse traditur, & vnde illa occasionem siue originem traxerit, vide Plutar. in vita Numæ, & Dionysium Halicarnasseum libro secundo. *Quarum nec vitta pudicos Contingit crines, nec stola longa pedes*] Vitta non tantum Vestalium, sed & matronarum, capitis tegmen erat. Hinc Tibull. Sit modò casta doce, quamuis non vitta ligatos Impediat crines, nec stola longa pedes. Et Vergilius de Alecto loquens, quæ reginam Amatam inuaserat, totúmque illius corpus & habitum occuparat: addit: Fit tortile collo Aurum, ingens coluber, fit longæ tænia vittæ. *Quam lex furtiuos arcet habere viros*) Hoc est adulteros, siue mœchos. Sæpe enim furtum pro adulterio ponitur apud autores. Sic dixit poeta: Vulcani Martisque dolos, & dulcia furta. & Tibullus: Celari vult sua furta Venus.

Hæc loca tum primùm vidi, cùm matre rogante
Phasias est telis fixa puella meis.
Quæ nunc cur iterum post secula longa reuisam,
Tu facis ô castris miles amice meis.
Pone metus igitur, mitescet Cæsaris ira,
Et veniet votis dulcior aura tuis.
Néue morā timeas, tempus quod quærimus instat,
Cunctáque lætitia plena triumphus habet.
Dum domus, & nati, dum mater Liuia gaudet,
Dum gaudes patriæ magne ducísque pater,
Dum tibi gratatur populus, totámque per vrbem
Omnis odoratis ignibus ara calet,
Dum præbet faciles aditus venerabile tempus,
Sperandum est nostras posse valere preces.
Dixit: & aut ille est tenues dilapsus in auras,
Cœperunt sensus aut vigilare mei.
Si dubitem, faueas quin his ô Maxime dictis,
Memnonio cygnos esse colore putem.
Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor,
Nec quod erat candens fit terebinthus ebur.
Conueniens animo genus est tibi: nobile namque
Pectus, & Herculeæ simplicitatis habes.
Liuor, iners vitium, mores non exit in altos,
Vtque latens ima vipera serpit humo.
Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum,
Grandius ingenio nec tibi nomen inest.
Ergo alij noceant miseris, opténtque timeri,
Tinctáque mordaci spicula felle gerant:
At tua supplicibus domus est assueta iuuandis,
In quorum numero me, precor, esse velis.

MER. A *Hæc loca*] hanc regionem Ponticam frigori obnoxiam: & ideo tardè ad eam se venisse dicit, quoniam sine calore non potest coitus perfici. Vnde ait Horatius: Vulcanus ardens vrit officinas. Quam etiam ob causam fingunt poetæ ipsum Vulcanum deum ignis & caloris esse, Veneris maritum. *Matre rogante*] precante me Venere. Æeta enim Solis filius Medeam genuit, B quam Venus fertur odisse, propterea quòd se cum Marte coeuntem Vulcano retulerat Sol. Puellæ igitur à Sole oriundæ infesta Venus, mandauit Cupidini, vt in Colchicam regionem volaret, eamque telis suis feriret. Quo facto, illico Iasonis est amore correpta: vt docet in 5. Diodor. & Ouid. in Met. *Puella Phasias*] Medea sic dicta, C à Phasi Colchorum fluuio. *Dulcior aura*] dulcior fauor. *Tempus quod quærimus*] tempus quod idoneum requirimus, vt Cæsar mitescat. *Triumphus*] Triumphum hic designari seu ouationem arbitror, de quo abundè dictum est superius in principio statim primæ elegiæ secundi libri. *Et nati*] & filij Augusti. Tiberius scilicet & reliqui. *Dum mater Liuia*] dum Liuia mater Tiberij. *Magne pater patriæ*] Augustum denotat, qui pa- D ter patriæ dictus est. *Ducísque*] & imperatoris qui triumphabit. Tiberium autem designat, vt diximus. *Odoratis ignibus*] ignibus thuricremis: & ideo fragrantibus. *Faciles aditus*] faciles vias ad precandum Augustum propter hanc publicam lætitiam. Solemus enim in lætitia facilius omnia concedere, quàm alio tempore. *Dixit*] scilicet Cupido verba supradicta. *Et aut ille*] & aut deus amoris. *Est dilapsus in tenues auras*] euanuit. *Cœperunt vigilare*] cœperunt somnum excutere. *O Maxime*] ô Fabi. *Quin faueas*] quòd non faueas. *His dictis*] his verbis Cupidinis: qui me monuit, vt in hoc triumpho, dum Cæsar est lætus, precibus vtar. *Memnonio colore*] colore nigro, quali fuit Memnon, quem Tithonus Laomedontis filius in Asia orientem versus vsque in Æthiopiam militans, dicitur genuisse ex * Ida: qui eum Troianis præsidium tulisset, postea ab Achille est interfectus, E autor Diodorus. Est autem sensus: Si existimauero te mihi non fauturum apud Cæsarem, possibilia impossibilia fieri arbitrabor, & te minimè humanum & benignum crediderim. *Nigra pice*] colore nigro: hoc est, inhumanitate. *Lacteus humor*] lac ipsum, quod natura est candidum: hoc est, humanitas ipsa & animi candor. *Candens ebur*] candidum ebur. *Terebinthus*] Terebinthus arbor est, quæ in Syria nascitur, eius materies admodum lenta est, ac fidelis ad vetustatem, eximij ac nigri splendoris, vt docet Plinius libro decimotertio. nascitur enim in Epiro. Vergilius: Inclusum buxo, aut Oricia terebintho. vbi Seruius ita scribit: Oricos ciuitas est Epiri, iuxta quam nascitur terebinthus, nigrum lignum habens soliditatem in buxi speciem. *Conueniens animo genus est tibi*] Quem- G admodum, inquit, es ex genere Maximorum, ita etiam maximum obtines animum bene de omnibus merendo. *Nobile namque Pectus & Herculeæ simplicitatis habes*] nam, inquit, obtines animam nobilem ac candorem, & simplicitatem illam, quæ in Hercule progenitore tuo dicitur fuisse. Plutarchus enim docet Herculem apud fluuium Tiberim cum H muliere indigena congressum rem habuisse, & Fabium virum optimum, à quo familia Fabiorum Romæ initium habuit genuisse. Quidam autem priscos huius generis viros ab agrorum fossione Fodios olim appellatos memoriæ tradiderunt: deinde mutatis binis literis, Fabij cognominati sunt. Plinius verò à faba Fabius dictos putat. ita enim in- I quit: Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, vt quisquis aliquod optimè genus sereret: Lentulorum familiæ bubulcum nominauerunt, quia bubus optimè vteretur. *Nobile pectus*] animum generosum. *Et Herculeæ simplicitatis*] & veri ac ingenui animi, qualis fuit in Hercule, nec duplicis. *Liuor iners vitium*] Inuidia est dolor alienæ fœlicitatis, vitium quod obsidet tantum & aggreditur ignauos. *In altos mores*] in mentes generosas, & qualis est tua. Quasi dicat: Non es tu inuidiæ obnoxius, nec timebis nisi opem ferre. *Vt latens vipera*] tanquam serpens: quia quemadmodum viperæ nunquam altius à terra tolluntur, sic inuidia infima quæque pectora, non generosa, depopulatur. *Supra* K *ipsum genus*] plusquam gens tua Maximorum. Quasi dicat, est plusquam maxima. *Grandius ingenio*] quia tantum est ingenium tuum, quantum est nomen. hoc est, es maximus & nomine & ingenio. *Ergo alij*] ergo cæteri, non tu. *Spicula tincta*] aculeos infectos. *Felle mordaci*] verbis sinistris & amaria. *Iuuandis supplicibus*] benemerendo de calamitosis. *In numero quorum*] In numero supplicum & calamitosorum, quos solet iuuare domus tua.

MICYL. *Cunctaque lætitia plena triumphus habet*] Triumphum Tiberij de Dalmatis & Illyria actū intellige, de quo suprà aliquoties annotauimus. Vides autem & hanc elegiam, quod ad argumentum attinet, citius scriptam, sed posteriore loco editam, siue positam, quale quiddam & superiore libro, in iis quæ ad Cotim & Cottam scribuntur, factum diximus. I- L ta enim de triompho meminit, quasi qui etiam agendus fuerit, nondum actus, cum tamen suprà actum celebrauit.

IN QVARTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD RVFINVM.

Hæc tibi non vanam portantia verba salutem
Naso Tomitana mittit ab vrbe tuus:

MER. I *Hæc tibi non vanam*) Tiberij ouationem seu triumphum de Germania, de quo in prima epistola secundi huius operis libri abundè diximus, & ibi Poeta etiam fortasse cum se scripturū designat, Romā mittens Poeta Rufino amico & doctissimo viro commendat. Excusátque se multis rationibus, si non ita eleganter materiam istam absoluit, vt æquum fuerat. Postremò vertit sermonem ad Liuiam Cæsaris matrem, vaticinatúrque fore, vt breui alterum etiam triumphū de Germania ipsa consequatur, vt inferius dicemus. *Non vanam salutem*] salutem non mendacem: quia precor vt sis saluus, vt es.

Vtque suo faueas mandat Rufine libello,
In vestras venit si tamen ille manus.
Est opus exiguum, vestrisque paratibus impar,
Quale tamen cunque est, vt tueare rogo.
Firma valent per se, nullúmque Machaona quærũt,
Ad medicam dubius confugit æger opem.
Non opus est magnis placido lectore poetis,
Quemlibet inuitum, difficilémque tenent.
Nos quibus ingenium longi minuere labores,
Aut etiam nullum forsitan antè fuit,
Viribus infirmi vestro candore valemus.
Quem mihi si demas, omnia rapta putem.
Cunctáque cum mea sint propenso nixa fauore,
Præcipuum veniæ ius habet ille liber.
Spectatum vates alij scripsere triumphum,
Est aliquid memori visa notare manu.
Nos ea vix auidam vulgi captata per aurem
Vidimus, atque oculi fama fuere mei.
Scilicet affectus similes, aut impetus idem
Rebus ab auditis conspicuísque venit?
Nec nitor argenti, quem vos vidistis, & auri
Quòd mihi defuerit, purpuráque illa, queror:
Sed loca, vel gentes formata mille figuris
Nutrissent carmen, præliáque ipsa meum.
Et regum vultus certissima pignora mentis,

Sua libello) suo operi de triumpho Germanico. *Vestris paratibus*) vestræ huic pompæ triumphali: vel certè vestris carminibus apparatum huiusmodi triumphi describentibus. *Firma valent per se*) optima & benè composita carmina non indigẽt cuiusquam auxilio. *Nullúmque Machaona*) & nullum medicum, qualis fuit Machaon, requirunt. hoc est, & nullius præsidio indigent. Fuit autem Machaon filius Æsculapij, fratérque Podalirij, qui ob solertiam medicæ artis e Creta cum aliis Græcis ad Troiam nauigauit. De quo in primo libro huius operis ita cecinit Ouidius: Vtque Machaonis Pæantius artibus heros, Lenito medicam vulnere sensit opem. *Æger*) male valens, & qui indiget opera alterius. *Non opus est magnis placido lectore poetis*) poetis excellentibus non est opus, vt lectores concilient: quia eorum opera per se fauorem contrahunt. *Placido lectore*) fauorabili aliquo qui legat eorum opera. *Quemlibet inuitum*) quemlibet etiam nolentem legere eorum opera. *Tenent*) morantur & alliciunt poetæ egregij. *Minuere ingenium*) dempserunt vires ingenij & poetices peritiam. *Aut etiam nullum*) aut etiam ingenium meum antea fuit exiguum & nullum. Hoc autem dicit, vt beneuolentiam captet. *Viribus infirmi*) debilis ingenio. *Vestro candore*) vestro fauore & commendatione. *Valemus*) probamur. *Omnia*) omnem poeticæ facultatis peritiam. Quibus verbis blandè Poeta sibi Rufinum conciliat. *Cuncta*) omnia mea. *Fauore propenso*) inclinata in me aura. *Sint nixa*) sint fulta. *Præcipuum habet ius veniæ*) in primis & ante alia opera mea indiget & exposcit, vt ignoscatur. *Ille liber*) libellus ille quem mitto, vbi describitur Cæsaris triumphus materia ampla & magna, quæ aliud exposceret ingenium, quàm meum. ex quo innuit latenter hanc ob causam sibi ignoscendum esse, quamuis tamen alias etiam causas subiungat. *Spectatum triumphum*) triumphum Germanicum oculis conspectum. *Memori manu*) calamo eius qui hæc vidit & notauit. *Visa*) ea quæ vidit. *Vix captata*) vix à me audita. *Per aurem auidam vulgi*) per vulgum hæc audiendi cupidum: qui hæc tantum audiuit, nec vidit. *Fuere mei oculi*) quia ea non potuimus aliter videre, quàm audire quæ fama ad nos pertulit. *Scilicet affectus similes*) in scribendo hæc quæ audiui talis est affectus & impetus dicendi, qualis est etiam fama. quasi innuat, quòd non ita afficimur, non eo animi calore describimus, quæ audimus, quo ea quæ vidimus. *Nec nitor &c.*) Ordo est: Nec queror quòd defuerit mihi nitor argenti, & reliqua. Per nitorem autem argenti & auri, intellige pecuniam captam, & vasa preciosa, quæ in triumphis præferebantur. *Sed loca*) sed locorum descriptiones & picturæ, quæ triumphantes imperatores præcedebãt. Per loca autem, aut vrbes, aut campos vbi partæ fuerant victoriæ pugnando. & quia huiusmodi prælia picta præibant, & in pugnantium corporibus variæ erant vulnerum & cadentium formæ; ideo subiungit, vel gentes formatæ mille figuris. *Nutrissent carmen*) carmini meo gratiam attulissent. *Præliaque ipsa*) & ipsæ præliorum descriptiones. *Et regum vultus*) & reges ipsi captiui vincti ante currum. *Certissima pignora gentis*) manifestissima pignora & fides gentis Germanicæ deuictæ. Gentes enim non aliter victæ esse credebantur, nisi earum rex ipse captiuus ostenderetur ante currum. Vel pignora certissima ideo fortè appellat, quoniam rege capto nulla timetur amplius rebellio: ille enim est tanquam pignus. Superior tamen sententia mihi magis placet.

Hæc tibi non vanam portantia verba salutem) Commendat hæc elegia carmen siue poema suum Poeta, quod de triumpho Tiberij composuerat: excusátque tenuitatem illius, primò à facultate proprij ingenij: deinde & quòd absens, de rep. Romæ actis, auditu tantum compererit, eóque plenè omnia persequi nõ potuerit. Item, quòd assuetus & exercitatus hactenus tristibus, ad læta magnificáque illa tractanda impar quodãmodo fuerit. Postremò, quòd & genus carminis, quo ipse vtatur, aliquanto humilius sit, quàm vt rebus tantis ac tam sublimibus satis sufficiat, aut respõdeat. Cæterùm quale ipsum carmẽ fuerit, sciri certò nõ potest: quando, vt alia multa eiusdem poetæ, intercidit. Accipiunt autem plerique de triumpho Germanico, quem Tiberius egerit, scriptum fuisse: perinde vt & superiorẽ elegiã iidem intelligũt, quæ est prima lib. 2. Sed ego, quòd illic monui, idem hîc sentio: videlicet de Illyrico triumpho & hæc & superiora illa accipienda esse. Nusquã enim alibi reperio, de Germanis triumphasse Tiberiũ: sed deuictis Illyriis, decreto quoque illi eã ob rẽ triũpho, in præsens quidẽ tũ ob mœstã Varianæ cladis ciuitatem, ouantem, sed laureatum tamẽ, vrbem esse ingressum: biennio aũt post, cũ ex Germania, quò pacandæ illius gratia post cladẽ à Varo acceptã, missus fuerat, redisset, triũphũ dilatũ, de Dalmatis & Illyriis egisse. Eũ igitur triumphũ & hîc & suprà significari existimo, præsertim quando & temporũ ratio eòdẽ accedit. Triũphauit enim Tiberius proximo anno ante mortẽ Augusti, quo tẽpore & hæc à poeta scripta videntur, quũ iam quartũ in Ponto annũ degisset. Nã de ouatione, ad quã Merula hæc & superiora item referri posse putat, æquè superuacanea ac friuola cogitatio est, quando & tempus discordat, quum Tiberius ouans ingressus sit vrbem statim post cladem Varianam, quo tempore Ouidius primùm in exilium abiit. Et illud item, quòd de ducibus & locis captiuis mentio vtrobique fit, qui non ouando, sed in triumphis ante currum gestari aut duci solebant. Quod autem ad finem & de altero triumpho meminit Poeta, quem eidem Tiberio de Germanis ducendum velut vaticinatur: id eodem modo expono, vt superiora illa in Tristibus eleg. quæ incipit, Iam fera Cæsaribus potuit Germania, &c. Scilicet vt putemus, Poetam similem euentum ac finẽ belli Germanici, atque Illyrici fuerat, diuinare voluisse. Eóque & triumphum similem Tiberio prædixisse, siue quòd de Germanico in Germaniam profecto nondum sciret: siue etiam quòd hac prædictione gratiam aliquam à Tiberio inire cuperet. Nam suprà quidem lib. 2. eleg. 1. Germanico eidem triumphum agendum diuinat. Vnde & hîc non immeritò aliquis existimaret, elegiam hanc citius quàm superiorem illam, scriptam fuisse: quasi Poeta hæc iam scripta, tum demum de Germanici profectione audiuisset. Sed fortassis de hac re non ita curiose inquirendum, præsertim quando eodem anno vtraque scripta, siue hæc, siue illa prior, fuerit. *Firma valent per se &c.*) Sensus est: Corpora firma ac valida per se consistunt, neque opus medico habent, qui ea conseruat: sic & boni ac præstantes Poetæ, non indigent fauore lectoris, quando ipsorum carmina per se commẽdabilia sunt, &c. vt prius distichon collationem medicorum & ægrotantium, posterius adaptationem Poetarum & carminum contineat. *Nos ea vix auidam vulgi captata per aurem*] Alij, Vulgo legunt, vt sit sententia talis: Nos ea vix videmus per auidam aurem captata, hoc est audita vulgo, siue in publico, & nullo certo autore.

At regum vultus certissima pignora gentis] Ita quidem

A vulgo: sed alij, Pignora meotis legunt, quæ lectio & verior est, & sententiam planiorem reddit. vt sint, Pignora mentis, indicia & significationes. Est enim vultus, quasi quidam tacitus animi index, qui pro eo atque illa affecta est, ipse quoque lætus aut tristis, placidus aut toruus est. Quanquam rursus neque altera lectio prorsus reiicienda. Possunt enim pignora gentis accipi, vultus regum, vt sint velut indicia, & certæ significationes totius gentis: hoc est, qualiter affecta, & quibus moribus aut ingeniis tota gens prædita sit, propterea quòd ad principum ingenia & mores, etiam populi sese comparant.

Inuissent aliqua forsitan illud opus.
Plausibus ex ipsis populi, latóque fauore,
Ingenium quoduis incaluisse potest.
Támque ego sumpsissem tali clamore vigorem,
Quàm rudis audita miles ad arma tuba.
Pectora sunt nobis niuibus glacieque licebit,
Atque hoc, quem patior, frigidiora loco:
Illa ducis facies in curru stantis eburno
Excuteret frigus sensibus omne meis.
His ego defectus, dubiisque autoribus vsus,
Ad vestri venio iure fauoris opem.
Nec mihi nota ducum, nec sunt mihi nota locorum
Nomina, materiam non habuere manus.
Pars quota de tantis rebus, quam fama referre,
Aut aliquis nobis scribere posset, erat?
Quò magis ô lector debes ignoscere, si quid
Erratum est illic, prateritúmve mihi.
Adde quòd assiduas domini meditata querelas
Ad latum carmen vix mea versa lyra est.
Vix bona pòst tanto quærenti verba subibant,
Et gaudere aliquid res mihi visa noua est.
Vtque reformidant insuetum lumina Solem,
Sic ad lætitiam mens mea segnis erat.
Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum,
Gratiáque officio, quod mora tardat, abest.
Cætera certatim de magno scripta triumpho
Iampridem populi suspicor ore legi.
Illa bibit lector sitiens, mea pocula plenus,
Illa recens pota est, nostra tepebit aqua.
Non ego cessaui, nec fecit inertia serum,
Vltima me vasti sustinet ora freti.
Dum venit huc rumor, properatáque carmina fiunt,
Factáque eunt ad vos, annus abisse potest.
Nec minimum refert, intacta rosaria primus
An sera carpas penè relicta manu.
Quid mirum lectis exhausto floribus horto,
Si duce non facta est digna corona suo?
Deprecor hac, vatum contra sua carmina ne quis
Dicta putet, pro se musa locuta mea est.
Sunt mihi vobiscum communia sacra poetæ,
In vestro miseris si licet esse choro.
Magnáque pars animi mecum vixistis amici,

M a a. *Aliqua*] scilicet parte. *Illud opus*] illum triumphum Germanicum à me compositum. *Rudis miles*] tyro & belli inexpertus. *Pectora frigidiora*] mentem magis hebetem & obtusam. Rem physicam tangit Ouid.

B Stulti enim & hebetes, frigidioris sunt sanguinis: prudentes verò, calidioris. Dicebat etiã Empedocles (vt est autor Cicero in Tusculanis) animum esse cordi diffusum sanguinẽ: calidúmq; maiorem habere virtutem, quàm frigidum. vnde & omnes dexteræ partes validiores sunt, & debiliores sinistræ: quia has regit calor iecoris, qui est concretus sanguis.

C hinc caloris domicilium est. Illæ verò contagione frigidi lienis hebetãtur, vt etiã docet Macrobius lib. 7. & Plin. etiam asserit cordi inesse præcipuũ calorem, mentémq; ibi habitare. Sic etiam Vergilius inquit: Frigidus obstiterit circũ præcordia sanguis. *Hoc loco*] hac Scythica regione. *Quẽ patior*] vbi sum relegatus. *In curru eburno*] Triũphalia ornamenta

D fuere, vt alibi diximus, toga prætexta, tunica palmata, toga picta, corona laurea, scipio eburneus, & sella curulis eburnea, de qua hic Ouid. intelligit. Curulis autem sella ob eã causam appellatur, quòd curru honoris gratia soliti erant in curiam vehi senatores, qui curulem magistratũ, hoc est maiorem honorem, gessissent: in quo curru sella esset, supra quã cõsi-

E derent. *Excuteret frigus*] vinceret animi torporẽ. *His ego defectus*] ego qui rebus his prædictis careo. Defectus enim participium est significationis actiuæ in voce passiua Quintilianus Defectáq; labore senectus. & Martialis: Dulcia defecta modulator carmina lingua, Cantator cygnus funeris ipse sui.

Dubiis autoribus] autoribus rem etiam ignorantibus. Vel (quod magis placet) intelligit rumorẽ ipsum, qui est sermo sine vllo certo autore dispersus, vt Fabius docet. *Vestri fauoris*] ad vestrum auxilium ô Poetæ. *Materiam non habuere manus*] cùm, inquit, vellẽ scribere, manus meæ nõ habuere vnde sumerẽt materiã: quia cùm non viderim duces, & loca picta, & cætera quæ in triumphis præferebantur, nõ potui

F ea scribere, quæ non videram & ideo dicit, manus non habuisse materiam. *Pars quota*] pars rara, vel nulla. *Illic*] in descriptione huius triumphi. *Præteritúmve mihi*] quod à me prætermissum. *Assiduas querelas domini*] continuos fletus meos, propter hanc relegationẽ. *Ad latum carmen*] ad describendum triumphum, qui cõtinet materiam lætam. *Pòst tanto*] Subaudi, tempore: vt sit Archaismos. Antiquitus enim, antè, pòst & circum vtriq; casui seruiebant. Vergilius: Et longo pòst tempore

G venit. *Verba bona*] verba læta & fœlicia. *Subibant*] in mentem veniebant. *Et gaudere aliquid*] & te aliquid lætari. *Res noua*] res inusitata. *Reformidant*] respuunt & timent. *Solem insuetum*] solem quem non solent intueri. *Lumina*] oculi. *Est quoque cunctarum*] Aliam rationem etiam subiũgit, quare sibi ignosci velit, si triumphus vi-

H debitur non ita gratiam habere. Habent, inquit, maximè gratiam nouæ res: vt si quis describat triumphum, dum triumphatur: non autem post menses aliquot. Sic Plinius, Insitum est, inquit, mortalibus studium magna & inusitata noscẽdi. *Officio*] rei illi quam facimus, vt puta scribẽdo triumphum, aut aliud aliquid simile. *Abest*] deest. *Illa*] scilicet carmina

I aliorum. *Lector sitiens*] lector desiderans. *Plenus*] iam satur & epotus: & ideo fastidiens. *Mea pocula*] Subaudi, bibit. hoc est, legit meum carmen. Persistit enim in metaphora potantis semel sũpta. *Nostra tepebit*] nostra aqua iamdiu hausta erit tepida. hoc est, carmen meum serum nullã habebit gratiam post aliorum carmina prius composita. *Vltima me vasti*] Quid

K sit in causa, quòd tam serò triumphum composuerit, paucis docet Poeta. *Ora vltima*] postrema regio. *Vasti Ponti*] magni maris Pontici. *Rumor*] fama triumphi. *Properata*] etiam celeriter facta. *Nec minimum refert*] nec valde parũ interest, imò plurimum. *Intacta rosaria*] rosaria ex quibus nullæ adhuc decerptæ sunt rosæ. Est autem Rosarium, copia fruticum vno loco rosas gignentium. *Sera manu*] manu tarda ad decerpendos huiusmodi flores. Quasi dicat, reliqui

L poetæ scripserunt, quæ viderunt plenissimè, quemadmodum hi qui rosas plenis rosariis decerpunt: ego verò scripsi postremus, tanquam qui relictas rosas colligit. Rosæ enim quæ primò leguntur, quia pulchriores deliguntur, magis delectant, quàm aliæ: sic ergo qui primò materiam triumphi Cæsaris descripsere, magis placent, quàm ego.

Lectis floribus] Per florum quoque similitudinem idem exprimit Poeta. *Exhausto horto*] euacuato campo, & quasi adempta omni materia. *Corona*] triumphus. *Digna suo duce*] digna suo imperatore. *Deprecor hac vatum*] Ne poeta videretur questus de poetis, qui huiusmodi quoque triumphum scripserant, hic se excusat. *Pro se*] pro vtilitate sua, nõ vt aliquẽ culparẽ. *Sunt mihi vobiscum*] Causã assignat, quare neminẽ Poetã debeat culpare, aut de eo queri.

A *Communia sacra*) Quia poetæ omnes sunt Phœbi sacerdotes, ideo eius sacra sint illis cum Ouidio etiam poeta communia. *In vestro choro*) in vestro numero & consortio. *Misero*] mihi relegato: & iden misero. *Magna pars an.*] magna pars mei. Amici enim elegáter oune pars, uūe dimidiū animæ amicorū esse dicūtur: Horat Et serues animæ dimidiū meæ.

Hac ego vos absens nunc quoque parte colo.
Sint igitur vestro mea commendata fauore
Carmina, non possum pro quibus ipse loqui.
Scripta placent à morte ferè: quia lædere viuos
Liuor, & inuiso carpere dente solet.
Si genus est mortis male viuere, terra moratur,
Et desunt fatis sola sepulcra meis.
Denique opus nostra culpetur vt vndique cura,
Officium nemo, qui reprehendat, erit.
Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas:
Hac ego contentos auguror esse Deos:
Hæc facit, vt veniat pauper quoque gratus ad aras,
Et placeat cæso non minus agna boue.
Res quoque tanta fuit, quanta subsistere summo
Aeneidos vati grande fuisset onus.
Ferre etenim molles Elegi tam vasta triumphi
Pondera disparibus non potuere rotis.
Quo pede nunc vtar, dubia est sententia nobis:
Alter enim de te Rhene triumphus adest.
Irrita votorum non sunt præsagia vatum,
Danda Ioui laurus, dum prior illa viret.
Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum,
Non bene pacatis flumina pota Getis.
Ista Dei vox est, Deus est in pectore nostro:
Hoc duce prædico, vaticinórque Deo.
Quid cessas currum, pompámque parare triumphis
Liuia? dant nullas iam tibi bella moras.
Perfida damnatas Germania proycit hastas:
Iam pondus dices omen habere meum.
Crede, breuique fides aderit, geminabit honorem
Filius, & iunctis, vt prius, ibit equis.
Prome, quod inycias humeris victoribus, ostrum:
Ipsa potest solitum nosse corona caput.
Scuta sed, & galea gemmis radientur, & auro,

Hac parte) propter hanc partem, quia fuistis magna pars mei. *Pro quibus*] pro ipsis scilicet carminibus, quia non possum Romæ esse vobiscum, & illa vobis commendare. *Scripta placent*) Assignat causam, quare nemo debet carpere eius carmina. *A morte fere*) quasi B post mortem. *Quia lædere viuos liuor*] Sic alibi, Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. *Et solet carpere d. i.*) & solet alteri detrahere, & mordere genuino dente. *Male viuere*] vitam malè & duriter agere, vt ego facio in hac Scytharum barbarie. *Terra moratur*) sepulcrum me cape-ctat. *Fatis meis*) meæ morti. *Opus nostra cura*] opus hoc de trium-C pho Germanico, in quo magnam curam adhibui. *Vt culpetur*) quamuis accusetur *Vndique*] ex omni parte, vel ab omnibus. *Officium*] studium & voluntatem meam. *Vt desint vires*] quamuis ad scribendum triumphum vires meæ succubuerint. *Hac*] scilicet bona voluntate. *Hac*] ista bona voluntas. *Pauper*] vir ignobilis, sed boni ani-D mi. *Ad aras*] ad sacrificandum diis immortalibus. *Non minus boue cæso*) non minus, quàm si boue sacrificaret pauper. *Res*) materia huius triumphi Cæsaris. *Quanta* Subaudi, rei & materiæ. *Subsistere*) subiacere & versari in scribendo. *Fuisset grande onus*) fuisset arduum & difficile pondus. *Summo vati Aeneidos*) maximo illi poetæ Vergilio, qui Æneida conscripsit. *Rotis disparibus*) imparibus versibus. *Quo pede*) quo versu, elegóne an heroico *Alter triumphus adest*) secundus triumphus propè est. primò enim Augustus (vt Horus scribit) per Drusum priuignum Germanos deuicit: cui ibi E defuncto, Senatus cognomen à prouincia deuicta Germanici dedit. Postea cæso Quintilio Varo, cum tribus legionibus, illi iterum rebellarunt, ad quos domandos postmodum missus Tiberius, victoriam secundam reportauit, vt antea diximus. Cùm autem hæc scripsit Poeta, Tiberius Germanicam expeditionem susceperat, ac prope absoluerat, & triumphum breui expectabat. Aut certè per alterum triumphum, omnia ad Tiberium ceseras, quem diximus primò de Germanis ouasse, deinde etiam triumphasse: vt mox etiam dicemus. Rhenum autem fluuium pro Germania posuit, quæ à Gallis, Rhetiis, & Pannoniis Rheno & Danubio fluminibus separatur Sic in Fastis: Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas. Rhenus enim Rheticarum Alpium inaccesso ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in occidentem versus septentrionali F Oceano miscetur. Autor Cornelius Tacitus in libro de Germania. *Præsagia mag. vatum*] poetarum excellentium vaticinia. Sum enim vaticinatus prædicendo huiusmodi triumphum. Legitur etiam sic. *Irrita votorum*) vt sit sensus: Præsagia poetarum non solent desideria sua irrita facere, sed certa & vera. *Danda Ioui laurus*] triumphus dandus est Ioui Capitolino, cui imperatores lauru coronati ibant sacrificatum Vel dicit ponendam esse lauream de more post triumphum in æde Iouis Capitolini.

Dum prior illa viret) G dum corona illa Tiberii, qua paulo antè ouans de Germania, seu (quod magis placet) ob debellatum Illyricum, vt statim dicemus, coronatus vrbem intrauit, adhuc est recens & viridis. Ex quo innuit post illum triumphum alterum etiam propediem deberi Tiberio. *Mea verba*) hæc quæ futura auguror, non sunt verba mea, sed A-H pollinis. *Qui sum summotus ad Istrum*) qui sum è patria in Pontum missus, in quem defluit Ister. *Flumina pota*) flumen Istrum epotum. Est autem Appositio *Getis non bene pacatis*] Getis non bene pacificis. *Est dei*) est Apollinis. *In nostro pectore*) in pectore poetarum *Hoc*) hunc alterum triumphum.

Dant nullas iam tibi bella moras), Iam inquit I Germani incipiunt bella ponere: nec tibi vllam afferunt causam tarditatis, imò videntur hortari, vt præpares ornamenta triumphalia, quia citò reliqui hostes vincentur à Tiberio. cùm enim sunt bella, illa quidem causas videntur afferre, vt differantur ornamenta triumphalia: sed cum penè bellum illud sit absolutum, dicit per illud nullam moram extare, quominus ap-K pareetur triumpho necessaria. *Perfida Germania*) Germania quæ fidem rupit Romanis, cæso Varo, & tribus legionibus *Damnatas hastas*) bella & arma, quæ detestatur & damnat. *Proycit*) abiicit tanquam penè victa. Ex quo denotat posse Liuiam quasi pacatis populis parare pompam pro alio futuro triumpho. *Habere pondus*) habere effectum. *Geminabit honorem filius*) Tiberius alium consequetur triumphum: & ita duplici triumpho erit gloriosus, altero pario de Illyria, seu de Germania: & ouationem, de qua supra intelligit: altero verò de Germanis. Tiberius enim vastata Germania, Imperator appellatus fuit, vt scribit Eusebius de temporibus. *Et iunctis vt prius ibit equis*) & quadrigis triumphans in Capitolium vehetur, quemadmodum prius, quando vrbem prætextatus, & laurea coronatus intrauit, posi-L túmque in septa tribunal senatu astante conscendit, ac medius inter duos consules cum Augusto simul sedit. Vnde populo consalutato, circum templa deductus est Quam rem hic Poeta designat: proximo deinde anno in Germaniam, quæ cæso Q. Varo cum legionibus rebellauerat: vastatáque ea, Imperator appellatus (vt diximus) in vrbem post biennium regressus, triumphum quem distulerat egit. Scribit etiam Paulus Orosius, Germanos domitos fuisse à Claudio Druso priuigno Augusti: eósque deinde Drusi morte rebellantes Tiberius frater bello arripuit: ex quibus 1000. captiuos victor adduxit: vt non immeritò dicat Poeta eum honorem geminatum triumphando pariter de Illyrico, atque Germania. Vel, geminabit, quia prius prætextatus, &

laurea coronatus quasi triumphans honoratus vrbem intraoit: nunc verò vastata Germania, etiam triumphabit. Vel quia prius victoriam adeptus fuit Drusus. Deinde vrbem intrabit Tiberius triumphaturus & ipse de Germania, & sic geminabitur triomphus. Sed magis placet illud verbum Geminabit teferas ad Tiberij oationem, de qua dictum est, & ad sequentem eius triumphum de Germania. *Prome*] eximu & para. *Ostrum*] purpuream togam, qua Imperatores induti triumphabant, vt diximus. *Ipsa corona*] ipsa laurea. Vel certè coronam illam lauream intellige, quam ornatam gemmis capite gestabant imperatores induti veste purpurea, aurea intexta sideribus, vt docet Appianus. ex cuius sententia triumphi formam in Enarrationibus in Ouid. de Arte amandi alias descripsimus.

Sténtque super victos trunca trophaa viros:
Oppida turritis cingantur eburnea muris:
Fictáque res vero more putetur agi:
Squalidus immittat fracta sub arundine crines
Rhenus, & infectas sanguine portet aquas.
Barbara iam capti poscant insignia reges,
Textáque fortuna diuitiora sua.
Et qua praterea virtus inuicta tuorum
Sape parata tibi, sape paranda facit.
Dij, quorum monitu sumus hac ventura locuti,
Verba, precor, celeri nostra probate fide.

Trunca trophaa] trophæa quæ amputatis arboribus figebantur. Amputabant enim ramos arborum, ac deinde armis spolijsque hosti detractis ornabant: præferebántque milites victorea, imperatorem triumphantem sequentes, ea picta, in triumpho, cum alijs etiam simulacris rerum à se gestarum. Dicta autem sunt trophæa à τρέπω, id est, vertere: quòd qui hostem in fugam vertisset, trophæum merebatur. Illud notandum, à Græcis Tropæum dici, detracta aspiratione. *Super viros*] super cæsos hostes. Omnis enim vt gesta fuerant, pingebantur, & præferebantur in triumphis. *Oppida eburnea*] ciuitatum captarum simolacra ex ebore compacta. Quam rem docet Iosephus in descriptione triumphi Vespasiani, his verbis: Deinde transibant plurimi victoriæ simulacra portantes omnia ex auro & ebore facta. *Muris t.*] mœnibus suis turres habentibus. *Ficta res*] Rem fictam appellat vrbium pictarum simulacra & gesta, quæ præferebantur in eo triumpho. *Putetur agi vero more*] putetur ita describi, vt verum existimatur oppidum, & non pictura. *Squalidus Rhenus*] Rhenus, fluuius Germaniæ squalore ac sorde confectus, quòd victus sit. Deum autem fluminis designat. *Immittat crines*] imponat capillos suos. *Sub arundine fracta*] sub corona harundinea lacera, propterea quòd victus sit. Finguut autem poetæ flumina coronas harundineas gestare, vt docuimus in enarrationibus nostris in Ouid. de Arte amandi. *Infectas sanguine*] tinctas cruore interfectorum. *Reges capti*] reges Germanorum captiui. *Iam ponant insignia barbara*] iam tanquam victi deponant coronas, quibus ipsi reges barbari prius vtebantur. Ex quo Poeta designat Tiberium penè Germanos rebelles deuicisse, & breui de illis quoque triumphaturum. *Textaque*] & deponunt etiam tanquam captiui vestes regias. *Diuitiora sua fortuna*] quia reges illi nihil habebant, omnia enim iure belli amiserant: & eo pacto preciosiores erant vestes ipsis regibus. *Et qua praterea*] Ordo est: Et ô Liuia quid præterea cessas parare ea, quæ sæpe parata, tibi sæpe paranda virtus tuorum inuicta facit. Vel certè, facit sæpe paranda. *Virtus tuorum*) virtus Augusti & liberorum. *Sape parata tibi*] quia sæpenumero parasti tuis triumphalia ornamenta, vt ea quæ paulo superius expressit Poeta. *Sape paranda*] quoniam alios etiam triumphos comparabunt, & tu quoque triumphalia ornamenta parabis. *Quorum monitu*] Apollinem significat, cuius monitu & furore poetæ vaticinantur. *Celeri fide*] celeri exitu & effecta.

IN QVINTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD COTTAM.

Qvā legis, vnde tibi mittatur epistola, quæris?
Hinc, vbi caruleis iungitur Ister aquis.
Vt regio dicta est, succurrere debet & autor
Lasus ab ingenio Naso poeta suo.
Qui tibi, quam mallet prasens afferre salutem,
Mittit ab hirsutis Maxime Cotta Getis.
Legimus ô Iuuenis patrij non degener oris,
Dicta tibi pleno verba diserta foro.
Qua, quanquā lingua mihi sunt properāte per horas
Lecta satis multas, pauca fuisse queror.
Plura sed hac feci relegendo sape, nec vnquam
Hac mihi, quàm primò grata fuere minus.
Cúmque sua toties nihil è dulcedine perdant,
Viribus illa suis, non nouitate placent.
Fœlices, quibus hac ipso cognoscere in actu,
Et tam facundo contigit ore frui.
Nam quanquam sapor est ablata dulcis in vnda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aqua.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,

Quam legis. Ad Maximum Cottam hanc epistolam mittit, ad quē etiam superius scripserat: laudátque eius orationem, quam Romæ in foro iudiciali habitam, legendam miserat: precatúrque, vt crebro studij sui huiusmodi pignora mittat. Deinde dicit se absentem illum tanquam præsentem intueri; viderique cum eo Romæ esse, tanquam in cœlo. Cùm verò meminit se esse in Scythia, dicit videri se ad inferos reuerti. *Hinc* subaudi, mittitur. *Iungitur*] miscetur Ister enim per multas regiones delapsus, in Pontum cadit. *Aquis caruleis*) aquis maris Pontici, flauis: quibus verbis regionem Ponticam designat. *Vt regio dicta est*) postquam regionem Ponticam descripsi. Vnde ego hanc ad te epistolam mitto. *Succurrere debet*] debet in mentem venire. *Et autor*] etiam qui scribit hanc epistolam, scilicet Naso Poeta. *Lasus ab suo ingenio*) offensus & relegatus propter artem poeticam scribendo præcepta amatoria. *Prasens*) tecum Romæ. *Ab Getis hirsutis*) à Getis squalidis, barbaris, & impexis. *O iuuenis non degener*] ô Cotta Maxime, qui non degeneras à tuis. *Oris patrij*) eloquentiæ patris tui, qui fuit summus orator: de quo paulo pòst dicemus. *Dicta pleno foro*) habita frequenti turba, quæ erat in foro iudiciali. *Verba diserta*) eloquentem orationem tuam in genere iudiciali. *Lingua properante*] celeritate legendi. *Per multas horas*] Ostendit poeta per hæc verba copiosum dicendi genus ipsius Cottæ. *Fuisse pauca*) visam fuisse eam orationem breuem, propter eius elegantiam, & suaue dicendi genus. *Plura sed hac feci*] Sed hæc verba orationis tuæ crebrò lecta fuerunt plura, quàm visa fuerint. *Nec vnquam, Hac mihi quàm primò*] &c. postrema lectio æque mihi fuit grata, ac prima. Est autem magna operis laus, siquidem græcum est prouerbium, Bis pulchrum esse, quod relectum placeat. *Toties*) tam crebrò à me lecta. Vbi notandū, quòd Toties, Milies, Centies, Decies, Quoties, sine n scribenda sunt, vt docet Caper. *E sua dulcedine*] è sua verborum suauitate & elegantia. *Perdant*) amittant: sed semper visa fuerint mihi crebrò legenti habere eandem in dicendo suauitatem. *Suis viribus*) peculiari dicendi vi, & inuentionis, ac argumentorum efficacia,

A *Nouamitate*]non nouo dicendi genere, nec vlla affectatione, aut lenocinio, sed quali cæteri vtuntur oratores. Vel hoc dicit, Placent, non quia opus nouum est (noua enim nos maximè delectant) sed quia ea oratio est elegans, & cõstat suis virtutibus & partibus quæ debent esse in huiusmodi oratione. *In ipso actu*] in ipsa recitatione, dum huiusmodi causa agebatur in iudicio. *In Vnda ablata*] in aqua separata ab ipso fonte. *Ex ipso fonte*] e loco, vbi aquæ ipsæ scaturiunt. *Adducte ramo*] tracto ad se ramo.

Quàm de cælata sumere lance, iuuat.
At nisi peccassem, nisi me mea musa fugasset,
Quod legi, tua vox exhibuisset opus.
Vtque fui solitus, sedissem forsitan vnus
De centum index in tua verba viris.
Maior & implesset præcordia nostra voluptas,
Dum traherer dictis, annuerémque tuis.
Quem quoniam fatum patria, vobísque relictis,
Inter inhumanos maluit esse Getas:
Quod licet, vt videar tecum magis esse legendo,
Sæpe, precor, studij pignora mitte tui.
Exemplóque meo, nisi dedignaris id ipsum,
Vtere, quod nobis rectius ipse dares.
Námque ego qui perij iampridem Maxime vobis,
Ingenio nitor non perijsse meo.
Redde vicem, nec rara tui monumenta laboris
Accipiant nostræ grata futura manus.
Dic tamen ô iuuenis studiorum plene meorum,
Ecquis ab his ipsis admoneare mei?
Ecquibus aut recitas factum modo carmen amicis,
Aut (quod sæpe soles) exigis vt recitent?
Interdum queritur tua mens, oblita quid absit:
Nescio quid certè sentit abesse tui.
Vtque loqui multum de me præsente solebas,
Nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est?
Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu:
Et sit periuri quàm propè pœna, vides.
Te nisi momentis video penè omnibus absens:
Gratia sit menti, quolibet ire licet.
Hac vbi perueni nulli cernendus in vrbem,
Sæpe loquor tecum, téque loquente fruor.
Tunc mihi difficile est, quàm sit bene, dicere, quámq;
Candida iudicijs illa sit hora meis.
Tunc me, si qua fides, cœlesti sede receptum
Cum fortunatis suspicor esse deis.
Rursus vbi huc redij, cœlum superósque relinquo:
A Styge non longè Pontica distat humus.
Vnde ego si fato nitor prohibente reuerti,
Spem sine profectu Maxime tolle mihi.

M. s. r. *Quam de lance cælata*] quam de aliqua patina, & vase sculpto. *Nisi peccassem*] nisi amatoria scripsissem. *Mea musa*] carmina à me facta. *Fugasset*] in exiliũ ereciſſet. *Tua vox*] tua recitatio. Multo magis enim viua vox afficit. *Exhibuisset opus quod legi*] dedisset B mihi orationem istam tuam ad me missam: hoc est, audiuissem, non legissem orationem tuam: *Vt me solitum*] et consueui, quia Poeta Centumviri fuit. Quare nusquam Centumviri appellarentur, docuimus abundè in enarrationibus nostris in Ouidium de Tristibus. *Dum traherer tuis dictis*] dum dicentem te audirem, & tota C verba & sententiam adduceret tuis rationibus. *Annuerémque*] & probarem. Est autem magna oratoris laus, dum sine vitor exitu sececo: hoc est, appositè dicit ad persuasionem. Is enim nimirum munus oratorium peregit, quam tem hic Poeta dicere videtur fuisse in Cottæ oratione. Hunc autem Cottam eius Cottæ oratoris filium crediderim, cuius D meminit Cicero in libro de Claris oratoribus, à quo se dicit incitatum cupiditate imitandi: & quem scribit fuisse te missum, & lenem, propriis verbis comprehendentem solutè & facilè sententiam: & qui pro Marco Canuleio & pro Cn. Dolabella consulari princeps adhibitus est, postmodũ illũ ex cõsulatu in Galliá profectũ esse scribit. vt facilè crediderim eũ tũc Cottá cognominatũ. E Cuius rei pertè superius meminisse Poeta visus est eo verso, Adiectiq; probẽt genitiua agnomina Cottæ. vt intelligis incoles Cottiatũ Alpiũ ab eo adiectos pop. Rom. & inde Cottę cognomẽ reportasse. *Quẽ*) scilicet me *Quoniã f.*) quoniã ordo fatorũ. *Patria*) subaudi, relicta. *Vobisq;* & amicis, vt tu es. *Quod l.*) quod fieri est, quod cõceditur, scilicet vt mittas pignora tui studij. *Legẽdo*) scilicet scripta tua. *Pignora tui studij*) vel carmẽ, vel orationẽ, vel aliud huiusmodi. *Exẽplo m.*] quia sæpe aliquid cõpono, & ad te scribo. *Nisi dedig.*) nisi indignũ putas me imitari & ad me tua scripta mittere. *Quod nobis &c.*) quod exẽplũ rectius tu ipse potes mihi præstare. *Qui perij iamp.*] quia iã antè relegatus sum. *Vobis, Ingenio &c.*] scribo ad vos sæpius, & eo pacto conor vobis absentibus, tanquã præsentibus frui, & videri esse vobiscũ, F & non in exilio. *Redde v.*) fac tu idẽ vicissim ad me etiam scribendo. *Nec rara &c.*) Ordo est: Nec nostræ manus accipiant monumenta rara tui laboris, hoc est, literas tuas. *Futura gr.*] scilicet nobis. *Plene stud. m.*) plene meorũ carminũ, quæ multa ad te misi. Vel plene studiorũ artis poeticæ, quã à me didicisti: id quod inferius apertius exprimit. *Ecquod*, nunquid. *Ab his ipsis*) ab his meis studiis. *Admoneare mei*] mei erga te animi memoriam te sentias. *Ecquibus amicis*, num aliquibus æqualibus. *Exig.*] requiris. & subauditur, à quibus. *Vt recitent*, vt ipsi amici sua tibi carmina legant. *Interdũ qu. t. mens*] animus tuus interdũ dolet. *Oblita quid absit*] G quod eius, hoc est mei, qui absũ à te, obliuiscatur. *Quid tui sentit abesse*] quã tui partem mens tua intelligit longè se remotã. Ex quo innuit se olim fuisse quasi dimidium animæ ipsius Cottę. *Ab arcu Getico*] à sagittis, quibus H Getæ peri è vtũtur. *Periuri*] mei falsò iurãtis, vel hominis falsò iurantis. vt dicat, Afficiat ea pœna, qua falsũ iurãtes afficiũtur. *Quam pr. v.*] qua pœna, vt scilicet sagittis Geticis confodiar, penè vides me affici: nã Getæ infestãt quotidie hæc loca vbi sũ, & parũ à morte disto. *Omnibus m.*] omnibus spatiis temporis. *Gratia sit*] subaudi, diis. Ago, inquit, diis gratias. Sunt qui ita distinguant, Gratia sit menti: vt dicat, Menti meæ gratias habeo. Alij pro Sit, Diis legunt, & menti cum sequentibus construunt. *Quolibet ire licet*] Quasi dicat: Mẽs mea non exulat, nec Romam ire prohibetur, quemadmodum corpus. *Hac*] scilicet mẽte mea. *Sæpe loquor tecũ*] sæpe videor tecũ loqui. *Te loquente*] te quẽ videor me alloquentẽ intueri. *Tũc est dif. mihi d.*) K tunc est graue mihi exponere. *Quàm sit b.*] quãtum boni cõsequar & lætitiæ eo tẽpore, quo tecũ esse videor. *Sit c.*) sit fœlix & benigna. *Illa ho.*) illud tẽpus, quo tecũ esse videor. *Meis iudicijs*) meis cogitationibus, iudicãdo de animo erga me tuo. *Si qua fides*) si quid mihi creditur. *Cũ fort. deis*) cum diis fœlicibus. *Vbi huc r.*) vbi videor Roma in Scythiã redijsse. *Relinquo*) videor relinquere. *A Styge*) ab inferis. *Non m. d.*) nõ est multũ dissimilis, propter eius deformitatẽ. Quasi dicat, Videor ad inferos peruenisse. *Vnde*) à qua terra Põtica. *Si n. reu.*] si conor Romã redire. *Fato pr.*] diis nolentibus. *Tolle spem mihi*] adime hanc L mihi spem redeundi, ostendendo per literas non posse fieri, vt redeam. *Sine prof. Spem*] quæ spes nihil profectura est: frustra enim reditum spero, si non possum illum consequi.

M I C Y L. Nusquam legimus Cottias Alpes a Cotta deuictas, aut in potestatem R. P. redactas. Ecq; neque cognominis hæc ratio procedit Et Cottiũ, à quo ipsæ Alpes nomen habẽt, sub Augusto vixisse cõstat. Quare quid de iis Cottis dicemus, q citra ea tẽpora vixere? Postremò & Cottias Alpes plerique scribũt, nõ Cottias. Volaterran. autẽ Cottiũ nomẽ ab iracũdia & foruitate oris dictũ existimat. *Exẽplóq; meo nisi dedignaris idipsũ Vtere*] Aldina editio habet Nisi dedignaris idipsum. vt sit sensus, Nisi nolis meo exẽplo ad me ipsũ vti. Nõ tamen satis liquet, vtra lectio melior, quod ego quidẽ videã.

A IN SEXTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD AMICVM QVENDAM.

Naso suo,posuit nomen cui penè sodali
Mittit ab Euxinis hoc breue carmen aquis.
At si cauta parum scripsisset dextra, quis esses,
Forsitan officio parta querela foret,
Cur tamen hoc alijs tutum credentibus,vnus
Appellent ne te carmina nostra rogas?
Quanta sit in media clementia Cæsaris ira,
Si nescis,ex me certior esse potes.
Huic ego,quam patior,nil possem demere pœnæ,
Si iudex meriti cogerer esse mei.
Non vetat ille sui quenquam meminisse sodalis:
Nec prohibet tibi me scribere,téque mihi.
Nec scelus admittas,si consoleris amicum:
Mollibus & verbis aspera fata leues.
Cur dum tuta times,facis vt reuerentia talis
Fiat in Augustos inuidiosa deos?
Fulminis afflatos interdum viuere telis
Vidimus,& refici non prohibente Ioue.
Nec quia Neptunus nauem lacerauit Vlyssis,
Leucothoe nanti ferre negauit opem.
Crede mihi,miseris cælestia numina parcunt,
Nec semper læsos,& sine fine premunt.
Principe nec nostro deus est moderatior vllus:
Iustitia vires temperat ille suas.
Nuper eam Cæsar facto de marmore templo,
Iampridem posuit Mentis in æde suæ.
Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet,
Qui pœnam culpa non meruere pati.
Obruerit cùm tot sæuis deus æquoris vndis.
Ex illis mergi pars quota digna fuit?
Cùm pereant acie fortissima quæque,vel ipso
Iudice,delectus Martis iniquus erit.
At si fortè velis in nos inquirere,nemo est,
Qui se,quod patitur,commeruisse neget.
Adde quòd extinctos vel aqua,vel marte,vel igne,
Nulla potest iterum restituisse dies.
Restituit multos,aut pœnæ parte leuauit
Cæsar:& in multis me precor esse velit.
At tu,cum tali populus sub principe simus,
Alloquio profugi credis inesse metum?
Forsitan hæc domino Busiride iura timeres,
Aut solito clausos vrere in ære viros.
Desine mitem animum vano infamare timore.

MED. *Naso suo posuit*] Ad amicum quendam, qui nolebat à Poeta in scriptis suis propter Augustum nominari, hanc epistolam scribit: colligitque nihil timendum esse, quandoquidem Cæsare nihil est clementius. Sed si modò hoc nimc, vt amico hunc scrupu-B lum eximat, pollicetur se non vlterius eius nomen monumentis suis insertutum. Postremò rogat, vt quandoquidem tutos poterat se apertè amare, latenter saltem amicitiæ velit meminisse *Ab aquis Euxinis*] à Pontica regione. *Parum cauta*] parum dispiciens. *Quis esses*, quomodo appellaris, te ipsum nominando *Officio*] dum crederem esse officiosus. C *Forsitan foret parta*] forsitan foret acquisita quia de me fortasse quereris. *Alijs credentibus esse tutum*) alijs existimantibus non esse timendum, & ideo tutum. *Hoc*) scilicet nomen ponere in meis scriptis. *Vnus*]solus. *Ne te appellent*) ne te nominent. *In media ira*] in medio furore iræ suæ *Clementia*] Clementia pars est temperantiæ. Est au-D tem virtus, per quam animi temerè in odium alicuius concitati, comitate retinentur. Clementiam scribit Seneca esse temperantiam animi in potestate vlciscendi: vel lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis. *Ex me*] quia quum essem meritus maius supplicium, ille clementius mecum egit, méque tantùm relegauit. *Nil* E *possem demere*, nil possé imminuere & detrahere: quia Cæsar non potuisset me mitius punire. nam si acerbiusculus fuisset in me, potuisset aliquid pœnæ detrahi *Nil vetat ille*) nil Augustus prohibet *Nec scelus admittas*) non modò non offendes Augustum,sed ne deum quidem: quoniam non est peccatum, amicum consolari. *Mollibus verbis*) placido & dulci sermone. *Aspera fata*) infortunia mea. *Leues*) imminuas *Dum times tuta*) dum formidas ea quæ non possunt te lædere. *Vt talis reuerentia*) vt talis erga Augustum honor & timor *Fiat inuidiosa*) inuidiam illis & detractionem conciliet. *In deos Augustos*) Augustum & eius filios intellige. *Afflatos telis fulminis*] fulmine percussos *Et refici*] Et recreari *Non prohiben-* F *te Ioue*] non vetante deo, qui illum afflauit. Seneca in Quæstionibus naturalibus (quod hic etiam Ouidius designat) ex tribus generibus fulminum, tertium esse scribit,quod propriè igneum appellamus. Id autem vrit, aut fuscat, aut afflat: hoc quod afflat, leui iniuria lædit. Quam rem etiam Maro in secundo Æneidos tetigit eo versu, Ex quo me patet, atque hominum rex, Fulminis afflauit ventis, & contigit igni *Nec quia &c*] Notú est, Neptunú insequutú fuisse Vlyssē, propterea quòd eius filiú Polyphemú occæcauerat, G cui naufrago & natanti Leucothoe maris nympha opē tulit,cumq. seruauit. Quo exēplo docet Augustú minimè offédi, si quis fuerit sibi amicus: quādoquidē nec Neptunus iratus est,quòd Leucothoe Vlyssi naufrago auxiliata fuit *Tēperat in.*) moderatur iustitiæ habenas: quia cú potens sit, & possit pro arbitrio vlcisci delinquētes,nil facit,nisi quod suadet iustitia. *Eā*] scilicet iustitiā. & subau-H ditur ab inferiori, posuit, hoc est locauit Augustus enim Iustitiæ tēplú marmoreum erexit Romæ. *Iampridem*] iam antequā ædificaret hoc tēplú Iustitiæ è marmore. *In æde suæ mentis*) in thesauro sui pectoris: hoc est, multò antequàm ædificaret ædē Romæ Iustitiæ, colebat ipsam deā. Sic suprà de Tiberio: Iustitiáq; sic castos placasse parētes, Illo quo templú I pectore sēper habet. *Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet*) Ostēdit Augustú mitiorem Ioue, Neptuno,& Marte.quādoquidē illi sępenumero innocētes puniūt, Cæsar verò nó nisi nocētes *Fulmina temeraria*) fulmina temerè & sine cósilio iacta. *Culpa*) crimine aliquo. *Deus æquoris*` Neptun*: quē Cicero in lib. 2.de Natura deorú,à nādo, paulú primis literis K immutatis, dictú scribit. *Vndis obr.* vndis immerserit *Tot*) scilicet homines. *Pars q.*] rara pars. *Cum per.ac.* cúm in bello cadāt.*Fortissima q.*)vnaquæque fortissima animalia: vt homines,equi, elephantes & similia. *Vel ipso iudice*] vel iudice Marte. *Delectus Martis*) electio ipsa Martis, qui fortissimos tantùm facit in bello cadere, ignaui verò seruātur Dicitur autem Mars,quasi Mauors, quòd magna vertat *Erit in.* erit iniustus quia fortes tātùm perimit. *In nos*) in nos Romanos. Nūc colligit Cæsarē mitiorē L esse diis supradictis. *Adde quòd ext.*) Alia ratione ostendit Cæsarē esse mitiorē diis immortalibus.*Vel a.*)vel mari *Vel marte*) vel in prælio. *Vel i.*]vel fulmine. *Restituit m.* multis pœnā illatā Cæsar ademit,aut totā,aut ex parte *Et in multis &c*]& oro vt me faciat esse in corú numero,quos restituit, aut quibus partem pœnæ ademit *At tu*) at tu,ad quem scribo suppresso nomine. *Cum p.* cum nos Romani. *Simus sub &c*]simus sub tam clemente imperatore. *Alloquio pr.*) alloquendo hominem profugum,& me relegatum. *Credis in. m.*) credis timendum esse. quasi dicat non esse timendum. *Domino B.*] si haberemus talē dominū,qualis fuit Busiris rex Ægypti crudelissimus,de quo alibi diximus. *Aut solito vrere clausos &c.*] aut domino Phalaride, qui in æreo tauro igni

A subdito homines necabat: de quo etiam abundè alibi dictum est. *Mitem animum*] benignam & placidam Cæsaris mentem. *Infamare*] infamia notare. *Vano timore*] frustrà timendo Augustum, si te in scriptis meis nomino. *Posuit Mentis in æde suæ*] De hoc templo alibi nihil legitur apud scriptores, quod quidem ego sciam. Proinde videndum, an ad templum Martis Vltoris alluserit Poeta, quod ab vltione Cassij & Bruti appellatum fuit. Est enim & vltio sine vindicta, iustitiæ pars quædam.

MICYL. *Nuper eam Cæsar facto de marmore templo, Iampridem*

MAR. *Sæua saxa*] sæuientes scopulos. *In aquis placidis*] in aquis minimè æstuosis. quasi dicat: non debes timere iram Cæsaris, quum sit mitis. *Ipse ego quod primo*] Respondet hic tacitæ quæstioni poetæ: posset enim ille, ad quem scribit, dicere: Mones me, vt non timeam Cæsarem, si nomen meũ in tuis versibus fuerit: At tu id fecisti in superioribus versibus, quos ad me misisti: nullum enim nomen tuum posuisti. *Sine nomine*] tacito nomine meo. *Sed pauor attonito*) Non, inquit, nomen meum posui, quod Augustum timuerim, sed quia eram attonitus. *Depserat vsum rationis*] fecerat me rationis expertem. *Attonito*) mihi stupenti hac mea ruina. *Cesserat*] recesserat. *Meis malis*] propter hanc meam cladem. *Fortunam meam*] meum infortunium. *Non iram vindicis*] non iram Augusti vindicantis iniuriam à me acceptam. *Terrebar titulo*] quia non audebam facere mentionem mei nominis in meis libellis. *Admonitus*] tu à me doctus multis rationibus. *Memori poetæ*] mihi Ouidio tui non oblito. *Nomina chara*] nomina amicorum & tui. *In suis chartis*] in suis operibus & libris. *Ambobus*) & tibi & mihi. *Si proximus mihi longo vsu*] si tu mihi coniunctus longa consuetudine, & amore. *Rumpere somnos*] somnos inquietare præ hac cura, quòd molestum sit nomen tuum à me poni in meis scriptis. *Non vltra quàm vis*] non vlterius quàm cupis. *Ero officiosus*] ero plenus officij, & diligens in ponendo tuo nomine. *Téque tegã*) & te celabo. *Qui sis*] quod sit tibi nomen. *Nisi quum permiseris ipse*) nisi quum ipse concesseris te non tegi. *Cogetur nemo*] nemo per vim impelletur à me. *Munus habere meum*] poni in meis versibus. *Vel apertè*] etiam apertè. *Si illa res est anceps*] si res illa est dubia & periculosa, vt me apertè diligas. *Latenter ama*] me clam dilige, & non apertè.

> *Sæua quid in placidis saxa vereris aquis?*
> *Ipse ego quod scripsi primò sine nomine vobis,*
> *Vix excusari posse mihi videor.*
> *Sed pauor attonito rationis * dempserat vsum,*
> *Cesserat omne meis consiliúmque malis.*
> *Fortunámque meam metuens, non vindicis iram,*
> *Terrebar titulo nominis ipse mei.*
> *Hactenus admonitus memori concede * poetæ,*
> *Ponat vt in chartis nomina chara suis.*
> *Turpe erit ambobus, longo mihi proximus vsu*
> *Si nulla libri parte legere mei.*
> *Ne tamen iste metus possit tibi rumpere somnos,*
> *Non vltra, quàm vis, officiosus ero.*
> *Téque tegam qui sis, nisi cum permiseris ipse.*
> *Cogetur nemo munus habere meum.*
> *Tu quoque quem poteras vel apertè tutus amare,*
> *Si res est anceps † illa, latenter ama.*

IN SEPTIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD AMICOS.

> *VErba mihi desunt eadem tam sæpe roganti,*
> *Iámque pudet vanas fine carere preces:*
> *Tædia consimili fieri de carmine vobis:*
> *Quidque petam, cunctos edidicisse reor.*
> *Nostráque quid portet iam nostis epistola, quamuis*
> *Charta sit à vinclis non labefacta suis.*
> *Ergo mutetur scripti sententia nostri:*
> *Ne toties contrà, quàm rapit amnis, eam.*
> *Quod bene de vobis speraui, ignoscite amici:*
> *Talia peccandi iam mihi finis erit.*
> *Nec grauis vxori dicar, quæ scilicet in me*
> *Quàm proba, tã timida est, experiénsque parum.*
> *Hæc quoque Naso feres, etenim peiora tulisti:*
> *Iam tibi sentiri sarcina nulla potest.*
> *Ductus ab armento taurus detrectat aratrum,*
> *Subtrahit & duro colla nouella iugo.*
> *Nos quibus assueuit fatum crudeliter vti,*
> *Ad mala iampridem non sumus vlla rudes.*
> *Venimus in Geticos fines, moriamur in illis:*
> *Parcáque ad extremum, quò mea cœpit, eat.*
> *Spē † iuuat amplecti, quæ non iuuat irrita semper:*
> *Et fieri cupias, si qua futura putas.*
> *Proximus huic gradus est, bene desperare salutem,*
> *Séque semel vera scisse perisse fide.*

MSU. V*Erba mihi desũt*) ad amicos e Põto scribens Poeta, de eis queritur, quòd suis precibus nullus iam finis imponatur: sibique, cùm antea variis epistolis ab eisdem petierit, vt scilicet eorum opera aut reditus, aut mitius exilium ab Augusto impetretur, dicit iam verba deesse. variandámque nunc esse materiam, ne illis molestus sit, ac etiam vxori, quæ præ timore non audet illi opem ferre. Ea autem omnia sibi ferenda æquo animo proponit, quandoquidem maiora etiam tulerit. Postremò in exilio sibi moriendũ esse colligit: quãuis si quis esset sui studiosus, Augusti ira posset facillimè placari. *Eadem*) illa ipsa, quæ toties rogaui. *Vanas preces*] preces meas irritas, & incassum missas. *Fine carere*] nunquam ad exitum & finem perduci, sed semper idem precari. *Tædia fiere*) subaudi à superiori, pudet. *De consimili carmine*] eiusdem semper similitudinis & materiæ. *Quid petam*] quid à vobis exigam: hoc est, vel reditum, vel mitius exilium. *Cunctos*] vos omnes amicos. *Iam nostis*] iam antea nouistis. *Quamuis charta sit à vinclis non labefacta suis*) Quamuis, inquit, charta, vbi hæc scripta sunt, nondum sit à vobis reclusa, & suis solutis vinculis soluta. *Mutetur*] varietur. *Scripti sententia nostri*] institutũ scribẽdi genus, quo hactenus vsus sum. *Eam contra*] in contrarium relucter. *Quam amnis rapit*] quàm vos vultis. Est autem similitudo à nauigantibus sumpta, qui contrarius aquis nauigant. *Bene speraui*] bonam spem habui. *De vobis*] vt mihi spem afferratis. *Peccandi talia*] committendi tale crimen: si crimen dicendum est, bene sperare de amicis. *Iam mihi finis erit*) iam finem imponam: quia de hac re nunquam vlterius ad vos scribam, me vobis commendando. *Nec grauis vxori dicar*] nec ero vlterius molestus vxori meæ, ad eam idem etiam scribendo. *Quæ scilicet in me, Quàm proba, tam timida est*] Ne vxorem videatur reprehendere, ostendit se ab ea deseri, non quòd non sit bona, & eum non amet, sed quia est timida. *Experiensque parum*] & parum solers. *Hæc quoque Naso feres*] Seipsum alloquitur, dicens se etiam laturum ea esse, quæ in eum amici cum vxore implè præstitere, siquidem multo peiora tulit. Hoc autem dictũ est non sine aliquo felle & querela vxoris, cuius fidem & amorem desiderabat: vt plerique alij nostri temporis, quorum infinitus est numerus. *Nulla sarcina*) nullum onus. *Ductus ab armento taurus*) taurus indomitus remotus à cæteris bobus, & aratro admotus.

Et quoniam

Et quoniam tauri mentionem fecimus, hoc etiam obiter doceamus. Ideo poetæ scribunt Pasiphaen tauri amore captam, quia audiens à Dædalo de Tauro cœlesti, in amorem astrologiæ deuenit. Autor Lucianus in libro de Astrologia. *Detrectat*) recusat. *Et subtrahit*)& remouet. *Colla nouella*) colla primùm ad aratrum venientia. *Duro iugo*] iugo quod sibi durum & difficile videtur. *Fatum*) deorum voluntas. *Vti crudeliter*] crudeliter tractare. *Ad nulla mala*] ad ferenda aliqua mala. *Non summus rudes*)non sumus noui, sed duri & inueterati. *In Geticos fines*] in Getarum terminos extremos. *In illo*]sc. finibus. *Parcaque mea*]& meum fatum. *Ad extremum*) ad vitæ exitum. *Quo cœpit*) eo modo quo instituit. *Spem iuuat amplecti*] delectat homines semper, in ea spe versari. [Malim iuuet, vt hortandi modo ponatur, quo sequens verbum Cupias.] *Quæ non irrita semper iuuat*) quæ non fallax semper auxiliatur. *Et cupias fieri si qua futura putas*] & optes posse ad exitum optatum, id quod speras, perduci. *Si qua futura putes*) si illud quod speras te assequi posse confidas. Sensus est: Spem illam amplectendam censeo, quæ non est irrita, & qua speramus id assequi, quod optamus fieri. *Proximus huic gradus est*) ipsi spei propinquus gradus est. Primus enim gradus est sperare, quæ ass. qui optamus: secundus verò, ea desperare quæ minimè ass. qui confidimus. *Bene desperare salutem*) bene deponere spem salutis irritam. *Scire*] intellig re. *Vera fide*] certa fide: quemadmodum intelligo mihi accidisse, & spem omnem reditus mihi sublatam.

Curando fieri quædam maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.
Mitius ille perit, subita qui mergitur vnda,
Quàm sua qui liquidis brachia lassat aquis.
Cur ego concepi Scythicis me posse carere
Finibus? & terra prosperiore frui?
Aut aliquid de me speraui lenius vnquam?
An fortuna mihi sic mea nota fuit?
Torqueor en grauius, repetitáque forma locorum
Exilium renouat triste, recénsque facit.
Est tamen vtilius studium cessare meorum,
Quàm, quas admorint, non valuisse preces.
Magna quidem res est, quam non audetis amici:
Sed si quis peteret, qui dare vellet, erat.
Dum modò non nobis hoc Cæsaris ira negarit,
Fortiter Euxinis immoriemur aquis.

MER. *Curando quædam*] Docet à simili, maius sibi vulnus & dolorem accidere, dum tentat redire in patriam, quàm si desisteret. *Curando*] dum curantur & sanantur. *Non tetigisse*] non agitasse, aut manus medicas admouisse. Ex quo colligit, melius fuisse, si nunquam amicos orasset, vt pro eo reducendo laborarent. *Mitius*] lenius, & minori supplicio. quasi dicat: Melius mihi esset, non sperasse mutationem loci, aut reditũ, quàm sperasse, & non habuisse. *Subita vnda*) celeri morte in fluctibus. *Quã qui lassat sua brachia*) quàm qui natando fatigatur ne pereat, & tamen tandem perit: & sic mors illa videtur asperior. *Cur ego concepi*) cur cogitaui. *Scythicis me posse carere Finibus*) posse me è Scythia remoueri. *Prosperiore*) magis benigna. *Fortuna mea*) fortuna quæ mihi semper fuit aduersa. *Sic fuit nota mihi*) sic mihi cognita fuit, vt deberem sperare nunc eam fœlicius mecum acturã. *Torqueor en grauius*) en grauius angor, quàm primò. *Repetita*) in memoriam reducta. *Forma locorum*] species ipsa Romanæ ciuitatis. *Exilium renouat*] facit exilium meum nouum videri. *Triste facit*] facit mœstum & plenum tristitiæ. *Studium meorum*] consensum & fauorem amicorum. *Cessasse*) nihil tentasse de reditu meo apud Augustum. *Admorint*) appropinquauerim scribẽdo ad vos. Vel admonnetim. *Non valuisse*) nihil mihi profuisse apud Augustum: quia amici frustra laborassent, & ego magis doluissem. Dicit ergo melius fuisse amicos non petiisse ab Augusto reditũ Poetæ, quã non obtinuisse, si petiissent. *Magna quidem res est quam non audetis amici*) Difficile, inquit, & arduum est, quod non audetis pro me petere: sed si quis vestrum peteret, quamuis sit magnum, tamen Augustus concederet. *Hoc*] scilicet mori in Scythia. *Dummodo Cæsaris ira non negabit vobis*) dummodo vobis Cæsar iratus concedet, vt hic moriar. Quasi dicat, Dummodo Augustus non transferat me ad exilium etiam infœlicius, aut me occidat. [Legitur autem in aliis, Nobis, prima persona.] *Fortiter*) forti & constanti animo. *Aquis Euxinis*) in Tomitana ciuitate, proxima mari Pontico, quod (vt diximus) Euxinum dicunt.

IN OCTAVAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD MAXIMVM.

QVa tibi quærebam, memorem testantia curã,
Dona Tomitanus mittere posset ager.
Dignus es argento, fuluo quoque dignior auro:
Sed te cùm donas, ista iuuare solent.
Nec tamen hæc loca sunt vllo pretiosa metallo,
Hostis ab agricola vix sinit illa fodi.
Purpura sæpe tuos fulgens protexit amictus,
Sed non Sarmatico tingitur illa mari.
Vellera dura ferunt pecudes, & Palladis vti
Arte Tomitanæ non didicere nurus.
Fœmina pro lana Cerealia munera frangit,
Suppositóque grauem vertice portat aquam.

MER. *QVa tibi quærebam*) Ad Maximum Poeta pharetram cum sagittis è Scythia mittens, ostendit se nullum aliud munus habere, rogans eum vt id accipiat, & qualecumque boni consulat. Est autem ordo: Quærebam quæ dona, & reliqua. *Curam memorem testantia*) quæ testentur curam hominis tui memoris. *Sed te cùm donas, ista iuuare solent*) sed aurum & argentum magis soles donare aliis, quàm accipere. *Vllo metallo*) effossione vllius æris. *Hosti ab agricola*) Vix, inquit, Scythæ hostes Tomitani populi permittunt agrum coli. *Vix sinit illa fodi*) vix permittit loca illa arari. Quasi dicat: Si in hac regione non possunt homines agrum colere ob hostilem timorem, & incursiones, multo minus eam ob causam possunt æra fodere. *Purpura*) toga purpurea. *Protexit*) velauit. *Tuos amictus*) tuas vestes, quæ gestabantur sub ipsa toga. *Mari Sarmatico*) mari Pontico. Tingebatur autem purpura (vt est autor Plinius) in Tyro insula Asiæ, in Meninge Africæ, & Getulo litore Oceani, in Laconica Europæ. hinc fasces, securésque Romanas viam faciebant. & pro maiestate purpura in pueritia erat. Ea distinguebat ab equite curiam. Diis aduocabatur placandis, omnémque vestem illuminabat in trium phali miscebatur aurò. Fuit autem purpuræ vsus semper Romæ. vnde Sidonius Poeta populum Romanum Blattiferum appellat. Conchylium enim vulgò Blattam dicunt, vnde Blatteum pro purpureo. & Blattiferum populum, hoc est, blattam & purpuram ferentem dicimus. Et legimus, Neronem solitum piscari retibus blatteis funibus annexis. *Vellera dura*] lanas villi crassioris, & pexis vestibus alienas, quales sunt in Istria & Liburnia. pilo enim propiores sunt, quàm lanæ. *Ferunt*) generant. *Arte Palladis*) arte lanifici, cui præest Pallas. Tomitanæ nurus, fœminæ Tomitanæ ciuitatis. *Frangit Cerealia munera*) molit frumenta. *Pro lana*] loco lanificij. *Supposito vertice*) supposito capite. ita etiam ferunt nunc aquam in oppidis Dalmatiæ tanta agilitate, vt mireris. *Grauem aquam*) graue vas aquæ.

Non hic pampineis amicitur vitibus vlmus,
Nulla premunt ramos pondere poma suo.
Tristia deformes pariunt absynthia campi,
Terráque de fructu, quàm sit amara, docet.
Nil igitur tota Ponti regione sinistri,
Quod mea sedulitas mittere posset, erat.
Clausa tamen misi Scythica tibi tela pharetra.
Hoste, precor, fiant illa cruenta tuo.
Hos habet hæc calamos, hos hæc habet ora libellos,
Hæc viget in nostris Maxime Musa locis.
Quæ quanquam misisse pudet, quia parua videntur,
Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni.

M s x. A *Hic*] in agro Tomitano *Amicitur*) integitur, maritatur. Vlmus enim marita vitium à scriptoribus appellatur. *Pampineis vitibus*) vitibus pampinos in palmitibus habentibus. Hoc iden dicit, quia illic nullæ arbores nascebantur, vt alibi plenius docuimus. *Premunt ramos*] ramos onerant. *Tristia absynthia*) amara absynthia: quæ herba vulgò in Scythicis campis nascebatur, vt B superius diximus. *Deformes campi*) campi inculti. & ideò carentes forma: aut quia habent sola absynthia. *Terraque*) & ager Tomitanus. *De fructu*) de absynthio herba amara *Ponti sinistri*) Ponticæ regionis infœlicis Aut aram illam accipe, vbi exulabat, quæ ex Italia eò nauigantibus sinistra est *Mea sedulitas*) meum studium & diligentia in perquirendo aliquo munere te digno. Sedulus enim, autore Marcello & Donato, dicitur sine dolo & instanter. Cicero: Idque cùm sentiam, sedulitate mihimet ipsi satisfacere non possum. *Clausa pharetra*) inclusa in ipsa theca. *Tela Scythica*] sagittas quibus Scythæ vtuntur. *Fiant cruenta*] cruore hostili madeant, cùm in prælium ibis. G *Hos calamos*) hæc scribendi instrumenta nam Romani calamis scribunt, Scythæ verò sagittas faciunt, quas quotidie tractant, vt nos Romani libros & calamos. *Hæc musa*) tale studium. Intelligit autem studium iaculandi, quo assiduè exercebantur Scythæ, vt nunc Turcarum gens à Scythis etiam oriunda *Quæ quanquam misisse pudet*) quamuis pudore afficiar huiusmodi parua munera ad te mittere *Hæc missa*) hæc dona ad te data. *Consule boni*) hoc est, bonum iudices, in bonam partem accipias. Consulere enim veteres pro iudicare dixerunt: vnde adhuc remanet il- H lud, Rogat boni consulas: id est, bonum iudices. Autor Fabius.

IN VLTIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

QVòd sit in his eadem sententia Brute libellis,
Carmina nescio quẽ carpere nostra refers.
Nil nisi me terra fruar vt propiore, rogare,
Et quàm sim denso cinctus ab hoste loqui.
O quàm de multis vitium reprehenditur vnum:
Hoc peccat solum si mea Musa, bene est.
Ipse ego librorum video delicta meorum,
Cùm sua plus iusto carmina quisque probet.
Autor opus laudat, sic forsitan Accius olim
Thersiten facie dixerat esse bona.
Iudicium tamen hoc nostrum non decipit error,
Nec quicquid genui, protinus illud amo.
Cur igitur, si me videam delinquere, peccem?
Et patiar scripto crimen inesse rogas?
Non eadem ratio est sentire, & demere morbos:
Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.
Sæpe aliquod verbum cupiens mutare relinquo,
Iudicium vires destituúntque meum.
Sæpe piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)
Corrigere, & longi ferre laboris onus.
Scribentem iuuat ipse fauor: minuítque laborem:

M s x. C QVòd sit in his eadem sententia] Ad Ouidium scripserat Brutus, quendam carpere eius carmina, quòd in his nil aliud cõtineretur, quam querela locorum, in quibus exulabat, rogaretque vt frueretur propiore terra: cui Poeta respondet, dicẽs in suis carminibus plura esse vitia: forêque bene, si vnum tãtum vitium in eis deprehenderetur. Cur autem ea non emendet, causas assignat. D Postremò respondens ad ea, quæ Brutus scripserat, rationem refert quare idem sæpius scripserit. *Quod*) quia. *Eadem sententia*] eadem materia qua vsus sum etiam in reliquis huius operis libellis. scribit enim ad Brutum, mittitque libellum etiam istum, ad quem primum huius operis librum miserat, vt in eius prima epistola apparet *Nil nisi me terra*] Ordo à superiore dependet. Refers E nescio quem carpere nostra carmina, dicendo, me nil rogare nisi vt fruar, & reliqua. *Nisi vt fruar propiore terra*] nisi vt Romanæ vrbis propius mihi exilium assignetur. *Ab hoste denso*] à frequenti Scytharum acie, quæ Tomitanam vrbem infestat *O quàm bene est*] ô quantum bene est. *Reprehenditur*) si arguitur. *Peccat hoc solum*) hoc vnum crimen admittit. *Bene est*) bene se res habet. *Video delicta*) video plures errores, quàm vnum tantum. *Plus iusto*) plusquàm æquum sit. Solent enim cæteri probare maximè carmina sua, ego verò contra illorum institute, mea damno. *Autor opus laudat*] solent reliqui autores opera sua probare. *Sic forsitan Accius olim Thersiten facie*] forsitan, inquit, quia autores solent opera sua probare, Accius poeta ea ratione in opere suo dixit Thersiten fuisse pulchra facie, cùm illo neminem Græcorum turpiorem ad F Troianum bellum venisse scribat Homerus, vt alibi etiam diximus. L. autem Accius poeta tragœdiarum scriptor natus fuit Mancino & Serano consulibus, parentibus libertinis: & seni iam Pacuuio Tarenti sua scripta recitauit. à quo & Fundus Accianus iuxta Pisaurum dictus fuit, quia illuc inter colonos fuerat ex vrbe deductus. Fuit etiam alter poeta Accius Labeo, cuius Iliadem Persius ootauis ceu imperitum opus, & insaniæ plenum, cùm dixit Non est hic Ilias Acci Ebria veratro. de quo hic intelligit Ouidius. *Thersiten*) Græcum illum hominem: quem pugno percussum, Vlysses occidit *Facie bona*) pulchra I & eleganti facie *Non decipit nostrum iudicium*] non fallit meum iudiciũ, quod est de carminibus meis. Error enim iudiciũ nostrum fallit, cùm mala nostra carmina bona esse credimus, & sic erramus. *Quicquid genui*] quicquid composui. Quæ enim composuimus, ab autoribus elegãter nonc gigni dicuntur, nunc liberi appellantur. *Cur igitur peccem?*) cur igitur erro? *Si me videam de-* K *linquere*] si cognosco me errare. *Crimen inesse scripto*] errorem esse carminibus meis. *Non eadem ratio est*] non idem est modus. Respondet autem Bruti obiectioni. *Sentire & demere morbos*) cognoscere & curare infirmitates. Hoc est, non possum errorem deprehendere, & corrigere: diuersis enim modis hæc fiunt. nam si quis vult doctum & elegans carmen componere, carere debet omni molestia. Vnde Poeta alibi ita inquit: Q. ia carmina lætum Sunt opus, & pacem mentis habere voluot. Potest ergo Poeta inquietus & malis obrutus, carminis errores cognoscere: sed non potest eos corrigere propter animi (vt diximus) molestiam: quia non vtitur eadem ratione in vtraque re, sed di- L uersa. Vtitur autem Poeta hic eleganter metaphora à medicis sumpta. *Sensus inest cunctis*) omnibus est intelligentia. hoc est, tam læti quàm afflicti, errores intelligunt.

Tollitur arte malum] vitium carminis non indiget solum vt deprehendatur, sed arte opus est, quæ non potest nisi à læto animo proficisci. *Relinquo*] omitto scilicet verbum mutandum in carmine meo. & subiungit causam. *Iudicium meum*] meum sensum & intelligentiam erroris. *Et vires*) & ars mea & ratio carminis, quæ non proficiscitur à læto animo. *Destituunt*) deseruot.

Sæpe piget) sæpe etiam tædet. Aliam etiam rationem ostendit, qua iudicium destituitur. *Onus longi laboris*] onus

corrigendi. Difficilius est enim carmen corrigere, quàm componere. *Scribentem iuuat ipse fauor*] Respondet tacitæ antHypophoræ. Posset Brutus dicere, Cur reliquos poetas non piget corrigere? *Scribentem*] poetam componentem.

Ipse fauor] populi Sophos illud grande, quo delectabantur animi gloriæ & laudis cupidi. *Minuítque laborem*] & leuat corrigendi difficultatem.

Cúmque suo crescens pectore feruet opus.
Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto
Magnus Aristarcho maior Homerus erat.
Sic animum lento curarum frigore lædit:
Vt cupidi cursus fræna retentat equi.
Atque ita Dij mites minuant mihi Cæsaris iram,
Ossáque pacata nostra tegantur humo:
Vt mihi conanti nonnunquam intendere curas,
Fortunæ species obstat acerba meæ:
Vixque mihi videor, faciam quòd carmina, sanus,
Inque feris curem corrigere ipse Getis.
Nil tamen est scriptis magis excusabile nostris,
Quàm sensus cunctis penè quòd vnus inest.
Læta ferè lætus cecini, cano tristia tristis:
Conueniens operi tempus vtrunque suo est.
Quid nisi de vitio scribam regionis amaræ?
Vtque loco moriar commodiore precer?
Cùm toties eadem dicam, vix audior vlli,
Verbáque profectu dissimulata carent.
Et tamen hæc eadem cùm sint, non scribimus ijsdem,
Vnáque per plures ars mea tentat opem.
An ne his vt sensum lector reperiret eundem,
Vnus amicorum Brute rogandus erat?
Non fuit hoc tanti: confesso ignoscite docti:
Vilior est operis fama salute mea.
Denique materia quam quis sibi finxerit ipse,
Arbitrio variat multa poeta suo.
Musa mea est index nimium quoque vera malorũ,
Atque incorrupti pondera testis habet.
Non liber vt fieret, sed vti sua cuique daretur
Littera, propositum, curáque nostra fuit.
Postmodo collectas vtcunque, sine ordine, iunxi:
Hoc opus electum ne mihi forte putes.
Da veniam scriptis, quorum non gloria nobis
Causa sed vtilitas, officiúmque fuit.

MER. *Cum suo pectore*] cum sua mente, quæ insistente furore poetico ... cum sua doctrina & stimulis furoris, qui in pectore & corde excitantur. *Et opus crescens*] & carminum numerus multiplicans. *Feruet*] calore animi & gloriæ accenditur, augescit, aut frequentatur. Vergilius: Feruet opus, redoléntque thymo fragrantia mella. *Magis ardua*] magis difficilis, quàm scilicet componere. *Aristarcho*] Homeri interprete. Fuit enim Aristarchus optimus grāmaticus Alexandrinus lege, oriundus è Samothracia, patrem etiam Aristarchum habuit. floruit olympiade centesima quinquagesima sexta sub Ptolemæo Philometore, cuius etiam filiũ erudiuit. Scripsit commentarios supra mille. Fuit discipulus Aristophanis grammatici. Decessit in Cypro, seipsum cibi abstinentia necans, in morbo hydropico, ætatis anno vigesimo secundo. Filios reliquit Aristarchum, & Aristagoram, ambos stultos. autor Suidas. Ælianus tradit hunc tam castigato fuisse iudicio, vt Homeri versus non putaret, quem ipse non probaret. Fuit & Aristarchus Tegeates poeta tragicus, tempore Euripidis, qui pro recepta salute Æsculapio fabulam vouit. Fuit & alius Aristarchus Ephesi tyrannus. Autor Suidas. *Sic animum lento*] Ordo est, Corrigere sic lædit animum, & reliqua. *Lædit animum*) mentem grauat & molestia afficit. *Lento frigore curarum*) quadam pigritia curarum, quæ animum lenium lædunt. *Vt cupidi cursus fræna retentat equi*) sicut frena retentant equum cupidum cursus. Est autem figura Hypallage, quæ à nobis dicitur submutatio, cùm verba per aduersum intelliguntur, qua frequenter vtuntur poetæ. Vergilius, Date classibus austros. *Retentat*) remoratur. *Dij mites*] dij placidi. *Tegantur*) tumulentur. *Pacata humo*) terra pacifica. *Vt*] sicut. *Intendere curas*] dirigere curas, vel curas corrigēdi carminis mei apponere & dirigere. *Fortunæ meæ*) mei exilii. *Acerba species*) tristis forma. *Videor mihi sanus*] apparet mihi esse sanæ mentis, quandoquidem scribo carmina, quæ solent prouenire non nisi ab animo sereno. Est alia causa, qua dicit eius ingenium non accendi, sed torpescere. *Magis excusabile*) magis dignũ excusatione. *Quàm quòd vnus sensus*) quàm quòd vna & eadem sententia tristia & lugubris: nec possum in luctu facere bonum carmen, & ideo nil magis est dignũ excusatione in meis libris, quam propter hanc solam causam, quòd mœror non sinit me carmina eleganter componere, & emendare. *Penè vnus cunctis*) quasi est omnibus meis scriptis: in his enim tractatur penè eadem materia tristis & mœsta. *Læta*) res hilarea & plenas lætitiæ. *Læta*] nondum relegatus: & ideo lætus. *Tristia*) res luctuosas. *Tristis*] mœstus. *Tempus vtrunque*] tempus & lætitiæ & tristitiæ. *Est conueniens suo operi*] docet suam materiam, vt scilicet res læta scribatur læto tempore & tristis tristi. *Quid nisi de vitio*) Probat eò tempore nil posse à se scribi, nisi triste, & queri de tristi regione vbi exulabat. *Regionis amaræ*] regionis Ponticæ plenæ amaritudinis. Alludit autem ad terram, quam dixit ferre absynthia herbas amaras. *Loco commodiore*] terra magis propinqua Romæ. *Eadem dicam*] idem querar. *Vix audior vlli*] vix vllus amicus me auscultat ea quærentem, nedum opem fert. *Verba dissimulata*) verba mea, quæ amici dissimulant: & ostendunt aut non accepisse literas meas, aut verba mea non intellexisse. *Carent profectu*] carent vtilitate: quia nihil mihi proficiunt. *Cùm hæc sint eadem*] cùm hæc quæ scribimus constent ex eadem materia, & idem tractent: hoc est, cùm tristia describantur. *Non scribimus ijsdem*) non eodem modo & exemplo, sed diuersis carminibus & dissimilibus verbis literas mittimus. *Et vna mea ars*) & vna mea scribendi facultas. *Per plures*] per diuersas vias. *Tentat opem*] quærit auxilium, cùm me commendo omnibus amicis. *An ne his vt sensum*) Sensus est, ô Brute debuine tantum vnum amicum rogare, vt mihi opitularetur; nec ad exterorum etiam præsidium confugere? idque hanc ob causam, ne mihi obiiceretur, quòd idem sensus repetitur in meis carminibus: & quia in his nulla est varietas, quæ legentibus maximè lenocinatur: sed idem sensus, idémque argumentum: & ideo carmen meum videtur inconcinnum: debeóne inquit famam tanti facere, vt non prius habenda sit ratio salutis meæ? *His*) subaudi meis scriptis. *Vnus amicorum*] solus tantum amicus. *Non fuit hoc tanti*) non tanti facio scilicet idem ad vnum tantum scribere, vt in reliquis propter gloriam laborem, suscipiendo aliam materiam. scribo enim quæ vsui mihi maximè esse intelligo in hoc opere, non quæ ornamento. *Fama operis*] famā quam consequerer opus scribendo, quod varias materias complecteretur. *Salute mea*) meo reditu in patriam, cuius rei gratia hæc scribo, quæ continentur in hoc opere. *Denique materia*] Ostendit licere aliis Poetis, vti varietate in scribendo poemate, quod sibi non licet. *Quam quis sibi finxerit*] quam sibi aliquis poeta fictè scribendam susceperit, non veram, vt mea est. *Suo arbitrio*] sua voluntate: quia qui fingit, potest materiam ipsam etiam variare. *Musa mea est index*] Ego inquit non fingo in hoc opere, sed nimiùm vera describo. *Est nimium vera index malorum*] nimis verè mala mea iudicat & exponit. *Pondera testis incorrupti*) efficaciam hominis in testificandis & comprobandis illis minimè aut prece aut precio corrupti. testes enim plerunque his duabus rebus corrumpi solent. *Vt fieret liber*) vt opus excresceret. *Sua litera*) sua epistola. *Fuit propositum*) fuit materia mihi proposita. *Curáque nostra*) & nostra solicitudo ac mens. *Collectas*] collectas literas istas.

A *Vtcunque*] qualitercunque potui hoc est, tam bonas quàm malas epistolas: vel non seruato ordine temporis. *Electum mihi*] collectum à me, eligendo tantum bonas epistolas. [& suo quemque ordine digerendo, vt supra] *Da veniam scriptis*] ignosce huic operi de Ponto. *Non gloria*] quia non scripsi hæc gloriæ cupiditate. *Sed vtilem*] sed commodum. Quia scripsi eam ob causam, vt scribendo reditum procurarem. *Officium*] & vt in re mea facerem quod deberem, & essem erga me ipsum officiosus.

MICYL. *Vt cupidi cursum frena retentat equi*] Sensus est: Ita autem corrigendi labor offundit frigora animis, hoc est tædiosos & tardos facit, perinde vt frena retentant cursum equi copientis currere, ἀπὸ κοινοῦ scilicet. Supra autem quod dixit, Quanto Magnus Aristar cho maior Homerus erat: id ita accipio, quasi dicat, Tanto difficilior labor est, corrigere, quàm scribere, quanto maior erat Homerus Aristarcho: B hoc est, quanto superior scribendi facilitate, cùm alter multo ocyus corrigeret, quæ alter nullo penè scripsisset. eóque & alter alterius quasi victor ac domitor quidam foret.

An ne bis vt sensum lector reperiret eundem &c.] Aldina editio habet, An, ne bis vt seorsum lector reperiret eundem, &c. vt Ne seorsim, & pro causali particula: Bis eundem seorsum, &c pro iterato ac sæpius repetito accipias. Quæ lectio melior est, & sensum planiorem, minúsque ambiguum reddit. Mox quod sequitur, Non fuit hoc tanti &c. ad sequentia referendum est vt sit seorsus, Hoc, videlicet variare argumentum, aut ad vnum solum scribere, non fuit tanti mo- G menti, vt propterea salutem negligere, solique famæ studere vellem. Nam mihi fama operis, vilior salute est: hoc est, saluti meæ postponenda. Item infrà paulo, quod legitur, Denique materia, quam quis sibi finxerit ipse, &c. *materia* accipiendum est, vt sit ablatiuo casu dictum Materia, intelligatúrque præpositio In, vel Circa. hoc ordine Denique poeta pro suo arbitrio multa varias in ea materia, quam ipse sibi finxit. Quasi dicat, In vera autem causa, idem non licet.

DE PONTO LIBRI TERTII FINIS.

H

P. OVIDII NASONIS DE PONTO LIBER QVARTVS.

C

B. MERVLÆ IN QVARTVM OVIDII DE PONTO LIBRVM ENARRATIONES.

AD SEXTVM POMPEIVM.

I

ACCIPE Pompei deductum carmen ab illo,
Debitor est vita qui tibi Sexte sua,
Qui seu non prohibes à me tua nomina poni,
Accedet meritis hæc quoque summa tuis:
Siue trahis vultus, equidem peccasse fatebor,
Delicti tamen est causa probanda mei.
Non potuit mea mens, esset quin grata, teneri:
Sit, precor, officio non grauis ira pio.
O quoties ego sum libris mihi visus in istis
Impius in nullo quòd legerere loco.
O quoties, alijs vellem cum scribere, nomen
Rettulit in ceras inscia dextra tuum.
Ipse quidem placuit mendis in talibus error,
Et vix inuita est facta litura manu.
Viderit ad summum dixi, licet ipse queratur:
Ah pudet offensam non meruisse prius.
Da mihi, siquid ea est, hebetantem pectora Lethen,
Oblitus potero non tamen esse tui.

MER. *ACCIPE Pompei deductū carmen ab illo*) Ad Sex D tum Pompeium scribēs Poeta, impium esse dicit, quòd nusquam illum in suis scriptis nominauerit: quandoquidem tius erga se beneficia tanta sunt, vt nulli obliuioni ea esse debeant. Postremò fatetur se seruatum esse eius opera, eiúsque munere se viuere. *Carmen deductum*] carmen subtile & tenue. Translatio est a lana, quæ in tenuitatem deducitur. E Macrobius libro sexto Saturn. scribit Deductum, tenue & subtile significare. Hinc ait Afranius, Voce deducta. Pōponius item, voces deductas oportet, vt mulieris videantur verba. *Ab illo*) à me Ouidio *Qui est debitor sua vita*) qui vitam suam tibi acceptam refert. *Seu non prohibes*] seu non vetas & recusas. *A me tua nomina poni*] à me carminibus meis referri nomen tuum. *Hæc summa*] hæc officij magnitudo scilicet, quòd patiaris te in meis scriptis nominari. *Accedet tuis meritis*] addetur reliquis tuis beneficiis. *Siue trahis vultum*] siue frontem contrahis, & ira- F sceris, quòd ponam in meis scriptis tua nomina. *Equidem peccasse fatebor*) equidem profitebor me peccare, ponendo nomen tuum, cùm id recuses. *Causa mei delicti*] causa huius mei peccati, quòd ponam tua nomina in meis scriptis contra tuam voluntatem. *Est probanda*) est laudanda quia cupio te immortalem fieri meis carminibus: non autem, vt te lædam. *Non potuit teneri*) non potuit cohiberi.

Esset quin grata) quòd non gratitudinem tuorum officiorum aliqua ex parte restaretur. *Officio pio*] huic officiosæ pietati erga te. *Ira sit non grauis*] ira tua quòd te nominem, non sit molesta. Legitur etiam ita, Officio non grauis ipsa pio. Vt dicat: Ipsa mens mea non sit tibi molesta huic mei officij pietate, & gratitudine, quòd te nominem in K scriptis meis. *In istis libris*] in hoc de Ponto opere. *In nullo loco*] in nulla pagina. *Alijs*] reliquis amicis. *Nomen*] scilicet eorum ad quos scribebam. *Rettulit* posuit. *In ceras*] in tabulas ceratas. *Dextra inscia*) manus mea ignara, quòd nomen tuum poneret. *Ipse error*) eiusmodi inscitia dextræ ponentis nomen tuum, cùm ad alios vellem L scribere. *In talibus mendis*) in eiusmodi erroribus. *Et litura*) & complanatio ac expunctio nominis tui. *Manu inuita*] manu recusante delere nomen tuum. *Viderit*] prouideerit. quasi dicat: Faciat quid velit Sextus Pompeius, si nomen eius ceruli. *Ad summum*] postremò, tandem. *Licet ipse queratur*)licet de me queri possit, quòd eum nomino. *Offensam non meruisse prius* non multo antea posuisse tuum nomen, & te ita læsisse. *Da mihi Lethen*] da mihi fluuium illum, qui obliuionem inducit. *Hebetantem pectora*] pectora obtusa ac obliuiosa reddentem. *Si quid ea est*] si verum est quòd hoc flumen sit apud inferos.

Idque finas, oro, nec fastidita repellas
Verba, nec officio crimen inesse putes.
Et leuis hæc meritis referatur gratia tantis,
Si minus, inuito te quoque gratus ero.
Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,
Nec mihi munificas arca negauit opes.
Nunc quoque nil subitis clementia territa fatis
Auxilium vitæ fértque, refértque meæ.
Vnde rogas forsan, fiducia tanta futuri
Sit mihi: quod finxit quisque, tuetur opus.
Vt Venus artificis labor est, & gloria Coi,
Æquoreo madidas quæ premit imbre comas.
Arcis vt Actææ vel eburna, vel ærea custos
Bellica, Phidiaca stat dea facta manu.
Vendicat vt Calamis laudem quos fecit equorum,
Vt similis vera vacca Myronis opus.
Sic ego sum rerum non vltima Sexte tuarum,
Tutelaque feror munus, opúsque tuum.

MER. A *Idque finas oro*] & precor, vt id permittas, me tui non obliuisci, quod tum facies, cùm fines me nomen tuum ponere in meis scriptis. *Nec fastidita repellas Verba*) nec reiicias verba mea, tuum nomen complectentia, tanquam rem molestam. *Officio*] pietati huic erga te meæ. *Et hæc leuis gratia*) & hæc parua gratitudo, quòd nomen tuum consecro immortalitati. B *Referatur tantis meritis*) Reddatur tantis tuis erga me effectis: quandoquidem, aliter non possum. *Si minus*, si non permiseris me referre hanc gratiam. *Te inuito*] te nolente & renuente. *Nunquam pigra fuit*] nunquam defuit. *Nostris rebus*] in nostris necessitatibus. *Tua gratia*) tuus fauor & beneuolentia. *Munificas opes*) diuitias hominis munifici & liberalis. *Subitis fatis*) subito casu & infortunio meo, & hac relegatione. *Clementia*) lenitas tua. *Fert*) dat. *Refértque*) & iterum dat. C hoc est, cumulatè reddit. *Vnde*] qua de causa. *Futuri*] futuræ opis tuæ. *Quod finxit quisque tuetur opus*) Respondet poeta se in eo ideo spem habere, quia est opus ipsius: & vnusquisque opus quod fecit, tueri solet. *Finxit*) formauit. hinc Figuli dicti sunt. *Vt Venus artificis*] Venerem illam intelligit, quam pinxit Apelles Cous è mari exeuntem. eam Diuus Augustus dicauit in delubro patris Cæsaris: cuius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit inueniri, vt est autor Plinius, & nos alibi plura diximus. *Artificis Coi*) Apellis Coi pictoris. Ex his Poetæ verbis patet, Apellem ab Ouidio Coum appellari, quamuis Strabo illum Ephesium fuisse scribat. Sic alibi: Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles. Sunt tamen ex neotericis quidam, qui ita legunt, Si Venerem Coia, nunquam pinxisset Apelles. Sed hi vehementer errant: quandoquidem & D hic Poeta illum Coum artificem appellat. & in versu prædlegato Cous, non Cois, in omnibus exemplaribus legitur. *Labor est*) opus est. *Quæ premit comas*) quæ capillos premere videbatur, & aquam exprimere. *Madidas imbre æquoreo*) madefactos capillos aqua æquoris, vnde videbatur emergere. E mari enim natam Venerem fabulantur poetæ, & ideo eam Plinius Anadyomenem vocatam fuisse scribit: Dyomai enim summergor. Ana rursus designat. quasi summersionem euitans, & ad littus enatans, & emergens, siue exiens è mari concha, quæ ob id Erycina à poetis appellatur. Propertius: Et venit è rubro concha Erycina mari. & alibi: Mollior ò conchis Galle Cythereiacis. *Arcis vt Actææ*] Phidias (vt Plinius libro trigesimo quarto, capite octauo scribit) præter Iouem, Olympiadem, quem nemo æmulatur, fecit: & ex ebore æquè Mineruam Athenis, E quæ fuit in Parthenone, viginti sex cubitorum stans. ebore hæc & auro constabat. ex ære verò etiã fecit Mineruam tam eximiæ pulchritudinis, vt à forma cognomen acceperit. De quibus hic Poeta intelligit. Fuit & in arce Athenarum Mineruæ simulacrum, de G quo fama increbuit, quòd de cœlo cecidisset, vt meminit Pausanias. Quòd autem Parthenonis superius fecimus mentionem, vt id quoque obiter doceamus, sciendum est, ita vocatum fuisse Mineruæ templum, vt docet Plutarchus, & Pausanias, ita cognominatum à virginitate, propterea quòd Mineruam virginem appellabant. Fuit autem H fanum illud ad Acropolin (hoc est, in arce Atheniensi.) curante Pericle, conditum ab Ictino architecto, vt docet Strabo libro nono. Ictini meminit Vitruuius. *Arcis Actææ*) arcis Athenarum. *Custos bellica*) Dea belli Minerua, arcium custos, præses. Vergilius: Pallas quas condidit arces, Ipsa colat. Cur autem Pallas præficiatur arcibus, docet Martianus Capella. *Stat*) non sedet, sed erecta & stans posita fuit, vt diximus: quare locus ille paulo antè adductus, non Astans, vt neoterici quidam perperam corrigunt, sed Stans legi debet. *Manu Phidiaca*) manu Phidiæ Atheniensis, qui floruit olympiade octogesima tertia circiter trecentesimo Romanæ vrbis anno. De altero Phidiæ simulacro æreo ita scribit Pausanias: Duo munera spoliorum I decimæ Athenis sunt, æneum Palladis simulacrum, Phidiæ opus de Medis dicatum, qui in Marathonem descenderunt. Mineruæ Phidiæ meminit & Cicero in Paradoxis. *Vendicat vt Calamis*) Calamis sui temporis egregius artifex fuit: fecit enim quadrigas maximè celebres. de quo ita Plinius libro trigesimo quarto, capite octauo scribit: Habet simulacrum benignitas eius, Calamidis enim quadrigæ aurigam suum imposuit, ne melior in equorũ effigie, in homine defecisse crederetur. Ipse Calamis & alias quadrigas, bigásque fecit, equis semper sine æmulo expressis. Explodenda est eorum opinio, qui in hoc versu Ouidii Calam, non Calamin legendum putant, cum ille à Quintiliano & cæteris scriptoribus Calamis appelletur. *Vt similis vera*) De Myrone ac eius vacca ita etiam Plinius scribit: Myronem Eleutheris natum, & ipsum Ageladis discipulum, bucula maximè nobilitauit celebratis versibus laudata: quoniam alieno K plerique ingenio magis, quàm suo commendantur. *Similis vera*) similis vaccæ viuæ. *Non vltima*) non postrema res, sed inter tuas numeranda. *Tutela*) defensionis tuæ.

MICYL. *Æquoreo mad.*] Anadyomene, græcè ἀναδυομένη, Venus dicta fuit, quæ primum è mari exiret: ab ἀναδύομαι, verbo, quod emergo, & ab aquis exeo significat. vt contrà καταδύομαι, submergor & occido.

IN SECVNDAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD SEVERVM.

Quod legis ô vates magnorum maxime vatũ,
Venit ab intonsis vsque Seuere Getis.
Cuius adhuc nomen nostros tacuisse libellos,
Si modò permittis dicere vera, pudet.
Orba tamen numeris cessauit epistola nunquam,
Ire per alternas officiosa vices.

MER. *Quod legis ô vates magnorum maxime vatum*] Ad Seuerum poetã hãc epist. scribit Ouidius, se multis rationibus excusans, quòd nondum eius nomen suis scriptis celebrarit, quãuis tamen nunquam cessauerit ad eum epistolas prosaica oratione scriptas mittere. F *Quod legis*] hanc scilicet epistolam. *Ab intonsis Getis*] ab incultis & impexis illis populis. *Adhuc tacuisse*] in hunc vsque diem non expressisse. *Orba numeris*] carens pedibus. Quibus verbis se soluta oratione ad eum scripsisse exprimit. *Nunquam cessauit ire*] nunquam intermissũ est, quin mitteretur ab vtroque nostrũm. *Per alternas vices*) vicissim & alternatim veniendo nunc à me L ad te, nunc à te ad me.

MICYL. *Quod legis ô vates magnorum maxime vatum*) In quibusdam legitur, Magnorum maxime regum Quod quomodo accipiendum fuerit, non video. Nisi si quis familiæ nomen, Regem, fuisse dicat: perinde vt Martius, Rex dictus: aut Seuerum hunc sacerdotio functum intelligat, quod Regis nomine vocabatur. Sed de hac re quando alibi nihil extet, ipse priorem lectionem magis sequor, ac probo. Cæterùm duo fuerunt poetæ, Seueri nomi-

ne, alter Cassius Seuerus, Parmensis patria, qui in acie Philippica pro Cassio ac Bruto pugnauit: mox Athenas sese contulit, vbi à Vario consilio atque instinctu Augusti, occisus dicitur, de quo hoc loco intelligi non potest, quando hæc proximo ante Augusti obitum anno scripta sunt. Nequaetiam celebratus Poeta videtur cum, quem Augustus odisset. Alter fuit Cornelius Seuerus, poeta epicos, de quo Quintilianus quoque meminit his verbis: Cornelius autem Seuerus, inquit, etsi versificator quàm poeta melior, si tamen ad exemplar primi libri Siculum bellum perscripsisset, vindicaret sibi iure secundum locum, &c. Quod autem mox sequitur, Cuius adhuc nomen nostros tacuisse libellos pudet, &c. argumento est, aut alium hunc esse Seuerum poetam, aliúmque eum ad quem suprà scripsit libro primo Elegia quarta aut quod libentius crediderim, ordinem ac positum elegiarum esse promiscuè factum, neque in his temporum seriem vbique obseruatam: id quod & alii quidam annotarunt.

Carmina sola tibi memorem testantia curam,
Non data sunt: quid enim quæ facis ipse, darem?
Quis vel Aristæo? quis Baccho vina Falerna?
Triptolemo fruges? poma det Alcinoo?
Fertile pectus habes, intérque Helicona colentes,
Vberius nulli prouenit ista seges.
Mittere ad hunc carmen, frondes erat addere syluis:
Hæc mihi cunctandi causa Seuere fuit.
Nec tamen ingenium nobis respondet vt antè,
Sed siccum sterili vomere littus aro.
Scilicet vt limus venas excæcat in vndis,
Læsáque suppresso fonte resistit aqua:
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum,
Et carmen vena pauperiore fluit.
Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum,
Esset, crede mihi, factus & ille Getes.
Da veniam fasso, studijs quoque frena remisi:
Ducitur & digitis littera rara meis.
Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit,
Qui prius in nobis esse solebat, abest.
Vix venit in partes, vix sumpta musa tabella
Imponit pigras penè coacta manus.

M x x. *Sola carmina*] soli versus suis pedibus astricti, quos vnquam ad te scripsi. *Curam memorem*) amorem hominis tui memoris. *Quid enim quæ facis ipse darem?*] cur debeo tibi ea afferre, quorum tu es optimus artifex? Est autem ratio cur non dederis ad Seuerum carmina. *Quis vel Aristæo*] Aristæus (vt scribit Diodorus Siculus) ex Apolline ac Cyrene Hypsæi filia genitus est: de cuius genere ita tradunt. Cùm Cyrene apud Peleum virgo educaretur, Apollo eius forma captus, raptam virginem in Libyam detulit ad ea loca, in quibus postmodum ciuitas condita est ab eius nomine Cyrene. ex ca filium suscepit Aristæum, quem infantem tradidit nymphis nutriendum: à quibus cùm lac coagulare, mel atque oleum conficere didicisset, primus & in vsum hominum traduxit, à posterísque meritis honoribus, vt deus cultus est. [De Aristæo Iustin. libro decimotertio Virgilius quarto Georgicorum. *Quis Baccho vina Falerna*.] Subaudi, per omnia, ab inferiori verbum Det. Falernum autem pro omni vino, speciem pro genere posuit. Bacchus sanè primus apud Græcos vini vsum reperit, vt scribit Diodorus Siculus, & Martianus Capella.

Triptolemo fruges) Ceres frumenti, quod fortè inter alias herbas nascebatur ignotum cæteris, prima vsum adinuenit: docuítque homines nascendi, seruandique, & serendi modum. Est autem ab ipsa frumentum ante genitam Proserpinam repertum. nam post eius à Plutone raptum, frumenta omnia cùm in Iouis odium, tum propter dolorem filiæ incendisse ferunt. Sed ea inuenta & reconciliatam esse Ioui, & Triptolemo frumenti dedisse semen: mandasséque, vt cum omnibus id donum participans, modum seminandi monstraret. Nonnulli (vt scribit Diodorus) de frumenti inuentione secus sentiunt: Panes se eam primò deam apparuisse, frumentíque naturam & vsum penes se repertum asserentes. Nam traditur ab Ægyptiis, Cererem & Isidem eandem esse deam, primámque in Ægyptum attulisse frumentum, Nilo Ægypti campos irrigante, omnique regione ad ferendos fructus optimè sita. Athenienses, quamuis inuentionem frumenti fateantur, volunt tamen aliòde in Atticam delatum: locúmque quò id primùm donũ susceperit, Eleusinem appellant: eóque ab aliis id semen ad eàm oram sit asportatum. Siculi cùm insula Cereri ac Proserpinæ sacra existat, æquum censent frumenti vsum ei primum patriæ fuisse ostensum, quam in primis amarit. Haud enim verisimile est, eam regionem quam vt propriam Ceres admodum fructiferam præstitisset, postremam huius beneficii participem effecisse: præsertim cùm in ea insula & filiæ raptus contigisset, & frugum esset fertilis, vbi etiam sua sponte nascatur ordeum ac frumenta. *Poma det Alcinoo?*] Alcinous rex Phæacum, vt libro septimo Odysseæ scribit Homerus, filius fuit Nausithoi: hortos habuit cultissimos. Vnde Maro ita cecinit: Pomáque & Alcinoi syluæ. Et Ouidius in Metamorphosi. Proxima Phæacum fœlicibus obsita pomis. Hortos sanè antiquitas mirata fuit, autore Plinio, Hesperidum, regum Adonis, & Alcinoi itémque pensiles, siue illos Semiramis, siue Assyriæ rex Cyrus fecerit. Hortum etiam coluit Tarquinius Superbus. Athenis primus hortum coluit & in vrbe Epicurus hortorum magister. Tutelæ Veneris horti à Plauto assignantur. *Fertile pectus habes*] est tibi, inquit, abundè doctrina.

Inter colentes Helicona] inter poetas colentes musarum loca, vt est Helicon, mons Bœotiæ. *Vberius nulli*] nulli quàm tibi copiosius. Huber autem licet sint qui sine aspiratione scribant, ego tamen cum aspiratione scribere soleo, & ita fecisse eruditos nostri æui aliquot annotaui. nam quamuis sint qui hoc nomen à Græco ὖθαρ deduci velint, magis tamen placet eorum opinio qui Huber ab Humeo deduci existimant: vt Tuber, à Tumeo, m litera in b versa. Loca enim arida, infœcunda sunt: humida verò, feracia: & mulierum hubera si humore careant, carebunt & lacte. quam rem videtur etiam Maro nobis indicare voluisse, cùm dicit: Cogite oues pueri, si lac præceperit æstus, Vt nuper, frustrà pressabimus hubera palmis. Vt dicat, Si æstus humorem præceperit, atque defecerit, frustra hubera omni humore carentia exprimemus. Tumeo autem licèt primam corripiat, Tuber tamen producit. quod in multis & præsertim vbi fit aliqua literarum immutatio, vsu venit. *Ista seges*] ista scientia artis poeticæ. Loquitur autem metaphoricè. *Ad hunc*) ad te Seuerum doctissimum poetam. In quibusdam exemplaribus ita legitur: Mittere adhuc carmen, frondes erat addere syluis. Mittere ad te carmina, idem erat quod nemoribus frondes afferre, quibus non carent. *Hæc causa*] hæc ratio. *Mihi cunctanti*] mihi tardanti ad te scribere. [Alii cunctandi legunt, idque magis placet.]

Siccum littus] materiam & campum sine humore. Intelligit autem per similitudinem scribendi materiam mœstam se sumpsisse, vnde nullus potest fructus & honor emanare, neque gloria aliqua prouenire. *Sterili vomere*] exercitatione scribendi demissa. *Scilicet vt limus*] Quemadmodum limus non permittit aquas ex venis percurrere: sic mala occludunt & remorantur copiam carminis, & venam poeticæ maiestatis. *Excæcat venas*) venas obturat. *Et aqua læsa*] & aqua occlusa ipso limo. *Suppresso fonte*] remorato aquarum impetu & copia. *Resistit*] reluctatur ipsi limo, difficile & vix paulatim erumpendo. *Limo malorum*) aggeratione incommodorum. *Vitiata*) corrupta. *Vena pauperiore*] vena minus diuite, & tanquam malis occlusa. *In hac terra*] in Tomitana ciuitate. *Ipsum Homerum*) illum ipsum poetarum patrem. *Esset factus Getes*) redditus fuisset poetices quasi expers, vt sunt Getæ, quorum terras ego incolo. *Fasso*) mihi confitenti. *Studijs quoque frena remisi*] intermisi etiam studium literarum. *Ducitur meis digitis*) scribitur mea manu. *Littera rara*] carmen rarò à me factum. *Impetus ille sacer*) ille furor poeticus & Apollineus. *Abest*) procul est. *Vix venit in partes*] Legitur etiam, Vix venit ad partes, hoc est, vix ad offi-

A ciem suom redit. officium autem Musæ est, Poetæ inuocanti adesse. vel certè vix io Scythiam venit. [Vel, rex venit in partes, hoc est, in partem operæ, vt iuuet operam nostram, & ex parte aliqua auxilium aliquod afferat.] *Vix imponet pigra manum*] vix tardas manus adhibet. *Tabella sumpta*) chartæ ad scribendum paratæ.

XIX.

Paruáque, ne dicam scribendi nulla voluptas
Est mihi, nec numeris nectere verba iuuat.
Siue quòd hinc fructus adeò non cepimus vllos,
Principium nostri res sit vt ista mali.
Siue quòd in tenebris numerosos ponere gressus;
Quódque legas nulli, scribere carmen obest.
Excitat auditor studium, laudatáque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.
Hic mea cui recitem, nisi flauis scripta Corallis,
Quásque alias gentes barbarus Ister habet?
Sed quid solus agam? quáque infœlicia perdam
Ocia materia, surripiámque diem?
Nam neque me vinum, nec me tenet alea fallax,
Per quæ clam tacitum tempus abire solet.
Nec me, quod cuperem, si per fera bella liceret,
Oblectat cultu terra nouata suo.
Quid nisi Pierides solatia frigida restant,
Non bene de nobis quæ meruere deæ?
At tu cui bibitur felicius Aonius fons,
Vtiliter studium, quod tibi cedit, ama.
Sacráque musarum meritò cole: quódque legamus,
Huc aliquod curæ mitte recentis opus.

Ne dicam nulla) ne nullam scribendi voluntatem appellem. *Nectere verba numeris*] pedibus & numeris astringere. hoc est, carmina componere. *Hinc*) ex his versibus. *Vllos fructus*) vllam vtilitatem: immo dispendium, quòd eorum causa relegatus sum. *Res ista*) B poetica facultas. *In tenebris*] in locis vbi non leguntur. *Numerosos gressus*] pedes suis numeris & gressibus astrictos. *Ponere*] scribendo collocare. *Quod nulli legas*] quod nulli recites. *Excitat studium*] caritat disciplinam, seu ardorem poetæ. Sic & Cicero: Honos alit artes, omnésque accenduntur gloriæ cupiditate. *Laudata*] ab aliis probata. *Immensum calcar*) C immensum stimulum. *Hic*) in Scythia. *Mea scripta*) mea carmina. *Nisi flauis C.*) Coralli populi fuêre io ora Pontici maris. de quibus ita meminit Valer. Flac. Densíq; leuant vexilla Coralli. Post quos statim subiungit Basternas, quos Batarnas appellat. Ait enim: Illinc ioratos in se trahit Æa Batarnas. Eosdem Plutarchus Galatas etiam nominatos scribit. Flauos autem Corallos appellat, alludens ad Corallii rubentis baceas. [Sed hæ non flauæ sunt. quare vel ad comam, vt flauos intelligat esse, & per hoc, feroces: vel ad reliqui corporis colorem alludere putandum. De Corallis autem & Strabo meminit libro septimo.] *Quasque alias gentes*) D Et aliis gentibus subaudi. *Solus*] sine vllis amicis. Quasi dicat, Nullum aliud solatium relictum est præter musas: & ideo se tristem non posse scribere, quæ delectant. *Quaque materia*) & quo genere oblectamenti. *Perdam*) consumam, teram. *Ocia infœlicia*] vacationes a studiis poeticis mei infœlicis. *Surripiamque diem*] G clam rapiam totum diē. Surripimus enim diem, quando vacamus alicui rei iocosæ, ita vt dies elabatur. *Vinum*) vini compotationes. De quibus etiam intellexit Horatius eo versu: Nec tegna vini sortitere talis. *Alea fallax*) ludus aleæ, qui ludentes fallit. *Per quæ*) per quos ludos & vinum. *Tacitum tempus*) tempus quod sensim labitur, nec intelligitur. *Si per fera bella liceret*) H si Getæ & hostes finitimi non infestarent agrum Tomitanum. *Suo cultu*] sua cultura. *Terra nouata*) terra innouatione proscissa. *Solatia frigida*] paruæ & remissæ consolationes. Est autem Appositio figura. *Quæ non bene meruere de nobis*) quæ mihi nocuerunt: earum siquidem causa relegatus sum. *Bibitur felicius*] fœcondius, & vberius hauritur quàm à me. *Aonius fons*] aqua quæ est in eo fonte Aoniæ musis I sacro, quem ferunt poetæ Pegasum effodisse: cuius aquam potabant poetæ. Vnde ait Persius: Nec fonte labra prolui Caballino. *Vtiliter studium*) studium poeticæ artis commodius tibi quàm mihi. [Alii autem aduerbialiter legunt, Vtiliter] *Quod tibi cedit*) quod tibi fauet & se concedit. [Vel, quod tibi succedit vtiliter: siue vtilius, hoc est melius quàm mihi.] *Huc*] in Scythiam. *Recentis curæ*) nouæ sollicitudinis. Quibus verbis nouum opus exprimit.

IN TERTIAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD AMICVM.

Conquerar? an taceam? ponā sine nomine crimē?
An notum + quis sis omnibus esse velim?
Nomine non vtar, ne commendere querela,
Quæratúrque tibi carmine fama meo.
Dum mea puppis erat valida fundata carina,
Qui mecum velles currere, primus eras.
Nunc, quia contraxit vultum fortuna, recedis,
Auxilio postquam scis opus esse tuo.
Dissimulas etiam, nec me vis nosse videri:
Quisque sit audito nomine Naso rogas.
Ille ego sum (quanquam non vis audire) vetusta
Penè puer puero iunctus amicitia.
Ille ego, qui primus tua seria nosse solebam,
Qui tibi iucundis primus adesse iocis.
Ille ego conuictor, densóque domesticus vsu:
Ille ego iudiciis vnica musa tuis.

Conquerar an taceā] Amicum suppresso nomine taxat, eiúsque perfidiam ac leuitatem E ostendit, quòd cū mantea à teneris annis secum coniunctissimè semper vixerit, tandem in aduersa eius fortuna non modò eum deserit, sed etiam simulat se non cognoscere. Postremò illum monet, vt fortunæ variantis vicissitudines, & leuitatem, ante oculos ponat. sibi enim idem etiam posse contingere commemorat, quod multis viris illustribus, qui F in excelso fastigio positi, mutata fortuna ad miserrimam conditionem peruenere. *Conquerar?*] debeo de te queri? *An taceam*] an tacendo non queri? *Ponam sine nomine crimen*) an debeo tantum crimen tuum suppresso nomine in hoc carmine ostendere? *Quis sis*) quod sit nomen tuum. *Nomine non vtar*] Causam assignat, cur nomen supprimat. *Ne commēdere querela*) ne lauderis, si de te querar. Videntur enim nomina celebrari, quum scriptis quomodocunq; commemorantur. *Dum mea puppis*) dum mea fortuna. *Erat fundata*) erat stabilita. *Valida carina*) firmo præsi- L dio. *Qui velles currere mecum*) qui velles vti mea consuetudine. *Contraxit vultum*] irata est, & rugosa me facie cœpit intueri. *Recedis*] me deseris, recedendo ab officio amicorū. *Dissimulas etiam*) etiam ostendis me non esse, quum optimè noueris. *Quis sit Naso*) quis ego sim. *Tua seria*] quæ à te seriò, non ioco fiebant. *Adesse*] propè esse & subaudiuit Solebam, à superiori. *Conuictor*] qui simul tecum viuebam:

A *Denso usu*) frequenti consuetudine. *Tuo iudicio*] quia ita de me iudicabas. *Vnica musa*) solus poeticæ artis peritus, tanquam essem sola musa.

MICYL. *Conquerar an taceam? &c.*) Inscriptio eius elegiæ in aliis nulla est, in alijs, In amicitiam dissimulantem., quarum vtromuis melius putem, quàm Ad amicũ, vt Merulæ editio habet, inscribi. Nam haud scio, an eundem illum hac elegia notet, quem Inuidum infrà vocat, & de quo postea carmen in Ibin composuit. Nam & hic perfidum vocat, & sibi iacẽti insultasse dicit. Sed de hoc tamen certum non affirmarim.

Ille ego sum, qui nunc an viuam perfide nescis,
Cura tibi de quo quærere nulla fuit.
Siue fui nunquam charus, simulasse fateris:
Seu non fingebas, inueniere leuis.
Aut age dic aliquam, quæ te mutauerit, iram:
Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est.
Quod te nunc crimen similem vetat esse priori?
An crimen, cœpi quòd miser esse, vocas?
Si mihi rebus opem nullam, factisque ferebas,
Venisset verbis charta notata tribus.
Vix equidem credo: sed & insultare iacenti,
Te mihi nec verbis parcere fama refert.
Quid facis ah demens? cur si fortuna recedat,
Naufragio lacrymas eripis ipse tuo?
Hæc dea non stabili quàm sit leuis orbe, fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio, & quauis incertior aura:
Par illi leuitas improbe facta tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.
Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi?
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
Ille Syracusia modo formidatus in vrbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tamen ipse rogauit
Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuique viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Ille Iugurthino clarus, Cimbróque triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit:
In cœno Marius iacuit, cannáque palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet ora fidem.
Littus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis,
Et metues arcu, ne feriare Getæ:

MER. *Ille ego sum qui nunc an viuam*) Ordo est: O perfide, qui nunc nescis an viuam, ego sum ille, de quo nulla cura fuit tibi quærere. *Siue fui nunquam charus*) Amici leuitatem taxat Poeta, ostendens aut eum simulasse illum amare, quum minimè amaret: aut re vera non finxisse, sed verè eum amasse. & vtroqs modo dicit eum fuisse leuitatis crimini obnoxium. (Vocatur autem hoc genus argumentandi, Dilemma, quod duabus rebus propositis, vtram neges, vel affirmes, capiaris. *Simulasse fateris*) ostendis te finxisse amare, quem non amabas & ideo inueniaris simulator. *Seu non fingebas*) seu verè amabas: sed nunc me deserendo sine vlla culpa, leuis etiam videris. *Quæ te mutauerit*) quæ te alienauerit. *Nisi iusta tua est*) nisi querela tua habuerit iustam mecum succensendi causam. *Querela mea*) mea lamentatio de te, quòd me deserueris. *Est iusta*) quia iustè de te queror. *Quod crimen*) quod meum erratum. *Similem priori*) talem qualis eras prius erga me. *Quod cœpi esse miser*] quod cœpi habere fortunam mihi aduersam. *Venisset verbis charta notata tribus*) saltem verba & literas ad me misisses. *Sed fama refert*) sed quamuis ego vix credam, vulgò tamen dicitur. *Et te insultare mihi iacenti*) etiam te me miserum deridere. *Nec verbis parcere*] nec à verborum insectatione abstinere. *Si fortuna recedat*) si fortuna tua secunda te quoque deserat, vt me fecit. *Naufragio tuo*) tuo aliquo infortunio, quod tibi potest cõtingere. *Eripis lacrymas*) eripis dolorem meum & amicorum: qui si viderint, quod contra me feceris, & quàm fueris in me crudelis in hac mea calamitate, idem quoque mecum in te efficient. Quibus verbis monet, vt timeat fortunæ vices: posse enim & ipsum quoque fortunæ telis prosterni. & imprudenter facere colligit, quòd ea crudelitate & exemplo, si quid sibi aduersi contingeret, neminem haberet, qui eius casu doleret & eo pacto priuat sese remprudentis sua. *Hæc dea*] fortuna ipsa. *Non stabili orbe*) pila volubili & vaga, vt diximus suprà. *Quàm sit leuis*] quàm sit volubilis. *Quæ habet s.*] quę fortunam summã partem orbis & pilę non stabilem tenet, & immotam, sed præcipiti orbe astat. *Sub pede dubio*] sub incerto pede & instabili. *Et quauis aura*) & quolibet vẽto. *Par illi*) æqualis illi leuitate fortunæ. *Omnia hominum*) res omnes mortalium. *Sunt pendentia*) sunt nixa & sustentata. *Tenui filo*) tenui retinaculo & firmamento. Videtur autem Poeta hæc de Dionysij historia traxisse, & ad eam alludere. Nam Dionysius aulæ Siculæ tyrannus, Democli vnũ ex assentatoribus suis solam beatam vitam existimanti, volens quàm perpetuo metu misera, quàm impudẽtium semper periculorum plena esset, ostendere, gladium vagina raptum, & à capulo ds filo tenui pendentem mucrone demisso, iussit familiaria illius capiti inter epulas imminere. Quũmque ille & Siculas & tyrannicas copias præsentis mortis periculo aspernaretur, Talis est, inquit Dionysius, vita, quam beatam putabas: sic nobis sẽper mortẽ imminẽtem videmus. Existima ergo, quando fœlix esse poterit, qui timere non desinit. Historia nota est. sed eam vnus omnium elegantissimè Cicero refert in quinto Tusculanarum quæstionum libro. *Et quæ valuere*] & quæ fortia fuere. *Ruunt subito casu*] subitò corruunt. *Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi*) Crœsus rex fuit Lydiæ potentissimus ac ditissimus: in bello tamẽ victus & captus à Cyro Persarum donatus est vita. Historiam refert elegantissimè Herodotus in lib. 1. *Tulit vitam*] vitæ beneficium accepit. *Ab hoste*] à Cyro Persarum rege. *Ille Syracusia modo formidatus in vrbe*) Dionysium Siciliæ tyrannũ dicit, virũ omni turpitudine repletũ: qui (vt docet Cicero in lib. 4. Tusculanarum quæstionum) Syracusis pulsus, Corinthi ludum aperuit, ac pueros docuit, sicq; imperio carere nõ potuit. De eo lege Iustinum in libro 19. *Humili arte*] vili arte, docendo pueros. *Duram famem*] duram egestatem. *Quid fuerat magno Maius*) Pompeii etiam exemplo ostendit, fortunam in rebus omnibus dominari, nec quicquam certi esse in hominum vita. *Tamẽ ipse rogauit*] tamen ipse Pompeius post cladem acceptam in campis Pharsalicis à Cæsare, in Ægyptum fugit, ad opem Ptolemæi regis, cuius patrem in clientelam susceptum eo tẽpore, quo Romã venerat, multis beneficiis conciliauerat. *Summissa voce*] humili voce. *Opem clientis*] auxilium contra Cæsarem, à rege Ægypti clientis sui, quemadmodũ fuerat eius pater Romæ, vt diximus. *Rogauit*, rogatum iuit. Nõ enim ad regis conspectum, vt id peteret, potuit peruenire: in scapha namq; è naui delatus, antequam in littus descenderet ad regem, ab eius satellitibus occisus est, vt refert Plutarchus. *Cuique viro totus terrarum paruit orbis*] Sũt qui hæc ad Magnum referant Alexandrum, qui a suis veneno dato periit, vt docet Plutarchus, & Quintus Curtius. Magis placet vt coniungantur hæc duo carmina cum superioribus, & ad Pompeium referantur, quem Poeta dicit factum esse magis indigum omnibus, propterea quòd eius cadauer inhumatum iacuisset in littore Ægyptio, nisi eius libertus Philippus quadam sui met tunica illud circumuoluisset, reperissétque reliquias veteris scaphæ, quibus vix potuit pyram necessariam struere. Tãta fuit fortunæ indignitas, vt qui de tribus orbis partibus triumphasset (vt docet Plutarchus) ad extremũ vitę in littore Ægyptio nudus & abiectus iacuerit, omnium rerum indigus. *Effectus indigus*] fuit factus egenus. Subauditur autem verbum Fuit. Est autẽ ordo: Et ipse vir, cui totus orbis terrarum paruit, fuit effectus

A magis indiget omnibus. *Magis omnibus*) magis quàm cæteri mortales. *Ille Iugurthino clarus*) Marium intelligit, qui obscuro genere ortus in vico Arpinati, præclarus fuit imperator, & Iugurtham Numidiæ regem deuicit: vt docet Salustius, Plutarchus, & Appianus. Postmodum cum Catulo missus contra Cimbros & Teutones, victoriam pulcherrimam reportauit, adeò vt eum populus Romanus tertium Romæ conditorem appellaret. Sex consulatus, vt nemo alius, gessit. Postea à Sylla pulsus ex vrbe, in Minturnensi palude delituit sed inuentus postea, ægrè dimissus in Libyam nauigauit. Inde tandem Romam rediit, & post septimum consulatum, quum variantis fortunæ vices expertus esset, in malam incidit valetudinem. Et cùm per septem dies paulatim deficeret, diem suum obiit. Sunt qui (vt docet Plinius de Viris illustribus) scribant eum decessisse morte vo- B luntaria. *Cimbróque triumpho*) Cimbri populi fuere Germanorum, qui lingua Gallica (vt scribit Pompeius) latrones dicuntur. Flammingos quidam eos nunc dici putant. [Non Flamingos, sed Holsatienses & Danos.] Hos olim inundans Oceanus fugauit: & quum Romanorum fines inuaderent, ac magna clade primùm Romanos affecissent, à Mario in Italia in campo Caudio deleti sunt: vt Florus ac Plinius de Viris illustribus docent. *In caeno Marius iacuit*] Marius in Campania delituit in limo, & in paludibus Minturnarum, quum Syllæ rabiem effugeret. Iuuenalis: Exilium, & carcer, Minturnarúmque paludes, Et mendicatus victa Carthagine panis. Plura exequitur Lucanus de Marii fortuna, & latebris Minturnensibus. Nos ea breuitati stu- G dentes, consultò studiosis relinquimus. Satis est carmen enarrasse, & ad id facientia loca assignasse. *Pertulit & multa*] & alia etiam expertus est, vt famem. *Ludit*) quasi ludum exercet. *Et præsens hora*] & præsens temporis momentum. *Vix habet certam fidem*] vix certi quiddam, quod credi possit, continet. *Litus ad Euxinum*] in exilium Tomitanæ ciuitatis, quæ est in litore maris Euxini, quod alio nomine Ponticum dicimus. *Si quis mihi diceret*) si quis mihi dixisset. tempus pro tempore. *Arcu Getæ*) Getarum sagittis.

I bibe, dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra.
Sum tamen hæc passus: nec si mortalia possem,
Et summi poteram tela cauere dei.
Tu quoque fac timeas: & quæ tibi læta videntur,
Dum loqueris, fieri tristia posse puta.

MER. *I bibe, dixissem*) illum eiecissem tanquam insanum, & dignum purgari elleboro nigro, quæ herba nascebatur plurima in Anticyra, quæ est insula pertinens ad regionem Phocaicam, in Corinthum versa: habuitque oppidum eiusdē nominis, vt docet Liuius in libro secundo de Bello Mace- C donico. Ibi elleborus tutò sumebatur, vt scribit Plinius. Persius: Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam, Tonsori Licino permiseris. Nigrum autem varatrum (autore Plinio) medetur paralyticis, insanientibus, hydropicis. Esse autem eius duas species scribit Gellius. Vtriusque autem vim esse, vt humores noxios, in quibus causæ morborum sunt, extrahat. Esse autem periculum, ne inter causas morborum omni corporis via patefacta, ea quoque ipsa, in quibus causa viuendi est, exhauriantur, & sic homo intereat. Sanè elleboros sine aspiratione scribendum est. quamuis non desint, qui aliter scribendum præcipiant. Vocatur autem elleborus apud Italos veratrum, vt scribit Plin. libro vigesimoquinto. De eo plura legito apud Gellium libro decimoseptimo. *Purgantes pectora succos*) herbarum succos purgantes pectora & insaniam. Insanientibus D enim medebatur. De elleboro autem plura legito apud Plinium & Cornelium Celsum. *Sum tamen hæc passus*] tamen sum relegatus ad oram Ponticam, quod non crediderim. *Si mortalia possem*] subaudi, cauere possem. *Et*] etiam. *Summi dei*] vel Augusti, vel re vera dei. vt ex eorum sententia dicat, qui fatum esse ineuitabile crediderunt. Quorum opinionem elegantissimè tangit eminentissimus poeta Æneidos libro septimo, dum inquit: Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. De fato autem plura apud Ciceronem, Macrobium, & alios Latinos scriptores legito. Nos verò alibi abundè diximus. Theologi autem duplex fatum esse autumant: vnum quod est deus gloriosus, vt causa sine qua non: aliud quòd est nouus effectus in subiecto creato, absque diuini intellectus mutatio- H ne: quod alio nomine ab ipsis Prædestinatio nuncupatur. Asseurant enim theologi Deum optimum maximum bifariam in humanis agere: mediatè scilicet, & sine medio. Primo modo omnia ex nihilo fabrefecit, secundum tamen ideam suam, in qua omnia ab æterno comprehenduntur & relucent: quæ in quantum nulla concurrente materia producta sunt, ab ipsa idea differunt. Et hoc ex recte philosophantium sententia diuinus Plato imaginatus est, cùm ideam suam, quam Clocodeam nominauit, in lunari orbe reposuit, quicquid dicat in ipsum Aristoteles. Alio modo agit altissimus, aliquo medio interueniente. Et cum hac distinctione diluunt theologi omnes controuer- I sias in materia fati contingentes. Nam homo prædestinatus, quoad primam creationem est deus, cùm deus & idea idem sunt ex maxima propositione theologica, quicquid est in deo, est ipse deus. & hoc primo modo fatum acceptum est immotum. Sed quo ad secundam creationem nouam mediatam, in quantum subiectum est nouum secundum quantitatem, tempus, locum, &c. homo minimè de necessitate prædestinatur, neque fato (vt poetæ fingunt) subiicitur: cum existat prædestinatus pro modo, quo deus in humanis agit. Et hoc pacto prædestinauit Paulum cum omnibus operibus suis, quæ operatus est: & propter merita, quæ fuere semita ad beatitudinem, ipsum beatificauit. Quæ omnia in ipso Deo ponere necessum fuit, habita diuinæ iustitiæ ratione, & liberi hominis arbitrii, ac humanæ prudentiæ. Alioqui si mediatè & primo modo beatus Pau- K lus prædestinatus fuisset, ineffabilis Deus iniustitiæ redargueretur. quod nefas esset dicere. *Posse fieri tristia*] posse tibi tristitiam afferre.

IN QVARTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

E

AD SEXTVM POMPEIVM.

NVlla dies adeò est australibus humida nimbis,
Non intermissis vt fluat imber aquis.
Nec sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo
† Mixta ferè duris vtilis herba rubis.
Nil adeò fortuna grauis miserabile fecit,
Vt minuant nulla gaudia parte malum.

MER. *NVlla dies adeo est*] Ad Sextum Pompeiú scribens Poeta, nullam iam tam tristem esse dicit, quæ non habeat aliquando aliquid lætitiæ. quod sibi contigisse ostendit. Quum enim tristis in littore Pontico spaciaretur, fama ei nunciauit, Sextum Pompeium consulem designatum esse. quam rem dicit maximam sibi lætitiam attulisse. Postmodum dolet non posse, cùm magistratum F inibit Pompeius, illi interesse. mente tamen conspecturum se eius vultum, & omnia, colligit. Postremò illum precatur vt aliquando sui recordetur. quod si fecerit, exilium sibi mitius futurum dicit. Quinto autem anno exilii Poetæ, quo Augustus periit, consules erant Sextus Apuleius, & Sextus Pompeius, iste ad quem scribit hanc epistolam Poeta. *Adeò est humida*) adeò est pluuiosa. Quasi dica: Nulla dies adeò est pluuiosa, quin aliquando sit serena, nube intermissa. *Nimbis australibus*) nimbis ab austro venientibus. Auster enim L ventus est, qui à meridie flat, ab hauriendis aquis dictus, vt quidam putãt. Græcè (vt scribit Gellius) Notus appellatur, ab humore: quoniã est nebulosus atq; humectus. νοτὶς enim Græcè humor nominatur. *Vt imber fluat*) vt pluuia cadat: hoc est, non semper pluit, sed post pluuiã sequitur etiam serenitas, vt est in trito prouerbio. Quasi dicat poeta: Post hanc meam tristitiam subsequuta est lætitia de cõsulatu Pompeii, nec semper in eadem tristitia permãsi. *Non intermissis aquis*) nõ cessantibus, nec semper cadẽtibus pluuiis. *Est ita sterilis*] est ita minus fertilis. *Vtilis herba*] herba ferens aliquam vtilitatem. *Duris rubis*) duris spinis: vt sunt cardui, & paliuri, &

cætera huiusmodi. Et quoniam de carduis mentionem fecimus, sciendum est in his fatuum quoddam genus esse carduorum, cuius Plinius meminit in libro decimonono his verbis: Certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubámque præcipuè, sestertium sena millia è paruis his reddere: quoniam portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupedes consciæ. Carduos ergo duobus modis serunt. & reliqua. Et vt hæc Plinij verba intelligas, scias eum loqui de eo genere carduorum, quos edimus: & qui in cibis tam crudi, quàm cocti, gratissimi sunt saporis. quorum Romæ magnam copiam vidimus: ibi enim iucundiores esse videntur. quamuis etiam aliunde ad vrbem nauibus è locis finitimis cõuehantur in maxima copia, adeò vt etiã per vrbẽ venales frequenter circumferantur, & inde maxima pecuniæ vis colligitur. vt non mirum videatur, si etiam Plinij æuo Carthago & Corduba è paruis his sena millia sestertia reddebant. vt queritur idem autor, huiusmodi terrarum portenta in ganeam versa. Incipiunt autem circa mensem Aprilis, & Romæ lingua vernacula appellant vulgò arcichiocos, seu carzocolos. Eos apud nos elegantissimè vnus omnium descripsit Columella de Cultura hortorum his subditicius verbis, à paucis, quòd sciam, adhuc intellectis, cinarásque appellauit, & ita à Cretensibus lingua eorum vernacula etiam appellari accepimus à reuerendo Episcopo Famagustano nostro Mathia Vgonio Brixiano, qui præter multiplices disciplinas, quibus tuæ Celsitudini, & omnibus charus est, ac ingenij solertiam & lepôrem, tanquam alter Vlysses mores multorum nouit & vrbes. Versus igitur Columellæ hi sunt: Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti. Hæc modò purpureo surgit glomerata corymbo, Myrtolo modò crine viret deflexáque collo Nunc adoperta manet, nunc pineavertice pingit, Nunc similis calatho, spinísque minantibus horret, Pallida nonnunquam tortos imitantur acanthos. De generibus carduorum Plinium legito, & Palladium in libro quarto, vbi de eorum cultura plenius tractat. *Fortuna grauis*) difficilis & molesta fortuna. *Nil adeò miserabile*) nil tam infœlix. *Minuant malum*) miseriam & infortunium leuent. *Nulla parte*) nulla sui portione. Sensus est: Nil homini accidit tam infœlix vt etiam non sit aliqua lætitia, quæ luci partem aliquam infœlicitatis.

MAR. *Carens*) scilicet ego Ouidius. *Oculísque meorum*) & præsentia amicorum. *Naufragus*) facto à me naufragio, & periclitatus: hoc est, miser & calamitosus, vt sunt naufragi. *Geticis littoris*) oræ Ponticæ. *Actus*) agitatus, impulsus. *Possim diffundere vultum*) possim faciem exhilarare. *Et non meminisse*) & non esse memor, sed obliuisci. *Mea fortuna*) meorum malorum, quæ assiduè inter Getas patior. *Fulua arena*) in littore Tomitano. *A tergo*) post tergum. *Penna*) pennarum & alarum ipsius Famæ sonitus. *Verba hæc*) tales sermones. *Lætarum rerum*) rerum placentium lætitiæ. *Consule Pompeio*) Pompeio designato consule. *Candidus*) pulcher, benignus. *Fœlix*) & fœlicitatem afferens. *Proximus annus*) annus sequẽs. *Pontum*) Ponticã oram.

Ecce domo, patriáque carens, oculísque meorum,
Naufragus in Geticis littoris actus aquas.
Qua tamen, inueni, vultum diffundere causa
Possim, & fortuna non meminisse meæ.
Nam mihi cùm fulua tristis spaciarer arena,
Visa est à tergo penna dedisse sonum.
Respicio, nec corpus erat, quod cernere possem:
Verba tamen sunt hæc aure recepta mea.
En ego lætarum venio tibi nuncia rerum,
Fama per immensas aere lapsa vias.
Consule Pompeio, quo non tibi charior alter,
Candidus & fœlix proximus annus erit.
Dixit, & vt læto Pontum rumore repleuit,
Ad gentes alias hinc dea vertit iter.
At mihi dilapsis inter noua gaudia curis,
Excidit asperitas huius iniqua loci.
Ergo vbi Iane biceps longum reseraueris annum,
Pulsus & à sacro mense December erit:
Purpura Pompeium summi velabit honoris,
Ne titulis quicquam debeat ille suis.
Cernere iam videor rumpi penè atria turba,
Et populum lædi deficiente loco:
Templáque Tarpeia primùm tibi sedis adiri,

Romani autem autore Romulo, cum mensibus decem habuerunt, & ipsum à Martio mense inchoabant. Caius nouissimè Cæsar omnem temporum inconstantiam castigans, annum in seriem mensium duodecim redegit, additis quoque horis, quæ bissextum causare solent. quem ad Ægyptiorum imitationem, qui (teste Eusebio de Euangelica præparatione) diuinarum rerum soli conscij putabantur, ad numerum solaris cursus dirigere conatus est: vt scilicet cùm sol reuersus fuisset eò, quò digressus fuerat, perfectus annus efficeretur. De quibus omnibus latissimè apud Latinos scriptores, & Græcos. *Reseraueris*) aperueris. Contrà claudere, pro finire ponitur. *A sacro mense*) à Ianuario sacro Iano deo. *Erit pulsus*) erit exactus, & quasi finitus & expulsus.

Dea) Fama ipsa. *Inter noua gaudia*) per hanc nouam lætitiam, quam accepi de consulatu Pompeij. *Excidit*) obliuioni tradita est. *Iniqua asperitas huius loci*) duritiem iniquæ terræ Tomitanæ. *Longum annum*) annum quem sol duodecim conficit mensibus. Longum enim appellat, ad differentiam mensia. Vel ex affecto Poetæ, cui præ nimio desiderio tardus & longior videtur incipere. Anni communi Latinorum sententia tres tantummodo numero reperiuntur. Lunaris quidem primus, omnium breuissimus, qui triginta dierum spacio cursum suum perfectè peragit. Solaris, de quo sæpissimè poetæ loquuntur, qui per menses duodecim. Et magnus, qui autoritate Ciceronis in Hortensio, & secundum plures physicos duodecim millia annorum, quingentos & quinquaginta continet. Est & annus, secundum Platonem, magni orbis, post cuius reuolutionem omnia erunt eadem numero: licet Aristoteles & doctores Theologi contra ipsius opinionem demonstrent. Quæ quia aliena à præsenti speculatione, omitto. Et dictus est annus, quasi annulus, eo quòd in se redeat; vt testatur Virgilius eo versu, Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Vel vt nonnulli volunt, à Græco verbo, quod innouationem signat, tractus est. Sed quoniam in anni mentionem incidimus, pauca de ipsius ordine in medium afferemus. Idcirco aduerte, quòd à diuersis diuersimodè annus digestus est. Arcades duntaxat eum mensibus tribus explicarunt, Acarnanes sex. Reliqui Græcorum trecentis quinquaginta quatuor diebus eum computarunt. *Purpura summi honoris*) vestis purpurea, insigne summorum honorum & magistratuum, vt aras consulatus. *Ne titulis quicquam debeat ille suis*) Sensus est: Purpuream vestem sumet Pompeius, ne quid desit, quod ab eo præstari debeat suis titulis, & virtutibus, & inscriptionibus, seu titulis summi honoris & consulatus sui. Pompeius enim deberet suis titulis, & eos defraudaret, si non indueretur purpura, quam eius res gestæ, & honor illa consulatus videntur exposcere. *Rumpi*) ruere. *Atria*) Curia, vel domus Pompeij. *Lædi*) collidi. *Templa Tarpeiæ sedis*) templum Capitolinum, ad quod noui Consules accedebant sacrificaturi Calend. Ianuar. vt in Fastis docet Ouidius. Tarpeius autem mons, vt (scribit Varro) dictus fuit à Tarpeia virgine Vestali, quæ ibidem à Sabinis necata armis, & sepulta fuerit. sed postea dictus est Capitolinus, quòd cũ in eo fundamenta ædis Iouis foderentur, caput humanum inuentum est. Hunc antea montem Saturnium appellabant. De templo Capitolino ita scribit Corn. Tacitus in lib. 19. Vouerat Tarquinius Priscus bello Sabino ædem Ioui opt. maximo, iecitque fundamenta, spe magis quàm magnitudinis, quæ tunc pop. Rom. competeret. Mox Seruius Tullius adiecit aliquid. Deinde Tarquinius Superbus capta Suessa & Pometia, per hostium spolia fecit & reliqua. Erat autem sacellum Iouis Capitolini in medio Iunonis & Mineruæ. eò igitur ibant cum populo noui Consules, & post sacrificium in curiam deducebantur. Ioui autem ideo rem diuinã faciebant, quòd ei quemadmodum & Iano, omne dabatur initiũ. vnde

est illud: Ante Iouem supplex per vota precatus. &, Ab Ioue principium musæ. Induebantur autem purpura non modò Consules, sed totus etiam senatus. Ouidius in Fast. Vestibus intactis Tarpeias itur in arces, Et populus festo concolor ipse suo est. [Sed hoc loco, vide quæ in Fastis annotantur].

Et fieri faciles in tua vota Deos.
Colla boues niueos certa præbere securi,
Quos aluit campus herba Phalisca suis.
Cúmque Deos omnes, tum quos impensius æquos
Esse tibi cupias, cum Ioue Cæsar erit.
Curia te excipiet, patrésque ex more vocati
Intendent aures ad tua verba suas.
Hos vbi facundo tua vox hilarauerit ore,
Vtq; solet, tuleris prospera verba dies,
Egeris & meritas superis cum Cæsare grates,
Qui causam, facias cur ita sæpe, dabit.
Inde domum repetes, toto comitante senatu,
Officium populi vix capiente domo.
Me miserum, turba quòd non ego cernor in illa,
Nec possunt istis lumina nostra frui.
Qua licet absentem, qua possum mente videbo.
Aspiciet vultus consulis illa sui.
Dÿ faciant, aliquo subeat tibi tempore nostrum
Nomen, & heu dicas, quid miser ille facit?
Hæc tua protulerit si quis mihi verba, fatebor
Protinus exilium mitius esse meum.

Mer. *Fieri faciles*) fieri propicios *in tua vota*) in his præstandis, quæ desideras. *Colla boues niueos*) Describit sacrificium, quod Cal. Ianuar. fiebat in Capitolio. Mactabant enim iuuécos, quos Donatos egregios vocat. Eximebatur enim in sacrificio optimum pecus è grege, vt doce. Pompeius. Vergilius: Mactabas lectas de more bidentes. Cædebantur autem Ioui Capitolino iuuenci albi, atque iniuges electi ex agro Falisco. Ibi enim, autore Plinio & Vergilio, aqua Clitumni amnis epota boues cãdidos facit. Falisci autem populi fuere in Thuscia haud procul ab vrbe, vt Plin. scribit: quamuis aliqui (vt ait Strabo) Faliscos per se gentem posuerint. Inde ergo petebant victimas Ioui Capitolino mactandas. Silius: Et sedet ingentem pascens Meuania campum, Dona Ioui. & Vergilius in Georg. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro, Romanos ad templa deûm duxere triumphos. Erat autem in Capitolina arce celeberrimum Iouis optimi maximi templum, vt diximus. Erat & Iunonis Monetæ, item Mineruæ delubrum. In Capitolio demum deorum omnium simulacra colebantur, vt Seruius docet in enarratione eius versus, Ecce autem telis Panibûs elapsus Achiuûm. Sed præcipuè Ioui Capitolino sacrificabant noui Consules Cal. Ianuarij. Et quoniam deorum aliquorum quos colebant Romani, mentionem fecimus, de Sabino Sango deo etiam aliquid dicamos, vt obiter enarremus locum Liuij in libro 8 ab Vrbe condita, vbi ille refert, bona Vitruuij consecrata fuisse Semoni Sango deo aduersus ædem Quirini. Sunt qui legendum putant non Semoni Sango, sed Semoni Sano, quoniam Augustus scribit Semonem, Ianum dici, quòd præsit seminio, quando concipitur infans. Et Fulgentius ita etiam scribit: Semones dici voluerunt deos, quos cœlo nec dignos ascriberent; ob meriti paupertatem: sicut Priapus, Hippo, Vertumnus. Cæterùm quoniam apud Liuium in omnibus ferè codicibus ita (vt diximus) legitur Semoni Sango, pro Sabino Sango: ita etiam legendum esse existimo, vt in quadam præfatione nostra ad Alexandrum Merulam fratrem, quem iuuenem summæ eruditionis, & doctrinæ, eloquentiæque ac poeticæ facultatis peritissimum, laudésque Corneliæ genos Heroico versu maximo ore ac præconio complexum, decantantémque mors qualicunque futuro operi inuidens, mihi eripuit, dum Venetiis magnificos fratres tuæ amplitudinis erudiret, plenius ostendimus ante Antonij Fannensis commentaria: inibi etiam declarantes Catulli versum illum contra cæterorum opiniones, Patroa virgo plus vno maneat perenne seculo: simúlque etiam locum illum ex septimo Plinij enarrantes, difficilem sanè & à paucis intellectum, vbi Plinius ipse dicit, raros esse patribus proceriores, consumente vbertatem seminum exustione: in cuius vices vergat æuum. ibi igitur docuimus legendum esse apud Liuium; Sabino Sango deo: idque autoritate tum Catonis, tum Dionysij Halicarnassei, scribentium, nomen Sabinorum genti impositum fuisse ex Sabino Sangi diui gentilis: eúmque à quibusdam Pistium vocatum fuisse. & quia Tatius in bello cum Romanis gesto vouerat variis diis multa templa, verisimile est eundem quoque Tatium etiam Sabino Sangi gentis autori ædem erexisse. quemadmodum idem etiam Soli & Lunæ, Saturno & Rheæ, Vestæque præterea & Vulcano, Dianæ ac Quirino, & diis aliis: quorum numina difficile esse dicit lingua Græca enunciare. Hoc autem sacellum Sangi fuisse in palatio aduersus ædem Quirini; vt diximus, docet Liuius. Qui verò etiam legunt Semoni Iano, exemplis non carent: nam in bibliotheca Capranica Romæ in vetustissimo Liuij codice legi Semoni Sano, pro Semoni Iano, vnius tantum literæ scilicet immutatione: quæ lectio etiam placet. De Semone autem Iano iam diximus. *Securi certa*) securi ineuitabili, & quæ certo ictu iuuencos mactabat. Sic certam etiam sagittam appellamus, quæ locum ad quem eam dirigimus minimè fallit. *Cúmque deos omnes, tum quos impensius æquos Esse tibi cupias*] & c Ordo est: Et cùm cupias omnes deos, subaudi ab inferioris, esse æquos tibi, tum Cæsar cum Ioue, quos impensius, hoc est curiosius & magis cupias esse tibi æquos, erit subaudi æquus. [Vel potius, erunt ii, quos tu impensius precaberis tibi æquos atque propitios fore.] *Curia te excipiet*) in curiam venies, curiam adibis. *Patrésque vocati*) & senatores à te in curiam accersiti. *Ad tua ver.*) ad tuam orationem, quam habebis in curia post sacrificium Capitolinum. Solebant enim noui consules gratias pro sibi delato magistratu populo agere, benignéque illum alloqui, vt docet Plutarchus in Pauli Aemilij vita. qua oratione postea vsi sunt erga Cæsarem: qui postquam remp. Romanam inuasit, Omnia erat, vt est apud Lucanum. *Tua vox*) tua oratio. *Hilarauerit*) lætos fecerit & plenos spei de te conceptæ. *Vtque solet tuleris*) & postquam eo die de more prospera tibi omnia à salutantibus nunciata fuerint. Solebant enim, sicut etiam nostro æuo, Cal. Ianuar. omnia prospera nunciare, & omnia bona verba dicere: quoniam infelix annus portendi putabatur, si quid sinistri ominis auditum fuisset. Quid. de Tristibus: Prospera lux oritur, linguis animisque fauete: Nunc dicenda bona sunt bona verba die. Lite vacent aures, insanáque protinus absint Iurgia: differ opus liuida turba tuum. *Egeris & meritas*) & postquam diis immortalibus ac Cæsari gratias egeris, quòd te eo honore ac pompa decorauerint.

Qui dabit causam) qui Cæsar præbebit materiam. *Cur ita sæpe facias*) cur ita sæpe gratias agas. Nam te sæpe Consulem designabit. [Aut etiam aliàs beneficiis demerebitur.] *Inde*) postea vel à curia. *Officium populi*) officiosum populum. *Istis*) scilicet honoribus tuis. *Illa*) Subaudi, mens mea. *Sui Consulis*] sui Pompeij. *Subeat*] in mentem veniat. *Miser ille*] ille infœlix Ouidius. *Hæc tua verba*) hæc tua dicta, quòd dicas, Quid miser ille facit. *Protulerit*] retulerit, enunciauerit. *Esse meum exilium*) esse his verbis ad me tuis lenius.

IN QVINTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD POMPEIVM CONSVLEM.

Ite leues elegi doctas ad Consulis aures,
Verbáque honorato ferte legenda viro.
Longa via est, nec vos pedibus proceditis aquis,
Tectáque brumali sub niue terra latet.
Cùm gelidam Thracen, & opertũ nubibus Aemon,
Et maris Ionij transieritis aquas,
Luce minus decima dominam venietis in vrbem,
Vt festinatum non faciatis iter.
Protinus inde domus vobis Pompeia petatur,
Non est Augusto iunctior vlla foro.
Si quis, vt in populo, qui sitis, & vnde requirat,
Nomina decepta qualibet aure ferat.
Vt sit enim tutum, sicut reor esse, fateri,
Verba minus certè ficta timoris habent.
Copia nec vobis vllo probibente videndi
Consulis, vt limen contigeritis, erit.
Aut reget ille suos dicendo iura Quirites,
Conspicuum signis cùm premet altus ebur.
Aut populi reditus positam componet ad hastam,
Et minui magnæ non sinet vrbis opes.
Aut vt erunt patres in Iulia templa vocati,
De tanto dignis consule rebus aget.
Aut feret Augusto solitam, natóque salutem,

MER. *Ite leues elegi*) Alloquitur per prosopopœiã carmen suum Poeta: illúdque Romam mittit ad Pompeium, ad quem etiam scripsit superiorem epistolam: mandatáque exponit, & perbellè facetur primò se illi summoperè deuinctum, declarans se propter eius beneficia fore semper illius mancipium. Postremò precatur, vt se donatum vita, eius opera, industria, & causa, etiam seruet in præsentia. *Leues elegi*) versus faciles & expediti. Vel leues, hoc est debiles, & carentes pondere sententiarũ, & omni ornatu, tanquã scripti in Scythia humili stylo. Vel leues appellat, quia elego carmine leuia & facilia ac cupidinea describuntur: vt ad Cupidinem alludat, qui à poetis leuis dicitur. Vel dicit, Ite leues: hoc est, estis celeres & expediti, cũ sitis tardi, nec tanquam claudi incedatis æquis pedibus. *Consulis*] Pompeij. *Viro honorato*] Pompeio honorem & consulatum gerenti. *Longa via est*] longum iter & difficile vobis restat, antequam Romam perueniatis. *Pedibus æquis*) paribus pedibus, sed imparibus. estis enim claudi, & ideo tardiores alter siquidem versus constat ex sex dimensionibus, alter verò ex quinque. *Proceditis*] in longum itis *Terra*] per quam eundum est Romam. & est altera causa, per quam ostendit itineris magnam difficultatem. & ideo dixit Poeta, Ite leues elegi: hoc est, celeres. *Qua gelidam Thracem*] Thracia, regio est secundum Indiam omnium maxima. Pausanias tamen scribit Galliam, deinde Thraciam maximam esse omnium nationum. Hæc ab Herodoto inter partes Scythiæ ponitur: & nomen accepit à Græco, hoc est à θρασὺ, quod ferum seu temerarium significat Est enim ea gens omnium crudelissima, ac ferocissima. [Fortassis θρασὺ, pro θρασεῖ, legit Comment. Stephanus autem à nympha Thrace dictam ait Thraciam quæ ea Saturno genuerit Dolichum, siue Dolongum.] Eius fines sunt à septentrione Ister, ab oriente Pontus, à meridie Ægeum mare. Et quia septentrioni proxima est, ideo Poeta gelidam appellat. A Thracia autem, forma Græca, deducitur Thressus. Georgius tamen Merula, gentilis meus, cuius morte multum amisit Latina lingua, licet ex multis eius operibus post eius mortem vix nunc Sphorciadarum historiam elegantissimam, quamuis inemendatam, ab eo conspiciamus, non Thressum, sed Thraissum formari affirmat: quandoquidem ita à Græcis scribitur. Vergilius: Vel qualis equos Thraissa fatigat Harpalyce, volucrémque fuga præuertitur Hebrum. *Et opertum nubibus Aemum*) Æmus mons est, qui in Pontum vergit: cæteros eius spacij magnitudine ac sublimitate superans, mediámque Thraciam diuidens, vt Strabo scribit. Is, vt est autor Plinius, sex millibus passuum est arduus. Eum niuibus abundare scribit Ouidius in lib. 1. Fast. Et quicunque tuas accolit Æme niues. Vnde opertum hic etiam nubibus illum dicit, propter niues, & frigora. *Et maris Ionij*] & maria illius, quod ab Ionia regione in extremitate montis Asiæ media, inter Cariam & Æoliam vsque ad Siciliam protenditur de quo Seruius in enarratione illius versus Maronis, Insulæ Ionio in magno, ita scribit: Ionius sinus est immensus ab Ionia vsque ad Siciliam. cuius partes esse scribit Hadriaticum mare, Arcadicum, & Epiroticum. De mari Ionio, & vnde cognominatum fuerit, alibi abundè plura diximus. *Transieritis*) Hic Ouidius penultimam protulit, vti præcepit Diomedes grammaticus, scribens differre præteritum à futuro subiunctiui in hoc, vt eius præteriti breue sit, futuri longum, sicut penultima primæ & secundæ personæ numeri multitudinis Ennius: Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis. Et Horatius: Cuncta manus auidas fugient heredis, amico Quæ dederis animo. Ergo hic Poeta quia futuro tempore vsus est, penultimam produxit. Explodenda est idcirco eorum sententia, qui syllabam longam pro breui positam licentia poetica existimant. *Luce minus decima*] ante decẽ dies. *In Vrbem dominam*) in Romanam ciuitatem aliarum dominam. *Venietis*) peruenietis, postquam transieritis mare Ionium *Vt non faciatis iter festinatum*] quamuis non properetis. *Inde*] postea. *Domus Pompeia*) domus in qua habitat Pompeius Consul. *Foro Augusto*], foro Augusti addito duobus aliis foris. De triplici foro Romano abundè diximus in enarrationibus in Ouidium de Arte. *Non est iunctior*) non est propinquior. *Vlla*] subaudi, domus. *Vt in populo*) sicut scilicet est aliquis in populo, qui hæc requirat. [Vel, quemadmodum vulgus siue populus solet requirere.] *Qui sitis*] quo nomine appellemini. *Et Vnde*) & ex qua gente veniatis. *Nomina qualibet*) quæcunque alia nomina, quàm vestra. *Aure decepta*) decepto percontantium, qui sitis auditu. Aurem enim decipimus, cùm id dicimus audienti, quod non est *Ferat*) audiat. *Vt sit tutum fateri*) quamuis sit securum nomen vestrum, & vnde veniatis, profiteri. *Sicut reor esse*) quemadmodum existimo esse tutum fateri: quia hoc nihil Pompeio, aut mihi obesse poterit. *Verba ficta*] verba hæc non vera, quibus vos non vero nomine appellandos esse moneo. In aliis exemplaribus legitur, Verba minus certè causa timoris habent. *Habent minus timoris*) faciunt minus timere, & hominem reddunt magis tutum. *Copia nec vobis*) Hic versus monet non ita eis facilem fore Consulis videndi copiam, quandoquidem ille maximis in rebus occupatus erit. *Vllo prohibente*) aliquo qui vobis id prohibeat. nemo enim prohibet quempiam ad Consulem accedere, qui omnes perlibenter alloquitur: sed occupationes publicæ id non sinunt. *Vt limen contigeritis*) postquam ad eius ianuam perueneritis. Vbi notandum, quòd hic etiam Poeta penultimam protulit ea ratione, quam paulo antè annotauimus. *Ille*, scilicet consul Pompeius. *Suos Quirites*) suos Romanos. *Dicendo iura*] iudicando. Nam qui quòd prætereo, iudicarent, consulerent prætores, iudices, consules appellati sunt, vt in libro de Legibus tertio docet Cicero. Primò enim consules iura reddebant: postea prætor collega additus Consulibus, atque iisdem auspiciis creatus, etiam iura reddebat (vt docet Liuius) libro septimo ab Vrbe condita *Cùm premet*) cùm sedendo calcabit. *Ebur conspicuum*) sellam eburneam & curulem. Ouidius in Fastis: Et noua conspicuum pondera sentit ebur. Et Silius: Hæc altas eboris decorauit honore Curules. Conspicuum autem refertur ad candorem, & ad illustria ex ebore signa in ipsa sella. Ouidius alibi Signa quoque in sella nossem formata curuli, Et totum Numidi sculptile dentis opus. *Aut populi reditus positam componet ad hastam*] aut inquit, Consul posita in foro hasta præconis, vt inquit Cicero, publica vectigalia in auctione emenda conducendáve proponet. *Reditus populi*) vectigalia populi Romani. Publica autem vectigalia intelligere debemus, vt inquit Vlpianus, ea quibus vectigal accipit fiscus. Interdum vectigalia reditus priuatos significant, sicut docet Porphyrio in enarratione eius versus Hora-

A tij: Ego vectigalia magna, Diuitiásque habeo tribus amplis regibus. Et Cicero: Ex tenui vectigali detractis sumptibus cupiditatis aliquid redundabit. Vbi notandum, quòd reditus primam corripit. non enim à reddo deducitur, vt quidam putauere, sed à redeo verbo: quia prouentus redeunt singulo quoque anno ad dominum. Sic suprà etiam poeta primã corripuit in eo versu, At reditus iam quisque suos amat. & infrà. Nunc longi reditus hastæ supponere lustri Credet, & exacta cuncta locare fide. Quod autem Consules locarent publica vectigalia, ita docet Appianus: Interea equites, qui mediam inter populum senatúmque tenent dignitatem, ad omnia potentiores ob facultates, vectigaliúmque & onerum cæterorum mercedem, quæ à populis penduntur capientes, apud senatum iampridem institerant, quo tributorum onera aliqua ex parte leuarentur: ad quæ cùm senatus

B differre videretur, Cæsar consul nihil senatu indigens, verùm solo populo confisus, tertiam tributorum partem remittendam esse censuit. Idem etiam apertius docet Trãquillus his verbis: Publicanos remissionem petentes tertiam mercedẽ partem releuauit: ac, ne in locatione nouorum vectigalium immoderatius licitarentur, propalam monuit. Quibus verbis patet, nouos consules solitos noua vectigalia locare licitantibus publicanis, id est, equitibus vectigalium publicorum conductoribus precium aliis alio maius deferentibus. *Componet)* constituet, & quasi simul ponet ad locandum. *Ad hastam positam)* ad hastam præconis in foro auctionario fixam, vbi Consules vectigalia publica locabant. *Minus)* minoris vẽdi quàm superioribus annis. quod fieret, si Consul non curaret in auctionibus augere vectigalium precia. *Opes magna Vrbis)* prouentus ciuitatis Romanæ. Scimus interpretis duobus carminibus à multis multa dici. cæterùm hic est verus poetæ sensus. *In Iulia templa)* in ædem Veneris genitricis, quam Iulius Cæsar erexit, vt prius ad Pharsalum vouerat, bellum initurus, vt docet Appianus. Huius templi etiam Papinius meminit, cùm ait: At laterum passus hinc Iulia templa tuentur. Et Suetonius in Augusto: Verùm adhibito honoribus modo, bifariam laudatus est pro æde Diui Iulij à Tiberio. Scribit Varro & Gellius senatusconsulta fieri non potuisse, nisi in loco per augures constituto, quod templum appellaretur. non enim omnes ædes sacræ templa sunt, nec ædes quidem Vestæ templum erat. Senatoribus autem qui cùm in senatum venire deberent, si non adessent, multa indicebatur, pignúsque interdum capiebatur, vt docet M. Varro in literis, quas ad Oppianicum dedit. Illud sciendum, Romæ curiarum duo fuisse genera. Nam locus vbi senatus rempubl. curabat, curia dicebatur: & vbi cura sacrorum tractabatur, Curiam appellabant. ab hac Curiones dicti. Curia autem non solùm pro loco, sed etiam

H pro hominibus accipitur. Lucanus: Victo iure minas iactatis curia Gracchis. *De rebus dignis)* de rebus magnis. *Aget)* tractabit. *Aut feret Augusto)* aut, inquit, salutabit Augustum solito more. prima enim hora diei, & secunda, vt diximus, Romanis dabatur ad salutandum. *Namque)* & filio Augusti Tiberio.

Mar. *De officio parum noto)* de rebus pertinẽtibus ad Consulatum minus notis

C Pompeio, tanquam nouo Consuli. *Consulet)* capiet consilium. *Ab his)* post hæc negotia prædicta. *Omne tẽpus vacuum)* omne tempus quod vacabit, & supererit. *Cæsar Germanicus)* Germanicus iunior, filius Drusi priuigni Augusti. *Auferet)* adimet, asportabit. *Magnis dijs)* post magnos deos, hoc est, post Imperatorem Augustum, & Tiberium. *Hunc)* Germanicum scilicet. *Ille)* Pom-

D peius. *A turba harum rerum)* post multitudinem rerum istarum, quas superius dixi. *Ad vos)* scilicet versus excipiendos. *Ego parens vester)* ego Ouidius autor vester. Poetę enim eleganter dicuntur patres operum & carminum, quæ ab ipsis componuntur. *Reddere)* respondere. *Viuit adhuc)* scilicet ipse Ouid. *Tibi)* Pompeio. *Prius)* quàm à

E te. *Cùm fugeret)* cùm abiret in exilium.

Déque parum noto consulet officio.
Tempus ab his vacuum Cæsar Germanicus omne
Auferet, à magnis hunc colit ille deis.
Cùm tamen à turba rerum requieuerit harum,
Ad vos mansuetas porriget ille manus:
Quidque parens ego vester agam, fortasse requiret,
Talia vos illi reddere verba velim:
Viuit adhuc, vitámque tibi debere fatetur,
Quod prius à miti Cæsare munus habet.
Te sibi cùm fugeret, memori solet ore referre,
Barbaria tutas exhibuisse vias.
Sanguine Bistonium quòd non tepefecerit ensem,
Effectum cura pectoris esse tui.
Addita præterea vitæ quoque multa tuendæ
Munera, ne proprias attenuaret opes.
Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat
Se fore mancipium tempus in omne tuum.
Nam prius vmbrosa carituros arbore montes,
Et freta velinolas non habitura rates,
Fluminaque in fontes cursu reditura supino,
Gratia quàm meriti possit abire tui.
Hæc vbi dixeritis, seruet sua dona rogate,
Sic fuerit vestræ causa peracta viæ.

quando hæc supradicta narraueritis ò versus mei Pompeio. *Seruet sua dona)* vt seruet & reducat in patriam me Ouidium mancipium suum, & qui ei vitam acceptam refero. *Sic)* hæc agendo quæ vobis mandaui.

I *Causa vestræ viæ)* causa ob quam vos Romã misi. *Fuerit peracta)* fuerit finita.

Micyl. *Tẽpus ab his vacuũ Cæsar Germanicus omne. Auferet à magnis hunc colet ille deis.)* Hic locus ita intelligendus videtur, vt Germanicũ accipiamus, ea hyeme, quæ obitum Augusti proximè antecessit, Romæ fuisse, & sequenti æstate in Germaniã abijsse. vel, (quod

K tamen minus probarim) iam eum in Germania fuisse, cùm hæc à Poeta scriberentur: idipsum autem Poetam ignorasse. Nam quo alio pacto Cõsulem Pompeium vacuas horas collocasse Germanico dicemus, qui tum in Germania fuit, cùm Augustus moreretur? Mortuus enim Augustus est, Coss. Sex. Pompeio, ad quẽ hic scribit Poeta, & Sex. Apuleio, XIIII. Calend. Septembris, vt Suetonius tradit. Quo tempore Germanicus apud Rhenum exercitui præpositus fuit: id quod ex Tacito pariter & Suetonio patet. Ita enim Suetonius in

L Caligula de illo ait: Missúsque ad exercitum in Germaniam excessu Augusti nunciato, legiones vniuersas imperatorem Tiberium pertinacissimè recusantes, & sibi summam reipublicæ deferentes, incertũ constantia an pietate maiore compescuit. Tacitus autem libro primo de iis loquens, quæ Tiberius in nouo principatu egerat: At Germanico Cæsari, inquit, proconsulare imperium petiuit, missíque legati qui deferrent, simul mœstitiam eius ob excessum Augusti solarentur.

Vias tutas barbariæ) vias securas à barbarie, per quas Tomon proficiscebatur. *Ensem Bistonium)* ensem Thracium. *Quod non tepefecerit)* quod ipse Poeta suo sanguine non calefecerit: hoc est, interfectus fuerit. *Vitæ tuendæ)* ad sustentandam vitam. *Ne attenuaret)* ne expenderet & imminueret. *Mancipium tuum)* tuum seruum. Mancipium enim seruum appellamus, quòd ab hostibus manu capiatur. Serui verò ex eo appellati sunt, quòd Imperatores iubent captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent, vt docet Trebonius iurisconsultus in titulo de Iure personarum. *Montes carituros)* Subaudi, iurat. *Velinolas rates)* naues velis volantes. *Cursu supino)* cursu retruo.

In fontes) in loca vbi nascuntur. *Quàm gratia)* quàm gratitudo. *Possit abire)* possit deleri. *Hæc vbi dixeritis)*

IN SEXTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD BRVTVM.

*Q*Vam legis ex illis tibi venit epistola Brute,
Nasonem nolles in quibus esse, locis:
Sed quod tu nolles, voluit miserabile fatum,
Hei mihi plus illud, quàm tua vota, valet.
In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.
Iam tempus lustri transit in alterius.
Perstat enim fortuna tenax, nostrísque malignum
Opponit votis inuidiosa pedem.
Certus eras pro me Fabiæ laus Maxime gentis
Numen ad Augustum supplice voce loqui:
Occidis ante preces, causámque ego Maxime mortis
(Non fueram tanti) me reor esse tuæ.
Iam timeo nostram cuiquam mandare salutem:
Ipsum morte tua concidit auxilium.
Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ,
Spem nostram, terras deseruitque simul.
Quale tamen potui de cœlite Brute recenti,
Vestra procul positus carmen in ora dedi.
Quæ prosit pietas vtinam mihi, sitque malorum
Iam modus, & sacræ mitior ira domus.
Te quoque idem liquidò possum iurare precari,
*O mihi non dubia cognite Brute * nota.*
Nam cùm præstiteris verum mihi semper amorem,
Hic tamen aduerso tempore creuit amor.
Quique tuas pariter lacrymas nostrásque videret,
Passuros pœnam crederet esse duos.
Lenem te miseris genuit natura, nec vlli
Mitius ingenium, quàm tibi Brute, dedit.
Vt quicquid valeas, ignoret Marte forensi,
Posse tuo peragi vix putet ore reos.
Scilicet eiusdem est, quamuis pugnare videtur,
Supplicibus facilem, sontibus esse trucem.

Q*Vam legis ex illis*] Ad Brutum Romanum scribens, narrat se quinquennium egisse in Ponto: & cùm maximè reditũ speraret precibus Fabij Maximi, in quo spē habebat, eum perijsse docet. Facit tamen Brutum nihilo inferiorem amore erga se esse. Postremò eius amorem & virtutes peculiares exponit: profitetúrque nunquam se fore ingratum meritorum, quæ apud se ab amicis collocata sunt. *Ex illis locis*] ex Pontica regione. *In quibus nolles esse Nasonem*] in quibus nolles me exulare, & vitam meam degere.

Miserabile fatum] deorum voluntas & infortuniũ meum miseratione dignum. *Plus valet*] plus potest. nequit enim fatũ immutari, vt Stoici dicebant, qui fatum ineuitabile esse censebant. *Quàm tua vota*] quàm tuæ preces. *Olympias quinquennis*] tempus illud, quod à Græcis olympias appellatur quinquennale: de quo diximus abundè in alijs nostris commentarijs in Ouidium de Tristibus.

Iam transit] iam olympias transgreditur: quia ea elapsa, altera incipit. *In tempus alterum lustri*] in tempus alterius quinquennij. Lustrum enim vocabulum Latinũ est, à lustrando (vt quidam volunt) exercitu dictum: quod Romani faciebant post quatuor annos, quinto incipiente. Pompeius tamen ita scribit: Lustrum nunc tempus quinquennale: nunc populi lustrationem significat: quod à luendo, hoc est, soluendo (vt Varroni placet) nomen accepit, quòd quinto quoque anno vectigalia, & vltro tributa per censores persoluebantur. Cæterùm Horatius Lustrum pro seculo posuit, more poëtico vt, Remque Romanam, Latiúmque fœlix, Alterum in lustrum, meliúsque semper Prorogat æuum. [Locus est in Carmine seculari. Sed tamen pro lustratione ac ritu quo in ludis secularibus vtebantur, accipi magis, quàm simpliciter pro tempore lustrum eo loco videtur.] *Perstat*] perseuerat. *Fortuna tenax*] fortuna pertinax, & quæ tenet propositum insequendi me. *Votis nostris*] nostris desiderijs. Desideramus enim reditum in patriam. *Pedem malignum*] prauum pedem. *Opponit*] obijcit. *Inuidiosa*] quæ inuidet fœlicitati meæ. *Certus eras*] decreueras. Vertit autem sermonem ad Fabium Maximum mortuum. *Pro me loqui*] pro me verba facere. *Laus Fabiæ gentis*] gloria Fabiæ familiæ Romanæ de qua plura diximus supra. *Maxime*] Maximum illum designat, ad quem superius scriptæ extant epistolæ. *Ad numen Augustum*] ad Augusti diuinitatem. *Occidis ante preces*] moreris antequam pro me precareris Augustum. *Causam tuæ mortis*] causam cur morereris. Nasonem enim vnicè amabat Maximus: & cùm non posset ferre eius absentiam & exilium, præ dolore eum perisse putat Poeta.

Non fueram tanti] vt mea causa morereris. *Iam timeo*] iam metuo, ne amici dolore mearum calamitatum afficiantur & pereant, vt Fabius Maximus. Aut iam timeo, ne si scripsero, amicos offendam propter Augustum. quasi innuat, se amisso Fabio neminem habere, ad quem tutò confugiat & scribat. *Nostram salutem*] nostram epistolam, in qua amicos solebam salutare.

Culpæ deceptæ] errori meo, qui me aut fortasse Augustum decepit, credentem me consulto peccasse, cùm potuit per imprudentiam errasse. vt sit significationis actiuæ in voce passiua. Vel crimini meo decepto, à Maximo, eius morte. promiserat enim se impetraturum veniam ab Augusto, & diluturum crimē meum, quod non potuit præstare: & iden illud deceptum dicit. [Vel etiam, Deceptæ culpæ, per deceptionem & errorem perpetratæ atq; commissæ.]

Simul deseruit] simul destituit ipse Fabius Maximus. Vel certè (quod magis placet) Augustum etiam mortuum esse dicit. Periit enim quinto exilij Poetæ anno, vt diximus. *Spem nostram*] spem reditus. *Et terras*] quia mortuus est. *Quale potui*] tale quale à me potuit præstari. *De recenti cœlite*] vel composito de ipso Fabio, qui ad superos euolauit: vel (quod magis placet) de Augusto hoc se fecisse Poeta profitetur, cùm ait: Et modò Cæsar auum, quem virtus addidit astris, Sacrarunt aliqua carmina parte tuũ. & alibi: Tu nostras audis inter conuexa locutus Sidera, sollicito quas damus ore preces. Peruenient isthuc & carmina forsitan illa, Quæ de te misi cœlite facta nouo. Et ad Carum scribens, dicit se Getico sermone laudes Augusti Cæsaris scripsisse his versibus: Materiā quæris, laudes de Cæsare dixi. Adiuta est nouitas numine nostra dei. Nam patris Augusti docui mortale fuisse Corpus, in æthereas numen abisse domos. *In vestra ora*] in conspectum vestrum. *Positus procul*] longè à vobis remotus. *Dedi*] misi. *Quæ prosit pietas vtinam mihi*] qui amor meus erga Augustū mihi vtinam prosit. *Sitque malorum iam modus*] Quomodo velit sibi pietatem suam & carmina in laudem Augusti defuncti composita prodesse, ostendit: hoc est, vt iam sit finis malorum, quæ per quinquennium passus est in Pontica regione. *Modus*] finis. *Et ira sacræ domus*] & ira domus Augusti, quam sacrā appellat, quia eam ipse habitabat, & viuēs deus habebatur. *Te quoque precari idem*] te Brutū à Tiberio & Germanico etiam idem petere, quod Fabius petebat. Vel precari idē quod ego, scilicet vt mea pietas mihi prosit, vt sit modus malorum, & vt sit mihi iam benigna Cæsarū domus. *Non dubia nota*] non dubijs signis. [Aliàs, nō dubia fide, pro certo atq; indubitato.] *Cùm præstiteris mihi*] cùm exhibueris mihi. *Hic tamen aduerso*] ille tamen amor maior fuit in hac mea aduersitate. *Quique videret*] & ille qui aspiceret. *Nostrasque*] & meas lacrymas: hoc est, tuum & meum fletum in hoc meo casu. *Passuros pœnam*] passuros idem supplicium, & eandem relegationem. *Duos*] ambos: te scilicet, & me.

Lenem] placidum, pium. *Miseris*] infelicibus. *Hoc dedit*] hæc concessit ipsa natura. *Vt quicquid valeas*] Ordo est: vt ille qui ignoret quid valeas, & reliqua. vix putet reos posse peragi tuo ore. *Quid valeas*] quid possis tua eloquentia. *Marte forensi*] in disceptationibus forensibus. Nam in genere iudiciali quod in foro tractatur, contenditur. Ibi enim aliquis ab alio accusatur, ab alio defenditur.

Posse peragi) posse damnari. Reus enim dicitur peragi, cùm alicuius eloquentia damnatur. *Vix potest*) vix existimet: quia vident te natura mitem & pium miseris. *Tuo ore*) tua eloquentia. *Scilicet eiusdem est*) scilicet tui eiusdem moris est. *Quamuis pugnare videtur*) quamuis videat pugnantia & contraria dicere. *Supplicibus facilem*) te miseris & humilibus esse pium. *Sontibus esse trucem*) te etiam esse crudelem nocentibus & scelestis. Ex quo colligit, Brutum quamuis mitem natura, in iudicus tamen contra nocentes eloquentiæ vim destringere.

Causamque ego Maxime mortis Me reor esse tua) De morte Maximi meminit Tacitus lib. 1. his verbis: Quippe rumor incesserat, paucos ante menses, Augustum electis consciis, & comite vno Fabio Maximo, Planasiam vectum, ad visendum Agrippam. Multas illinc vtrinque lacrymas, & signa charitatis, spémque ex eo fore, vt iuuenis penatibus aui redderetur. Quod Maximum vxori Martiæ aperuisse, illam Liuiæ, C. Nanium id Cæsari. Neque multo pòst extincto Maximo, dubium an quæsita morte, auditos in funere eius Martiæ gemitus, semet incusantis, quòd causa exitij marito fuisset, &c. Hanc igitur causam, quia Ouidius, vtpote tam longè remotus, scire non posset: aut etiam, si sciebat, palàm edere nollet, fingit se dubitare, vtrum ipse causa illius mortis extiterit. *Iam timeo nostram cuiquam mandare salutem*) Salutem accipio, non quæ in principio epistolarum alicui scribendo nunciatur, siue optatur: sed reuera salutem, hoc est, vitam & incolumitatem. vt sit sensus: Quia igitur Maximus, is in quo summam spem positam habebam, decessit, vereor deinceps vlli amplius curam salutis & incolumitatis meæ commendare. *Quale tamen potui de salute Brute recenti, &c.*) Augustum intelligit, cui defuncto statim diuini honores decreti suere. Sic enim & Tacit. lib. 1. Cæterùm sepultura, inquit, more perfecta, templum & cœlestes religiones decernuntur (intellige Augusto.)

Cùm tibi suscepta est legis vindicta seuera,
Verba velut tinctum singula virus habent.
Hostibus eueniat, quàm sis violentus in armis,
Sentire, & lingua tela subire tua.
Quæ tibi tam tenui cura limantur, vt omnes
Istius ingenium corporis esse negent.
At si quem lædi fortuna cernis iniqua,
Mollior est animo fœmina nulla tuo.
Hoc ego præcipuè sensi cùm magna meorum
Notitiam pars est inficiata mei.
Immemor illorum, vestri non immemor vnquam,
Qui mala sollicitè nostra leuatis, ero.
Et prius hinc nobis nimium conterminus Ister
In caput Euxino de mare vertet iter:
Vtque, Thyesteæ redeant si tempora mensæ,
Solis ad Eoas currus agetur aquas:
Quàm quisquam vestrûm, qui me doluistis ademptũ,
Arguat ingratum non meminisse sui.

Cùm tibi suscepta est) cum semel à te oppugnãda suscepta est. *Legis vindicta seuera*) vltio aliqua contra nocẽtem puniendum. Ex quo designat reum aliquem, qui lege grauem pœnam meretur. *Habent velut virus tinctũ*) habent velut venenum tinctum, & infectum sanie, aut spiculo sagittæ tinctum taui (quod magis credo) ab effectu, quod tingit, & inficit maculis corpora humana post mortem ex quo magna est laus Bruti, quòd tanta est eius eloquentia, vt in accusandis reis singula verba sint ita efficacia, vt videantur veneno illita. *Hostibus*) vel publicis, vel tuis. *In armis*) vel hostibus armatis, quasi designet posse illum etiam armatos hostes vincere eloquentia, vt docet multis exemplis Valerius Maximus in capite, Quanta sit vis eloquentiæ. Vel sentire, quam sis violentus in armis: hoc est, in eloquentiæ partibus, quæ sunt oratori tanquam arma. Vnde subiungit, *Et lingua tela subire tua*) & experiri vehementiam ac vim tui sermonis, & eloquẽtiæ. *Quæ limantur*) quę tela acuuntur & parantur. *Tam tenui cura*) tam subtili diligentia. *Vt omnes istius ingenium* vt omnes, inquit, arbitrẽtur non id fieri tuo corpore, & humano ingenio, sed viribus & ingenio diuino. *Quẽ lædi fortuna iniqua*) aliquẽ miserum & insontem opprimi fortunæ iniquæ sinite. *Est mollior*) est placabilior & magis pia. *Meorum*) amicorũ. *Notitiam mei*) mei cognitionem. Nam postea quam Augusto cœpi esse infensus, & ab eo opprimi, plerique amicorum me tanquam incognitum deseruère.

Est inficiata) negauit. *Immemor illorum*) talium qui me deseruerunt ero semper immemor. *Vestri non immemor vnquam*) tui ô Brute & cæterorum, qui me non deseruere, semper ero memor. *Qui sollicitè leuatis nostra mala*) qui curiosè mala mea imminuitis, iuuando apud Augustum.

Et prius) & antè. *Hinc*) in Ponto. *Nimium nobis conterminus Ister*) Ister nimium mihi vicinus. Ister autem, qui alio nomine Danubius appellatur. vnde alibi Ouidius dixit, Ripæ vicina binominis Istri. Oritur (vt scribit Plinius) in Germania iugis montis Arnobæ ex aduerso oppidi Gallorum Raurici, qui versus septentrionem per innumeras lapsus gentes, immenso aquarum auctu à sinistris Germanos linquens, & à dextris Teutones, cùm primùm in Illyricum venit, mutato nomine Ister dicitur: & longissimo peracto cursu, septémque diuisus ostiis, vt nonnulli scripsere: vel sex, secundum Plinium, in mare Ponticum defluit paulo aliquanto longius à Tomitana ciuitate, vbi exulabat Poeta. De quo ita scribit Tacitus in libello de Germania: Danubius molli & clementer edito montis *Arbonæ iugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpit. Septimum enim os paludibus hauritur. *In caput*) in fontem, vnde ea Germania defluit. *De mare Euxino*) de mare Pontico, in quod desinit, quod etiam Euxinum appellari diximus. Vbi notandum, quòd mare dixit in ablatiuo. nam vetustissimi (vt Priscianus notat) huiusmodi nominum ablatiuos etiam in e, proferebant. Sic etiam in quinto de Tristibus libro Ouidius ita dixit: Exiguum pleno de mare demat aquæ. Ibi plura diximus. Est ergo sensus: Ister antea refluet contrario cursu ad fontem, vnde labitur: quod est impossibile. *Atque Thyesteæ*) atque antè, inquit, etiam sol redibit ad orientem itidiue mutato, cùm soleat in occidentem pergere, quemadmodum fabulantur fecisse Thyestis tempore, ne Atrei scelus videret, qui filium Thyesti fratri epulandum apposuit, vt alibi fabulam plenius exposuimus in Enarratione eius versus ex primo Ouidij de Arte amandi, Cressa Thyesteo si se abstinuisset amore. Vnde etiam Vergilius dixit, Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe. Quamuis tamen non desint, qui Poetam hoc non ad fabulam, sed ad rem physicam referre arbitrentur. vt dicat Dido, Sol non facit tam sæuos nos, vt populos septentrionales. Is enim non nimium distando reddit nos mites. nam dicunt physici, quòd qui absunt à solis ortu, sunt sæuiores his qui incolunt orientem & meridiem, eo quòd magis abundant sanguine propter solis distantiam: à quo non ita vritur & exiccatur sanguis, vt in aliis calidioribus regionibus & magis adustis.

Thyesteæ mensæ) mensæ in qua Atreus Thyesti fratri filium epulandum apposuit. *Si redeant*) si iterum se nobis offerant. *Solis currus*) quadrigæ quæ solem vehunt, vt in 2. Met. docet Ouid.

Ad Eoas aquas) ad Oceanum orientalem, vnde oritur. Dicunt enim poetæ, solem oriri ab Oceano orientali, & in eundem occidentalem occasu deuolui. *Agetur*) retrocurret ad orientem. Quod olim Poetæ illum fecisse fabulantur, ne Atrei in Thyestem fratrem scelus videret. *Qui doluistis*) qui ostendistis vos dolere. *Me ademptum*) me vobis sublatum & missum in exilium. *Arguat*) reprehendat. *Ingratum*) me immemorem vestri erga me amoris. *Non meminisse sui*) non meminisse vestrûm.

A

IN SEPTIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD VESTALEM.

Missus es Euxinas quoniam Vestalis ad oras,
Vt positus reddas iura sub axe locis:
Aspicis in præsens quali iaceamus in arno,
Nec me testis eris falsa solere queri.
Accedes voci per te non irrita nostræ,
Alpinis iuuenis regibus orte, fides.
Ipse vides certè glacie concrescere Pontum:
Ipse vides rigido stantia vina gelu.
Ipse vides onerata ferox vt ducat Iazis
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.
Aspicis & mitti sub adunco toxica ferro,
Et telum causas mortis habere duas.
Atque vtinam pars hæc tantùm spectata fuisset,
Non etiam proprio cognita Marte tibi.
Tenditis ad primum per densa pericula pilum,
Contigit ex merito qui tibi nuper honor.
Sit licèt hic titulus plenis tibi fructibus ingens,
Ipsa tamen virtus ordine maior erit.
Non negat hoc Ister, cuius tua dextera quondam
Puniceam Getico sanguine fecit aquam.
Non negat AEgypsos, qua te subeunte recepta
Sensit in ingenio nil opis esse loci.
Nam dubium est, positu melius defensa, manúve.
Vrbs erat in summo nubibus aqua iugo.
Sithonio regi ferus interceperat illam
Hostis, & ereptas victor habebat opes,

MER. *Missus es Euxinas*) Ad Vestalem scribens Poeta, cui ora Pontica regenda, delata fuerat, eum testem facit incommodorum, quæ sunt in ea regione. post eius virtutem laudat, quam pollicetur suo carmine testatam fore in omne tempus. *Ad oras Euxinas*) B ad regionem Ponticam. Quis autem fuerit hic Vestalis, nihil compertum habeo. Ex versu autem Ouidij licet intelligere illum ortum ex sanguine alicuius reguli Alpium, missumque ab Augusto ad regendos imperio populos Ponti. *Positus sub axe*) positis sub septentrione. *Reddas iura*) ius dicas. *Præsens*) in ipsa Scythia. *In quali arno*) in C quàm deserto agro. *Iaceamus*) positi simus. *Nec me solere queri falsa*) nec me solere dicere mendacia. *Accedet voci nostræ*) veniet nostris verbis, quibus questi sumus de locis Ponticis. *Non irrita fides*) fides non vana, sed vera. *Per te*) tuo testimonio. *Alpinis regibus*) à regibus Cottiis. Sunt enim Alpes Cottiæ seu Cottianæ appellatæ, à quibus Vestalis iste fortasse Cotta cognominatus fuit. *Iuuenis*) ô Vestalis. *Pontum concrescere glacie*) mare Ponticum congelari. *Gelido stantia vina* D *gelu*) vina congelata, & in vnam massam redacta nimio gelu, vt in enarrationibus nostris in Ouidium de Tristibus hæc omnia latius prosecuti sumus. Vnde Maro in Georgicis dixit: Cæduntque securibus humida vina. *Ferox Iazis*) Sic quidem in omnibus ferè exemplaribus legitur, sed deprauatè: quare non Iazis, sed Iazyx legendum est. Fuere enim Iazyges populi Scythiæ, qui campos & plana tenuere, vt Plinius docet: fueréque alij ad Mæotim, alij Dacis iuncti, Metanastæ, quasi migratores appellati. Vnde non est mirandum, si hic Ouidius bubulcum ex ea gente plaustrum per medium Istrum gelatum ducere fateatur. De his ita meminit Ouidius de Tristibus: Iazyges & Colchi, Metereáque turba, Getæque. Et Valerius Flaccus: Impetat, & stricto sic reget Iazygas ense.

Et aspicis) & vides etiam ô Vestalis. *Mitti*) effundi E iaculando. *Toxica*) venena. Scythæ enim sagittarum aciem vngebant viperina sanie, & humano sanguine. Irremediabile autem est id scelus: mortem illico affert leui tactu, vt Plinius scribit libro vndecimo. Lucanus: Tinxere sagittas Errantes Scythiæ populi. Toxica autem à taxo dictas (vt Plinius docet) putauere. Est enim arbor in Arcadia tam præsentis veneni, vt si qui dormiant sub ea, cibúmve capiant, moriantur. hinc Taxica appellata dicunt venena quæ nunc Toxica dicimus, quibus sagittæ tinguntur.

Sub adunco ferro) sub spiculo curuo, & hamato.

Duas causas mortis) duas causas moriendi, ferrum scilicet sagittæ, & venenum. *Tantum spectata*) tantum visa. *Non etiam cognita*) non etiam experta, qui pugnasti contra Scythas, & ideo hæc omnia vidisti.

Tenditis) vos milites Romani peruenitis, & tu præsertim F Vestalis. *Ad primum pilum*) ad primipilarem dignitatem. Vetus consuetudo tenuit, autore Vegetio, vt ex primo principio legionis promereretur Centurio primipili, qui non solùm aquilæ præerat, verumetiam quatuor centuriones, id est, quadringentos milites gubernabat in prima acie. hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur & commoda. De primipilo ita scribit Liuius lib. 8. ab Vrbe cōdita: Hoc triginta manipulorum agmen, Antepilanos ap- G pellabant: quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat: earum vnamquamque primum pilum vocabant. Martialis: Grata pudens meriti tulerit cùm præmia pili. *Per densa pericula*) per multa & crebra discrimina. *Contigit*) Ordo est: Qui honor, hoc est, quæ dignitas, primipilatus, nuper contigit ti- H bi ex merito. *Licèt*) quamuis. *Hic titulus*) hæc dignitas primipilaris. *Sit ingens tibi plenis fructibus*) sit honorifica & fructuosa. *Ipsa virtus*) ipsa tua fortitudo.

Ordine) hoc est, dignitate primipilari. quasi dicat, eum mereri maiorem dignitatem. *Non negat hoc Ister*) testis est Ister virtutis tuæ, qui te in eius ripis hostem vidit insequētem, & trucidantem. I

Puniceam sanguine Getico) rubram hostili & Getico cruore.

Non negat Ægypsos) Ægypsos oppidū munitissimum fuit in Scythia in summo colle arduo, & ad ascendendum difficili: cuius populos eos esse quidā arbitrantur, quos Plin. Gypsos appellat lib. 6 cap. 7. De hac vrbe ita etiā superius meminit Ouidius: Stat vetus vrbs ripæ vicina biuominis Istri, Mœnibus & positu vix adeūda loci. Caspius Ægypsus de se, si creditur ipsis, Cōdidit, & proprio nomine dixit opus. *Quæ recepta*) quæ ciuitas iterū capta: nā prius fuerat Romanæ ditionis: sed ea aut defecerat ad Scythas, aut ab his adempta fuerat Romanis. *Te subeunte*) te ascendēte cum tuis militibus ad eius oppugnationē. *Sensit*) intellexit. *In ingenio*) vbi ingenio vtimur. id enim omnes vi- K res superat. Vnde Sertorius apud Plutarchū ita loquitur: Videtis cōmilitones ingeniū plus posse quàm vires. *Nil opis esse loci*) nil prodesse loca munita vel natura, vel præsidio humano. Vbi notandū, quòd dicimus etiā, Est mihi opus huius rei: qua locutione frequētius vtuntur poetæ. Vel sensit opus loci. Sensit molem & difficultatē vrbis, & locorū nihil esse in ingenio. h. e. in cōparatione ingenij, & vbi intenderis ingeniū. Sunt qui legāt, In ingenio nil opis esse loci: vt sit ordo, Sensit nil opis, hoc est, nullū auxiliū esse in ingenio loci, in natura loci. [Eáq; verior expositio est. Innuit enim altitudinem & asperitatē loci nihil profuisse illi, quo minus caperetur.] *Nam dubium est*) nam incertū est. *Positu*) situ & natura loci. Est autē ordo: Nā dubiū est vrbs melius sit defensa positúne, pro situ & altitudine loci, an manu: quia erat æqua nubib' in summo iugo. *Manúve*) an propugnatorib'. quasi dL- icat, & natura loci, & validissimo præsidio pariter vrbs ea deuicta ingenio Vitellij peruenit iterū in Romanorū ditionē.

MICYL. *Alpinis iuuenis regibus, &c.*) Apparet Cottias Alpes satis notas ac familiares fuisse Merulæ, qui & Cottarum superiorē nomen, & hunc Vestalem, genus suum ab ijsdem traxisse putasse. Quod igitur ad vtrunque pertinet, ipse viderit. Nam & alij reges Alpini fuere, præter Cottium: & à quo Cottianæ Alpes dictæ sunt, non Cottius, sed Cotius, per C ante T, ab eruditioribus scribi solet. *Non negat Ægypsos, qua te subeunte, &c.*) Sensus planus est ex ijs quæ sequuntur. Nam à Getis (vt suprà quoque lib. 1. eleg. 8 meminit) interceptam, ac regi Thraciæ ademptam, recuperatam mox Vitellij opera & auxilio dicit. in qua recuperatione ac pugna Vestalem quoque præclaram operam nauasse innuit, cùm ait: Subeunte eo, hoc est, oppugnante atque ascendente muros, receptam.

Sithonio regi) regi Thraciæ. *Feros hostes*) crudeles Getæ milites. *Intercepera illam*) ademerant eam ciuitatem Getæ, regi Thraciæ. Libet enim credere in Thracia vniuersa à Romanis deuicta positum fuisse regem aliquem. Scribit enim Pausanias, neminem, ante Romanos, Thracas subegisse vniuersos, & Romanæ ditionis totam fuisse: sed eam vel nimio rigore, vel soli sterilitate nullius emolumenti existimasse: tenuissèque tantum, quia possessorem meteretur. Illi igitur regi adempta à Getis hac ciuitate, tanquam socio populi Romani, opem tulisse Vitellium, & à Getis oppidum recuperasse libet credere. *Ereptas opes*) Diuitias Ægypsi oppidi ademptas oppidanis eiectis. *Et victor*) & hostis Geta, qui oppidum illud expugnauerat.

Habebat) possidebat.

Donec fluminea deuecta Vitellius vnda,
Intulit exposito milite signa Getis.
At tibi progenies alti fortissima Domni,
Venit in aduersos impetus ire viros.
Nec mora, conspicuus longè fulgentibus armis,
Fortia ne possint facta latere, caues.
Ingentique gradu contra ferrúmque, locúmque,
Saxáque brumali grandine plura subis.
Nec te missa super iaculorum turba moratur,
Nec quæ vipereo tela cruore madent.
Spicula cum pictis hærent in casside pennis,
Pársque ferè scuti vulnere nulla vacat.
Nec corpus cunctos feliciter effugit ictus,
Sed minor est acri laudis amore dolor.
Talis apud Troiam Danais pro nauibus Aiax
Dicitur Hectoreas sustinuisse faces.
Vt propius ventum est, admotáque dextera dextræ,
Résque fero potuit comminus ense geri:
Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illic,
Quótque neci dederis, quósque, quibúsque modis.
Ense tuo factos calcabas victor aceruos,
Impositóque Getes sub pede multus erat.
Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili:
Multáque fert miles vulnera, multa facit.
Sed tantùm virtus alios tua præterit omnes,
Ante citos quantum Pegasus ibat equos.
Vincitur AEgypsos, testatáque tempus in omne
Sunt tua Vestalis carmine facta meo.

MAR. *Fluminea vnda*) vnda Istri fluminis. *Intulit deuecta signa*) bella intulit, & cum vexillis Romanis eò venerat pugnaturus. nam vexilla & armatos secundo flumine ex finitimis locis deportauit. *Vitellius*) Vitellius iste quisnam fuerit, nihil compertum habeo. Cæterùm opinari libet eum fuisse Proconsulem in Ponto, aut præfectum alicuius legionis, & alicui regioni finitimæ præfuisse iussu populi Romani: & audita expugnatione Ægypsi oppidi, per Istrum ad id bello recuperandum venisse cum militibus secundo flumine. Quòd autem præsides in Pontum mitterentur, docet inferius Poeta ad Græcinum ita scribens: Is quoque quo fuerat leuior sub præside Pontus, Audierat frater forsitan ista tuus.

Exposito milite) militibus è nauibus in terram traductis.

Alti Domni) generosi illius tui progenitoris. Fuit etiam Domnus præfectus Lyciæ, qui Caium interfecit, vt Florus scribit. Nunc tamen opinari libet alium fuisse virum fortissimum. Est autem ordo: At ô Vitelli progenies alti Domni fortissima, & reliqua.

Impetus) ardor. *Ire in aduersos viros*) congredi cum Getis hostibus.

Conspicuus) spectabilis. *Longè fulgentibus armis*) armis valdè splendentibus.

Ne fortia facta possint latere) ne ignorentur gesta tua præclara: pugnas enim in prima acie, vt ab omnibus videri possis. *Ingenti gradu*) magno & citato passu.

Contra ferrúmque) & contra arma hostium.

Locúmque) & contra asperitatem. nam ea vrbs (vt diximus) erat in monte arduo sita.

Saxaque) & contra saxa, quæ hostes è superiori loco deuoluebant. *Brumali grandine*) grandine brumæ tempore è cœlo cadenti.

Plura) numerosiora. Saxa enim illa hostilia grandine erant spissiora. *Subis*) ascendis.

Missa super) è superiori loco detorta.

Turba iaculorum) telorum vis. Iaculum secundum omnes propriè dicitur, quicquid in longum iaci potest. & venit à Iacio, Iacis. Apuleius: Multis in eum lapidibus iactis. Legitur etiam Iaculor in eadem significatione. Claudianus: Latis iaculatus in armis. Inde iaculatio pro emissione deducitur. Iaculus autem est atrocissimum serpentis genus, qui altissimas quoque arbores conscendit: è quibus se tanta, & præcipiti vi vibrat, vt penetret vnumquodque animal, quod sibi obuium aduersa sors tulerit. De quo Lucanus elegantissimè libro nono: Et natrix violatur aquæ, iaculique volucres. Plura legito de hoc animali apud omnes Latinæ linguæ scriptores.

Moratur) retinet quin ascendas.

Vipereo cruore) veneno, quo (vt diximus) tingebantur sagittarum spicula.

Spicula) tela, & sagittæ. Nam propriè spiculum, telum ad similitudinem ipsius sagittæ ab omnibus nuncupatur: & quandoque pro ipsa sagitta ponitur, vt hoc loco à Poeta. Inde deducitur Spiculor & spiculator.

Cum pennis pictis) cum pennis sagittarum puniceis. Sic etiam Maro elegantissimè ceruum agitari pennis puniceis scribit. Solent enim pennæ, quæ sagittis annectuntur, aliquo colore infici, vt videantur pulchriores.

In casside) in tua galea.

Vacat vulnere) caret vulnere: quemadmodum de Scæua illo Cæsariano legimus.

Nec corpus cunctos) nô potes tamen, inquit, euadere, quin multis ictibus corpus tuum perforetur.

Sed minor est acri) sed tanta est tibi gloriæ cupido, & amor laudis, vt vix sentias dolorem, quê superat cupido gloriæ. Ex sententia enim Stoicorum, in sapientem & virû fortê nulla potest cadere passio. Inde apud Salustium, Liuium, & alios legitur, quamplures fortiter dimicãdo occubuisse. Aristoteles autem in contrarium demonstrat, vt in Ethicis luculentissimè habetur. Posuit enim etiam in sapientissimo passionem moderatam. Alludit igitur ad hoc Poeta, dum dicit, Sed minor, &c.

Acri amore laudis) magna laudis cupidine.

Talis apud Troiam) Notum est, naues Græcorum defensas fuisse ab Aiace contra Troianos, qui duce Hectore ignem attulerant, vt eas cremarent. Qualis ergo fuerat in ea pugna Aiax, talem etiam fuisse Vestalem contra Getas profitetur Ouid.

Hectoreas faces) ignem Hectoris.

Vt propius ventum est] postquam Vestalis hostibus appropinquauit.

Est admota] est coniuncta.

Dextera] scilicet Vestalis. *Dextra*] hostium.

Résque] & bellum. *Comminus*] propè.

Mars tuus] tuum bellum.

Quósque] & quales viros, quasi dicat, fortes & bellicosos.

Quibúsque modis] & quàm varia & iniqua pugna.

Aceruos factos] stragem cadauerum factam. *Imposito*] superimposito.

Et multus Getes] & multa hostium Getarum cadauera.

Minor) centurio qui erat sub primipilo: id est, sub Vestale minoris dignitatis.

Pugnat ad exemplum primipili] videndo primipilum acriter in prima acie pugnare, & ipse eum imitabatur, pugnando etiam fortiter.

Fert] accipit.

Facit] infert etiam hostibus multa vulnera.

Tua virtus] tua fortitudo, & peritia pugnandi, ô Vestalis.

Alios omnes] cæteros milites, qui fuere in ea pugna. *Præterit*] superat. *Ante citos equos*] ante alios equos celeres. Fabula Pegasi alati, orti ex sanguine Medusæ, nota

A est Ouidij Metam. & Hyginij ac aliorum monumentis. Sunt qui Pegasos equino capite volucres nasci in Scythia asserãt. Plinius eos fabulosos putat. *Vincitur Ægypsos*] vrbs illa tandem tua virtute, ô Vestalis, capitur. *Testata*] testimonio comprobata. *Tua facta*] tua gesta.

Micyl. *Sithonio regi*] Hoc est, Thraciæ regi. Est enim Sithonia, pars Thraciæ quædam, vt Stephanus ait, à qua & Sithones & Sithonij, populus, ex quo parentes Orphei procreati fuere, vt Plin. autor est. Vitellium autem, de quo postea sequitur, non Ponti, sed Mœsici exercitus ducem, aut legatum aliquem fuisse intellige, atque inde Istro deuectum. Neque enim ex Ponto per Istrum licebat deuehi, sed subuehi. Et Põtus prouincia in aduerso littore, hoc est, Asiatico erat. De Mœsia autem, & exercitibus qui in ea contra incursiones Dacorum, & Getarum, & cæterarum gentium tenebantur, passim apud scriptores legitur, præsertim qui Cæsarum historias composuere. Mox quod sequitur, Progenies alti fortis. Donni, siue (vt alij) Donni, non ad Vitellium, sed ad G Vestalem referendum: cuius genus suprà, ex Alpinis regulis deductum dixit, quorum vnum & Donnum hunc fuisse accipio. nam Vitellianorũ genus vnde, & à quibus potissimè cœperit, ac nobilitatũ fuerit, Sueton. in vita Auli Cæs. docet.

IN OCTAVAM EPISTOLAM ENARRATIO.

B

AD SVILLIVM.

Littera sera quidem studijs exculte Suilli,
Huc tua peruenit, sed mihi grata tamen.
Qua, pia si possit superos lenire rogando
Gratia, laturum te mihi dicis opem.
Vt iam nil prastes, animi sum factus amici
Debitor, & meritum, velle iuuare, voco.
Impetus iste tuus longum modò duret in æuum:
Néve malis pietas sit tua lassa meis.
Ius aliquod faciunt, affinia vincula nobis:
Quæ semper maneant illabefacta, precor.
Nam tibi quæ coniunx, eadem mihi filia penè est:
Et quæ te generum, me vocat illa virum.
Hei mihi, si lectis vultum tibi versibus istis
Ducis, & affinem te pudet esse meum.
At nihil hîc dignum poteris reperire pudore,
Præter fortunam, quæ mihi cæca fuit.
Seu genus excutias, equites ab origine prima
Vsque per innumeros inueniemur auos.
Siue velis mores qui sint inquirere nostri,
Errorem misero detrahe, labe carent.
Tu modò si quid agi sperabis posse precando,
Quos colis, exora supplice voce deos.
Di tibi sunt Cæsar iuuenis, tua numina placa:
Hac certè non est notior ara tibi.
Non sinit illa sui vanas antistitis vnquam
Esse preces: nostris hinc pete rebus opem.
Quamlibet exigua si nos ea iuuerit aura,
Obruta de medijs cymba resurget aquis.
Tunc ego thura feram rapidis solennia flammis:
Et quantum valeant numina, testis ero.
Nec tibi de Pario statuam Germanice templum
Marmore: carpsit opes illa ruina meas.
Templa domus facient vobis, vrbésque beatæ:
Naso suis opibus, carmine gratus erit.
Parua quidem fateor pro magnis munera reddi,
Quum pro concessa verba salute damus.
Sed qui, quàm potuit, dat maxima, gratus abundè est,
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec quæ de parua pauper dijs libat acerra,
Thura minus, grandi quàm data lance, valent.

Mer. *Littera sera quidem*] Mortuo Augusto, vt diximus, hanc epistolam mittit Ouidius ad Suilliũ vxoris suæ generum, agitque ei gratias pro eius epistola ad se scripta: quã, etsi serò perlatam, gratissimam tamen fuisse dicit. Postmodum eum rogat, vt Germanicũ numinem C sibi reconciliet. Pollicetúrq; se in huius rei gratiam non erecturum ei templa de marmore, sed carmine compleaurum eius laudes. Ostenditque nihil esse posse principibus aptius, quàm carmine officiosum se præstare. Tum nactus occasionem Poeta, carminis excellentiam extollit: precatúrq; vt sibi carmina prosint, & si non potest reditum in patriam obtinere, saltem D vrbs propinquius exiliũ concedatur, quo distet à Getarum truculẽtia, possitque Cæsaris gesta intelligere, & carmine celebrare. *Studijs exculte*] docte literis, & liberalibus disciplinis ornate. *Suilli*] Scribit Plutarchus in vita Publ. colę, in vetustissimis nummis, bouis, aut pecudis, aut suis signum incisum fuisse: ipsísq; Romanorũ filijs Suillum & Bubuleum, Caprariũ, & Porcium cognomenta fuisse. E *Huc*] in Scythiã. *Sed mihi grata tamen*] sed quamuis epistola tua serò ad me perlata fuerit, grata tamẽ accidit. *Quæ, pia si posset superos lenire rogãdo Gratia, laturum te mihi dicis opem*] Ordo est: Quæ scilicet litera, si pia gratia posset lenire superos. & reliqua. *Si pia gratia*] si amor tuus erga me pius. *Posset lenire superos*] posset mulcere & placare Cæsares: Tiberiũ scilicet, Germanicũ, F ac reliquos Cæsares. *Laturum te mihi dicis opem*] profiteris te allaturũ mihi auxiliũ. *Vt iam nil præstes*] quamuis nullam mihi opẽ feras. *Animi sum factus amici Debitor*] debeo tibi ob talem erga me animũ tuum de me benemerendi cupidũ. *Et meritum velle iuuare, voco*] Ex eorum sententia loquitur, qui animi voluntatẽ pensitandam ducebant, etiam si nulla essent merita. Et est sensus: Profiteor illum benè meruisse de me, qui volũ- H tate id exequitur, quod re etiã præstaret, si posset. *Impetus iste tuus*] iste tuus animi ardor benemerẽdi de me. *Malis meis*] meis aduersitatibus. *Tua pietas*] tuus erga me amicum & fermè amorẽ amor. *Sit lassa*] sit defessa. Quia quũ aliquẽ videmus malis obrutũ, nec speramus posse illi opitulari, videmus animo infringi. Aut dubitat eum fore lassum, quia nõ audebit, nec po- I terit cõtra Cæsares, Poetæ Augusti causa fortasse iratos, reluctari, & pro eo precari. *Ius*] aliquã beneuolẽtiæ causam legitimã. *Affinia vincula*] affinitatis coniunctiones. Est autẽ affinitas, secundum Iurisperitos, attinentia personarum ex copula proueniens. Nam quando vir carnaliter coniungitur vxori, omnes cõsanguinei vxoris afficiuntur affines viro, & econtra. Dicũtur K autẽ affines, quasi ad alterius fines accedẽtes: vel ex eo, quòd duæ cognationes, quę inter se diuersæ sunt, propter nuptias, vel coitum copulantur, & alter ad alterius cognationis finẽ accedit. Autor Hostiẽsis. *Illabefacta*] inuiolata. *Nã tibi quæ coniunx*] nam illa quæ est vxor tua. Incipit ostẽdere, quomodo sit illi coniunctus affinitatis vinculo. *Eadem mihi filia penè est*] L eadem vxor tua est mihi quasi filia: est enim priuigna, hoc est, filia vxoris meæ. *Et quæ te generum*] & vxor mea, quæ appellat te generum, tanquam mater vxoris tuæ. *Me vocat illa virum*] illa est mihi vxor, & ego illi maritus. *Lectis istis*] carminibus, quibus te affinem appello. *Ducis vultum*] faciem contrahis, tanquã iratus. *Hic*] in hac affinitate. *Præter fortunam*] præter fortunæ cladem. *Quæ mihi cæca fuit*] quę non bene vidit, iustène, an iniquè me afficeret tanta ruina. *Seu genus excutias*] seu generis mei originem consideres. *Inueniemur equites*] inueniamus orti ex equestri familia. *Ab origine prima*] à pri-

mis progenitoribus. *Vsque per innumeros annos*] vsque per auorum innumerabilium seriem. *Errorem misero detrahe*] adime mihi peccatum meum: quod imprudentiam & errorem appellat. Fatetur enim fere vbique Poeta, non scelere, sed errore relegatum, vt diximus. *Labe carens*] mores mei sunt sine macula. *Quod ago posse*] aliquid posse obtinere. *Precando*] orando Cæsares pro me. *Quos colis*] quos veneraris. *Deos*] Cæsares: Tiberium scilicet, eiúsque filium naturalem Drusum, & adoptiuum Germanicum, quem potissimùm designat Poeta. *Dij tibi sunt Cæsar iuuenis*] Hic Poeta exprimit, quinam sint dij, quos à Suillo dixerat exorandos esse, & Germanicum solum innuit. *Tua numina placa*] venerare Germanicum, quasi vt numine veteris. *Hac*] subaudi, ara Diui Germanici. *Illa*] scilicet ara Germanici. *Sui antistitis*] sui sacerdotis, & eius qui ad illam confugit. *Esse vanas*] esse irritas, & incassum fundi. *Hinc*] ab ista ara. *Quamlibet exigua*] quantumlibet parua. *Ea*] illa ara Germanici. *Aura*] fauore. *Cymba obruta*] nauis mea vexata, & fluctibus operta. *Resurget de medijs aquis*] euadet magna pericula. *Tunc ego thura feram*] tunc quum euasero periculum, hoc est, quum reductus fuero in patriam, diis sacrificabo. *Rapidis flammis*] ignibus omnia rapientibus. *Quantum valeant numina*] quantùm dij possint. *Nec statuam*] nec ponam, nec ædificabo. *De Pario marmore*] de marmore candidissimo, quale fodiebatur olim in Paro, quæ est vna ex Cycladibus insula, à Paro Iasonis nepote appellata: quam primò Plateam, deinde Minoida vocarunt, vt Plinius docet. Omnes autem sculptores tantùm candido marmore vsi sunt è Paro insula, quem lapidem cœpere Lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, vt est autor Varro. Vnde Virgilius Paron niueam appellauit. De Paro ita etiam scribit Strabo: Paros lapidem producit, quem Parium appellant, ad marmoreas sculpturas aptissimum. *Carpsit opes illa ruina meas*] consumpsi in hoc meo exilio fortunas meas. Aut eas sibi ademptas significat: nam exules bonis mulctabantur, vt docet Cicero lib. quinto Tuscul. quæst. Superior sententia magis placet: quia alibi Poeta dicit sibi non adempta fuisse bona, quemadmodum exulibus fieri solebat. [Tu Carpsit, carpone, attenuauit, ac minuit. Id enim verius significat carpere, quàm consumere.] *Domus vrbésque beatæ*] Domus, inquit, & ciuitates diuites vobis templa ædificabunt. Quasi dicat, à se paupere non posse hæc præstari. *Carmine*] versu. Declarat quæ sint suæ opes, & carmina designat, quæ sunt poetarum diuitiæ. *Parua munera*] hoc est, carmina. *Pro magnis*] pro reditu in patriam. *Quam damus verba*] quam carmina mittimus. *Pro salute concessa*] pro reditu in patriam mihi præstito. *Sed qui, quam potuit, dat maxima*] Sensus est: Sed ille qui dat maxima, quæ habet, munera. Vbi notandum, quàm pro quantum iungi superlatiuo in istis verbis, possum, valeo, & similibus. *Gratus abundè est*] satis superque videtur gratus. *Et pietas illa*] & ille amor erga benemeritos. *Contigit suum finem*] fecit suum finem, faciendo quod potest. *Nec quæ de parua*] Nec, inquit, diis minus gratum est paruum sacrificium, quod à paupere offertur, quàm quod à diuite fit plena lance. Sic ferme etiam Plinius: Verùm, inquit, & diis lacte rustici, multæq; gentes supplicant, & mola tantùm salsa litant, qui non habent thura: nec vlli fuit vitio, deos colere quoquo modo posset. *De parua acerra*] Acerra vas est, vbi thus reponitur, vt Seruius docet. *Libat thura dijs*] diis thure sacrificat. *Minus valent*] minus grata sunt. *Quam data grandi lance*] quam diis oblata pingui & magno sacrificio.

Littera sera quidem studijs exculte Suilli) Suilli lego, à recto Suillius. ita enim apud Tacitum & alios quosdam reperio. Videtur autem hic fuisse P. Suillius, qui aliquando quæstor Germanici fuit. (nam hoc innuere Poeta videtur supra, vbi ait, Dij tibi sunt Cæsar iuuenis, tua numina placa, &c.) Postea autem sub Tiberio in exilium actus, quòd pecuniam ob rem iudicandam accepisset. Et mox reuersus, sub imperio Claudij, vergente iam ætate, in iudicijs & delationibus terribilis ac venalis, vt Tacitus ait, habitus: cuius opprimendi causa sub Nerone repetitum credebatur senatusconsultum, pœnaque legis Cinciæ, aduersus eos qui precio causas orauissent. Vnde ad postremum iterum damnatur, & in insulas Baleares relegatus fuit, cùm potentiã Senecæ corripuisset. Vide Tacitum libro quarto & decimotertio.

> *Agnáque tam lactens, quàm gramine pasta Falisco*
> *Victima, Tarpeios inficit icta focos.*
> *Nec tamen officio vatum per carmina facto,*
> *Principibus res est aptior vlla viris.*
> *Carmina vestrarum peragunt præconia laudum:*
> *Néve sit actorum fama caduca, cauent.*
> *Carmine fit viuax virtus, expérsque sepulchri*
> *Notitiam seræ posteritatis habet.*
> *Tabida consumit ferrum lapidémque vetustas,*
> *Nulláque res maius tempore robur habet.*
> *Scripta ferunt annos, scriptis Agamemnona nosti,*
> *Et quisquis contrà, vel simul arma tulit.*
> *Quis Thebas, septémque duces sine carmine nosset?*
> *Et quicquid post hæc, quicquid & antè fuit?*
> *Di quoque carminibus (si fas est dicere) fiunt,*
> *Tantáque maiestas ore canentis eget.*
> *Sic Chaos ex illa naturæ mole prioris,*
> *Digestum partes scimus habere suas.*
> *Sic affectantes cœlestia regna gigantes,*
> *Ad Styga nubifero vindicis igne datos.*
> *Sic victor laudem superatis Liber ab Indis,*
> *Alcides capta traxit ab OEchalia.*

Agnáque tam lactens) & tantùm ouis recens, ac adhuc lac sugens. *Quàm gramine pasta Falisco Victima*) quantum iuuencus nutritus herba, quæ in Falisco agro nascebatur: vt abundè diximus superius in epistola ad Pompeium consulem designatum. *Tarpeios focos*] focos Capitolinos. *Inficit*) tingit cruore. *Icta*] cæsa. Quibus verbis innuit tam gratum esse diis pauperis sacrificium, in quo agna cæditur: quàm diuitis, in quo iuuencos mactatur Ioui Capitolino. *Nec tamen officio*) Ordo est: Nec tamen vlla res est aptior viris principibus, officio vatum facto per carmina. *Officio vatum*) officio poetarum. *Facto per carmina*) per versus exhibito. *Principibus viris*) primariis viris, vt est Germanicus. *Aptior*) conuenientior. Hoc dicit: Nil magis pertinet ad virum illustrem, quàm laudari carmine alicuius poetæ. *Carmina vestrarum peragunt præconia laudum*) Hic incipit enumerare carminis præstantiam, vt doceat nihil æque principi conuenire. *Vestrarum laudum*) gestorum vestrorum, ex quibus laudem consequimini. *Peragunt præconia*) complectuntur & continent prædicationes. *Autorum*) eorum qui præclarum aliquod opus edidere. Alij legunt Actorum, hoc est, gestorum. *Fit viuax*) fit immortalis. *Expérsque sepulchri*) & sine morte. *Notitiam seræ posteritatis habet*) propagatur vsque ad posteros in longum tempus. *Tabida vetustas*) longinquitas temporis, qua omnia putrescunt. *Consumit ferrum*) corrodit ferrum. *Lapidémque*) & saxa ipsa.

Maius robur) Maiores vires. *Tempore*) diuturnitate temporis. *Scripta*) poëmata. *Ferunt annos*) afferunt & ostendunt annorum longitudinem. Quæ enim iampridem gesta fuerunt, scripta & versus ita ostendunt, vt nostris temporibus fuisse credamus. Vel auferunt annos, quia scripta non sinunt res gestas diuturnitate temporis exolescere. Ferre autem pro auferre posuit etiã Virgilius, quum dixit: Omnia fert ætas, animum quoque.

Scriptis Agamemnona nosti) Versu Homerico cognoscimus, quis fuerit Agamemnon. *Et quisquis contrà*] & cognoscimus etiam scriptis eos omnes qui opem tulerunt Troianis contra Agamemnonem. *Vel simul*) vel etiam eos omnes, qui simul cum Agamemnone venere ad eam expeditionem. Eos enim nominat Homerus in catalogo Iliados. *Quis Thebas septémque duces sine carmine nosset?*) quis etiam sciret bellum Thebanum, & septem illos duces, Adrastum, Polynicem, Hippomedonta, Tydeum, Amphiaraum, Parthenopæum, & Capaneum. *Sine carmine*) nisi poetæ eorum nomina, & bellum illud carmine complexi essent. *Post hæc*) post huiusmodi bella. *Et ante*) & priusquam fierent hæc bella. *Dij quoque carminibus fiunt*) poetæ etiam in cælo locant, & deum faciunt, quem volunt. *Tantaque maiestas*) & tanta deorum amplitudo. *Ore canentis eget*) indiget celebratione alicuius poetæ. *Sic*) hoc modo: hoc est, per carmina. *Chaos*) primam illam elementorum confusio-

nem. Quid autem chaos sit, & quomodo declinetur, vide in Enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi.

Ex illa mole) ex eo globo. *Natura priorum)* prioris æui, antequam essent elementa disiuncta. *Digestum)* dispositum, ordinatum, & diuisum scilicet chaos. *Partes summam habere suas)* scimus in quatuor partes diuisum esse, in ignem, aëra, aquam, & terram. Hæc autem omnia Hesiodi carmine cognoscimus: quæ nisi eius carmina complexa essent, nobis essent incognita. *Sic)* hoc est, per carmina.

Affectantes) cupientes ascendere. Pompeius scribit, affectare esse pronum animum ad faciendum habere. Liuius libro tertio ab vrbe condita: Illi quartum affectantes tribunatum, in comitiorum disceptationem ab lege certamen auerterant. Plura diximus in Apologia nostra, vbi carmen illud Ouidianum ex Metamorph. enarrauimus, Regnum cœleste gigantes Affectasse ferunt. De gigantibus verò & bello gigantico abunde diximus in Enarrationibus nostris in Ouidium de Tristibus. Repete quæ illic scripsimus. *Ad Stygia datos)* esse ad ima tartara detrusos.

Nubifero igne) fulmine nubes glomerante. Fulmen enim maximè turbato fit aëre, vt Plinius docet: quia collectus humor abundantiam stimulat, aut quia turbatur aër quodam ceu grauidi sideris partu. Trium autem siderum compertum est ignes esse, qui decidui ad terras, fulminum nomen habent: sed maximè ex his medio loco siti, fortassis quoniam contagium nimij humoris ex superiore circulo, atque ardoris ex subiecto per hunc modum egerat, ideo dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo vt e flagrante ligno carbo cum crepitu, sic à sidere cœlestis ignis exputtus, præsensa secum afferens. *Vindicem)* Iouis vindicantis eam gigantum iniuriam. Vel vindicis, hoc est, Iouis liberatoris & assertoris, quasi cœlum liberantis à gigantum potestate. Est enim vindicare, non modò vlcisci, sed etiam ab iniuria sine iactura facienda defendere, & in libertatem aut seruitutem asserere. Hinc dictæ sunt vindiciæ, de quibus apud Liuium libro tertio ab vrbe condita crebra fit mentio. Et quoniam ab eruditis, quid sint vindiciæ, quæri solet, id etiam obiter declaremus. de cuius vocabuli significatione ita scribit Asconius Pedianus: Lis vindiciarum est, quum litigatur de ea re, cuius apud prætorem certum est quis debeat esse possessor: & ideo qui eam tenet, dat pro præde litis vindiciarum aduersario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione futurum, de qua iurgium esset.

Sic) hoc pacto: hoc est, per carmina. *Victor Liber)* Bacchus domitor. *Laudem)* subaudi ab inferiori, traxit. *Ab Indis superatis)* à populis Indiæ, quos ipse Bacchus egregie superauit: vt tradit Diodorus Siculus, & nos etiam alibi plenius diximus. *Alcides capta traxit ab OEchalia)* sic etiam Hercules per carmina gloriam reportauit, post OEchaliam deuictam. Hercules autem Iolen Euryti petijt coniugem: quæ quum denegaretur, in Ætoliam venit, vbi Deianiram OEnei ex Althea duxit vxorem. Deinde memor iniuriæ, contra Euryti liberos exercitum duxit. Quumque Arcades ei opitularentur, vrbe capta, Euryti filios occidit, Toxeum, Molionem, Pythinm, Iolen captiuam secum ducens. autor Diodorus. *Traxit)* abduxit.

Ab OEchalia capta) ab expugnata OEchalia. Fuit autem OEchalia in Thessalia, Arcadia, & Eubœa. Sed OEchaliam de qua hic loquitur Poeta, in Eubœa fuisse, videtur Diodorus sentire. Alij verò eam fuisse in Thessalia autumant.

Et modò Cæsar auum, quem virtus addidit astris,
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum.
Si quid adhuc igitur viui Germanice nostro
Restat in ingenio, seruiet omne tibi.
Non potes officium vatis contemnere vates:
Iudicio precium res habet ista tuo.
Quòd nisi te nomen tantum ad maiora vocasset,
Gloria Pieridum summa futurus eras.
Sed dare materiam nobis, quàm carmina, mauis:
Nec tamen ex toto deserere illa potes.
Nam modò bella geris, numeris modò bella coerces,
Quódque alijs opus est, hoc tibi lusus erit.
Vtque nec ad citharam, nec ad arcum segnis Apollo,
Sed venit ad sacras neruus vterque manus:
Sic tibi nec docti desunt, nec principis artes,
†Mixta sed est animo cum Ioue musa tuo.
Quæ quoniam nec nos vnda submouit ab illa,
Vngula Gorgonei quam caua fecit equi:

Et ô Cæsar) & ô Germanice. Quia Poeta superius cœperat Germanicum alloqui, & digressione aliquantisper vsus fuerat, nunc ad eundem sermonem dirigit, ostendens se quoque Augusti laudes carmine complexum fuisse, & aliqua parte eo modo illum donasse immortalitate. *Quem virtus modò addidit astris)* qui paulo ante propria virtute numero deorum additus est. *Tuum auum)* Augustum Cæsarem auum tuum, qui Tiberium filium habuit per adoptionem, & is Germanici etiam pater fuit per adoptionem. & sic Augustus auus fuit Germanici. *Sacrarunt aliqua carmina parte)* aliqua etiam parte immortalem fecerunt carmina. Videtur autem designare Poeta carmen à se compositum in laudem Augusti defuncti, vt diximus suprà. de quo in sequente huius libri epistola ita cecinit Poeta, Augustum alloquens: Prouenient illuc & carmina forsitan illa, Quæ de te misi cœlite facta nouo. *Si quid viui)* si quid viuidum & fœcundum: aut, si quid æternitatis. *Adhuc restat in nostro ingenio)* adhuc non est mihi sublatum & ademptum assiduis malis, in quibus versor. *Seruiet omne tibi)* omne illud viuidum, & quod potest æternitatem afferre, quod superest, laudes tuas complectetur ô Germanice. *Officium Vatis)* officium poetæ, tibi ingenij sui opus, & æternitatem carmine pollicentis.

Vates) tu qui es optimus poeta. Quòd autem Germanicus fuerit poeta, docet Tranquillus, scribens eum reliquisse comœdias Græcas. Et in Fastis etiam Ouidius eo versu: Si licet, & fas est, vates rege vatis habenas. Alloquitur enim Germanicum, cui Fastorum libros dicauit. Quamuis tamen non desint, qui Fastos non Germanico, sed Tiberio Cæsari dicatos contendant. inter quos est doctissimus & veteranus Sulpitius meus, qui Romæ iam multos annos profitetur. Idque efficacissimis rationibus probat, & duos illos versus Ouidij in Fastis ita legendos censet, vt in codice vetustissimo scriptum multis se ostendisse mihi narrauit, Tu quoque cum Druso præmia fratre feres. Vbi nunc quidam Patre, pro Fratre vulgò legunt falsò, vt ille quidem asserit. vt in alio etiam versu subdititio, Et tuus Augusti nomine dictus auus: quum ab illo non Auus, sed Honos legatur, & ita in antiquis exemplaribus se legisse idem affirmat. Quod si ita erit, cætera ad Tiberium referri poterunt, nulla re penitus refragante. Quod autem Tiberius Germanicus fuerit appellatus, non caret exemplo. Nam in hoc opere (vt superius docuimus) Poeta Germanicum appellauit Tiberium, & in Fastis. Hoc nec affirmare in præsentia, nec refellere in animo est. Satis est doctissimi hominis sententiam ostendisse. *Iudicio tuo)* te ita iudicante. *Habet precium)* censetur & habetur in precio, tuo iudicio: quia tu optimus poeta scribis poëmata quod nõ faceres, si ea facultas nõ esset nobilis. *Nec illa)* facultas poetica. *Nomen tantum)* tãta fama virtutũ tuarum: vel nomen Cæsaris. *Vocasset te ad maiora)* elegisset te ad imperiũ. *Gloria Pieridũ summa futurus eras)* eras futurus maximus poeta. *Sed dare materiam mauis)* sed præbere poetis facultatem scribendi de rebus a se gestis. *Quàm carmina mauis)* est maioris honoris, quàm scribere carmina. Sensus est: Imperatores, qui res magnificas gerunt, quæ postea à poetis carmine celebrantur, maiores sunt ipsis poetis.

Ex toto) ex omni parte. *Deserere illa potes)* potes illa carmina & poetices studium relinquere, quamuis sit maior imperatoria dignitas poeta ipso. Quasi dicat, In vtroque excellis. quod statim subdit. *Nam modò bella geris)* nam aliquando te imperatorem præbes, & pugnas.

Numeris modò bella coërces) aliquando bella intermittis, & carmina componis, & sic coërces bella. [Numeris scilicet, quibus illa includis: hoc est, describis illa versibus.]

Opus est) labor est. vel opus & materia, ac ars propria.

Hoc tibi lusus erit) id erit tibi facile, & minimè laboriosum, quasi quidam lusus. Et est magna laus Germanici, cui quod alijs difficile sit, id ei facillimum videatur, propter vberiorem venam poeticæ facultatis.

A *Ad citharam*] ad musicam: qua in quiete & ocio vtimur. *Ad arcum*] ad bellicum instrumentum. *Sed vterque nervum*] sed vtraque chorda & citharæ & arcus. *Venit ad sacras manus*] tractatur sacris digitis Apollinis. *Artes doctæ*] artes liberales, & poëticæ studia, in quibus versantur docti. *Nec desunt tibi*] nec à te alienæ sunt. *Artes principis*] artes imperatoriæ: hoc est, rei militaris scientia. *Nec*] subaudi, desunt tibi. *Musa sed est animo tuo*] sed hæret animo tuo. *Cum Ioue musa*] doctrina cum optimo principe, qualis est Iupiter deorum. Per Iouem enim intelligit imperatoriam & principis scientiam: per musam verò, poëticæ facultatem. *Quæ*] scilicet musa. *Ab illa vnda*] ab eo fonte, quem ferunt poëtæ fuisse in monte Parnaso, effossum pede Pegasi equi alati, qui ex Medusæ sanguine ortus est, vt docet Ouidius. Aratus scripsit equum Pegasum fuisse, qui in Heliconе Bœotiæ monte vngula saxum feriens, fontem aperuit, & ex eius nomine Hippocrene est dictus, quasi fons equinus. *Quam*] vndam scilicet.

Caua vngula] pede cauo. *Equi Gorgonei*] equi Pegasi, nati ab sanguine Medusæ, quæ cur Gorgon appellata fuerit, docuimus in enarrationibus nostris in Ouidium de Arte amandi.

G *Sed dare materiam nobis, quàm carmina, mauis, &c.*] Ita Aldina lectio habet, quæ planior est, quàm ea quam Merula sequitur, qui Malis legit. Est autem sensus: Sed mauis tu facere res præclaras, quam scribere: quandoquidem te nomen Cæsareum, & titulus tuus ad maiora opera vocauit, quàm ad carmina scribenda.

Mer. *Prosit*] mihi condocat.

B *Communia sacra tueri*] me communiter tecum colere studia poetica.

Atque iisdem studiis imposuisse manum] & prosit attigisse eadem studia, vel fine imposuisse iisdē studiis. quod fieri solet, cùm poeticę facultatis finē attingimus & sumus optimi poetæ. *Littora pellitis*] Hic docet in quo velit prodesse communia poëticæ facultatis studia. *Pellitis Corallis*] populis illis

> *Prosit, opémque ferat communia sacra tueri,*
> *Atque iisdem studiis imposuisse manum.*
> *Littora pellitis nimium subiecta Corallis,*
> *Vt tandem sæuos effugiámque Getas.*
> *Clausáque si misero patria est, vt ponar in illo,*
> *Qui minus Ausonia distat ab vrbe loco.*
> *Vnde tuas possim laudes celebrare recentes,*
> *Magnáque quàm minima facta referre mora.*
> *Tangat vt hoc votum cælestia chare Suille,*
> *Numina pro socero penè precare tuo.*

des à te acquisitas, & minus veteres. nam antequàm fama rerum à te gestarum veniat in Scythiam, multum temporis interuallum elabitur, & sic ea gesta tanquam vetera enarrare soleo. quod non fiet, si propius exilium adeptus fuero. H Aut per laudes recentes, videtur Poeta significare Germanici victoriam, quam de Germanis paulo antè consecutus fuit. Germanicus enim Iu-

C Scythię vtentibus rhenonibus, hoc est, vestibus ex pellibus. de quibus ita in Epistolis scribit Seneca: Nunc hodiéque magna Scytharum pars terga vulpium induitur, quæ tactu mollia, & impenetrabilia ventis sunt. De Corallis verò populis diximus suprà. Est autē ordo, Prosit, & reliqua, vt tandem effugiam litora nimium subiecta Corallis pellitis, & sæuos Getas: quibus verbis petit mitius exilium. *Clausáque si misero patria est*] & si non possum in patriam reduci de hoc Scythiæ exilio. *Vt ponar*] vel vtinam ponar: vel subaudi à superiore, prosit, & reliqua. *Qui minus distat ab vrbe Ausonia*] qui sit minus remotus ab Italia quam ciuitas Tomitana. *Vnde*] ex quo loco ita minus remoto. *Possim celebrare*] possim celebrando scribere. *Laudes recentes*] launior (vt scribit Tranquillus) missus ad exercitum in Germaniam, morte Augusti nunciata, legiones vniuersas Imperatorem Tiberium recusantes, & sibi summā Reipublicæ deferētes, compescuit, atq; hoste mox deuicto triumphauit. Superior sensus magis placet. *Magnaque facta referre*] & vnde possim narrare gesta tua inclyta. *Quàm minima mora*] quàm minimo tēporis interuallo, hoc est, breuissimo tempore. *Tangat*] moueat, flectat. *Vt hoc votum*] vt hæ meę preces, & hoc meum desideriū. I *Cælestia numina*] deos immortales: vel Tiberium & Germanicum. *Pro socero penè*] pro me quasi socero tuo. priuignam enim meā, hoc est, filiam vxoris meæ vxorem habes: quæ cùm sit mihi priuigna, est quasi filia, & tu quasi gener, ego verò quasi socer tuus sum.

D

IN NONAM EPISTOLAM ENARRATIO

AD GRÆCINVM.

Mer. *Vnde licet non vnde iuuat*] Factus certior Poeta de noua Græcini in consulem designatione, dolet quòd absit, nec possit lætitiam cōceptam coràm exponere, fruíque spectaculis quare cùm adesse nequeat, iubet hanc epistolam partes suas obire: memorátque se mente ea omnia visurum, quę E ipse longo carmine commemorat. Deinde eum rogat, vt pro se precetur, ac reditum impetret. proximè etiam dicit se non minus gaudere, quòd illi in consulatu successurus sit eius frater, quos ambos precatur vt sibi opem ferant: exponens exilij sui incommoda, eorúmq; Flaccum testem adducit, narrans quæ de se vigeat fama inter Scythas, quámque colat Cæsares domi suæ. qua pietate dicit se sperare aliquando sibi Imperatorem mitem futurum. *Vnde licet*] vnde possum. hoc est, è Scythia. *Non vnde iuuat*] non vnde me delectat. vellem enim aliunde magis, quàm è Scythia, & è loco magis commodo & vicino ad te scribere. Quibus verbis lateorer designat, velle se esse in commodiori F loco. *Ab Euxinis vndis*] à littoribus maris Euxini: in cuius ora sita erat Tomos. *Missa*] vt hæc epistola ad te scripta.

Ad illam auroram] illo die & mane. *Occurrat*] reddatur. *Bissenos fasces*] duodecim lictores cum singulis fascibus virgarum, & securibus præcedentes. Dicebantur autem lictores à ligando: vt Valgius Rufus, & Gellius scripsêre. Tyro libertus Ciceronis à licio eos dictos putauit: licio enim transuerso cincti erant. Plutarchus scribit lictoris nomen à Græco deductū esse, & sine e antiquitus scriptum. K λειτὸς publicus dicitur, quòd lictores publici erant ministri. Designat autem Ouidius Calendas Ianuarij, quibus noui consules magistratum inibant, & in Capitolium ascendebant cum senatu sacrificaturi diis immortalibus. Vnde subiungit Poeta, *Et quoniam sine me tanges Capitolia consul.* Scribit Liuius consules die magistratus initi, solitos fuisse adire omne templum Iouis, & proficisci in Capitolium ad vota nuncupanda. Illud sciendum, à Liuio referri varijs temporibus Romanos magistra- L tus inire solitos fuisse, aliquando Idibus Maij. Idem in libro quinto ab Vrbe condita scribit, Idus Decembres solennem fuisse ineundis magistratibus diem. Idem docet, Consules iniisse consulatum olim Calendis sextilibus: quia principium anni eo die agebatur. Idem libro trigesimo primo scripsit, quòd Idibus Martiis olim cōsulatus inibant. *Et fiam turba pars ego nulla tua*] & ego non adero cum cæteris, qui te in Capitoliū prosequentur. *In domini subeat partes*] obeat meum munus: se autem eleganter dominum huius epistolæ appellat. *Et præstet amici officium*] id est, & peragat meum officium, eundo pro me ad Græcinum amicum. *Iusso die*] die calendarum Ianuarij, quo hanc epistolam Romæ esse iussit. *Si fatis essem melioribus ortus*] si fortuna essem magis secun-

> *VNde licet, non vnde iuuat, Græcine salutem*
> *Mittit ab Euxinis hanc tibi Naso vadis.*
> *Missáque dij faciant auroram occurrat ad illam,*
> *Bis senos fasces qua tibi prima dabit.*
> *Et quoniam sine me tanges Capitolia consul,*
> *Et fiam turba pars ego nulla tua:*
> *In domini subeat partes, & præstet amici*
> *Officium iusso littera nostra die.*
> *Atque ego si fatis essem melioribus ortus,*
> *Et mea sincero curreret axe rota,*

da, hoc est, si non eiularem. *Et mea rota*) & mea vita. Est enim similitudo à quadrigis sumpta. *Curreret sine vllo axe*) curreret & laberetur sine vlla labe, quasi non fracto, aut vitiato axe, sine quo currus minus est æquabilis. Est enim axis, lignum circa quod rota voluitur.

Quo nunc nostra manus per scriptum fungitur, esset
Lingua salutandi munere functa tui.
Gratatúsque darem cum dulcibus oscula verbis:
Nec minus ille meus, quàm tuus esset honor.
Illa (confiteor) sic essem luce superbus,
Vt caperet fastus vix domus vlla meos.
Dúmque latus cinget sancti tibi turba senatus,
Consulis ante pedes ire iuberer eques.
Et quanquam cuperem semper tibi proximus esse,
Gauderem lateri non habuisse locum.
Nec querulus, turba quamuis eliderer, essem,
Sed foret à populo tum mihi dulce premi.
Prospicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,
Densáque quàm longum turba teneret iter.
Quóque magis noscas, quàm me vulgaria tangunt,
Spectarem qualis purpura te tegeret.
Signa quoque in sella nossem formata curuli,
Et totum Numidæ sculptile dentis opus.
At cùm Tarpeias esses deductus in arces,
Dum caderet iussu victima sacra tuo.
Me quoque secretò grates sibi magnus agentem
Audisset, media qui sedet æde Deus.
Thuráque mente magis plena quàm lance dedissem,
Ter quater imperij latus honore tui.
Hic ego præsentes inter numerarer amicos,
Mitia ius vrbis si modò fata darent.
Quaque mihi sola capitur nunc mente voluptas,
Tunc oculis etiam percipienda foret.
Non ita cælitibus visum est, & forsitan æquis:
Nam quid me pœna causa negata iuuet?

Quo) scilicet munere & officio. *Per scriptum fungitur*) fungitur scribendo. *Lingua*) meus sermo. *Munere salutandi tui*) officio quo ego te ore præsens salutarem. *Gratatúsque*) & ego tibi gratulatus. *Cum dulcibus verbis*) dulci ac suaui verborum alloquio. *Ille honor*) ille tuus consulatus. *Nec minus esset meus*) nec minus à me meus esse æstimaretur. *Illa luce*) illo die calendarum Ianuarij. *Sic essem superbus*) sic essem elatus propter tuum honorem. *Vix caperet fastus meos*) vix teneret meam superbiam, & vix me caperet. Ex quo designat, præ nimia superbia se credere, vix satis futuram fuisse domum vnam ad se capiendum: sed pluribus videri opus fuisse. *Cinget latus*) tergu subsequitur, deducendo te ad Capitolium. *Eques*) ego ex equestri ordine. *Ante pedes consulis ire*) præcedere te consulem in ea pompa de more. Solebant enim equites præcedere, Senatus verò subsequi. *Lateri*) tuis humeris, hoc est, iuxta tuum latus, & te ipsum. *Non habuisse locum*) non potuisse esse præ nimia turba tibi proximus. *Nec essem querulus*) nec quererer. *Quamuis eliderer turba*) quamuis premerer à nimia multitudine. *Premi à populo*) à sic quoti & stipata multitudine elidi. *Quantus foret agminis ordo*) quàm longa esset incedentium tecum ad Capitolium multitudo. *Quam me vulgaria tangunt*) quantùm me delectent ea, quibus vulgus etiam mouetur: vt sunt diuitiæ, vestes, & cætera ornamenta ac fortunæ bona. *Qualis purpura*) quam pulchra vestis ex purpura dibapha, hoc est, bis tincta, quæ cunctis aliis erat pretiosior. Vnde Cicero ad Cælium scribens: Nam Curtius noster, inquit, dibaphum cogitat. & à Plinio elegantissimè scribitur, quemadmodum Lentulus Spinther ædilis curulis primus vsus est in prætexta dibapha purpura. Erat autem prætexta vestis magistratuum. *Signa formata*) simulacra tenuem sculpta. *In sella curuli*) in sede consulari eburnea. Calendis enim Ianuarijs Consules noui inibant magistratus, & in sella eburnea sedere consueuerant. Horatius in epistolis: Dabit, eripiétque curule, Cui volet importunus ebur. Dicebatur autem Sella curulis, quòd curru honoris gratia soliti erant in Curiam vehi senatores, qui curulem magistratum, hoc est, maiorem honorem gessissent: in quo curru sella esset, supra quam considerent. *Et totum opus sculptile*) id est, totum opus sculptum in ea sella, idem enim dicerent per diuersa verba. *Numidæ dentis*) dentis elephantis Numidici, & Africani. Elephantes enim fert Africa vltra Syrticas solitudines, & in Mauritania. Fert & Æthiopia, sed maximos India. Eorum dentes (vt docet Plinius) deciduos casu aliquo, vel senecta defodiunt elephantes: hoc solum ebur est. Cœpere tamen etiam eorum ossa in laminas secari penuria, vt est autor Plinius. Theophrastus autor est, & ebur fossile candido ac nigro colore inueniri: & ossa è terra nasci, inueniríque lapides osseos. *In arces Tarpeias*) in arcem Capitolinam. *Cùm caderet*) dum sacrificaretur. *Victima sacra*) hostia diis dedicata & eximia: de qua suprà dictum est abundè. Modus autem sacrificandi apud priscos, quoniam res scitu dignissima est, hic nobis exprimendus videtur. Immolabant consules, & ex sacerdotibus hi quibus licebat, & ex haruspicibus. Lotis enim manibus, & sacra pura circumpurgantes aqua, frugésque Cereris capitibus inspergentes: postea precibus, votísque nuncupatis, immolare ea ministros tunc iubebant. Eorum verò alij quidem supra hostiam stantes, victimæ tempora feriebant. Alij verò cadentibus supponebant sphagidas: postquam hæc facientes, & membratim diuidentes, primitias ex omni viscere & omni alio membro excerpebant: quas farina farris inuoluentes, afferebant sacrificantibus in canistris: hique aris imponentes, succendebant & infundebant vinum adversum purificata. Vnumquodque autem horum, quod legibus fieret, constitutis à Græcis circa immolationem, ex poësi Homeri facile est cognoscere. Etenim lauantes manus inducit proceres, & vtentes ordeis, vbi dicit: Lauantes autem manus, postéaque ollis ordei immittunt, decidentésque crines à capite, & super ignem ponentes, sic scribens: Sed incipiens crines capitis in ignem iecit. Mox, vectibus ferientes frontes victimarum, & cadentes eas immolantes, vt in sacrificio Eumæi facit. Incidit autem incipiens robore quercus, reliquo coquens. hunc autem reliquit anima: hi verò mactantes assabant. Deinde & primitias ex visceribus capientes, & ex aliis membris. & has farina aspergentes, & purificantes super aras, vt in eodem facit sacrificio. Superponebat autem semicoctis carnes crudas Sybotes, vndique incipiens de membris in pinguem hostiam: & hæc quidem in ignem iecit dealbans farinæ flore. autor Dionysius Halicarnasseus libro septimo. *Me quoque audisset agentem grates*) me etiam inter reliquos, qui in Capitolium ascendebant cum Consule, vt Ioui gratias agerent pro sibi delato consulatu, pro te gratias secretò & summissim agentem audisset. *Magnus deus*) Iupiter Capitolinus. *Media qui sedet æde*) qui permanet in medio arcis templo. *Mente magis*) potius animo. *Plena quàm lance*) quàm acerra plena thuris: hoc est, pro te magis preces fudissem ex animo, quàm thura. *Ter quater*) sæpius. est enim finitus numerus pro infinito. Sic Vergilius: O térque quatérque beati.

Macrobius scribit animam constare ex symphoniis musicis, & primum hemiolum ternarium, & primum Epitritum quaternarium esse dicit: & ex his duobus constare Diatesseron & Diapente, ex quibus Diapason symphonia generatur. Vnde Vergilius nullius doctrinæ expers, plenè & per omnia beatos exprimere volens ait, O térque quatérque beati. Sic hoc in loco etiam Ouidius plenè & per omnia thura mente magis, quàm plena lance se daturum fuisse, exprimere volens addidit, Ter quater. [Sed hæc aduerbia, ter quater, non ad plena thura, sed ad sequens adiectiuum Lætus honore, referenda.] *Tui imperij*) tui consulatus. *Hic*) Romæ. *Præsentes*) qui tecum essent. *Si modò mitia fata*) si modò dij mihi placidi & non irati. *Darent ius Vrbis*) darent potestatem loquendi tecum, quod non faciunt, quia mihi tanquam exuli non licet Romæ esse. Hoc dicit. Si fata paterentur me esse & loqui in Romana ciuitate. *Capitur mente*) animo percipitur, cogitando Consulatus tui pompam. *Tunc oculis etiam*) tunc si essem Romæ, non solùm animo sed etiam oculis corporis ea voluptas perciperetur.

Non ita cælitibus visum est) non ita vt ego desiderabam

A dijs apparuit. [Imò placuit. id enim videri significat, Græca imitatione, quibus δοκεῖ significat. Vnde & δόγματα idem quod Placita. Virgilius, Dis aliter visum, &c.] *Et forsitan æquis*) & forsitan iustè me punientibus, quia forsitan merui damnari ab Augusto. *Nam quid me pœna causa negata iuuat?*) Nam quid iuuabit, inquit, si dixero me non meruisse hanc pœnam? Hoc autem subiunxit, quia dixerat, Et forsitan æquis.

Micyl. Ad verba Merulæ super his *Victima sacra* pag. præc.

Sunt hęc quidem verba Halicarnassei, vt in vulgata translatione habentur. Cæterùm non videtur interpres satis animaduertisse, quænam horum Dionysij propria, & quæ aliunde citata essent: eóque etiam totum locum obscuriorem tradidisse. Nam Dionysius Homeri versus passim citans, eos verbis suis interposuit, vt ijsdem, quæ ipse diceret, B palàm faceret, & probaret. vt cùm dicit, Lanàtes autem manus, postea molas hordei immittunt. Versus est Iliados α.

χερνίψαντο δ' ἔπειτα καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.

Et rursum ibi subiungit, Sed incipiens, crines capitis in ignem iecit: versus est, ex decimoquarto Odysseæ sumptus, videlicet,

ἀλλ' ὅ γ' ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν.

Mox quæ de sacrificio Eumæi citat, ex eodem loco sumpta sunt κόψε δ' ἀνασχόμενος σχίζῃ δρυὸς, ἣν λίπε κείων, τὸν δ' ἔλιπε ψυχή, τοὶ δ' ἔσφαξάν τε καὶ εὗσαν. hoc est, Incidit autem (siue mactauit) illum, sublato fuste quercus, quem ibi reliquerat, &c. Et rursum, ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημόν, καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε, παλύνας ἀλφίτου ἀκτῇ, &c. hoc est, G Superponebat autem cruda semicocta siue (vt doctiores exponunt) ea singulis membris particulatim recisas carnes, &c. Cæterùm si quis sacrificandi ritum, quo veteres Græci vsi fuerunt, requirat, ex Odysseæ tertio, & quem modò citauimus, decimoquarto: item ex Iliados primo & secundo petat. Vbi & hæc, quæ hic à Merula ex Dionysio allegantur, & alia complura eiusdem rei leguntur.

Mente tamen, quæ sola loco non exulat, vtar:
Prætextam, fasces aspiciámque tuos.
Hæc modò te populo reddentem iura videbit:
Et se secretis finget adesse tuis.
Nunc longi reditus hastæ supponere lustri
Credet, & exactâ cuncta locare fide.
Nunc facere in medio facundum verba senatu,
Publica quærentem quid petat vtilitas.
Nunc pro Cæsaribus superis decernere grates,
Albáve opimorum colla ferire boum.
Atque vtinam, cùm iam fueris potiora precatus,
Vt mihi placetur principis ira, roges.
Surgat ad hanc vocem plenâ pius ignis ab ara:
Détque bonum voto lucidus omen apex.
Interea quâ parte licet, ne cuncta queramur,
Hic quoque te festum consule tempus agam.
Altera lætitia est, nec cedens causa priori:
Successor tanti frater honoris erit.
Nam tibi finitum summo Græcine Decembri
Imperium Iani suscipit ille die.
Quæque est in vobis pietas, alterna feretis
Gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.
Sic tu bis fueris consul, & ille bis,
Inque domo binus conspicietur honor.
Qui quanquam est ingens, & nullum Martia summo
Altius imperium consule Roma videt:
Multiplicat tamen hunc grauitas autoris honorem,
Et maiestatem res data dantis habet.
Iudicijs igitur liceat Flaccóque tibíque
Talibus Augusti tempus in omne frui.

Mer. *Mente vtar*) animo voluam & complectar. *Prætextam*) vestem consularem. *Hæc*) subaudi mens mea. *Populo reddentem iura*) populo ius dicentem. *Se adesse*) mentem meam prope esse & audire. *Et finget*) & existimabit. *Secretis tuis*) tuis arcanis. *Nunc longi*) legitur in quibusdam exemC plaribus, Nunc longe. vt sit ordo: Nunc mens mea longè cernet, id est, procul à Romana ciuitate, & è Scythia videbit, & reliqua. Vergilius: Nec longè scilicet hostes Quærendi nobis. Sunt qui legant, Longi lustri: vt lustrum appellauerit longum ex affectu locantium. Superior lectio magis placet & quadrat. *Reditus lustri*) prouentus quinquennales: nam vectigalia locaD bantur per quinquennium. *Supponere hastæ*) locare in publica auctione: vt suprà docuimus. *Exacta fide*) perfecta fide. *Nunc*) aliquando. & subauditur, mēs mea cernet. *Facere verba*) habere orationem in genere deliberatiuo, quod tractatur in senatu. *Facundum*) te eloquentem. *Publica vtilitas*) vtilitas reipublicę. *Quærentem*) te despicientem. *Pro Cæsaribus*) pro E imperatoribus. Tiberiū enim, & eius liberos designat. *Superis decernere grates*) decernere supplicationes, in quibus gratiæ dijs agebantur ob victoriam aliquam. *Alba colla*) colla candidarum victimarum, quæ in ipsis supplicationibus dijs à consulibus offerebantur. *Potiora*) maiora, & ad Cęsarem ac rempublicam spectantia. *Placetur mihi*) mitior mihi fiat. *Ira principis*) ira Augusti defuncti, & in numerum deorum asciti, vt inferius patebit: quem optat, tanquam deum oret post alias preces pro Cęsaribus emissas. Vel se vera per iram principis, Tiberij iram designat. quem vnà cum Augusto Poetæ iratum fuisse, credendum est. *Surgat*) accendatur in signum boni ominis. *Ad hanc vocem*) ad has pro me preces. *Ab ara plena*) ub ara plena victimæ, & sacrificij. *Pius ignis*) ignis tuæ erga me pietatem præ se ferens. *Bonum omen*) bonum F augurium. *Lucidus apex*) ipse ignis clarus & purus in apice & cacumine: id enim maximè obseruabant. Hoc ignis augurium etiam vxori Ciceronis legimus contigisse: nam cùm post peractum sacrificium libare vellet, in cinere visa est flamma, quæ eodem anno consulem futurum ostendit eius maritum: sicut Cic. in suo testatus est poëmate. cuius rei etiam Maro non ignarus ita cecinit: Aspice, corripit tremulis altaria flāmis Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit. *Interea*) interim dum quæ suprà dixi fient: vel, dum non licet H mihi Romæ huic tuæ pompæ interesse. *Qua parte licet*) quo modo possum, hoc est, mente, quia corpore non licet adesse tuæ pompæ. *Ne cuncta queramur*) ne singula pompæ huius spectacula cum querela commemorem. [Vel etiam, Ne ad omnia mœsti ac queruli simus] *Hic*) in Scythia. *Agam festū tempus*] celebrabo tēpus illud quo ea fiēt, quæ dixi, tanquam festū. *Altera causa lætitia est*] altera causa gratulandi tecum est *Nec cedens priori*] nec inferior ea supradicta, hoc est, lætitia concepta ex consulatu tuo. *Erit successor tanti honoris*] succedet tibi in consulatu, si quidē illum Augustus viuens tibi successorem dēstinauit. *Summo Decembri*] summa & extrema parte Decēbris. *Imperium*] consulatum. *Iani die*] Calendis Ianuarij. *Ille*] scilicet frater tuus. *Quæque est in vobis pietas*] & pro ea pietate & amore, qui est in vobis mutuus. *Alterna feretis gaudia*] alternatim & vicissim gaudebitis. *Tu fratris fascibus*] tu Græcine gaudebis insignibus consulatus fratris tui. *Ille tuis*] frater verò nunc gaudebit tuis insignibus. *Sic*] ita gaudendo. *Tu bis fueris consul*] bis gaudendo videberis bis consulatum adeptus. *Bis consul & ille*] & iste frater videbitur bis consul fuisse. *Inque domo*] & domi vestræ. *Binus honor*] duo consulatus. *Qui quanquam est ingens*] qui consulatus quamuis est magnus. *Nullum altius imperium*] nullam maiorem potestatem: siquidem pulsis regibus, con- L sulare imperium factum est cum omni regia potestate & insignibus. Apud eos totius imperij summa erat. hi senatum populúmque per accensos & præcones cogebant: hi exercitus ductabant, ab eorum magistratu numerus annorum signabatur, prouinciæ consulibus describebantur, vectigalia publica locabantur: penes quos summum ius vti esset, lege rogatum est. De consulibus ita scribit Cicero libro secundo de Legibus. Reliqui magistratus annui sunto: eáque potestas semper esto iuris disceptator: qui priuata iudicet, iudicarive iubeat, prætor esto. Is iuris ciuilis custos esto: huic potestati pareto, quotcunque senatus creuerit, populúsve iusserit, tot sunto. regio imperio duo sunto: hique præeundo, iudicando, consulendo, prætores, iudices, consules, appellantor,

militiæ summum ius habento, nemini parento, salus populi suprema lex esto. Eundem magistratum ni interfuerint decem anni, ne quis capito, ciuitatem annali lege seruanto, & reliqua. Quibus verbis apparet, Consules summum imperium Romæ habuisse, & hoc etiam Ouidius designat.

Martia Roma] Roma quæ Martem, gentis autorem habuit, patrem Romuli & Remi. *Summo consule*] suprema consulis potestate. *Multiplicat*] auget & augustiorem facit. *Hunc*] consulatum scilicet. *Gratiam autoris*] splendor Augusti. *Maiestatem dantis*] venerationem illam & dignitatem Augusti qui tibi detulit hunc magistratum. *Res data*] consulatus tibi ab Augusto datus. *Iudicijs talibus Augusti*] huiusmodi Augusti de te opinionibus, qui antequam moreretur, bene de te iudicando sensit. *Flaccoque*] & fratri tuo Flacco, quem Augustus dignum censuit eo magistratu. *Frui*] fructum capere. *In omne tempus*] toto vitæ tempore.

Milia tot verbis si modo fata darent] Tu lege, Ius vrbis: sic enim & Aldina editio habet. Est autem sensus: Si fata mihi darent ius vrbis: hoc est, vt possem in vrbe, siue Romæ esse, præsens inter præsentes amicos tuos numerarer. Nūc quando hoc non licet, absens animo ea contemplabor, quæ coràm oculis non possum. Neque satis Latinè dicitur, Dare ius verbis, pro dare facultatem loquendi: caretque talis oratio exemplis.

Cùm tamen à rerum cura propiore vacabit,
Vota, precor, votis addite vestra meis.
Et si quà dabit aura sinum, iactate rudentes,
Exeat è Stygijs vt mea nauis aquis.
Præfuit his Græcine locis modò Flaccus, & illo
Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.
Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli,
Hic arcu fisos terruit ense Getas.
Hic raptam Trœzen celeri virtute recepit,
Infecitque fero sanguine Danubium.
Quære loci faciem, Scythicique incommoda cœli:
Et quàm vicino terrear hoste, roga.
Sintne lita tenues serpentis felle sagittæ,
Fiat an humanum victima dira caput.
Mentiar, an coeat duratus frigore Pontus,
Et teneat glacies iugera multa freti.
Hæc vbi narrarit, quæ sit mea fama, require:
Quóque modo peragam tempora dura, roga.
Nec sumus hîc odio: nec scilicet esse meremur,
Nec cum fortuna mens quoque versa mea est.
Illa quies animi est, quam tu laudare solebas:
Ille vetus solito perstat in ore pudor.

A rerum cura] ab administratione rerū publicarū. *Propiore*] magis propria vobis quam priuata. legitur etiā Propiore. h. e. magis vicina reb⁹ publicis quàm priuatis. *Vacabit*] tēpus erit vobis. *Vota vestra*] vestra de me desideria *Votis meis*] meis desiderijs: quæ sunt, vt in patriam reducar. *Si quà*] si aliqua parte. *Aura*] ventus. *Dabit sinum*] inflabit vela, & eius concauitatem plenam dabit Hoc est, si videris Imperatorē Tiberium te placidè audire loquentem pro me. Est autem sinus, veli concauitas. *Iactate rudentes*] eò flectite pedem & vela. Solent enim nautę quandoq; in dextrā, quandoq; in sinistrā vela flectere, in eam partē, vnde vēti flāt. Per rudentes autē intelligit sermonē, quē per similitudinem nunc in hāc partē, nunc in aliā flectēdū esse dicit, quemadmodū viderint Imperatorē velle. *A Stygijs aquis*] ab inferis: hoc est, ex Scythia vbi exulo. *Mea nauis*] mea vita. *Præfuit*] præsens fuit. *His locis*] oræ Ponticæ. *Flaccus*] frater tuus *Ripa ferox Istri*] accolę Istri fluminis feroces. *Hic tenuit*] hic Flaccus frater cōtinuit *Mysas gentes*] populos Mœsię. Mœsia autē prouincia Pannoniæ cōtermina ad Pontum vsque decurrit: incipitque à confluente supradicto, vt scribit Plinius. Ptolemæus in Europa duplicem Mœsiam ponit, superiorem scilicet & inferiorem. Strabo scribit Mysos vtrumque latus Istri incoluisse, & ab his eductos Mysos illos, qui inter Lydos & Phrygas & Troas habitarunt. Illud sciendum, Mœsiam à Plinio, Tacito, Valerio Flacco, Vergilio, Martiano, & ferè à Latinis omnibus per œ diphthongum scribi, cùm ponitur pro prouincia in Europa. Græci verò & eam quæ est in Asia, & quæ in Europa, de qua nunc Poeta intelligit, per y scribunt. Martianus tamen Capella per œ scribit, nisi sit deprauatus codex: Supra Troadem, inquit, in mediterraneo Teuthrania est, quæ regio Mœsorum fuit. Plinius tamen, Troadis inquit in mediterraneo est, quæ Teuthrania vocatur, quam antiquitus Mysi tenuēre. Seruius, Mysia, inquit, prouincia est, Mœsia verò ciuitas Phrygiæ. *Arcu fisos*] fretos iaculandi arte, & sagittis. *Hic*] scilicet Flaccus. *Raptam*] à Scythis Romanis ademptam. *Trœzen*] Trœzen credendum est vrbem fuisse Mœsiæ, sitam apud Danubium. de ea tamen nihil legi apud scriptores. Nam Trœzenis vrbis prope Isthmon Achaiæ ita cognominatæ à Trœzene Pelopis filio, meminit Strabo, & alij. *Recepit*] recuperauit, & hostibus ademit. *Infecitque*] & tinxit, hostes necidendo. *Fero sanguine*] sanguine crudelium Scytharum. *Quære*] ab eodem fratre disce, & illum percontare. *Loci faciem*] formam Scythiæ. *Scythicique incommoda cœli*] Hic exprimit quam loci faciem quæri expostulet. De his autem quæ hic Poeta enumerat, quia alibi abundè dictum est, ideo ea relinquimus. Solum ea videntur apponenda quæ scribit Pomponius Mela de ora Pontica. cuius verba hæc sunt: His Thracia proxima est, eáque à Pontici lateris fronte vsque in Illyricos penitus immissa: quæ latera agit, Istro pelagóque contingitur: regio nec cœlo læta, nec solo: & nisi quæ mari propior est, infœcunda, frigida, eorúmque quæ seruntur maligne admodum patiens: tarò vsque pomiferam arborem, vitem frequentius tolerat. Sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi vbi frigora obiecto frondium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad speciem tamen. Nam & illis asper atque indecens corporum habitus est: cæterùm ad ferociam & numeram vt multi immitésque sint, maximè feras. *Et roga*] & interroga ipsum tuum fratrem.

Quàm vicino terrear hoste) quantum à vicinis Scythis perterrefiam.

Sint ne lita) an sint oblitæ & infectæ. à verbo lino, quod est leniter superinduco. & subauditur verbum, quære.

Tenues sagittæ) leues, vel veloces Scytharum sagittæ. *Felle serpentis*) veneno, vt diximus suprà. *Fiat an humanum victima dira caput*) quære etiam an homines sacrificentur à Scythis: quorum consuetudo erat hospites immolare, vt dictum est, & docet etiam Diodorus Siculus libro sexto. Et quoniam de Scytharum crudelitate fecimus mentionem, obiter Plinij locum ea septimo ab illis vulgò: deprauatum, nec adhuc intellectum, in pristinum candorem restituamus enodemúsque. Scribit Plinius Scythas Anthropophagos, qui sunt ad septentrionem, ossibus humanorum capite bibere: cutibúsque cum capillo, pro mantilibus ante pectora vti. Vbi quidam non Mantilibus, sed Mantelibus, aut Mantelis legendum putant: quoniam à Plauto ita penulæ genus appelletur, qua se homines, vel lorica, muniebant: quasi Scythę illi ex corio capitum humanorum Plautinam penulam confecerint. ridicula aliqui docti hominis hæc fuit interpretatio, ne dicam indocta. Alij legunt, Pro monilibus. quæ sententia etsi doctissimi etiam hominis fuit, falsa tamen est. Siquidem monile (autore Pompeio) est mulierum ornatus, & equorum præpendens à collo. Sunt qui præterea pro baltheolis scribendum putent: vt sit diminutiuum à baltheo, quo cingimur, & à quo arma dependent: (hæc enim duo significat baltheus, vt Seruius docet) volúntque Scythas confectis baltheolis ex cutibus humanis cingere eorum pectora eo modo quo etiam Penthesilea Vergiliana. Sed hi facessant cum rudibus & falsis interpretationibus istis. Ego pro mantilibus legendum esse locum Plinij adductum affirmo. idque autore Herodoto, qui in libro quarto vnde hæc Plinius accepit, de Scythis loquens ita scribit: Caput hoc modo præcidit. in orbem illud amputat circa aures, verticéque sumpto excutit, deinde pedem detrahit: & vbi sicut bouis corium manibus mollijt, tanquam mantile possidet, eáque & habenis equi sui appensa gloriatur. Qualia enim vt quisque plurima habet, ita vir iudicatur præstantissimus. Quibus verbis patet, Scythas pelle capitis humani vti pro mantilibus, seu mantellis, quibus manus terguntur, vt Varro voluit: seu pro manticularibus. sunt enim manticularia, autore Pompeio, ea quæ frequenter in vsu habentur, & quasi manu tractantur. frequens enim ad manus tergendas vsus fuit mantiliorum.

A tiborum. Vnde hæc traditur similitudo. & in Græco Herodoti codice adducto [Greek word] legitur: quod vocabulum apud nos mantile significat. Quem locum ex Herodoti codice, & Plinij, & hanc nostram sententiam vidit, & pedibus (vt dicitur) in sententiam nostram iuit doctissimus ac lepidissimus Lucas Bonfius mihi irresolubili nodo coniunctissimus, græci & latini eloquij peritissimus: cuius ingenium & morum elegantiam nemo non admiratur: cuiusque exprompta opera tu Cardinalis gloriosissime vt hominis solertissimi, tibique perpetuò addicti, ac veluti ex familia tua minimè proletarij, in multis rebus vteris. Sed vt à diuerticulo redeamus, super eo loco plura etiam diximus in enarrationibus nostris in Plinium. vbi plurima scitu dignissima correximus, & enarrauimus: quæ B vtinam aliquando liceat per negocia curialia emendare, ac edere.

Mentiar) quære etiam, si sum mendax.

An vocat duratum frigore Pontum] an verum sit quòd mare Ponticum congeletur. Cuius rei causam alibi docuimus.

Et tectas glacies) & mare Ponticum adeò latè congeletur, vt procedat per multa iugera. esse enim iugeri mensuram, ducentos & quadraginta longitudinis pedes, scribit Fabius: dimidioque in latitudine patere. Docet præterea Columella in libro sexto, actum quadratum vndique finiri pedibus 120. hócque duplicatum iugerum facere: & ab eo quod erat iunctum, iugeri nomen vsurpasse.

Hæc vbi narrarit) cùm hæc supradicta Flaccus tibi exposuerit. *Quæ sit mea fama*) quod sit meum nomen in Scythia. *Tempora dura*] tempora hæc quibus exulo, mihi G tristia & ideo aspera.

Roga] interroga ipsum tuum fratrem. *His*) in Pontica regione. *Nec scilicet esse meremur*] nec certè meremur esse odio cuiquam, quia neminem offendimus.

Cum fortuna] cum hac mea calamitate.

Mens] animus. Sensus est: Quamuis fortuna mea mutata sit in peius, non tamen mores solitos in peius mutaui.

Illa quies animi] illa mea animi modestia. *Ille vetus pudor*] illa pristina verecundia. *In ore*] in facie mea.

MSR.

Sic ego sum longè, sic hic, vbi barbarus hostis,
Vt fera plus valeant legibus arma, facit:
Rem queat vt nullam tot iam Gracine per annos
Fœmina de nobis, virve, puérve queri.
Hac facit, vt misero faueant, adsintque Tomitæ,
Hac quoniam tellus testificanda mihi est.
Illi, qui me velle vident, discedere malunt,
Respectu cupiunt hic tamen esse sui.
Nec mihi credideris, extant decreta, quibus nos
Laudat, & immunes publica cera facit.
Conueniens miseris & quanquam gloria non est,
Proxima dant nobis oppida munus idem.
Nec pietas ignota mea est, videt hospita terra
In nostra sacrum Cæsaris esse domo.
Stant pariter natúsque pius, coniúxque sacerdos,
Numina iam facto non leuiora deo.
Neu desit pars vlla domus, stat vterque nepotum,
Hic auiæ lateri proximus, ille patris.
His ego do toties cum thure precantia verba,
Eoo quoties surgit ab orbe dies.
Tota, licet quæras, hoc me non fingere dicet
Officij testis Pontica terra mei.
Pontica me tellus quantis hac possumus ora
Natalem ludis scit celebrare dei.
Nec minus hospitibus pietas est cognita talis,
Misit in has si quos longa Propontis aquas.

Sic ego sum longè) sic ego ab Italia & Romana ciuitate procul remotus vtor pristinis, quibus solebam moribus.

Sic sum, talis sum.

Sic hic] sic non modò longè ab Italia seruo pristinos mores, sed etiam inter ipsos barbaros: & subauditur verbum Sum.

C *Vbi barbarus hostis*:) vbi Tomitæ barbari, & hostes nominis Latini. Est autem magna Poetæ laus, quòd non solum longè à patria remotus, sed etiam inter immanissimos hostes relegatus, mores eos seruet, quos prius habuit, nec vlla immanium barbarorũ cõsuetudine mores immutauerit aut naturam: viuátque cum eis ita, vt beneuolentiam inueniat.

D *Facit vt fera arma plus valeant legibus*] efficit vt plus possint arma & vires, quàm ius. Ibi enim nullæ leges seruantur, sed vi omnia gubernantur: ex quo ostendit eorum feritatem. *Rem queat vt nullam*] Ordo est: Vt ô Græcine fœmina, vir ve, puérve queat queri nullam rem de nobis iam per tot annos. [Queri autem rem, pro conqueri de nulla re, nullo meo facinore, sine delicto, dixit.]

E *Hæc*) scilicet mea quies animi. *Hac quoniam tellus testificanda mihi est*] quoniam, inquit, tellus hæc Scythiæ Tomitana, est nominanda tanquam testis meæ modestiæ. Dependet autem hoc à superiori sensu, & cum dolore exprimitur. Legitur etiam in aliis exemplaribus Testificata: vt sit, Testificata hæc mihi, hoc est, testimonio suo comprobauit mihi se fauere, & adesse. id quod paulo pòst subiungit, cum inquit: Nec mihi credideris, extant decreta.

Illi qui me velle vident discedere malunt) illi Tomitæ, qui vident desiderium meum discedendi ab eis in patriam, vellent vt discederem. Sed tamen causa beneuolentiæ ipsorum erga me vellent, vt nunquam ab eis discederem.

Me velle) me cupere, subaudi discedere.

Malunt discedere] magis volunt vt redeam in patriam, quàm apud eos permaneam.

F *Respectu sui*] habita ratione ipsorum Tomitarum, & eorum causa. *Hic*] in vrbe Tomitana.

Extant decreta] apparent iura & sanctiones Tomitarum de me. *Laudat nos*] laudat mores & virtutes meas.

Et immunes facit] facit exemptos ab omni onere ciuitatis, & tributorum. *Publica cera*] decreta publica scripta in tabulis ceratis, vel sigillata sigillo reipublicæ Tomitanæ.

Conueniens miseris & quanquam) & quamuis non deceat miserum, vt ego sum, gloriari. *Proxima oppida*] finitimæ vrbes. *Dant nobis idem mu-* H *nus*] præstant & offerunt mihi eandem immunitatem, & me liberant ab omni tributorum onere.

Pietas mea] meus erga Cæsares amor.

Hospita terra] terra Tomitana, quæ me hospitem habet. *Sacrum Cæsaris*] sacellum Augusti.

Stant pariter] stant vnà cum Augusto in eodem sacello. *Natúsque pius*] & Tiberius. *Coniúxque sacerdos*] & Liuia casta, quæ deum suum Augustum colit, tanquam sacerdotes sua numina.

Numina non leuiora] non minores dij, filius scilicet Augusti & Liuia.

Deo iam facto] Augusto iam inter cœlites numerato post mortem.

Pars vlla domus] aliqua pars familiæ Augusti.

Vterque nepotum] vterque Augusti nepos, vel Caius scilicet & Lucius K ex Agrippa & Iulia nepotes: vel (quod magis placet) filius Drusi priuigni & Tiberij, Germanicus scilicet & Drusus.

Auiæ] Liuię, quæ erat mater Drusi, & auia filij ipsius Drusi Iunioris Germanici. Potes etiam, quod parum placet, hoc referre ad alterum nepotum Liuiæ ex Iulia priuigna, Caium scilicet. *Proximus*] valdè vicinus lateri. *Patris*] Augusti qui erat eorum auus, & per adoptionem pater. Caium enim & Lucium adoptauit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa: vt scribit Tranquillus. Vel patrem Tiberij & Drusum eius filium naturalem intellige. *His*] Augusto Liuię nato ac nepotibus. *Cum thure precantia verba*] preces adhibeo sacrificio, quod illic offero. *Ab orbe Eoo*] ab orientali plaga. *Surgit*] oritur. *Tota licet quæras*.] Ordo est, *Tota ter-* L *ra Pontica*] hoc est, Ponticæ terræ incolæ, omnes testes mei officij dicent me non fingere hæc quæ scilicet de me dixi, licet quæras. sensus autem apertus est. *Officij mei*) meæ pietatis erga Augustum. *Quantis ludis*) quàm magnis pompis. Solebant autem alea & varijs ludis antiqui dies natales celebrare: & varijs lusibus, se ineis genio indulgere. *Hac ora*) hac Pontica regione. *Natalem diem*) diem quo natus est Augustus. Is enim fuit Marco Tullio Cicerone & Antonio Consulibus nono calendas Octobris paulo ante solis ortum. *Talis pietas*) huiusmodi amor meus erga Augustum colendo eius diem natalem. *Hospitibus*) peregrinis, qui hanc oram nauigant.

A *Misit in has aquas*) aditum dedit veniendi ad Tomitanam vrbem. *Longa Propontis*) Dicimus sæpe nostrum mare vbi primum se coarctat, Hellespontum appellari: Propontida, vbi expandit: vbi iterum pressit, Thracius Bosporus. vbi iterum effundit, pontus Euxini: qua paludi committitur, Cimmerius Bosphorus: palus ipsa Mæotis. Longam autem appellat, quoniam mare illud in longitudinem porrigitur.

MICYL. *Vbi barbarus hostis Vt fera plus valeant legibus arma facit*) Hostem intellige, non Tomitanos, sed Getas, à quibus Tomitani subinde infestabantur. *Natalem ludis fuit celebrare dei*) Ludos hic Merula exponit, aleam, & similes lusus. Ego verò de athleticis, aut gymnicis, aut scenicis etiam intelligo Poetam dixisse. Talibus enim solebant dies festos peragere veteres, erántque iidem illis quasi ceremoniæ quædam. id quod cùm alibi, tum ex Fastis eiusdem Poetæ, manifestè colligi potest. Propterea & clausulam definitiuam adiecit, Quantos in hac ora siue terra celebrare, inquiens, possumus. quod certè ad aleam referendum non erit. G

Is quoque, quo leuior fuerat sub præside Pontus,
Audierat frater forsitan ista tuus.
Fortuna est impar animo, talique libenter
Exiguas carpo munere pauper opes.
Nec vestris damus hæc oculis, procul vrbe remoti:
Contenti tacita sed pietate sumus.
Et tamen hæc tangent aliquando Cæsaris aures:
Nil illum, toto quod fit in orbe, latet.
Tu certè scis hæc superis ascite, vidésque
Cæsar, vt est oculis subdita terra tuis.
Tu nostras audis inter conuexa locatus
Sidera, sollicito quas damus ore preces.
Perueniunt illuc & carmina forsitan illa,
Quæ de te misi cælite facta nouo.
Auguror his igitur flecti tua numina, nec tu
Immeritò nomen mite parentis habes.

MAR. *Is tuus frater*) iste Flaccus frater tuus. *Sub quo præside*) sub quo Flacco fratre prætore. *Pontus fuerat leuior*) Ponticæ regiunis populus fuerat mitior & tractabilior, & qui quasi feritatem illam mutauerat. *Ista*) hæc quæ dicit de pietate mea erga Augustum, & de celebratione diei natalis eius.

Fortuna est impar animo) non possum tantum assequi propter impotentiam, quantum cupio ostendendo pietatem erga Augustum. nam cùm sim pauper, non possum tantum expendere, quantum C vellem. *Tali munere*) tali pietatis officio. *Carpo*) consumo, & expendo. *Nec vestris damus hæc oculis*) nec hæc celebramus in conspectu vestro, vt videamur à vobis, & eo pacto gratiam vestram ineamus. *Tacita pietate*) hoc meo amore erga Augustū ignoto illi, & eius amicis. *Hæc*) ista superius dicta. *Tangent aliquando aures Cæsaris*) aliquando peruenient ad Augusti intelligentiā & notitiam vsque in cælum. *Nil illum latet*) nil ab eo Augusto ignoratur tanquam deo. Dij enim quæ in terris fiunt, omnia nouère. *Tu certè scis hoc*) certè, inquit, ô Auguste intelligis pietatem erga te meam. Vertit autem sermonem ad Augustum, quem testem citat huiusmodi erga se pietatis. *Superis ascite*) inter deos numerate: quasi innuat Augustum tāquam deum D nihil latere. *Et est oculis subdita terra tuis*) & tu e cœlo despicis quæ fiunt in terra. *Inter conuexa sidera locatus*) inter cauos globos cælestes & sidera positus. Conuexa autem sidera, hoc est, pendentia capesce: vt & cœli conuexa per auras, hoc est, suspensa. Planetæ enim non sunt fixi, sed in aëre feruntur. & per sidera cœlum intellige: quem Poeta Augustū tenere asserit, & illum omnia tāquam deum scire, quæ fiunt ab hominibus. Quibus verbis suo numine illum dicit posse scire, an quæ dicit vera sint. *Quas damus*) quas tibi effundimus. *Perueniunt*) Quasi dicat, poteris intelligere te à me sacris coli in Scythia. omnia enim tanquam deus nosti. poteris etiam scire hoc verum esse, quia forsitan etiam videbis carmina de te composita testantia meam in te obseruātiam. in his enim carminibus Augustum tanquam deum nuper diuinitate donatum scripserat. quod etiam superius (vt diximus) significauit. *Illuc*) ad cœli conuexa: vt intelligas carmē Poetam scripsisse de Augusto, de quo superius etiam Poeta dixit. *De te*) de tua diuinitate & laude. *Misi*) Romam mittenda curaui. *Facta*) cōposita. *Cælite nouo*) nouo deo. Per nouū autem deum apertè Poeta docet hoc ad Augustū referri, non ad Iuliū Cæsarem, vt quidem falsò opinati sunt. Ille enim annis sexaginta antè in deos relatus fuit. *Hæc*) istis supradictis rebus, & hac mea pietate erga te ô Auguste. *Flecti*) placari mihi. *Mite nomen*) placidum nomen, & nomē clementis Imperatoris. *Parentis*) patris patriæ. quod ei nomē vltrò senatus detulit, vt alibi etiam diximus. H

MICYL. *Is quoque quo fuerat leuior sub præside Pontus*) Aldina editio sic, Is quoque quo læuus fuerat sub præside Pontus, &c. quæ lectio planior est, & minus difficultatis habet, videlicet vt intelligamus eum, qui Mœsiā tenuerit, vt suprà, Hic tenuit Mysas gētes in pace fideli, &c. Neque enim prouinciam Pontum Flaccus, sed læuum littus Ponti maris, hoc est, confinia Dacorum & Getarum, quæ Mœsia erat, ad ripam Istri sita scilicet, regebat. Id quod ex Tacito quoq; nō obscurè colligitur, qui illum cum I rege Thracum Rescuporide, à quo suprà alterum regē Cotym, nepotem huius, dolo sublatum, ex eodē autore annotauimus, arcta iunctum amicitia fuisse ait, (videlicet quam eo tempore cum illo inierat, quādo Mœsiæ præfuit) & ob id eūdem postea cum imperio iterum missum esse. Vide libro secundo. Leuiorem autē Pontū accipi, pro molliore ac mãsuetiore facto, nescio an apud grāmaticos defendi satis possit. Cùm aliàs leuis vocabulū, de inconstāti & parum firmo, aut fideli accipi cōsueuerit: aut etiā vt Gellius exponit, de vili, & nullo honore digno. Iam vt neq; hoc postremò omittamus, secūdū, Græcinū hūc, cuius cōsulatū hac elegia celebrat Poeta, in catalogo Coss. vulgo non haberi, siue fama deceptus poeta fuit, siue illi humanitus aliquid accidit, antequā magistratū iniret, vt quidā opinati sunt. Nā eo anno qui Pomp. Flacci, quē fratrē Græcini fuisse intelligimus, consulatū an- K tecedit, quidē septimus exilij poetæ fuit, Tacitus, vt & alij, cōsules recēset Sisennā Statiliū Taurum, & Luciū Libonē. Nisi quis horū alteri cognomentū Græcini fuisse putet, quod tamē ipse nusquā hactenus reperi. Pōponium autē Consulem Græcini fratrē fuisse, de quo hac eadē elegia dicitur, non solùm ex Flacci cognomine colligo, sed etiā ex Tacito, apud quē libro ij Pomponia Græcina quædā nominatur, Plancij vxor, quæ superstitionis externæ rea facta, & mox sententia viri, cuius iudicio permissa fuerat, insons iudicata, per omnē deinceps ætatē non nisi cultu lugubri, animóq; mœsto egit.

IN DECIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD ALBINOVANVM.

HIc mihi in Euxino bis tertia ducitur æstas
Littore, pellitos inter agenda Getas.
Et quos tu silices? & quod charissime ferrum
Duritiæ confers Albinouane meæ?
Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.
Tempus edax igitur, præter nos, omnia perdit:
Cessat duritia mors quoque ficta mea.

HIc mihi in Euxino) Ad Pedonē Albinouanū amicum & poetam scribēs Ouidius, tēpus exprimit, quo ipse in Pōtica ora vitā egit inter Getas pellitos: malaque sua, quæ cōmemorat, malis V- F lyssis maiora esse colligit. Postremò illū rogat, vt fidē sibi seruet in aduersis: imiterúrq; Theseū, cuius gesta ipse carmine cōplectebatur. Hunc autē Albinouanum eum esse existimo, ad quē scribit Horatius in ea epistola quæ ita incipit: Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano, Musa rogata refer comiti scribæque Neronis, & reliqua. Erat n. comes Claudij Neronis. *Hic*) in Scy- L thia. *In Euxino littore*) in Tomitana ciuitate, quæ erat in littore maris Euxini: de cuius nominis origine aliàs abundè diximus. *Bis tertia æstas*) annus sextus. *Ducitur*) agitur. *Inter Getas pellitos*) inter Getas, qui rhenonibus, hoc est, vestibus è pellibus vtuntur: vt etiā nostro hoc æuo faciūt Pannonij. *Et quos silices*) & quos lapides durissimos. *Duritiæ meæ*) meo robori & animi magnitudini in ferendis malis. *Confers*) comparas.

A *Gutta cauat lapidem*] Sententia nimis vera, qua durissima quæque asserit tempore consumi: quod fieri videmus aqua, quæ guttatim cadens super lapidem, solet illum paulatim cauare. Annulus quoque durissimus vsu consumitur, quemadmodum etiam vomer. *Tempus edax*] diuturnitas temporis omnia vorans. *Præter nos*] me excepto, quem non perimit, sed in his malis viuum relinquit.

Perdit] destruit. *Cessat*] desinit me occidere. *Durities mea*] meo robore: quod tantum est, vt nequeat etiam morte superari.

MICYL. *Hic mihi in Euxino bis tertia ducitur æstas*] Alij pro Hic aduerbio, Hæc legunt, vt sit, Hæc æstas bis tertia, siue sexta, mihi ducitur, &c. quam lectionem & ipse sequor. Cæterùm quòd Merula Albinouanum hunc esse tradit, Celsum illum, ad quem & Horatius scripsit, de eo ipse viderit. Ego Pedonem Albinouanum, non Celsi prænomen, sed Caij habuisse, apud alios reperio. Et Horatius Celsum illum, non vt poetam, sed vt comitem ac scribam Neronis celebrat. *Et placidæ sæpe fuere moræ*] Hoc est, tametsi multis ac G variis periculis toto decennio iactatus fuit: habuit tamen interdum, quibus mala atque mæstitiam suam leuaret, vt cùm apud Calypsonem moratus est, neque duriter ab ea, sed amantium more atque affectu habitus: item cùm ab Æolo hospitio acceptus, & munere ventorum donatus est. Præterea audiendo Sirenes, vescendo loto, & id genus alia.

Exemplum est animi nimium patientis Vlysses,
Iactatus dubio per duo lustra mari.
Tempora sollicitì sed qua tamen omnia fati
Pertulit, & placidæ sæpe fuere moræ.
An graue sex annis pulchram fouisse Calypso?
Aequoreaque fuit concubuisse dea?
Excipit Hippotades, qui dat pro munere ventos;
Curuet vt impulsos vtilis aura sinus.
Non bene cantantes labor est audire puellas.
Nec degustanti lotos amara fuit.
Hos ego, qui patriæ faciant oblinia, succos
Parte mea vitæ, si modo dentur, emam.
Nec tu contuleris vrbes Lastrygonis vnquam
Gentibus, obliquas quas obit Ister aqua.
Nec vincet Cyclops sæuum feritate Phylacem,
Qui quota terroris pars solet esse mei?
Scylla ferox trunco cùm latret ab inguine monstris,
Endochia nobis plus nocuere rates.

MAR. *Est exemplis*] in exemplis ponitur. Vult autem B ostendere Poeta se longè maiora pericula perpessum, quàm Vlyssem. *Animi nimium patientis*] animi nimium multa mala passi. *Iactatus*] vexatus & agitatus. *Dubio mari*] mari non fido. Mare enim dicitur dubium, cui non est fidendum, propter eius tempestates incertas, nec statas. Vnde Palinurus apud Maronem ita inquit: Méne huic confidere monstro, Deceptus toties fallacis imagine C Ponti? *Per duo lustra*] per decennium. Decem enim annis post bellum Troianum errauit Vlysses. *Tempora omnia*] totos decem annos. *Sollicitis fati*] fortunæ & dispositionis deorum, sollicitum & tristem illum facientis. *Pertulit*] perpessus est ipse Vlysses. *Placidæ sæpe fuere m.*] sæpe fuêre iucundæ, & non turbulentæ: quia diuertebat apud deas, & alias personas, vbi illi omnia arridebant. *Moræ*] interualla morandi in aliquibus locis. Quod statim exemplis probat. Vlysses enim ex Ciconum pugna ad Lotophagos D venit. Vix inde enauigans, in Cyclopas incidit. Deinde cum Læstrygonibus pugnauit. Eos dein fugiens, à Circe retinetur: cuius officio inferna loca lustrauit. Inde postea soluens in Siciliam, Scyllæ Charybdisque pericula superat, & ad Æolum venit. Tum ab eo dimissus, à Calypso excipitur: à qua, nisi Iouis imperio, non dimittitur. Facto naufragio demum solus in Phæaciam delatus, enatans ab Alcinoo rege suscipitur: qui eum multis donis in Ithacen remisit incolumem, vt Homerus cecinit. *Pulchram Calypso*] Calypso filia fuit Thetidis & Oceani, vt Hesiodus scripsit. Homerus verò eius patrem fuisse Atlantem tradit. Ea insulam coluit contra Africam: quam Homerus Ogygiam, Pomponius verò Æeam appellat. Fuit tamen altera Æea insula, siue oppidum iuxta Phasin: cuius meminit in Magia Apuleius. Vnde Circe Æea à poetis, & artes magicæ Æeæ appellantur Ouidius in libro Metamorph. Nec tenet Ææ genitrix pulcher- E rima Circes. & alibi: Artibus Ææis Colchisque senis. Et Vergilius: Ææaq; insula Circes. Quare explodenda est super eo versu Seruij opinio, dicentis Circen Æeam appellatam, à vocibus eorum quos in bruta animalia conuertebat. Calypso igitur (vt ad enarrationem nostram reuertamur) Vlyssem amissis Charybdis Scyllæque sæuitia sociis, nouem iactatum diebus suscepit. Septem annos, vel (vt hic asserit Ouid.) sex tenuit: eius enim amore tenebatur. Vnde in libro secundo de Arte ita cecinit Ouidius. Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses, Et tamen æquoreas torsit amore deas. Demum Iouis mandata Mercurio nunciante magno mærore dimisit, multa prius de diis immortalibus questa, quoniam amanti inuiderent. *Æquoreaque dea*] Calypso intellige filiam Thetidis & Oceani: iden eam æ- F quoream appellat. *Fuit graue*] fuit molestum. Quasi dicat, fuit summa voluptas. nam Vlysses septem illos annos egit in summa voluptate.

Excipit Hippotades] suscipit Vlyssem Æolus Hippotæ filius. Quam rem etiam Poeta nititur ostendere non nimia laboriosam fuisse. *Qui dat pro munere ventos*] Fecerunt poetæ Vlyssem ab Æolo ventos accepisse in vtre, vt domum suam sine eorum læsione nauigaret: & cùm nonum dies nauigans in Pontum peruenisset, tanta fuit auiditas sociorum noscendi quid illud esset, vt opes putantes, vtrem soluerent. quo facto, venti continuò euolarunt, & H illum redire coëgerunt, dicente Ouidio libro decimoquarto Metamorphoseos: Proxima post nonam cùm sese aurora moueret, Inuidia socios, prædæque cupidine captos, Esse ratos aurum, dempsisse ligamina ventis. Cum quibus isse retrò per quas modò venerat vndas, Æoliique ratem portus repetisse tyranni. Sed cur a poetis Æolus I rex ventorum fuisse dicatur, Strabo luculentissimè describit. *Ventos*] contrarios Vlyssis ventos intellige. *Curuet impulsos sinus*] vela tumefaciat impellendo suo flatu. *Vtilis aura*] ventus sibi propitius, & secundus nauigationi suæ: quem Æolus dimiserat, reliquis cursui illi contrariis in vtre conclusis, & datis dono ipsi Vlyssi.

Non est labor] non est laboriosum. *Bene cantantes puellas*] Sirenes bene canentes, quas tres fuisse legimus, Parthenopen, Leucosiã, & Lygiam: habitasséq; Siciliam circa Pelorũ. Alij Sirenussas habitasse tradunt, quæ fuêre ad sinũ Possidoniatẽ insulæ tres petrosæ & desertæ. Sunt qui dicãt Sirenussas scopulũ fuisse trivertice inter Cumanũ sinũ & Possidoniatẽ, vbi Sirenum tẽplum videbatur. Fuêre autẽ Sirenes filiæ Acheloi K & Calliopes, siue Terpsichores. Sunt qui illas quatuor fuisse dicãt, Aglausam scil. Thelxiopeo, Pisno, & Ligiã. Hæ quidẽ cãtu mortales allectos in mare detrahebãt. Vlysses verò Circes vsus cõsilio, cera aures sociorũ obturauit. Ipse verò alligatus malo, ne cogeretur in mare desilire, illarũ cãtus audiuit impune. Vnde Martialis ad Cassianum ita inquit: Sirenes hilarẽ nauigantiũ pœnã, Blandásq; mortes, gaudiũmq; crudele, Quas nemo quondã deserebat auditas, Fallax Vlysses dicitur reliquisse. Et Ouid. lib. 3 de Arte amãdi: Mõstra maris Sirenes erãt, quæ voce canora Quaslibet admissas detinuere rates. Vlysses quoq; apud Homerũ lib. 12. Odysseæ ita inquit: Cùm verò tãtum ab insula abessemus, quantũ leni remorũ pulsu vox exaudiri posset, minimè eas è propinquo nauigãtes latuimus, sed statim cãtare perquã suauiter nisę sunt, Huc ades inclyte Vlysse, magna Achiuorum gloria: hic nauẽ siste, L vt nostrã vocẽ audias. nemo enim vnquã hac iter fecit, quin nostri cãtus suauitate demulceretur, qua oblectatus, & plura doctus à nobis, dimittitur. Et postea sequitur: Sic suauissima voce canẽtibus, ego audiendi cupidus, socijs, vt me soluerẽt superciliis annuẽs iubebã. At Perimedes & Eurylochus ab remis, quibus incũbebãt properãtes, pluribus me vinculis implicuerũt: ita tãto percurso spacio, vt nõ amplius earũ voces audirẽtur, amota à sociorũ auribus cera, ipsi me soluerũt, & reliqua. Palæphatus autem (vt est autor Euseb. in lib. t. Incredibilium) eas fuisse meretrices scribit, quæ nauigantes deciperent. *Nec degustanti*] Ostendit id etiam non fuisse Vlyssi ita labori & ærumnæ ascribendũ, vt nonnulli arbitrati sunt. Vlysses autem tẽpestate delatus ad Lotophagos, in Africam agitur, socios scrutatũ mittit: qui gustata loto, nequicquã renunciare, nec redire curabant. cibi enim suauitate allecti, suorũ viuebãt obliti. quos Vlysses inuitos ad naues reduxit,

Lotophagorum terram Meningem insulam Strabo appellatam refert. Eratosthenes verò Lotophagiten longitudine trigintaquinque millia passuum, latitudine vigintiquinque. Eam antè Strabo Lotophagos tenuisse scribit, ob eam causam, quoniam illic multa sit lotos, & aræ Vlyssis monstrentur. Est sanè lotos arbor paulo maior piro. fructus ciceris magnitudine, admirandæ suauitatis. In Italiam translatam mutare naturam Plinius scribit. Herodotus in Ægypto herbam esse loton tradit, qua Ægyptij vescentur. De Lotophagis alibi etiam abundè diximus. *Hos fructus*] hunc loti fructum. *Qui patria faciant oblimia*] qui mihi talem inducant patriæ meę & Romanæ ciuitatis obliuionem, qualem induxit socijs Vlyssis. [*Parte meæ vitæ*] aliqua parte meorum annorum. *Si modò dentur*] si modò accipiam ab aliquo huiusmodi fructus obliuionem inducentes. *Nec tu contuleris Vrbes Læstrygonis vnquam*] Postquam Poeta commemorauit breuiter Vlyssis incommoda: nunc illa cum suis comparat, vt ex huiusmodi comparatione maiora sua esse probet, quàm Vlyssis. Fuêre autem Lęstrygones populi in extremo Italiæ Siciliã versus, efferis moribus, habitantes prius vrbem Formiarũ inter Terracinam & Sinuessam, vt in Metamorph docet Ouidius. ad hos igitur peruenit Vlysses: misitque Macareum cum duobus socijs ad Antiphaten: qui vix cum altero fuga vitam seruauit. Sed orto bello vnà cum Vlysse naue effugit, cætera sociorum classe amissa. *Nec vnquam contuleris*] nec vnquam comparaueris: quia Scythæ sunt magis sæui, Læstrygones verò mitiores ipsis Scythis.

Gentibus] populis Scythiam & oram Ponticam tenentibus. quos per Istrum designat, quem dicit illos obire. *Obit*] circuit, transit. *Obliqua aqua*] aqua Danubij non recto, sed flexuoso cursu labente per populos Scythiæ. *Nec vincet Cyclops*] Confert adhuc Vlyssis mala cum suis. Notũ est, quemadmodum Polyphemus Neptuni filius fuit ex Thoosa filia Phorci: ad quẽ in Siciliam venit Vlysses cum duodecim comitibus post multos casus. Hominẽ igitur ferũ de loci situ, & hominum ritu sciscitatur. Ille post superbum responsum duos eius socios continuò deuorauit, aliósq; deinceps. Tunc Vlysses pacis reconciliatione simulata, vini cadum vnum ex tribus, quos secum vexerat, sitienti porrexit. Ebrius igitur somnum cepit, cui Vlysses cum cęteris socijs oculum vnum, quem tortua sub fronte gerebat, eruit: interfectorúmq; pellibus inducti omnes, ex eius antro tuti digressi sunt. *Sæuũ Phylacem*] immanẽ illum regem Scytharum. Legi Romæ in vetustissimo codice Phacheu. *Quota pars*] rara vel nulla pars. & ad Polyphemum referatur. vt sit sensus: Qui Cyclops solet esse rara vel nulla pars timoris præ illo, quem infert rex Scythiæ Phylax. *Scylla feris trunco*] Scyllam Acesilaus tradit filiam fuisse Phorci, & Hecates. Alij Phorci & Crateidis nymphæ. Plinius, Cratis fluminis. Alij Phorbãtis & Hecates: vnde Phorbantias dicitur. Stesichorus, Lamiæ. Hanc Glaucus marinus deus amauit, propter quod à Circe in monstrum marinum cõuersa est, vt docet Ouidius lib. 14 Metam. Eius formam ita describit Circe apud Homerum in Odyssea lib. 12. monens Vlyssem: Duo sunt scopuli, inquit. cacumen montes exuperat, in quod nemo mortalium ascendit vnquam in medio scopulo spelunca Erebi instar. habitat illic Scylla monstrum immane: cui præter deum occurreret nemo: aspectu tristis. duodecim habet pedes, colla prælonga sex, totidem capita, dentes triplici serie pectinatos: capita exerens, belluas ingẽtes piscatur. Maro etiam noster in lib. 3. Æneidos eam ita describit: Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus, postrema immani corpore pistrix, Delphinum caudas vtero commissa luporum. Re vera autẽ scopulus est in freto Siculo, vt scribit Plinius libro tertio Salustius item dicit esse saxum ingens, humanam habens effigiem parte superiori: inferiori verò plures habere scopulos sub radicibus cauernosos, vbi canum latratus & vlulatus luporum vnda refracta repræsentat. Seruius quoque putat canes & lupos ex Scylla natos fuisse, iccirco hoc tantum fingi, quia ipsa loca plena sint mõstris marinis, & saxorum asperitas illic imitatur canum latratus. Scylla igitur in mõstrum horrendum conuersa, memor veneficiorum Circes, Vlyssem socijs spoliauit, dicẽte Ouid. in libro Metamorph. Scylla loco mansit, cùmque est data copia primùm, In Circes odium socijs spoliauit Vlyssem. & Vergilius: Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis? *Cum latraret*) cùm in Vlyssem sæuiat solo latratu. *Monstris feris*) canibus & monstris marinis. Legitur etiam ferox: vt sit, Scylla ferox. *Ab inguine trunco*) ab inguine separato forma à reliqua parte corporis id enim solum fuit refertum capitibus caninis. Victus enim (vt est apud Virgilium) lupi formam tenuit: cui inguen innexum fuit. Inguina enim summæ coxæ partes dicuntur. Ab inguine igitur trunco dicit, quoniam Scyllæ inguina trunca erant forma humana, & ab ea separata, cui habebat commissa monstra. Ouidius lib 14 Metam. elegantissimè. Et corpus quærẽs femorũ, crurũmq;, pedúmque, Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis. Statque canum rabies subiectáq; terga ferarum Inguinibus truncis, vteróque extante coercet. *Enidochiæ nobis*) Emenda & lege, Heniochæ nobis. Fuêre autem Heniochi, populi in ora maris Euxini in Colchica regione montosa & importuosa, cũ eorũ ora Caucasi pars sit, latrocinijs maritimis viuere. Dicti autẽ sunt ab Heniochis, id est, ab aurigis. nã (vt scribit Strabo) Lacones Heniochiam tenuêre: quorum duces Rhecas & Amphistratus fuêre, Castoris & Pollucis aurigæ. vnde Heniochi (vt par est) ex his sunt nominati Lucanos: me Marte feroces Heniochi. Per rates ergo Heniochas designat Poeta piratas Heniochorum populorum, à quibus se fortunis euersum innuit, aut captum fortasse: sed pecunia redemptum, vt statim dicemus.

Nec vincet Cyclops sæuum feritate Phylacem) Aldina editio habet Phyacem: quod vt verius aliquanto puto legi, quàm Phylacem, propter nominis ipsius peregrinitatem scilicet: ita rursum neque de hoc, quod certò afferam, habeo. Cæterùm quod mox sequitur, Qui quota terroris pars solet esse mei? non ad Cyclopem, vt Merula exponit, sed ad eum, de quo modò dictum est, Phyacẽ referendum. quasi dicat Poeta, Etiam ab hoc multum terroris sibi obijci, propter incursiones videlicet, siue eas terra factas intelligere libet, Phyacémque ipsum Getarum aut Sarmatarũ ducem ac regulum aliquem fuisse: siue etiam mari, vt eundem illum eum Acheis & Heniochis, de quibus Poeta meminit, recenseamus. Iam quod infrà paulo addit idem commentator, poetam ab Heniochis captum, aut spoliatum fuisse, id sciendum, de suo illum adfinxisse. neque enim alibi quicquam eius repetitur.

Nec potes conferre) nec potes comparare.

Charybdim) Charybdis (vt scribit Seruius) fœmina fuit voracissima: quæ, quia boues Herculis rapuit, à Ioue fulminata est, & in mare præcipitata. vbi seruat naturam. nam sorbet vniuersa, & secundum Salustium, ea circa Tauromintanum egerit litt. Cicero in Philippicis: Charybdis, quæ si fuit, animal fuit vnum. Scylla autem in Italia est, Charybdis in Sicilia. de Charybdi etiam in Odyssea Circe apud Homerum ita Vlyssem alloquitur: Tremẽda Charybdis ter nigrantem vndam & absorbet & eructat: cùm attrahit aquam, caueto: nam ne ipse quidem Neptunus liberare te posset. ad Scyllam impelle nauim [illegible] tuis [illegible] tũm d[illegible] abit. quos perdere satius est, quàm omnes. *Achæis infestis*) populis illis infestãtibus totam hanc oram Ponticã. Fuêre autem Achæi etiã in ora Pon[illegible], vt docet his verbis Pomponius: Reliqua eius [illegible] inculteque gentes vasto mari ad[illegible] tenent Me[illegible] terrestri, Sexolitæ, Coraxi, Phthirop[illegible]. Heniochi, Achei, Cercetici. Et Plin. rursus inquit. In littore [illegible] Achæorũ. Scribit Strabo l. 11. In ora maris ma magna ex parte importuosa, cũ Caucasi pars sit: fuisséq; Achæos & Zygos ac Heniochos, qui ex maritimis latrocinijs viuebãt, habebãtq; lembos exiles, arctos,

> *Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis,*
> *Ter licet epotet, ter vomat illa fretum.*
> *Qui quanquam dextra regione licentius errent,*
> *Securum latus hoc non tamen esse sinunt.*
> *Hic agri infrondes, hic spicula tincta venenis,*
> *Hic freta vel pediti peruia reddit hyems.*
> *Et quà remus iter pulsis modò fecerat vndis,*
> *Siccus contempta naue viator eat.*
> *Qui veniunt istinc, vix vos ea credere dicunt:*
> *Quàm miser est, qui fert asperiora fide.*
> *Crede tamen, nec te causam nescire sinemus,*
> *Horrida Sarmaticum cur mare duret hyems.*
> *Proxima sunt nobis plaustri præbentia formam,*
> *Et quæ præcipuum sidera frigus habent.*

leues, viginti quinque hominum capaces: raróque triginta suscepisse. Hos autem lembos Græci Camaras vocauerunt. Tradunt autem Phthiotas Achæos ex Iasonis exercitu Achæam hanc habitasse. Ex his itaque lembis classem comparantes, & interdum ad naues onerarias, interdum ad regionem, vel vrbem aliquam nauigantes, mari dominantur. Bosporani eos nonnunquam in stationibus accipiunt, & commeatus, ac vendendæ prædæ copiam suppeditãt. hi cùm domum repetunt, & vltrà nauigare nõ possunt, lembos humeris impositos in syluas referunt: in quibus habitantes, tenue solum arant. Rursum cùm nauigandi tempus adest, eos in mare deferunt. idem faciunt in aliena. nam loca syluosa nota habent: vbi absconditis lembis ipsi noctu, nonnunquam interdiu pedibus errant, capiendorum hominum gratia. quos cùm ceperint, facilè redemptitios faciunt. nam inter redeundum rem omnem his significant, qui illos amiserunt. In locis itaque quæ sunt principibus subdita, qui iniuriam accepère, aliquid præsidium ab his habent: qui sæpe illos insecuti, lembos atque piratas capiunt. *Epotet*] absorbeat. *Vomat*] eiiciat. *Qui quanquam dextra regione*] qui Achæi quamuis magis infestent dextrum littus Pontici maris, non tamen relinquunt intactam oram Tomitanam. Intrantibus enim mare Ponticum, à sinistra erat Tomos: à dextra verò aliud littus, quod classe Achæi infestabant.

Licentius] maiore licentia prædandi. *Errant*] vagentur classibus. *Latus hoc*] hanc oram nostram, quæ est in læua parte maris EVxini. *Hic agri infrondes*] in Scythia vbi cano, sunt agri sine vllis frondibus & arboribus. Commemorat autem alia incommoda, vt mala sua conferat, & præferat malis Vlyssis. *Infrondes*] sine frondibus. *Hic spicula tincta Veneno*] in Scythia etiam sagittarum spicula inficiunt veneno, vt dictum est suprà. *Vel pedite peruia*] quia congelatur mare nimio frigore septentrionali, cui subiacet. *Reddit hyems*] facit hyemis asperitas. *Et qua*] & ea parte. *Pulsis*

Vndis] impulso mari remorum agitatione. *Siccus viator*] viator per congelatum mare incedens siccis pedibus, & non madefactis aqua vt prius. *Contempta naue*] neglecto nauis vsu. *Illinc*] Roma. *Qui fert*] ille qui patitur. *Asperiora fide*] duriora quàm vt credantur. Quantum, inquit, mihi licet illa qui patitur etiam maiora his quæ non creduntur. *Crede tamen*] tamen existima ita esse, vt dicitur. *Causas nec te nescire sinemus*] aperiemus etiam huius rei causas & rationes. *Cur horrida hyems*] cur hybernum tempus asperum. *Duret mare*] mare congeletur. *Proxima sunt nobis*] sunt nobis valde vicina. *Sidera prabentia formam plaustri*] Septentriones dicit. Sidus enim quod à figura posituraque ipsa simile plaustri videtur, Latini à bubus iunctis, septentriones appellauerunt, id est, à septem stellis, ex quibus quasi iuncti Triones figurantur. Triones autem M. Varro rustico certo vocabulo boues appellatos scribit, quasi terriones, hoc est, arandæ colendæque terræ idoneos. An propterea hæ septem stellæ Triones appellatæ sunt, quia ita sunt sitæ, vt ternæ stellæ proximæ quæque inter sese faciant trigona, id est, triquetras figuras. *Et qua habent præcipuum frigus*] & quæ sidera infestantur maximo frigore. Duplicem autẽ causam assignat hîc Ouidius, cur mare Ponticũ ita asperrimè congeletur. Prima causa est, quia regio illa est aquilonibus & septentrionibus proxima. Secũda causa est, quia multa flumina, circiter quadraginta (vt lib. 7. scribit Strabo) Pontum intrant EVxinum. Id enim mare prius nulli patuit nauigationi: & proinde Axenon, id est, inhospitale appellarunt, propter tẽpestuosa & per hyemes intercluſa loca, & accolarũ immanitatẽ, maximè Scytharũ hospites immolare solitorũ, & humanis vescentium carnibus. Nouissimè autem cùm Iones in littore vrbes condidissent, EVxinum, id est, benignum hospitale vocare cœperunt. Pontum autem per excellentiam appellauerunt, sicut per Poetam, Homerum intelligimus. Illum enim prius homines vt quendam Oceanum arbitrati sunt.

Mer.

Hic oritur Boreas] in hac regione septẽtrionali Boreas nascitur, & inflare incipit vehemẽtius. Venti autem omnes frigidi sunt, vt docet Aristoteles: & potissimũ Aquilones, qui spirant à septentrione. & ideo nobis frigidissimi: colimus enim propius, immò iuxta ipsos Septẽtriones. Cur autem in Ponto intentius & æstus & frigora fiãt, ita docet Aristoteles in Problematis: An quia aër regionis illius sua crassitudine nec hyeme tepescere, nec æstate refrigerari potest. An propter varium solis cursum: recedit enim per hyemem, accedit per æstatem.

> *Hîc oritur Boreas, oraque domesticus* huic est,*
> *Et sumit vires à propiore loco.*
> *At Notus aduerso tepidus qui spirat ab axe,*
> *Est procul & rarus, languidiórque venit.*
> *Adde quòd hîc clauso miscentur flumina Ponto,*
> *Vimque fretum multo perdit ab amne suam:*
> *Huc Lycus, huc Sagaris, Peneúsque, Hypanísque, Cratésque*
> *Influit, & crebro vertice tortus Halys.*

Antarcticus humo tegitur, humidis & austriuis vaporibus mollis. *Est procul*] longè distat à septentrionali, & Pontica regione, quam habito.

Et rarus] & minus violentus, modicus, & tardò spirans, ac quasi cum quodam interuallo.

Languidiórque] & debilior propter locorum distantiam, qua impetus ille elanguescit. Scribit Diodorus Siculus in calce libri primi, Notum apud nos* pluuias afferre, Æthiopibus serenitatem. Et ventos quoque Boreæ in Europa esse vehementes, in illius verò regionibus remissos.

Oraque domesticus huic est] & est propinquus huic regioni, quam ego incolo.

Et sumit vires à propiore loco] & quia propinquior est, ergo vehementius infestat regionem istam. Vnde ab Aristotele causa assignatur hæc, cur Austri frigidi in Africa sint: Quia vt nobis Aquilonum origo, sic Aphricæ Austrorum propior est. Nam si flatus per angustum extrudi solent, propioribus certè frigidiores occurrent propter vehementiam sui motus: quam diffundi hebetarique necesse est, cùm se longius protrahit. qua de causa Aquilones frigidi apud nos sunt. colimus enim prope septentriones. Austri verò languidiores sunt in septentrione, quia longo interuallo locorum hebetantur.

At Notus tepidus] sed Auster calidus, ideo, quia per meridiem regionem calidam transit. Nam venti omnes (vt diximus) sunt sua natura frigidi.

Ab axe aduerso] à septentrione opposito. Axis enim est dimensio illa quæ totius ostenditur sphæræ, cùm ex vtrisque partibus eius ad extremam circunductionem rectæ velut virgulæ perducuntur. Huius autem cacumina, quibus maximè sphæra nititur, poli appellantur: quorum alter ad aquilonem spectans, Boreus: alter oppositus Austro, Notius est dictus. Hæc Hyginus. Apuleius de mundo ita etiam scribit: Eos polos dicimus, à quibus velut à cardinibus directio quædam profecta, axis est ductus, est diuisor & discriminator, mundi orbem terræ in medietate constituens. Verùm hi vertices quos immobiles diximus, ita sunt, vt supra caput alter appareat ex parte Boreæ, qui Septentrionalis vocatur: alter

Adde quòd hic clauso] Scribit Macrobius, aquam marinam nunquam gelu contrahi. Herodotus verò contra omnium ferme, qui hæc quæsierunt, opinionem, scripsit mare Bosporicum, quod & Cimmerium appellauit, earúmque partium mare omne quod Scythicum dicitur, id gelu constringi & consistere, aliter est ac putatur. In illis enim regionibus plurimum est fluuiorum & paludum in ipsa maria influentium. Superficies maris, cui dulces aquæ innatant, congelascit: & incolumi aqua marina, videtur in mari gelu, sed de aduenis vndis coactum. Hoc & in Ponto fieri videmus, in quo frusta quædam feruntur contracta de fluuialium vel palustrium vndarum multitudine: in quas licet frigore concreta, tamen sunt natãtia, quasi leuatiora marina: plurimum autem aquarum talium influere Ponto, & totam superficiem eius infectam esse dulci liquore. propter quod dixit Salustius, Mare Ponticum dulcius, quàm cætera. Quod si in Pontum vel paleas, vel ligna, seu quæcunque alia natantia proieceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem, atque ita in mare quod alluit Asiæ oram, cùm constet in Pontum influere maris aquam, non effluere de Ponto.

Ponto clauso] mari EVxino circumquaque littoribus septo, nec vllum alium meatum habenti, nisi Propontidem.

Perdit vim suam] non est amarũ, immò dulce, & congelatur contra maris naturam. Cæterùm cur flumina congelentur, mare non, causam assignat Gellius libro decimo sexto, capite octauo.

Huc Lycus influit] Lycus fluuius labitur in hoc mare Ponticum, & ideo congelatur. Est autem Lycus, fluuius Arme-

niæ, vt libro vndecimo Strabo docet his verbis: Multi, inquit, amnes sunt in Armenia, sed clarissimi Phasis & Lycus, in mare Ponticum exeuntes. Scribit Strabo, amnes circiter quadraginta Pontum intrare, sed celeberrimos esse Istrum, Tanain, Borysthenem, Hypanin, Phasin, Thermodonta, & Halyn. *Hinc Sagaris*] In ora Pontica post Bospori fauces & Rhesum amnem, portúmque Calpas, est Sagaris fluuius, ortus in Phrygia, dictus à plerisque (vt Solino placet) Sangaris, seu Sangarius. Exordium fecit maris Euxini sinus, in quo oppidum Heraclea appositum Lyco flumini. Et Martianus scribit Bithyniam ab ortu Thraciæ aduersam, à Sagari flumine primos habitatores habere. Et paulo pòst: Dein Ponti ora, fauces Bospori, & amnem Rhesum, Sagarimque. Quare explodenda est sententia cuiusdam nostro æuo alioqui doctissimi, qui putauit Sagarim eum dici ab Ouidio, quem Ptolemæus Agarum appellat, non longè à Lyco, cùm ab eodem autore in ora Pontica dextra Lycus & Sagaris fuerint: in sinistra verò, Agarus & Lysius, non Lycus a Ptolemæo fuisse describantur. Dicendum erat potius à Ptolemæo Sagarim, non Agarum: sed pro Sagaro, Zagarum, vnius literæ mutatione, appellari. *Peneúsque*] Legendum est Penius, non Peneus: tum quia syllaba repugnat, tum quia Peneus fluuius est Thessaliæ, nec in Pontum fluit. Ouidius in Metamorph. Vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo. & reliqua: Penij autem fluminis in ora Pontici littoris desinentis ita meminit Plinius: A Phaside centum millia passuum, gens Sannigarum, oppidum Cygnus. Flumen & oppidum, Penius. Sunt qui in eo loco pro Penio Pityum reponant, friuola satis ratione. Ego Penium (vt in omnibus Plinianis codicibus legitur) scribendum affirmo, quam lectionem hic etiam Ouidius confirmat, licet deprauatè vnius literæ mutatione pro Penio, Peneus hactenus lectum fuerit. Non desunt etiam qui Pamisum pro Penio legendum putent in hoc Ouidij versu: cuius fluminis meminit Plinius ac Strabo. Prior lectio magis placet. *Hypanísque*] Hypanis, fluuius est Scythiæ ex magna palude profluens, vt docet Herodotus. Pomponius de eo ita scribit: Hypanis ex grandi palude oritur, quam matrem eius accolæ appellant: & diu qualis natus est defluit tantum: non longè à mari, ex paruo fonte, cui Exampeo cognomen est, adeò amaras aquas accipit, vt ipse quoque iam sui dissimilis, & non dulcis hinc defluat. & reliqua. Alter est Hypanis fluuius Indiæ, vt est autor Strabo. *Cratésque*] Cratem fluuiũ ad oram Ponticam fluere, hic innuit Ouidius. Ego nihil compertum habeo. Quare deprauatam hãc dictionem existimo, & non Cratesque, sed Coránxque fortasse melius à plerisque legitur. Coranx enim fluuius est in ora Pontica dextra non lõgè à Calpa, vt Ptolemæus docet. Sunt qui legant Hypanisque Nomásque: vt Nomas fluuius sit in Scythiam productus, cuius ita meminit Valerius Flaccus lib. 4. Nõ septem gemini memorem quas exitus Istri, Quas Tanais, fluuiúsque Lyces, Hypanísque, Nomásque Addat opes, quantósque sinus Mæotica laxẽt Æquora: fluminco sic agmine fregit amari Vim salis. Non desunt qui etiã ita legant, Hypanisq; Coretus. Est enim Coretus, lacus Mæotis, vt docet Plinius lib. 4. vel est sinus Mæotis, vt alij volunt. Alij legunt Hypanisque Gerhúsque. Est enim Gerhus fluuius, qui Basilidas & Nomadas separat. de quo ita Plinius scribit: Recipit amnes Bugen, Gerhũ, Hypanim ex diuerso venientes tractu. *Crebro vertice*] densis reuolutionibus. Labitur enim non recto cursu, sed flexuoso.

Tortus] flexus, & sinuosus recursibus fluens.

Halys] Halys fluuius est decurrẽs à radicibus Tauri per Cataoniã Cappadociamq;, vt scribit Plinius. Herodotus quoq; est autor, eum exire inter Paphlagonas versus Boream, & in Euxinum Pontũ desinere. ita enim scribit in primo: Siquidem imperium Medicum ac Lydum disterminabat fluuius Halys: qui ex Armeno monte profluens, primum Cilicas, dehinc Matienos, qui sunt ad dexteram: & Phrygas, qui sunt ad læuam: tum Boream versus tendens, Syros, Cappadoces, Paphlagonésque interfluit: Cappadoces à dextra, Paphlagones à sinistra perstringens. Ita flumen Halys cuncta ferè superiora Asiæ à mari, quod Cypro obuersum est, ad Euxinũ vsque Pontum diuidit. Dorsum omnis regionis longitudine quinque dierum itineris: & reliqua.

Hinc Lycus, hinc Sagaris, &c.] Rectè legit Merula: Nam nõ solùm Capella & Solinus, huius nominis meminere: sed & Plutarchus (seu quisquis is est) in libello de fluminibus [illegible] inquit, [illegible] &c. Hinc & patronymicum Sagaritis, quo idem Ouidius 4. Fastorum vtitur, vbi de Atye loquẽs, ait: Fallit, & in nympha Sagaritide desinit esse Quod fuit: hinc pœnas exigit ira deæ. Pro quo, quidam Sangaride legũt, non animaduertentes, syllabam quæ in Sangaride secunda est, breuem pro longa poni. Quod eò hic addo, vt si quid illic à nobis prætermissum forte sit, idipsum vel hic restituatur. *Peneúsque, Hypanísque, Cratésque*, &c. Ego in Penei voce nihil difficultatis video, nisi quòd eius exemplum aliquod simile alibi nõ extat. Neque enim necesse est, omnino eodẽ modo poni, hoc est, iisdẽ syllabis, quibus de Thessaliæ fluuio dicitur. Potéstque vel Peneus dissyllabum, vtraque lõga, dictum accipi: vel etiam Peneus, tribus syllabis, vt priores duæ cum præcedenti finali dactylum constituant. Nam de Plinii lectione, quam idem Merula reprehendit, alii iudicent. Apud Strabonem certè idẽ locus (nam Plinius & loci & fluminis nomen facit) inter Sebastopolim, quę & Dioscurias est, & gentem Heniochorum, in interiore Ponti sinu, [illegible] appellatus. Vide libro vndecimo. Quod autem quidam etiam Pamison pro Peneo legere malunt, id illorum iudicio relinquo. Ego nihil temerè conuellendum puto, neque pro incerto, aut obscuro, æquè incertum substituendum: propterea quòd multa apud veteres vsurpata fuere, quorũ exempla ad nos vel nulla, vel prorsus rarissima peruenere. Deinde & illud probabile, Ouidium, vtpote qui tot iam annos in Ponto vixisset, plura ac certiora eiusdẽ loci fluminum nomina cognita habuisse, quàm alij, atque absentes, tradere, aut etiam scire potuerant. *Hypanísque, Cratésque*] Ego, vt suprà monui, nihil temerè mutandũ censeo, quod lõgus iã vsus approbauit: sed tamẽ si quid tale audendũ sit, malim cũ illis sentire, q Flacci exẽplũ sequũtur. Nam Coracis vocabulum, prꝫterquã apud vnum Ptolemęũ, nusquam legitur. cuius scripturæ, vt nunc habet, quantum tribuendum sit, norunt docti. Coreti autem nomen, prꝫterquam quòd fluuij proprium non est, sed sinus, etiam syntaxis naturam atque ordinem vitiat. Iam si quis Coersum pro Cratere poni posse putet (nam hoc nomine & Flaccus breui priore vtitur) poterit eodem modo etiam Bathys pro illo poni, in quo nomine nulla difficultas est. & fluuij eius meminerunt Plinius & Arrianus. Sed nolim ipse, vt dixi, quicquam temere mutari, aut pro incerto æquè incertũ reponi.

Partheniúsque rapax]

> *Partheniúsque rapax, & voluens saxa Cynapes*
> *Labitur, & nullo tardior amne Tyras,*

Parthenius fluuius est Paphlagonum, Carambi promontorio satis proximus, vt scribit Plinius: caditque in Pontum, vt in Argonautica docet Orpheus: & Strabo scribit post Teioniticum oppidum esse Partheniũ amnem, qui per florida defertur, vnde & nomen assecutus est. Parthenon enim dicitur locus vbi habitant virgines: ortum habet in Paphlagonia. Rapacem autem appellat, propter eius cursum, qui omnia rapit & aufert. *Et voluens saxa Cynaphes*] In aliis exemplaribus legitur Niphates, non Cynaphes. Cynaphis enim fluminis nullam mentionem fieri vsquam inuenio. Niphates autẽ mons est in Armenia, Massio monti orientem versus imminens, vt docet Strabo libro 11. Est etiam fluuius. Lucanus: Armeniúsque tenens voluentem saxa Niphaten. Sunt qui eum Medorum, alij Parthorum, nonnulli Armeniorũ, plerique Scytharũ esse asserant. *Et nullo tardior amne Tyras*] Tyras Scythiæ amnis est, in oram Ponti sinistram defluens, qui oppido nomen imposuit. meminit Plinius lib. 4. & Strabo lib. 7. scribens ab Istro ad amnem Tyram nauigabilem 900. stadia esse. At medio in spacio duos esse ingentes lacus: quorũ vnus ita apertus, vt vice portus eo vti liceat: reliquus ore caret.

Tardior nullo amne] pigrior nullo flumine: sed aut asperior, aut par cursu, labitur enim magna celeritate.

Et voluens saxa Cynapes] Quod ad nomen Cynaphis, siue potius Cynapes legendũ, attinet, idem sentio quod suprà, nihil temerè mutandũ esse. Idq; etiã de eo quod versu abhinc quarto sequitur, quod alij Dynapsos, alij Dytapses legunt, dictũ volo. Quòd autẽ pro Cynapes, quidã Niphates legendũ hoc loco putant, nihil adeò video quod quemquã eòde impellere debeat, prꝫter notum illum Lucani locum lib. 3. vbi eodẽ epitheto dicitur, Armeniúsque tenens voluentem saxa Niphaten: quod tamen & de monte, opinor, non ita prorsum absurde intelligi potest, qui propter crebra præcipitia atq; altitudinẽ, voluere saxa dici potest. Proinde vt à Græcis [illegible] idem dicitur, vt in eo versu, qui apud Stephanum ex Pisandro quodam citatur, [illegible] (quanquam vulgo pro [illegible], [illegible] legatur) Nam alias, quod ego viderim, nemo veterum Niphaten de fluuio interpretatur: sed de monte Armeniæ omnes, vt Strabo, Stephanus, Mela, Plinius, Solinus, &c. Meminit tamen Niphatæ etiam Virgilius lib. tertio Georg.

Et tu fœminea Thermodon cognite turba,
Et quondam Grayis Phasi petite viris,
Cúmque Borysthenio liquidissimus amne Dyrapses:
Et tacitè peragens lene Melanthus iter,
Quique duas terras Asiam, Cadmique sororem
Separat, & cursus inter vtrámque facit.
Innumerique alij, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius se tibi Nile negat.
Copia tot laticum, quas auget, adulterat vndas,
Nec patitur vires æquor habere suas.
Quinetiam stagno similis, pigraque paludi,
Cæruleus vix est, diluitúrque color.
Innatat vnda freto dulcis, leuiórque marina est:
*Quæ proprium * mixto de sale pondus habet.*
Si roget hæc aliquis, cur sint narrata Pedoni:
Quidve loqui certis iuuerit ista modis?
Detinui dicam curas, tempúsque fefelli.
Hunc fructum præsens attulit hora mihi.
Abfuimus solito, dum scripsimus ista, dolore:
In medijs nec nos sensimus esse Getis.
At tu non dubito, cùm Thesea carmine laudes,
Materiæ titulos quin tueare tuæ,
Quémque refers, imitere virum. vetat iste profectò
Tranquilli comitem temporis esse fidem.
Qui quanquam est factis ingens, & conditur à te
Vix tanto quantus debuit ore cani.
Est tamen ex illo nobis imitabile quiddam,
Inque fide Theseus quilibet esse potest.

HIR. *Et tu fœminea Thermodon cognite turba*] Thermodon (vt Dionysius scribit) fluuius est qui à monte Armenio dilabitur, atque inde vsque ad Amazones celeri cursu proripitur. De quo ita scribit Plinius: In ora amnis Thermodon, ortus ad castellum, quod vocãt Phanoriam. Et Pomponius docet post Paphlagoniam Chalybes fuisse proximos: hos autem habere amnes Halyn, & Thermodonta. Fuere & Amazonũ castra. Et Strabo: Fluuius, inquit, Thermodon per Themiscyræ campestria delabitur: itemque alter vocatus Iris è Phanorea veniens. Scribit Diodorus Siculus, penes Thermodonta fluuium primò gentem Amazonum fuisse, quæ viris similes, bellicis artibus viribúsque corporis præstabant. earum regina exercitu mulierum coacto exercuisse traditur eas militari disciplina, vt nonnullas ex vicinis gẽtibus expugnasse. Tradit etiam Plutarchus in Pompeij vita, Amazones in montibus habitasse, qui fluuio Thermodonti superiacent. Scribit etiam Strabo Themiscyram, campósque Thermodonti proximos & imminentes montes, Amazonum sedes fuisse. Vnde hic poeta Thermodonta dicit à turba fœminea, hoc est, ab Amazonibus, cognitum fuisse: quia illæ iuxta eum fluuium habitabant. Defluit autem Thermodon in mare Ponticum. Vnde Valer. Flaccus in Argonaut. ita cecinit: Sæuáque Thermodon medio sale murmura voluens. *Et quondam Grayis Phasi petite viris*] Phasis (vt Strabo docet) ingens fluuius est, qui Colchidem illabitur, ortúmque ex Armenia ducit. Glaucum in se recipit atque Hippum ex vicinis montibus cadentes. ille enim per flexiones asper ac violentus in Colchidem defertur, conuallium torrentibus multo imbri adauctis, ex imminentibus montibus arctus multis fontibus impletur ac postquam in campos venit, alia in se recipit flumina: auctus verò ac nauigabilis factus, exit in Pontum. Secus eum vrbs iacet eiusdem nominis & lacus non procul. Lucanus: Colchorum qui rura secat ditissima Phasis. Per hunc igitur fluuium Argonautæ cum Iasone in Colchon subierunt ad rapiendum aureum vellus. Ouidius in Metamorph. Multáque perpessi claro sub Iasone, tandem Contigerant rapidas limosi Phasidos vndas. Diodorus Siculus hanc expeditionem refert, & Ouid. lib. septimo Metam. Val. Flaccus, & Orpheus. *Grayis viris*] Argonautas intelligit: quos alij 44. alij 50. alij 60. fuisse scribunt. Lege ex Græcis Orpheum, Apollonium, & Diodorum Siculũ: ex Latinis, *C. Balbũ. *Cúmque Borysthenio*] De Borysthene ita scribit Herodotus: Quartus fluuius est Borysthenis secundùm Istrum omniũ maximus, vberrimus, pascua præbens amœnissima. idem ad potãdum suauissimus, liquidus inter turbidos fluens, 40. dierum nauigatione, vsque ad locum nomine Gerrum, cognoscitur ab Aquilone fluere: cuius tantum fontem ac Nili fontes, nec ipse possim, nec vllum Græcorum reor posse dicere. Idem quum ad mare Ponticum adueniat, Hypanis cum eo miscetur, eodem in loco mare irrumpens. *Liquidissimus Dyrapses*] Clarissimus seu limpidissimus ille fluuius, cuius tamen nullam apud autores mentionem inuenio, præterquam hic apud Ouidium. *Tacitè peragens*] sine murmure præcurrens.

Lene iter] placidum iter, & sine vllo strepitu.

Melanthus] Melanthus fluuius est in Pontum labens, quem Plinius Melanthium appellat. cuius verba hæc sunt: Inde flumina, Iasonium, Melanthium. & ab Amyso octoginta millia passuum Pharnacea oppidum, & reliqua. Est etiam Melas in Pontum cadens. cuius meminit Plinius & Valerius Flaccus, quum ait, Cythorus, Phrontis & Argus Æolidæ, fratérque Melas sed hic à Melantho differt. Quare apud Pliniũ Melanthum, non Melanthium legendum puto: vt hic apud Ouidium legitur, nisi literam more poëtico, & nota figuræ subtractam dicamus ab Ouidio. *Quique duas terras*] Tanaim designat ex fluminibus quæ apud Scythas sunt, quorum nomina pleraque commemorat Herodotus libro quarto, octauo loco ponitur Tanais: qui superius è vasta palude profluens, in aliam vastiorem diffunditur, nomine Mæotim: quæ discludit regios Scythas à Sarmatis. Scribit etiam Strabo libro vndecimo. Tanaim Europæ atque Asiæ terminum esse, ferrique à septẽtrionis partibus Nilo contrarium, eiúsque originem vt Nili incertã esse. quamuis quidam existimant eum fontes in Caucasijs montibus habere, quum multus ad septentrionẽ feratur. postea conuersum emittere in Mæotim. Quidam verò à superioribus Istri partibus eum deferri putãt. Pomponius quoque Mela de eo ita scribit: Ipse Tanais ex Riphæo monte deiectus, adeò præceps ruit, vt quũ vicina flumina, tũ Mæotis & Bosporus, tum Põti aliqua brumali rigore durentur: solis æstus hiemémq; iuxtà ferens: idẽ semper, & sublimis incitatúsq; decurrat. *Asiam Cadmique sororè*] Exponit quæ sint hæ duæ terræ, quas Tanais separat. Asia autem ita appellata est ab Asia vxore Promethei: quanquam Lydi hoc sibi nomen vendicant, asserentes ab Asio Manei filio Asiam appellatam, non ab vxore Promethei. Vnde & Sardibus familiam quandam esse vocatam Asiadem, vt est autor Herodotus. Per Cadmi verò sororem Europam accipe, quæ ita ab Europa filia Agenoris Phœnicum regis filia à Ioue rapta appellata est. Alij malũt ita appellari ab Europa Oceani & Tethyos filia. Dionysius scribit Europam ita appellatam à muliere deperdita. Herodotus verò libro quarto ita scribit: Europa autem neque an sit mari circumflua, neque vnde hoc nomen acceperit, neq; qui nominis autor extiterit, ab aliquo mortalium compertum est, nisi dicimus ab Europa Tyria nomẽ accepisse regionem, nec antè sicut cæteras nomen habuisse: tamen illam ex Asia fuisse constat. neque in hanc commeasse terram, quæ nunc à Græcis vocatur Europa: sed è Phœnice tantùm in Cretam, & è Creta in Aphricam. Varro tamen de Lingua Latina ita scribit: Asia dicta à nympha, à qua & Iapeto traditur Prometheus. Europa ab Europa Agenoris filia, quam ex Phœnice Manlius scribit taurum exportasse: quorum egregiam ex ære Pythagoras Tarenti fecit. *Inter vtrámque*] inter Europam & Asiam, quas ipse Tanais diuidit, vt diximus. *Innumerique alij*] & alij fluuij multi, quos citerter quadraginta esse diximus ex sententia Strabonis. *Quos inter maximus omnes, Cedere Danubius se tibi Nile negat*] Inter quos, inquit, Danubius, qui alio nomine Ister appellatur, maximus omnium Scythiæ fluminum, & qui non cedit Nilo, influit in Pontum. De quo ita scribit Herodotus lib. 4. At Ister omnium quos nouimus fluuiorum maximus semper sibiipsi par tam æstate, quàm hyeme, fluit ab Hespero primus omnium, qui sunt in Scythia: ob id omnium maximus, quòd alij in eum influunt, qui ipsum ingentem reddunt, per Scythiam delapsi numero quinque. Quòd autem Ister non cedat Nilo, idem videtur etiam sentire Herodotus libro secundo, scribens Nilum pari tractu atque Istrum meare. & paulo pòst addit, Istrum inter primos fluuios cognosci, &

Nilum solum videri æquiparandum Istro. Salustius tamen (vt Gellius scribit) omnium fluminum maximum esse Nilum: proxima magnitudine Istrum esse scripsit. Varro autem in tribus primis Europæ fluminibus Rhodanum esse ponit. per quod videtur eum facere Istro æmulum. Istrum autem Plinius asserit ortum in Germaniæ iugis montis Arbonæ, ac per innumeras lapsum gentes, Danubij nomine immenso aquarum auctu, & vnde primum Illyricum alluit, Istrum appellari, 60. amnibus receptis, medio fermè eorum numero nauigabili, in Pontum vastis sex fluminibus euolui. Scribit etiam Pompon. Istrum Nilo minorem, totidem tamen quot ille ostiis in Pontum fluere. Dionysius quoque tradit, nullum alium esse fluuium, qui aut magnitudine, aut aquarum copia, aut vtilitate possit cum Nilo conferri.

Copia tot laticum) copia tot aquarũ fluuialium. *Quas auget*) quas vndas maris ipsa aqua tot fluminum copia maiores reddit. *Adulterata vndas*) corrupit & mutatũ maris naturam. *Vires suas*) quæ sunt vt non astringatur gelu, vt dictum est. *Quin etiam stagno similis*) non modò, inquit, propter hęc flumina mare Ponticum amittit vires suas, verùm etiam colorẽ. Est enim similis colore lacui. Quærit Aristoteles in Problematib. cur mare Ponticum candidius sit, quàm Ægeum: & inter reliquas rationes eam assignat, quam hic etiam Ouidius exprimit. dicit enim hoc ideo accidere, quòd lacus omnes quàm maria candidiores sunt. Pontus autem in lacus speciem propemodum transiit, eò quòd multi in eum fluuij effluunt. Nec verè mari solum cãdidior lacus est, verumetiã fluuiis. Vnde pictores flumina pallida, mare cœruleum, lacũ candidum pingere non ineptè consueuere. *Pigraque paludis*) aquæ palustri nihil se mouenti. *Cæruleus vix est*) via retinet parum coloris proprij, hoc est, cœrulei. *Diluitúrque*) & imminuitur. *Innatat a freto*) natata super aqua marina. *Vnda dulcis*) aqua fluuialis. *Leuiórque marina est*) Causam assignat quare aqua dulcis innatat aquæ marinæ, quia illa leuior est. Plinius: Dulces mari inuehuntur leuiores haud dubiè. Ideo & marinæ, quarum natura grauior, magis inuecta sustinent. Idem etiã in lib. Problematum docet Aristoteles, quũ quærit, cur in mari melius quàm in fluuiis natare possumus: dicit enim, quòd qui natat sedulò aquę admitẽdo natatus: adniti autẽ firmius ad id possumus, quod corpulẽtius est. At aqua marina fluuiali corpulentior est, crassior enim est, & ad renitendũ validior. Hãc etiam ob causam demersi in mare, plus temporis valent tolerare, quàm in fluuiis. *Quæ propriũ mixto de sale pondus habet*) quæ aqua marina habet grauedinem illam propriam ab ipso mari, mixto tamen aquis illis dulcibus. quasi innuat aquas dulces innatare propter leuitatem: marinas verò illis mixtas subsidere, proprio & naturali pondere. *De sale mixto*) de salsedine illa immixta marinis aquis: quæ est causa quòd aqua marina põderosior sit. *Si aliquis roget*) si quis te interroget ô Poeta. Alloquitur autem seipsum, deinde respondet. *Cur hæc sint narrata Pedoni*) cur hæc Albinouano Pedoni Poetæ retuleris de Scythia, & de incommodis tuis. *Quidúe iuuerit*) & quid tibi profuerit. *Loqui illa*) ista scribere. *Certis modis*) veris modulationibus & carminibus minimè mendacibus. Nam sicut sagittam certam appellamus, quæ figitur vbi dirigitur: ita versus certos dicamus, qui ea quæ dicuntur, sine mendacio exponunt, nec quenquam fallunt. *Detinui dicam curas*) Causam assignat, cur hæc Pedoni narrauerit, quia scribendo animus occupatus, à dolore malorum liber fuit. *Tempúsque fefelli*) & tempus elapsum fuit. Fallimus enim tempus, quum in aliquo occupati sumus, & illud obliuiscimur, & sic curas ponimus. *Hunc fructum*) hanc vtilitatem, quòd curas detinui, & tempus fefelli. *Præsens ora*) hæc regio Scythica in qua sum. *Abfuerunt solito dolore*) dolorem consuetum deposui hæc scribendo. *At tu non dubio*) Nunc ad Pedonem vertit sermonẽ, qui Thesei gesta carmine complectebatur. *Non dubio carmine*) carmine celebri, eleganti, ac extra omnem aleam & dubitationem suæ præstantiæ ac magnitudinis posituм. Vel certè non dubio, hoc est, non dubiam laudem Thesei exponentia, sed certam. Vel non dubio, non mendaci, sed vera omnia de Theseo continentis. *Titulos tuæ materiæ*) virtutes & fidem erga amicos tui Thesei, de quo tractat. Is enim Pirithoum dicitur mira beneuolentia complexus fuisse. *Quem tueare*) cur non defendis illum imitando, exhibendo te mihi amico fidum. *Quem refers*) cuius Thesei gesta & laudes exponis. *Verum*) Thesea. *Vetat ille profectò Tranquillo comitem temporis esse fidem*) Theseus suo exemplo demonstrauit amico in aduersis, non in prosperis fidem præstandam, quia ipse etiam amico in aduersis semper affuit, vt vulgo legitur, & fides amici in aduersitatibus cognoscitur. *Qui quanquam est factis ingens*) qui Theseus, quamuis rerum gestarum gloria magnus habeatur.

Et conditur à te Vix tanto quantum debuit ore cani) & à te celebratur tanto ore, laudibus, quantis vix debuit cani. quasi innuat, maiores penè esse laudes Pedonis, & carmen, quo Theseum celebrauit, quàm quæ Thesei gesta, per se clara, etiam suis scriptis clariora redduntur. Ex quo magna est ipsius Poetæ laus. Est autem ordo. Et conditur à te tanto ore, quantus vix debuit à te cani. Malè autem sentiunt qui aduerbium illud coniungũt cum verbo conditur: vt dicat, Vix conditur. eo enim modo Ouidius Poetæ laudem deprimeret. *Est tamen quoddam imitabile*) est tamen aliquid in quo Theseum imitari possumus. *Ex illo*) ex eo tuo Theseo.

Inque fide Theseus quilibet esse potest) & vnusquisque in amore, & fide amicis præstanda, potest Theseum imitari, & esse idem quod ipse fuit Pirithoo, pro quo Theseus pugnauit contra Centauros, & illum vsque ad inferos ad rapiendam Proserpinam prosecutus est, vt fabulantur poetæ.

Non tibi sunt hostes ferro, clauáque domandi,
Per quos vix vlli peruius Isthmos erat.
Sed præstandus amor, res non onerosa volenti:
Quis labor est puram non temerasse fidem?
Hæc tibi, qui perstas indeclinatus amico,
Non est quòd lingua dicta tremente putes.

Mar. *Non tibi sunt hostes*) nolo, inquit, pro me pugnes quemadmodum Theseus pro Pirithoo. *Ferro*) armis. *Claua*) eo teli genere, quod à Pitho Corynetа prædone trucidato sustulit Theseus non procul à Trœzene, gessitque postea more Herculis in signum victoriæ. Sanè à claua clauiger à poetis Hercules appellatur: sicut etiam à claue, Ianus deus clauiger dicitur. *Per quos*) scilicet hostes. *Vix vlli peruius Isthmos erat*) vix Isthmon Corinthiacum quisquam adire poterat. Designat autem * Scynim latronem sæuissimum. qui (vt Diodorus scribit) in Isthmo Corinthiaco duas flexas pinus, atque vtrinque alligatis brachiis hominum sursum dimittens, corpus vi discerptum necabat. eum Theseus sustulit. Est autem Isthmos, terra angusta inter duo maria, quæ iter porrigit ad Chersonesum. Duo autem Isthmi celebres memorantur: vnus Achaicus, in quo fuit Corinthus, quem hic Ouidius prius minimè peruium fuisse dicit. Ouidius in Epistolis: Æquora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon, Et tenuis tellus audit vtrumque mare. Alter verò Isthmus est Thracius. *Sed præstandus amor*) sed mihi est opus fide & beneuolentia tua. *Res non onerosa volenti*) res hæc, quam à te peto, est non difficilis, si volueris. *Quis labor est?*) quæ difficultas est? *Puram non temerasse fidem*) non violasse fidem erga amicum candidam & sinceram.

Hæc tibi qui perstas) Ordo est: Non est quòd tu qui perstas indeclinatus, putes hæc dicta tibi lingua querente. Sensus est: Tu qui in fide erga me permansisti semper, non debes credere me hæc ideo scribere, vt de te querar. quasi innuat, se hæc magis scribere, vt eum hortetur ad id continuò præstandum.

Indeclinatus amico) qui nunquam à me amico declinasti. Est autem participium hoc ex his, quæ in voce passiua actiuam habent significationem, quemadmodum Consideratus, Disertus, Defectus, & alia huiusmodi. *Perstas*) permanes in fide. Legitur etiam Præstas, hoc est, exhibes officium tuum. vt sit ordo: Præstas amico, subaudi officium.

Hæc dicta tibi) hęc quæ superius dixi de fide Thesei à me tibi exposita. *Lingua querente*) sermone quo de te videar conqueri.

A

IN VNDECIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD GALLIONEM.

Gallio crimen erit vix excusabile nobis
Carmine te nomen non habuisse meo.
Tu quoque enim, memini, cælesti cuspide facta
Fouisti lacrymis vulnera nostra tuis.
Atque vtinam rapti iactura læsus amici
Sensisses vltrà, quod querere, nihil.
Non ita dijs placuit, qui te spoliare pudico
Coniuge crudeles non habuere nefas.
Nuncia nam luctus mihi nuper epistola venit,
Lectáque cum lacrymis sunt tua damna meis.
Sed neque solari prudentem stultior ausim,
Verbáque doctorum nota referre tibi:
Finitúmque tuum si non ratione dolorem.
Ipsa iam pridem suspicor esse mora.
Dum tua peruenit, dum littera nostra recurrens
Tot maria, & terras permeat, annus abit.
Temporis officium solatia dicere certi est,
Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem.
At cùm longa dies sedauit vulnera mentis,
Intempestiue qui mouet illa, mouet.
Adde quod, atque vtinam verum tibi venerit omen,
Coniugio felix iam potes esse nouo.

MAR. Gallio crimen erit) Fa[c]tus Poeta certior Gallionis amici literis de obitu huius vxoris, primò dicit nefas ducere non celebrare illum suis carminibus, quandoquidem ille casum suum lacrymis & dolore semper prosecutus sit. quod inde

B dicit se fecisse audita vxoris eius morte. Deinde exponit minimè audere eum consolari, propterea quòd ipse prudentior optime nouit ea quæ sunt in eam rem ab autoribus scripta: addítque fore, vt toto intervallo illo temporis, quo eius literas accepit, quóque ipse suas ad eum mitteret propter locorum distantiam, dolor eius minueretur. Tertiam etiam rationē subiungit, cur nolit vllo cō-

C solationis genere, quòd fortasse alia ducta vxore noua huiusmodi literæ intempestiuè accederent. *Vix excusabile*) vix quod possit excusari. *Carmine meo*) in hoc meo opere. *Nomen*) indicem nominis tui, testem tui in me amoris. *Cælesti cuspide*) diuino ictu. *Facta nostra vulnera*) calamitatem hanc meam, qua affectus fui. Intelligit autem relegationem. *Fouisti tuis lacrymis*) lacrymis tuis prosecutus es & dolore.

Rapti amici) mei tibi adempti exilio, & Augusti iussu.

Sensisses nihil vltra) nihil aliud doloris accepisses. Quem statim exprimit subditio versu. *Quod querere*) quod questu & luctu tuo declarares. *Nuncia luctus*) luctum &

D dolorem tuum mihi afferens. *Tua damna*) vxoris tuæ obitus, qui tibi damnum attulit. *Stultior*) ego minus prudens. *Verba doctorum*) dicta scriptorum & philosophorum, rationes ostendentium, homines non debere prosequi mortuos lacrymis. *Finitum esse ipsa mora*) ipsa longinquitate téporis esse

G labefactum. *Si non ratione*) Duo dicit dolorem posse tollere, aut scilicet rationes ostendentes non esse morte dolendum, aut temporis diuturnitatem: quam postremam dicit se existimare profuisse Gallioni ad leuandum dolorem, si rationibus eius animus concussus moueri non potuit. *Dum tua peruenit*) dum tua ad me epistola perlata est. *Dum littera*, &c.) dum itidē mea

H epistola ad te perferenda. *Permeat*) perlabitur.

Temporis officium) Sensus est: Debemus afflictos consolari certis & suis temporibus, quum homines dolent, non autem quando iam dolor abiit. *Temporis certi*) temporis sui & conuenientis. *Officium est*) amici munus est. *Dicere solatia*) verba consolatoria afferre. *Dum dolor in cursu est*) dum sæuit dolor. *Dum petit æger opem*) dum qui dolet, indiget consolatione. *At quum longa dies*) at quum diuturnitas temporis. *Sedauit vulnera mentis*) dolorem animi leniuit. *Intempestiuè mouet*) tempore non

I suo & minimè conuenienti agitat & tractat.

Qui mouet illa) qui ea vulnera obducta, & dolorem iam pene obliuioni traditum vexat, & in memoriam adducit consolando. *Atque vtinam verum tibi venerit omen*, atque vtinam verum tibi augurium afferam, nunciando hæc quæ subiungit Poeta.

Coniugio nouo) nuper noua ducta vxore.

IN DVODECIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD TVTICANVM

Quo minus in nostris ponaris amice libellis,
Nominis efficitur conditione tui.
Ast ego non alium prius hoc dignarer honore:
Est aliquis nostrum si modo carmen honor.
Lex pedis officio, fortunáque nominis obstat,
Quáque meos adeas, est via nulla modos.
Nam pudet in geminos ita nomen scindere versus,
Desinat vt prior hoc, incipiátque minor.
Et pudeat, si te qua syllaba parte moretur,
Arctius appellem, Tuticanúmque vocem.
Et potes in versum Tuticani more venire,
Fiat vt è longa syllaba prima breuis.
Aut vt ducatur, quæ nunc correptius exit,
Et sit porrecta longa secunda mora.
His ego si vitijs ausim corrumpere nomen,
Ridear, & meritò pectus habere neger.
Hæc mihi causa fuit dilati nominis huius,
Quod meus adiecto fœnore reddet ager.
Téque canam quacunque nota, tibi carmina mittam
Penè mihi puero cognite penè puer.

MAR. Quo minus in nostris) Ad Tuticanum scribens Poeta, causam assignat, cur nullam eius mentionem fecit in libris suis. Deinde commemorat amicitiam, quæ sibi cum illo fuit vsque

E ad eam ætatem semper arctissima. Postremò illum rogat, vt apud principem tueatur, ac iuuet partes suas.

Quo minus ponaris) vt non scribaris & nomineris. *Conditione tui nominis*) qualitate & sorte tui nominis: quod non potest in versu poni syllabis repugnantibus, vt statim subdit. *Alium*) aliam personam. *Dignarer*) dignum indica-

F rem. *Hoc honore*) hac laude, scilicet nomen tuum ponendo in libellis meis. *Si modò est aliquis honos*) si modò est gloria aliqua. *Nostrum carmen*) nostra descriptio. Hoc autem dicit, vt arrogantiam euitet, ne sibi nimium videatur assumere. *Lex pedis*) lex & ratio metrica quæ non patitur in versu hexametro, & pentametro poni alios pedes,

K quàm dactylum & spondæum: & aliquando trochæum in fine. *Obstat officio*) aduersatur & repugnat officio meo. quod erat, vt te nominarem. Vel hoc ordo: Lex scilicet metrica obstat officio pedis. *Fortunaque nominis*) & sors nominis tui, quod es adeptus. *Qua adeas meos modos*) qua nomen tuum ponatur in meis carminibus. *Nam pudet*)

L nam dedecus videtur.

In geminos versus) in duos versus: ponendo in calce hexametri partem nominis tui priorem, scilicet Tuti: & alteram in principio pētametri, scilicet Canus. *Ita scindere nomen*) ita nomen tuum diuidere. *Desinat vt prior hoc*) vt prior versus, id est, hexameter, terminet & finiat in hoc tuum nomen scilicet in Tuti. *Incipiatque minor*) &

vt minor versus, hoc est, pentameter incipiat à reliqua parte tui nominis, scilicet à Canus. *Et pudeat*) & erubescam etiam, si voluero nomen tuum integrum ponere, nec diuidere. *Qua syllaba parte moretur*) ea parte, qua syllaba producatur. *Arctius appellem*) strictius & breuius nominem, ponendo syllabam breuem, quæ natura aliter produci debet. *Tuticanúmque vocem*) Hoc enim modo Poeta penultimam syllabam, quæ est longa, corriperet. *Et potes venire in versum*) & nomen tuum potest ita poni in versu, vt sequitur, Tuticani more: eo more, quo hic ponitur hæc dictio: in qua prima nominis syllaba breuis ponenetur, quum sit longa. Quare ostendit necesse esse, aut primam syllabam nominis corripere contra naturam, aut penultimam. *Fiat breuis*) corripiatur. *E longa*) quum sit producta.

Vt syllaba prima) vt huius nominis Tuticani prima syllaba. *Aut vt ducatur*) aut vt producatur. *Quæ nunc correpta exit*) ea syllaba, antepenultima scilicet Ti, quæ nunc corripitur. *Et secunda*) hoc est, secunda huius nominis syllaba, scilicet Ti. *Sit longa*) ponatur longa. *Porrecta mora*) pro ducto tempore, & prolatione. Nam vnaquæque syllaba longa, duo habet tempora: breuis verò vnum tantùm. *Hæc vitiis*) ponendo longam pro breui, & econtra.

Corrumpere) incongruè & inconcinnè ponere. *Rideat*) deludat. *Pectus habere*) habere cor & mentem: cuius sedes (vt plerique philosophi voluere) est in pectore, ad quam sensus ex omni corporis parte conueniunt, vbi vis rationis & intelligentiæ versatur. Vnde quum poetæ quempiam carere intelligentia dicunt, & ratione ac mente, eum dicunt non habere pectus, aut cor. Ausonio Remtorisco Rufus dixit in versu suo: Cur ergo versus immo Ruffus non habet. Hinc etiam dicitur vecors, amens. Alij verò mentis sedem in capite & cerebro esse dixerunt.

Causa bonus nominis dilati) causa vt nomen tuum à musis & carminibus alienum protraheretur in hunc vsque diem. *Fuit mihi hæc*) fuit mihi talis, qualis dicta est.

(*Quod*) subaudi nomen. vel quam dilationem nominis. *Meum agri*) meum ingenium, per metaphoram. *Adoltis fœnore*) audito lucro. Fœnus enim propriè prouentus est ex naturali terræ fructu, postea verò ad vsuram translatum est. *Téque canam*) & te laudabo. *Quacunque nota*) quocunque aspera errore, & quibuscunque literis composita, vel syllabis productis, pro breuibus: & econtra. *Mihi penè puero*) mihi Ouidio quasi puero. *Penè puer*) tu quasi etiam puer.

Téque canam, quacunque nota, tibi carmina mittam) Hoc est, quibuscunque notis atq. indiciis viro, ad te, vel nomen tuum significandū. Quasi dicat, quia te proprio nomine appellare in carmine nō possum, vtor notis quibuscunq; potero, vnde intelligat te significasse. Id quod statim elegia ab hac tertia sequente facit, vbi ait, Hæc tibi mittuntur, quem sum modò carmine questus, Non aptum numeris nomen habere meis.

Pérque tot annorum seriem, quot habemus vterque,
Non mihi quàm fratri frater amate minus.
Tu bonus hortator, tu dúxque, comésque fuisti,
Cùm regerem tenera frena nouella manu.
Sæpe ego correxi sub te censore libellos,
Sæpe tibi admonitu facta litura meo est.
Dignum Mæoniis Phæacida condere chartis,
Cùm te Pierides perdocuere Deæ.
Hic tenor, hæc viridi concordia cœpta iuuenta
Venit ad albentes illabefacta comas.
Quæ nisi te moueant, duro tibi pectora ferro
Esse, vel inuicto clausa adamante putem.
Sed priùs huic desint & bellum, & frigora terræ,
Inuisus nobis quæ duo pontus habet:
Et tepidus Boreas, & sit præfrigidus Auster,
Et possit fatum mollius esse meum,
Quàm tua sint lapso præcordia dura sodali.
Hic cumulus nostris absit, abéstque malis.
Tu modò per superos, quorum certissimus ille est,
Quo tuus assiduè principe creuit honor.
Effice constanti profugum pietate tuendo,
Ne sperata meam deserat aura ratem.
Quid mandem quæris: peream, nisi dicere vix est,
Si modò, qui periit, ille perire potest.
Nec quid agam inuenio, nec quid nolímve, velímve,
Nec satis vtilitas est mea nota mihi.
Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re, consiliúmque fugit.
Ipse, precor, quæras, qua sim tibi parte iuuandus,
Quóve viam facias ad mea vota vado.

Tot annorum) Agebat enim Ouidius quinquagesimum annum, & amplius. *Quot habemus vterque*) quot nos ambo nati sumus. *Non amate minus mihi*) non minus mihi dilecto. *Quàm frater fratri*) quàm frater à fratre amatur. *Tu bonus hortator*) tu me hortabaris ad virtutes capessendas. *Quum regerem*) quum moderarer. *Tenera manu*) iuuenili moderamine. *Frena nouella*) tyrocinium & lubricum ætatis pullulantis. *Correxi libellos*) emendaui mea carmina. *Sub te censore*) sub te iudice. *Sæpe litura est facta tibi*) sæpe etiam tu expunxisti in tuis scriptis aliqui. *Meo admonitu*) me ita te monente, vt expungeres. *Dignum Mæoniis*) Ordo iste dependet à superiori sensu. & est talis: Sæpe litura est facta tibi meo admonitu. *Quum dea Pierides perdocuere te cōdere Phæacida dignā Mæoniis chartis*) Delesti inquit, & tu quædam meo admonitu in Phæacide tua, quæ erat digna propter eius sublimitatem comparari versibus Homeri, & scribi in iisdem chartis, in quibus scripsit Homerus opus suum. quia carmen tuum meretur talem chartam, qualem habuit Homerus in scribēdo eius carmine diuino. ex quo magna est Tuticani laus, cuius carmina Homericis carminibus paria fuisse dicit. *Dignū Mæoniis chartis*) dignū habere tales chartas, quales habuit opus Homeri ea Mæonia, seu Lydia prouincia. à quo Mæonius appellatus est: vel à Mæone, Lydorū rege, qui illum susceptū pro suo educauit, vt scribit Plutarch. *Phæacida*) opus cōtinens materiā Alcinoi regis Phæacū, qui fuit iustissimus: ad quē Vlysses naufragus venit, qui regio cōuiuio susceptus, errores suos enarrauit. cui rex Nausicaæ filiæ coniugiū offerebat. quod ille renuēs, discessit multis ab eo muneribus donatus, & naue ei sociis. Hæc omnia continebantur in eo opere, quod ille ab insula Phæacia, Phæacū patria, in Ionij ma-ris littore, quæ alio nomine Corcyra dicta fuit, Phæacida nominauit, quemadmodum Statius Thebaida. *Pierides deæ*) Musæ quæ poetis præsunt. *Hic tenor*) talis ordo dilectionis. *Hæc concordia*) talis amicitia. *Viridi iuuenta*) in ætate iuuenili. *Ad albentes comas*) ad senectam, in qua canos capillos habemus. *Illabefacta*) inconcussa. *Quæ nisi te moueant*) quibus supradictis nisi ad me amandū mouearis. *Pectora esse duro ferro*) mentē tuam, cuius sedem diximus esse in pectore, durissimā vt ferrū, & minimè ad amorē flexibilem. *Vel clausa adamante inuicto*) vel putem etiam mentē tuam, quam per pectora designat, esse septā lapide adamantino. Cuius durities tanta esse scribitur, Vis vt nulla virûm, non ipsi excindere ferro Cœlicolæ valeant. rumpitur tamen sanguine hircino, dicēte Plinio. Siquidem alla inuicta vis duarū violentissimæ naturæ rerū ferri ignisq; contemptrix, hircino rumpitur sanguine, ac ne aliter quàm recēti calidóq; macerata, & sic quoq; multis ictibus: tunc etiā præter quàm eximias incudes malleósque ferreos frangēs. *Hæc terræ*) huic Scythicæ regioni, in qua sit.

Et bellum & frigora) his enim duobus malis potissimū Scythia infestatur. *Inuisus Pontus*) regio Pōtica mihi odiosa. *Et tepidus Boreas*) & Aquilo qui frigidus flatu est, vt diximus, prius fuerit calidus. *Et sit præfrigidus Auster*) & auster etiam fuerit prius valde frigidus: flat enim a meridionali plaga, ideo est calidus. *Et meum fatum possit esse melius*) & mea hæc exilij calamitas poterit esse mitior. quod videtur esse impossibile. *Quàm tua præcordia*) quàm tuum cor & mens. *Sint dura*) sint crudelitati vlli obnoxia & clausa. *Sodali lapso*) mihi amico tuo in exilium eiecto propter errorē. *Hic cumulus*) hæc coaceruatio mali: quòd scilicet sis mihi durus. *Absit*) remoueatur. *Abéstque*) & remouetur: quia scio te non esse in

me dorum *Per superos*) per Cæsares, Tiberium scilicet, & liberos. *Certissimus* indubitatissimus. *Ille*) Tiberius scilicet. *Assiduè crescit*) semper est auctus. *Constanti pietate*) firmo & indubitato amore. *Profugum*) me eundem. *Ne aura sperata*) ne fauor tuus, vel creditus spes mea. *Deserat eadem*) me destituat. Loquitur autem metaphoricè. *Quid mandem*) quid tibi iniungam. *Nisi dicere vix est*) nisi est difficile hoc exponere. *Si modo qui perij*) si modò ego qui iam perij: quia exul, sum tanquam mortuus. Hoc autem dicit, corrigendo se: quia dixerat in superiori carmine, Pereâ nisi dicere vix est. *Nec quidquam inuenio*) nec reperio quid mihi iniungendum tibi sit. *Velim ve*) & à te petam. *Mea vtilitas*) quia mihi expediat.

Miseros) infelices, & affectos aliqua calamitate. *Prudentia*) virtus illa quæ despicit quid agendum, quidve dicendum: & econtrà. Videmus enim hoc viuentibus, vt animo consternati, quid in dubiis consiliis capiendum sit, non intelligant. *Et sensus*) & intelligentia. *Cum re*) cum fortunis & vtilitate. *Consiliumque*) & deliberatio. *Ipse precor quæras*) precor, vt tu ipse inquiras. *Qua sim tibi parte iuuandus*) quomodo possis mihi opem ferre, aut in qua re. *Quóve vado*) & quo loco tuto. Sic etiam dicimus, Rem esse in vado, quæ est in loco tuto. Sunt qui legât non Vado, sed Modo. In plerisque exemplaribus legitur etiam, Vide, non Vado. vt sit ordo: Et vide, quo scilicet modo, & reliqua. *Facias viam*) debeas peruenire. *Ad mea vota*) ad desiderium meum: quod est, vt reducar, aut transferar in exilium mitius.

Dignam Mæonijs Phæacida condere chartis) Non est ita materialiter exponendum, Mæoniis chartis, quasi dicat, simili charta scribendam esse Tuscani Phæacidam, ei qua Homerus vsus fuit: quid enim si talis nulla tum reliqua fuisset? sed [illegible] aut per metonymiam accipiendum, vt d[icat] eam chartis Homeri vocet, quæ possit cum Homeri scriptis comparari. quemadmodum dicimus, orationem olentem Demosthenis lucernam, non quæ ad idem illud oleum Atheniensi scripta fuerit, sed quæ simili studio ac diligentia composita sit.

IN DECIMAMTERTIAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD CARVM.

O Mihi non dubios inter memorande sodales,
Qui quod es, id verè Care vocaris, aue.
Vnde saluteris, color hic tibi proximus index,
Et structura mei carminis esse potest.
Non quia mirifica est, sed quòd non publica certè:
Qualis enim cunque est, non latet esse meam.
Ipse quoque vt titulum chartæ de fronte reuellas,
Quid sit opus videor dicere posse tuum.
Quamlibet in multis positus noscere libellis,
Pérque obseruatas inuenière notas.
Produnt autorem vires, quas Hercule dignas
Nouimus, atque illi, quem canis, esse pares.
Et mea Musa potest proprio deprensa colore
Insignis vitijs forsitan esse suis.
Tam mala Thersiten prohibebat forma latere,
Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.
Nec te mirari, si sunt vitiosa, decebit
Carmina, quæ faciam penè poeta Getes.
Ah pudet, & scripsi Getico sermone libellum,
Structáque sunt nostris barbara verba modis.
Et placui, gratare mihi, cœpique poetæ

O *Mihi non dubios*] Ad amicû nomine Carum, poetã, & Cæsarum præceptorê scribens Poeta, primò dicit eum posse intelligere ex chartæ colore, & carminis structura, vnde hæc epistola veniat: quemadmodum ipse quoque cognosceret eius carmen ex stylo, etiamsi non apponeret titulum. Postea subdit se carmen etiam côposuisse lingua Getica in laudem Augusti, Liuiæ, & eius liberorum: quæ quum Getis legisset, quidam affirmauit fore, vt a Cæsare carminis eius causa in patriam restitueretur. Postremo eum per amicitiã rogat, vt quum iam agatur sextus annus, quo exulat, velit procurare, vt saltem in locum faciliorem tradatur. *Inter non dubios sodales*] inter socios non dubiæ, sed certæ fidei. *Qui vocaris id verè quod es*] qui appellaris Carus, quum vere sis hoc dignus nomine. Carum enim (vt scribit Cicero in primo de Nat. deorum) verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est deductum. *Vnde saluteris*] à quo salus ad te mittitur de more scribentium in principio huius epistolæ. *Color hic*] hæc scribendi qualitas. Vnde etiam colores rhetoricos appellamus ipsas qualitates & species dicendi. Vel certè (quod magis placet) color, chartæ attritæ, & squalentis atque sectantium manibus, cognoscentium hãc ipsam epistolam è longinquis regionibus. literæ enim (vt videmus) quò longiùs perferuntur, eò redduntur magis decoloratæ.

Tibi proximus potest esse index] subitò tibi potest indicare.

Et structura mei carminis] & compositio mei versus. *Non quia mirifica est*] non quia hæc structura est laudabilis & mira. *Sed quod non publica certè*] sed quòd certè non est talis, vt dignam existimem, quæ in publicum prodire debeat. quæ enim in publicum eduntur, solent castigatissima emitti, vt criticos, & rhonchos derisorum non timeant.

Qualiscunque est] qualiscunque est hæc mea structura: hoc est, vel non mirifica, nec digna in publicum venire.

Non latet esse meam] non te fugit esse à me compositam. *Ipse quoque vt reuellas*] quamuis tu quoque amoueas. *Titulum de fronte chartæ*] nomen tuum de prima facie & pagina.

Quod sit opus tuum] quod opus sit a te compositum.

Videor posse dicere] videor posse intelligere, qui stylum tuum & carminis structuram cognosco. *Noscere*] cognoscere opus tuum.

Per notas obseruatas] per signa quædam à me deprehensa.

Inuenière] cognosceris.

Produnt autorem vires] carminis tui sublimitas manifestat facilè tuum scribendi genus.

Quas Hercule dignas nouimus] quas cognouimus esse dignas eo viro, cuius laudes & gesta describis.

Et mea musa potest] sic vt tu cognosceris carminis magnitudine, ita & ego possum cognosci propria qualitate carminis obnoxij multis vitiis.

Tam mala Thersiten] Thersites fuit valdè deformis, vt in conuiuationibus nostris in Ouid.) secundum de Remedio amoris diximus. erat autem ob deformitatem maximè notus in exercitu Græcorum, quemadmodum etiam suum carmen Poeta dicit cognitum esse suis vitiis. ex quo colligit, rem aliquam posse bene notam non [illegible] suis excellenti pulchritudine, quàm turpitudine.

Quam pulchra Nireus] Nireus Charopis filius fuit, & Aglaies ex Syme insula ad bellum Troianum profectus omnium pulcherrimum illum fuisse scribit Homerus libro secundo Iliados præter Achillem. Ouidius libro secundo de Arte amandi, Sit licet antiquo Nireus adamatus Homero: ibi de Nireo plura diximus.

Si sunt vitiosa] si sunt plurimis vitiis referta.

Quæ faciam penè poeta Getes] quæ ego quasi poeta barbarus compono: nam lingua Getica nunc cœpi carmina componere.

Getico sermone] linguâ Scythica.

Sunt structa] sunt composita.

Nostris modis] Latinis rythmis, & numeris quibus vtimur in carminibus Latinis.

Barbara verba] verba Getica.

Et placui] & à Getis laudari sum cœptus, hanc ob causam.

Gratare mihi] mihi gratulare.

Nomen poetæ] nomen vatis. *Inhumanos*] feros.

Inter inhumanos nomen habere Getas.
Materiam quaris: laudes de Cæsare dixi.
Adiuta est nouitas numine nostra dei.
Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus, in ætherias numen abisse domos:
Esse parem virtute patri, qui frana rogatus
Sæpe recusati ceperit imperii.
Esse pudicarum te Vestam Liuia matrum:
Ambiguum est nato dignior, anne viro.
Esse duos iuuenes firma adiumenta parentis,
Qui dederint animi pignora certa sui.
Hac vbi non patria perlegi scripta camæna,
Venit & ad digitos vltima charta meos:
Et caput, & plenas omnes mouere pharetras,
Et longum Getico murmur in ore fuit.
Atque aliquis, scribas hac cùm de Cæsare dixit,
Cæsaris imperio restituendus eras.
Ille quidem dixit, sed me iam Care niuali
Sexta relegatum bruma sub axe videt.
Carmina nil prosunt, nocuerunt carmina quondam,
Primáque tam miseræ causa fuêre fugæ.
At tu per studij communia fœdera sacri,
Per non vile tibi nomen amicitiæ:
Sic capto Latijs Germanicus hoste catenis
Materiam vestris præbeat ingenijs.
Sic valeant pueri votum commune duorum,
** Queis laus formandis est tibi magna datis.*
Quanta potes præbe nostra monimenta saluti,
Quæ, nisi mutato nulla futura loco est.

Materiam quæris) interrogas quæ sit materia, quam complexus sum sermone Getico. *De Cæsare*) de Augusto Cæsare. *Nostra nouitas*) nostrum nouum scribendi genus: quia nunquam antea scripsi hoc genere sermonis. *Numine Dei*) numine Cæsaris Augusti. Legitur etiam munere Dei. *Patris Augusti*) Augusti Cæsaris patris patriæ. *In æthereas domos*) in plagam cœlestem.

Numen) animam Augusti Cæsaris defuncti.

Esse parem virtute patri) docui etiam, virtute non inferiorē esse Tiberium patri Cæsari Augusto.

Qui frena rogatus) qui Tiberius diu summam imperij recusauit, vt docet Tranquillus. *Esse Vestam*) & docui etiam in libello meo composito lingua Getica, te Liuiam Cæsaris vxorem esse alteram deam Vestam, & pudicitiæ specimen inter matronas. *Matrum pudicarum*) castarum matronarum, quasi dicat, quemadmodū virginum dea est Vesta, sic matronarum dea est Liuia. *Nato dignior*) dignior sit filio Tiberio. *An ne viro*) an sit dignior marito Augusto: ea enim sua amplitudine cum vtroque certat. *Esse duos iuuenes*) Dixi etiam in codē libello esse duos adolescentes, Germanicum scilicet iuniorē, filium Drusi priuigni Augusti naturalē, & per adoptionem Tiberij quoq;, & alterum, Drusum Tiberij filium naturalem. *Firma adiumenta parentis*) firma præsidia Tiberij patris. *Cui*) scilicet parenti Tiberio. *Dederint certa pignora sui animi*) certis experimentis & indicijs (vt diximus) ostenderint se fore firma adiumēta parentis. Videtur autem Poeta hic latenter exprimere quod de Germanico Iuniore diximus: cui quum summa imperij deferretur à legionibus vniuersis in Germania, Tiberium imperatorē pertinacissimè recusantibus, excessu Augusti nunciato, ac sibi summam Reipublicę deferētibus, compescuit. *Hæc*) has laudes supradictas. *Non patria camæna*) non musa & lingua Romana, sed Scythica. *Scripta*) composita. *Perlegi*) Scythis recitaui. *Venit ad meos digitos*) meis manibus tractata est recitando. *Et caput*) quasi laudādo opus illud, & affirmando id fore causam, vt reduceretur in patriam Poeta, mouêre & caput & pharetras: quas ipsi semper gestabāt, quasi per pharetras & sagittas iurarent & affirmarent ita fore. *Et omnes*) & cuncti scilicet Getæ, qui interfuere recitationi meæ. *Plenas pharetras*) thecas plenas sagittarum. *Et longum murmur*) & longus de hac re sermo. *In ore Getico*) in ore Scytharum. *Atque aliquis*) & aliquis ex illis Scythis, qui meæ recitationi interfuit. *Quum scribas hæc de Cæsare*) quum hęc quæ audiui à te recitata, in laudem Cæsaris componas. *Cæsaris imperio*) vel imperio Cæsaris, hoc est, Romæ: vel iussu Cæsaris. *Sub niuali axe*) sub septētrionali plaga, hoc est, in Scythia vbi sunt niues & frigora. *Sexta bruma*) sextus annus. *Relegatum*) extorrē & exulem. *Carmina nil prosunt*) nil mihi opitulantur carmina mea in laudem Cæsaris edita lingua Scythica [imò non Getica tantū, sed & Latina in Cæsaris laudes composita.] *Nocuerunt quondam*) obfuere olim, quū scripsi amatoria. *Prima causa*) principiū. *Tam miseræ fugæ*) tam infelicis exilij. *Studij sacri*) Sacrum studiū appellat poeticam facultatē, cui Apollo præest. *Per cōmunia fœdera*) per studia poeticæ artis cōmunia, quæ nos quasi quodā fœdere cōiungūt. Inducunt enim cōmunia studia vim quandā ad se mutuò amandum etiam e- nim Carus poeta, vt etiā Ouidius 5. *Non vile tibi*) non tibi vulgare, quia soles amicos magnifacere.

Capto hoste) debellata Germania, & deductis captiuis. *Germanicus*) Germanicus Iunior filius Tiberij per adoptionem. *Latijs cathenis*) nodis Italicis, quibus captiui ligabātur. *Materiā vestris*) det vobis materiā scribēdi talem triumphum. Assumpserat autē Drusus expeditionem Germanicā, adhuc viuente Augusto, & paulo ante mortē, vt diximus. *Sic valeant pueri*) sic sint incolumes pueri Germanici: quos Germanicus iunior eorum pater Caro præceptori erudiendos tradiderat. Intelligit autē Neronem, Drusum, & Caium Cæsarē. *Votum commune duorum*) idem votum tui & mei: ambo enim optamus vt valeant pueri, quos erudiendos suscepisti. *Quis datis formandis*) quibus pueris tibi ad erudiēdum datis, magna laus accessit tibi. *Est tibi magna laus*) est tibi magna gloria. Summorum enim hominū liberos erudire gloria est, vt in quadā nostra Apologia diximus. *Monumēta*) memoriā aliquā. *Quæ*) scilicet salus. *Nisi mutato loco*) nisi transferar in exilium mitius, & magis propinquum Italiæ.

Qui frena rogatus Sæpe recusati ceperit imperij) De hac re Tacitus lib. 1. his verbis: Versæ inde ad Tiberiū preces & ille variè disserebat, de magnitudine imperij, sua modestia: solam diui Augusti mentem tantæ molis capacem: se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quam arduum, quàm subiectum fortunæ regendi cuncta onus. Proinde in ciuitate tot illustribus viris subnixa, non ad vnum omnia deferrent, plures facilius munia reipublicæ sociatis laboribus executuros, &c. Vide quæ eodem loco sequuntur.

IN DECIMAMQVARTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD TVTICANVM.

HAEC tibi mittuntur, quem sum modò carmine questus
Non aptum numeris nomen habere meis.
In quibus, excepto quòd adhuc vtcunque valemus,
Nil me præterea, quod iuuet, inuenies.
Ipsa quoque est inuisa salus, súntque vltima vota,

HÆC *tibi mittuntur*) Ad eundem Tuticanum, ad quem superius scripserat, hanc etiam epistolam mittit Poeta: dicitque se quemcunque locum, vel incommodissimum, magis optare vbi exulet, quàm Tomitanā vrbem. Deinde se excusat, quòd non debēt Tomitæ id ægrè ferre, siquidē locum, non homines vituperat. Postremò fatetur se ab eis affectum fuisse pulcherrimis beneficijs nec sua ipsiu patriā potuisse illi maiorem beneuolentiam ostēdere.

Modò) paulo antè. *Non aptum meis numeris*) non commodum, vt poni possit in meis versibus. *In quibus*) Ordo est: In quibus scilicet carminibus meis nihil præterea inuenies quod iuuet me, excepto quòd adhuc valemus.

Vtcunque)

Vtcumque] hoc est qualitercunque. quasi dicat: Valeo corpore, etiamsi animo non ita bellè valeam in his locorum incommodis. *Vltima Geta*] supremum desiderium meum.

Quolibet ex istis scilicet ire locis.
Nulla mihi cura est, terra quò muter ab ista.
Hac quoque, quam video, gratior omnis erit.
In medias Syrtes, mediam mea vela Charybdim
Mittite, præsenti dum careamus humo.
Styx quoque, si quid ea est, bene commutabitur Istro,
Si quid & inferius, quàm Styga, mundus habet.
Gramina cultus ager, frigus minus odit hirundo,
Proxima Marticolis quàm loca Naso Getis.
Talia succensent propter mihi verba Tomitæ,
Iraque carminibus publica mota meis.
Ergo ego, cessabo nunquam per carmina lædi?
Plectar & incauto semper ab ingenio?
Ergo ego ne scribam, digitos incidere cunctor?
Telaque adhuc demens, quæ nocuere, sequor?
Ad veteres scopulos iterum deuertor, & illas,
In quibus offendit naufraga puppis, aquas.
Sed nihil admisi, nulla est mea culpa Tomitæ,
Quos ego, cùm loca sim vestra perosus, amo.
Quilibet excutiat nostri monimenta laboris,
Littera de vobis est mea questa nihil.
Frigus, & incursus omni de parte timendos,
Et quòd pulsetur murus ab hoste, queror.
In loca, non homines, verissima crimina dixi:
Culpatis vestrum vos quoque sæpe solum.
Esset perpetuò sua quàm vitabilis Ascra,
Ausa est agricolæ Musa docere senis.
At fuerat terra genitus, qui scripsit, in illa:

MER. *Quolibet*] ad quemuis alium locum. *Ex istis locis*) Ex Scythia & exilio Tomitano. *Nulla mihi cura est*) nulla est mihi solicitudo hoc est, nil curo. *Terra quo muter ab ista*) ad quem locum & exilium aliud transferar ex vrbe Tomitana. *Hac*) ista terra Scythica vbi nunc sum. *Quam video*) quam terram Scythiæ quotidie aspicio. *Omnis*) quæcunque alia terra. *In medias Syrtes*) in medio illo loco maris periculoso circa fines Africæ. Est enim in eis (autore Floro) magna inæqualitas maris & terræ, & in vno quidem loco profundissima fit aqua, in alio vadosa, nec in eodem statu permanet. Sunt autem Syrtes in Africa maiores & minores: separantúrque ducentorum quinquaginta millia passuum interuallo. Minor distat à Carthagine (vt scribit Polybius) trecentis millibus passuum, atque totidem ambitus. Maior verò ambitum quadringentorum 25. millium passuum complectitur. De Syrtibus legito etiam Lucanum ac Salustium: & nos alibi plura diximus. *Mediam Charybdim*] in medium etiam periculum illud maris, de quo antea abundè dictum est. *Præsenti humo*) Tomitano exilio, vbi in præsentia exulo. *Styx quoque bene commutabitur Istro*) palus etiam illa Styx, quæ dicitur esse apud inferos, à me magis eligetur pro exilio, quam solum Tomitanum Istro flumini finitimum. *Si quid ea est*) si ea palus est aliquid. quasi dicat, si verum est, quod dicunt de ea poetæ, quòd sit apud inferos. *Bene commutabitur*) bene à me videbitur permutanda. *Si quid & inferius*) & illud etiam bene commutabitur Istro, si mundus habet aliquid inferius & incommodius Stygia palude. *Gramina*) herbas inutiles & lolium, ... tur, odit minus. *Frigus minus odit hirundo*) hirundo, quæ naturaliter frigus timet, illud minus odit, quàm ego loca hæc Scythiæ. *Getis Marticolis*) Getis Martem colentibus. Scythæ enim coluere maxime Iouem & Tellurem, Apollinem, Venerem, Martem & Herculem: sed simulacra & aras ac delubra facienda non putauerunt, præterquàm Marti, vt docet Herodotus lib. quarto. *Succensent*) irascuntur. *Propter talia verba*) propter huiusmodi sermones, quibus improbo eorum loca. *Ira publica*] omnium Tomitanum indignatio. *Meis carminibus*] meis versibus, quibus eorum loca vitupero. *Lædi per carmina*] offendi versuum meorum causa, quibus in exilium præcipitatus sum. *Et semper plectar*] & semper puniar. *Ab ingenio incauto*] ab ingenio meo improuido, & quod meous sibi cauere nescit. *Digitos incidere cunctor*) tardóne mihi digitos amputare? Illud sciendum, nonnullos esse, qui velint à Cunctus nomine, Cunctari verbum deduci pro eo quod est, dubitare, manere, differre. Hæc enim significat verbum illud, vt scribit Marcellus: Tractúmque ab eo putant, quòd cuncti, hoc est omnes simul, sine difficultate moueri non possunt. Cunctus enim, quasi coniunctus dici videtur. & ideo per ct quidam scribunt. Hincque Percunctari, quod significat diligenter inquirere, deductum autumant, quasi per cuncta inquirere. Antiqui Cunctar, & Percunctar, proferebant: quemadmodum etiam Populat. nos verò nunc Populor dicimus, vt Seruius docet in enarratione eius versus, Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum, Quum populant, &c. Ego verò magis existimo Contari, & Percontari, & Contationem sine c scribendum esse, & à Conto deduci. Est enim Contus pertica qua nautæ vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna. Vnde Percontor deriuatur, sicut tradit Donatus in Hecyræ commentario. & quia nautæ aquæ altitudinem contis pertentant, Contari verbum deductum est pro immorari, &, quasi contis vada timari & percontari quod significat interrogare, sed ad finem coarguendi. Vnde Quintilianus inquit: Quid enim tam commune, quàm interrogare & percontari: quorum vtroque indifferenter vtimur, cum alterum noscendi, alterum arguendi gratia adhibeamus. Conti autem meminit Maro, cùm inquit, Ipse ratem conto subigit. Et Iuuenalis. Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras. Et Suetonius in Tiberio inquit, Contis atque remis elidendi cadauera. Idem in Caio Caligula: Quosdam gubernacula apprehendentes contis, remisque detrusit in mare. In alia significatione Contus accipitur pro lancea militari. Scribit enim Marcellus, Contos esse hastas longiores & robustas. Vergil. Duris detrudere contis. & alibi, Assueti longo muros defendere conto. Vnde à Conto in hac significatione contati milites dicuntur à Vegetio. *Tela quæ nocuere*] carmina & ingenium quod mihi nocuit.

Ad veteres scopulos] ad saxa in quibus naufragium feci. Designat autem carmina, quæ sibi olim nocuere. *Iterum deuerto*] iterum redeo. *Et illas aquas*] & iterum diuertor ad illas aquas, hoc est, ad illud ingenium seu versus. *In quibus offendit naufraga puppis*) in quibus aquis nauis mea, quæ naufragium sensit, se elisit. *Offendit*] vel me læsit vectorem: vel offendit, & elisit se. persistat enim in nauis metaphora, per quam nauem vitam suam & seipsum designat. *Sed nihil admisi*] sed nihil contra vos egi ô Tomitæ. Nunc enim ad eos redit, quibus se excusat. *Nulla est mea culpa*] nullum est meum crimen, si loca vestra damnaui meis versibus. *Quos ego amo*] quos Tomitas diligo. *Cùm loca sim vestra perosus*] cùm maximè odio prosequar regionē hanc vestram. Quibus verbis colligit se homines Tomitanos diligere, loca verò tantùm detestari carminibus suis. *Excutiat*] inquirat. *Nostri monumenta laboris*] versus nostros. *De vobis*] de hominibus Tomitanis. *Frigus*] hyemes quæ sunt in regione vestra. *Et incursus omni de parte timendos*] & hostilium impetum, cui infesta est vndique Tomitana ciuitas, quæ Getarū prædæ obnoxia est. *Pulsetur*] oppugnetur. *Queror*] carminibus meis conqueror. *Non homines*] nō in viros Tomitanos. *Verissima crimina*] criminationes quæ verissimæ dici possunt, & sine vllo mēdacio. *Vestrum solum*] vestram hanc regionem sterilem, & frigori ac bellis obnoxiam. *Esset perpetuò sua quàm vitabilis Ascra*) Exemplis ostendit, non debere Tomitanos secum irasci ob eam causam, quòd eorum regionem vituperauit. Siquidem Hesiodus Ascram ciuitatem & patriam culpauit, non tamen eorum ciues succensuere. In Thespiis autem fuit Ascra ciuitas in ea Heliconis partem dexteram pertinens excelso in loco ac clino iacens: quam ipse Poeta redarguens, improbauit patri, quòd non in Cyma Æolica remaneret. Ita enim inquit: Ascram rus miserum penes hic Heliconi colebat, Hyberno dirum, triste æstu, optabile nunquam.

A *Senis agricolæ*] senis Hesiodi, qui de Agricultura scripsit. *In illa terra*) in Ascra ciuitate. *Qui scripsit*) ipse Hesiodus qui ea quæ superius dicta sunt, de patria sua tradidit.

MICYL. *Esset perpetuò sua quàm vitabilis Ascra, Ausa est agricolæ*] &c. Versus Hesiodi sunt in Ergis, [illegible]. Perpetuò ergo vitabilem dicit, quæ neque æstate, neque hyeme commoda esset: sed vt ipse Hesiodus ait, [illegible].

Quis patriam solerte magis dilexit Vlysse?) Sic Vlysses Odysseæ 9.

[illegible Greek verses]

Intumuit vati non tamen Ascra suo.
Quis patriam solerte magis dilexit Vlysse?
Hoc tamen asperitas indice dicta loci est.
Non loca, sed mores scriptis vexauit amaris
Scepsius Ausonios, actáque Roma rea est,
Falsa tamen passa est aqua conuicia mente:
Obfuit autori nec fera lingua suo.
At malus interpres populi mihi concitat iram,
Inque nouum crimen carmina nostra vocat.
Tam fœlix vtinam quàm pectore candidus, essem:
Extat adhuc nemo saucius ore meo.
Adde, quòd Illyrica si iam pice nigrior essem,
Non mordenda mihi turba fidelis erat,
Molliter à vobis mea sors excepta Tomitæ,
Tam mites gratos indicat esse viros.
Gens mea Peligni, regióque domestica Sulmo,
Non potuit nostris lenior esse malis.
Quem vix incolumi cuiquam, salvóque daretis,
Is datus à vobis est mihi nuper honor.
Solus adhuc ego sum vestris immunis in oris,
Exceptis si qui munera legis habent.
Tempora sacrata mea sunt velata corona,
Publicus inuito quam fauor imposuit.
Quàm grata est igitur Latona Delia tellus,
Erranti tutum quæ dedit vna locum:
Tam mihi chara Tomus, patria quæ sede fugatis
Tempus ad hoc nobis hospita fida manet.
Dij modò fecissent, placidæ spem posset habere
Pacis, & à gelido longius axe foret.

MER. *Intumuit vati non tamen Ascra suo*) non tamen iratum Ascra patria irata fuit. *Quis patriam*] Idem etiam docet quod superius, Vlyssis B exemplo, qui apud Homerum Ithacam patriã sæpe asperam sterilemque vocat, viámque ex ipso portu tramitem asperum ac durum ait, incultúmque & absque materia locum. Patet autem ad stadia octoginta in circuitu. Vnde Cicero in Oratore ita inquit: At si nos (id quod maximè debet) nostra patria delectat: cuius rei tanta est vis, ac tanta natura, vt Ithacam illam, C in asperrimis saxulis, tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret, & reliqua. *Hoc indice*) hoc Vlysse ita iudicante. *Asperitas loci*) soli Ithacæ duritties, vt dictum est. *Non loca, sed mores*) Docet Ouidius, Scepsium Poetam olim taxasse vitia Romanorum, & non loca, quod magis odiosum D fuit: non tamen ille ob eam causam damno aliquo affectus fuit.

Quis nam autem fuerit Scepsius Poeta, de quo hic Ouidius intelligit, nihil compertum habeo. E Scepsi autem ciuitate Asiæ, & Æneæ regia (fuit enim media inter regionem illi subditam, & Lyrnessum) multi fuere viri excellentes. Fuit Metrodorus Scepsius, à quo ars memoriæ consummata fuit, vt nihil non iisdem verbis redderetur auditum, autore Plinio. Hic nouo quodam dicendi genere vsus, multos deterruit: propter famam autem (quanquam pauper erat) clarum tamen coniugium apud Carthaginenses est assecutus. Mox apud Mithridatem fuit in honore maximo. Eius E meminit Cicero in Oratore, in Tusculanis quæstionibus: & Plutarchus de eo multa refert in Luculli vita: & nos quoque plura diximus in Commentariis nostris in quinque illos Plinij libros de Natura animalium. Plinius etiam libro trigesimoquarto, capite 7. de eo ita scribit: Deorum tantum putarem ea fuisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen Romani nominis odio inditum est propter duo millia statuarum Volsinios expugnatos obiecerit. Fuit & Demetrius grammaticus, qui floruit tempore, quo Crates, & Aristarchus: hic Troianam instructionem exposuit, cuius meminit Strabo. Meminit & Laertius, scribens eum fuisse diuitem ac nobilem, & in primis studiosum: vt non immeritò fortasse hic de altero istorum poeta intellexerit. *Non loca*) non solum Romanum, vt ego, qui tantum regionem Tomitanam culpaui. *Sed mores Auso-* F *nios*) sed malos Romanorum mores, & vitia. *Scriptis amaris*) carminis acerbitate, & Satyrica reprehensione. *Vexauit*] reprehendit, taxauit. *Actáque Roma rea est*] & Roma ab eo accusata fuit. Agere enim reum, est aliquem accusare. Peragere verò reum, est accusatum vincere in iudicio. *Falsa conuicia*) conuicia non vera: quia falsò suis scriptis damnauit mores Romanos. *Passa est*) tulit ipsa scilicet Roma. G *Aequa mente*) patienti animo. *Autori suo*] ipsi Scepsio, qui ea composuit. *Nec obfuit*] nec nocuit. *Fera lingua*] lingua poetæ feri & crudelis, tam acriter inuehendo in Romanos. *At malus interpres*) at ille, qui malè interpretatur mea carmina damnantia situm & regionem Tomitanam. H *Populi mihi concitat iram*] in odium & indignationem populi Tomitani me adducit. *In nouum crimen*) vel in nouam criminationem: vel in nouum & inusitatum scelus. Non enim solitus fui vnquam carmine quenquam offendere. *Vocat*) trahit. *Tam fœlix vtinam*) Vtinam, inquit, tam possem fœlix appellari, & exilium hoc euitare, quàm sum innocens ab huiuscemodi detrahendi I genere. *Extat adhuc saucius*) adhuc apparet laceratus. *Ore meo*] meis verbis & carminibus. *Pice Illyrica*) pice quæ in Illyria nascebatur: eratque nigerrima & laudatissima. Ouidius libro secundo de Arte amandi: Fusca vocetur, Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit. Per picem autem Illyricam, vitia intelligit. Et vitiosum, nigrum appellamus, sicuti docet Porphyrio. Horatius libro secundo epistolarum. Mortalis in vnum, K Quódque caput vultu mutabilis albus & ater. & Catullus: Nec scire vtrum sis albus, an ater homo. Et Apuleius in Apologia ita scribit: Nuper vsque albus an ater esses ignorabam. Per picem ergo Illyricam, omne turpissimum vitium intelligit. Nascebatur antè (vt diximus) in Illyria pix laudatissima, in Naritia insula maris Ionij. Vergilius: Naritiæque picis lucos & Columella: Sobolem dabit illa capacem Naritiæ picis. Quæ autem esset Illyria, & qui eius fines, alibi diximus ex Appiani sententia. *Nigrior*) vitiosior. *Non erat mordenda mihi*]non erat à me reprehendenda. *Turba fidelis*] Tomitani ciues, qui me amant. *Molliter excepta*] placide & benignè suscepta. *Mea sors*] meum infortunium & relegatio. *Tam mites gratos indicat esse viros*) In aliis exemplaribus emendatè legitur Gratos non Graios, vt L sit ordo: Mea sors molliter excepta indicat viros tam mites, ostendit Tomitanos ita placidos erga miseros, esse Graios: hoc est, non esse barbaros, sed Græcos, & mores Græcorum seruare, vnde oriundi sunt. Illi enim Tomon condidere, & à sectione Absyrti ita appellauere, vt diximus in enarratione eius epistolæ Ouidij de Tristibus, quæ ita incipit: Hic quoque sunt vrbes Graiæ. *Gens mea Peligni*] non potuisset, inquit, me regio & patria mea lenius accipere, quàm fecere Tomitæ. Sulmo autem oppidum fuit Pelignæ regionis, distans ab vrbe millibus passuum nonaginta, vt alibi pluribus diximus. Est autem ordo: Peligni, appositiuè gens mea: & Sulmo, appositiuè regio domestica, id est, patria pars Pelignæ regionis, vbi est domus & patria mea. nam quemadmodum partem

prouinciæ, regionem appellamus: sic Ouidius Sulmonem, quasi regionem Pelignorum appellat. *Nostris malis*) nostro exilio. *Lenior*] magis placida. *Incolumi cuiquam (aliquis)* alicui habenti fortunam prosperam. *Immunem*] exemptus ab omni onere ciuitatis. *Exceptis si qui munera legis habent*] exceptis illis, qui legibus consecuti sunt immunitatem, quæ dabatur his, qui Olympia vicissent, vt alibi docuimus ex Vitruuij sententia, & qui aliquod egregium facinus pro patria fecissent. Dabatur etiam aliis ea causis immunitas. Dicit ergo hic Ouidius nullis legibus, aut meritis se à Tomitanis ciuibus assecutum fuisse immunitatem: quæ nemini concessa fuerat in ea vrbe, nisi his, qui eam lege permittente ob præclarum erga patriam facinus obtinuerant: quod erat magnum indicium amoris eius in se ciuitatis. *Tempora mea*) meum caput. *Corona sacrata*] corona ex hedera Baccho sacra, qua Poetæ elegi coronabantur. *Quam publicus fauor*] quam coronam fauor omnium ciuium Tomitanorum. *Imposuit inuito*] mihi hoc recusanti imposuit. Quibus verbis denotat se publicè omnium assensu coronatum fuisse, tanquam poetam: quod etiam fuit magni amoris indicium. *Quam grata est*) quantum placet & chara est. *Latonæ*) matri Apollinis & Dianæ. *Delia tellus*) Delos insula, quæ est in mari Ægeo, Apollinis ac Dianæ natiuitate cantatissima, poetarum testimonio: vbi Latona eos peperit Pythone serpente liberata, vt fabulantur poetæ. & ideo hic Delon gratissimam Dianæ dixit Ouidius.

Erranti tutum quæ dedit vna locum] Fabulam Seruius super tertium Æneidos, & Lactantius super primum Thebaidos, ita referunt. Postquam Iupiter Latonam vitiauit, eius etiam sororem nomine Asterien vitiare conatus est, quæ miseratione numinum in auem coturnicem conuersa fuit. At Iupiter in aquilam se vertit, vt eam raperet. illa verò eadem numinum miseratione in lapidem conuertitur, qui diu sub aquis latuit. Sed supplicante Ioui Latona, super aquas deferri cœpit. Interim cùm Iuno Latonam grauidam cognosceret, immisso contra illam Pythone serpente, per omnem terram prosecuta est. Quæ tandem cùm ad littora maris peruenisset, à sorore suscepta fuit, dicente Ouidio lib. sexto Metamorphos. Errantem accepit tunc cùm leuis insula nabat: hoc est, Delos, quę alio nomine Ortygia dicitur. *Erranti*] ipsi Latonæ fugienti Pythonem serpentem. [De Latonæ erroribus Hymnos Homeri & Callimachi vide.] *Tutum locum*] locum tutum ad pariendum. *Quæ vna*] quæ insula ex omnibus terris. *Tam mihi chara domus*) tam mihi est grata sedes, & domicilium quod est mihi in vrbe Tomitana. *Patria sede*] e ciuitate Romana. *Fugatis nobis*) mihi eiecto & misso in exilium. *Quæ hospita*) quæ domus Tomitana me hospitio suscepit. *Manet fida*) permanet amica & fidelis. *Spem placidæ pacis*] spem quietis. necesse est ita furori & bellis Geticis exposita. *Et à gelido longius axe foret*] & foret magis remota ab hac septentrionali & frigida plaga. Quibus verbis ostendit sibi duo maximè esse infesta in eo exilio, bella scilicet & frigora, quibus malis ea regio est obnoxia.

Non loca, sed mores scriptis vexauit amaris, Scepsius Ausonios, actaque Roma rea est] Merula Scepsium hunc poetam fuisse dicit: sed de eo alibi nihil extare. quorum vt alterum propemodum verum, alterum prorsus incertum ac dubium. Nam quòd de Scepsij hoc siue poëmate, siue scripto potiùs qualicunque, aliàs nihil extet, ipsa res indicio est: quòd autem idem nomen de Poeta quodam intelligendum omnino sit, de eo dubitari potest. Neque enim versibus inquit Ouidius, sed scriptis amaris vexauit mores Ausonios. Ego verò, quia aliàs, vt dictum est, de hoc scripto Scepsij nihil legimus: Plinius autem, Metrodorum, quem gentili nomine Scepsium vocant, à Romani nominis odio, hoc est, osorem Romanorum, aut simili aliquo cognomento appellatum dicit, adducor omnino, vt de hoc, non Poeta, sed philosopho existente, intelligendum existimem. Nam ad ipsum exemplum quoddam eiusdem illius scriptorum est, quòd Romanis obiecerat, Volsinios propter statuarum numerum ab ipsis expugnatos fuisse. Deinde & illud accedit, quod Mithridati regi, qui Romanos grauissimo ac diuturno bello vexauit, additus fuit, συγγενόμενος illum, & eiusdem causa cum vxore in Pontum, habitatum profectus, vt Strabo ait. cui probabile est hanc gratiam, contra Romanos, referre voluisse: homo, vt ex eodem Strabone apparet, etiam cæteris in rebus inconstans, ac parum fidelis. Vide libro decimotertio Strabonem. Quanquam rursus non ignorem, pro Scepsio, Sextium ab aliis legi: quibus quod ad me attinet, suum iudicium relinquatur.

IN DECIMAMQVINTAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD SEXTVM POMPEIVM.

SI quis adhuc vsquã nostri non immemor extat,
Quidve relegatus Naso requirat, agam,
Cæsaribus vitam, Sexto debere salutem
Me sciat, à superis hic mihi primus erit.
Tempora nam miseræ complectar vt omnia vitæ,
A meritis eius pars mihi nulla vacat:
Quæ numero tot sunt, quot in horto fertilis arui
Punica sub lento cortice grana rubent:
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,

Si quis adhuc vsquam) Ad Sextum Pompeiũ, ad quem superius etiam extat epistola, scribens Poeta, profitetur se illi ante omnes debere, Cæsare tamen excepto, cui vitam debet. Deinde eũ precatur, vt ab Imperatore, quem summa colit pietate, impetret sibi mitius exilium: excusat que se inuitum hæc eadem sæpius petere, sed præ nimia & immoderata cupidine se excusandum esse. quod si ab eo impetrarit, vel non, dicit se tamen semper professurum, illum autorem esse salutis & commodorum suorum omnium, nec vnquam eius officia vllam obliuionem esse deleturam. *Quidve relegatus Naso agam*) & quid ego Ouidius in exilium eiectus faciam. *Cæsaribus*) Augusto defuncto, & liberis, qui etiam Cæsares dicebantur. nam filij adoptiui adoptantium nomina sumebant, vt docet Appianus. *Sexto debere salutem Me sciat*] Cæsaribus inquit vitam debeo, quia cùm possent, noluerunt me interficere. At Sexto Pompeio salutem debeo. Hoc autem dicit, quia fortasse à Cæsare obtinuit, vt Ouidius non interficeretur: sed tantùm relegaretur, aut certè opibus & fauore suo illum sustentauit in Pontica regione: erat enim potentissimus. *Sciat*) intelligat ille qui hæc requirit. *A superis*] Post deos Cæsares] *Hic*) iste Sextus Pompeius. *Vt complectar*) vt colligam. *Omnia tempora*] omnes dies. *Miseræ vitæ*) vitæ meæ, quæ cœpit in miseriis versari. Ex quo exilij sui tempus designat. *A meritis eius*) à beneficiis ipsius Pompeij. *Pars nulla*] nulla pars miseræ meæ vitæ. *Vacat*] deficit. *Quæ*] subaudi, merita. *In horto fertilis arui*] in horto soli non sterilis, sed feracis. *Punica grana*] grana mali Punici. quod ideo appellatur, quoniam circa Carthaginem Punicum maximè nobile erat, vnde ob id cognomen sibi vendicauit, vt Plinius refert libro 13. quamuis aliqui (vt idem refert) pomum illud granatum appellent. *Sub lento cortice*] sub cortice flexibili. *Aphrica quot segetes*] Aphrica olim maximam vim frumenti ferebat: quod ostendit Plinius libro quinto, de Aphrica sic scribens: Libyphœnices, qui Byzantium incolunt, ita appellatur regio, 15000 passuum per circuitum fertilitatis eximiæ cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. & Columella lib. quarto ita scribit: Ad genera frugum redeo. Mysiam, Libyam, quæ largis aiunt abundare frumentis: nec timè Apulos, Campanósq; optimis defici segetibus. *Quot Tmolia terra racemos*) Tmolus mons est (vt Strabo docet) Mæoniæ, quæ postea Lydia appellata fuit. de quo ita Plin. scribit: Celebratur maximè Sardibus in latere Tmoli montis, qui ante Timolus appellabatur, vitibus consitus. Quibus verbis patet, & Tmolum & Timolum rectè dici posse, contra quorundã opinionem. Vergilius. Nónne vides croceos vt Tmolus odores. & alibi: Tmolus assurgit quibus, & rex ipse Phanæus. & Ouid. in Metam. Deseruere sui nymphę vineta Timoli. Quibus autoritatibus patet etiã montẽ Tmolum vino ac croco abundasse: Columella: Tmolon & Corycon flore croceo abundare ferũt. Apud Q. Curtium (vt obiter etiam locum illum corrigamus) in libro tertio ita legi

debent verba hæc, quæ aliter deprauata circumferuntur: montis quoque specus, & Corycium nemus, vbi crocum gignitur. A quo loco Maro Corycium senem appellauit, cùm dixit: Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis Corycium vidisse senem. Quibus verbis patet, in Tmolo monte non vinum tantum, sed & crocum nasci solitum, contra eorum opiniones qui dicebant, per croceos odores vinum fuluum intellexisse Maronem, quod nascebatur in Tmolo non de croco, quod nusquam ibi proueniebat: cùm id falsum esse docuerimus. Designat autem Maro vinum optimum croco mistum, quo spargebatur theatrum. Martialis: Et Cilices nimbis hic madere solet.

Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.
Confiteor, testere licet, signate Quirites:
Nil opus est legum viribus, ipse loquor.
Inter opes, & me rem paruam pone paternas:
Pars ego sum census quantulacunque tui.
Quàm tua Trinacria est, regnatáque terra Philippo,
Quàm domus Augusto continuata foro,
Quàm tua rus oculis domini Campania gratum,
Quaque relicta tibi Sexte, vel empta tenes,
Tam tuus en ego sum, cuius te munere tristi
Non potes in Ponto dicere habere nihil.
Atque vtinam possis, & detur amicius aruum,
Rémque tuam ponas in meliore loco.
Quod quoniam in diis est, tenta lenire precando
Numina, perpetua quæ pietate colis.
Erroris nam tu, vix est discernere, nostri
Sis argumentum maius, an auxilium.

Quot Sicyō baccas] quot oliuas Sicyō ciuitas fert. Fuit autem Sicyō oppidum Achaiæ, vt docet Plinius libro quarto, & Strabo libro octauo inquit: Maximam agri Corinthij partem Sicyonij possessam occupauere. præterque agrum Sicyonium Asopus profluit. Sic etiam Maro oliuam à loco Sicyoniam appellauit, cùm dixit: teritur Sicyonia bacca trapetis. vbi Seruius dicit oliuam intelligi, & ita appellari à ciuitate Laconiæ Sicyone, vbi abundat olea. *Quot parit Hybla fauos*] quantum mellis in Hybla nascitur. Hybla autem fuit vrbs Siciliæ ab Hyblone rege dicta, vt voluit Thucydides. hæc postea Megara appellata fuit. vnde Maro apes Hybleas appellauit, quæ in Sicilia mel optimum conficiebant. Martialis: Cum dederis Siculos mediæ de collibus Hyblæ, Cecropios dicas tu, licet, esse fauos. Posuit autem continens pro contento, fauum pro melle. Sunt enim faui, cellulæ illæ apum, in quibus mella conficiunt. Fingunt enim primùm ceram, deinde melle implent: à fouendóque fauos appellarunt, quòd in his sobolem foueant. *Testere licet*] licet in testimonium adducas hæc quæ scribo. & statim ea Poeta subiungit. *Signate Quirites*) ô ciues Romani subscribite vos tanquam testes eius, quod dicam: vel sigillum vestrum imprimite, quemadmodum si testamentum aliquod signaretis: cui septem testes, septem eorum sigilla apponebant. Sed interim (quoniam incidit mentio de testamentis) obiter enarremus locum illum Tranquilli in vita Iulij Cæsaris. Scribit enim autor ipse C. Cæsarem tres nouissimo testamento instituisse hæredes: reliquos in una cera. Quem locum scitu dignissimum, & à nullo quod sciam adhuc satis intellectum, Trebonianus, seu quis alius fuerit, in Institutionibus in Titulo de pupillari substitutione aperte declarat. Cuius verba hæc sunt: Sin autem quis ita formidolosus sit, vt timeret, ne filius eius pupillus adhuc ex eo quòd palàm substitutum acceperit, post obitum eius periculo insidiarum subiiceretur, vulgarem quidem substitutionem palàm facere, & in primis testamenti partibus debet ordinare: illam autem substitutionem, per quam etsi hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem decesserit, substitutus vocatur: separatim in inferioribus partibus scribere debet, eámque partem proprio lino, propriáque cera cōsignare, & in priore parte testamenti cauere, ne inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc impubere, aperiantur. Quibus verbis non solùm intelligimus verba Suetonij adducta, verum etiam Horatij carmen illud: Quid prima secundo Cera velit versu: solus, multisne cohæres, Veloci percurre oculo. Per ceram enim testamenta intellige, quæ ita in priori, vt in ima parte cera illita signata erant duplici sigillorum ordine, & in vnoquoque ordine septem (vt diximus) adhibebantur testes, qui sigilla sua apponebant. *Non opus est legum viribus*] non, inquit, est opus confugere ad legum præsidia, & litem contestari. *Ipse loquor*] ipse sponte confiteor hoc quod sequitur. *Inter opes paternas*] inter tuas census tibi à patre relictos. *Et me rem paruam, pone*] etiam me annumerabis, licet sim res parua & modica. *Census tui*] tuarum fortunarum. *Quàm tua Trinacria est*) quantum potes dicere tuam esse Siciliam: quæ Trinacria à tribus promontoriis appellata est, vt ibi latius diximus. Credendum est autem, aut Sextum Pompeium dono accepisse ab Augusto hæc loca, quæ hic commemorat Poeta: aut (quod magis placet) horum locorum illum fuisse patronum. Nam vnusquisque populus patronum habuit Romæ, vt est autor Appianus in libro secundo de Bellis ciuilibus Romanorum; & Dionysius Halicarnasseus vnde apud eundem Appianum legimus, Fabium Sangam fuisse Allobrogum patronum, & Siculorum, Marcellos, Scipiones & Pompeios. & apud Suetonium legimus, Lacedæmonios fuisse in clientela Claudiorum, & Bononienses in clientela Antoniorū. *Regnataque terra Philippo*] Aut Macedoniā totam intellige: aut eius prouinciæ solam ciuitatem, quæ Philippi appellatur: seu Datos, Crenida olim appellatam: fontes quippe plurimi circa collem huberibus scaturiebant aquis. Eum locum Philippus vt accommodum metatus, super Thraces vallo sepsit, & à se Philippos nuncupauit. Magis tamen placet per terram Philippo regnatam, Macedoniam intelligas, cuius rex fuit Philippus, Magni Alexandri pater. *Quàm domus Augusto continuata foro*] quantum etiam domus est tua, quam habes coniunctam foro Augusti Cæsaris, de quo alibi abundè diximus in enarrationibus eius versus Ouidij de Arte amandi, Et fora conueniunt, quis credere posset amori. *Quàm tua rus oculis*) ordo est: quàm pro quantum, Campania appositiuè, rus gratum oculis domini est tua. Per Campaniam autem intelligimus rus aliquod, quod habebat Pōpeius in Campania: sicut fortasse intellexit per Trinacriam, rus, aut oppidum aliquod Siciliæ eiusdem Pompeij. Similiter per terram Philippi, rus in Macedonia. quæ sententia non displicet. *Oculis d.*] oculis tuis. *Quaque re.*] & quæcunque ea sunt tua, quæ sunt tibi à maioribus tuis relicta. *Vel emp.*) vel à te comparata peculiari industria. *Tam t. &c.*] tam ego Ouidius sum nunc tuus in tuo ære & censu. *Cuius t.*] cuius tui Sexti Pōpeij mœsto dono, nā tuo munere & precibus tuis: quia te agente Augustus me non interfecit, sed tantum in exilium Ponticum misit. Hoc autem beneficium Poeta triste munus appellat, propterea quòd in re tristi & mœsta beneficium est assecutus. *Non p.*] non potes dicere te nihil possidere in Pontica regione, cùm aliquid habeas habendo me. *Atque v.*] atque vtinā possis dicere te nihil habere in Pōto: quia essem alibi fœliciùs, quàm in hoc exilio. *Vt d.*] & vtinam detur solum magis gratū & amicum regione hac Pontica. *Rem tuam*] me qui sum in tuo ære. *In d.*] est in potestate deorū. hoc est, imperatorum, Tiberij scilicet, & liberorum eius. *Tenta*] experire. *Lenire n.*] placare Tiberium, & eius liberos. *Perpetua p.*] perpetuo amore. *Erroris n.*) nostræ imprudentiæ seu criminis, cuius causa in exiliū eiectus sum. *Vix est d.*) vix licet cognoscere. *Sis m.*] sis maior ratio, quæ rei dubiæ & erroris mei, non autē criminis, vt plerique appellabant, fidē faciat. Quibus verbis designat, Sextum Pompeium optimum esse testem, Poetam non crimen, sed errorem admisisse. Argumentum enim significat rationem, quæ rei dubiæ fidē facit. vt est Syllogismus, Inductio, Exemplum. hinc argumentari dicitur rationibus niti ad aliquid probandum. & argumētatio, est argumentorum explicatio. Est etiam Argumētum res ficta, quæ tamen fieri potuit: veluti sunt argumenta comœdiarum. vnde per similitudinem argumentum pro materia accipitur. Cicero in Epistolis: Et quoniam mihi nullum scribendi argumētum relictum est. Aut argumentum accipe pro defensione, ratione, & excusatione Poetæ. vt sit sensus: Dubium est, an tu maiorem in modum excuses errorem meum apud Cæsarem, & cæteros, optimis rationibus vtendo, & argumentis: adeò, vt sis mihi tanquam argumentum quoddam. quia omnes in sententiā tuam adducis, & vincis tuis rationibus errorem meum excusando. Vel illum argumentum esse dicit, quia fauendo Poetæ, indicium est eum fuisse innocentem, & per errorem

sibi eam calamitatem accidisse. quod si aliter esset, non ausum fuisse Pompeium designat Poeta, eum tueri ac fouere contra Cæsaris sententiam. Sunt qui hunc sensum faciant, cùm audeam, inquit, à te petere, vt iratum principem leniat, dubium videtur, an ipse sis maius argumentum: hoc est maior materia, fomes, & causa huius erroris: an maius auxilium conferas. nam tui præsidii benignitas dat mihi audendi fiduciam. Superior sensus magis placet. *An auxilium*] an præsidium. Quasi dicat: Vtrunque facis, & me defendis, & prodes: sed vtrum alterum officiorum tuorum maius sit, incertum habeo: quoniam in vtroque pari studio laboras, vt argumentum sit verborum defensio: auxilium verò sit quod sequitur ex illa defensione, vt est orare Cæsarem, vt non interficiat me Ouidium, sed tantum in exilium mittat. & alia huiusmodi commoda. Aut certè per auxilium intelligit opes, quibus Poeta in exilio sustentabatur.

MYCYL. *Erroris nam tu vix est discernere nostri Sis argumentum maius an auxilium*] Ambiguus hic locus est, eóque difficilior quoque, & obscurior. Variè enim capi potest. Vel, vt accipiamus Argumentum pro certo indicio ac signo, quo quid probatur & conuincitur, seu sunt quæ [Greek] Græcis, & [Greek] dicuntur. vt sit sententia: Dubium est, vtrum maius auxilium mihi rebúsque meis sis, an maius indicium, certiórque probatio ac fides erroris mei: hoc est, quòd errore, non scelere peccarim. Vel rursum, vt idem nomen pro materia, & quasi quodam subiecto rei accipiamus, vnde postea aliquid exædificatur, aut efficitur. Siue vt planius dicam, pro opere informato ac delineato: quo modo idem Poeta Metamorphoseos sexto dixit, Et vetus in tela deducitur argumentum, vt sit dictum: Nescio maius auxilium mihi sis, an maior materia & inchoatio, & ceu causa quædam erroris mei. Quasi tacitè innuat, Pompeium culpa quadam, se in hunc errorem incidisse, atque ita Augustum offendisse: quod tamen alibi nusquam, neque apertius, neque obscurius traditur. Quare, vt dixi, difficile fuerit, sensum aliquem certum ex hoc loco colligere, nisi superiorem illum retineamus. Quòd autem quidam dubitant, de quo Pompeio hæc accipienda sint, & num ex Magni progenie hic, ad quem scribit Poeta, fuerit, disputatione adeò non eget. Neque enim inter amicos habiturus fuisse Augustus, aut etiam Tiberius, qui se totum ad Augusti venerationem composuerat, videtur eum, cuius familiam & Cæsar Dictator, & ipse postea Augustus tot annos, tantóque negotio persecuti fuissent. Annotauit autem Volaterranus Pompeium quendam fuisse, virum prætorium, Hispaniæ præfectum, cuius filius Sextus hic fuerit, ad quem Ouidius scribit. Sed hæc hactenus.

Nec dubitans oro, sed flumine sæpe secundo
Augetur remis cursus euntis aqua.
Et pudet, & metuo, semperque eademque precari,
Ne subeant animo tædia iusta tuo.
Verùm quid faciam? res immoderata Cupido est:
Da veniam vitio mitis amice meo.
Scribere sæpe aliud cupiens delabor eòdem,
Ipsa locum per se littera nostra rogat.
Seu tamen effectus habitura est gratia, seu me
Dura iubet gelido Parca sub axe mori,
Semper inoblita repetam tua munera mente,
Et mea me tellus audiet esse tuum:
Audiet & cælo posita est quæcunque sub vllo,
Transit nostra feros si modò Musa Getas.
Téque meæ causam seruatorémque salutis,
Méque tuum libra norit & ære minus.

MAR. *Nec dubitans oro*) nec te ideo oro, vt dubitem de fide, & amore erga me tuo. *Sed flumine sæpe secundo*) sed sæpe nauigando, non aduerso, sed secundo flumine. *Augetur remis*) augetur impulsu & agitatione remorum. Quibus verbis designat se Pompeium rogare, non quòd dubitet de eius beneuolentia: sed vt illum sui studiosum, studiosiorem reddat, & magis alacrem in ferenda sibi ope: quemadmodum nauis ducta secundo flumine, facilius remis iuuatur. *Sempérque*] & assiduè. *Eadémque*] & res easdem ac solas. *Tædia iusta*] molestiæ ex iusta causa prouenientes. *Res immoderata cupido est*) & desiderium alicuius rei obtinendæ est res, quæ cogit hominem nullius temperamenti & modestiæ rationem habere. *Vitio meo*] huic meæ immoderatæ cupidini. *Mitis amice*) placide Pompei. *Eòdem*) ad peccandū rem eandem: hoc est, vt exilii mei pœna minuatur. *Ipsa nostra littera*] ipsa nostra scriptura & carmen.

Rogat locum per se) sua sponte petit loci mutationem, cùm tamen ego aliud vellem dicere. *Habitura est gratia effectum*) fauor tuus est apud Cæsarem impetraturus quod volo. *Dura Parca*) durum fatum, & dura dea aliqua ex tribus, quæ vitæ hominum præsunt, vt alibi latius diximus. *Sub axe gelido*] sub septentrionali plaga frigida. *Inoblita mente*] mente quæ non obliuiscetur beneficii. *Et mea tellus*) & mea patria. *Audiet & cælo*] intelliget id etiam, quæcunque terra posita est sub coeli regione. Quibus verbis designat totum orbem. *Transit nostra feras si modo Musa Getas*) si modò carmina nostra è Scythia ad alias perueniant regiones. *Teque mea causam*] & subaudi, tellus quæcunque est posita sub vllo cœlo norit, ab inferiori, te causam. & reliqua. *Méque tuum libra*] Ordo est: Et quæcunque tellus est posita sub cœlo, audiet me esse tuum minus libra & ære, id est minus quàm si essem mancipium tuum & seruus emptitius: hoc est viliori conditione, & magis tibi obnoxius, quàm seruus emptus: ac sit me tuum esse minus libra & ære. id est, me esse tuum minus mancipio libra empto & ære. Vel minus libra & ære, id est non minus quàm si à te essem emptus per æs & libram, vt particula Non subintelligatur. Sunt tamen qui legant non Minus, sed Magis: vt dicat Poeta, Me tuum esse magis, quàm aliquis seruus tuus à te emptus per æs & libram. In omnibus tamen codicibus legitur Minus, non magis. & ita legendum censeo: nō enim placet autorum verba immutare: quæ in omnibus exemplaribus eodem modo leguntur, præsertim si sensus verus & candidus elici potest. Est etiam apud Ouid. in Amoribus versus, quem obiter restituamus, & enodemus. ita enim inquit Ouidius, Nec te decipiant veteris quinquatria ceræ. Quidā ita corrigere voluêre, Nec te decipiant veteris plena atria ceræ. Ego verò additione vnius literæ, eiusmodi tum legendum affirmo: Nec te decipiant veteris quinque atria ceræ, vt lena puellæ dicat: Nec decipiat te amator pro nūmis afferens innumerosa atria, & nobilitatem statuarum maiorū in atriis multis repositarum, vt sit numerus finitus pro infinito. Per quinque enim atria innumeras maiorū statuas in pluribus atriis dispositas significat, vbi à priscis illis Romanis reponebantur. Sic etiam Iuuenalis ait, Tota licet veteres exornent vndique ceræ Atria. Quæ nostra correctio & interpretatio an verior sit, videant docti.

Libra & ære) Hæc verba sunt iuris, quibus omnis emptio confirmabatur, vt scribit Porphyrio, cùm per libram expensa pecunia; per æs, ipsum pretium demonstrabantur. Horatius: Si proprium est quod quis libra mercatur & ære. Mancipatio enim (vt in Institutionibus habetur in titulo de Testamentis) est imaginaria quædam venditio, quod ipsum ius Romanorum est ciuium. eáque res ita agitur, adhibitis non minus quàm quinque testibus Romanis puberibus, & præterea alio eiusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Adeat & ille, qui familiæ emptor dicebatur qui mancipiū emit. & æs tenet, ita dicens: Hūc ego hominē ex iure Quiritiū meū esse aio: isq; emptus est hoc ære, æneáq; libra. Deinde ære percutit librā: idq; æs dat ei, à quo mācipium accepit: quasi pretii loco, ex lege tabularum, quæcunque res abalienari non poterant, nisi per hanc solennitatē. Quem morem hic etiā Ouidius designat.

MYCYL. *Méque tuum libra norit & ære magis*) Ita quidem hunc versum cum cæteris plerisque lego, vt sit dictum [Greek], pro, Norit me magis tuum esse, quàm si per æs ac libram emptus sim. Tametsi neque ipse dubito, mendam aut vitiū aliquod huic loco subesse. Cæterùm de emptione quæ per æs ac libram fiebat, Boethius in Topica Ciceronis meminit his verbis: Mancipi res veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, vt ea abalienatio per quandam nexus fieret solēnitatem. Nexus verò est quædam iuris solennitas, quæ fiebat eo modo, quo in Institutionibus Caius exponit. Eiusdē autem Caii libro primo Institutionum de nexu faciendo verba sunt hæc: Est autem mancipatio, vt & suprà quoque indicauimus, imaginaria quædam venditio, quod ipsum ius proprium est Romanorum ciuium. eáque res ita agitur: Adhibitis non minus quàm quinque testibus, ciuibus Ro-

manorum puberibus, & præterea alio eiusdem conditionis, qui librã æneam teneat, qui appellatur libripens, is qui mãcipium accipit, æs tenens, ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei à quo mancipium accepit, quasi precii loco, &c.

IN DECIMAMSEXTAM ET VLTIMAM EPISTOLAM ENARRATIO.

AD INVIDVM.

Inuide quid laceras Nasonis carmina rapti?
Non solet ingenijs summa nocere dies.
Famáque post cineres maior venit, & mihi nomē
Tunc quoque cùm viuis annumerarer, erat.
Cùm foret & Marsus, magnique Rabirius oris,
Iliacúsque Macer, sidereúsque Pedo.
Et qui Iunonem læsisset in Hercule, Carus,
Iunonis si iam non gener ille foret.
Quique dedit Latio carmen regale Seuerus,
Et cum subtili Priscus vterque Numa,
Quique vel imparibus numeris Montane vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.
Et qui Penelopæ rescribere iussit Vlyssem,
Errantem sæuo per duo lustra mari.

MSR. *Inuide quid laceras*) Admonet in hac vltima epistola Poeta inuidũ, ne carmen suum lacereret, ostendens se eũ esse tanquam mortuum: affirmátq; solere liuorẽ pasci tãtùm in viuis, post obitus verò quiescere. & in hac ratione dicit eũ debere non vlterius in carmen suum distringere inuidiæ stimulos ac dẽtes, cùm sine multi alii celebres poetæ, quos enumerat: docétque eos posse commodius reprehendi. *Quid laceras carmina*) cur carminibus genuino dente detrahis?

Nasonis rapti) Ouidii quasi morte erepti. Poeta enim relegatus se quasi mortuum existimabat. *Non solet nocere ingenijs*) non solet obesse doctis & eorum operibus detrahendo. Mors enim causa est, vt intactos doctos, & illorum opera relinquamus, sintque citra reprehensionem: quia tunc liuor ille, qui in viuos nos stimulat, post mortem eius quem insectati fuimus, quiescit. nam cum mortuis (vt est in prouerbio) non nisi laruæ luctantur. *Summa dies*) extrema dies, hoc est, mors. *Famaque post cineres maior venit*) Ostendit mortem non solere ingeniis obesse, imò magis prodesse, quia post mortem cessante liuore, fama doctorũ magis augetur. Ex quo colligit non debere sibi & carmini suo detrahi, cùm sit tanquam mortuus, sed se magis laudari debere, vt solent post cineres hominum ingenia. Propertius: Omnia post obitum fingit maiora vetustas: Maius ab exequiis nomen in ora venit. *Et mihi nomen, Tunc quoque cum viuis annumerarer erat*) Docet se etiam viuum, hoc est, antequam relegaretur, nomen habuisse. & per consequens etiam innuit, post mortem debere illud magis vigere amoto liuore. *Cùm foret & Marsus*) Domitius Marsus, poeta clarus extitit Horatii æuo, cuius versum illum in Orbilium sæuum verberatorem puerorum, adducit Plinius de Viris illustribus: Si quos Orbilius ferula scuticáque cecidit. Hic amauit Melænem, & scripsit epigrammata, vt docet Martialis in epistola secundi libri. Scripsit & bellum Herculis in Amazones, quod opus Amazonidem inscripsit: quamuis idem etiã descripserit Homerus, vt docet Plutarchus. Martialis, Sæpius in libro memoratur Persius vno, Quàm leuis in tota Marsus Amazonide. & alibi: Quid Varios, Marsósque loquar? *Magniq. Rabirius oris*) C. Rabirius nobilis poeta fuit, quem Fabius in eorum poetarum numero ponit, qui Epici appellantur. De quo ita scribit Seneca: M. Antonius mihi videtur apud Rabirium poetam exclamare, cùm fortunam suam ad alios transeuntem videt, & quia in eius carmine multum animi, ac virium inerat, vt Senecæ verba adducta videntur innuere. Ideo hic Ouidius illum magni oris fuisse scribit. *Iliacúsque Macer*) Æmilius Macer Veronensis Poeta fuit, cuius meminit Eusebius. Scripsit bellum Troianum, vt hic videtur innuere Poeta, appellando illum Iliacum ab Ilii materie, quam tractabat. Periit in Asia. Ad Macrum extat elegia Ouidii lib. 3 de Ponto: vbi exponit, quomodo Poeta ille scripsit heroicum carmen, de rebus Iliacis reliquis, incipiendo ab his, quæ Homerus in Iliade sua reliquit. ita enim inquit: Tu canis æterno quicquid restabat Homero, Ne careant summa Troica bella manu. Fuit & propinquus vxoris Ouidii, & cum eo Poeta in Asiam & Siciliam nauigauit, vt superius eodem lib. 3 de Ponto apparet de eo alibi etiam diximus. *Sidereúsque Pedo*] & diuinus ac doctus ille Poeta Pedo, qui scripsit epigrammata. vnde Martialis in epistola 5. libri ita inquit: Sic scripsit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Getulicus. & alibi: Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis: Qua Pedo, qua Marsus, quáque Catullus erit. & alibi: Disce quod ignoras Marsi, doctique Pedonis. Hic etiam C. Pedo Albinouanus laudatur à Seneca: quem ille fabulatorem egregium, maximè festiuum appellat. *Et qui Iunonem læsisset &c.*) Carus poeta fuit doctissimus, Cæsarum præceptor, vt chatmus, Ouidii amicus: ad quem extat eius epistola paulo antè, quæ ita incipit: O mihi non dubios, & reliqua. Hic Herculis gesta carmine complexus est. Vnde Ouidius in eadem epistola de eo ita dixit: Produnt auctorem vires quas Hercule dignas Nouimus, atque illi quem canis esse pares. *Qui læsisset Iunonem in Hercule*) qui de scribẽdo Herculis laudes, Iunonẽ nouercam, eique inimicã offendisset. *Iunonis si iam non &c.*) si non tandem Iuno posita ira Heben filiam vxorẽ Herculi dedisset, & sic Iuno socrus Herculis facta, nullã habebat causam indignationis, & odii in Carum poetam, propterea quòd Herculis generi gesta decantasset. *Quique dedit Latio carmen regale Seuerus*) Cassius Seuerus poeta fuit Ouidii amicus, ad quem eiusdem etiam superius extat epistola, quæ ita incipit: Quod legis ô vates magnorum maxime vatum, Venit ab intonsis vsque Seuere Getis. Hic (vt quidam volunt) fuit Parmensis. Scripsit Epigrammata elegias, & Tragœdias, in quibus quoniam de regibus tractatur, ideo poeta dicit dedisse illum carmen regale Latio: hoc est, scripsisse tragœdias Latinas. Fuit & alter Cornelius Seuerus poeta: de quo hic non intelligit Ouidius. Huius in suasoriis carmina recitat Seneca. Meminit & Fabius lib. 10. Oratoriarum institutionum. Scripsit bellum Siculũ, & morte immatura præreptus est. *Et cum subtili &c.*) Duo fuerunt Prisci poetæ coætanei Ouidii, & ambo Numæ Pompilii regis Romanorum secundi, vitam carmine scripsere. *Cum subtili Numa*) cum opere Numæ regis vitam complectente, quod subtile appellat propter carminis subtilitatẽ & elegãtiam. *Quique vel imparibus*] Iulius Montanus poeta gratus fuit Tiberio. Scripsit poemata versibus hexametris & pentametris. Huius meminit Seneca. *Vel imparibus numeris*) vel versibus elegis vel inæqualibus. Alter enim est hexameter, alter verò pentameter. *Vel æquis*) vel æqualibus numeris, hoc est hexametris. *Sufficis*) satis es, Vergilius, Nec nos continti contra, nec tendere tantum Sufficimus. *Gemino carmine*] elego & heroico. *Et qui Penelopæ*) Sabinum poetam designat, qui sub Augusto floruit, & ad Tresenem amicam elegias scripsit, Fastos imperfectos reliquit, epistolis Ouidii respondit. Eius nunc tres tantùm epistolæ extant: vnde Ouidius in secundo libro de Amoribus ad Macrum ita scribit: Quàm citò de toto rediit meus orbe Sabinus, Scriptáq; diuersis rettulit ille locis Candida Penelope signum cognouit Vlyssis, Legit ab Hippolyto scripta nouerca suo. *Rescribere iussit Vlyssem*] fecit Sabinus, vt Vlysses vxori Penelopæ rescriberet. nam poeta ille (vt diximus) respondit Penelopę vxori, nomine Vlyssis. *Errantem*) nauigantem. *Sæuo maris*) per mare procellosum. *Per duo lustra*] per decennium.

MICYL. *Inuide quid laceras, &c.*] Argumentum ac summa carminis est hæc: Monet poeta eum ad quem scribit, ne se nunc demum lacessat, atque petat, quando velut mortuus iaceat. Nam cum mortuis, siue, vt prouerbio dicitur, cum laruis non esse luctandum. Deinde se non talem hactenus fuisse, qui nullius famæ aut nominis esset. Quare cùm alias liuor & obtrectatio post mortem desinant, debere sibi quoque, tanquam iam mortuo parci: præsertim quando tot alioqui malis oppressus sit, vt nouæ plagæ, nouóque malo locus vltrà non pateat. Videtur autem Poeta non tantum respondere voluisse inuido atq; obtrectatori, quisquis is fuit, suo: sed & occasionem quæsiuisse, vt sui temporis poetas celebraret. Quanquam horum magna ex parte non scripta solùm, sed & nomina pleraq; interciderunt: adeò vt nisi de paucis quibusdã, certò aliquid tradi haudquaquã possit. Quod in vniuersũ hic admonitũ volo, ne idẽ infrà crebrius ac sæpius re-

petere nobis sis necesse. *Quique dedit Latio carmen regale Seuerus, &c.*) Duos fuisse Seueros Poetas, suprà adnotauimus. Quod si auté de eodé, hoc loco poeta intelligit, ad qué suprà scripsit, ita vt Merulæ placet, neque ego repugno: certè de Parmensi hæc intelligenda non erunt, sed de Cor. Seuero. Cuius rei argumenta ac rationes suprà indicauimus. Neque verò de Cor. Seuero absurdè accipitur quod hîc Ouidius dixit, Regale illum carmen dedisse: quandoquidem Siculorum regum res gestas descripsit. Imò hoc idé rectius huic quàm Cassio conuenit, quando Cassium epigrammata & elegias magis scripsisse tradant: Cornelium autem inter Epicos etiam Fabius laudat.

Quique suam † Træzen, imperfectúmque dierum
Deseruit celeri morte Sabinus opus,
Ingeniique sui dictus cognomine Largus,
Gallica qui Phrygium duxit in arua senem,
Quique canit domito Camerinus ab Hectore Troiã,
Quique sua nomen Phyllide Thuscus habet.
Velinolique maris vates, cui credere posses,
Carmina cæruleos composuisse deos,
Quique acies Libycas, Romanaque prælia dixit,
Et Marius scripti dexter in omne genus,
Trinacriúsque suæ Perseidos autor & actor,
Tantalidæ reducis, Tyndaridósque Lupus.
Et qui Mæonida Phæacida vertit, & vnâ
Pindaricæ fidicen tu quoque Rufe lyræ,

Quique suam Træzen] Opus designat cótinens materiam Hippolyti, seu verius Tragœdiã, Trœzen enim fuit oppidum Atticæ regionis, de quo Phædra apud Ouidium in Epistolis ita loquitur. Hic secum Trœzena colam Pitthea regna. Fuit autem ea vrbs prope Isthmon, sic dicta à Trœzene Pelopis filio: qui cũ fratre Pittheo ex Pisea terra commigrans illic regnauit. quo mortuo, regnum obtinuit Pittheus. Eam olim Possidoniam appellatam fuisse, scribit Strabo, quòd Posidoni, id est Neptuno, sacra fuerit. Dicitur autem Trœzæ, Trœzen, & Trœzene. Sunt qui non Trœzeo legant, sed Triseneo: quæ Sabini poetę amica fuit, vt diximus. quibus verbis Sabinum etiam poetam designat, vt in superioribus duobus carminibus. Quæ scientia magis placet. nam in antiquissimo codice, quem Romæ vidi, legitur paulo immutatis literis, Quiqoe suam Trisomen, pro Trisenen. *Imperfectúmque dierum*] Fastorum opus intelligit, quod inchoauerat Sabinus. Festa enim singulorum dierum complexus fuerat, quemadmodum Ouidius: sed morte superueniente, imperfectum reliquit. *Ingeniique sui dictus cognomine Largus*] Alium etiam sui temporis poetam Largum nominat: quem hoc nomen consecutum dicit, ab ingenii largitate & præstantia. *In arua Gallica*] in Galliam Cisalpinam: & in eum tractum vbi postea Antenor Patauium condidit. *Phrygium senem*) Antenorem Troianũ.

Quique canit domito Camerinus ab Hectore &c.) Camerinus Poeta fuit Ouidii temporę, qui apud Latinos Troianũ excidium cecinit. *Ab Hectore domito*) post Hectora interemptum. vt dicas Camerinum poetam Troianum bellum cecinisse ab initio vsque post Hectorem interemptum. Potes etiam intelligere, Camerinum res Troianas cecinisse, incipiẽdo post mortẽ Hectoris, Troianorũ errores in his complectendo, vt Æneæ, Antenoris, cæterorúmque. [Aut potius excidium Troianum & eam partem belli, quæ post Hectoris mortem peracta fuit. Quale etiam fecit, sed Græcè, Q. Calaber.] *Quique sua nomen Phyllide &c.*) Thuscus poeta etiam fuit, qui opus scripsit, seu elegias de amica quã Phyllida appellauit. Aut certè de Phyllide illa Lycurgi Thracũ regis filia, quæ patri admodum puella successit in regnum, & Demophoonta Thesei Crustumenæ filium [forτassis, & Phædræ legendum, aut etiam Antiopes, vt Plutarchus ex Pindaro] filium è bello Troiano redeuntem post longos errores susceptis hospitio, atque ardenter amauit. Nota est historia lustiori monumentis, & Ouidii epistola. *Velinolique maris vates*] Hic de P. Terentio Varrone Attacino Poeta intelligit, qui transtulit in Latinum libros quattuor Apollonii Rhodii in suum opus de Argonautis. Vnde Fabius eum appellauit interpretem alieni operis. Propertius: Hæc quoque perfecto ludebat Iasone Varro. & Ouidius libro secundo de Tristibus. Is quoque Phasiacas Argon qui duxit in vndas & libro tertio de Arte amandi: Dictáque Varroni fuluis insignia villis Vellera germanæ Phryxe querenda tuæ. Ibi de vtroque Varrone multa diximus. De operibus verò M. Terentii Varronis, omnium Romanorum doctissimi lego Ciceronem in lib. 1. Academicarum quæstionum. *Maris Velinoli*) maria per quod velis volatur, & nauigatur. *Cui credere posses &c.*) Magna est huius poetæ laus, quòd tam pulchrè Argonautica descripsit, vt dii ipsi marini, non poeta ille P. Terentius Varro, videantur ea carmina composuisse. *Quique acies Libycas &c.*) Hic etiam designat alium poetam, qui bella descripsit, quæ populus Carthaginensis cum Romanis gessit. Intelligit autem aut Ennium poetam, qui bellum Punicum carmine complexus est: aut Næuium Poetã, qui bellum Punicum etiam descripsit, quem citat Macrob. cùm ait: Hinc & Næuius Poeta in bello Punico ait; Citro-

sam vestem. Post hus etiam Silius Italicus bellũ illud elegãtissimè descripsit. Illud sciendum, sex fuisse fœdera inter Romanos & Carthaginẽses, vt docet Polyb. scripta in æneis tabulis, & seruata in templo Iouis Capitolini. Primum fuis post exactos reges, Bruto & Publicola Consulib. Itemq́ duo alia ante primũ bellum Punicum: quarsum peracto primo bello Punico, quod Hamilcas pater Hanoibalis, legatus Carthaginensium, cum Lutatio consule percussit: quintum fuit post illud Lutatii: sextum cum Hasdrubale genero Hamilcaris rem in Hispania gerente, vt terminus imperii esset amnis Iberus, vt Saguntinis media inter imperia duorũ populorũ libertas seruaretur. Hoc fœdus Hannibal rupit, & solo æquata Sagũto, Italiam inuasit, quã per multos annos summa crudelitate lacerauit. *Et Marius scripti &c.*] Marius etiã Poeta fuit celeberrimus, qui in omni carminis genere prómptus plurimũ excellebat. *In omne genus scripti*) in vnoquoque scribẽdi genere tam in soluta, quàm in numeris astricta oratione. Vel (si places) in vnoquoq; carminis genere illũ celebrẽ accipe. *Trinacriúsq; L.*) & Lupus poeta Siculus. Vel per hoc carmen & sequẽs duos poetas intellige, vt in priori versu per Trinacriũ autorẽ, & actorem suæ Perseidos alterum poetam suppresso nomine designet, in sequenti verò per Lupum autorem Tantalidæ reducis & Tyndaridos, alterũ innuat. *Sua Pers.*) tragœdiæ à se compositæ de Perseo Iouis & Danaes filio. *Autor*] scriptor *Et actor*) & recitator, & qui egit in scena. *Tantalidæ red.*) Menelai à Tantalo oriundi, qui post bellum Troianũ in patriam reuertit & subauditur, autor. Designas enim Lupum poetam tragœdiam scripsisse de Menelao & Helena.

Tyndaridósque) & Helenæ filiæ Tyndari. *Et qui Mæonida &c.*) Aliũ quoque poetã designat, qui scripsit Vlyssis errores & quemadmodum Corcyrã ad Phæaces populos peruenit, quorum rex erat Alcinous, quæ omnia ille ex Homeri Odyssea in Latinum transtulit. *Phæacida*) Opus Odysseæ Homeri, vbi ille describit Vlyssis aduentum ad Phæaces populos. *Mæonida*] Homeri qui Mæonius ideo appellatus est, quòd in Mæonia regione Phrygiæ Smyrnam patriam habuit, vt scribit Strabo libro duodecimo. Aristoteles verò (autore etiam Plutarcho) refert Mæonem Lydorum regem Homerum pro suo nato educauisse. De patria autem Homeri Antipater huiusmodi composuit epigramma: Dicens à multis Colophonis alumnus Homere: Hic te Smyrnæum credit, at ille Chium. Quin & Ion quidam, quidam Salamina superbam. Thessalium multi te genuisse ferũt. Pindarus illum tum Chium, tum Smyrnæum fuisse dixit. Simonides Chium. Aristarchus Colophonium, Ephorus Cumæum, quidam Salaminium, plerique Argiuum, Dionysius Thrax Atheniensem. Filium nonnulli putauerunt Mæonis, alii Meletis fluminis. Scripsit poemata duo, Iliada scilicet & Odysseam ambo non ab ipso poeta, sed ab Aristarcho grammatico in numerum versuum diuisa atque distincta. De Homeri poetria meminit etiam Gellius, & Cicero pro Archia poeta. *Pindaricæ lyræ*] lyræ quali vsus est Pindarus poeta Thebanus, Scopelini filius, nouem lyricorum Princeps, vt scribit Fabius. eum nemini imitabilem putauit Horat. Is in gremio pueri dilecti in gymnasio mortuus inuẽtus est. Huius poetę familiæ penatibus iussit parci Alexander, quum Thebas caperet, vt est autor Plin. Nouem autem Lyrici poetæ hi fuere: Alcæus Mitylenæus, qui Aeolicè scripsit: Sappho, Cleidis & Eurygiæ filia: Stesichorus, Euphemi filius, in cuius infantis ore cecinit philomela: bella scripsit & duces magnanimos Doricè: Anacreon Teius, Parthenij filius, qui Bathyllum puerum dilexit, & acino vuæ passæ strangulatus est: Ibycus

A Rheginos, vel Messenius, vt alii scribunt, qui Doricè scripsit: Bacchylides Ceus, Milonis filius: Alcman, Damantis filius Spartanus, qui Doricè scripsit, & periit pediculari morbo: Simonides ex Iulide oppido Ceæ insulæ Cycladum, tenuis & ad lacrymas mouendas maximè idoneus: nonus Pindarus fuit, omnium princeps, quem Papinius regnatorem Lyricæ cohortis hanc ob causam appellat. Adducit quidam decimo loco Corinnam: cuius meminit Papinius in Epicedio patris *Fidicen tu quoque Rufe*) tu etiam ô Rufe poeta fidibus & lyra canens, & vtens quemadmodū etiā vsus est Pindarus. Erat enim Rufus poeta lyricus.

MICYL. *Quique suam Trœzen, imperfectúmque dierum*) De hoc loco nihil certi habeo, quod sentiam, nisi quòd multis nominibus suspectus mihi est. Nam siue legas Trisenen, quod in quibusdam reperiri Merula autor est, ipsa vox insolena est, & neque cum græcis, neque cum latinis nomini- B bus satis conuenit. Cùm tamen probabile sit, eam, quam poeta, de quo hic dicitur, amauit, latinum aut græcum aliquod nomen habuisse. Siue verò Trœzen, vt est in poematis, aut Vrbis nomine intelligatur, etiam hoc exemplo caret. Nam si de opere intelligendum sit, Trœzenis dicendum fuerat, recto casu, perinde vt Amazonis, Phæaris, Theseis, & similia. Sin autem de loco, accusatiuus Trœzena futurus erat, à Trœzen: non Trœzen à Trœze: qui nominatus nusquam legitur, de eo loco quem Theseus aliquando tenuit. Deinde autem vt demus, Sabinum poetam Fastorum opus & Trœzenida aliquam, hoc est, de rebus circa Trœzenem gestis, imperfecta reliquisse, præuentum morte scilicet, quod tamen alibi nescio an vsquam manifestò tradatur: quid causæ dicemus, cur Poeta, cùm de cæteris, singulis tantum versibus meminerit, de quibusdam verò etiam singulis C commatibus: neque in cuiusquam alterius commemoratione distichum egressus sit: de hoc totum tetrastichon consumpserit? Equidem vt liquidò fatear, non solum superiora illa, de quibus modò diximus, sed & ipsum proprium in posteriore pentametro positum, propemodum tanquam suppositítium ac nothum, suspectum habeo. Quare oportet & alios de eodem hoc loco aliquanto accuratius cogitare. Non temerè mutandum aliquid censere soleo: sed tamen si quid de se suspicionem aliquam præbeat, id rursum dissimulandum, aut tacitè prætereundum non existimo. G Sunt tamen rursum, qui repudiato vtroque nomine, pro Trisenen, legunt Trœzena, accusatiuo casu à Trœzen, hoc titulo siue nomine opus quoddam à Sabino cœptum fuisse sentientes. *Quique acies Libycas Romanaque prælia &c.*] Merula hunc locum de Ennio, aut Nævio accipiendum putat: quod temporum rationi repugnat. Neque enim Ouidius eos poetas commemorare voluit, qui se multo antiquiores essent, sed qui suis temporibus, eadémque secum ætate vixissent. Sic enim à principio ait: Et mihi nomen Tunc fuit, cùm foret Marsus Rabirius, &c. non cùm foret Ennius, aut Nævius, aut Plautus, & similia, qui multis annis Ouidium antecessere, vt qui Coss. Hircio ac Pansa demum natus fuerit. *Et qui Mæonida Phæacida vertit*] Hic Tuticanus fuit, ad quem suprà elegia duodecima scribit. ita enim in eadem Eleg. Dignum Mæonio Phæacida condere chartis, H Cùm te Pierides (inquit) perducuere deæ. *Pindaricæ fidicen tu quoque Rufe lyra*] Inter latinos lyricos, post Horatium maximè laudatus fuit Cæsius Bassus, cuius & Quintil. meminit, & Diomedes grammaticus. Videndum igitur, num fortè illius hoc cognomentum aliquod fuerit. Nam & Crinitus annotauit, eum Ouidio familiaritatem illi intercessisse.

Musáque Turani tragicis innixa cothurnis,
Et tua cum socco musa Melisse leuis.
Cùm Varius Gracchúsque darent fera dicta tyranni,
Callimachi Proculus molle teneret iter:
Tityrus antiquas & erat qui pasceret herbas,
Aptáque venanti gratius arma daret:
Naiadas satyris caneret Fontanus amatas,
Clauderet imparibus verba capella modis:

MAR. *Musáque Turani*) Turanus historicus fuit, cuius ita meminit Papinius Ossa Salusti breuis & Turani: quamuis in omnibus ferè exemplaribus Troiani pro Turani legatur. Hic verò Turanum alium fuisse credendum est, & poetam quidem tragicum, non historicum: quamuis tamen idem vtrunque dicendi genus potuerit attigisse: sed D quæ exemplis carent (nam nihil compertum habeo) ea nec affirmare, nec refellere ausim. *Tragicis innixa cothurnis*) sustentata eo calciamenti genere, quo tragœdi vtuntur. Est enim cothurnus calciamenti genus quo tragœdi vtebantur, sicut comœdi socco. Quintilianus: Nec comœdia in cothurnos assurgit, nec tragœdia socco ingreditur. *Et tua cum socco*] Ostendit alium poetam comicum, nomine Melissum, magnæ celebritatis, floruisse. C. enim Melissus (vt tradit Plinius de claris grammaticis) Spoleti natus ingenuus: sed ob discordiam parentum expositus cura educatoris sui altiora studia percepit, & Mecœnati pro grammatico datus est dono. Quare citò manu missus, & Augusto insinuatus est, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticu suscepit. postea sexagesimum ætatis annum agens, libellos ineptiarum, qui Iocorum inscripti fuere, com- E posuit 150 quibus & alios diuersos addidit: fecitque nouum genus togatarum, inscripsitque Trabeatas. quam rem hic Ouid. exprimit. Fuit & alius Melissus, cuius meminit Diogenes Laertius. *Leuis* humilis: quia in comœdia personæ & res humiles tractantur. *Cùm Varius poeta Gracchúsque darent fera dicta tyranni.*) Quintilius Varius fuit Cremonensis, eques Romanus, vt scribit Porphyrio. cuius meminit Horatius in Odis, & in Arte poetica. Et Maro, quum ait: Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna Digna. Meminit etiam Eusebius. Thyestis Varii meminit etiam Cornelius Tacitus in libro de Oratoribus. Illud sciendum, apud Horatium nunc Varum, nunc Varium legi, apud Maronem verò Varus semper legitur. Non desunt tamen qui velint & Varum & Varium eodem tempore poetas diuersos fuisse. Scripsit autem tragœdiam: vnde de eo ita scri- F bit Quintilianus: Varii Thyestes cuilibet Græcorum comparari potest. quam rem etiam Horatius videtur innuere in ea oda quæ incipit, Scriberis Vario fortis & hostium Victor, Mæonii carminis alite: eo versu, Nec sæuam Pelopis domum. Gracchus autem fuit poeta eiusdem temporis, qui eam tragœdiam Thyestis scribebat, quam etiam Varius. Ideo subiungit, Darent fera dicta tyranni: hoc est scriberent in eorum tragœdiis verba & iurgia Thyestis in Atreum, & econtrà. quorum odium & iram alibi exposuimus. *Callimachi Proculus*) Proculum poetam etiam celebrem I commemorat, qui elegias scripsit: quemadmodum Callimachus, qui Fabij testimonio elegiæ princeps habetur. Fuere autem Callimachi tres, quorum hic grammatici Callimachi filius, originem duxit à Batto, qui in Aphrica Cyrenem condidit. Scripsit elegias de amica, quam Lydem appellauit. (De hac re vide quæ in 5. eleg lib. 1. Tristium annotauimus) edidit etiam libellum in Apollonium Rhodium, quoniam quum eius discipulus fuisset, eius carmina pro suis ostentabat. Fuit autem Callimachus poeta simul & grammaticæ studiosus, Ægypti regibus in honore habitus, vt Strabo scribit. *Molle iter*] lasciuum scribendi genus, quia de amoribus elegias componebat. *Tityrus antiquas*] Hic per K Tityrum Maronem designat, alludens ad eius carmen Bucolicum vbi in prima elegia Tityrus pastor inducitur, qui electis cæteris, permansit solus in suis prædiis, quæ ab Augusto obtinuerat. *Qui pasceret antiquas herbas*] qui permaneret in antiquis suis prædiis cum suis capellis. *Aptaque venanti gratius arma daret*] & Tityrus, inquit, hoc est Maro, aptius traderet arma feras frequentantibus, quàm pasceret gregem. quibus verbis designat poetam illum magis aptum fuisse scribendis bellis, quæ ab armatis fieri solent, quàm pascendis capellis, & describendo carmine Bucolico. In quibusdam tamen exemplaribus ita legitur, Aptáque bellanti, non venanti: quæ lectio magis etiam placet, & sensus sic erit candidior. *Naiadas Satyris caneret Fontanus amatas*) & quum esset Fontanus poeta, qui carmine complexus est fabulas & amores Satyrorum, qui varias nymphas ardentissimè amarunt. Illud notandum, quòd & græca diphthongus in dictionibus, quæ in latinum sermonem transferuntur, in æ diphtongo mutantur, vt αἰνείας Æneas: μέγαρα Megæra. Nonnunquam verò diuiditur in a & in i, & ipsum i aliquando pro duplici consonante accipitur vt μαῖα Maia: L quandoque verò remanet vocalis, vt ναΐς Nais. Vergilius: Tibi candida Nais. quæ dictio in plurali numero hanc rationem seruat. Vergilius: Ægle Naiadum pulcherrima. Ouidius verò in Metam. aliter protulit in eo versu, Naiades Idæis enutriere sub antris. Idem etiam obseruamus in ei græca diphthongo, vt πλειάδες Pleiades. Vergilius, Pleiadásque Hyadas, claramque Lycaonis Arcton. & Ouidius in Fastis: Pleiades incipient humeros releuare paternos. Scien-

A dem est etiam, in dictione Elegia, quæ à Græcia per ἐλεγεία scribunt, per ei diphthongum græcam rationem seruari, & penultimam longam proferri ratione diphthongi. Papinius: Inter quas vultu petulans elegia propinquat. Vnde etiam comperimus maiores nostros pro i longa hanc diphthongum scriptitasse, dicente Quintiliano: Atque è contrario vsque ad Actium, & vltra, porrectas syllabas geminis vocalibus scripsere, diutius durauit, vt (ei) iungendis eadem ratione, qua Græci (ει) vterentur, ea casibus numerisque discreta est, vt Lucilius præcipit: Iam pueri venere, e postremum facito, atque i, vt pueri plures fiant, ac deinceps idem Mendaci, furique addet e, quum dare furi iusseris, quod in commodum etiam superuacuum esse colligit Fabius, quia i tam longæ quàm breuis naturam habet. Quandoque verò ei diphthongus diuiditur in e, & in i, quemadmodum in Pleiades, Naiadea dictionibus, vt in elegeia, quæ penultimâ correpta profertur: Ouid. Venit odoratos elegeia nexa capillos. & alibi: Flendus amor meus est, elegeia flebile carmē. *Clauderet verba*) astringeret, & coniungeret: & subauditur à superiore particula coniunctiua Quum. *Imparibus modis*) versibus elegis. *Capella*) Capellam hunc, de quo hîc Ouid. non eum esse existimo, quem in manibus habemus, qui de vnaquaque disciplina tractauit, & de Mer. nuptiis, sed aliū, de quo tamen nihil compertum habeo. G

Naiades satyris caneret Fontanus amatas, &c.) Alii legunt Naiades à satyris, &c. quæ lectio & sensum planiorem reddit: & resolutione, siue diæresi ista, de qua prolixè Merula hic agit, nihil indiget. MICYLL.

MER. *Alij*) scilicet poetæ.

B *Carmina vulgus habet*) Sunt, inquit, in precio, quia eorum carmina vulgo leguntur. *Essent & iuuenes*) & quum essent alij docti, in quos fœlicius potes ô inuide liuoris dentes destringere, quàm in me. *Quorum quod inedita causa est*) quorum iuuenum poetarum, quia causa nominandi non est manifesta, propterea quòd nil adhuc edidere. C *Appellandorum nil mihi iuris adest*) nullum est mihi ius eos appellare & nominare. *Te tamen in turba*) quamuis multi sint, quos non audeo nominare, te tamen ô Cotta in tanta turba non

Cúmque forent alij, quorum mihi cuncta referre
Nomina longa mora est, carmina vulgus habet:
Essent & iuuenes, quorum quòd inedita causa est,
Appellandorum nil mihi iuris adest.
Te tamen in turba non ausim Cotta silere,
Pieridum numen, præsidiúmque fori.
Maternos Cottas cui, Messalásque paternos
Maxima nobilitas ingeminata dedit.
Dicere si fas est, claro mea nomine Musa
Atque inter tantos, quæ legeretur, erat.
Ergo summotum patria proscindere liuor
Desine, neu cineres sparge cruente meos.
Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta est:
Præbeat vt sensum materiámque malis.
Quid iuuat extinctos ferrum demittere in artus?
Non habet in nobis iam noua plaga locum.

retur, ita memoriam ac sensum amisit, vt vix pauca verba coniungeret, & ad extremum vlcere sibi circa sacram spinam orto inedia se confecit anno ætatis 72. M. Messalæ oratoria meminit etiam Cic. in lib. de claris Oratoribus. Quibus H & aliis etiam exemplis patet, Messalarum familiam claris viris illustrē fuisse. *Ingeminata*) duplicata & materno & paterno splendore. *Dicere si fas est*] scilicet de meipso honorificè loqui. *Mea musa erat claro nomine*] ego quoque inter claros poetas numerabar. *Inter tantos*) inter poetas tam claros. *Quæ legeretur*) quia opera mea

præteribo, quin nominem tanquam doctissimum & poetam & oratorem. Huius autem Cottæ superius meminit Poeta in secunda epistola tertij libri de Ponto, vbi illum dicit à Numa Pompilio maternum genus ducere. *Pieridum lumen*) splendorem musarum & poetarum. *Præsidiúmque fori*) & tutela reorum, qui in foro versantur, quorum patrocinium suscipis & iuuas tua eloquentia. *Maternos Cottas*) D Cottas Romanos à quibus per matrem genus ducis. *Messalásque paternos*) Messalas verò à patre autores & progenitores habes, vt suprà etiam diximus. Fuit enim Valerius Coruin. primus qui Messanam vicit, & primus ex familia Valer. vrbis captæ in se translato nomine Messana appellatus est: paulatímque vulgo permutante literas, Messala dictus est autor Senec. in lib. de Breuit. vitæ. Idem etiam Macrob. refert. Ouid. in Fast. Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum. Fuit Messala Coruin. orator, qui ægrotus sui nominis oblitus est, vt Plin. docet. De eo ita scribit Euseb. Messala Coruin. orator ante biennium quàm moreedita extabant & legebantur. *Summotum patria* procul à patria relegatum. *Proscindere*) maledictis lacerare. *Liuor*) I ô inuidia inimicorum. *Nec cineres sparge cruente meos*) nec tu crudelis, & sanguinis ac vltionis cupidus, velis cineres meos è sepulchro eruere & spargere. se enim mortuum, vt ab initio profitetur. *Omnia perdidi. d.*) amisimus famam & bona omnia eo tempore, quo in Ponticum exilium electi sumus. *Præbeat vt sensum materiámq; malis*) relicta est mihi ideo tantummodo vita, vt magis angar, & sentiam mala hæc quibus obnoxius sum. *Quid iuuat*) quid prodest tibi ô inuide. *Extinctos ferrum demittere in artus*) vulnerare cadauer meum, quod nullum sentit dolorem, tanquam res exanguis. *Non habet &c.*) nunc non possumus alio maiore vulnere apperi, quia vetus plaga me interemit. Quibus verbis designat nullum sibi malum amplius posse nocere, quandoquidem Augusti pœna qua afficitur, nullum alium locum reliquit alicui vlterius nocendi. K

DE PONTO LIBRI QVARTI FINIS.

VITVS AMERPACHIVS CHRISTOPHORO A MINGVVITZ, D. IOANNIS FILIO, COMPATRI ET AMICO SVO

S. D. P.

Virtutes quædam tuæ non vulgares, & non tam studium, quàm obseruantia erga bonas artes, nostráque necessitudo patruelis tui, viri honestissimi, & eruditissimi D. Erasmi à Minguitz opera primum inter nos conflata, fecerunt, Christophore, vt te mihi testem babtismi filiolæ meæ pro veteri more Christianorum rogarem, & velut alterum patrem ac tutorem eius constituerem. Qua in re quia te facilem præbuisti, passusque es hoc tibi onus à me imponi, magnam iniuisti apud me gratiam, & multum addidisti momenti ad confirmandam nostram amicitiam, præter id quod Christo non prorsus nullum honorem habuisti interim, dum hanc operam das eius Ecclesiæ, per quam hic ritus institutus est, ac illi, quem Seruator noster ipse instituit, honoris caussa adiectus. Nunc verò cùm visum esset ei, qui dat hæc munera coniugij, vt filia mea desineret esse inter viuos, dolorque, ac luctus, in quo non minimo fuimus, nonnihil esset lenitus, cœpi metuere, ne hoc vinculum, non, quod vulgo ferunt, omnino rumperetur, sed laxaretur, aut labefieret aliquantulum: & cogitaui qua ratione præcaueri posset hoc incommodum. & venit mihi tandem in mentem, non absurdè me facturum, si alium infantem, aut fœtum, non quidem corporis, sed ingenij, tibi commendarem, inque filiolæ mortuæ locum tanquam surrogarem filiam, vt sic dicam, literariam, aut chartaceam. Nihil autem hoc tempore melius habere potui, quàm has annotatiunculas, quas dictaui ante triennium in hac schola publicè, cùm interpretarer poema Ouidij de Ponto. Quanquam autem in talibus rebus mihi nusquam satisfacio, nec admiror admodum, quod alioqui solere fieri simia quoque in fabulis testatur, meos fœtus, cùm tamen flagitarent nonnulli meorum amicorum, editionem, egoque viderem vix litterati nomen hoc seculo tueri, qui non emitteret in publicum suas lucubrationes, aliquando vel nostris imperfectiores, aut etiam alienas, quàm honestè, aut vtiliter bonis literis, & reip. non dico, censui, quemadmodum in alijs quibusdam antea factum est, in hoc etiam qualicunque meo scripto fortunam experiendam esse, atque honestis viris, & alijs meis amicis, paucissimis quidem illis, bonis tamen, & sinceris, reddendam rationem huius laboriosissimi & miserrimi penè ocij mei, simulque me tanquam languentem ex multis animi & corporis molestijs excitarem iterum & in proposito cursu retinerem. Vix enim à me oratione potest efferri, quàm sæpe crucier, & angar non tam domesticis incommodis, quàm odiis, hominum inuidentia, maleuolentia, perfidia, simulationibus, iniquitate, malitia, quæ hoc seculo tantum non pro virtutibus habentur, ac essent profectò, si ex multitudine cultorum æstimari deberent. Non potuisti, inquis, has horas melius collocare? non fuit aliud argumentum, in quo versareris maiore cum honestate, ac fructu? Hic tibi quid respondeam non deest. Animus ad explicandum, quod sentio, magis, & verba desunt. Non potui melius has horas collocare, ob hanc maximè caussam, quod is adhuc status est mearum rerum, vt oporteat me talia tractare, nisi velim facere, quod nec meis, nec alienis

honestis viris excusari possit, aut fortasse non fieri sine flagitio. Quanto rectius est χειρῶν λατρεύειν, & aut fortunæ aut hominũ maleuolorum telis valetudinem obijcere, ac tandem vitam, si opus erit, amittere? Sic ego quidem facere malo. nec delectant me opes, quæ facile & cito, & ijs artibus parantur, quibus nunc homines uti consueuerunt, etiam philosophi, si dijs placet, ac Theologi, digni quidem illi, qui mercaturam exercerent, aut argentariam potius facerent, vt copiosius etiam ac citius locupletarentur. Sentio verissimum esse quod Menander dixit, οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν. Et Iuuen. Quis pudor aut metus est vnquã properantis auari? Tales etiam nostris prouerbijs malè audiunt, ac notantur eodem planè modo. Colui bonas literas à prima pueritia: nec institutum hoc meum iter ad liberalem doctrinam intermisi vnquam, nisi quantum huic misero corpusculo, & variè semper oppugnato est concessum. quanquam ægrè nonnunquam, & non, vt id requirebat, omnino, quantúmque morbi sibi, ætatis imbecillitas, improbitas hominum, & fortunæ quædam incommoda partim rapuerunt, partim eblandita sunt. Feci tamen hoc, vt nunquam non aliquid temporis darem legendis sacris literis, præsertim diebus festis, ac audiendis, quarum puer ferè, quàm nunc, auidior fui, vel meo quodam, vel temporum, vel communi hominum vitio, diuinis concionibus & alijs rebus sacris. Volui deinde rudimenta iuris ciuilis degustare, non, vt ea scientia vitam aliquando sustentarem, sed vt essem eo paratior ad legendum Ciceronem: sic etiam tum eram affectus. Applicaui postea paulo propius animum ad medicorum artem, & mediocre tempus in ea tractanda contriui: propemodum ita inductus animo, vt putarem hac mihi victum esse quærendum olim vberiorem. Sed, quia vidi genium meum, & valetudinis quandam rationem ab hoc genere quæstus exercendo abhorrere, malui in posterum libros, & disputationes medicorum, quæ magnam continent & vtilitatem, & voluptatem, ac semper mihi vehementer placuerunt, per ocium legere, quàm in lucem & puluerem, aut potius in morbos, & ptochodochia educere: maximè, cùm & non desint, qui & libenter hoc faciant, & natura magis me sint ad faciendum idonei, & ego possim reip. aliam operam dare non minus fortasse, quàm illa est, vtilem. Ita si vsquam, hîc certè sum expertus prudenter hoc ab Horatio dictum esse: Tolle periclum, Iam vaga prosiliet frenis natura remotis. & a Græco poeta: ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος. Tenuit.as .n rei familiaris, & contemptus literarum velut frena quædã iniecerant, ac aliò ducebant inuitum, quàm quò natura mea, & indoles vocabat, & hactenus duxerat. Remotis autem his frenis, & his impedimentis vtcunque, prosilui iterum in hunc patentem & liberum doctrinarum campum, & redij ad ingenium: sic tamen, vt eam libertatem ad sacrarum literarum seruitutem quandam alligauerim, cupiamque aliquando prolixius mereri de Christiana rep. Si verò & huc intercluderetur mihi via, siue metu meo aliquo de sustinendo tanto onere, siue corporis infirmitate, siue diuino consilio, siue hominum odio, aut inuidia, quæ certè non parum obstare mihi possunt, hactenúsque nonnihil obstiterunt: nunquam tamen hoc patiar a me extorqueri, vt non vna priuatim hæc duo studiorum genera peculiari diligentia coniungam, & in eis pariter elaborare contendam: si non cum reip. bono, cum meo tamen & meorum bono. quanquam & hoc ad publicam vtilitatem pertinet, & poterit ad eam redundare, me nunc sepulto. Faciam hoc, bene iuuante Christo, inuitis & dæmonibus, & omnibus inuidis, ac maleuolis. Decretum est, stat sententia. Ex his, quæ propterea quoque volui prolixius & liberius exponere; satis intelligere potes, Christophore, cur in talibus argumentis versari soleam, non in alijs. Quanquam quid est in hac re turpitudinis, aut quid potius honestatis non est in ea? Quare frustrà sum ego solicitus, & tibi fortasse non conueniebat hoc argumentum, non mihi: te non erat dignum, non me: si tamen & ætas tua non est ea, nec ij mores, vt debeas huius tam grauis poematis lectione te non oblectare modò, sed etiam de magnis & dignis

nobilitate ordine tuo rebus monere, docere, & excitare ad virtutem, & praeclarè viuendum: ad quod egregia domi habes exempla non solùm patris tui, qui vix habuit eloquenquentia & scientia gerendarum rerum superiorem in his terris: & ob istas tantas virtutes haud dubie suo principi fuit charissimus: sed patruorum tuorum, & fratrum patruelium hominum ex magna parte, quantum ego quidem intelligo natis ad humanitatem, prudentiam, facundiam, & peculiarem quendam candorem, & suauitatem in moribus. Semel tantùm audiui loqui tuum patrem in publico, & de re magna, sed ita expeditè, ita distinctè, ita eleganter, ita suauiter, vt cùm D. Pontanus etiam locutus esset de re ferè eadem audiente me (nam hi duo tum principatum tenebant) conferrem tacite mecum patrem tuum Menelao, aut Nestori, vetustissimis Graecorum ducibus, aut Demostheni: Pontanum verò Vlyssi, aut Pericli: & illum Caesari, hunc Ciceroni: adeò tonare alter, alter spirare suauiter videbatur: non tantùm verbis & oratione sed omnibus oratorijs virtutibus. Et hoc intelligens sapientissimus princeps, vtrumque semper fecit maximi, & amauit ferè, vt parentes. Certè patrem tuum superioribus annis magno cum dolore amisit. quod satis testatur vox eius, vt ad nos tum perferebatur, cùm dixit in hoc acerbo casu, quod Comitis opibus vellet, si posset, hunc virum, patrem tuum dico, redimere. Sic Agamemnon apud Homerum optat sibi contingere decem συμφράδμονας, hoc est, consultores Nestori similes. Tum enim fore, vt breui capiat Troiam. Quare non minus hîc optimum principem admiror, quòd vera bona, quae pauci dignoscere possunt, vt inquit Poeta, intelligit, & magnifacit, quàm patrem tuum, quòd tanto Heroi placere tantopere potuit. Sed non institui laudationem tantorum virorum, qui virtutes eorum, & laudes ne quidem satis possum intelligere. Meum hoc opus, seu mauis officium dicere, seu beneuolentiae erga te meae, ac erga familiam tuam obseruantiae testimonium, velim sic accipias, vt persuadeas tibi iucundissimam esse mihi nostram coniunctionem, necessitudinem illam interiorem etiam sacrosanctam: nec me dubitare, quin sis in legendis nostris annotationibus praebiturus te beneuolum iudicem, in defendendis acrem patronum, in curando fidelem tutorem. Vale, Viteberga Cal. Mart. Anno Domini 1540.

ARGV-

EXPOSITIO PRIMI LIBRI DE TRISTIBUS OVIDII, PER VITUM AMERPACHIUM.

ARGUMENTUM OPERIS.

NOTUM est, non solùm vtilem, sed etiam liberalem, & necessariam propemodum lectionem poetarum, atque poeticæ cognitionem, & doctrinam esse in omni genere disciplinarum: idque multi magni viri veteres & recentiores, grauibus argumentis probauerunt, ne dicam ab ipsa experientia clarè hoc demonstrari. Nihilominus tamen his temporibus inueniuntur, & grauissimæ quidem, si dijs placet, ac sanctissimæ doctrinæ Theologiæ professores, qui putent poetas, & ipsam eorum facultatem adeò non prodesse moribus & pietati, vt obsint etiam: & hoc ideo maximè, quòd vnum aut alterum vident hac arte, seu exercitatione parum bene vti. Belli verò homines, qui propterea putent rem honestissimam & laudatissimam reijciendam esse, quòd nonnulli non, vt debent, vtantur ea. Quasi verò non plurimi sint abusi, & quotidie abutantur, non tantum alijs optimis artibus, verumetiã Theologia, sacris literis, &, quo nihil est sanctius, ipso Dei nomine. Quare hos in Anticyras ablegemus, aut in alium si quem norunt cum Democrito, mundum: ac irrideamus potius quàm confutemus tam crassam & ineptam stultitiam. Quanquam autem digni erant graui obiurgatione, ac opus habebant fortasse adolescentes ad hanc rem vberiore quadam animi confirmatione, tamen rectius mihi videor facturus, si aut alijs hoc faciendum relinquam, aut in alium locum & tempus commodius differam, ac ipsum opus hoc Ouidij Tristium, vt institui, tractare & explicare incipiam. De Tristibus autem est factum nomen operi, quòd in eo de suo exilio, & eius incommodis ac miseria conquetatur potissimùm Ouidius. Id quòd facit mira varietate, ac inimitabili fœlicitate, summâque suauitate in media fortunæ acerbitate: opere distincto in quinque libros, & singulis libris in epistolas quasdam, secundo excepto, in quo tantum vna est ad Cæsarem Augustum epistola. Sic enim etiam rectè appellari existimo. Dissimulauit autem in alijs nomina illorum ad quos scripsit, ne, si nomina posuisset, eis apud Augustum aut eius amicos noceret: ac aliud nihil differt hoc opus à libris de Ponto, nisi quòd Poeta in illis amicorum nomina posuit, hîc non posuit, sicubi potuit ponere. Quòd autem sit ab Augusto in exilium pulsus, manifestius est quàm vt dici debeat. Porrò de causa exilij, in ipso poemate quantum satis est ac sciri potest, indicatur.

EXPOSITIO PRIMAE ELEGIAE PRIMI LIBRI.

MAndatum continet hæc Elegia. Iubet enim, per aptissimam prosopopœiam, librum suum Romam ire: ac sollicitè præscribit ei, quid facere, quomodo se gerere debeat. Incipit mandatum cum Elegia: in secundo versu est *[illegible]* à loco. Deinde mandat de habitu corporis per *[illegible]*. *Vacinia* sunt flores violis nigris colore similes, hoc est, habentes quiddam nigricans purpureum, quæ primo vere cum illis nascuntur. fortasse quos nostrates alicubi *Pechblumen* vocant. *Cedrum* ponit pro oleo ex cedro, vide Plin. *Frontes*, extremitates operculorũ vocat. *Qua licet illa pede*: id est, animo. Sic alibi clarius: Gratia dijs, animo quòlibet ire libet. Sequitur alia pars mãdati, quid respondere debeat, si interrogetur ab aliquo amico. *Dei*, id est, Augusti, cui viuo etiam, vt est in historiis, diuinus honor est habitus. Hi duo versus. *Atque itum tacitus* &c. ita sunt construendi, contrà quàm alij censuerunt: vt subintelligatur verbum Responde, &c. *Tacitus*, pro submissè, vel obscurè, accipiatur, aut verbum Significa: & ponatur comma post Plura, & colon punctum post Legendum, & hîc addatur Est, vel Esse. Atque ita puto nihil nec obscuri in sententia, nec duri in constructione relinqui. In versu, *Causa patrocinio*, &c. patrocinio est ablatiuus Causæ, vt ego puto: & Maior, deterior significat. vt sit sententia: Hæc mala causa fit deterior, si defenditur. Potest etiam ita exponi comparatiuè, causa non bona erit maior patrocinio: id est, difficilior quàm vt possit defendi: vel sic, transpositis nominatiuis, Causa maior patrocinio, id est, quæ non potest defendi; non erit bona, scilicet defendendo. Primam sententiam ego sequor, Interpres secundam. Consolatur postea librum nonnihil, & vnà seipsum, à spe consequendi alicuius boni amici: & precatur, vt vtriusque votum sit ratum. Additur occupatio, in qua excusat librum, & se de versuum asperitate. ac est sententia,

ſtolæ habere, quòd ad neminem ſit miſſa, vt epiſtola. Talia eſt etiam præcedens, & aliæ in hoc opere plures, quàm in libris de Ponto.

EXPOSITIO TERTIAE *Elegiæ*.

TVcundi acti labores, prouerbio dicitur. Quod ita intelligi debet, vt exiſtimetur eſſe verum, ſi finita ſint omnino iam pericula, & mala, quæ ſumus perpeſſi. Quare Ouidius hic non ita recitat, quæ in eius digreſſu & profectione in exilium acciderunt moleſta & acerba, vt ſignificet eorum recordationem ſibi iucundam aut ſuauem eſſe. Nondum enim fuerat perfunctus iſta calamitate, nec admodum ſperare poterat fortaſſe mutationem in melius, ſed inchoatam adhuc ſuſtinebat. Quin potius contrà luctum & dolorem ſibi renouari dicit, quoties de illo ſuo diſceſſu cogitet: ac ita quidem exorditur Elegiam. Deinde ſtatim poſt quartum verſum incipit attexere illam narrationem, vel expoſitionem, quam illuſtrem & perſpicuam fecit multis affectibus, adeóque clara deſcriptione omnium circumſtantiarum, & geſtuum pertinentium ad iſtiuſmodi miſeriam: nec opus habet longa interpretatione, cùm ſit facilis, & plana. Præter ſuum autem dolorem, & lacrymas, vxoris quoque, familiæ, & amicorum, qui pauci relicti erant, vt eſt conſuetum, dolorem & lacrymas commemorat. Significat etiam tempus abitus, cùm dicit, occidente Boote ſe nauigaſſe, hoc eſt, in æſtate. Vtitur & exemplo, & deſcriptione quadam breui tempeſtatis, quæ eſt prolixè deſcripta in ſuperiore Elegia. Item inſerit narrationi duas precationes, quibus ſe vſum dicit: altera in digreſſu: altera, cùm periclitaretur in mari. & recitat verba quæ vxor ad ipſum diſcedentem locuta eſt. In ſumma tota Elegia tantum eſt expoſitio ex his omnibus locis, de quibus iam eſt explicatum, conſtans præcipuè. In diſticho, *Non mihi ſeruorum*, &c. Cura nominatiuus ad omnes genitiuos accommodari debet ſeorſum, vt rectè Interpres indicauit. *Alloquor extremum*: pro extremè, Græca phraſi. *imbre per indignas*, &c. id eſt, largis lacrymis. inſtar imbris, per metaphoram, vt Sophocles πηγὰς δακρύων, & Hebræi fontem lacrymarum dicũt, figura cognata, ſed expreſſiore. *Angulus omnis*, &c. Sic Cicero alicubi in Epiſt. ad Atticum, vt puto, & ita Germanicè valdè crebrò loquimur, & facimus hoc per tranſlationem pro anguſto & obſcuro loco, vt ſunt ad anguloa intra ædificia. *Et quanquam ſera*. Allegoria eſt. pro, quanquam antea debuiſſem vos precari, vt eſſetis mihi propitij, ne in hanc miſeriam inciderem. *Parrhaſis vrſa*. Parrhaſijs ciuitate Arcadiæ. nam inde Caliſto, mutata in hoc ſidus, oriunda fuit. *Quid facerem?* Affectus à loco, & iuſſu Auguſti, pugnantibus. Duo verſus proximè ſequentes, & hi, *Denique quid propera?* idem volunt, & ſunt excuſatio moræ. Vtrumque enim eſt graue, & patriam relinquere, & in Scythiam ire. *Theſea fide*. Prouerbialiter. *Stella grauis*, ſcilicet quòd erat eo die diſcedendum. *Diuidor haud aliter*. Hoc diſtichon habet ſimile, ſequens exemplum Priami, pereuntis cum ſuo regno, introducto equo ligneo, quem ipſe vocat equum proditionis, & verſum in contraria, quòd Sinonis dolo ſit introductus, & ex ioco & ludo pepererit luctum & exitium, emiſſis armatis. Quòd ſi legendum eſt Metius, pro Priamus, & pro Verſus verſos, etiam equos legi debet: & Proditionis ab Vltores tranſitiuè pendet. Hiſtoria nota eſt ex Liuio. *Pietas hæc mihi Cæſar erit*. id eſt, Cæſaris vice, vt cogat me tecum ire in exilium, quemadmodum te Cæſar cogit, *Sine illud erat ſine funere*. Correctio: & ſignificat ſe velut ad ſepulchrum egreſſum, elatúmve ſine funebri pompa. & alludit ad id quod eſt in Romanis legibus, in quibus exules habentur pro mortuis, & appellantur ciuiliter mortui. *Se modò deſertos, modò deploraſſe*, &c. Eſt hic ante infinitiuum Deploraſſe, eam narratur, ſubintelligendum. *Viuat, & abſentem*. In ſequente verſu, *Viuat*, &c. ſunt elegantes repetitiones, cuiuſmodi raro inueniuntur. *Tingitur Oceano*. pro tingebatur. id eſt occidebat. ſic de ſequentibus verbis eſt iudicandum, quòd præſentia pro imperfectis, vt fit in narrationibus, ponantur, vſque ad finem Elegiæ. niſi velimus putare, quòd inter nauigandum illam ſcripſerit, aut fingat ſe ſcripſiſſe, vel potius eloqui, vt hac parte conueniat hæc Elegia cum præcedente. Cæterùm Vrſa dicitur Erymanthis, ab Erymantho Arcadiæ monte. *Pictos deos*. ſcilicet in puppe, vt fuit moris. *Pinea texta*. id eſt, nauis ex tabulis pineis facta. *Aurigam ratis* pro gubernatorem. *Infeſtum Iouem*. pro Auguſtum, ſuo more. *Sæua morti*. hoc eſt, quam aqua efficit, de qua ſuprà. Clauditur Elegia correctione.

EXPOSITIO QVARTAE *Elegiæ*.

HAEc Elegia prima eſt in hoc opere, quæ habet Epiſtolæ formam. Hoc tamen intereſt inter iſtiuſmodi ſcripta & illa quæ habent in hoc Poeta nomen epiſtolarum, quòd in illis omnia conueniant epiſtolis, & nihil ſignificetur de libri, aut editionis ratione: in his verò contrà fiat. Pertinet autem ad genus deliberatiuum, & habet tres præcipuas partes. Prima eſt prædicatio conſtantiæ, & beneficiorum eius ad quem ſcribitur: quæ nihil aliud eſt, quàm gratiarum actio quædam. Cui eſt addita pollicitatio gratitudinis perpetuæ illuſtri quadam amplificatione; quam etiam locum appellamus aliquando communem. In hac oſtendit vſum aduerſæ fortunæ in amicitia, & comprehenditur eius vis, & ſumma in hoc Ennij verſiculo, Amicus certus in re incerta cernitur: eſtque ornatus tribus poeticis exemplis, & ſimilitudine, antitheſi, & præſente Ouidij exemplo. Secunda pars eſt breuis auxilij petitio, quæ habet argumentum à periculo, ſeu facili: quòd fortaſſe, dum non ſint hoc facturi metu Cæſaris (ipſe vocat pietatem) ſint eum offenſuri, quòd fidem is etiam hoſti ſeruandam cenſeat, ac ſuum factum hoſtili melius eſſe. Deinde repetitur petitio per concluſionem, & additur poſtrema pars, quæ eſt querela, vel exaggeratio malorum eius. Eſt hæc etiam tractata ſplendidè. Primùm collatione hyperbolica, vbi verſus, *Pars etiam quædam mearum*, &c. ineptè ab Interprete exponuntur, quòd patris vocabulo putat vel ingenium, vel famam, poetæ intelligi: & lacerat ſecundum verſum, præterquam quòd eum à primo non rectè auellit, cum Tegi verbum refert ad notam exilij: Diſſimulante, participium, ad ingenium. Quanto melius & conuenientius vox Pars, de malis, de quibus in eo libro tractatur, intelligitur, & ſecundus verſus à primo nihil in hac re differre putatur? vt ſit ſententia: pleraque etiam ex meis malis

ne quidem vnquam patefient: atque vtinam ea ita possem occultare, vt non proferrentur. Dixerat enim se tulisse innumera, & incredibilia. Quæ autem hæc sint mala, non aperit: & cur hoc faceret, cum optet perpetuam eorum occultationem? Hoc decepit Interpretem, mea quidem sententia. In versibus, *Si vox infragilis*, &c. imitatur hunc locum Virgilij, Non mihi si centum linguæ sint, oráque centum, &c. sicut is Homerum, καί οἱ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν, &c. Sequitur comparatio demonstratiua malorum Ouidij cum Vlyssis malis, quæ ducta per omnes formas, tandem finitur vnà cum Elegia.

EXPOSITIO QVINTAE *Elegiæ*.

Affinis est hæc Elegia præcedentis primæ parti. Continet enim laudationem vxoris Ouidij, quòd constanter & fideliter maritum adiuuerit, eique in hoc tanto casu adfuerit, & bona eius contra nescio quam harpyiam defenderit, & conseruauerit. Notum enim est quid fiat in aulis, cùm ita res cadunt: ne dicam, quod est turpius. Incipitur autem Elegia significatione amoris, exornata per duo quædam exempla: cui additur laudatio, velut causa. Est hæc tractata similitudinibus, quæ tamen ad posteriorem eius partem pertinent. Sequitur conclusio communis vtrique parti: post quam additur comparatio, in qua cum præstantibus mulieribus confert ita vxorem suam, vt eam illis non esse inferiorem dicat. vbi efficientis circumstantia additur, & affectus, quòd non habeat satis virium ad celebrandam eius probitatem. Postremi duo versus continent pollicitationem cognatam præcedenti affectui. Porrò cùm dicit, *Fœmina seu princeps*, &c. intelligit Martiam, non Liuiam, vt vult interpres. Quòd autem loquatur de Martia, Martij Philippi vitrici Augusti filia, clarè ex alijs huius Poetæ locis intelligi potest. In primo de Ponto ita scribit,

Hanc probat, & primo dilectam semper ab æuo
Est inter comites Martia censa suas.

Et in 3. libro,

Cuncta licèt facias, nisi eris laudabilis uxor,
Non poterit credi Martia culta tibi.

De hac etiam est in fine sexti Fastorum. Similis error est commissus ab Interprete, vt puto, in expositione primi versus, vbi per Clarium poetam intelligit Callimachum, qui fuit Cyrenæus. Iam Cyrene longè abest Colophone, ad quam est Clarius lucus Apollini sacer. nec est aptum, quòd per metalepsin quandam Clarium exponit Apollineum, quòd poetæ sint in Apollinis tutela. Mihi videtur ibi significatus esse Antimachus, qui, vt Suidas indicat, fuit Colophonius. idem puto scribi alicubi apud Plutarchum. Postremò versus, *Prima locum sanctus*, &c. imperfectam habet sententiam: ac addendum est, nisi vires amisissem, aut aliquid simile.

EXPOSITIO SEXTAE *Elegiæ*.

Non ad multos videtur mihi scripta esse hæc Elegia, sed tantùm ad vnum, cui fuit annulus præter suam imaginem (nunc vocant nostri nobiles clypeum, & galeam) Ouidij quoque effigie sculptus, in honorem ac memoriam eius Poetæ. Crebræ sunt hîc petitiones. Prima; quæ etiam incipit Elegiam, est poetica, & aliquo modo iocosa. Petit enim ibi Ouidius illi effigiei suæ detrahi sertum hederaceum, quòd hoc ornamentum conueniat felicibus poetis, non ipsius temporibus: hoc est, capiti. non, vt vult Interpres, ei tempestati. Conferuntur enim in eo loco personæ propriè, non tempora. Quanquam est inter hæc alioqui cognatio. Deinde petit, vt non patefaciat hoc ad se scribi, sed contentus sit occulto quodam sensu. In verbis *Subeat tibi dicere*, & cætera. non puto esse petitionem, sed potentiam: id est, queas incitari aspectu meæ faciei ad dicendum. Inde sequitur significatio gratitudinis, & huic adnexa petitio de legendis libris Transformationum, quos vocat maiorem sui imaginem: & rectè. Est enim reuera, vt animi generaliter in ignoto, sic totius hominis in noto quidam index, simulacrum, oratio. Vulgaris Græcorum senarius, ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται, id est, vt obiter verti, Oratione mens viri cognoscitur, generaliter, vt puto, est accipiendus. Exponit etiam hîc Poeta illius operis velut casum quendam, & conditionem, vbi vtitur exemplo Altheæ Thestij filiæ, quæ, vt fratres vlcisceretur, filium interficit. Vide lib. 8. Transform. Deinde sequitur generalis partim precatio, partim petitio de eadem re, vt maneat illud opus, & legatur ab hominibus. Monet etiam de imperfectione eius, & petit veniam: ac addit quatuor versus, qui præponantur illi poemati, vt indicetur hoc lectoribus. In fine, remouet à se culpam non correcti operis.

EXPOSITIO ELEGIAE *Septima*.

Vehemens & acerba insectatio cuiusdam, à quo desertus erat Ouidius in hoc suo maximè necessario tempore, est hæc Elegia. Principiò longo & multiplici adynato est vsus, primùm specialiter per distributionem & commutationem, deinde generaliter per expolitionem. Id accommodat partim ad animi sui de amico deceptionem, partim ad immanitatem facti. ac ita incipit insectationem, & in ea pertractanda vtitur argumento à statu, seu conditione sua, quòd sit desertus in extrema necessitate: à iure, seu honesto, quòd amicitiam prodiderit: à contrario, quòd facilè potuisset aliquod officium, hominis saltem, si non amici, præstare, quantumuis exiguum: ac ibi quædam eius generis numerat. In verbis, *Supremo, dum licuitque, die*: est hyperbaton, pro, Et supremo, vel Supremóque: sed neutrū versus recipiebat: nisi quis malit, que, referre ad, licuit: & dum, exponere infinitè, & separatè: non pro, quo die, per enallagen, quod esset in structura durius etiam. Deinde additur argumentum ex minore, quòd alieni præstiterint hæc officia. Deinde amplificatio à circumstantia personæ cum argumento ex minore, sed occulto, seu imperfecto. nam deest, cùm hoc feceris amicus, & notus. *Quid*, &c. Etiam initio versuum huius loci desideratur, fuisses facturus. Distichon. *Cuncta ne in æquoreas*, &c. sunt repetitio quædam. Quæ sequuntur proximè, sunt amplificatio à genere, seu origine, seu educatione & natura, per antitheton. Similis est locus in 4. Aeneid. Virg. quem fortasse Ouidius hîc est imitatus.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus autor,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaque admorunt vbera tigres.

Versus, *Aut mala nostra minus*, &c. bifariam videtur mihi posse exponi primo, vt ita construatur. Aut minus putasses nostra mala, id est, minus curasses, quàm non aliena, id est, propria, vel tua, scilicet tantum: vt sit sensus, Nisi esset illa tua natura, nisi ita esses educatus, vt iam dixi, (nam & hic est ellipsis) tantùm tuis malis mea debuisses postponere, non habere pro alienis. atque ita, quæ vox in secundo versu debet sub audiri, non accusareris à me inclementiæ. Deindè hoc modo per hyperbaton; Aut non putasses nostra mala minus, quàm aliena: id est, non minus curasses, non minoris fecisses, quàm aliena: subintellectis, quæ iam sunt addita. & id videtur mihi melius conuenire præcedentibus, vbi minus eum præstitisse officiorum dicit, quàm alienum. Ideóque ineptire puto interpretem, qui ita construit hunc versum: Aut putasses mea mala minus aliena, quàm non scilicet putasses: quasi vti Ouidius voluerit auxesi, non diminutione. Sequitur adhortatio ad compensationem, per mitigationem quandam à fati necessitate: vbi prima tempora ideo dicit carere suis numeris, prouerbiali metaphora, quòd non essent absoluta amicitiæ officia, nec respondisset in amicicia finis principio.

EXPOSITIO OCTAVAE Elegiæ.

A Voto, seu optatione incipitur elegia. Deinde sequitur præmonitio amici, ad quem scribitur, vt sibi caueat, à fucatis amicis: atque ita præparat eius animum ad futuros casus. Quanquam occultè hoc facit, aut potius relinquit ipsi intelligendum. Ideo malui præmonitionem, quàm admonitionem, hunc locum appellare. Est autem tractatus per expolitionem, cui includitur similitudo, & sequitur eam optatio, deinde probatio à poetæ exemplo, & obiectio: cui respondetur à mansuetudine Cæsaris, argumento, & exemplis poeticis: & est ibi tanquam accusatio falsorum amicorum. Clauditur hic locus affectu, quòd pauci hæc verba in animum admittant. Sequitur expositio quædam, continens consolationem cum laudatione amici, ad quem scribitur. Nec sentio cum interprete, qui putat hîc nouam elegiam inchoari, & initio legendum Vt, non At: cùm satis commodè cohæreant ista cum præcedentibus, & ad hoc, At bene quadret. Ac sanè videtur mihi, Sunt, etiam hic scribendum, pro Sint: vt sit constructio, At mea pectora, quamuis mœstissima, scilicet entia proprio casu: facta serena pro tuo sensu, id est, prout sentis, aut vis, & me sperare iubes. Quod sequitur distichon ita exponatur, *Hoc mihi*, &c. malo enim ita legere, quàm, hoc tibi, &c. id est, hunc animum erga me tuum animaduerti prius, quàm ita inclaruisses, vt in bonam partem acciperetur, aura ferret ratem: & non ad Ouidij personam, sed amici eius referatur. Tetrastichon, *Hoc mihi non omnium fibræ*, &c. est antitheton, cui similis est in quadam epistola Ciceronis: Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solistimis, aut somnijs tibi auguror: sed habeo alia signa, quæ obseruem, &c. Huic additur gratulatio, gratulationi optatio, optationi dissimilitudo euentuum, dissimilitudini excusatio, excusationi petitio. Postremò quid sit color, docet Quintilianus libro 4. cap. 2.

EXPOSITIO NONAE Elegiæ.

QVod ad argumentum & dispositionem pertinet, facilis est hæc elegia: sed quod pertinet ad nomina locorum, quæ sunt hic vsurpata, non habet prorsus nullam difficultatem. Verùm nos, relicta posteriore, quòd sic satis ab interprete sit agitata, priorem breuiter pro nostro more tractabimus. Primò laudat suam nauem Ouidius, & recitat eius commoda. Deinde, interposita quadam precatione ad deos pro felici nauigatione ex Corintho, (nam isthuc iam venerat) in exilij locum, describit reliquam suam profectionem. Quàm autem sit commoda, & an sit perfecta, nec ne, descriptio, non est locus & facultas iam explicandi. Certè non malam operam videtur interpres mihi nauasse in hac re, nec muto in eius sententia quicquam: nisi quòd Hellen ideò puto Aeoliam dictam, quòd mater eius Nephele fuerit, vt fabulæ volunt, quæ vox Græcis nubem significat. Et in versu, *Nam mihi Bistonios*, &c. verum pedem intelligo, non mali funem. Deinde per Imbriam, non Selimbriam, sed Imbrum insulam. Verùm ita fuit quædam erratio in nauigatione, prout est in tabulis cosmographicis. Primus etiam versus ita construi debet vt, *Nam tutela*, per appositionem cohæreant, ac tutela primitiuum sit positum pro deriuatiuo per enallagen: id est, quæ defenditur à Minerua, seu, vt alioqui loquimur, quæ est in tutela Mineruæ. In versibus, octauo à fine, est optatio: in sexto, precario ad Castorem & Pollucem, deos nauticos, pro ipsius naue, & alia quadam, quæ versus dextram itura erat.

EXPOSITIO DECIMAE Elegiæ.

EXpositio quædam, seu narratio generalis est hæc elegia, præsertim initiò. Indicat enim lectori, quæ hactenus in hoc opere scripserit, ea se scripsisse interea, dum in mari profectus sit versus locū destinatū exilio. Clarè dicit hic etiam duabus nauibus in ea se profectione vsum esse. Dicit etiam putare se, quòd insulæ Cyclades obstupuerint, & hoc poeticè per prosopopœiam: adeóque se mirari, quòd versus composuerit in hoc tanto periculo. imò periculum & molestiam itineris hoc labore mitigatam esse, quomodocunque sit de eo sentiendum. Pergit deinde in expositione, & recitat alias tempestates eo tempore ab alijs sideribus excitatas. Pleiades intelligit per Steropes sidus; propterea quòd Sterope fuit vna Pleiadum. Fuerunt enim septem, de quibus ita scribit Aratus,

ἑπτὰ δ' [illegible] καλέονται,
ἕξ. [illegible] ὀφθαλμοῖσιν,
Ἀλκυόνη, [illegible],
καὶ [illegible], καὶ πότνια μαῖα.

Significat etiam hanc elegiam à se in naui scriptam esse, nec desijsse mare adhuc sæuire, adeò vt gubernator quoque desperaret salutem. Sequitur querela incepta à voto, vbi optat se venire ad portum: & addit statim, vt correctionem æquè sibi non tutum esse in terra versari, ac sit in mari: & certare in-

ter se terram & mare de ipsius pernicie, tanquam de laude. Intelligit autem Thracium littus. de quo legendus est Strabo, ac ipse poeta hoc indicat. Poeticum est, quòd dicit pectora, id est, animas barbarorum turbidiora esse mari. Quæ sequuntur proximè, sunt excusatio per antitheton, ignoscendum sibi esse, si non respondeat his versibus Lectoris expectationi, quòd non in suis hortis, aut lectulo scribat, sed in mari: & quidem hyberno tempore, & sæuientibus tempestatibus. Ideo autem eas sæuire, quòd ægre ferant in hoc loco versus componi. Vnde adnectitur votum, in quo precatur, vt mare quidem viuat, sed ea conditione, vt desinat esse turbidum & violentum. Hic est finis elegiæ.

EXPOSITIO LIBRI SECVNDI DE TRISTIBVS.

VNA est elegia huius libri, & scripta ad Augustum Cæsarem. Prolixè autem poeta, & variè vel placare, vel mitigare Imperatorem offensum conatur. Crebras habet elegia querelas, crebras petitiones, excusationes, consolationes, exempla, similitudines, & alias exornationes. Præcipuè tamen id quod iam dixi, agit. ac pertinet ad genus deliberatiuum, vt pleraque talium operum. His præmonitis, recitabimus nunc singulas partes ordine: addemúsque, vt solemus, expositiones, vbi videbitur opus esse. Principium elegiæ est querela, vel increpatio quædam per prosopopœiam. Alloquitur enim suos libros, & quærens cur non missos faciat, ipsis tribuit, quòd in hanc miseriam sit coniectus, & facit hoc stomachoè, ac tanquam per occupationem. Scripturo enim ad Cæsarem incidit, quantum scribendis versibus malum antea sibi conciliauerit. Hanc obiectionem variè tractat: cui post insertam breuem excusationem vitæ & morum suorum, respondet, furore quodam se incitatum hoc facere. intelligit autem poeticum furorem: id est, impetum & ardorem erga istam facultatem à natura insitam & hoc declarat similitudine gladiatoris. Deinde, quia speret sibi salutem aliquando iterum allaturas musas, per similitudinem à Telephi hasta. Item, quia Cæsar in magnis rebus sit vsus carmine: hoc est, faueat poematis. Atque ita hæc sunt propemodum insinuatio, vel concessio: qualia est, molestissimum est hoc tempore pueros docere, sed res & Deo valdè grata, & vtilissima Ecclesiæ. Debet hic obseruari constructio versus, *Acceptum refero versibus esse nocens.* est enim nocens, pro nocentem, Græco more dictum. Deinde additur petitio ad Cæsarem, vt molliat suam iram. Estque hæc pars principalia, vt dixi, & huc omne suum studium Ouidius in hac elegia refert. Tractata est variè. primùm concessione: meritus, inquit, sum hanc ipsam, sed hæc erit materia exercendæ tuæ clementiæ. hoc pertinet exemplum de Ioue, non semper puniente homines: cum eius accommodatione ad propositum, sic ipsi faciendum esse. Atque id eum facere, sequitur per correctionem, in qua copiosè explicat de Augusti clementia per exempla. Cùm dicit, *Causa mea est melior*, &c. applicat hoc argumentum ad petitionem, vt maius quiddam: si hostibus ignoscis, & mihi debes ignoscere, qui minus peccaui. Sequitur explicatio, quòd semper fuerit bene affectus erga ipsum, & familiam ipsius, cum iureiurando. Ac est in hoc loco distributio signorum beneuolentiæ, quæ non sunt obscura. Hinc duæ ducuntur occupationes: altera, quòd gloria quidem eius non possit augeri versibus, tamen hoc officium habere suam gratiam. ac vtitur Iouis exemplo, vbi in verbis. *Fama Iouis superest*, &c excellit, significat absolutè. Gel. de hoc verbo subtiliter disputat lib. 1. cap. 20. Altera, quòd pro sua viribus eum canat, alijs hoc melius facientibus, adiecto hic etiam exemplo: vbi per sanguinem centum taurorum intelligit sacrificium, quod Hecatomben inde Homerus etiam vocauit. Atque id alibi dicit his verbis:

Et qui, quàm potuit, dat maxima, gratus abundè est,
Et pietas finem contigit illa suum.

Et Plin. Mola tantum salsa litant, qui non habent thura. Deinde additur affectus, & breuiter queritur de susurrone, seu delatore.

Quòd ibi, Nimium, adiungit comparatiuo Crudelior, est obseruandum: alioqui enim positiuo tantùm ferè adiungitur. *Per suas delicias*, intelligit libros de arte amandi. Cùm dicit, *Esse sed irato*, &c. corrigit hunc affectum: & statim addit valdè pulchram & appositam allegoriam, quæ est generalis sententia. quasi dicat, cùm aliquis impellitur à fortuna, & incipit ruere, nihil manet integrum, tota cadit. Est autem repetitio præcedentis sententiæ in versu, *Cunctáque fortuna*, &c. ac intelligit ita per domum se prolapsum: per quassatam, & fortunam: ipsam fortunam potius, quàm Augustum, qui fuit tantùm instrumentum fortunæ ad hanc rem: per tracta, & ruentia sua sponte, non tam peccatum Ouidij, quàm contra innocentiam, vt illa etiam in magno casu non sit tuta. Atque hoc est, quod etiam vulgò dicimus, Nulla calamitas sola. Posset etiam non incommodè, vt existimo, ad Augusti personam hoc referri, vt esset sensus: deficiente à nobis principe, aut potente, omnes deficiunt, ac tale quiddam videntur præcedentes & sequentes bini versus postulare. Quanquam Ouidius videtur hos duos sensus commiscuisse. Nascitur ex hoc loco velut contrarium, quod sequitur de iudicio Augusti superiore: vbi obseruandum est, quod Ouidius significat de transuectione equitum, & centumviratu suo. Quòd autem addit, *Res quoque priuatas*, &c. videtur leuissima quæque iudicia contracta in paucos ex illa curia decemvirorum significare. Nam quòd interpres dicit, publica iudicia fuisse apud centumviros: non consentit cum eo quod in 1. de Oratore Cicero scribit.

Nam volitare in foro, hærere in iure. &c. ficut eft annotatum à Budæo, cùm publica negotia potius ad alios iudices pertinuerint, & ad equites tantùm illa priuata. Et hoc eft etiam quod citauit ex Suetonio. Seqnitur querela, quòd non congruat finis cum principio, cum exemplo Actæonis, de quo vide tertium Transformationum. Ibi, cùm dicit, *Cur aliquid vidi*, &c. clarè fignificat Ouidius, quòd non tam propter opus de Arte amandi confcriptum, fit relegatus: quàm, quòd viderit, & quidem cafu, quod Auguftus voluerit effe occultiffimum: fiue ipfe Auguftus, fiue alius ei cognatus aut charus, hoc fecerit. Ac ira folet accidere, præfertim vbi fuerit res cum potentibus, quod vulgò dicitur, vt canem cædas, facilè inuenies baculum: &, vt ille in Comœdia dicit, Si libitum fuerit, caufam ceperit, qua vi, quáque iniuria præcipitem in piftrinum det. Atque hoc eft, quod addit hîc poeta, *faliat in fuperis etiam*, &c. cum indignatione propemodum. Confolatur fe deinde generis nobilitate, mediocritate opum fuæ familiæ, fuóque ingenio, idque per correctionem præcedentium de fuæ domus interitu. Verba, *Patrio dicatur ut auo*, &c. videntur mihi defiderate per ellipfin præpofitionem à, vt fignificet patris fui temporibus cœpiffe clarã fieri fuam familiam. In fequente verfu, *Nobilitate*: generaliter accipitur pro claritate: aut per tranflationem à fpecie, quòd nobilitas propriè videatur fenatorium ordinem fignificare. Atque ita commodè annectetur verfus, *Sit quoque parua domus*, &c. qui alioqui duriufculè videtur cohærere cum præcedentibus. Deinde repetitur quetela, & additur extennatio peccati. Redit etiam ad Augufti clementiam, & prædicat eam exemplo fuo recitando per diftributionem, quomodo fecum actum fit. Additur antbypophora de vera pœnæ grauitate, quam vult effe offenfionem tanti viri: & tamen, quia fit fpes de reconciliatione, pœnam effe mitem. Ad pofteriorem partem anthypophoræ vtitur imperfecta fimilitudine de vlmo tacta fulmine. Hinc rectè fequitur, quod de fperando addit, ornatum fimilitudine. Additur longa optatio, feu votum, poetica ratione. Verba, *Per fuperos*, &c. *Per patriam*, &c. aut requiruot verbum Oro, aut tantùm pro aduerbiis optandi ponuntur, & cohærent cum verbo Reddatur, & fimilibus, quæ fequuntur. Precatur autem ei perpetuum fucceffum, & felicitatem in honore, in matrimonio: quo in loco blanditur etiam Liuiæ vxori Augufti, haud dubiè fciens quantum blanditiæ valeant apud hunc fexum, & quantus fuerit amor Augufti erga Liuiam in filio, quem intelligo Tiberium: ficut interpres in nepotibus, vbi præcipuè Caium & Lucium defignat: in bellis, vbi facit profopopœiam victoriæ. Verfus, *Efficidmque tui fidus*, &c. mihi videntur debere habere verbum fingulare in principio, efficiat: & in fine plurale, eant. vt fit conftructio, *Efficiat*, fcilicet filius tuus Tiberius, *ut nepotes tui*, fidus (per appofitionem) *eant*, &c. Per Aufonium ducem intelligit vel Tiberium, vel Drufum, principes Augufti. Additur petitio cum extennatione. Petit autem iræ tantùm remiffionem, & mitigationem exilij: quam fequitur exaggeratio malorum præfentis exilij: quòd nemo alius magis procul ab Augufto fit relegatus, & inter barbariffimos populos verfetur. Vbi nihil muto in nominibus gentium, quanquam Meterea turba, vox mihi fit incognita, & Colchi vltra mare fint fiti, cùm (vix) dicendo fignificet magnum fpacium, in extremitate Imperij Romani. Deinde repetit petitionem, & addit caufas, quæ funt affines præcedenti exaggerationi exilij. Cùm autem dicit, *Nefas effe ciuem Romanum ab hofte capi*) fignificat etiam debere hoc Cæfarem facere, vel Romanæ dignitatis gratia, quæ eft ratio præcedentis caufæ, ne capiatur ab hoftibus. Quæ proximè fequuntur, funt partim velut occupatio, partim propofitio de fequente excufatione operis de Arte amandi. Poterat enim obiici ad præcedens argumentum petitionis, Tecum res aliter habet, Auguftum bifariam offendifti. Confitetur hoc poeta, & de eo quod viderit, nihil fe amplius dicturum effe, ad alterum fe refponfurum fcribit: id quod facit hoc modo & ordine. Vtitur primò longa excufatione Augufti generaliter, & fpecialiter, quòd non poffit minutiffima quæque fcire & curare. additur hîc fimilitudo Iouis, quæ nonnihil ad Epicuri doctrinam declinat. Et quòd non poffit, ac debeat vir tantus, princeps tanti imperij, verfus, vt Ouidij, & fimilea nugas legere. Additur hic publicorum laborum defcriptio, & huius loci conclufio, in qua fignificat, lectos tamen fuos libros ab Augufto cum admiratione. ibi *Euoluiffe* eft quinque fyllabarum, per diærefim diphthongi: vt in Tibullo & Propertio inuenitur. Significat etiam lectos ab occupato, alioqui non ita fuiffe de eis iudicaturum: atque ita inchoat excufationem operis de Arte amandi, ac addit antbypophorã, effe quidẽ illos libros lafciuos, aut parũ graues, non tamẽ contra leges factos. Probat hoc primùm exemplo quatuor verfuum, citatorũ ex primo eius operis libro. Deinde refpondet ad occultam obiectionem. Poterat enim præcedẽtibus opponi: Matronæ tamẽ, hoc eft, honeftæ mulieres, & maritæ. poterunt eius lectione corrũpi. refpondet ex abfurdo, feu iniquo, per diftributionẽ: Sed alijs etiam artibus, & modis, allici & depravari poffunt. Intelligit autem, vt puto, quæ fequens habet diftributio, de omni genere poematum, quorum nullum eft, quod non trahi poffit ad aliquam turpitudinem ex aliqua parte. Atque hoc illis accidit, quæ facilè poffunt corrumpi: vt funt naturæ hominum vtriufque fexus, alijs aliæ proniores ad vitia. Propemodum hic vult quod ahbi dicit:

Ingenio quæque tuenda fuo eft,
Si qua metu dempto cafta eft, ea denique cafta eft,
Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.

Ac verum quidem hoc eft: nihilominus tamen, vt Germanicè dicimus, amica obferuatio nihil obeft, præfertim apud inconftantiores, & magis procliues ad voluptates, ideóque imbecilliores. Quanquam eft arte quadam opus, ac modo, quem prudens facilè poteft tenere. Nõ enim aut ferua eft, aut mercenaria coniūx. In verfu, *Sumpferit Aeneidem*, &c. verba, *Genetrix ubi prima*: puto fic intelligenda, vt fignificent Veneris primæ genitricis Romanorum effe mentionem in hoc opere, vnde incidat matronæ cogitatio de origine Veneris, quæ nata eft, vt habent fabulæ, ex genitalibus Cœli. *vbi*: id eft, in qua Aeneide: *genitrix prima*, fcilicet eft, id eft, cuius ibi fit mentio. aliter Interpres. Generalis deinde additur fententia cum probatione per exempla, & conclufionibus excufationis. Item alia obiectio, quæ diluitur exemplis ludorum, porticuum, tem-

plorum, & similium. Est autem hic totus locus præcedenti similis, atque adeò velut quædam probatio dicti generalis, quod etiam alijs verbis repetitur post exempla templorum specialia (nam & generalibus vtitur, & specialibus) hoc versu. *Omnia peruersas possunt corrumpere mentes.* Ac est verè dictum. Vt enim araneua venenum sugit etiam ex rosa, & apis mel etiam ex taxo: ita mali bonis etiam malè vtuntur, & boni malis etiam benè. Sed nihilominus cùm sit magna plerunque infirmitas, & ingenia quædam facilè deprauari possint, fugienda est, & vitanda omnis occasio, quantum potest fieri. Superiorea duo versus, *in venerem Anchises*, &c. ita construantur, & exponantur: Anchises erit, qui referatur in Venerem, scilicet cogitationibus matronæ, vbi Veneris imaginem aspexerit: id est, veniet ei in mentem turpis facti à Venere & Anchise perpetrati: ita sequentia commata explicentur. Reperitur ibi obiter excusatio, quòd non matronis illa scripserit, sed meretricibus: nec tamen, vt, si qua Vestalis eat, quò vetatur ire, ita queat accusari matrona, si legat molle carmen. per exemplum à contrario: sic licere matronis Floralia spectare, aut Vestalibus meretrices. Consistit autem hic totus locus in hac argumentatione hypothetica: Si mea carmina merentur pœnam, merentur etiam alia quælibet, merentur ludi, porticus, templa, cùm hæc omnia possint occasionem dare turpitudini: sed hæc non merentur: ergo nec mea carmina. Sequuntur duæ obiectiones cum suis dilutionibus. Prior est generalis, cur sit nimium lasciuus. respondet, vellem, nec ingenium, nec iudicium ad hanc rem mihi fuisset. Altera, quæ nascitur ex præcedente. Quare non tractauisti graues materias, & serias? ac ibi species aliquot recitat per distributionem & vtitur ad postremum similitudine, quæ consentit cum Aristotelis doctrina de visu & lumine. mouet enim lumen visum: ac facit, vt colores potentia, fiant actu colores, vt loquuntur. Cui est affine, quod Aristoteles alicubi scribit, *ὅλως τι σημεῖον τοῦ εἰδότος καὶ τὸ δύνασθαι διδάσκειν ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο τὴν τέχνην τῆς ἐμπειρίας οἰόμεθα μᾶλλον ἐπιστήμην εἶναι· δύνανται γάρ, οἱ δὲ οὐ δύνανται διδάσκειν.* Respondet, fortasse paruis tractandis queam par esse, tametsi de hoc etiam dubium sit, non tamen item grandibus. Idem prius etiam allegoricè dicit, ac sine dubitatione. Huc referendum est quod Propertius in 3. libro scribit ad Mecœnatem,

> *Turpe est, quod nequeas capiti committere pondus,*
> *Et pressum inflexo mox dare terga genu.*
> *Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,*
> *Fama nec ex æquo ducitur ulla iugo.*

Additur, fecisse quidem se periculum in Cæsaris rebus describendis, verùm defectu virium tandem se relapsum ad amatoria tractanda: malle tamen se hoc non esse factum. Sequitur exclamatio. Deinde redit ad excusationem, quòd non scripserit amandi artem nuptis: idque ne quidem se potuisse facere, cùm sit imperitus rei (generali sententia ad hoc vtitur) quòd suis iocis nullos sinistros sermones de se præbuerit, quasi, vt scripserit, ita se gesserit: hoc est, vt ipse exponit, quòd nullum adulterium commiserit, quòd mores habeat castos, etsi carmina sint lasciua. De qua re Catullus etiam velut legem fert, cùm ait:

> *Nam castum esse decet pium poetam*
> *Ipsum, versiculos nihil necesse est.*

Additur postea per occupationem, quòd animi non debeant æstimari ex libris, cùm in his multa scribantur oblectandarum aurium causa parum castè, aut licentius, manente honesta voluntate. Tractat hunc locum valdè copiosè per exempla, vbi vagatur per omnia ferè poematum genera, ostendens in omnibus inhonesti aliquid scribi: & tamen suis autoribus non hoc nocuisse, aut illorum animos ex libris iudicatos esse, vt putati sint iis vitijs obnoxij esse, quæ celebrauerint. Facit hoc bifariam: generaliter, cùm genera carminum, vt dixi, percurrit: & specialiter, cùm in singulis ferè generibus exempla illustria, & præcipua recitat. Ac primùm quidam Græca, deinde Latina. Estque hæc siue occupatio, siue obiectio, cognata cum præcedente prima obiectione huius loci. Nam vt isthic à turpi facto se vindicat, ita hic se de voluntatis turpitudine, vnde nascuntur malæ actiones, excusat. Nec admodum valet, quod contra hoc argumentum obiici potest: Ouidium ex confesso docuisse turpitudinem, alios poetas ex magna parte vitia tantum & peccata recitasse, non vt imitaremur ea, sed potius vt fugeremus: cùm &, vt paulo antè est indicatum à poeta, non illicitum, aut vetitum legibus amorem docuerit, & amare per se non sit res turpis in natura: tum quod ad occasionem attinet, æquè aliorum poematum, aut etiam aliorum scriptorum lectione honestos & castos animos infici, aut deprauari posse, ac operis de Arte amandi: ne dicam, vno aut altero loco tantum excepto, qui sunt obscœni, vix tamen obscœniores, quàm hæ res à medicis tractantur, aut alijs aliquando sine reprehensione, hos libros multa egregiè de moribus & virtutibus monere, multis exemplis, historiis, fabulis, & alijs pulcherrimis ornamentis refertissimos esse. Hinc facilè mihi persuadeo, non hanc, sed aliam causam fuisse, cur Ouidius tam duriter à Cæsare tractaretur. Atque hæc omnia volo ciuiliter & philosophicè accipi, maximè quod ad scortationem attinet, quæ inter Christianos non multo est leuius peccatum, quàm adulterium. Sed omitto patrocinium, & ad expositionem redeo. Scriptura in hoc versu non sine causa displicet interpreti, qui putat scribendum esse, *Quis nisi*, & ego mallem legere, Quid? non, &c. subiecto statim post Quid, puncto interrogatiuo. Non enim hic Tantalides principaliter significat fabulam, sed materiam fabulæ: sic tamen, vt subinde intelligatur fabula, idémque de sequente & præcedente exemplo est sentiendum. Contrà sentiendum est de primo huius loci exemplo, vbi Hippolytus fabulam principaliter significat, minus principaliter materiam: id est, hoc significat opus, quatenus eam continet materiam, seu fabulam: illa significant materiam, quatenus descripta est poemate huius generis. Et hoc discrimen obseruari debet in alijs etiam locis similibus. Librorum Aristidis, quicunque is fuerit, meminit Plutarchus in vita Crassi, ac Milesios appellat. Hos, & similes, dicit factos publicos muneribus ducũ patère: aut ideo, quia significat beneficio permissúque principũ eos venisse in publicũ. vt Muneribus, sit ablatiuus, & referatur ad facta, participium: aut, quia vult in publicum datos à principibus donari, vt Muneribus sit datiuus, & pendeat à verbo Pateat. vt ego propemodum sentio. Et hactenus de peregrinis libris. Addit etiam Latinorum exempla, per quandam collationem tamen: vt Ennius & Lucretius de rebus grauibus scripserunt: ita Catullus & alij.

quos multos nominat, de rebus amatorijs fecerunt poemata. Lucretius autem de natura ignis in primo libro multa disputat contra Heraclitum: & sentit, ignem, vt alia corpora, fieri ex indiuiduorum corpusculorum, quæ Græci ἀτόμους vocant, concursu. Quę ad alterum eius loci versum ab interprete sunt annotata ex Seneca, nihil faciunt ad rem, & non consentiunt cum philosophia. Quæ sequuntur ibi de veteri codice, quòd in eo legatur casurum, pro causarum, & sententia huius loci, vnà cum versibus citatis ex principio 5. libri Lucretij, probo ac sentio veram esse lectionem, & sententiam poetæ in eo versu. Intelligit etiam in his duobus versibus, *Et quorum libris modò dissimulata Perilla*, &c. (sic enim legit: nos, *per illos*, habemus in nostris codicibus) Ticidam, & dicit Perillam quandam ab eo fuisse amatam, sed mutato nomine, Metellam dictam, Idem recitat Crinitus: sed nec probat, nec improbat. Mihi videtur hoc durius & alienius, ob duas caussas. Prima est, quòd paulo ante idem est nominatus, idque interpretem etiam offendit, à quo tamen sanatur vtcunque hoc malum: quanquam in nostris libris ibi Tindæ, non Ticidæ, est scriptum. Altera caussa est, quòd hîc vsurpatus est pluralis numerus. Quare alios quosdam intelligere mihi videtur, quicunque sunt, quàm Ticidam: ita, vt significet ab eis aliquando Perillam prorsus omissam, aliquando positam, sed ficto nomine Metellæ. In alijs nihil hîc ab interprete dissensio. De poetis Latinis diligenter est tractatum à Crinito. Post exemplum Tibulli & Propertij accommodat hanc partem catalogi præcedentium exemplorum ad suũ institutum, & eam ita concludit: ac id partim propter cognationem argumenti, partim ratione temporis. In versibus. *Non timui, fateor*, &c. est allegoria, & significat, se illos imitatum, non timuisse periculum, quod impune fuerit eis de talibus rebus libros facere. Sequuntur alia deinde genera poematum, sine autorum nominibus. Et primo dicitur à plerisque de ratione ludendi alea scriptum esse, ac enumerantur quatuor ludorum eius generis species, cum breui quadam eorum descriptione. Primus, qui fit talis: vbi miror, quare interpres pro figere, censuerit scribendum vincere, aut fingere, cũ apta sit metaphora propter ablatiuum Iactu, sumpta vel à sagittarijs, vel à venatoribus, pro lucrari, aut vincere in hoc aleæ certamine: sicut feræ vincuntur ictibus, & figendo. vnde hoc etiam est Virgilij, figere ceruos: hoc est, confodere, aut punctim cædendo, vt Liuius loquitur, interficere: sicut à nobis dicitur, *ein Bern stechen*. In talo autem quatuor sunt latera, quorum duo sunt latiora, & ex his eminẽtius, Venus communiter dicebatur: depressius, canis: duo sunt angustiora, & alterum ex his Chius, alterum senio vocabatur. Græci ἀστράγαλοι dicunt: & ludere talis ἀστραγαλίζειν: Germani in his terris *an Knötteln*. Est autem ossiculum, quod in posterioribus tantùm pedibus animalium bisulcorum inuenitur. Vide Suet. in Augusto. & Cornucop. Secundus est, qui versatur in tesseris. Est autem tessera corpus habens sex latera, quæ pariter sunt quadrantalia. vnde nomen etiam habet tessera, non à numero laterum: Græci κύβοι vocant. nostri à iaciendo, *Wurfel*. Consistit autem hic ludus in cognitione numerorum, quibus inscripta sunt latera: & in obseruatione eius qui extat, aut eminet rectà sursum. & hunc puto significari verbis, distante vocato: id est, separato ab alijs, & eminente, habente nomen & vim in ludendo. Quanquam est obscurè dictum & locus est mihi propemodum suspectus de menda. Interpres nescio quid hîc nugatur, vt facit in verbis præcedentibus. alea luditur: cùm hoc ad ludentes, non ad scriptores pertineat: ac Latini dixerint, aleam ludere, vt dixerunt, nummos ludere, & iacere aleam. Quale est hoc Virgilij,

Lusuri nummos, animos quoque ponere debent.

Deinde consistit hic ludus in iaciendo, & in dando: id est in collocandis calculis pro numeri iacti ratione. & est hic Dare, dictum, sicut nos dicimus in hoc ludo, *Geben*. Tertius ludus est latrunculorum, qui nunc ludus Scachorum, fortasse à fugando, si licet à nostra lingua etymologiam sumere, dicitur. Est enim in eo pugnæ quoddam simulacrum. Extat egregiè descriptus carmine à Vida, & planè vsus hodiernus consentit cum Ouidij hac breui designatione. Quartus est lapillorum, qui trahuntur in certa quadam linearum descriptione. Apud nos autem nunc nouem vsurpantur: olim tres sunt vsurpati, & minor fuit linearum numerus: cæterùm eadem est vtriusque ratio. Quia sicut victoria consistit in vna continuatione, seu coniunctione omnium, quando tres vsurpantur, cùm duorum continuatio nihil lucrifaciat, aut vincat: ita, vbi nouem vsurpantur, ludus potest extrahi, donec peruentum est ad vltimam continuationem, à nostris vocatur iam, *Die steen ziehen*: iam *der Schafisagel*: continuatio, *ein Mule*. Adduntur postea reliqui ludi, quibus omnibus temporis fit iactura: sed pauci, per quandam præteritionem. Adduntur & aliarum rerum artificia, nusquam hîc positis nominibus autorum. ac dicuntur in Decembri talia ludi: id est, de talibus rebus poemata recitari, ac tractari in Saturnalibus, quæ celebrabantur in eo mense, Accedit his accommodatio, cuiusmodi suprà. Sequitur de Mimis, alia specie poematis, qui dicti sunt à μιμεῖσθαι κατ᾽ ἐξοχὴν, seu ἀνθρωπαρέσκοι. Fuit autem velut licentior quædam & vilior Comœdia: quod apparet etiam ex descriptione qua poeta hîc vtitur. in cuius fine cum indignatione dicit, hæc spectari cum plausu, & magni à prætore emi: quasi dicat, in meis poematis non est tanta licentia, & ego tamen punior, illi donantur muneribus. Est enim occulta accommodatio, præcedentibus affinis. vbi *Aliqua nouitate*, &c. significat nouam aliquam technam, aut dolum. Et deinde, *Quòdque minus prodest*, &c. puto legendum esse, Ac pœna: in eodem versu, pro eo, quod meretur pœnam, ponitur. Amplificatur hoc Augusti exemplo, quòd splendidè apparatis ludis, etiam ipse poemata huius generis adhibuerit, ac fuerit horum spectator & approbator. Subijcitur hic etiam accommodatio, seu conclusio, vt maius ad minus. Deinde sequitur obiectio, cum responsione de poematis illius quadam conditione, aut iure. ac iterum admiscetur Augusti approbatio talium nõ modò poematum, sed etiam picturarum, de quibus apud Suetonium apertius aliquanto scribitur in eius vita. Sequitur occupatio de materia poematum per extenuationem ingenij poetæ, quæ suprà quoque sunt tractata. Hinc ducitur mentio Virgilianorum operum, vt correctio præcedentium: quòd in huius poetæ, quẽ aut vocet felicem, non est ignotum, libris etiam habentur illicitus concubitus, & iuueniles amores: ac à se quidem & antea similia poemata edita esse,

nec tamen ea, sibi nocuisse. ac in eo loco immotatur nonnihil ad ostendendam indignitatem. Additur huius deinde occupationis correctio, quòd etiam grauia poemata fecerit, vt libros Fastorum: vbi obseruandum est, quòd dicit à se duodecim eius materiæ libros factos esse: Medeam, cuius honestè meminit Fabius, quam dicit non esse absolutam, & ex ea ratiocinatur, bene se affectum fuisse in Cæsarem, & eius familiam. Sequitur hæc generalis quædam defensio, quod ad modestiam & candorem attinet, neminem ab ipso læsum esse carmine: item pathos, quòd sibi tantùm nocuerit suis versibus. Et quædam consolatio sub forma conclusionis, putare se, quòd nullus Romanus ciuis lætetur ipsius malis, quin contrà multos dolere. Postremò petit ab Augusto, vt his argumentis omnibus commotus, remittat iram: ac ipsum non quidem in Italiam (est extenuatio) restituat, sed mittat in commodiorem ac tutiorem locum exilij. Hæc est conclusio & finis elegiæ.

EXPOSITIO ELEGIAE PRIMAE LIBRI TERTII.

IN hac tota Elegia est prosopopœia. Fingit enim Ouidius, hoc suum opusculum, seu librum, venire in vrbem, ipsius mandato: ac petere à ciuibus, vt ipsum placidè accipiant. Cui petitioni additur occupatio, de materia libri, quòd nonnihil amatorium contineat, adeò, vt etiam pœniteat autorem superioris operis de his rebus. atque sunt hæc etiam argumentorum suasoriorum vice. His inectitur suauis quidam iocus per allusionem inæqualitatis pedum in carmine Elegiaco: à quo inchoatur excusatio, quæ sequitur, obiter iniecta de versuum stylo, ac ratione. Obseruandæ sunt ellipses in his quatuor versibus, *Quod neque sum cedro*, &c. vbi non ita priores cum posterioribus cohærent, vt in disticho præcedente, sed addenda sunt, *Hoc facit*, *quòd*, &c. aut similis. Sequitur petitio de monstrãdo itinere. Postea pergit narrare. Ac ea quæ sunt hactenus dicta, velut in re præsente, atque directè sunt dicta, quod Salustius & Liuius etiam in historia fecerunt alicubi. Hæc verò quæ iam adduntur, adduntur per imitationem, & obliquè: quales sunt conciones in Polybio & Cæsare. Dicit autem, sibi vix ab vno monstratum iter esse. ac deinde bene precatur ei, rugátque vlterius eum, vt se ducat. His additur expositio itineris, quod fingitur fecisse Romæ. atque est velut quoddam hodœporicon, in quo narrat, in quæ loca subinde peruenerit, illo ducente. Huius expositionis ei parti, quæ continet mentionem, ac propemodum descriptionem domus Augusti, addit petitionem suæ salutis. Cæterùm errat Interpres, quòd putat hæc verba, *Aeternum sic habet illa decus*, &c. de gloria intelligenda esse, cum apertè conferat ibi Laurum & Pacem. Errat etiam in his verbis exponendis, *In quo pœnarum*, &c. cùm relatiuum Quo refert ad orbem. Nullus enim ita est sensus: & Ouidius pro suo more extenuat suum peccatum, ac errorem vocat. Debet autem sic versus construi: In quo, scilicet ciue, & se intelligit, non facinus: sed error habet causam pœnarum, id est, continet causam, vel est causa exitij. Sequitur affectus ex ædium illarũ aspectu, & precatio de perpetuis eius domus habitatoribus, vbi Precor verbum cohæret cum Aspiciare. & Placare est præsentis temporis. Adduntur postea, quæ restant de hac expositione, vbi, quæ dicit de columnis Belidum, id est Danaidum, & earum patre, habentur etiam in his versibus, qui extant in primo libro de Arte:

Quæque parare necem miseris patruelibus ausæ
Belides, & stricto barbarus ense pater.

In sequentibus duobus versibus intelligit bibliothecam Augusti. Ex his ludit, vt solet, de libris Artis amandi. Hi quatuor versus, *Altera templa peto*, &c. de templo aliquo sunt intelligendi, in quo fuit aliqua bibliotheca, siue id Vestæ fuerit, siue Cybeles, siue Libertatis. Placet mihi tamen coniectura Interpretis, qui intelligit hunc locum de atrio Libertatis extructo ab Asinio Pollione: de cuius bibliothecis est apud Plin. lib. 35. cap. 2. Sub finem cõqueritur liber de sua infelicitate, & consolatur se tamen spe quadam, vt fit. Precatur etiam Cæsarem, vt faciat ipsum compotem sui voti: ac plebeios rogat, vt interim sibi locum dent, si liceat.

EXPOSITIO SECVNDAE Elegiæ.

QVæ sunt partes huius elegiæ. prior est querela, posterior precatio. Queritur autem poeta non tam de suo exilio, quàm de loco exilij. Colligit præcipua, quæ videntur lectorẽ ad commiserationem commouere posse, ac Cæsarẽ ad veniam, aut iræ mitigationem: id quod solet, ac debet fieri in hoc genere scripti. sunt hic, Locus, id est, pœna: Cessatio, siue negligentia numinum, à quibus debuisset iuuari: Delicti paruitas, aut potius nullum delictum. vbi perustum Pontum frigore, intelligit locum exilij frigidum: ac loquitur physicè. Vrit enim etiam frigus, etiamsi non per se, & simpliciter, sed per accidens, aut per antiperistasin, vt loquitur Aristoteles. Præterea sunt hic, mollicies corporis, & vita ad otium assuefacta: Extractio pœnæ, & quod est huic affine, Patientia, & animus in ferendis periculis & molestijs viæ, malum auctum post profectionem, & euasionem periculosũ viæ, loca, & res charæ amissæ. In his deinde quatuor versibus, *Heu mihi quòd toties*, &c. repetit querelam de extractione pœnæ. atque est in duobus prioribus admodum elegans & suauis allegoria. Significat autem sæpe se vicinum fuisse morti, nec tamen potuisse mori. In fine precatur deos, cum quadam eorum accusatione de iniquitate, vt fata incitent: hoc est, finem faciant his miserijs.

EXPOSITIO TERTIAE
Elegiæ.

VArium est argumentum buius elegiæ. Principiò se Ouidius excusat vxori, ad quam est scripta elegia, de aliena manu, & tranaferr causam in ægritudinem. Hiuc ducitur querela satis longa, in qua facit, vt in præcedente, ac est vsitatum in querelia. Recitat ea propter quæ videri potest miser, & dignus misericordia, vel etiam auxilio. Nam vt ego quidem iudico, Omnes querelæ, aut magna earum pars, includit etiam occultam petitionem, aut implorationem auxilij. Recitat locum exilij, aërem, aquam, domum, cibum, absentiam medicorum, & amicorum, desiderium rerum amissarum, præcipuè coniugis: Vbi versua, *Et plus in nostro*, &c. aliter ab alijs legitur, scribentibus Chara, pro parte. Nihil quidem incommodi haber hæc scriptura, nisi quòd est Ellipsis in ea durior aliquanto fortasse. Sed mihi nostra videtur concinnior, vt idem repetat sine defectu: vocabulo Parte, intellecto da alijs omnibus rebus charis, quæ ad vxorem velut vna quædam para sunt omnium illarum. Vrget hunc locum de vxore, vt retineat eam in fide ac officio. Tametsi autem suspicatur etiam, ne interim ipsa læsa sit, boc tamen iterum corrigit. Deinde addit vehementem affectum per exclamarionem, extenuationem, & indignationem, à breuitate illius temporis, quod fuerat in exilio, respectu morbi, & patriæ: hoc est, vult indignè factum videri à dijs, quòd, cùm tam propè adesset mors, non aut dilata fuerit pœna, aut mors accelerata, ita vt in patria potuerit mori ac sepeliri. Estque totus iste locus figurata quædam optatio. Pergit deinde conqueri, ac repetit loci incommoditatem per antitheton sui consueti lectuli. Hia addit amicorum, & vxoris, præstantium in extremo tempore, humanitatis & pietatis officia, absentiam, & copiam tum accipiendorum illorum, tum dandi mandata. De clamore supremo, videndus est interpres: de claudendis oculis, Plin. lib. tt. cap. 37. Post bæc iterum est solicitus de officio coniugis, ac iubet eam in luctu modo quodam vti, addita breui consolatione, quam duxit à temporum collatione. Vocat ibi vxorem suam lucem, ita vt dicitur, meum suauium, meum corculum, & similia, pro re charissima, aut tam chara, quàm sumus nobis ipsi. Deinde additur breuis adhortatio ad fortitudinem. Addiur & votum de mortalitate animorum, & eius causa bene vulgaris, & tantum non muliebris, huic loco tamen conueniens. Item petitio, seu mandatum de vebendia Romam eius cineribus: ad quod vsurpatum est exemplum Antigonæ, & Eteoclis, de quibua vide Antigonem Sophoclis, de condēdis ipsis, & inscribendo epitaphio: quod ipse addit quatuor versibua comprehensum. Quæ sequuntur, sunt partim consolatio ducta à poetæ ingenio, & monumentis: partim sunt mandatum de conseruanda ipsius memotia, & honorandis perpetuò reliquijs: tū excusatio, quòd non plura scribat: ac valedictio.

EXPOSITIO QVARTAE
Elegiæ.

DVo sunt præcipui loci huius elegiæ, suasio, & querela. quanquam & hic est ex illo natus. Initiò compellat suauiter amicum, & significans breuiter eius fidem, & constantiam. His continenter adiungit suasionem de fugiendia principibus, & aliis magnis, aut potentibua: & hortatur eum πρὸς τὸ λαθε βιώσας, id est, ad tranquillam, otiosam, priuatam, & carentem consuetudine superiorum vitam: qualē ferè sacerdotes, & professorea artium agunt. Monachorum enim vita non est bumana, sed aut diuina, aut vitiosa, vt pulchrè vult Aristoteles, cùm ait, ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῷον, καὶ ὁ ἄπολις διὰ φύσιν, καὶ οὐ διὰ τύχην, ἤτοι φαῦλός ἐστι, ἢ κρείττων ἢ ἄνθρωπος. Deinde, addita priua occupatione de facultate iuuandi potentum, subiicit exempla à pari, quæ probant, quòd demissa & humilia minimùm lædantur. Idem suo quoque exemplo declarat. vbi verba, *Dum leuis aura ferebat*, *Hac mea*, &c. sunt allegoria. Cimba enim vitam eiua, aut ipsum: aquæ placidæ, qualitatem vitæ, seu statum: leuia aura, moderatum animum significat. Deinde sequuntur alia exempla per antitheton. Elpenoris fabula est in 10. & 11. Odyssea. Postea repetitur suasin, sed in generalitate. Sequuntur exempla: vbi rectè monet interprea, Eumedes legendum esse. Intelligit autem Dolonem, de quo vide lib. 10. Iliad. In versibus, *Nec natum in flamma*, &c. significat Phaethontem non fuisse periturum, si non ductus ambitione pater Merops, voluisset eum videri filium Apullinis. atque ita dissentit à fabula in boc loco per occasionem. Iterum deinde repetit suasionem, in cuius boc versu, *Propositique precor*, &c. est obseruanda metaphora. Sequuntur argumenta, quæ magis ad exordij rationem pertinent quàm ad suasionem. Non enim incitant ad obtemperandum, sed ad conciliandum, aut retinendum fauorem, adeóque ad testificandam beneuolentiam ac studium: hoc est, subiectum, vt in scholis Dialecticorum loquimur, explicant, non prædicatum. Sunt autem sumpta cùm à dignitate, tum à meritis eius. Tertia deinde suasionia repetitio additur. hanc sequitur querela, præcedentibus, imò alijs etiam ferè omnibua, quæ sunt in boc opere, similis. Exaggerat autem præcipuè fœditatem Scythiæ, ac absentiam patriæ, domua, coniugis, & amicorum. Vocat in hoc loco terram perustam gelu, sicut in 2. eleg. pōrum vstum frigore. Verbum etiam Superant in versu, Bosphoroa & Tanais, &c. pro supersunt, hoc est, reliqua sunt. Quale est hoc Virgilij, Superátne, & vescitur aura Aetherea? Cùm de amicorum absentia queritur, aspergit etiam excusationem de eo, quòd non ponat eorum ad quoa scribit, nomina: cum pollicitatione conseruandæ ipsorum recordationis, & eius quod est in excusatione. Petit etiam ab eia leuationem suorum malorum, & finit epistolium optatione eleglaca.

EXPOSITIO QVINTAE
Elegiæ.

DVo pręcipuè fiunt in quinta elegia. Primò prædicatur fides, constantia, verique amici officia cuiusdam, quem generali vocabulo charū vocat: quo tamen vt proprio, se vti scribit. Atque hoc fit per quandam antonomasiam. Finitur hic locua in optationem defendendi amicos, sed in melioribua causis, ac est totus occulta quædam etiam gratiarum actio. Quartus versua, *Ni me amplexus mnodu*, &c. cohæret cum præcedentium duorum primorum posteriore clausula, vt illa, Non ægrè possa dissimulare, non cum priore. vsua fuit, &c. Ac significat non

magnam inter se & illum consuetudinem fuisse, adeò, vt facilè potuisset amicitiam celare: ideóque magis excusatus esse, quàm alij, si ipsum non curasset hoc aduerso tempore. Quòd autem hoc ab eo non sit factum, inde accidisse, quòd magis ipsum dilexerit, quàm consuetudine fuerit expressum. Deinde sequitur petitio, quæ est secunda præcipua pars elegiæ. Incipitur hæc à nunciatione quadam per obiectionem. In altera indicat de spe sua quantumuis tenui, quòd possit Augustus mitigari, & eam se cupere sibi relinqui. In altera petit, cùm id quod iam est dictum de relinquenda sibi spe, tum vt se ille adiuuet in consequenda venia. Huc pertinet quæ sequuntur: argumentum à facili, quod est generale: & exempla confirmandi huius argumenti, quorum primum de leone tractatum est per antithesim exempli de vrso. Tertium est intelligendum de Alexandro Macedone, qui Alexandriæ, quam ipse condidit, sepultus est à Ptolemæo præfecto primùm eius, deinde rege Aegypti. Pharum ipse vicinæ insulæ nomen vsurpauit. In vltimo exemplo per Iunonis generum intelligit Herculem, quem fabulantur in cœlo Heben Iunonis filiam vxorem duxisse, post mortem factum deum. Eódem pertinet etiam argumentum, quod deinde additur, à qualitate peccati per antithesin. Est & obseruandum, quod iterum dicitur, videndo se plurimum peccasse, vt in 2. lib. Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci? His addit conclusionem de spe sua, & votum de læto nuncio.

EXPOSITIO SEXTAE *Elegiæ.*

Eiusdem ferè argumenti est hæc elegia cum superiore, sed est aliquanto breuior. initiò laudat Ouidius amici cuiusdam fidem in colenda amicitia: valde paucis tamen, & remissius quàm suprà fecit: prolixius verò laudat commune inter ipsos amicitiam, à celebritate mutui amoris, & commissione arcanorum, præter vnum illud, quòd Ouidium in hoc malum coniecit. Hoc autem habet vim persuasoriam apud Augustum, ad molliendam eius iram. Nam, quod vidit Ouidius, ideo offendit Augustum, quòd is voluerit hoc à nemine sciri. Est hoc tractatum per tacitam optationem, & deplorationem. Significat enim se cupere, vt non celasset illum hanc rem prius, quàm faceret. Petitio deinde sequitur cum excusatione per occupationem: siue quis mauult argumentum à qualitate peccati appellare. Petit autem sibi ab eo Cæsarem iratum leniri, ac mutari locum exilij: sic tamen, si non commiserit flagitium, aut scelus, sed ab errore sit ortum eius peccatum. & hæc est excusatio, vel argumentum illud suasorium. Addit etiam de occultando hoc suo peccato, ac iterum extenuat peccatum. & vocandum stulticiam dicit: idque nisi sit, longius à patria se ablegari debere. quod est imprecatio conditionalis.

EXPOSITIO ELEGIAE *Septima.*

Ota epistola est mandatum per prosopopœiam. iubet enim epistolam proficisci Romam, & conuenire filiam eius Perillam. Mandatū autem habet certas partes. Primùm, vt dixi, iubet epistolam ire, & salutare filiam, & per occupationem dicit, eam esse aut apud matrem, aut apud libros, tractantem poeticam. Deinde, vt ei quæsituræ dicat de statu rerum patris, vtque vicissim interroget eam de suis studiis. Vbi versus, *Doctáque non patrio*, &c. intelligendus est de versibus Lyricis, vt colligitur ex versu qui sequitur, Sola tuum vates Lesbia, &c. significat enim ibi Sappho inuentricem huius carminis. In versu, *Hoc ego Pegasidas deduxi*. &c. videtur Ouidius ipse filiam alloqui: sed pergit libro mandare, meo iudicio, quanquam persona & forma sermonis mutata, & per ellipsin, vt hęc aut similia subaudiantur: & dic ei deinde, pater tuus dicit etiam, Hoc ego Pegasidas, cum sequentibus, ad finem vsque. Hac forma nos etiam in nostra lingua nonnunquam vtimur in perferendis mandatis, retenta mandatoris persona, & velut eam agentes. Crebriùs hoc faciunt Hebræi, vt apparet ex Prophetis maximè. Ac est figura, quam vocant mimesin, id est imitationem. Dicit autem ibi poeta principiò de studio & diligentia in obseruando & curando puellæ ingenio, & de mutuo amore: postea de profectu si pergat. & hæc habent persuadendi vim, respectu adhortationis ad studium poëticæ, quæ sequitur ex his & alijs, vt conclusio. Hic inseritur vel occupatio de patris exemplo, vel affectus de filiæ remissione studiorum. Addit etiam de vtriusque in discendo & diligentia, & mutua opera, & repetit præcedentem occupationem, vel affectum. Sequitur adhortatio, præcipuus locus mandati, cuius facta iam est mentio, quam incipit à dehortatione, à metu causa desidiæ. Vtitur hic argumento ab excellentia bonorum ingenij per comparationem demonstratiuam cum forma, & opibus corporis, & fortunæ bonis. etsi posteriora horum vt causam quoque videtur ponere, cùm dicit, Sunt & opes modicæ, &c. quasi hac doctrinæ facultate possit ad maiores diuitias peruenire. In versu, *Irus & est subitò*, &c. est antonomasiæ species ei contraria, in qua generale nomen ponitur pro speciali, vt Seruator pro Christo, Poeta pro Virgilio consueuit dici. Deinde incitat eam à suo exemplo etiam, quod attinet ad commoda, quæ comitantur ingenij & doctrinæ præstantiam. Nec falsus est Ouidius, imò plus ei contigit, quàm sibi hîc vaticinatur: cùm duret eius nomen, etiam adempto Romania imperio. In fine repetit adhortationem.

EXPOSITIO OCTAVAE *Elegiæ.*

Votum, seu optatio, & eius correctio, & querela sunt partes huius Elegiæ. Cupit autem sibi aut Triptolemi, aut Medeæ currum, aut pennas vel Persei, vel Dædali contingere, vt celeriter possit Romam peruenire, ad inspiciendam patriam, domum, vxorem, & sodales. Quæ quia videbantur absurda propter impossibilitatem, vel potiùs, vt moueret Augustum nonnihil, statim corrigit se ipse acriter: ac monet, orandum esse Augustum, cui facile sit facere, vt sine curru, sine pennis illa omnia contingant. Deinde obijcit quædam sibi de magnitudine huius rei, nimium esse, reditum à Cæsare petere. Ad quod respondet, olim id faciendum esse, extincta eius ira: interim se cupere, vt in alium locum exilij quemcunque mittatur: & tamen hoc sibi, tametsi per se illo minus, fore pro magno beneficio. Vbi duo versus, Quod minus, interea, &c. ita sunt ordinandi, vt Interea vox referatur ad

tur ad sequentis versus verbum: Iubeat, & Minus, in priore versu nomen sit, ac præcedat verbum Est, aduersatiuè hoc modo, Interea iubeat me ire quolibet ex his locis, Quod minus s. quanquam beneficium ens, est mihi instar ampli muneris, id est, pro magno munere, s. tamen. In sequente versu verbum Faciunt desiderat, pro me, aut aliquid simile: ac ferè est dictum nostro modo, Weder wyssen noch lufft thut es mir mir. Sequitur querela de incommodis exilij, præcipuè de insomnijs, macie, colore: vbi vtitur comparatione foliorum iam casurorum, de totius & corporis & animi debilitatione, adeòque de fœditate suæ fortunæ, vbi subijcit plerasque etiam partes præsentis, dicens multa breuiter, quod est obseruandum, quòque hanc rem animo ferat. Ibi, *Quærar ut cum Cæsaris ira*) &c. dictum est pro querar cum irato Cæsare, seu cum Cæsare, quatenus irascitur, per synecdochen. Postremi duo versus corrigunt præcedentes. verùm ita legendum est, *At quoniam*) &c. vt mihi placet, non Aut. ac sunt quędam petitio.

EXPOSITIO NONAE *Elegiæ.*

Etymologia quædam est hæc elegia, hoc est, expositio vocabuli Tomos, quod significat oppidulum, vt Plinius vocat. in quo fuit exul Ouidius: prolixior tamen aliquanto, vt quæ totam rem huc pertinentem contineat. Factum est autem nomen oppido à secando, quòd ibi discerptus à Medea sit frater eius Absyrtus, Aegialeus antea dictus, vt est apud Ciceronem. Dionysius Aegialei nomen solum habet. vox τομὴ nota est. Porrò patrem Acetam fugiens Medea, cum Iasone venit in eum locum: & cùm sequeretur pater, vt eius cursum retardaret, ac interim ipsa cum Argonautis elaberetur, fratrem dissecuit, ac eius membra passim proiecit, vt à patre conspici, ac luctum ei præbere possent. Poeta hæc narrat omnia copiosius, additis quoque circumstantijs & affectibus. Ac incipit elegiam ab admiratione incolarum & loci. quòd in media barbarie Græci habitarent. Est hoc in historiis, in ea loca deductas esse à Græcis colonias, præsertim à Mileto. is. & Plinius nominatim de Istropoli scribit, ci itate vicina Tomo: éstque verisimile, in multa propinqua loca eam gentem propagatam esse, quemadmodum hic Ouidius de Tomo asserit.

EXPOSITIO DECIMAE *Elegiæ.*

Tota elegia versatur in descriptione Scythię, præsertim regionis Tomitanæ, copiosa & splendida. ita, vt possit appellari ὑποτύπωσις. & enumeratione incommodorum eius loci: nisi quòd in postremis duobus versibus vehemens & indignabunda querela est adiecta. Incipit autem elegiam à causa huius descriptionis: quanquam id facit per conditionem, quod extenuandi & conquerendi vim habet. In descriptione primò de vicinis. & quod ab eis est, periculo dicit: vbi in versibus, *Sauromatæ cingunt*) &c. est ellipsis particulæ tametsi, aut similis, propter sequentem versum, *Dum tamen aura*) &c. Postea de aeria intemperie per antitheton & affectionibus quibusdam illius, vt niue, & glacie: quæ exaggerat assiduitate, magnitudine, duratione. In versu, *Tum pater & aurea*] &c. & sequente, placet mihi quoque Tum scribi, non Dum: aut certè Cùm, propter initium huius loci, *At cum tristis hyems*, &c. Verbum Delicuit, ibi est obseruandum, à Deliqueo. Sic in 4. Metamorph. Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit, &c. Addit tremientem pro cœlo frigido, faciente in corporibus viuentium tremorem, per synecdochen. Sequitur de vi Aquilonis, vestibus illarum gentium, congelatione capillorum, vini, riuorum: & hæc omnia cum ijs quæ sequuntur, suis circumstantijs ornantur poeticè. De Danubij deinde concretione sequitur, ac Ponti, ad quam vtitur excusatione: vbi obiter interiecta est Leandri fabula, de qua est in Musæi quodam poemate. in 3. Georg. Virg. & Ouid. epistolis. *Non foret angusta*) &c. id est, Hellespontus non esset contaminatus tua morte, non ibi periisses natando, cùm potuisses transire pedibus. Adduntur postea multa, quæ comitantur astrictionem aquarum, impeditus libet motus piscium, Boreæ, nauium, & remorum, concretio cum aqua piscium, hostium incursiones per Danubium congelatum. vbi, Flumina cogit aquas, rectè puto legi. Nam in vetustioribus quibusdam, Flumine, &c. legitur, vt sit appositio, & poeta loquatur physicè, ac secundum Platonis sententiam, quòd flumina orimntur ex mari, aut illapsa propter copiam aquæ recurrant in terram, per occultos meatus. Hæc pars est proliæ & splendidè tractata, per enumerationem incommodorum, aut cladium, quas afferunt irruptiones hostium. Eam autem feritatem Scythis tribuit, quæ adhuc est in Turcis, & hinc aliquo modo sciri potest Turcas Scythicam gentem esse. Additur etiam de metu hostium, de loci sterilitate per distributionem, sicut præcedentes partes fere sunt tractatæ. Aspergit & circumstantiam quandam de Acontio, cuius fabulam vide in Epistolis, ad exaggerandum hoc malū, similis extat descriptio Scythiæ in 3.l. Georg. Virg. ad cuius imitationem hæc videtur facta esse.

EXPOSITIO VNDECIMAE *Elegiæ.*

Grauiter obiurgat hic, & accusat sæuitiæ, qui mores Poetę reprehenderat, ac dixerat fortasse grauius ab eo peccatum, quàm esset punitus, quisquis ille fuit: siue ita factum est, vt facilè potest credi, siue ita est à poeta fictum. ac potest catenus elegia referri ad genus iudiciale. Probatur autem id sæuitiæ crimen his argumentis præcipuè, quòd alioqui sit omnis generis malis coopertus, nec à se tam graue peccatum esse commissum, vt ille criminetur. Id quod in aliis elegiis copiosius est tractatum. Magnam autem partem elegię consumit in amplificatione suarum calamitatum, quæ per se est quædam querela, similis præcedentibus. Quatenus tamen seruit accusationi, vt est hîc etiam accommodata maximè, est vnum ex argumentis, vt dixi. Incipitur elegia ab accusatione, cum tacita quadam admiratione: quasi diceret, vix credi posse, tam durum esse hominem, qui non possit alienis malis expleri. Vbi notanda est figura, *Insultes meis casibus*) pro, exagites mea mala. Exagitabtur autem hæc maximè, cùm objiciuntur, & dicuntur meritò sustineri à nobis, vt sequens versus caponit. Casus enim vox

apud Latinos veteres propriè ſignificat malum, aut cladem, vt apud Martialem,

O quantum est ſubitis caſibus ingenium.

Iuriſcõſulti vulgo abutuntur eo pro facto, aut exẽplo, ad imitationem linguæ vernaculæ: tametſi apud vetuſtiores etiam inuenitur ſic vſurpatum. Accuſationi ſtatim additur ea ratio, quam dixi conſiſtere in malorum enumeratione, amplificata ſimilitudine, quod ad hoſtium periculum attinet. Repetitur etiam accuſatio, & oſtenditur eius petulantiæ turpitudo explicatione, & velut quadam pictura inceptæ enumerationis malorum: in qua oſtendit non eſſe dignum gloria, imbecillem adoriri, & iacentem impellere, ſed potentem, & ſtantem. Vtitur enim hac antitheſi. & generalitate primùm: deinde ſpecialiter de ſe dicit, ac vſurpat exemplum Hectoris. Obſeruanda eſt ibi copia & expolitio, quòd vocat ſe vmbram, cinerem, buſta, ſimulacra, ſuos manes. Deinde ſequitur ſecundum argumentum, quod tamen eſt valdè obſcurum, & ex contrario colligendum, vt ego facio. Nam alioqui eſt conceſſio per occupationem, qua exaggeratur illud prius & principale argumentum: ac vtitur exemplis carnificis Buſiridis, Phalaridis, & Perilli: quibus omnib. crudelitate hunc præfert, addito ad duo poſtrema euentu, per dialogiſmum. Additur & horum correctio, & reuocatio ad inſtitutum. repetit locum de ſuis malis, & confert ſe cum Vlyſſe demonſtratiuè. Petit etiam deinde, vt ſibi parcatur. ad quod vtitur argumento ab inconſtantia fortunæ, & rerum humanarum. Sequitur alia repetitio de malis, addita ratione per ironiam. In poſtremis duobus verſibus eſt imprecatio.

EXPOSITIO ELEGIAE *duodecimæ.*

DVæ ſunt partes huius elegię. Prior eſt quędam veris deſcriptio, poſterior ſunt ferè optationes: & eſt illa non paulo breuior. Tractata eſt autem deſcriptio per comparationem, & accommodata eſt ad querelam, ac in eam deſinit. Primùm deſcribitur ver Scythiæ, deinde Romæ: vbi tamen ſtudia magis & exercitia populi Romani recitantur, quàm aliæ huius temporis delicię, quę illic potius recitantur. Iam quòd magna ſit in regionibus differentia, quod ad hanc rem etiam attinet, manifeſtum eſt. Poſteriori deſcriptioni additur aperta comparatio, quæ obſcura eſt in priore, niſi quòd ibi de vitium & arborum abſentia dicitur. Significat autem poeta, Romæ longè omnia eſſe amœniora, quàm in Scythiæ regione. inchoatur aperta comparatio exclamatione, in qua felicem pronunciat eum, qui potuerit eo tempore in vrbe eſſe, omiſſa contraria exclamatione de loco exilij: quæ tamen poteſt & in præcedentibus, & in ſequentibus, intelligi. Atque hæc omnia non paruam conquerendi vim habent. Huc ſpectant & quę ſequuntur de peregrinis, quòd rarò ex Italia veniant in eas partes: quódque ſit allocuturus, & quomodo, ſi qui aduenerint. Eſt enim intelligendum, quòd vnam ibi tantum fuerit hyemem, quando hoc ſcripſit Ouidius. Et vt maximè non venturi ſint aliqui ex Italia, tamen per Helleſpontum, quem os freti propter anguſtias vocat, aut Propontidem, aliquem aliunde venire poſſe, à quo audire poſſit de rebus Italicis. Hinc oritur prima optatio de ſciendo ſtatu illarum, præſertim geſtarũ à Cæſare, ac in Germania. Promittit etiam ibi obiter, ſe talẽ nuncium excepturum hoſpitio, & inde ſumit graue μῖσος per exclamationẽ. In fine optat ſibi mutari aliquando hunc locũ. Porrò Mæotis hyems initiò dicitur, vt Teutonis ora: patronymici forma pro denominatiua vſurpata. Deinde,

Studijsque fauor diſtantib. ardet: pro, alij alijs fauent in ſpectaculis. Verſus, *Quæque lacu duro non fodiantur aquæ*) &c. conuenit cum hoc nonæ elegiæ verſu, Déque lacu fragiles effodiantur aquæ. Præterea miror, quid interpreti in mentem venerit, cùm fecit genitiuũ ex vocabulo Sauromates, cùm ſit nominatiuus Græcus, & [illegible], vt [illegible] & [illegible] dicatur. Sic in hoc verſu, *Et fieri famæ parſque*, &c. turbat ſententiã & ſtructuram ſuo ordine. Poteſt enim verbũ, ibi vtrinque habet nominatiuum præcedentem, Quiſquis is eſt: vt ſignificet ipſum nuncium fieri poſſe partem, & gradum famæ, non ſimpliciter, & ſine appoſitione famã & gradum poſſe fieri. Eſt autem periphraſis nuncij. qui & pars quodãmodũ eſt famæ, quam affert, quatenus eam affert: & gradus, hoc eſt incrementũ. aut etiam augmentum, id eſt, ipſe autor. Semper enim, vt inquit Ouidius, aliquid nouus adijcit autor. In verſu, *Iámque ſuum mihi dat* &c. Suum, ſignificat Scythiæ, vel exilij locum, in quo fuit ei luenda pœna. ac eſt propemodum proſopopœia in voce Pœna, aut ſynecdoche, pro Auguſto, qui conſtituit pœnam.

EXPOSITIO ELEGIAE *decimæ tertiæ.*

INuehitur in ſuũ natalem poeta, & rogat eum, vt non redeat amplius ad ſe in Scythiam. Priorem partem tractat per antitheſin locorum, non ſe debuiſſe conueniri in Scythia, ſed Romæ, à natali, & ibi ſodalium exemplu ſibi potius ab eo fuiſſe dicendum Vale. Ac addit velut argumenta, de ira Cæſaris, de non exhibendis conſuetis honoribus, per diſtributionem: & huius cauſã dicit eſſe miſeriam ſuam. Quæ ſequuntur poſtea de cupreſſu, & rogo. ſunt etiam antitheſis præcedentis honorum diſtributionis. In poſtremis quatuor verſibus eſt petitio. Cæterùm elegiã, vt fit in huius generis obiurgationibus, incipit ab indignatione, ac eſt totũ carmen figuratum proſopopœia. Cæterùm in verſu, *Concipiamque bonas ore*, &c. Os fauens, propriè ſignificat, nihil ſiniſtri, aut mali ominis cauſa dicens, aut potius bona verba proferens, vel tacitè ſecũ, vel etiam apertè, præſertim initio: id eſt, precans propitium numen, & felicem rei euentũ. Ac non puto ſimpliciter his verbis, ore, aut linguis fauete, &c. in ſacrificiis à ſacerdotibus mandatum ſilentiũ fuiſſe, quicquid vel Seneca, vel Seruius, vel Pom. ſcribat. Et hãc meã ſentẽtiã probant verba Cicer. quæ ſũt in 1. lib. de Diuinat. Neq: ſolũ deorũ voces Pythagorei obſeruauerũt, ſed etiã hominũ, quę vocãt omina, quę maiores noſtri quia valere cẽſebãt, idcirco omnibus rebus agendis Quod bonũ, fauſtum, felix, fortunatúmque eſſet, præfabãtur: rebúſque diuinis, quæ publicè fierẽt, vt fauerẽt linguis, imperabatur: inq; ferijs imperãdis, vt litibus & iurgijs ſe abſtinerẽt. In penul. verſ. puto ſcribẽdũ Põtus, nõ põti. alioqui enĩ dura eſt, aut potius nulla conſtructio. Falſo nomine dici ibi pontum appellatum, quòd ſignificet hoſpitalem, cùm minimè ſit hoſpitalis. Plin. etiam ſcribit, veteribus dictũ fuiſſe Axenũ, id eſt, inhoſpitalẽ. & Poeta in ſequen-

te lib. Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. Sic enim rectè locum interpres corrigit.

EXPOSITIO VLTIMAE *Elegiæ libri tertij.*

DVplex est petitio in hac elegia. Generalis est altera, altera specialis. In illa petit ab amico suos libros per eum, præter eos qui sunt de Arte amandi scripti, adeóque nomen conseruari: ac vtitur ad hoc duobus suasorijs argumentis, ab innocentia librorum per antitheton, sibi exilium esse impositum, non libris: & à pari, aut imperfecta similitudine potius. Non enim eadem est ratio patris vtrinque. Additur his amplificatio poetica, de labore & difficultate hoc faciendi quod petit: ac est velut obiectio nata ex præcedente similitudine, cum exemplo Mineruæ. Fit autem hoc etiam per prosopopœiam quãdam. Facit enim non solùm ex se patrem sine matre, sed libros etiam filios, aut fœtum, sicut ex amico tutorem, per translationem. Et versatur difficultas in eo, quòd magis est laboriosum priuatos vtroq. parente curare, aut tueri, quàm vno tantùm. Fit hoc etiam per translationem. Deinde repetit hanc petitionem, iterum exceptis libris de Arte. De Metamorphoseos opere singulariter quoque meminit, vt imperfecto, & per conquestionem propemodum. Hinc sequitur posterior petitio, quæ est de hoc opere conseruando: cui addit excusationem per occupationem quandam à tempore, à loco, à fortunæ aduersitate. His omnibus dicit ingenium suum fractum esse, alioqui non admodum felix: & est extenuatio à penuria librorum, sociorum, exercitij, & locorum secedendi, à sua linguæ corruptione, & vsu Geticæ: idque per confessionem, adeò vt dicat se metuere, ne in his sui poematis barbara verba inueniantur. In fine repetit hanc petitionem vnà cum excusatione. Præterea principium elegiæ sunt interrogationes earum rerum, quas deinde petit generaliter. In versu, *Dicere sæpe aliquid conantem* verba, Turpe facere, sunt parenthesis: & deest ibi verbum Est;

EXPOSITIO ELEGIAE I. LIBRI QVARTI.

PRAECIPVVS locus in hac elegia est excusatio librorum Ouidij, & scriptionis versuũ, ac studij poeticæ. Huic adduntur alij duo, Extenuatio peccati, & Querela. Excusatio habet adiunctam petitionem, vt aliàs ferè, vt lector vitia boni consulat. & ab his inchoatur Elegia. Primum & præcipuum argumentum est excusationis, priuatio causæ faciendi boni poematis, quam finem appellamus per antithesin, quòd non gloriam, sed mitigationem suæ miseriæ quærat. Est enim etiam finis quidam poematis fama, vel gloria, quanquam non vltimus, qui est ipsum poema: vt in alijs operibus accidit, quando referuntur ad suas artes, quarum proprius & postremus finis est opus. Sequuntur deinde multa exempla de laborantibus, qui solent inter faciendum opus canere, leuandi laboris & temporis ac tædij causa. In horum principio vocat numerum indocilem cantum rudem, & qui non constat arte, aut ratione aliqua: passiuè vocabulo indocili, accepto pro eo, quod non facilè doceri potest, vt rectè interpres exponit. De quo tamen sciendum est, quòd alioquin accipiens magis, hic id quod datur, significet, pro eo quod solet dici, Homo docetur, & Grammatica docetur. Est etiam hoc sciendum, quatuor primos tantùm versus huius loci pendere à verbis, hoc est cur: id est, hæc est causa propter quam, per enallagen, non etiam sequentes: hoc est, illos poni subiunctiuè, hos indicatiuè, non mutata sententia, quod ad causam canendi attinet: sed quod attinet ad formam sermonis, aut structuræ. Achillis exemplum est sumptum ex 6. Iliad. vbi sunt hi versus:

τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ,
καλῇ, δαιδαλέῃ, ἐπὶ δ' ἀργύρεος ζυγὸς ἦεν.
τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων πόλιν Ἠετίωνος ὀλέσσας.
τῇ ὅ γε θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

De Lyrnesside, id est, Briseide, & eius raptu, est in prima Iliad. Additur exemplis accommodatio, cũ extenuatione peccati, quam alterã ex partibus elegiæ minus principalibus fecimus ideo, quia cum accommodatione cohæret. & ex ea nascitur, cùm rationem peccati sui referat ad Musæ noticiam. In disticho, *Sola nec insidias inter*, &c. *Timet*, ponitur absolutè, pro timida est: aut per ellipsin, aliquid, & omnes accusatiui pendent à præpositione Inter. Versus, *Cum mecum iuncti carminis*, &c. obseruandus est propterea, quòd significat non solùm propter aut opus de Arte amandi poetam relegatum esse, aut aliud peccatum, sed propter hæc ambo, quicquid fuit, quo est offensus Augustus potissimùm. Quæ sequuntur, sunt occupatio de colendis studijs, quæ nocuerunt, per antithesin temporum. ad quæ vtitur duobus exemplis, altero sociorum Vlyssis, quod est sumptum ex 9. Odyss. vbi sunt hi versus,

ὧν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,
οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι.
ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι
λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.

Altero amantis generaliter. In primo versu huius loci, negatio *Non*, pertinet ad verbum Imposuisse, non ad Vellem: vt sit propositio affirmatiua, vt Dialectici loquuntur. Additur & his exemplis accommodatio, & occupationis repetitio cum expositione vtilitatis cuiusdã scriptionis generaliter, vt specialiter in elegiæ principio de eá dixit, & similitudine Bacchæ, quæ est cognata præcedentibus exẽplis, ac eius explicatione. Vbi Exululata, puto actiuè poni, ab Exululor deponenti. Venit autem à Græco ὀλολύζω. item exemplo à pati, de potu inducente obliuionem. Habent hæc etiam conclusionem, & adnexam precationem ad Musas. Additur postea querela de malis, quæ Poeta non modò in profectione sit passus, verumetiam adhuc in

Scythia patiatur, ita ferè, vt suprà aliquoties, & sæpe in alijs locis bonorum operum est factum. Inchoatur autem ab adynato, ad significandam illorum multitudinem: & tractatur solum periculum ab hostibus, & exaggeratur primò suæ personæ ratione, aut circumstantijs per concessionem, miserum esse inter Barbaros viuere sibi, qui fuerit in patria celebris. & per antithesim ætatum, quòd iuuenis lusus tantùm, non arma tractauerit: nunc senem se cogi arma gestare, & dimicare cum hoste. Vbi in versu *Nec nisi lusura.* *Lusura manu*, &c. desiderat, tractāda: nisi quis malit legere, Lusuræ manus: in genitiuo, quod facilè pateret: aut, Nouimus. pro experimur, aut tractamus, est positum. Deinde assiduitate quadam, & loci angustia ad defendēdam vitam. Quod tamen inferitur præcedentibus, & præcedit antithesin. Ab hostium etiam crudelitate, per similitudinem luporum. Post hæc redit ad excusationem suorum poematum, & repetit argumentum de penuria censorum ex præcedenti elegia, & eam tractat per antitheton, quòd sibi scribat, & recitet carmina: quanquam hoc faciat sæpe cum molestia, & recordatione veteris fortunæ. versúsque compositos comburat, quæ valent etiam ad excusationem, vt correctio tamen quædam addita. In fine repetit petitionem excusationis, cum argumento suorum temporum, id est, aduersæ fortunæ.

EXPOSITIO SECVNDAE *Elegiæ.*

NOn tam dolet Ouidius in hac elegia, se non posse triumphi de victa Germania spectatorem esse, quàm diuinat, eam, vt reliquas terras subactam esse: ac significat se hoc sperare, & iam instrui atque celebrari triumphum, cuius quandam etiam descriptionem addit, quæ tamen tota est intelligenda, per conditionem, si Germania sit victa, aut verba indicatiua, vt Velantur, sonat, inficiuntur, veheris, circumplaudere, & reliqua omnia, præsentia, & futura pro potentialibus ponuntur ita, vt potest succubuisse: quæ tamen est periphrasis potentiæ modi, pro succubuerit, aut dubitatiuè, propter quod in tertio versu fortasse additur Quæ dictio, & sequentibus ita verbis accommodanda est. Nec est quicquam aliud in elegia querulum, quàm hi duo versus, *Nos procul expulsos communia gaudia*, &c. & hi sex, *Vera tamen capiet populus spectacula felix*, &c. Qui tamen obiter sunt inspersi per antithesin vtrinque. Post hanc triumphi descriptionem, addit geminam pollicitationem: alteram de sua præsentia, alteram de gaudio ex nuncio, quem sperat. in priore tum sibi, tum reipub. gratulatur spectandi voluptatem, & læticiam publicam: in posteriore, suum studium, & amorem in patriam, & Augustum, ac eius familiam declarat. Porrò de triumpho Drusi Germanici, filij Liuiæ, & Neronis, priuigni verò Augusti, loquitur Poeta: & vt hic incertè, ac per diuinationem, aut coniecturam, ita in principio 2. lib. de Ponto, & in 3. lib. 3. elegia eiusdem operis nō paulo certius, & sine præsagio, vt qui iam de eo famam acceperat. In versu, *Quorum pars causas*, &c. Quorum genitiuus ad accusatiuum Causas, & sequentes pertinet: Pars, nominatiuus, vt & in sequente versu, ad populum spectatorem. Qui sequuntur versus, ad hunc vsque, *Hos super in curru*, &c. sunt verba loquentium in populo per mimesin, aut directam orationem: & horum octo postremi de picturis locorum intelligendi sunt. Fuit enim consuetudo, vt in triumpho hæc omnia, quæ ibi recitantur, ferrent depicta. Germania quoque ibi, vt in principio, dicitur victa præbere collum abscindendum securi, per prosopopœiam. In versu, *Quáque ibis*, &c. circumplaudere positum est pro manuum plausu, id est, collisione honoraberis, aut declaraberis digna gloria: vel pro, plausus circum te fiet. Vt enim vix dicimus, Plaudo te: ita plaudor, non dicitur vsitatè, cùm verbum sit neutrum. Præterea vox Triumphi à Græca θρίαμβος est deflexa, & significat pompam institutam ad publicam læticiam, & honorem Imperatoris ac deorum propter res bene gestas.

EXPOSITIO TERTIAE *Elegiæ.*

AD vxorem suam scripsit hanc elegiam poeta. plena est autem affectuum & petitionum. Præcipuè tamen hoc agit, vt illam in officio retineat, ac ad hanc mariti amissionem, & hominum sinistros de ea re sermones fortiter ferendos, & laudem hoc modo sibi pariendam hortatur. Principiò alloquitur ambas vrsas, septentrionalia sidera, quæ sunt nota: & precatur eas, vt aspiciant Romam, & videant quid agat sua coniux, atque sibi hoc deinde narrent. Quòd autem dicit, alteram Graias, alteram Sidonias naues regere, sumptum est ex Arato: quem locum & Cicero in Acad. Quæst. tractat: Non sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam κυνόσουραν, Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto, vt ait Aratus: eóque directius gubernant, quòd eam tenent, Quæ cursu interiore breui conuertitur axe: sed ad Helicen, & ad clarissimos septentriones: id est, rationes has latiore specie, non ad tenue elimatas. Versus Arati sunt hi:

καὶ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
τὴν δ' ἑτέρην ἑλίκην. ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοὶ
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν,
τῇ δ' ἄρα φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.

Et paulò pòst de minore,

μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι·
τῇ καὶ σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

Extat horum versuum interpretatio quoque Germanici Cæsaris, verùm admodum breuis & libera, & versus sunt hi:

Hic tamen alterius, Helicæ, Cynosura que fulget,
Dat Graijs Helice cursus maioribus astris,
Phœnicas Cynosura regit, sed candida tota,
Et liquido splendore Helice. nitet haud prius ulla,
Cum sol Oceano fulgentia condidit ora.
Stella micat cœlo septem qua cresta flammis.
Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor:
Quippe breuis totam fido se cardine uertit,
Sidoniamque ratem nunquam spectata fefellit.

Vtramque appellat Siccam, quòd non occidunt, ad vulgi opinionem, quòd putat in mari demergi stellas, cùm occidunt. Ita etiam Homerus,

οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Et ipse hic in 4. versu clarius. Historia Remi est nota ex 1. lib. Liuij ab V. C. Post hāc allocutionem & petitionem addit eius correctionem, quòd videbatur vxori parum fidei habere: quam tamen vult probam & constantem videri. In versu, *Déque fide*, &c. fides in priore loco significat constantiam in

præstando officio, in posteriore ipsum credere. In correctione obiurgat sese, ac iubet se de vxoris fide certum esse, quòd amet illa virum, & doleat eius caluni. In versu, *Ecquid, ut moueat*, &c. incipit alloqui vxorem, persona mutata. & hæc interrogatio cum subiectionibus est quædam officij coniugalis distributio in suas partes, aut membra. in cuius fine vtitur exemplo Andromachæ, amplificandi causa. Deinde addit per occupationem, se dubitare, velitne illam dolere, an non, cùm ipsa nihil mali sit merita: & tamen, hoc finito, petit ab eo vt doleat, & cum lacrymis quidem, quòd hæ mitigent, aut extinguant dolorem. In versu, *Non es ut amisso*, &c. non debet repeti Indignor verbum, sed aliud, quod expetitionem potius significat, vt volo, aut cupio. Nam Vt, significat finem: aut certè Indignor, hic pro significo me indignari ad hoc, vt tu doleas, aut incitet is ad dolorem. & eôdem redit expositio. Digna etiam ponitur pro dignè, id est, vt dignum est te flere amissum coniugem. Deinde optat, vt esset mortuus in patria. nam ita sibi euentura fuisse omnia humanitatis officia, quæ soleant exhiberi morientibus inter suos. ac illa recitat: & verba, *Meræ fores sola relicta mea*, & cætera, Sunt repetitio Voti, non eius causa. Illis commodis addit etiam integritatem famæ, & conditionis. Vnde nectuntur sequentes exclamationes de exprobratione, & vxoris alienatione: & si hæc contingant, de amissis illis bonis coniugij. Dicitur ibi *omnis dote*, &c. pro cunctis ingenij bonis, per translationem. Sequitur petitio de faciendo, vt olim sit ab ea factum: & ad hoc obtinendum exempla Euadnæ, de qua est in principio lib. 3. de Arte amandi, cognatorum Phaethontis, Cadmi: quas fabulas vide in Transform. lib. 2. & 3. cum accommodatione horum ad institutum. Dehortatur autem sic eam à pudore mariti, & contrà hortatur eam ad eius defensionem: idque facit argumento consequendæ laudis, & generalis obiectionis de huius rei difficultate, quadam tractatione per exemplum Hectoris, Tiphyos, qui fuit gubernator Argo nauis, vt in 1. de Arte, Tiphys in Aemonia puppe magister erat: & Apollinis: repetitionéque illius obiectionis per antitheton. Cum his conueniunt hæc dicta, Non fit sine periculo facinus magnum, & memorabile: χαλεπὰ τὰ καλά. & hoc Hesiodi notum, τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ, &c. Additur & exemplorum accommodatio, quòd in hoc malo habeat materiam exercendæ virtutis, & adhortationis repetitio, quanquam ad obiectionem de difficultate applicatur. Est autem hic locus vehemens & splendidus, propter crebras metaphoras.

EXPOSITIO QVARTAE Elegiæ.

PRæcipuus locus in hac elegia est petitio, quam incipit à laudatione amici, ad quem hîc scribit Ouidius. Quia verò ita laudat amicum à candore & facundia, vt non minus eum ferè designet, quàm si nomen eius posuisset: addit per occupationem, huius rei longam excusationem: primùm à laudandi studio, deinde à magnitudine, & claritate laudum eius. huic addit Augusti clementiam & æquitatem, quòd non fit hoc ei futurum fraudi. idque probat argumento ex maiore, quòd Augustus ferat sæpe se nominari in his poematis: addita causa, quòd sit commune quiddam Cæsar, & ipse habeat etiam partem publici boni. Ac est ibi integer syllogismus in secunda figura, si addantur, vt debent, quæ præcedunt, Nec prohibere potest, pro conclusione. Simile quiddam est, quod sequitur de Ioue, cum accommodatione huius, & præcedentis exemplorum. sunt enim hîc duo superi, Iupiter & Augustus: & hic tum est visus, ille creditus, vt adhuc tantum creditur. Tale est hoc Vergilianum, vt putatur:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Sequitur aliud argumentum, à denegata amico facultate hoc scriptum impediendi: deinde aliud, à superiorum temporum consuetudine colloquendi. cui addit communem omnibus conclusionem, nihil ei metuendum esse: atque confirmationem, aut explicationem, quòd pater eius sit autor huius consuetudinis: huic esse præstandum, si qua sit in hac re culpa. Hoc amplificat amore, ac studio, quo sit ab illo affectus. Concluditur hoc argumentum specialiter: quæ etiam conclusio correctionem habet, ex qua nascitur sequens vel excusatio peccati poetæ, vel argumentum ab eius extenuatione, quod est in excusatione præcedente præcipuum. Reliqua enim sunt valdè infirma, & speciosa magis, quàm ad rem facientia, cùm hic potius consuetudo cum eo, qui Augustum offenderat, fuisset excusanda, quàm hæc laudatio, præter illud superius de autore consuetudinis. Peccatum autem ita excusat, vt alibi ferè facit, quòd sit error, & careat culpa: idque Augusti iudicio probat. Inserta est huic loco petitio de nô retractâdis vulneribus, id est, renouando dolore ex recordatione huius mali. Sequitur petitio, quam dixi præcipuum esse locum in hac elegia. Petit autem tolerabiliorem locum exilij. quem sæpe in his poematis petit, ac iisdem propemodum rationibus: quanquam verba & orationes, vt conueniebat, sunt variæ. Vtitur hîc Augusti clementia, & loci præsentis fœditate per longam descriptionem, seu distributionem, quæ consistit in cœli duritie, vicinitate, crudelitate gentium, qui partim vescantur humano sanguine, vt Scythæ: partim cædant humanas victimas, vt in Taurica Chersoneso. Hic inserit fabulam de Iphigenia, Oreste, ac Pylade, ad exaggerendam loci barbariem, vt in qua nec homines cupiant esse, nec dij, sicut dicit in conclusione huius descriptionis. In versu, *Qui duo corporibus*, &c. respicit ad symbolum Pythagoræ, φιλίας μίαν ψυχὴν (?): hoc est, vt ille apud Salustium dicit. Idem velle, & idem nolle, eam demum firmam amicitiā esse. Postremi duo versus sunt optatio, quæ nata est ex illa descriptione, ac pertinet ad totam petitionem, cuius etiam est velut figurata quædam iteratio. Porrò in versu, *Dictus ab antiquis*, &c. legendum est Axenus, vt bene monet interpres, & nos de hac dictione suprà in penultima elegia 3. libri diximus.

EXPOSITIO QVINTAE Elegiæ.

SIcut Ouidius in iisdem elegijs crebras habet expolitiones, ita in diuersis elegijs crebrò eadē argumēta tractat. quæ sunt velut generales aut totorū operū expolitiones, mutatis identi dē verbis, orationibus, figuris, personis, & alijs circumstantijs, vt est consuetum, idque

licet in multis locis videre. In hac etiam elegia, & præcedente, quædam est, quod attinet ad principia, similitudo. In vtraque est laudatio morum: sed in præcedente candoris, & facundiæ: in hac fidei tantum, ac officiorum, quæ amici debent inter se, vt consolationis in hoc malo cum officiosis appellationibus, & similitudine, auxilij, promissionis: & hæc prolixius, illa breuius. Additur hic etiam petitio prædicationi virtutum, sed ferendi auxilij, defensionis, & generaliter omnis officij amicitiæ, priúsque posito affectu, vel significatione dolotia de pené vsurpato eius nomine per obliuionem, eiúsque quandam correctionem, quòd ille sentiat quis hic intelligatur, & quod cuperet incitatus amore suarum laudum se nominari (subaudi, si esset hoc tutum) & significatione suæ promptitudinis, adeóque pollicitatione de celebranda eius hac tam rara fide, si permitteret. Ipse hoc dicit his verbis: *Et raram fama conabare fidem*. Item addita causa, cur hoc omittat, ac iussu de tacitè gaudendo propter factum ab vtroque officium. His, inquam, prius positis, additur illa petitio, petitioni optatio, seu votum, quod aliquando poeticum appellare soleo propter formam, quæ non est vsitata in soluta oratione. Ac est in eo genere aut enallage particulæ Sic: vt sit posita pro his, aut similibus verbis, pro quo officio, aut beneficio precor, vt: aut ellipsis horum, aut similium: vt facies, quod petiui. Optat autem ei varia pro istis beneficijs, perpetuum successum in rebus omnibus, opes, quibus & se, & suos iuuet, commodum, & facile coniugiū, fratris amorem per exemplum Pollucis, procreationem liberorum ita vt filium sibi similem habeat, & auus iuuenis fiat. Pertinet hic locus ad petitionem, quæ est ferè præcipua pars elegiæ. Sequitur deinde querela satis copiosa, quæ ad finem vsque durat: ac est addita petitioni, vt argumentum quoddam suasorium. Ita enim videtur malorum suorum exaggeratione, quæ hic tractatur, amicum ad ferendam opem incitare voluisse. Querelam incipit à comparatione demonstratiua, quæ priore parte longa est, & per distributionem sic amplificata, quòd omnia (numeratis prius multis speciebus) tempore mitigentur, solum suum dolorem non mitigari, sed in eodem statu manere, ac recentem, vbi vtitur exemplis boum, & equorum à pari, adeóque maiorem fieri propterea, quòd subinde notiora sibi fiant sua mala. Notum enim est, quòd ignota nihil moueant. Et magnum quiddam esse vires ad laborem recentes, ac integras: ac quòd vtitur exemplis luctatorum, gladiatorum, nauis recens factæ per antithesa. Estque in hoc loco velut inuersio quædam huius dicti Comici, & similium, Dies adimit ægritudinem homini. Ad hæc sequitur accommodatio malorum poetæ, quo etiam destinata sunt. & continetur in accommodatione minor syllogismi, quem hi versus habent, ac est ratio ducta ex loco totius. Puto ibi scribendum esse, Quàm ferimus: vt simul & ellipsis verborum, Quàm nunc ferimus, & pleonasmus relatiui Quæ caueatur. Deinde pergit amplificare suam calamitatem, quòd corpus & animus debilitata sint: & hoc magis, quòd absit à suis. & versetur inter barbaros. Verbis, *Nostróque à corpore*, &c. significat parum à corpore virium esse ad ferenda mala, ideóque breui sibi moriendum esse. In fine, consolatur se spe mortis futuræ breui. Obseruandum est, Vt, in versu, *Vt patria careo*, &c. positum esse pro posthac, aut ex quo, vel etiam, quod tempus, per enallagen coniunctionis. In sequente, *Vt sit enim sibi par, crevit*, &c. positum est Vt, pro esto, aut & si, quorum alterum est aduerbium concedentis, alterum coniunctio aduersatiua. Et Par, in eo loco significat vel rationem, vel similitudinem essentiæ, non quantitatis: & vult poeta candē esse, id est, de eadem re, tristiciam, sed auctam.

EXPOSITIO SEXTAE
Elegiæ.

AMicum & suaue est hoc epistolium. initio tamen aliquanto liberius, vbi admonet amicum officij sui in scribendo: aut potius accusat negligentiæ, vel silentij, cùm in toto biennio nullas ab eo literas acceperit, vt ipse ostendit, poetico more diuisa anni temporibus, & descriptis causa quadam, vel adiuncto. Solis enim cursus efficit annorum, & partium eius discrimina. Distichon, *Cur quoties alicui*, &c. est repetitio præcedentis vel admonitionis, vel accusationis, nunc bis positæ. Vult enim significare, se nihil ab eo literarum accepisse, non aut suum erga illum studium, aut aliam causam. Deinde addit votum, ac optat eum sæpe scripsisse: tametsi nullam epistolam acceperit ideo vt culpa careat; quæ sola præstanda est bono viro. Ex eo nectit excusationem, quam exornat per ἀπόρια. Quarum fabularum expositiones aliunde peti debent, quod est facile, cùm vbique sint obuiæ. Transfert autem culpam tum in magnam locorum distantiam per distributionem, tum in alias causas, quæ possint esse innumeræ. In fine adijcit petitionem, vt conclusionem. petit ibi pertinacem assiduitatem huius officij, vt omnes illas causas tandem vincat. hoc est, vt ipse addit, ne semper sit excusandum: aut, vt semel ab eo literas accipiat.

EXPOSITIO SEPTIMAE
Elegiæ.

QVinquaginta ferè natus annos Ouidius, in exilium est missus: quod ipse hic significat, & grauiter inde conqueritur, & quidem hoc præcipuè facit, nec est hactenus in his libris eo modo conquestus de suo malo. ita subinde noui aliquid in eodem argumento, vt Africa in eodem solo, parit, ac affert hic poeta: idque non est leuissimum, quod in eo spectare nos, & imitari debemus. Incipit elegiam ab expositione quadam, in qua significat ætatem suam ingrauescere, per expolitionem eadem sententia aliquoties iterata alijs verbis. Deinde addit eadem simul figura, & distributione, quæ suæ nunc ætati conueniant, ac debeantur, quietem à laboribus & curia, culturā domus, penatum & aliorum paternorum honorū, oblectationem cum vxore, ac sodalibus, in patria, horúmque generalem repetitionem, & priuationem illorum commodorum, aut debitorum, cum antitheto molestiarum profectionis, & loci exilij. Quæ sequuntur, sunt ex magna parte præcedentium repetitio, cum exemplis veteris nauis, & emeriti militis, à pari, quòd æquè sibi ac illis quies debeatur, & vacatio à laboribus. Et addit partium quarundam expositionem, non in Scythia, sed in patria, & iam in hortis, iam in vrbe se debere versari: ac olim se, vt id fieret hac ætate, optasse, verùm frustrà: quod est argumentum querelæ à spei dece-

ptione ductum. In eo sibi fata repugnasse, in quo praecedens antitbeton repetitur: paulo tamen aliter, vt sit, quàm ibi est, quòd senex iam grauetur, & prematur à fortuna. & hic etiam non deest expositio. Postea querelam exaggerat à persona Caesaris, quòd mitissimum virum offenderit: atque ita simul eum à clementia laudat, vt & alibi facit: quanquam non sine difficultate, singularique artificio, cùm & vnà suum peccatum extenuet, ac non parum haec duo sibi aduersentur mutuò. Sed non potuit effugere hunc veluti scopulum in hoc negotio, nisi quia peccati rationem velit referre ad maiestatem illius personae quam Augustus eo tempore sustinuit: sed eadem difficultas recurrit. Quanquam re vera sic vtrumque accusat ex aliqua parte, & ex aliqua defendit, quod etiam fuit factu & optimum, & tutissimum. Post hunc locum repetitur argumentum à deceptione spei cum vehementia quadam, aut incremento, si dij sibi diaissent ita fore, se non fuisse crediturum. ponuntur enim verba, Diceret, & Videretur, imperfecta pro plusquam perfectis. Hinc trahitur, quod sequitur de Augusti potentia generaliter, & allegoricè cum addita ratione per anthypophoram: in quo loco magis Augustum accusat, quanquam tacitè, cuiusdam saeuitiae, quàm se excusat. Vnde est etiam, quòd in postremis duobus versibus admonet amicos, ac eos iubet Augustum sibi demereri hoc ipsius exemplo. Nam id enim velle puto, nisi Demeruisse quoque, est ibi scribendum, pro Emeruisse. nec mouent me reliquae satis ineptae expositiones interpretis. Quanquam videtur aliquanto compositio durior huius verbi, & imperatiui, Este admoniti: sed hoc simul aut voluntatem, aut conatum includit, ac ideo solet (vt puto) construi cum infinitiuo. Praeterea obseruanda est compositio in versu, *Nunc erat, ut posito*: vbi deest verbo Erat, nomen Tempus: & vt, pro quo, scilicet tempore, vsurpatum est. Deinde, In praepositio, in versu: *inque sinu dominae*, &c. quae aliter cohaeret cum ablatiuo sodalibus, quàm cum reliquis duobus, & inter significat. In versu. *Ne cadat*, &c. adeptas passiuè positum est, à verbo quod nunc est deponens. In versu, *Tempus erat*, &c. Ducere coelum, attrahere spiritum significat. Item in versu, *Curriculo*, &c. puto hac voce paruum currum significari, non cursum, vt interpres exponit. ac ita est generis masculini, teste Non. Marcello. *Vita procul patria*, &c. hic Procul est praepositio, aut loco praepositionis construitur cum ablatiuo.

EXPOSITIO OCTAVAE
Elegiae.

VT breuis est haec elegia, sic etiam est vehemens, & tantum non imperiosa. Non enim tam hortatur inimicum, aut maledicum, vt desinat odisse, ac laedere: quàm grauiter ei minatur, se deformaturum esse nomen eius carmine, ac notam facturum eius turpitudinem per totum orbem terrarum: idque per conditionem, & antithesim: hoc est, si velit culpam agnoscere, ac odium deponere, se taciturum esse ipsius facinus, ac nomen: si non velit, se dolori cessurum, ac vlturum iniuriam. Vocat autem ibi tempora Tisiphonaea, furiosa & acerba: id est, furorem & acerbitatem, qua sit vsus in Ouidium eo tempore quo sit eum prosecutus odio, per quandam enallagen: & Eradere vitae, pro tegere, aut occultare, adeòque cauere, ne hoc pateflat, & in memoria conseruetur inter homines, dixit. Placet mihi, quòd interpres hic intelligit eum, quem posteà insectatus est acerbissimè, & Ibin appellauit ficto nomine. In verbis, *Sumbat extremam*, &c. est occupatio, ac ibi pulchrè manus tribuit irae per prosopopoeiam: aut manus pro vitibus posuit metaphoricè, vt solet. Hi tres versus. *Omnia si nesat*, &c. sunt fiducia quaedam, aut gloriatio valdè vrens inuidiam & inimicum, ac tertij ratio est, qui deinde sequitur ab exemplo, vel imperfecta similitudine. In sequentibus pergit minari, cum repetitione praecedentia occupationis de loci longinquitate: vbi sicca signa vocat Vrsas, eo quòd non occidunt. vt suprà, Vtraque sicca rates: quod miror interpretem non cogitasse. Voa Praeconia in malam partem vsurpatur, pro criminatione, aut insectatione. Gloriatur ibi de vi & duratione suorum carminum, quae tamen ad comminationem pertinent, ac iam se pugnae praeludere, tanti exemplo, qui dimicaturus in circo (genus ludi hoc apud veteres fuit) ante pugnam acuat iram, & velut dimicana gestiat. Ibi Hesperiam vocem appellat suum poema, respectu partium orientalium, non Latinum carmen, vt vult interpres: & est sensus, In occasum & ortum peruenient mei versus. *Cornua sumpsi*, dicitur, pro Arma cepi: vt alibi, Tunc pauper cornua sumit. Figura, *Spargit arenam*: ex Eclogis Virgilij sumpta est. Postremi duo versus sunt correctio vehementiae, velut non conuenientia in exule: vbi Receptus canere, dictum est in plurali numero, & accusatiuo casu; pro eo quòd frequentius Receptui canere dicitur. hoc est signum dare militibus in pugna, recipiendi se in castra, vel ad suos, ac desistendi à dimicando. Postremò, Huic pronomen in vltimo versu pendet à verbo Dissimulare, non à Licet: & vult dicere, Desine à minis Musa, quamdiu mihi licet illi maledico suum nomen dissimulare, hoc est, non apparebit eum non velle se enrigere: quod quia non vidit interpres, vacillat in sua expositione.

EXPOSITIO NONAE
Elegiae.

TOta haec elegia perpetua quaedam est narratio, duobus primis versibus exceptis, qui sunt propositio figurata petitione: item excepta excusatione, qua vtitur ad vmbram parentum suorum: & gratiarum actione, quae sub finem est partim ad musas facta, partim ad lectores. Exponit autem lectoribus rationem quandam suae totius vitae. Primùm de patria, quòd Sulmone sit oriundus, quae est ciuitas in Pelignis, Italiae parte, ad mare Adriaticum: de sui natalis tempore. Significat autem per duos Coss. Hircium, & Pansam, qui ad Mutinam dimicantes contra Antonium à senatu hostem indicatum, interfecti sunt. De genere ac ordine, quòd sit eques: de fratre, & nascendi circumstantijs, quòd post fratrem, & eodem post annum die sit natus: adeòque secundo Quinquatruum, hoc est, festorum Mineruae die. nam prima dies, vt scribit in 3. Fastorum, vacabat sanguine, id est, non exhibebantur in ea gladiatores: quod fiebat reliquis diebus quatuor & hic dicitur, quòd sit natus ea quinquatruum die, quae prima soleat cruenta fieri: hoc est, in qua primò gladiatores exhibeantur. Sequitur de studijs & ipsius & fratris, quòd ambo sint exculti artibus puerilibus, & se

contulerint, frater ad eloquentiæ studium, ipse ad poeticam exercendam: ac inde se, vt nunc etiam fit, magno liberalium studiorum incommodo, atque adeò virtutis graui damno, verbis patris absterritum fratris exemplum sequi cœpisse: verùm frustrà, cùm fecerit hoc repugnante natura. Sequitur etiam de sumpta virili toga, & lato clauo, de quibus vestibus multa vide apud interpretem: cui assentior in omnibus, nisi quòd non puto lati claui nomine hic iterum significari virilem togam: præsertim cùm alter locus citatus ab eo ex Tranquillo, indicet vnà sumi potuisse vtramque vestem: & hic honor fortasse habitus est Ouidio, & eius fratri propter ingenium & industriam. Videtur autem latus clauus maculis quibusdam crebris, quæ latiorum clauorum formam habuerint, fuisse distinctus, vt nunc vndulatæ sunt, & rosis ac alijs imaginibus intertextæ. Addit quoque de morte fratris, déque suis honoribus, quòd fuerit Triumvir: nec sit lectus in senatum propter quandam corporis & animi debilitatem, odióque ambitionis: &, quod ibi dicit mensuram claui coactam esse, id est, se non respondisse huius vestis amplitudini, probat nostram superiorem de ea sententiam. Deinde redit ad sua studia, per antitheton ad præcedētia. Numerat etiam insignes poetas sui temporis, & suos amicos, excepto Virgilio, quem tantum viderit: ac dicit, de sua, déque superiorum trium poetarum successione: de sua ætate, qua primùm recitauerit suos versus: de amica sua, de poematis: quòd multa scripserit, & ex eis quædam combusserit: de sua natura & modestia, quòd fuerit quidem ad amandum propensus, ac infirmo animo, neminem tamen à se læsum publicè (ipse dicit, Nomine sub nostro fabula nulla fuit) De vxoribus quoque suis addit, quòd tres habuerit, & qua fortuna: de filia, de parentibus, quàm diu pater vixerit, quo animo tulerit mortem vtriusque. Ac ibi per exclamationē & parentes, & se felicem pronunciat, quòd non vixerint illi ad hoc miserum tempus: ac inserit obiter breuem illam, de qua suprà memini, excusationem, ad manes parentum, reditque ad lectores, ac pergit eis de vita sua narrare, quòd natus iam annos quinquaginta, sit missus in exilium, sicuti & suprà dicit. Ipse vtitur periphrasi Olympiadum. Est autem Olympias idem Græcis, quod Latinis lustrum, hoc est, spacium quinque annorum. Per oliuam Pisæam, intelligit præmium victoris in Olympijs, quæ fuerunt celeberrimum spectaculum totius Græciæ, de quo passim in autoribus legitur. Sequitur de causa exilij, videtúrque confirmare vulgi de illa opinionem, quæcunque illa fuerit. Fortasse voluit in honorem Augusti, sui temporis tantum eam rem notam esse hominibus, non etiam posteris. Exponit etiam, & conqueritur de comitum & famulorum perfidia, de sua constātia, de alijs malis tum itinerum, tum loci exilij, sed paucissimis tantum: déque suo solatio, quòd leniat hæc mala scribendis versibus. Hinc ducitur gratiarum actio, qua simul & se consolatur, ad musas pro his tantis beneficijs, vita, constantia in perferendis miserijs, & non habenda odio vita: pro loci mutatione, quæ tamen ad animum est referenda: pro fama, & gloria viuentis adhuc, tanquam singulari dono: Sic enim fit plerunque, vt præsentem virtutem oderimus. & sublatam ex oculis quæramus, vt inquit Horatius. Deinde pro perpetua hominum beneuolentia, & honesto iudicio. Deinde velut horum conclusionem addit, se post mortem in cœlum venturum. In postremis duobus versibus gratias agit lectori. Postremò & hoc annotare libet, in primo elegiæ versu videri mihi scribi debere Fuerim, pro Fueram, vt ambo versus cohæreant, nec sint duo separata in eis commata: subintellecto verbo Sum, in pronominibus *Ille Ego*, id quod necesse est fieri, cùm legitur *Fueram*: & hoc ad rationem constructionis. Deinde, quod ad sententiā attinet, Ouidius non indicat posteritati, se esse Ouidiū, aut eum qui de amoribus scripserit, quod vel ex titulis, & ipsis operibus poterat scire: sed iubet in hac elegia discere quis ipse sit, vnde oriundus, quomodo vixerit, ne præter nomen de eo nihil sciat. Ac est ordo, Accipe posteritas, qui fuerim ille ego lusor tenerorum amorum, vt noris quem legis: atque sic rectè additur sequens expositio. Principium septimi versus bifariam legitur, *Si quid*, &, *Si quis*: ac vtraque lectio tolerari potest. Secundum priorem est ellipsis in posteriore versu, & hæc desunt, aut similia, sed etiam vetere hæreditate: secundum posteriorem verba, *vetus ordinis hæres*. & ad verbum Est, referri debent, & ad Sum verbum, quod subaudiretur ita in verbis, Vetus ordinis hæres.

EXPOSITIO ELEGIAE I. LIBRI QVINTI.

AD omnes potius amicos, quàm ad vnum aliquem videtur hæc elegia scripta esse, in qua præcipue totum argumentum, & caput huius operis totius excusat illis: idque variè facit, ac singulari studio. Sunt & aliæ duæ post illam proximæ partes. In altera petit, superioribus libris huius operis hunc addi: in altera, promittit se scripturum læta, si restituatur in patriam: non tamen iocosa & amatoria: sed Augusto placitura, si mitigetur sibi pœna. hoc in media ferè facit elegia, illud in eius principio: cui statim in tertio versu additur occupatio de argumento & qualitate horum scriptorum. Ex hac in quinto versu incipit excusationem texere: ac primò ratiocinatur à suarum rerum statu, quòd is conueniat cum versibus. Id repetit cum antithesi læti status, & poematum lætorum: additque cygni exemplum, illustrandi causa. Et conuenit cum hoc Martialis versu,

Cantator cygnus funeris ipse sui.

Sequitur præmonitio, nata ex occupatione præcedente, conditionalis tamen, de non legendis his scriptis. & additur contrarium, qui sint legendi, si quærantur læta. Vbi obseruanda est constructio verbi Præmoneo, cum particula definitiua Quòd. illud enim requirit Vt absolutiuam, aut finalem, & verba quæ significant aliquid sequens. atque ita per

enallagen posita est altera pro altera. Hinc nascitur votum, & πάθος de operibus amaturijs, vbi optat ea non esse conscripta: ex voto correctio, quòd satisfecerit ei culpæ exilio: ex correctione quædam breuis narratio, de superioribus huius operis libris, quid in illis egerit: non tamen per omnia, cùm non tantùm socios conatus sit retinere in lectione aliorum poematum editorum, & officio memoriæ: sed etiam, vt paulo antè est dictum, leuare sua mala. Deinde redit ad excusationem, quòd multa mala tulerit, quòd nihil confingat per occupationem. Hic etiam exaggerat hæc mala, quòd sint innumerabilia, sicut arenæ in Tibri, & gramina in campo Martio, quódque tantum studio possit ea mitigare. Sequitur obiectio de modo carminum huius generis, ad quam respondet ex fortunæ ratione, quæ sibi perpetuam quærendi materiam præbeat. Item amplificatio à contrario cum illa promissione, de qua suprà feci mentionem, vt altera de præcipuis partibus post excusationem: ad quam deinde redit, ac repetit argumentum à sui status consensu allegoricè, talem tibiam conuenire suo funeri. Addit quoque obiectionem de silendo, & eius confutationem ab impossibili per exempla, generale, & specialia: quòd is qui torquetur, non possit tacere, vt Perillus, Priamus, Niobe, Progne, Halcyones, & Philoctetes. in quorum postremis tribus inclusum est argumentum vtilitatis, quod etiam habet annexum antitheton, quòd inclusus id est, pressus, aut tectus dolor strangulet, ac augeatur. Hinc ducitur petitio veniæ, mixta mandato perdendorum librorum copulatiuè, sed per conditionem: cui subijcitur correctio generalis, & specialis: & posterior per antitheton, quòd nemini obesse possint hæ querelæ: atque adeò nulli exitium attulisse sua scripta, præter autorem. Deinde respondet ad aliam obiectionem, de horum versuum qualitate, quòd sint mali quidam, sed neminem ad eorum lectionem cogi, quòd à se non emendentur: & tamen, etsi hæc legantur scripta in Scythia (puto enim ibi legendum esse hic, non hinc, &, vt, significare aut concessionem, aut aduersitatem) non esse barbariora suo loco, id est, non esse indigna lectione pro loci ratione. Sunt autem hic duæ veræ anthypophoræ. Huc pertinet etiam antitheton, quod sequitur, quòd non debeat conferri cum Latinis poetis: vt qui sit in Barbaria. Sequitur scriptionum finis per antitheton: se scribere, vt curas reprimat, non vt gloriam adipiscatur. In vltimis duobus versibus addit alteram scribendi causam, quòd ita studeat apud amicos versari. ac vtitur quadam ad eam transitione.

EXPOSITIO SECVNDAE
Elegiæ.

QVantum oculis, animo tam procul ibit amor, inquit poeta. Idem puto ex aliqua parte accidisse vxori Ouidij, sicut ipse cùm alibi, tum in hoc loco significat. ea enim est infirmitas humani animi, præsertim in mulieribus, vt minus moueant eum absentia, quàm præsentia, quantumuis ad nos pertineant. Itaque non tantùm petit hic à sua coniuge poeta, vt sine metu accedat Augustum, & ab eo petat marito mitigationem exilij: sed eam etiam accusat negligentiæ. Verùm ordine dicam de singulis partibus. Præcipui sunt loci elegiæ, quorum nunc memini. Tertius est quædam simulata consolatio, coniuncta cum exaggeratione ipsius malorum. Et hic est primus & prolixissimus, quem incipit ab interrogatione, qua significat eam valdè sollicitam esse de mariti salute: ac respondet sibiipse, iubétque eam bono esse animo: se enim ferre nunc mala, & confirmatum habere corpus ad eam rem, ac assuefactum. Vbi versus, *An magis infirmo*, &c. rectè videtur mihi scriptus in his nostris libris, nec probo iudicium interpretis, qui censet legendum esse, En magis, & sine interrogatione. Quorsum enim ita referendum esset Magis, comparatiuum? nec est nomen hæc vox, aut aduerbium numeri, vt indocti vsurpant, nostra voce, quæ est ambigua, decepti: sed est aduerbium comparandi, & semper ad aliquid aliud respicit. Quocirca & hic referri debet ad verbum Induruit, vt sit eius velut correctio: quasi dicat an magis, id est, potius nō vacat mihi esse infirmo; scilicet quàm corpus vexatum indurui: hoc est, an corpus ita est debilitatum potius, vt non possit magis debilitari, quàm consuefactum est patiendo ad patientiam? Deinde additur aperta querela, quòd animus adhuc sit infirmus, & dolor nihil remiserit, quæ satis indicat vnà cum versu iam exposito, præcedentia esse quandam ironiam. Probatur hoc ratione, seu natura magnorum, per antitheton forma anthypophoræ & Philoctetis ac Telephi exemplis: de quorum posteriore oritur votum, in quo optat, sibi mitigari malum ab Augusto, vt vulnus Telephi sanatum sit ab eodem, à quo factum fuerit. Notandus est obiter ablatiuus Mare, pro Mari, causa versus. Quæ sequuntur, sunt exaggeratio malorum, ac miseriæ. comparationibus poeticis: & significat hæc esse infinita magnitudine, & numero: nec in profectione tantùm ea se passum esse, verumetiam in ipso loco exilij nunc pati: & hoc per præteritionem. His additur accusatio coniugis negligentiæ, quæ nititur argumento à Cæsaris clementia ducto: accusationi petitio, de qua suprà: petitioni grauis querela: querelæ consolatio, quæ claudit elegiam. Ac sunt hi loci, vt breues, ita & præcipui.

EXPOSITIO TERTIAE
Elegiæ.

HAEc elegia nascitur ex præcedente, ac tantum non cum ea continuatur, quod ad postremos duos præsertim illius versus attinet, qui sunt propemodum ad hanc parasceue, vt in fabulis inter se connectuntur scenæ. Scripta est ad Augustum, qui rogatur à poeta mitiorem locum exilij. Qui sanè locus est præcipuus. Inchoatur elegia captatione beneuolentiæ à persona, & laudibus Augusti, per compellationem tantùm, cuius etiam duo primi versus sunt imperfecta quædam excusatio. Non enim ibi tam dubitat, an liceat homini Iouem, id est, Cæsarem tantum principem alloqui: quàm significat occultè, si illud sciret, hoc se non esse facturum: aut certè est confessio vel huius erroris, vel suæ tenuitatis, quæ multum valet ad conciliandam beneuolentiam: adeò, vt nunc eam principes ab inferioribus requirant, vt debitum. Cum hoc exordio continuat votum poeticum, vt vocamus, cum voto petitionem, si non votum est in parenthesi legendum. quod potest commodè fieri. Siue tamen referatur ad officiosas appellationes, quæ præcedunt: siue est pa-

renthesis, hæc verba, aut similia, desunt ei, Vt es vir excellentissimus: ex præcedentibus. aut, Vt parcas mihi, ea sequentibus, vt ego puto. Id enim exigit particula sic, vt alibi est dictum. Quanquam ita esset quædam inuersio, cùm alioqui vota id genus sequantur, non præcedant petitiones. Petit autem sibi leuari nonnihil pœnam, & addit occupationem, in qua extenuat suam pœnam per collationem cū Augusti clementia, recitatis ibi, quæ Augustus ipsi potuerit pro merito adimere, & tamen reliquerit: & addita ipsa pœna, velut contrarium quoddam, quæ sunt argumentum clementiæ Augusti. Posterius exija continet exaggerationem pœnæ, quæ tamen cum extenuatione superiore non pugnat. Altera enim refertur ad clementiam Augusti, altera est absoluta, & per aliam tamen collationem etiam ornata. His additur petitionis repetitio, figurata cōparatione demonstratiua, quòd malit perire in Charybdi, aut Aetna monte, aut mari Leucadio, quàm ita versari inter medios hostes, ac in perpetuo metu esse. Postremi duo versus habent etiam occupationis formam. Porrò verba. *Hinc ego dum muter*, sunt obseruanda propter formulam sermonis, quæ similis est huic Ciceronianæ, mutari ciuitate: ac ambæ videntur, sed non sunt, passiuæ, ea actiua inuersis factæ, Ciuitas. aut locus mutat me: nec sunt ablatiui agentium personarum ciuitate, & loco: sed affectionem, aut circumstātiam verbi, quod transferendi habet significationem, designant. Quanquam in hoc loco Hinc, ponitur pro ex hoc loco, inclusa etiam præpositione. Vltimò, placet mihi censura interpretis, qui legit in eodem versu Zanclea, pro Panchea. Locorum enim ratio videtur hoc flagitare.

EXPOSITIO QVARTAE *Elegiæ.*

Crebrè poeta in eiusdem petitione ab Augusto, velut inferiore deo, peruenit hic ab Bacchum, vt deum superiorem: sicut veneat ab vaore homine ad Augustum deum: vt tum credebatur aliquo modo. Quanquam non tantùm Bacchum in hac elegia rogat, vt flectat suo numine Cæsarem ad misericordiam, & clementiam: sed etiam poetas, qui tamen sacri sunt Baccho. Sumpsit autem occasionem à tempore, quo celebratus est Bacchus. Puto enim Bacchanalia, quæ agitabantur 10. Calend. Aprilis, vt est in Fastis, & adhuc ferè agitantur, mutato solo nomine, intelligi: non aliquod aliud tempus, quo peculiariter poetæ rem sacram illi deo fecerint. Conqueritur autem initio, quòd alijs poetis in patria festum Bacchi celebrantibus, ipse cogatur abesse in exilio, simúlque nonnihil expostulat cum eo deo, quòd ipsum non adiuuerit, & fecerit vt maneret cum cæteris eius cultoribus in patria: per antithesin temporum, quòd olim etiam ipse interfuerit illis ferijs. Quanquam statim corripit obiurgationem, & transfert culpam in Parcas: idque probat etiam Bacchi exemplo, per enumerationem eius laborum & periculorum, ad quod suam deinde fortunam accommodat, ac pergit eius acerbitatem conferre cum fortuna Capanei. Facit & hoc ad excusationem Bacchi, quod sequitur de eius dolore, & desiderio, propter Ouidij casum, & absentiam. Ibi sentio cum interprete, scribi debere, Admonitis matris, pro nostris: nisi, Admonitus, etiam est melius, quàm admonitis, quod suspicor. Non enim propter admonitionem poetæ condoluisse Bacchus potuit, cùm nusquam dicatur eum admonitū huius rei: sed id fecisse fortasse, quòd audiuerit eum casum. Admonitis autem, vel admonitus matris, dicit ideo, quòd, vt est in Transformat. icta fulmine sit Semele mater Bacchi, cuius casus recordatione potuit ille commoueri ad misericordiam. His additur petitio, seu imploratio auxilij, cum optatione poetica: in cuius initio tertius, Altam degranae vlmum legitur, quàm altera, &c. vt interpres annotauit, se legisse in vetustissimo codice. vel hoc nomine Altera, est ambiguum, & non ita plenum, vt locus requirit, cùm ita possit accipi, vt altera, vbi duæ sunt alligatæ vni vlmo, sit valdè fœcunda, non item altera. Complexus est poeta summam rerum à Baccho gestarum in eo voto; sicut fecit in 3. lib. Metam. & Fastorum. Huic subiecta est repetitio precationis, cum argumento à facili, de consuetudine deorum inter se. Inde sequitur petitio ad poetas eiusdem rei, quæ consistit in tribus membris, precando, flendo, & recordando: ac habet additam conditionē, si sit vir candidus, ac nullius poemata reprehenderit, si magnifecerit veterum scripta (ipse Conscripta fortasse, vt Græci συγγράμματα, diait) & in eodem honore habuerit recentia. In fine repetit ex proxima petitione de sui memoria conseruāda inter eos, cum præcedente voto, cuiusmodi est in præcedente elegia.

EXPOSITIO QVINTAE *Elegiæ.*

Non omnino dissimilis est hæc elegia præcedentibus tribus, quæ meritò velut exemplum singulare in hoc opere variandæ vnius rei notantur. Enumerat enim sua mala hic Ouidius, ac petit ab amico, nescio quo, auxilium etiam in posterum: sed obiter fermè, ac figuratè, quemadmodum tota elegia tractatur per prosopopœiam, vsitatam in talibus operibus figuram. Introducit ipsam epistolam, seu elegiam (obseruari debet, quod hic elegiam epistolam vocat) loquentem, & primò velut per obiectionem exponentem, vnde veniat. Deinde mandatū sui domini, quod est partim de poetæ rebus, partim de sermonibus, & animo eius erga Cæsarem, & istum eius amicum, ad quem fingitur esse missa. Quæ omnia referri debent ad petitionem illam tectam quibusdam inuolucris, vt argumenta suasoria. Incœpta est expositio mandati ab affectu, qui à loco sumitur. Epistola deinde ostendit, se à flente scriptam esse: idque antum est gestu quodam obsignationis. Pòst de causa fletus addit, non esse opus eam exponere, cùm iam nota sit omnibus. Verùm hoc facit, non simpliciter, sed more poetico: id est, per quædam non absoluta, nec vsitata admodum in hac forma exempla, & prouerbialiter propemodum, quòd solem sibi ostendi velit, ac non videat frondes in syluis, in campo gramina, in flumine aquas: cur Priamus doleat amisso filio, cur Philoctetes gemat: vt, si diceremus de superuacaneo, vel præpostero labore, Qui maledicos aut ineptos libros hoc tempore in Germaniam vehit, noctuas Athenas portat: aut, vt nostri loquuntur, aquas in puteum: Et, qui serit contentiones, aut accendit odia in cœnobijs, aut inter professores doctrinarum, oleum igni addit. Sequitur votum de causa

tristitiæ, hoc est, peccato: & facit ad exaggerandam querelam (est enim velut querela hæc pars expositionis mandati) quòd causæ euentorum magis moueant, quàm ipsa euenta, vt rectè inquit alicubi Cicero. Et poeta ipse de Ponto,

Estque pati pœnam, quàm meruisse, minus.

Additur voto de constantia domini, quòd patienter ferat hæc mala: de spe, fore vt mitigetur Cæsar: de huius clementia, quemadmodum suprà sæpe: de amore & gratitudine erga amicum, ad quem loquitur. Vbi O, in versu, *Tu tamen*, &c. legendum est extra parenthesin. pertinet enim ad vocatiuum Charior. Est hic locus amplificatus & exempla summorum veterum cultorum amicitiæ. & comparatione demonstratiua patriæ, ac aliorum eius bonorum, itémque mellis Attici, quæ pars est magis poetica: præterea prædicatione fidei, ac officiorum, quæ præstiterit ei nunc prostrato, ac deserto ab alijs amicis, præter ipsum. & paucissimos alios. atque in versibus, *Quod non prævenit*, &c. est *mi-*
nor. Si paucos, &c. Correctio. Duo sequentes deinde versus, continent anthypophoram: post quos pergit amici fidem & officia prædicare, vsque ad pollicitationem gratitudinis, quæ valdè est aucta extractione ad inferos vsque, ac iureiurando: & gemina repetitione huius pollicitationis, simplici, & allegorica, seu prouerbiali. Est enim notum prouerbium, Arare littus. In fine addit petitionem perseuerationis in hac amici defensione, ac eius explicationem quandam per occupationem, quòd non habeat in mandatis, vt hoc petat. Ad hanc petitionem videri queat relata esse tota elegia, velut argumenta suasoria.

EXPOSITIO SEXTAE
Elegiæ.

DVo celebrat in hac elegia Ouidius, natalem vxoris, & eius fidem & constantiam: quorum prius est velut consecutio posterioris. Meritò enim honor habetur his tantis virtutibus in muliere præsertim. Initiò variè se ipse excitat, ac hortatur cùm vniuersaliter ad celebrationem illam natalis, tum specialiter ad apparanda quæ requirit ea res: idque facit exemplo quodam Vlyssis, quanquam dubiè. Vtitur deinde communi sacrorum præfatione, de fauore linguarum, de qua suprà nonnihil annotauimus: ad quod videtur & hic locus facere, vbi dicitur, *Quæ pun dedi-*
diae, &c. Etiamsi quis putauerit pugnare cum nostra sententia, quod legitur in 2. libro Diuinat. hoc modo: Qui quidem silentio noctis, vt ait Ennius fauent faucibus, rursus cantu plausúque premunt alas. Verùm & prima verba de canendo intelligi posse arbitror. non tamen volo pugnare. Post hæc pergit sibi velut imperare de veste, quæ alba solebat in hoc sacri genere indui, de construendo altari. & sertis appendendis. Mandat etiam puero, vt afferat thura. Hæc dum parat, ac præcipit, sacrificium vnà inchoat, ac bene precatur vxori primòm per prosopopœiam. Alloquitur enim ipsum natalem, ac rogat eum, vt feliciter agatur. Deinde sine figura, nisi quòd inspergit collationem suæ fortunæ. Ibi verbum, Sit perfuncta, requirit ex præcedentibus ablatiuum Miserabili vulnere, ac Meis malis, instrumentum significat: ac est sensus, Satisfecerit huic vulneri, aut soluerit hoc vulnus per meum casum, ac sit in eo tanquam perfuncta suo quodam fato. Sequentia duo versus idem volunt [illegible]. Repetit in aliis quoque posterioribus versibus eandem sententiam per expolitionem, ac optat se amari ab ea, quanquam absentem, ipsámque diu viuere, non item suos annos illius annis accedere, ne contaminentur. Deinde per affectum & [illegible] admiratur celebrationem huius sacri, ex circumstantia loci. His addit consolationem, vel gratulationem ex fumo, ad imitationem Callimachi, vt in rogo fratrum Eteoclis & Polynicis, flamma in contrarias partes fuerit diuisa, quasi mentem hæc illorum calluerit: ita fumum sui ignis versus Italiam inflecti, velut consentientem ipsi, ac approbantem eius voluntatem, & studium in vxorem. Idem est de illis Thebanis ducibus in Lucano & Statio, quos interpres citauit. Statius etiam in primo libro huius rei meminit his verbis: *Nec furiis post fata modum flammasque rebelles Seditione ro-*
gi. Verba, *consilium, commune sacrum*, puto à sequentibus separanda, & accipi debere generaliter, subintellecto verbo Est: vt significet, sacrum esse commune consilium, hoc congruere votis, aut voluntati facientium illa. Interpres habet specialem expositionem, quæ mihi non placet. Est hic locus amplificatus iudicio poetæ, quod antea de hac re fuerit, cum antithesi eius, quod nunc sit, quæ est etiam figurata prosopopœia. Deinde plenis laudibus vehit hunc diem, ac vnà ipsam coniugem, quæ illo sit nata, per comparationem Andromachæ & Penelopæ. Nam & ego sentio legendum esse Ection, qui fuit Andromaches pater, pro Eurytion, vt interpres: non tamen asseuero: cùm nec legerim omnia, nec vacet mihi semper tales locos ad amussim examinare. Opponit ibi quoque aduersam eius fortunam probis moribus, & fidei: nec minus id per contentionem, quàm plerunque Græca voce antithesin vocamus, negatorum gaudiorum, id est prosperæ fortunæ, ac per distributionem quandam: etsi generalitas etiam est in voce Fortuna. & cum additur Moribus impar, simul indignatio mouetur. Postea sequitur consolatio, quæ inchoatur à generali dicto, quòd virtus probetur, & enitescat in aduersis rebus. Confirmatur hoc dictum exemplis Penelopæ, Euadnæ vxoris Capanei, Alcestidis, & Laodamię: post quorum accommodationem ad institutum subiungitur precatio ad deos, & Augustum, vt pareant nihil meritæ vxori, non poetæ, qui sit meritus pœnam. Atque ita clauditur elegia. Cæterùm in versu, *Cur Pelia gemeæ*, &c. in fine censet interpres legendum esse, Cur nobilis vna? quod ego non reprehendo. Sed puto retineri etiam posse, Cur cognita nobis? quod non sit nimia durum ex posteriore versu vocem Vna, repetere. Sequitur septima elegia.

EXPOSITIO SEPTIMAE
Elegiæ.

VT libertatis & grauitatis est, obiurgare amicos, vbi est opus: ita est humanitatis ac beneuolentię, quę magnam in amicitia vim habet, cauere, ne delinquentes amici aut pergant peccare, aut etiam peccare malint grauius, quàm redire in viam, ac facere suum officium. Hęc ambo egregiè præstitit in hac elegia Ouidius, cùm partim obiurgat amicum propter neglectum officium in curando amico semel, ac solum in tutelam susceptum: partim exhortatur eum ad recipiendam & retinendam eius curam: idque argumentis ac modis, vt sequitur. Nec salutationem

babet, nec aliud exordium elegia: sed initium capit ab obiurgatione, velut ex improuiso, per antitbesin præcedentium officiorum. Et quia poterat occurri poetæ, quòd esset graue, miserum defendere: ad hoc respondet per anthypopboram, argumentando à constantia, quòd potius non debuisset recipere in se boc onus, quàm receptum abiicere: nec immeritò. Nam vt τὸ μὴ ἄρξασθαι μᾶλλον, ἢ ἀρξάμενον παύσασθαι, vt est prouerbium: tam melius est non incipere, quàm inceptum non perficere. Vtitur ad hoc probandum exemplis Automedontis aurigæ Achillis, & Podalirij. prius tamen repetita obiurgatione, cum addita exhortatione illa, de qua est dictum. Vocat amicum hic Palinurum, qui fuit rector nauis Aeneæ, sicut est in 5. Aen. Huc etiam facit versus, *Turpius eiicitur*. &c. qui est exaggeratio à similitudine per comparationem, & generalis probatio præcedentium: ac est ei addita repetitio exhortationis allegorica, vbi debet obseruari vetus consuetudo, quòd olim rui fuerint, qui ad altaria confugissent, cuius rei sunt adhuc reliquiæ. Habet hic exhortatio argumentum à promisso illius, & iudicio. Deinde occupationem de culpa, propter quam deseri debeat cum iureiurando, quo remouet eam culpam. Quanquam bi duo versus eius loci, *Quàm tua delicto*, &c. rectius optatiuè leguntur, ac ita non esset iusiurandum, sed εὐχή, vt sit sententia, malim hîa moti, quàm propter crimen esse, aut videri indignus tua defensione, adeòque amicitia. Nam boc est, pectora stringi delicto, μετέωρος. Deinde confutat aliam causam, cur deserendus sit, mentis perturbationem, aut insaniam, cum argumento ex maiore: seu concessionem, seu fictionem quis mauult dicere cum exemplo Orestis, vt probatione. Sequitur argumentum à debito miserorum quodam, seu fortuna, per comparationem illorum cum felicibus, qui locus admodum est elegans, & acutè cogitatus, ac habet additum exemplum, buiúsque accommodationem. Vbi, quod per repetitionem argumenti superioris additur, *Non babet in nobis* &c. de animo, vel affectu magis est verum, quàm de facto: imò de miseris insontibus, quàm sontibus. Hi enim non sunt temerè iuuandi, tametsi misereri possumus eorum, & cupere, vt non essent meriti pœnam, aut miseriam. Sequentes duo versus ita sunt construendi. *Elige minimum de parte* (sic enim legendum puto) nostrorum malorum: illud f. &, erit grandius isto, quod quereris: id est, minima portio, quod ipse per μείων dicit, minimum de parte meæ miseriæ maior est eo quod deliqui, & de quo es conquestus. Sic enim bunc locum intelligo. Quæ restant de bac elegia, partim sunt exaggeratio miseriæ per comparationes poeticas (ita vocamus tales, quòd fidem excedere videantur, ac ferè tantùm à poetis consueuerint vsurpari) & barum accommodationem communem cum simulato iussu addendorum illis innumerabilibus malorum prouerbialiter: partim repetitio exhortationi, vel si mauis, petitionis, quam diximus insertam esse obiurgationi per contrarium allegoricè.

EXPOSITIO OCTAVAE ELEGIAE.

QVod in aliis elegiis multis poeta facit conquerendo, hîc facit respondendo ad alicuius amici epistolam. Exponit autem suarum rerum statum, ac fœditatem regionis, & morum Geticæ gentis. Ac est bic locus in hac elegia præcipuus. Principium epistolæ, est dimidiata salutatio vetus, cum indicatione loci, vnde sit illa missa, quæ in fine alioqui ponitur. Deinde statim sequitur expositio, quæ propemodum babet vim alterius partis in salutatione. Sicut enim veteres dixerunt, Si vales, b. e. e. q. v. ita ipse dicit, Si vales, b. e. ego quidem non valeo, sed miser sum. hæc tamen addit, vt rogatus de statu suarum rerum scriberet. Sicut est sanè tota epistola responsio. Deinde additur de regione, ac moribus, armis, forma, voce, & similibus gentis, apud quam fuit exul Ouidius: vbi vox Coryton obseruanda est. Græca enim est, ac significat propriè thecam, aut repositorium arcus: & generaliter vsurpatur etiam pro aliis vasis, aut receptaculis, maximè telorum. Atque ita ipsi Græci exponunt hanc vocem, apud quos & per scripta inuenitur γωρυτός. Hinc est quòd Latini etiam aliquando Chorytos, aut corytos, consueuerunt scribere. Quod ideo per me annotatur, ne quem Cornu copiæ decipiat, in quo, cùm exponit hunc versum Vergilij,

Corytique leues humero, & Lyctia arcus,

dicuntur coryti esse missilia in modum sagittarum. Clauditur hæc expositio καὶ à Poetæ studiis, & moribus, vt ab indigno, aut inconueniente, aut contrario, cum opinione de vita, & non moriendo in eo loco, seu manendo post vitam. Sequitur ad aliam partem illius epistolæ responsio, de recitatione & approbatione carminum ipsius in publico, quòd boc non affectauerit, etiamsi non aspernetur iam boc iudicium, & memoriam ipsius inter homines. Additur bis correctio quædam, quòd studium poeticæ detestetur aliquando, & quare hoc faciat. His item alia, quòd non queat sibi temperare ab hoc studio: idque bis dicitur, simpliciter, & allegoricè faciens Musas Capbareum, se nauem: id est ipsos Græcos illisos in illud promontorium. Hinc nascitur declinatio ambitionis per obiectiones, éstque repetitio principij responsionis huius partis. In hunc modum & alibi sæpe ita causam, cur pergat colere poeticam, reddit. Hæc parit aliam obiectionem de agendis aliis rebus, quòd in illa fœditate barbariei nihil sit aliud, quod rectè possit facere. atque bac via redit ad propositam expositionem de regionis & hominum deformitate, quódque ad vestitum attinet, præcedentibus præcipuè sunt addita. Quædam sunt repetita, quædam aucta, quædam explicata. Insertus est etiam affectus à natione, & necessitate, quòd Romanus vates cogatur Barbaricè loqui. Ex hoc tribuitur confessio, quæ sequitur, quòd ægrè nunc Latinè loquatur ex vsu quodam aliter loquendi, ac esse pleraque barbara in boc opere: quæ tamen per extenuationem atque ad exaggerandam calamitatem esse dicta, res ipsa declarat. Deinde propemodum repetuntur præcedentia de colendis Musis, & exercenda lingua tacitè, de fallendo tædio temporis, & leniendis miseriis: quanquam, vt fit in repetitionibus, quædam illis accedunt. Et sunt hæc postrema, velut consolatio quædam calamitatis, vt postremo versu non obscurè significatur.

EXPOSITIO NONAE ELEGIAE.

POeta hic valdè obiurgat aliquem suum inimicum, propter maledicentiam, & quòd insultarit iacenti, quod est proprium crudelitatis. Quia verò non studet eum

tum reuocare in viam, hoc est, non hortatur eum ad mutandum propositum lædendi, solum hoc facit, quod propriè dicitur obiurgare, aut inuehi: quanquam hoc posterius est velut extremum eius vehementiæ, quæ exercetur ab offensis, vel suo, vel aliorum, aut Reip. nomine, ad deformandum obiustam aliquam caussam, & odiosum reddendum, qui offendit. Vtitur autem Ouidius ad hanc velut probandam eùm ipsi, tum alijs, aliquot rationibus. Prima est inimici conditio, quòd sit homo nihili, aut abiectus. per comparationem conditionis poetæ, vt minoris ad maius. Secunda, est magnitudo malorum Ouidij Tertia, fortunæ inconstantia: quò pertinet etiam pœnarum prædictio, quarum exactionem tribuunt Rhamnusiæ, quæ dea fuit olim coercendæ superbiæ, & sæuitiei: sicut etiam prouerbium testatur, *ἀδράστεια νέμεσις*. hæc enim etiam ei nomina sunt. & Claudianus eleganti versiculo,

Sed dea, quæ nimijs obstat Rhamnusia votis. Firmatur hoc argumentum duobus exemplis, submersorum in mari: vbi versui, *Et nunquam dixi*, &c. desunt hæc, aut similia, quòd & ipsi antea delectati essent aliorum naufragio, & adacti ad mendicitatem, qui erant hoc meriti hoc genere crudelitatis: amplificatúrque descriptione quadam fortunæ, aut explicatione ipsius argumenti, ac eam validiorem reddit suo exemplo. Sequitur quartum argumentum, quod est ductum à spe poetæ, quòd restitui possit in patriam: cùm additis rationibus, altera qualitate peccati eius, altera clementia Augusti, quam & prædicat obiter paucis per comparationem fortitudinis, aut potentiæ contra vim. Sequitur auxesis huius spei, plura se his petiturum, vt soleat apud deos fieri: & exemplo dierum serenorum noni, & turbidorum comparatiuè. His additur conclusio, id est repetitio verborum de sperando. quam sequitur votum, seu imprecatio, quę finis est elegię. Cæterùm in versu, *Non caret*, &c. vox Inuidia ponitur pro odio, vetere consuetudine. Et versus deinde, *Cum pœnæ venia*) &c. sic debet construi, petam plura roganda, id est, digna quæ rogentur, vnà cum venia pœnę, hoc est, quàm veniam pœnæ. videtur enim esse enallage, nec placet expositio interpretis, qui affingit participio Roganda, comparatiuam particulam Quàm.

EXPOSITIO DECIMAE *Elegiæ*.

ET non paulo res est humanior agnoscere beneficium & gratitudinem quocunque modo significare, quàm iniuriæ memorem esse, ac eam vlcisci: ita hæc elegia magis exprimenda est adolescentibus in vita, quàm præcedens. Quanquam enim vim licet vi repellere, ac suam innocentiam defendere aliquo modo, etiam priuatim: iique peccant, qui miseris augent suam calamitatem criminationibus: non tamen optandum est ijs potius malum, & similis nostræ fortunæ, quàm sunt admouendi. & cupiendum, & optandum, vt resipiscant, & desinant sæuire, maximè à Christiano. Continetur autem hic in figuis declaratio gratitudinis, adeò vt significet poeta, & tantum non conqueratur, sibi non licere hoc facere plenius, idque initio elegiæ. Scribit enim ad amicum aliquem fidelem & constantem: cuius nomen quia non ausus est exprimere, non ita copiosè potuit eius fidem & probitatem celebrare, vt cupiebat. Ac interim, dum hoc agit, simul etiam pollicetur prolixiorem gratiam, addita illa conditione, aut magnitudinem beneficiorum eius testatur, & prædicat, verùm ipsi tantum, & fortasse paucis alijs. Huc pertinent &, quæ adduntur, collatio huius beneficiorum cum Augusti beneficijs, & antitheton falsorum amicorum, & desertorum in amicitia. Votum etiam, quo precatur ei deos, & Cæsarem propitios, & amicos. Item repetitio quędam principij, & difficultas in reticendo illius nomine. Hic locus est ornatus duabus similitudinibus admodum appositis cum earum accommodatione. Sequitur inde promissio dissimulando amici nomine, inclusa ratione, vt non lædatur: & addito contrario per conditionem: quæ etiam faciunt ad ostendendam illam difficultatem in tacendo nomine. In fine pollicetur gratum animum, & officij promptitudinem.

EXPOSITIO ELEGIAE *undecimæ*.

HAec Elegia similis est multis alijs & huius operis, & illius alterius, cui est idem argumentum: hoc tamen differt à plerisque, quòd illæ habent plerunque admixtam querelæ petitionem aliquam, aut gratiarum actionem, aut obiurgationem, aut aliquid simile, hæc nihil continet præter meram querelam, quæ per se tantum est expositio calamitatis, aut miseriæ, finémque habet, ac propositum, solam commiserationem, vt est dictum aliâs. Recitat hic sua mala Ouidius per distributionem, vt alibi sæpe, quantúmque potest illa exaggerat. Initiò de tempore scribit, quamdiu fuerit nunc in exilio, quámque lõgum, id non valde longum tempus, sibi videatur, per collationem eius, intra quod gestum est bellum Troianum. & explicationem, seu expolitionem cùm dicit, stare tempora propter tarditatem putari posse. & eleganter addit de solstitio & bruma: vbi harum vocum propria significatio debet obseruari, cùm vulgò nunc solstitium vocetur, vtraque solia τροπαί, vt Græci nominant. Sic intelligendus est hic Virg. versic. *Humida solstitia, & hyemes orate serenas*. Ad explicationem istam referenda est & sequens dubitatio de vniuerso naturæ ordine, & duris temporibus poetæ. His adnectitur catalogus miseriarum, aut incommodorum Scytbiæ. Primùm de loco generaliter dicit, vbi allusiones, & figura in vocabulis mendax, & sinistra obseruandæ sunt. Deinde de vicinitate hostium, de periculis, de munitionis tenuitate, ac situ oppidi, de hostiũ crebritate, & celeritate, ac oppugnatione. De incommodis & molestiis inde sequentibus, vt difficultate colendorum agrorum, pascendarum pecudum, & mutato metu ouium. De periculis deinde intestinis, propter commistionem Græcorum & Barbarorum, & horum potentia, seu prerogatiua, hęc enim significatur verbis, *Et tecti plus quoque parte tenent*: id est, plus quàm partẽ scilicet dimidiam, aut æquam: vel, plus quàm vos de parte tecti, vt sit ellipsis. De barbarorum horribili & odiosa specie, & vestitu: de Græcorum etiam ibi vestitu, & sermone corrupto, de suis ex hac re incommodis, quòd gestu, animi sensa illis vtcunque proferat, quòd sit eis pro barbaro, quòd de ipso quælibet loquantur, etiam acerba, impunè & secus quàm ipse velit, intelligentes nutus eius, de eo malè sentiant. Ibi duo versus, *Vtque fit, in me aliquid*) &c. ita mihi videntur construendi esse, Et putant aliquid in, id

est, contra, vel de me, s. mali, si quid abnuerim, & quoties abnuerim, (vt legatur Abnuerim vtroque loco) dicentibus illis quid, pro, aliquid loquentibus. Hanc puto & plausibilissimam & simplicissimam cùm lectionem esse, tum sententiam. Interpres transformat hos versus in nescio quæ monstra. Dicit etiam de iuris absentia, sicut paulo antè,

victaque pugnaci iura sub ense iacent.

Ita Cicero, Silent inter arma leges. & Hesiodus, vnde fluxisse hæ orationes videntur, δίκη δ' ἐν χερσί. & paulo antè χειροδίκας vocat, quod nos quoque Faustrecht appellamus. Sequitur post mentionem de seditionibus exclamatio de fati poetæ acerbitate, ac repetitio querelę in summam cõtractę. Sequitur & correctio de meriti ratione, & huius alia, quæ tamen à Cæsaris tantùm persona pendet, non per se meritum consideratur.

EXPOSITIO ELEGIAE *duodecimæ.*

ALiquis appellauerat inter iurgandum, vxorem Ouidij, vxorem exulis: hoc est, exprobrauerat ei mariti casum, & pœnam: idque per literas huic illa conquesta erat. Ad eas hic respondet poeta: & præterquam quòd significat sibi hoc dolere, partim confirmat vxorem, & hortatur ad fortitudinem: partim consolatur eam. In exhortatione vtitur exemplo superioris constantię, vt maioris ad minus. Qualia sunt hæc nota in principibus poetis, ὦ φίλοι, ἀνέρες ἔστε, &c. &, O passi grauiora, dabit, &c. idque facit breuissime. In consolatione, quæ est præcipuus locus in hac epistola, negat se esse exulem: hoc est, eum qui libertatem & ius ciuitatis amiserit: aut, vt Iurisconsulti etiam loquuntur, qui sit passus maximam capitis diminutionem, vt erant deportati, & damnati in metallum, aut subiecti bestijs: sed relegatum, qui propriè est eiectus patria, non amissa libertate, & iure ciuitatis. Quanquam, vt relegatio est duplex, ad tempus, & perpetua: ita exilium potest esse, aut potius est velut communis appellatio ferè omnium talium pœnarum: cùm nihil aliud significet hæc vox quàm vitam, quæ extra solum, id est, patriam agitur. Inseritur ibi pathos de offenso Augusto, & votum: ac repetitur hæc defensio, vel consolatio per allegoriam, quòd non funditus perierit. Deinde quòd bona, patriam, & ciuitatem adhuc habeat, non pro suo merito, sed tum ex Augusti clementia: tum etiam, quòd non admiserit in se facinus. Addit, se ab ipso quoque Cæsare non exulem vocari, sed relegatum. Et hæc de consolatione. Quę sequuntur, sunt gratiarum actio pro tantis beneficijs ad Cæsarem, & optatio diuturnæ vitæ. In fine petit ab illo conuiciatore, vt desistat ab hac petulantia. Porrò verba, *Sed ut in mare flumina*) &c. sunt allegoria, quâ se facit riuum, populum Romanum flumen, per similitudinem: & Currere, pro optare: mare vastum, pro Cæsare.

EXPOSITIO ELEGIAE *decimæ tertiæ.*

HIc etiam Poeta respondet ad alicuius amici epistolam, in qua monitus & iussus erat colere studium poeticæ animi causa: & ne ingenium prorsus hebes redderetur, aut extingueretur. Excusat autem se variè de intermissione studiorum, & copiosè. Primò a natura, & conuenientia quadam versuum, & animi, quòd sint lætum opus: id est, requirant animum *tam otiosum, quam alacrem*: suum verò animum esse, vt fortunam, tristem. éstque hic integer syllogismus in secunda figura, modo postremo, vt loquuntur Dialectici: posita conclusione tamen in primo loco, & in his verbis, *Difficile est*) &c. Amplificat hoc Priami & Niobis exemplis, repetitione quadam argumenti per interrogationem, incremento, seu fictionẽ quis mauult appellare, seu rectius exemplum à maiore, sed absque accommodatione, vbi Socrates intelligitur & Anyti, genitiuus cohęret cum genetiuo Rei, transitiuè, vt sit sensus: eius, qui fuit reus Anyti, id est, ab Anyto accusatus, per synecdochen quandam: cùm non solùm ab Anyto sit accusatus, verùm etiam à Melito & Lycone, vt est in eius Apologia apud Platonem. Sunt etiam hi duo versus. *Ille senex dictus*) &c. repetitio quędã, aut expositio præcedentium, *Dei licet*) &c. Quæ sequũtur, sunt incrementum, aut exaggeratio à multitudine malorum, vt præcedens locus ab animo: ac eandem vim habent, cùm siue animus augeatur, siue mala diminuantur, facilius eodem modo fortunę aduersitas feratur, si cætera sint paria. Deinde additur excusatio & ab ingenij debilitatione per comparationẽ. Item similitudines & planæ & illustres, cum earum accommodatione ad hoc argumentum firmandum satis copiosa: quam sequitur quędam correctio per scriptionẽ versuum, & cum hac vnà istorum excusatio similis nonnullis præcedentibus, à tempore, à loco, à neglectu gloriæ, vt efficiente, aut adiuuante quodam studiorum generaliter, aut per cognomen: & specialiter, cum antitheto animi præcedentis. Vbi etiam integer est syllogismus in eadem figura, & modo cum præcedente. His additur obiectio de successu & fortuna carminum, & responsio, quòd hæc sibi huius mali sint causa: cum exemplo Perilli, quo & alibi sæpe vtitur hoc modo, & amplificatione omittendi studij poetici. Deinde additur & alia obiectio de loci commoditate ad eandem rem, in qua est quiddam acerbum, & ironicum, vt etiam in præcedente. Ad quam respondet, quòd nec libros hîc, nec homines, qui versus intelligant, suppeditet, cum antithesi, quòd omnia loca sint plena rebus barbaricis, moribus, voce, metu: adeò, vt vix possit ipse loqui amplius Latinè. Sed hi versus construantur, *Omnia loca sunt barbariæ & uocis ferinæ*: id est, tecentur à barbarie, & ferina voce. vt genitiui Barbariæ, & Vocis ferinæ, pendeant à verbo Sunt, possessiuè magis quàm vt in his orationibus, & similibus, hic adolescens est bonæ indolis, Plato est philosophus magni nominis. Rectius tamen & hic ad verbum referuntur, quàm ad nomen præcedens, *Omnia, quæ possunt*: scilicet sonare, *sonant plena timore*: id est, habent sonum plenum timoris. Nisi quis malit priores versus genitiuos ad plena referre: quod non posset fieri, vt opinor, sine valdè dura syllepsi, & in hoc poeta inusitata, quod mihi n õplacet. Quę sequuntur, sunt velut per correctionem addita, & sunt expositio de versuum scriptione, absumptione, conseruatione, cum admixta reprehensione poetæ. Postremi duo versus sunt acerba optatio de Arte amandi, quam docuit Ouidius in poemate, quod extat.

EXPOSITIO DECIMAE quartæ Elegiæ.

AFfectus erat ab amico aliquo multis beneficiis Ouidius, & aliquandiu nullam epistolam ab eo acceperat: hinc sumit occasionem & argumentum scribendi: nec tamen admodum expostulat cum eo, sed rogat potius eum, vt hoc peccatum corrigat. Siue tamen excusationem quandam, vt est, hic spectes, siue petitionem illam, præcipuum est argumentum, quo ad scribendum conatur incitare amicum, respectus beneficiorum acceptorum, vt maius ad minus. Parum enim conuenit, amico in re magna dare operam, & in parua negligere. Principium epistolæ est salutatio, ferè similis ei quæ est in 8. epist. huius libri, nisi quòd partes sunt inuersæ. Nam isthic dicitur, Si vales, bene est, ego non valeo: hic, Ego non valeo. si tu vales, bene est: non his quidem prorsus verbis, sed hac sententia. Est in hoc loco & correctio salutationis, nata ea ambiguitate, seu rectius deflexione quadam ad proprietatem verbi Mittit. nam qui mittit, ablegat à se propriè, quod alius accipiat. Hic mittit, qui nunciat, vel optat, vel mittit epistolam, in qua dicitur aut optatur salus. Additur etiam duplex causa perditæ salutis, id est, debilitationis corporis efficiens & finis, & hæc quidem cum indignatione, ac totum hoc generaliter. Quod sequitur de cruciatibus lateris, est speciale, ac significat morbum, quem Græci πλευρῖτιν vocant, Latini morbum, aut dolorem lateris. His additur altera pars salutationis, Si vales, bene est. pertinet enim ad nos etiam felicitas amicorum, non solum infelicitas. Quanquam ipse refert hoc ad accepta beneficia, vt ad signum, aut testimonium amicitiæ. Deinde incipitur principalis locus epistolæ, qui partim est admonitio, vel amica quædam accusatio diuturni silentij, vnà cum argumento à beneficiis, vt est antea dictum: partim petitio, cui adiecta est excusatio cum optatione, & harum confirmatione, vt fit etiam in aliis epistolis, ac decet in amicitia. Consistit autem confirmatio tum in amici constantia, tum in poetæ fortuna. Et sunt hæ rationes auctæ comparatione quadam demonstratiua, & poetica propemodum. qualis hæc est Virg. Antè leues ergo pascentur, &c. & multæ similes in hoc poeta, & aliis. Vocantur autem aliquando ἀδύνατα, quòd fit collocatio cum eo quod est impossibile, aut côtra naturæ viam & ordinem. Ac sunt tantum vehementes asseuerationes, ac tecta quædam, & imperfecta species argumentationis, hoc modo: Cœlum prius ruet, quàm obliuiscar tui: Sed non ruet cœlum: Ergo multo minus tui obliuiscar. ac addi fortasse posset iis, quas recentiores Dialectici vocant Syllogismos hypotheticos. Deinde reditur ad petitionem, seu preces, vt scribat literas, vt etiam careat suspicione culpæ, non tantùm culpa. id enim ibi significat. Est hoc dilatatum per comparationem colloquiorum, quorum sanè vice finguntur epistolæ, vt est notum. Vltimi quatuor versus continent valedictionem cum inserta causa non extensæ vlterius admonitionis.

EXPOSITIO VLTIMAE ELEGIAE.

AD vxorem suam scribit hanc Epistolam Ouidius. ac in ea duos locos tractat, admodum splendidè: alter est consolatio quædam, alter adhortatio. In consolatione dicit illam versibus mariti consecutam esse immortalitatem: quod subinde repetitur aliis atque aliis verbis. In primis duobus versibus facit hoc indefinitè, quibus etiam inserit blandam appellationem, quæ potest esse loco exordii. In tertio & quarto per occupationem suæ fortunæ repetit illud, & explicat hoc est expressè, ac specialiter, aut definitè dicit. Idem agit in sequentibus. In septimo repetitur occupatio præcedens, & deinde consolatio iterum atque iterum inculcatur per comparationem ad alias mulieres, ad diuitias, ad alia quę potuisset dare, omnia per materiam exercendæ virtutis, & pariendæ gloriæ, quòd sola dicitur ipsius rerum tutela: per assiduitatem celebrãdi eam, per mariti iudicium, quod in vxore merito pondus habet, cùm facilè propter perpetuam consuetudinem aliquid coniugibus displiceat in coniugibus, maritis præsertim in vxoribus. Et hæc tractantur vsque ad versum, *Quæ ne quis possit*) &c. in quibus incipit exhortari vxorem ad faciendum officium in defendendo marito, inque retinenda constantia, tum quia prius quàm in hanc miseriam incideret, id fecerit: tum, quia post casum eius hactenus fuerit fidelis & cõstans. Deinde repetit adhortationem cum exaggeratione quadam, referens eam ad studium illustrandi nominis, per hanc velut materiam oblatam exercendæ virtutis: eámque amplificat antithesi generaliter, quòd in tanta infelicitate, quæ obstet, ac retrahãt, sit longè difficilius fidem seruare, quàm, vbi læta sunt omnia, nihilque in faciendo officio impediat. Sequitur etiam velut adiunctum, aut consequens: Raram esse virtutem, quæ non cedat fortunę: talem tamen, hoc est, veram virtutem, quæ se ipsa contenta, nec propter aliud sit, neque desinere vllo tempore celebrari, neque terrarum aliqua parte claudi. Estque bię locus simul anthypophora. Huc pertinent exempla quæ sequuntur, Penelopæ, Alcestidis, Andromachæ, Euadnæ, Laodamiæ, cum accõmmodatione ad præsens institutum, vt minoris ad maius. ac est argumentum à facili, quod videtur cum præcedentibus pugnare: sed non pugnat, cùm hîc sit comparatio, isthic non sit. Reliqua sunt occupatio de admonitionis causa præcipua, quam remouet, alia constituta per allegoriam, aut imperfectam similitudinem, & simplici oratione, generali tamen: quales sunt, quas γνώμας Græci, Latini sententias nominant. Sic Homerus, ἀνῶσαι ξ αἰνῶς ὀτρύνοντ. Et hîc noster alibi,

Acer, & ad palmæ per se cursurus honores:
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

Planè similis est huic elegia 6. huius lib. præsertim in fine. simile quiddam est etiam sub finem 3. lib. 4.

Postremò, quod in priore parte suprà dicitur, *Dimitis ad manes*, &c. idem est in Propert. his versibus,

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ad infernas, stulte, uehêre rates.

Et in tertio versu Licebit, pro coniunctione est positum per enallagen: quale est hoc Martialis,

Tu Cæsar uel nocte uenis, sine astra licebit:
Non deerit populo, te ueniente, dies.

CONCLVSIO.

Hæc habui, quæ scriberem & dictarem nostris auditoribus, in huius operis enarratione, quod iamdudum cupij meis qualibuscunque annotationibus, vnà cum eo quod est huic simile, ac à me iam expositum hoc modo extat, studiosis huius poetæ, quem semper ego amaui, & magni feci, propter fœcundissimam illam, & facillimam venã, qua fluit instar fontis perpetui, ac mundissimi, cõmendatũ

esse. Ac puto hunc laborem specie quidem tenuem, sed re ipsa magnum, ac difficilem, plerisque fore utilem ac iucundum. Non enim ignorans, quàm plera que in his operibus facilia essent, adeóque sine his meis annotationibus intelligi possent, præsertim quod ad capita, & summas rerum attinet, hæc scripsi, vt nonnulli fortasse putãt: sed qua ratione, qua diligentia veteres autores legendi essent, quidque esset, quod est apud Quintilianum, ad scribẽdi sollicitudinem legere, his velut exemplis indicare volui. nec sanè minus est difficile in huiusmodi scriptis videre, quę partes ad quas pertineant, quę cum quibus cohæreant, præsertim qua ratione, quo robore, qua firmitate, quibus viribus: quàm est facile sententiam quomodocunq; aut in toto, aut in partibus rudem, & ab hac (vt ita dicam) harmonia seiũctam, percipere. Iam aut hoc modo rectè & cum fructu exercetur inuentio, adeóque tota ratio locorum tractãdorum, qui labor hoc tempore vel vtilissimus est in his artibus, quam Græci [illegible] vocant: aut vix vlla præterea. Faciant periculum huius rei, qui mihi parum habent fidei. Dicent me non tam vatem esse, quàm nonnihil huius exercitationis peritum. Sed quid est opus verbis? Constat mihi ratio mei consilij. Hoc mihi nunc ad hanc rem, quam ago, satis est: ac, vt decet, iniquorum iudicia, & inuidorum arrosiones contemno.

VITVS AMERPACHIVS BOHVSLAO HODIOVISCO S. D. P.

FECI tandem, Bohuslae, quòd à me toties tu petiuisti, & ego tum significaui rogatus, me facturum aliquando esse quod peteres: tum sponte mea censui non esse intermittendum perperuò, nec id sine iustis causis. Quare, si res aliter quàm optauimus & speramus adhuc esse casuram, ceciderit, non modicam partem huius culpæ mecum sustinebis: nec me deseres quoque, si te noui rectè, in hoc onere ferendo, quòd impositum est humeris vtriusque. Tametsi autem non dubito, quin sit nostrum hoc studium, nostrum factum placiturum Viceiudici: tamen est cur timeam, ne parum aliquibus fecisse, aut nimium videar. Scis enim quàm tenera sint plerorumque his temporibus ingenia, quàm delicati sensus, quàm iniqua sententiæ, nec omnino pessimorum, aut indoctissimorum etiam. Hi faciunt, inquam, vt nonnihil metuam. Sed me consolātur, & animant contrà multi boni & eruditi, à quibus hactenus tales nostri labores tantum abest vt reprehensi fuerint, vt etiam fuerint non parum probati, ac vecti non postremis laudibus: idque noui te non ignorare. Horum igitur iudicia, fauorem, & studium pluris mihi facienda censeo, quàm illorum censuras, aut minus intensas rei perpensione, aut plus æquo dilutas acerba voluntatum affectione. Cæteros, qui tanquam in fundo probitatis, & eruditionis, vt sic dicam, natant, aut hærent potius, nec pili facio, nisi quod mallem tamen hos etiam agnoscere suam infirmitatem, & non reprehendere, aut insectari, quod non satis intelligerent. Videtur quidem res tenuis, ita bonos autores explicare, vt hos ego libros Ouidij quondam post illos, qui sic enarrati à me iampridem extant, enarraui: sed est re vera, nisi fallor, nec difficultate præstādi leuior, nec inferior vtilitate cognoscendi, quàm est ille plerorumque in accumulandis explicationibus dictionum, historiarum, fabularum, & similium rerum, etiam notissimarum nonnunquam, aut etiam ad institutum non ita valdè pertinentium. Nemini detraho suam laudem, libentius cumulaturus pro viribus, & rei natura: sed hanc nostram puto etiam locum habere vt non primum, ita nec postremum, præsertim cùm, vt dixi, hæc tractatio non contemnendam vtilitatem contineat, ne dicam talem quandam necessariam esse ad mediocrem doctrinam comparandam. Quid enim boni faceret, quæso, artifex ille, cui non satis nota esset materia, quam tractando suam artem exercet? Iam quid est aliud in cognoscendis rebus rationum, & argumentorum inuestigatio, quàm ipsa rerum inquisitio? quid horum cognitio, quàm rerum ipsarum cognitio? Quantulum est enim, quod ea deinde pars doctrinæ, quæ nomen habet apud dialecticos à iudicando, confert? Imò quanto rectius hæc diceretur iudicādi ratio, quam illa, quam etiam peperit, & inclusam habet non minus, quàm animi cogitationes verba & orationem pepererunt, & continent? Ac ita huius illa velut imago est quædam, aut effigies. nec est iam tantùm cognitionis materia, sed ipse rerum intuitus quasi, & earum inter se tum cognationis, tum varietatis, vt si haberet aliquis artifex materiam ita cognitam, vt non tantùm sciret cum aliis omnibus naturam eius, & vim, sed etiam quam partem quomodo parare ad efficiendum opus, quomodo locare, adeoque tractare deberet. Negari certe non potest, artificem aliter habere cognitam artis materiam, quàm rudem & imperitum artis: nec item rerum inter se connexionem, ordinem, & diuersitatem non videre nos, quādo sunt

à nobis cognita. Sed hæc aliàs commodius. Nunc te hoc inſuper ſcire velim, cùm haberem harum Ouidij poetæ ſuauiſsimi ſanè orationum commutationem, & paraphraſim additas huic operi, nec mentionem feciſſem harum ad cognatum aliquam, tibi vt mitterem, tanto ſum incitatus facilius, quòd alioquin hoc meum officium, & amoris in vos mei teſtificatio, non tantùm ad illum, ſed etiam ad te nonnihil pertineret. Fecit huc ratio tuorum ſtudiorum, & inſtitutus curſus, quem putabam non leuiter ſic incitatiorem poſſe fieri, ſi quod ego feciſſem olim, & adhuc aliquando facerem in exercendo ſtylo, ſcires & publicè, habereſque hoc velut exemplum, & per te alij tecum eius, quem ſæpe ſignificaſti facere plurimi. Dabis ergo tu mihi viciſsim hoc, Bohuſlae, ſi me ſimul ac te amas, vt facere te non dubito: Perges ita in hac pulcherrima parandarum doctrinarum, & veritatis cognoſcendæ palæſtra quaſi exercere te, ac ingenium excolere, vt non rei præſtantioris etiam, pietatis, religionis, virtutis, ac omnis honeſtatis curam & ſtudium vllo tempore negligas, imò vt longè hanc illi prorſus anteponas. Hoc Deo, cognato, mihi, bonis, ac honeſtis omnibus erit gratiſsimum, & optimum tibi ad felicitatem, ac planiſsimum compendium. Vale. Datum Ingelſtadij, XV. Octobris, Anno M.D.XLVIII.

ORATIO AIACIS EX XIII. TRANSFORM. CONVERSA IN SOLVTAM ORATIONEM PER VITTVM AMERPACHIVM.

PRoh Deum immortalem, hiccine causam agimus in castris, ad naues in bello, & mecum Vlysses comparatur? Quid verò? non cedit ille mihi? sed Hectori cessit, & eius ignes metuit: cùm ego interim hoc malum, & hanc perniciem à nobis, & nostris nauibus depellerem. Quantum ergo video, tutius est lingua promptum esse, quàm manu: dimicare verbis, quàm armis. Qua in re longè sumus impares. ac ad dicendum quidem ego minimè sum idoneus, ad faciendum ille: quantóque sum ego præstantior in pugnis, in acie, tanto excellit ille in dicendo. Non autem opus est, Græci, narratione meorum factorum, quorum ipsi fuistis spectatores: Vlysses potius narret sua, quæ sic gerit, vt nemo præter noctem ea nescite, nec testari possit. Fateor magnum esse quod peto, sed non parum Vlysses obest, non modò huic præmio, sed etiam Aiacis honori, quòd vnà mecum illud à vobis petit. Si ergo non obtinuero quod peto, quantumuis magnum illud est, cùm sit ab Vlysse speratum, manifestus erit mei contemptus, manifesta superbia vestra. Iam ille quidem accepit in hoc certamine præmium, quod mecum est ausus contendere, sibíque apud vos & posteros peperit hanc famam. Quòd si dubitari de mea virtute posset, genere tam clarus sum, vt hac sola re deberem vincere. Pater meus est Telamon, qui & cum Hercule Troiam cepit, & cum Argonautis in Colchidem est profectus. Hic est procreatus ab Aeaco, rege olim inter homines, nunc iudice apud inferos, vbi Sisyphus voluit saxum ingenti & assiduo labore. Iouis filius est Aeacus, sciente atque confitente hoc patre. Sic ego sum tanti Dei nepos. Non autem, vt hic ordo generis me iuuet, Græci, postulo: nisi coniunctus est etiam Achilles mihi sanguine, ac huius laudis possessio inter nos communis est. Fuimus fratres patrueles. Non peto aliena, sed quæ iure ac legibus ad me pertineant. Quare tu, cùm sis ex familia Sisyphi, atque satis hoc probet euidentissima similitudo, quæ est inter vos in furtis & fraudibus, affectas ea quorum Æacidæ sunt domini? Proptereáne denegati mihi debent arma, quòd prius quàm iste arma pro repub. cepi: nec, nisi patefacta fraude, pertraxi ad publicam iniuriam vindicandam non potui? danda verò huic ideo sunt, quòd postremus omnium ad exercitum nostrum profectus est, ac insania simulata, non fuit audiens communis Græciæ dicto, in gerendo bello? quod per solertiam & calliditatem periculum effugit tamdiu, dum his artibus victus est à Palamede: quanquam non cum eius bono, sumptisque armis hanc operam vobis dedit inuitus? Capiet nunc is arma excellentissima, qui capere nulla voluit? Nos verò contemnemur, & carebimus fratris nostri munere propterea quòd in primis periculis adsuimus patriæ, mihiam non detrectauimus, nullum furorem finximus? Atque vtinam non fuisset ille simulatus, aut certè non detectus, & hic scelerum inuentor, & suasor, nunquam huc nobiscum ad Troiam venisset. Nó iaceres in Lemno, Philoctete, cum summo nostro probro, & dedecore, maximis doloribus & cruciatibus affectus: nec saxis (vt aiunt) & syluis, & antris, in quibus delitescis, miserabilis videreris in illis tantis ac tam horribilibus gemitibus, & diris clamoribus, quibus meritam Vlyssi pœnam imprecaris. nec facis hoc frustrà, nisi prorsus nulli dii sunt, aut nihil hæc nostra curant. Is iam, hei mihi, non postremus Græcorum ducum, eidem obstrictus fœderi nobiscum, hæres & possessor Herculis sagittarum, desidet in insula: cum fame & morbo conflictatur, capit aues quibus alatur: ac interea dum hoc facit, nos priuati sumus iis armis, quorum auxilio quamdiu sumus destituti, non possumus Troiam capere, sicut est in fatis. Quòd autem vitam adhuc habet Philoctetes, hinc est, quòd mansit ibi, nec est secutus hunc artificem. Idem cuperet sibi factum esse miser Palamedes ita, vt aut viueret, aut non esset extinctus cum hac turpitudine. Confinxit in hunc ille magnum scelus, quòd puderet eum simulatæ insaniæ: quòd grauiter ferret, hanc esse ab isto detectam: suáque calliditate fecit, vt crederetur, Dixit enim velle Græcos prodere, ac probauit hoc pecunia, quam antea defoderat in eius tentorio. Sic est vltus dolorem suum,

innocentis sanguine. Quapropter vires ab eo sunt imminutæ Græcis, bonorum & vtilium virorum aut exilio, aut morte. Hæc est ratio, qua vtitur Vlysses in pugnando: hic modus, quo se terribilem præbet. Huius si tanta esset facundia, vt hac Nestorem etiam superaret, non tamen hoc mihi persuaderet, vt crederem, non esse à se sceleratè factum, quòd Nestorem deseruit, quòd non adiuuit eum, quòd non defendit socium, senem, & sedentem in equo vulnerato. Nec puto vos hac de re dubitare: aut, si requiritis testem, Diomedem interrogate, à quo sæpe admonitus est ille, ac nominatim reprehensus, quòd sibi metuens fugeret non sine turpitudine. Non ita multo pòst, cùm dij immortales non vellent, aut possent non punire hoc peccatum, in simile periculum coniectus est: ac deseri sanè debuit, vt ipse deseruerat alium, déque se ipse velut hanc legem tulerat. Clamore sublato, implorat sociorum auxilium. Ego accurro, inuenio præ timore hominem tremere pallereque: nec aliter affectum esse, quàm si iam esset ei moriendum. obiicio clypeum, prostratum defendo, adeóque ne vitam & salutem ignauus homo amitrat, facio: qua in re sentio quidem aut nullam esse laudem, aut perexiguam. Si non cessas contendere, repetatur iste nobis locus, sint iterum hostes, iterum vulnereris: iterum, vt consuenisti, sis in metu: iaceas tectus meo clypeo, tunc mihi te opponas, tunc mecum certes. Vulneratus non potuit stare: sed potuit fugere, liberatus à me iam periculo. Venit Hector, & magnum terrorem incutit non solùm tibi, Vlysse, verùm etiam fortibus viris. Adeò, quà ille vadit, ingens timor sequitur. Ille ipse cùm exultaret crebris prosperè faciendis cædibus, deiectus est à me in tergum procul saxo, quod ingens corripueram. Idem est à me repressus, quãdo prouocaret ad singulare certamen quemlibet ex nobis: ibique vos precati estis mihi felicem successum à dijs immortalibus, nec irrita fuit vestra precatio. Non vicit ille me in eo prælio, si quis nescit eius exitum. Adsunt postea cum ferro, flamma, fauore Iouis, Troiani ad perdendas nostras naues. Quis tunc locus habuit Vlyssem illum disertum? à me certè sunt defensæ, conseruatæque, & non cum nullo periculo, mille naues, in quibus vestra spes & salus fuit posita, sine quibus putauistis vos non redire posse in patriam. Pro tanta multitudine nauium nihil peto, nisi hæc arma. Quæ quidé (fas enim est, puto, me verum fateri) si mihi dederitis, minorem gloriam ego inde habebo, quàm ipsa: éstque nobis communis hic honor, commune ornamentum. Ac id omnino agitur, vt habeant Aiacem arma, non vt habeat Aiax arma. Nunc Vlysses adducat, quæ ipse gessit: narret Rhæsi cædem, Dolonis, de Heleno & Palladio capto exponat: sua facta, si audet, cum nostris comparet. Sed quid dico, sua facta exponat? sine Diomede nihil fecit laudabile, & omnia in tenebris, & occultè: nihil videntibus aliis, nihil apertè. Sed esto, videantur vobis digna beneficia tam exigua, si tamen sunt appellanda beneficia, tanto præmio, certè non soli poteritis Vlyssi dare? partienda erunt, & maior pars ad Diomedem pertinebit. Sed quid cum his armis faceret Ithacensis? quomodo vteretur eis sine damno: qui nihil agit fortiter, nihil in acie, nihil aliter quàm insidiis & fraudibus? Patefient eius doli & insidiæ, si gestabit hanc tam splendidam galeam: in latebris & tenebris suis ipse deprehẽdetur, cùm illa radios sparget in eius capite. Quid? ne quidem ferre poterit hoc tantum pondus imbecillum caput, non hastam delicatæ & imbelles manus: aut, si poterit ferre, vix hoc faciet, nec rectè vtetur. Clypeum verò tam insignem & grandem quomodo gestabit? Non assueuit huic moli sinistra, ad furta & timiditatem nata. Hócne donum tibi dari cupis, inique, quo vires tuæ non iuuabuntur, sed impedientur, ac minuentur? Certè, si tam erunt Græci incogitantes, vt tibi dent arma, non habebis, quo metum hostibus inferas: sed, quod illis fiat spolium. Præterea, cùm voles fugere, retardabunt te istæ moles tantæ, cùm eas trahes magis, quàm portabis. Accedit huc, quòd nulla in parte perforatus est tuus clypeus, nusquam est læsus: meus autem nunc deponendus erit, ac alius comparandus in eius locum, eò quòd nusquam non sit passus tela, quòd totus sit lacer, ideóque ad pugnam inutilis. Sed quid prosunt admodum ad hanc rem verba? Rebus & factis periculum de nobis fiat potius: hinc intelligatur, vter alteri sit vir præstantior. Proiicite in medium exercitum hostium hæc arma, & ex eo petantur à nobis vestro iussu: qui reportauerit, is à vobis accipiat, ac habeat ea suæ virtutis præmium ac ornamentum.

* * *

RESPONSIO VLYSSIS.

SI res,vt omnes desidetauimus,ac optauimus,gesta esset, Græci, nihil esset nunc opus controuersia:non dubitaretur,quis deberet hæc atma possidere:sed tu arma tua,nos,Achille, te haberemus. Postquam verò mihi patitet,ac vobis(non possum hoc efferte sine lacrymis) ademptus est ille fatorum quadam iniquitate, quem tectius obsecro in Achillis locum constituatis, quàm eum qui boc vobis effecit, vt Acbilles in Græcorum exercitum veniret, ac ereptotum velut numerum suppleret? Hoc tantum cauete , socij, ne obsit mihi , quòd non sum ita hebes, vt hic est, quòd ingenio meo semper, & hac facundia,si quam habeo,vos iuui. Nostis enim, sæpe vobis , vt nunc mihi , dicendo me opetam dedisse.Ne hoc me gtauet inuidia,quod fauotem debet conciliare:nec turpe videatur quenquam agnoscete sua bona,& complecti,veta(inquam)bona.Quę enim non sunt à nobis ipsis parta & acquisita,genetis nobilitatem, ac longam eius setiem, ne quidem appellanda esse nostra existimo.Quia verò Aiax Iouis pronepotem se esse dixit,ac eo voluit nobis videri supetior , decet nos fortasse non dissimulare nostrum genus. ac nos etiá à Ioue sumus otti,nec longius ab eo,quàm ipse,recedimus, planéque pates illi hac te sumus.Laertem enim pattem habemus, Laertes Arcesium, bic Iouem : nec dici potest de quoquam hotum , quòd sit damnatus & pulsus in exilium. Nobilitas etiam non deest nobis à materno genete , cuius origo est Mercutius. Atque ita ex diis ambo parentes initium habent.Hæc aurem sic æstimo,vt non à me petantur hæc atma, nec ideo quòd materno genere superiot sim, nec ideo quòd patrem habeam , qui non commaculauetit se fratetno sanguine , genúsque meum à tanto scelere est libetum. Ad beneficia nostra in remp.totam controuersiam reiicite, illa spectate: sic tamen, vt non pro beneficio puteris in Aiace,Peleum & patrem eius , fratres fuisse: neq; in huius muneris donatione seriem generis valere patiamini,sed vittutem,cui plus debetut quàm cognationi. Quòd si tantopete vos mouet propinquitas , nihil ad Aiacē pertinent hæc arma. Viuit Peleus adbuc, pater Acbillis : viuit filius eius, Pytthus. his debentut,ad bos mittantur. Quid dicam de Teucro? is etiam est ex Acbillis patruo natus, abstinet tamen à petendo:hec ablaturus, vt puto,etiamsi peteret: tantum enim factis hic certatur. Quod cùm ita sit, ac mea tot extent , vt ea non possim oratione consequi , tecitabo quæ mihi venient in mentem,quęq; ipse gerendi ordo suppeditabit.Cùm Thetis matet Acbillem filium , quòd sciret eam ei militiam exitio fote, muliebtibus vestibus indutum , misisset in Scyrum insulam,vt iutet puellas regias delitesceret,atque hoc peticulum vitaret,neo astutiam deæ quisquá vestrûm, nec Aiax intelligetet : ego isthuc merces muliebres importaui,quibus atma inuoluetam ad Achillis animū permouendum. Et vbi venissem in gynæceum tegis,vbi versabatur ille, merces exposui vnà cum atmis. Quæ quanquá delectatent Achillem,non tamen fecerunt vt statim vestitū abiicetet. Sed his meis verbis (Te Achille genetosissime Græci expectant , solus tu dees eis ad capiendam Troiam. Abi mecum , ac tem gere tantam: cape Troiam, & affice tuos immortali beneficio) compulsus,ac manu abstractus deniq; venit,ac fecit quæ vidistis , & experti estis. Quicquid ergo præclatè fecit ille, à me factum est. A me victus est Telephus, & vulneratus: à me petiit sanari,à me sanatus est iterum.Ego Thebas euerti,à me Lesbos occupara est, à me Tenedos, à me Chyrse, à me Cilla, quæ quidem ciuitates fuerunt in Apollinis tutela: sed à me sunt captæ vnà cum Scyro. Nihil dubitate, res non est incerta. Ego vici, ego expugnaui Lytnessum. Quid dicam de Hectote? mea opeta cæsus est, mihi debetis quòd vir tantus, vt alij prætereantur, hostis nostet sublatus est. Ego vos liberaui tanto metu,& periculo.Non mibi peto hæc atma,sed meis beneficiis,meæ diligentię,meis laboribus,quibus inueni vobis Achillem.Repeto,fuit dicendum,non peto:cùm ego fecerim,vr caperet, ac baberet arma, delata etiam pet me in Scyton insulam. Postquam tota Græcia propter vnius iniuriam se armauit , ac mille nauibus Aulidem congregati sunt,multos dies ibi desidendum fuit, non potuit nauigari: iam, quia nulli fuerunt venti:iam,quia fuetunt aduersi.ac iussus est Agamemnon diuina voce filiam suam, nihil tale metitam,sacrificate,ad placandam Dianam.Renuit hoc facete patei,ac indignè fert, hoc tam atrox facinus deos audete petere:omninóque pattis officium facete maluit in conseruanda filia,quàm regis in ea mactanda,teipublicæ causa. Tum ego solus accessi,

& mutaui propositum eius, flexi naturam, & ei persuasi, vt suum ius publico iuri postponeret, publicam vtilitatem suæ præferret. Non dissimulo, détque mihi veniam Agamemnon: causa mihi tum permagna est acta, résque difficilis impetrata, quòd pater meis verbis incitatus hoc potuit concedere. Quanquam ipse quoque tandem est motus cõmuni bono, fratris charitate, ac imperatoria dignitate, vt generis iacturam faceret, próque familiæ præcipua ferè parte laudem acciperet. Sed non fuit satis hoc patrem velle, matris etiam consensu opus fuit. Quare ad hanc etiam veni vestro mandato: quam quidem si voluissem rogare tantum, aut hortari vtcunque, nihil effecissem. Dolum quendam hic oportuit adhibere. Quòd si hoc negocium Aiaci fuisset datum, nondum huc venissemus. Legatus quoque sum ad Priamum, satis cum audacia veni: vidi regium splendorem, & comitatum, qui tum adhuc totus erat in curia: mandatum vestrum constanter executus sum, & rempublicam pro viribus defendi. Accusatus est à me Paris, repetita Helena: mouebatur Priamus, & Antenor. Paridem verò, & fratres eius, quíque cum eo fuerant in raptione, tantum abest vt mouere potuerim, vt etiam ad vim nobis penè inferendam incenderim. Idque tibi, Menelae, non est ignotum. Fuisti enim ibi mecum, ac ego tum primùm versatus sum tecum in communi periculo. Nimis longum esset omnia recitare, quæ per hos totos decem annos, quos bellum durauit, gessi, tum consulendo, tum faciendo, quæ prodessent reipublicæ. Confecto primo prælio, territi sunt hostes, ac intra mœnia sua diu manserunt: non sunt egressi, non sunt congressi nobiscum liberè. Post nonum tandem annum iterum facta nobis est pugnandi copia Quid tu, qui præterquam præliari scis nihil, interea fecisti? Qua in re vsa est te respub.? Ego verò (si tamen tibi non est molestum audire, mihi certè non erit molestum recitare) magnam interim operam dedi patriæ, quòd hostibus insidias collocaui, fossas & munitiones eatum fieri curaui, socios consolatus sum, & in officio retinui, prohibui ne dilaberentur, feci ne succumberent molestiis tam diuturni belli, rationem eis alimento se & armis instruendi monstraui, legationes varias, & Reipublicæ vtiles obiui. Quæ cùm agerem, & rem communem iuuarem, summo studio rex Agamemnon iubetur noctu per somnium à Ioue totum exercitum armatum educere ad pugnam: &, non rectè illius voluntate intellecta, putat eo se die Troiam capturum esse: conuocat multitudinem, & fingit se iussum esse desistere à bello gerendo: & hortatur multitudinem vt in patriam redeat. Quare in medium proposuit hanc suam sententiam, & autoritate summi Dei munitam obtinuit. Ibi scilicet ab Aiace fuit impeditus: non fuit ab eo permissum, vt incœptum opus intermitteretur. petitum est, & pugnatum, vt solet ab eo fieri, vt Troia deleretur: quasi verò ausus fuisset hoc facere. Quare non retinuit abituram nunc multitudinem? Quare non ei se opposuit? Proposuerit cõsilium, quod illi tum probauerint, ad quod se comparauerint. Non esset valdè mirum, aut iusto maius, etiamsi hoc fecisset, qui semper in oratione est magnificus. Verùm tantum abest, vt hoc fecerit, vt ipse quoque tergum dederit, nec melior extiterit aliquo ex vulgo. Vidi ego te fugere, vidi nauem ad abitum instruere, & non sine pudore vidi. Quis tum obiurgauit exercitum? quis cohortatus est? Nónne hoc ego feci, dicens, Quam rem incipitis? quo errore, socij, qua insania commouentur animi vestri ad relinquendam Troiam, redactam penè iam in vestram potestatem? Nónne turpe vobis erit, ita redire in patriam, postquam desedistis hic decem annos? Hæc & similia mea verba, quæ tum indignitas rei cogebat me copiosè proloqui, retraxerunt paratos iam ad aufugiendum ex nauibus. Quo facto, Rex, turba trepidante, concionem aduocat: nec vllum verbũ, ne mutire quidem Aiax potuit. Thersitis etiam oratio plena conuiciorũ in reges erat audita, sed à me statim comprimebatur illa hominis petulantia. Surrexi, & incitaui socios oratione, vt pergerent cum hoste pugnare: nec frustra laborem hunc cœpi, sed pristinam eis fortitudinem restitui. Atque ita quicquid ab hoc etiam interim gestum est fortiter mihi debetur, per quem reductus est ex fuga. Porro quem Græcorum potes nominare, à quo lauderis, à quo tua consuetudo in rebus gerendis expetatur? Ego verò laudor à Diomede, mea consuetudo ac societas ab illo talis expetitur, & vsurpatur, & nunquam sine fiducia. Putas rem paruam esse, quòd ex tanta multitudine sum lectus à Diomede: non enim sors ei me adiunxit. Nihilominus tamen ei mos est gestus: nec retinuit me periculum, quod erat & à nocte, & ab hoste. Interfectus est à me Dolon Troianorum speculator, vt nos eramus, satis audenter: sed non nisi cùm aperuisset nobis ille, quamuis inuitus, omnes Troianorum conatus & consilia. Confectum erat negotium, propter quod exieram: nihil ignorabam eorum quæ cupiebam, aut debebã

scire, concessus erat reditus, fructum gloriæ propositæ, nunc licebat capere, frui parta laude. Non redii tamen statim, sed huic beneficio aliud addere volui. Accessi Rhesi tentorium, intraui, trucidaui regem, & omnes eius comites. Deinde sum reuersus ad nostra castra, cùm factus essem compos voti, & hostes oppressissem, cùm essem adeptus victoriam. Intraui autem castra non longè alia specie, quàm triumphantes cum applausu & gratulatione sociorum. Nunc vos ne date nobis eius arma, cuius equos Dolon ausus est petere pro noctis eius opera, meliúsque de vobis meritus sit Aiax, & vincat me gratia. Nihil est opus admodum, vt narrem quomodo Sarpedonis comites à me sint trucidati, Cæranus, Alaster, Chromius, Aleander, Halius, Noemon, Pritanis, Pheridamas, Thoon, Charops, Eunomus. Nihil est opus recitare, qui non tam clari ceciderunt meis manibus, cæsi ad eius vrbis mœnia. Si quis autem & requirit vulnera, non desunt hæc nobis, & honestis locis accepta. Non est cur nuda verba vobis fidem faciant: oculis vestris credite; videte, (libet enim ea vobis nudare, atque ostendere) pectus. Hoc illud est, cui nunquam fuit ocium à vestris commodis, & dignitate, quocunque suo periculo. Quid fecit Aiax? an vllam guttam sui sanguinis effudit, his tam multis annis pro republica, non potest hoc verè dicere. Non est in eius corpore vllum vulnus. An vsque adeò res magna est, quod, vt ipse narrat, arma cepit, & pro nauibus Græcorum dimicauit, Troianísque restitit, ac ipsi Ioui? Non hoc nego factum esse. Meus enim haud iste mos est, vt aliorum rectè gesta peruersè exponam. Sed non ideo solus omnia se gessisse putare debet, ac nobis nihil relinquere. Meritus est quidem honorem ille, sed nos etiam honorem sumus meriti. Non ab hoc solo sunt repressi Troiani: sunt etiam à Patroclo, qui fuit omnibus formidini, quòd armis Achillis indutus esset, repressi vnà cum Hectore duce suo: cautum est ab hoc etiam, ne classis incenderetur. In ea quoque est opinione, præter se neminem tantum habuisse audaciæ, vt Hectori se opponeret: nec ei venit in mentem quòd Agamemnon & Menelaus, & ego fecimus. Non solus professus es tuum nomen, cùm Hector ad singulare certamen prouocauit vnum ex nobis. Fuerunt & octo alii, nec tu virtute nos præcessisti, aut fortitudine, sed sorte. Iam quem euentum habuit vestra pugna? nónne illæsus à te discessit Hector? Heu misero mihi, non possum cogitare de illo tempore, quin vehementer doleam, quando verè murum quendam totius Græciæ prosterni Achillem vidi. quæ res quanquam accideret mihi acerba, nec abstinere me possem à lacrymis, adeóque non essem sine timore, non tamen facere potui, quin accederem, & tollerem eius corpus in humeros, atque reportarem in castra. Achillem, inquam, eum portaui mortuum simul cũ armis, quæ nunc etiam portare cupio. Nec animus deest mihi, nec vires, hæ ad gestandum arma, ille ad magnificandum vestrum beneficium, & referendam gratiam. Videte nunc temeritatem Aiacis: qui cùm nihil sit, nisi rudis, & rerum ignarus miles, non intelligat ne quidem sculpturam clypei, non quid sit Oceanus, non quid terra, non quid Pleiades, non quid Hyades, non quid Arctos, non quid Orion, aut alia sydera, non quid vrbes variæ, quæ sunt ibi cælatæ: non tamen veretur hæc arma petere, quæ diuinum sunt munus, quorúmque nullam habet noticiam. Quasi verò Thetis propterea fuerit tam solicita, & tam studuerit ambitiosè, vt Achilles haberet hæc arma à Deo fabricata, & tanto cum artificio. Iam verò, cùm dicit me serò venisse ad exercitum, & reipub. curam non tam conuinciatur mihi, quàm Achilli tanto principi. Si non caret crimine, qui simulauit: non ego solus simulaui, sed etiam Achilles. Si, qui tardus fuit, reprehendi & culpari debet, Achilles me posterior: mihi coniunx in mora fuerit, Achilli mater: primùm illis data est opera, deinde vobis: & prolixè vobis, vt puto. Quòd si non potero me prorsus culpa liberare, nihil admodum timeo, cùm tantus vir idem fecerit, quod ego feci. Verùm, vt vt est, ab Vlysse animaduersa est illius simulatio, non ab Aiace Vlyssis. Et, vt non mirum vobis videatur, quòd me stultè criminatur, & probris lacerat, à vobis quoque nón abstinet conuiciatricem linguam, & vos accusat non leuium criminum, quando Palamedem vociferatur à vobis immeritò esse damnatum. Non enim, si nõ potuit à me sine turpitudine accusari falsi criminis, à vobis dãnari honestè potuit. Sed nec potuit defendi à Palamede scelus tantum, & tam apertum: nec auditum est à vobis crimen, sed conspectum, & parefactum proditionis mercede. Porrò non puto propterea me debere in ius vocari, quòd est in Lemno Philoctetes (si est in hac re peccatum, à vobis est peccatum, quorum consensu res est gesta) & non eo inficias, quòd suaserim, vt ille haberet rationem valetudinis: & non committeret se tãto periculo, quod imminebat à bello & profectione. Sed quiesceret, ac ita mitigaret istos dolores tantos. Nec malè cecidit hoc meum consilium, quòd interim dum id sequitur, seruatus est: ac ita non modò

salutare ipsi fuisse constar, verùm etiam ex bono & fido animo profectum esse. Quia verò hic vir nunc requiritur à vatibus, vt capi Troia possit, non deberis mihi dare hoc negotium adducẽdi eius: multo rectius dabitur Aiaci, quòd sit eloquens & ingeniosus: atque ita facilè animum viri exasperatum & ex morbo, & ex indignatione possit lenire, ac eum huc secum ducere. Sed cur dissimulo meam sententiam? Citius vertetur Simoentis cursus, & non erunt arbores in Ida, promittetúrque à Græcis, & feretur auxilium Troianis, quàm prosit vobis hac parte stultus Aiax, & ego nihil cogitem, nihil in medium consulam. Etiamsi vehementi sis incitatus ira tum in reliquos Grecos & regem, tum in me, Philoctete, meum caput à te diris deuoueatur perpetuò: sitque hoc fortasse tuum vnicum votum, vt in conspectum tibi veniam, meo sanguine dolorem tuum leniam, & pari conditione ac potestate congrediamur, non tamen tuo vultu absterrebor à colloquio, non verebor te adoriri: ac non minus in meam potestarem redigam tuas sagittas, quàm Helenum vatem Troianum redegi, diuinam voluntatem & consilium de huius belli exitu, & Troianorum interitum patefeci: Palladio sum potitus, & huc ad vos ex vrbe transtuli, maximo cum periculo meo. Quæ quanquam à me gesta sunt omnia, non tamen pudet Aiacem se conferre mecum. Erat cautum satis, ne veniret in nostram potestatem Troia, nisi effigies illa deæ corrigisset nobis. Ibi nusquam Aiax visus est, nusquam audita verba magnifica tanti viri: mirum est cur ille rimuerit sibi, cur fortem virum Vlysses præstiterit, transierit excubias, & nocti se crediderit, cur per medios hostes armatos ingredi, & vrbem, & arcem, suáque manu tapere deam è suo domicilio, vobis huc afferre, vestri iuris facete vitam, opes, salutem hostium ausus fuerit. Hæc si non essent à me prócurara, nihil effecisset Aiax, cum suo ram ponderoso clypeo. Tum est à me Troia victa vnius noctis spatio, factúmque, vt vinci posset hæc ciuitas. Non est cur aspicias Diomedem, & monstrando nobis eo nescio quid susurres. non caret ea res sua laude, nec habet aliquam turpitudinem. Tu quoque iunctos habebas auxiliatores, quando naues nostras defendebas: ac multos quidem cùm ego tantum vnum habuerim. Ab hoc etiam illud præmium peteretur: & modestius, quàm ab Aiace, peteretur ab Eurypylo, à Thoante, & Idomeneo, peteretur à Merione & Menelao, nisi cognitum ab ijs haberetur, plus deberi sapientiæ, & ingenio, quàm viribus. Prompti sunt hi omnes ad pugnandum, & nequaquam tibi cedunt militari fortitudine, mihi tamen propter mea consilia cesserunt. Vales tu, fateor, in prælijs, & habes manum ad vincẽdum idoneã: sed deest tibi prudentię & ingenij moderatio, qua in re nostra indiges opera: viribus es pręditus, non ratione, in futurum ego prospicio. Tu potes dimicare: de tempore dimicandi mecum Agamennon cõsultat ac statuit. Tibi est corpus, quo iuues remp. nobis animus. Quibus in rebus non minus à me superaris, quàm remex à gubernatore superatur, & miles à duce: totáque vis nostri corporis est in pectore, quod manibus antecellit. Iam vos, Principes, hanc mihi referte gratiam, hęc arma tradite, qui pro vobis perpetuò vigilaui, & sollicitus fui per tot annos: hunc honorem habete mihi pro meis omnibus beneficiis. Parum restat nunc de laboribus belli, nec est quod obstet amplius ad victoriam: idque per me est effectum, per me capta est Troia, quòd vt posset capi, feci. Oro vos ciues per communem spem, & per interituram Troiam, per deos immortales, qui nuper ab hostibus huc à me translati sunt: per belli reliquias, quibus erit opus vel ad gerendum sapientia, vel audacia & periculo ad perendum: per Troianorum fatorum partem, si qua superest: ne mei siris immemores, aut, si omnino mihi deneganda censetis arma, non debetis Palladio, quod hic cernitis, denegate: atque hoc vt non faciatis, quæso.

DIXI.

ARGVMENTVM.

ARGVMENTVM TOTIVS OPERIS OVIDII DE PONTO.

QVANTVM profit poetarum lectio ad quascunque alias artes liberales perfectè discendas, nihil opus est exponere. ista enim res per se nota est, & alibi à doctissimis viris copiose disputata. Quare nos omissis poeticæ laudibus, breuiter huius operis de Ponto, quod narrandum suscepimus, argumentum recitabimus, id quod constituimus etiam facere in expositione singularum elegiarum. Est autem breuiter hæc summa huius opusculi: Ouidius poeta expulsus ex vrbe in Scythiam à Cæsare Augusto, ob nescio quam causam (ipse enim nusquam hoc expresse dicit, sed tantum obscuras quasdam coniecturas, his præsertim poematis de Tristibus, & de Ponto inspergit, & eas quidem varias) ac iussus ibi exulare, scripsit tum hos de Ponto libros, tum superiores de Tristibus, in quibus omnibus ad amicos suos scribit, & partim conqueritur de suis miseriis, partim rogat eos, vt Cæsarem ipsi reconcilient: vel ita tantum, vt possit habere mitiorem, vel tolerabiliorem exilij locum. Sunt quidem & alia pleraque argumenta, seu res quæ in hoc opere tractantur, vt laudationes, vituperationes, consolationes, & gratiarum actiones: sed illæ tamen duæ præcipuè hic aguntur. Itaque nullum discrimen est inter hæc duo opera, nisi quòd illud de Tristibus neminem eorum ad quos scribitur, nominat: hoc de Ponto opus paulo est liberius, & nominat eos ad quos scribitur, sicut poeta ipse statim in prima elegia hîc docet. Præterea partes horum librorum Elegiæ appellantur. Sunt autem elegiæ nihil aliud, præsertim in hoc loco, quàm breues quædam epistolæ, quæ flebilem & lugubrem materiam continent.

ARGVMANTVM PRIMAE *Elegiæ ad Brutum scriptæ.*

AD quendam ex Brutorum familia scribit hic Ouidius: illum rogat, vt hos suos libros æquo animo accipiat, nec metuat ne offendat in eare Cæsarem, cùm neque res amatorias tractent hi libri: & ea sit humanitate & lenitate Cæsar, vt manifestorum inimicorum ac hostium suorum scripta patiatur in vrbe legi: iam etiam laudes Augusti in hoc poemate contineri. Itaque si aliter prorsus non velit hoc ad se recipere, debere eum abiicere nomen autoris, & sic apud se id retinere. Est autem in eo loco valdè copiosus. nec tam rogat, quàm hortatur & suadet variis argumentis. Primùm ab æquo & legibus: deinde ab exemplo Bruti & Antonij. de quibus, quod ad hunc locum facit, extat in initio vitæ Augusti apud Suetonium, & in 1. libro Academ. Cicer. quæst. 2. editione, non procul à principio, de Bruto. Vtitur hîc etiam correctione, & addit argumentum à qualitate, seu circumstantia operis, quod Cæsaris laudes contineat, & exempla, duo ex minore, tria ex pari. in quorum primo per iactantem sistra, intelligi debet sacerdos Isidis: in vltimo per imperium Dianæ, rex Nemorensis, de quo est in 3. Fast. Et ab hoc nil tale fieri dicit poëta, quòd non, vt Isidis & Cybeles ministri, mendicauerit. Et est sensus loci, vt sacerdotes propter deos, quorum sunt antistites, & curantur, & magnifiunt, ita meus liber curari, & haberi in precio debet, propter Augustum, cuius laudes continet. Atque ita ipse Ouidius accommodat exempla, cùm subiicit, ipsa mouet animos. Sequitur obiectio de offenso Augusto, cum refutatione per duo exempla reconciliatorum numinum pœnitentia. In fine addit querelam de suis malis. & dicit non prius ab istis suis acerbissimis doloribus & curis liberari se posse, nisi mitior locus exilij à Cæsare sibi impetretur. Præterea in 8. versu rectè puto scribi, versibus. In 11. hoc, non hoc. In 13. veniant, vt hæc omnia referantur ad libellos, & numerus congruat. In 50. nolle putate. quòd ita sit plena sententia, & conueniens.

AD ELEGIAM SECVNDAM, *ad Maximum.*

AD genus suasorium hæc elegia pertinet. conqueritur enim hîc poeta Maximo cuidam ex gente Fabiorum de sui exilij malis & miseriis. Querela autem nihil aliud est, quàm oratio continens enumerationem malorum aut calamitatum, comparata ad afficiendos aliorum animos, ita, vt nobiscum doleant: aut ad flectendos animos aliorum ad misericordiam. quod certè quiddam affine est suasioni. Porrò exordium habet etiam epistola, ductum à persona Maximi, ad conciliandam beneuolentiam, cum quadam obiectione de autore scripti: aut contrà potius. exordium ab illa obiectione est sumptum. & obiter addita est illa captatio beneuolentiæ à laudibus Maximi, vt circunstantia. Sunt enim tantum circumstantia primi quatuor versus, nec absoluunt orationem. Quod ibi de Fabiis dicitur, inuenitur in 2. libro Fast. & 2. lib. Liu. dec. 1. Exordio subiicitur statim querela, quam ornauit tum collatione, tum cum Niobe, de qua est in 6. lib. Transform, & Heliadibus, quarum fabula extat 2. Transform. in cuius operis 4. l. vide & de Me-

dusa, cum obiectione, quòd ne dormiens quidem possit quiescere, aut à doloribus vacuus esse. Additus est etiam querelæ epilogus, & postremò etiam quædam obliqua & verecunda petitio. Hæc est summa, & dispositio totius elegiæ.

AD ELEGIAM TERTIAM, *ad eundem.*

Eiusdem generis hæc elegia cum præcedente est: sed in hoc ab illa differt, quòd non conqueritur, & tantùm est quædam petitio crebrò iterata. Rogat enim Ouidius Maximum, vt sibi ab Augusto mitiorem locum exilij impetret, & vtitur ad hoc duobus principalibus argumentis. Primum est sumptum à facili, hoc sibi à Cæsare posse impetrari: quod tamen non generaliter tractauit, sed per partes quasdam, vt, quia ipse facundus sit, quia Cæsar sit clementissimus princeps, & nesciat quàm barbaræ, quàm fæuæ gentes sint Tomitæ, & vicinæ gentes, apud quas sit exul: quod si sciuisset, non futurum fuisse, vt ab eo mitteretor in istas regiones. Hæc pars est amplificata per antithesin. In cuius principio censent quidam legendum esse Therodamas, quod mihi placet ideo, quòd in Ibin habetur hic versus: Therodamantheos vt qui sensere leones. Idem enim haud dubiè significatur in vtroque loco. & apparet fuisse tyrannum, qui aluerit leones ad necandos homines. Quis autem fuerit, mihi nondum est lectum, & nihil puto alibi de eo extare. Secundum argumentum est ab honesto ductum, & habet etiam suas quasdam partes, quòd familiariter antea cum Maximo vixerit, quòd ab eo amatus sit, quòd eius affinis sit. Item quòd antè vitam honestè egerit: quæ omnia multum ad persuadendum valent. Cæterùm videtur mihi Poeta non tam petere à Maximo, vt hoc cum Cæsare agat, quàm præscribere ei modum, & rationem agendi hoc cum Cæsare. Porrò Martia fuit filia Martij Philippi vitrici Augusti Cæsaris, & Catonis posterioris vxor, de qua est in fine 6. Fast. & infrà lib. 4. eleg. 1. Materteram Cæsaris volunt etiam fuisse in matrimonio Philippi. & ex ea Martiam procreatam esse. Nomen eius ignoratur. In hoc loco, censa est, positum est pro censuit, passiuum pro actiuo, vt in hoc 4. Georg. Haustus sparsus aquarum: sparsus, pro spargens: & punitur, pro punit, in hoc primi Officiorum, Neque ad eius qui punitur aliquem, &c. vt Seruius vult, & legit hunc Ciceronis locum: & omnino omnibus huius formæ orationibus, Oculos suffusa nitentes, participium passiuum ponitur pro actiuo ad Græcorum mediorum imitationem. De claudia vide Liuium nono libro, secundi belli Punici: & quartum Fastorum.

AD ELEGIAM QVARTAM, *ad Rufinum.*

Rufinus Ouidio scripserat consolationē: ad illam hic principiò respondet Poeta: & docet eum, quid effecerit apud se ipsius epistola. Multum quidem esse lenitum suum dolorem ex lectione illius, non tamen extinctum, aut sublatum prorsus. redire sibi in mentem subinde conspectum patriæ, & consuetudinem amicorum: inde recrudescere dolorem, qui tantus sit, vt nulla firma & perpetua consolatio aduersus cum esse possit. Hunc locum amplificauit primùm loco communi de patria, deinde obiectione, exilium non fieri sibi mitius regionis amœnitate, aut commoditate. Inserta est obiter breuis descriptio Scythiæ. Postremò adiecit hoc longam collationem sui exilij, cum aliorum magnorum virorum exilijs: non mirum esse, quòd non tam fortiter ferat exilium, quàm plerique magni viri fecerint, cùm contrà atque illis acciderit, in fœdissimum ac barbarissimum locum missus sit exulatum. Atque in his duobus locis, obiectione & collatione diluit argumentum, ductum ab exemplo magnorum virorum similia mala perpessorum, quo vsus erat in suo scripto Rufinus. Pertinet autem ad genus deliberatiuum elegia. Docet enim, quod cognatum quiddam est cum suadendo. quanquam, si quis ad demonstratiuum genus vellet referre, non valdè illi repugnarem. Habet etiam aliquid de iudiciali genere pro eo, quod in fine tractatur. Est autem ibi confutatio quædam, vt dixi. Ita videmus sæpe commisceri genera causarum, & idem scriptum aliter atque aliter considerátum, ad aliud atque aliud genus referri posse. Ac rectè Quintilianus dixit, Stant quodammodo mutuis auxiliis omnia. De P. Rutilio vide primum librum Ciceronis de Oratore, Valerij Maximi secundum, De Diogene Cynico Laertium. De Aristide lib. octauo Herodotum. De Patroclo lib. nono Strabonem. De Iasone exule octauum eiusdem. De Cadmo tertium Transformat. De Tydeo Diodor. & Stat. Thebaid. De Teucro librum vltimum Iustini.

AD ELEGIAM QVINTAM, *ad vxorem.*

Ouidius in hac elegia conqueritur vxori suæ, quòd canus fiat, ac debilitetur toto corpore. Id autem fieri non tantum vitio temporis, sed etiam propter anxietatem & mœrorem. Tanta enim & tam multa mala se pertulisse, vt, si ea rectè considerentur, & tempus ex eis existimetur, vel Nestorem ætate se vincere. Deinde ostendit variis exemplis, quòd continuos labor & mala prosternant vires & animi & corporis: & probat se esse valdè miserum, per collationem. Confert autem se cum Iasone, qui in iisdem regionibus multa pericula sustinuit. In hoc addit argumentum ab incommodis suæ coniugis, adiuncto voto de celeri suo in patriam reditu. Tiphys fuit rector nauis Argo. De altero, qui fuit aut vnà rector eiusdem nauis, aut dux Iasonis, mihi non constat: placet tamen, quòd Himantide leguntoonnulli, & Mopsum Apollinis & Himantis filium, socium Iasonis intelligunt.

AD SEXTAM ELEGIAM, *ad Maximum.*

Compositum causæ genus est in hac elegia. Partim enim petitio est, & eatenus ad deliberatiuum genus pertinet: partim excusatio de inelegantia carminum, & negligentia sua, & eatenus ad iudiciale genus pertinet. Petit autem Poeta à Maximo, vt sua scripta legat, etiamsi inculta sint. Ideo autem sua scripta inculta esse, quòd rarò scribat: & rarò se scribere, nec aut diligentiam in scribendo iustam adhibere, aut quæ scripserit, negligere propterea, quòd in

tam barbara regione sit, & alioqui vix tantas vitea habeat, quæ satis sint ad exilij mala toleranda. Quia autem poterat aliquid obiici à Maximo de fructu huius laboris, ad id respondet, nunquam sibi profuisse vllum suum talem laborem. Et aliam deinde obiectionem diluit. Ideo autem scribere se, quod aut, prout de poetis vulgò solet dici, insaniat: aut quia hæc natura sit consueti studij, vt non possit omitti, vel abiici. Hanc obiectionem duabus similitudinibus probat. & argumentatur à contrariis studiis, quibus cùm non queat delectari, non posse totos dies se in turpi otio consumere. Insuper etiam hoc se vtilitatis ex scriptione versuum capere, vt obliuiscatur interim suarum calamitatum. Postremò redit ad locum de negligenter scribendis, & non emendandis poematis, ostendens inutilem & superuacaneum hunc laborem ferè, cùm inter Getas versetur, apud quos non sit ista diligentia: & se contentum esse, vt illis hominibus placeat. Non enim sua scripta posse Romam peruenire, propter tam longinquum spatium loci: & vt maximè perueniant, nihil tamen se hoc iuuare. Atque hæc est secunda pars, quam dixi ad genus iudiciale pertinere.

AD SEPTIMAM ELEGIAM, *ad Græcinum.*

TRes partes principales habet hæc elegia, exordium, petitionem, & locum communem. In exordio captat beneuolentiam Græcini, tum à moribus ipsius, & doctrina, & studiis, quibus cùm mansuefiant mores, non potuisse fieri, quin illius casus nuncius ipsi dolorem attulerit: tum à sua erga illum affectione, & iudicio, quòd senserit, cùm nonnihil ad se rediisset in ista sui animi consternatione, Græcini absentiam: & quòd ab eo, si adfuisset, plurimum potuisset iuuari. In petitione hoc agit: rogat eum, vt conferat suum auxilium ad cæterorum amicorum suorum auxilia, & efficiat sibi vnà cum illis clementiorem Cæsarem. Argumentatur deinde à peccati sui qualitate cum extenuatione, & quadam occupatione de origine eius, iubens eum simul de hac re quærere. Locus communis, qui sequitur hoc argumentum, canit encomium spei per prosopopœiam. Deam enim ex ea facit Poeta, & fingit solam ex omnibus deabus relictam esse in terris hominibus solatio. Imitatur autem in hac re Tibullum, in cuius secundo libro simile spei encomium extat: & tota hæc dulcissima & doctissima fabula ex Hesiodo est desumpta, qui fingit ex pyxide Pandoræ omne genus malorū euolasse inter homines, sola ibi retenta spe. Est etiam breuis epilogus in fine additus, & figuratus iureiurando quodam, atque confirmatus ab impossibili. Repetitur autem in epilogo petitio. Porrò hoc epistolium ad genus suasorium pertinet.

AD OCTAVAM ELEGIAM, *ad Messalinum.*

IN hac etiam elegia sunt tres partes præcipuæ, & idem genus causæ, quod in præcedente est. Partes sunt salutatio, petitio, & epilogus. Salutationem amplificauit circumstantia loci, aut lusu quodam sui nominis, quod in salutatione omiserat, nempe quòd à se missa sit epistola, inde eum scire posse, quòd dixerit ex Cretia eam venire. & sic etiam votum quoddam plenum affectibus addit de aliis amicis Messalini, quibus optat ne in Barbariam veniant: & satis esse, quòd ipse ibi sit. Postea sequitur petitio, quæ tamen occulta tantùm est, non expressa. Cæterùm poeta petit à Messalino, vt patiatur ipsum esse, aut minimum dici vnum ex amicis eius. Hanc partem variis argumentis & figuris tractauit. Primùm ab exclusione periculi, quòd ipsi hoc nihil obsit. Deinde à communi exemplo hominum, quorū multi fingunt se esse amicos Cæsaris. Hoc argumentum corrigit alio argumento à sua modestia sumpto. Tertiò argumentatur ab amicitia patris eius, & à suis in eum officiis: item ab amicitia eius fratris. Huic etiā argumento subiecit correctionem sumptam ex eadem sua humanitate. Ita tamen velle se hoc pro vero haberi, ita se cupere sibi patere Messalinorum domum, vt non eius fratri noceat. Addit aliam correctionem, significans neque illi se nociturum hac re: neque sibi claudi illam domum debere, cum in amicitiis hoc incommodum, vt non peccent amici, non possit caueri, & tamen non tolli amicitias. Quartò argumentatur à genere peccati sui: quod quàm sit leue, ostendit pœna qua affectus est. Quintò respondet ad quandam obiectionem de grauitate casus sui, per concessionem, cecidisse quidem se grauiter, sed hoc maiestati & potentiæ Cæsaris, non pœnæ suæ per se tribuendum esse. Ita enim fit: quo maior est is à quo punimur, eo magis lædimur: etiamsi per se non est maior pœna, quàm si mediocris aliquis nobis eam irrogaret. In epilogo repetit petitionem apertè, & illustrat eam cum extenuatione suorum beneficiorum in Messalinorum domum, tum repetitione argumenti ab amicitia fratris eius. & argumento ab officio & liberalitate Messalini. In postremis quatuor versibus repetit epilogum.

AD ELEGIAM NONAM, *ad Seuerum.*

SEuero cuidam conqueritur Ouidius de suis malis in hac elegia, non quidem enarrans omnia, sed summam tantum eorum, sicut ipse in initio statim post salutationem proponit se facturum esse. Dicit autem ad suum exilium hoc mali etiam accedere, quòd continuis bellis vexetur: & quòd nullo tempore possit tutus esse ab hostibus. Addit deinde historiam de Aegipso Caspiorum rege, quæ continet causam bellorum cum apostrophe ad regem illum. Post hunc locum repetit summam querelæ: & facit occupationem, in qua dicit non se cupere, aut quærere commoda vrbis Romæ amissa.

AD ELEGIAM DECIMAM, *ad Maximum.*

OVidius in hac elegia respondet ad epistolam quandam Maximi, in qua, erat certior factus de morte Celsi eulusdā optimi sui amici, & bene Maximo noti. Deplorat autem principaliter mortem Celsi poetæ. Estque totum scriptum narratio quædam, siue expositio, cuiusmodi sunt plerunque responsiones.

Primùm oſtendit, quantum dolorem ſibi iſta epiſtola attulerit. Deinde prædicat fidem Celſi, & conſtantiam in coleuda amicitia, cùm ab ipſo ſolo, fugientibus omnibus aliis amicis, non ſit deſertus in ſuo caſu, & maaimè neceſſario tempore: ſed quòd ab eo ſit adiutus, defenſua, conſolatus, & iuſſus bene ſperare. atque ibi recitat conſolationem Celſi multis verbis. Laudat etiam eum ab obſeruantia & ſtudio erga Maximum, uempe via alium fuiſſe, qui coluerit religioſius Maximũ, quàm hic Celſus. Addit huic loco grauiſſimam correctionem, & ſententioſam, niſi pluris faciendæ ſint opes, & ganeia nobilitas, quàm virtutea & ingenium. Deinde concludit elegiam, deberi igitur Celſo hoc officium pietatis, vt deploretur, & prædicetur carminibus. Hunc epilogum ornauit proliaa apoſtrophe ad Celſum, in qua, præter cauſam officij, queritur etiam tacitè, quòd ei non potuerit ea quoque officia præſtare, quæ à præſentibus ſoleant præſtari. Verùm id Maaimum feciſſe abundè, ex qua eius pietate ſignificat obliquè, ſe quoque ſperare auxilium ab eo, aut potius ita petit ab eo auxilium. Quæ ſententia, quia imperfecta eſt, ſic poteſt perfici: Qui, quoniam eatinctis. quæ debet, præſtat amicia, nobis quoque debet aliquid officiorum præſtare, nos quoque debet iuuare, cùm ſimus & ipſi quodammodo mortui. Alludit autem ad id, quod Iuriſconſulti dicunt, deportatos, & proſcriptos. ciuiliter eſſe mortuos.

AD ELEGIAM VNDECIMAM,
ad Flaccum.

IN ſuperioribus epiſtolis Ouidiua ſæpe conqueſtus eſt de ſuo exilio, quod præcipuum ipſius malum fuit, & reliquorum malorum, ac doloris omnis cauſa, & tanquam fonaquidam. Eſt etiam conqueſtus de aliis quibuſdam malis, quæ cum illis coniuncta fuerunt, vt eſt loci deformitas, hominum barbaries, & crebræ hoſtium incurſionea. Nunc aliud quoddam obiter accedena malum ſuum explicat, & de eo, conqueritur Flacco, quòd toto corpore ſit languidua, & debilis factus, ita, vt nec ſtomachua appetendo vel cibo vel potu faciat ſuum officium, neque cerebrum ſopiendo, & reficiendo corpus ſomno & quiete. Hæc principaliter tractantur in hac elegia. Quod autem ad aliaa partea, & ordinam earum attinet, hoc ſciendum eſt: In principio eſt ſalutatio, deinde ſequitur querela copioſè tractata per excluſionem cognati. vt, Corpus non dolet mihi, non laboro aliquo morbo: ſed careo iſtis vſitatis commodia, & recreationibus corporis, quæ ſunt ex cibo, potu, & ſomno. Tertiò addit correctionem cum imprecatione. Verùm ſi hoc alicui indicarem, iudicaret me tam delicatum eſſe. Quod ſi quia faceret, optarem illi contingere ſimiles delicias. Poſtea redit ad inſtitutam querelam. vbi diligenter obſeruandum eſt, quòd dicit ſomnum gracili corpori cibum eſſe. Eſt enim eruditum, & phyſicum. Ad hanc partem adiecit expoſitionem cauſæ iſtius languoris per occupationem. Non conciliaui mihi hoc malum per intemperantiam, ſed ea aquæ vſu, & cœli inclementia, atque animi doloribus. Poſtremò, laudat obiter Flaccum & fratrem eius, ab illorum erga ipſum ſtudio. & rogat eos, vt pergant ita ſibi opem ferre, & non deſinant Cæſaris iram mitigare tantum, non prorſus tollere, cùm ſit meritus pœnam.
Eſtque μείωσις, & confeſſio
gratiſſima.

ARGVMENTA ELEGIARVM SECVNDI LIBRI OVIDII DE PONTO.

AD ELEGIAM PRIMAM, AD GERMANICVM.

AD Tiberium Auguſti priuignum, & Liuiæ filium, quidam putant hanc elegiam ſcriptam eſſe, cognoménque Germanici à poeta ei tribui propter res geſtas ab eo in Germania, cùm alioqui non ipſe, ſed frater eius Druſua, qui etiam in Germania periit, & huius poſtea filius, ita appellati ſint. Intelligũt etiam triumphum, qui hîc deſcribitur, de Tiberij ouatione, cuius meminit Suetoniua in vita Tiberij, quorum ſanè poſterius ſatis eſt veriſimile, & mihi etiam placet: prius verò nullam habet vel rationem, vel ſpeciem. Potuit enim Ouidius ad illum Germanicum ſcribere, qui fuit Druſi fratris Tiberij filius, princeps & ingenij commendationibua & laudibua bellicis pro ſua ætate præſtantiſſimus: quod copioſè teſtatur & Suetonius & Quintilianua: idque factum eſſe, ego omnino exiſtimo. Præterea deſcribit Ouidius in hac elegia illum triumphum, ſeu ouationem, apparatu & ſplendore non multo inferiorem triumpho, quam celebrauit Tiberius, Germanis primùm ab eo domitis. Hæc eſt ſumma negotij. Ordo & diſpoſitio partium hæc eſt: Initiò gratulatur poeta Cæſari hunc honorem, & ſignificat, quantam ex ea te voluptatem ceperit. Secundò, per occupationem dicit etiam inuito Cæſare ſe fruiturum eſſe illo gaudio. & vtitur ibi duobus exemplis, quibua oſtendit, licere ſibi etiam gaudere in hac publica lætitia, vt maximè Cæſarem offenderit. Eſt autem ſecundum exemplum elegantiſſimum, vbi dicit, quando imbrem ſpargat Iupiter in terram, ſimul & alias inutiles herbas naſci, non tantum vtiles: atque ita ſe quoque numine Cæſaris, atque ope iuuari, vel ipſo inuito, Tertio loco tractat illam deſcriptionem triumphi figuratam gratiarum actione, & proſopopœia. Agit enim famæ gratias, quòd ipſius beneficio reſciuerit, quomodo tota res illa geſta ſit, recitatis ſingulis partibua iſtius pompæ. In cuius fine admodum opportunè applicat clementiam, qua vſum eſſe Cæſarem in victos dixerat, ad ſuam perſonam. Eſt autem ibi Auguſtus intelligendus, non vel Tiberius, vel Germanicua. illa enim victoria parta erat auſpicio Auguſti. Huic detorſioni adijcit reliquam partem inceptæ deſcriptionis, cum quadam bona imprecatione, quam amplificauit duplici omine, vel vaticinio. Optat enim Germanico longam vitam, & prædicit ei fore vt ipſe etiam triumphet. Item ſe olim, niſi pereat in Scythis,

illius quoque triumphum descriptum esse: nec fefellit eum animi sui diuinatio, præsertim quod ad prius vaticinium attinet. Egit enim post illa tempora Germanicus amplissimũ & splendidissimum triumphum de Germanis, clarissimus toti exercitui, & omnibus ordinibus in vrbe. Tandem fraude patrui sui, & patris adoptiui Tiberij dicitur periisse. quibus de rebus est scriptum apud Suetonium in vita Caligulæ.

AD ELEGIAM SECVNDAM, *ad Messalinum.*

Locus principalis in hac elegia est petitio. itaque ad genus deliberatiuum pertinet. Petit autem à Messalino idem, quod supra sæpe ab aliis suis amicis petiuit. Sed hic aliquanto copiosius, vt suscipiat ipsius causam agendam apud Cæsarem, eámque agat cùm diligenter, tum cautè: & in summa, vt sibi impetret à Cæsare mitigationem exilij commodiore loco. Hanc partem variè splendidéque tractauit, sicut indicabimus, vbi ad eam nos ordo perduxerit. Nunc singulas partes totius scripti ordine recensebimus. Prima pars est salutatio, secunda insinuatio prolixa. Petit enim à Messalino Ouidius, vt perlegat hanc eius epistolam eodem vultu & animo, quo antè quàm relegatus sit, consueuerit eius scripta legere. Non enim flagitiosè aut impiè se fecisse, quanquã deliquerit grauiter, quòd offenderit Cæsarem: nec se vlli alij nocuisse, quàm sibi. Præterea tantum imprudentiam & timiditatem esse suum peccatum. Atque sic errorem simul confitetur & extenuat. Postea facit talem anthypophoram: Fateor te mihi meritò alienum factum post hanc offensionem Cæsaris: sed tamen non ideo non ad te confugiam, vel si aperiè mihi mineris malum. Id quod vt videatur rectè facere, ponit aliquot exempla, quibus ostendit sæpe inimicos ab inimicis, hostes ab hostibus auxilium petiuisse, & esse consecutos. Huic loco annectit obiectionem: Sed dixerit aliquis, Non est tutum ita facere. Ad id respondet per concessionem, Fateor hoc. Et addit, quo infirmat tamen illam obiectionem: Sed alioqui nihil est tutum apud me, nec possum in grauius malum venire, quàm est, in quo nunc sum. Idque solere facere miseros præ magno metu, vt effugiant magnum malum, ad eos confugere, apud quos non sint tuti. Hac longa petitione, & variis argumentationibus, sibi tanquam aditum præparat ad principalem petitionem. Vocaui autem hanc partem ideo insinuationem, quia remouet aliquo modo absurdum quod obiici poterat, & obstare videbatur, nempe quòd in Cæsarem deliquisset, & esset nunc exul ob hoc delictum. Est enim propemodum idem in exordiis insinuatio, quod est in aliis partibus occupatio. Insinuari autem est illabi & irrepere in animos hominum, paulatim declinatis vel mitigatis absurdis, & lædentibus nonnihil nostram causam. *Da precor accessum* &c. Sequitur nunc principalis pars, in qua dixi poetam petere à Messalino, vt ipsius causam agat, & exilio mitiorem locum à Cæsare impetret. Huic statim initio multis verbis tractatæ, & sæpe repetitæ addit duas circumstantias cum amplificatione secundæ circumstantiæ. Prima est, quomodo debeat à Messalino hoc negotium curari. Secunda, quo tempore hoc debeat fieri, quando Cæsar sit lætus. Amplificatio huius est, quòd nunc sit hoc tempus, cùm in nulla re fortuna aduersetur Cæsari. Deinde argumentatur à studio Messalini erga Cæsarem, cum quadam collatione studij eorum, qui fuerunt propinquiores Cæsari. Et addit epiphonema cum repetitione petitionis. Postea sequitur argumentum ab honesto, item ab anteacta vita poetæ, & secunda repetitio petitionis: Istis locis est adiecta dilutio cuiusdam obiectionis de difficultate eius rei, quam petebat Ouidius. Diluit autem eam opposita beneficii magnitudine, & Cæsaris clementia. Sub finem per occupationem dicit seipsum non posse hoc à Cæsare petere, cùm tam procul absit Roma, & deinde concludit epistolam tertiò repetita petitione. Item repetita altera circumstantia de modo agendi negocium apud Cæsarem.

AD ELEGIAM TERTIAM, *ad Maximum.*

Hæc elegia est generis demonstratiui, & habet locum principalem laudationem, quæ statim subiicitur exordio, in quo capiat beneuolentiam, partim à Maximi virtutibus, & nobilitate: partim à sua erga eum obseruantia. Laudat autem poeta Maximum propter fidem & constantiam in retinenda & agnoscenda amicitia, quod, cùm ab aliis omnibus amicis desertus sit in hoc suo casu, ab ipso tantũ cum aliis, vno aut altero, non sit desertus: ita tamen vt inter illos etiam duos, vel tres, ipse caput, vel autor fuerit tanti beneficij, & auxilij ferendi. Hæc est summa rei, quæ copiosissimè & splendidissimè est tractata: primùm per locum communem de vulgaribus amicitiis, qui cum rebus nascuntur, & pereunt, sicut festiuissimè inquit etiam Horatius: diffugiunt cadis Cum fæce siccatis amici, Ferre iugum pariter dolosi. Hic locus etiam est tanquam perpetua quædam repetitio: & potest exemplum esse expolitionis schematis rhetorici. Deinde per collationem cum aliis amicis, tum iis à quibus desertus erat, tum vno aut altero, à quibus non erat desertus. Hæc pars ornata est sententia, seu epiphonemate quodam de iudicio Maximi, eum ideo hoc facere, quòd censeat virtutem per se amandam: & quia eam sententiam ter repetit aliis verbis, ibi quoque expolitio est. Ornata est etiam collatio exemplo Achillis, Pirithoi, & Pyladis, quibus adiecit adhortatiunculam, & auxesin, quòd tanto magis pro ipso pugnet Maximus, quanto magis oppugnetur à fortuna. Item repetitione allegorica, cùm se quassam nauem appellat, Maximum gubernatorem eius. Item nihil omittit, quod ad plenissimas laudes in tali re pertineat. Quia verò videbantur coniuncta esse illæ cum quadam Cæsaris contumelia, & ipsius Maximi periculo, mitigat hoc per occupationem, vel anthypophoram. Primùm quidem eum ipsi iustè iratum fuisse, quòd fecisset contra tantum principem: sed tamen, quamprimum audiuerit de cladis eius initiis, coactum esse remittere iram, & ipsum consolari, ad quod vel in primis vetustissima ipsorum inter se amicitia sit excitatus. Atque ibi per occasionem illam valde prædicat, & tandem redit ad laudes Maximi, & commoratur in eis vsque ad finem epistolæ: nisi quòd in postremis sex versibus bene precatur ei vicissim pro tam præclaris meritis.

AD ELEGIAM QVARTAM,
ad Atticum.

Miro artificio & ratione est scriptum hoc epistolium. Exhortatur enim Atticū poeta ad constanter colendam amicitiam, obliquè, & tanquam aliud agens: ostendeus nec aliter eum facere, aut debere fieri. Atque ita est miari generia hæc elegia, ex iudiciali aliquid habens, & ea suasutio. Ordo partium hic est. Interrogat primùm Atricum post salutationem, quæ tameu imperfecta est, memórne sit adhuc ipsiua in illa calamitate, an nou. Deinde subiicit, deierana se non posse id de ipso credere, aut putare, quòd liceat ei hoc facere, cùm fuerint inter se familiarissimi semper. Et sic recitat varia illiua cousuetudinis officia per distributionem. qui totus locus est probatio supetioris subiectionis, quæ cum sua iuterrogarione est velut propositio, vel potius caput exhortatiouis. Huic euumerationi variorum officiorum adiecit Adynaton, velut epiphonema, seu epilogum, propterea impossibile esse, vt ipsiua ille obliuiscatur. Idque vt præstet, apertè eum in postremia quatuor versiculis admonet, & petit ab eo. Hic etiam consideraudum est, Ouidium ideo vsom esse tali artificio in boc scripto, quòd faciliua impetratur aliquid ab hominibus bonestia, qualis omnino fuit Pomponiua Atticus: aut quibus alioquin est paulo erectior natura, quando sciunt, aut putaut, à se eapectari beneficium, & de se liberaliter senriri, & iudicari. Dico bonestia, & quibua est paulo erectior natura: quia inhonesti, vt sunt auari, maliciosi, petulantes, & similes, abutunrur sicut aliia rebus, ita credulitate quoque homiuum. vnde etiam versiculus Theognidis est: πιστει χρήματ᾽ ὄλεσα, ἀπιστίῃ δ᾽ ἐσάωσα. Item Epicbarmi senteuria. νᾶφε, καὶ μέμνασ᾽ ἀπιστεῖν. humiles & abiecti ue tanguntur quidem cogitatione, aut cura talium rerum.

AD ELEGIAM QVINTAM,
ad Solanum.

Gratiarum actio est hæc èlegla ea magna parte. Quanquam enim laudat etiam Solanum Ouidius, tameu hoc eatenus facit, quatenus gratiarum actioni seruit. Et sunt tales sanè omuea ferè gratiarum actioues, vt laudia etiam aliquid contineant, id est, enumetationem honestorum officiorum collatorum in nos, vel in alioa, cum aliqua prædicatioue eorum. Cæterùm in hoc geuere argumeuti hoc præcipuè agitur, vt illi, cui aguutur gratiæ, persuadeatur, aut planum fiat uobis id, quod nostro nomine, aut aliorum factum est, gratum & iucuudum esse: memorésque nos fore & paratos ad vicissim beuefacieudum. In principio epistolæ est salutatio, humanitet & lepidè oruata per votum, quo optat poeta, vt Solanus ita sit verè saluus, sicut ei scripserit salutem. Deinde sequitut enumeratio officiorum, propter quæ ei gratiaa agit, & præcedeuti voto adhæret tanquam causa eius. Tertiò additur amplificatio à circumstantia loci, cum quadam vberiore prædicatione illorum officiorum, & extenuatione ipsius ingenij, repetitionéque gratiarum actionis. Exteuuationi adiicit vel correctionem, vel interpretatiouem: Ad tenues materias vtcùnque sibi non deesse vires ingenij, in magnis verò succumbere se, qualis sit triumphus Germanicus, quem uuper etiam inceperit describere: sed propter magnitudinem & grauitatem rei, uon pro dignitate tractauerit. Iuiicitur Ibi obiter petitio de tutela eios descriptionis. Postea laudat Solauum ab humanitate, à familiarirate Germanici, qui fuit, sicut suprà in prima elegia huiua libri iudicauimua, filiua Drusi, qui periit in Germania. Item à facundia ipsum, & Germanicum. qui locua etiam destinatus est ad superiorem prædicationem officiorum, sicut osteuduut duo versua in fine eius partis adiecti, qui incipiunt: *Huic tu cùm placas.* Hos sequitur causa beneuolentiæ Solani erga ipsum, perita à collarione studiorum. Cæterùm hunc versum: *Thyrsus enim nobis gestatus est, laurea nobis:* sic puto legendum esse, mutatis inter se dictionibus, uobis & vobia. & parum sanè ad rem videtut facere, quod quidam in eapositione huius loci dicunt, intelligeutes per Thyrsum, tractatiouem armorum, seu rem militarem: per lauream, coronam poeticam, seu ipsam poeticam. Contrà potius debent bæc eaponi. Laurea euim fuir insigne imperatorum apud veteres. & quòd Baccho fueriut sacri poetæ, apparet ex elegia, quæ extat iu vltimo libro de Tristibus, ad Bacchum sctipta. Ideóque per Thyrsum significarur poetica. atque hæc est simpliciter horum versuum senteutia, meo iudicio. Confert bic poeta studium poeticæ cum studio eloquentiæ: ita ramen, vt eloquentia castreusis intelligatur, aut, vt militaris gloria collatioui admisceatur, quod vt magis putem, facit etiam versiculus sequeus: *Et cum militiæ sacra tuenda putes.* Mallem quidem de tota facundia, & poetica intelligere bauc partem, non admiata re bellica: sed obstant mibi vocabula Laurea, & Militiæ: nisi quis velit exponere lauream etiam pro studio Rhetorices. quod uescio quomodo fieri possit: sed priorem iuterpretationem suspicor veram, & huic loco consentaneam esse. Puto etiam in sexto versu à fine legendum esse Vestro, uon Nostro. Postremò hi duo versus, octauua & septimus, à fine diligenter obseruandi sunt, vbi dicit, poeticen & rhetoriceu mutuò sibi prodesse, & tanquam mutuas operas tradere. Quintilianus etiam docet in 10 libro, poetarum lectionem multum oratori prodesse. In postremis quatuor carminibus est votum pro amicitiæ cum Germanico Solani perpetuitate, ac buius iu imperij dignitatem successione.

AD ELEGIAM SEXTAM,
ad Græcinum.

Græciuus Ouidio scripserat paulo durius, & increpauerat eius peccatum, propter quod erat relegatus in eailium: adeò, vt dixisset etiam, pœnam eum pati minorem culpa. Illi scripto nunc respondet primùm poeta per concessionem, verum quidem esse quod dicat, sed nou in tempore boc ab eo fieri. Moneri se debuisse, prius quàm incidisset in hoc malum: uunc nihil id sibi prodesse, cùm præteritum non possit mutari, aut corrigi. Sed ista suo quodam modo ipse diait poeticè & allegoricè, petitis meraphoris à nauigantibus: id quod sæpissimè solet facere. Et est sanè dulcissimum genus metaphoræ, & mollissimum, & quo in prosa quoque multùm vtuntur. Postea rogat eum, vt sibi potius opem ferat, conflictanti cum tantis miseriis. Idque eum tum facere

tum debere facere. Turpe enim esse, deserere veterem amicum, non ei succurrere, & amicitiam ex fortuna metiri, vt eatenos amea, qoatenus illa sit prospera; & arrideat. Et est hoc argumentum ab effectu repugnanti veræ amicitiæ sumptum. Amicitia enim vera virtute constat, non vtilitate, aot aliis externia bonis. Itaque durante virtute, amicitia etiam durat, & gloria, quam rectè Aristoteles dicit esse præmiom virtutis, & præstantissimum omoium bonorum externorum, aspersis etiam exemplis verorum amicorum, illos non esse fortunam secutos in amicitiis. Ideóque peperisse eos sibi perpetuam gloriam, & nominis memoriam sempiternam. qoæ accommodat ad suum propositum, eo, quòd dicit ipsum etiam dignum esse tali gloria & fama inter homines. Io quo loco nonnihil lenit asperitatem, qua in superioribus erat vsus. Ad vltimum pollicetur ei suam operam in laudando eius nomine, & commendando posteris: atqoe omnino eum fore immortalem, nisi poemata sua non sint habitura immortalitatem. Repetit ibi quoque petitionem cum quadam correctione, seu excusatione: quanquam hoc faciat, tamen se subiode eum sui officij admoniturum esse, & contendentem sua sponte ad virtutem inciraturum. Cuius dicti elegantem alibi causam diait: Qui moner, vt facias, quod iam facis, ille monendo Laodat, & hortatu comprobat acta suo. Initium epistolæ, vt hoc etiam non omittam, babet salutationem com quadam occupatione, seu expositione, qualia plerunqne initia buius Poetæ sunt in hoc genere argumenti.

AD ELEGIAM SEPTIMAM,
ad Atticum.

AD Pomponium Atticum hic iterum scribit Ouidius, & queritur ei de suis calamitatibus penè per totam Elegiam. Est autem hæc breuiter dispositio scripti. In exordio Atticum salutat, sicut solet in his scriptis plerunque fieri. & significat ei, se libenter velle reddi certiorem de rebus eius, & an sit adhuc ipsius memor, nec ne. Excusat etiam, tanqoam corrigens præcedens dictum, diffidentiam suam de Attici erga se animo: ac ornat aliquot exemplis, & illorum accommodatione ad sua mala, qui locus est finis exordij, & ioitium querelæ, quæ ad finem vsque durat hoc ordine: In accommodatione exemplorum cuius nunc memini, scribit se nihil, nisi triste cogitare, aut sperare posse. & argutum est admodum, quod ibi obiter adiicit per quandam ἰνασμόν, fortunam, quæ alioqui sit inconstans, in premendo & affligendo ipsum, constaotem esse. Hunc locum exaggerat ἀξιωμάτι, cum obtestatione qoadam. Tertiò addit etiam qoerelam ad superiorem excusationem, quā fecimus partem exordij. quod eo magis decuit fieri, quo minus Ouidius dubitare, aut videri dubitare debuit de tanti viri constantia, & fide, quæ in eo fuerunt admirabilia. Quartò sequitur longissimus, & copiosissimus, ac plane Ouidianus locus, in quo colligit varias circumstantias, vt effectum studiorum liberalium, gratiam, præsentiam, personam, tempora, conditionem temporum, loca, cœli temperiem, & alias, quas omnes ad augendas suas miseriaa accommodat per contrarium, sibi omnia ista deesse, quæ miseris aliqnod solatium, aut leuationem doloris, aut malorum soleant afferre. Sub finem, suam quoque constantiam aliquantulum iactat, & dicit in tantis malis se tamen præstare fortem animum, & isto efficere, vt corpus etiam non deficiat: & hoc philosophicè planè est dictum. Alterum enim alteri auxilium fert, & robur mentis, vt sic dicam, conseruat robur corporis, & contrà. ídque dicit eo magis fieri, quòd speret Cęsaris iram sibi leniri posse, quòd ab Attico, & aliis suis amicis aliquot curetur adhuc fideliter. Postremi duo versiculi sunt tanquam epilogus, in quibus petit ab Attico, vt pergat ipsum defendere. Epistola pertinet ad geous deliberatiuum, siue sit querela principaliter, siue sit petitio.

Iam mihi facta liquent cœptos, &c.

In aliis codicibus est scriptum, Fata liquent. Ego puto scribendum esse, Fata liquet: & hanc esse constructiooem & sententiam: Iam liqoet, id est, manifestum est mihi, deos obseruare fata seruantia cœptos cursus: & hîc, *Per sibi consuetas semper*, &c. subintelligi (&) vt sit ἀσυνδέτον, & eadem senteotia. id est, quæ oon possunt mutari, accipiendo vocem Fata generaliter, pro iis quæ necessariò fiunt, non tantùm pro malis Ouidij. *Nec quid mihi eredat amicè*: id est, oe quid feliciter mihi eueniat, aut, ne leniaorur meæ miseriæ, ita, vt amicè sit aduerbium. In summa, hoc vult dicere poeta, Ego iam certò scio, quòd dij ex fatis caueant, ne qua iu re sim felix. Atque ita obseruare significat, seruare, aut defendere, vel retinere. quemadmodum hoc verbo vsus est Martialis in eadem materia: Obseruant Parcæ, qoem statuere, diem. Possunt etiam sic expooi hi quatuor versus, vt obseruare non pendeat à verbo liquet, sed à verbo puto. Iam liquet mihi fata seruantia, itura scilicet esse per vias sibi consuetas. id est, Iam constat mihi, quòd non possint mutari fata, & poto deos obseruare, ne qoid mihi cedat amicè, vt hîc sit ἀσυνδέτον. Et hanc constructionem existimo esse planiorem & rectiorem. Sententia autem est eadem, vtrouis modo constructio fiat.

AD ELEGIAM OCTAVAM,
ad Cottam.

IN duobus præcipuè locis hæc elegia versatur. Prior est gratiarum actio: posterior, petitio veniæ, & commodioris exilij: nec salutatio hic est, nec alia pars exordij: sed orditur poeta à narratiuncola, quæ est in epistolis frequens & vsitata. Ostendit Cottæ, quòd acceperit eius munus. Miserat autem Ouidio Cotta argentea numismata, in quibus percussæ erant imagines Augusti, Tiberij, & Liuiæ. Postea incipit hoc munus prędicare multis verbis, & exponit quantum commodi secum illud sibi attulerit, conspectu illorum principum, quos deos vocat, præsentiam patriæ. & in summa non paruum mali sui solatium. Tertiò, per egregium πάθος annectit huic loco secundam partem, in qua petit ab Augusto cum obtestatione veniam culpæ, & minus durum locum exilij. Petit idem à Tiberio, petit etiam à Liuia seorsim, additis votis poeticis ad posteriores petitiones, & generali siue petitiooe, siue precatione ad omnes imagines. Argumentatur etiam ab exemplo gladiatorum, quòd sicut gladiatores liberentur in arena, dimicantes adueniente Cæsare, ita se qnoque debere & Cæsarum aduentu commodi aliquid percipere. Ad finem addit alia qua-

tuor huius partis ornamenta, exclamationem, similitudinem, repetitionem generalis petitionis, & significationem spei, cum pollicitatione mitioris exilij. In exclamatione pronunciat illos felices, qui possunt coràm aspicere viua Cæsarum corpora, non tantum imagines eorum. In similitudine dicit se, cùm alterum fatis denegatum sit, ita aspicere, & colere imagines Cæsarum, sicut homines colant & aspiciant Iouis effigiem pro ipso Ioue. Repetitioni generalis petitionis aspergit argumenta suasoria, significans quanti faciat illas effigies. Postremum huius partis ornamentum suauissimè superioribus est additum. Dicit enim sibi imagines magis magísque lætas videri, vnde magnam spem concipiat, tolerabilius suum exilium fore: idque vt fiat breui, optat. Porrò tota hæc elegia magno artificio, & tum dulci admodum, tum ad mouendum accommodata maximè ratione scripta est. Quis enim non illi ignoscat, qui non tantum fatetur errorem, sed tanti nos facit, vt imagines nostras etiam adoret? Verùm principum animi sæpe sunt implacabiles, præsertim erga eos, quibus in primis debebant esse lenes: sicut econtrà profusissimè sunt clementes vt plurimum in gnatones suos, non tantum stultos homines, sed auaros etiam, aliquando infinitis sceleribus obstrictos, nec ad vllam rem aliam comparatos, quàm ad assentandum, rapiendum, & superbiendum. Et est illa vna ex præcipuis virtutibus, etiam apud homines multo inferiores principibus, nostro præsertim seculo, [illegible], vt inquit ille.

AD ELEGIAM NONAM, *ad Cotum.*

REx Thraciæ fuit hic Cotius, ad quem scribit in hoc loco Ouidius, & fit eius mentio in Commentariis Cæsaris de Bello ciuili. quanquam ibi Cotus vocatur. & fortasse huius pater fuit, quem suspicantur quidam Cotisonem illum esse Getarum regem, de quo Suetonius quædam scribit in vita Augusti. Rogat autem eum Poeta, vt sibi exulanti in vicinia ferat opem, ac defendat se contra barbariem illius regionis. Atque hæc est summa totius epistolæ. nec habet alios locos præter exordium in duobus primis versiculis, in quibus captat beneuolentiam à stirpe regis. Deinde statim subiungit petitionem cum aliquot grauibus argumentis, quorum hic est ordo: Primum est ab officio regis, ductum per expolitionem, id est, crebram eiusdem sententiæ variationem, aliis & aliis figuris. In primis hoc illam dignitatem & præstantiam regiam decere, vt alios iuuet, aliis prosit, & consulat, idque eum commune habere cum diis immortalibus. Secundum argumentum est commune iudicium hominum de diis, & regibus: seu definitio quædam dei, vel regis. Ideo enim homines diis sacrificant, & colunt eos, ideo reges & principes venerantur, & obseruant, quòd habent eos pro suis seruatoribus & adiutoribus. Estque, vt alicubi Cicero verè definit, Deus, illa mens, quam sibi homines arbitrantur prodesse, conseruare, & gubernare se. Quanquam hoc debet addi ad perfectam definitionem, vnde omnia habēt principium & causam, vt sint: quódque non tantum homines ortum habeant ab eo, sed omnes aliæ res: id est, quòd totus mundus, cum omnibus quæ sunt in mundo, & fit ex ista mente, & ab ea regatur, & conseruetur. Principes autem & reges, propriè sunt isti homines, qui præsunt inter alios, vt eis prosint, non vt noceant: vt alios defendant, non vt prodant: vt alios tegant, non vt in errorem, pericula, perniciem ducant, aut eos patiantur duci. Et in summa, reges & principes sunt illæ personæ, quæ cùm ex republica, tum ex Deo habent ius in eo populo cui præsunt, administrandi & constituendi omnia, quæ ad communem salutem & vtilitatem spectant & pertinent: ad libidines suas explendas, & tyrannidem nihil habent iuris. Ex his facilè potest intelligi, quod Ouidius hic dicit de officio deorum & regum, aut aliorum, quibus reipublicæ gubernacula sunt tradita & commissa. Et est totum argumentum, veluti quædam probatio superioris argumenti, quod in integra Dialecticæ forma esset prima, seu maior propositio: vt, Regis est res succurrere lapsis, Tu es rex, Ergo debes mihi opem ferre. Quod autem regis officium hoc sit, ostendit illud secundum argumentum. Ita clarè & dilucidè potest videri tota res, in qua exponenda fui paulo prolixior, vt viderent adolescentuli, quomodo bonorum autorum scripta, sententias legere & examinare debeant. Habet hoc argumentum in fine conclusionem, & repetitionem petitionis, quibus accedunt exempla à contrario. Item alia tria argumenta, quorum primum est à natura Cotij, alterum à studio literarum, tertium à similitudine studiorum ductum. Addita est etiam occupatio de causa exilij, cum conclusione: in qua repetita est petitio, quæ est principalis propositio in tota epistola. Atque hoc debet fieri in conclusionibus. Porrò in vulgaribus libris titulus est, Ad Cotim: in quibusdam aliis ad Cotium, in diuersis declinationibus: propterea, ni fallor, quòd Coti, vocatiuus in hoc loco vsurpatus à poeta conueniat vtrique declinationi, secundæ & tertiæ: posterius tamen hoc ad rationem Græcorum.

AD ELEGIAM DECIMAM, *ad Macrum.*

MAcrum poetam Ouidius in hac elegia familiariter admonet sui officij: atque tum rogat, tum postulat ab eo, ne ipsius memoriam abiiciat. Estque hæc summa epistolæ, in cuius principio salutatione quadam vsus est etiam figurata, nec perfecta. Interrogat enim eum tantum, agnoscátne, annon, vel ex sigillo, vel ex manu, aut litera, mitti sibi ab Ouidio hanc epistolam: nec tamen dicit ei salutem. sic fit alioqui in epistolis extra carmen sæpe. Vocauimus autem suprà talia exordia imperfectas salutationes, quæ ab aliis epigraphæ nominantur. Huic loco statim adiecit admonitionem petitoriam, quam dilatauit argumentis à veteri consuetudine, ab affinitate, & similitudine studiorum. Horum vltimo aspersit occupationem, seu pathos per collationem. se scripsisse versus in leui & subturpi materia, sibíque ita nocuisse ipsum in laudabili, & heroica, & vtili. Addidisse enim ea quæ Homerus de bello Troiano omiserit, vnde appellatum eum pòst in quarto libro Iliacum Macrum. cuius meminit etiam Quintilianus, & humilem dicit esse. Poemata eius nunc nulla habemus. Primum argumentum exposuit longa commemoratione veterum officiorum in s[illegible] se vidisse opera seu ductu ipsius Asiam &

& ibi vtitur distributione, recitans aliquot eius insulæ loca. & quidem ita se peragrasse cum eo regiones illas, vt nunquam molestum fuerit iter, nunquam visum sit longum tempus, propter ipsius præsentiam: sicut dicitur, Comes facundus in via pro vehiculo est. Claudit hanc amplificationem epiphonemate, non esse rem paruam, quòd simul versati sint in periculis marinis, & alia egerint vnà seria & iocosa, quódque inuicem fuerint, ipse illi, & ille ipsi, cui res audacter magnas, paruásque, iocúmque eloquerer, vt ait Ennius. Præterea si recordetur istius familiaritatis, ne posse quidem eum ipsius obliuisci. Atque hæc est vera conclusio huius loci: & constituit, si quis consideret, in epiphonemate integrum syllogismum. In fine dicit etiam de suo erga eum studio, quòd non exciderit sibi eius memoria, quantumuis procul absit ab eo: qua in re debere eum cum ipso paria facere.

AD ELEGIAM VNDECIMAM, *ad Rufum.*

Rufus erat consolatus Ouidium in suo discessu, curabat etiam, & hortabatur absentis nunc vxorem ad probitatem. Item diligenter eius mandata exequebatur. Pro istis officiis & beneficiis ille agit hic ei gratias, & habiturum se esse perpetuò pollicetur. Hæc est epistolii summa. Recitemus iam partes eius, & ordinem illarum cum figuris. Primis quatuor versibus indicat causam, cur mittat ei vel hanc tantum gratiarum actionem, vel vnà cum gratiarum actione partem absoluti operis. Id enim eum significare per opus, non tantum epistolam hanc existimo. Sequentibus quatuor versibus agit gratias per intentionem quandam, seu comparationem. Potest etiam vocari figura hæc Adynaton. His addic expositionem beneficiorum, & in ea parte commoratur ad quatuor postremos vsque versus, in quibus ei optat contingere parem gratiam à diis immortalibus, quoniam ipse non possit neque satis agere, neque referre gratias pro tantis factis. Secundum beneficium, de cura eius, & studio in vxorem, est figuratum laudatione vxoris per occupationem: per se quidem probam esse illam, idque propterea, quòd Rufus sit eius auunculus: tamen hortatu & monitu eius excitatiorem & alacriorem fieri ad honestatem: sicut equus generosus per se contendens ad victoriam, excitetur tamen magis voce rectoris. Idem in Tristibus dixit paulo generalius his versiculis: Qui monet, vt facias quod iam facis, ille monendo Laudat, & hortatu comprobat acta suo.

ARGVMENTA ELEGIARVM LIBRI TERTII OVIDII DE PONTO.

AD ELEGIAM PRIMAM, AD VXOREM.

Ad vxorem scripsit hanc epistolam Ouidius, in qua sanè grauis est, & sic satis vehemens. Non enim admonet eam tantum sui officij generatim: & rogat, vt petat ipsi tutiorem exilij locum: sed obiurgat etiam propter nescio quam indiligentiam. quanquam in eo loco breuis est. ac eam postea mitigat iterum, vt decebat fieri, subinde inculcans ac iterans propositionem admonitionis, quòd debeat ipsum maritum suum absentem, & eundem curare, & subleuare quibuscunque modis possit. Atque hæc præcipuè in hac elegia tractantur. Cæterùm alia quædam accesserunt ad rem tum augendam, tum illuminandam, vt est exordium, & in fine modus, seu forma rogandi à Liuia Cæsaris coniuge, quod volebat. In exordio, quod ex abrupto, sine salutatione est inceptum, & vehemens & longa est querela de Ponticæ regionis incommodis, quæ facere significat in fine eius partis, vt excusatus possit esse de tam crebra vnius rei petitione. In multis enim epistolis antea quoque petiuerat à suis amicis idem officium. Ita exordium non est quiddam ociosum, sed vnum de præcipuis argumentis, & verè principalis causa, cur peti debeat ipsi ab Augusto regionis mutatio. Et talia sunt plerunque exordia in doctorum hominum scriptis. Neque enim tantum ad assentationem comparata est hæc orationis pars, sed ad pugnam etiam, & vires tanquam quasdam totius negotij. Ego sanè iudico omnium illa optima esse exordia, quæ habent aliquid de ipsa causa, seu controuersia: cuiusmodi in hac epistola est. Querelæ conclusioni commodè anneauit exhortationem, quam tamen incepit ab obiurgatione, & ibi repetita bis est, aut ter eadem sententia, quæ est propositio argumentationis. argumentatur ab honesto, & inutili per contrarium, debere eam hoc facere, quòd sit vxor, & credita sit hactenus præstare virtutes coniugales: idque se de ipsa in publicis literis sæpe testatum esse, ac omnino grauem eam in suis scriptis personam sustinere. Item fore, vt incurrat omnium hominum reprehensionem, & amittat superiorem opinionem de magnis virtutibus inter homines, nisi maneat in fide. Contrà verò futurum, si perseueret: nec posse occultum esse quicquid faciat, cùm ipse propter suum casum sit nobilitatus, vt olim Capaneus, Amphiaraus, & similes. Excitat etiam eam, cùm dicit vlterius per occupationem, obseruari eam à multis, nec posse omnes credere, quòd sit tam digna laude, quando in ipsius scriptis talia præconia legant. Postea bis continuò repetit propositionem admonitionis, accommodatam ad præcedens argumentum de obseruatoribus, seu inuidis: & argumentis vtitur à spe sua erga eam, à pari, se ita ei factorum esse, si in hoc loco esset, à moribus eius, & consuetudine cum Martia honestissima fœmina: ita tamen, vt bis præponat repetitionem argumenti à fœdere coniugij. Post

hæc omnia petit à coniuge, vt aliis suis beneficiis hoc vnum addat, vt roget ipsi à Liuia tolerabiliorem terram exilij. quod ei persuadere conatur præcipuè hoc argumento, quod dicit non fore hoc ei factu aut difficile, aut periculosum. & vt maximè nihil efficiat, tamen sibi eã inde nihil mali conciliaturam esse. Atque hoc argumentum à facili su nprum variè tractauit. Primùm vtitur excusatione de crebra admonitione ad vxorem in ea re, quam tamen alioqui & sponte sua faciat: deinde exclusione pugnantium, non aliquid ei periculose faciendũ, sed orandum esse tantum Cæsarem. Tertiò dicit, si gratia nihil valeat, fletu aliquid eam esse valituram, ad quod seipsi copiose materiam suis miseriis præbere. Quartò colligit exempla mulierum, quæ pro maritis mortem oppetierunt. ac argumentatur simul ex maiore, occultè tamen: applicat etiam illa exempla ad exclusionem pugnantium, non ei subeundum vitæ aliquod discrimen, sed Liuiam solùm esse rogandam. atque ibi obiter interserit laudes Liuiæ: quæ res habet etiam persuadendi vim. Quintò accumulat alia contraria superioribus iterum per exclusionem, non esse conueniendam aliquam crudelem & sæuam mulierem, vt fuerunt Progne, Medusa, Circe, & similes: esse adeundam Liuiam fœminam vt principem, ita quoque moderatissimam. Deinde præscribit ei modum, seu formam adeundi Liuiam, seu circumstantias hoc faciendi eam docet, quo tempore debeat eam alloqui, quòd modestè & pro sua persona, quibus gestibus, quid debeat petere. Mitigat etiam futura incõmoda, nihil nociturum ei, si trepidè loquatur, & interruptè propter lacrymas. atque ita confirmat vxorem, & iubet eam hoc facere prius auspiciis actis, & re sacra facta, præsertim Cęsaribus & Liuiæ. Vltimò precatur, vt illa res feliciter eueniat.

re errores hominum, præsertim amicorum, quantum honesti ratio permittit: aut certè non malè interpretando grandiorea reddere. Hac excusatione absoluta, redit ad gratiarum actionem, vbi pollicetur etiam ei, donec viuat gratum se fore, & vicissim celebraturum ipsius & similium suorum amicorum nomen, & famam eorum commendaturum posteris. Quam partem amplificauit correctione, & gnome per collationem. Falli se in eo quod dixerit. Ita autem dixerat, gloriam eorum perduraturam esse, quamdiu ipse viuat. mansuram enim esse illam post suam etiam vitam, modò vt carmina sua maneant. Ac corpus quidem interire, sed gloriam immortale quiddam esse. Talis est hæc etiam sententia: At non ingenio quęsitum nomen ab æuo Excidit, ingenio stat sine fine diu. Item ista, Dignum laude virum Musa vetat mori. Probat hoc dictum exemplo Thesei, & Pyladis, qui post mortem etiam viuunt, non corpore, sed fama, & laudibus. Deinde aptat exemplum ad suum negocium. idem de ipsis futurum esse: idque probat exemplo Scytharum, quòd apud illos iam cœperint celebres fieri propter suam probitatem, & fidem. atque sic per occasionem subuectit longam fabulam, non tantùm amplificandæ rei gratia, sed etiam vt excitet illos horum exemplo ad faciendum similiter: vtque eos retineat, & confirmet in proposita via colendæ amicitiæ, & defendendi afflicti amici. Similis ferè locus est in quarta elegia quarti libri de Tristibus. Ad fabulam adiectum est epiphonema, in quo accommodatur fabula ad præsens negotium per argumentum ex minore, seu difficiliore. In octo vltimis versibus argumentatur à moribus Cottæ, ac eius genere paterno, & materno, quòd deceat hoc eius mores, & vtrumque genus.

AD ELEGIAM SECVNDAM, *ad Cottam.*

POeta in hac epistola gratias agit Cottæ pro suis officiis, & prædicat eius fidem & constantiam in retinendo, ac defendendo amico veteri in suo necessario & acerbo tempore. Nec est aliud, quod hîc tractetur, aut agatur principaliter, nisi quòd vnà quoque, vt fit in talibus argumẽtis, subindicat in hac re facere ipsum honestè, & conuenienter suis moribus, atque pro eo ac debeat. Sunt autem & alia quædam adiecta ornandi & dilatandi scripti causa, sicut nunc indicabimus ordine. Initio salutem ei dicit cum voto quodam, cùm precatur, vt te ipsa quoque saluus sit, quemadmodum ipse optet ei verbis. Deinde statim subiicit gratiarum actionem: & paululum posteà ab ea discedẽs, excusat reliquos suos amicos, à quibus erat desertus. Non enim ex malitia eos aliquid in hac re fecisse, sed metu coactos: & potius cautos ac timidos vocari posse, quàm malos, cùm idem in cæteris rebus etiam non inhonestè soleat accidere. atque ita vsurpat tria exempla à pari. Primum est sumptum à fulmine ictis: alterum à pariete ruinoso, tertium à laborantibus contagiosis morbis. Illa enim omnia vitantur & fugiuntur ab hominibus, & plurimum etiam sine turpitudine. Estq; in hoc loco plurimũ humanitatis & suauitatis. Si.n. moueri periculis humanum est: humanũ etiam est, aut humanius quoque veniam dare iis qui per metum aliquid secus quàm conueniebat, fecerunt: necnon mitiga-

AD ELEGIAM TERTIAM, *ad Maximum.*

HAEc epistola continet somnium quoddam, in quo visus est sibi Ouidius videre Cupidinem colloqui secum. Rogat autem principiò Maximum, ad quem scripta est elegia, vt ipsum audiat exponentem sibi hoc somnium. Postea narrat somnium, quod incipit à descriptione temporis, ac omnino poeticè aduentum ad se Cupidinis depingit: ita etiam, quasi eius strepitu excitatus sit è somno, atque vigilans cum eo sit locutus. In fine tamen huius expositionis hoc in dubium vocat, vtrum verè adfuerit Cupido, an id ipse tantùm somniauerit. Idem quoque facit in principio statim epistolæ. Quare autem hoc faciat, causa est quòd sæpe talia somnia nobis obiiciuntur, vt nesciamus postea vigilauerimusne, an dormiuerimus. idque fit magna ex parte, quando aut valde confusus est somnus, aut imperfectus: aut quando post somnium expergefacti, iterum, vel etiam tertiò dormimus. quod vt plurimum totum quoque somnium nobis excutit, & tollit è memoria. Tertio exponit orationem, qua sit vsus ad Cupidinem. Est autem huius orationis hæc ferè sententia: Poeta expostulat cum Cupidine, ac dicit ipsius culpa se periisse: idque poeticè. Nam facit ex se præceptorem, ex Amore discipulum. In libris enim de Arte amandi videtur tanquam docere Cupidinem, cùm doceat homines, quomodo amare, vel potius quomodo debeãt

amorem puellarum masculi, & puellæ masculorum sibi conciliare. Et, vt maioris ingratitudinis eum arguat, vsurpat exempla contraria, non Eumolpum, non Olympum, non Achillem, non Numam, talem gratiam retulisse præceptori suo, soli sibi à Cupidine tam malam gratiam relatam esse pro summis beneficiis. Addit etiam excusationem facti, quòd libros de Arte amandi sic scripserit, vt tamen non docuerit illegitimos, & inconcessos amores, vt sunt adulteria, stupra, incæstus. In fine precatur Cupidinem, vt ipsi leniat iram Cæsaris, & impetret apud eum commodiorem locum exilij.

Per mea tela faces, & per mea tela, &c.

Responsio Cupidinis, quæ versatur in duobus locis: prior est excusatio non tam Ouidij, quàm ipsius Cupidinis. & respicit primam & secundam partes orationis præcedentis: in quarum altera poeta culpam suorum malorum in illum Deum transtulerat: in altera se excusauerat, ac latenter cùm excusauerat Cupidinem, tum accusauerat Augustum iniuriæ, vel crudelitatis. Dicit enim Cupido, non versus ei suos in causa esse, quare sit relegatus in exilium: verùm aliud quiddam maius, quod ne dici quidem debeat, sicut alibi non sub aliena persona manifestè Ouidius fatetur. Hoc autem est excusare se, & Augustum, & Ouidium accusare, aut potius damnare. Porrò hæc pars est figurata obtestatione, seu iureiurando. Posterior pars est consolatio, quæ nata est ex prima parte orationis Ouidianæ, vbi quæsiuerat statim initiò, quid sibi vellet, quare venisset in Scythiam Cupido. Ad id respondet hic Cupido, quòd ipsius consolandi gratia venerit. Deinde addit consolationem, se iubet eum bono animo esse. Fore enim, & breui quidem, vt minus ei Cæsar irascatur. Atque se id acturum esse apud Cæsarem, & nunc esse occasionem hoc faciendi, cùm lætus sit Cæsar, & omnis eius familia, propter deuictos hostes, & honorum magnitudinem, quibus afficiatur à suis ciuibus. In fine epistolæ redit ad Maximum, & partim suum ipsi iudicium de eo declarat, quòd nihil de fauore & studio eius erga se dubitet: partim prædicat eius candorem ac simplicitatem. qui locus amplificatus est schemate quod vocant Adynaton, & sententia sumpta à contrario per collationem, Inuidos non excelsos fieri. Ipsum verò non tantum Maximi nomen habere, sed animum nomine maiorem. Postremi quatuor versus sunt conclusio, in qua rogat Maximum, vt supplicem ipsum iuuare velit. Ad hanc petitionem referenda sunt omnia, quæ in tota epistola tractantur. Estque somnij expositio velut quoddam argumentum suasorium, sicut sunt ea quoque quæ sequuntur proximè somnium. vt hæc sit summa scripti: Cum diuinitus iubear expectare auxilium (id autem in somnio factum erat à Cupidine) cúmque id mores tui atque ingenium à te postulent, nec ego aliter de te iudicauerim, debes operam dare vt mitescat mihi ira Cæsaris. Atque ita simul tota elegia est generis deliberatiui, redactis omnibus partibus in vnum corpus, & ad vnum quiddam destinatis.

AD ELEGIAM QVARTAM, *ad Rufinum.*

TAmetsi hæc epistola varias partes habet, præcipua tamen est commendatio, ex qua etiam reliquæ omnes natæ sunt, & ad illam pertinent. Descripserat Ouidius triumphum Tiberij, priuigni Augusti, ex Germania partum, & actum: illud poema commendat hic poeta Rufino. Sed recitemus ordine singulas partes. In primis duobus versibus suo quodam more amicum salutat. Deinde statim annectit illam commendationem, in qua petit à Rufino fauorem & defensionem suo carmini de triumpho illo. Hoc carmen non habetur à nobis, sed periit cum plerisque aliis huius poetæ operibus. Tertius locus est extenuatio poematis inserta commendationi. Quartus est collatio, qua amplificat extenuationem cum generali sententia, quæ tamen est astricta ad quiddam speciale & allegoricum, quod ideo etiam simplici oratione statim repetitur. Firma valetudo non habet opus medico, sed ipsa per se sustentatur. Contrà fit in imbecilli corpore. hoc est, excellentes poetæ non indigent fauore lectoris, nos infirmi sine fauore lectoris nihil valeremus. Sic autem cohærent hæ tres partes, vt commendationis velut causa quædam sit extenuatio, extenuationis collatio. Quinta pars est excusatio continens etiam collationem, illum librum singulare quoddam ius veniæ habere, quòd ipse non fuerit spectator triumphi, vt alij poetæ fuerint, quæ res habeat multum ad scribendum momenti. Idem docent hi versus Horatij: Segnius irritant animos demissa per aurem, Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Est hoc argumentum à loco sumptum, & dilatatum nonnihil distributione, cùm recitat varias tanquam partes triumphi, & similitudine: item figura, quam Adynaton vocant, ac duplici conclusione, speciali ac generali, debere sibi propterea amicos, & alios omnes lectores ignoscere. Addidit conclusionibus istis argumentum à statu suo, figuratum similitudine, ineptum se esse ad tractandas res lætas propter miserias suas. Hæc duo argumenta sunt ex ipsa re nata, & ἔντεχνα. Sequitur tertium à qualitate temporis, & est ἄτεχνον, Serius venire suum poema in manus hominum, quàm aliorum poetarum. Estque ibi integer syllogismus: Quæ serius leguntur, ingratiora sunt: meum scriptum serius legitur: ergo ingratius est. Hinc oritur occupatio, in qua excusat moram in describendo triumpho, non propter suam negligentiam tardius haberi hoc carmen, sed propter locorum longinquitatem. & repetitur argumentum à qualitate temporis figuratè. Est enim allegoria, quod dicit de primis rosis. Causa huius est apud Martialem, vbi ait: Rara iuuant, primis sic maior gratia pomis, Hybernæ precium sic meruere rosæ. Additur deinde alia occupatio per Apostrophen, in qua dicit ad alios poetas, non contra ipsos hæc se dicere, sed pro sese. Videbantur enim eius verba nescio quam vituperationem reliquorum poetarum continere. Post hanc apostrophen repetit tertiò commendationem, & concludit hanc partem: cui tamen subijcit adhuc tria argumenta. Horum primum est etiam à temporis qualitate ductum, cum quadam gnome, & habet quiddam grauiter iocosum: Mortuorum scripta magis in precio sunt, quàm virorum, sicut ipse infrà dicit, Famáque post cineres maior venit. & Martialis, Cineri gloria sera venit. item Propertius: Omnia post obitum fingit maiora vetustas, Maius ab exequiis nomen in ora venit. Ego autem propemodum non amplius viuo, cùm sim in tantis miseriis. Si conclusio addatur, fiet integer syllogismus: Ergo poema meum debet vobis pla-

cere. Secundum est à voluntate ortum per anthypophoram: Esto, quòd non sint boni versus, voluntas tamen non defuit mihi. Tale dictum est & hoc Propertij: Quòd si deficiant vires, audacia certè Laus erit, in magnis & voluisse sat est. Tertium à rei magnitudine, & carminis genere est sumptum. Huic argumento commodè annectit vaticinium de futuro altero triumpho per dubitationem, Breui triumphaturum esse iterum Tiberium, nec scire se quo genere carminis in describendo eo triumpho vtatur. Conciliat huic suo vaticinio autoritatem à diuinitate poetarum. & multis deinde versibus adhortatur Liuiam ad apparandum currum, & promendas vesteis, & alia ornamenta triumphalia. Postremi duo versus sunt precatio ad deos immortaleis, vt hæc citò eueniant. Atque hic totus locus est tantum amplificatio nata ex postremo argumento excusationis. Cæterùm tota excusatio cum suis omnibus argumentis est velut aliena & vna tantum ratio commendationis sumpta ab efficiente malum poema, aut impediente bonum fieri. Atque sic totum negotium versatur intra tres orationes: Commendatum tibi debet esse meum carmen, quia opus habet tuo fauore, & defensione. Item quia non mea culpa aliqua præcipuè neglectum aliquid ibi, aut peccatum est. Hanc autem postremam velut peculiarem partem peculiaribus argumentis declarauit, sicut iam est ostensum.

AD ELEGIAM QVINTAM, *ad Cottam.*

Mixtum genus est in hac epistola. partim enim laudat orationem quandam forensem Cottæ poeta, quam nunciat ei se legisse cum magna auiditate, ac sæpe relegisse cum nullo fastidio. Atque eatenus ponimus hoc scriptum in demonstratiuum genus. partim rogat Cottam, vt crebrò mittat sibi talia munera: pertinet hoc ad deliberatiuum. Huic petitioni apertæ attexit aliam quandam occultam in fine per crebras interrogationes admodum figuratas, quòd non velit ipsius obliuisci, & quòd velit manere in amicitia. Atque hęc est principalis pars, & ad illam aliæ respiciunt, illi aliæ inseruiunt. Salutatio est præposita primæ parti, quæ est tantum narratio, ornata primùm duabus similitudinibus, seu allegorijs, cuiusmodi sunt Ouidio familiarissimæ: quibus significat, quanquam gratissima fuerit sibi ista Cottæ oratio, tamen multo futuram fuisse gratiorem, si præsens potuisset illum audire orantem. deinde ... à suo casu ducto: licitum sibi fuisse futurum interesse isti iudicio, quo habita sit hæc oratio à Cotta, nisi peccauisset. Tertia pars habet argumentum ab ipsius animo, & studio erga Cottã, cum imprecatione: & est à pari: ego nunquam tui obliuiscar, idem te decet facere. Quia autem id suo quodam modo diætat per metaphoram, quod semper in conspectu absens etiam haberet Cottam, adiecit duas amplificationes. Altera est occupatio, in conspectu se mentis eum habere. Altera est amplificatio occupationis. quæ consistit in circumstantia temporis per collationem, seu antithesin: vt, Videor mihi Deus esse, quando ita capacior animo ad vos Romam: iterum verò discedẽs, puto redire me à superis ad inferos. In duobus vltimis versiculis iubet Cottam non alere sibi spem reditus in patriam, si per fata non liceat sibi redire

AD ELEGIAM SEXTAM, *ad sodalem quendam.*

IN hac etiã elegia orditur Ouidius à salutatione, & statim subiungit obiurgationẽ admodum lenem, ac humanitatis plenam, quales decet esse amicorum inter se plurimum. Ostendit autem amico suo, quòd in eo peccet, quòd non velit in his amici sui libris nominari. & vtitur ad eam rem quatuor aut quinque argumẽtis, & duabus amplificationibus: quorum hæc est vis & ordò. Primum est clementia Cæsaris, per ipsius exemplum probata, nõ esse tam inhumanum Augustum, vt nolit amicos inter se memores esse, & alterum alteri scribere. Secundum est honestas, debere amicos sibi mutuam consolationem. Tertium est, incommodum quoddam Augusti, seu iniuria concomitans istiusmodi intempestiuam obseruantiam, quòd ista eius opinione, metu & facto veniat in inuidiam Augusti domus, & suspicionem crudelitatis. Deinde sequitur prima amplificatio, quæ pertinet ad argumentum de clementia Cæsaris, & versatur in exemplis: aliorum etiam deorum esse morem, vt non perpetuò affligant, aut vt non velint perditos in vniuersum eos, à quibus offensi sunt, quos oderint. Huic continuatur altera amplificatio, in qua confert reliquos deos cum Augusto: & ostendit exemplis, Augusto hac parte omnes alios deos inferiores esse. Quartum argumentum sunt duo exempla pugnantia, In Busiride aut Phalari tyrannis hoc timeri posse, non in Cæsare iustissimo principe. Postea repetit argumentum à clementia Augusti: & addit quintum, quod est anteactum ipsius cum excusatione, se quidem grauiter peccasse, quòd in prioribus epistolis non posuerit eorum nomina, quibus scripserit (intelligit autem elegias Tristium) sed tamen ex metu, in quo tum fuerit maximo, factum hoc excusari posse. Adiungitur huic loco petitio cum argumento à contrario turpitudinis: petit, vt liceat sibi posthac per ipsum, nomen eius inserere suis poematis, ac turpiter aliter fieri, propter intimam & vetustissimam ipsorum amicitiam. Eam petitionem mitigat, se tamen non esse hoc facturum, si ipse nolit, atque sic epistolam claudit. Quod hic dicit de Vlysse, & Neptuno, & Leucothea, est apud Homerum in quinto libro Odysseæ.

AD SEPTIMAM ELEGIAM, *ad amicos.*

HAnc elegiam ad amicos suos scripsit Ouidius, quæ quidem non est longa, si verba & orationes consideres. Si autem rerum varietatem, & copiam spectes, vel longissima est. Continet enim exordium, seu narrationem nuntiatoriam, petitionem, consolationem, reprehensionem, excusationem, præter conclusiones, argumenta, & figuras. Est autem plenum totum scriptum desperatione, doloribus, mœrore, & aliis affectibus vehementer animum crucìantibus & vrentibus, quales solent esse in homine desperabundo, aut dimicante cum desperatione. Cuius rei est hic velut effigies quædam sculpta, & proposita, atque ab artifice quidem & perito, ac rem veram ac seriam agente, non simulatam. Sic autem partes cohærent, & hoc tractant. Exordium est ab inani

opera

opera & ſtudio factum, quòd tam ſæpe ſcripſerit de eadem re, vt nunc ſe verba deficiant, & ipſis clauſæ adhuc literę ſignificeos quid velit. Intelligit autem crebras petitiones ad eos de roganda ſibi à Cæſare mitigatione exilij. Addita eſt exordio concluſio: Quare liberabo ſemel vos hac moleſtia, & non amplius hoc à vobis petam. Notatur autem ſimul in hac parte illorum negligentia. Sequitur petitio valde acerba & reprehenſoria. Petit enim ſibi ignoſci, quòd bene de ipſis ſperauerit: quo ſignificat eos peccare, cùm offendantur ea re quæ laudem habeat, non reprehenſionem. Bene autem ſperare hîc ſignificat expectare auxilium, aut ſpem in eis habere: hoc eſt, ſperare, non, quòd ipſis aliquãdo ſit bene futurum, ſicut plerunque accipitur: ſed, quòd ſint bene facturi Ouidio. Pollicetur etiam hic eis, quòd velit & ipſis & vxori ſuæ poſthac parcere in hac re. Vxoris enim hic etiam accuſat negligentiam. Poſtea conſolatur ſe ipſe præteritis malis, ſicut facit Virgilius: O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem. & Homerus, quem imitatus eſt Virgilius, ὦ φίλοι, οὐ γάρ πω τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν. Amplificat hoc argumentum exemplo per contrarium, ſeu imperfecta ſimilitudine: iuuencos primùm ægrè aratra trahere, ſe nunc induratum eſſe ad mala ferenda. Concludit etiam hanc partem adiecta ſententiis, per antithesin. eſtque ratio concluſionis hæc ſententia: Ego fortiter moriar in exilio. Eſt enim ſperandum ibi tantum, vbi non eſt fruſtrà ſperare, non vbi ſupernacanea eſt omnis ſpes. Ac imitatur in eo etiam loco Vergilij dictum: Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem. Addit deinde aliam rationem per exempla nonnulla: Vulnera fiunt deteriora, quando curantur: item, Qui citò perit in vnda, mitius perit, quàm is qui diu natat, & luctatur, nihil tamen proficit. Eſt enim acerbiſſima crudelitas, quę trahit pœnam, & miſericordiæ genus eſt, citò occidere, vt inquit Seneca. Conſtituit autem hic locus enthymema, Vbi non eſt ſpes, ibi nulla debet concipi: Ergo ego debeo deſperare. omiſſa eſt minor, Apud me nulla eſt ſpes. Poſt conſolationem obiurgat ſe ipſe, quòd tam diu bene ſperauerit: & excuſat ſe obiter de illa vana ſpe, quòd crucietur adhuc etiam aſpectu regionis tam fœdæ. Corrigit hoc iſtis verbis, quòd rectius tamen ſit facturus, ſi non ſit amplius moleſtus ſuis, quàm ſi pergat imponere eis onus accedendi, & rogandi amicos, qui precentur ipſi à Cæſare mitiorem locum exilij. Poſtremi duo verſus concluſionem continent per irriſionem, forti animo ſe moriturum eſſe in iſta barbaria, niſi & hoc ſit prohibiturus Cęſar.

AD ELEGIAM OCTAVAM, *ad Maximum.*

OVidius miſit Maximo pharetram, & tela Scythica. Ei dono addidit hoc epiſtolium, vt fieri ſolet. in cuius initio excuſat ſe bene prolixè pro hoc ſcripto, per quandam velut epagogam. Recitat enim varias res precioſiores, quæ debuerint tanto viro potius mitti, ſed illas non haberi in Scythia. Quapropter, cùm miſerit, quod potuerit, debere eum hoc munuſculi boni conſulere. Atque ita ſunt duæ partes epiſtolæ: altera excuſatio, altera breuiſſima commendatio muneris. Quanquam etiam elegans quidam locus eſt in fine additus, Hæc eſſe illius loci inſtrumenta ſcriptoria & literaria, hæc eſſe ipſa literarum ſtudia. Et in principio locus beneuolentiæ, cum dicit Maximum dignum eſſe auro & argento: ſed tum demum delectari eum, quando illa det: laudans ita liberalitatẽ eius, & animi generoſitatẽ. Eſt .n. omnino generoſius quiddam & laudabilius, dare beneficium, quàm accipere. adeò vt Mimus etiam dixerit: Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.

AD ELEGIAM NONAM, *ad Brutum.*

DVplicem excuſationem habet hæc elegia; generalem, & ſpecialem. In priore excuſat ſe de erroribus ſuorum poematum, quę in exilio cõponebat: In poſteriore, de vno & certo peccato, quod ſcripſerat Brutus in eo quendam reprehendere, quòd idem ſemper tractaret, & rogaret tantum tolerabiliorem locum exilij, ac de Scythiæ incommodis quereretur: atque hæc excuſatio eſt præcipua pars huius epiſtolæ. Ad Bruti enim epiſtolam, cui hîc reſpondet poeta, ſimpliciter reſpicit: nec quicquam aliud agit. & initium eius eſt breuis narratio, ex Bruti epiſtola ſumpta, oſtendens illius ſummam, ſicut fit in talibus argumentis. Poſtea confeſſio additur incepta ab exclamatione, in qua etiam eſt admiratio, quòd cùm multa alia vitia in iſtis libris ſint, vnum tamen hoc reprehendatur. Et eſt inſerta collatio, videre ſe peccata ſua, & agnoſcere, alios non hoc facere: ſed laudare fœtus ſuos, etiamſi non mereantur laudem, ſicut olim laudauerit Actius quidam poeta malus Therſitem, hominem deformiſſimum. puto enim in eo loco talem ſimilitudinem eſſe, & iſtam ſententiam. Deinde ſequitur generalis excuſatio, quæ nata eſt ex altera, tanquam amplificatio. Confeſſus enim erat non tantum peccatum de quo ſcripſerat, ſed pleraque alia. Incepta eſt ea pars ab obiectione cui reſpondetur tribus argumentis. Vnum eſt ductum ab infirmitate & languore, ſeu pigritia Ouidij, quòd imbecillior ſit, quàm vt poſſit laborem corrigendi ferre. Alterum à difficultate corrigendi per comparationem: tanto maiorem eſſe laborem emendandi, quanto maior ſit Homerus Ariſtarcho, qui correxit & digeſſit Homeri poemata. Vbi ſignificat etiam obiter, vt maximè corrigere ſit laborioſius, quàm ſcribere: ſcribere tamen eſſe præſtantius, quàm corrigere. Vſurpata hic etiam eſt ſimilitudo, in qua laborem iſtum corrigendi comparat cũ freno retardante curſum equi. Alij faciunt in eo verſu hypallagẽ. Ego ſuſpicor frena in fœminino genere poſitum eſſe à poeta, licet alioquin hæc vox nõ temerè ſic vſurpata inueniatur. Nõ temerè enim Ouidius tam aſperis figuris vtitur, in elegiacis præſertim materiis. Tertiò excuſatur poeta miſeriis ſuis, & malorum acerbitate, quæ mala non ſinant ipſum adhibere limam ſuis libris: & auctum hoc eſt comparatione, cui eſt incluſa quædam ſiue imprecatio bona, ſiue optatio de mitigatione & iræ Cæſaris, & loci exilij. Tandem redit ad ſpecialem excuſationem. vbi primùm argumentatur à ſtatu rerum ſuarum: deinde à negligentia, & multitudine amicorum ſuorum: tertiò ab inutili: poſtremò à qualitate, & natura materiæ, quam in his libris qui reprehendebantur, tractet. Hæc pars multo eſt priore vehementior & acerbior, atque ideo minus longa etiam. Poſtremi duo verſus repetunt breuiter hanc excuſationem ſub forma petitionis.

ARGVMENTA ELEGIARVM LIBRI QVARTI OVIDII DE PONTO.

AD ELEGIAM PRIMAM, AD SEXTVM POMPEIVM.

IN primis duobus versibus huius epistolæ petit Ouidius à Pompeio, vt accipiat ipsius hoc carmen: & simul captat beneuolentiam, cùm dicit eius beneficio se viuere. Postea subiungit occupationem per dilemma quoddam: bene est, siue nomen tuum velis à me poni in his libris, siue non velis poni: si vis poni, gratum est hoc mihi: si non vis poni, habeo excusationem. Atque sic nascitur ex ista occupatione præcipuus in hac elegia locus, excusatio, in qua vtitur argumento à gratitudine, hoc se facere testificandæ gratitudinis suæ causa: & petitione. Rogat enim Pompeium, ne huius officij durus sit interpres. Item vtitur amplificatione à circumstantia temporis, & errore quodam, quòd non citius hoc fecerit, se videri sibi grauiter peccasse: & sæpe aliis volenti scribere, ipsius nomen in tabulam sibi incidisse. Repetit etiam argumentum à gratitudine, & petitionem de exponendo officio, ac prædicat Pompeij in se beneficia. In fine diluit obiectionem de causa fiduciæ, seu spei, quam in Pompeio habeat, quòd etiam in posterum ei sit benefacturus. Quanquam autem nusquam dixerat planis verbis de tali fiducia, tamen ex libertate præcedentium versuum tale aliquid colligi potuit. Argumentatur autem ab officio, seu affectu artificum erga sua opera, per integrum syllogismum nihil mutatis partibus, non tamen omnino puerili forma, in hunc modum: Omnia artifex defendit suum opus, Ego sum tuum opus, Ergo debes me defendere. Maiorem dilatauit recitatis aliquot exemplis artificum. Vocat autem se opus Pompeij metaphoricè, & admodum argutè, quòd sicut statua est opus statuarij, & imago pictoris: ita Pompeij liberalitatis & humanitatis velut opus quoddam fuit Ouidius, quando ab eo seruatus & defensus fuit. Sunt enim ars & virtus duo diuersi habitus, & virtutis effectus non propriè dicitur opus, sed actio: artis autem effectus hanc appellationem habet propriam.

AD ELEGIAM SECVNDAM, *ad Seuerum.*

COntinet hæc etiam epistola excusationem, & quidem iste locus est præcipuus. Est autem exorsus poeta à circumstantia loci, cùm dicit ex Getica terra vsque hanc epistolam Seuero missam esse: atque sic mouet Seuerum siue ad misericordiam, siue ad beneuolentiam. natura enim bene affecti sumus erga miseros, etiamsi pœnam peccati luant. Postea sequitur excusatio. vbi duobus ferè argumentis ostendit Ouidius, non se peccasse admodum, quòd non prius Seuero versus miserit. Primum est à copia, seu facultate quadam versuum sumptum, quòd ipse possit egregios versus facere, & illis abundet antea. & est amplificatum expositione per imperfectas similitudines, hoc esset, noctuas Athenas, vt multa paucis complectar. Secundum argumentum est acceptum ab ingenij debilitate cum similitudine. Vt autem clarissimè hoc explicaret, adiecit occupationem, qua per exemplum Homeri ex maiore, non tamen quatenus sit factum, sed quatenus fieri oportuisset, si ille in eodem loco fuisset: transfert culpam huius debilitatis in necessitatem quandam seu regionem. Præterea veniam petit, atque sic côcludit hoc argumentum cum alio argumento à consequentibus, siue explicatione vberiore secundi argumenti: Poeticam vim & ardorem in se extinctum esse, & non, nisi inuitum, ad scribendum venire, nec quicquam boni posse componere. Addit postea alias eiusdem rei causas, & viciniores, Se nullam ex hoc studio consecutum vtilitatem: & nullos esse, quibus recitet sua scripta, & à quibus incendatur. Solere enim auditores, & laudes calcar addere virtuti, & studio, atque augere ista. Ita posterior causa est confirmata hac generali sententia. cui affine est, quod Cicero alicubi dicit: Honos alit artes. τῆς ἀρετῆς γὰρ ἆθλον ἡ τιμὴ, καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς, vt inquit Aristoteles. Hîc potuisset quærere Seuerus, Quare ergo non in vniuersum abijcis hoc studium? Ad eam obiectionem respondet poeta: Vt fallam tædium temporis, cùm aliud nihil sit, quo honestè id faciam. Copiosiùs est idem locus tractatus suprà in elegia sexta primi libri. Postremò Seuerum hortatur ad componenda poemata, vt cui tutius hoc sit facere, & fructuosius. Iubétque mittere sibi aliquod nouum opus. Hæc sunt loco epilogi addita.

AD ELEGIAM *tertiam.*

PErfidiæ quendam hîc, & leuitatis accusat Ouidius, quòd in calamitate amici prodat, aut deserat amicitiam. Est autem initio sic satis vehemens & acerbus, postea tamen fit mitior paulatim, & tandem ad amicam & familiarem admonitionem descendit. qui locus, vt valdè est humanus, ita vehementer quoque dulcis est & gratus. Atque ita sunt duæ partes huius elegiæ, querela, & admonitio. Querela habet initiò propositionem figuratam quæstionibus, seu interrogationibus: quarum posterior est circumstantia, non propriè ad propositionem pertinens, & habet subiectionem. Tota autem illa pars nihil aliud est, nisi quædam expositio illius perfidiæ amici, & leuitatis, ac consistit in quinque argumentis ferè: quatenus enim est querela, vim argumentorum habent partes illius expositionis. Primum est sumptum à non seruata fide per antithesin, quòd infelicem deserat, cùm felici inter primos fuerit. Alterum à mendacio, quòd ne quidem velit scire quis sit Ouidius. Tertium ab initijs, & diuturnitate amicitiæ, quòd à puero inceperit amicitia, & vnà cum ætate accreuerit. Quartum à neglectu leuissimi officij, nullas etiam literas eum ipsi scribere. Quintum ab inimici affectu & natura, quòd illudat etiam calamitoso. Ita crescit oratio, & tanquam gradibus ad summum ascendit. Ac potest hic locus esse exemplum illius generis amplificationis. Minus enim quiddã est, non iuuare amicum, quàm non velle etiam eũ

nosse,& hæc ambo leuiora sunt. quàm lædere quoque, aot eius malis insultare, quod est inhumanissimum, cùm extra amicitiam hoc sit inhumanum, sicut eleganter Cicero pro Rabirio docet, cùm ait: Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: vrgere verò iacentes, aut præcipitantes impellere, certè inhumanum est. Et adeo hoc est verum, vt obiurgatio quoque crudelis sit in re aduersa, vt ille inquit. Inter tertium argumentum & quartum, est occupatio posita per elegans dilemma: Siue amasti me verè, siue non verè, turpiter facis. Dissimulare enim non est viri boni, non tantū non seruare fidē. His adiecta est remissa quædā & humanior admonitio, quæ admodum est suauis, cùm per se, addita loco tam acerbo, tum propter locum communem de fortunæ inconstantia, quo est amplificata, & egregiè illustrata. Admonet autē eum partim, quòd cum ipso aliquando, si incidat in similem fortunam, alij sint acturi eodem modo, sicut inquit elegāter Publius: Ab alio expectes, alteri quod feceris. Partim, quòd possit hoc fieri, cum summis viris nō pepercerit fortuna. Atque ibi vtitur aliquot insignibus exemplis. Argumentatur etiā à suo exemplo, & postea concludit simul hanc posteriorem partē, & totam epistolam.

AD ELEGIAM QVARTAM,
ad Sextum Pompeium.

AD Sextum Pompeium consulem quendam designatum ex Pompeiorum familia scripta est hæc epistola, proximo anno ante obitum Augusti Cæsaris. Suetonius enim scribit Augustum esse mortuum, Sexto Pompeio & Sexto Apuleio Coss. Non autem fuit hic Pompeius magni Pompeij filius, qui iampridem in Asia perierat à Cæsarianis interfectus. Gratulatur illi Ouidius hanc dignitatem & honorem, noua quadam ratione coniūgens suam calamitatem cum gaudio de illius dignitate concepto, aut potius effectum quendam illius gaudij cum ipso gaudio, & eo quod efficit gaudium. hoc modo: Gaudium quod accepi ex tuo honore, depulit meam tristitiam, & leniit meum exilium. Est enim honor Pompeij efficiens gaudij, gaudiū verò exilij mitigatio, aut etiam ipse honor, per accidens tamē, vt loquuntur. Nec sunt in hoc loco gaudiū, & tristitia, contraria, propter diuersos respectus. Gaudium enim ex Pompeio fuit, tristitia non ex Pōpeio, sed ex Ouidio. Sed omitto hanc tenuitatem, & addam reliqua. Præter gratulationē, quæ est principalis pars, sunt hic etiam exordium, narratio, descriptio consularis pompæ futuræ, & petitio. Exordium versatur in generali sententia, figurata ex positione, nullā tantam esse calamitatem, quæ non remissior fiat, & aliqua lætitia temperetur aliquando. Quod non tantum verū est, sed etiam necessarium. Nemo enim diu posset ferre continuos dolores, perpetuam tristitiā, & nunquam desinentē sollicitudinē. Acita sanè per tota vitam alioqui nobiscum agit natura, vt misceat non tantum mala bonis, sed bona etiā malis. Id quod elegantissimè hoc versiculo Hesiodus docet: ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. Et Horatius: Non, si malè nunc, & olim Sic erit, &c. Huic generali sententiæ adiunctū est speciale dictum ab ipsius persona sumptum, velut illius probatio, cui etiā inclusa est para gratulationis. Exuli mihi & miserrimo contigit, vt gauderē. Deinde dicit à fama sibi nunciatum esse, quòd Pompeius sit designatus consul. Ac etiam ex fama voluerem mira suauitate per prosopopœiā. Atq; hæc est narratio. Hanc sequitur descriptio futuræ consularis pompæ. quæ inchoata est à descriptione temporis, quo consules magistratum ineunt, & habet in fine votum. In postremis quatuor versibus est petitio, obliqua tamen, & tractata per votū, cū argumento ab effectu eius quod petitur. Petit autē Ouid. vt Pop. memoriā ipsius retineat: id si fiat, exiliū sibi fore tolerabilius.

AD ELEGIAM QVINTAM,
ad Pompeium Consulem.

PLanum ac simplex est argumentū huius elegię. Tantum enim expositionē continet mandati, quod poeta suis carminibus, seu tabulis ad Pompeium dedit nunc consulē. Hoc autem factum est prorsus poeticè, & per prosopopœiam, qua figura etiam in præcedenti epistola est vsus. Similia poemata extant apud alios quoque poetas. vt hoc apud Catullum: Poetę tenero meo sodali, Velim Cæcilio Papyre dicas. Et hoc apud Martialem: Vnde salutatū pro me liber ire iuberis, &c. Item vbi per Musam librum suū mittit ad Plinium: Nec doctum satis, & parum seuerum. Et alia multa in eodem poeta. Sunt etiā in Ouidio alibi similia, vt in tertio libro Tristiū: Vade salutatum, &c. Et in Amoribus dat annulo mandatum ad amicū. Atque hæ prosopopœiæ in tota poemata sunt sparsę: propterea sunt etiā pleniores, & liberiores, quàm aliæ, quæ partem tantum poematum tenent, cuiusmodi multæ in poetis occurrunt, aliquando etiā apud oratores inueniuntur. Mirificè enim commendant, & gratam reddunt orationē. Iubet autē Ouidius librum suū ad Pompeiū proficisci, & ei declarare pro summis in eum beneficiis gratitudinem suam, petereque vt non desinat defendere, quem semel defendendum suscepit. Hæc est mandati summa: sed auctum est quibusdam aliis descriptionibus & circumstantiis, cùm sit mentio viæ, temporis, intra quod Romam venire possint. Item ædes Pompeij monstrātur. & obiter aliud mandatū inseritur, ne cui alij præter Pompeium dicant, vnde aduenianē, déque laboribus & officiis Pompeij pet distributionem, &c. Et hæc circūstantia est interposita propter Pompeij laudes. In principio est etiam elegans iocus ab imparitate pedum huius carminis sumptus.

AD ELEGIAM SEXTAM,
ad Brutum.

TRiplex querela est in hac epistola, & gratiarum actio coniuncta cum quibusdam laudibus Bruti. Queritur autē poeta post imperfectam & patheticam salutatiōnē, vnde incipit epistolam: primò de longinquitate tēporis exilij sui, & fortunæ aduersæ pertinacia: postea de obitu Maximi, ad quem extant in superioribus libris aliquot elegiæ scriptæ. Et est figurata hæc querela per apostrophen. vltimò de morte Augusti. illum idem sibi ereptum dolet, quòd fuerat pro se deprecaturus Augustum: hunc, quòd iam inceperit ipsi veniam date. vbi significat, nec plenè illum ignouisse, & magnam spem tamen fuisse breui fore vt plenè ignosceret, & eum restitueret. Ita in ambobus, Maximo & Augusto, magnam spem reditus in patriam amisit Ouidius. Et, quia in fine querelarum dixerat se in vrbem misisse carmen in honorem Augusti mortui compositum.

commodum addit votum, & optat sibi posse prodesse hoc pietatis officium apud hæredes Augusti, idémque secum optare Brutum. Atque sic aptissimè & mollissimè annectit laudationem Bruti querelis. Laudat autem eum à constantia & fide, quòd ipsum plus etiam amauerit in aduersis rebus, quàm antea fecerit. quanquam antea quoque verè amauerit. Item ab ingenij sui seueritate, erga sontes & malos eum seuerissimum esse, erga innoxios & bonos mitissimum, & hoc in agendis causis. Subostendit enim, quòd fuerit hic Brutus orator, & actor causarum. quòd autem sit lenis & mansuetus, suo id exemplo se scire. Et interpositum est pathos, ab aliis omnibus amicis suis se desertum esse. Tandem gratias agit ob tanta illius beneficia: idque facit per antithesin & adynaton. Falsorum amicorum se immemorem fore: prius autem quàm ipsius, & aliorum verorum amicorum obliuiscatur, Danubium refluxurum ex mari ad suos fines, & solem recursurum ad orientem, vtrumque contra naturalem suum cursum. Porrò temporum obseruatores scribunt, Augustum esse mortuum Olympiade septingentesima sexagesima sexta, qui fuit annus decimus sextus à Christo nato.

AD SEPTIMAM ELEGIAM, *ad Vestalem.*

De hoc Vestali, ad quem hæc epistola est scripta, nihil puto est in historiis. Ouidius hic significat eum fuisse alicuius alpestris reguli filium, & cum Vitellio quodam præfecto aut duce Romanorum ad Pōtum gessisse bellum contra Getas pro rege Thraciæ, populi Romani socio, magnámque fortitudinem præstitisse in oppugnatione AEgypsi oppidi, cuius fit etiā mētio in primi libri nona elegia, adeò vt eius exemplo incitatis militibus reliquis, oppidum captū sit. Atque ita bona pars epistolę versatur in laudibus Vestalis, & illius eius tam fortis facti. Comparat eum quoque cum Aiace, quòd quanto animo Aiax sustinuerit Hectorem incensurum naues Græcorum, quod in decimo quinto libro Iliados scribitur, tanto ipse in illa oppugnatione sustinuerit impetū hostiū. In principio elegiæ per aliquot versus conqueritur de incommodis Scythiæ, sed tacitè, ac bona quadam ratione ac forma. Nam velut testem superiorū querelarum de hac re producens Vestalem, dicit ei notum esse quanta sit eius loci asperitas, & crudelitas incolarū, cū ipse nunc eò venerit, & coràm hoc ita esse aspiciat. In cuius partis fine, quia dixerat Scythas sua tela veneno tingere, votū est additum: vbi optat, vt tantum vidisset talia tela mitti à Scythis, nō etiam in suo corpore sensisset. Postea statim sequitur illa Vestalis laudatio, altera pars epistolæ, quæ incepta est à mentione dignitatis primipili, ad quam dicit eum ascendisse per virtutem: non tamen eum delectari tam hoc honore, quàm virtute ipsa, quæ magna laus est, & verè philosophica. sicut illa etiam, quæ sequitur, quòd vulnerato quoque non fractus sit animus ex dolore. Hæc pars ad demōstratiuū genus pertinet, prior ad deliberatiuū. Præterea non displicet mihi, quòd interpres censet legendum esse in octauo versu Iacyx, pro Iacis: quanquam Iacij etiam populi Scythiæ fuerūt, sed remotiores à Ponto, quàm Iacides. De Iaciis est apud Plinium libro 6. capite 10. qui vsus est vocabulo in secunda declinatione, cùm hic sit tertiæ. Est etiā hic versus ita meo iudicio legendus: Sensit in ingenio nil opis esse loci. alioqui dura est admodum, & inepta sententia.

AD ELEGIAM OCTAVAM, *ad Suillium.*

Quatuor sūnt huius epistolæ partes: narratio, gratiarum actio, duæ petitiones. In narratione repetit breuiter summam epistolæ, quam Suillius Ouidio miserat. Huic est addita gratiarum actio pro beneuolentia, & studio illius. Deinde sequitur prior petitio, seu adhortatio. Ibi. n. poeta siue petit à Suillio, siue adhortatur eum, vt sic pergat ei bene velle. vtitúrq; ad eā rē quinque argumentis. Primū est tractū ab affinitate: fuit enim, vt hic significatur, Suillij vxor, Ouidij priuigna. Ad hoc argumētū est annexa occupatio pathetica: Metuo ne pudeat te meæ affinitatis, quod tamen vt facias, nō est causa. & sic aptè attexitur secundū argumentum ductū à moribus: Præter hunc meū errorē nihil est labis in mea vita, aut moribus. Postea repetita est petitio, & adiectum ei quartū argumentū à facili: Cæsar Germanicus facilis est, & clemens, neminē patitur frustra ipsum colere, aut rogare. Sed ibi vsus est vsitata sua figura, faciens ex Cæsare deum. Deinde in quinto argumento facultate & potentia Cæsaris inuitat eū ad hoc faciendum. Sequitur secūda petitio ad Germanicū, & illa est incepta ab argumento à gratitudine poetæ per antithesin. Pollicetur Cæsari Ouidius, se celebraturum ipsius nomen, & res gestas nō templis, sed carmine. Est ibi etiā inserta anthypophora, Exiguū quidē esse hoc munus, & nequaquā par tanto beneficio: sed beneficia non ex sese, verùm ex animo vnde proficiscūtur, debere æstimari. Sicut solet apud Græcos dici, ξενίων δὲ θυμὸς ἄριστος. Hoc generale dictum expolitū est duobus specialibus dictis idē significātibus. Illis proximè adhæret insignis locus communis de laudibus poematū. & hoc encomiū est copiosa quædā probatio præcedentis argumenti à gratitudine, & est amplificatū collatione, & exēplis, Non consumi carmina vetustate, cùm aliæ res omnes, etiā durissimæ, vt ferrū, ac lapides, cōsumantur: & res gestas ad Troiam, ad Thebas, principes vtriusque belli, naturæ rerū originem. bellum gigantū, Bacchi, & Augusti facta celebrata esse, & memoriā eorum cōseruari carmine. Similis prorsus locus est apud Horatiū in quarti libri Carminū Oda, quæ sic incipit: Donarem pateras, gratáque cōmodis. &c. Post conclusionem huius loci argumētatur etiā ab ingenio, facultate componēdi versus, qua fuit ille princeps, vt suprà ostendimus, præditus, & iudicio: & simul indicat, quæ necessitas eū à studio poetices abduxerit. Ita ibi simul generis nobilitatē, & fortunæ amplitudinē, sed valde breuiter, laudat: non tamen omnino eū studiū hoc abiecisse, verùm aliquādo poemata facere, ac cōparat eū cū Apolline, quòd simul & bellis operā, & musis impendat. Sub finē repetit petitionē, & explicat clarius quid velit, vt tantū ex tā barbara terra in mitiorē & viciniorē Italiæ transferatur. Et obiter adiūcit argumentū à facilitate celebrandi res gestas Germanici. In vltimis duobus versibus repetitur etiam prior pars, & tanquam cum illa posteriore coniungitur sic, vt non iam videatur petiisse aliquid à Germanico, quàm Suillio formam petendi illud ab eo præscripsisse. quanquam alioqui non simpliciter, sed per apostrophen hoc facit.

AD ELEGIAM NONAM, *ad Græcinum.*

NOn solet hic Græcinus inter cõsules numerari ab iis qui consulũ nomina collegerũt, & digesserũt in certa tẽpora. Quòd si non fuit consul, fama deceptus est Ouidius, aut aliquid illi humanitus accidit, prius quàm magistratũ iniit. Vt vt est, Ouidius gratulatur ei hũc honorẽ, & rogat eũ, vt sibi Cæsares placet, vt ex istis miseriis liberetur. Hæc, vt præcipua, in hac epistola tractantur. Prior pars cõcinnè est attexta salutationi per optationẽ. Precatur enim deos, vt literæ veniant ad Græcinũ Calendis Ianuariis, quãdo magistratum suscipiat: ac faciãt, quod alioqui facturus ipse fuerat, si adesset. Postea ingreditur gratulationem, quæ amplificata est circumstãtia loci, & tacita quadã querela. Dicit enim, si rectè haberent res, & præsens esset, magnã se lætitiã capturum esse ex illa pompa, quæ prima consulatus die cõspicitur: & hic longa oratione partes illius pompæ & publici honoris exponit per distributionẽ. Deinde manifestè gratulatur, Cũ aliter visum sit diis, id est, Cęsaribus, nec possit esse præsens corpore, præsentẽ se fore animo, & illis omnibus rebus se oblectaturũ esse. Atq; iterũ ibi vtitur distributione, repetitis aliquot partibus illius pompæ consularis ex superioribus versibus, & quibusdã additis cùm partibus pompæ, tum officiis boni consulis. Interiectũ est ibi votũ, optare se, vt interim dũ sacrificet in Capitolio pro salute Cæsarũ, eius quoque meminerit, & roget vnà deos, vt mitigetur ipse Imperator. Postea pergit in gratulando. Significat autem, suum ipsi fratrẽ in Consulatum successurũ esse. ac illum honorẽ auget circumstantia personæ, tãto maiorem esse, quòd à Cæsare sit datus: optátque, vt hanc vterq; Cæsaris beneuolentiã retineat. Sequitur altera pars, in qua petit sibi à Græcino mitigari Cęsares, vt ex hac miseria extrahatur, quàm primum sit data hoc faciendi occasio. Ipse allegoricè hoc dicit, sumptia metaphoris à nauibus. Additum est deinde argumentum à loci incommodis, per occupationẽ tamen, & velut probat fœdã esse illam regionẽ tacitè Flacci testimonio, quem dicit ibi fuisse recẽs: simúlq; laudat eius fidem, & diligentiã in administranda prouincia, atque aliquot incommoda Scythiæ recitat. Argumẽtatur quoque à suis moribus, & pietate erga Cæsares, ac probat illud cum beneuolẽtia erga ipsum ciuitatũ Scythię, tum honoribus, quibus sit ab illis affectus. In hoc explicando prolixior est. Dicit enim in sua domo sacra fieri Cæsaribus, & imagines illorum ibi collocatas à se quotidie coli. Per natũ autẽ intelligi debet Tiberius, filius Augusti adoptiuus: per cõiugẽ, Liuia: nepotes fuerũt Germanicus, Drusi Germanici filius, & Drusus filius Tiberij. Probat hoc etiã tacitò Ponticorum, & hospitum, & Flacci testimoniis, & amplificat duab. circumstantiis: quarum prior est animi. & habet affectum, ex animo se colere Cæsares, & dolere quòd nõ respõdeant opes voluntati, vt possit hoc facere splẽdidius. Posterior est temporis, & velut declarat præcedentẽ, sacrificare se absentẽ, & ex vero affectu, ac studio erga Cęsares, non vt captet aliquam beneuolẽtiã, aut aliud commodum, quanquam huius rei fama (per correctionẽ hoc adiicit) ad Tiberiũ fit aliquando ventura, cùm nihil ignoret: Augustum certè in cœlo versantẽ videre nunc hãc pietatẽ, & eius ipsum sibi testem esse. Alloquitur autem Augustũ per apostrophen. & concludit tandẽ Epistolã, ex eo se diuinare posse, quòd sit futurũ aliquando, vt leniatur sibi numẽ Augusti. Vult autem re vera hoc dicere, quòd debeant eum hæredes Augusti propter hanc pietatem, vel in patriam reducere, vel tolerabilius facere exilium eius.

AD ELEGIAM DECIMAM, *ad Albinouanum.*

ET hic Ouidius longa oratione conqueritur de suis miseriis, facitque hoc duobus maximè argumentis: alterum à tempore, quòd tam diu nunc fuerit in exilio: alterum à loco est petitum, quòd in Scythia sit, regione barbarissima, & incultissima. Amplificat etiam querelam longa comparatione suarum calamitatum cum Vlyssis calamitatibus, & periculis, & facit longũ catalogum incommodorum Scythiæ. Ideo autem se dicit esse miseriorem, quàm Vlyssea fuerit, quòd Vlyssi & relaxata sæpe sint mala, aut potius intermixta voluptatibus, & per se non maxima fuisse illa: se autem continuis malis exerceri, ac ea quidem esse maxima. In principio autem posito priore argumento, quædam dicit de sua patientia. atque ibi etiam comparat se, aut suam vel patientiam, vel duriciem, cum rebus durissimis, ita vt suã illarum duriciei præponat: sicut facit in altera collatione, quæ huic proximè est subiecta: simili prorsus ratione, vt videri possit hæc Elegia non tã querela, quàm prædicatio quædam patientiæ Ouidij. Malui tamen ego querelam hoc vocare, ob id etiã, quòd illa omnia dicit cum indignatione, & significat ægrè ferre se, quòd non possit consumi tũ ipso tempore, tum miseriis suis, præsertim cũ alia omnia vel tempus, vel assiduitas consumat. Quod autẽ dicit: *Gutta cauat lapidem*, &c. idem dicit eadem figura in primo libro de Arte amandi, & sunt hi versus: Ferreus assiduo consumitur annulus vsu, Interit assidua vomer aduncus humo. Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda? Dura tamen molli saxa cauantur aqua. Et Poeta quidam Græcus, quẽ fortasse imitatus est noster: Ἐκ θαμινᾶς ῥαθάμιγγος ὅκως λόγος αἰὲς ἰοίσας χ᾽ ἁ λίθος ἐς ῥωχμὸν κοιλαίνεται. Sub finem adiecta est obiectio, cur exposuerit hæc mala Scythiæ: ad eam respondet, leniendarum curarum, & fallendi tẽporis causa se hoc fecisse. Interim enim dum scripserit, animum à cogitatione miseriarum abductum fuisse. Obiectioni addita est etiam adhortatio, ad mutuum & constantem amorem. Cuius occasio fuit encomium Thesei, quod ceperat Albinouanus carmine cõscribere, & inde incboata est: Theseum enim constantem amicum fuisse, idẽ ipsum quoque debere facere, huius quem laudandũ susceperit exemplo. Quanquam non sit per omnia ille imitandus, sed tantum facilima parte virtutum suarum, non interficiendis latronibus, sed amando amicum. Atque ita & correctione, & argumento à facili vsus est. Quos autem latrones interfecerit, & quas alias res gesserit Theseus, Diodorus Siculus, & Plutarchus scribunt. De grauitate aquæ marinæ, & fluuialis leuitate, apud Plinium secundo libro, & apud Aristotelem in Problematis lege.

AD ELEGIAM VNDECIMAM, *ad Gallionem.*

OVidius in hoc epistolio se Gallioni excusat de omissa consolatione in acerbo eius tempore. Orditur autem à sua quadam negligentia in præstando officio, & suo in eum affectu de præsenti casu. Confitetur enim se

grauiter peccasse, quòd nullum adhuc carmen ad eum in hoc opere scripserit, verum amicum, & cui ipsius casus valde doluerit. Ac cupere se quidem hunc vnum esse eius dolorem, sed deos hoc noluisse: ademisse enim eos suam ipsi coniugem, idque se nuper ex Epistola eius resciuisse. Excusatio deinde additur, in qua recitat aliquot argumenta, propter quæ vult videri à se rectè ad ipsum non scribi consolationem. Primùm ab absurdo argumentatur, quòd non decuerit imperitum se, consolari peritum. Deinde à temporis qualitate, dudum hoc accidisse, ac fortasse nunc cessauisse dolorem vel tempore, si non ex Philosophicis præceptis cessauerit. Et alludit ad hoc, quod Terentius dixit: Dies adimit homini ægritudinem. & Poeta quidam Græcus [illegible]. Interponit etiam [illegible] à distantia loci, ductum ad probandum velut hoc secundum argumentum: In portandis literis multum temporis consumi. Amplificat etiam hoc argumentum egregia sententia de opportunitate cõsolandi per antithesin. Talis hæc est Græcorum, sed generalior: [illegible]. Et Horatius: Nil moror officium, quod me grauat. Vltimò ratiocinatur etiam à conditione, vel statu, Fortasse nunc eum aliam duxisse vxorem. Et est cognatum cum secundo, quòd ad importunitatem attinet. Nihil enim est intempestiuius, quàm admiscere tristiciam gaudio, & in media lætitia renouare luctum amici.

AD ELEGIAM DVODECIMAM, *ad Tuticanum.*

Adeò festiuo & suaui ingenio fuit Ouid. vt in mediis miseriis non potuerit abstinere à iocis. Idque cùm alibi, tum vel hic maximè declarauit. vbi vrbanissimè ludens excusat se Tuticano, cur eum non celebret in suis libris. Dicit enim id accidere propter ipsius nomen, cuius syllabæ non possint recipi in hoc genus carminis, nisi lacerentur, & duæ priores in fine Hexametri, posteriores duæ initio Pentametri sequentis ponantur: sed hoc non decere fieri. Quod facilè intelligi potest, si sciatur primam syllabam huius nominis esse longã, secundã breuem, tertiam longam: vltima iam breuis est, iam longa, pro casus cõditione. Sed nec iuuat hæc aliquid, nec impedit. Interim tamen, dum hoc ostendit Poeta, & significat se hoc fugere, abutitur penultima syllaba non sine magna gratia. Secunda pars Epistolæ est pollicitatio, quòd velit eum tanto copiosius posthac suis carminibus celebrare, nec passurum se vlla talire impediri. Ac deinde prædicat ipsius erga se beneuolentiam, studium, & nonnulla alia officia amicitiæ tum ipsius erga se, tum sua erga ipsum. Posuit etiam in eo loco duo *[illegible]* ad ostendendum, quòd non possit obliuisci Tuticanus huius necessitudinis. Est etiam addita petitio cum obiectione. Petit autem, vt ab eo defendatur, & adiuuetur. atque obiicit: Sed quæris quid tibi mandem. Ad hoc respondet per dubitationem prorsus miserabilem, & quid debeat petere, & quid sibi sit vtile nescire se, propterea quòd miseri destituantur prudentia, consilio, ac sensu vnà cum eo, cuius amissione fiant miseri. Estque hæc causa generalis sententia propemodum huic Menandri dicto similis: [illegible]. In vltimis duobus versibus roget Tuticanum, vt ipse excogitet, qua in re iuuari debeat. Qui affectus sunt paulo grandiores, ac ferè tragici.

AD ELEGIAM DECIMAMtertiam ad *Carum.*

Carus fuit illis temporibus Germanici pædagogus, sicut in fine Elegiæ significatur à Poeta: id quod etiam hic Ouidius indicat. Huic excusat suos versus Ouidius, vt, si non sint boni, hoc tribuat ipsius quotidianæ conuersationi cum Getis, quibus adeò studeat placere, vt nuper poema composuerit Getica lingua, cuius argumẽtum etiam exponit per obiectionem, & in fine addit petitionem, cum voto poetico, vbi rogat suæ salutis auxilium à Caro, & mutationẽ loci. Atque hi sunt præcipui loci huius Elegiæ. Cæterùm in salutatione quoque multos versus cõsumit. Subiicit enim imperfectæ salutationi, in qua omiserat suum nomen, duas occupationes, priorem de hac ipsa re: & respondet, Ex orationis filo, & versuum compositione, id eum intelligere posse. Vtitur autem ibi coloris vocabulo aliter quàm Quintilianus in quarto libro, vbi significat hæc vox probabilẽ rationem, quę de formibus additur, aut ad tegendas falsas expositiones vsurpatur. Altera occupatio est ex hac nata, & continet extenuationem, non esse excellentem hanc structuram suorum carminum, & tamen agnosci posse ex sua quadam forma, quæ non sit omnino vulgaris: nam ibi sic vox, Publica, debet exponi. Sequitur amplificatio à Cati exemplo tracta, ipsius se quoque carmina agnoscere posse, etiam si non haberent eius nomen. Et laudat obiter eius facultatem in componendis versibus. Argumẽtatur etiam ab exemplo Thersitis & Nerei, de quibus est in secundo Iliad. apud Homerum, suntque illi versiculi sententiosi. De Germanico vide Suetonium in Caligula.

AD ELEGIAM DECIMAMquartam, ad *Tuticanum.*

In duodecima Elegia huius libri expositum est, quid sit quod hic dicitur: *Non aptum numeris nomen habere meis.* Argumentum autem Elegiæ hoc est: Queritur Ouidius Tuticano de incommodis Tomitanæ regionis, idque cum quadam propositione facit. Vtitur etiam vehemente & concitata exaggeratione, cùm dicit hac etiam parte sibi periculum esse, & offendi his querelis (sæpe enim antea quoque de ea regione questus erat) Tomitas, vrbis in qua exulabat, incolas, atque ita nusquam se non infœlicem esse. Est enim, vt in Tristibus dicitur, aliquid, fatale malum per verba leuare, &, vt Euripides inquit, [illegible]. Ornatus est hic locus expolitione, cum aliquoties dicit alijs & alijs figuris, stultè fieri à se, quod redeat identidem ad compositionem versuum, cùm tamen semper ab eis lædatur. Sequitur postea defensio per apostrophen ad Tomitas, non ipsos dicens reprehendere se, aut notare, sed terram tantum eorum, tum propter se, quia sit aspera & infœcunda, tum propter vicinas gentes, à quibus semper bellis vexetur. Et argumentatur, ab exemplo Hesiodi, & Vlyssis, quorum vterque suam etiam patriam ingenuè vituperauerit, nec tamen incurrerit odium snotum ciuium. Sic autem ait Hesiodus de sua patria in poemate [illegible]. Vlysses de sua patria in nono Odysseæ ita

inquit: *βραχὺ ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος, οὔ τοι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.* Additum est etiam tertium exemplum à maiore, Sepsium nescio quem, obscurum poetam, notauisse mores quoque populi Romani, & tamen hoc ei non ob fuisse. Postea, quia videbatur inhumanitatis arguisse suos hospites, corrigit ea quæ dixerat, & transfert causam offensionis à moribus Tomitarum in delatorem. Indicat deinde duabus alijs coniecturis, se non Tomitarum odio scripsisse, quæ de ipsarum regione scripserit. Priorem à suo candore cepit, apertum se esse, nec quenquam læsisse adhuc clanculum. Alteram ab illius populi in se fide, ac beneficijs, per vulgarem quandam concessionem: etsi insidiosissimus & acerbissimus esset, non tamen debuisse mordere suos hospites, à quibus sit humanissimè tractatus. Graios autem in eo loco rectius legitur, vt etiam interpres monuit. Nam & Tomos, & pleræque aliæ ciuitates Ponti Græcorum fuerunt coloniæ, vt significatur etiam in 9. Eleg. 3. libri de Tristibus: aut certè, si omnino (gratos) est legendum, debet ea vox passiuè exponi, pro ijs qui probantur, aut sunt accepti, non pro agnoscentibus beneficium. Sed durum est hoc, & à phrasi Ouidiana alienum. Auget hoc argumentum comparatione, quod dicit, non se potuisse à sua gente lenius haberi, quàm sit ab illis habitus. In fine declarat etiam paulo apertius animi sui gratitudinem, cùm ait amare se illam vrbem, & optat ei pacem, & commodiorem situm.

AD ELEGIAM DECIMAM-
quintam, ad Sextum Pompeium.

ET magnitudinem, & multitudinem beneficiorum Sexti Pompeij prædicat hic Ouidius, atque sic ei gratias agit. Vsus autem est collatione poetica, cùm dicit, *Africa quot segetes*, &c. ad exprimendam beneficiorum multitudinem. Postea verò, cùm dicit: *Quantum Trinacria est*, &c. magnitudinem beneficiorum effert etiam per comparationem. & quod ibi scribit, Siciliam & Macedoniam esse Pompeij, intelligendum existimo de proprietate, quam videbatur in bello ciuili consecutus esse, quisquis fuit hic Pompeius. Certè Sextum Pompeium Cnei filium constat mouisse bellum aduersus Augustum ex Sicilia. Sed si, vt credibile est, tum fuit mortuus Augustus, non potuit viuere hic Cnei Pompeij filius, iam pridem in Asia occisus. Quanquam hæ Epistolæ non sunt collocatæ secundum ordinem temporum. Deinde additur optatio, additur etiam petitio. Rogat eum, vt impetret ipsi à Cæsaribus mitiorem locum exilij. Et addit causam: Ipsum enim occasionem ad hunc suum errorem fuisse nō minus, quàm auxilium, ne propterea prorsus periret. Nam sic puto exponi debere illum locum qui interpretes variè torsit, vt argumentum significet materiam, seu occasionem. Quæ sequuntur, *Sed flumine sæpe secundo*, &c. sunt allegoria, & est sententia: Qui facit officium suum spontè, magis hoc facit, quando incitatur, & hoc in prouerbio dicitur: *ἐπισπεύδοντα ὀτρύνειν.* Sequitur hos versus excusatio per occupationem, quòd eadem petat semper: & reiicit hoc in cupiditatem, à qua vincatur etiam aliud scripturus. Repetit in fine gratiarum actionem, cum magna amplificatione magnitudinis beneficij. Vltimus versus habet admodum duram constructionem, si legatur minus: paulo mollior est, si magis ibi scribatur, vt plerique faciendum censuerunt. sed ita etiam duriorem, quàm pro Ouidiana facilitate. Libra enim, & æs, pro eo qui est emptus libra & ære accipi debebunt, nisi *τὸ ἐνεργῶς* addatur empto. Ego existimo scribendum esse nimis, & facilis est mutatio huius vocis in vocem minus. Ita videtur in fine primi Fastorum scriptum esse: Fratribus illa dies. pro fratribus illa Deis. vt sit repetitio: & habeo eius suspicionis similem causam. Erit autem sententia huius versus: norit me valdè tuum mancipium esse. Per æs autem, ac libram, res alienabantur ex vetere quadam consuetudine & ritu, quæ venditio, vocabatur mancipatio. Vide secundum librum Institutionum, vbi docetur de testamentis.

AD ELEGIAM DECIMAM-
sextam, ad inuidum.

OVidius etiam insignis Poeta suos osores habuit, & non tutus potuit esse ab inuidia. Nec tam hoc mirum est, quàm indignum, cùm parens non modò poetarum, sed omnium ferè artium, Homerus, eidem pesti fuerit obnoxius. Nota enim est Zoili improbitas. & hoc est commune fatum præstantium virorum, vt præsentes plerisque sint odio, mortui tandem incipiant chari esse, & magni fieri. Id quod nimis verè Horatius testatur, cùm ait: Virtutem incolumen odimus, sublatam ex oculis quærimus inuidi. Propterea Poeta clausurus hoc opus, monet hîc inuidum, & dehortatur eum à maledicentia. Facitque hoc & in principio, & in fine scripti. Nam longissimam partem in recitatione poetarum sui temporis consumit, ob eam causam, vt nobilitaret nonnihil suo carmine illos Poetas, & eos sibi demereretur. Et est hic catalogus, quod ad Epistolam attinet, amplificatio circumstantiæ, temporis. Sed hic est ordo, & velut numerus partium in hoc scripto: Ne laceres me inuide, sum enim mortuus. Hoc autem de ciuili morte, vt Iurisconsulti loquuntur, est intelligendum, quod suprà etiam ostendimus. Fuit enim exul, nondum verè mortuus. Quanquam figuratè hæc, & aliquantulum iocosè dicuntur. Significat autem, calamitosis non addendam esse calamitatem: & ex vicino sumpsit argumentum, vt eo firmius & festinius esset. Additum est etiam generale dictum, seu maior, vt Dialectici loquuntur (est enim integer syllogismus) Docti post mortem carent Inuidia. Sequitur deinde circumstantia temporis, in qua retenta est præcedens figura de morte: Cùm adhuc viuerem, habebam etiam nomen, quo tempore vixerunt Poetæ, quos deinde multos enumerat, Horum partim ipse tum in hoc opere, tum in aliis operibus, partim Quintilianus, nonnullorum etiam meminit Seneca. Existimo autem omnium nomina clarè expressa esse, nullos periphrasi designatos. Atque ideo, vbi periphrasis vsus est, ibi, quod dicitur, est referendum ad sequentia, vbi clarum nomen ponitur. Sunt autem plerique ex ijs nunc vix noti, aut prorsus ignoti.

H

vtru
ætat
libro
poss
bus
fuit.
præ
Hu
vid
add
tati
dia.
etia
aure
rum
mo
tis c
IX.

H

quo.
fuit.
Pon

ibi
gnific
mam
liis lo

Ha
libri
mune

HERCVLES CIOFANVS SVLMONENSIS ILLVSTRI ET OPTIMÆ SPEI PVERO,

FRANCISCO BASTONO ALEXANDRINO S.

CVm eruditissimus, atque in Romana curia, rerúmque vsu non mediocri cum laude versatus, patruus tuus, GVLIELMVS BASTONVS, optimi viri & eximij in vrbe patroni, NICOLAI ANGELII BARGÆI opera me in intimos familiares admisisset suos, nihil prius faciendum mihi duxi, quàm vt tibi, quo ei nemo propinquior, & carior est, aliquid inscriberem: quo, si nihil aliud, summam obseruantiam erga vtrumque meam testarer. Itaque poetam, quo nullus alius mihi quidem iucundior est, ætati verò tuæ magis necessarius, atque vtilis, OVIDIVM in manus sumpsi. Cuius eos libros, qui vel virginibus ipsis, quæ Deo dicatæ sunt, quodammodo exponi ac declarari possent, delegi. in quibus, vt scis, tantum studij & otij posui, quantum mihi, in alijs rebus vehementer occupato, ad eos cum veteribus exemplaribus conferendos vix satis fuit. Quo temporis spatio id præstare conatus sum, vt OVIDIVS ipse, collatis ex eius præsertim operibus, innumerabilibus, propè locis, sui ipsius interpres pæne videatur. Hunc enim modum recentioribus, qui iudicio & doctrina excellunt, probari cùm videam, fabulis & historiis non prorsus vulgatis, breui cum expositione in locis aliquot, additis, quantum in me fuit, seruare studui. Idq; si minus feliciter successit, téporis breuitati, vel potius mihi ipsi, qui aliquot ante menses in ius ciuile incumbere, atque hæc studia intermittere, ne dicam penitus omittere constitueram, vt ignoscas, à te etiam atque etiam, peto. Illud saltem me consecutum spero, vt omnes sassuti sint, hosce libros, planè aureos, locis aliquot emendatiores, illustrioréſque, quàm ante hunc diem, in studiosorum manus peruenire. Vale, & Latinam linguam hilari animo, vt cœpisti, perdisce, ac mores Christiano & illustri puero dignos amplexare, vt familiæ tuæ, quæ per se ipsa satis clara est, & moribus & ingenio tuo maximum splendoris cumulum adiicias. ROMÆ IX. KAL. IANVARIAS ∞. D. LXXX.

HERCVLIS CIOFANI SVLMONENSIS IN P. OVIDII NASONIS TRISTIVM LIBRVM I. OBSERVATIONES.

Numerus paginam denotat.

INSCRIPSIT hosce Tristium libros Ouidius à materia, quam continent: neque hi ab illis, quos de Ponto à loco appellauit, quidquam differunt, nisi quòd in his amicorum nomina, vt in illis, non posuit. Idque testatur Ouidius ipse elegia & lib. I. De Ponto, vbi ita est, ad Brutum:

Inuenies, quamuis non sit miserabilis index:
Non minus hoc illo triste, quod antè dedi.
Rebus idem, titulo differt, & epistola, cui sit
Non occultato nomine missa docet.

ibid. Parue liber) Primum huius operis librum significat. Singulos enim quosque libros à poeta Romam missos fuisse perspicuè cognoscitur cùm ex alijs locis tum ex libro V. vbi principio ipso ita est:

Hunc quoque de Getico nostri studiose libellum
Littore præmissis quattuor adde meis.

Hanc autem Elegiam post reliquas huius primi libri scriptam fuisse crediderim, quæ & tabellarij munere fungitur, &, quid in ipso libro contineatur, edocet.

I. *Nec inuideo*) Id est, non obsisto. sic verbum *inuidia*, apud Virgilium lib. IV. Aeneid.

Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est.

ibid. *Domino*) meo ??. Sic lib. III. Elegia I.

Erubui domino cultior esse meo.

ibid *vade*) sic & Martialis itẽ ad lib. Ep IV. lib. III.

Romam uade liber.

Qualem decet exulis esse) Nam exsules & rei multam barbam, & hirtum capillum ferebant.

Huius temporis] Huius calamitatis, ærumnæ, cladis, & vt ipse infrà dicit, ruinæ. Nostro idiomate, *Di questo trauaglio.* quo modo verbum tempora in multitudinis numero non semel vsurpauit Cicero, & hic noster lib. III. Eleg. 5.

Carmine temporibus conueniente suis.

ibid *Nec te purpureo uelent uaccinia fuco.* Mart. lib. III. ep. II.

Cedro nunc licet ambules perunctus,

Et frontes gemino decens honore,
Pictis luxurieris umbilicis,
Et te purpura delicata velet,
Et cocco rubeat superbus index.

ibid. *Nec titulus*) Titulus quare sit dictus, doctorum hominum varia est opinio, quorum nulla mihi probatur. Quare ego, quid super hac re in mentem venit, in medium adferre non grauabor. Titulum cum tutulo vnum & idem esse censeo: i in u mutato. vt optimè, optumè, maximè, maxumè, lacrima, lacruma. Tutulus autem, vt Festus ait, vocabatur Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiebat vitta purpurea, innexa crinibus, & extructum in altitudinem. Vt enim tutulus mulierum capiti, sic titulus librorum fronti imponebatur.

ibid. *Cedro*) oleo cedrino. Chartas contra cariem illinebant veteres. Quem morem ostendit Ausonius Gallus, cuius hæc sunt ad libellum suum:

Si timeas tineas cariemque pati te charta necesse est,
Incipe versiculis ante perire meis.
Malo, inquis, tineas. sapis ærumnose libelle,
Perfungi mavis qui leviore malo.
Ast ego damnosæ nolo otia perdere Musæ,
Iacturam somni quæ parit, atque olei.
Vtilius dormire fuit, quàm perdere somnum,
Atque oleum verum: causa sed ista mihi est.
Irascor Proculo cuius facundia tanta est,
Quantus honor: scripsit plurima quæ cohibet.
Hunc studeo ulcisci, & promptum est hæc ultio vati,
Qui sua non edit carmina, nostra legat.
Huius in arbitrio est, seu te iuuenescere cedro,
Seu iubeat duris vermibus esse cibum.
Huic ego, quod nobis superest ignobilis oti:
Deputo, siue legat, quæ dabo, siue tegat.

Hoc autem loco ad librorum ornatum eo oleo vsos esse indicat poeta noster. & Martialis lib. I.

Cedro nunc licet ambules perunctus.

Rursus hic noster libro. III. Eleg. I.

Quòd neque sum cedro flauus, nec pumice leuis.

ibid. *Candida nec nigra cornua fronte geras*) Optimè hunc locum declarat politiss. vir Paulus Manutius in Comment. in Epist. VII. lib. III. familiar. Cuius hæc verba sunt: Extremæ partes, quòd extra volumen eminentes, cornuum similitudinem præ se ferrent, cornua vocabantur, quibus ornamentum aliquod addi solitum, ostendit Ouidius, cùm librum suum Elegia I. Trist. sic alloquitur:

Candida nec nigra cornua fronte geras.

Nec geras candida cornua, quæ fortunæ sunt indicia lætioris, cùm sit atrata frons, qualem in calamitate nostra decet esse. Est enim frons libri, exterior voluminis pars. Itaque dixit idem proximo superiore versu:

Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes.

Hæc ille. Huc etiam pertinet locus Ausonij:

Quos legis à prima deductos menide libri,
Doctores patriæ scito fuisse meæ.

Super quo hæc notat doctiss. Turnebus l. XXII. cap. X. aduersar. Veteres, inquit, vt in calce librorum coronidem appingebant, ita, vt suspicor, in fronte lunulam ad ornatum designabant. Menis autē lunula est: quæ cùm corniculata sit, Ideirco & cornua Latini ea ornamenta librorum vocauere.

2. *Neue litterarum pudeat, qui viderit illas, De lacrymis factas sentiat esse meis*) libro III & eleg. I.

Littera suffusas quòd habet maculosa lituras,
Læsit opus lacrymis ipse poeta suum.

Et eleg. IX huius libri.

Hic status, hæc rerum nunc est fortuna mearum,
Debeat ut lacrymis nullus inesse modus.

Et lib. & eleg. V. *Qui mihi flere dixit.* ibidem:

Flere quoque me scripsit, nec qua signabar, ad os est
Ante, sed ad madidas gemma relata genas.

Contingam certè quo licet illa pede] Quonam pede? libri videlicet. nam suo non poterat poeta. & vide quo pacto illa membra, quæ homines habent, omnia libro attribuat.

Viuere me dices, saluum tamen esse negabis) libro III. elegia VII.

Viuere me dices sed sic, ut viuere nolim,
Nec mala tam longa nostra leuata mora.

ibid. *Id quoque quòd viuam munus habere Dei*] lib. V. & eleg.

Denique quod viuo, munus habere Dei.

Et elegia II. h. libri:

Quamque dedit vitam mitissima Cæsaris ira,
Hanc sinite infelix in loca iussa feram.

Et lib. & elegia IV.

Ipsaque delictis victa est clementia nostris,
Nec tamen errori vita negata meo est.

Et lib. V. elegia IX.

Cæsaris est primum munus, quòd ducimus auras,
Gratia post magnos est tibi habenda Deos.
Ille dedit vitam, tu, quam dedit ille, tueris.

Lib. IV. De Ponto eleg. V.

Viuit adhuc, vitamque tibi debere fatetur,
Quod prius à miti Cæsare munus habet.

Et eleg. XV.

Cæsaribus vitam, Sexto debere salutem.

ibid. *Atque ita tu tacitus quærenti plura: legendum Ne quod non opus est, forte loquare, caue*] Sic distingue: id est, Cùm dixeris me viuere, sed saluum tamen non esse, tace. si te vlterius interrogabit, caue ne verbum vllum facias de eo opere, quod legendum non est: néue illud nomines. Intelligit autem libros De arte amandi.

ibid. *Admonitus*] Nostra lingua, *messo per la strada, imboccato, auertito.*

ibid. *Mea crimina*] libri veteres, *carmina.* placet.

ibid. *Populi publicus*] Est fere alliteratio. Nam publicus à populo dicitur.

ibid. *Peragat reum*] Liuius lib. IV. Vos autem, si reum perago, quid acturi estis? Est autem peragere reum, vsque ad condemnationem prosequi.

ibid. *Quæque volet, rata sint*] Quæcumque optabit, ex animi sui sententia contingant. Alibi, *Quæ, precor, ut fiant.* & IV, Fastor. *Quæ, precor, eueniant.*

ibid. *Ablataque principis ira*) In vno Vatic. multo melior, immo vera genuináque est lectio: *placataque.* Probat opinionem meam eruditiss. & ingeniosiss. P. Horatius Torsellinus R. Non enim satis Latinè dici puto auferre iram. contrà placare.

ibid. *Sedibus in patriis det mihi posse mori*) lib. III. & eleg.

Quantum erat, ô magni, perituro parcere, Diui,
Vt saltem patria contumularer humo.

Et eleg. XIII. De Patria loquēs in die natalis sui:

Quoque loco primum malè sum tibi cognitus infans,
Illo tentasses vltimus esse mihi.

ibid. *Iudicis officium est*] Digressio, qua sua carmina, quæ nulla animi tranquillitate, nullóque satis commodo loco scripta esse ait, excusat. Eadem vtitur excusatione lib. III. eleg. vlt.

Æquus erit scriptis, quorum cognouerit esse
Exilium tempus, barbariemque locum.

2. *Bera hyems*] Aſpera tempeſtas. Deceptus eſt Merula, qui aliter accepit. Hunc enim librum in itinere ſcriptum eſſe conſtat.

ibid. Securus famæ] Contemptor laudis, nominiſque celebritatis, famam neglige: ne tuere famam.

ibid. Donec eram ſoſpes, tituli tangebar amore, Quærendique mihi nominis ardor erat) lib. v. eleg. x11.

Et fæcunda facit pectora laudis amor.
Nominis & famæ quondam fulgore trahebar,
Dum tulit antennas aura ſecunda meas.

ibid. Carmina nunc ſimulo] Vetuſta omnia exemplaria, *Carmina nunc ſi non*, habent. rectè. Sentit mecum nobiliſſimus adoleſcens, Scipio Belperatus: ſentit & Fulgentius Thomaſſitius. Carmen autem ſequens in vno Vatic. ita legitur:

ibid. Sic ſatis ingenio quòd fuga parta meo eſt. *fuga*) exſilium. eleg. ſequenti, & lib 3. & elegia.

3. *I tamen, & pro me, tu, cui licet, aſpice Romam*) lib. & eleg. v.

Qui mihi flens dixit, tu, cui licet, aſpice Romam,
Heu quanto melior ſors tua ſorte mea eſt.

ibid. Dy facerent, poſſes non meus eſſe liber] Ita eſt in lib. ſcriptis. hoc eſt, Vtinam nõ eſſes liber meus, qui triſtia & mœſta continea: vtinam is liber non eſſes, quem ego triſtis atque exſul ſcribo.

ibid. Te licet eſſe meum) Ineptè in quibuſdam excuſis ita legitur. tu verò emenda, non modò ex veteribus, ſed & ex opt. impreſſis libris, *te liquet*. id eſt, manifeſtum eſt te eſſe librum meum.

ibid. Alta palatia) lib. Iv. eleg. II.

Altaque uelantur fortaſſe palatia ſertis.

ibid. Venit in hoc illa fulmen ab arce caput) Cauſam adfert, quare non iubet librum in Palatium aſcendere. lib. III. eleg. Iv.

Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.

ibid. Caput] ſic elegia II.

Sin minus alta cadem obruat unda caput.

Et lib. & elegia III.

Sed ſine funeribus caput hoc, ſine honore ſepulchri,
Indeploratum barbara terra teget?

Eſſe quidem memini mitiſſima ſedibus illis Numina] Laudat Auguſtum tanquam mitem ac placabilem. ſic lib. II.

Spes mihi magna ſubit, cùm te mitiſſime Princeps,
Spes mihi, reſpicio cùm mea facta, cadit.

Lib. v. eleg. II. ad vxorem:

Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa eſt,
Sæpe ſuo victor lenis in hoſte fuit.
Quid dubitas? & tuta times? accede, rogaque:
Cæſare nil ingens mitius orbis habet.

Rurſus ſub principium lib. II. ad Auguſtum ipſum:

His precor exemplis tua nunc mitiſſime Cæſar,
Fiat ab ingenio mollior ira meo.

ibid. Terretur minimo &c.) Ex his, quæ ſubiicit, exemplis, colligit, cur Auguſtum omnium hominum mitiſſimum ſibi timendum ducat.

ibid. Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis.]

Lib. & eleg. II. De Ponto.

Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos feſſa uenire ſinus;

Optarit ſtultæ] Ita legendum, non autem *optarat*, aut *optaret*. *Iouis*) Auguſti. eleg. Iv. vbi ſe cum Vlixe confert.

Cùmque minor Ioue ſit, tumidis qui regnat in undis,
Illum Neptuni, me Iouis ira premit.

Ex lib. Iv. eleg. III. ad vxorem.

Nec tibi, quòd ſaucius ego ſum Iouis ignibus ictus,
Purpureus molli fiat in ore rubor.

Quare quæ Iouis propria ſunt, Auguſto tribuit, vt & capitis concuſſionem, qua vniuerſum terrarum orbem indignatus commoueat. lib. II. De ponto & el.

Cumque ſerenus erit, uultuſque remiſerit illos,
Qui ſecum terras, imperiumque mouent.

Quo loco cùm Homerum lib. I. Iliad. imitatus eſt, tum ſe ipſum lib. I. Metamorphoſ.

Terrificam capitis concuſſit terque quaterque
Cæſariem, cum qua terram, mare, ſidera, mouit.

ibid. Et mea cymba ſemel &c) Eadem metaphora vtitur eleg. Iv. IIx. lib. II. lib. III. eleg. Iv lib. v. eleg. II. vI. & IIx. lib. II. De Ponto, & eleg. III. & vII. lib. Iv. elegia III. & IIx.

Vt ſatis à media ſit tibi plebe legi) lib. III. eleg. I.

Sumite plebeiæ carmina noſtra manus.

4. *Remis utitur an aura*) l. II. De Ponto eleg. vI. eadem, quæ à naui eſt, vtitur metaphora: *remo tamen utitur & aura.*

ibid. Conſilium reſque locúſque dabunt. lib. I. Amor. eleg. 4. *Conſilium nobis reſque, locuſque dabunt.*

Si mres fregerit ira ſuas) lib. II. de ſua familia.

Atque ea ſic lapſa eſt, ne ſurgere, ſi modò læſi
Ematuruerit Cæſaris ira, queat.

Et lib. III. elegia IIx.

Forſitan hic olim, cùm iam ſatiauerit iram,
Tum quoque ſollicita mente rogandus erit.

Pauca loquatur) Terentius in Andria: *Paucis te uolo.* *Videto*) Animaduertito. Noſtra lingua, *Fa che conſideri.* *Quæque quieſcebat, ne mota reſæuiat ira. Et pœnæ &c.* lib. & eleg. Iv. *Neue retractando nondum coeuntia rumpe Vulnera, mox illis proderit ipſa quies.*

Vnde prouerbium. Obducta cicatrix non eſt refricanda. In Ibin etiam tale quippiam: *Vulneráque immitis requiem quærentia uexat.*

Scrinia curua) lib. Aldinus & Vatic. *parua.*

ibid. Fratres] libros: Hunc autem locum expoſui in meis in Metamorphoſin obſeruationibus ſub finem lib. vI.

ibid. Cætera turba palam titulos oſtendit apertos, Et ſua detecta nomina fronte geret: Tres procul obſcura &c] lib. III. eleg. I.

Quærebam fratres, exceptis ſcilicet illis,
Quos ſuus optaret non genuiſſe pater.

Et xIv. ad amicum, vt libros tueatur ſuos:

Sæpe per extremas profugus pater exſulat oras,
Vrbe tamen natis exſulis eſſe licet.
Palladis exemplo de me ſine matre creata
Carmina ſunt, ſtirps hæc, progenieſque mea.
Hanc tibi commendo, quæ quo magis orba parẽte eſt,
Hoc tibi tutori ſarcina maior erit.
Tres mihi ſunt nati contagia noſtra ſecuti,
Cætera fac curæ ſit tibi turba palam.
Sunt quoque mutatæ ter quinque uolumina formæ
Carmina de domini funere rapta ſui.
Illud opus potuit, ſi non prius ipſe periſſem,
Certius a ſumma nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi peruenit in ora,
In populi quicquam ſi tamen ore meum eſt.

ibid. Telegonaſque noces] Similes Telegoni, ac per hoc patricidas. Telegonus autem Vlixis ex Circe filius fuit, qui cùm adoleuiſſet, & patrem viſendi ac cognoſcẽdi miro ſtudio eſſet accenſus, Ithacam quò ille iam reuerterat, petens, à matre iaculum, in quo Paſtinacæ marinæ ſpina fixa erat, ne inermis proficiſceretur, accepit. Cùm verò Ithacam perueniſſet, ibique ſui patris pecudum prædam face-

ret, Vlixem, qui eò accurrit, vt damnum repararet, illo iaculo inscius interfecit. Hoc ita narrat Scholiastes Homeri in λ. Odyssea. Aliter Eustathius ibidem, qui Oppianum auctorem laudat, cuius carmina Latinitate donata, hic ponere non me tædet. eáque, vt res magis intelligatur, ex alto repetam.

Nascitur extrema cauda penetrabile telum
Trygoni, sunt telo uires, teterrimque uenenum:
Non unum quidquam, non quidquam mortæ peréptū
Trygonis Gladijque norant, ut spicula figant
Antea, purpureo laniéntque cadauera telo.
Cùm Gladij gelidos dissoluit spiritus artus,
Corruptus subitò languet fortissimus ensis,
Cum domino pereunt uires; telumque relinquunt
Nil tam pestiferum, sæuo uel uulnere maius,
Trygonis quæcunque uiri Mauortia tela
Sunt fabrefacta manu, uel dura incude polita.
Spicula, quæ a Persis nigro sunt tincta ueneno:
Nec tales faciunt plagas, nec uulnera tanta,
Trygonis unæ quantum est horrenda sagitta.
Est nobis audire timor, uel dicere uersu.
Indomitas seruat uires Trygone perempta,
Inuictumque tenet robur, non corpora solum
Mortalis capit ista lues, sed saxa peredit.
Et uirides lædit ramos, si comminus illos
Attigerit, pereunt plantæ ramique uirentes,
Gramina uere nouo contacta labe necantur,
Arboreique cadunt Autumni tempore fœtus,
Si radix sæuo fuerit mucrone notata:
At primo uirides labuntur stipite frondes.
Siccatur truncus, flùit & uelut ægra labascit
Arbor, corrupti languent cum robore rami.
In iaculo mater donauit Dædala Circe
Telegono nato telum, ne prosterneret hostes.
Hic Ithacæ appulsus magni genitoris abegit
Armenta, & clarum belli uirtute parentem
Lethifero incautus misit mucrone sub Orcum:
(Hunc quærens Ithacæ lustrabat pascua læta)
Emensum terra, & mille pericula ponti,
Et passum duros longo sub Marte labores,
Et multa expertum Trigon mactauit Vlixem:
Atque ducem solo prostrauit uulnere tantum.

Quibus ex locis distichon illud ex eruditissimo poëmate, quod Ibis inscribitur, facillime intelligetur:

Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarij quo cecidisse gener.

Vulnua autem ex eiusdem Pastinacę aculeo medicinam nullam, præter Achillis hastam reperire, lib. 1. cap. LIIX. De animalium hist. scribit Aelianus. Huius etiam Telegoni, qui interfecto patre, in Italiam reuersus Tusculum condidit, meminit Ouidius ipse lib. IV. Fast. sub principium, & lib. III. De Ponto. elegia I. vbi ita est de Circe loquēs:

Telegonique parens uertendis nata figuris.

Meminit & Horatius lib. III. Carminum oda XXIX. Propertius lib. II. eleg. XXXI. Higynus cap. CXXVII. & Euripides in Rheso sub finem. Memorat præterea huius nominis Telegoni duos alios Apollodorus.

4. *Parentis*) Mei Ouid. Metaphora ab homine, qui filios gignit. *ibid. Sunt quoque mutatæ ter quinque uolumina formæ, Nuper ab exequiis carmina rapta meis*] Metamorphoseos opus, in quindecim libros digestum significat, quod exsilij præuentu emendare non potuit: immo verò in ignem coniecit. elegia VI. huius libri:

Grata tua est pietas, sed carmina maior imago
Sunt mea, quæ mando qualiacunque leges:
Carmina mutatas hominum dicentia formas,
Infelix domini quod fuga rupit opus.
Hæc ego discedens, sicut bona multa meorum,
Ipse mea posui mœstus in igne manu.

Lib. II. ad Augustum:

Inspice maius opus, quod adhuc sine fine reliqui,
In non credendos corpora uersa modos.

Et mox:

Dictaque sunt nobis, quamuis manus ultima cœpto
Defuit, in facies corpora uersa nouas.

Et lib. III. eleg. XIV. quem quidem locum paulo superius adduxi.

Nuper ab exequiis carmina rapta meis] Sic eleg. VI. huius libri:

sed quasi de domini funere rapta sui.

ibid. Aliquo tempore) olim, quondam. dixit enim, *Flendaque nunc.*

ibid. Sed si quæ subeunt tecum liber omnia ferres, Sarcina laturo magna futurus eras) Magnum profectò onus ei, qui te ferendum capiet, impositurus eras, si, quæ mihi in mentem veniunt omnia, tecum ferres.

ibid. Non habitabitur orbis ultimus] Nondum enim in Scythiam peruenerat.

ibid. Orbis ultimus] pænè vltimus lib III. eleg. IV.

Vlterius nil est, nisi non habitabile frigus:
Heu quàm uicina est ultima terra mihi.

Et elegia III.

Æger in extremis ignoti partibus orbis,
Incertusque meæ pæne salutis eram.

Lib. II. ad Augustum.

Hæc est Ausonio sub iure nouissima, uixque
Hæsit in imperij margine terra tui.

Lib. V. elegia II.

Barbara me tellus, orbisque nouissima magni
Sustinet, & sæuo cinctus ab hoste locus.

Lib. IV. elegia IX.

Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem.

IN ELEGIAM II.

5. *Dij maris & cæli, quid enim nisi uota supersunt?*) Solent homines, vbi spe se destitutos esse vident, ad Deos, atque ad vota confugere, & ad cælum manus tollere. Idque fecisse Ouidium sæua actum tempestate, manifestò hîc apparet. Sic lib. XI. Metamorph. de Ceycis naufragio: *hic uotis numen adorat,*

Brachiaque ad cælum quod non uidet, irrita tollens.

ibid. Dij maris & cæli] mox in hac ipsa elegia:

Prô superi, uiridésque Dei, quibus æquora curæ,
Vtraque iam nostras sistite turba minas.

ibid. Aequa Venus Teucris) lib. IV. Fast.

Pro Troia Romane tua Venus arma ferebat.

ibid. Sæpe ferox cautum petiit Neptunus Vlixem, Eripuit patruo sæpe Minerua suo) elegia IV. De Vlixe & Minerua:

Bellatrix illi Diua ferebat opem:
Cumque minor Ioue sit, tumidis qui regnat in undis,
Illum Neptuni, me Iouis ira premit.

ibid. Irato deo) Augusto. Infrà, *Placato possem non miser esse Deo.* *ibid. Me miserum quanti montes uoluuntur aquarum:*) Hyperbole. elegia III.

Monte nec inferior proræ, puppique recuruæ
Insilit, & pictos uerberat unda Deos.

Et elegia X.

Inque modum tumuli concaua surgit aqua.

ibid. Quantæ diductæ) Vnus Vatic. & Maffei, *deducta*, pete.

5. *Et aer)* Ita legendum è bonis exemplaribus scriptis.

ibid. Nam modò purpureo uires capit Eurus ab ortu. Nunc Zephyrus sero uespere missus adest: Nunc gelidus &c.) Quattuor cardinales, vt Vitruuius loquitur, ventos optimè eruditissiméque describit. & in Ibin,

Pársque eadem cæli Zephyros emittet, & Euros:
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus.

Manilius lib. IV.

Asper ab axe ruit Boreas: fugit Eurus ab ortu:
Auster amat medium solem, Zephyrúsque profundũ.

ibid. Aduersa fronte) è regione Boreæ.

ibid. Rector) nauis. sic loquitur M. Tullius.

ibid. Rector in incerto est, nec quid fugiátue petátue Inuenit, ambiguis ars stupet ipsa malis) Elegia III.

Nauita confessus gelidum pallore timorem.
Iam sequitur uictus, non regit arte ratem.

Et elegia X.

Ipse gubernator tollens ad sidera palmas,
Exposcit uotis immemor artis opem.

Et lib. IX. Metamorphoseos:

Ipse pauet, nec se, qui sit status, ipse fatetur
Scire ratis rector, nec quid iubeátue uelítue.

Vbi hunc ipsum quoque locum, & alia contulimus, quæ potes consulere. Ad horum alterum locum respexisse videtur Lucanus lib. V.

Artis opem uicere metus, nescítque magister
Quam frangat, cui cedat aquæ.

Persimilis locus est & lib. III. Fastorum.

Assiliunt fluctus, imóque à gurgite pontus
Vertitur: & canas alueus haurit aquas.
Vincitur ars uento: nec iam moderator habenis
Vtitur: at uotis is quoque poscit opem.

6. *Nescit in immenso iactari corpora ponto, Nescit agi uentis, nescit adesse necem.)* lib. III. eleg. II. *Dum tamen & uentis dubius iactabar & undis.*

ibid. O bene quòd non sum mecum conscendere passus) Elegia, quæ proximè sequitur, de vxore:

Accedam profugæ sarcina parua rati:
Te iubet a patria discedere Cæsaris ira,
Me pietas, pietas hæc mihi Cæsar erit.
Talia tentabat, sicut temptauerat antè,
Vixque dedit uictas utilitate manus.

ibid. At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo, Dimidia certè parte superstes ero) Quamuis naufragio mihi vita adimatur, incolumi mea vxore, viuere mihi quidem videbor.

ibid. Hei mihi] Vnus Vatic. Ei sine adspiratione. rectè. deducitur enim ab eiulandi verbo. Vide quæ notaui in eleg II. lib. I. De Ponto. *ibid. Quantus ab æthereo personat axe fragor.*]lib. 3. Fast.

Et grauis æthereo uenit ab axe fragor.

ibid. ballistæ) Erat Ballista genus tormenti, qua veteres in iaciendis saxis, dum oppida oppugnarent, vtebantur. Seneca in Hippolyto:

Nec torta clausas fregerat saxo graui
Ballista portas.

ibid. Qui uenit hic fluctus, fluctus supereminet omnes) lib. veteres, *Qui uenit hic.* sequor.

ibid. Posterior nono est, undecimóque prior) Non poterat prudentiùs decimum numerum significare. Ita vt qui eiusmodi proferunt sententias, summo peracriq; ingenio præditi sint, oporteat. De decumano fluctu plura doctissimus Politian. in Miscellaneis, & nos lib. XII. in Metam. obseruationibus.

ibid. Nec letum timeo.) Quidam lib. *Non letum.* paulo suauius.

ibid. Mors mihi munus erit.) Seneca in Agamemnone:

Mors mihi erit securitas.

ibid. Est aliquid fatóque suo, ferróque cadentem In solida moriens ponere corpus humo.) Præclarum est & morte sua obire, & gladio interfici, dummodo in stabili ac firma terra cadauer ponatur.

7. *Vt cuncti miserum seruare uelitis.)* Seruare aliquem, est in tutum locum aliquem perducere: alicui salutem adferre: vel, vt loquitur Sosia apud Terentium in Andria, auxilium ferre. Simo enim dixerat: Quæ sese voluit in ignem iniicere, prohibui, seruaui. Hic noster elegia & lib. II. De Ponto ad Messalinum, quem rogat, vt sibi in mitiori ac quietiori loco ex eius patris, fratrísque sententia, exsulare liceat.

Hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab æuo,
Si quid habet sensus umbra diserta, petit.
Hoc petit & frater, quamuis fortasse ueretur,
Seruandi noceat ne tibi cura mei.

Cicero in procemio orationis pro Archia poeta: Quòd si hæc vox, huius hortatu, præceptísque conformata, nonnullis saluti fuit: à quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios seruare possemus, huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus. sic verbum seruator vsurpauit Ouidius ipse, sub finem lib. IV. Metamorphoseos, de Perseo, qui Andromedam ex ingenti illo monstro marino, cui deuoranda exposita erat, liberauerat.

gaudent, generúmque salutant,
Auxiliumque domus seruatorémque fatentur
Cassiope, Cepheusque pater.

ibid. Et mihi) lib. vnus Vatic. & Aldinus, *Vt mihi.* probo. hisce & similibus repetitionibus frequentissimè vti solet poeta noster.

8. *Alexandri urbem.)* Alexandriam, quæ vrbs est in Aegypto. De qua sic Iustinus lib. XI. de Alexandro loquens: Reuersus ab Hammone Alexandriam condidit, & coloniam Macedonum caput esse Aegypti iubet.

ibid. Nile) Prosopopœia.

9. *Ausonios fines cur mea uela uidenet?)* Infrà.

Iam procul Illyricis læua de parte relictis,
Interdicta mihi cernitur Italia.

Fugat) in exsilium eiicit.

ibid. A culpa facinus scitis abesse mea.) lib. & eleg. V.

Causam in culpa non scelus esse sua.

Et IIX.

Sed quia peccato facinus non adfuit ullum,
Nil, nisi me patrijs iussit abesse focis.

Et lib. III. eleg. VI.

Idque ita si nullum scelus est in pectore nostro,
Principiumque mei criminis error habet.

Et lib. I. De Ponto eleg. III.

Et tamen ut caperem culpam quoque posse negari,
Sic facinus nemo nescit abesse mihi.

9. *Me meus abstulit error)* Elegia, quæ hanc sequitur:

Cælestique uiro, quis me deceperit error
Dicite. Lib. III. eleg. I.
Nec facinus causam, sed suus error habet.

Et elegia II.

Omnia uera puta mea crimina, nil sit in illis
Quod magis errorem quàm scelus esse putes.

Lib. IV. eleg. I.

Scit quoque cùm perij quis me deceperit error,
Et culpam in facto non scelus esse meo.

ibid. Pro quo Cæsaribus pia Cæsaribusque dedi.) Vnus Vatic. & Maffei, *Cæsare thura, pia* &c. alter, *Cæsa-*

re thura dedi, Cæsaribúsque pii. In cuius ora adscriptũ est, aliâs *pia*. Mihi legendum videtur, vt est in duobus excusis, quorum alter annis abhinc L X X. impressus est, *Cæsare tura pius, Cæsaribúsque dedi.*

In elegiam III.

9\. *Tot mihi cara reliqui*) Patriam, vxorem, domum, amicos denique. *ibid. Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis*) In Maffeiano lib. & quibusdam aliis, multo rectius legitur? *nunc quoque*. id est, nunc cùm scribens hæc recordor. Qua in sententia est & ingeniosissimus vir, Paulus Melissus Schediua Francus. *ibid. tam propè lux aderat*) Narratio, qua singillatim recensere omnia incipit, quæ sibi extremo suæ in vrbe profectionis tempore contigerunt.

10\. *Vt tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit, Et tandem sensus conualuere mei*] Idem infrà significat in hac ipsa elegia de sua vxore:

Illa dolore amens tenebris narratur obortis
Semianimis media procubuisse domo.
Vtque resurrexit fœdatis puluere turpi
Crinibus, & gelida membra leuauit humo.

In epistola Laodamiæ, quæ propter viri in bellum Troianum, in quo eum periturum audierat, profecti dolorem exanimata est.

Lux quoque tecum abiit, tenebris exsanguis obortis
Succiduo dicor procubuisse genu.
Vix socer Iphiclus, vix me grandæuus Acastus,
Vix mater gelida mœsta refecit aqua.
Officium fecere pium, sed inutile nobis:
Indignor miseræ non licuisse mori.
Vtque animus rediit, pariter rediere dolores:
Pectora legitimus casta momordit amor.

ibid. Qui modo de multis vnus & alter erant.) Eleg. IV. h. libri:

Vix duo, tréslue mihi de tot superestis amici:
Cætera fortunæ non mea turba fuit.

Inter eos autem qui in amicitiæ officio manserunt, Carum, Celsum, & Maximum ennmerat his versibus. Eleg. V. lib. III.

Idque recens præstas, nec longo cognitus vsu,
Quod veterum misero vix duo, trésue mihi.

Lib. I. De Ponto eleg. X.

Adfuit ille mihi, cùm me pars magna reliquit,
Maxime, fortunæ nec fuit ille comes.

Et lib. II. eleg. III.

Cúmque alij nolint etiam me nosse fateri,
Vix duo proiecto trésue tulistis opem.
Quorum tu princeps.

Alloquor extremum mœstos abiturus amicos, Qui modò de multis vnus & alter erant.] Summa mouetur misericordia, cùm quis ab amicis deseritur. Aristoteles lib. II. Rhetoricorum.

--Flens acriùs] Ita coniunge hæc duo verba.

Iussæ fugæ] Iussi exsilij. eleg. vltima, lib. IV.

Errorem iussæ non scelus esse fugæ.

Si licet exemplis in paruis grandibus uti.] eleg. I. lib. III. De Ponto.

Si locus est aliquis magna inter nomina paruis.

Lib. V. Metamorph. *--quòd si componere magnis Parua mihi fas est.* & lib. III. De arte:

Quid vetat à magnis ad res exempla minores
Sumere?

Hanc (Lunam) ego suspiciens, & ab hac Capitolia cernens, Quæ nostro frustrà iuncta fuere lari; Numina vicinis habitantia sedibus, inquam, Iámque oculis nunquam templa videnda meis: Diíque relinquendi, quos vrbs habet alta Quirini, Este salutati tempus in omne mihi.] Præsagit fore, vt Romam nunquam reuisurus sit. sic in fine sequentis elegiæ:

At mihi perpetuò patria tellure carendum est,
Ni fuerit læsi mollior ira dei.

ibid. Este salutati.] Huiusmodi locutio lib. I. Fastorum:

Este bonis ambo vobis, natéque, mihique.

Et lib. IV. Metamorph.

Estote rogati.

ibid. Vrbs alta.] Roma, quæ in septem collibus siue montibus posita erat. Virgilius lib. I. Aeneid.

Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.

vel, alta propter imperium. Idem Virgil. ecloga I.

Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes.

Martialis:

Terrarum dea, gentiúmque Roma,
Cui par est nihil, est nihil secundum.

Hic noster elegia IV.

Sed quæ de septem totum circumspicit orbem
Montibus imperij Roma, deûmque locus.

Et lib. I. Fast.

At postquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit summos vertice Roma deos.

ibid. Ter limen tetigi, ter sum reuocatus.] Adeò sinistrum omen putabant veteres limen offendere, cùm domum ingrederentur, domóve egrederentur, vt id, quod tum facturi erant, prosperè sibi contingere non posse crederent, lib. I. sine titulo eleg. XII.

Omnia sunt aliquid, modò cùm discedere vellet,
Ad limen digitos restitit icta Nape.

11\. *Scythia est quò mittimur, inquam: Roma relinquenda est: vtraque iusta mora est.*] In talibus fœlicissimus est Ouidius. lib. I. De Ponto eleg. IV.

Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?

Et in Epist. Hipsipyles ad Iasonem:

Prodidit illa patrem: rapui de cæde Thoanta:
Deseruit Colchon, me mea Lemnos habet.

Et Laodamiæ ad Protesilaum:

Ipsa comas pectam, galea caput ille premetur?
Ipsa nouas vestes: dura vir arma premat?

ibid. Quásque ego dilexi fraterno more sodales, O mihi Thesea pectora iuncta fide.) Diuelli ab amicis, atque à propinquis miserabile esse tradit Aristoteles lib. II. De arte dicendi, & III. Ethicorum cap. IV. Hunc autem locum ita, vti ego enarraui, exposuit vir optimus, amicus meus, qui à communis præceptoris M. Antonij Mureti vestigiis ac præstantia non degenerat, P. Franciscus Bencius in commentariis, quos in tres Aristotelis De arte dicendi libros scribere exorsus est, aut potius absoluit.

ibid. Grauis nobis) molesta propter meam in exilium profectionem.

ibid. Et me capit vltima tellus) quam mare alluit. Ineptit prorsus Merula, qui Septentrionalem regionem interpretatur, tũ primùm ex Italia discedebat poeta. eo enim in loco vxor vnà cum Ouidio in nauem conscendere tentauit.

ibid. Cæsaris ira] Iratus Augustus.

ibid. Me pietas, pietas hæc mihi, Cæsar erit. Summam atque incredibilem mouet commiserationem. quo in genere hic noster excellit.

ibid. Tenebris obortis) Exanimatio, vel animi defectio, significatur. Plautus in Curculione: Tenebræ oboriuntur, genua media succidunt. exemplum item epist. ad Protesilaum superius adduxi.

ibid. Tingitur Oceano custos Erymanthidos Vrsæ,

AEquoreásque suo sidere turbat aquas] Per custodem Erymanthidos Vrsæ Arcturum intelligit Ouidius: is occidit chronicè cum tertia decima parte (quam recentiores vocant gradum) Sagittarij, hoc est, circiter IV. Id. Decembris in finiente (Horizontem vulgo dicunt) Romano, cùm hac tempestate Sol in XIII. parte Sagittarij existat circiter VII. Kal. Decembris. & quia signa sedes suas diebus quatuordecim anticiparunt, fit, vt Ouidij tempore Sol in in eadem XIII. Sagittarij parte prope IV. Id. Decembris exstiterit: quo die infœlix poeta in exsilium proficiscens Roma discessit. In hoc explicando loco, magno mihi auxilio fuerunt, P. Christophorus Clauius Bambargensis, è societate Iesu Sacerdos, & Petrus Angelius Bargæus, viri cùm aliarum artium, tum præcipuè astronomiæ intelligentissimi. Plinius tamen lib. XVIII. cap. XXXI. IV. nonas Nouembris Arcturum vesperi occidere scribit. Vtraque supputatio conuenit sententiæ ipsius in elegia XI. huius lib.

Aut hanc me gelido tremerem cùm mense Decembri,
Scribentem mediis Adria vidit aquis.

Credibile tamen est Ouidium, inuitè in exsilium abeuntem diutiùs, quàm ratio ferebat, in itinere esse commoratum. Ex hoc autem loco intelligitur illud lib. II. eleg. VII. De Ponto:

– proiectus in æquor
Arcturum subij Pleiadumque minas.
Me miserum, quanti montes uolvuntur aquarum,

Me miserum, quanti nigrescunt æquora uentis,
Erutáque ex imis feruet arena freta.]

Suprà eleg. II.

Quantæ diducto subsidunt æquore valles,
Iamiam tacturas tartara nigra putes.

12. *Pinea texta sonant*] tabulæ è pino, quibus compacta erat nauis. sic lib. I. Fast.

Pinea non sano ter pede texta ferit

Et lib. XIV. Metamorphoseos:

Fert ecce audax in pinea Turnus
Texta faces. Ita enim è veterib. libris legendum ibi docui, adduxique hunc Catulli locum ex carmine de nuptiis Pelei & Thetidos:

Pinea coniungens inflexæ texta carinæ.

quem nuper valde illustrauit eruditiss. vir Iosephus Scaliger: cuius verba (sunt enim non vulgaria) huc adferre operæpretium me facturum sum opinatus. Texere naues veteres dicebant, à quo locus, in quo naues fabricantur, textrinum dicebatur. auctor Seruius in schedis u[illegible]m vulgatis. Ennius:

Idem campus [illegible] textrinum nauibus longis.

Hoc est, ναυπήγιον. τὸ ὑφαντόν dixit Archimelus poëta in nauem Ieronis:

Ἀστρων γὰρ ψαύει χαροπῶν, καὶ πεισμάτα (?)
Θώρηκας μεγάλων ἔντος ἔχει ὑφέων.

Malè enim apud Athenæum ὑφέων Ouidius:

Texitur & costis panda carina suis. Silius:
Fluminea texit, qua transuehat agmina, classem.
Pulsi stridore rudentes) elegia X.
Nunc quoque contenti strident Aquilone rudentes.

ibid. *Et mecum magno pareat unda Deo.*] Voluit enim Cæsar me in Scythiam proficisci, & in Italiam non redire. Cupio igitur ego Ouidius, & Cæsar, quem vehementer timeo, iubet in Scythiam peruenire. supra eleg. II.

Exsilij facio per mea uota uiam.
Quámque dedit uitam mitissima Cæsaris ira,
Hanc sinite infelix in loca iussa feram.
Noluit hoc Cæsar, quid quem fugit ille teneat?
Adspiciat uultus Pontica terra meos.

IN ELEGIAM IV.

ibid. *O mihi post ullos numquam memorande sodales, O cui præcipuè sors mea uisa sua est.*] Laudat amicum à fide, & à dolore. sic prope lib. IV. De Ponto:

O mihi non dubios inter memorande sodales,

Et IV. huius operis:

O mihi dilectos inter sors prima sodales,
Vnica fortunis ara reperta meis.

O mihi post ullos numquam &c.] Hunc pænè versum vsurpauit Martial. lib. I.

ibid. *O mihi post nullos Iuli memorande sodales.*

ibid. *Cùm foret in misero pectore mortis amor.*] Cùm me ipsum interficere exoptarem, lib. III. eleg. IIX. de patria, ac suorum desiderio, vbi gladio mori expetens de Augusto queritur, quòd suas offensas, vt ipse ait, non vlcisceretur.

Tantus amor necis est, querar ut de Cæsaris ira,
Quòd non offensas vindicet ense suas.

Celsus, quem inter paucissimos illos enumerat, qui ab eius amicitia non discesserant, effecit, vt manus à seipso abstinuerit. lib. I. De Ponto eleg. X.

O quoties uitæ custos inuisus amaræ
Continuit promptas in mea fata manus.

13. *Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis*) M. Tull. l. XV. ad Attic. Quæ mihi sunt inclusa medullis.

ibid. *Opu*) Vide quę dixi lib. & elegia I. De Ponto.

ibid. *Si tamen hæc nauis*] Metaphora, & inductio.

ibid. *Thesea Pirithous &c.*] Tria amicorum paria enumerat eleg. IIX. h. libri. plura nos de his in obseruationibus in Metamorph. quę secundò excudentur. Et Manilius lib. II. Astronom.

Vnus erit Pylades, unus qui mallet Orestes
Ipse mori, lenis urna fuit per sæcula mortis,
Alter quòd raperet fatum, non cederet alter.

ibid. *Hyrtacidæ Nisi*) Hyrtaci filij. Virg. lib. IX. & ipse in Ibin.

ibid. *Dum iuuat, & uultu ridet fortuna sereno, Indelibatas cuncta sequuntur opes*) Infrà eleg. IIX.

Donec eris felix, multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

ibid. *Quo magis, o pauci, rebus succurrite læsis, Et date naufragio littora tuta meo*) lib. V. eleg. II.

Quo ferar, unde petam lapsis solatia rebus?
Anchora iam nostram non tenet ulla ratem.

ib. *Causa mea est melior, quia non cōtraria fui Arma*] Coniurationem & conspirationem contra Augustum intelligit: de qua lib. II. his verbis:

Diuitiis etiam multos, & honoribus auctos
Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.
Causa mea est melior, quia non contraria dicor
Arma, nec hostiles esse secutus opes.

Et lib. III. eleg. V.

Non mihi quærenti persuadere cuncta, petitum
Cæsareumque caput, quod caput orba erat.

Tu Suetonium lege in Augusto.

14. *Ille suā lætus patriā, uictorque petebat, A patria fugio uictus, & exul ego*) Annominatio & Antitheton.

ibid. *Pœna non est grauis*) Non magna molestia sed pusilla est, abesse Ithacæ & Samo. Etenim non vrbes sunt, quę comparari possint cum vrbe Roma, quæ est totius orbis imperium, deorumque sedes ac domicilium: à qua abesse summam capio molestiam, & vitam ipsam instar mortis mihi esse duco. & vide quàm venustè contraria contrariis, in vniuersa hac sui & Vlixis collatione, referat: quæ plurimum artis & eloquentiæ habent.

ibid. *Me Deus oppressit nullo mala nostra leuante*] Hoc est quod superius ait:

Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem.

Significat autem se à quoquam suorum non adiuuari: neminem de se deque sua salute sollicitum esse, vt mitem ac placabilem sibi Augustum reddere enitatur.

In elegiam v.

15. *Clario poetæ*) Antimacho, vt rectè docuit doctiss. Parrhasius in Claudianum. Hunc autem versum memoria lapsus eruditiss. vir Adrianus Turnebus in suis aduersariis, Propertio attribuit. Cæterùm rectè interpretatus est.

ibid. Non meliore uiro) Sum enim ex antiquissima & nobilissima Nasonum familia, ex qua innumerabiles equites exierunt: sum poeta summo ingenio, & eruditione præstanti: quo coniuge ante hanc meam calamitatem, te iactare solebas. eleg. II I. lib. IV.

Tempus ubi est illud quo te iactare solebas,
Coniugis, nec nomen dissimulare meum?
Tempus ubi est, quo te, nisi non uis illa referri,
Et dici memini, iuuit & esse meam?
vtque proba dignum est, omni tibi dote placebam,
Addebat ueris multa fauentis amor.

Lib. II. ad Augustum de sua familia:

Illa nostra die, qua me malus abstulit error,
Parua quidem periit, sed sine labe domus.
Sic quoque parua tamen patrio dicitur ut æuo
Clara, nec ullius nobilitate minor.
Et neque diuitiis nec paupertate notanda est,
vnde sit in neutrum conspiciendus eques.
Sit quoque nostra domus uel censu parua, uel ortu.
Ingenio certè non latet illa meo.
Quo uidear quamuis nimium iuueniliter usus,
Grande tamen toto nomen in orbe fero.
Turbáque doctorum Nasonem nouit, & audet
Non fastiditis annumerare uiris.

ibid. Tua uirtus) Nostro idiomate, *il tuo ualore.* Sic Cicero item ad vxorem: Ex litteris multorum, & sermone omnium, perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem esse. Plautus in Prologo Amphitruonis:

Virtute ambire oportet, non fautoribus.

ibid. Tu si Mæonium uatem sortita fuisses, Esset Penelopes fama secunda tuæ) Si Homerum laudum tuarum præconem inuenisses, Penelope tuæ famæ, tuique nominis celebritati concederet. Homerus enim is fuit, qui omnium sectarum hominibus scribendi materiam solus dedit. De quo sic Quinctilianus lib. x. Homerus (quemadmodum ex Oceano dicit ipse amnium vim, fontiúmque cursus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Quibus verbis non dubito quin respexerit ad locum poetæ nostri lib. III. amor. in elegia de morte Tibulli:

Adspice Mæoniden, à quo ceu fonte perenni,
Vatum Pierijs ora rigantur aquis.

ibid. Te decet exemplum coniugis esse bonæ.) lib. IV. eleg. III.

Exemplúmque mihi coniugis esto bonæ.

ib. Si quid & in nobis uiui fuit ante ingenij, Extinctum longis excidit omne malis.) Ibidem:

Ingenium fregere meum mala.

ibid. Extinctum) A luminibus metaphora.

ibid. Prima locum sanctus Heroidas inter haberes) lib. V. eleg. VI.

Edidit hæc mores illis Heroibus æquos,
Quos erat Eurytion, Ixionísque pater

ibid. Quantumcumque tamen præconia nostra ualebunt, Carminibus uiues tempus in omne meis) lib. V. eleg. IX. *Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis,*
O mihi me coniux carior ipsa uides.
Detrahat auctori multum fortuna licebit,
Tu tamen ingenio clara ferere meo.
Dúmque legar, pariter mecum tua fama legetur,
Nec potes in mæstos omnis abire rogos.

In elegiam vi.

16. *Si quis habes nostri*) Ad amicum, qui sui ipsius effigiem auro sculptam habebat, ac gestabat.

ibid. Deme meis ederas, Bacchica serta, comis.) Quare velit poeta è suo capite coronam demi, causa est sequenti versu. Coronabantur autem poetæ corona ex edera, tanquam Baccho sacri, qui Bacchantium more insanirent. quod & Horatius affirmat lib. I. Epist. his verbis: *ut male sanos*

Adscribit Liber Satyris, Faunísque poetas.

Et hic noster lib. V. eleg. IV. De Ponto, ait poetas esse in Bacchi tutela, cui edera consecrata est.

Tu tamen è sacris ederæ cultoribus unum
Numine debueras sustinuisse tuo.

Libro III. De arte, cùm ætate sua nullius æstimationis apud locupletes homines poetas esse videret, ederas pro ipsis poetis ponit his verbis:

Nunc ederæ sine honore iacent.

Vbi poetas edera coronari solitos ostendit.

Et lib IV. eleg. I.

vtque suum Bacche non sentit saucia uulnus,
Dum stupet Idæis exululata iugis:
Sic ubi mota calent sacro mea tempora thyrso,
Altior humano spiritus ille malo est.

Libro VI. Fastorum:

Bacche racemiferos edera redimite capillos.

Propertius lib. IV. eleg. I.

Ennius hirsuta cingat sua dicta corona,
Mi folia ex edera porrige Bacche tua.

Seneca in Oedipo: *Ederaue mollem Bacchifera religare frontem.* Libro III. Fast. reddit rationem poeta noster, cur edera sit Baccho gratissima: vbi ita est,

Cur edera cincta est? edera est gratissima Baccho.
Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est.
Nysiades Nymphas, puerum quærente nouerca,
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.

Degens igitur Ouidius in exilio è suo capite coronam dempsit. postea verò à Tomitis, quibuscum septem ipsos annos vixerat, ob vitæ candorem, cùm alij hospites [illegible]cerentur, inuitus publicè coronatus est. elegia XIV. lib. IV. De Ponto.

Tempora sacrata mea sunt uelata corona,
Publicus inuito quam fauor imposuit.

Infrà autem, vt hoc quoque notem, non ex edera, sed ex lauro & myrto coronam se gessisse ait, lib. II. De Ponto eleg. V.

Thyrsus enim uobis, gestata est laurea nobis.
Sed tamen ambobus debet inesse calor.

Tibullus lib. II.

Ipse triumphali deuinctus tempora lauro,
Dum cumulant aras, ad tua sacra ueni.

Hic noster lib. IV. Fast. sub principium:

Mota Cytherea leuiter mea tempora myrto
Contigit. & lib. I. eleg. amor. I.

Cingere litorea flauentia tempora myrto
Musa per undenos emodulanda modos.

Et elegia vlt.

Sustineámque coma metuentem frigora myrtum.

ibid. Temporibus meis) meo capiti, à parte totum συνεκδοχικῶς. Falsus est hic Merula, qui alio modo exp.

16. *Senis tamen optime, dici*) Malè habent ita lib. vulgati. vnus Vatic. *senti tamen omnia*. tres alij ex eadem bibliotheca *senti tamen optime*. Atque hæc lectio magis placet eruditiss. viro, optimóque poetæ, Paulo Melisso: cui ego libenter assentior, eóque magis quòd in alio omnium antiquissimo Vatic. legitur, *Hac tibi dissimula, senti tamen optime, dici*, nō *hæc*. vt est in aliis libris.

ibid. Grata tua est pietas) lib. III. De Ponto eleg. II.

Grata tua est igitur pietas.

ib. Infelix domini quod fuga rupit opus. Vtrum infelix opus, an infelix fuga? rectius hoc posterius. vt sit verborum sensus: Quod opus, hoc est Metamorphosin, infelix fuga (exsilium) domini rupit. Quid autem id sit, his aperit versibus:

Hæc ego discedens, sicut bona multa meorum,
Ipse mea posui mæstus in igne manu.

Vide quæ notaui eleg. I. h. l. Rursus elegia XIII. lib. V. se, quicquid componeret, combussisse ait.

Scribimus, & scriptos absumimus igne libellos:
Exitus est studii parua fauilla mei.

ibid. Non sunt hæc edita ab illo) Ita lege. non autem, *non hæc sunt*.

IN ELEGIAM VII.

17. *In caput alta suum labentur ab æquore retro Flumina*) Expressisse videtur Euripidis sententiam in Medea, vbi loquitur Chorus,

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί,
Καὶ δίκα, καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.

ibid. In caput) ortum, originem, &, vt lib. III. amorum loquitur, patriam. vbi ita est:

Ille fluens diues septena per ostia Nilus,
Qui patriam tantæ non bene celat aquæ.

Alio modo in Epist. OEnonea:

Cùm Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi uersa recurret aqua.

Priore illo modo Horatius lib. I. Oda I. carm.

Nunc ad aquæ lene caput sacræ.

Est autem hoc loco argumentum ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου, id est, ab impossibili: vt in scholis loquuntur. sic sub principium libri XIV. Metamorphoseos:

prius, inquit, *in æquore frondes*
Glaucus, & in summis nascentur montibus algæ.

ibid. At fcære alij nullo &c.] Argumentum à contrario, & à maiori.

ibid. Nisi conuictu] Ita lege ex lib. scriptis, & ratione.

ibid. Afflictum) Ad terram adactum.

ibid. Quid, nisi tot lusus, & tot mea seria nosses? Tot nossem lusus, seriaque ipse tua?) Communicare alterum alteri res serias, & iocos, summum beneuolentiæ & coniunctionis esse indicium docet Aristoteles in Rhetoricis. sic infrà lib. III. eleg. VI.

Nil ita celabas, ut non ego conscius essem,
Pectoribusque dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabam secreti quicquid habebam,
Excepto, quod me perdidit, unus eras.

Lib. II. De Ponto, & eleg.

Seria multa mihi tecum collata recordor,
Nec data iucundis tempora parua iocis.

Et IV. eleg. III.

Ille ego, qui primus tua seria nosse solebam,
Qui tibi iucundis primus adesse iocis.

ibid. Cunctane in æquoreos abierunt irrita uentos?) lib. I. De remedio:

Irrita cum uelis uerba tulere Noti.

ibid. Non ego te genitum placida reor urbe Quirini: vrbe, meo quæ iam non adeunda pede est. Sed scopulis Ponti, quos hæc habet ora sinistri, inque feris Scythiæ, Sarmaticisque iugis.] Hic quoque Scythiam Romæ opponit, quamuis paulo copiosius. Vide suprà elegia III.

18. *Et tua sunt silices circum præcordia, uenæ, Et rigidum ferri semina pectus habet*) Summam in eo, qui ante poetæ exsilium cum eo coniunctè versabatur, duritiam inesse significat. Sic propè lib. III. eleg. XI. in maledicum.

Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino:
Et dicam silices pectus habere tuum.

IN ELEGIAM IIX.

ibid. Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris.) Hoc distichon multi imperiti sic inuertunt, &, quod peius est, Ouidio adscribunt:

Tempore felici, multi numerantur amici.
Dum fortuna perit, nullus amicus erit.

Vt & carmen illud prorsus ineptum:

Gutta cauat lapidem non ui, sed sæpe cadendo.

Ouidius enim ita cecinit lib. IV. De Ponto eleg. X.

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus usu.

Sed hac de re plura lib. IV. in obseruationibus in Metamorphosin meis.

ibid. Nota quidem sed non ambitiosa domus.) Claram dicit lib. II. quem locum nos adduximus eleg. V.

ibid. At simul impulsa est, omnes timuere ruinam, Cautaque communi terga dedere fugæ) lib. III. eleg. V.

Vt cecidi, cuncti que metu fugere ruinam,
Versaque amicitiæ terga dedere meæ.

Lib. III. De Ponto eleg. II. *ignoscamus illis,*

Qui cum fortuna terga dedere fugæ.

Mox in eadem eleg. causam refert, quare ab amicis sit destitutus:

Me quoque amicorum nimio terrore metuque,
Non odio quidam destituere mei.

ibid. Nec solet irasci, neque enim moderatior alter.) Laudat Augustum à clementia lib. & eleg. IV.

Tantaque in Augusto est clementia, siquis ab illo
Hæc peteret pro me, forsitan ille daret.

Lib. & eleg. V.

Sæpe refert sit quanta Dei clementia, cuius
Se quoque in exemplis annumerare solet.

Et lib. I. eleg. III. De Ponto:

Sed piger ad pœnas Princeps, ad præmia uelox,
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.
Qui uicit semper, uictis ut parcere posset,
Clausit & æterna ciuica bella sera.
Multa metu pœnæ pœna qui pauca coercet,
Et iacit inuita fulmina rara manu.

ibid. Quæ fuit Actoridæ cum mag. semp. Achille, Laudari solita est Hectoris ore fides.) Summam ac solidam esse laudem, cùm quis ab hoste laudatur, docet Aristoteles lib. I. Rhetoricorum.

19. *Scena manet dotes grandis amice tuas.*) Similis locus lib. III. De Ponto eleg. I. ad vxorem:

Quicquid ages igitur scena spectabere magna:

Quo sensu theatrum dixisse videtur Cicero lib. XIII. epistolar. familiarium.

20. *Vita tamen tibi nota mea est, sciu artibus illis Auctoris mores abstinuisse suis.*) Eodem modo excusat se lib. II. ad August.

Crede mihi distant mores à carmine nostro.
Vita uerecunda est, Musa iocosa mea est.

Ibidem.

Deme mihi studium, uitæ quoque crimina demes.

IN ELEGIAM IX.

20. *Est mihi, sitque precor.*) Idem numerus apud Martialem lib. I. *Est tibi, sitque precor.*

21. *Occupat egressas qualibet arte rates.*] Rectius in aliis lib. *Occupat egressas quamlibet antè rates.* Verbo autem quamlibet, id est, quamuis, vtitur infrà, & lib. x. Metamorphoseos, in lib. elegiar. epist. VI. & lib. IV. Fast. & Lucretius lib. III. & C. Vell. Paterculus lib. posteriore.

ibid. Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris.) Ita legendum ex duobus Vatic. non Cenchris, vt placuit Merulæ, qui id primum mutare ausus est: rationem mox reddam.

ibid. Terra limine] Id significari puto, quod nostra lingua dicimus *terra, terra.* *Ab Actoris urbe*] Ab Hyrmine, vrbe in Elæa, quam ex matris suę nomine Actor ædificauit. Pausanias in Eliacis sub principium. Quæ lectio vera omnino mihi videtur, clarissimi viri Petri Angelij Bargæi iudicio comprobata. Nam, vt notum est, Ouidius nauim suam in sinu Corinthiaco (ideirco multo minus conuenit Cenchris, quæ extra hunc sinum sunt, ea Athenarum regione) habebat. Discedens igitur poeta ab Actoris vrbe præter Peloponnesum in Imbrum peruenit. De Actore sic Higynus cap. XIV. vbi enumerat Argonautas. Actor Hippasi filius ex Peloponneso. Quæ verba, eam, quam posui, sententiam valde confirmant.

ibid. Leni vento) Eodem modo Cæsar lib. IV. De bello Gall. Naues octodecim, quæ equites sustulerant è superiori portu, leui vento soluerunt. alii tamen *leni* legunt, quod sensu est idem.

ibid. Inde leui vento Zerinthia littora nacta] lib. scripti omnes. *Sermithia* per s, vt repperit & Merula. alii legunt, *Cerinthia* per c, à Cerintho vrbe Eubœæ insulæ. Ego valde in hoc loco hæreo. Etenim ab Imbro in Eubœam frustra rediret poeta. præsertim cùm dicat, leni vento. Itaque quid hic probem, ac cogitem, non habeo. In Maffei lib. *Selebentia littora.* deprauatè. Erunt, vt spero, alij viri docti, qui ex Stephano, Dionysio, Strabone, Apollonij scholiaste, aliisque auctoribus, hoc, & si qua in hac elegia supersunt, menda auferent.

ibid. Saltus ab hac terra breuis est Tempyra petenti) sic habent duo lib. scripti: sic etiam in aliis vet. repperisse se testatur hic Merula, & tamen aliter maluit legere: sed imperitè. ἤπειρος enim continentem significat. Ideò statim subdit: *Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos*: id est, pedibus iter facere per Thraciam. in quo loco explicando falsus & quidem turpiter est idem Merula, qui secus accipit.

ibid. Lampsace) Lampsacus, vt scribit Marcellinus libro XXII. Themistocli dono data est à rege Persarum. Vide præterea quæ collegi in lib. Fastorum.

22. *Cyzicon*] In hac vrbe fuit religiosum magnæ matris delubrum. Idem Marcellinus. ibidem colebatur Proserpina.

Raptam Cyzicos ostreosa Diuam.

Hodie Turcarum vulgus Miesbilis vocat, à maximis ædificiorum ruinis. *Byzantia*] A Byzantio, vrbe Thraciæ. de qua sic idem Marcell. eodem loco: Constantinopolis vetus Byzantium Atticorum colonia.

ibid. Hæc precor, evincat, propulsáque fortibus Austris.] In vno Vatic. *pulsatáque flatibus Austri.*

ibid. Et ab his per Apolloniis urbem Alta sub Anchiali mœnia fundat iter.) Idem auctor loco citato: Istros quondam potentissima ciuitas, & Tomi, & Apollonis, & Achialos, & Odessus: aliæ præterea multæ, quas littora continent Thraciarum.

23. *Et Opeson*) sic vnus Vatic. duo alij, *Odesson.* rectè, ex Marcellini, quem modò recitaui, loco.

ibid. Offensi quò me contulit ira dei.) Vnus Vatic. & Maffeianus, *compulit.* placet.

ibid. Merita cadet agna Mineruæ.) An hic falsus, sibíque contrarius est Ouidius, qui se Mineruæ agnam mactaturum ait, cùm in IV. Metamorphos. eidem Deæ, non agnam, sed vaccam mactari solitam esse doceat? minimè verò. Nam, cùm in exsilium proficisceretur, nec eam pecuniæ, qua vaccam emere posset, vim haberet, Mineruæ agnam se mactaturum pollicetur. Idque ex sequenti carmine liquidè apparet:

Non facit ad nostras hostia maior opes.

Attigeram & hunc ipsum locum in meis in Metamorphosin obseruationibus. *Duplici numen adeste rati.*) Ita rectius legitur, quàm vt est in aliis lib. *meæ.* id est, vtrique naui.

IN ELEGIAM X.

24. *Est facta*] Est exarata, composita.

ibid. Aut postquam bimarem cursu superauimus Isthmon, Alteraque est nostræ sumpta carina fugæ] Videndum num hæc contraria sint iis quæ superiori elegia annotaui.

ibid. Carina) nauis. à parte totum.

ibid. Nostræ fugæ] Mihi in exsilium proficiscenti.

25. *Contingam portum*) Vnus Vatic. *Attingam.*

ibid. Barbara pars læua est auidæ substructa rapinæ.) Tres lib. scripti *substrata.*

ibid. Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis. Hortos dicit eos, quos Romæ habebat inter viam Claudiam & Flaminiam lib. II. De Ponto eleg. IX.

Nec quos pomiferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta viæ.

ibid. Nec consuetum meum lectulus corpus habet.] Lib. & eleg. III.

Nec mea consueto languescunt corpora lecto?

ibid. Hyems) tempestas. & sic sæpe? & suprà. *sæua hyems.*

IN LIBRVM II.

C*ARMINA fecerunt, ut me moréſque notaret iampridem iussa Cæsar ab arte mea.*) Duas ob causas Augustū odiosum sibi reddidit poeta. altera, quòd libros De arte amandi edidit: altera, quòd eum in re turpi atque obscœna inscius deprehendit lib. IV. De Ponto elegia XIII.

Carmina nil prosunt, nocuerunt carmina quondam,
Primáque tam miseræ causa fuere fugæ.

Lib. III. eleg. V. huius operis.

Inscia quòd crimen uiderunt lumina, plector:
Peccatúmque oculos est habuisse meum.

Et eleg. VI.

Nec breue, nec tutum, quo sint mea dicere casu
Lumina funesti conscia facta mali.

Vide quod dixi in ipsius poetæ vita.

26. *Iampridem*) cùm adolescens essem.

ibid. Doctas sorores) Musas.

ibid. Numina perniciosa) Appositio.

ibid. cultori suo) Mihi Ouidio, qui eas colui, ac sectatus sum.

ib. Numina cultori perniciosa suo.) In fine huius libri:

Inter tot populi, tot scripti millia nostri,
Quem mea Calliope læserit, unus ero.

Lib. III. eleg. XIV.

Colligis exceptis ecquid mea carmina solis
Artibus, artifici quæ nocuere suo?

Lib. IV. eleg. I.

Sed nunc quid faciam? uis me tenet ipsa sacrorum:
Et carmen demens carmine læsus amo.

Mox:

Nos quoque delectant, quamuis nocuere, libelli.
Quódque mihi telum uulnera fecit, amo

Lib. V. eleg. I.

Sed nec obesse potest ulli, nec scripta fuerunt
Nostra, nisi auctori perniciosa suo.

Et XIII.

Pace nouem uestras liceat dixisse sorores,
vos estis nostræ maxima causa fugæ.

Lib. III. De Ponto elegia V.

At nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset.

26. *Insania morbo*] elegia vltima lib. superioris:

Seu stupor huic studio, siue est insania nomen,
Omnis ab hac cura menti releuata mea est.

Lib. IV. eleg. I.

Forsitan hoc studium possit furor esse uideri,
Sed quiddam furor hic utilitatis habet.

ibid. Motam quoque lenite iram] lib. III. eleg. VI.

Numinis ut læsi fiat mansuetior ira.

ibid. Quo tempore ludos Fecit, quos ætas adspicit una semel.] Ludos sæculares intelligit, qui, Dione teste lib. LIV. anno V. C. DCCXXXVI. quinto celebrati sunt. Idque etiam ex veteri inscriptione, quæ in Capitolio est, perspicuè apparet.

LVDI. SAECVLARES. QVINCT.
IMP. CAESARE. DIVI. F. AVGVSTO.
C. SENTIO C. F. C. N. SATVRNINO
M. CLAVDIO. M. F. M. N. MARCELLO
M. FVTIO. M. F. . . . . . STRIGONE
D. LAELIO. D. F. D. N. BALBO.

Alludit autem hoc loco poeta ad præconis consuetudinem, qui conuocato ad horum ludorum spectacula populo, ita dicebat: Hos ludos, qui facturi sunt, nemo vestrûm vidit, nec visurus est. Suetonius in Claudio, vbi eodem modo, quo hîc poeta noster loquitur. cuius hæc sunt verba, opportunè hîc recitanda: Fecit & sæculares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reseruatos: quamuis ipse in historiis suis prodat intermissos esse, Augustum multo pòst, diligentissimè annorum ratione subducta, in ordinem redegisse. Quare vox præconis irrisa est, inuitantis more solemni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset, cùm superessent adhuc, qui spectauerant, & quidam histrionum producti, tunc quoque producerentur. Et in Domitiano, vbi ita est: Fecit & ludos sæculares: computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proximè, sed olim Augustus ediderat. Huc etiam mirificè, immò necessariò pertinent, quæ leguntur verba in vetustiss. fragmento S. C. quo me impertiit is, qui neque finem, neque modum de Repub. litteraria benemerendi vllum facit, clariss. atque eruditiss. vir Fuluius Vrsinus. in quo ita est: . . . . . INSTITVTI. NEQVE. VLTRA. QVAM. SEMEL. VLLI. MORTALIVM. . . . . . . ASPICERE contigit. & in alia parte eiusdem

S. C.

. . . . COS. V. F. DE. LVCARI. LVDORVM. SAECVLARIVM. FIERENT. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. VLT. QVONIAM. ANT. . . . . SAECVLARES. XV. VIR. SACR. FACIVND. IN. SVMMA. CONSTITV. . . . . QVOS. PRO. SALVTE. CAESARIS. FECERVNT. LVCARIS. NOMINE. CONS. . . . . IT. IMPERENT. VTI. EAM. PECVNIAM. DANDAM. ADTRIBVENDAM. . . . . ANNO. C. SILANO. C. FVRNIO. COS. A. D. XIII. K. MART. SENAT. . . . . RICIVM. SAECVLARE. & reliqua.

ibid. Hic precor exemplis) Cicero lib. IV. familiarium, Nam quod exemplo fit, id etiam iure fieri dicunt.

ibid. Ab ingenio meo] Contra me virum ingeniosum.

ibid. Non adeò nostro fugit ab ore pudor) Summam sui ostendit modestiam, & verecundiam.

27. *Tu ueniam Partho*] Argumentum à maiori.

ibid. Neque tam gaudet miles, quòd uicerit hostem, Sic cur se uictum gaudeat, hostis habet] lib. V. eleg. II.

Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est,
Sæpe suo uictor lenis in hoste fuit.

ibid. Per mare, per terras, per tertia numina iuro] lib. III. eleg.

Quid tibi cum pelago? terra contenta fuisses!
Cur non & cælum tertia regna petis?

Lapsus est Merula, qui per tertia numina, aquas intelligit.

ibid. Hunc animum fauisse tibi uir maxime] Superius eleg. II.

Quòd liceæ è minimis domus sit fauimus illi.

ibid. Optaui peteres cælestia sidera tardè] Hoc est quod ait in extremo lib. XV. Metamorphoseos:

Tarda sit illa dies, & nostro serior æuo
Qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto,
Accedat cælo.

ibid. Pro te) Pro tua incolumitate.

28. *Maius opus*] Metamorphosin, ab adiunctis.

ibid. Cuncta que fortuna rimam faciente dehiscunt: Ipsa suo quædam pondere tracta ruunt. Sic in Maff. i. In vno Vatican. *Ipsa suo quodam pondera tracta ruunt.* Sed illud a in verbo *pondera* recens est, & alio atramento. Lege itaque vel, vt est in excusis quibusdã, *Ipsa suo quondam pondere tracta ruunt.*

ibid. Quondam] *uni*, ferè, vt plurimum. Virg. sub finem ecl. VI.

Omnia, quæ Phœbo quondam meditante, beatus
Audijt Eurotas, iussitque ediscere lauros.

Lib. III Georg.

Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis
Incassum furit. & IV.

Frigidus ut quondam siluis immurmurat Auster.

Et II. Aeneid. de Hectore:

ut quondam aterque cruento
Puluere, pérque pedes traiectus lora tumentes.

Ibidem.

Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus,
Victoresque cadunt Danai.

Si qui erunt, quibus altera illa lectio magis placeat, *Ipsa suo quædam pondera tracta ruunt?* ita distinguant, & ordinent: Quædam ruunt tracta suo pondere. Quæ distinctio probatur clariss. Mureto, & viro disertissimo & inter suos nobiliss. Antonio Carolo Aquilano, & Ambrosio Pio Sulmonẽsi, iuueni opt.

At memini, uitámque meam, moréśque probabas) De suis moribus lib. I. De Ponto eleg. VI cùm poeticũ studium, quod iam sibi nocuerat, non desereret.

Quid potius facerem? non sum qui segnia ducam
Otia: mors nobis tempus habetur iners.

Nec iuuat in lucem nimio marcescere uino,
Nec tenet incertas alea blanda manus.
Cùm dedimus somno, quas corpus postulat, horas,
Quo ponam uigilans tempora longa modo.

Lib. IV.

Sed quid solus agam? quáque infelicia perdam
Otia materia, surripiamque diem?
Nam neque me uinum, nec me tenet alea fallax,
Per quæ clam tacitum tempus abire solet.

Et eleg. IIX.

Siue uelis nomen, quis sim inquirere nostri,
Errorem misero detrahe labe carens.

28. *Illo quem dederas, prætereuntis equo*) Hoc ideò dicit, quòd penes Augustum, Censorum, qui Equitibus equos dabant, auctoritas manserat.

ibid. Deque mea fassa est pars quoque uicta fide) sic legendum e vet. lib. & sensu.

29. *Vna procella*) Ita apertè legitur in iisdem lib. rectius, quàm in quibusdam vulgatis, *Ima*.

ibid. tuscus Actæon uidit, &c.) Hac de re dixi in ipsius Ouidij vita.

ibid. vel censu) Census Equestris erat CD HS. hoc est, XVI. millia scutatorum monetæ, vt nunc loquimur. Si quemlibet HS IV. asses æstimabis. tanti enim Augusto imperante propter ærarij penuriam valuisse legitur. Si verò duos asses cum dimidio, summa & supputatio est X. millia.

ib. Sit quoque nostra domus uel censu parua, uel ortu, Ingenio certe non latet illa meo) lib. I. Amor. elegia III.

Si me non ueterum commendant magna parentum
Nomina. si nostri sanguinis auctor Eques:
Nec meus innumeris renouatur campus aratris,
Temperat & sumptus parcus uterque parens:
At Phœbus, comitesque nouem, uitisque repertor
Hoc faciunt.

Vtroque autem loco se domúmque suam ab ingenio suo commendat.

ibid. Sit quoque) Ita legendum vet. librorum auctoritate, & ratione: id est, & quamuis nostra domus parua sit &c.

ibid. Annumerare) Inserere. Horat. Oda I. Carm.

Quòd si me Lyricis uatibus inseris.

ibid. Non fastiditis uiris) Propterea quòd quæ à me scripta sunt, nullo eos tædio ac fastidio afficiunt. Atque ita scripta sua modestè quidem & ornatè laudat. Poetas enim aut prodesse, aut delectare inprimis necesse est. Horat. in epist. artis Poeticæ:

Aut prodesse uolunt, aut delectare poetæ:
Aut simul & iucunda, & idonea dicere uitæ.

Paulo pòst:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.

ibid. Sed non exiguo crimine lapsa domus.) lib. V. eleg. XII.

Qui merui uitio perdere cuncta meo.

30. *vita data est, citráque necem tua constitit ira.*) Ibidem:

Nec uitam, nec opes, nec ius mihi ciuis ademit.

Et lib. I. De Ponto eleg. IIX.

Nec uitam, nec opes, nec ademit posse reuerti.

ibid. Insuper accedunt, te non adimente, paternæ, Tanquam uita parum muneris esset, opes.) lib. IV. eleg. IV. præter ea, quæ modò citaui.

Idque Deus sentit, pro quo nec lumen ademptum est,
Nec mihi detractas possidet alter opes.

ibid. Nec mea decreto damnasti facta Senatus, Nec mea selecto iudice iussa fuga est.) lib. V. eleg. XII. quòd suam vxorem viri exsulis quidam vocasset.

Fallitur iste tamen, quo iudice nominor exsul?

ibid. Selecto iudice) Ita est in Maffei libro veterè. Vide Budæum in annotationibus in Pandectas.

ibid. Tristibus inuectus uerbis (ita principe dignum est) Vltus es offensas, ut decet, ipse tuas.) lib. II. De Ponto eleg. VII.

Quem non obrueret taciti quoque Cæsaris ira?
Addita sunt pœnis aspera uerba meis.

ibid. Quàm tanto displicuisse uiro.) lib. V. eleg. XII.

Maxima pœna mihi est ipsum offendisse, priusquàm
Venisset mallem funeris hora mihi.

ibid. Nube solet pulsa candidus ire dies) Tibullus:

Venit post multos una serena dies.

ibid. Redeuntque mihi, Rectius lib. veteres, *mei*. sequitur, *tui*.

ibid. Longa tempora) annis circiter septuaginta.

ibid. Cuius & in populo pars ego nuper eram.) lib. IV. eleg. II.

Plebs pia, cúmque pia lætetur plebe Senatus,
Paruaque cuius eram pars ego nuper Eques.

ibid. Et olim Imperium regat hoc cum sene senex) Hunc pæne locum vsurpauit Martialis lib. VI. de Domitiani filio.

Cum pater æternas, post sæcula, tradat habenas,
Quique regas orbem cum seniore senex.

31. *Ponat & in nitida laurea serta coma.*) Imperator ac milites triumphantes laureati Vrbem ingrediebantur. Lucanus libro primo:

Nunc neque te longe remeantem pompa triumphi,
Excipit, haud sacras poscunt Capitolia lauros.

ibid. Coronatis equis) corona laurea ornatis. lib. IV. eleg. II.

Vinclàque captiua reges ceruice ferentes
Ante coronatos ire uidebit equos.

Lib. V. Fast.

Illa datos fasces commendat, eburque curule,
Illa coronatis alta triumphat equis.

Et lib. II. De ponto eleg. I.

Te quoque uictorem Tarpeias scandere in arces
Læta coronatis Roma uidebit equis.

Martialis lib. VII.

Festa coronatus ludet conuiuia miles,
Inter laurigeros cùm comes ibit equos.

Equi verò, qui triumphalem currum traherent, quattuor erant, iique albi. lib. I. De arte:

Ergo erit illa dies, qua tu pulcherrime rerum,
Quattuor in niueis aureus ibis equis.

Lib. VI. Fast.

Vnde suburbano clarus Tiburte triumpho,
Vectus es in niueis Postume uictor equis.

Tibullus eleg. VII. lib. I.

At te uictrices lauros Messala gerentem
Portabat niueis currus eburnus equis.

ibid. Parce pater patriæ nec nominis immemor huius, Olim placandi spem mihi tolle tui.) Ita habent o. l.f. & sensus est: nec immemor huius nominis, nec tolle spem mihi olim tui placandi. vt particula negandi bis repetatur.

ibid. Olim) Aliquando, vt plurimum.

ibid. Redde tui, Lege. *tolle tui*, ex o. l. f.

ibid. Mitius exsilium si das, propiusque roganti, Pars erit è pœnis magna leuata mea.) Infrà in hoc ipso libro:

Vnde precor supplex, ut nos in tuta releges.

Et extremo.

Tutius exilium, pauloque quietius oro,
Vt par delicto sit mea pœna suo.

Lib. & elegia IV.

Mitius exsilium, paulòque propinquius opto,

Quique

Quique sit à sæuo longior hoste, locum.

Lib. III. De Ponto eleg. IX.

Nil nisi me terra fruar ut propiore, rogare,
Et quam sim denso cinctus ab hoste queri.

31. *Vltima perpetior medios eiectus in hostes*) lib. III. el. XI.

Suppositum stellis nusquam tangentibus æquor,
Me sciat in media uiuere Barbaria.
Sauromatæ cingunt fera gens, Bessique Getæque,
Quæ non ingenio nomina digna meo.

Lib. IV eleg. I.

Vt careo uobis Scythicas detrusus in oras
Quatuor Autumnos Pleias orta facit.

ibid. *Nec quisquam patria longius exsul abest.*] Paulo pòst

Vlterior nulli quam mihi terra data est.

ibid. *Solus ad ingressus missus septemplicis Istri*) libri veteres, *egressus.* 32. *Alterius facti culpa silenda mihi est.*) lib. IV. & eleg.

Aut timor, aut error, nobis prius obfuit error:
At sine me fati non meminisse mei.

Vide quæ dixi in scholiis in lib. De Ponto.

ibid. *Scilicet imperii princeps statione relicta Imparibus legeres carmina facta modis?*] Libros De arte amandi, qui elegiaco carmine scripti sunt, significat. & vide, vt ipsum carpat Augustum, qui eum, quòd opus illud conscripsisset, in exsilium eiecisse aiebat.

ibid. *Imparibus legeres carmina facta modis?*] lib. III. eleg. I.

Clauda quòd alterno subsidant carmina uersu. &
Adspicis alternos intremuisse pedes?

Sic & elegia VII. ad Perhillam filiam.

Et tamen ad Musas, quamuis nocuere, reuerti,
Aptaque in alternos cogere uerba pedes.

ibid. *Parthus eques*) Quare Parthus eques dicatur, docet Iustinus lib. XLI. initio. Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui. & paulo antè: Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus sæpe etiam fugam simulant, vt incautiores aduersus vulnera insequentes habeant. De Parthis sic etiam hic noster lib. I. De arte:

Tergáque Parthorum, Romanáque pectora dicam,
Telaque, ab auerso quæ iacit hostis equo.
Quid fugis, ut uincas? quid uictor Parthe relinquis?

Et lib. III.

Vt celer auersis utere Parthus equis.

3?. *Libellus*] liber primus De arte amandi, sub cuius principium est Tetrastichon, quod hic ait Ouidius. Sed in tertio carmine aliter hîc legitur, quàm hodie illic scriptum reperitur, nempe ita: *Nos Venerem tutam, concessáque, &c.* Quamuis hoc loco in optimo Vatic. inuenerim, *Nos venerem tutam*, non autem, *Nil nisi legitimum*, vt est in omnibus aliis. Si hanc retinemus lectionem, *Nil nisi, &c.* quæ planè optima, & venustissima est, Ouidium memoria lapsum esse, aut hîc ita scripsisse, vt magis se excusare posset, crediderim.

ibid. *Sumpserit annales*] Qui annales scripserint, dixi in scholiis in lib. I. Fastorum.

ibid. *Aeneadum genetrix unde sit alma venus.*] Lucretius initio lib. I.

Aeneadum genetrix hominum, Diuûmque uoluptas
Alma venus. Ausonius:
Orta salo, suscepta solo, patre edita cælo,
Aeneadum genitrix, hîc habito alma venus.

Silius initio lib. I.

Ordior arma, quibus cælo se gloria tollit Aeneadum.

Priscianus lib. VII. De obliquis casibus primæ declinationis, vbi illud Lucretij citat carmen, ait Aeneadûm, pro Aeneadarum positum. 35. *Isidis æde sedem. cur hanc Saturnia quæret, Egerit tanto Bosphoriòque mari*) Fabula est lib. I. Metamorph. ib. *in Cererem Iasius, qui referatur, erit*) l. III. amor eleg. IX.

Viderat Iasium Cretæa diua sub Ida.

Higynus de Geminis: Nonnulli etiam Triptolemum & Iasona à Cerere dilectos, & ad sydera perlatos esse aiunt.

ibid. *Quà non finit ire sacerdos.*] Qua, per quem locum. lib. IV. eleg. II. *Quáque ibi.* & Propertius lib. III.

Quà facit assiduo tramite uulgus iter.

Cur non Argolicis potius quæ concidit armis, Vexata est iterum carmine Troia meo? Cur tacui Thebas?) Hac de re conqueritur etiam lib. III. amor. eleg. XI.

Cùm Thebæ, cùm Troia foret, cùm Cæsaris acta,
Ingenium mouit sola Corinna meum.

Et mutua uulnera fratrum) De Eteocle & Polynice, vide Scholia in Ibin.

36. *Patriæ*) Sulmonis. Hunc locũ exposui in eo opusculo, quod nuper de Sulmone ipso conscripsi, atque vnà cum OVIDII VITA AT EFFIGIE edidi. *Strinxerit ut nomen fabula nulla meum*) Sub finem huius libri:

Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam,
Nec meus ullius crimina uersus habet.
Candidus à salibus suffusis felle refugi:
Nulla uenenato littera mista ioco est.

Lib. IV. eleg. vltima.

Nec, qui detrectat præsentia liuor, iniquo
Vllum de nostris dente momordit opus.

Lib. IV. De Ponto. elegia XIV.

Exstat adhuc nemo saucius ore meo.

Et in Ibin.

Tempus adhuc lustri mihi bis iam quinque peractis,
Omne fuit musæ carmen inerme meæ.
Nullaque, quæ possit scriptis tot millibus exstat,
Littera Nasonis sanguinolenta legi.

ibid. *Quid nisi cum multo venerem confundere uino Præcepit Lyrici Teia Musa senis?*] Vnde lib. III. De arte Anacreonta ipsum vocat vinosum.

Sit quoque uinosi Teia Musa senis.

Valerius & Plinius tradunt Anacreonta acino vuæ passæ suffocatum, quinque & octoginta annos natum.

37. *Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera.*] Famosa Helena. Turpis enim hoc quidem loco ad mores, non ad faciem refertur. In epistola Oenones ad Paridem de ipsa Helena:

Hærebat gremio turpis amica tuo.

Et in epist. ad Protesilaum:

Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?

Verùm hic versus aliter legitur in aliis lib. *Ilias ipsa quid est aliud nisi adultera.* idque fortasse rectius.

ibid. *Amatorem.*] Paridem. amator fingere potest: amans verè amat. Donatus. ibid. *Omne genus scripti grauitate Tragœdia uincit.* Hinc colligi licet quàm arduum difficiléque sit Tragœdiam scribere. ibid. *Nam quid in Hippolyto*) Enumerat Tragœdias omnes, à priscis illis auctoribus scriptas: in quibus amores contineri ostendit. ibid. *Currus eburnus*) Triumphalis currus ex ebore. Tibullus.

At te uictrici lauros Messala gerentem
Portabat niueis currus eburnus equis.

Significat autem hoc loco Agamemnonem Tragœdiam, quam apud Latinos scripserat Attius.

ibid. *Tingeret ut ferrum &c.*) Medeam Tragœdiã intelligit, quam scripserunt idem Attius, Ennius,

Varro, & ipse Ouidius? quas desideramus omnes, vt & alias, quarum hic mentio est. *Natorum sanguine*] Duos filios ex Iasone suscepit Medea, quos postea ab illo contempta, & Creusa Corinthiorum regis filia, ducta vxore, trucidauit: libro VII. Metamorphoseos, *utroque*

Sanguine natorum perfunditur impius ensis.

In epist. Hipsiphyles, de Medea:

Vtque ego destituor coniux, materque duorum,
A totidem natis orba sit, atque uiro.

Et in epistola ipsius Medeæ:

Per superos oro, per auitæ lumina flammæ,
Per meritum, & natos pignora nostra, duos.

Pessimè est in vulgatis q.tuos. Apollodorus extremo lib. I. ἔτι π, ait, παῖδας, οὓς εἶχεν ἐξ Ἰάσονος Μέρμερον, καὶ Φέρητα, ἀπέκτεινε. Quos prætereà ex Iasone filios susceperat, Mermerum & Pheretem trucidauit. Aelianus verò non Medeam filios, sed Corinthios interfecisse: Euripidémque, qui eorum precibus, vt id confingeret, adductus est, huius fabulæ auctorem fuisse scribit sub finem lib. V. De var. historia. Hyginus cap. XXV. Medea Aeetæ & Idyæ filia cum ex Iasone iam filios Mermerum & Feretum procreasset, summáque concordia viuerent, obiiciebatur ei, hominem tam fortem, ac formosum, nobilem, vxorem aduenam atque veneficam habere. Huic Creō Menœci filius, rex Corinthius, filiam suam Creusam dedit vxorem. Medea cùm vidit se erga Iasonem benemerentem, tanta contumelia esse affectam, coronam ex veneno fecit auream, eámque muneri iussit filios suos nouercæ dare. Creusa munere accepto, cum Iasone & Creonte conflagrauit. Medea vbi regiam ardere vidit, natos suos ex Iasone Mermerum & Feretum interfecit, & profugit Corintho. Vide & Pausaniam in Corinthiacis.

Fecit amor subitas uolucres &c.] Tereus Tragœdia significatur: quam scripsit Attius.

38. *Aegysti crimen*) Aegystus Tragœdia à Liuio Andronico scripta. *ibid. Domitore Chimæræ*) De Bellerophonte & Chimæra Apollodorus lib. II. & ipse lib. IX. Metamorph.

ib. Quid loquar Hermionen?) Hermiona Tragœdia scripta est ab eodem Liuio, & Pacuuio.

ibid. Quid te Schœneia uirgo?] Atalanta Tragœdia ab eodem Pacuuio tractata est. De Ataanta hic noster in Metamorph. & Apollodorus lib. III. Bibliothecæ.

ibid. Quid Danaen?] Hāc Tragœdiā scripsit Næuius.

ibid. Et noctes quæ coiere duas?] Amphitruonem Tragœdiam persecutus est Attius.

39. *Quidue Pelasgum Iliacam tetigit qui rate primus humum,*) Tragœdiam Protesilaum persecutus est idem Næuius.

ibid. Pyrrhique parem?) Achilles Tragœdia ab Attio, Ennio & Liuio scripta est.

ibid. Tempore deficiar.) M. Tullius, Sallustius, alij dicunt: tempus me deficiet.

40. *Ennius ingenio maximus, arte rudis.*) lib. I. amor. el. XV.

Ennius arte carens, animosique Attius oris,
Casurum nullo tempore nomen habent.

Fuit Q. Ennius Rudius: quod oppidum fuit in Calabria. Silius lib. XII. *Rudiæ genuere uetustæ,*

Nunc Rudiæ solo nomen memorabile alumno.

Persecutus est carmine heroico primum bellum Punicum: adeò hunc dilexit Scipio Africanus ille superior, vt eius effigiem in suæ gentis monumentis collocari voluerit. Valerius lib. IIX. cap. XV. & Solinus cap. VII. quod significauit etiam hic noster lib. III. De arte, his versibus, à Parrhasio primùm emendatis: *Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,*

Contiguus poni Scipio magne tibi.

Liuius lib. XXXIIX. Et Romæ, inquit, extra Portam Capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt: quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur esse: tertia poetæ Q. Ennij.

41. *Cur toties clausas*) sic habet l. Maffeianus. verè.

ibid. Sit cui lateretur, cùm solus obambulat ipse, Cur toties clausas excreet ante fores.) In lib. Maffeiano, & aliis quibusdam vet. exempl. rectius omnino legitur: *Cur toties &c.* vt legendum esse iam docuit doctiss. Scaliger iunior.

ibid. Nec fuit hoc illi fraudi, legitúrque Tibullus] Fraudi, id est, damno. Vide quæ notaui in pulcherrima elegia de Nuce, ad locum illum: *Nec uentus fraudi, solue, geluue fuit.*

ibid. Damnosos effugiásque canes) lib. II. De arte:

Damnosi facito stent tibi sæpe canes.

Propertius lib. IV.

Semper damnosi subsiluere canes.

Docet Suetonius in Augusto quare canis damnosus dicatur. eius verba sunt: Talis enim iactatis, vt quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat.

ibid. Mittere quo peccat] Lege ex lib. Vatic. & aliis, *decæat.*

44. *Fumoso Decembri*) sic Martialis lib. V. huc respiciēs. Sed lege *fumoso non aspernanda Decēbri Carmina.*

54. *Non tristia carmina feci*] Plus significat quàm si dixisset, læta carmina.

ibid. Non legitimo) lege non constituto: vetito.

46. *Cumque suo finem mense uolumen habet*) sub finem lib. II. Fast. *Cumque suo finem mense libellus habet.* Posuit autem volumen pro libro: sic infrà.

Sunt quoque mutatæ ter quinque uolumina formæ.

ibid. Sors mea) Exilij calamitas. lib. I. eleg. IV.

O cui præcipuè sors mea uisa sua est!

Lib. IV. De Ponto eleg. XIV.

Molliter à uobis mea sors excepta Tomitæ.

ibid. Rupit opus] sic suprà: *Infelix domini quod fuga rupit opus.*

ibid. Et dedimus Tragicis) Tragœdiam intelligit, quam Medeam inscripsit: cuius hoc carmen citat Quinctilianus lib. IIX.

Seruare potui, perdere an possim, rogas?

Reliquum vnà cum quibusdam aliis ex eius ipsius operibus ætas nostra desiderat.

ibid. Quem mea Calliope læserit, unus ero) Paulò superius: *Quem sua perdiderit Musa, repertus ego.*

ib. Meo candori) Nostro idiomate: *alla mia schiettezza, integrità.* sic verbum CANDIDVS, apud hunc ipsū poetā sæpissime leges, & apud Horatiū in epist.

Albi nostrorum sermonum candide iudex.

Quod quidem verbum eo sensu, ipsorum ætate vsurpari cœptum esse opinor.

IN LIBRVM III.

I*N hanc urbem*] Romam. 47. *In uiridi æuo.*] elegia vltima lib. sequentis:

Frater ad eloquium uiridi tendebat ab æuo.

Statius lib. V. Syluarum.

—& uiridi genitor iam raptus ab æuo.

.47. *Clauda quòd alterno subsidant carmina versu*] lib. I amorum & elegia.

Par erat inferior versus: risisse Cupido
Dicitur, atque unum surripuisse pedem.

Mox.

Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat,
Ferrea cum vestris bella valete modis.
Cingere litorea flauentia tempora myrto
Musa per undenos emodulanda pedes.

ibid. Erubui domino cultior esse meo.] Elegia & lib. I.

Vade sed incultus, qualem decet exulis esse,
Infelix habitum temporis huius habe.

ibid. Si qua videbuntur casu non dicta Latinè, In qua scribebat Barbara terra fuit.]Elegia I. libri; qui hunc sequitur:

Si qua meis fuerint ut erunt, vitiosa libellis,
Excusata suo tempore lector habe.

Elegia vlt. huius lib.

Quod quicunque leget, si quis leget, æstimet antè
Compositum quo sit tempore, quóque loco.

Lib. v. eleg. XII.

Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis,
Digna sui domini tempore, digna loco.

ibid. Monstraret iter.]Eodem modo dicitur monstrare viam. 48. *Hic locus est Vestæ, qui Pallada seruat & ignem: Hæc fuit antiqui regia parua Numæ.*] lib. VI. Fastorum:

Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ,
Tunc erat intonsi regia magna Numæ.

P. Victor. in regione VIII. Numæ regia. Templum Vestæ.

ibid. Hic]in Palatio. *Hoc primùm condita Roma loco est.*] A Romulo. C. Velleius Paterculus lib. I. Sexta Olympiade, post duos & vigiori annos, quàm prima constructa fuerat, Romulus, Martis filius, vltus iniurias aui, Romam vrbem Palilibus in Palatio condidit. A quo tempore ad vos coosules anni sunt DCCLXXXII. Id actum post Troiam captam annis CCXXXVII. Sed hanc historiam collegi copiosiorem in meis in Metamorphosin obseruationibus, quas consule: etenim minimè triuialis est. Illud hic docendus es, à primordio Vrbis, ad hunc annum, quo tua causa hæc scribere aggressus sum, ∞. DLXXIX. XII. Kal. Febr. numerari annos ∞. ∞. CCC. XXXI. menses X. IESVS CHRISTVS nostræ salutis auctor nasci dignatus est anno eiusdem vrbis DCCLII. Augusto imperatore.

ibid. Cur tamen opposita velatur ianua lauro? Cingit & augustas arbor opaca comas?] Lege fores, non comas ex vno Vatic. Quam lectionem reppererat in aliis antiquis libris, annis abhinc vndequinquaginta Alexander Paganinus, qui in omnia Ouidij opera emendationes scripsit. Cõfirmat & eam Plinius lib. XV. c. XXX. Laurus, inquit, triũphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Csarũ, Põtificũmque: quæ sola & domos exornat. & ante limina excubat. Martialis libro VIII. vocat Penates laurigeros, quòd ante imperatorum domum sita erat laurus. eius carmina hæc sunt:

Laurigeros domini liber intrature penates
Disce verecundo sanctius ore loqui.

ibid. Causa superpositæ scripto testata coronæ.] Ita ex eodem lib. vet. & ratione legendum.

99. *Vnum ciuem*]Vnum Ouidium. ineptè autem Merula addit me, cùm liber sit, qui loquatur.

ibid. Placare parenti) Lege ex duobus Vatic. & Maffei, *placato*. per prosopopœiam.

ibid. Inde tenore]Ex iisdem duobus Vatic. legendum, *tenore*.

ibid. Candida templa) Propter marmor, quo tecta & ornata erant. *ibid. Signa*] statuas. *Et stricto stat ferus ense pater*) Multo rectius est in sex, quibus vtor libris scriptis: *Et stricto barbarus ense pater*. libro primo De arte, vbi hunc versum cecinerat, meminit huius porticus:

Nec tibi vitetur, quæ priscis sparsa tabellis
Porticus auctoris Liuia nomen habet.
Quæque parare necem miseris patruelibus ausæ
Belides, & stricto barbarus ense pater.

ibid. Nati]libri, Ouidij filij. Metaphora. Vide quæ dixi lib. & eleg. I. *Statio*) Metaphora à militibus, siue à nauibus, vel potius ab vtroque sumpta.

IN ELEGIAM II.

50. *Nec vos Pierides, nec stirps Latonia vestro Docta sacerdoti turba tulistis opem.*] Poetæ & Apollinis & Musarũ sacerdotes dicũtur. lib. III. amorũ, eleg. VII.

Ille ego Musarum purus, Phœbique sacerdos
Ad rigidas, &c. & in Ibide:
Nulla mora est in me, peragam rata vota sacerdos.

Horat. oda. I. lib. III. carm.

carmina non prius
Audita Musarum sacerdos,
Virginibus puerisque canto.

Tibullus lib. II.

Phœbe faue, nouus ingreditur tua templa sacerdos.

Propertius lib. III. eleg. I.

Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Itala per Graios orgia ferre choros.

ibid. Quodque magis vita Musa iocosa mea est.) sic lib. veteres, & rectè. *ibid. Plurima de pelago, terraque, &c.* Vide lib. I. eleg. IV. lib. IV. eleg. I. & vlt. & lib. V. eleg I.

ibid. Quique fugax rerum, securáque in otia natus, Mollis, & impatiens antè laboris eram.] eleg. vltima lib. sequentis.

Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
Sollicitæque fugax ambitionis eram.

ibid. Nec me mare portubus orbum,] lib. & eleg. IV.

Nec placidos portus hospita nauis habet.

Et eleg. XII. huius libri:

Litora rarus in hæc portubus orba venit.

ibid. Totiésque minatæ Obruit infelix nulla procella caput?) elegia II. lib. I.

Ipsa graues spargunt ora loquentis aquæ.

Et,

Dúmque loquor, vultus obruit vnda meos.

Sed hoc loco Metaphoricè loqui videtur, vt lib. II. De Ponto elegia VII:

Obruit hoc absens vasta procella caput.

IN ELEGIAM III.

ibid. Hæc mea si coniux) lib. veteres, *si casu*. sequor. coniux enim glossema esse censeo.

ibid. Quem mihi nunc animum) Optimi lib. excusi & Vatican. *nunc animum*. *ibid. Nec cælum patior*] aërẽ. lib. IV. eleg. VII. *Nec me peregrinum ducere cælum.*

Elegia IIX. huius libri.

Nec cælum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ.

ibid. Nec aquis assueuimus istis) Vetus scriptura, *istis*. lego igitur, *ipsis*. *ibid. Terraque nescia quo non placet ista modo*) Vnus Vatic. & Maffei, *ipsa*. melius & elegantius.

ibid. Non domus apta satis]elegia XII. huius libri.

Et mihi, iam ne domus Scythico Nasonis in orbe est?

Lib V. elegia XI.

Quippe simul nobiscum habitat discrimine nullo
Barbarus, & tecti plus quoque parte tenet.

ibid. *Nullus Apollinea qui leuet arte malum est*) Nullus est medicus. libro III. Fastorum:

Vos quoque Phœbea morbos qui pellitis arte,
Munera de nostris pauca referte Deæ.

ibid. *Omnia cùm subeant, uincis tamen omnia coniux, Et plus in nostro pectore parte tenes*) Elegia III. huius libri:

Vt tenera nostris cedente uolatibus aura
Aspicerem patriæ dulce repentè solum:
Desertæque domus uultus, memoresque sodales,
Caraque præcipuè coniugis ora meæ.

Lib. & eleg. v. ad vxorem.

Nec patriam magis ipse suam desiderat, & quæ
Plurima cum patria sentit abesse sua:
Quàm uultus, oculosque tuos, ô dulcior illo
Melle, quod in ceris Attica ponit apis.

51. *Vel præcessisset mors properata fugam*) sic Vatic. & rectè, vt mihi quidem videtur. id est: Mortuus essem, antequàm in exsilium essem eiectus. Fuga enim, vt dixi, exsilium significat. Cicero lib. III. epist. II. ad Atticum: Sed eò si veneris, de toto itinere, ac fuga mea, consilium capere potero: Eadem sententia lib. & elegia, quam modò citaui.

Sæpe etiam mœrens tempus reminiscitur illud,
Quod non præuentum morte fuisse dolet.

ibid. *Integer hanc potui nuper bene reddere uitam, Exsul ut occiderem, nunc mihi uita data est*) In epist. Medeæ ad Iasonem:

Tunc potui Medea mori bene: quidquid ab illo
Produxi uitæ tempore, pœna fuit.

ibid. *Exsul ut occiderem, nunc mihi uita data est*) Eadē fere indignatione vtitur lib. VI. Fast. de Manlio Torquato loquens:

Quàm bene, Dij magni, pugna cecidisset in illa
Defensor solij Iuppiter alte tui.
Vixit, ut occideret damnatus crimine regni,
Hunc illi titulum longa senecta dabat.

ibid. *Nec mandata dabo?*) Elegia II. lib. I. cùm dixisset præclarū esse cadauer humo contegi, addit:

Et mandare suis aliqua.

ibid. *Labentes oculos*) Vatic. & Aldinus meliorem habent lectionem, *Languentes oculos.*

ibid. *Condet amica manus*] Ita iidem lib. Mos autem erat apud veteres, vt, qui mortuo propior esset, is eius oculos clauderet. Ariadne ad Theseum:

Nec mea qui digitis lumina condat, erit.

In elegia ad Liuiam:

Tu mea condas lumina. Penelope ad Vlixem de Telemacho eorum filio:

Dij precor hoc iubeant, ut euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Ibidem:

Respice Laerten, ut iam sua lumina condas.

Infrà eleg. III. lib. IV. ad vxorem.

Supremoque die notum spectantia cœlum
Texisset digiti lumina nostra tui.

ibid. *Nec scinde capillos*) Vatic. *sende*. id est, solue, vt puto. Soluendi autem capilli in funere à Troianis mulieribus morem esse profectum scribit Virgilius lib. XI. *Et mœstæ Iliades crinem de more solutæ.* Lucilius —mercede quæ Conductæ flent alieno in funere præficæ, Multo & capillos scindunt, & clamant magis. Citat Nonius in verbo Præficæ.

ibid. *Lux mea*) Sic M. Tullius item ad vxorem: Em mea lux, meum desiderium, vnde &c.

ibid. *Cùm patriam amisi, tunc me perijsse putato, Et prior, & grauior mors fuit illa mihi*] Elegia III. lib. I.

ibid. *Animæ cum corpore nostro*] l. vet. *nostræ*. placet.

ibid. *Inter Sarmaticas Romana uagabitur umbras*) Eadem exemplaria, *Inter Sauromatas Romana uagabitur umbra.* Non dubito quin longè rectius sit. Romana autem pro Peligna dixit locorum vicinitate, aut, quòd diu Romæ vixit.

ibid. *Et amomi puluere misce*] In conseruandis cadaueribus amomum adhiberi solitum esse docet etiam hic noster lib. I. De Ponto eleg. X.

Ille tibi exequias & magni funus honoris
Fecit, & in gelidos fudit amoma sinus.

ibid. *Atque suburbano condita crede solo*] Duo Vatic. & Maffei, *pone*. quam lectionem notauit & Merula.

ibid. *Ingenio perij Naso poeta meo*) lib. II.

Ingenio est pœna reperta meo.

Et lib. III. De Ponto eleg. V.

Læsus ab ingenio Naso poeta meo.

52. *Tu tamen extincto feralia munera semper, Deque tuis lacrymis humida serta dato*) lib. scripti. *feralia munera ferto, Deque tuis*, &c. Non malè.

IN ELEGIAM IV.

Sed tempore duro Cognita) Iuxta illud Ennianum,

Amicus certus in re incerta cernitur.

Fides .n. in rebus aduersis vel maximè perspicitur.

ib. *Non prosunt, potius plurimum obesse solent*] l. Vatic. habent, *Non potius prodest, si quis obesse potest.* alij impressi & Maffei, *Non prosit potius.* &c.

ibid. *Adspicias, ut summa cortex leuis innatat unda*) lib. scripti, *innatet*. sic in elegia De morte Tibulli,

Adspice demissis ut eat miserabilis alis.

ibid. *Hic ego si monitis monitus prius ipse fuissem, In qua debebam, forsitan urbe forem*) lib. vet. & quidam excusi: *Hic ego si monitor monitus p. ipse f. In qua debueram.* Vere, vt puto.

53. *Hic altè*) Icarus.

ibid. *Demissius ille*) Dædalus.

ibid. *Bene qui latuit, bene uixit*) Sententia ex Epicuri dicto expressa, λάθε βιώσας.

ibid. *Non foret Eumedes orbus*) Rectè ita legendum censuit Merula, & alij viri docti.

ib. *Spatium procurrere*) Vatic. & Maffei, *decurrere* probo. ibid. *Tempore quas uno. fidaque uerba dabas*) Pessimè ita legitur in impressis: ineptéque ita exponitur à Merula. In duobus Vatican. *verbaque fida bibi.* In altero, & Maffei. *fidaque uerba bibi.* Quouis modo emendatè. eadem sententia elegia sequenti.

Et lacrymas cernens in singula uerba cadentes:
Ore meo lacrymas, auribus illa, bibi.

ibid. *Mollesque inglorius annos Exige*) Virg. lib. I. AEneid.

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat.

ibid. *At longè patria est, longè carissima coniux*) Scitè patriam anteponit vxori. eum enim ordinem officiorum gradus requirit, Sic propè lib. IV. eleg. V.

Vrbis abest facies, absunt, mea cura, sodales:
Et, qua nulla mihi carior, uxor abest.

Illo etiam modo lib. V. eleg. I.

At mihi si cura patriam cum coniuge reddas.

ibid. *Ille meos casus aggrauat*) vet. l. & hic & versu, qui statim sequitur, *ingrauat*. optimè.

ibid. *Tuetur opus*] iidem lib. vet. Maffeiano excepto, *apus*.

IN ELEGIAM V.

54. *Cunctique metu fugere ruinam*] Ita habent lib. veteres: & rectè meo quidem iudicio. lib. III. De

Ponto eleg. II.

Me quoque amicorum nimio terrore, metuque,
Non odio quidam destituere mei.

54. *Presso pendentia collo*) lib. vet. *mæsto*. perplacet. *ibid.* *Seu Carum uere nominas esse loco*) lib. IV. De Ponto el. XIII.

O mihi non dubios inter memorande sodales,
Qui quod es, id uere Care uocaris aue.

ibid. *Pectoribus teneo non abitura meis*) lib. I. eleg. IV.

Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis.

ibid. *Siue hoc contingere fas est*) vetusta exemplaria, *sine id.*

55. *Maxim apud Troiam forti quid habemus Achille? Dardanis lacrymas non tulit ille senis.*] lib. v. eleg. I.

Cum Priami lacrymis offensus non sit Achilles,
Tuu' fletus mihi bes durior hoste meos?

56. *Lapsaque sunt nimio uerba profana mero.*] lib. I. De Ponto & eleg.

Nec iuuat in lucem nimio marcescere uino.

ibid. *Peccatumque oculos est habuisse meum*) sic legendum. Huius autem loci sententia legitur in elegia, quæ hanc statim sequitur. *ibid.* *Admisso equo*) Elegantissimè admitti equi dicuntur, cùm impelluntur ita currus, & alia.

IN ELEGIAM VI.

ib. *Quique est in caris animi tibi candor amicis.* Ex animi candore, & sinceritate amicum commendat. lib. IV.

Cuius inest animo patrij candoris imago,
Non careat nervis candor ut iste suis.

Lib. II. De Ponto elegia v.

Candor in hoc æuo, res intermortua pæne
Exigit, ut faciam talia uota, tum.

& ibidem: *——sed sunt tua pectora lacte*
Et non calcato candidiora niue.

ibid. *Omne bona*] lib. Vatic. *omne bonum*.
ibid. *Nulla ratio*) nullum consilium.
ibid. *Fatum*) fati necessitatem: quod imminet.

57. *Et quæcunque adeò possint*) Ita legendum è libscriptis: & ratione. *ibid.* *Illa tegi cæca condita nocte decet*) Quæ Augustum agere vidi, perpetuo silentio inuoluenda sunt.

ibid. *Nil igitur referam*) Caussam iam attulit cur id referre nolit.

IN ELEGIAM VII.

ibid. *Perarata litera*] Eadem metaphora vtitur Plautus in Prologo Bacchid.

Ad Philoxenu Pistoclerum filium,
Sodalem unicum sulcat epistolium.

Cicero ad Atticum lib. XII. epist. I. Hoc litteratum exaraui egrediens è villa ante lucem. *ibid.* *Tu quoque dic studijs communibus ecquid inhæres? Doctaque non patrio carmina more canis?*) Sic malè est in omnibus excusis libris. verè autem & emendatè in vno Vatic. *Doctáque num*, &c.

58. *Raras dotes*) singularia ornamenta.

ibid. *Tunc quoque, si forsan nostrum deleuit amorem Tempus, eram nimio iunctus amore tibi.*] Hoc distichon abest à tribus vet. libris. nec legitur in lib. quem Plantinus impressit, anno M. D. LXVII.

ibid. *Vincat opus*) In iisdem vet. *uincit*, modo Indicatiui. *ibid.* *Postque meos ausus sit tibi pectus meri*] Postquam ego in exsilium abij, in poemate componendo ingenij vires non exerceas.

ibid. *Ergo desidiæ remoue doctissima causas, Inque bonas artes, & tua sacra redi.*] Iuxta præceptu illud suu,

Cedit amor rebus: res age, tutus eris.

ibid. *Ista decens facies longis uitiabitur annis, Rugáque* *in antiqua fronte senilis erit*] lib. II. De arte:

Forma bonu fragile est, quantumque accedit ad annos,
Fit minor, & spatio carpitur illa suo.

ibid. *Sunt & opes modicæ, cùm sis dignissima magnis*) o. lib. vet. *Sunt tibi opes*, &c. ad sensum aptius.

ibid. *Nempe dat, & quodcumque libet, fortuna, rapitque: irus & c.*) Probat exemplo diuitias non esse æternas, & homines arbitratu fortunæ, quæ modò dat, modò adimit, ex diuitibus egenos fieri. lib. IV. De Ponto elegia III.

Hæc Dea non stabili quàm sit leuis orbe fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio, & quamis mæstior aura,
Par illi leuitas improbe sola tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quæ ualuere, ruunt.
Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi?
Nempe tamen uitam captus ab hoste tulit.

Propertius eleg. & lib. III.

Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro.

Huc pertinet sententia Briantis:

Fortuna uitrea est, dum splendet frangitur.

59. *Singula quid referam*] lib. vet. *ne referam*.

ibid. *Nil non mortale tenemus Pectoris exceptis ingenijque bonis.*] Quæcunque homines habent, præter animi & ingenij bona, mortalia & fragilia sunt.

ibid. *En ego cùm patria caream, uobisque, domóque, Raptáque sint, adimi quæ potuere mihi, Ingenio tamen & c.*) Probat nunc se, quamuis patria, vxore, filia, domesticisque omnibus priuatus sit, perpetuò lectum iri, doctrináque quæ amitti non potest, immortalem fore.

ibid. *Conterque*) Passiuè.

IN ELEGIAM IIX.

ibid. *Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus*] De Triptolemo Ouidius ipse in libris Fast. & Ammianus lib. XXII. vbi ita est. Vtque solet fama nouitates sugere, properabat inde sublimior, vt quodam Triptolemi curru, quem ob rapidos circumgressus aeris serpentibus pinnigeris fabulosa vetustas imponit. De quo etiam hæc scitu digna collegit doctissimus Parrhasius in Claudianum. Triptolemum sibi vindicabant Athenienses, & Celei filium fuisse prædicabant, qui primus fruges coluerit. Historiam habes apud Pausaniam. Musæus autem Triptolemum Oceano Terráque genitum canit. Orpheus Dysaule, qua natus est, & Eubuleus. quibus, quoniam filiæ raptum indicarint, Cerea (vt idem pergit) frugum sationem dedit. Chœrilus Atheniensis in Alope Tragœdia, matrem Triptolemo dat Amphictyonis filiam, patrem verò Paron. Sed Argiui contendunt Cereris apud se primùm sacra instituta, atque inde Trochilum Cereris sacerdotem ob Agenoris simultatem profugum, in Atticam peruenisse, ductáque vxore Eleusina, Eubuleum Triptolemúmque suscepisse.

ibid. *Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus, Misit in ignotam qui rude semen humum. Nunc ego Medeæ uellem frænare dracones*) Hunc locum imitatus est Val. Flaccus lib. I. sub principium:

Nunc aërij plaustra uellet
Persei, aut curru sævos frænare dracones.

ibid. *Instar mihi muneris ampli Ex his me iubeat quolibet ire locis*) lib. IV. De Ponto elegia XIV.

Ipsa quoque est inuisa salus, suntque ultima nota
Quolibet ex istis sollicitat ire locis.
Nulla mihi cura est, terra quò muter ab ista,
Hac quia, quam uideo, gratior omnis erit.

In medias Syrtes, mediam mea vela Charybdim
Mittite, præsenti dum careamus humo.
Styx quoque si quid ea est, bene commutabitur Istro,
Si quid & inferius quam Stygis mundus habet.
Lib. v. & eleg. III. huius operis:
Hunc ego dum mittar, vel me Zanclæa Charybdis
Deuoret, atque suis ad Stygis mittar aquis:
vel rapidæ flammis urar patienter in Aetnæ,
Vel freta Leucadij mittar in alta Dei.

59. *Heu mihi*) Vnus Vatic. *Eu* sine adspiratione.

60. *Insomnia*) Impotentia dormiendi. Terentius in Eunucho act. II. scena I.

Nam auriam reuertere, aut mox noctu te adiget horsum insomnia. Sed videndus est Carisius lib. I. Institut. Grammatic.

ibid. cumque locos) Quidam ex vet. *locique*.

ibid. Quærar ut cum Cæsaris ira] Rectius in aliis: *quærar ut de Cæsaris ira.*

IN ELEGIAM IX.

ibid. Hic quoque sunt urbes Graiæ, quis crederet umquam?) Sic in Maffei & vno Vatic. In alio Vatic. *Hic quoque sunt igitur Graiæ, quis crederet, urbes Inter, &c.*

ibid. Nam ratis, quæ cura pugnacis facta Mineruæ Per non tentatas prima cucurrit aquas.) Primam nauem eam fuisse ait, in quam Argonautæ conscenderunt.

61. *Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto*) Tres Vatic. *spectator*, non *speculator*, habent.

ibid. Atque ita diuellit, diuulsaque membra per agros. Dissipat in multis inuenienda locis: Ne pater ignoret, &c.) Quod hoc hexasticho hic dicit elegantissimè, in purissimo, & numquam satis laudato opere in Ibin, vno disticho complexus est.

Et tua sic latos spargantur membra per agros:
Tamquam, quæ patrias detinuere uias.

De Absyrto, qui Medeæ & Iasonis dolis circumuentus, & interfectus est, Apollonius lib. IV. Argon. Vide & Apollodorum lib. I. Bibliothecæ.

IN ELEGIAM X.

ibid. Suppositum stellis numquam tangentibus æquor] suprà el. V. *Proxima sideribus tellus Erymanthidos Vrsæ Me tenet.*

62. *Terráque marmoreo est candida facta gelu*) Ibidem: *adstricto terra perusta gelu.*

ibid. Indurat Boreas, perpetuamque facit, lib. I. De Ponto el. IV.

Fert ubi perpetuas obruta terra niues.

ibid. Bima iacere) lib. veteres, *manere*.

ibid. Bracas) sic iidem libri, rectè.

ibid. Déque lacu fragiles effodiuntur aquæ] Lacus hic hodierno die Polonorum lingua dicitur Ovvidovveiexioro t quod Latinè est, Ouidij lacus. Est autem non longè à Kiouia, quæ antiquitus, vt putant, vocabatur Tomus, ipsius OVIDII relegatione clara. Cuius rei ILLVSTRISSIMVS PAVLLVS VCHANSKI Comes de Sluezeuo Capitaneus Drohobicensis, Serenišs. STEPHANI REGIS POLONIAE apud GREGORIVM XIII. ORATOR. Georgius Ticinius, eiusdem REGIS in Vrbe procurator. & Sebastianus Grabovvieczki Secretarius Regius, eiusdémque Oratoris Maior domus, aliique complúres & Polonicarum rerum & locorum gnarissimi, me fecerunt certiorem.

ibid. Cæruleos uentis latices durantibus Ister Congelat) lib. IV. De Ponto elegia III.

Et coit astrictis Barbarus Ister aquis.

ibid. vngula pulsat equi) Virgilius:

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campũ.

Ennius in VI.

Explorant Numidæ, totam quatit ungula terram.

Et in XVII.

It equitis, & plausu caua concutit ungula terram.

Et ipse lib. I. De Ponto eleg. III.

Bistonij cineres ungula pulset equi.

ibid. Perque nouos pontes subter labentibus undis Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues] lib. IV. De Ponto elegia VII.

Ipse uides rigida glacie concrescere Pontum:
Ipse uides rigido stantia uina gelu.
Ipse uides onerata ferox ut ducat Iazyx
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.

Paulo suprà in hac ipsa elegia.

Nudáque consistunt formam seruantia testæ
Vina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.

63. *Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset, Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.*] Tale quippiam mox positurus est: cùm enim dixisset Ponticam regionem pomis carere, statim subdit Acontij exemplum:

Poma negat regio: nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hic dominæ uerba legenda suæ.

ibid. Et quamquam Boreas] Duo Vatic. & Maffei; *Et quamuis.* sonus paulò suauior. *ibid. Inclusæque gelu stabunt ut marmore puppes.*] Iidem lib. *in marmore*, probo. marmor mare est. vt & apud Virgilium.

ibid. Nec poterit rigidas findere remus aquas) Hæc est vetus lectio, quam veram esse iudico.

ibid. Inuehitur celeri barbarus hostis equo: Hostis equo pollens.) Anadiplosis, vt ait Aquila, Rufinianus & Beda. Virgilius lib. X. Aeneid.

—sequitur pulcherrimus Astur:
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.

ibid. Nullisque tuentibus agros Incustoditæ diripiuntur opes.) In epist. Penelopes ad Vlixem:

Inque tua regnant, nullis prohibentibus aula:
Viscera nostra tuæ dilacerantur opes.

64. *Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis: Nam uolucri ferro tinctile virus habet*) lib. I. De Põto eleg. II.

Qui mortis sæuo geminent ut uulnere causas,
Omnia uipereo spicula felle linunt.

Lib. IV. elegia IX.

Siuene lita tenues serpentis felle sagittæ?

& X.

Hic agri infrondes, hic spicula tincta uenenis.

ibid. Et cremat insontes hostica turba casas) lib. scripti. *hostica flamma.* sequor. *ibid. Non hic pampinea dulcis latet uua sub umbra*] lib. I. De Ponto eleg. IV.

Non ager hic pomum, non dulces educat uuas.

& elegia IX.

Nil habeat regio nec poma ferat, nec uuas.

& elegia XII. huius libri:

Quóque loco est uitis, de palmite gemma mouetur:
Nam procul à Getico litore uitis abest.

ibid. Poma negat regio] Virg. *Et victum seges ægra negabat.*

ibid. Adspiceres nudos sine fronde sine arbore campos) lib. I. De Ponto eleg. IV.

Non salices ripa, robora monte uirent.

& IV. elegia X.

Hic agri infrondes.

ibid. Ergo tam latè pateat cùm maximus orbis, Hæc est in pœnas terra reperta meas] Iam suprà notaui, quàm molestum & graue esset poetæ in asperrimis Ponticę regionis locis vitam agere. quæ quidem regio sola eius exsilium graue faciebat. eleg. sequenti.

Pendimus en profugi, satiata tua pectora pœnas:
Exsilióque graui, exsilíique loco.

IN ELEGIAM XI.

64. *Fugax æruus*]Celer. ibid. *Quamlibet*)quamuis.
65. *Dictu mandi amarus*) Quattuor lib. veteres, quibus vtor potissimum, *maestis*. ibid. *Satiata tua pectora*)Exclamatio doloris plena. Ita fere lib. VI Met. de Niobe: *satiáque meo tua pectora luctu, corque ferum satia.* Quò videtur respexisse Seneca in Oedipo: vbi ita est: *Sed iuuat ipsos satiare Deos.*
ibid. *Ore gemente*)Vnus ex iisdem lib. *ore tremente*. sic in Ibide: *Exiguumque petas ore tremente cibum.*
ibid. *Inter Scythiasque*]Ita lib. vet. rectè.
ibid. *Nostra querela uenit*)iidem lib. *redit*. veré.
ibid. *Crede mihi, si sit nobis collatus Vlixes.*) Vide eleg. IV. lib. I. ibid. *Humanaque memor sortis, quæ tollit eosdem, Et premit*] Lege quæ notaui el. VII. huius lib. & Iuuen.

Si fortuna uolet, fies de Rhetore consul,
Si uolet hæc eadem, fies de consule Rhetor.

Sed præclarius idem Iuuenalis:

Nullum numen habes, si sit prudentia, sed nos
Te facimus Fortuna Deam, cæloque locamus.

ibid. *Est tibi de rebus maxima cura meis*)Locutio poëtica, lib. IV. el. III.

Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est.

Paulo aliter lib. I. De Ponto eleg. VII.

Artibus ingenuis quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

IN ELEGIAM XII.

66. *Annóque peracto Longior antiquis*) Ita est in vet. lib.
67. *Iam uiolas puerique legunt, hilaresque puellæ, Ruráque quæ nullo nata serente uehunt. Prataque pubescunt &c.*]Vide quàm ingeniosè, quàm venustè ver describat: cuius similis descriptio est lib. I. Fast. his verbis: *Dic age frigoribus quare nouus incipit annus,*

Qui melius per uer incipiendus erat?
Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas,
Et noua de tenero palmite gemma tumet:
Et modò formatis aperitur frondibus arbos,
Prodit & in summum seminis herba solum.
Et tepidum uolucres concentibus aera mulcent:
Ludit & in pratis luxuriatque pecus.
Tunc blandi soles, ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe figit opus.
Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro.

ibid. *Ruráque, quæ nullo nata serente uehunt*]lib. vet. *Rustica quas nullo terra serente uehit.* Vulgatam lectionem sequendam puto.
ibid. *vernat auis*) Metaphora ab agris & arboribus, quæ vere lætæ & floridæ sunt. Plautus, *amicula uernant.*
ibid. *Hirundo*]sub finem lib. II. eorundem Fast.

Fallimur? an ueris prænuncia uenit hirundo?

ibid. *Nam procul à Getici finibus arbor abest.*] Vide eleg. X.
ibid. *Otia nunc istic, iunctísque ex ordine ludis Cedunt uerbosi garrula uerba fori*)Ludos Megalenses intelligit, qui fiebant VI. Id. Aprilis. vel, vt est apud Liuium lib. XXIX. pridie Idus: quòd eo die Cæsar Iubam Mauritaniæ regem deuicisset. Ouid. lib. IV. Fast. *Institeram, quare primi Megalesia ludi*

Vrbe forent nostra: cùm Dea sensit enim,
Illa Deos, inquit, peperit: cessere parenti:
Principiumque dati mater honoris habet.

Mox ibidem:

Tertia lux (memini) ludis erit: hac mihi quidam
Spectanti senior, contiguúsque loco,
Hæc, ait, illa dies, Libycis qua Cæsar in oris
Perfida magnanimi contudit arma Iubæ.

Festus, siue ex eo Diaconus: Megalesia ludos Matris Magnæ appellabant. ibid. *Defessos artus uirgine tingit aqua.*)Sic est in lib. Vatican. optimè.
68. *Non interdicta cui licet urbe frui*]iidem lib. *cuilibet.* ibid. *Sedulus occurram nautæ, dictaque salute*] lib. XIV. Metamorph.

Quam simul adspexit, dicta acceptáque salute.

Et mox ibidem:

Hæc ubi nos uidit, dicta acceptáque salute.

ibid. *Ni de regione propinqua*)Vatic. habent, *nisi*.
ibid. *Non nisi uicinas*) alter horum librorum & Maffei, *nunquam.*
ibid. *Certè gratior usus erit*) Eadem exemplaria *huius erit*] vt sit sensus: Erit profectò gratior & iucundior vox huius Latini sermonis: libentius loquar Latinè quàm Græcè.
ibid. *Et Latio reddita uota Ioui*)eleg. II. libri sequentis, vbi de triumpho, cuius hîc meminit, scribit:

Donáque amicorum templis promissa Deorum,
Reddere uictores Cæsar uterque parens.

IN ELEGIAM XIII.

70. *Fumida ara*]Propter cereum. lib. II. elegia II.

Ipse ego thura dabo fumosis candidus aris.

IN ELEGIAM XIV.

71. *Vrbe.* Romæ: detracta (in) præpositione, quam carminis lex non admittit. ibid. *Hanc*]stirpem & progeniem: ac per hoc mea carmina, mea opera.
ibid. *In populi quicquam si tamen ore meum est*) sic lib. vet. rectè. ibid. *Nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius Intellecturis auribus utar, adest.*) sic legitur in iisdem lib. non *cui*. Hac autem de re conqueritur etiam elegia I. lib. IV. his verbis:

Sed neq; cui recitē, quisquā est, mea carmina, nec qui
Auribus accipiat uerba Latina suis.

Elegia vlt. eiusdem libri.

Quod, quamuis nemo est, cuius referatur ad aures.

Elegia IIX. lib. V.

Vnus in hoc non est populo, qui fortè Latinè
Quælibet è medio reddere uerba queat.

Solebant enim veteres, vbi aliquid scripserant, quod foras essent daturi, sodales conuocare, eorúmque iudicio permittere, vt quid eorum quisque de eo sentiret, aperiret, quem morem ostendit & elegia, quam modò citaui, vltima lib. IV.

Sæpe suas uolucres legit mihi grandior æuo,
Quæque necet serpens, quæ iuuet herba, Macer.
Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes,
Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.

Et elegia XII. lib. IV. De Ponto:

Sæpe ego correxi sub te censore libellos,
Sæpe tibi admonitu facta litura meo est.

ib. *Threicio Geticóque fere circumsonor ore*]sic prorsus legendum è vet. l. & ratione.

IN LIBRVM IV.

VEu libelle)Deest *in* præpositio. Hunc autem locum imitatus est Martialis lib. II.

Si qua uidebuntur chartis tibi, lector, in istis
Siue obscura nimis, siue Latina parum.

Vel potius locum elegiæ I. lib. superioris.
72. *Non fama petita*)elegia & lib. I.
ibid. *Qui erat iste*)Rectè. ita lib. vet. ibid. *Fessus ut*

incubuit baculo, saxóque resedit Pastor]elegia IX. lib. I. De Ponto: *Ipse uelim baculo pascere nixus oues.*

72. *Pariter data pensa trahemus*)Epist. III. Heroidum: *Nos humiles famulæque tuæ data pensa trahemus.*

Et lib. II. Fast.

Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant:
Inter quas tenui sic ait illa sono.

ibid. *Fertur & abducta Lyrnesside tristis Achilles Hæmonia curas attenuasse lyra.*] In eadem epistola ex Homero: *Threiciam digitis increpuisse lyram.*

73. *Eu amissa coniuge mœstus erat*] De Orpheo & Eurydice Ouid. lib. IX. Metamorph. quem locum ego ex aliis auctoribus illustraui. De his etiam multa Apollodorus lib. I.

ibid. *Me quoque Musa leuat Ponti loca iussa petentem, Sola comes nostræ perstitit illa fugæ.*) In hac ipsa elegia:

Iure Deas igitur ueneror mala nostra leuantes,
Sollicitas comites ex Helicone fugæ.

Elegia vlt. huius libri:

Gratia Musa tibi nam tu solatia præbes:
Tu curæ requies, tu medicina uenis.
Tu dux & comes es, tu nos abducis ab Istro,
In medioque mihi das Helicone locum.

74. *Deas*] Musas, lib. I. De Ponto elegia v t.
Et repeto nollem quas coluisse, Deas.

Lib. III De arte:

O ita Phœbe uelis, ita uos pia numina Vatum
Insigni cornu Bacche, nouémque Deæ.

In epistola ad Phaonem:

Per que nouem iuro, numina nostra, Deas.

Virgilius lib. X.

Pandite nunc Helicona Deæ, cantúsque mouete.

ibid. *Sollicitas comites ex Helicone fugæ.*) Appositio. id est, vos Musæ, quæ vsque ex Helicone, Bœotiæ monte, de meo exsilio sollicitæ estis.

ibid. *Quàm mala, quæ patior toto iactatus in orbe, Dum miser Euxini litora sæua peto.*] Eleg. II. lib. I.

ibid. *Capitisque pericula narrem*] Hunc locum exponam elegia vltima huius libri.

ibid. *Quam miserum est porta uitam, muroque tueri, Vixque sui tutum uiribus esse loci*] lib. V. eleg. IX.

Vix ope castelli defendimur, & tamen intus
Mista facit Graiis barbara turba metum.

Et elegia IV. eiusdem lib.

Vixque breuis tutos murus ab hoste facit.

Aspera militiæ iuuenis certamina fugi.)Postquam ex Asia, quam sub M. Varr. petij, reuersus sum, iuuenis in militiam odium habui, l. I. amor. eleg. XV. idẽ ait:

Non me more patrum, dum strenua sustinet ætas,
Præmia militiæ puluerulenta sequi.

Vbi addit se orc leges, vt eius pater cupiebat, edificere voluisse, nec forum sequi:

Nec me uerbosas leges ediscere, nec me
Ingrato uoces prostituisse foro.

ibid. *Nec nisi lusura mouimus arma manu.*) Ludendi tantùm causa, vt ingenuos decet adolescentes, gladios, & id armorum genus tractaui.

75. *Ipse mihi (quid enim faciam) scribóque, legóque, Tutaque iudicio litera nostra suo est.*] Quod lego ac compono, meo iudicio examinandum permitto. Careo enim amicis, quorum, cùm Romæ essem, in meis carminibus corrigendis iudicio vti solitus sum. Eos autem poetas, qui aliorum iudicium in suis carminibus emendandis requirerent, laudat Cicero lib. I. Officiorum. cuius hæc sunt verba: Vt pictores, & ij qui signa fabricantur, & veri poetæ, suum quisque opus à vulgo considerari vult, vt si quid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur: hique secum, & cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda & non facienda, & mutanda, & corrigenda sunt.

ibid. *Mea tempora*) Vide eleg. I. libri item I. carmen.

ibid. *Interdicta mihi consule Roma boni.*] lib. III. De Ponto eleg. IIX. *Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni.* Seneca De beneficiis lib. I. Hoc munus rogo, qualecunque est, boni consulas.

IN ELEGIAM II.

ibid. *Iam fera Germania*] sic lib. II. De Ponto elegia IIX. *Sic fera quam primum pauido Germania uultu Ante triumphantes seruus feratur equos.*

Et Manilius libro primo:

Extremas modò per gentes ut fœdere rupto
Cùm fera ductorem rapuit Germania Varum.

& Horat. in Epod. ode XVI.

Nec fera cærulea domuit Germania pube.

76. *Candidáque adducta collum percussa securi Victima purpureo sanguine tingit humum.*) Hæc est vera & germana lectio, quam & vet. libri, & excusi quidam habent. lib. I. Fast.

Victima, quæ dextra cecidit uictrice, uocatur:
Hostibus à domitis hostia nomen habet.

ibid. *Meritis dei*) sic paulo infrà in hac ipsa elegia.
Et dabitur merito laurea uota Ioui.

Et suprà lib. I. eleg. X.

Hæc si contigerint, meritæ cadet agna Mineruæ.

ibid. *Cumque ducum titulis oppida capta leget.*) lib. II. De Ponto elegia I. de hoc ipso triumpho:

Protinus argento uersos imitantia muros
Barbara cum pictis oppida lata uiris.

Propertius lib. & elegia III.

& titulis oppida capta legam.

ibid. *Vinclaque captiua reges ceruice gerentes*] Quos è Germanis reges à Druso captos, atque in triumphum ductos dicit? nullos planè. Itaque Ouidium de aliis triumphis, in quibus reges, cùm ipse Romæ esset, ducti erant, quorum hunc similem nunc describit, loqui existimo. Sic enim Drusi virtutem magis extollit. Germania autem, vt ex Floro constat, magis turpiter amissa, quàm gloriose acquisita est. Quod bellum anno ab vrbe condita DCCXLIV. gestum esse alij notant. malè vt puto. verùm ipsi viderint. Atque eam, quam exposui, veram esse huius carminis sententiam docet hic noster libro secundo De Ponto, elegia superius citata. vbi ita est:

Térque tulisse duces captiuos addita collis
Vincula, pæne hostes quot satis esse fuit.

Vel posuit reges pro ducibus, vt apud Manilium lib. secundo: *Et quinquaginta regum &c.* Superest, vt hoc loco paucis comprehendam triumphandi morem, quo vtebantur Romani. Ornabantur victores corona laurea, in aurato curru, quem quattuor equi albi vno ordine traherent: sedebat Imperator: quem quidem currum præcedebat Senatus: subsequebatur populus, & milites ante v[illegible]oris autem curru, post Senatum ibant victi ferream catenam collo gerentes: in ædem Iouis, quæ erat in Capitolio, ad cuius radicem [illegible] relictis, ascendebant. Is autem, qui triumpharet de taureis, in Capitolio sacrificabat, sicut de ouibus, is qui ouaret.

77. *Vndique iactato flore tegente uias.*]M[illegible]s erat, vt in ea via, per quam triumphantes irent, flores iacerentur. lib. II. De Ponto elegia I.

Quaque ferit felix adiectum plausibus omen,
Saxáque roratis erubuere rosis

Et lib. I. amor. eleg. II. de se à Cupidine iam victo:

Læta triumphantis de summo mater olympo
Plaudet, & appositas sparget in ora rosas.

ibid. Tempora Phœbea lauro cingetur, Ioque Miles io *magna voce triumphe canet.*) Imperatores, ducésve, qui deuictis hostibus triumphassent, caput lauro ornabant: militeśque, qui currum subsequebantur Io triumphe canebant: Tibul. lib. II. el. VI.

Ipse gerens laurus lauro deuinctus agresti,
Miles io magna voce triumphe canet.

Horatius in Epodo oda IX.

Io triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues.
Io triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportasti ducem.

Martialis lib. VII.

Rursus Io magnos clamat tibi Roma triumphos.

Ad hunc autem morem allusit poeta noster lib. I. Metamorph. his verbis de lauro:

Tu ducibus latu aderis, cum læta triumphum
Vox canet.

Quare laurus in triumpho adhiberetur, audiendus est Festus Pompeius. Laureati, inquit milites subsequebantur currum triumphantis, vt quasi purgati à cæde humana intrarent vrbem.

Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat: vel quòd medicamento siccissima sit. Consulendus est & Plinius lib. XV. cap. vltimo, vbi hanc, quam ille adfert, opinionem, quòd in suffitionibus adhiberetur, improbat: eámque Massurio adscribit. *ib. Frementque canentes Quadryuges ærnes sæpe resistere equos*]I. Vat. & quidã impressi, *frementque calentes Quadryugos.* Masti verò, *frementúque cauentum Quadryuges ærnes.* rectius, vt puto.

IN ELEGIAM III.

78. *Adspicias illa precor, quæ non bene mœnia quondam Dicitur Iliades transiluisse Remus.*]lib. II. Fast.

Romule concedes, fiant hic tua magne tuendo
Mœnia, tu dederas transilienda Remo.

Sub principium lib. III.

Mœnia conduntur, quæ quamuis parua fuerunt,
Non tamen expediit transiluisse Remo.

Ex lib IV.

Néue quis aut muros, aut factam uomere fossam
Transeat, audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros
Cœpit, & hic populus dicere tutus erit?
Nec mora: transiluit, rutro Celer occupat ausum,
Ille premit duram sanguinolentus humum.

Sed ante hæc ait Romulum ac Remum, dum vterque condendæ nouæ vrbis auctor esse vellet, certasse: sedatáque postea controuersia, de compacto vultutũ augurio stetisse. Ille Palatinũ, hic Auẽtinũ montes occupat: *ambigitur mœnia ponat vter.*

Nil opus est dixit certamine Romulus ullo:
Magna fides auium est: experiamur aues.
Res placet: alter init nemorosi saxa Palati,
Alter Auentinum mane cacumen adit.
Sex Remus: hic volucres bis sex videt ordine: pacto
Statur: & arbitrium Romulus vrbis habet.

Huc mirificè faciunt Ennij carmina de Romulo & Remo, quæ citantur à Cicerone lib. I. De Diuinatione: *Certantes magna cum cura concupientes*

Regni, dant operam simul auspicio augurióque.
Hinc Remus auspicio se deuouet, atque secundam
Solus auem seruat. at Romulu' pulcher in alto
Quærit Auentino, seruans genus altiuolantum.
Certabant, urbem Romam ne, Remamue uocarent.
Omnis cura uiris, uter esset endoperator.
Exspectant veluti consul cum mittere signum
Volt, omnes auidi spectant ad carceris oras,
Qua mox emittat pictis ex faucibu' currus.
Sic expectabat populus, atque ore timebat
Rebus, utri magni uictoria sit data regni.
Interea sol albu' recessit in infera noctis.
Exin candida se radiis dedit icta foras lux:
Et simul ex alto longe pulcherrima præpes
Læua uolauit auis: simul aureus exoritur sol.
Cedunt ter quatuor de cælo corpora sancta
Auium, præpetibus sese pulchrisque locis dant.
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
Auspicio regni stabilitaque scamna, solumque.

Quibus in versibus tria loca emendaui ope vet. libri, qui penes me est: quæ si quis scire velit, ea conferat cum lib. excusis. Illud hic notandum duxi, Ennium ab Ouid. Dionys. sub finem l. I. & à Floro dissentire. Hi enim aiunt Romulum Palatinum, nõ autem Auentinum augurij captandi gratia ascendisse.

ibid. Teque remota procul, si modò uiuit, amat) eleg. VI. lib. V. *Viuat, ametque uirum.*

79. *Et oblitum non sinat esse mei*]lib. I. De Ponto eleg. V. de Patria: *& immemorem non sinat esse sui.*

ibid. Hectora Thessalico vidit ab axe rapi] De rapto Hectore & ioci & animi causa bina disticha iãpridem lusi. Exercebam enim me cum sodalibus meis in carminibus, quę vel inx desinerent, vel ab eadem littera inciperent, ediscendis: hoc proposito præmio, vt is, qui eius generis plura adduceret, quibus alij inuoluerentur, victor esset, omniúmque haberetur dignissimus. Quorum carminum non magna sanè apud probatos auctores copia est. Sex tantùm in Silio leguntur: vnum in Ouidij epistolis, in Horatio, & Propertio item vnum reperitur. Eorum igitur distichorum alterum est, de Xantho prope Troiã fluuio. *Hectore raptato ter circum mœnia Troiæ,*

Xanthe tuas undas intumuisse ferunt

Alterum vero de Xantho, Achillis equo:

Efferus Hectoreum dum corpus raptat Achilles,
Xanthe tuas aiunt immaduisse genas.

Hæc eo libentius in hæc Scholia retuli, vt tu quoque interdum cum æqualibus tuis te exerceas. Etenim & memoriam firmiorem tibi comparabis, & illos te superasse vehementer etiam atque etiã oblectaberis. *ibid. Est quædam flere voluptas*) Sententia huic similis legitur in Electra Sophoclis.

ibid. Cinis] comburebantur enim apud Romanos cadauera, quorum cinis in vrna seruabatur.

Denique dum uixi sine crimine) Rectè ita est in bonis lib. & vno Vatic. 80. *Purpureus molli fiat in ore pudor*, Melius in aliis l impressis & scriptis, *in ore rubor*, paulo suprà in hac ipsa eleg. *& subit ora rubor.*

Et eleg. IIX. lib. V.

Teque reor nostri erubuisse malis.

Si qui erunt, quibus illo alio modo placeat, non magnopere contendam. *ibid. Materiamque tuis tristem uirtutibus imple: Ardua per præceps gloria uadit iter*) Perpulchrum inductionis exemplum.

ibid. Et patet in laudes area lata tuas] In epistola Penelopes: *Et patet in curas area lata meas.*

IN ELEGIAM IV.

ibid. O qui nominibus cum sis generosus auitis Exsuperas morum nobilitate genus) Laudat amicum suum poeta à nobilitate virtuti coniũcta lib. I. De Põto:

Ille memor magni generis, uirtute quod auget.

ibid. Cuius in ingenio patriæ facundia linguæ]lib. II. De Ponto

pater Latiæ facundia linguæ.

81. *Nec tamen officium nostro tibi carmine factum Principe tam iusto posse nocere puto*) Cùm sit tam iustus Augustus, quòd te meo carmine salutauerim, nihil tibi nocere posse arbitror. & causam sequenti carmine adfert.

ibid. Ipse pater patriæ) Augustus libro secundo:

Parcæ pater patriæ.

Suetonius in eius ipsius vita: Senatus te consentiens cum populo R. consalutat patriæ patrem. Cicero primum à Q. Catulo filio, quòd à coniuratis Romam liberasset, pater patriæ dictus est. Vnde Iuuenalis:

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

82. *Mitius exsilium, pauloque quietius oro*) Antiquiores ac probiores libri scripti habent, *pauloque propinquius opto.* libentius sequor.

ibid. Si quis ab illo Hæc peteret pro me) Subaudi particulam, vt.

ibid. Frigoris axe iaceret) In aliis est, *sideris igne.*

ibid. Nec procul a nobis locus est, vbi Taurica dira Cæde pharetratæ, &c.) Hoc ipsum, siue historia sit, siue fabula, copiosius narrat lib. III. De Ponto eleg. II. vbi incipit, *Est procul in Scythia,* & reliqua.

83. *Protinus euincti tristem ducuntur ad aram*] Perspicuè ex hoc loco, & ex lib. III. eleg. II. De Ponto, cognoscitur, eos qui pro sacrificio mactarentur, ligari solitos esse, & è Virgilij loco ex secundo Aeneid.

Eripui, fateor, leto me, & vincula rupi.

In quo enarrando lapsus est interpretum magister Seruius. Ait enim solutas esse hostias, piaculúmque aliquid in sacrificio religari: & relligionis vincula ibi intelligi.

ibid. Tristem aram) Hypallage. eodem modo hic noster loco superius citato aram immitem dixit.

IN ELEGIAM V.

ibid. Vnica fortunis ara reperta meis) Solebant veteres, vbi extremum aliquod periculum imminebat, ad aras tanquam ad tutum locum confugere. ad quam consuetudinem allusit Virg. lib. II. Aeneidos, cùm ait Græcos Ilium iam esse ingressos:

AEdibus in mediis, nudoque sub ætheris axe
Ingens ara fuit: iuxtaque veterrima laurus
Incumbens aræ, atque vmbra complexa Penates:
Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & diuum amplexæ simulacra tenebant.

Et hic noster eleg. IIX. lib. II. De Ponto: de Augusti, Tiberij, & Liuiæ imaginibus.

Vos eritis nostræ portus, & ara fugæ:
Vos ego complectar Geticis si cingor ab armis,
Vtque meas Aquilas, vestra ego signa sequar.

IN ELEGIAM VI.

84. *Tempus & in canas semen producit aristas*) semen appositio.

ibid. In canas aristas) Valde canas, ac per hoc maturas.

ibid. Hoc tenuat dentem terram findentis aratri) Hæc est vera & germana lectio. Maffei verò liber, *fondentis.* Aequè bene. Hanc autem sententiam sic expressit lib. II. De Ponto, el. VII.

Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu

Et lib. IV. elegia x.

Et teritur pressa vomer aduncus humo

Lucretius lib. I.

vncus aratri
Ferreus occultè decrescit vomer in aruis.

Apparet igitur manifestè ex his locis vomer esse generis masculini, non autem neutrius, vt falsò putauit Merula, homo, vt eius erant tempora, doctissimus. 85. *Et, qua nulla mihi carior, vxor abest*] lib. 5. eleg. XV.

Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis,
O mihi me coniux carior, ipsa vides.

ibid. Braccataque turba Getarum) sic libri veteres.

IN ELEGIAM VII.

86. *Bis me Sol adiit gelidæ post frigora Brumæ, Bisque suum tacto pisce peregit iter*) Quintilianus idcirco Ouidium, ciuem meum, Tibullo & Propertio lasciuiorem vocat lib. x. quòd pluribus modis eandem efferat sententiam. sic superiori elegia:

Vt patris careo, bis frugibus area trita est:
Dissiluit nudo pressa bis vua pede.

Parcam innumerabilia exempla notare. Hac autem de re in lib. I. Amorum pluribus disserui.

ibid. Quadrupedesque homines cum pectore pectora iunctos) Lege ex o. l. s. *iunctos:* & vide quā artificiosè, & venustè Centauros describat.

87. *Tergeminúmque canem*) Cerberum: de quo sic Apollodorus lib. II. Cerberus terna canum capita, draconisque caudam & in tergo serpentum omniū generum capita habuisse dicitur. Vide prætera, quod ego in obseruationibus in Metamorphosi annotaui meis.

IN ELEGIAM IIX.

ibid. Inficit & nigras alba senectus comas] Hic quoque idem dicit, quod superiori versu: *Iam mea cygneas imitantur tempora plumas.* & in aliis, qui statim sequuntur.

Tibullus lib. & elegia II.

dum tarda senectus
Inducat rugas, inficiatque comas.

88. *Quæque meæ semper placuerunt otia menti Carpere*] Elegia vltima huius libri:

Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores
Otia, iudicio semper amata meo.

Lib. I. sine titulo elegia IX.

Ipse ego segnis eram, discinctique in otia natus,
Mollierant animos lectus & vmbra meos.

ibid. Et paruam celebrare domum] Sic lib. II. ad Augustum:

Parua quidem periit. sed sine labe domus.
Sic quoque parua tamen, patrio dicatur vt æuo
Clara, nec vllius nobilitate minor.

ibid. Patriosque penates] Tres lib. Vatic. & Maffei, *Veteresque penates.*

ibid. Rura paterna] Quæ erant in Pelignis, & Romæ, si hortos intelligimus, de quibus infrà.

Carisque sodalibus) Maffeianus liber, *nepotibus.* rectius.

ibid. Iactum Sarmaticis) Duo Vatic. Maff. & Aldinus meliorem habent lectionem, *Actum.* eleg. vlt. huius libri:

Tacta mihi tandem est longis erroribus acto
Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

ibid. Quassæ puppes) lib. I. eleg. II.

Soluere quassatæ parcite membra ratis.

In Ibin:

Cumque ego quassa meæ complectar membra carinæ.
Naufragij tabulas pugnat habere mei.

In epistola II.

Ah laceras etiam puppes furiosa refeci,
Vt, qua desererer, firma carina foret.

ibid. Ne temere in mediis dissoluantur aquis] Tres Vatic. & Maffeianus: *destituantur* receptam lectionem

sequor. suprà eleg. v.

Fert bene praecipites nauis modò facta procellas,
Quamlibet exiguo soluitur imbre vetus.

Lib. I. De Ponto elegia v.

Firma sit ipsa licet, soluetur in aequore nauis.

88. *Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas,*
Languidus in pratis gramina carpit equus] Equus, quo in ludis Olympiacis vsi erant, senex & viribus infirmus, adepta iam victoria per prata liberè vagabatur. lib. II. amorum eleg. IX.

Mittitur in saltus carcere liber equus.

Sed mihi dubium non est, quin hoc loco Ouidius noster ad Enniana illa carmina respexerit:

Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

ibid. *Miles ut emeritis non est satis vtilis armis, Ponit ad antiquosque tubi arma lares*) Pessimè & foedissimè ita legitur in omnibus vulgatis libris. in duobus Vaticanis est. *Miles ubi emeritus &c.* non satis emendaté. In tribus aliis ex eadem bibliotheca & Maffeiano perspicuè legitur, *annis*, non armis Lege igitur, *Miles ubi*, vel *ut emeritus, non est satis vtilis annis Ponit*, &c. Dicitur enim propriè miles emeritus, qui militia perfunctus post annos XX. vt Iuriscoonsulti docent l. I. Cod de excusatione veteranorum. l. 2. C. de re milit. l. vlt C. de his, qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt, & l. veteranis Cod. quando prouocare non est necesse, dimittitur, ab eáque vacationem habet. Et Tacitus sub finem lib. I. Centesimam rerum venalium post bella ciuilia institutam deprecante populo, edixit Tiberius militare aerarium eo subsidio niti. simul imparem oneri Rempublicam nisi vicesimo militiae anno veterani dimitterentur. Miseret me Merulae cum suis emeritis armis, quae hic nulla sunt. Lucanus lib. I. *Quae sedes erit emeritis*. Et idem Tacitus loco proxime citato: Percennius & Vibulenus militibus agros emeritis largiemur?

ibid. *Annis*; Id est, propter longam aetatem senectutem. Habes itaque locum omnium optimè restitutum, felicissiméque enarratum. Hic autem locus meritò semper suspectus fuit optimo fratri meo, Marco Antonio.

ibid. *Sic igitur tarda vires minuente senecta*] Vatic. lib. hanc habent lectionem.

ibid. *Nec fontem Getico fonte leuare sitim*] Cur aquam Geticae regionis se bibere, eáque sitim suam extinguere, indignum dicit: Ouidius ipse respondebit lib. II. De Ponto eleg. VII.

AEquoreo bibitur cum sale mista palus.

Et lib. III. elegia I.

Non tibi sunt fontes, laticis sed paene marini:
Qui potus, dubium est, sistat alatne sitim.

Et lib. IV. eleg. X.

Innatat unda freto dulcis, leuiorque marina est,
Quae proprium misto de sale pondus habet.

Hae etiam de re conqueritur lib. & eleg. III. aeger ad vxorem:

Nec caelum patior, nec aquis assueuimus ipsis,
Terraque nescio quo non placet ipsa modo.

ibid. *tamque decem lustris omnis sine labe peractis*) sic in elegantissimo, & omni paene eruditionis pleno opere, quod Ibis inscribitur:

Tempus ad hoc lustris mihi bis iam quinque peractis
Omne fuit Musae carmen inerme meae

ibid. *Quo*) Vbi vide quae notaui lib. I. De Ponto & elegia.

88. *Haec mihi si Delphos, Dodonaque diceret ipsa,*
Esse videretur vanus vterque locus) Tale quippiam lib. IV. De Ponto eleg. III.

Litus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis,
Et metues arcu ne feriare Getae.
I bibe, dixissem, purgantes pectora succos,
Quidquid & in tota nascitur Anticyra.

In elegiam IX.

Et tua Lethaeis acta dabuntur aquis) lib. I. elegia VII.

Cuncta ne Lethaeas mersa ferantur aquas?

& lib. III. De arte: *Nec mea Lethaeis scripta dabuntur aquis.*

ibid. *Vt*) quamuis.

ibid. *Quidquid dicetur ab ortu*) Rectius in Maffeiano & aliis, *dicemus*.

ibid. *Cane Musa receptus*] sic duo Vatic. at alius & Maffeianus, *recessus*. placet. lib. I. Metamorphoseos:

& cecinit iussos inflata recessus.

In elegiam X.

90. *Sulmo mihi patria est*) His quattuor vocibus compendiose pro insigni vtitur Municipium meũ, quod nunc Pelignorum metropolis est. Ita videlicet S. M. P. E.

ibid. *Gelidis uberrimus undis*) ita rectè habent vetusta exemplaria.

ibid. *Millia qui nouies distat ab urbe decem*] Cicero pro Caecina: Quot millia fundus suus abesset ab vrbe.

ibid. *Millia qui nouies distat ab urbe decem*) Perspicuè ex hoc loco patet breuiora milliaria, quàm nũc sunt, antiquitus fuisse. Sulmonem enim non XC. sed vix tandem LXX. millia passuum, nunc Roma abesse, opportunè hic indicandum duxi. Cognoscitur etiam ex lib. I. De bello ciuili, vbi Caesar Sulmonem Corfinio (cuius hodie vix minimae supersunt parietinae) VII. millium interuallo abesse ait: cùm hodie vix quinque distare certum sit. Idque apud Ciceronem etiam animaduerti facilè potest, qui in Orat. pro S. Roscio Amerino litteris consignauit, Ameriam Roma sex & quinquaginta millia passuum distare. nunc verò XLIV. abesse constat: quod quidem iter aestate vnico fere die conficitur, vt ego, qui id ipsum dedita opera ab incolis petij, certior factus sum. Rursus perspicuum fit ex ea, quam ponam, antiquissima inscriptione. Iuxta oppidum, quod Arsularum dicitur, ad fontem, quem vocant Somnulam, secundum viam Valeriã, quae etiam nunc visitur lapidibus strata, extat lapis milliarius his verbis.

XXXVIII
IMP. NERVA
CAESAR AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNICIA
POTESTATE. COS. III.
PATER PATRIAE
FACIENDVM. CVRAVIT.

Distat autem ab vrbe, vt nunc quidem ratio milliariorum est, circiter passuum duodetriginta millia. Quam inscriptionem à se inuentam mihi dedit acutiss. ingenio vir, & vtriusque linguae intelligentissimus, P. Franciscus Bencius, qui Romae in Societatis Iesu, cuius sacerdos est, collegio eloquentiae artem summa cum laude sexennio profitetur. Neque audiendi sunt qui opinantur, siue potius contendunt, Roma Sulmonem non per Carseolos, ac Marsos, vt nunc, antiquitus profectos esse: sed per eam regionem, vbi nunc Aquila est: quod sanè iter Ouidij sententiae aequè respondeat;

Et enim Ouidius ipse id falsum esse apertè demonstrat, qui æstate cùm Sulmonē peteret, se per Carseolos, qui sunt in via Valeria (hodie *il piano di Perito, & delle Celle*) transire solitum adfirmat eius verba sunt lib. I V. Fastor.

Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.
Hac ego Pelignos, natalia rura petebam
Parua, sed assiduis obuia semper aquis.
Hospitis antiqui solitas intrauimus ædes,
Dempserat emeritis iam iuga Phœbus equis.

90. *Gelidis undis*) Ita legendum è bonis exemplaribus. Suetonius in Claud. Claudiæ aquæ gelidos, & vberes fontes, quorum alteri &c. & ipse lib. I I. Fastorum:

In medio gelidæ fons erat altus aquæ.

ibid. Cùm cecidit fato consul uterque pari) Eodem anno natus est & Tibullus. qui hoc ipso carmine idem significans vsus est elegia v. lib. I I I.

Natalem primò nostrum uidere parentes,
Cùm cecidit fato consul uterque pari.

Fuit autem hic annus Vrbis conditæ D C C X. quo anno eloquentiæ Romanæ lumen Cicero extinctus est. De Hircio & Pansa Coss. quos hoc loco intelligit poeta, sic Cornelius Tacitus lib. I. Siue hostis illos, seu Pansam, venenum vulneri adfusum, milites Hircium, & machinator doli Cæsar abstulerat.

ibid. Si quid id est, usque &c.] libri quidam vet. *Si quis & à proauis.* non placet.

ibid. Non modò fortunæ munere factus eques] Quidam legunt, *Non sum fortunæ.* malè omnino. Eorum autem verborum talis est ordo & sensus: Ego Ouidius non sum modò factus Eques munere fortunæ, sed à maioribus meis hanc dignitatem, veluti hereditatem per manus accepi. Idem fere dicit lib. I I I. amorum elegia vltima, quo loco versum, qui hunc præcedit, iam antea cecineras:

Si quid id est, usque à proauis uetus ordinis heres,
Non modo militiæ turbine factus eques.

Hoc autem ideo dicit, quòd ætate sua multi erant milites, aliique obscuro loco nati homines, qui à Iulio Cæsare, & ab Augusto, quorum opera in bello vsi erant, eum dignitatis gradum acceperant.

ibid. Non modo fortunæ munere factus eques] Nostra lingua, *Non so Caualier di quattro giorni per beneficio di fortuna.* Ineptit autem hoc loco eruditus Merula, qui aliter distinguit.

Hæc est armigeræ festis de quinque Mineruæ, Quæ fieri pugna prima cruenta solet) Superius annum, quo natus est, notauit: nunc verò mensem & diem, hoc est X I I I. Kal. Aprilis. qua quidem die primùm gladiatorum munus committebatur, vt lib. I I I. Fast. his patet carminibus:

Vna dies media est, & fiunt sacra Mineruæ,
Nomina quæ iunctis quinque diebus habet.
Sanguine prima uacat, nec fas concurrere ferro:
Causa quòd est illa nata Minerua die.
Altera, tresque super rasa celebrantur arena,
Ensibus exertis bellica læta Dea est.

Falluntur qui X I V. Kal. April. supputarunt. Infert enim hic,

Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

ibid. Armigeræ] Pingebatur enim Minerua capite galeam gerens, manu dextera clypeum, sinistra verò lanceam. Atque ita è Iouis capite natam fabulis traditum est. Ouid. lib. I I I. Fast.

ibid. Ab arte] Ita lib. vet. itáque legendum.

ibid. Frater] Lucius Ouidius Naso, quo modo & pater vocabatur.

ibid. Viridi ab æuo) ab adolescentia, vel à pueritia.

ibid. Verbosi fori] sic lib. I I I. eleg. X I I.

Cedunt uerbosi garrula turba fori.

ibid. Studium inutile] Quod nullam adfert vtilitatē: nullas parit diuitias. lib. I. De Ponto eleg. V.

Sic ego constanter studium non utile seruo.

91. *Mæonides nullas ipse reliquit opes*] Argumentum à maiori. Sunt autem patris verba, aut certè sententia:

Mæonides nullas ipse reliquit opes. Claudianus:
Sed non Virgilius, sed non accusat Homerus,
Neuter enim quæstor, pauper uterque fuit.

ibid. Liberior fratri sumpta mihique toga est) Virilem togam significat, vt rectè sentit Merula, quam nobiles adolescentes in liberi patris festo, quæ idcirco Liberalia vocabantur, sumebant. Erant autem Liberalia X V I. Kal. April. Cuius nominis varias etymologias refert poeta noster libro tertio Fastorū, vbi ita est,

Restat, ut inueniam, quare toga libera detur
Lucifero pueris candide Bacche tua.
Siue quòd ipse puer semper, iuuenisque uideris,
Et media est ætas inter utrumque tibi.
Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos
Commendant curæ, numinibusque tuis:
Siue quod es liber, uestis quoque libera per te
Sumitur, & uitæ liberioris iter.
Aut quia, cùm colerent prisci studiosius agros,
Et faceret patrio rure senator opus:
Et caperet fasces à curuo consul aratro,
Nec crimen duras esset habere manus.
Rusticus ad ludos populus ueniebat in urbem:
Sed dis, non studiis ille dabatur honos.
Luce sua ludos uuæ commentor habebat,
Quos cum tædifera nunc habet ille Dea.
Ergo ut tyronum celebrare frequentia posset,
Visa dies dandæ non aliena togæ.

ibid. Induiturque humeros) libri scripti, *humeris.*

ibid. Cum lato purpura clauo) Magnam habet hic locus difficultatem, quam me tollere non posse ingenuè fateor: neque viri docti, qui in vrbe sunt, quibuscum dedita opera collocutus sum: neque alij, qui in celeberrimis Italiæ gymnasiis sunt, ad quos litteras misi: nec quod alij super hunc ipsum locum scripserunt, probant. Illud hic non ab re indicandum duxi, hunc, quem ponam Propertij locum, è lib. I I I. ad Mæcenatem, qui Eques Romanus fuit:

Intra fortunam qui cupis esse tuam,

illustrari ex C. Velleio Paterculo lib. I I. cuius hæc sunt verba de ipso Mæcenate, Quippe vixit angusti claui fine contentus: nec maiora consequi non potuit, sed non concupiuit.

ibid. Sollicitæque fugax ambitionis eram) el. I I. l. I I I.

Quoque fugax rerum.

92. *Bassus quoque*] Ita vocatur ab iis, qui Ouidij vitam antiquitus conscripserunt. Meminit & huius poetæ Propertius: idque etiam nuper indicauit Scaliger.

ibid. Et tenuit nostras) sic duo Vaticani.

ibid. Numerosus Horatius) Propter tot carminum, quibus vsus est, genera. Natus est Horatius ante Ouidium annis X X I I.

ibid. Galle) Apostrophe ad Cornelium Gallum. de quo plura Diod. l. I I I. & hic noster in elegia de morte Tibulli.

92. *Quartus ab his serie temporis ipse fui*) Sic propè lib. II. cùm Tibullum, & Propertium, qui amoris præcepta dederant, nominasset:

His ego successi, quoniam præstantia candor
Nomina uiuorum dissimulare iubet. (baudies.

ibid. *Utque ego maiores*) natu, & verbum colui, su-
ibid. *Non tardè*, Quamprimùm, statim, illico.

ibid. *Totam cantata per urbem*] Hoc hemistichium sumpsit Statius libro II. Silu.

Astris & uatis totam cantata per urbem.

ibid. *Cùm fugerem*] Cùm in exsilium proficiscerer. lib. I. De Ponto eleg. IIX.

Iure igitur lacrymas Celso libamus adempto,
Cùm fugerem, uiuo quas dedit ipse mihi.

Et lib. IV. elegia V.

Te sibi, cùm fugeret, memori solet ore referre,
Barbariæ tutos exhibuisse mas.

Virgilius ecloga I.

Nos patriam fugimus.

Quo sensu, vt suprà notaui, nomen fugæ legitur apud hunc nostrum, & apud Ciceronem.

ibid. *Molle cor*) sic lib. I. De Ponto elegia IV.

Confiteor misero molle cor esse mihi.

ibid. *Illi*) superiori vxori.

ibid. *Et iam compleras genitor sua fata, nouémque Addiderat lustris altera lustra nouem.*) Cùm Ouidius parentem suum nonaginta annos complesse significet, peropportunam hoc loco ansam mihi dat, qui id ipsum ferè de parente meo, Ioanne, liquidò testari possum. Duodeviginti enim lustra firmis sanè corporis & mẽtis viribus cælestium beneficio agit.

ibid. *Lustra*) per hoc verbum Lustrũ prisci illi Romani tempus designabãt: postea verò per Cõsules.

ibid. *Matri*) lib. veteres, *matris*.

ibid. *Proxima busta tuli*] Clarissimus, ac sine controuersia Iurisconsultorum nostri temporis præstantissimus, Iacobus Cuiacius, lib. XIII. obseruationũ, cap. XXIX. legit, *iusta tuli*: vt & illud Statij lib. VI.

—quid inania ferts
Iusta rogis? Iusta ferre & facere vnum & idem esse vult. *ibid.* *Ambo*] Vterque parens.

93. *Et graciles structos effugit umbra rogos*) Propertius libro quarto:

Sunt aliquid manes, letum non omnia finit,
Lucidáque euictos effugit umbra rogos.

ibid. *Crimina nostra fero*) lib. vet. *carmina*.

ib. *Postque meos Pisæa uinctus ortus oliua Abstulerat decies præmia uictor eques.*) Cùm in exsilium sum eiectos, natus eram annos L. menses VII. dies verò XXI.

ibid. *Ad læua*) ad sinistram partem ingredientibus. Eodem modo dicit ad sinistra, vt notabo lib. I. eleg. II. *Obligor ut tangam læua fera litora ponti.*

Elegia VII. huius libri:

Quæ maris Euxini terra sinistra iacet.

Elegia XI. lib. V.

Et Scythici uerè terra sinistra freti.

Elegia & lib. II. De Ponto:

Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti.

ibid. *Quid referam comitúmque nefas, famulósque nocentes?*] Hoc quid sit, ipse omnium optimè aperiet. elegia & lib. I. *ego perditus ensem*

Hæsurum iugulo iam puto, iámque meo.

Lib. III elegia II.

Perdere diuersæ nec potuere uiæ.

Ibidem:

Cur ego tot gladios fugi?

Lib. IV. elegia I.

Utque neque insidias, capitísque pericula narrem,
Vera quidem uidi, sed grauiora fide.

Lib. V. elegia II.

Utque meæ casus, ut amara pericula ponti:
Ut tetram strictas in mea fata manus.

Eleg. V. lib. I. De Ponto, vbi se cũ Iasone cõparat:

Ille habuit comites primos telluris Achiuæ,
At nostram cuncti deseruere fugam.

Et lib. II. elegia VII.

Recta fides comitum poterat mala nostra leuare:
Ditata est spolijs perfida turba meis.

ibid. *Ipsaque multa tuli non leuiora fuga*) Assentior clarissimo viro M. Antonio Mureto, & eruditiss. fratri meo, M. Antonio, qui legendum censent, *Et quæ multa &c.* cum interrogationis nota. quæ optima sententia est.

ibid. *Ductæ per otia uitæ*) Præter ea, quæ superius notaui, ita libro III. eleg. II.

Quique fugax rerum, securaque in otia natus,
Mollis & impatiens antè laboris eram.

Lib. V. elegia IV.

Quique prius mollem, uacuamque laboribus egi
In studijs uitam, Pieridumque choro.

ibid. *Per otia*) Per tranquillitatem, quietem. sic verbũ otium reperies apud M. Tullium in Philippicis.

ibid. *Tótque tuli pœnas terra*] Melius in aliis, *Totque tuli terra casus*. lib. I. eleg. IV.

Sare meos casus si quis &c.

ibid. *Tótque tuli terra casus, pelagóque, quot inter Occultum stellæ conspicuúmque polum*) Elegia & libro, quem modò adduxi.

Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,
Paruaque quot siccus corpora puluis habet,

Lib. IV. elegia I.

Méque tot aduersis cumulas, quot littus arenas,
Quótque fretum pisces, ouaque piscis habet.

Lib. sequenti, elegia I.

Felix qui patitur quæ numerare potest.
Quot frutices syluæ, quot flauas Tybris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet.

Et II.

Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,
Quótue soporiferum grana papauer habet:
Sylua feras quot alit, quot piscibus unda natatur,
Et tenerum pennis aëra pulsat auis:
Tot premor aduersis: quæ si comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Lib. II. De Ponto eleg. VII.

Nec numerus nostris casibus esse potest.
Cyniphiæ segetis citius numerabis aristas,
Altáque quàm multis floreat Hybla thymis:
Et quot aues motis nitantur in aëra pennis,
Quótque natent pisces æquore, certus eris.
Quàm tibi nostrorum statuatur summa laborum,
Quos ego sum terra, quos ego passus aqua.

Et lib. IV. eleg. XV.

Tempora nam miseræ complectar ut omnia uitæ,
A meritis eius pars mihi nulla uacat:
Quæ numero tot sunt, quot in horto fertilis arui
Punica sub lento cortice grana rubent,
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.

ibid *Tacta mihi tandem longis*. In vno Vatic. *tandem est*. In altero & Maffeiano, *Tacta mihi est tandem*.

ibid. *Quamuis circumsoner armis*] Duo lib. scripti, *circumsoner*. Eadẽ autẽ sententia est lib. I. De Ponto elegia IV. *Hostis adest dextra, læuaq; à parte timendus,*

vicinoque meis terret utrumque latus.
Et eleg. II. qui hunc sequitur, libri:
& sæuo cinctus ab hoste locus. Et III.
Quàm quòd finitimo cinctus premor undiq; Marte.
93. Sic tamen absumo, decipióque diem) Eleg. IIX. lib. sequentis: Detineo studijs animum, fallóque labores,
Experior curis & dare uerba meis.
Quid potius faciam desertis solus in oris?
Quámue malis aliam quærere coner opem?
ibid. Gratia) refertur.
ibid. Tu mihi quod rarum est, uiuo sublime dedisti Nomen, ab exequijs quod dare fama solet) lib. IV. De Ponto elegia XVI.
Famáque post cineres maior uenit, & mihi nomen
Tunc quoque, cum uiuis annumerarer, erat.
Propertius lib. III. elegia I.
Omnia post obitum fingit maiora uetustas:
Maius ab exequijs nomen in ora uenit.
Martialis lib. I. de seipso ad Lectorem:
Cui lector studiose, quod dedisti
viuenti decus, atque sentienti,
Rari post cineres habent poetæ.
Sed videndum est eiusdem Mart. epigram. lib. V. quod incipit:
Esse quid hoc dicam, uiuis quòd fama negatur?
ibid. Nam tulerint magnos cum sæcula nostra poetas,
Nō fuit ingenio fama maligna meo) Eadē elegia & libro:
Dicere si fas est, claro mea nomine Musa,
Atque inter tantos, quæ legeretur, erat.
ibid. maligna) inuida. Antitheton, benigna. priore illo modo in epistola ad Helenam:
Credis & hoc nobis? minor est tua gloria uero,
Famaque de forma pene maligna tua est.

IN LIBRVM V.

SIC ego Sarmaticas longè profectus in auras) longè rectior lectio est in Vatic. & Masseiano, oras.
95. In illo) Ita iidem Vaticani.
ibid. Adest) Hæc genuina lectio est.
ibid. Socios ad publica carmina flexi) Vt bella scriberent, vel de Patria.
ibid. Martis campus) Tacitus lib. I. In campo Martis, sede destinata cremari vellent.
ibid. Barbariam, rigidos effugiamque Getas) lib. & eleg. IV. Quique sit a sæuis longius hoste, locum.
ibid. Cùm faceret Nioben orbam Latonia proles) Hāc fabulam scribit Apollodorus lib. III. vbi Niobes filiorum numerum & nomina singillatim sic recensset. mares, Sipylum, Minytum, Ismenū, Damasichthonem, Agenorem, Phœdimum ac Tantalum: feminas, Ethodæam, siue, vt alij volunt, Theram, Cleodoxam, Astyochen, Phthiam, Pelopiam, Astycrateam, Ogygiam. Addit & auctorum discrepantiam. At Hesiodus decem filios, totidémque filias eam suscepisse ait. Herodotus autem duos mares, & tres feminas. Immò verò Homerus sex mares, & sex item feminas. Amphionem ex Niobe habuisse refert. Quare Niobe tot filiis aucta, se Latona fœcundiorem esse iactauit. Idque Latona cùm ægro animo ferret, filios suos, Apollinem ac Dianam, in Niobes filios irritauit. Mox autem Diana Niobes filias domi confecit: Apollo verò mares ad vnum in Cithærone venantes interfecit.
96. Cogitur & uires multiplicare suas) Dolor facit homines eloquentes. sic Vlixes apud poetam nostrum lib. XIII. Metamorph. in quæ dolor ipse disertum Fecerat. Sic & Cicero ab exsilio reuersus, cùm pro domo sua dixit, l. IV. epist. II. ad Atticum. Post illas datas litteras secuta est summa cōtētio de domo. Diximus apud Pontifices prid. Kal. Octobris. Acta res est accuratè à nobis: & si vnquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si vnquam aliâs fuimus, tum profectò dolor & magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. rursus hic noster, si quis facundus atque eloquens esse vult, præcipit, vt doleat. Atque utinam posses etiam facundus in illis
Esse: dole tantùm, sponte disertus eris.
ibid. Sed nec obesse potest ulli, nec scripta fuerunt Nostra, nisi auctori perniciosa suo. At mala sunt, fateor: quis te mala sumere cogit? Aut quis deceptum ponere sumpta uetat?) Eodem argumento elegantissimè vsus est lib. II his carminibus:
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Apparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modò dat medicina salutem:
Quæque iuuet, monstrat, quæque sit herba nocens.
Et latro, & cautus præcingitur ense uiator:
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur innocuas ut agat facundia causas,
Protegit hæc sontes, immeritósque premit.
Sic igitur carmen, recta si mente legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.
Et tandem uitium quicunque hinc concipit, errat,
Et nimium scriptis arrogat ille meis.
ibid. Ipse nec emendo) lib. I. De Ponto eleg. VI. aliam adfert causam:
Nec tamen emendo, labor hic, quàm scribere maior,
Mensque pati durum sustinet ægra nihil.
Ibidem:
Cur ego sollicita poliam mea carmina cura?
An uerear, ne non approbet illa Getes?
Et lib. III. eleg. IX.
Sæpe piget (quid enim dubitem tibi uera fateri?)
Corrigere, & longi ferre laboris onus. Et:
Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto
Magnus Aristarcho maior Homerus erat.
ibid. Non sunt illa suo barbariora loco) Vide quæ notaui eleg. I. lib. III. ibid. Nec me Roma suis debet conferre poetis) libro & eleg. I. De Ponto:
Nec me nominibus furiosus confero tantis.
ibid. Inter Sauromatas ingeniosus eram.) Eodem lib. eleg. VI. Forsitan audacter faciam, sed glorior Istrum
Ingenio nullum maius habere meo.
ibid. Denique nulla mihi captatur gloria) elegia II X.
Non tamen, ut lauder, uigilo, curámque futuri
Nominis, utilius quod latuisset, ago.
Lib. III. De Ponto eleg. vltima:
Da ueniam scriptis, quorum non gloria nobis
Causa, sed utilitas, officiumque fuit.
ibid. Quæque ingenij stimulos subdere fama solet) lib. IV, elegia II. De Ponto:
Excitat auditor studium, laudatáque uirtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.
IN ELEGIAM II.
97. Pæne decem totis aluit Pæantius annis Pestiferum tumido uulnus ab angue datum.) Elegia v. huius libri:
Quique Philoctetes ictus ab angue gemat.
Et lib. I. De Ponto, eleg. IV.
Vtque Machaonijs Pæantius artibus heros
Lenito medicam uulnere sensit opem.
ibid. Vulnus ab angue datum) sic est in lib. veteribus, & rectè. Hunc autem locum copiosissimè explica-

bo lib. XIII. Metamorphos. ibi. *non te Pœantia proles*
Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.

97. *Et mea, si facinus nullum commisimus, opto Vulnera qui fecit, facta leuare uelit.*) lib. & elegia I.

Namque ea uel nemo, uel qui mihi uulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest.

ibid. De mare) Antiquè. sic in Ibin.

Et summam Libyco de mare carpat aquam.

ibid. vt tacitam strictus in mea fata manus.] Necem sibi in itinere à comitibus paratam intelligit: idque significat elegia vlt. libri superioris:

Quid referam comitumque nefas?

Vt ibi notaui. *Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo?*) Metaphora à bubus sumpta. *vnde petam lapsis solatia rebus?*) Ita habet vetus scriptura emendatè. infrà: *Nunc tua pro rebus tutatur gratia lapsis.* Et,

Respicis antiquum lapsis in rebus amicum.

ibid. Videris ipse, sacram quamuis inuisus ad aram Confugiam) Vide quæ dixi lib. IV. elegia V.

ibid. Alloquor en absens) Assentior eruditis viris, qui hæc superiori annectunt elegiæ: est autem Apostrophe ad Augustum, qua cum rogat, vt sua mala mutato exsilij loco mitigentur.

ibid. O decus, ô patriæ) Laudat Augustum Cæsarem ab ornamento & pietate in patriam. sic extremo lib. II. *O pater, ô patriæ cura salusque tuæ.*

IN ELEGIAM III.

99. *Par ego sæpe fui*] Hæc est vetus & vera scriptura.

Quique prius mollem, uacuamque laboribus egi In studijs uitam, Pieridumque choro) lib. I. eleg. IV. vbi se cum Vlixe confert:

Illi corpus erat durum, patiénsque laborum:
Inualidæ uires, ingeniumque mihi.
Ille erat assiduè sæuis agitatus in armis:
Assuetus studijs mollibus ipse fui.

Et eleg. quæ hanc præcedit:

corpúsque, quod antè laborum
Impatiens nobis, inualidúmque fuit.

ibid. Quo) Ad quē locū: hoc est, ad æthereas arces.

ibid. Decolor Indus] Vatic. lib. *discolor.* Quo modo Propertius lib. IV. *Vsius & Eos discolor Indus aqua.*

100. *Nec illo melius cecidit*) Idē lib. *lenius.* idq. rectius.

ibid. Admonitu matris.] sic idem lib.

ibid. Gnaua iuuentus) Vetus scriptura, *Leta.*

101. *Sis memor esse tuo.* Nō dubiū est qui lectio, quæ est in eodem lib. lōgè melior & verior sit: *me memor.*

IN ELEGIAM IV.

ibid. Heu quanto melior sors tua sorte mea est!) Vsus est hoc versu lib. IV. Fast. & lib. I. amor. elegia VI.

ibid. Téque Menœtiaden, &c.) Quatuor amicorum paris. De his Cicero, & ego in obseruationibus in Metamorphosin meis, quæ aliàs, Deo volente, excudentur.

ibid. Plena tibi ac tanen referetur gratia factis: Non sinet ille tuos litus arare boues.] Hæc est vetus & vera lectio. Quod autem dicit postremo carmine, prouerbij vim habet. sic & in epist. Oenones ad Paridem:

Quid facis Oenone, quid arenæ semina mandas?
Non profecturis litora bubus aras.

IN ELEGIAM V.

102. *Nostrorum oblitus laborum*) liber Vatic. *malorum,* eleg. sequenti. *ibid. Discolor alba*) sic idem lib.

ibid. Adspice, ut aura tumens &c.) Lege, *ut aura tumen,* ex eodem lib. & ratione. *ibid. Consilium? commune sacrum &c.*) Ita idem lib. idque probo.

103. *Consilium: commune sacrum cùm fiat in ara Fratribus, alterna qui periere manu*] Polynicem & Eteoclem significat. Pleniorem expositionem consule obseruat. in Ibin.

ibid. Nata pudicitia est, mores, probitásque fidésque: At non sunt istis gaudia nata die) lib. I. eleg. V.

Siue tibi hoc debes, nullo pia facta magistro,
Cumque noua mores sunt tibi luce dati.

ibid. Scilicet aduersis probitas exercita rebus Tristis materiam &c. Inductio.

ibid. Pietas ignota maneret) Ita in vet. libris est. verè.

IN ELEGIAM VI.

104. *Quā sitis tempore duro*) Ita è vet. lib. legendū.

ibid. Firma sit ara) Vide quæ superius collegi.

ibid. Quoties Agamemnone natum) De Orestis & Pyladis amicitia plura alibi.

ibid. Vero est nostra querela minor) sic lib. I. Metamorphos. *minor fuit ipsa infamia uero.*

ibid. compesce furores) liber vetus, quo vtor in primis, *amores:* quæ quidem lectio ad genuinam proximè accedit: legendum enim est, *timores*, vt habet Antuerpianū exemplar, cuius suprà mentionē feci.

IN ELEGIAM VII.

105. *Ex illa tibi uenit epistola terra*] Eadem exemplaria & Masseianum sic habent. & verè.

ibid. A male pacatis) Ex iisdem exemplaribus ita est legendum.

ibid. Qui non Corytum) sic eadem exemplaria. melius, vt puto, quàm alia, *Gorytum.*

ibid. Non coma nec ulla barba resecta manu) Eleg. X. huius lib. *Quos ut non timeas, possis odisse uidendo,*
Pellibus, & longa corpora tecta coma.

ibid. Dextera nos segnis fixo dare uulnera cultro.] Ita est in Vatic. In aliis *stricto.* superior lectio maiorem vim ac sæuitiam præ se ferre mihi videtur.

ibid. Viuis in his igitur tenerorum lusor amorum) sic rectius legi opinor, quàm *viuis in his heu non uestrorum oblitus amorum.* Illo enim modo est in Vatican.

ibid. Et non moriatur in illis) lib. I. De Ponto eleg. II.

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum. Et III.
Denique si moriar subeam pacatius aruum,
Ossa nec à Scythica nostra premantur humo.

Et lib. III. elegia I.

Inque Tomitana condar oportet humo.

ibid. Carmina quòd uestro saltari nostra theatro) lege ex o. vet. & optime excusis, *pleno*, non *uestro.* Martialis lib. VI.

Quæque sonant pleno uocésque manúsque theatro.

Sic dicitur frequenti Senatu apud Ciceronem.

ibid. Sæpe plus feritatis habent) Optimè in Vatic. Masseiano, &, quos modo nominaui, excusis libris, *sæuæ plus.*

ibid. Vnus in hoc non est populo, Ita iidem lib. rectè.

106. *En pudet, & fateor, iam desuetudine longa vix subeunt ipsi uerba Latina mihi*) Elegia vltima lib. III.

Dicere sæpe aliquid conanti, turpe fateri,
Verba mihi desunt, dedidicique loqui.

ibid. Sed ista loca est) Superius eiusdem generis aliquid notaui.

ibid. Et fiat patrio uox mea tuta sono) lib. Vatic. *muta.*

ibid. Meque ipse reducat) Idem lib. *me sicque reducat.*

IN ELEGIAM IIX.

ibid. Exiget ac dignas ultrix Rhamnusia pœnas.] Vide quæ dixi lib. III. Metamorphos. Et Claudianus:

Sed Dea quæ nimiis obstat Rhamnusia uotis.

ibid. Quiuis accessurus & ipse est) eleg. V. hu' libri

Dy tamen, & Cæsar dys accessure.

Fugatum) In exsilium missum, lib. I. eleg. II.

–quid quem fugis ille tenetur?

Sic & libro secundo, quod pareant scriberet

In elegiam IX.

107. *Ille dedit uitam, tu, quam dedit ipse, tueris*) Vatic. & is, quem impressit optimus Plantinus, *quam dedit ille.* optimè.

Seruiet officio spiritus iste meo] Idem Vatic. & Maffeianus elegantissimam planéque veram habent lectionem, *ipse meo.*

In elegiam X.

108. *Quae nisi de rapto uiuere turpe putant*) Vatic. *Quae sibi non rapto.* ibid. *Nil extra tutum est, tumulus defenditur ipse Moenibus exigua, ingenioque loci*) Idem lib. *tumulus defenditur aegrè*, &c. optima sanè sententia. nā postea dicturus est, *vix ope castelli defendimur.* Eodem illo modo Iustinus lib. XXX. Philippus puer regni terminos aduersus finitimos ægrè defendit. *Ingenioque loci*, Loci situm ac naturam significat. sic lib. II. De Ponto eleg. I.

Atque ea te contra nec muri mole, nec armis,
Nec satis ingenio tuta fuisse loci.

Et lib. IV. elegia VII.

Non negat AEgyptos, quae te subeunte recepta
Sensit in ingenio nil opis esse loci.

Sic & is, qui omnium prudentissimus in historia est, Cornel. Tacitus lib. VI. Locorúmque ingenio sese contra imbelles regis copias tutabantur.

ib. *Et longa corpora tecta coma*] sic verè legitur in Vat.

ibid. *Deridens*) Idem liber, *et ridens.* placet.

IN ELEGIAM XI.

109. *Ipse relegati, non exsulis utitur in me Nomine: tuta suo iudex causa mea est.*] sic lib. II.

Quippe relegatus, non exsul dicor in illo.

Elegia II huius libri.

— nec exsul
Edicti uerbis nominor ipse tui.

Mox duobus interpositis carminibus,

Arua relegatum iussisti uisere Ponti.

IN ELEGIAM XII.

ibid. *Difficile est, quod amice mones, quia carmina laetū Sunt opus, & pacem mentis habere uolunt*) lib. I. & eleg. huius operis:

Carmina proueniunt animo deducta sereno,
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis & otia quaerunt:
Me mare, me uenti, me fera iactat hyems.

ib. *Vt Priamus natorum funere*) Priami filij (teste Apollodoro) L. IV. fuere. De his in meis in Metam. obseruationibus, quæ rursus edentur. Est autem hoc loco amplificatio.

ibid. *Plaudat*] Vnus l. *ludat.*

ibid. *Tempore qui longo*] Idem lib. *Tempore cùm lōgo.*

ibid. *Rimisque dehiscunt*) Virg. lib. I. Aeneid. *rimisque fatiscunt.* 110 *Et pars antiqui nulla uigoris adest.* sic lib. vet. rectè, vt puto. ibid. *Et fecunda fuit*] sic Maff.

ibid. *Vocisque ferinae: Omnia sunt Getici plena timore soni.* Ita legendum videtur.

ibid. *Nec tamen, ut uerū fatear tibi, nostra teneri A componendo carmine musa potest*) Suprà in hac ipsa elegia.

Luctibus an studio uideor debere teneri.

Et lib. IV. De Ponto elegia I.

Non potui mea mens esset quin grata, teneri.

Hoc eo libentius notare volui, quòd in quibusdam libris aliter legitur. ibid. *Hunc nisi pars casu flammis erepta dolose Ad uos ingenij non ueniet ulla mei*] In vet. *Nec nisi pars casu flammis erepta dolose Ad uos ing. perueniet ulla mei.* Probanda lectio.

IN ELEGIAM XIII.

ibid. *Me quoque non medico frigore laesit hyems*) sic est in Maffeiano emendatè.

ibid. *Quippe mea est humeris fulta ruina tuis*) lib. I. eleg. V. *Te mea supposita ueluti trabe fulta ruina est.*

111. *Tu tamen ne falsa possis quoque tollere culpae Crimina*) eadem exemplaria, *pellere.*

IN ELEGIAM XIV.

ibid. *Cū sis in parte laborū.* In iisdē exempl. scriptis. *malorū.* ibid. *Perpetui fructū donauimus nominis*) Aeternæ famæ immortalitatē meis carminib' tibi cō paraui.

ibid. *Et tandem probitas irreprehensa fuit*) Alii legunt, *Et tantum.* Maffei lib. *Et tanta* Neutra lectio emendata est. Tu verò ex vno Vatican. lege, *Et semper.*

ibid. *Quam non fortuna gubernet*) Ita est in duobus Vat. & cod. Maff. 112. *Si quis tamen pretij*) sic iidē lib.

ibid. *Rebus adest*) Hæc est eorundē lib. scriptura.

Si tempus] *Vt tempus.* Eadem exemplaria.

Et loca mirantur) Duo Vatic. *transgreditur*: aliud exemplar *narrantur.*

ibid. *Adspicis ut longo teneat laudabilis aeuo Nomen inextinctum Penelopea fides?*) lib. III. De Pōto eleg. I.

AEmula Penelopes fieres, si fraude pudica
Instantes uelles fallere nupta procos.

ibid. *Cernis ut Admeti*) Alcestis: Ibidem:

Si mea mors redimenda tua, quod abominor, esset,
Admeti coniux, quam sequereris, eras.

Plato in Symposiaco: Higynus in fabulis; Valer. l. IV. cap. VI. & Euripides in Alceste sub principium.

ibid *Hectora uxor?*] lib. I. elegia V.

Nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor.

ibid. *Ausaque in accensos Hiphiasire rogos*) lib. III. De Ponto eleg. I.

Hiphias ante oculos tibi erit ponenda uolenti
Corpus in accensos mittere fortè rogos.

ibid. *Hiphias*) Euadne, Hiphidis filia, auctor Pindari interpres, & Apollodorus lib. III. Bibliothecæ. Martialis, lib. IV.

Arserit Euadne flammis iniecta mariti.

Sex mulieres castas enumerat Higynus. eius verba posui lib. II Fast. in fine. *Vt uiuat fama coniux Phylaceia, cuius Iliacam primò* (sic enim rectius legitur in vno Vaticano.) *iter pede pressit humum?* lib. II.

— quid ue Pelasgum
Iliacam tetigit qui rate primus humum?

Elegia V. huius libri.

Effice ut Iliacas tangens prior alter arenas,
Laodamia nihil, cur referatur, erit.

Et lib. III. De Ponto eleg. I.

Si comes extincti manes sequerere mariti,
Esset dux facti Laodamia tui.

ibid. *Nil opus est mortis pro me*) Quinque lib. Vaticani, & Maffeianus multo rectius & integrius habēt, *Morte nihil opus est.* sic eo, quem modò citaui, loco:

Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

Et lib. VII. Metamorphoseos:

In superis opus esse nihil, at in aedibus ignes.

Quib' in locis verbū NIHIL vltimā syllabā producit.

ibid. *Quàm uis remige puppis erat*) Duo Vaticani, *maius erat.* paulo melius, & planius.

HAEC sunt, FRANCISCE BASTONE puer optime, atque illustris, quæ in hosce libros, omniū occupatissimus notarem: quę si tibi patruóq; tuo, viro doctissimo, omniq; honoris genere dignissimo GVLIELMO BASTONO grata esse cognouero, magnos me laboris huius mei, & diligentiæ fructus percepisse videbor. Vale. & vt facis, vrge litterarū studia, ac virtutis viā cōstāti animo sequere, vt eū, in quo natus es, dignitatis & honoris gradū non solùm tueare, sed multo etiam ampliorem atque illustriorem excellenti tuo ingenio reddas.

IN PVBL. OVIDII NASONIS DE PONTO LIBROS IIII.

HERCVLES CIOFANVS SVLMONENSIS CÆSARI RANALDO RADIANENSI S.

NON dubito quin prudentes omnes viri hoc meum fint confilium probaturi, quòd ego homo Pelignus Pelignum vatem Peligno adolefcentulo dedicandum cenfuerim. Neque enim quidquam aptius opportuniúfque hoc tempore penes me erat, quod tibi, qui non mediocrem Latinæ linguæ intelligentiam adeptus es, carminúmque legem difcere in animo habes, offerre poffem. Accipe igitur eos OVIDII libros, quos de Ponto à loco appellauit, à me veterum exemplarium ope emendatos, & obferuationibus illuftratos. Quem laborem per id temporis fpatium, quo legalium lectionũ vacationes publicè priuatimque indictæ erant, & à plerifque (vt mos eft) genio indulgebatur, fexcentis diftrictus negotiis aggreffus ad vmbilicum deduxi. De OVIDIO autem ipfo, déque eius in pangendis carminibus felicitate, quæ in eo Natura rerum omnium magiftra adiutrice, mirificè eluxit, quid hic commemorẽ? quid de facilitate, qua quidquid dicere tentauit, dilucidè, purè, ornatè, copiofèque expreffit, enunciauit, & quò voluit inflexit? quid de Pathetico genere, in quo omnium maximè excelluit? quid de crebris, quibus vfus eft, fententiis, quas fumma cum dexteritate & elegantia explicauit? Hos verò libros, in quibus nihil turpe, nihil obfcœnum deprehendes (qua vtinam labe alia aliorum auctorum opera carerent) fi ftudiofè leges, confido fore, vt breui cùm ingenio fatis acuto, quo præditus es, tum tui patrui, viri docti, déque me optimè meriti, FEDERICI RANALDI auxilio, qui animi caufa fubfecius horis tibi, & Æmilio Florio, amitæ tuæ filio, interdum operam dare folet, non paruos in poetica facultate proceffus fis facturus. Vale. Romæ IV. Id. Mart. M. D. LXXX.

HERCVLIS CIOFANI SVLMONENSIS IN P. OVIDII NASONIS LIBRVM I. DE PONTO OBSERVATIONES.

IN LIBRVM PRIMVM.

Numerus paginam denotat.

NON *nouus incola*) Manferat enim in Pontica regione propè quadriennium.

ibid. *Patet cafsis verfibus ille locus*) Hæc eft Vatican. Maffeiani, & Vrfini libri lectio quæ vera eft, vt & alij annotarunt.

ibid. *Qua*] Vbi. Idque elegantiffimè dicitur de fitu in loco. Hic nofter lib. II. Faft.

Quâque iacent valles, Maxime Circe, tua.

Propertius lib. III. eleg. XVI.

Claufus ab umbrofo qua ludit pontus auerno
Humida Baiarum ftagna tepentis aquæ,
Qua iacet & Troiæ tubicen Mifenus arenis,
Et fonat Herculeo ftructa labore via.

Et:

Qua Siculæ victor telluris Claudius, & qua
Cæfar ab humana ceffit in aftra via.

Tibullus eleg & lib. II.

Et qua marus unda rubet.

Horatius lib. II. oda III.

Qua pinus ingens, alta que populus &c.

Vbi multi malè legunt *quo*. Claud. lib. I. De raptu Proserpinæ:

Deuenere locum, Cereris qua tecta nitebant

Cyclopum firmata manu. Rursus hic noster lib. XIV. Metamorph. *Plurima qua silua est.*

Cicero act. & lib. II in Verrem: Cùm omnibus in aliis vectigalibus Asiæ, Macedoniæ, Hispaniæ, Galliç, Africç, Sardiniç, ipsius Italiç, qua vectigalia sunt cum his, &c. Cæsar lib. I. De bello ciuili: Qua fauces erant angustissimæ portus. Idem Cicero lib. IX. ad Attic. Qua autem est. sic & Liuius libro XXXVII. Altero L. Cincium partem insulæ, qua regnum Hieronis fuerat, tueri iussit. apud quem sæpissimè id leges. & apud Virgilium, & apud Senecam Tragœdum, & Martial. Hæc autem exempla eò collegi, quòd à plerisque particulam *Qua* sic positam, planè barbaram esse & audiui & legi.

ibid. *Quod antè dedi*) Metaphora à mulieribus, quæ filios genuerunt. In epistola Hypsiphiles ad Iasonem,

Felix in numero quoque sum, prolémque gemellam,

Pignora Lucina bina fauente dedi.

Rebus idem, titulo differt, & epistola cui sit Non occultato nomine missa docet) Iam notaui initio elegiæ & lib. I. Tristium nullam aliam esse inter hos & illos libros differentiam, quàm quòd in illis amicorum, ad quos elegiæ mittuntur, nomina reticentur. in his verò contrà. idque ostenditur lib. III. eorundem lib. eleg. IV. vbi ita est:

Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici,

Dicere quos cupio nomine quemque suo.

Sed timor officium cautus compescit, & ipsos

In nostro poni carmine nolle puto.

Antè volebatis, gratique erat instar amoris,

Versibus in nostris nomina vestra legi.

2. *Ortus*] Consule mea in elegiam & lib. I. Trist. Scholia.

ibid. *Cum foret Æneæ ceruix subiecta parenti Dicitur ipsa uiro flamma dedisse uiam*] Vide quæ notaui in librum XIV. & XV. Metamorph. *ibid.* *Nolle putat coli*] sic legitur in lib. Vatican & Maff. rectè.

ibid. *Aequoreos scopulos ut cauat unda salis*) In iisdem lib. & Vrsini apertè legitur, *Aequoreos scopulos*, &c.

ibid. *Morsus*) cruciatus.

4. *Forsitan exigua dignus habebor ope*] Hanc vocem OPEM vulgo existimant pro diuitiis semper capi. id longè secus esse vel ex hoc loco perspicuè cognoscitur, & ex eleg. IV. lib. I. Trist.

Dij tibi sint faciles, & opis nullius egentem

Fortunam præstent, dissimilemque meæ.

Itémque ex Cicerone libro De amicitia, vbi ita est: Diuitiæ, vt vtare: opes, vt colare. Sunt igitur opes, honores, auctoritates, fauores, potestates, quæ cùm ex aliis rebus, tum ex diuitiis nascuntur.

In elegiam II.

5. *Heu mihi*] Vrsini liber. *Ei* sine adspiratione, verè. sic & in veteri Tibulli libro, qui in Bibliotheca Vaticana asseruatur. Deducitur enim ab eiulandi verbo, vt in meis in Metamorphosin obseruationibus annotaui. sic etiam in Virgilij libro eiusdem Bibliothecæ litteris maiusculis exarato, qui omnium huius generis exemplarium vnus antiquissimus est, eo loco XI. lib. Aeneid.

EI MIHI QVANTVM PRÆSIDIVM AVSONIA ET QVANTVM TV PERDIS IVLI. In quo libro locus ille ex II. Aeneid. Hei mihi qualis erat &c. desideratur: quamuis quidam aiunt transpositum esse paginarum numerum: ego tamen non parua adhibita diligentia, reperire non potui. Præterea ita scribēdum præcipit Grammaticorum princeps, Priscianus lib. VII. cuius hæc sunt verba: Ei quoque cùm monosyllabum esse deberet, cùm genitiuus eius sit dissyllabum per diæresin à Poetis proferri inuenitur, differentiæ causa: ne si monosyllabum sit, interiectio esse putetur. Virgilius in II. Aeneidos:

Ei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo

Hectore!

Nil tamen mirum. Hæc Priscianus. Quare quin Ei absque adspiratione scribendum sit, qui posthac ambigat, fore opinor neminē. In Terentij etiam libris, qui in eadem, quam modò dixi, Bibliotheca sunt, perpetuò est *ei*, vt impressum legi in Terentio Gabrielis Faërni.

ibid. *Atque modum pœnæ*) Hæc est vet. librorum scriptura.

ibid. *Et simulis mortis corpora torpor habet*) Liber Maffei & Vrsini. *pectora*

ibid *Ipsa Medusa oculis ueniat licet obuia nostris, Amittet uires protinus ipsa suas*) Hoc posterius carmen in iisdem lib. legitur, *Ipsa Medusa suas.* Huiusmodi repetitionibus vsus est elegia II. lib. III. Amor.

Immunda uestis eras, quæ tam bona crura tegebas,

Quoque magis spectes, immunda uestis eras.

Ibidem:

Sed iam pompa uenit, linguis animisque fauete:

Tempus adest plausus, aurea pompa uenit.

Et lib. I. elegia IX.

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido,

Attice, crede mihi, militat omnis amans.

Et lib. III. elegia V.

Illa pone metus, tibi regna nostra patebit,

Teque colunt omnes, illa pone metus.

Et lib. IV. Fast.

Qui bibit inde furit, procul hinc discedite, quis est

Cura bonæ mentis, qui bibit inde furit.

6. *Pruinosa noctis*] Sic Ouidius ipse in Phænomenis, ex quo opere hęc tria carmina citat Lactantius:

Tot numero, talique Deus simulacra figura

Imposuit cælo: perque atras sparsa tenebras

Clara pruinosæ iussit dare lumina nocti.

Et eleg. XIX. lib. II Amor.

Longa pruinosa frigora nocte pati.

Vocat autem pruinosam noctem, quòd in ea pruina cadat. Vide quæ dixi lib. VII. Metamorphoseos.

7. *Sic mea perpetuis liquescunt*) Rectè emendat & legit Fabricius vir doctissimus, ex eo quo vsus est, Patauino libro, *liquefiunt*. In elegiam III.

ibid. *Quorum notissimus ille est*] Ita est in vno Vatic. & Vrsini libro, rectè. vt idem Fabricius notauit.

10. *Vestrasque amplectitur aras*) Vide quæ dixi eleg. V. lib. IV. Trist.

ib. *Iure uenit cultus*) Vnus Vatican. *notos*. nihil mutandum puto: & tamen notandum censui.

In elegiam IV.

ibid. *Spemque tulere mali*) Liber. Vrs. & Maff. *dedere.*

ibid. *Nulla est medicabilis arte*) Vnus Vatic. *non est medicabilis.*

ibid. *Aut si sit, longa est attenuanda mora*] Liber Vrsini, *Aut ut sit,* & reliqua.

12. *Pars est sensura sagittis* In altero Vatic. *pha-*

retças:in altero, *sarissas*. vulgata autem lectio reperitur in Vrsini libro, quæ correcta atque emendata est.

ibid. Spicula missa manu] Lege ex quattuor iis lib. *missa*.

ibid. Rutuli) In iisdem lib. *Rutulli* per duplex l.

14. *Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos Exsulibus tellus ultima Tibur erat*) lib. VI. Fastorum:

Exsilio mutant urbem, Tiburque recedunt,
Exsilium quondam tempore Tibur erat.

ibid. Nec iuuer admota perditus æger ope) Alter Vatic. *protinus æger ope*. *ibid. Nec loquor hæc quia sit maior prudentia nobis, Sed sim quàm medico, notior ipse tibi* Lib. Vrsini, *quin sit maior prudentia nobis, Sed sum, quàm medico, notior ipse mihi*. Vatic. etiam *mihi*, non *tibi*, habent. Maffeianus etiam.

In elegiam V.

15. *Cognoscere possis*] In iisdem lib. *agnoscere*. probo. Eleg. vlt. V. lib.

Vix igitur possis visos agnoscere vultus.

ibid. Continuusque labor] liber Vrs. *dolor*.

ibid. Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis] Melior lectio est in vtroque Vatican. *ipsa*.

16. *Me quoque debilitat series immensa laborum: Ante meum tempus cogor & esse senex*] In vet. omnibus, *cogor & esse senem*, multò rectius, si superius carmen cum sequenti coniungendum putes.

ibid. Illa habuit comites primos telluris Achiuos] Catullus:

Cùm lecti iuuenes, Argiuæ robora pubis.

Quo loco Muretus meus, florem heroum cum Iasone nauigasse ex Theocrito ait. Ennius:

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes:
Neue inde nauis inchoandæ exordium
Cepisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo. quia lecti Argiui delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum.
Nam numquam hera erram mea domo efferret pedē.

Citat Priscianus de versibus Comicis.

ib. At nostram cuncti deseruere fugam) lib. vet. *destituere*.

ib. Nostram fugam] Me in exsilium euntem.

ib. Nec Amyntore natus) lib. Vrs. *nec Agenore*. vtrumque ex fabula, siue historia, comprobatur.

In elegiam VI.

17. *Sic mihi, si quis erat dictandi carminis vsus, Deficit*) In aliis *discendi*. In veteribus verò, *dicendi*, idque rectius puto.

ib. Vixque coacta manu) Iidem lib. *uixque mouente manu*. libentius sequor.

ib. Saucius eiurat pugnas) Ita habent, quibus vtor, libri veteres: at Fabricius Patauini libri auctoritate mauult, *curat pugnam*, id est, vt ipse exponit, se non repetiturum facetè confirmat: bella seriò renūciat. iudicent eruditiores.

18. *Nec tenet incertas alea blanda manus*] sic Martialis lib. IV.

Dum blanda vagus alea December.

Et ipse infrà lib. IV. elegia II.

Nam neque me uinum, nec me tenet alea fallax.
Per quæ clam tacitum tempus abire solet.

Et libro I. De arte:

Et reuocat cupidas alea sæpe manus.

ib. Reddet humus] sic lib. vet.

19. *Sed neque peruenio scriptis melioribus istuc*) Iidem lib. & Maffeianus *mediocribus*. quod sequens carmē, siquid ego video, confirmat.

In elegiam VII.

20. *Stultus magis dicar, quàm scelerata decet*) Suprà:

Stultaque mens nobis non scelerata fuit.

ib. Nec breue, nec tutū est, peccati quæ sit origo Scribere) Infrà lib. & elegia II.

Lingua sile, non est ultra tractabile quidquam,
Posse uelim cineres obruere antè meos.

Quid autem esse potuit, in quo Augustum Ouidius offenderit, notaui in ipsius poetæ vita, ex Aristotelis sententia.

ib. Omnis at in magnos culpa deos, scelus est] Vetusta exemplaria, *omnis au. &c.* cum interrogationis nota in fine carminis. Quæ genuina planè est lectio idque visum est & Fabricio.

ib. Me quoque conantem gladio finire dolorem Arguit] Duo Vatic. *finire laborem*.

ib. Iniecta continuitque manu) Quod hic de Dea Spe dicit. propter quam effecit ne sibi ipsi manus intulerit, dicturus est de quodam Celso, elegia X. huius libri.

In elegiam IIX.

ib. Qui precor esse tuus?) Constructio Græca, vt illa Catulliana: *Faselus ille, quem uidetis hospites,*
Aiunt fuisse nauium celerrimus.

ib. Vtque sit hoc uerum) vetusti libri, idque sit ut uerum.

ib. Satisque Atria) Vatic. *Satisque est Atria*. Quo modo necessario legendum est.

ib. Tota sit illa domus] Liber Vrsini, *ista domus*.

ib. Vsus & est modicæ fulminis igne sui) Antiqua exemplaria, *modico*. *ib. Si sua per uestras uicta sit ira preces*] *Sua* pro eius, id est, Cæsaris.

In elegiam IX.

ibid. Quoque magis nostros uenia dignere libellos, Hæc in procinctu carmina facta leges) In procinctu, raptim. Metaphora à militibus in bellum profecturis, qui celeriter absque vlla solemnitate testamentū, quod in procinctu dicebatur, faciebant. Cic. lib. de Orat. tamquam in procinctu testamentum faceret. eodē modo lib. III. eleg. IV. dixit:

– Properatáque carmina feci.

ib. Extitit ille nocens) Vet. libri, *ipse nocens*.

ib. Atque domo) omnes lib. scripti, *Déque domo*. Non dubito quin hæc vera & germana sit lectio, vulgata autem nullo modo ferri potest.

24. *Fruí libeat*] Iidem lib. *liceat*.

ibid. Positos in montibus hortos] In eisdem exemplaribus, *in collibus hortos*, longè verisimilius. Ea enim parte, quæ inter viam Flaminiam & Claudiam interiacet, hodierno die colles, non montes spectantur.

ib. Sed non & nostra poma legenda manu] In vno Vatic. *Sed non à nostra* In Maffei. *Sed non sunt*.

25. *Gleba colenda*) subaudi esset.

ibid. Ipse manu capulum pressi moderator aratri) lib. Vaticani *moderatus*. Vrsini verò, *prensi moderatus*.

ibid. Capulum) lib. IV. Fast. proprio nomine stiuam dixit.

Inde premens stiuam designat mœnia sulco.

ibid. Ligonibus arua) Vrsini lib. *herbas*.

ibid. Et dare, quas sitiens iam bibat hortus aquas) Idem lib. & vterque Vat. ita habēt, paullò suauius, vt videtur, quàm excusi. Intelligit autem eos hortos quos in Pelignia habebat, qui aqua irrigabantur. Vide quæ dixi in SVLMONIS descriptione & in Elegia De nuce.

Vmbria te reuocat) Iidem lib & Mff. *Vmbria nunc*

renouat. Libentius ſequor. nam dixit ſuperiori diſticho: *Te modò campus habet*, &c.

ibid. Supprimat iram Vnus Vaticanus, *comprimat*.

In elegiam x.

26. *Quæ modò ne fuerint Maxime, nana, cane*] Ambo Vatic. Maffeianus, & Vrſini, *Quæ tu*.

ibid. Nec charum nomen auorum) Abſque vlla prorſus dubitatione ex vet. libris legendum, *clarum*.

ibid. Comitare) A comito verbo Neutro. Nonnulla huic verbo ſimilia in meis in Metamorph. obſeruationibus collegi.

ibid. Nec ungere corpus) Solebant veteres vngere cadauera, vt diutius integra ſeruarentur. lib. IV. Faſt.

Arſuróſque artus unxit.

Et in epiſtola Ariadnes ad Theſeum:

Nec poſitos artus unget amica manus.

Citatur & Ennij carmen:

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & unxit.

ibid. Et in gelidos uerbis aroma ſinus) vnus Vatic. & Maff. *fudit*. Probu.

In elegiam XI.

27. *Gratu iuuenti*) ſic malè legit Merula: legendum planè eſt, *gnatus*: liber Vrſini, *gnara*. quæ lectio ad illam proximè accedit. *ibid. Sapor ille*] ſic eſt in altero Vatic. & Vrſini, melius quàm in aliis.

ibid. Paruus in exiles ſuccus mihi permanet artus) ſic eſt in vno Vatic. In altero verò & Vrſini longe melior eſt lectio, *peruenit*. idque alij viderunt.

ibid. Non hæc immodico contraxi damna Lyæo) Eleg. VI. h. lib.

Nec iuuat in lucem nimio marceſcere uino.

ibid. Seu, mihi quàm puræ pæne bibantur aquæ) In Maffei, *Seu, mihi quàm ſolæ* &c. In ambobus verò Vatic. & Vrſini, *Seu, mihi quòd ſolæ pæne*, &c. magis placet.

ibid. Anxietas animi) ſic ſuprà ad vxorem.

ibid. Vix mens triſtitiæ noſtra tuliſſet onus) Sic ex vet. libris & ratione legendum.

IN LIBRVM II.

In elegiam I.

HVC *quoque*) Hæc eſt vet. librorum lectio, quam agnoſcit interpres. In quibuſdam autem vulgatis malè aliter legitur.

28. *Languida quò feſſi uix uenit aura Noti*) lib. IV. eleg. X.

At Notus, aduerſo tepidus qui ſpirat ab axe,
Eſt procul, & rarus, languidiórque uenit.

29. *Quæque capit latus*) In iiſdē lib. antiquis, *uaſtus*.

ibid. Numine cæleſti Solem fulſiſſe ſerenum) Vrſini liber, *luxiſſe*.

ibid. Quaque) Per quemcumque locum. lib. IV. Triſt. eleg. II.

Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum.

30. *Saxaque iactatis erubuiſſe roſis*) In vet. lib. *roratis*. ſic lib. IV. Metamorphoſeos: *Roratis luſtrauit aquis*.

ibid. Fluminaque & montes) Lege, *Fluminaque, monteſque*. in vno vet. antea erat, *Fluminaque, & monteſque*. Qua de re vide quæ dixi lib. I. Metamorphoſ.

ibid. Armáque cum telis in ſtrue iuncta ſuis) Vterque Vatic. *ſua*. Vrſini & Maffei, *mixta ſua*.

ibid. Cæſaris iram) Vrſini, *numinis*.

ibid. Oppida) Hoc verbum & vrbes ſignificat. Terentius in Andria de Athenis. Toto me oppido exanimatum quærere, & quamobrem eiiciat oppido. Cicer lib. III. Famil. epiſt. IIX, de Laodocea, Apamea, Syndadis, Philomelo, & Iconio. Quibus in oppidis omnibus commoratus ſum. Seruius Sulpicius ad eundem Ciceronem lib. IV. earundem epiſt. de Aegina, Megara, Piræeo, & Corintho, quæ oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt. Cæſar lib. I. De bello ciuili de Sulmone: Quod oppidum à Corfinio VII. millium interuallo abeſt, quem Silius vocat claram vrbem. Tranquillus in Auguſto: Ex ſeceſſibus præcipuè frequentauit maritima, inſuláſque Campaniæ, aut proxima vrbi oppida, Lanuuium (hodie *ciuitas Lauinia*) Præneſte, Tibur.

31. *Te quoque uictorem Tarpeias ſcandere in arces Læta coronatis Roma uidebit equis*) Vide quæ notaui elegia II. lib. IV. Triſt.

ibid. Maturóſque honores) Sic Horat. lib. II. epiſt.

Præſenti tibi maturos largimur honores.

ibid. Quæ dedit ante ſuis) lib. vet. *ipſe*.

ibid. Omnia bis) ſic iidem lib. verè: vt & rectè interpretatur Merula, in excuſis autem quibuſdam eſt, *omnia*.

In elegiam II.

ibid. Ad ſiniſtra] ſic lib. IV. Triſt. elegia vltima, dixit ad læua.

ibid. Fortuna miſerrima noſtra eſt) In vno Vatic. & Vrſini, *tuta eſt*. quam lectionem laudat Fabricius.

32. *Porrigit ad ſpinas duraque ſaxa manus*) Omnes lib. ſcripti perſpicuè habent, *Sæpe creat molles aſpera ſpina roſas*: quo modo & Merula inueniſſe ſe teſtatur, & optimè exponit.

ibid. Accipitrem metuens) Vnus Vatic. & Vrſ. *Accipitrémque timens*. rectius.

33. *Trepidis muris*] Lege *reis* ex vet. libris.

ib. Mouete) Sic in ambobus Vatic. Maff. & Vrſini, id eſt, experiri. *ib. Non hoc tractari tutius eſſe puto*) Sic duo Vatic. Paullò ſuauius in libro Vrſini, *Hoc non tractari*. Maffeianus autem liber, *Non contrectari*, habet. quod & ferri poteſt.

ibid. Poſſe ... cineres obruere ipſe meos) Vnus Vatic. *ante meos*. *ibid. Qui ſecum terras imperiúmque mouent*) Expoſui hunc locum eleg. & lib. I. Triſt.

34. *Caróſque nepotes*) vterque Vatican. *Natóſque nepotes*. Vrſini & Maffei. In vet. *natóſque nepotum*.

ib. Lætitiæ primùm) In vet. *Primum lætitiæ*.

35. *Hanc colit, ante diem per quam*) Iidem lib. *Hanc colit, ante diem quamquam*.

ibid. Terraque pacis inops) lib. III. eleg. I.

Oportet ut exſilium pace carere meum.

Et eleg. III.

Huc quoque uenisti, pax eſt ubi tempore nullo.

Et elegia IX. lib. I.

Viuimus aſſiduis expertes pacis in armis.

ib. Vndaque iuncta gelu) Sic legitur in antiquis eleg. I. lib. III. *Tu glacie fretum iuncta tenes.*

ib. Seruanda De hoc verbo lib. I. Triſt.

ib. Si tantùm peccata nouiſſima demas) Non placet hoc loco de libris De arte amandi intelligere, vt putauit Merula. 36. *Ad ſuperos perfer mandata ſacerdos*) Non diſplicet lectio lib. Vrſini, in quo eſt, *Ad ſuperos hæc fer mandata ſacerdos*.

In elegiam III.

37. *Computat articulis*) In lib. Vrſini & altero Vatic. eſt, *ſupputat*.

ib. Noſſe fateri) ſic legendum ex eodem Vatic.

ibid. Mitius eſt laſſo) Rectè ita legendum cenſuit Merula: atque ita habet Vrſini & idem Vaticanus.

ibi. Et mea non minimum] Eorundem librorum hæc eſt lectio.

38. *Vt tamen audita est nostræ tibi cladis origo*) Ita lib. Vrsini emendatè.

ibid. Esse uetus nunc tibi rigor ouus] In Vrs. & altero Vatic. *esse uetus me tibi cogit amor*. Non malè.

ibid. Me tuus ille pater, &c.) Ab eloquentia & nobilitate Maximum laudat poeta.

ibid. Italis ora] Patronymicorum formam habet hoc nomen Italia, sic & Sarmatis. qua voce in hisce vsus est libris.

In elegiam IV.

39. *Amici iudicio non dubitate meo*] Libet Vrs. & Maff. *dubitante*. Veram retinet lectionem alter Vatic. *dubitande*. Notum est t pro d, & contrà à priscis librariis esse scriptitatum.

ibid. Non ita dij mihi sunt tristes) Eadem exemplaria hanc habent lectionem, quam meritò laudat eruditissimus Fabricius, Patauini libri nixus auctoritate.

ibid. Regentis erat]sic libet Vrsini, non satis quidem emendatè. veram & planè germanam lectionem in eodem lib. inuenisse se dicit idem Fabricius *reuentis*: quam præclare est interpretatus, quámque ego in Maffei libro repperi.

ibid. Quantus in Acaciden, Actoridémque fuit) Nullo pacto locutio hæc cum ea, quæ in superiori est carmine, cohæret: neque ferri potest: idque vidit idem Fabricius. In vno Vatic. sine vlla lituræ suspicione apertè legitur:

Quantus in Atridis Tyndaridisque fuit.

Quod quidem carmen dixit & lib. I. huius operis eleg. IIX. solet enim non solùm Ouidius, sed etiam Virgilius integra carmina repetere.

ibid. Brumali sidere] sic est in priscis exemplaribus. Quæ lectio Fabricio non immeritò probara est. sic in Halieut. dixit æstiuum sidus, quod ei Antitheton.

In elegiam V.

41. *Cætera materia debilitante iacent*) libri vet. *debilitata*.

ibid. Conticuere) Hoc verbum non à conticeo, quod nusquam legitur, sed à conticesco venit. hoc autem notandum fuit, quoniam in eo eruditos nonnullos lapsos esse legi.

42. *Ingenioque fauet*)sic lib. VII. Metamorph.

ibid. Thyrsus enim nobis) In altero Vatic. *Thyrsus inest nobis*, placet.

ibid. Gestata est laurea nobis) Vide quæ notaui elegia VI. lib. I. Trist.

In elegiam VI.

ibid. Nec passus stare tenaci) Metaphora à militibus, qui cum hostibus pugnaturi, à loco, quem occuparunt, non dimouentur. Sic propè Seneca in Oedipo: Hoc stare certo pressius fortem gradu. Corn. Tacitus lib. XIV. Ac primùm legio gradu immota, & angustias loci pro munimento retinens, &c. M. Tullius lib. I. Offic. nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur.

ibid. Tota theatra fonant] Id est, omnes homines, qui sunt in Theatro. Cicero de Oratore ad Brutum: In versu quidem Theatra tota exclamant, si fuit vna syllaba aut breuior, aut lōgior. Propertius lib. III. *Stantiáque in plausum tota theatra iuuent*.

In elegiam VII.

44. *Ilias est fati longa futura mei*) Cùm opus aliquod pluribus verbis & diffusè scribitur, Iliade longius esse dicitur. Propertius lib. II. eleg. I. *Tunc uerò longas condimus Iliadas*. Sed aliud hîc videtur significare.

45. *Serie calcata malorum*) lib. vet. *cæcata malorum*.

ib. Spectata fides] Metaphora à metallis, quæ propriè spectari dicuntur, eleg. IV. lib. I. Tristium:

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Vide quæ notaui lib. II. Officiorum Ciceronis ad illud: Quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrantur.

In elegiam IIX.

46. *Deos*]Ita Vrs. Maffei & vterque Vatic. rectè: atque hoc notarē volui, quòd alij duos substituêre.

ibid. Est ibi Cæsaribus Liuia iuncta suis]Vrs. *Cúmque ibi Cæsaribus. cælitibus missis nostra sub ora tribus*] Infrà in hac ipsa eleg. *Intrans est superis quòd domus una tribus*.

47. *Et auxilium non leue uultus habet*)Est hæc Vrsini lib. lectio, quæ mihi non displicet, quamuis alij aliter.

48. *Facta quòd est superis iam domus una tribus*]In eodem lib. *Intrans est*, &c. vt modò adduxi.

ibid. Vos eritis nostræ portus & aura fugæ) Idem liber *ara*, non *aura*. Verius, vt opinor.

In eleg. IX.

49. *Vana laborantis si fallant uota coloni*) Hæc est antiq. librorum lectio, quæ mihi longè probabilior videtur, quàm si *fiant*, legas, vt in quibusdam excusis legitur.

ibid. Nec dabit intonso)libri scripti, *immerito*.

ibid. Musta sub inducto)Iidem lib. *adducto*.

50. *Durusque Caphareus*)Eadem exemplaria, *gemináque Caphareus*, probo.

Collaque uelocis flectere doctus equi] Græco more dictum. sic in veteri inscriptione, quæ est in ædibus Io. Donati Cæsij, Cardinalis:

Flectere doctus equos nuda arte palæstra.

& Horatius oda & lib. I. carm. *Indocilis pauperiem pati*. Seneca in Troadibus. indociles lugere: & Claudianus de raptu Proserpinæ lib. I. *Quamuis indocilis flecti*: & hic noster, lib. V. Met.

Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.

51. *Nec mea fallaci conuicta est gemma sigillo Mendaces ceru imposuisse notas*) Cuiacius lib. XI. obseruat. cap. XIV. *ligno*. non *ceru* legit. Eius verba sunt: Lignū tabulas dicimus, vt Satyricus XIII. & XVI. *Vana supervacui dicens chirographa ligni*. Et Ouid. II. De Ponto: *Nec mea fallaci conuicta est gemma sigillo*

Mendaces lignis imposuisse notas.

Libri excusi habent *ceru*, pro *lignis*: scripti *longuis*, vnde feci *lignis* perspicua emendatione.

ibid. Neue roges quæ sit stultam quam scripsimus artem) Pro eo quod est: Neue roges quæ sit ars quam ego stultus conscripsi. Vsitata bonis poëtis figura. Intelligit autem præcepta amatoria.

ibid. Natalem humum)Patriam. Alibi:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

In elegiam X.

52. *Naso parum prudens, artem dum tractat amandi*)Alter Vatic. & Vrsini libet, *tradit*. idque rectius puto.

ibid. Timeris est oculis te duce nisa meis.) In iisdem lib. *nisa*, sed *nota* legitur.

ibid. Actnæósque lacus] Pessimè vsque huc ita lectū est in excusis omnibus. Vrsini liber, *Hennæósque*. Si adspirationem demas, vera erit lectio. Enneus & Ennensis (vt ab Ilio Ilius & Iliensis) deducitur ab Enna, quę est Sicilię vrbs, & vmbiliens: prope quam est lacus, qui ab ea Enneus vocatur à poëta, idque lib. V. Metamorph. etiam apertè indicatur.

Haud procul Enneis lacus est à mœnibus altis
Nomine Pergusa.

Sic enim ibi ea meo lib. veteri emendaui, cum in aliis lib. malè scriptum & excusum esset *ætnan.* Auctor lascini carminia: *Ennea Cererem nurus frequentans* Lycophron in Alexandra:

οὐ πέτραις ἐν χαμαιζῆλοις ἐννέα ποτέ.
Cuius annuum Ennæa quondam Hercynna.

53. *Et olentis stagna Palici)* Per hoc stagnum & Enneum lacum Proserpina à Plutone ablata est. Ouidiua ibidem:

Pérque lacus altos, & olentia sulfure fertur
Stagna Palicorum rupta feruentia terra.

ib. Quamque suis Cyanen miscet Anapis aquis) Lege ex eodem Vrs. Maff. & altero Vatic. libro, *Quaque,* id est: Et eum locum vidimus, vbi Anapis miscet, &c. Merula deprauatos libros nactus in hoc disticho exponendo, meras ineptias, se ipso indignas, attulit. Præstat enim quemque cùm locus obscurus est, aut eum silentio præterire, aut à se non intelligi ingenuè fateri. *Te mihi iucundas efficiente uias?)* Dictum ne est hoc iuxta illud Publij. Facundus comes in via pro vehiculo est?

ibid. Hæc tibi se subeant) Alter Vatic. & Vrs. *cum subeant.*

ibid. Tu me memori pectore semper habe) In epist. Laodomiæ:

Signatum hoc memori pectori nomen habe.

In elegiam XI.

54. *Per se que mea est laudabilis uxor* Hanc habet lectionem Vrs. liber, recte. In quibusdam verò aliis monstra sunt relatu indigna. *ib. Fundani* A Fundis, quæ vrbs Campaniæ est in via Appia. Hoc notare visum est, ne Merola quempiam, præsertim transalpinos homines, decipiat: qui Fundos Campaniæ oppidum non esse, sed fuisse hic ait. Paret autem ea vrbs imperio Excellētissimi & rerum gestarū gloria clarissimi, omniúmq; disciplinarū intelligētissimi, VESPASIANI CONZAGAE DE COLVMNA.

IN LIBRVM III.

IN *minus hostili iussus abesse loco* Liber Vrs. *adesse,* vera lectio. 55. *Tu glacie freta iuncta tenes)* sic in vet. *ibid. Non tibi sunt fontes, laticis nisi pæne marini)* Liber Vatic. *Hic tibi sunt fontes, laticis sed pæne marini.* non mala sententia & carmen.

56. *Non igitur mirum finem quærentibus horū Altera si nobis usque rogatur humus)* lib. IV. Trist. eleg. IV.

Mitius exsilium, paulo que quietius oro,
Quique sit a sæuo longior hoste locum.

Infrà lib. IV. eleg XV.

Atque utinam possit, & detur amœnius aruum.

Et aliis in locis, quos nihil necesse est scribere.

ib. Pectore te toto, cunctisque incumbere neruis] Lib. Vatic. *totisque.*

ib. Hanc ne degeneres &c.) Vrsini liber, Maffeian. & Vatic. *Hanc nunc degeneres, ut sint.* Sequor Fabricij coniecturam legentis, *Hunc cane degeneres,* pro à qua.

ibid. Vt nihil ipse querar) Inductio.

ib. Notior est factus Capaneus de fulminis ictu: Notus humo mersis Amphiaraus equis De Capaneo & Amphiarao Apollodorus lib. III. Bibliothecæ.

57. *Non magis officij)* Ita Vrs. liber.

ib. Vt minus hostilis iacæam regionem) sic Vat. & veré.

58. *Telegonive*] Vide quæ notaui lib. & eleg. I. Trist.

59. *Formam tumonis adire)* Vrsini lib. *uideam.* Consule hic Fabricium.

ibid. Nil nisi sollicitæ) sic lib. vet. quod magis mihi probatur.

ibid. Ore tremente) Vatic. *uoce.* idque in aliis vet. repperit idem Fabricius.

ibid. Interdum lacrymæ pondera uocis habent) In epist. Briseidis: *Sed tamen hæ lacrymæ pondera uocis habent,*

In elegiam II.

60. *Timidique uocari)* Liber Vrsini, *uideri.*

ibid. Fallor, & illa meæ superabit tempora uitæ) sic legendum ex eodem libro. In quibusdam autem malè est, *sperabit.*

61. *Quos procul a nobis alter & orbis habet)* Vatic. *frigidus axis habet.*

62. *Consortes urbis repperit esse suæ*] lib vet. *comperit.*

ibid. Alter ut à nobis dixit, inquit iidem libri.

In elegiam III.

63. *Et sonuit paruo mota fenestra sono*] Vetusta exemplaria, *Et gemuit* rectius, vt & censuit Fabricius.

ibid. Tu mihi dictasti iuuenalia carmina primus. Apposui senis te duce quinque pedes. Nec me Mæonio consurgere carmine, nec me Dicere magnorum passus es acta ducum) Lib. I. eleg. sub principium:

Arma graui numero, uiolentáque bella parabam
Edere, materia conueniente modis.
Par erat inferior uersus: risisse Cupido
Dicitur, atque unum surripuisse pedem.

Vide & elegiam primam eiusdem libri.

ibid. Pro quibus exsilium misero) sic lib. vet. recté.

ibid. Præmia nec Chiron ab Achille talia cepit) Vide sub principium lib. I. De arte.

ibid. Pythagoræque ferunt non nocuisse Numam) Consule quę collegi in meis in Metamorph. lib. XV. obseruationib.

ibid. Hæc de discipulo dona magister habet) Liber Vrsini, *Hæc te.* Veré, quemadmodum Fabricius legendum coniecerat.

ibid. Quarum nec uitta pudicos Attingit crines) Idem lib. *quarum nec uitta pudoris contingit.*

ibid. Dolor ipse referri) Idem lib. *iste.* Vatic. *ille.* placet.

ibid. Indicas ora fuit) ea iisdem exempl. lege *uindice.*

ibid. Non exit in altos) Sic in vet. legitur.

In elegiam IV.

ibid. Vtque suo faueas mandas Rufine triumpho) Hæc est veterum exemplarium scriptura, quæ, vt puto, vera est, vt sit res, quæ in libro continetur. *libello* minus placet, cùm poeta inferat, *Est opus exiguum.*

ibid. Properataque carmina fiunt) Vatic. *feci*

ibid. Annus abesse potest) Elegia XI. libri sequentia.

Dum tua peruenit, dum littera nostra recurrens
Tot maria, & terras permeat, annus abit.

Ponitur itaque annus pro longissimo temporis spatio. Terentius in Heautont. Dum comuntur, dum poliuntur, annus est.

ibid. Magnaque pars animi) Liber Vatic. *animæ.* optimè.

ibid. Summus hæc uenerura locuti) Idem lib. *euentura:* quæ lectio iure optimo probatur Fabricio.

In elegiam V.

69. *Læsus ab ingenio Naso poeta suo)* lib. III. Trist.

Ingenio perij Naso poeta meo.

ibid. *Nam, quamuis sapor est ablata dulcis in unda, Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ*) Huc videtur respexisse Mart. lib. IX.

Multum crede mihi refert, à fonte bibatur,
Quæ fluit, an pigro cum stupet unda lacu.

70. *Vtque fui solitus, sedissem forsitan unus De centum iudex in tua verba viris*) Hoc est quod scribit. lib. II. Trist.

Non malè commissa est nobis fortuna reorum,
Vsque decem decies inspicienda viris.

ib. *Ecquibus aut recitas factum modò carmen amicis?*) De hoc veterum poetarum more, qui amicis quæ scripserant, carmina recitare consueuerant, in scholiis in Tristium libros dixi.

ibid. *Nescio quid certè sensit abesse tui*) lib. vet. *sui*, multò libentius sequor.

ibid. *Grata dijs: menti quolibet ire licet*) sic Vatic. At Vrsinus, *Grata quod menti quolibet ire licet.*

ibid. *Cælum superosque relinquo*) In eodem Vatic. *superos cælumque relinquo.*

In elegiam VI.

71. *Nec qua Neptunus nauem lacerarat Vlixis, Leucothoe nanti ferre negauit opem*) In Ibin de Vlixe:

Sollertique viro lacera quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles est miserata soror.

ib. *vel ipso tadiæ delectus Martis iniquus erit.*) Liber Vrsini, *dilectus* pecc. Quam scribendi consuetudinem confirmat Festus Pompeius his verbis: Dilectus militum, & is, qui significatur amatus, à legendo dicti sunt.

72. *Tu quoque*) lib. vet. *Tu modò.*

ib. *Si res est anceps illa*) Vatic. *anceps ista.*

In elegiam VII.

ib. *Sèque semel vera scisse perisse fide*] Exemplaria antiquo. *scire*. paullo suauius, &, vt puto, superiori versui accommodatius.

ib. *Quàm sua qui liquidis*] *tumidis* eadem exemplaris. Probo.

IN LIBRVM IIII.

In elegiam III.

SI mihi rebus opem nullam, factisque ferebas, Venisset verbis charta notata tribus; Si me nec re, nec conatu & labore adiuuare poteras, per breui saltem epistola significare debueras. 80. *Par illi leuitas improbe sola tua est*] sic legendum ex vet. libris, & ratione.

ib. *Dimitis audita est, &c.*] Vide quæ notaui lib. III. Trist. eleg. VII. *ib.* *Ille Iugurthino clarus Cimbroque triumpho. &c.*] Similia sunt illa Propertij lib. & eleg. III.

Victor cum victis pariter miscebitur umbris,
Consule cum Mario capte Iugurtha sedes.

In elegiam IV

82. *Templáque Tarpeiæ primum tibi sedis adiri, Et fieri faciles in tua vota Deos. Colla boues niueos certæ præbere securi, Quos aluit campis herba Falisca suis*] Hunc etiam morem ostendit sub principium lib. I. Fast. vbi hoc postremo vsus erat carmine:

Flamma nitore suo templorum uerberat aurum,
Et tremulum summa spargit in æde iubar.
Vestibus intactis Tarpeias itur in arces,
Et populus festo concolor ipse suo est.
Iámque noui præeunt fasces, noua purpura fulget,
Et noua conspicuum pondera sentit ebur.
Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci,
Quos aluit campis herba Falisca suis.

83. *Boues niueos*] Boues candidos pro sacrificio veteres solebant interficere. Seneca in Oedipo: *Appellite aris candidum tergo bouem.* Item eos, qui numquã arauerant. Vide obseruat. in lib. Fast.

In elegiam VI.

86. *Heu mihi*) liber Vrsini, *Et mihi*. Vide eleg. & librum I.

ib. *Vestísque malignum Opponit nostis inuidiosa pedem*] Lege ex vet. libris, *votisque malignum Opponit nostris.*

ib. *Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ, Spem nostram, terras deseruitque simul*) De Augusti morte infrà eleg. IIX.

Et modò Cæsar auum quem uirtus addidit astris,
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum. Et IX.
Tu certè scis hæc superis ascite, videsque
Cæsar, ut est oculis subdita terra tuis.

Periit autem Augustus anno ab Vrbe condita DCCLXVI, ætatis verò suæ LXXVI.

ib. *Brutæ nota*] Hæc vet. librorum lectio, quæ optima est, agnoscitur à Merula, rectéque exponitur, lib. II. Metamorph. sub finem:

Ede notam tanti generis.

In elegiam VII.

88. *Missus es Euxinas quondã Vestalis ad oras*) lib. vet. *ad undas*. *ib.* *Sensit in ingenio nil opus esse loci*) Vide quæ collegi lib. V. Trist. *ib.* *Quotque neci dederis*] Et quot interfeceris.

In elegiam IIX.

90. *Sine uelis mores qui sint inquirere nostri*) Lib. Vrsini, *Siue uelis qui sint mores inquirere*, paullò suauius.

ib. *Hac certè non est notior ara tibi*] Idem lib. *Hac certè nulla est.*

ib *Thura minus grandi quã data lance ualent*) Vatic. *iuuant*. *ib.* *Auum*] Adoptione. Vide quæ dixi in scholiis lib. I. Fastor. *ib.* *Hoc mihi lusus erat*] Idem lib. *ludus.*

In elegiam IX.

93. *Bis senos fasces*) Insigne consulatus. Martialis lib. IIX. de Silij consulatu:

Bissenos iubet en redire fasces
Nam consule, nobilique virga
Vatis Castalidum domum sonare.

ib. *Atque ego si fatis genitus melioribus essem*) Sic lib. veteres. Hunc autem locum non satis rectè interpretatur Merula.

95. *Nam tibi finitum summo Græcine Decembri Imperium Iani suscipit ille die*) Consules Kal. Ianuarij magistratum inibant.

In elegiam X.

98 *Gutta cauat lapidem*) Hanc sententiam & locutionem frustra exagitant eruditi quidam. Vide quæ dixi in obseruationibus in Metamorphosin meis lib. IV.

99. *Sed quæ tamen omnia fati Pertulit*) Lege ex veteribus lib. *Sed non tamen.*

In elegiam XIV.

109. *Nulla mihi cura est, terra quo muter ab ista*) Lege ex ambobus Vatic. Maff. & Vrs. *mittar*. *ib.* *Hac quoque*) Ex iisdem lib. emenda, *Hac quia*. *ib.* *Bene commutabimur*] Et ex ratione, & eorumdem librorum consensu & auctoritate corrige, *commutabitur.*

ib. *Talia succensent*] In lib. Vrsini *suscensent* per s, quo modo scribendum est. *ib.* *Septima*) Idem liber, *Sæptima*, quam lectionem agnoscit Merula, & optimè

interpretatur. Miror alios eam secutos non esse.

110. *Tam mites Graios indicat esse viros*] Vnus Vatic. *Getios*. Aequè bene, nisi vis rectius.

ibid. Gens mea Peligni, regioque domestica, Sulmo] Diuidebantur Peligni, Plinio auctore, in tres regiones, Confinienses, Superaequanos & Sulmonenses. Hinc igitur Sulmonem, vbi natus est, domesticam regionem, vocauit. Eodem modo lib. II. elegiar. partem dixit:

Me pars, Sulmo tenet, Peligni tertia ruris,
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.

Hic quoque Cosmographiae imperitum se ostendit Merula, qui Sulmonem oppidum fuisse & hîc & lib. IV. Trist. ait.

ibid. Potuit) pro *potuisset*, positum videtur.

ibid. Tempora sacrata mea sunt velata corona, Publicus inuito quam fauor imposuit] Hunc locum lib. I. eleg. VI. Tristium interpretatus sum.

In eleg. XVI.

ibid. Inuide, quid laceras Nasonis carmina rapti? Non solet ingeniis summa nocere dies] Aristot. lib. II. De arte dicendi, vbi de inuidia, aut, vt M. Tull. vult, inuidentia, agit, docet inuideri solere ab iis hominibus aliis, qui vna eademque aetate florent: ita vt solùm inter viuos ac praesentes inuidentia sit. Vnde praeclarè hic noster elegia vlt. lib. I. Amor.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit:
Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.

Et Propertius lib. III. eleg. I.

At mihi, quod viuo detraxerat inuida turba,
Post obitum duplici foenore reddet honos.

126. *Et Marius scripti dexter in omne genus*] liber Vatic. & Maff. *promptus in omne genus*.

ibid. Aptaque venanti Gratius arma daret] Gratius Ouidij temporibus poeta fuit, vt ex hoc loco cõstat: de venatione scripsit. Cuius carmina vnà cum Ouidij Halieutico e Gallia in Italiam attulit Sannazarius. Hunc autem versum ab interprete hîc nõ intellectum, is, qui Ouidij post Aldum seniorem, vitã scripsit, optimè declarauit. Attigi breuissimè, Caesar Ranalde, adolescentule honestissime, ea, quae his temporis angustiis, vt tibi aliqua ex parte ad huius poematis intelligentiam iter patefacerem, notanda censerem. Potuissem paullo copiosiora praestare, si mihi per seueriora iuris ciuilis studia, in quae seriò incumbere aueo, & conor, licuisset. Vale, & quidquid id est, ea voluntate, qua ego tibi nunc offero, id est, in te valdè propensa, accipe.

IN PVBL. OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIB. V.

GREGORII BERSMANNI & aliorum doctorum virorum Annotationes.

Numerus paginam denotat.

PArue (*nec inuideo*) *sine me liber ibis in urbem*) Figura quadam τῆς προσωποποιίας personam libro suo accõmodat. Vide Quintil. lib. 9. cap. 2. *ibid. candida nec nigra cornua fronte geras*) Tibull. libro 3. Atque inter geminas pingantur cornua frontes.

2. *Hæc instrumenta*) Huiusmodi cultus seu apparatus. *ibid. Saluum*) Incolumem.

ibid. Rata fore) Quæ euenire cupiebant, ea vt rata essent, optabant. *ibid. Ingeniique minor laude ferêre mei*) Negabetis satisfacere ingenij mei expectationi.

ibid. Iudicis officium est, γνώμην φέρειν.

ibid. Sereno) Alacri, non obducto curarum nube. Metaph. Cic. Poema animũ vacuum ab omni cura desiderat. *ibid. Da mihi Mæoniden*) Fac me Homero parem. *ib. Securus famæ*) Non auidus gloriæ.

ib. Studiumque) Poeticæ studium, quod mihi exsilium attulit.

ibid. venit in hoc illa fulmen ab arce caput) Idem. Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

ibid. Terretur minimo pennæ stridore columba) Prouerbiales versus de cautione malis demum acceptis comparata. *ibid. tonis arma timere*) Fulmina: Augusti iram. αὔξησις. *ibid. Capharea fugit*] Virgil. Æt. –& Euboicæ cautes, vltórque Caphareus.

ibid. tauris nomine fecit aquas] Vide hanc fabul. lib. 8. Metamorph. & lib 2. de Arte.

4. *Achilleo more*] Achillis more, qui Telephum à se hasta percussum, eadem sanauit. Vnde est illud 1. de remed. am. Vulnus Achill. quæ &c. *ib. Scrinia parua*) Arculas. Horat. ne me Crispini scrinia Lippi Compilasse putes. *ibid. Cætera turba*] Reliqua librorum copia, quos modò fratres dixit. *ibid. Oedipodas*) Parricidas, quales fuerunt Oedipus & Telegonus. ille Laij, hic Vlyssis. vterque parentis, sed per ignorantiam, interfectores. αὔξησις. *ib. Sunt quoque mutata*) Metamorph libri xv. *ibid. Quæ subeunt*) In mentem veniunt tibi in mandatis danda.

5. *Soluere quassatæ p. mẽbra ratis*) Tempestate concussæ. Virgil. 4. Quassatæque rates. *ib. Propior*) Aequior. *ib. Patruo*) Neptuno Iouis fratri, cuius filia fuit Minerua. *ibid. Quantum distamus ab illis*) Minimè cum illis conferendus sum. Enallage numeri.

ibid. Montes voluuntur aquarum) Moles aquarum instar montium: ὑπερβολή. Virg. insequitur cumulo præruptus aquæ mons. *ibid. Diducto subsidunt æquore valles*] Vnda dehiscente. Idem: his vnda dehiscens Terram inter fluctus aperit.

ibid. Nihil est nisi pontus & æther) Virg. v. cœlum vndique & vndique pontus. *ibid. Purpureo vires capit Eurus ab ortu*) Propter auroram purpuream.

ibid. Sicca aereas bacchatur ab Arcto) Aequoria expertes. Virg. Arctos Oceani metuẽtes æquore tingi.

6. *Animam fl.*) Homerus enim mortem in aquis, ipsius animæ interitu, existimauit. Vide Synes. 3 epist. de tempest. *ibid. Misero bis patienda foret*) Vxore scilicet, quæ est altera ego, mecum faciente naufragium. *ibid. Hic fluctus*) Fluctum intelligit decumanum: qui fieri max. dicitur. Vnde xi. Met. Vastius insurgens decimæ ruit impetus vndæ. Fest. Vide & Polit. 76. Miscell. *ib. Fatóque*) In rebus humanis aut fatum, aut natura, aut casus Seru.

7. *Et mandare suis*] Mandata intelligit vltimæ voluntatis. Ita lib. 3. eleg. 3. Nec mandata dabo.

ib. Moræ) Quàm quæ mortem mereatur.

ibid. Cruoris copia] Mortis meæ potestas, quæ penes Cæsar. est, non conciliabit illi inuidiam.

ibid. Quodque dedit) Vitam, cuius mihi Cæs. copiam fecit, cùm auferre eam potuisset.

ibid. Nec tamen] Correctio κολακευτική, qua assentatur Cæsari. *ibid. Mutandas merces*] Virgil. Poll. –nec nautica pinus Mutabit merces.

8 *Alexandri claram delatus in urbem*) Alexandriam Aegypti vrbem. *ib. Sarmatis est tellus*) Sarmatia. Periphr. poetic. *ibid. Iussæ me aduertite terræ*) Dictæ exilio meo à Cæsare. *ibid. Supplicij pars est*] Satis supplicij erit, si in Sarmatia moriar, licet naufragio ereptus.

9. *Ferte (quid hic facio?) rapidi mea corpora venti*] Ἀποστροφή ad vẽtos. *ibid. Quod libet ex minimis*) Quod infimo cuique in promptu est: vel: quamuis vnus de minimis. *ibid. Domus si fuimus illi*) Augusti familiæ. *ibid. Qua me discedere Cæsar*) Edicto scilicet, quo interdum excedere vrbe atque Italia iubebat. Valer. Max. lib. 1. cap. 3.

ib. Satis apta parandi) Præparandi ad iter necessaria. 10. *Non aliter stupui*] Notatio attoniti.

ibid. Animi nubem dolor ipse remouit) Stuporem mentis. *ibid. Imbre per indignas usque cadente genas*) αὔξησις ὑπερβολική, in significatione multitudinis lacrymarum, quam alibi per flumina & fontem lacry. indicauit. *ibid. Si licet exemplis in paruo grandibus uti*) προθεραπεία, quia mitigat ὑπερβολὴν fide maiorem.

ibid. Iamque quiescebant voces hominumque canúmque, Notatio conticinij. *ib. Numina vicinis habitantia sedibus*) Ἀποστροφή valedictoria ad Iouem Capitolinum.

ibid. Este salutati) Propriè. Deos enim compellantes salutabant. Cic. pro Rosc. Amer. quum deos aliqui salutatum venerint. *ib. Clypeum post vulnera sumo*) παροιμιακῶς. Vide adag. *ib. Hanc odijs exonerate*

fugam) Facite ne Augustus abeuntem odio prosequatur. *ib. Pro deplorato non ualitura uiro*) Metaph. à mortuis. *ib. Iamque moræ spatium nox præcipitata negabat* Notatio imminentis diluculi.

ib. Versaque ab axe poli) Ad orientem conuersa.

ib. Vltima sed iussæ nox erat illa fugæ) Dieb. sc. elapsis, intra quos vrbe & Italia iussus eram excedere. Qui enim relegabantur, iis dies excedendi à præsidibus dari solebat.

11. *Oscula summa dedi*) Suprema, vltima.

ib. Meque ipse fefelli, Præ me ferendo non in mandatis dedisse, quæ dederam, me ipsum decepi.

ibid. Thesea pectora iuncta fide) Arcta, qualis fuit inter These. & Pirith. Prouerb. figura.

ibid. In lucro est] In lucro deputatur. Hora. Quem sors dierum cunque dabit, lucro Appone. Terent. Phorm. Omne id deputare esse in lucro.

ibid. Animo proxima quæque meo) Carissimos quosque. *ibid. Vixque dedit uictas utilitate manus*) Vix retinentibus se locum reliquit, amoris coniugalis impetum moderando vtilitatis respectu.

ib. Ferri) Efferri. Enall. Terent. Funus interim procedit. *ibid. Moriendo ponere sensus*) Cum morte sensum doloris finire. *ib. Custos Erymanthidos vrsæ*) Arctophylax siue Arcturus occidit.

ib. Aequoreasque suo sidere turbat aquas) Arcturi ortus & occasus grauiss. ciet tempestates.

ib. Nos tamen Ionium non nostra findimus æquor sp.) Anacoluth. *ib. Quamuis uigrescunt æquora uenta*) Notatio subitæ tempestatis. *ib. Pictos*) Depictos in naui. *ib. Pinea texta sonant*] Periphr. nauis pineæ. Vsus eodem verbo est & alib. Texitur & costis panda carina suis. *ib. Aurigam uideo uela dedisse rati*) Nautam, κυβερνήτην. *ib. Iouem*) Augustum. αὔξησιν.

ib. O mihi post ullos) A me. Enall. casus. Horat. Prima dicte mihi, summa dicende Camœna.

ib. Attonitum) Perturbatum. αὔξησις.

ib. Alloquio mo) Consolatione: alloqui enim idem quod παραμυθεῖσθαι, teste Varr. lib 5. de ling. lat.

ib. Animi debitor huius ero) Pro tali animo.

ib. Spiritus & uacuas prius hic tenuandus in auras) Prius me vita deficiet. prius moriar. Periphr.

ib. Et longa die. Temporis longitudine.

ib. Dii tibi sint faciles) Vtinam sint. Ellips.

ib. Si tamen hæc nauis uento ferretur amico) Si perpetuo fortunæ successu vteretur. Allegor.

ib. Thesea Pirithoum] ἐπιχείρημα παρὰ δεῖγμα, qua probatur fidem explorari reb. aduersis.

ib. Vera Phocæum amora) Phocensis. Enall. spec. Et est antonom. Pylades Strophii Phocens. F.

ib. Scilicet ut fuluum) παραβολή. Cic. lib. 6. Fam. Papir. Pæt. *ib. Nec noscitur ulli*) Ab vllo. Heterosis casus poëtis vsitata. *ib. Cinctus erat*) Circundatus. Metaph. à re militari. *ib. Cætera fortunæ*) Reliqui fortunam secuti sunt non amicitiam meam. Phocyl. [illegible], ita fortunæ amici dicuntur inconstantes & incerti. *ib. Metu falso*] Insani.

ib. Simplicitate) Imprudentia siue errore.

ib. Quot in æthere sidera lucent) Poetica numeri infiniti significatio. *ib. Si uox infragilis*] Home. [illegible] *ib. Pro duce Neritio*] Vlysse Ithacense. Νήριτος mons Ithacæ insulæ. [illegible] *ib. Sideribus totis*) Toto cœlo Synecdoch.

ib. Nec mihi Dulichium) Hom. Δουλίχιόν τε, Σάμη τε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος. Virg. 3. Aen. Dulichiumque, Saméq; & Neritos ard. s. x. *ib. De septem totum circumspicit orbe m.*) Vnde & ἑπτάλοφος dicta est, hoc est, septicollis.

ib. Ingenuæque mihi) Mart. Virgo ingenuæ, salubre corpus. *ib. Bellatrix*) Minerua belli præses.

ib. Tumidis qui regnat in undis Neptuni Periphr.

ib. Iouis) Augusti Cæsaris. *ib. Clario*) Antimacho, qui Colophonius fuit, hoc est, Clarius: Colophone enim Apollo Clarius templ. habuit. Vide etiam Parrhas. *ib. Coo*) Philetæ. Propert. & Coi facta Philetæ. *ibid. Digna minus misero*) Feliciore.

ib. Te mea supposito uelut] Ita al. Hercule supposito sidera fulcit Atlas. *ib. Naufragii tabulas qui petiere mei*) Prouerbiali figura dicitur de extrema spoliatione. *ib. Nec probitate tua prior est*] Amplificatio ab exemplis Andromaches, Laodam. & Penelopes.

ib. siue tibi hoc debes) Seu natura te hoc docuit: seu Liuiæ exemplo didicisti. *ib. Grandia si paruis assimulare licet*) Correctio.

16. *In digito qui me fersque refersque tuo*) Effigiem meam in gemma insculptam geris Synecd.

ib. Maior imago) Magis expressam vides animi mei imaginem in versibus meis. *ib. Mutatas formas*) Metamorphoses. *ib. Rupit opus*) Interrupit. ne summa illi manus imponeretur. *ib. Thestias*) Althæa Thestii F. *ib. Melior matre fuisse soror*) Quod fratrũ quàm filii sui interitũ ægriore animo ferret. Ita in Metam. Incipit esse tamen melior germana parente.

ib. Ablatum mediis opus est incudibus illud) Metaphora à re fabrili.

17. *In caput alta*] Poetica eius quod fieri nequit notatio. *ib. Iter*] Naturæ cursum. ordinem à natura destinatum. *ib. Nec exequias prosequerere meas*) Me abeuntem in exilium. Metaph. sumta à funerum cõsuetudine. *ib. Re tibi promdo*) Nullo apud te in honore est. *ib. Ingenti prostratum mole*) Aerumnis oppressum. *ibid. Te nocam populi publicaque ora sequi*) Supremum Salue & Vale conclamare. Persistit in Metaph. de funerum exequiis. *ib. Ascitus*) Adhibitus.

ib. Abierunt) Euanuerunt. *ib. Lethæis mersa feruntur aquis*) Obliuione demersa sunt. Poet. circuitio.

ib. Sed scopula Ponti] Prouerbiali figura hominem asperum & immitem notat.

ib. Vt careant numera tempora prima suis) Vt vltima primis in amore non respondeant.

ib. Detur) Vtinam detur. Ellips. *ib. Inoffensæ uitæ*] Vitæ tempus eodem felicitatis tenore. Metaphora à cursu. *ib. Opus*) Carmen, elegiam. Totum pro parte. *ib. Duros Deos*] Cęsarem inclementem. Enall. numeri *ib. Donec eris felix* Felicium multos esse amicos probat inductione. *ib. Latet hic pressus nubibus*) Nube obscuratur. *ib. Fortunæ lumine*) Splendorem, successum fort. *ib. Hæc precor*) hoc est cum fortuna mutari hominum voluntates.

ib. Dum stabamus, turbæ quantum satis esset) Rebus florentibus satis quidem frequentem domum habuimus, sed tamen carentem strepitu & ambitione. Virg. 2. Georg. Si non ingentem foribus domus alt. superb. *ib. Cautaque communis*) Ipsi cauti. hypall.

ib. Quamlibet inuiso Cæsar in hoste probat) Locus à comparatis.

ib. Decumine Argolico) Pylade. Periphr.

ib. Actoride) Patroclo Actoris filio.

ib. Ore fides) Sermone. Synecd. *ib. Amico*) Pirithoo. *ib. Tartareum*) Plutonem cuius vxorẽ rapturi erant. *ib. Turne relata*) [illegible]

ib. Est etiam miseris pietas) Est etiam communis affect. humanitatis erga eos qui non sua culpa sunt miseri. *ib. Hei mihi*) Exclamatio.

ib. At m.) Hæc elegia in m. sc. & libr. aliq. cohæret cum præcedenti: neque debet ab ea separari.

ib. Profecto facta serena tuo) Anacoluthon: tamen æ-

gritudo illa nonnihil minuitur cogitatione ruarum progressionum in studio eloquentiæ,& virtutis.

ib. venturum]Euenturum. Enall *ib. Ferret ad.*]Allegoria: quasi dicat, cùm neque ego tam miser, neque tu tam excellena esse. *ib. Nemo pluris emendus erat*)Nemo te pluris faciendus erat.

ib. Scena manet dotes) Dotes istæ aliquando magno theatro spectabuntur. *ib. Seruatæ*)Obseruatę, captato augurio, vel ex voce illina, vel ex volatu. Cic. 1. de diuin. atque secundam Solua auę seruans.

20. *Augurium ratio est*] Ratione & prudentia vsua tanquam augurio, ex indole rua istam præstant diuin. *ib. Tuli*) Abstuli, consecutus sum.

ib. Ingenium non latuisse tuum Non fugisse me tuum ingenium, quod ex indole perspexi.

ib. Tenebris vitam latuisset in vmn] Fuisset obseurũ.

ib. Lumen Claritatem. Metapb. *ib. Artes.* Studia eloquentiæ. *ibid. Sos artibus illis*] Vitam me egisse grauiorem, quàm artes fuerunt quas tractaui. Ita alibi: Vita verecunda est, Musa iocosa mea est.

ib. Colore) Prætexiu, specie. Excusat factum per ætatem. *ib. Sic benè semper eas*] Optantis est. Ita feliciter progrediare iu studiis eloquẽtiæ, sicut cœpisti.

ib. Flaua tutela Mineruæ) Propter Mineruæ simulacrum in illa depictum. Estque appositio.

ib. Et à picta casside, Dicta scilicet Minerua Galeata. *ibid. Cornibus acus Cenchreas*]... Lecheæ & Cenchreæ angustiarum vtrinque termini in sinu Corinthiaco & Satonico. Plin. lib. 4. cap. 4.

ib. Palladio) Mineruæ præsidio. *ib. In Helles*) In Hellespontum. *ib. Tenui limite.* Angusto.

ib. Ab Hectoris vrbe] Ilio. *ib. Threiciam*) Samothraciam. *ib. Epitrea* ... pedestri itinere profecto ...

ib. Auctoris] Dardani. *ib. vecta vergnus undas*] Hellea, quæ Hellespontno nomen fecit in eum delapsa.

ib. Cyzicon Aemoniæ) Thessalicæ. Cyzicus enim qui vrbi nomen dedit, Aenei Thessali filiua fuit. Vide Apoll. comm. 22. *Geminu maris*] Propontidis & maria Euxini. 23. *Hæc si contigerit*) Vnica enim nauia fuit, sed cursus duplex de quo vide Micylli commentationem. 24 *Mihi sollicitæ*] Mibi solicito. ...

ib. Adria) Mare Adriaricum. Meton.

ib. Insana Furor. Id. lib. 4. eleg. 1. Forsitan hoc studium possit furor esse videri. *ib. Nimbosis*] Nimbos inducentibus. Metonym. Vide Theocr. hodœpor.

ib. Steropes) Pleiadum. Synec. *ib. Hyadas* [.]Hyadũ plunias & imbres suo flatu intenderat. Vide Gell. lib. 13. cap. 9. *ib. Tollens ad sidera palmas*] Manibua in cœlum sublatis orasse, auctor est Apul. in libr. de mundo. *ib. Amigero* Si Artigero. Ellips.

ib. Hominum) Latronum, quorum ferax est Thracia, propter barbatiem. *ib. Amidæ submissa rapina*] Dedita & q. mancipata. *ib. Si spe sint inferiora tua*) Si expectationi tuæ non respondeant.

ibid. Nec consuetæ meam lectule) ... ad lectum ... *ib. Indignatiurque*) ...

ib. Vrnae hyemi hominem) Concessio per ... *ib. Illa sui*] Desinendo se. seuire.

IN LIBRVM II.

INFELIX *cura, libelli*' ... Et est apostrophe ad librum.

26. *Esse nocens*) Græca constructione, pro esse nocentem. Ita alibi, rettulit Aiax Esse Iouis pronepos. *ib. Saxa memnn refero rursus ad ictu pedem*]Vide adag. Bis ad eundem lapidẽ.

ib. Teuthrantia regna tenentis] Telepbo Mysiæ regi, quam ante ipsum Teutbraa tenuit.

ib. Turrigeræ Opi. Turritam coronam gerenti. Opis enim Saturni coniux terra est, sustinens ciuitates turritas: in cuius honorem Opalia instituta.

ib. Quos ætas aspicit una semel] Notatio ludorum secularium. *ib. Materiam*) Occasionem, causam.

27. *Purum*] Serenum, sudum.

ib. Genitorque deûm, Virgil. diuûm pater atque hominum rex. Vide Varr. lib. 5. de ling. lat.

ib. Dei nomen Patria scilicet. Homer. ... *ib. Dimeijs etiam multos & honoribus auctos*] Cõiuratos innuit, à quibus Augusti vita insidiis petita est. *ib. Vtraque dona tulit*] Cõiurati ob placatũ Imp. Augustua propter vitam incolumem.

ib. Tertia numina iure) Cælum. ... Formula autem iurandi erat hæc: Iuro per. Plaut. Amphit. Per Iouem iuro. *ib. Optans petetes cœlestia sidera tardè*) Horat. lib. 1. Carm. Serus in cœlum redeas.

ib. Parsque fui turbæ parua precantis idem] Votia enim quæ sacerdotes suscipiebant, priuatorum quoque accedere solebant. *ib. Inspice maius opus* Metamorph. *ib. Non tua carminibus maior sit gloria*] ... *ib. Tamen hunc*) Eurip. Hippol. ... *Te celebrant alij*) ... *ib. Delicias meas* Amorum libroa. *ib. veneranda* Laudes tuas celebrantia.

ib. Cùm cœpit quassata d.) Allegoria. *ib. Res vbi eunt*) Propendet, inclinatur. *ib. Prætereuntis equo*] Meam prætereunt. dictum sicut illud Horat. 1. Ser. Sat. 4. mea timentis. *ib. Decem decies inspicienda viris* Periphr. centumuiror.. *ib. victa fide*) Quæ in iudicio triumuirali causa ceciderat.

29. *Imoque sub æquore mergit* Allegoricè calamitatem suam innuit nauigantium periclitatione.

ib. Imprudens Ignoranti quæ agerentur.

ib. In superis etiam fortuna luenda est] Apud Deos etiam fortunæ culpa neminem excusat.

ib. Sic quoque parua tamen, Correctio.

ibid. Sit in neutrum In neutram partem.

ib. Census parua) Facultatibna non equestribus: quatum census erat ad quadraginta millia.

ib. Emanruerit Cæsaris ira) Mora temporis emollita fuerit. Metapb. à frugibus. Vide Gell. lib. 10. cap. II.

30. *Citràque necem tua constitit ira*] Citra animaduersionem in vitam & fortunaa.

ib. Paterna) Saluis enim bonis relegatua est, cùm ceteri adempta bonorum parte relegarentur. Idem lib. 5. Trist. eleg. 3. *ib. Tristibus innectis verbis*) Tristitiam afferentibus. *ib. Edictum quamuis immite*) Edicto enim Augusti, non iudicio Senatus, iudicúmve sententiis, vrbe & Italia summotus est.

ib. Parcaque fortunæ Pareia calamitati meæ verbi mitioris vsurpatione.

ibid. Nube solet pulsa candidus ire dies] Versus prouerbialia similis illi tritio: Post nubila Phœbus.

ibid. Per superos) Obsestatio ...

ibid. Tui sidus iuuenile nepotes] Appositio: nepotes tui, qui sunt sidus & splendor iuuenrutis Romanæ.

ibid. Per tua, pérque tui facta parentis eant] Insistanc aui & parentia tui vestigiis, imitando illorum facta.

ib. Sic assueta tua) ...

31. *Ausoniumque ducem*) Tiberium siue Drusum Tib. frat. *ib. Desigue tuos*... ausp. & deos nominauit. *ib. Dimidióque tui*] Parte tui dimidia.

ibid. Fera ucla recondo) [illegible]

ib. Tolle) Aufer, oblitus paterni nominis.

ib. Ad egressus missus septemplicis Istri [illegible], quæ sunt ostia septem Danubij, per quæ in mare exoneratur. *ib. Vlterior nulli]* Ab vrbe remotior.

ibid. Margine] Limite, finibus. *ibid. Summouet]* Arcet. 32. *Qua turpi crimine lectus)* Libris meis de arte lectis. Metonym. *ib. Notitia multo minora tua)* Indigna cognitione tua. *ibid. saluti imperij)* Ironia.

ibid. Nunc porrigit arcus] Arma tradendo victum se agnoscit. *ib. Capraque signa manu)* M. Crasso & Antonio erepta. *ib. Quantum non extitit unquam]* Sub Augusto enim floruit Roman. imperium.

33. *Ab hac rigidas* Frontis seueræ, pudicas.

ibid. Quas stola contingi vittaque sumpta vetat) Violari, comprimi. *ib. Quodque trahat)* Vitium quod ab aliis trahat. *ibid. Studiosa sinistri)* Procliuia ad deteriora. *ibid. Hirsutus]* Seuerius, grauius Metony.

ib. Genetrix ubi pr.) Vbi de prima Aeneadum genitrice traditur.

34. *Ordine ferri)* A maiorib⁹ ad minora peruenire.

ibid. Facundia, Oratoria. *ibid. Prorogat hæc fontes)* [illegible]. *ibid. Nequitiæ)* Lasciuiæ, libidinis. *ibid. Martia cum durum sternit arena solum]* Cum forum propter ludos gladiatorios arena consternitur. *ibid. In culpam,* Ad delinquendum, ad nequitiæ prauitatem.

35. *In magni templum Martis]* In ædem Martis Vltoris, in cuius aditu ab vtroque latere Martis & Veneris statuæ erant. Describit hoc Ouid. v. Fast.

ib. Latmius heros Endymion, qui in Latmo Cariæ monte obdormiuit, à Luna consopitus, Cic. 1. Tusc. *ib. Omnia peruersas possunt corrumpere mentes)* [illegible]. *ib. Ingenuas manus* Virgines & matronas. *ib. Supercilij seueri* Grauis & seuera. Vide adag. Attollere supercil. *ib. Vestales oculi)* Virginum Vestalium. Metonym. *ib. Domino]* Mangoni vel lenoni. *ib. Vexata* Afflicta, diruta. *ib. Fratrum)* Eteoclis & Polynicis, qui mutuis conciderunt vulneribus.

36. *Materiam* Argumentum operis.

ib. Illud erat magnæ) Res gestas Augusti carminib. mandare. *ib. Fertilitatis]* Ingenii fertilis: vberis ingenij: ingenij diuitis, vt paulo post.

ib. Numeris leuioribus aptus) A minori ad maius

ibid. Materia ne) Ne argumentum superet [illegible]. Idem lib. 1. Metam. Materiam superabat opus.

ib. Detrectare] Ingenij culpa laudes Cæsaris detereret Horat. *ib. Heu mihi cur didici)* Exclamatio [illegible]. *ib. Vetitos sollicitare toros]* Comparatos esse ad expugnandam matronarum pudicitiam.

ib. Furtiua magistro) Amores occultos.

ib. Sternxerit] Citra vllâ nominis mei infamiam.

ibid. Dubius) Putatitius: dubitet de filio num ex se natus sit.

ib. Vita verecunda est) Catull. Nam castum esse decet pium poetam Ipsum, versiculos nihil necesse est.

ib. Actus esset atrox] Si ex tragœdiis quas scripsit æstimandus esset illius animus.

ib. Lyrica Teia Musa senis) Anacreontis Teij.

37. *Nec tibi Battiade nocuit)* Apustrophe ad Callimachum Batti F. Antonom.

ib. Amatorem Paridem & Menelaum.

ib. Rapta puella] Briseis, ob quam abductam inter Agamemnō & Achillem simultas orta est, Il. α.

ib. Femina Penelope. *ib. Mæonides]* Homerus.

ib. Hospitis) Vlyssis. *ib. Duas)* Calypsu & Circen

ib. Hippolytus] Tragœdia Hippol. Metonym.

ib. Fratris) Macarei. *ib. Tantalides)* Pelops.

ib. Pisæam) Hippodamiam Oenomai Pisar. regis F.

ib. Mater] Medea. *ib. Fecit amor]* Terei fabulam innuit: de qua vide vi. Metamorph.

ib. Frater) Thyestes Atrei frater.

ib. Auersos solis) Quasi refugientis atrocitatem illius spectaculi.

38. *Tragicos t.)* Tragœdiæ argumētum præbuisset.

ibid. Tyndaridósque) Clytemnestræ. Antonom.

ibid. Domitore) Bellerophonte. Homer. Ili. ζ.

ib.Ceneia) Atalanta Cenei, vel (vt alij) Schœnei F. Vide Metamor. lib. x. *ib. Phœbas]* Cassandra Phœbi sacerdos, quam Agamemnon captiuam abduxit.

39. *Danaique nurus)* Belidas. *ib. Matrémque Lyæi)* Semelen. *ib. Noctes d.]* Ex duabus enim noctibus, vel (vt alij) tribus, vna effecta est, vt Alcumena ex Ioue Herculem conciperet. Plaut. Amphitr.

ib. Generū Peliæ) Admet. qui Alcestin vxor. habuit.

ib. Pelasgum] Thessal. hoc est, Protesilaum.

ib. Pyrrhique parem] Deidamia Pyrr. mater.

ib. Iliadesque puer) Ganymedes Iouis amasius, sicut Hylas Herculis. *ibid. Ignes]* Amores in Tragœdiis descriptos. *ib. Præterita)* Violati, sicut Græci [illegible] vsurpant.

40. *ib. Milesia crimina)* Milesiorum delicias & luxum. Polit. 16. Miscell. *ib. Semina matrum* Fetus conceptos. *ib. Qui composuit nuper Sybaritida)* Hemitheon Sybariticas nequitias composuit. Polit. 15. Miscell. *ib. Romanus]* Romanorum poetarum libri Synecd. *ib. Triplex)* Terram, mare, ac cœlum. Lucret. lib. v. tria talia texta Vna dies dabit exitio.

ib. Cui falsum Lesbia nomen erat Verum enim nomen erat Clodia. 41. *Exigui Calui]* Caluum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

ibid. Leue Molle & lasciuum. *ib. Catonis* Valer. Catonis Lydia. Idem scripsit Diras, quas aliqui Virgilio tribuerunt. 42. *Perilla)* Perillam Ticida, qui de ea Elegias composuit, dissimulato nomine Metellum appellauit. *ib. Phasiacas)* Varro Atacinus, qui Argonautica scripsit. Propert. lib. 2. eleg. vlt.

ib. Hortensi) Hortensij meminit Gell. lib. 19 cap. 9. Et Catull. Millia quum interea quingenta Hortensius. *ib. Serui)* Seru. Sulpitij. *ib. Aristidem)* Aristidæ Milesiaca, de quibus Plutarch. Crasso. Polit. 16 Miscell. *ib. Credere iuranti)* Vide Tibull. lib. 1. Eleg. cuius initium est, Semper vt ind.

ib. Et tacitam) Næuio est dare digito literas. Propert. Aut mea cùm digitis scripta silenda notas.

43 *Fraudi)* Detrimento, damno. *ib. Districtus minima n.)* Notatus ignominia *ib. Damnosos effugiasque canes)* Imitatione Propert. Semper damnosi subsiluere canes. 44. *Rem curam)* [illegible] secundum Theophr. *ib. Mense decembri)* Saturnalibus.

45. *Pudenda* Obscœna.

ibid. Pœna est lucrosa poetæ) Cùm pœna afficiendus esset propter obscœnitatem poëta, etiam rem ex illa facit *ibid. Scena ad.)* Quæ à mimographis in scena repræsentantur.

ibid. Sua pulpita] Proscenia. Propert. Non istis olim variabant tecta figuris, Cùm paries nullo crimine pictus erat.

ib. Vultu fassus Telamonius iram) Aiax Telamonis F.

46. *Barbara]* Medea.

ib. Siccat Venus uda capillos) Venerem innuit exeuntem è mari, pictam ab Apelle. Plinius lib. 35. cap. 10. Vide & Anthol. epigr. lib. 4. cap. 12.

ibid. Contulit in Tyrios arma virúmque toros) Hinc

quidam suspicantur princip. Aeneidos esse: Arma virúmque cano.

ib. Quàm non legitimo fœdere iunctus amor) Quàm amores Aeneę & Didonis.

ib. Delicti notatum) Censorem. *ib. Meriti*) Culpæ.

ib. Remissum) Solutum, lasciuum.

ib. Sæpe dedi: Allegoricè grauiora lodicat opera.

ib. Sacratum) Consecratum, dedicatum.

ib. Cothurnus) Tragœdia. Metonym. Virgil. Sophocleo tua carmina digna cothurno.

ib. Quamuis manus ultima cœpto) Licet non imposuerim operi illi summam manum. Vide adag. Summ. man. addere.

ib. In facies corpora uersa nouas) Metamorphoses.

ib. Quantum dederis mihi pectoris ipse) Idem t. Fast. Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.

ib. Tot scripta nullis nostri) Nostrorum carminum. Enallage num.

ib. Victus eris) Placatus, ira exatiata longo tēpore.

IN LIBRVM III.

VIRIDI in æua) Aetate iuuenili.

47. *Pumice*) Catull. Arida modò pumice expolitum.

ib. Erubui) Puduit me cultiorem prodire auctore. *ib. Titubante*) Hæsitante.

48. *A sacra uia*) Via sacta inter vrbanas celeberrima. *ib. Hic fator*) Romulus habitauit.

ib. Iouis) Augusti, quæ fuit in Palatio: quam Virgil. quoque describit in vii.

ib. Quernæ corona) Corona è quercu, quæ arbor in Iouis tutela est. *ib. Lauro*) Vide Plin. lib. 15. cap. vlt.

ib. Laurus) Apollini.

ib. Testante corona Seruatos ciues) Coronis ciuicis aut querceis in aliquot nomis Impp. additur: ob CIVES SERVATOS.

49. *Ducor ad intonsi candida templa Dei*) Porticum Apoll. cuius meminit Propert. lib. 2. eleg. Quæris cur ven. *ib. Quæque uiri docto ueteres fecere nouique Pectore*) Bibliothecam Augusti innuit.

ib. Quos) Libros de arte innuit.

ib. Sedibus illis) Palatinis Augusti ædibus.

ib. Altera templa) Veneris Victricis templum vicinum Pompeij theatro.

ib. In genus auctoris) In libros, quos etiam natos appellat simili metaphora.

ib. Illi Auctori, siue parenti nostro.

ib. Cæsar ades nato) Passim & vulgò Deos orabant vt adessent. Virgil. Adsis lætitiæ Bacchus dator.

50. *Ergo erat in fatis*) Hæc elegia in m. sc. cum superiore cohæret.

ib. Lycaonio sub axe) Sub Arcto seu plaga Septentrionali. *vero sine crimine*) Apollinis Periphr.

ib. Quódque magis) Quod mihi verè obiici possit.

ib. Portubus orbam) Importuosum, ἀλίμενον.

ib. Pœnæ) Exilij, indicat autem Tomos.

ib. Internas clausas esse ueteri fores) Mortis ianuam.

ib. Apollinea) Medica. *ib. Affecto* Aegrotanti.

ib. Amentis) Delirantis, παραφρονοῦντος.

ib. Suppressaque lingua palato) Propter animi deliquium, quo totum corpus quasi eneruatum iacet.

51. *Præcepisset*) Anteuertisset exilium.

ib. Integer) Incolumis, nondum multatus exilio.

ib. Et sieni ipsa tristia fata loco) Conditione loci, quòd in Scythia procul à patria mihi moriendū sit.

ib. Clamore supremo) Vltima conclamatione.

ib. Indeploratum) Non defletum, ἄκλαυτον Hom.

ib. Rude) Inexpertum. *ib. Samij*) Pythagoræ.

ib. Perque feros manes) Inter animas feras Sauromatarum. *ib. Fratrem Thebana peremptum*) Eteoclem Antigone sorot sepeliuit, prohibente Creoote Thebarum rege.

52. *Molliter ossa cubent*) Precabātur enim defunctis, vt placidè quiescerent, & vt molliter iacerent. Virgil. O mihi tum quam molliter ossa quiescant.

ibid. Res postquam procubuere mea) Postquam fortuna mea inclinata est. Metaph. ab ædificiis.

ib. vixe tibi) Platoni est τὸ λαθεῖν βιώσας. Vide Steph. Schedias. lib. t. cap. tt Iubetur autem sua mediocritate esse contentus. *Longè nomina magna fuge*) Vide adag. [illegible] Vine t.) [illegible].

ib. Demissa antenna) Virg. Veláque loogarum demittimus antennarum. *ib. Dum me leuis aura ferebat*) Dum fortunæ meę mediocritate contentus essem. Alleg. *ib. Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas*) Nullum sensi rebus meis incommodum.

ib. vix hoc tamen euenit ipsum) Correctio, quia rarò in loco plano homines cadunt. *ib. Elpenor*) Elpenor ebrius perijt. Od. x.

53. *Rege*) Vlyssi apud Inferos Od. λ.

ib. Vt tutus agitaret Dædalus alas) Vide viii. Metamorph. *ib. Suas* Alas propt. Horat. Pennis non homini datis. *ib. Benè qui latuit*) Vide Plutar. Καὶ βιώσας Hor. Nec vixit malè, qui natus moriénsque fefellit. *ib. Benè uixit*) Beatè. Hom. [illegible]. Et ζωὴν pro beatitudine. *Eumedes orbus* Eumedes pręco Dolonis pater. Hom. Ili. x'. Virgil. xii.

ib. In arbore natas) In populis, in quas conuersæ sunt. 2. Metamorph. *ib. Cepisset genitor si Phaethonta Meropis*) Si Meropem genitorē agnouisset Phaethō.

ib. Propositique memor) Moderare nimiæ cupiditati.

ib. Candidiore) Prosperiore quàm ego fruor.

ib. Mitis pietate mereris) Ab effectu, quia homines mites facit. *ib. Mihi*, In animo meo. *ib. vidi ego te tali uultu mea fata gementem*) τύπος ab attestatione rei visæ. *ib. Fidaque uerba bibi* Aurib. hausi. Metaph. Prop. suspēsis auribus ista bibā. *ib. Submoti*) Relegatū.

ib. Studio Studiosè. ἀπροσποιήτως. *ib. sine inuidia*) Sine ambitione & splendore vitę, quem sequitur inuidia. Consp. ro anteced. *ibid. Mollésque inglorius annos*) Iuueniles: atque ideo flexibiles. *ib. Non exulat*, Propter claritatem & memoriam. *ib Bosporus*) Vide Melam lib 1. cap. t. *ib. vltima terra mihi* Finis continentis καὶ ὅσα à loco. *ib. Dulce fuit*) Lætitiæ voluptatem attulit. *ib. Non est*, Licet, Græca consuetud.

ib. Ante oculos errat Obuersatur. *ib. Succedámque*) In mentem venit quid quoque loco gestum sit aut geratur. *ib. Ingrauat* [illegible] seu repetitio per distinctionem. *ib Hoc* In hoc: vel. hac re.

ib. Impositúmque sibi firma tuetur amor) Constanter tuetur officium.

54. *Officium*) Animi grati memoriam celebrando nomina vestra. *ib. Anceps*) Dubium est, piúsne gratum vobis quàm aduersum facturus sim.

ib. Indicia) Proditione. *ib. Præcrahet*) Quasi è latibulis expellet. Metaph. à lustris ferarum.

ib. Manum) Auxilium Græci ἀντιλαμβάνω dicunt, cùm mano porrecta aliquis subleuatur. *ib. Contacti similes*) Afflicti similis fortuna, cōflictati pari calamitate.

ib. Vsus amicitiæ) Amicitia Periphr. *ib. Non ægrè*) Facilè. Isodynamia. *ib. Vinclis*) Arctiore amicitia.

ib. Nunc mea) Dum prospera vteret fortuna.

ib. Igne) Fulmine. *ib. Nouam*. Nuper mihi cognitus.

ib. Vix duo tresue mihi) Vix vnus & alter ex veteribus amicis præstiterunt. *ibid. Visosque notum*] ... *ibid. Singultantem*] Singultum edentis: vel singultum edentibus si legas singultatis. *ibid. Pectoribus teneo non abiturā meis*] Recordor. A corpore ad animum.

ib. Materia prosperitate] causa. Species pro genere.

ibid. Tristia leniri numina posse Dei] Iratum Cæsarem.

ibid. Quæque tibi est linguæ facundia) Qua vales dicendi facultate. *ibid. Decreto nocum posse valere meū*) Probes, confirmes. *ibid. Quo quisque est maior*) Cic. 1. Offic. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia. Vide Stephan. sched. var lib. 3. cap. 12.

ibid. Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni) Periphr. per notation. hoc est, esse supplic.

55. *Minor nobilitas*] Ignobilior. i. sodyn. minus generosa. *ibid. Dardanij*) Priami. Hom. Iliad. ω.

ibid. Ducis Emathij) Alexandri Macedonici. Emathia propr. Macedonia ab Emathione rege.

ibid. Porus) Indiæ rex. *ibid. Præclarique decere funeris exequiæ*) Darij regis, cui funus fecit magnificentiss. *ibid. Flexas*] Mitigatas. *ibid. Iunonis gener est*] Notatio Hercul. cui Hebe Iunon. F. in matrimon. data est. *ibid. Cruentum*] Capitalis.

56. *Nimio mero*] Ebrietate. Alludit ad Gall. poetam: de quo suprà. *ib. Crimen*) Rem nefariam.

ibid. Mutata conditione loci) Mutatione loci.

ib. Hoc numen) Simili voto eleg. 3. concludit Tibull. lib. 1. Hoc precor, hunc ill. nob. auroea nitentem Lucif. rum roseis candida portet equis.

ib. Fœdus amicitiæ] Amicitiam. Periphr. κατ' ... Amoena amplificatio facit ad captandam beneuolentiam. *ibid. Animi candor tibi*] Metaph. cum adiūctione differentiæ causa. Est enim & corporis candor. *ibid. Vira*] August. Cæs. ...

ib. Nil ita celabas) Notatio intimæ familiaritatis ab effectis. *ib. Vt non ego conscius essem*) Quin. Periphr. κατ' ... *ib. Pectoribusque*) Enallag. num.

ib. Vtilitatis iter] Vtilitatem. Periphr. Ter. Nuocubi meam benignitat sensisti in te claudier?

ib. Ratio nulla] Nulla ratio vincēdi ... potest aliquid.

57. *Si quas fecit tibi gratia*] Si quid vales gratia apud Cæs. *ib. Vires*] Auctoritatem cum potestate iuuandi amicos. *ib. Mansuetior ira*] Mitior. Metaph. à brutis. *ibid. Minor sic mea pœna loco*) Exil. Genus pro specie. *ibid. Principiumque mei criminis error habet*] In causa est meæ culpæ. *ib. Veluti sua vulnera*] ... *ib. Ipse dolor*] Aegritudo reuocatur, sicut tactu dolor vulneris ingrauescit.

ibid. Pudorem] Infamiam. Synecdoch.

ibid. Cæca] Obscura, hoc est, reticenda ac dissimulanda sunt. *ib. Nil igitur referam*] Purgatio imprudentiæ. Et est ordo: nil referam nisi me peccasse, & meum cr. voc. debere stultit. Cætera quasi ... sunt. *ibid. Stultitiamque*] ...

ibid. Nomina si facto reddere vera velis] Correctio.

ibid. Suburbana] Sit mihi q. suburbium.

ibid. Vade salutatum] ... ad epist. *Sermonis fida ministra mei*] ἄγγελος λόγων, quod Euripid. de lingua vsurpauit. *ib. Quid venias*, Propter quid. ... *ib. Non patrio carmina more canis?*) Non parentis tui numeris, hoc est, lasciuis. vel etiam lyricis. nisi legendum est, num patr. pro an.

ib. Fecundæ vena periret aquæ] Ingenium fecundū exaresceret. Metaph. *ibid. Vtque pater natæ*) Anacoluthon: vt fui pater filiæ, ita studiorum moderator extiti. *ib. Tunc quoque, sed*) Hoc distichon in nonnullis non extat. *ib. Ignes tibi*) Idem ardor ingenij. Metaph. *ib. Vates Lesbia*] Sappho poetria.

ib. Mea te fortuna recardet) Respectus mei exilij te in studio remissiorem faciat. *ib. Cessaras*) Recitare desieras. *ib. Causa ruboris eram*] Mutanda notando. *ib. Tu quoque sis pœnæ fatis secuta meæ*] Deterrita exempla meæ calamitatis deserueris studia poeticæ.

ib. Pone perillæ metum) ... ad prosequendum hæc studia. *ib. In antiqua fronte*) Aetate confecta.

59. *Irus*] Mendicus seu pauper. ...

ib. Conuiuorque fruorque] Palliua. ...

ib. Quilibet hanc sæuo vitam mihi finiat ense) Quicunque fane mihi vitam auferat.

ib. Septem de montibus orbem) Propert. Septem vrbs alta iugis, toti quæ præsidet orbi.

ib. Maneat felicior vsus) Vtinam maneat.

ib. Qua potest vsque, rogos) Mortem, Synecd.

ib. Dulce] Dulcedine afficiens.

ib. Stulte] ... ad seipsum. *ib. Satiauerit iram*] Expleuerit. *ib. Quod minus iniurea est*] Ordo est: Interea quod est minus, licet nobi magni sit muneris loco, oro, vt iubeat me ex hoc loco quouis aliò migrare. *ib. Nec aquæ faciunt*) In causa sunt.

60. *Vexant me insomnia*] Notatio afflictæ valetudinis à signis. *ibid. Veluti spectabile corpus*] Instar corporis aspectabilis. *ibid. Querarne de Cæsaris ira*) Querelas vsurpem super ira Cæs.

ibid. Huc quoque Milesij] Tomon, Milesij coloniam deduxere. *ibid. Positaque antiquius vrbe*) A Milesiis condita. *ibid. Rate*] Argo naui.

ibid. Per non tentatas prima cucurrit aquas] Catull. Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.

61. *Hospes, ait*, Verba speculatoris ad Iasonem.

ibid. Venit] Aceteа scil. Medeæ pater.

ib. Minyæ) Argonautæ. *ibid. Aggere fumus*) Getico litore. *ib. Pectora Colchis*] Medea pectus scelerum conscium concuss. Enall. numeri.

ib. Ad fratrem) Absyrtum, qui est apud Pacuu. Aegialeus. *ibid. Sanguineumque caput*) Sanguine perfusum. *ib. Tomis*) ...

ib. Stellis] Septentrionibus, siue vtrique Visæ.

62. *Liquidus*] Non astrictus glacie.

ib. Bella) Hostium incursus.

ib. Squallentia protulit ora) ...

ib. Patet & Boreas] Aperto campo spirat non inclus. ab Aeolo. *ib. Patet*] Manifestum est.

ib. Tremente premi) Nutante nimio vento.

ib. Deliquit] Liquefacta est. Vide Virg. 3. Georg.

ib. Oraque] Facies tantum non occultatur.

ib. Nudaque consistunt) Virg. cædúntque securibus humida vina. *ib. Papyrifero*] Nilo fluuio.

ibid. Ora freti] Ostia. *ib. Durantibus Ister*) Indurantibus, astringentibus. *ib. Congelat*] Glacie coit, congelatur.

63. *Cum sine præmia falsi*, Cum nullum sit mendacio propositum præmium. *ib. Lubricaque immotas testa premebat aquas*) Glacies aquas vinciebat. Virg. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Et pro testa aliqui crusta legunt.

ib. Angustæ aquæ) Notatio Hellesponti.

ibid. Pandi) Incurui. *ib. Siue igitur nimij Borea vis sæua marinas*) Siue mare siue Ister glacie concrescit, indurante Borea.

64. *Ruris opes paruæ*] ... *ib. Volucri ferro tinctile virus inest*) Sagittas tingunt viperina sanie & humano sanguine. Plin. lib. 11. cap. penult.

ib. Iners) Inculta, inarata. Virgil. 1. Georg. cessare

nouales, Et segnem patiere situ durescere campum. *ib. Pampinea umbra*) Pampini vmbra. Enallag. speciei. *ib. Neget* Non fert: γλυκὺ χῶμα.

ibid. Reum deum sine crimenis agis) Insimules criminibus: accuses. *ib. Natus es è scopulis*) Notatio hominis immitis & ἀστόργου. *ib. Cúmque suo Borea*) Illius regionis proprio. spirat enim ab Arcto.

65. *Soluat & in mores ora disertus meos*] Disertum se præbes in vehendo in vitam meam.

ib. Cum is hæc esse diserto) Martial. Nobis non licet esse tam disertis. *ib. Proteris umbram* Pedibus conculcas. Vide adag. Cum vmbr. pugnare.

ibid. Hæc simulacra Imago ista mortui.

ib. Manes sollicitare meos Inquietare.

ib. Pendimus en profugi) Metaph. à pecunia, quæ olim appendebatur. Virgil. tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. *ib. Qui falsum lento torruit igne bouem*] Notatio Phalaridis. *Quique bouem Siculo*) Perillo, Periphr. *ib. Munere in hoc rex est usus*, Verba Perilli ad Phalar quibus munus suum ornat.

ib. Adapertile muri Quod facilè aperiri possit.

ib. Imbue Metaph. à saporibus vel liquoribus.

ib. Geminos ore gemente sonos Humano bubulos.

ib. Rescindere crimina noli) Refricare. Metaph. à vulneribus nondum coeuntibus *ib. Famam r.* Memoriã attenuent, mentionem deminuant.

ib. Tollit In altum tollit. *ib. Vices*) Vicissitudines. Terent. Omnium rerum vicissitudo est.

66. *Impositamque sibi qui non benè pertulit Hellen*] Notatio ingressus solis in arietem & τῆς ἰσημερίας.

67. *Ruraque quæ nullo nata serente ferunt*) Flores sua sponte nascentes, αὐτομάτως. *ib. Indoctique*) Non docto. Heterosis facultatis pro actione.

ibid. Vernat auis) Vere letatur.

ib. Malæ matris Progne enim Itym filium interfecit. *ib. Sub trabibus cunas*) Nid ficat. Periphr.

ib. Turgescit Tumet, ὀργᾷ. Virgil. iam læto turgent in palmite gemmæ. *ib. Cedunt*) Concedunt, locum dant.

68. *Studiisque distantibus*) Partium discrepantium diuersa affectione. *ib. Lacu duro* Glacie concreto, congelato. *ib. Quid tamen quæram* Quã ob causam. Græc. consuetud. *ib. Arbor. freti*) Primis angustiis: qui est Hellespontus: nam vbi illud expanditur, Propontis appellatur. *ib. Cæsaris*] Tiberij, vel Augusti, sub cuius auspiciis ille militauit, vt cladem Varianam vlcisceretur.

69. *Hospitium* Commorandi diuersorium, non habitandi.

ib. Quid enim fuit utile nasci) αἰτιολογία ἰδίωμα.

70. *Malè*) Infeliciter, infausto sidere, malo genio.

ib. Inque relinquendo) Non prosequendo me in exilium. *ib. Gelidi* Hyperborei.

ib. Solitum honorem] Solennes festiuitates & celebritatem. *ib. Liraque dem*) Tibull. tibi dem thuris honores, Liba & Mopsopio dulcia melle feram.

ib. Bonas ore fauente preces) εὐφημοῦν: bona verba dicente. Tibull. Donat. In sacris, inquit, ore fauere, est silentium commodare. Cato de re rust. cap. 139. similiter Bonas preces precari dixit.

ib. Funeris ara) ἀντίθεσις. *ib. Falso nomine*) Cum ab inhospitali feritate rectius Axenus nominetur.

71. *Et antistes*) Qui alios oẽs antecedis, q. [illegible] aut [illegible], ducta appellatione vel à re militari vel à sacror. consuetudine. *ib. Nouorum*) Recentiũ.

ib. Palladis exemplo) Idem Fast. Aut quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice, cum clypeo prosiluisse suo. Vnde & ἀμήτωρ Græc. dicta.

ib. Hanc tibi commendo] Moris erat testamento amicis commendare liberos. *ib. Tres mihi sunt nati*) Libri de arte mecum in exilium eiecti.

ib. Certius nomen) Certiorem titulum.

ib. In populi quicquam si tamen ore meũ est) Prouerb. figura. Vide adag. *ib. Quorum cognouerit esse* Quæ cognouerit esse scripta tempore exilij, & in media barbaria. *ib. Duxere*] Deducere, ducta translatione à lanificio. Virg. deductum dicere carmen.

ib. Instimulatque) Industria mea excitetur & sustentetur. *ib. Secedam*) Ab homin. interpellationibus seorsum recedam. Idem alibi: Carmina secessũ scribentis & otia quærunt. *ib. Summouet infestos*) Arcet hostes, quorum metu non est tutum vrbe egredi amœnioris secessus gratis.

ib. Ponticas] In Ponto vsitata.

72. *Excusata suo tempore*) Quo sunt compositi à me.

ib. Requiésque) Curarum scilic. & mœroris.

ib. Graue mollit opus] Fodiendi laborem leuiorem reddit. *ib. Aduerso tardam qui trahit amne ratem*) Duo genera nautarum subiicit. *ib. Arundineo carmine*) Fistulæ cantu. Metonym. *ib. Data pensa*) Lanam appensam deducentis. *ibid. Fallitur*) Non sentitur.

ibid. Lyrnesside, Hippodamia, Antonomas.

ibid. Curas attenuasse lyra) Vide Homer. Ili. i,

73 *Bis amissa*, Bis rapta. Virg. 4. Georg.

ib. Me quoque Musa l.) Curas & dolores exilij mej.

ib. Et culpam in facto) ἁμάρτημα. Arist. 5. Nicomach.

ib. Hoc ipso, Hac ipsa re, hoc est, leuãdo curas meas.

ib. Iuncta crimini actu rea est) Condemnata est propter libros amatorios. *ib. Pieridum sacris imposuisse manum*) Attigisse Musar. sacra.

ib. Dulichio) Vlyssis sociis. Vide Homer. ὀδυσ. ι. Et adag. Lotum gust. *ib. Culpæ suæ*) Amoris. Synecd.

ibid. Furor esse uideri) Horat. Art. -excludit sanos Helicone poetas Democritus. *ib. Obtutu malorum*) Contemplatu mali. lib. 5. Trist. eleg. 8.

ib. Bacche) Bacchi Orgia celebrans.

74. *Idæo exululata modo*] Vlulatum edens more Phrygio, siue Gallor. ritu in Ida monte, cùm matris Magnæ sacra celebrant. *ib. Thyrso*) Enthusiasmo. Metaph. *ib. Soporiferæ*) Soporem & obliuionem inducentis. Luc. [illegible] Ἀρξής ἰδὴν [illegible].

ib. Quot litus arenas) Hyperbolica numeri infiniti notatio. *ib. Stamina de nigro vellere facta*) Plena infelicitatis, cuius indiciũ erat color niger. Vide adag. Carb. notare. *ib. Vtque neque insidias*] Præteritio.

ib. Lusura Lusus & exercitij causa.

ib. Canitiem] Canos. Abstractum pro concreto. Virgil. Canitiem galea premimus.

75 *Antiquaque sacra*) Pristina, assueta.

ib. Littera nostra) Carmen nostrum. Synecd.

ib. Littera) Charta. Metonym.

ib. Imber aquæ) Hyperbole.

ib. Iratus] Succensens. γλυκὺ χῶμα.

ib. Totus ut orbis) Synecdoche ἡ οἰκουμένη.

ib. Inficiuntque diem) Fumo offuscant.

76. *Adducta collum percussa securi*] Sublata in altum. Securi autem victimæ percutiebantur, quas poeta alicubi ictas dicit, sicut & Propert. lib. 4. eleg. 6.

ib. Cæsar uterque) Augustus & Tiberius: nam Drusus iam perierat.

ib. Munera dat meritis, sæpe datura, Deis) Vota reddi dicebãtur Diis merentibus seu meritis. Ita lib. 1. meritæ cadat agna Mineruæ.

ibid. Plebi pia] Romana Respub. in tres ordines distributa. *ib. His, qui Sidonio*) [illegible] referentis ducum captorum res gestas.

Tibullus eleg & lib.II.

Eo quod maris unda rubet.

Horatius lib.II.oda III.

Qua pinus ingens, albaque populus &c.

Vbi multi malè legunt *quo*. Claud. lib. I. De raptu Proserpinæ:

Deuenere locum, Cereris qua tecta nitebant

Cyclopum firmata manu. Rursus hic noster lib.XIV. Metamorph. *Plurima qua silua est.*

Cicero act. & lib.II in Verrem: Cùm omnibus in aliis vectigalibus Asiæ, Macedoniæ, Hispaniæ, Galliç, Africç, Sardiniç, ipsius Italiç, qua vectigalia sunt cum his, &c. Cæsar lib.I. De bello ciuili: Qua fauces erant angustissimæ portus. Idem Cicero lib. IIX.ad Attic. Qua autem est. sic & Liuius libro XXXVII. Altero L. Cincium partem insulæ, qua regnum Hieronis fuerat, tueri iussit. apud quem sæpissimè id leges. & apud Virgilium. & apud Senecam Tragœdum, & Martial. Hæc autem exempla eò collegi, quòd à plerisque particulam *Qua* sic positam, planè barbaram esse & audiui & legi.

ibid. Quod ante dedi) Metaphora à mulieribus, quæ filios genuerunt. In epistola Hypsiphiles ad Iasonem,

Felix in numero quoque sum, prolemque gemellam,

Pignora Lucina bina fauente dedi.

Rebus idem, titulo differt. & epistola cui sit Non occulto nomine missa docet) Iam notaui initio elegiæ & lib. I. Tristium nullam aliam esse inter hos & illos libros differentiam, quàm quòd in illis amicorum, ad quos elegiæ mittuntur, nomina reticentur. in his verò contra. idque ostenditur lib. III. eorundem lib. eleg. IV. vbi ita est:

Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici,

Dicere quos cupio nomine quemque suo.

Sed timor officium cautus compescit, & ipsos

In nostro poni carmine nolle puto.

Ante volebatis. gratique erat instar amoris,

Versibus in nostris nomina vestra legi.

2. *Orni*] Consule mea in elegiam & lib.I, Trist. Scholia.

ibid. Cum foret Æneæ ceruix subiecta parenti Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam] Vide quæ notaui in librum XIV.& XV.Metamorph. *ibid. Nolle putare coli*] sic legitur in lib. Vatican & Maff. rectè.

ibid. Aequoreos scopulos ut cauat unda salis) In iisdem lib. & Vrsini apertè legitur, *Aequoreos scopulos*, &c.

ibid. Morsus) cruciatus.

4. *Forsitan exigua dignus habebor ope*] Hanc vocem OPEM vulgo existimant pro diuitiis semper capi. id longè secus esse vel ex hoc loco perspicuè cognoscitur, & ex eleg. IV. lib. I. Trist.

Dij tibi sint faciles, & opis nullius egentem

Fortunam præstent, dissimilemque mea.

Itémque ex Cicerone libro De amicitia, vbi ita est: Diuitiæ, vt vtare: opes, vt colare. Sunt igitur opes, honores, auctoritates, fauores, potestates, quæ cùm ex aliis rebus, tum ex diuitiis nascuntur.

In elegiam II.

5. *Heu mihi*) Vrsini liber. *Ei* sine adspiratione, verè. sic & in veteri Tibulli libro, qui in Bibliotheca Vaticana asseruatur. Deducitur enim ab eiulandi verbo, vt in meis in Metamorphosin obseruationibus annotaui. sic etiam in Virgilij libro eiusdem Bibliothecæ litteris maiusculis exarato, qui omnium huius generis exemplarium vnus antiquissimus est, eo loco XI. lib. Aeneid.

—EI MIHI QVANTVM PRAESIDIVM AVSONIA ET QVANTVM TV PERDIS IVLE. In quo libro locus ille ex II. Aeneid. Hei mihi qualis erat, &c. desideratur: quamuis quidam aiunt transpositum esse paginarum numerum: ego tamen non parua adhibita diligentia, reperire non potui. Præterea ita scribẽdum præcipit Grammaticorum princeps, Priscianus lib. VII. cuius hæc sunt verba. Ei quoque cùm monosyllabum esse deberet, cùm genitiuus eius sit dissyllabum per diæresin à Poetis proferri inuenitur, differentiæ causa: ne si monosyllabum sit, interiectio esse putetur. Virgilius in II. Aeneidos:

Ei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo

Hectore!

Nil tamen mirum. Hæc Priscianus. Quare quin *Ei* absque adspiratione scribendum sit, qui posthac ambigat, fore opinor neminẽ. In Terentij etiam libris, qui in eadem, quam modo dixi, Bibliotheca sunt, perpetuò est *ei*, vt impressum legi in Terentio Gabrielis Faërni.

ibid. Atque modum pœnæ) Hæc est vet. librorum scriptura.

ibid. Et simulis mortis corpora torpor habet) Liber Maffei & Vrsini. *pectora*

ibid. Ipsa Medusa oculis veniat licet obuia nostris, Amittet vires pristinum ipsa suas) Hoc posterius carmen in iisdem lib. legitur, *Ipsa Medusa suas.* Huiusmodi repetitionibus vsus est elegia II. lib. III. Amor.

Munda uestis erat, quæ tam bona crura tegebat,

Quoque magis spectes, munda uestis erat.

Ibidem:

Sed iam pompa uenit, linguis animisque fauete:

Tempus adest plausus, aurea pompa uenit.

Et lib. I. elegia IX.

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido,

Attice, crede mihi, militat omnis amans.

Et lib. III. elegia V.

Illa pone metus, ubi vagus nostra patebit,

Teque calumne omnes, illa pone metus.

Et lib. IV. Fast.

Qui bibit inde furit, procul hinc discedite, queis est

Cura bonæ mentis, qui bibit inde furit.

6. *Pruinosæ noctis*] Sic Ouidius ipse in Phænomenis, ex quo opere hęc tria carmina citat Lactantius:

Tot numero, talique Deus simulacra figura

Imposuit cælo: perque atras sparsa tenebras

Clara pruinosæ iussit dare lumina noctis.

Et eleg. XIX. lib II Amor.

Longa pruinosa frigora nocte pati.

Vocat autem pruinosam noctem, quòd in ea pruina cadat. Vide quæ dixi lib. VII. Metamorphoseos.

7. *Sic mea perpetuis liquescunt*) Rectè emendat & legit Fabricius vir doctissimus, ex eo quo vsus est, Patauino libro, *liquefiunt*. In elegiam III.

ibid. Quorum notissimus ille est) Ita est in vno Vatic. & Vrsini libro, rectè. vt idem Fabricius notauit.

10. *Vestrasque amplectitur aras*) Vide quæ dixi eleg. V. lib IV. Trist.

ib. ture uenit cultus) Vnus Vatican. *notos*. nihil mutandum puto: & tamen notandum censui.

In elegiam IV.

ibid. Spemque tulere mali) Liber. Vrs. & Maff. *dedere*.

ibid. Nulla est medicabilis arte) Vnus Vatic. *non est medicabilis*.

ibid. Aut si fit, longa est attenuanda mora] Liber Vrsini, *Aut ut fit*, & reliqua.

12. *Pars est sensura sagittas*) In altero Vatiç. *pha-*

retras:in altero, *sarissas*. vulgata autem lectio reperitur in Vrsini libro, quæ correcta atque emendata est.

ibid. Spicula mista manu] Lege ex quattuor iis lib. *missa*.

ibid. Rutuli)In iisdem lib. *Rutulli* per duplex l.

14. *Quid referam ueteres Romanæ gentis, apud quos Exsulibus tellus ultima Tibur erat*)lib VI. Fastorum:

Exsilio mutant urbem, Tiburque recedunt,
Exsilium quondam tempore Tibur erat.

ibid. Nec iuuet admota perditus æger ope)Alter Vatic, *protinus æger ope*. *ibid. Nec loquor hæc quia sit maior prudentia nobis, Sed sim quàm medico, notior ipse tibi* Lib. Vrsini, *quum sit maior prudentia nobis, Sed sum, quàm medico, notior ipse mihi*. Vatic. etiam *mihi*, non *tibi*, habent. Maffeianus etiam.

In elegiam V.

15. *Cognoscere possis*]In iisdem lib. *agnoscere*. probo. Eleg. vlt. V. lib.

Vix igitur possis uisos agnoscere uultus.

ibid. Continuusque labor] libet Vrs. *dolor*.

ibid. Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis] Melior lectio est in vtroque Vatican. *ipsa*.

16. *Me quoque debilitat series immensa laborum: Ante meum tempus cogor & esse senex*] In vet. omnibus, *cogit & esse senem*, multò rectius, si superius carmen cum sequenti coniungendum putes.

ibid. Ille habuit comites primos telluris Achiuos] Catullus:

Cùm lecti iuuenes, Argiuæ robora pubis.

Quo loco Muretus meus, florem heroum cum Iasone nauigasse ex Theocrito ait. Ennius:

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsæ cecidissent abiegna ad terram trabes:
Neue inde nauis inchoandæ exordium
Cepisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo. qua lecti Argiui delecti uiri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum.
Nam numquam hera errans mea domo efferret pedē.

Citat Priscianus de versibus Comicis.

ib. At nostram cuncti deseruere fugam) lib. vet. *destituere*.

ib. Nostram fugam]Me in exsilium euntem.

ib. Nec Amyntore natus)lib. Vrs. *nec Agenore*. vtrumque ex fabula, siue historia, comprobatur.

In elegiam VI.

17. *Sic mihi, si quis erat dictandi carminis usus, Desicit*)In aliis *discendi*. In veteribus verò, *dicendi*, idque rectius puto.

ib. Vixque coacta manu)Iidem lib. *uixque mouente manu*. libentius sequor.

ib. Saucius euitat pugnas)Ita habent, quibus vtor, libri veteres: at Fabricius Patauini libri auctoritate mauult, *curat pugnam*, id est, vt ipse exponit, se non repetiturum sanctè confirmat: bellis seriò renūciat. iudicent eruditiores.

18. *Nec tenet incertas alea blanda manus*] sic Martialis lib. IV.

Dum blanda uagus alea December.

Et ipse infrà lib. IV. elegia II.

Nam neque me uinum, nec me tenet alea fallax,
Per quæ clam tacitum tempus abire solet.

Et libro I. De arte:

Et reuocat cupidas alea sæpe manus.

ib. Reddet humus]sic lib. vet.

19. *Sed neque peruenio scriptis melioribus istuc*) Iidem lib. & Maffeianus *mediocribus*. quod sequens carmē, siquid ego video, confirmat.

In elegiam VII.

20. *Stultus magis dici, quàm sceleratus decet*)Suprà:

Stultaque mens nobis non scelerata fuit.

ib. Nec breue, nec tutū est, peccati quæ sit origo Scribere) Infrà lib. & elegia II.

Lingua sile, non est ultra tractabile quidquam,
Posse uelim cineres obruere ante meos.

Quid autem esse potuit, in quo Augustum Ouidius offenderit, notaui in ipsius poetæ vita, ex Aristotelis sententia.

ib. Omnis at in magnos culpa deos, scelus est] Vetusta exemplaria, *omnis an*, &c., cum interrogationis nota in fine carminis. Quæ genuina planè est lectio: idque visum est & Fabricio.

ib. Me quoque conantem gladio finire dolorem Arguit] Duo Vatic. *finire laborem*.

ib. Iniecta continuitque manu)Quod hîc de Dea Spe dicit, propter quam effecit ne sibi ipsi manus intulerit, dicturus est de quodam Celso, elegia X. huius libri.

In elegiam IIX.

ib. Qui precor esse tuus?]Constructio Græca, vt illa Catulliana: *Faselus ille, quem uidetis hospites,*

Ait fuisse nauium celerrimus.

ib. Vtque sit hoc uerum) vetusti libri, idque sit *ut uerum*.

ib. Satisque Atria)Vatic. *Satisque est Atria*. Quo modo necessario legendum est.

ib. Tota sit illa domus]Liber Vrsini, *ista domus*.

ib. Vsus & est modicæ fulminis igne sui)Antiqua exemplaria, *modico*. *ib. Si sua per uestras uicta sit ira preces*] *sua* proprius, id est, Cæsaris.

In elegiam IX.

ibid. Quoque magis nostros uenia digneré libellos, Hæc in procinctu carmina facta leges) In procinctu, raptim. Metaphora à militibus in bellum profecturis, qui celeriter absque vlla solemnitate testamentū, quod in procinctu dicebatur, faciebant. Cic. lib. de Orat. tamquam in procinctu testamentum faceret. eodē modo lib. III. eleg. IV. dixit:

– Properataque carmina feci.

ib. Exuit ille nocens)Vet. libri, *ipse nocens*.

ib. Atque domo)omnes lib. scripti, *Déque domo*. Non dubito quin hæc vera & germana sit lectio, vulgata autem nullo modo ferri potest.

24. *Frui libeat*]Iidem lib. *liceat*.

ibid. Positos in montibus hortos] In eisdem exemplaribus, *in collibus hortos*, longè verisimilius. Ea enim parte, quæ inter viam Flaminiam & Claudiam interiacet, hodierno die colles, non montes spectantur.

ib. Sed non & nostra poma legenda manu]In voo Vatic. *Sed non à nostra*. In Maffei. *Sed non sine*.

25. *Gleba colenda*)subaudi esset.

ibid. Ipse manu capulum pressi moderator aratri)lib. Vaticani *moderatus*. Vrsini verò, *prensi moderatus*.

ibid. Capulum)lib. IV. Fast. proprio nomine stiuam dixit.

Inde premens stiuam designat mœnia sulco.

ibid. Ligonibus arua)Vrsini lib. *herbas*.

ibid. Et dare, quas sitiens iam bibat hortus aquas) Idem lib. & vterque Vat. ita habēt, paullò suauius, vt videtur, quàm excusi. Intelligit autem eos hortos quos in Pelignis habebat, qui aqua irrigabantur. Vide quæ dixi in SVLMONIS descriptione & in Elegia De nuce.

Vmbria te reuocat)Iidem lib & M ff. *Vmbria nunc*

reuocat. Libentius sequor. nam dixit superiori disticho: *Te modò campus habet*, &c.

ibid. Supprimat iram Vnus Vaticanus, *comprimat*.

In elegiam x.

26. *Quæ modò ne fuerint Maxime, nana, caue*] Ambo Vatic. Maffeianus, & Vrsini, *Quæ tu*.

ibid. Nec charum nomen auorum) Absque vlla prorsus dubitatione ex vet. libris legendum, *clarum*.

ibid. Comitare) A comito verbo Neutro. Nonnulla huic verbo similia in meis in Metamorph. obseruationibus collegi.

ibid. Nec ungere corpus) Solebant veteres vngere cadauera, vt diutius integra seruarentur. lib. IV. Fast.

Arsurosque artus unxit.

Et in epistola Ariadnea ad Theseum:

Nec positos artus unget amica manus.

Citatur & Ennij carmen:

Tarquinij corpus bona femina lauit, & unxit.

ibid. Et in gelidos uersat aroma sinus) vnus Vatic. & Maff. *fudit*. Probo.

In elegiam XI.

27. *Grata iuuenta*, sic malè legit Merula: legendum planè est, *gnaua*: liber Vrsini, *gnara*. quæ lectio ad illam proximè accedit. *ibid. Sapor ille*) sic est in altero Vatic. & Vrsini, melius quàm in aliis.

ibid. Paruus in exiles sucus mihi permanet artus) sic est in vno Vatic. In altero verò & Vrsini longe melior est lectio, *peruenit*. idque alij viderunt.

ibid. Non hæc immodico contraxi damna Lyæo) Eleg. VI. h. lib.

Nec iuuat in lucem nimio marcescere uino.

ibid. Seu, mihi quàm puræ pane bibantur aquæ) In Maffei, *Seu, mihi quàm solæ* &c. In ambobus verò Vatic. & Vrsini, *Seu, mihi quòd solæ pane*, &c. magis placet.

ibid. Anxietas animi) sic suprà ad vxorem.

ibid. Vix mens tristitiæ nostra tulisset onus) Sic ex vet. libris & ratione legendum.

IN LIBRVM II.

In elegiam I.

HVC *quoque*) Hæc est vet. librorum lectio, quam agnoscit interpres. In quibusdam autem vulgatis malè aliter legitur.

28. *Languida quò fessi uix uenit aura Noti*) lib. IV. eleg. X.

At Notus, aduerso tepidus qui spirat ab axe,
Est procul, & rarus, languidiorque uenit.

29. *Quæque capit latis*) In iisdē lib. antiquis, *uastis*.

ibid. Numine cælestis Solem fulsisse serenum) Vrsini liber, *luxisse*.

ibid. Quaque) Per quemcumque locum. lib. IV. Trist. eleg. II.

Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum.

30. *Saxaque iactatis erubuisse rosis*) In vet. lib. *roratis*. sic lib. IV. Metamorphoseos: *Roratis lustrauit aquis.*

ibid. Fluminaque & montes) Lege, *Fluminaque, montesque*. in vno vet. antea erat, *Fluminaque, & montesque*. Qua de re vide quæ dixi lib. I. Metamorphos.

ibid. Armaque cum telis in strue iuncta suis) Vterque Vatic. *sua*. Vrsini & Maffei, *mixta sua*.

ibid. Cæsaris iram) Vrsini, *numinis*.

ibid. Oppida) Hoc verbum & vrbes significat. Terentius in Andria de Athenis. Toto me oppido exanimatum quærere, & quamobrem eiiciat oppido. Cicer lib. III. Famil. epist. XIX, de Laodocea, Apamea, Syndadis, Philomelo, & Iconio. Quibus in oppidis omnibus commoratus sum. Seruius Sulpicius ad eundem Ciceronem lib. IV. earundem epist. de Aegina, Megara, Piræeo, & Corintho, quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt. Cæsar lib. I. De bello ciuili de Sulmone: Quod oppidum à Corfinio VII. millium interuallo abest, quem Silius vocat claram vrbem. Tranquillus in Augusto: Ex secessibus præcipuè frequentauit maritima, insulásque Campaniæ, aut proxima vrbi oppida, Lanuuium (hodie *Ciuita Lauinia*) Præneste, Tibur.

31. *Te quoque uictorem Tarpeias scandere in arces Læta coronatis Roma uidebit equis*) Vide quæ notaui elegia II. lib. IV. Trist.

ibid. Maturósque honores) Sic Horat. lib. II. epist.

Præsenti tibi maturos largimur honores.

ibid. Quæ dedit ante suis) lib. vet. *ipse*.

ibid. Omnia bis) sic iidem lib. verè: vt & rectè interpretatur Merula, in excusis autem quibusdam est, *omnia*.

In elegiam II.

ibid. Ad sinistra] sic lib. IV. Trist. elegia vltima, dixit ad læua.

ibid. Fortuna miserrima nostra est) In vno Vatic. & Vrsini, *tuta est*. quam lectionem laudat Fabricius.

32. *Porrigit ad spinas duráque saxa manus*) Omnes lib. scripti perspicuè habent, *Sæpe creat molles aspera spina rosas*: quo modo & Merula inuenisse se testatur, & optimè exponit.

ibid. Accipitrem metuens) Vnus Vatic. & Vrs. *Accipitrémque timens*. rectius.

33. *Trepidus uiris*] Lege *ueris* ex vet. libris.

ib. Mouere) Sic in ambobus Vatic. Maff. & Vrsini, id est, experiri. *ib. Non hoc tractari tutius esse puto*) Sic duo Vatic. Paullò suauius in libro Vrsini, *Hoc non tractari*. Maffeianus autem liber, *Non contrectari*, habet. quod & ferri potest.

ibid. Posse suum cineres obruere ipse meos) Vnus Vatic. *ante meos*. *ibid. Qui secum terras imperiúmque mouent*) Exposui hunc locum eleg. & lib. I. Trist.

34. *Carosque nepotes*) vterque Vatican. *Natósque nepotes*. Vrsini & Maffei. In vet. *natósque nepotum*.

ib. Lætitiæ primùm) In vet. *Primum lætitiæ*.

35. *Hanc colit, ante diem per quam*) Iidem lib. *Hanc colit, ante diem quamquam*.

ibid. Terraque pacis inops) lib. III. eleg. I.

Optet ut exsilium pace carere meum.

Et eleg. III.

Huc quoque uenisti, pax est ubi tempore nullo.

Et elegia IX. lib. I.

Viuimus assiduis expertes pacis in armis.

ib. Vndaque iuncta gelu) Sic legitur in antiquis eleg. I. lib. III. *Tu glacie fretum iuncta tenes.*

ib. Seruandi De hoc verbo lib. I. Trist.

ib. Si tamen in peccato nouissima demas Non placet hoc loco de libris De arte amandi intelligere, vt putauit Merula. 36. *Ad superos perfer mandata sacerdos*) Non displicet lectio lib. Vrsini, in quo est, *Ad superos hæc fer mandata sacerdos.*

In elegiam III.

37. *Computat articulis*) In lib. Vrsini & altero Vatic. est, *supputat*.

ib. Nosse fuerit) sic legendum ex eodem Vatic.

ibid. Mitius est lasso) Rectè ita legendum censuit Merula: atque ita habet Vrsini & idem Vaticanus.

ibi. Et mea non minimum] Eorundem librorum hæc est lectio.

38. *Vt tamen audita est nostræ tibi cladis origo*) Ita lib. Vrsini emendatè.

ibid. Esse netus nunc tibi agor onus] In Vrs. & altero Vatic. *esse netus me tibi cogit onus*. Non malè.

ibid. Me tuus ille pater, &c.) Ab eloquentia & nobilitate Maximum laudat poeta.

ibid. Itala ora] Patronymicorum formam habet hoc nomen Italis, sic & Sarmatis. qua voce in hisce vsus est libris.

In elegiam IV.

39. *Attræ iudicio non dubitate meo*] Liber Vrs. & Maff. *dubitante*. Veram retinet lectionem alter Vatic. *dubitande*. Notum est t pro d, & contrà à priscis librariis esse scriptitatum.

ibid. Non ita dij mihi sunt tristes) Eadem exemplaria hanc habent lectionem, quam meritò laudat eruditissimus Fabricius, Patauini libri nixus auctoritate.

ibid. Regnatu erat] sic liber Vrsini, non satis quidem emendatè. veram & planè germanam lectionem in eodem lib. inuenisse se dicit idem Fabricius *remnis*: quam præclare est interpretatus, quámque ego in Maffei libro repperi.

ibid. Quantus in Aeaciden, Aetoridémque fuit) Nullo pacto locutio hæc cum mea, quæ in superiori est carmine, cohæret: neque ferri potest: idque vidit idem Fabricius. In vno Vatic. fine vlla lituræ suspicione apertè legitur:

Quantus in Atridis Tyndaridisque fuit.

Quod quidem carmen dixit & lib. 1. huius operis eleg. IIX. solet enim non solùm Ouidius, sed etiam Virgilius integra carmina repetere.

ibid. Brumali sidere] sic est in priscis exemplaribus. Quæ lectio Fabricio non immeritò probata est. sic in Halieut. dixit æstiuum sidus, quod est Antitheton.

In elegiam V.

41. *Cætera materia debilitate iacent*) libri vet. *debilitata*.

ibid. Conticuere) Hoc verbum non à conticeo, quod nusquam legitur, sed à conticesco venit. hoc autem notandum fuit, quoniam in eo eruditos nonnullos lapsos esse legi.

42. *Ingenioque fauet*) sic lib. VII. Metamorph.

ibid. Thyrsus enim nobis) In altero Vatic. *Thyrsus inest nobis*, placet.

ibid. Gestata est laurea nobis) Vide quæ notaui elegia VI. lib. I. Trist. In elegiam VI.

ibid. Nec passu stare tenaci) Metaphora à militibus, qui cum hostibus pugnaturi, à loco, quem occuparunt, non dimouentur. Sic propè Seneca in Oedipo: Hoc stare certo pressius fortem gradu. Corn. Tacitus lib. XIV. Ac primùm legio gradu immota, & angustias loci pro munimento retinens, &c. M. Tullius lib. I. Offic. nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur.

ibid. Tota theatra sonant] Id est, omnes homines, qui sunt in Theatro. Cicero de Oratore ad Brutum: In versu quidem Theatra tota exclamant, si fuit vna syllaba aut breuior, aut lôgior. Propertius lib. III.

Stantiáque in plausum tota theatra iuuent.

In elegiam VII.

44. *Ilias est fati longa futura mei*) Cùm opus aliquod pluribus verbis & diffusè texitur, Ilisde longius esse dicitur. Propertius lib. II. eleg. I. *Tunc verò longas condimus Iliadas*. Sed aliud hîc videtur significare.

45. *Serie calamis malorum*) lib. vet. *cæmis malorum*.

ib. Spectata fides] Metaphora à metallis, quæ propriè spectari dicuntur, eleg. IV. lib. I. Tristium:

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Vide quæ notaui lib. II. Officiorum Ciceronis ad illud: Quod io quo viro perspectum fit, hunc igni spectatum arbitrantur.

In elegiam IIX.

46. *Deos*] Ita Vrs. Maffei & vterque Vatic. rectè: atque hoc notarê volui, quòd alij duos substituêre.

ibid. Est tibi Cæsaribus Liuia iuncta suis] Vrs. *Cúmque illa Cæsaribus*. *Cælitibus missi nostra sub ora tribus*] Infrà in hac ipsa eleg. *Intrata est superum quòd domus una tribus*.

47. *Et auxilium non leue uultus habet*) Est hæc Vrsini lib. lectio, quæ mihi non displicet, quamuis alij aliter.

48. *Facta quòd est superis iam domus una tribus*] In eodem lib. *Intrata est*, &c. vt modò adduxi.

ibid. Vos eritis nostræ portus & aura fugæ) Idem liber *ara*, non *aura*. Verius, vt opinor.

In eleg. IX.

49. *Vana laborantis si fallant uota coloni*) Hæc est antiq. librorum lectio, quæ mihi longè probabilior videtur, quàm si *fiunt*, legas, vt in quibusdam excusis legitur.

ibid. Nec dabit mensa) libri scripti, *immerito*.

ibid. Missu sub inducto) lidem lib. *adducto*.

50. *Durusque Caphareus*) Eadem exemplaria, *genuitque Caphareus*, probo.

Colláque uelocis flectere doctus equi] Græco more dictum. sic in veteri inscriptione, quæ est in ædibus Io. Donati Cæsij, Cardinalis:

Flectere doctus equos nitida certare palæstra.

& Horatius oda 8. lib. I. carm. *Indocilis pauperiem pati*. Seneca in Troadibus. indociles lugere: & Claudianus de raptu Proserpinæ lib. I. *Quamuis indocilis flecti*: & hic noster, lib. V. Met.

Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.

51. *Nec mea fallaci conuicta est gemma sigillo Mendaces cera imposuisse notas*) Cuiacius lib. XI. obseruat. cap. XIV. *lignu*, non *cera* legit. Eius verba sunt: Lignũ tabulas dicimus, vt Satyricus XIII. & XVI. *Vana superuacui dicens chirographa ligni*. Et Ouid. II. De Ponto: *Nec mea fallaci conuicta est gemma sigillo Mendaci ligno imposuisse notas.*

Libri excusi habent *cera*, pro *lignis*: scripti *linguis*, vnde feci *ligno* perspicua emendatione.

ibid. Neue roges quæ sit stultum quam scripsimus artem) Pro eo quod est: Néue roges quæ sit ars quam ego stultus conscripsi. Vsitata bonis poëtis figura. Intelligit autem præcepta amatoria.

ibid. Natalem humum) Patriam. Alibi:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

In elegiam X.

52. *Naso parum prudens, artem dum tradit amandi*) Alter Vatic. & Vrsini liber, *tradit*, idque rectius puto.

ibid. Tinacris est oculis te duce uisa meis.) In iisdem lib. non *uisa*, sed *nota* legitur.

ibid. Aetnæosque lacus] Pessimè vsque huc ita lectũ est in excusis omnibus. Vrsini liber, *Hennæosque*. Si adspirationem demas, vera erit lectio. Enneus & Ennensis (vt ab Ilio Ilius & Iliensis) deducitur ab Enna, quę est Siciliæ vrbs, & vmbilicus: propè quam est lacus, qui ab ea Enneus vocatur à poëta, idque lib. V. Metamorph. etiam apertè indicatur.

Haud procul Enneis lacus est à mœnibus altus
Nomine Pergusa.

Sic enim ibi ex meo lib. veteri emendaui, cum in aliis lib. malè ſcriptum & excuſum eſſet *ætnau.* Auctor laſciui carminis: *Ennea Cererem nurus frequentate* Lycophron in Alexandra:

οὗ πάντων ἐν χαμψαῖσιν ἐνναία ποτέ,
Cuius annum Ennæa quondam Hercynna.

53. *Et olentis ſtagna Palici*) Per hoc ſtagnum & Enneum lacum Proſerpina à Plutone ablata eſt. Ouidius ibidem:

Pérque lacus altos, & olentia ſulfure fertur
Stagna Palicorum rupta feruentia terra.

ib. *Quamque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis*) Lege ex eodem Vrſ. Maff. & altero Vatic. libro, *Quaque*, id eſt: Et eum locum vidimus, vbi Anapis miſcet, &c. Merula deprauatos libros nactus in hoc diſticho exponendo, meras ineptias, ſe ipſo indignas, attulit. Præſtat enim quemque, cùm locus obſcurus eſt, aut eum ſilentio præterire, aut à ſe non intelligi ingenuè fateri. *Te mihi iucundas efficiente uias?*) Dictum ne eſt hoc iuxta illud Publij. Facundus comes in via pro vehiculo eſt?

ibid. *Hæc tibi ſi ſubeant*] Alter Vatic. & Vrſ. *cùm ſubeant.*

ibid. *Iſtic me memori pectore ſemper habe*) In epiſt. Laodomiæ:

Signatum hoc memori pectori nomen habe.

In elegiam xi.

54. *Per ſeque mea eſt laudabilis uxor*) Hanc habet lectionem Vrſ. liber, rectè. In quibuſdam verò aliia monſtra ſunt telatu indigna *ib. Fundanis.* A Fundis, quæ vrbs Campaniæ eſt in via Appia. Hoc notare viſum eſt, ne Merula quempiam, præſertim tranſalpinos homines, decipiat: qui Fundos Campaniæ oppidum non eſſe, ſed fuiſſe hic ait. Paret autem ea vrbs imperio Excellētiſſimi & rerum geſtarū gloria clariſſimi. omniúmq; diſciplinarū intelligētiſſimi, VESPASIANI CONZAGAE DE COLVMNA.

IN LIBRVM III.

In minus hoſtili iuſſus abeſſe loco) Liber Vrſ. *adeſſe*, vera lectio. 55. *Tu glacie freta iuncta tenes*) ſic in vet. *ibid.* *Non tibi ſunt fontes, laticis niſi pæne marinis*) Liber Vatic. *Hic tibi ſunt fontes, laticis ſed pæne marini.* non mala ſententia & carmen.

56. *Non igitur uerum finem quærentibus borū Altera ſi nobis uſque rogatur hiemis*) lib. IV. Triſt. eleg. IV.

Mitius exſilium, pauloque quietius oro,
Quique ſit à ſæuo longior hoſte locum.

Infrà lib. IV. eleg XV.

Atque utinam poſſit, & detur amicius aruum.

Et aliis in locis, quos nihil neceſſe eſt ſcribere.

ib. *Pectore te toto, cunctiſque incumbere neruis*] Lib. Vatic. *totiſque.*

ib. *Hanc ne degeneres &c.*) Vrſini liber, Maffeian. & Vatic. *Hanc tune degeneres, ut ſine.* Sequor Fabricij coniecturam legentis, *Hinc tune degeneres*, pro à qua.

ibid. *Vt nihil ipſe querar*) Inductio.

ib. *Notior eſt factus Capaneus de fulminis ictu: Notus humo merſit Amphiaraus equis*) De Capaneo & Amphiarao Apollodorus lib. III. Bibliothecæ.

57. *Non magis officij*) Ita Vrſ. liber.

ib. *Vt minus hoſtili ſacram regione*) ſic Vat. & verè.

58. *Telegonine*] Vide quæ notaui lib. & eleg. I. Triſt.

59. *Formam Iunonis adire*) Vrſini lib. *uidetur.* Conſule hîc Fabricium.

ibid. *Nil niſi ſollicitæ*) ſic lib. vet. quod magis mihi probatur.

ibid. *Ore tremente*) Vatic. *uoce.* idque in aliis vet. repperit idem Fabricius.

ibid. *Interdum lacrymæ pondera uocis habent*) In epiſt. Briſeidis: *Sed tamen hæ lacrymæ pondera uocis habent,*

In elegiam II.

60. *Timidique uocari*) Liber Vrſini, *uideri.*

ibid. *Fallor, & illa meæ ſuperabit tempora uitæ*) ſic legendum ex eodem libro. In quibuſdam autem malè eſt, *ſperabit.*

61. *Quos procul a uobis alter & orbis habet*) Vatic. *frigidus axis habet.*

62. *Conſortes urbis repperit eſſe ſuæ*] lib vet. *comperit.*

ibid. *Alter ut duobus dixit*) inquit iidem libri.

In elegiam III.

63. *Et ſonuit paruo mota feneſtra ſono*] Vetuſta exemplaria, *Et gemuit* rectius, vt & cenſuit Fabricius.

ibid. *Tu mihi dictaſti iuuenalia carmina primus, Appoſui ſenis te duce quinque pedes. Nec me Mæonio conſurgere carmine, nec me Dicere magnorum paſſus es acta ducum*) Lib. I. eleg. ſub principium:

Arma graui numero, uiolentáque bella parabam
Edere, materia conueniente modis.
Par erat inferior uerſus: riſiſſe Cupido
Dicitur, atque unum ſurripuiſſe pedem.

Vide & elegiam primam eiuſdem libri.

ibid. *Pro quibus exſilium miſero*) ſic lib. vet. rectè.

ibid. *Præmia nec Chiron ab Achille talia cepit*) Vide ſub principium lib. I. De arte.

ibid. *Pythagoræque ferunt non nocuiſſe Numam*) Conſule quę collegi in meis in Metamorph. lib. XV. obſeruationib.

ibid. *Hæc de diſcipulo dona magiſter habet*) Liber Vrſini, *Hæc ne.* Vere, quemadmodum Fabricius legendum coniecerat.

ibid. *Quarum nec uitta pudicos Attingit crines*) Idem lib. *quarum nec uitta pudoris contingit.*

ibid. *Dolor ipſe referri*) Idem lib. *iſte.* Vatic. *ille.* placet.

ibid. *Iudicis ora fiat*) ex iiſdem exempl. lege *uindicat.*

ibid. *Non exit in altos*) Sic in vet. legitur.

In elegiam IV.

ibid. *Vtque ſuo faucas mandat Rufine triumpho*) Hæc eſt veterum exemplarium ſcriptura, quæ, vt puto, vera eſt, vt ſit res, quæ in libro continetur. *libello* minus placet, cùm poeta inferat, *Eſt opus exiguum.*

ibid. *Properataque carmina ſiunt*) Vatic. *feci*

ibid. *Annus abiſſe poteſt*) Elegia XI. libri ſequentis.

Dum tua peruenit, dum littera noſtra recurrens
Tot maria, & terras permeat, annus abit.

Ponitur itaque annus pro longiſſimo temporis ſpatio. Terentius in Heautont. Dum comuntur, dum poliuntur, annus eſt.

ibid. *Magnaque pars animi*) Liber Vatic. *animæ.* optimè.

ibid. *Sumus hæc ue neura locuti*) Idem lib. *eueniura:* quæ lectio iure optimo probatur Fabricio.

In elegiam V.

69. *Læſus ab ingenio Naſo poeta ſuo*) lib. III. Triſt.

Ingenio perij Naso poeta meo.

ibid. *Nam, quamuis sapor est ablata dulcis in unda, Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ*) Huc videtur respexisse Mart. lib. IX.

Multum crede mihi refert, à fonte bibatur,
Quæ fluit, an pigro quæ stupet unda lacu.

70. *Vtque fui solitus, sedissem forsitan unus De centum iudex in tua verba viris*) Hoc est quod scribit. lib. II. Trist.

Non malè commissa est nobis fortuna reorum,
Vsque decem decies inspicienda viris.

ib. *Ecquibus aut recitas factum modò carmen amicis?*) De hoc veterum poetarum more, qui amicis quæ scripserant, carmina recitare consueuerant, in scholiis in Tristium libros dixi.

ibid. *Nescio quid certè sensit abesse tui*) lib. vet. *sui*, multò libentius sequor.

ibid. *Grata diji: menti qualibet ire licet*) sic Vatic. At Vrsinus, *Grata quod menti qualibet ire licet.*

ibid. *Cælum superosque relinquo*) In eodem Vatic. *superos cælumque relinquo.*

In elegiam VI.

71. *Nec qua Neptunus nauem lacerarat Vlixis, Leucothoe nanti ferre negauit opem,*) In Ibin de Vlixe:

Sollertique viro lacera quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles est miserata soror.

ib. *Vel ipso iudice delectus Martis iniquus erit.*) Liber Vrsini, *delectus* peri. Quam scribendi consuetudinem confirmat Festus Pompeius his verbis: Dilectus militum, & is, qui significatur amatus, à legendo dicti sunt.

72. *Tu quoque*) lib. vet. *Tu modò.*

ib. *Si res est anceps illa*) Vatic. *ancepi ista.*

In elegiam VII.

ib. *Séque semel vera fasse perisse fide*] Exemplaria antiquo. *scire*. paullò suauius, &, vt puto, superiori versui accommodatius.

ib. *Quàm sua qui liquidis*] *tumidis* eadem exemplaria. Probo.

IN LIBRVM IIII.

In elegiam III.

SI mihi rebus opem nullam, factisque ferebas, Venisset uerbis charta notata tribus) Si me nec re, nec conatu & labore adiuuare poteras, perbreui saltem epistola significare debueras. 80. *Par illi leuitas improbe sola tua est*] sic legendum ex vet. libris, & ratione.

ib. *Dirus audita est, &c.*] Vide quæ notaui lib. III. Trist. eleg. VII. *ib.* *Ille Iugurthino clarus Cimbroque triumpho, &c.*] Similia sunt illa Propertij lib. & eleg. III.

Victor cum victis pariter miscebitur umbris,
Consule cum Mario capte Iugurtha sedes.

In elegiam IV.

82. *Templaque Tarpeiæ primum tibi sedis adiri, Et fieri faciles in tua uota Deos. Colla boues niuei certæ præbere securi, Quos aluit campis herba Falisca suis*] Hunc etiam morem ostendit sub principium lib. I. Fast. vbi hoc postremo vsus erat carmine:

Flamma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in æde iubar.
Vestibus intactis Tarpeias itur in arces,
Et populus festo concolor ipse suo est
Iámque noui præeunt fasces, noua purpura fulget,
Et noua conspicuum pondera sentit ebur.
Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci,
Quos aluit campis herba Falisca suis.

83. *Boues niuei*] Boues candidos pro sacrificio veteres solebant interficere. Seneca in Oedipo: *Appellite aris candidum tergo bouem.* Item eos, qui numquã arauerant. Vide obseruat. in lib. Fast.

In elegiam VI.

86. *Heu mihi*) liber Vrsini, *Ei mihi.* Vide eleg. & librum I.

ib. *Vestrisque malignum Opponit uotis inuidiosa pedem*] Lege ex vet. libris, *Votisque malignum Opponit nostris.*

ib. *Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ, Spem nostram, terras deseruitque simul*) De Augusti morte infrà eleg. IIX.

Et modò Cæsar auum quem uirtus addidit astris,
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum. Et IX.
Tu certè scis hæc superis ascite, uidesque
Cæsar, ut est oculis subdita terra tuis.

Periit autẽ Augustus anno ab Vrbe cõdita DCCLXVI. ætatis verò suæ LXXVI.

ib. *Brutæ nota*] Hæc vet. librorum lectio, quæ optima est, agnoscitur à Merula, rectéque exponitur, lib. II. Metamorph. sub finem:

Ede notam tanti generis.

In elegiam VII.

88. *Missus es Euxinas quoniã Vestalis ad oras*) lib. vet. *ad undas.* *ib.* *Sensit in ingenio nil opus esse loci*) Vide quæ collegi lib. V. Trist. *ib.* *Quotque neci dederis*] Et quot interfeceris.

In elegiam IIX.

90. *Siue uelis mores qui sine inquirere nostri*) Lib. Vrsini, *Siue uelis quis sine mores inquirere*, paullò suauius.

ib. *Hac certè non est notior ara tibi*] Idem lib. *Hac certè nulla est.*

ib *Thura minùs grandi quã data lance ualent*) Vatic. *iuuãt.* *ib.* *Auum*] Adoptione. Vide quæ dixi in scholiis lib. I. Fastor. *ib.* *Hoc mihi lusus erat*] Idem lib. *ludus.*

In elegiam IX.

93. *Bis senos fasces*) Insigne consulatus.

Martialis lib. IIX. de Silij consulatu:

Bissenos iubet en redire fasces
Nato consule, nobilique uirga
Vatis Castalidum domum sonare.

ib. *Atque ego si fatis genitus melioribus essem*) Sic lib. veteres. Hunc autem locum non satis rectè interpretatur Merula.

95. *Nam tibi finitum summo Græcine Decembri Imperium Iani suscipit ille die*) Consules Kal. Ianuarij magistratum inibant.

In elegiam X.

98 *Gutta cauat lapidem*) Hanc sententiam & locutionem frustra exagitant eruditi quidam. Vide quæ dixi in obseruationibus in Metamorphosin meis lib. IV.

99. *Sed quæ tamen omnes fati pertulit*) Lege ex veteribus lib. *Sed non tamen.*

In elegiam XIV.

109. *Nulla mihi cura est, terra quo muter ab ista*) Lege ex ambobus Vatic. Maff. & Vrs. *mutter.* *ib.* *Hac quoque*) Ex iisdem lib. emenda, *Hac qua.* *ib.* *Bene commutabimur*] Et ex ratione, & eorumdem librorum consensu & auctoritate corrige, *commutabitur.*

ib. *Talia succensent*] In lib. Vrsini, *suscensent* per a, quo modo scribendum est. *ib.* *Septim*) Idem liber, *Sæptim*, quam lectionem agnoscit Merula, & optimè

interpretatur. Miror alios eam secutos non esse.

110. *Tam mites Graios indicant esse viros*] Vnus Vatic. *Getios*. Aequè bene, nisi vis rectius.

ibid. *Gens mea Peligni, regioque domestica, Sulmo*] Diuidebantur Peligni, Plinio auctore, in tres regiones, Corfinienses, Superequanos & Sulmonenses. Hinc igitur Sulmonem, vbi natus est, domesticam regionem, vocauit. Eodem modo lib. II. elegiar. partem dixit:

Me pars, Sulmo tenet, Peligni tertia ruris,
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.

Hic quoque Cosmographiæ imperitum se ostendit Merula, qui Sulmonem oppidum fuisse & hîc & lib. IV. Trist. ait.

ibid. *Potuit*) pro *potuisset*, positum videtur.

ibid. *Tempora sacrata mea sunt velata corona, Publicus inuito quam fauor imposuit*]Hunc locum lib. I. eleg. VI. Tristium interpretatus sum.

Io eleg. XVI.

ibid. *Inuide, quid laceras Nasonis carmina rapti? Non solet ingeniis summa nocere dies*] Aristot. lib. II. De arte dicendi, vbi de inuidia, aut, vt M. Tull. vult, inuidentia, agit, docet inuideri solere ab iis hominibus aliis, qui vna eademque ætate florent: ita vt solùm inter viuos ac præsentes inuidentia fit. Vnde præclarè hic noster elegia vlt. lib. I. Amor.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit:
Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.

Et Propertius lib. III. eleg. I.

At mihi, quod viuo detraxerat inuida turba,
Post obitum duplici fœnore reddet honos.

116. *Et Marius scripti dexter in omne genus*] liber Vatic. & Maff. *promptus in omne genus*.

ibid. *Aptaque venanti Gratius arma daret*] Gratius Ouidij temporibus poeta fuit, vt ex hoc loco cõstat: de venatione scripsit. Cuius carmina vnà cum Ouidij Halieutico è Gallia in Italiam attulit Sannazarius. Hunc autem versum ab interprete hîc nõ intellectum, is, qui Ouidij post Aldum seniorem, vitã scripsit, optimè declarauit. Attigi breuissimè, Cæsar Ranalde, adolescentule honestissime, ea, quæ his temporis angustiis, vt tibi aliqua ex parte ad huius poematis intelligentiam iter patefacerent, notanda censerem. Potuissem paullo copiosiora præstare, si mihi per seueriora iuris ciuilis studia, in quæ seriò incumbere aueo, & conor, licuisset. Vale, & quidquid id est, ea voluntate, qua ego tibi nunc offero, id est, in te valdè propensa, accipe.

IN PVBL. OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIB. V.

GREGORII BERSMANNI & aliorum doctorum virorum Annotationes.

Numerus paginam denotat.

P*Arue (nec inuideo) sine me liber ibis in urbem*) Figura quadam τῆς προσωποποιίας personam libro suo accômodat. Vide Quintil. lib. 9. cap. 2. *ibid. candida nec nigra cornua fronte geras*) Tibull. libro 3. Atque inter geminas pingantur cornua frontes.

2. *Hæc instrumenta*) Huiusmodi comtus seu apparatus. *ibid. Saluum* Incolumem.

ibid. Rata fine) Quæ euenire cupiebant, ea vt rata essent, optabant. *ibid. Ingenijque minor laude ferêre mei*) Negaberis satisfacere ingenij mei expectationi.

ibid. Iudicis officium est, γνώμη φθεγγόμενον.

ibid. Sereno) Alacri, non obducto curarum nube. Metaph. Cic. Poema animū vacuum ab omni cura desiderat. *ibid. Da mihi Mæoniden*) Fac me Homero parem. *ib. Securus famæ*) Non auidus gloriæ.

ib. Studiumque) Poeticæ studium, quod mihi exsilium attulit.

ibid. Venit in hoc illa fulmen ab arce caput) Idem. Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

ibid. Terretur minimo pennæ stridore columba) Prouerbiales versus de cautione malis demum acceptis comparata. *ibid. totus arma timere*) Fulmina Augusti iram. ἀλληγορικῶς. *ibid. Capharea fugit*] Virgil. xi. -& Euboicæ cautes, vltórque Caphareus.

ibid. tauras nomine fecit aquas] Vide hanc fabul. lib. 8. Metamorph. & lib 2. de Arte.

4. *Achilleo more*] Achillis more, qui Telephum à se hasta percussum, eadem sanauit. Vnde est illud 1. de remed. am. Vulnus Achill. quæ &c. *ib. Scrinia parua*) Arculas. Horat. ne me Crispini scrinia Lippi Compilasse putes. *ibid. Cætera turba*] Reliqua librorum copia, quos modò fratres dixit. *ibid. Oedipodas*) Paricidas, quales fuerunt Oedipus & Telegonus. ille Laij, hic Vlyssis. vterque parentis, sed per ignorantiam, interfectores, ἀλληγορικῶς. *ib. Sunt quoque mutatæ*) Metamorph libri xv. *ibid. Quæ subeunt*) In mentem veniunt tibi in mandatis danda.

5. *Soluere quassatæ p. mēbra ratis*) Tempestate concussæ. Virgil 4. Quassatæque rates. *ib. Propior*) Aequior. *ib. Patruo*, Neptuno Iouis fratri, cuius filia fuit Minerua. *ibid. Qui anuus distamus ab illis*) Minimè cum illis conferendus sum. Enallage numeri.

ibid. Montes voluuntur aquarum) Moles aquarum instar montium: ὑπερβολή. Virg. insequitur cumulo præruptus aquæ mons. *ibid. Diducto subsidunt æquore valles*] Vnda dehiscente. Idem: his vnda dehiscens Terram inter fluctus aperit.

ibid. Nihil est nisi pontus & æther) Virg. v. cœlum vndique & vndique pontus. *ibid. Purpureo vires capit Eurus ab ortu*) Propter auroram purpuream.

ibid. Sicca aureas bacchatur ab Arcto) Aequoris expertc. Virg. Arctos Oceani metuêtes æquore tingi.

6. *Animam fl.*) Homerus enim mortem in aquis, ipsius animæ interitu, existimauit. Vide Synes. 3. epist. de tempest. *ibid. Misero bis patienda foret*) Vxore scilicet, quæ est altera ego, mecum faciente naufragium. *ibid. Hic fluctus*) Fluctum intelligit decumanum: qui fieri max. dicitur. Vnde xi. Met. Vastius insurgens decimæ ruit impetus vndæ. Fest. Vide & Polit. 76. Miscell. *ib. Fatóque*) In rebus humanis aut fatum, aut natura, aut casus Seru.

7. *Et mandare suis*] Mandata intelligit vltimæ voluntatis. Ita lib. 3. eleg. 3. Nec mandata dabo.

ib. Moræ) Quàm quæ mortem mereatur.

ibid. Cruoris copia] Mortis meæ potestas, quæ penes Cæsar. est. non conciliabit illi inuidiam.

ibid. Quodque dedit) Vitam, cuius mihi Cæs. copiam fecit, cùm auferre eam potuisset.

ibid. Nec tamen] Correctio κολακευτική, qua assentatur Cæsari. *ibid. Mutandis mercibus*] Virgil. Poll. -nec nautica pinus Mutabit merces.

8 *Alexandri claram delatus in urbem*) Alexandriam Aegypti vrbem. *ib. Sarmatis est tellus*) Sarmatia. Periphr. poetic. *ibid. Iussæ me aduertite terræ*) Dictæ exilio meo à Cæsare. *ibid. Supplicij pars est*] Satis supplicij erit, si in Sarmatia moriar, licet naufragio ereptus.

9. *Ferte (quid hic facio?) rapidi mea corpora venti*] Ἀποστροφὴ ad vētos. *ibid. Quod licet ex minimis*) Quod infimo cuique in promtu est: vel: quamuis vnus de minimis. *ibid. Domus si fuimus illi*) Augusti familiæ. *ibid. Qua me discedere Cæsar*) Edicto scilicet, quo interdum excedere vrbe atque Italia iubebāt. Valer. Max. lib. 1. cap. 3.

ib. Satis apta parandi) Præparandi ad iter necessaria. 10. *Non aliter stupui*] Notatio attoniti.

ibid. Animi nubem dolor ipse remouit Stuporem mentis. *ibid. Imbre per indignas usque cadente genas*) ἀλληγορικῶς ὑπερβολικῶς, in significatione multitudinis lacrymarum, quam alibi per flumina & fontem lacry. indicauit. *ibid. Si licet exemplis in paruo grandibus uti*) προθεραπεία, quia mitigat ὑπερβολὴν fide maiorem.

ibid. Iamque quiescebant voces hominumque canúmque, Notatio conticinij. *ib. Numina vicinis habitantia sedibus*) Ἀποστροφὴ valedictoria ad Iouem Capitolinum.

ibid. Esse salutati) Propriè. Deos enim compellantes salutabant. Cic. pro Rosc. Amer. quum deos aliqui salutatum venerint. *ib. Clypeum post vulnera sumo*) παροιμιακῶς. Vide adag. *ib. Hanc odijs exoneratis*

fugam) Facite ne Augustus abeuntem odio prosequatur. *ib. Pro deplorato non aliter a uiro*) Metaph. à mortuis. *ib. Iamque mora spacium nox praecipitata negabat*) Notatio imminentia diluculi.

ib. Versaque ab axe poli) Ad orientem conuersa.

ib. Vltima sed iussae nox erat illa fugae) Dieb. sc. elapsis, intra quos urbe & Italia iussus erat excedere. Qui enim relegabantur, iis dies excedendi à praesidibus dari solebat.

II. *Oscula summa dedi*) Suprema, ultima.

ib. Meque ipse fefelli) Prae me ferendo non in mandatis dedisse, quae dederam, me ipsum decepi.

ibid. Thesea pectora iuncta fide) Arcta, qualis fuit inter These. & Pirith. Prouerb. figura.

ibid. In lucro est) In lucro deputatur. Hora. Quem fora dierum cunque dabit, lucro Appone. Terent. Phorm. Omne id deputare esse in lucro.

ibid. Animo proxima quaeque meo) Carissimos quosque. *ibid. Vixque dedit uictas utilitate manus*) Vix retinentibus se locum reliquit, amoris coniugalis impetum moderando utilitatis respectu.

ib. Ferri) Efferri. Enall. Terent. Funus interim procedit. *ibid. Moriendo ponere sensus*) Cum morte sensum doloris finire. *ib. Custos Erymanthidos ursae*) Arctophylax siue Arcturus occidit.

ib. Aequoreasque suo sidere turbat aquas) Arcturi ortus & occasus grauis. ciet tempestates.

ib. Nos tamen Ionium non nostra findimus aequor sp.) Anacoluth. *ib. Quantis nigrescunt aequora uentis*) Notatio subitae tempestatis. *ib. Picta*) Depictos in naui. *ib. Pinea texta sonant*) Periphr. nauis pineae Vsus eodem uerbo est & alib. Texitur & costis panda carina suis. *ib. Aurigam uideo uela dedisse rati*) Nautam, κυβερνήτης. *ib. Totem*, Augustum. αὔξησις.

ib. O mihi post ullos) A me. Enall. casua. Horat. Prima dicte mihi, summa dicende Camoena.

ib. Attonitum) Perturbatum. αὔξησις.

ib. Alloquio meo) Consolatione: alloqui enim idem quod παραμυθεῖσθαι, teste Varr. lib 5. de ling. lat.

ib. Animi debitor huius ero) Pro tali animo.

ib. Spiritus & uacuas prius hic tenuandus in auras) Prius me uita deficiet. prius moriar. Periphr.

ib. Et longa die. Temporis longitudine.

ib. Dij tibi sint faciles Vtinam sint. Ellipf.

ib. Si tamen haec nauis uento ferretur amico) Si perpetuo fortunae successu uteretur. Allegor.

ib. Thesea Pirithous) ἐν ἀγχῷ γὰρ ἄδοις φίλων ἐγνωσμένοι, qua probatur fidem explorari reb. aduersis.

ib. Veri Phocaeus amoris) Phocensis. Enall. spec. Et est antonom. Pylade a Strophij Phocens. F.

ib. Scilicet ut fuluum, αὐτὸ σαφές. Cic. lib. 6. Fam. Papir. Paet. *ib. Nec nosceris ulli*) Ab ullo. Heterosis casus poetica usitata. *ib. Cinctus erat*. Circundatus. Metaph. à re militari. *ib. Caetera fortunae*) Reliqui fortunam secuti sunt non amicitiam meam. Phocyl. ἀστάθεις φίλοι, ita fortunae amici dicuntur inconstantes & incerti. *ib. Metu falso*) Inani.

ib. Simplicitate) Imprudentia siue errore.

ib. Quot in aethere sidera lucent) Poetica numeri infiniti significatio. *ib. Si uox infragilis*) Home. οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι δέκα δὲ στόματ' εἶεν. *ib. Pro duce Neritio*) Vlysse Ithacense. Νήριτος mons Ithacae insulae. ὅθεν. Ν. *ib. Sideribus totis*) Toto caelo Synecdoch.

ib. Nec mihi Dulichium, Hom. Δουλίχιόν τε, Σάμη τε καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος. Virg. 3. Aen. Dulichiumque, Sameque, & Neritos ard. f. x. *ib. De septem totum circumspicit orbem*) Vnde & ἑπτάλοφος dicta est, hoc est, septicollis.

ib. Ingenuaeque mihi) Mart. Vires ingenuae, salubre corpus. *ib. Bellatrix*) Minerua belli praeses.

ib. Tumidis qui regnat in undis Neptuni Periphr.

ib. Iani) Augusti Caesaris. *ib. Clario*) Antimacho, qui Colophonius fuit, hoc est, Clarius: Colophone enim Apollo Clarius templ. habuit. Vide etiam Parrhas. *ib. Coo*) Philetae. Propert. & Coi sacra Philetae. *ibid. Digna minus misero*) Feliciore.

ib. Te mea supposita uelut) Ita al. Hercule supposito sidera fulcit Atlas. *ib. Naufragij tabulas qui petiere mei*) Prouerbiali figura dicitur de extrema spoliatione. *ib. Nec probitate tua prior est*] Amplificatio ab exemplis Andromachea, Laodam. & Penelopes.

ib. sine tibi hoc debes) Seu natura te hoc docuit: seu Liuiae exemplo didicisti. *ib. Grandia si paruis assimilare licet*, Correctio.

16. *Iudigno qui me fersque refersque tuo*) Effigiem meam in gemma insculptam geria Syneed.

ib Maior imago) Magis expressam uides animi mei imaginem in uersibus meis. *ib Mutatas formas*) Metamorphosea. *ib. Rupit opus*) Interrupit. ne summa illi manus imponeretur. *ib. Thestias*) Althaea Thestij F. *ib. Melior matre fuisse soror*, Quod fratrû quàm filij sui interitû aegriore animo ferret. Ita in Metam. Incipit esse tamen melior germana parente.

ib. Ablatum medijs opus est incudibus illud. Metaphora à re fabrili.

17. *In opus alea*) Poetica eius quod fieri nequit notatio. *ib. Iter*] Naturae cursum. ordinem à natura destinatum. *ib. Nec exequias prosequerere meas*) Me abeuntem in exilium. Metaph. sumta à funerum consuetudine. *ib. Nec tibi pro uili*) Nullo apud te in honore est. *ib. Ingenti prostratum mole*) Aerumnis oppressum. *ibid. Et nunc populi publicaque ora sequi*) Supremum Salue & Vale conclamare Persilit in Metaph. de funerum exequiis. *ib. Assumi*) Adhibitus.

ib. Abierunt) Euasuerunt. *ib. Lethaea mersa ferentur aqua*. Obliuione demersa sunt. Poet. circuitio.

ib. Sed scopulus Ponti) Prouerbiali figura hominem asperum & immitem notat.

ib. Ve careant numeris tempora prima suis) Vt ultima primis in amore non respondeant.

ib. Detur) Vtinam detur. Ellipf. *ib. Inoffensae uitae*] Vitae tempus eodem felicitatis tenore. Metaphora à cursu. *ib. Opus* Carmen, elegiam. Totum pro parte. *ib. Duros Deos*) Caesarem inclementem. Enall. numeri *ib. Dum eris felix* Felicium multos esse amicos probat inductione. *ib. Latet hic pressus nubibus*) Nube obscuratur. *ib. Fortunae lumina*) Splendorem, successum fort. *ib. Haec precor*) hoc est cum fortuna mutari hominum uoluntates.

ib. Dum stetimus, turba quantum satis esset) Rebus florentibus aulatis quidem frequentem domum habuimus, sed tamen carentem strepitu & ambitione. Virg. 2. Georg. Si non ingentem foribus domus alta superb. *ib. Cautaque communis*) Ipsi cauti. hypall.

ib. Quamlibet inuiso Caesar in hoste probat) Locus à comparatis.

ib. De comite Argolico) Pylade. Periphr.

ib. Actoride) Patroclo Actoris filio.

ib. Ore fides) Sermone. Syneed. *ib. Amico*) Pirithoo. *ib. Tartareum* Pluronem cuius uxorê rapturi erant. *ib. Turne relata*) Νῖσος καὶ Εὐρύαλος.

ib. Est etiam miseris pietas) Est etiam communis affect. humanitaria erga eos qui non sua culpa sunt miseri. *ib. Hei mihi*) Exclamatio.

ib. At m.) Haec elegia in m. se. & libr. aliq. cohaeret cum praecedenti: neque debet ab ea separari.

ib. Profecto facie serena tuo) Anacoluthoo: tamen a-

gritudo illa nonnihil minuitur cogitatione tuarum progressionum in studio eloquentiæ, & virtutis.

ib. Venturum] Euenturum. Enall. *ib. Ferret ad.*] Allegoria: quasi dicat, cùm neque ego tam miser, neque tu tam excellens esses. *ib. Nemo pluris emendus erat*) Nemo te pluris faciendus erat.

ib. Scena manet dotes) Dotes istæ aliquando magno theatro spectabuntur. *ib. Seruatæ*) Obseruatę, captato augurio, vel ex voce illius, vel ex volatu. Cic. 1. de diuin. atque secundam Solus auē seruans.

20. *Augurium ratio est*] Ratione & prudentia vsus tanquam augurio, ex indole tua istam præstant diuin. *ib. Tuli*) Abstuli, consecutus sum.

ib. Ingenium non latuisse meum Non fugisse me tuum ingenium, quod ex indole perspexi.

ib. Tenebris utinam latuisset in imis] Fuisset obscurū.

ib. Lumen Claritatem. Metaph. *ib. Artes*, Studia eloquentiæ. *ibid. Sed artibus illis*] Vitam me egisse grauiorem, quàm artes fuerunt quas tractaui. Ita alibi: Vita verecunda est, Musa iocosa mea est.

ib. Colore) Prætextu, specie. Excusat factum per ætatem. *ib. Sic benè semper eas*] Optantis est. Ita feliciter progrediare in studiis eloquētiæ, sicut cœpisti.

ib. Flaua tutela Mineruæ) Propter Mineruæ simulacrum in illa depictum. Estque appositio.

ib. Et à picta casside, Dicta scilicet Minerua Galeata. *ibid Corinthiacis Cenchreis*] κατ' ἀναίζευξιν. Lecheæ & Cenchreæ angustiarum vtrinque termini in sinu Corinthiaco & Saronico. Plin. lib. 4. cap. 4.

ib. Palladio) Mineruæ præsidio. *ib. In Helles*) In Hellespontum. *ib. Tenuis limitæ.* Angusto.

ib. Ab Hectoris urbe] Ilio. *ib. Threiciam*) Samothraciam. *ib. Epirea*] τὰ κατ' ἤπειρον. pedestri itinere profecto. ἐδ. γ. ἀπ' ἐγ' ἐπ' ἠπειρου.

ib. Auctoris] Dardani. *ib. vectæ virginis undas*) Hellea, quæ Hellesponto nomen fecit in eum delapsa.

ib. Cyzicon Aemoniæ) Thessalicæ. Cyzicus enim qui vrbi nomen dedit, Aenei Thessali filius fuit. Vide Apoll. comm. 22. *Geminis maris*] Propontidis & maris Euxini. 23. *Hæc si contigerit*) Vnica enim nauis fuit, sed cursus duplex de quo vide Micylli commentationem. 24 *Mihi sollicitæ*] Mihi solicito, κατ' ἐπαλλαγήν. *ib. Adria*) Mare Adriaticum. Meton.

ib. Insania) Furor. Id. lib. 4. eleg. 1. Forsitan hoc studium possit furor esse videri. *ib. Nimbosis*] Nimbos inducentibus. Meronym. Vide Theocr. hodœpor.

ib. Steropes) Pleiadum. Synec. *ib. Hyadas f.*] Hyadū pluuias & imbres suo flatu intenderat. Vide Gell. lib. 13. cap. 9. *ib. Tollens ad sidera palmas*] Manibus in cœlum sublatis orasse, auctor est Apul. in libr. de mundo. *ib. Atigero* Si Atigero. Ellips.

ib. Hominum) Latronum, quorum ferax est Thracia, propter barbariem. *ib. Aucte submissa rapinæ*] Dedita & q. mancipata. *ib. Si ipse sint inferiora tua*) Si expectationi tuæ non respondeant.

ibid. Nec consuete meam lectule) ἐπιφορὰ ad lectum κατ' ἀποστροφήν. *ib. Indignaturque*] γνωμικὸν σχῆμα.

ib. Vincat hyems hominem) Concessio per αἰτιολογίαν. *ib. Illa suis*] Desinendo sc. sæuire.

IN LIBRVM II.

INFELIX cura, libelli αὐτόθεν ἐπεξήγησις. Et est apostrophe ad librum.

26. *Esse nocens*) Græca constructione, pro esse nocentem. Ita alibi, retulit Aiax Esse Iouis pronepos. *ib. Saxa memor refero rursus adicta pedem*] Vide adag. Bis ad eundem lapidē.

ib. Teuthrantia regna tenentis] Telepho Mysiæ regi, quam ante ipsum Teuthras tenuit.

ib. Turrigeræ Opi) Turritam coronam gerenti. Opis enim Saturni coniux terra est, sustinens ciuitates turritas: in cuius honorem Opalia instituta.

ib. Quos ætas aspicit una semel] Notatio ludorum secularium. *ib. Materiam*) Occasionem, causam.

27. *Purum*] Serenum, sudum.

ib. Genitorque deûm] Virgil. diuûm pater atque hominum rex. Vide Varr. lib. 5. de ling. lat.

ib. Dei nomen Patris scilicet. Homer. πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. *ib. Dimisit etiam multos & honoribus auctos*] Cōiuratos innuit, à quibus Augusti vita insidiis petita est. *ib. Veraque dona tulit*] Cōiurati ob placatū Imp. Augustus propter vitam incolumem.

ib. Tertia numina iuro) Cælum μετωνυμικῶς. Formula autem iurandi erat hæc: Iuro per. Plaut. Amphit. Per Iouem iuro. *ib. Optant petere cœlestia sidera tardè*) Horat. lib. 1. Carm. Serus in cœlum redeas.

ib. Pársque fui turbæ parua precantis idem] Votis enim quæ sacerdotes suscipiebant, priuatorum quoque accedere solebant. *ib. Inspice maius opus*] Metamorph. *ib. Non tua carminibus maior sit gloria*] ἀνθυποφορά. *ib. Tamen hunc*) Eurip. Hippol. [illegible] Τιμωμένοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο. *Te celebrant alij*) ἀνθυποφορά. *ib. Delicias meas* Amorum libros. *ib. veneranda* Laudes tuas celebrantia.

ib. Cùm cœpit quassata d.) Allegoria. *ib. Recumbit omnis*, Propendet, inclinatur. *ib. Prætereuntis equo*] Meam prætereunt. dictum sicut illud Horat. 1. Ser. Sat. 4. mea timentis. *ib. Decem decies inspicienda viris* Periphr. centumuiror.. *ib. victa fide*] Quæ in iudicio triumuirali causa ceciderat.

29. *Imoque sub æquore mergit*) Allegoricè calamitatem suam innuit nauigantium periclitatione.

ib. Imprudenti Ignoranti quæ agerentur.

ib. In superis etiam fortuna luenda est] Apud Deos etiam fortunæ culpa neminem excusat.

ib. Sic quoque parua tamen] Correctio.

ibid. Sit in neutrum In neutram partem.

ib. Censu parua) Facultatibus non equestribus: quarum census erat ad quadraginta millia.

ib. Ematuruerit Cæsaris ira) Mora temporis emollita fuerit. Metaph. à frugibus. Vide Gell. lib. 10. cap. 11.

30. *Citráque necem tua constitit ira*] Citra animaduersionem in vitam & fortunas.

ib. Paternæ) Saluis enim bonis relegatus est, cùm ceteri adempta bonorum parte relegarentur. Idem lib. 5. Trist. eleg. 3. *ib. Tristibus innectis verbis*) Tristitiam afferentibus. *ib. Edictum quamuis immite*) Edicto enim Augusti, non iudicio Senatus, iudicúmve sententiis, vrbe & Italia summotus est.

ib. Parcáque fortunæ Parcis calamitati meæ verbi mitioris vsurpatione.

ibid. Nube solet pulsa candidus ire dies] Versus prouerbialis similis illi trito: Post nubila Phœbus.

ibid. Per superos] Obtestatio ἀνάκλησις.

ibid. Tuæ sidus iuuenile nepotes] Appositio: nepotes tui, qui sunt sidus & splendor iuuentutis Romanæ.

ibid. Per tua, pérque tui facta parentis eant] Insistant aui & parentis tui vestigiis, imitando illorum facta.

ib. Sic assueta tuis) ἐπιθετικόν.

31. *Ausonioque ducem*) Tiberium siue Drusum Tib. frat. *ib. Deosque tuos*] ἐν παρενθέσει ausp. & deos nominauit. *ib. Dimidióque tui*] Parte tui dimidia.

ibid. Fera tela recondc) [illegible].
ib. Tolle) Aufer, oblitus paterni nominis.
ib. Ad egressus missus septemplicis Istri [illegible], quæ sunt ostia septem Danubij, per quæ in mare exonerantur. *ib. Vlterior nulli*] Ab vrbe remotior.
ibid. Margine] Limite, finibus. *ibid. Summouet*] Arcet. 32. *Quæ turpi crimine lectus*) Libris meis de arte lectis. Metonym. *ib. Natiua multo minora tua*) Indigna cognitione tua. *ibid. sublicet imperij*) Ironia.
ibid. Nunc porrigit arcus] Arma tradendo victum se agnoscit. *ib. Captaque signa manu*) M. Crasso & Antonio erepta. *ib. Quanteum non extitit unquam*] Sub Augusto enim floruit Roman. imperium.
33. *Ab hac rigidas* Frontis seueræ, pudicas.
ibid. Quas stola contingi uittaque sumpta uetat) Violari, comprimi. *ib. Quodque trahat*) Vitium quod ab aliis trahat. *ibid. Studiosa sinistri*) Procliuis ad deteriora. *ibid. Hirsutius*] Seuerius, grauius. Metony.
ib. Genitrix ubi pr.) Vbi de prima Aeneadum genitrice traditur.
34. *Ordine ferri*) A maiorib⁹ ad minora peruenite.
ibid. Facundia) Oratoria. *ibid. Prorogat hæc fontes*) [illegible]. *ibid. Nequitiæ*) Lasciuiæ, libidinis. *ibid. Martia cùm durum sternit arena solum*] Cum forum propter ludos gladiatorios arena consternitur. *ibid. In culpam* Ad delinquendum, ad nequitiæ prauitatem.
35. *In magni templum Martis*] In ædem Martis Vltoris, in cuius aditu ab vtroque latere Martis & Veneris statuæ erant. Describit hoc Ouid. v. Fast.
ib. Latmius heros Endymion, qui in Latmo Cariæ monte obdormiuit, à Luna consopitus, Cic. I. Tusc. *ib. Omnia peruersas possunt corrumpere mentes*) [illegible]. *ib. Ingenuas manus* Virgines & matronas. *ib. Supercilij seueri* Grauis & seueræ. Vide adag. Attollere supercil. *ib. Vestales oculi*) Virginum Vestalium. Metonym. *ib. Domino*] Mangoni vel lenoni. *ib. Vexata* Afflicta, diruta. *ib. Fratrum*) Eteoclis & Polynices, qui mutuis conciderunt vulneribus.
36. *Materiam* Argumentum operis.
ib. Illud erat magnæ) Res gestas Augusti carminib. mandare. *ib. Fertilitatis*] Ingenii fertilis: vberis ingenij: ingenij diuitis, vt paulo post.
ib. Numeris leuioribus aptus) A minori ad maius.
ibid. Materia ne) Ne argumentum superet [illegible]. Idem lib. 1. Metam. Materiam superabat opus.
ib. Detrectare] Ingenij culpa laudes Cæsaris detere Horat. *ib. Heu mihi cur didici*) Exclamatio [illegible]. *ib. Vetitos sollicitare toros*] Comparatos esse ad expugnandam matronarum pudicitiam.
ib. Furtis magistro) Amores occultos.
ib. Strinxerit] Citra vllã nominis mei infamiam.
ibid. Dubius) Putatitius: dubitet de filio suum ex se natus sit.
ib. Vita uerecunda est) Catull. Nam castum esse decet pium poetam Ipsum, versiculos nihil necesse est.
ib. Actius esset atrox] Si ex tragœdiis quas scripsit æstimandus esset illius animus.
ib. Lyrici Teia Musa senis) Anacreontis Teij.
37. *Nec tibi Battiade nocuit*) Apostrophe ad Callimachom Batti F. Antonom.
ib. Amatorem Paridem & Menelaum.
ib. Rapta puella] Briseis, ob quam abductam inter Agamemn. & Achillem simultas orta est, [illegible].
ib. Femina Penelope. *ib. Mæonides*] Homerus.
ib. Hospitis) Vlyssis. *ib. Duas*) Calypso & Circen.
ib. Hippolyto] Tragœdia Hippol. Metonym.

ib. Fratris) Macarei. *ib. Tantalides*) Pelops.
ib. Pisæam) Hippodamiam Oenomai Pisar. regis F.
ib. Mater] Medea. *ib. Fecit amor*] Terea fabulam innuit: de qua vide vi. Metamorph.
ib. Frater) Thyestes Atrei frater.
ib. Auersos solis) Quasi refugientis atrocitatem illius spectaculi.
38. *Tragicos c.*) Tragœdiæ argumẽtum præbuisset.
ibid. Tyndaridésque) Clytemnestræ. Antonom.
ibid. Domitore) Bellerophonte. Homer. Ili. ζ.
ib. Cenæia) Atalanta Cenei, vel (vt alij) Schœnei F. Vide Metamor. lib. x. *ib. Phœbas*] Cassandra Phœbi sacerdos, quam Agamemnon captiuam abduxit.
39. *Danaique nurus*) Belidas. *ib. Matrémque Lyæi*) Semelen. *ib. Noctes d.*] Ex duabus enim noctibus, vel (vt alij) tribus, vna effecta est, vt Alcumena ex Ioue Herculem conciperet. Plaut. Amphitr.
ib. Generũ Peliæ) Admet. qui Alcestin vxor. habuit.
ib. Pelasgum] Thessal. hoc est, Protesilaum.
ib. Pyrrhique parens) Deidamia Pyrr. mater.
ib. Iliadesque puer) Ganymedes Iouis amasius, sicut Hylas Herculis. *ibid. Ignes*] Amores in Tragœdiis descriptos. *ib. Præterita*) Violati, sicut Græc. [illegible] vsurpant.
40. *ib. Milesia crimina*) Milesiorum delicias & luxum. Polit. 16. Miscell. *ib. Semina matrum* Fœtus conceptos. *ib. Qui composuit nuper Sybaritida*) Hemitheon Sybariticas nequitias composuit. Polit. 15. Miscell. *ib. Romanus*] Romanorum poetarum libri Synecd. *ib. Triplex*) Terram, mare, ac cœlum. Lucret. lib. v. tria talia texta Vna dies dabit exitio.
ib. Cui falsum Lesbia nomen erat] Verum enim nomen erat Clodia. 41 *Exigui Calui*] Caluum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.
ibid. Leue Molle & lasciuum. *ib. Catonis* Valer. Catonis Lydia. Idem scripsit Diras, quas aliqui Virgilio tribuerunt. 42. *Perilla*) Perillam Ticida, qui de ea Elegias composuit, dissimulato nomine Metellum appellauit. *ib. Phasiacis*) Varro Atacinus, qui Argonautica scripsit. Propert. lib. 2. eleg. vlt.
ib. Hortensi) Hortensij meminit Gell. lib. 19 cap. 9. Et Catull. Millia quum interea quingenta Hortensius. *ib. Serui*) Seru. Sulpitij. *ib. Aristiden*) Aristidæ Milesiaca, de quibus Plutarch. Crasso. Polit. 16. Miscell. *ib. Credere iuranti*) Vide Tibull. lib. 1. Eleg. cuius initium est, Semper vt ind.
ib. Et tacitam) Nævio est dare digito literas. Propert. Aut mea cùm digitis scripta silenda notas.
43 *Fraudi*) Detrimento, damno. *ib. Districtus minima n.* Notatus ignominia *ib. Damnosos effugiá, que canes*) Imitatione Propert. Semper damnosi subsiluere canes. 44. *Rem curam*) [illegible] secundum Theophr. *ib. Mense decembri*) Saturnalibus.
45. *Pudenda* Obscœna.
ibid. Pœna est lucrosa poetæ) Cùm pœna afficiendus esset propter obscœnitatem poëta, etiam rem ex illa facit *ibid. Scænica ad.*) Quæ à mimographis in scena repræsentantur.
ibid. Sua pulpita) Proscenia. Propert. Non istis olim variabant tecta figuris, Cùm paries nullo crimine pictus erat.
ib. Vultu fassus Telamonium iram) Aiax Telamonis F.
46. *Barbara*] Medea.
ib. Sicut Venus uda capillos) Venerem nunc exeuntem è mari, pictam ab Apelle. Plinius lib. 35. cap. 10. Vide & Anthol. epigr. lib. 4. cap. 12.
ibid. Condidit in Tyrios arma utrúmque toros) Hinc

quidam suspicantur princip. Aeneidos esse: Arma virúmque cano.

ib. Quàm non legitimo fœdere iunctus amor) Quàm amores Aeneæ & Didonis.

ib. Delicta notantem) Censorem. *ib. Meriti*) Culpæ.

ib. Remissum) Solutum, lasciuum.

ib. Sæpe dedi) Allegoricè grauiora indicat opera.

ib. Sacratum] Consecratum, dedicatum.

ib. Cothurnus] Tragœdia. Metonym. Virgil. Sophocleo tua carmina digna cothurno.

ib. Quamuis manus vltima cœpto] Licet non imposuerim operi illi summam manum. Vide adag. Summ. man. addere.

ib. In facies corpora versa nouas) Metamorphoses.

ib. Quantum dederis mihi pectoris ipse) Idem 1. Fast. Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.

ib. Tot scripti millia nostri) Nostrorum carminum. Enallage num.

ib. Victus eris) Placatus, ira exatiata longo tẽpore.

IN LIBRVM III.

VIRIDI *in æuo*] Aetate iuuenili.

47. *Pumice*] Catull. Arida modò pumice expolitum.

ib. Erubui] Puduit me cultiorem prodire auctore. *ib. Titubante*) Hæsitante.

48. *A sacra via*) Via sacra inter vrbanas celeberrima. *ib. Hic sator*) Romulus habitauit.

ib. Iouis) Augusti, quæ fuit in Palatio: quam Virgil. quoque describit in VII.

ib. Querna corona) Corona è quercu, quæ arbor in Iouis tutela est. *ib. Lauro*) Vide Plin. lib. 15. cap. vlt.

ib. Leucadio) Apollini.

ib. Testantur corona Seruatos ciues) Coronis ciuicis aut querceis in aliquot numis Impp. additur: O B CIVES SERVATOS.

49. *Ducor ad intonsi candida templa Dei*) Porticum Apoll. cuius meminit Propert. lib. 2. eleg. Quæris cur ven. *ib. Quæque viri docto veteres fecere nouique Pectore*) Bibliothecam Augusti innuit.

ib. Quos] Libros de arte innuit.

ib. Sedibus illis) Palatinis Augusti ædibus.

ib. Altera templa) Veneris Victricis templum vicinum Pompeij theatro.

ib. In genus auctoris) In libros, quos etiam natos appellat simili metaphora.

ib. Illi Auctori, siue parenti nostro.

ib. Cæsar ades voto) Passim & vulgò Deos orabant vt adessent. Virgil. Adsis lætitiæ Bacchus dator.

50. *Ergo erat in fatis*] Hæc elegia in m. se. cum superiore cohæret.

ib. Lycaonio sub axe) Sub Arcto seu plaga Septentrionali. *Vero sine crimine*] Apollinis Periphr.

ib. Quódque magis) Quod mihi verè obijci possit.

ib. Portubus orbum) Importuosum, ἀλίμενον.

ib. Pœnæ) Exilij. indicat autem Tomos.

ib. Inueniens clausas esse ne tamen ferret) Mortis ianuam.

ib. Apollinea) Medico. [illegible] *ib. Affecto*) Aegrotanti.

ib. Amentis) Delirantis. [illegible]

ib. Suppressaque lingua palato) Propter animi deliquium, quo totum corpus quasi eneruatum iacet.

51. *Præcepisset*] Anteuertisset exilium.

ib. Integer] Incolumis, nondum multatus exilio.

ib. Et fient ipso tristia fata loco] Conditione loci, quòd in Scythia procul à patria mihi moriendũ sit.

ib. Clamore supremo] Vltima conclamatione.

ib. Indeploratum] Non defletum, ἄκλαυτον Hom.

ib. Rude) Inexpertum. *ib. Samij*) Pythagoræ.

ib. Pérque feros manes] Inter animas feras Sauromatarum. *ib. Fratrem Thebana peremptum*] Eteoclem Antigone soror sepeliuit, prohibente Creonte Thebarum rege.

52. *Molliter ossa cubent*) Precabãtur enim defunctis, vt placidè quiescerent, & vt molliter iacerent. Virgil. O mihi tum quam molliter ossa quiescant.

ibid. Res postquam procubuere meæ) Postquam fortuna mea inclinata est. Metaph. ab ædificiis.

ib. Viue tibi) Platoni est [illegible]. Vide Steph. Schedias. lib. 1. cap. 11. Iubetur autem sua mediocritate esse contentus. *Longè nomina magna fuge*) Vide adag. [illegible]. *Viue t.*) [illegible]. *ib. Demissa antenna*) Virg. Veláque longarum demittimus antennarum. *ib. Dum me leuis aura ferebat*) Dum fortunæ meę mediocritate contentus essem. Alleg. *ib. Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas*) Nullum sensi rebus meis incommodum.

ib. Vix hoc tamen euenit ipsum) Correctio, quia rarò in loco plano homines cadunt. *ib. Elpenor*) Elpenor ebrius periit. Οδ. κ'.

53. *Regi*] Vlyssi apud Inferos Οδ. λ.

ib. Vt tutus agitaret Dædalus alas) Vide VIII. Metamorph. *ib. Suas* Alas propr. Horat. Pennis non homini datis. *ib. Bene qui latuit*) Vide Plutar. λάθε βιώσας Hor. Nec vixit malè, qui natus moriénsque fefellit. *ib. Benè vixit*) Beatè. Hom. [illegible]. Et [illegible] pro beatitudine. *Eumedes orbus* Eumedes preco Dolonis pater. Hom. Ili. κ'. Virgil. XII.

ib. In arbore natas] In populis, in quas conuersæ sunt. 2. Metamorph. *ib. Cepisset genitor si Phaëthonta Merops*) Si Meropem genitorẽ agnouisset Phaethõ.

ib. Propositíque memor) Moderatore nimiæ cupiditati.

ib. Candidiore) Prosperiore quàm ego fruor.

ib. Mitis pietate mereris] Ab effectu, quia homines mites facit. *ib. Mihi*) In animo meo. *ib. Vidi ego te tali vultu mea fata gementem*) [illegible] ab attestatione rei visæ. *ib. Fidaque verba bibi*) Aurib. hausi. Metaph. Prop. suspẽsis auribus isto bibõ. *ib. Sũmotũ*] Relegatũ.

ib. Studio Studiosè. [illegible]. *ib. sine inuidia*) Sine ambitione & splendore vitę, quem sequitur inuidia. Cons. pro anteced. *ibid. Mollésque ingloriis annos*) Iuueniles: atque ideo flexibiles. *ib. Non exulat*, Propter claritatem & memoriam. *ib. Bosporus*) Vide Melam lib. 1. cap. 1. *ib. Vltima terra mihi* Finis continentis [illegible] à loco. *ib. Dulce fuit*) Lætitiæ voluptatem attulit. *ib. Non est*) Licet, Græca consuetud.

ib. Ante oculos errat) Obuersatur. *ib. Succedúntque*) In mentem venit quid quoque loco gestum sit aut geratur. *ib. Ingrauat* [illegible] seu repetitio per distinctionem. *ib. Hoc*) In hoc: vel. hac re.

ib. Impositúmque sibi firma tuetur onus] Constanter tuetur officium.

54. *Officium*] Animi grati memoriam celebrando nomina vestra. *ib. Anceps*] Dubium est, plúsne gratum vobis quàm aduersum facturus sim.

ib. Indicio] Proditione. *ib. Protraheret*] Quasi è latibulis expelleret. Metaph. à lustris ferarum.

ib. Manum] Auxilium Græci [illegible] dicunt, cùm manu porrecta aliquis subleuatur. *ib. Contacti simili*) Afflicti simili fortuna, cõflictati pari calamitate.

ib. Vsus amicitiæ] Amicitia Periphr. *ib. Non ægrè*) Facilè. Isodynamia. *ib. Vinclis*] Arctiore amicitia.

ib. Nunc mea) Dum prospera vteter fortuna.

ib. Igne) Fulmine. *ib. Recens*) Nuper mihi cognitus.

ib. Vix *duo tresue mihi*) Vix vnus & alter ex veteribus amicis præstiterunt. *ibid.* *Visosque notum*] κοινῶς.

ibid. *Singultantes*] Singultum edentis: vel singultum edentibus si legas singultatis. *ibid.* *Pectoribus teneo non abitura meis*] Recordor. A corpore ad animum.

ib. *Materia prosperiore*] causa. Species pro genere.

ibid. *Tristia lenori numina posse Dei*] Iratum Cæsarem.

ibid. *Quæque tibi est linguæ facundia*) Qua vales dicendi facultate. *ibid.* *Docens notum posse valere meum*] Probes, confirmes. *ibid.* *Quo quisque est maior*) Cic. 1. Offic. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia. Vide Stephan. sched. var. lib. 3. cap. 11.

ibid. *Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni*) Periphr. per notation. hoc est, esse supplic.

55. *Minor nobilitate*] Ignobilior. Isodyn. minus generosa. *ibid.* *Dardanij*) Priami. Hom. Iliad. ω.

ibid. *Ducis Emathij* Alexandri Macedonici. Emathis propr. Macedonis ab Emathione rege.

ibid. *Porus*) Indiæ rex. *ibid.* *Præclaræque docent funeris exequiæ*) Darij regis, cui funus fecit magnificentiss. *ibid.* *Flexas*] Mitigatas. *ibid.* *Iunonis gener est*] Notatio Hercul. cui Hebe Iunon. F. in matrimon. data est. *ibid.* *Cruenta*] Capitalis.

56. *Nimio mero*] Ebrietate. Alludit ad Gall. poetam: de quo suprà. *ib.* *Carmen*, Rem nefariam.

ibid. *Mutata conditione loci*) Mutatione loci.

ib. *Hoc utinam*) Simili voto eleg. 3. concludit Tibull. lib. 1. Hoc precor, hunc ill. nob. aurora nitentem Lucif. tum roseis candida portet equis.

ib. *Fœdus amicitiæ*] Amicitiam. Periphr. κατ' συνωνυμ. Amoris amplificatio facit ad captandam beneuolentiam. *ibid.* *Animi candor tibi*] Metaph. cum adiũctione differentiæ causa. Est enim & corporis candor. *ibid.* *Viro*] August. Cæs. ἐξοχή.

ib. *Nil istis celabas*) Notatio intimæ familiaritatis ab effectis. *ib.* *Vt non ego conscius essem*) Quin. Periphr. κατ' ἐμφ... *ib.* *Pectoribusque*) Enallag. num.

ib. *Vtilitatis iter*] Vtilitatem. Periphr. Ter. Nuncubi meam benignitat. sensisti in te claudier?

ib. *Ratio nulla*] Nulla ratio vincẽdi τὸ πεπρωμένον potest aliquid.

57. *Si quas fecit tibi gratia*] Si quid vales gratia apud Cæs. *ib.* *Vices*] Auctoritatem cum potestate iuuandi amicos. *ib.* *Mansuetior ira*] Mitior. Metaph. à brutis. *ibid* *Minor sit mea pœna loco*) Exil. Genus pro specie. *ibid.* *Principiumque mei criminis error habet*] In causa est meæ culpæ. *ib.* *Veluti sua vulnera*] ἀνακαινίζει. *ib.* *Ipse dolor*] Aegritudo reuocatur, sicut tactu dolor vulneris ingrauescit.

ibid. *Pudorem*] Infamiam. Synecdoch.

ibid. *Cæca*] Obscura, hoc est, reticenda ac dissimulanda sunt. *ib.* *Nil igitur referam*] Purgatio imprudentiæ. Et est ordo: nil referam nisi me peccasse, & meum er. voc. debere stultit. Cætera quasi ἀπαμφίβολα sunt. *ibid.* *Stultitiamque*] μωρίαν.

ibid. *Nomina si facto reddere vera velis*] Correctio.

ibid. *Suburbana* Sit mihi q. suburbium.

ibid. *Vade salutatum* ἀποστροφὴ ad epist.

Sermonis fida ministra mei ἄγγελος λόγων, quod Euripid. de lingua vsurpauit. *ib* *Quid venias*) Propter quid. διότι. *ib.* *Non patrio carmina more canis?*) Non parentis tui numeris, hoc est, elegiis, vel etiam lyricis. nisi legendum est, num patr. pro an.

ib. *Fecundæ vena periret aquæ*] Ingenium fecundũ exaresceret. Metaph. *ibid.* *Vtque pater natæ*) Anacoluthon: vt fui pater filiæ, ita studiorum moderator extiti. *ib.* *Tunc quoque, sed*) Hoc distichon in nonnullis non extat. *ib.* *Ignes tibi*) Idem ardor ingenij. Metaph. *ib.* *Vates Lesbia*] Sappho poetria.

ib. *Mea te fortuna retardet*) Respectus mei exilij te in studio remissiorem faciat. *ib.* *Cessaras*] Recitare desieras. *ib.* *Causa ruboris eram*] Mutand a notando.

ib. *Tu quoque sis pœnæ fata secuta meæ*] Deterrita exempla meæ calamitatis deserueris studiis poeticæ.

ib. *Pone Perilla metum*) ὁμοιοτελεύτων... ad prosequendum hæc studia. *ib.* *In antiqua fronte*) Aetate confecta.

59. *Irus*] Mendicus seu pauper. αὐτάρκης.

ib. *Commodaque fruorque*] Passiua. δηλοῦντ.

ib. *Quilibet hanc sæuo vitam mihi finiat ense*) Quicunque sanè mihi vitam auferat.

ib. *Septem de montibus orbem*) Propert. Septem vrbs alta iugis, toti quæ præsidet orbi.

ib. *Maneat felicior usus*) Vtinam maneat.

ib *Qua potes usque, colos*) Mortem, Synecd.

ib. *Dulæ*] Dulcedine afficiens.

ib. *Stulte*] ἀποστροφὴ ad seipsum. *ib.* *Satiauerit iram*] Expleuerit. *ib.* *Quod minus mœrea est*] Ordo est: Interea quod est minus, licet mihi magni sit muneris loco, oro, vt iubeat me ex hoc loco quouis aliò migrare. *ib.* *Nec aquæ faciunt*) In causa sunt.

60. *Vexant me insomnia*] Notatio afflictæ valetudinis à signis. *ibid.* *Vel ut spectabile corpus*) Instat corporis aspectabilis. *ibid.* *Quæraruit de Cæsaris ira*) Querelas vsurpem super iis Cæs.

ibid. *Huc quoque Mileto*] Tomon, Milesij colonism deduxere. *ibid.* *Positaque antiquius nebe*) A Milesiis condita. *ibid* *Rate*] Argo nauis.

ibid. *Per non tentatas prima cucurrit aquas*) Catull. Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.

61. *Hospes, ait*, Verba speculatoris ad Iasonem.

ibid. *Venit*] Aeetes scil. Medeæ pater.

ib. *Mynæ*) Argonautæ. *ibid.* *Aggere fusus*) Getico litore. *ib.* *Pectora Colchis*] Medea pectus scelerum conscium concuss. Enall. numeri.

ib. *Ad fratrem*] Absyrtum, qui est apud Pacuu. Aegialeus. *ibid.* *Sanguineumque caput*) Sanguine perfusum. *ib.* *Tomoi*] τόμος ἀπὸ τοῦ τέμνειν.

ib *Septentr.* Septentrionibus, siue vtrique Vrsæ.

62. *Liquidus*] Non astrictus glacie.

ib. *Bella*) Hostium incursus.

ib. *Squallentia protulit ora*) ὑποτύπωσις.

ib. *Patet & Boreas*] Aperto campo spirat non inclus. ab Aeolo. *ib.* *Patet*] Manifestum est.

ib. *Tremente pecoris*) Nutante nimio vento.

ib. *Deliciæ*] Liquefacta est Vide Virg. 3. Georg.

ib. *Oraque*] Facies tantum non occultatur.

ib. *Nudaque consistunt*) Virg. cædúntque securibus humida vina. *ib.* *Papyrifero*] Nilo fluuio.

ibid. *Ora freto*) Ostiis. *ib.* *Ducantibus Ister*) Indurantibus, astringentibus. *ib.* *Congelat*] Glacie coit, congelatur.

63. *Cum sine præmia falsi*] Cum nullum sit mendacio propositum præmium. *ib.* *Lubricaque immotas testa premebat aquas*) Glacies aquas vinciebat. Virg. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ Et pro testa aliqui crusta legunt.

ib. *Angustæ aquæ*] Notatio Hellesponti.

ibid. *Pandi*] Incurui. *ib.* *Siue igitur nimij Boreæ vis sæua marinas*] Siue mare siue Ister glacie concrescit, indurante Borea.

64. *Ruris opes parvæ*] ἐπεξήγησις. *ib.* *Volucri ferro tinctile virus inest*) Sagittas tingunt viperina sanie & humano sanguine Plin. lib. 11 cap. penult.

ib. *Iners*] Inculta, inarata. Virgil. 1. Georg. cessare

nouales, Et segnem patitor situ durescere campum. *ib.Pampinea umbra*) Pampini vmbra. Enallag.speciei. *ib.Neget* Noo fert: γνωμη χρῆμα.

ibid. Reum demum sine cruentus agat) Iusimules criminibus: accusas. *ib.Natus et è scopulu*) Notatio hominis inmitis & ἀσήμου. *ib.Cùmque sua Barca*) Illius regionis proprio. spurat eoim ab Arcto.

65.*Soluit et in morei ora disertamea*] Disertum se præbeat in vehendo in vitam meam.

ib.Cumus hoc esse diserto) Martial. Nobis non licet esse tam disertis. *ib.Proteru umbram* Pedibus conculcas. Vide adag. Cum vmbr. pugnare.

ibid.Hac simulacra Imago illa mortui.

ib.Manes sollicitare meos Inquietare.

ib.Pendimus en profugi) Metaph. à pecunia, quæ olim appendebatur. Virgil. tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. *ib. Qui falsum lento torrue igne bouem*] Notatio Phalaridis. *Quique bouem Siculo* Perillo, Periphr. *ib. Munere in hoc rex est usus* Verba Perilli ad Phalar quibus munus suum orosr.

ib.Adaperitile tauri Quod facilè aperiri possit.

ib.Imbue Metaph. à saporibus vel liquoribus.

ib.Gemitus ore gemente sonos Humano bubulos.

ib.Rescindere crimina nol) Refricate. Meraph. à vulneribus nondum coeuntibus *ib.Famam t.* Memoriā attenuent, mentionem deminuant.

ib.Tallit In altum tollit. *ib.Vices*) Vicissitudines. Terent. Omnium rerum vicissitudo est.

66. *Impositamque sibi qui non benè pertulit Hellen*] Notatio ingressus solis in arietem & τὰς ἰσημερίας.

67.*Rursaque quæ nullo natu serente ferunt*) Flores sua sponte nascentes, αὐτομάτως. *ib. Indaolique*) Noo docto. Hererosis facultatis pro actione.

ibid Vernat auu) Vere lætatur.

ib.Mala matru Progne enim Ityn filium interfecit. *ib Subtrahitibus cunas*) Nid ficat. Periphr.

ib.Turgesfat, Tumet, ὀργᾷ. Virgil. iam læto turgent in palmite gemmæ. *ib.Cedunt*, Concedunt, locum dant.

68.*Studiisque distantibus*) Partium discrepantium diuersa affectione. *ib.Lam dura Glacie concreto*, congelato. *ib.Quid ne mat quæram* Quā ob causam. Græc. consuetud. *ib.ghab ori. freti*) Primis angustiis: qui est Hellespontus: nam vbi illud expanditur, Propontis appellatur. *ib.Cæsaru*] Tiberij, vel Augusti, sub cuius auspiciis ille militauit, vt cladem Varianam vlcisceretur.

69. *Hospitium* Commorandi diuersorium, ooo habitandi.

ib.Quid enim fuit utile nasci) ἀνόνητον ἐδύνατο.

70.*Malè*, Infeliciter, infausto sidere, malo genio.

ib. Inque relinquenda) Non prosequendo me in exilium. *ib.Gelidi* Hyperbores.

ib.Solitum honorem] Solennes festiuitates & celebritatem. *ib. Utraque dem*) Tibull. tibi dem thuris honores, Liba & Mopsopio dulcia melle feram.

ib.Bonas ore fauente preces) Εὐφημεῖν: bona verba dicente. Tibull. Dicat, In sacris, inquit, ore fauere, est silentium commodare. Cato de re rust. cap. 139. similiter Bonas preces precari dixit.

ib.Funeru ara sanguine. *ib.Falso nomine*) Cum ab inhospitali feritate rectius Axenus nominetur.

71.*Et auspites*) Qui alios oēs antecedis, q. .... aut .... ducta appellatione vel à re militari vel à sacror. consuetudine. *ib.Nasaruum*) Recentiū.

ib.Palladu exemplo) Idem: Fast. Aut quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice, cum clypeo prosiluisse suo. Vnde & ἀμήτωρ Græc. dicta.

ib.Hanc tibi commendo] Moris erat testamento amicis commendare liberos. *ib. Tres mihi sunt nati*) Libri de arte meeum to exilium eiecti.

ib.Certum nomen) Certiorem titulum.

ib.In populi quicquam si tamen arce meū est) Prouerb. figura. Vide adag. *ib. Quorum cognouerit esse* Quæ cognouerit esse scripta tempore exi j. & in media barbaria. *ib.Ducere*] Deducere. ducta translatione à lanificio. Virg. deductum dicere carmen.

ib Ingenii alacrque) Industria mea excitetur & sustentetur. *ib. Secedam*) Ab homin. interpellationibus seorsum recedam. Idem alibi: Carmina secessū scribentis & otia quærunt. *ib. Summouet infestos*) Arcet hostes, quorum metu oon est tutum vrbe egredi amœnioris secessus gratia.

ib.Pontum In Ponto visitata.

72.*Excusata sua tempore*) Quo sunt compositi à me.

ib.Requiesque, Curarum scilic. & o..otiis.

ib.Graue mollit opus] Fodiendi laborem leuiorem reddit. *ib.Aduerso tardam qui trahit amne ratem*) Duo genera nautarum subiicit. *ib. Arundineo carmine*) Fistulæ cantu. Metonym. *ib Data pensa*) Lanam appensam deducentis. *ibid.Fallitur*, Non sentitur.

ibid Lyrnesside, Hippodamia, Antonomas.

ibid.Curas attenuasse lyra) Vide Homer. Ili. ι.

73 *Bis demissa*, Bis rapta. Virg 4.Georg.

ib.Me quoque Musa l. Curas & dolores exilij mei.

ib.Et culpam in facto ..... Arist. 5. Niconiach.

ib.Hoc ipsa, Hac ipsa re, hoc est, leuādo curas meas.

ib Iunctis criminu acta rea est, Condemnata est propter libros amatorios. *ib. Pieridum sacris imposuisse manum* Attigisse Musas sacra.

ib.Dulichio) Vlyssis sociis. Vide Homer. Ὀδυσ.ἰ. Et adag. lotum gust. *ib.Culpa sua*) Amoris. Synecd.

ibid. Furar esse ..deri) Horat. Art. excludit sanos Helicone poëtas Democritus. *ib. Obsutus malorum*) Contemplatu mali. lib. 5. Trist. eleg. 8.

ib.Bacche, Bacchi Orgia celebrans.

74.*Idæu exululans modu*] Viulatum edens more Phrygio, siue Gallor. ritu in Ida monte, cùm matris Magnæ sacra celebrant. *ib. Thyrso*) Enthusiasmo. Metaph. *ib. Soporifera*) Soporem & obliuionem inducentis. Luc. .... & λήθης ....

ib.Quot litus arenas) Hyperbolica numeri infiniti notatio. *ib. Stamina de nigra vellere facta*] Plena infelicitatis, cuius indiciū erat color niger. Vide adag. Carb. notare. *ib. vtque neque insidiæ*] Præteritio.

ib.Lusura Lusus & exercitij causa.

ib. Canitiem] Canos. Abstractum pro concreto. Virgil. Canitiem galea premimus.

75 *Antiquaque sacra*, Pristioa, assueta.

ib.Littera nostra] Carmeo oostrum. Synecd.

ib.Littera] Charta. Metonym.

ib.Imber aqua Hyperbole.

ib.Irata] Succensens. γνωμη χρῆμα.

ib.Totus ut orbis Synecdoche ἡ οἰκουμένη.

ib.Infiunumque diem) Fumo offuscant.

76.*Adductū collum percussa securi*] Sublata in altum. Securi autem victimæ percutiebantur, quas poeta alicubi ictas dicit, sicut & Propert. lib. 4. eleg. 6.

ib.Cæsar uterque Augustus & Tiberius: nam Drusus iam perierat.

ib.Munera dat meritis, sæpe datura, Deis Vota reddi dicebātur Diis merentibus seu meritis. Ita lib. 1. meritæ cadat agna Mineruæ.

ibid. Plebs pia) Romana Respub. in tres ordines distributa. *ib.Hic, qui Sidonia*) ..... referentis ducum captorum res gestas.

ib. Consiliumque fuit) Consultor, suasor, siue à consiliis. *ib. Ministro*) Sacrorum scilicet, hoc est, victimario seu popa.

77. *Drusus in his meruit quondam cognomina terris*) Dictus Germanicus.

ib. Cornibus hic fractis) Ripis subactis.

ib. Male tectus ab ulua) Delitescens præ formidine.

ib. Crinibus passis) [illegible].

ib. Purpureus) In veste purpurea, purpuratus, Enall. partis. *ib. Flore*) Floribus Enall. numeri. Varro lib. 5 de ling. Lat. Io triumphe, Io.

ib. Laurea nota Ioui] Quam Imper. Ioui vouerat.

ib. Ius habet illa loci] Potestatem adeundi cogitationibus suis illa loca, vnde ego relegatus sum.

ib. Vera tamen capiet) ὄψεται ἀληθῆ, οὐ τὴν φαντασίαν.

ib. Causa: ne priuata publica maior erit) Lætitia publica plus apud me poterit, quàm mœror priuatus.

ib. Vtraque sicca, rates] Neutra enim occidit in eleuatione poli Septentrionalis. Virgil. Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

ib. Circulus) Circulus Arcticus. Idem vbi circulus axem vltimus extremum, spatióque breuiss. ambit.

ib. Fixæ flammæ) Stellæ, quas aliqui putarunt esse igneas. Virg. Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes.

79. *Thebana*] Andromache Eetionis Thebar. in Cilic. regis F. *ib. Thessalico*] Achilleo.

ib. Vt amisso coniuge digna fores] Oratio deficiens verbis quasi dicat velim te esse tristem, vt decet, amisso marito. *ib. Tua damna*) Quæ fecisti marito eiecto in exilium. *ib. Tempus & à nostris exige triste malis* Post exilij mei calamitatem.

ib. Spiritus hic per te patrias exisset in auras) Inter tuas manus in manibus tuis animam exhalasset.

ib. Tactaque humus) Solum natale.

ib. Dici) Perhiberi.

ib. Fauens amor) Amor plenus fauoris in me tui.

80. *Viro*) Propter visum, aut casum mariti sui.

ib. Compescuit ignibus ignes] Phaethontis incendiũ fulmine cõpescuit. *ib. Nec Semele Cadmo*] Nec Cadmus à Semele alienatus fuit ipsius ambitione.

ibid. Ioui) Augusti.

ib. Purpureus molli fiat in ore rubor] Erubescas, pudore suffundaris. *ib. Materiámque*) Laudis & gloriæ tuæ occasionem licet aduersam.

ib. Ardua per præceps gloria vadit iter] [illegible] quam amplificat exemplis. *ib. Publica virtutis per mala facta via est*) Via quæ tendit ad virtutem.

ibid. Inque bonis cessat non cognita rebus] Incognita. Isodynamia. *ibid. Vtere temporibus*) [illegible] dicunt Græc. *ib. Area*] Campus.

ib. Nominibus, cùm sis generosa, auitis) Quamuis sis nobiliss. Periphr. per finition.

ib. Patrij candoris) Patrius candor. Periphr. sicut imago Lunæ apud Virgil. pro Luna.

ib. Patriæ facundia linguæ] Eloquentia Romana.

ib. Latio) Romano.

81. *Pro nomine signis*) Loco nominis.

ib. Tota te bona cognita produnt] Virtus cognita te indicat. *ib. Si quod es*] Si qualis es, talis appares. Alludit ad dictum Socratis *ib. Factum*] Præstitum. Nouè dictum. *ib. Iusto posse nocere puto*) Epith. vim habet argumenti. Si enim iustus est, non potest improbare officium. *ib. Sustinet in nostro*] Aequo animo fert: patitur. *ib. Sua nomina natum*] Enall. numeri.

ib. Causa tua) Quod finis te celebrari.

ib. Vt non debuerim Ellips. nomen scil. tuum certis notis significare. *Arbitrij tui*) Potestatis aut voluntatis. *ib. Ne sim tibi crimen amicus*) Ne sim tibi crimini: ne amicitia mea tibi vertatur vitio.

ib. Plus etiam, quàm me iudice, dignus eram] Anacol. Plus eram dignus illo iudice, quàm me ipso.

ib. Referebat) Loquebatur, Metaph. à deliberationibus politicis. *ib. Quod me domus ista recepit*) Me suũ esse client. passa est. *ib. Auctori*) Patri, qui tibi auctor fuit huius amicit. probando ingen. meum, & loquendo honorif. de meis studiis.

ib. Vita menda mea est] Caret reprehensione.

ib. Series) Ordo, hoc est, vt quidquid prius posteriúsque gestum est. *ib. Ah sine me fati non meminisse mei*) [illegible] per exclamat. commiserationis gratia.

ib. Neue retractando nondum coeuntia rumpe] Noli crebra recordatione augere ægritudinem animi. Alleg. *ib. Peccato facinus*] Peccandi malitia: [illegible]. Arist. 5. Ethic. *ibid. Consiliumque* [illegible].

ib. Lumen] Vita: alij limen, hoc est domus, Synecd. quasi dicat nec domus meã publicata est, nec ademtæ sunt facultates.

ib. Tempore) Diuturnitate temporis.

ib. Voto pudore carens) Modestia in rogitando.

ib. Mitius exilium) Propter cœli inclement.

ib. Propinquus ero] Propter loci distantiam.

ib. Tanta que in Augusto est clementia Ab adiuncto personæ. *ib. Nec placidos portus hospita nauis habet*) Suprà dixit: mare portubus orbum.

ib. Virgo Pelopeia) Iphigenia. *Deæ*) Dianæ Tauricæ.

83. *Exactus furijs*] Erectus, post interfectam matrem. *ib. Vice sermonis*) Loquendi vicissitudine, alterno sermone. *ib. Crudelia sacra*) Immolationes hospitum.

ib. Vnica fortunis ara reperta meis] Perfugium. Metaph. sumta à fontibus. *ib. Anima hæc moribunda*] Ego moribundus. *ib. Infusa Pallade flamma*) Oleo. Inuent. pro re inuenta.

ib. Quis vetitum non est portus aperire fideles] Non dubitasti me tueri tuo patrocinio. Allegor.

ib. Censu) Reditibus, diuitiis. *ib. Patrias opes*) Patrimonium, hæreditat. Periphr. [illegible].

ib. Impetus huius) Vis aduersæ fortunæ.

ib. Nomen tuum] Nomen tuum per obliuionem vsurpaui. *ib. Tu tamen agnoscis*) Anacoluthon quasi dicat, etsi nomen tuum non exprimam, tamen scis cui dicam. *ib. Grato*) Ego gratus. Hypall.

ib. Obsit honor] Fraudi sit tibi.

ib. Intra tua pectora gaude] Tecum vel tacitè gaude: prouerb. figura Tibull. Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. *ib. Remis ad opem luctare*) Persistit in metaph. sumta à re nautica. *ib. Placido*] Placato. Enallag. *ib. Caput*) Metal. pars pro toto.

ib. Præsta constanter) Constantem te præbe. Enal.

ib. Indeclinatæ] Firmæ & stabilis. Metaph. ab artificiis. *ib. Socius*] Frater. Periphr. Virg. Et consanguineus leti sopor. *ib. Quo pius affectu*] Qua amoris affectione. *ib. Moribus agnoscat quilibet esse tuum*) Terent. Facilè probes illum esse tuum, quia consimilis est moribus. *ib. Tæda te iuncta iugali*] Coniugio. Periphr. per notat.

ib. Tempore rarà tale patiens) Antithesis suæ & aliorũ miseriæ. *ib. Inda*) Elephas. *ib. Extenuis rasimis*] Lõgis & exporrectis. *ib. Hoc minuit luctus*] Sulpit. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. *ib. En frugibus area trita est*) Notatio biennij ab adiunctis.

85. *ib. Recentes*] Integras, illæsas. *ib. Circumspectus*) Consideratione. Metaph. à speculatoribus.

ib. Brachatáque turba Getarum) Vrbs. Periphr. poe-

tica. *ib.Bracbatáque turba Getarum*)Brachas induta.

86. *Bis me sol adyt gelidam post frigore brumam*)Poetica periphr. annorum duûm. *ib. Pietas*)Scribendi officium. *ib.Vmcula demsi.*Resignaui.

ib. Credam prius ora Medusæ Gorgonis anguineis cinctâ fuisse comis) Notatio poetica eius quod fieri nequit. *ib virginis*)Scyllæ. *ib.Quadrupedesque homines*)Centauros.

87.*Tergeminumque uirum*)Geryonem.

ib.Tergeminumque canem)Cerberum.

ib.Serpentipedesq; gigantes)Anguineis pedib^o. δρακοντόποδας. *ibid.Semibouémque uirum*)Minotaurum.

ib. Innumeri montes inter me teque uiæque] Homer. ἐπειδὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ, Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα. *ib.Causis scribendo uincæ frequenter*) Literarũ frequentia. *tam mea &c.*

Hæc eleg.cohæret cum præc.in m.sc.

ib.tam mea cygneas imitantur tempora plumas) Canescunt.Periphr.

88.*Firmo me mihi ferre graue est*) Ire,incedere absq; scipione. *ib. Nunc erat*)Scil.tempus,Græca ellipsi. *ib.In studijs molliter esse meis*)Vacare studiis.

ib.Dominæ]Vxoris. *ib. Securus patria consenuisse mea*)Græca casua mutatio. *ib.Annos ponere*)Aeuum finire.Metaph.à ventis. *ib. Tarda senectus*] Ab effectu.Metalepſ. *ib. Donari iam rude*] Subleuari omni laboris molestia. A consuetudine gladiatorum emeritorum.Horat.1.Ep. Spectatum satis & donatũ iam rude. *ib.Peregrinum ducere cœlum*]In peregrina regione spiritum ducere. *ib.Non diuinante futura*) Non præsagn futurorum. *ib.Procul à metis*]Ab extrema senectute.Metaph.à curuli certamine.

ib.Delphos] Oraculum Delphicum & Dodonæũ. Metonym.

89.*Adamas*]Prouerb. figura:vincula adamantina de firmiss.vsurpantur:quibus apud Hom. Vulcanus Martẽ & Venerẽ irretit. *ibid vino pars est contracta malorum*]Culpæ meæ accepta ferenda est. Metaph.à morbis contagiosis. *ib.Emeruisse uirum*)Demereri: Augustum Diis parem placatum habere.

ib. Lethææ acta dabuntur aquis] Obliuioni tradentur,obliterabuntur. *ib.Tisiphonea*)Furialia & maligna.αἰζήνε:inuidiam & studium nocendi Tisiph. proprium. *ib.Induet infelix arma coacta dolor*]Dolor mihi præter voluntatem arma suggeret. γνωμολογία. *Sæpe tonus ielo quercus adusta uiret*) Prouerb. versiculus. *ib.Sitaque sine oculis proxima signa meis*]Septentriones,qui nunquam occidunt. *ib.Et nondum cornua sumsi*]Prouerb.figura Ita alibi:tunc pauper cornua sumit. *ibid.Circus adhuc cessat*] Nondum taurus in circo irritatur, quod fiebat obiectia hominũ effigiebus ex fœno effictis. *ibid. Cane Musa receptus*]Metaph.ducta à re militari.

90.*Sulmo mihi patria est,gelidis uberrimus undis*]Pelignor.metropolis. condita ante vrb. Rom. annis circit.c d. *ib.Consul*]Hircius & Pansa prœlio Mutinensi. *ib.Ordinis hæres*]Equestria dignitatis acceptæ à maioribus multis retro annis. *ibid. Lucifer*] Dies.Synecd. *ib. Hæc est armiferæ festis de quinque Mineruæ*]Secundus dies Quinquatr. hoc est XIII. Kal.April. Nam vt in Fast.ait: Sanguine prima vacat:nec fas concurrere ferro.

91.*Mæonides*]Homerus mendicus. *ib.verba soluta modis*]Prorsam orationem. *ib. Liberior fratri sumta mihique toga est*)Toga enim sumta vitæ liberioris initium erat,cùm antea sub pædagogis essent.

ib.Cum lato purpura clauo)Synecdoch. ἀκτινόφορος siue toga virilis,cui prætexta erat purpura.

ib.clauo] Cùm enim post sumtam virilem togam tunica vsus esset lati claui,recusata senatoria dignitate clauum restrictum siue augustum sumsit. Vide Manut.in quæsit.per epist.de tun.Romana.

ib.Sollicitæque]Ab effectu. 92.*Ponticus heros*] Ad Ponticum & Bassum extant elegiæ Propertij lib.1.

ib.Tenuit nostras numerosus Horatius aures] Propter varietatem metrorum carm.lyrici. *ib. Nec auara Tibullo*]Quæ ante diem rapuerunt Tibull. Ita alib. Optima prima fere manib.rapiuntur auaris.

ib.Thalia)Musa.Spec.pro genere. *ib. Nomine sub nostro fabula nulla fuit*) Nulla fui notatus ignominia propter amores.Idem 3.Amor. Fabula,nec sentis, tota iactaris in vrbe. *ib. Nouemque Addiderat lustris altera lustra nouem*]Natus annos XC. *ib. Matris proxima busta tuli*]Post patrem matrẽ extuli. *ib. Pœnæ*] Exilij. 93.*Et gracilis structos effugit umbra rogos*)Si anima cum corpore non crematur. *ib. Manibus hoc satis est*) Ad manes non opus est excusatione prolixiore. *ib.Antiquas miscuerátque comas*) Nigris canos admiscuerat. *ib. Pisææ uinctus oliua*) Qua coronabantur apud Pisas in Olym.certamine victores.

ib. Abstulerat decies præmia uictor eques) Notatio annor. L. nam Ouidio Olympias est quinquennis: cùm cætera quarto quoque anno exacto Olympia celebrarentur. *ib. Occultum stellæ*]Antarcticum.

ib. Conspicuúmque polum) Arcticum, qui Virgilio sublimis est vertex 1.Georg. *ib.Longísque laboribus*) Diuturnis. *ib. Tu dux & comes es:tu me subducis ab Istro*]Facis vt obliuiscar Istri.Ita in v. méque ipse reduco A contemplatu semoueóque mali. *ib.Ab exequijs*]Propert. Maiua ab exequiis nomen in ora venit. *ib. Qui detrectat præsentia liuor*] Viuorum laudibus obtrectat. *ib.Maligna*]Iniqua,inuida.

ib.Et in toto plurimus orbe legor] Scripta mea plurima leguntur.Meton. *ib.Non ero terra tamen*]In cinerem totus redigar,fama nominis mei superstite.

IN LIRVM V.

TALIS)Tristis. *ib.Materiæ suæ*)Fortunæ poetæ. 94.*Iuuenis & lætus*]Nondum exilio multatus. *ib. Caystrius ales*] Cygnus ad Caystr.amnem. Virg.1. Georg. -& quæ Asia circ. Dulcibus in stagn. rimantur prata Caystri. *ib.Ore suam deficiente necem*)Iam iam moriturus. Arist.9.de hist. anim. 95. *Sectos ad publica carmina flexi*)Carmina quæ publicaui,ad sodales direxi,ad eos scribendo. *ib.Materia*] Argumentum, hypothesia. *ib.Quot frutices syluæ,quot flauas Tybris arenas, Mollia quot Martis gramina campus habet: Tot mala pertulimus* Notatio infinitatia malor.hyperbolica. *ib.Pieridúmque mora*)διατριβῇ, Musarum tractatione. *ib.Modus*)Finis,moderatio.Virgil. Sed quia erit modus? *ib.Fati*)Fortunæ querentis.

ib.Tibia funeribus conuenit ista meis) Allusit ad funerum consuetudinem, in quibus nenia canebatur à tibicine laudes defuncti recensens. *ib. Exigis ut nulli gemitus tormenta sequantur*) Ab impossibili. *ib.Latonia proles*)Apollo & Diana.Vide libr.6.Metaph.

96.*Pæantius*)Philoctetes & Pæantis filius. Antonom. *ib.Strangulat*)Suffocat,coarctatione spirituũ in corde. *ib.At mala sunt*]αὐθυπόφορά. *ib: Stimulos subdere*]Calcar addere.

97.*Sollicitæ*) Anxia. *ib. Sufficit*)Est ferendis malis. *ib.Tempore*)Diuturnitate temporis:longa mo-

ra. *ib. Coitura* Coalitura. *ib. vulnus abanque datum*) Herculis sagitta hydræ veneno infecta. *ib. Dextra tulisset opem* Achillis scilicet. Propert.eleg.1.lib.2. hac ipsa cuspide sensit opem. *ib. Pleno de mare demae aquæ*) Antiqua declinatione, teste Priscian. Et est allegoria. *ib. Littora quot conchas*) Hyperbolica amplificatio. *ib. Icariæ aq.* Maris, cui Icarus nomen fecit. Vide 8.Metam. *ib. Vique mea casus* Præteritio.

ib. Traijcerer Aliò mitterer. *ib. Cruenta*) Capitalis. *ib. Esset, quæ debet, si tibi cura mei*) Si, qua par est, cura causam meam ageres. *ib. Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo* Opem mihi tuam negas. Allegor.

ib. viderit) Cæsar scil.

ib. Alloquar en abs. Hanc elegiã nonnulli coniungunt cum præcedente. quæ enim sequuntur, duntaxat ἀποστροφὴ ad Cæsar. complectuntur, quem poeta ab omnibus desertus se accessurum dicit, licet absẽtem: id quod deinceps facit inuocando eum tanquam numen.

ib. Sic ad pacta tibi sidera tardus eas) Hor. lib.1. Carm. Serus in cœlum redeas.

98. *Nec mea concussa est alys fortuna* Nec bonis mulctatus sum, sicut cæteri exules. Cicer. 5 Tusc.

ib. Edicto tuo) Augusti scil. non iudicio Senatus, iudicúmve sententiis. Idem lib.2. Trist. eleg.2. Et lib. 5.eleg.12. *ib. Gelido axe*) Boreali, Septentrionali.

ib. Pacif. Pax certa seu fida. Abstract. pro cõcreto. *ib. Zanclea Charybdis*) A Zancle Siciliæ vrbe. Synecd. *ib. Leucadij* Apollinis, qui Leucade colebatur. *ib. Tuboss* Tutiore loco. 99. *Nubila Parca*) Iniqua. Metonym. Horat. Quem tu Melpomene semel Nascentem placido lumine videris. *ib. Domesticis*) Parcæ dispensatrices fatorum. *ib. Omne sub arbitrio desinit esse Dei* Non est amplius penes arbitrium Dei, qui & ipse est fato obnoxius.

ib. Ipse quoque æthereas meritis muectus es arces Ἀπὸ ... ab exemplo Bacchi. *ib. Tam spacianem flumine Gangem* Ganges enim teste Strab. Indiæ fluuius maxim. omnium fluminum, quæ tribus continentibus memorantur, lib.15. *ib. Bis Genitus*) Idem alibi Satus iterum, & Bimater appellatur.

100. *Quem magna locutum Reppulit a Thebis Iuppiter igne suo* Notatio Capanei. *ib. Percussum fulmine*) Me poetam tuum Augusti ictu prostratum.

ib. Matris Semeles Iouis fulmine conflagrantis.

ib. Sic altera degrauet vlmum) Peculiaris huius vocalæ vsus in huiusmodi obtestatione. Tibull. lib.3. eleg.vlt. Sic sit tibi myst. vitis. Item eleg 3. buius libri.

101. *Attonito sono*) Baccharum sono: qui homines reddit attonitos. *ib. Coniugis*) Ariadnæ: quæ à Baccho inter sidera relata. Corona borealis dicitur, & Gnossia. *ib. Littera læsa meo est*) Nullius carmen notaui censura mea. *ib. Dextro* Propitio.

ib. Ostendi solem postulat ille sibi Prouerbial. allegoria similis illi: Soli lumen inferre. *ib. Nec frondem in silua*) Notatio hominis stupidi. *ib. Dy faciãt ut ...*) Recepta antiquitus precationum verba. Ita lib.4.eleg. 7. Dij faciant, vt sæpe tua sit epist. dextra Scripta. *ib. Numinis iram*) Augusti Cæsaris, quem iam dũ viuentem diuinis affecerunt honoribus.

ib. Menætiaden) Patroclum. *ib. Te quo comitante Orestem*) Pyladen. *ib. Aegiden*) Theseum. Prouerb. ἄλλος οὗτος.

102. *tu cris Attim ponit agro*) A loco præstantia notatur more poetarum. *ib. Non sinet ille tuos littus arare boues* Te operam ludere: ἀπαγορευτικῶς.

ib. Ipsa Epistola Nasonis.

ib. Laertius, Vlysses. Periphr. *ib. Longua fauens*) ... *fauens*. Et ita Paul. Fauentiam bonam ominationem interpretatur: & fauere, bona verba fari.

ib. Ardque gramineo viridis de cæspite fiat) Genio scilicet: vt apparet ex Tibullo. *ib. Candidus bacchenas*) Ita Tibull. Candidior semper, candidiórque veni. A natali enim petebatur, vt candidus veniret.

ib. Quæque grauis nuper plusquam quassata procella est) Fortuna mea nuper afflicta admodum. Allegor.

ib. Nube) Calamitate, aduersitate. *ib. Quos agit ipsa*) Ipsius annos, contracta quasi tabe à ... nctis.

103. *Aspice ut aura ...*) ab attestatione ominis. *ib. Quas exigit ignis*) Emittit, propellit.

ib. Consilio) Non temere aut fortuito, ...

ib. Fratribus) Eteocli & Polynici. *ib. Battiades*) Callimachus. *Herculis æquo*) Cõferendos, pares. *Sabeæ aduersis p.* ... virtutẽ spectari reb. aduersis. *ab Echione*) Thebanæ, ab Echione vno ex socijs Cadmi. *ib. Cur nobilis una est*) Alcestis Admeti vxor, Peliæ F. *ib. Prior alter*) Protesilao scilicet. *ib. Implerent uentis mea vela suis*) Si prospero fortunæ flatu vterer. *ib. Pylios*) Nestoris Pylo oriundi.

104. *Sarcina sum fateor*) Sum tibi oneri, quod non inficior. *ib. Neue tua sit minor arte fides* Ne minus velis quã possis, instar gubernatoris periti quidem, sed infideлis. *ib. Numquam Podalirius ægro* Aesculapij F Homer. Iliad.*ε*. *ib. Dextræ firma sit ara meæ*) Metaphora à fontibus, qui ad aras confugiebant.

ib. Iudiciumque meum) Iudicij de me tui existimationem. *ib. Notis malis* Ego ... mutata. *ib. Agamemnone natum* Orestem. Periphr. *ib. verba proterua* Maledicta, conuicia. *ib. Nec procul à uero est*) Nec à vero alienum est. *ib. Hoc est cum miseris solum commune beatis*) Beati hoc solum commune hab. cum miseris.

ib. Ambobus tribus) Amplif. ab exemplis eorum quibus præstari solet obseq. *ib. Quos præximo uerendo*) Notatio magistratuum ab adiunctis.

ib. virgaque cum uerbis imperiosa fuit) Fasces.

ib. Quo quereris Quod mihi obiicis. *ib. Gracili terrenas sub horrea ferre Limite formica grana reperta solent* Angusto calle. Et est comparatio hyperbol.

ib. vero Rei veritate. Concret. pro abstr.

ib. In littus arenas Prouerb. figura similia illi: Vlulas Athenas. *ib. Tumor* ... intemp. ... . Virgil. tumida ex ira tum corda residunt.

105. *Candida fortuna p.*) Prospera, felix Metonym.

ib. Male pacatis) Impacatis, inquietis.

ib. Corytos harctiam. Virg. Corytique leuea humeris. Græ. est γωρυτός q. χωρυτός. *ib. Lurida felle gerat* Supra modum pallida. Fest. à lura hoc est corio.

ib. vinctum Alligatum. *ib. Absit ab insulis & tamen umbra loco*) Anacoluth. vt mortuo saltem abesse liceat istinc, cùm viuenti non permittatur.

ib. Nil equidem feci Quo in theatro applausum captarem. *ib. Nomen in ora refert* Facit vt exulis nomen in ore hominum versetur. *ib. Deuoueo*) Verbũ vsitatum in execrationibus. In Ibin. Illum ego deuoueo. Metam.13. meúmque Deuoueas sine fine caput. *ib. Grata Caphaream currere puppe aquam*) Vbi saxa sunt Capharea. Virgil. Aen. Euboicæ cautes, vltórque Caphareus. Victor. libro 31.cap.12. Var.l.

ib. Curas & dare uerba meis) Curas fallere. à curarũ molestiis animum abducere. Lupi) Plaut. Homo homini lupus. *ib. verbis æquum*) Adiectiuum loco abstracti Græca consuetudine. *ib. Bracha*) Brachæ barbarum tegmen. *ib. E medio reddere uerba queat*) Communi sermone trita. ... lem 3. de art. Munda, sed è medio consuetáque verba puellæ Scribite.

106. *Commercia*) Vsum. *ib. Patrio* Romano.

ib. Sinistra) Inauspicata, infelicia. *ib. Neque ipse reduco)* Animum abduco. *ib. A contemplatu)* A cogitatione præsentis fortunæ. *ib. Quæ tibi res animos in me facit improbe)* Θυμὸν ἀέξει. Theogn.

ib. Nec metuis dubio Fortunæ stantis in orbe) Tibull. Versatur celeri sors lenis orbe citò. Globo enim insistentem Fortu. faciebant. *ib. Exosa uerba superba Deæ)* Nemesis insolentiæ vltrix, eadem Rhamnusia dicitur à Rhamnunte Atticæ oppido, vbi templ. habuit. *ib. Et tantum constans in leuitate sua est)* ὀξύμωρον, quale est, concordia discors, & insaniens sapientia apud Horat. *ib. Breuisque fuit)* ἀντίθεσις τῆς προτ... *ib. Citra scelus]* ἄνευ κακίας. *ib. Neque pudore)* Ignominiæ turpitudine. Consequ. pro anteced.

ib. Inuidia) Odio. *ib. causa grauiore]* Maiore delicto.

107. *O tua si sineres in nostris)* Optantis est, non exclamantis. *ib. Nomina)* Nomen tuum. Enall. numeri. *ib. Positus)* Positus à me. Enall. poetica. *ib. Sine te]* Absque tuo nomine. Synecdoch. *ib. Quid tibi deberem)* Quanto tibi essem obnoxius beneficio.

ib. Exul in amissa] Correctio rhetorica. *ib. Si tamen urbe legor)* Si libri exulis leguntur. Metonym.

ib. Serior ætas) Posteri. Metonym.

ib. Scripta uetustatem si modo nostra ferunt) Correctio. ... Ferre vetustatem dicuntur, quæ durant longo tempore. *ib. Vate)* Me. Enallag. partis & personæ.

ib. Facis accepto posse munere frui) Facis potestatem fruendi. *Naufragiumque meum)* Lucret. Suaue mari, magno turbantibus æquora ventis, E terra magnũ alterius spectare laborem. *ib. Semineæm)* Semimortuũ, Auxes. hoc est, vehementer afflictum. *ib. Argutis]* Doctis & elaboratis. *ib. Tenet)* Continet.

ib. Vtque canem pauidæ] ... duplici cupiditatem suam significat. *ib. Lege data]* Silentio sibi iodicto. *ib. Per titulum ueniat nominis ire cupit]* Nomen tuum meritis laudibus celebrare. *ib. Officio)* Gratitudine. *ib. Parce timere)* Noli metuere.

ib. Si non meminisse putares. Ellips. pronominis me.

ib. Hoc quod nõ prohibet uox tua) Quod tu mihi permittis. Isodynamia. *ib. Lumen uitale uidebo)* Vixero. Periphr. *ib. Seruiet officio spiritus iste tuo]* Animus promtus erit & paratus tuis officiis.

ib. Ter frigore constitit Ister) Notatio annorum triũ ab adiunctis: vel ea parte, ... *ib. Dardana quæ)* Annos decem exulare. *ib. De noctibus aufert]* Noctes breuiores reddit. quæ tum temporis sunt breues. *ib. Angustos dies* Breues, contractos, quales sunt dies brumalea.

108. *Tenet Euxinus mendax cognomine littus)* Cùm Axenum verè appellandum sit. *ib. De rapto uiuere turpe putant)* Met. lib. 1. Viuitur ex rapto.

ib. Simul uobis) ἅμα ὑμῖν. Græc. imitatione.

ib. In me aliquid) Contra me aliquid animo versant, quotiescunq; aliquid illis loquentibus vel abnuerim vel adnuerim.

ibid. Tam graue sidus h.) Tam infelici sidere nato. *ib. Quid loquor ah demens)* Correctio ... *ib. Per iurgia)* Inter iurgia. Ita Virgil. via secta per ambaa, hoc est, inter ambaa.

109 *Principis ira* Cæsar iratus. *ib. Mollior]* Mitior. *ib. Prius quàm* Antequam Cæsarem offendi.

ib. Quassa tamen nostra est, non mersa, nec obruta nauis] Allegor. quasi dicat, licet afflicta, non penitus prostrata est fortuna mea. *ib. Vitio]* Culpa.

ib. Tuta suis tudiæ causa mea est) Fauente, mihi non iniquo. *ib. Vt in mare)* Allegor. quasi dicat vt populi preces ad deum perueniunt ita meæ quoque

quorsum illius pars minima. *ib. Rem fortunam]* ... ad inimicum. *ib. Nomine mendaci]* Falsò me appellando exulem, cùm sim relegatus.

ib. Pectora nostra] Ingenium meum. *ib. Situ]* Desidia, ignauia. Metaph. *ib. Pacem mentis]* Animum pacatum. *ib. Exigu)* Ab absurdo.

ib. Inualido pectus mihi robore fultum) Qui corpore sum minus robusto & firmo. *ib. Anyti reo* Socrati, cuius accusatores fuerũt Anytus, Melitus, & Lycon. Idem. Pythagoran Anytique reum. *ib. Plus ualet humanis uiribus ira Dei)* γνώμη αἰτιολογική.

ib. Ille senex dictus sapiens ab Apolline, Socrates. Auson. Vir bonus & sapiens, qual. *ib. Admissi)* Delicti, quod aliquoties sibi pœna esse grauius dicit.

ib. timor] Hostium timor. *ib. Ingenium longa rubigine læsum)* Metaph. ducta à ferro. *ib. Paruo]* Exiguo ingenio præditus. Quantitat. pro qualitat.

110. *Contudit ingenium)* Fregit, imminuit.

ib Antiqui] Pristini. *ib. Animo dat gloria uires]* Idem alib. laudatáque virtus Crescit, & immensum gloria calcar habet. *ib. Dum tulit antennas aura secunda meas)* Dum prospera sum vsus fortuna. Alleg.

ib. Successus ut sequar ipse meos) Ingenij aspirantis successum. *ib. Tauri fabricator aheni* Periph. Vide Plin. lib. 34. cap. 8. *ib. Do pœnas artibus ipse meis)* Propter libros de arte. *ib. Carminis arma locum]* Hypall. quasi dicat armorum carmen, non amorum argumentum. *ib. Qui mihi accommodet aurem]* Aurem recitanti præbeat. Horat. accommodat aur. *ib. Non ullos ducere uersus)* Ducere versus Fabric. interpretatur cum difficultate aut molestia scribere.

ib. Traxi contagia corpore mentis) Animi ægritudine morbum corporis contraxi. *ib. Libera tormentis)* Vacua à dolore. *ib. Lateris cruciatibus uror]* Plinio pleuritis. *ib. ingentia pignora]* Magnam amoris tui significationem. *ib. Per numeros omnes]* Omnibus modis. *ib Remque piam præstas)* Officia tua mihi probas quibus potes. *ib. Verba negas]* Literas tuas. Synecdochice. *ib. Næuus erit]* Macula. Alleg. q.d. non erit quod in te requiram amplius.

111. *Pluribus acc.]* Accusarẽ te plurib. verbis, Enallage tẽp. *ib. Quod precor, esse liquet)* Vt falsò te accusẽ.

ib. Robur] Constantiam. A corp. ad animum.

ib. Cana prius gelido desint absinthia Ponto) Notatio poetica ... *ib. Non ita sunt fati stamina nigra mei* Non adeò sum infelici fato. Alleg.

ib. Sermoni deficiente die) Colloquiis nostris.

ib. Tacitas uoces) Muta colloquia. *ib. Peragunt linguæ charta manusque uices]* Linguæ munere fungantur. *ib. Finitur epistola uerbo)* Claudi solet. Sicut epistolarum principiis salutem adscribere moris erat, ita eas publico ac communi verbo, VALE, claudebant. *ib. Atque meis distent ut tua fata, uale]* Idem alibi: Fortunam præstent dissimilemque meæ.

ib. Monimenta libelli) Nominis & famæ memoriam.

ib. Detrahat auctori multum) De nominis mei existimatione diminuat. *ib. Fortuna* Exilij calamitas.

ib. In mæstos omnia abire rogos) Tota flãmis funereis absumi, fama nominis tui superstite.

ib. Perpetui fructum donaui nominis) Immortalitatis vsuram. *ib. Ad te non paruus uenit honoris onus)* Cum onere tutelæ meæ magnus ad te redit honoris fructus. *ib. Nunquam de te uox est mea muta)* Carmina mea nunquam tuas laudes silebunt.

ib. Persta) Persevera in proposito.

ib. Dum stetimus) Rebus meis saluis, probitas tua tantum reprehensione caruit absolutum: quæ nunc illis afflictis præclariorẽ se commendandi ad omnẽ

Posteritatem est adepta occasionem. Argum. à comparatis. *ib. Hic tua ponat opus*) In hac fortunæ meæ aduersitate aliquod specimen q. statuam illius sibi collocando. Metaph. à consuetud. ponendi statuas. *ib. Cùm Deus intonuit*] Cùm aliquid aduersi incidit. *ib. Quam non fortuna gubernat*) Quæ non fortunam sequatur. 112. *Maneat*] Perseueret constanter.

ib. Si tamen est] Si qua est quæ rectè factorum nullam aliam mercedem requirat, nisi virtutem ipsam. Claud. Ipsa quidam virtus precium sibi.

ib. Lætis ardua rebus adest] Excelso animo: non inclinata ad fortunam. *ib. Aspicis*] ...

ib. Penelopea fides] Penelopæ fides. Heterosis qualit.

ib. Hyphias iro rogos] Euadne, quæ in mariti rogum se proiecit. Anton. cum Periphr. *ib. Coniux Phylacea*) Laodamia. *ib. Nil opus est morte pro me*) Sicut Alcestidi, quæ pro marito suo Admeto mortem oppetere non recusauit. Vide Eurip. Alcest.

ib. Vela damus] Prouerb. figura, similis illis, currẽtem incitare, currenti calcar addere.

IN P. OVIDII NASONIS
DE PONTO LIBROS IIII.
GREGORII BERSMANNI
& aliorum doctorum virorum annotationes.

Numerus paginam denotat.

TOmitanæ r.] Tomi ciuitatis in Ponto: de qua plura lib. 3. Trist. eleg. 9. Periph.

ib. Iste locus) Ille. m. sc. & lib. duo.

ib. Nec tamen accedunt] Non. m. s.

ib. Sub lare] In ædib. hominis priuati. Metonym.

ib. Hos) hoc. *ibid. Componere*) Reponere, simul collocare citra vllius offensionem.

ib. Artes) Libri de arte. *ib. Quid ueniat*) Qui veniat. m. s. & lib. vn. *ib. Sic*] est. m. sc.

ib. Index) Inscriptio, seu titulus. *ibid. Quod ante*) Opere Tristium. *ibid. Dedi*) dedit. m. sc.

2. *Nec uos hoc uultis*) Nomina vestra exprimi.

ib. Nil impedit or.) Nulla lex prohibet.

ib. Antoni) M. Bruti carmina sunt in promptu.

ib. Deos contra] Contra Iul. Cæs. & August. quod fecerunt Brutus & Antonius. *ib. Cæsareo h.* Cæsaris honorifica mentione. *ibid. Et carmen demto nomine sume meum*) Accipe hos libros obliterato auctoris nomine. *ib. Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ*] Argumentum à comparatis, siue à minori. q. d. cùm in bello ramus oliuæ præferenti prosit propter signũ pacis, multò magis prodesse debet ipsum auctorem pacis prætendenti Auctorem aut. pac. dicit Augustum, cuius laudes hic celebrantur.

ib. Fert liber Aeneaden] Augusti laudes ab Aenea oriondi, propter Iul. Cæsar. qui ad Iul. Ascanium Aeneæ F. genus suum referebat.

3. *Ecquis ita est audax*) Et quis. m. sc & lib. vn.

ib. Iactantem] Iactatam. m. s. *ib. Cùm canit*] Dum.

ibid. Ab imperio fieri nil tale Dianæ) Dianam non dare in mandatis, vt sacerdos ipsius nomine stipem exigat: quæ tamen eiusdem nomine dari solet à cõsulentibus. *ib. Phrygijque foramine buxi*] Pro tibia buxea. *ib. Gentis Iuleæ*) Cæsareæ. *ib. Sacra*) sancta. m. sc. & libr. duo. *ib. Moneoque*) Moneóque loc. dare. m. sc. *ib. Locum date sacra ferenti*] Plaut. Curcul. Date viam mihi noti atque ignoti. Plutarch. in Graccho: Δότε τόπον ἀγαθοῖς. His autem verbis lictores & serui officiosi populum magistratib. & heris sui a via decedere monebant. *ibid. Laniger[æ]*) m. sc. lanigeræ. al. Niligenæ perper. *ib. Sedere*) iacere. m. sc.

ib. Hanc similem) huic. m. sc. & lib. duo: & rectè.

4. *Talia cœlestes*) Scilicet Dij: sicut Gr. ... qui & ... & .... *ib. Facto*) fato. m. sc.

ib. Magis est mihi culpa doloris] Cicer. Torquat. Nec esse vllum magnum malum, præter culpam.

ib. Dem) adimi. *ib. Mors f.* Mors præter criminis omnia tollit. *ib. Putredine*) teredine, & rectius fortasse.

ib. Aequoreos] Aequorei. m. sc.

ib. Scabra) Aspera, scabritiem afferente. Virg. Exesa inueniet scabra rubigine pila.

ib. Hoc Hæc. m. sc. *ib. Credent*) credant. m. sc. & lib vn. *ib. Mutabor*] Transferar in locum expertem Scythicæ immanitatis. *ib. Precor*) precer. m. sc. & lib. duo. & rectè.

5. *Qui tanti mensuram nominis imples*) Qui reb. gestis nominis adæquas magnitudinem.

ib. Quantus ac idere tecum) De quo vide lib. 2. Fastor. *ibid. Quæras*) quæris. m. sc. & impr. vnus.

ib. Auersa aduersa. m. sc. *ib. Hæc*] hoc. m. sc.

ib. Si quis) aliquis. *ibid. Audebo, & proprijs ingemuisse malis*] Hunc versum & sequent. non habet m. sc. fortasse librarij incuria omissos.

ibid. Culpæ) pœnæ. m. sc. & impr. vn

ibid. Dignum pœna cùm me grauiore fuisse) cùm me pœna dign. m. sc. minus contortè.

ib. Mihi) mea. m. s. *ibid. Qui mortis sæuo geminent ut uulnere causas*) Ferro scilicet & veneno letum afferentes. *ibid. Liniunt*) Inficiunt. *ibid. More lupi*) .... *ib. Loci faciem*) Locum: poetica circuitione. Ita Caci faciem pro Caco dixit Maro.

ib. Iners) Ab effectu: sicut & pigra.

ib. Corpora] pectora. m. sc. & impr. vn. & fortasse melius. *ibid. Saxea facta*) In saxum conuersa. .... Vide libr. 4. Antholog. epigr.

ib. Vos quoque felices) Apostrophe ad Heliades. sorores Phaethontis, in populos arb. mutatas.

ibid. Lignum] Arborem. *ib. Protinus ipsa suas*) ipsa Medusa. m. sc. & impr. vn. & rectius.

ibid. Sensu careamus amaro) Amaritudinis sensu Heterosis qualitatis. *ibid. Sic*) fit. *ib. Tityi*) semper Tityique iec. m. sc. *ib. Medicinaque publica curæ*) Qui-

vulgò curæ mederi solet. Idem lib. xi. Met. Somne quies rerum, placid. &c. *ib. Solitis malis*) nostris.

6. *Summa me terrent veros immitia visus*] Græc. est [illegible]

ib. In fera vincla manus) ad fer. m. scr.

ibid. ille] iste. m. sc. & melius fortasse: al. ipse.

ib. Liquescunt liquefiunt. m. sc. & Naug. & ita legend. *ibid. Solet*) liquet. Nauger. nec inscitè.

ib. Mollia naufragus littora posse dari] Fortunæ asperitatem mitigari posse. [illegible]

ib. Malè mutato] Infeliciter cum patria permutato.

ib. Gratus) Qui vales apud Augustum Imper.

7. *Pro misera fuga*) Pro misero exule. Hypall.

ibid. Magna tenent illud numen molimina rerum] Magnis occupato reipub. oneribus non vacat ad fortunæ meæ conditionem respicere.

ib. Non vacat Nec. m. sc. & melius.

ib. Oresteæ) Iphigeniæ Orestis sorori: de qua vide Eurip. Iphig. in Taur. *ib. Frigore c.*) Glacie concreuit.

ib. Dura meant celeri tergo per amnis equo) Per glaciē, quæ dorsi instar est. Virg. Dorsum immane mari summa. *ib. Quamque libet longis cursibus*) Quamlibet & long. Naug. *ib. Equus*) eques. m. sc.

ib. Quodque sitim didicere diu tolerare) Quódque sitim toler. diu didicêre.

ib. Ira viri mitis] Lenitas Cæsaris irati.

ib. Vt poterat at pot. m. sc. & bene.

ib. Sed neque cur morerer) Nihil morte dignum à me perpetratum. *ib. Et minus infestus*) Nec minus Naug. & rect. *ib. Merito parcior ira mea est*) Culpa: in malam part. *ib. Mitissimus ille est*) iustiss. ipse. m. sc. & libr. duo: nec malè alij, illustrissimus ipse est. Similiter pro salute Augusti orat lib. 15 Metam. Dij precor Æneæ comites, &c.

ib. Eant] eat. Naug.

ib. Ora resolue] Verba facito apud August.

ib. Petis ut benè fit) potes vt bene sim. m. sc.

8. *Malè*] mage. Atque ita legendum puto, vt sit pleonasmus: nisi malè idem sit quod parum.

ib. Getes) Geta. m. sc.

ib. subeam pacatius aruum] Pacatiore solo sepeliar.

ib. Est) [illegible] est. m. sc. omittitur.

ib. Si superest] Vsu recepta erant hæc verba: Si quis inferis sensus: vel, Si quis sensus in mortuis. Cic. Phil. 9. Si quis in morte sensus. Iustin. lib. 16. Si quis manium sensus est. *ib. Aequandi superis*) Diis comparandi. *ib. Quique suis homines pabula fecit equis*, Diomedes Thraciæ tyrannus. Idem lib. 9. Thracis equos humano sanguine pingues.

9. *Vincit* vicit m. sc. *ibid. Possit*] posset. m. sc.

ib. Ciuium bella] Bella ciuilia.

ib. Sera] manu. m. sc.

ib. Fuga nostra) Exilij mei locus.

ib. Festa solebat) Epulis solénnibus.

ib. Mensa) [illegible]

ib. Duxi) dixi: minus probè.

ib. Ad ignes] Amores: siue tedas, quæ nubentibus præferebātur. *Domino qui n.*] Notatio libror. de arte.

ibid. Nonnunquam] non nonquam. m. sc.

ib. De nostra domo est) Ex Maximor. familia.

ibid. Est inter comites] Inter comites suas accensuit. actiua significatione. *ibid. Marcia*) Maximi vxor: ad quem hæc scribuntur: Marcij Philipp. F. vitrici Augusti. De Marciorum orig. vide Plutar. Num. *ib. Ipsa sua melior fama*) Nam vt in 4. Fast. ait: Casta quidem, sed non est credita: rumor iniquus Læserat.

10. *Laudantibus ipsis*) Probantibus eam Marcia & & Cæsaris matertera.

ib. Claudia) Clod. à m. sc.

ib. Diuina opus] Testimonio seu absolutione Cybeles à suspicione.

ib. Est) [illegible] Est. m. sc. omisit.

ib. Vestrasque amplectitur aras) vestras compl. m. sc.

ib. Iure venit cultus ad sibi quisque Deos) [illegible] *ib. Pæantius*] Philoctetes Pæantis F. Periphr. [illegible] *ib. Nec*] Non. m. sc.

ib. Nostro de pectore curæ] nostræ de gurgite. m. sc.

ib. Ducetur) Inducetur, obducetur. Enall. figur.

ib. Docta] medica. m. sc.

ib. Aquas] aquas?

ib. Nodosam podagram] Podagra enim cùm in nodos transiit, incurabilis est.

ib. Nec formidatis auxiliatur aquis] Hydrophobiæ ex morsu canis rabidi ortæ. Vide Mercurial. lib. 1. Var. lect. cap. 2. *ib. Nulla est medicabilis arte*] Nulla medicab. arte est. manu scr. alij [illegible] est prorsus omittunt. *ib. Attenuanda*) extenuanda. m. sc. probè.

11. *Firmarunt*, Confirmarunt, corroborarunt.

ib. Sumtaque sunt nobis pectoris arma tui] Animum mihi sumpsi, cuius magnitudine armatum est pectus tuum.

ib. Quod tua fecerunt scripta) Consolationem infringit, quam mihi scripta tua attulerunt.

ib. Sed nisi sine hoc. m. sc. & impr. vn.

ib. Ithaca) Vlyssis, qui patriæ suæ conspectum immortalitati anteposuit. Cicer. 1. de Orator.

ibid. Fumum de patrijs posse videre focis) Homer. [illegible] Vide adag. patriæ fum.

ib. Ducit, Nectit. m. sc. al Detinet immem.

ib. Quid melius) [illegible] forma quadam inductionis. *ib. Roma*] Roma est. m. sc.

ib. Illa) ista. m. sc.

12. *Sint*) sunt Micyll. legendum suspicatur: Cum bene sit clausæ, hoc est quamuis bene est lusciniæ cauea inclusæ. *ib. Ex pectore nostro*) è pect. m. sc. & impr. vn. probe *ib. Fomentis*) Consolationib. Metaph. à re medica. *ib. At puto quæ*] Ironia, cui accommodatum est verb. puto.

ib. Fueram genitus) genit. fuer. m. sc.

ib. Extremis) extremis. m. sc.

ib. Solibus) Radiis solaribus.

ib. Vendicet] vindicet. m. sc.

ib. Sagittis) satissa. m. sc. & impr. duo: inter quos est Nauger. *ib. Casum*] casus. m. sc. Intelligit autem exilium. Synecdoch. Vide consolat. Carment. 1. Fastor.

ib. Rutili) Rutilli. m. sc. est autem [illegible] in vtroque.

ib. Virum) P. Rutilium: de quo Valer. Maxim. lib. 2. cap. de Maiestat. & Senec. lib. 6. de benefic.

ib. Smyrna minus) Pæne minus null. Smyrn. per. m. sc.

13. *Cynicus Sinopeus*) Diogenes Cynic. patria Sinopeus. de quo vide Laer. lib. 6.

ib. Neoclides] Themistocles, qui Xerxem profligauit. de quo vide Plutarch.

14. *Pirenida*) Corinthum, in qua fons Pirene diuersa duo maria prospectans. Plin. lib. 4. cap. 4.

ib. Quo duce trabs Colcha] Iason dux Argonaut.

ib. Sidonia mœnia] Sidonem Phœnic. vrb. Vide lib. 3. Metam. *ib. Veneri gratum humus*) Cyprus insula.

ib. Persequar) Prosequar. m. sc.

ib. Arnis] ex bis. m. s. non malè.

ib. Quæ fiat ex dictis non in malis tuis) Quæ suis cõsolationibus non potest mihi exilij dolorem adimere. *ib. Sanare* seruare.m.sc.

ib. Iuuet]valet.m.scr. *ib. Perditus æger*] Desperatus, deploratus, quem attingere inconsultum est medico. Gal. comm. super 2. Aphoris. 29.

ib. Hæc)hoc.m.sc. *ib. Sim*)sum. m.sc.& impr.vn. & Ald. *ib. Vt tamen hoc ita sit*. Etsi sanari nequeam.

ib. Munus tua grande uoluntas) Voluntas tua mihi instar est magni muneris. *ibid. Consulisque, bono*) consuluitque.m.sc.

15. *Iam mihi deterior canis aspergitur ætas*]. Aetatis progressu canesco. Hypall.

ib. Iamque meos uultus rugæ seniles arat) Sulcos in cute corrugata ducit. *ib. Cognoscere*] agnoscere. m. sc.& Naug. *ibid. Per longos a.*) Ad annotum numerum exigat.

ib. Pylio fido.m.sc.

ib. Quæ nunquam uacuo solita est cessare nouali) Virgil. 1. Georg. Alternis idem tonsas cessare nouales.

16. *Cogor & esse*]cogit & esse senem.m.s.& Naug. rectè.

ib. Otia corpus alunt]Hipp. 2. Aphor. 48. Quies lassitudinis remedium est.

ib. Aspice in has partes] Anthypophora, qua occurrit vxoris obiectioni de Iasone in Pontũ profecto.

ib. Quod)quia. *ib. Minórque*] minórque est.m.sc.

ib. Ille est in Ponticum Pel. αὔξησις laborum vtriusque amplificatio. *ib. Timet*) tremit. m. sc. & lib. Naug. *ibid. Aemonia*) Thessalia, vnde soluit Iason.

ib. Primos telluris Achiuæ) Arginos delectos viros. Enn. *ib. Deseruere*]destituere.m.sc.

ib. Firma]sacra.m.scr. *ibid. Amyntore*) Agenore.m. sc.& lib.edit. *ib. Sequerérque*]sequererve.m.s.

ib. Furtiuæ iuuere Cupidinis artes) Medeæ artes, quæ Iasonis amore capta clàm patre consilium & operam illi suppeditabat. *ib. Opus*) onus.melius.

ib. Dij faciant) Ita Propert. lib. 2. eleg. 7. Dij faciant isto capta fruare viro. *ib. Possim*]possem.m.sc.

ib. Comis)genis.m.sc. *ib. Dolores*)labores.

ib. Memori debita ferre manu) Ita Tibull. libr. 4. quũ debita reddet Certatim sanctis lectna vterque focis. *ib. Memnonis hanc utinam* Aurora. Periphr. per relationem. *ib. Cæsare*)principe.m.sc.

17. *Capiant uitium*) Corrumpantur.

ib. Sic mihi] Et mihi.m.sc.& lib.vn.probè.

ib. Dicendi al. dictandi bene.m.sc. ducendi. q. l. discenti. *ib. Inertia sim*] Otij & desidiæ ignauia.

ib. Coacta manu mouente.lib.duo.

ib. In duros] ad dur.m.sc.

ib. Versus]versum.m.sc.& lib.plet.

ib. Cùm relego]Cúmque lego.m.sc.

ib. Iudice digna lini) Deleri, induci. Emendare quã scribere laboriosius. *ibid. Lima*] Lima accuratius polire meos versus. *ib. Vt*) Et.m.sc.

ib. Parum nisi) Allegoria ironica. q. d. parum me angit fortunæ meæ aduersitas, nisi curam coræ addam. *ib. Lycus*) Lychua. *ib. Colla perusta boues*] Iugo attrita. Metaph. *ib. At puto fructus adest*] Anthypoph. εἰρωνικῶς. *ib. Quid* quod.m.sc.

ib. Neget)neget. *ib. Vocis* Sermonis, Synecdoch.

18. *Cum sim*]toties cùm sim m.sc.

ib. Damnosa) Infrugifera. *ib. Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum*] sua quemque studia delectant. Vide adag. Suum cuique pulcr.

ib. Eiurat) enitat.m.sc.minus probe [illegible]

ib. Non utile Inutile. κατ' [illegible]

ib. Magis utile] [illegible] *ib. Tis* hia. m. sc. & impr. duo. *ib. Illis* istis. *ib. Mea reddit humus*] modò reddat ager. Nauger. edit. & forte rectius.

ib. Acuat. Studium excitet. Idem, Ingenio stimulos subdere fama solet.

ib. Verear, vereor.m.sc. *ib. Forsitan audacter faciã*] Correctio ἐπανόρθωσις. *ibid. Ingenio* Ingenium.

ibid. Quid Quo. m. sc. *Ibid. Quem fortuna dedit, Roma sit ille locus*, Prouerb. versiculus.

ibid. Dei) dij. *ib. Pennis deficiente*) Alis deficientibus. Enallag. num. lassus. 19. *Transilysse*) transiluisse. m.scr. quod Prisc. quoque probat.

ib. Quicquid est mirabile) quicquid mirab.m. scr. Si quid in ea est admiratione dignum.

ib. Calida Syene) Quia sub tropico æstiuo collocata est.

ibid. Indicus aq.) Mare indicum. *Tingit*) pingit.m.s.

ib. Quid inde. Quid ex illa laude vtilitatis ad te perueniet.

ibid. Feres]feras. *ibid. Melioribus*] mediocribus.m sc.& lib.vn. *ib. Famaque cum domino fugit ab urbe suo*] Nominis claritatẽ simul cũ patria amisi.

ibid. vósque quibus perij) Apostrophe ad amicos quos exilij sui oblitos esse innuit.

ibid. Meruásque licet] meruas licet o Gr.m.sc.

ibid. Nec minus] Nec mens à stud. Micyll.

ibid. Ista]illa.m.sc.& lib.vn.& Ald.

ib. Artibus ingenuis] τῇ παιδείᾳ. Vide Gell. lib. 3. cap. 15. Platon. lib 3. de repub. in fine.

ib. Quàm] Qua. alij Quum. Videtur autem Quàm hoc loco idem esse quod quantũ sicut & Græc. ὡς.

ib. Primum potui]potui primum sent.

20. *Alloquióque iuuas pectora nostra tuo*) Consolatione. Catul. Qua solatus es allocutione.

ib. Tutum est, peccat]tutum pecc.m.sc.

ib. Tractari] Contrectari, palpari, attingi.

ib. Qualiscunque] Qualiacunque.m.scr.

ib. Coire uelit, Coalescere, cicatricem obducere.

ib. At) an. m.sc.& lib.vn. *ib. Est*]est?

ib. Pœna mentis]menti pœnæ.m.sc.& lib.vn.

ib. Hæc Dea, cùm fugerent sceleratas numina terras] Theocr. [illegible] &c.

ib. Hæc facit, ut uiuat fossor quoque compede uinctus, Liberáque à ferro crura futura putet. Hæc facit] Tibul. lib. 2. eleg. vlt. Spes etiam valida solatur compede vinctum, Crura sonant ferro, sed canit inter opus. *ib. Relinquit*) reliquit.m.sc.& lib.duo. *ib. Dolorem*] laborem.m.sc.

ib. Arguit] Arguit.m.sc, hoc est reprehendit.

ib. Quidq; facis? lacrymis opus] Quid facis, hinc lac. m.sc. *ib. Sanguine*]funere. *ib. Qui*] Quem.m.sc.

ib. Confer & in uotum tu quoque uerba meum] Idem lib. 4. eleg. 9. Vota precor votis addite vestra meis.

ib. Mouere] monere.m.sc.

ib. Nam prius incipient turres uitare columbæ] Notatio poetica τὸ ἀδύνατον. *ib. Malè se præstet*] Male se gerat, difficilem se præbeat erga me. Enall. person.

21. *Et quis*] Et quis.m.sc.

ib. Qui precor esse tuus] tuus esse precor, m.sc.

ib. Getica) Geticæ vnde hæc venit epistola.

ib. Abesse) habere. m.sc.

ib. Nos satis] Non. m.sc.& lib.vn.minus recte.

ib. Pomis]pomo.m.sc. *ib. Cessat*]cesset.m.sc,

ib. Vt populo) Sicut in populo, cuius instar est turba clientum tuorum. *ib. Vtque sit hoc uerum*) Idque sic vt ver.m.sc.al. Vtque sit id ver.

ib. Nil demis laudi gloria nostra tuæ) Si me tuum amicum fuisse glorier.

ib. Notus) notum. m. sc. & lib. duo.

ib. Eris) eras. m. sc.

ib. Atria si nobis non patuisse negas] Aedes tuas mihi patuisse, quum te mane salutatum venirem.

ib. Neque tibi fuerit mecum Nihil tibi amplius mecum familiaritatis intercesserit.

ib. Nihil amplius vno] nil. m. sc.

22. *Quantus in Atridis*) Inter Agamemn. & Menelaum. *ib. Tyndaridisque*] Castorem & Pollucem.

ib. Si minus) Sin. *ib. Illa* ista. m. sc. probè.

ib. Nulla potentia vires) Nullius potentia hoc efficere potest, vt amicus alterius cuiusdam non delinquat: vel, alterius culpam præstare potest.

ib. Ne quid) ne qua. m. sc.

ib. Ne quid peccet amicus) peccét ne quid.

ib. Relegati) relegari. m. sc. & probè.

ib. Hoc uidit hæc. m. sc. *ib. Quaque*) Quámque.

ib. Quáque] quámque. m. sc. *Modicè*) modico. m. sc.

ib. Nec ademit posse reuerti] Potestatem reditus in patriam. Græcism.

ib. Quid enim mirabile) Aristoph. καὶ θαυμά γ' οὐδέν.

ib. Ipse suas quantas vires inhiberet Achilles) Non totis viribus eam emitteret.

ib. Istius Pelias hastæ dabat Achillis hasta. forma patrony. à Peleo sic dicta, qui eam Achilli donauit, donatam sibi à Chirone: siue à Pelio monte, vbi cæsa fuit. Iliad. π. *ib. Vindicas*) iudicis. m. sc. *Tua me ianua n. n.*) tua sit ian. clausa mihi. m. sc.

ib. Cur tua me ianua nosse neget) Domus. Ex parte totum. *ib. Sed fuit in fatis hoc quoque*) Vt minus, quàm par erat, illam colerem siue frequentarem.

ib. Credo) crede. m. sc. *ib. Nec tamen*) Non. m. sc.

ib. Hic illic Passim in domo vestra obuersabar.

ib. Quæque tua est pietas) Quæ tua est erga fratrem φιλοστοργία.

ib. Ius aliquod tecum fratris amicus habet] Aliquam amicitiæ coniunctionem.

ib. Quid Quidque quod em. m. sc.

ib. Permissis) permitiss. m. sc.

ib. Quid) quod. *ib. Optes* optas. m. sc. & libr. duo.

ib. Vt des, quam reddas plura) Vt plura in alios conferas beneficia, quàm ab aliis accipias.

23. *Idque facis, quantumque licet meminisse solebas*] Vt plura scilicet des quàm accipias.

ib. Officiis, Officij. m. sc. & lib. plerique. *ib. Causa pluribus esse dati*) De pluribus bene mereri.

ib. At meruisse dole] ἰανθῆναι.

ib. Roges roges. Post datam autem & acceptam salut. trita erat hæc interrogatio, Quid agis? Plaut. Care Salue, quid agis?

ib. Deque tot expulsis sum) Vrbe eiectis, exulantibus. *ib. Miles in exule solus*) Cum exule, hoc est miles pariter & exul. *ib. Néque*) nec. m. sc.

ib. Cætera turba latet) Cæteri exules.

ib. In procinctu) In apparatu bellico, in expeditione. *ib. Creditur*] credimus. *ib. Ipsis*] ipsi. m. sc. Ita in I. Fastor. Orta prior Luna, de se si creditur ipsi.

ib. Condidit. & proprio nomine dixit opus) Vrbem à se conditam Aegypsum appellauit. *ib. Hanc*) Vrbem scil. Aegyps. ἐπώνυμον. *ib. Ferus*) trux.

ib. Ille necans) ipse. m. sc. & libri plerique.

ib. Quod & præstat) Id quod facit. *ib. Roma*) terra. m. sc. 24. *Quattuor autumnos Pleias orta facit*) Annos quatuor. Synecd. Intelligit autem ortum Vergiliar. vespertinum siue ἀκρόνυχον. *ib. Atque domo*] Déque m. s. prior I. Atque mendosè. *ib. Et Euripi*) quoq; Eur. m. sc. *ib. Virgineúsque liquor*) Virgo aqua: de qua 3. Fast. eandem & Virgin. aquam appellat. Vide & Plinium lib. 31. & libeat. *ib. Non meus*) nec. m. sc.

ib. Solo) loco. m. sc. minus bene.

ib. Montibus) collibus. m. sc. & impr. vn. & melius.

ib. Flaminiæ Claudia iuncta uiæ) Via Claudia Flaminiæ contigua. *ib. Ad sata fontanas*) Irrigare semina.

ib. Si numine nostra quoque consita quædam) Propter animam vegetatiuam, quæ est in plantis.

ib. Non &) sunt. m. sc.

25. *Ipse ego pendentes*) Imitat. Virg. Eclog. 1. Dumosa pendere procul de rupe videbo. *ib. Ipse ego*) Sæpe. m. sc. *ib. Capulum*) Stiuam. *ib. Moderatur*) moderatus. m. sc. & lib. duo. probe. *ib. Mota*) Arata.

ib. Quas sitiens] iam sitiens quas. m. sc.

ib. Hoc) hæc. m. sc. *ib. Hostem*) hostes. m. sc.

ib. Neruuntfatales fortia fila deæ) Vitam nullis aduersitatibus obnoxiam. *ib. Te modò Campus habet*) Per campum, Martius indicatur: per porticum Pompeia: per forum, Romanum. *ibid. In arma*) ab vrbe. *ib. Optes* optas. m. sc. *ib. Moderantius*) moderatius. m. sc. probe. *ib. De rapto*) Morte sublato.

ib. Quodque nefas dictu) dictu est, fier.

ib. Extinctum) Mortuum: ex opinione eorum qui animam putarunt esse ignem. *ibid. Liquida*) Incorrupta, pura. *ib. Densius*) Frequentius.

ib. Isti) illis. *ib. Summa* Postrema.

26 *Concidit*) Decidit. m. sc. *ib. Fortunæ*) Non secutus fortunam. *ib. Nec*] non. m. sc.

ib. Amplexu] amplexus m. sct. *ib. Ipse*] vsque. m. s. & lib. plerique. *ib. Promtas in mea fata manus*] Paratas ad consciscendum mihi mortem.

ib. Vox tamen illa fuit celeberrima, Præcipuè memorabilis. *ib. Modòne* tu ne. m. sc. & lib. duo.

ib. Longæuus sibi dante uiæ Potestatem sibi faciente. *ib. Nec* non: m. sc. *ib. Cùm fugerem*) In exilium irem. *ib. Ipse* ille. m. sct. *ib. Venturi* Posteri. ἐσόμενοι.

ib. Quod possum Geticis Geticis possum. m. sc.

ib. Atque) m. sc. Nánque. al. Aque: & rectius fortasse. *ib. Et magno funus honoris*) Funus satis amplum faciendum curauit. Seru. *ib. Fudit amoma sinus*) vertit aroma. minus rectè. *ib. Quæ* quod. m. sc.

ib. Et nos extinctis annumerare potest) Me relegatum, vt qui ciuiliter sim mortuus.

27. *Et* Sed. lib. duo. *ibid. Peragit solitis uena teneris iter* Arteris fungitur suo pulsu: καθαρεύει.

ib. Os hebes est, positæque mouent fastidia mensæ Dentes sunt obtusi ad incidendum cibum. Synecd. Siue palatum stupore affectum est. *ib. Nectar & ambrosiam*, Martial. Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit. *ib. Latices*) Illecéque. m. sc.

ib. Grata ignsua: al pulchra. *ib. Iuuenta*] Puellam, sc. mendosè. Intelligit enim ἥβην, quæ Latin. Iuuentas & Iuuenta dicitur, pocula Ioui ministrantem. Iliad. δ. *ib. Non tamen* Nec. m. sc.

ib. Iste ille. m. sc. & lib. duo. & probè.

ib. Stabit & in stomacho pondus inerte diu Non concoquente cibum: inefficace. *ib. Cuiquam* cuiuis.

ib. Delicias ne mala nostra uocet] Fastidium illud cibi τοῖς ἀσώτοις. *ib. Scilicet*) Ironia.

ib. Is status est hic. m. sc. *ib. Is quoque, qui gracili cibus est in corpore, somnus*] Corpus instar cibi nutrire solet, cibum optimè concoquendo. *ib. Officio corpus manet suo*) Ieiunium. *ib. Possis* posses m. sc.

ib. Permanet permanet. vitios. *ib. Membráque sunt cera pallidiora noua*) Prouerbial. hyperbole.

ib. Lyæo Vino: Metonym. vini mercatoris potu.

ib. Quòd quàm. lib. duo. *Bibantur*] bibuntur. m. sc.

ib. *Quæ mihi semper adest*] continuúsque labor. m.sc.

ibid. *Hanc*) Nec. m. sc. vitiose. *ibid.* *Mæsta*) nostræ. m. s. & lib. duo. *ib.* *vos estis fracta tellus non dura fasello*) ἀναγεννῶν hoc est, vos exulem me subleuatis auxilio vestro.

ibid. *Quia semper*] semper quòd eg. m. sc.

ib. *vestros*] patrios. m. sc.

IN LIBRVM II.

CAESAR Et] Tiberij de Illyrico.

28. *Fortuna verba denique mea*) Miseriã meam fefelli subita lætitia. 29 *illa* vlla. *ib.* *velle potest cuius hæc tamen vna dari*] Hæc sola tamen non debet cuiquam inuidere.

ib. *Vetat*) vetat. *ib.* *Rigat*] iuuat. m. sc.

ib. *Numen*) Cæsarem bonos pariter & malos sua victoria exhilarantem. Allegor. *ib.* *Pro parte mihi*) κατὰ τὸ ἐπιβάλλον μέρος ἐμοὶ ἐμὴν ἐπιβάλλον. *ib.* *Grata Fama tibi*) Apostrophe ad Famam. κατὰ [illegible].

ib. *Per quam*] Cuius nuntio. *ib.* *Latu*] vastia. m. sc. & lib. duo: atque ita fortè legendum.

ib. *Multis lucibus*) Diebus. *ib.* *Nubibus*) Nubilus.

ib. *Cum populi vultu conueniente die*) Populi hilaritatem imitante cœli serenitate. *ib.* *Bellica laudatis dona dedisse viris*] Donatiuum seu congiarium.

30. *Felix adiectum plausibus omen*] Boni ominis causa plausum esse datum ingeminando io triumphe. *ib.* *Lactatis* rotatis. libr. duo.

ib. *Veros imitantia muros*] versos. m. sc.

ib. *Cum vultibus* pictis. m. sc.

ib. *Et in altas pressura siluas*] in latis pascua syluis. m. sc.

ib. *tunctas*) mista. m. sc. *ib.* *Triumphorum*) trophæorũ. m. sc. & libri. *Sol incenderat*) Solis fulgor illustrauerat, vt ardere videretur. *ib.* *Captiuis*] captiuos. m. sc. & & lib. vn. *ib.* *Tulere*] tulerunt. m. sc.

ib. *Cur ego posse negem minus mihi*] non sperem min. m. sc. *ib.* *Cæsaris*) numinis.

ib. *Huc* hic. m. sc. & lib. vn.

ib. *Germanicus*) [illegible] ad German. Tiberij F. adoptiuum & ex fratre Druso nepotem: de cuius expeditione in Germaniam, & opidis ab eo captis itidem se rumore accepisse scribit.

ib. *Esse*] isse lib. duo.

32. *Nec muri mole*] non. m. sc.

ib. *Nec satis ingenio tuta fuisse loci*) Natura loci, quippe in montibus sita. Vel incolarum calliditate. Metonym. *ib.* *Quod precor eueniet* Tibull. Euentura precor. Interdum enim hoc sibi sumebant & adrogabant, vt euentura affirmarent quæ precabantur.

ib. *Nam*] Et. *ib.* *Tarpeias scandere in arces*] Capitolium: vel à Tarpeia virg. arcis proditrice, vel à duce Tarpeio. Propert.

ib. *Pater nati*] Tiber. Imp.

ib. *Ante* ipse. m. sc.

ib. *Hunc* ecgo. m. scr.

ib. *Quoque carminib.*) Sicut bunc Tiberij.

ib. *sufficiat* Sufficiet. m. sc.

ib. *Tua laurea*) Corona ex lauro, quæ conferebatur triumphatoris, in templis dicanda.

ib. *sinistra freti* Sinistram Ponti regionem. Idem 3. Trist. Et Scythici verè terra sinistra freti.

ib. *Mea verba*) Literas meas, vel carmina mea.

ib. *concepi*) In animum induxi. Alludit ad Fabul. Gigantum, de qua in 1. Metamorph.

32. *Enceladi dementia*] Enceladi dementia. Hypallag.

ib. *Tydidæ*) Diomedis, de quo vide Iliad. ε.

ib. *Ausa fit*] Post hunc versum. m. scr. inserit seq. duos versus. *ib.* *Quaque tua est pietas in totum nomẽ Iuli*] Erga omnes ex Iuliæ gente ortundos, qui sunt Cæsares. *ib.* *Myso Pelias*] Telepho. m. sc. fortasse ex glossa. Alioqui enim quantitas repugnat.

ib. *Templi violator*) Sacrilegus quispiam.

ib. *Dixerit hoc aliquis tutum non esse*] [illegible].

ib. *Fortuna miserrima*] Miserrimorum quorumque fortuna minus est periculis & casibus exposita.

ib *Nostra*) tuta est. m. sc. & lib. duo: & rectius fortasse. *ib.* *Euenens deterioris*) Miserioris fortunæ.

ib. *Præter fata*) Præter fatorum aduersitatem expectat. *ib.* *Requirit*) requirat. m. sc.

ibid. *Sæpe creat molles aspera spina rosas*] Ita legitur in nostro codice, in quo etiam sequens extat hexameter. Merula pentametrum duntaxat ex suo vetustissi. exemplari retulit.

ib. *Porrigite ad spinas duráque saxa manus*] E duob. scilicet malis eligendo quod est minus.

ib. *Accipitrem metuens*) Accipitrémque timens. m. sc.

ib. *Ales*] Columba. Genus pro specie. *ib.* *In*] Ad.

ib. *Fauens*] fouens. m. sc. *ib.* *Non ubi Tarpeio*] Ioue Capitolino. *ib.* *tam prope depositus*] Desperatus non Marc. *ib.* *Seruor*] seruer. m. scr.

33 *Rebus lapsis*) lapsis rebus. m. sc.

ib. *Præstat*] præstet. m. scr. & lib. vn.

ib. *Veru*) reis. m. sc & lib. plerique.

ib. *illa*] ipsa, al. ista.

ib. *Adoro*] hoc est oro. Enallag. Virg. volens vos Turnus adoro. Propert. maneat sic semper adoro.

ib. *Num tamen*] Non. m. sc.

ib. *Origine* imagine. m. sc.

ib. *Monere*] monere. lib. duo.

ib. *Non contrectari tutius esse puto*) hoc tractari minus aptè. *ib.* *Curabile*] narrabile: m. sc. tractabile.

ib. *Obruere*) Tegere & sepelire.

ib. *Face*] fac. m. sc. *ib.* *Remiserit illas*) Relaxauerit, exporrexerit prius contractos q. curarum nube.

ib *Terras imperiumque mouens*] Terrarum imperiũ & dic. *ib.* *Sua puluinaria seruat* Templa. Synecd. Puluin. enim erant lectuli, qui in templis sternebantur diis. *ib.* *Promouet imperium filius*] Tiber. Liuiæ F. & Augusti per adoptionem.

ib. *Ausonium*) Ausoniũ imperiũ. m. sc. & lib. duo.

34. *Præterit ipse*] Anteuertit, excedit virtutis claritate, animi magnitudine. Ita alib. Ingenium cœleste suis velocius annis Currit.

ib. *Nec* Non. m. sc.

ibid. *Drusi* Tiberij ex Agrippina filij.

ib *charósque nepotes*) natosque nepotum. m. sc.

ib. *Pæonas* Pœnos. m. sc. mendosè.

ib *Adde quieti* Ad tranquillitatem P. R.

ib. *Subdita montanæ brachia Dalmatiæ*) Deuictos Dalmatas. *ib.* *Abiectis Illyris armis*) Illyria ad pedes Tiberij se abiicere. *ib.* *Ille* Ipse. m. sc. & lib. pler.

ib. *Super currum*] curru. m. sc. *ib* *Phœbea virgine*] Daphne siue lauro. *ib.* *Fratribus assimilis*) Castori & Polluci, quorum templo vicinum fuit Iul. Cæsaris:

ib. *Lætitiæ primum*] Primum lætitiæ. m. sc. & lib. 2.

35. *Quicquid ab his superest*] Reliqua ciuium multitudo. *ib.* *Erit*] eris. *ib.* *Hanc*) Hunc. *ib.* *Per quam*) quanqua . m. sc. al. per quem. *ib.* *Iuncta gulis*) vincta. m. sc. & lib. pler. bene.

ib. Hac aula)hæc.m.fc.

ib. Gratia blanda)Blanditiia,vel blanda prece Cæfarem ambiat,vt in alium ego locum transferar.

ib. Artibus exceptis)Libris de arte amandi.

ib. Domui]Familiæ.

ib. Superni]fuper bis.

ib. Tui]tuis.m.fc,

ib. Scythici de feritate loci)Scythica.m.fc.

36. *Difficile eft*]Ita alib. Ardua molimur, fed nulla nifi ardua virtus.

ib. Accipiet voces Antiphatéfue tuas] Exorandus tibi eft. *ib. Sed placidus, facilifque parens*] facilia placidúfque pat.m fc. *ib. Sine igne minae*]Sine iræ acerbitate & fæuitia in fonrea animaduertit. Allegor.

ib. Non liceo)Nec. *ib. Deos*]deoa:Quos.

ib. Hac fer)peifer. *ib. Verba*]vota.m.fc.

ib. Aequas]imples.m.fc. *ib. Nec finis ingenium nobilitate premi*]Superati: non concedis ingenio nobilitati tuæ. *ib. Quid enim flatus hic a funere differt*] ἐπιμελῶς ἀπαιτουμένη. *ib. vulgus amicitias utilitate probat*) Metitur Cic. *ibid. Cura, quid expediat* Vtile honefto anteponitur. Et eft ὑπαλλαγή. *ib. Prior eft*)priua m. fc. *ib. Fructus auidae*)Vtilitatis. *ib. Petendus erit*] Inuenietur,qui virtutem gratis colere velit.

37. *Articulis*)Digitis. Ex parte totum.

ib. Communis vitij te quoque labe trahi)Sicut vulgus hominum confueuit,amicitias vtilitate metiri.

ib. Dum flauit velis aura secunda meis)Dum profpero fortunæ flatu vfus fum. *ib. Fateri*]videri.

ib. Neque]nec.m.fc. *ib. Auctor*)actor.m.fc.

ib. Nec petere exemplum)Ab aliis exempl.capere.

ib. Te, nihil exacto, nifi nos peccaffe fatentem) Vt nihil exactum habeas,cùm nihil exigas nifi confitentem reum. Actiue. *ibid. Sponte fua* Sine mercede aliqua,abfque fpe vtilitatis. *ib. tuitas*]iuuant.

ib. Quia fit miferandus]quod.m.fc.

ib. Laffo)lapfo.m fcr. & lib.vn. *ib. Amico* Patroclo. Vide Hom. Iliad. Ψ. *ib. A Stygiis*]Stygiis.

ib. Aqua]aquia. *ib. Iuuenis Phocæus Oreftis*]Pyladea Phocenfis. *ib. Minimum*]nimium. *ib. virorum*) deorum.m.fc.

38. *Iuuenis rariffime*)iuuenum cariffime.m.fc.

ib. Te fieri comitem ftantis in orbe Deae)comit.fieri.m. fc. *ib. Haec*)ea.m.fc. *ibid. Noftrae tibi*) quoque. male. *ib. Origo*]imagn.m.fc.minua appofito.

ib. Deum]Auguftum Cæfarem. *ibid. Tunc te*]tuuc. m.fc. *ib. Factus* natua. *ibid. Mihi natus amicus* factua.m.fc.perperam. *ibid. Tibi cogor onus* cogit.m. fc. *ib. Qui*] Quæ. m. fc. *ibid. Auderem committere carmina famae*)In publicum edere.

ib. Impulit]Compulit.m.fc.

ibid. Quod fit primo]quo fit primum.m.fc.

ib. Vna vnua. *ib. Quolibet in cafu* In quacunque fortuna. *ib. Fores*]forer.m.fc.& lib.vn.

ib. Vltima me tecum vidit]Extrema Italiæ regio.

ib. Aquaticus Aufter]Humidua,pluuius. Et eft comparatio hyperbolica. *ib. copia fiat*]gratia.m.fc.

ib. Promerito)Promerenti, vt fit particip. Nam & nomen eft. Idem 4. Faftor. Sponte deæ munus promeritúmque patet. *ib. Si fola mihi dentur tua nota*] Si duntaxat optio mihi detur eius rei quam tu in votis habes. 39. *Ecquid*)Et quid m.fc.

ib. Teftes)triftea m.fc.& lib. hoc eft aduerfi, irati.

ib. Ante meos oculos]oculós noftros.m.fc.

ibid. Seria multa mihi tecum collata recordor) Notatio fingularis familiaritatis ab adiunctis.

ib. Saepe fuit breuior quàm mea verba, dies] Dies defecit noftris colloquiis.

ib. Tu laudabas]laudatas.

ib. Recentis erat)mouentis,m.fc.regentis.neutrum appofite. Eft autem curæ recentia nihil aliud, quàm facti modò carminis. *ib. Cunctis*]iunctis.m.fc.

ib. Aeacides Actoridéque]m.fc. Actoridéuque. al. Aeacide Actoridéque rectius.

ib. Laus dies citior)Notatio poet. eius quod fieri nequit. *ib. Brumali tempore*)fidere.m.fc.& lib.vn.& probe. *ib. Aeftus*)æftum minus bene.

ib. Calthàque Paeftanas]A loco indicatur præftantia. *ib. Quàm tibi noftrarum veniant oblivia rerum*) Quàm te mei capiat obliuio.

ib. Ne tamen Ne libri tres.

ib. Veterem tueare fodalem]tutare.m.fc.

ib. Non onerofus era]Non ero tibi oneri.

40. *Rebúfque ut comprobet omen*) Et vt votum res fequatur. *ib. Vt falvo*)à fal.m.fc.& lib.vn.

ib. Diaeru exilijs ing.] Enall.num. *ing.* indolulffe. m. fc. *ib. Illa tuus iuuit qualiacunque fauor*] Fauore tuo illa comprobafti. *ib. Scias*]feiet.m.fc.

ib. Sinat finet m.fc. *ib. Moribus ifta tuis tam mitia vota dedifti*)Facilitati tuæ & benignitati, cui vota tam beneuola accepta funt fereuda.

ib. Augufto pace fruatur]Ab Augufto parta.

ibid. Humum humua.m.fc.& lib.duo.

ibid. Structos inter fera praelia verfus) Compofitos, factos.alij:ftrictos,hoc eft,nudos tenues.

ib. Vena quid pauperea manat)Non largo riuo. Metaph. *ibid. Haec animo fuffragia noftro*) Hæc iudicij tui de me exiftimatio.

41. *Rebus paruis*]paruis rebus m.fc.

ibid. Ouus)opus. m. fc. *ib. Rerum grauitáfque nitórque*)Magnitudo & fplendor rerum.

ibid. Illic]In illo carmine.

ib. Erit]erunt.m.fc. *ibid. Debilitante*] debilitata m.fc. & lib. t. Superante ingenij mei vires argumenti grauitate.

ib. Quòd)Qui:m.fc.& lib.duo. *Vel fi non ipfe*)fi non prius ipfe.m.fc. *ib. Grata n.*)Amor meus,quo adducta libentius faciaa,quod tua fponte facturua eras.

ib. Participem ftudij)Studiorum focium. ftudiis dîdicafu. *ib. Antiquus*]antiquis.

ib. Fit protinus impetus illi] Excitatur iu Germanico dicendi facultaa, tanquam æmulo & imitatore ftudiorum fuorum. *ib. claufáque* Tectáque.

ib. Silent)filent. *ib. Stetit eft vultufque diferti*) Alludere videtur ad Vlyff. Homeric. Ilia. γ. Vide etiam Fab. Quintil. *ib. Decem* decena.m.fc.vitiofé.

ib. Habes)habet.m.fc.& lib.duo.

ib. Os caelefte Diuinum Germanici oa loqui cepit.

ib. Tu cùm placeas)cùm tu.m.fc. duriufcule.

ib. Vertice fidera tangas]Horat. Sublimi feriam fidera vertice.

ib. Scilicet ingeniis aliqua eft concordia iunctis) Theoc. Ἀεὶ γὰρ ὁμοῖον ἄγει.

42. *Pieridum*]Mufarum fiue poetarum.

ib. Diftat opus noftrum) Oratoriæ & poeticæ ftudium. *ib. Thyrfus enim nobis geftata eft, laurea nobis*] Oratorea Bacchi ftimulis agitari dicit, vt quorum eloquentiæ via eft concitatior, poetas verò Apollinia. *ib. Studiis confinia carmina*) Oratoriæ facultati cognata.

ib. Veftro]noftro.m.fc.& lib.vn.mendofé.

ib. Et commilitij facra tuenda putas) cum militiis m. fcr. vitiofé. Dicit enim commilitonum facra.

ib. Maneas)maneat:vt Germanicus intelligatur.

ib. De quo cenferis amicus) Cuius cenfea quafi pars quædam es,vt alibi loquitur.

ib. Succedátque) Tiberio in debita imperij administratione succedat. *ib. Sue*] Tuis.m.sc.

ib. Quod mecum populi vota precantur idem) Votis enim quæ sacerdotes suscipiebant, priuatorum quoque vota solebant accedere. 43. *Præbet mihi littera linguam)* Linguæ salutatione fungitur.

ib. Et mala me meritis ferre minora doles) Pœnam minorem quàm delicti magnitudo merebatur.

ib. Aspera confessa verba remitte reo) Obiurgationem, reprehensionis acerbitatem. *ib. Transire Ceraunia velo)* Horat. Infames scopulos Acroceraunia.

ib. Discere) discere.m.sc. *ib. Totaque salua domus)* sic tibi.m.sc. *ib. Quodque soles animo semper)* quod semper.m.sc. *ib. Referre pedem*] Retro cedere.

ibid. Strophio atque Agamemnone nati) Pylades & Orestes. Periphr. *ib. In quorum)* Quorum amicitiæ applaudunt tota theatra. *ib. Plausus tota theatra sonant.* Plausu.m.sc. *ib. Non erit officij gratia surda tui*] Officio tuo non apud surdum gratiam inibis. Hyp.

ib. Non mortale futurum est) Immortale. *κατ᾽ ἰνδιυα-μίαν.* *ib. Quæ tecum præstet)* Quem.m.sc.

ib. Remo tamen utar & aura) Non prætermittam te cohortari. Allegor.

44. *A male pacatis*] Implacatis.

ib. Et modò si quid agis) Et mo. quicquid agas) sit. m.sc. Et bene si quid agis. *ib. Quæso)* fasso.m.scr.

ib. Putat timet.m.scr. *ib. visum longè)* longè visum.m.sc. melius. *ib. Sollicitis*] Meticulosis.

ib. Pectore concipio nil nisi triste meo] Auguror, cogito. *ib. Liquet)* Liquent.m.scr. liquido patent & apparent. Vel manifestum est ac notum, si impersonaliter legas. *ib. Per sibi consuetas semper itura vias)* Tenorem suum seruatura. *ib. Mihi cedat amice)* Prosperè cedat & ex animi sententia. *ib. Constans & & bene certa)* In nocendo perstas. *meæ)* maoer.m.sc.

ib. Nec numerus nostris casib⁹ esse potest) Non nostri a num.m.scr. *ib. Cymphiæ segetis citius numerabis aristas*] Numeri infiniti notatio poetica.

ib. Et quot aues motis nitantur in) Virg. Hic primum paribus nitens Cyllenius alis. Lucret. lib. vi. similiter pennarum nisum & conamen alarum dixit.

ib. Aera pennis) aere. *ib. Toto gens est truculentior orbe*] gens est toto.m.scr. *ib. Ilias est fati longa futura mei)* Prouerb. figura. Vide adag. Ilias maior.

ib. Quod ne rear esse uerendum) qua.m.sc.

ib. Mille) multa.m.sc. *ib. Et quia longo est)* ὃ est aliqui omittunt. *ib. Lætitiæ ianua clausa meæ)* Nullam sensi lætitiam *παντελῶς*. Vide Adag. Et res aperire.

ib. Dolor in morem venit meus) In consuetudinem abiit, habitum contraxit. *ib. Vtque caducis* Cadentibus. Nomen loco partic. Varr. Aqua istâ caduciter ruentes, hoc est, præcipitanter. Non.

ib. Vixque habet) Vix hab.m.sc.

45. *Est curuis)* A curuis *ib. Artibus ingenuis quæsita est gloria multis Infelix perij dotibus ipse meis)* ἀντίθεσις ἀπὸ ξυ-μμ. *ib. Precibus donatur sæpe suorum*] Condonatur, remittitur. *ib. Adiuuat in duris aliquos præsentia rebus)* Auxilio est, suffragatur. *ib. Obruit hoc absens vasta procella caput)* Me absentem Enall.

ib. Quem non obrueret tacita quoque Cæsaris ira) Quæ non horruerit tacitam quoque Cæs. iram.m.sc.

ib. Aspera verba) Verborum minæ.

ib. Lenior breuior.m.sc.

ib. Proiectus in æquor) Nauigio expositus, naui cõmissus. *ib. Ithaca puppi*] Ithacensi, hoc est Vlyssea. *ib. Tua laurea* Imperium tuum. Metonym.

ib. Agrorum cultus Agricultura.

ib. Verti humum] Arari.

ib. Temperie cœli corpus animusque iuuatur) tempúsque ani. iuuantur.m.sc.

ib Sarmatis ara Sarmaria.

ib. Est vertice recto) vertice recto est:m.sc. vert. pleno est: *ib. Flecti neruos si patiare)* Caput inflecti.

ib. Facit) cauet.

ib. Iudiciumque tuum] Iudicij tui de me existimationem.

46. *Redditus est nobis*] Hæc elegia in.m.sc. cum præcedente cohæret, fortasse librarij incuria.

ib. Cæsar cum C.] Augusti & Tiber. Cæsar. effigies.

ib. Cæsar nuper] nuper Cæs. cum Cæs. nobis.

ib. duas) deos. libri plerique m.scr. dei.

ib. Vtque tuum munus) Nummus argenteus à te mihi donatus. *ib. Tibi Cæsaribus*] ibi.m.scr. & libri plerique. *ib. Quod fuerit)* Quod fuerit precium, cum rude numen habet? Fabr. *ib. Nostra sub ara*] Aspespectum meum. *ib. Quantum ad me*] Quanta mihi dederint.m.sc. mendosè. Est autem sensus. Quod ad me attinet, rediisse mihi in patriam videor.

ib. Faciem patriæ] patriæ faciem.m.sc. & lib. vn.

ib. Faciê patriæ s.] Personâ gerit ciuitatis. Cic. I. Off.

ib. Parce mihi immenso maiae virtutibus orbe) Apostrophe ad ipsas imagines Cæsarum.

ib. Secli decus admirabile nostri) indelebile.m.sc.

ib. Quem) quod.m.scr. *ib. Tua cura*] sua. libr. duo.

47. *Quæ te tibi)* quæ te tibi carior ipso.m.sc. & lib. vn. *ib. Non onerosa*] Non est oneri aut grauis.

ib. Tua est) deo est.m.sc. *ib. Vel aua dignos*] Augusto. *ib. Patre*] Tiberio.

ib. Qui nemoris magno per tua iussa gradu] Qui tuo iussu ad virtutem grauiter contendunt.

ib. Procul) locum.lib.duo. *Locum* Procul.lib.duo.

ib. Et ma(si fas est)] Apostrophe ad Tiberium: ideóque post hoc distichon inserẽdum putamus, quod superius legitur, Parce puer, secli dec. Puerum enim vocat Tiber. Augusti F. nisi de Germanico malis intelligere. *ib. A Cæsare)* Cum Cæsare.m.sc.

ib. Proxime) Proxima.m.sc. & lib. duo.

ib. Triumphantes] Tiberij, siue mauis Germanici triumphantis. Hypallag. *ib. Tu quoque conueniens ingenti nupta marito)* Apostrophe ad Liuiæ imaginem. Precantea antem accipi precea suas rogabant.

ib. Cum prole nepotes Tiberio filio.

ib. Quas] quod.m.scr. *ib. Drusus*] Drusum.m.scr. Tiberij fratrem: de cuius obitu extat consulatio ad Liu. *ib. Caduca)* Mortalis.

ib. Fraternum funeris ultor. Mortis fratris Drusi.

ib. Habere Deos Imagines Deorum. Meton.

ib. Tuus tuta.m.sc. & lib. vn. *ib. Vulnus habet*] vultus.m.sc. & lib. plerique rectè.

48. *Quâ libet* qualibet.m.sc.

ib. Facta] Intrata est sup.m.scr. & lib. vn. probe.

ib. ipsos) illos.m.sc. *ib. Fatum*] lignum.m.scr.

ib. E nostra à.m.scr. *ib. Recedat*] recedet. m. sc. & lib. rectè. *ib. Et patrae fossis lumen abire genis)* Alludit ad Polyphemi casum. *ib. Vobis raptis)* raptis vobis.m.sc. *ib. Auca*] ara.m.sc.

ib. Vestra ego signa sequar) al. signa ego vestra. non malè. m.sc. vos ego signa seq. *ib. Nam minus*] Non. m.sc. *ib. Timidæ*] pauidæ.m.sc.

ib. Corys] al. Coti.m.sc. Cati. vtrique mendosè: vt videtur Micyl.

49. *De qua quòd non querer, hoc est* Quod vnum est, cuius de fortuna conquerendi causam non habeo.

ib. Excipe) Accipe. *ib. Ne fueris)* Nec. m. sc. & lib. vn. *ib. Tuo* suo.m.scr. *ib. Nitor iste* Splendor.

ib. Hoc tecum] Et tec. com. deus qu. vterque. m. sc.

ib. Commune deus) Cicer. pro Ligar. Homines enim ad deos nulla re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando. *ib. Si demas uelle iuuare deos*] Si iuuandi voluntatem adimas. Græcism.

ib. Cadet) al. cadat. m. sc. cadit. *ib. Pacem nullam*] nulla. m. sc. *ib. Præstet*] præbet. m. sc.

ib. Cur ego thura feram) dona. *ib. Vana laborantes si fiant uota coloni*) laborantes si fallant vota colonos. m. sc. al. laborantis si fall. vot. coloni.

ib. Accipiet) Accipiat. m. sc. *ib. Nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho*) Nec hircus Baccho immolabitur. *ib. Intonso*) immerito. *ib. inducto*) adducto. m. sc. & lib. vn. probe. *ib. Quòd patriæ*) quàm.

ib. Ipse) ille. m. sc. *ib. Auxilijs quoque fauente suis*] quemque fouendo. m. sc. *ib. Coty*] m. sc. Cati: alij Coti. *Conueniens homini est*) hominem. m. sc. homo homini Deus. *ib. Non Antiphaten Læstrygona*) De hoc vide Hom. ὀδυσ. κ'. *ib. Non tibi Cassandrus pater est*) causa breuis pater est genitórve Pheræe. m. scr. Fortasse legend. Non tibi Cassandrus pater est, genitórve Pheræus. vt intelligatur Alexāder Pheræus Thessalor. tyrannus: de quo Plutarch. in Pelop. & Cic. 2. Offic. *ib. Durúsue C.*) genitórve.

ib. Quíue repertorem torruit arte sua) Phalaris.

ib. Emollit mores] τὸ μαθεῖν ἀγαθὸν καὶ ἦθος. Vide Platon. in fin. lib. 3. de repub. & Henr. Steph. lib. 3. Sched. cap. 11. *ib. Bistoniis ingenio est terra superba*) Thracia à Bistone ciuitate & stagno.

ib. Tuo] tuo est: m. sc. suo est. *ib. Vt es excusso*) inexcusso. m. sc. *ib. Studijs data sunt ubi iussa paterna*) data sunt studiis vbi. m. scr. *ib. Tuis humeris* suis. m. sc. *ib. Ne tua marcescant per inertes ocia somnos*) Ne otiosus somno marcescas. Hypall.

ib. Fœderis] Coniunctionis.

ib. Ad uatem uates orantia brachia tendo) A coniugatis. *ib. Auxilijs*) exiliis m. scr. & libri plerique. & ita legendum. *ib. Nec*) non.

ib. Subiecta) Suppositítiis literis.

ib. Gemma) Annulus.

ib. Mendacem) Falsum impressisse sigillum. Negat se esse falsarium. *ib. Cera*) lignia. m. scr.

ib. Vetor) vetor. m. scr. & lib. vn.

ib. Hu] tis. m. scr. *ib. Quam scripsimus artem*) conscripsimus. m. sc. *ib. Principis iram*) vindicis m. sc. & lib. vn. *ib. Qui nisi natalem nil mihi dempsit humum*) Nihil nisi patriæ vsuis m ademit. *ib. Tua nunc uicinia præstet*) Tu qui mihi es vicinus: Abstract. pro concreto. 52. *Mora temporis*) Diuturnitas.

ib. Tibi est) τὸ est. m. scr. non habet.

ib. Tu canis æterno quicquid restabat Homero) Imitat. Tibul. Valgius æterno propior non alter Homero.

ib. Summa Troica bella) Suprema. Prouerbiali figura.

ib. Artem dum tractat amandi] tradit. m. s. & lib. vn.

ib. Sequamur iter petamus. m. s.

ib. Suspicor Auspicor. m. sc.]

ib. Perspeximus urbes) perreximus.

ib. Trinacris est) Trinacria. *ib. Visa*) nota.

ib. Quam uomit ore) mouet. m. scr.

ib. Gigas) Typhoeus. Vide lib. 5. Metam. Virg 3. Aen. Enceladum nominat. 53. *Palici*] Palusci. m. scr. al. Palisci mendosé. Vide Macrob. lib. 5. cap. 19.

ib. Quáque suis) Quámque.

ib. Anapus) Anapi. *ib. Nec procul hinc Nymphe*] Arethusa Alpheum amnem fugiens. 5. Metam.

ib. Aqua) humo. m. scr. *ib. Eheu quàm dispar est locus ille Getis*) Heu mihi quàm disp. m. scr. al. Heu quantum dispar. *ib. Sunt*) est. m. scr.

ib. Te mihi iucundas efficiente uias) Pub. Facundus comes in via pro vehiculo est.

ib. Sæpe breues nobis uocibus ura) Sermonis vicissitudine. *ib. Visa loquendi est*) mensa loquendi. m. scr.

ib. Loquendo) loquendum. m. sc.

ib. Est modo) Et libr. m. sc. Sed. *ib. Res egisse simul*) Res serias tractasse. *ib. tecum*) Scil. egisse. ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

ib. Hic sum licet omnibus annis) absens lic. m. sc.

ib. Certè) certè. m. scr. *ib. Sub cardine mundi*] Polo Arctico, quem Virg. verticem sublimem appellat.

ib. Sed ades) al. & ades. m. sc. sed abes.

ib. Celeberrimus absens) Frequentissimè ἀντίφρασις.

ib. Media missus] medios visus. m. sc.

ib. Redde uicem Respoode in amore, vicissim memoriam mei cole.

54. *Artis opus*] Epistolam. Synecd.

ib. vt quanquam) Et. m. sc. perperam.

ib. Nominis antè mei uenient oblivia nobis] Prius mei obliuiscar. Poet. circuitione. *ib. fiat meriti gratia uana tui*) meriti fiat gr. probè. *ib. Sit*, fit m. sc. s. & libri: & rectè. *ib. Illa* ipsa. m. scr. *ib. Hermione*) Sororis filiæ. *ib. Vitta*) vitta. Vel vitæ & morum probitate: vel pudore, cuius insigne erat vitta, vt sit μετωνυμία.

ib. At stimulis facturæ sine ullis] Cohortatione. Metaphora sumta à iumentis.

ib. Fortius) fortior. m. sc. *ib. Ore ferant grates*) O referant. m. scr. & lib. vn. & Fabric. vt sit optatiuis.

ib. Fundani gloria Rufe soli) Fundi, Cāpaniæ opidi. vnde oriundus fuit Rufus, vxoris Ouid. auunculus.

IN LIBRVM III.

Æquor Iasonio pulsatū remige primùm) Nauis Iasonis. Enall. num. & ἐπιθέτου qualitat.

ib. Caret) Caret. m. sc. minus rectè. Est enim ἀπὸ κοινοῦ ad Pontum.

ib. Et quod erit tempus) En quid. m. sc. al. Ecquid rectum aut. est, Et quod.

ib. Hostilem iussus) hostilem iussus abire locum. m. scr.

ibid. viuendum est semper in ista) viuendum semper in ista est. m. sc. & lib. vn. nec ineptè.

ib. Tumulum condar oportet humo] Tumulorum. Periphr. *ibid. Quam terit hostis equo*) Alludit ad ἔτυμον terræ, quod à terendo Varro deducit, vt sit quasi tera. *ib. Tu neque uer sentis cinctum florente corona*) περιφρασις. Veris. *ib. Tu neque messorum corpora nuda uides*) Notatio æstatis ab adiunctis.

ib. tuncta) vincta. m. sc. & lib. aliquot rectè.

ib. Non) nec. *ib. Aláue*) aláve. m. sc.

ib. Hæc) hic. m. sc. *ib. Felix*, Fertilis. Ita Virg. vt. felicia Baccho Massica dixit. & felicem limū 2. Geor.

ib. Et in terra est altera forma maris) Sterilitate & vacuitate frondium mare referens.

56. *Syluis nisi*] nisi siluis. m. scr. & lib. vn. Micyll. obloq. syluis cantat & degit in syluis.

ib. Potet aquas) potat.

ib. Conueniénsque suo messis amara loco est) Absinthij amari messis, hoc est, fructus amarus. Ita 8. eleg. Terráque de fructu, quàm sit amara docet.

ib. Tinctáque mortifera tabe) Veneno letali.

ib. Quo) quā, lib. vn. *ib. Mirum*] mirum est. m. sc.

ib. Hæc) hoc lib. vn. *ib. Euincere animus*) Ad commiserationem impellere.

ib. Facias] faciam. m. sc. *ib. Verè*) Seriò.

ib. Velles) vells. m. sc. *ib. Vt re potiaris*) Vt voti cōpos fias. *ib. Velle reor multos*) Non deesse multis voluntatem in me iuuando.

ib. Neruis)remissum.m.scr.

ib. Partes tuas)Munus tuum: succurrendo sc. marito. *ib. Ne tuae degeneres*)al. Hanc ne.al. Huic caue deg.m.sc. Hanc cane.al. Hinc caue.

ib. Et sine)vt sint.m.sc.& lib.vn.

ib. Famae quo tuearis opus)quod tuear.m.sc. q. d. vide quantam famae molem sustineas.

ib. Tacito me)Me tacente. Enall.part.

ibid. Memet populo)populis libr. vn. m. sc. populo memet. *ib. De fulminis ictu*)à fulm. m.sc.

ibid. Magna inter nomina paruo)tanta m. scr. & lib. vn. *ib. Nostra ruina*) Casus noster: exilij calamitas.

ib. Nec te nesciri patitur mea pagina] Te ignotã esse.

ib. Inferius)Celari patitur qua probitate viges. m. sc. *ib. Coa Battide nomen*) Battide quam Philetas Cous amauit. lib. 1. Trist. eleg. 5.

ib. Habes)habet lib. 1.. *ib. Scena spectabere magna*) Theatro. *ib. Paucis testibus*]paruis. lib. vn.& m. s. ad marg. 57. *Quarum tu praestes ne liuor dicere possit* Effice, ne illae laudib. tuis inuidentes tibi obiicere possint. Abstract. pro concret.

ib. Cùmque ego deficiam]Allegoria.

ib. Specto uenis)venio venis m.sc.

ib. Domus Familiae. *ib. De qua censeris, ut illam*) Vt dignam te illa praebeas, non solum te prob. sed etiam officiosam erga me gerendo.

ib. Non minus) magis.m.scr.& lib.vn.

ib. Nisi eris]nisi sis m.scr.

ib. Redditur illa quidem grandi cum foenore nobis) Metaphora sumta ab agricultura, vel potius à pecunia, cuius fetus fenus est vocatum, cùm proprie naturalis terrae fetus hoc nomine appelletur Fest.

ib. Pro n. ut sis ambitiosa malis)In rogitando molesta. Cic. 13. Fam. Homo minime ambitiosus, minimè in rog. mol. *ib. Tellure*)regione m.sc.& lib.vn.

ibid. Clausa] Clauda libri impr. & rectè. q. d. ne vlla parte officii tui claudicet. Ita Plato iubet. [Greek] lib. 7. de Repub.

ib. Téque imitere)Cic. Dolab. Te imitere oportet, tecum ipse certes.

ib. Sit uirtus]Fortitudo.

ib. Excussa)cacisa m.sc.& lib.duo.

ib. Lacryma tibi grata] Lacrymae faciunt vt gratiam ineas apud Li. *ib. Flant* fient. lib. vn.

ibid. Déque uiro)Méque viro. m. sc. & lib. vn. b. e. cùm me maritum habeas adeo ea amitosum.

58. *Has formas tibi nostra ministrat opes*) Hanc copiam, hanc facultatem: flendi scil.

ib. Admeti coniux]Alcest.

ib. Fallere)pellere.m.sc.minus probè.

ib. Facti)fati.m.sc.

ibid. Iphias)Hyphias. lib. vn. Euadne Iphidis F.

ibid. uris)erat.m.sc.

ibid. Icariotide tela) Penelopes tela: de qua vide adag. *ib. At*)est m.scr & lib. vn. alii. at cuo. ore prec. tuo est. *ib. Premat* Superet.

ib. Quae Veneris formam, mores Iunonis habendo, Sola est Prouerb. figurae. *ib. Caelesti digna reperta toro*) Diui Augusti matrimonio. *ib. Filiaue* Medea.

ib. Aegypthi Aegypti.m.sc.& lib. vn. hoc est vna ea Danaidibus quae maritos suos interfecerunt. [Greek]. Vide Hyperm. *ib. Scyllàque*)Scyllaue.

ib. Telegonìue parens]Circe, quae Telegon. ex Vlyxe suscepit. *ib. Nexáque*)Neaaue.

ib. In qua fortunae uidere)Non se captam esse oculis, quod vulgo perhibetur. Pacuu. Caecam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat quò sese applicet.

ib. Aliquo tempus captatum) [Greek], opportunitatem, temporis.

59. *Fana*)templa.m.sc.

ib. Contrahet ora)Vultum rugis obducet prae moestitia. *ib. Dolor*)timor.m.scr.

ib. Tunc)tum. lib.vn.

ib. Dum sit uacuissima) Nullis prorsus negotiis districta. *ib. Cùm patribus fueris*)dum fuerit.m.scr.

ib. Formam]vultum.m.sc. & lib. vn. Intelligit autem Liuiam. *ib. Quam tueare*) Cuius causam agas.

ib. Mala)mea.m.sc. *ib. Nec nisi*)Nil.m.sc.& lib.vn. probe. *ib. Terrae*]terra.

ib. Tu)Tunc.m.sc.& lib. *ib. Saeuo nisi ab hoste recedam*]nisi saeuo vt ab hoste. lib.vn.

ib. Ore)voce.m.sc.& lib.vn.

ib. Tibi non fore)fore non tibi.

ib. Lux)Dies fausta. *ib. Coeptis facito*)facito coeptis.

ib. Sanctis altaribus)sacris. lib.vn.

ib. Vináque pura) Purum enim erat vinum, quod sacris adhibebatur. Plin. lib. 14. cap. 12.

ib. Augusti)Augustum.m.sc.& lib.vn.

ib. Progeniémque piam)Tiberium.

ib. Participémque tori) Liuiam vxorem.

ib. Non duris)Placidis. Horat. Nascentem placido lumine videris.

60. *Vt nobis*)è nob.m.scr. *ib. Cùmque labent alij*] In me tuendo non firmiter persistant.

ib. Iunctáque percussis turba pauere solet) Proxima ei qui fulmine ictus est. *ib. Vicinum metuens ne trahat inde malum*]Ne ex vicinitate morbum contrahat.

ib. Possunt possint.m.sc. *ib. Visuri* videri.m.scr.

At uenis) Et.m.sc. *ib. Signéntque*)fugiántque. m.scr. hoc est recusent. malè. videtur enim ad testamentorum consuetudinem allusisse. in quibus testes signabant. Iidem enim vtebantur his verbis, Signa, signate, signent licet. *ib. Arctoi*) istia.m.sc.

ib. Putatis)putastis.m.sc. *ib. Gloria*)gratia. m. sc.& libri. *ib. Cùm cinis absumto corpore factus ero*) Cùm cadauer meum flammis rogalibus in cineres redactum fuerit. *ib. Honósque*]honórque.m.sc.

ib. In laudes uiuit uterque suas]Laudum suarum memoria superstes est.

ib. Alter & orbis habet) altera terra tenet.m.scr.al. diuidit Ister aquis. *ib. Consortem Phoebi gens colit illa Deam*]Dianam Apoll. sororem.

ib. Signum caeleste Simulacrum Diuae.

ib. Sine basis orba Dea)Dianae simulacro. Metonym.

ib. Affuso al. effuso. m. sc. à fuso. *ib. Nupta iugali*) nota.m.sc.& lib.vn.al. tedae non nota iug.

ib. Priores]parentes.m.sc.& lib.vn.

ib. Aduena uirgineo)Virginia sacerdotis. Vide Herodot. lib 4.& Eurip. Iphig. in Taur.

ib. Maeotide in ora In Scythia Maeotidi paludi contermina. Vide Strab. lib. 11. *ib. Per aequora uectum*)aera m.sc.& lib.vn. *ib. Phoebe* Diana.

ib. Euinctis geminas ad sua terga manus]Manus ad terga reuinctas habentes. Synecd. *ib. Sparsit*)Spargit. m.sc. *ib. Graia sacerdos*)Iphigenia.

ib. Illa morae ipsa. m.sc. & lib.vn.

ib. Venitis]venistis.m.sc.perper.

ib. Quodue) Quóve.m.sc. *ib. Conferres urbis*] Cineas suos. *ib. Repperit*)comperit.m.sc.& lib.vn.

ib. Vt)&. lib.vn. *ib. Dixit*)inquit. m. sc. & lib. vn.

ib. Vicem vices.m.sc. *ib. Hoc unum*)hic.m.sc.

ib. Conuenerat illis]conuenerit. lib.vn.

ib. Caetera pars aeuoris & sine lite fuit) Anteactum vitae tempus. *ib. Exarat* fecerat.m.sc.

ib. Simulacra Dianae [Greek]. Enall. numeri.

ib. Mirus amor] [Greek]. *ib. Vulgaris*] Vulgi

sermone trita. *ib. Laudarunt*]Laudabant.lib.vn.

ib. Hic etiam]hac.m.sc. *ib. Genti*)gentes.m.sc.

ib. Dyros) duros.m.sc. *ib. Volesus*]Huius meminit Plutarch.in Numa. *ib. Gentilia*)Gentilitia.

ib. Agnomina Cottæ]adnomina.m.sc.

ib. Hac serie]Hac maiorum origine.

63. O *sidus*)Splendor & gloria Metaph.

ib. Referro)retuleram.m.sc. *ib. Est*]τὸ est.m sc.non habet. *ib. Seu ueri species*] ὄψις ἐναργής quæ ὕπαρ est. Ammon. *ib. Ille sopor*]ἐν τῷ καθεύδειν φαντασία.

ib. Pabliat me requies curarum somnus habebat]ἀνάθεσις... ab adiunctis. *ib. Inhorruit*) gemuit.m. sc.& libri plerique. *ib. Amor*)ἔρως siue Cupido.

ib. Nec)Non.lib.vn. *ib. Capillis*]capillo.m.sc. & lib.vn. *ib. Compositas*]dispositas.lib.vn.

ib. Comtus, ut ante, comas) Non habens comas, cõtas.Græc.construct. *ib. Neque enim*]Nec.m.sc.

ib. Affata]effata.lib.vn.

ib. Quem fuit utilius non docuisse mihi] Cuius artes, ματαιοπονία. *ib. Si nescis, inuidiosa tibi*)Inuidiam & odium sibi conciliant. *ib. Primus*)primum.lib.vn.

ib. Mæonio carmine) Homerico, hoc est heroico. Horat.Mæonij carminis alite.

ib. Ignes]ignis.m sc. *ib. Tuæque parentis*]Veneris.

ib. Durum)misero.m.sc.& lib.duo.

ib. Chionides Eumolpus) Neptuni & Chiones filius. Vide Micyll.

64. *Phryga*)Marsyam. Vide Platon.Minoem:& 3. de Legibus. *ib. Neu referam* ne.m.sc.minus apposite. *ib. Hæc de discipulo*]De te hæc discip.m. sc.

ib. Non me]Me non.m.sc.

ib. Quarum nec uitta pudicas]Neque virginibus, nec matronis. Notatio ab adiunctis. Tibul. quamuis nõ vitta ligatos Impediat crines, nec stola longa pedes. *ib. Attingit*)Contingit.m.sc.& lib.vn.

ib. Hoc, quando)ecquando.lib.duo.

ib. Incertum] Ambiguum, nothum: Virg. -genus huic materna superbum Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat. *ib. Sit ab his omnis*] sat ab his omn. rigide est sum.lib.vn. *ib. Lex*] Lex Iulia vetat adulterium committere.

ib. Furtiuos) legitimos.m.s. *ib. Credor adulterij composuisse notas*)Quas adulteri sibi dent mutuo. Tibul. & mensæ ducat in orbe notas. *ib. AEnea*)Aenea est. m.sc.& lib.vn. *ib. Puero uolucri*]Cupidini alato.

ib. Per mea tela)Idem. Altera tela arcus, altera tela faces. Heroid. Erat autem hæc formula iurandi, Iuro per. *ib. Nisi concessum*) Nisi legibus permissum.

ib. Hoc]hæc.lib.vn. *ib. Esse magis*) Amplius, præter libros de arte, vel maius, posita qualitate, pro quantitate. *ib. Ipse*]Ille.m.scr.& lib duo.

ib. Erroris sub imagine) Sub prætextu imprudentiæ tegas. *ib. Merito*)meritis. lib.vn. *ib. Iudicis ira fuit*) vindicis lib. duo.

65. *Rogante*)iubente. m. sc. *ib. Phasias est tellus fixa puella mea*, Medea in Phasi Colchorum fluuio maximo. Plin. lib. 6. cap. 4. *ib. Votis*)ventis.m.scr.

ib. Mollior]dulcior aura.lib.vn.

ib. Aura tua]hora lib.vn. *ib. Triumphus*) Tiberij scilicet de Dalmat.& Illyr

ib. Dum gaudet patriæ magnæ ducisque pater] Augustum innuit patriæ & Tib. Imp. patrem.

ib. Tibi gratatur]sibi.m.s.& lib.vn.

ib. Odoratis ignibus)adoratis.m.sc.

ib. Tempus]templum lib.duo. *ib. Faucas quin his*) quin his faueas. *ib. Memnonio cycnos esse colore putem*) Nigro. Prouerb. figura. Iuuen. Rara auis in terris, nigróque simillima cycno.

ib. Lacteus humor]Lac. Periphr.

ib. Pectus & Herculeæ simplicitatis habes]ἁπλοϊκῶς, vel ad Fabiorum orig. respexit. de qua Plutar. in Fabio. Iuuen. Natus in Herculeo Fabius lare. Talis autem ab Ennio describitur Hercules Licymn. Omnis enim bonus simplex: nec quisquam fortis est, nisi bonus. Ideo fortissimum quemque max. simplicem esse oportet. *ib. Liuor iners uitium*] Inuidiæ liuor non cadit in animum generosum. Qui enim confidit suæ virtuti, non inuidet alienæ.

ib. Istos)altos.m.scr.& lib.vn.

ib. Grandius ingenio nec tibi nomen inest)Ingenio nomen æquas siue mensuram nominis imples: vt suprà.

66. *Vsq; suo faucas mandat Rufine*]Ad ἐπιστολῆς ἔτυμον alludit, in quo est significatio mandati.

ib. Libello)triumpho.m.sc.& lib.vn.

ib. Vestrisque]nostrisque.m.sc.mendosè.

ib. Paratibus impar) Pompæ triumphali, magnificentiæ triumphi ipsius. *ib. Nullumque Machaona*] Medicum. Synecdoch. *ib. Placido lectore*] Beneuolo, amico, fauorabili. *ib. Quem*]Quod.

ib. Raptis)demta.m.sc.non male.

ib. Præcipuum ueniæ)Præ cæteris libris veniam meretur. *ib. Ille liber*)iste.m.scr.& lib.vn.

ib. Spectatum uates alij scripsere triumphum] Cuius ipsi spectatores fuerunt.

ib. Vulgi)vulgo.m.sc. *ib. Captum per aurem*) Vulgo audita, & sine certo auctore cognita.

ib. Scilicet affectus)Ironia. *ib. Similes*)similis. m.sc. & lib.vn. *ibid. Rebus ab auditu conspicuisque uenit*] Horat. Segnius irritant animos demissa per aures, Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

ib. Mentis)gentis.m.scr.& lib. vo. ad marg. & Veneros.

67. *Plausibus ex ipsis*) Videtur trãslatio sumta ab equis generosis. Vide Virg. 3. Georg.

ib. Rudis miles)Tiro aliquis. *ib. Dubijsque auctoribus usus*)dubiis actoribus.m.scr. *ib. Ad uestri uenio iure fauoris opem*)Fauorem vestrum meis versibus imploro. *ib. Referre*)referret.m.scr.

ib. Assiduas domini)assiduo dom.med.querelam.m. sc.& lib.vn. *ib. Mea uersa lyra est*) Musa venit lib. vn. *ib. Tanto*)tantum.m.sc. alij: pro tanto. In sacris autem verbis parcebant profanis & malè ominatis.

ib. Gaudere aliquid)Lætari re aliqua. Græc. Syntaxi. *ib. Gratiaque officio*) ἡ χάρις ἡ βραδύπους ἄχαρις χάρις. Vide ad ag. Bis dat qui c. *ib. Lector sitiens*)sitiens lector.m.sc.& lib. vn. *ib. Mea pocula plenus*) Meum carmen. Persistit in metaph. Cic. de Orat. Paulum sitiens istarum artium gustaui quæstor in Asia:

ib. Dum uenit huc rumor) Cic.lib.2. ad Curio.epist. 7. Longe enim absum: audio seró.

ib. Primus) primum.m.sc. *ib. Quid mirum lectis exhausto floribus horto*) Allegoria. *ib. Deprecor*) ὑποπροφορά purgatoria ad cæteros poetas. *ib. Hæc*)hoc.m.sc.

ib. Mea est)sua est.m.sc. *ib. Iam uestra miseris si licet esse choro* Exuli mihi. Enall. numeri.

ib. Pars animi]Pars mei.

68. *Vos absens nunc*)nunc abs.vos.m.sc.

ib. A morte ferè) Post mort. Prop. Maius ab exequiis nomen in ora venit. *ib. Iniusto carpere dente soles*)iniusto.m.sc.& lib.vn. *ib. Terra moratur*) Moras nectis non obruendo mortuum. *ib. Nostræ*) curæ nostræ.m.sc. *ib. Vt desint uires*) Prop. Quòd si deficiant vires, audacia certe Laus erit: in magnis & voluisse sat est. *Quanta subsistere sum*] Quantam sustinere. *ib. Aeneidos auti*)Virgilio: ἐξοχή

ib. Etenim] etiam. m. sc. & lib. vn. atque ita legendum puto. *ib. Disparibus non potuere rotis*) Versibus imparibus. Meta. *ib. De a Rheno*) De Germania in quam Tiber. expeditionem susceperat. Synecd.

ib. Veterum) verorum. lib. duo.

ib. Dum prior illa uiret] Quam debellato Illyrico obtulit Ioui. *ib. Nec mea uerba legis*) Non Ouidij exulantis hoc est vaticinium, sed Dei oraculum.

ib. Summotus] semotus. m. sc.

ib. Pacatis) placatis. m. sc.

ib. Deus est in pectore nostro Ita alib. Est Deus in nobis. *ib. Hac*) Hæc. m. sc. *ib. Dant nullas iam tibi bella moras* Moram afferunt nullam.

ib Omen) Augurium, vaticinium.

ib. Ostrum Purpuram.

ib. Solitum] Assuetum. γνωνὐ χῶμα.

ib. Fracta) facta. m. sc. *ib. Porrt* porrect. m. sc.

ib. Poscam) ponent. m. sc. & lib. duo.

ib. Textaque) Vestes textas regio apparatu.

ib. Fortuna dimittura sua) Præsentis fortunæ statu.

ib. Hac uentura) euentura. m. sc. & lib vn. & rectè.

ibid. Celeri nostra probare fide) Celeri comprobare euentu: mox secututo euentu.

ib. Succurrere succedere.

ibid. Auctor) actor. m. sc. male.

ib. Mallet) malis. m. sc.

ib. Patrij non degener] Non degeneraus ab eloquentia paterna. *ibid Dicta tibi pleno uerba diserta foro*) Orationem à te habitam.

ibid. viribus illa suis] Bonitate sua, seu facultate dicendi. *ib. Felices quibus*) Alludit ad Aeschinis dictum de Demosth. ad Rhodios. Vide Cic. 3. de Orat. *ib. Hac*) hos. m. sc.

ib. Ablata) allata. m. sc. & lib. vn.

70. *De centum iudex in tua uerba uiris* De Centumuiris, ex quorum numero fuit Ouidius. Tmesis.

ib. Dum traherer dictis annuerémque tuis) Alludit ad Græc. ψυχαγωγεῖν. *ib. Dedigneris*) dedigneris, m. s.

ib. Studiorum plena meorum] Artis poetic.

ib. Abbis ipsis) scriptis. m. sc. ad marg.

ib. Tua mens oblita quod absit) Eius quod absit, hoc est mei. Enall. pers. *ib. Sensit*) sentit. lib. vn.

ib. Tui] sui. m. sc. & lib. vn.

ib. Multum de me præsente solebas] de me multo sermone m. sc. *ib. Et sit periuri*] Et, si peiero, pœnam luam mihi paratam. *ib. Grata sit*) Gratia diis, menti quolibet. lib. duo. *ib. Menti*) Cuius beneficio quolibet peruenire licet. *ib. Quolibet*) quò libet.

ib. Hac ubi perueniens Hanc vbi. m. sc. perperam. hac, hoc est mente. *ib. Teque loquentem fruor*) sæpe loqu. m. sc. non ineptè proptet repetition.

ib. candida Felix, prospera. *ib. illa sit hora*] hora sit illa. *ib. Cælum superosque relinquo*) Superos cælúmque reliqui. m. sc. *ib. Non longè*) nec.

ib. Fato nitor) nitor fato. m. sct.

ib. Tolle mihi Adime mihi tuis literis spem inanem in patriam reditus.

71. *Parta querela foret*) Conquerendi de me causam præbuissem. *ib. Hoc aliis*) hoc tutum credentibus esset. & vnus App. m. sc. *ib. Alijs tutum credentibus*) Cùm alij se tutò nominari posse confidant.

ib. Si nescis, ex me certior esse potes] Ex me, si nescis, cert. m. sc. *ib. Hunc ego*) Hinc. m. sc. male.

ib. Non uetat ille Nec negat, m. sc.

ib. Nec prohibet Non. m. sc. *ib. Admittas*), admittes. m. sc. *ib. Aspera sum*) Fortunæ meæ asperitatem.

ib. Facis ut reuerentia talis] Metus iste, quo honorē habere Augusto speras, inuidiam illi & odium inclementiæ afferat. *ib. Lacerarat*] lacerauit lib. vn.

ib. Et sine fine premunt) ἐξηγητικῶς. *ib. iustitia uires temperat ille suas*) Propert. lib. 3. - victrices temperat ira manus. *ib. Nuper eam Cæsar facto de marmore templo*) Iustitiæ Augusti templum marmor.

ib. Posuit mentem in æde sua] Pecturis: alij nomen perfecerunt. *ib. Temeraria*) Fortuita, sine consilio iacta. *ib. Cum pereant acie fortissima*) Cic. 14. Phil. Etenim Mars ipse ex acie fortiss. quemque pignerari soler. Huc pertinet illud Græcor. Ἄρης δ᾽ ἐκ ἀγαθῶν φιλεῖ, ... *ib. Vel ipso* Sub. m. s. *ib. vel Marte* Bello. Metony. *ib. Precor, esse u.*] velit esse precor. lib vn.

ib. At tu] An. al Et. *ib. Metum*) metum? lib. vn.

ib. Hac) hoc. m. sc. *ib. iure timeres*) iura. lib. vn.

ib. Aut solito clausos urere in ære uiros) Phalaride domino.

72. *Sæua quid in placidis saxa mouetis aquis?*] Prou. versiculus, κατ᾽ ἀλληγορίαν. *ib. Ademerat*) demserat. lib. impr. male. *ib. Meis*) Nouis. m. sc. & lib. vn. bene. *ib. Poetæ* sodali. lib. duo. *ib. Nulla libri parte*] ni in m. sc. non habet & lib. duo. *ib. possis tibi rumpere somnos*) somnos tibi rump. possit. m. sc. & lib. 1.

ib. Cogitur nemo munus habere meum] Beneficiū non confertur in inuitum. *ib. Quem* quoque. lib duo. *ib. illa*) ista. m. scr. & lib. 1. al. ipse latent.

ib. Tædia consimili fieri de carmine nobis) Cic. similitudinem appellat matrem satietatis.

ib. Cunctos edidicisse reor] Tibull. Iam reor hoc ipsos edidicisse deos. *ib. Nostraq; quid*] Nostra quid apporter. m. sc. & lib. vn. *ib. Charta sit à uinclis non labefacta suis*] Nondum sit resignata.

ib. Ne moues contra) Aduerso flumine. Prouerb. figur. Demostheni est ἄνω ποταμῶν in orat. de fals. legat.

ib. Pecandi) sperandi. m. sc. *ib. Ne grauis uxori dicar*) Nec. m. sc. & lib. vn. *ib. Hoc quoque*) Hæc. lib. vn.

ib. Detrectat) detrectet. *ib. Subtrahit*) Subtrahat lib. vn. *ib. Colla nouella iugo*] Non assueta iugo.

ib. Ad mala iam pridem non sumus ulla rudes) Inexperti. *ib. Moriamur*) moriemur. m. sc.

ib. Parcæque) Fatum; μοῖρα. Meton.

ib. Quò mea cœpta) qua. m. sc. & lib. vn.

ib. Iuuet) iuuat. m. scr. & lib. tres: haud scio quàm bene. *ib. Bene desperare salutem*) Fortiter. Senec. Qui nil potest sperare, desperet nihil. Ipsa enim desperatio confidentiæ causa est.

ib. Vera) vestes. m. sc.

ib. scire. m sc. & lib. vn. *ib Mitius ille perit*) Subitò perire satius quàm diu excruciari.

ib. Liquidis) timidis. m. sc. al. tumidis.

ib. Cur aliquid de me speram lenius unquam) Aut aliq. lib. vn. *ib. Torqueor en grauius*) Angor. Metaph.

ib. Studium cessare meorum) Non intercedendo. scil pro me apud Cæs. *ib. Quas adhiberint*) Adhibuerint pro me. *ib. Negarit*) negabit. m sc.

ib. Forsitan) Forsitan. m. sc.

ib. Euxinis immoriemur aquis) In Ponto moriemur. Hor. Immoritur studiis. Hyperbor.

ib. Memorem restantia curam) Hominis tui memoris curam. Hypall.

ib. illa fedi Loca illa arati.

ib. Prætexit amictus) prætexit. m. sc. melius.

ib. Et Palladis arte] Lanificio.

ib. Cerealia munera frangit) Frumenta molit.

74. *Non hic pampineis* Hoc distich. m. sc. subiicit sequenti: Trist. male. *ib. Amicitur uitibus ulmus*) vestitur, operitur. Metaph. *ib. Suo*) suos. lib. duo.

ib. Mea sedulitas) Studium & diligentia mea in inquirendo aliquo munere, quod te dignum esset.

ib.Hæc viget in nostris, Maxime, Musa locis Hoc genus studiorum & disciplinarum.Metonym.

*ib Propiore)*potiore.m.sc.

*ib.Loqui)*queri.m.sc. *ib. Bene est*) Bene se res habet. *ib.Cum sua probet*) Dum probat.m.sc.

ib.Actius]Agrius, pater Thersit. Canter.lib.2.cap. 30. N.L. nec aliter legendum puto.

*ib.Dixeris)*dixerat.m.sc.& libri.

*ib.Hoc)*hic.m.scr.& lib.vn.

ib.Quicquid genui) Ingenij mei fetum.

ib.Videam]video.m.sc.& lib.vn. *ib.Fauor, minuitque laborem*) furor q.l.al.labor minuítque dolorem. Intelligit autem studium & applausum aliorum.

ib.Cúmque suo crescens]Recens. Virg. Pastores hedera crescentem ornate poetam. *ib. Pectore feruet opus*) Cum componendi calore. *ibid. Quanto Magnus Aristarcho maior Homerus erat*] Notat hanc cōparationem Scalig. vt dissentaneam, in hypercritico: & merito. *ibid. Sic animum lento curarum frigore lædit*] Pigro quodam studij torpore ac laboris tædio. *ib. Siquis*) al.cursus.cursor.fr.retorquet.m.scr.

*ib Recentat)*retentet.

*ib.Iram)*iraa.m scr.

*ib Pectus nostra teguntur humo)*premantur.m.scr.

ib.Quòd]cum.m sc. *ib.Illa*)ipse.

ib.Vix audior ulli Ab vllo.Hellenism.

*ib.Vnaque)*Vanáque.m.sc.perperam.

ib.Ars mea]vox.m.sc.& lib.duo. *ib. Anne bis*) An, ne bis sens. m. sc. & lib.duo : rectè. alij. An ne hic vt sens. *ib.Docti*) amici.m.sc. *ib.Vilior est operis fama salute mea*) Maior mihi salutis quàm laudis ingenij ratio habenda est. *ib.Materia*) materiam : vitiosè. Est enim ἰσοτελὴς præpos.In.

ib.Non liber)Nec.m.sc. *ib Propositum curáque nostra fuit*) Propositi nostri cura & sic.

ib.Quorum non gloria nobis Operis fama: vt paulo antè. *ib Sed vtilitas* Respectus vtilitatis.

ib.Officiumq;) Officij ratio, quod amicis debetur.

IN LIBRVM IIII.

DEDVCTVM *carmen*] Tenue : metaph. à lana, quæ deducitur, vnde [Greek] Græc.dicunt. 76. *Qui, si non prohibes*] Qui, si non.m.sc.& lib.vn.

ib.Hæc quoque summa tuis) Hic numerus. Translat. à re pecuniaria. *ib.Siue trahis vultus*) Inique fers, irasceris mihi. *ib.Est causa probanda mei*) Non culpanda qui te nominem honoris causa, non vt odiũ tibi conciliem.

ib.Alijs)alij. lib.vn.

ib. Rettulit in ceras) Tabulas ceratas. Materia pro re confecta. *ib. Quidem*) mihi. m. sc. & lib. duo probe.*Est facta l.*]τὸ est.m.sc.& lib.vn.habet in fine.

ib. Ad summum) Tandem, denique.

77.*Nec fastidita repellas*) Fastidio quodam repudiata.

ibid. Crimen) Culpam. *ibid. Hæc meritis*) ex mer. m.sc. *ib.Sin minus*) Si minus.m.scr.& lib. Quidam ita distinguit: Et leuis hæc met.referatur gratia tantis.Si minus: inu. Oratio ἐλλειπτικὴ, quasi dicat si minus permittis. *ibid. Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus*) Fauor tuus nunquam mihi defuit.

ib.Clementia)Facilitas. *ib.Fatis*]factis.m.sc.

ib.Finxit)fecit.m.sc.& lib.vnus probe.

ib.Vt Venus artificis labor est & gloria Coi) [Greek] ἀναδυομένην. hoc est è mari emergens. de qua vide epigr. Antipatr.lib.4 Antholog.Strab.lib.14.

ib.Bellica Phidiaca stat dea facta manu]Mineruæ ex ebore à Phidia elaboratæ in Parthenone, meminit Plin.lib.34 cap.8.Strab.lib.9.Idem Phid.ex ære Mineru.fecit eximiæ pulchritudinis, teste eod.Plin.

ib.Calais)Calamis lib.duo, & ita quoque Micyll. Propert.lib. 3. ad Mæcen. Exactis calamis se mihi iactat equis. *ib.Vacca Myronis opus*] De Myronis bucula vide Plinium & epigram.aliquot lib. 4. tit. εἰς ἀγάλματα.

ib.Vatum regum. *ib. Orba tamen numeris cessauit epistola nunquã ire per alternas officiosa vices*) Oratione soluta scripta. Vtrinque missa vicissim.

ib.Vices)vias.m.sc.

78.*Quæ facis*)quod.m.sc.

ib Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerna, Triptolemo fruges, poma det Alcinoo] Prouerbiales figuræ de superuacanea opera *ib. Interque Heliconis colentes*) Inter poetas. *ib. Ista seges*) Facultas poetica.Metaphora. *ib.Cunctandi* cunctandi.m.sc.& libri. & rectè. *ib. Sed siccum sterili vomere littus aro*] Operam perdo.παροιμιακῶς. *ib. Vt limus venas excæcat in vndis*) Meatus oppilat, obturat. *ib. Læsaque suppresso*] Limo obturata. *ib.Studijs*)studij.m.sc.

ib. Quoque frœna remisi) Studia literarum Intermisi.Metaph. *ib.Impetus ille*) Afflatus ille diuinus: furor poeticus.

ib.Sacer)sacra.m.sc.perper.

ib.Vix venit) Vix partem operæ meæ adiuuat.

ib.In partes]ad.m.sc.& lib.vn.

79.*Voluptas*]voluntas.m.sc. *ib. Res fuit ista mali*] res sit vt ista(vel, illa)m.sc.& lib.probe.Innuit enim pedes carmini appositos, & conuenientes metro suis rythmis. *ib. Gestus*)gressus.lib.vn.bene.

ib.Obest)idem est.lib.duo. *ib. Laudatáque virtus crescat*] Clem. Alex. pædag. lib. 1. [Greek] Steph.addit [Greek] lib. 3. Schediasm. 10. *ib.Quidque infelicia perdam*] Vacuum ab infelicibus studiis tempus. *ib.Surripiamque diem*]Fallã.

ib.Cultus]Cultura. *ib.Solatia frigida*] Inefficacia. Et est appositio. *ib. Restant*) præstant.m.sc.

ib.Quod tibi cedit]Succedit cum fructu. Enall.fig.

ib.Carmina recens opus] Carmen modò factum.

ib.Conquerar? an taceam)aut.

ib.An notum, quis) qui.m. sc. & libri. Illud substantiam notat, hoc qualitatem. *ib.Ne commendêre querela*] Ne conquerendo de te, nominis tibi famam conciliem. Vide Catull.hendec.in Rauid.

ib. Quia contraxit vultum fortuna) Aduersa mihi est & irata.Metonym. *ib.Videri* fateri.

ib.Quanquam)quamuis.m.sc. *ib.Qui tibi*) Et.m.sc.

80.*Ille ego conuictor*) συμβιωτής. *ib. Densoque*) πυκνῶς, hoc est, crebro. *ib. Siue fui nunquam carus*) Dilemma siue complexio. *ib.Est*)τὸ est.m.sc.omittit.

ib.Quod te nunc crimen similem) consimilem crimen vetat esse.m.sc. *ib.Vocas*]notas.m.sc.

ib.Verbis chartis notata tribus) μοίρας.

ib.Recedat)recedit.m.sc. *ib.Tuo*)meo.m.sc.

ib.Non stabilis) Volubili globo : cui insistentem Fortunam faciebant.Pacuu.Dulor est.Saxóque instare globoso prædicant volubili: *ib.Est*) &.m.sc. alij: Quolibet est folio, quauis.

ib.Factis)sola.m.sc.& lib.duo probè.

ib. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo] Enn. apud Gell. lib.1.cap.22. Hæc noctu filo pendebit Etruria tota. *ib.Quæ valuêre*]cùm val.m.sc.

ib.Syracosia)Syracusa.m scr.

ib. vix humili duram reppulit arte famem) Ludum aperiendo Corinthi cùm Syracusis expulsus esset. Cicer. de Orat. *ib. clientis*) Ptolomæi regis Aegypti. *ib. Ille*) Ipse. m. scr. *ib. Quo victrix toties consule Roma fuit*) Marius septies Consul: de quo vide Plutarch. *ib. In cœno Marius iacuit cannáque palustri*] Minturnis in paludibus latuit. *ib. Ludit in humanis diuina potentia rebus*] γνώμη ἀποφθεγματική.

81. 1. *bibe, dixissem, purgamina pectora succis*] Notatio ellebori, qui in Anticyra insula plurimus nascitur.

ib. Et summi poteram tela cauere Dei) Non poteram summ. m. sc.

ib. Nulla dies adeò est australibus humida nimbis) Pluuia. Periphr. *ib. Nec sterilis*) Non ster. m. sc.

82. *Vultum diffundere* Frontem exporrigere, exhilarare faciem. *ib. Possim*] Possum. m. se. male.

ib. Aure recepta mea] Aurib. percepta. Enall. num.

ib. Candidus & felix proximus annus erit) Qui fuit ab V. C. ann. DCCLXVI. quo Augustus mortuus est.

ib. Læto Pontum rumore replemit) Pontum læto. m. s.

ib. Dea) Fama. ἀντονομασία. *ib. Purpura*) Vestis purpurea summi magistratus insigne. *ib. Ne r.*) Ne quicquid titul. m. sc. *ib. Titulis quicquam debeat ille suis*) Ne quid desit tantis honorum titulis.

ib. video] videor. m. se. & lib. vn.

ib. Deficiente loco) Non capiente tantam multitudinem. *ib. Templáque Tarpeiæ*) Templum Capitolinum. 83. *In tua*) ad. m. sc. *ib. Quos aluit campis herba Falisca*) Hunc vers. totidem verbis posuit lib. 3. Amor. eleg. 12. item lib. 1. Fastor. Infrà eleg. 8. quā gramine pasta Falisco Victima.

ib. Cumque Deos omnes) ἀπὸ κοινοῦ assumendum cupias tibi esse æquos. *ib. Ad tua uerba*) Ad orationē tuam, quam habebat nouus Cos. peractis in Capit. sacrificiis. *ib. Hos ubi*) alij: Hæc vbi.

ib. Prospera uerba) Faustas salutationes, lætas acclamationes. Idem. lib. 1. Fast. eadem bona verba vocat. *ib. Officium populi*) Populum officiosum. Abstract. pro concret.

ib. Non ego) ego non. m. sc.

ib. Possunt) poterunt. m. scr. & lib. vn.

ib. Frui) Spectare honores tuos. *ib. Qua*) Quod. m. scr. & lib. duo. *ib. Quid miser ille facit*] quod facit ille miser. m. sc.

ib. Hæc) Huc. m. scr. *ib. Mitius*) mollius. m. sc. & lib. vn.

84. *Ad Elegos*) Ad eundem iam Cos.

ib. Nec uos pedibus proceditis æquis) Pedibus paribus. quòd alter versus sit longior, alter breuior.

ib. Aemon) al. Aemum. m. sc. Oetben.

ib. Luce minus decima] Ante decimum diem.

ib. Qui sitis) Allusit ad illud Homer. τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες; Vsitatæ sūt sunt huiusmodi interrogationes. Plaut. Pænulo. Act. 5. Scen. 2. Idem Trinum. Act. 1. Scen. 2. *ib. Deceptus quælibet*] Deceptus quoduis prius nomen audiat quàm meum.

ib. vlla) nullo. m. s. *ib. vt limen contigeritis* Postquā ad ædes eius perueneritis.

ib. Alius ebur) Sellam eburneam & curulem. Materia pro re conf.

ib. Aut populi reditus) Publica vectigalia.

ib. Vt erunt] vbi erunt. m. sc.

ib. Vocati) recepti. m. se.

85. *Consulet*) Consilium capiet, sciscitabitur.

ib. Tempus ab his uacuum] Vacuum à repub. tem. Germanico dabit. *ib. A magnis hunc colit*) Proximè & secundum August. & Tiberium. *ib. ille deus*] ipse.

ib. A turba rerum) A multitudine istor. negociorum. *ib. velim*) volo. m. scr. & lib. vn.

ib. A miti) admitti. m. sc. mendose.

ib. Cum fugeret In exilium abiret.

ib. Tui] sui. lib. vn. *ib. Tuendæ*) tenendæ. m. sc. Ad sustentandam vitam. *ib. Mancipium*) alij mancipio. sicut infrà eleg. 15. Méque tuum libra norit & ære magis. hoc est magis quam per æs & librā. Lucret. Vitáque mancipio nulli datur, omnibus vsu. hoc est χρῆσιν non κτῆσιν. *ib. Nam prius umbrosa*) Pollicitatio poetica perpetuæ beneficior. acceptorū memoriæ.

ib. Sua dona) Vitam, quam ei acceptam fero, conseruet: vel, pergat me suis iuuare officiis.

ib. Sic fuerit uestræ causa peracta uiæ Vbi hæc effeceritis: postquam hæc mihi effecta dederitis.

86. *Hei mihi*) Et mihi. *ib. valet*) valent. m. sc.

ib. Iam tempus lustri transit in alterius In tempus alterius quinquennij. *ib. Opposuit nostra* Metaph. à cursoribus. Virgil. lib. 5. Nam sese opposuit Salio.

ib. Inuidiosa) Insidiosa. m. sc. & lib. vn.

ib. Maxima Maxime. m. se. & lib. duo. probe.

ib. Numen ad Augustum) Apud Diuum August. intercedere. *ib. Non*) Nec. m. sc. & lib. vn. bene.

ib. Nostram cuiquam] cuiquam nostr. m scr.

ib. Decepta) Per errorem admissæ. *ib. De cælite recens* De Aug. cui defuncto statim diuini honores decreti fuere. *ib. Vtinam mihi sitque malorum*) precor vt mihi. m. scr. non male. *ib. Modus* Finis.

ib. Fide nota. lib. vn. *ib. Amorem*) honorem. m. scr.

ib. Pariter lacrymas] lacrymas pariter. m. sc.

ib. Dedit) fuit. m. sc. *ib. Vt quicquid ualeas*) Vt quicquid val. lib. duo. probè. Et qui quàm val. m. se.

ib. Marte forensi) in arte for. m. se. male. Martem forens. appellat causas forenses, & forense dicendi genus, quæ Lucan. togatæ Munera militiæ appellat. Catalect. *ib. videtur*) videntur. m. sc.

87. *Legis uindicta seueræ* Animaduersio in reum secundum leges: vel assertio legis contra violatores illius. *ib. In armis*) Bellis forensibus.

ib. Et lingua tela subire tua Experiri vim eloquentiæ tuæ. *ib. Istius ingenium corporis esse negent*) Humani ingenij opus esse. *ib. Hinc*) hic lib. vn.

ib. Nobis nomimum) nim. nobis. m. sc.

ib. In caput] Ad fontem recurret. *ib. Euxino* Euxini. m. se. *ib. Vtque* Atque. m. scr. malè.

ib. Thyestææ cedant si tempora mensæ, Solis ad Eoas currus agetur aquas] Quia Atreus Thyesti fratri filium epulandum apposuit: cuius facinoris horrore, Sol retrocessisse fertur, reuncato ad auroram curru.

88. *Oras* vndas. m. se. *ib. Sub axe*] Arcto seu polo septentrionali. Synec. Axis enim extremitates sunt poli. *ib. En*) an. m. scr. *ib. Rigido*) gelido.

ib. Stantia uina gelu) Virg. 3. Georg. cædúntque securibus humida vina. *ib. Iapyx*] Iazis lib. tres. m. se. Hyasis. Merula Iazya legendum putat. Iazyges autem poeta in Tristibus quoque nominauit.

ib. Sub adunco ferro Sub sagittarum spiculis.

ib. Et Ac. m. sc. *ib. Duas*) Vnam ferri, & alteram veneni. *ib. Tenditur ad primum per densa pericula pilum*] Ad centurionatum, quem ordinem centuno Primipilus ducebat. Vide Ald. Manut. quæst. per epist. *ib. Nuper honor*] primus hon. m. scr.

ib. Ipsa tamen uirtus ordine maior erit] Primopilari scil. quem primipilus ducebat. *ib. Aegypsos*] Egyros. m. sc. vitiose. Vide lib. 1. eleg. 9. *ib. Loci*] tui. m. se. perper. *Melius*] potius. m. sc. depravate.

ib. In summis nubibus aqua iugo] Hyperbol. in significatione summæ altitudinis.

89. *Expositis*] In terrā traducto. *ib. Domini*) Donni lib. vn.

lib.vn. Dauni.m.f. Itaq; suspicabar an Fauni scribere voluerit: A Fauno.n. Aborig. rege, & Vitellia, quæ multis locis pro numine colebatur, Vitelbos ortos tradit Sueton. Vitellio. Micyll. hanc ὑπογραφὴν ad Vestal. directam putat. *ib. Fulgentibus armis*] fortissimus.m.sc. *ib. Brumali grandine* ; [illegible] *ib. Vacat* caret.m.sc. *ib. Talis apud Troiam Danaos pro nauibus Aiax*] Vide Homer. Iliad. ό.

ib. Faces] Ignea, quos nauib. Hector iniiciebat.

ib. Admotaque dextera dextræ) Manus cum hoste consertæ sunt. *ib. Quósque neci dederis*) Quosque neci ded. quótque.m.sc. *ib. Impositoque Getes sub pede multus erat*] Multa Getarum cadauera. Synecd.

ib. Aegyptos] Egyros.m.sc.perp.

90. *Hunc tua*) quoque.m.sc. *ib. Qua*) Quæ.m.sc.

ib. Pia si possis superos lenire rogando) Si quid gratia apud Cæsares proficere possis. *ib. Iam nil præstes*] mihi non pr.m.scr. *ib. Velle iuuare*] Iuuandi voluntatem in parte meritorum pono. *ibid. Impetus iste tuus*) Studium & affectio bene de me merendi.

ib. Longum modò duret in æuum) modò longum.m.s.

ib. Lassa) lapsa.m.sc. *ib. Affinia u.*) Affinitatis coniunctio necessitudine quadam nos deuincit.

ib. Ducis) Contrahis, in significatione animi irati.

ib. Hic) hoc.m.sc. *ib. Per innumeros auos*) Per longam maiorum seriem. *ib. Mores qui sint*) qui sint mores.m.sc. *ib. Agi*) Profici. *ib. Non est*) nulla est m.sc.& lib.vn. quod Fabric. quoque probat.

ib. Sinit] sinet.m.sc. *ib. Quilibet*] Qualibet.m.sc. Est autem in his allegoria perpetua.

ib. Quantum ualeant numina] valeant quantum m.sc. *ib. Nec tibi de Pariis statuam Germanicæ templum Marmore*] Idem August. se factum pollicetur. Virg. 3. Georg. *ib. Carpsit opes*] Attenuauit, minuit.

ib. Illa) ista.m.sc. melius. *ib. Verba salute damus*] Verbis gratias reddimus. *ib. Quàm potuit, dat maxima* quæ pot.m.sc. *ib. Et finem pietas contigit illa suum*) Functus est officio suo. 91. *Officio*) Gratitudine, quæ versibus declaratur. *ib. Aptior*] gratior.m.s.

ib. Actorū) auctorum lib.vn. actoris.m.sc. altero res gestæ significantur, altero qui eas gessit.

ib. Carmine fit uiuax uirtus) Horat. Dignum laude virum Musa vetat mori. *ib. Scripta ferunt annos*) Nominis & famæ immortalitatem afferunt. Vide Horat. lib.4. Od.9. *ib. Quis Thebas, septémque duces sine carmine nosset.*] De his Aeschyl. Tragœdiam inscripsit ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. *ib. Quicquid*) quisquis.m.sc.

ib. Digestum) In ordinem redactum.

ib. Nubifero igne) Fulmine nubes glomerante.

ib. Victor laudem] laudem victor.m.scr.

92. *Et modo Cæsar auum quem uirtus addidit astris Sacrarunt aliqua carmina parte tuum*) ὑπογραφὴ ad Germān. Augusti nepotem.

ib. Officium ingenium.m.scr.

ib. Vatis coniunx uates A coniugatis. Ita in 1. Fast. Si licet, & fas est, vates rege vatis habenas.

ib. Materiam] Scribendi argumentum, reb. scil. à te gestis. *ib. Maius*] maius. Merul. & m.sc.

ib. Verba] bella.m.sc.& lib. duo.

ib. Apollo) Apollo est. lib.vn. *ib. Vterque manus*) Citharę scil. & arcus. *ib. Desunt, nec*) nec desunt pr.m.s.

ib. Vngula Gorgonei) Hippocrenes Musar. fontis.

93 *Tueri* tuenti.m.sc. minus bene.

ib. Pellitis) Pelles indutis. Propert. Pellitos habuit rustica corda patres. Horat. pellitas oues dixit.

ib. Distat) distet. lib.vn. *ib. Vnde tuas possim laudes celebrare recentes*] Modò tibi partas: ne prius quàm ad me perueniant propè veterascant.

ib. Pæne) sæpe.m.sc.

ib. Occurrat) Reddatur. *ib. Bis senos fasces*) Cal. Ianuar. quibus consulatum inibis, quem μετωνυμικῶς designat per 12. fasces: quos Consuli lictores præferebant. *ib. Sine me tanges*) tanges sine me. m.sc.

ib. Subeat partes) Succedat: partes meas gerat.

ib. Iusso die) Quo iussa est die. Hypall.

ib. Fatis essem melioribus ortus) genitus melioribus essem, m.scr. *ib. Et mea sincero curreret axe rota*) Si vita mea in offenso fortunæ cursu ferretur. Allegor.

94 *Gratatusque darem cum dulcibus oscula uerbis*] Gratulatus honoribus tuis. *ib. Dumque latus*) Cùmque.m.sc. *ib. Cinget*] Socii cinget.m.scr.& lib.vn. melius. *ib. Lateris*) lateri.m.sc.& lib.vn. *ib. Turba quantum eliderer*) Vrgerer frequentia multitudinis.

ib. Tum) tunc.m.sc. *ib. Quoque m.*) Vtq;.m.sc. *Noscas*) noris.m.sc.& lib. duo probè. *Spectarem*) Prospicere. m.scr.& lib. *ib. In sella nossem formata curuli*) Quæ curru vehebatur, vnde curulis magistratus dictus, quòd, qui eum gererent, in curiam curru deportareotur, imposita illi sella eburnea, in qua considebant. *ib. Numidæ*) Numidi.m.sc. *ib. Dentis*] Elephantis Numidici. *ib. At cum* Aut.m.scr.

ib. Deus) Iuppiter Capitolin. *ib. Plena quàm*] quàm plena.m.sc. Locupletes aceruos thuris focis ingerebant & lance plena dabant: tenuiores verò grana duntaxat aliquot, vel glebulas & micas summis digitis iniiciebant. *ib. Ter quater*) Numerus finitus pro infinito. Virg. ô terque quaterque beati.

ib. Mutasius urbis si modo fata darent) Potestatem degendi in vrbe. *ib. Sola capitur*) capta est sola.m.sc.

ib. Visum est) Placuit. Virg. Sic visum superis. Græci δοκεῖν dicunt. *ib. Iuuet*) iuuat.m.scr.

95. *Prætextum*) Toga enim prætexta vtebantur magistratus omnes. Vide Ald. Manut. quæsit. per epist.

ib. Nunc longè) longè, hoc est procul ab vrbe.

ib. Reditus hastæ supponere lustri) Vectigalia quinquennalia in publica actione locare. Vide Macrob. lib.1. Satur. cap.12. Idem super eleg 5. Aut populi reditus positam componet ad hastam.

ib. Credet) Cernet.m.sc.

ib. Petat) petat, omisit.m.scr. cum lacuna.

ib. Grates) Supplicationes.

ib. Albáue) Albáque m.scr.

ib. Opimorum boum) Præcipuè pinguium. Fest. Et feriendi verbum propriè ad victimas pertinet.

ib. Principis) Cæsaris.m.sc. *ib. Prius*) prius.m.scr.

ib. Lucidus apex Flamma emicans.

ib. Frater) Flaccus.m.sc. Fabric. Græcini fratrem C. Pompon. Flaccum appellat contra aliorum annotationes, qui L. Pompeium Flacc. nominat. Gessit autem consulatum cum C. Cæl. Rufo ann. ab V. C. DCCLXIX. *ibid. Nam tibi finitum summo Græcine Decembri*) iam functum summo Græc. Decembris. m.scr. *ib. Iam die*) Kalend. Ianuar.

ibid. Tu fratris fascibus Consulatu. μετωνυμικῶς.

ib. Grauitas) Auctoritas Tiber. Imp. nam Augustus triennio antè obierat.

ibid. Auctoris) actoris.m. scr.

ib. Augusti) Tiberij Augusti.

ib. Dabit aura sinum] Vela inflabit: aspirabit. Alleg. *ib. Tacitæ rudentes* Facite periculum, num vestra intercessione ab exilio reduci possim.

ib. A Stygis) è Styg.m.scr.& lib. duo.

ib. Mysas gentes) gentes iussas.m.sc.

ib. Fissos) fixos.m.scr. male.

ib. Træzen) Trœzenem.m.sc. perp. al. Rœzen.

ib. Vero sanguine) Barbarorum sanguine.

ib. Quære loô faciem)Sciscitare ex Flacco fratre.
ib. Ad)An.m.sc.& libri rectè.
ib. Mentiar) Effluat.m.sc.
ib. Duratus frigore Pontus)Glacie astrictus.
ibid. Et teneat)Occupet.
ib. Mea fama vita.m.scr.
ib. Nec semus)Nou.m.sc.& lib. prior.probe.
ib. Animi)animi,quem tu laud.m.scr.
97. *Rem queat*)Re quest vt nulla iam tot.m.scr.
ib. Hæc)Hoc.lib.vn.
ib. Ili qui me nolle videns Nauger. me qui. m. sc. quod me vell. al.me quia vell.
ib. Publica æra) Tabulæ publicæ. Materia pro re confecta. *ib. Conueniens miseris & quamquam gloria non est*,Quamuis miserum non deceat gloriari.
ib. Numus idem)Ius immunitatis.
ib. Iam facto)non facto iam.
ib. Deo)Augusto inter deos relato.
ib. Amæ lateri)à me lateri.m. sc. mendosè.
ib. Pontus terra) Incolæ Ponti. Continens pro contento. *ib. Natalem ludis fiat celebrare Dei*) Natalem Augusti, qui incidit IX.Kal.Octobr.
ib. Longa) In longum porrecta. Vide Metam.lib. 1. cap.1. 98. *Læuor*)læuus: quod Fabric. etiam probat & Micyll.m.scr.& lib.vn.leuius.
ib. Præside)principe.m.scr.
ib. Audierat Audierit.m.sc.
ib. Exiguus corpo munere pauper opes Ludorum impensa ad solennem natalis celebrationem.
ib. Tu cete seu Θεσπεσεῖ ad diuum Augustum.
ib. Hæc)hoc.m.sc. *ib. Vt est* & est. m. sc. & lib. vn.minus probe. *ib. Peruenient*) Perueniunt istuc. m.sc. *ib. Quæ de te misi cœlite facta nouo*) Græcis est ἀποθέωσις. *ib. Numina* pectora. m. sc. minus apposite. *ib. Parentis*)Patris patriæ.
ib. Hic mihi) Hæc mihi Cimmerio lib. vn. & Fabricij duo manuscripta.Hic mihi Bistonio.m.sc.
ib. Gutta cauat lapidem consumitur annulus usu : Et teritur pressa vomer aduncus humo)Chœril. πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ. Lucret. lib. 1. Annulus in digito subtertenuatur habendo : Stillicidi casus lapidem cauat: vocus atstri Ferreus occulte decrescit vomer in aruis. *ib. Perdis*)perdet.m.sc.& lib.vo.
99. *Non*)quæ.lib.vn. *ib. Aequoreæque* (συνεχῶς) præcedentis versus. Vide Hom. ὀδυσσ. ι.
ib. Fuit concubuisse d.)deæ concub fuit?m.sc.
ib. Hippotades)Aeolus Hippotæ filius:de quo vide ὀδυσσ. κ. *ib. Vilis aura*,Secundus Zephyri flatus.
ib. Non)Nec.m.sc.& lib.vn.rectè.
ib. Bene cantantes labor est)Notat Sirenes. ὀδ. μ'.
ib. Audire puellas)audisse.lib.vn.
ib. Nec degustanti lotos amara fuit)Hom. λωτοῖο μελιηδέα καρπὸν appellat ὀδυσσ. ι.
ib. Læstrygonas) Læstrygonum. Enallage numeri. Vide ὀδ. κ'. *ib. Cyclops*) Polyphem. de quo ὀδ. ι. & Eurip.Cyclo. *ib. Phylacem*) Phyacem.lib.duo. Pheacem. m.sc. *ib. Scylla*) De Scylla & Charybdi vide ὀδ. μ'. *ib. Ferox trunco*)feris.m.sc & lib.duo.
ib. Cùm latret)quæ latrat.m.scr.
ib. Eniochiæ,Eniochiæ vel Heoiochæ lib.duo. Enaochiæ.m.sc.
100. *Nec*)Non.m.sc. *ib. Epotet*)epotum lib. vn.
ib. Errent)errant.libr.duo.
ib. Lætum) Læuam Ponti regionem, in qua poeta fuit. *ib. Agri infrondes*)ager infrondis,lib.vn.
ib. Tincta)recta lib.vn. *ib. Vel*)quæ.m.sc.
ib. Et qua vt quo.m.sc.& lib.duo.
ib. Siccus contentus nunc mater erat.Siccis pedibus.

ib. Quæ fert asperiora fide) Grauiora quàm quæ credantur. *ib. Causam*)Causa.m.sc.& lib.vn.
ib. Horrida hyems)Hyemis inclementia mare congelet. *ibid. Proxima sunt nobis plaustri præbentia formam* Homer. ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.
101. *Hic*) Hinc. m.sc.& lib. duo.& rectius.
ib. A propiore loco A plaga Septentrionali.
ib. Hic)hoc.m.sc. *ibid Sagaris*)Sagarus, Peoeus, Paotique,Cadesque.m. sc. al. Peniusque, Hipanusque, Orstesque.forte melius.
102. *Cynapes*)Syoapes.m.sc.
ib. Tyras)Tyraa.m.sc.
103. *Et in femineæ Thermodon* Amazonibus,quæ istic sedes habuerunt,teste Strab.lib.1.
ibid. Turbæ)turmæ lib.vn.
ib. Petite)potite.m.scr.
ib. Dyraspes)Dyraspes.lib.duo &.m.sc.
ib. Asiam Cadmique sororem)Europam,cui Europa Agenoris F. Cadmi soror oomen dedit: sicut Asiæ Promethei vxor cognominis.
ib. Cedere Danubius se tibi Nile negat) Idem Herod. de Istro memorat lib.2.
ib. Est)= est.m.sc.non habet.
ib. De sale)cum.m.sc. *ib. Si roget hæc aliquis, cur sint narrata Pedoni*] Apostrophe ad C. Albinou. Pedonem,ad quem ista scribuntur.
ib. Scripsimus)scribimus.lib.vn.
ib. Dolore)dolori.lib.vo.
ib. Materiæ tuæ) Argumenti tui.
ib. Quæcunque refers imitere virum) Theseum , cuius res gestas memoras. *ib. Ille*)Iste.lib.vn.
ib. Tranquilli comitem temporis esse fidem) Rerum secundarum , cùm ipse Pirithoo rebus aduersis fidem præstiterit. Metaph.à mari.
ib. Conditur)conditus.lib.vo.rectè.
ib. Tanto quanto)tantus quantus. m.sc.tanto quâtus libr.duo.melius. Est enim sens. Quantus ille rerum gestarum magnitudine ingens sit, & maior etiam effectus tuo carmine, superante illius magnitudinem sua grandiloquentia.
104. *Illi*)illi.lib.vn.rectè.vt ad Theseum referatur. qui Isthmum Achaicum siue Corinth. peruium fecit,obsessum à Scini latrone.
ib. Onerosa)operosa.lib.vo.hoc est,laboriosa.
ib. Perstas)præstas.m.sc.& lib.vn.mendosè.
ib. Tremente]querente.m.sc.& lib.duo probe.
105. *Cæleste*)Augusti ictu.κατ' ἐξοχήν.
ib. Te non spoliare)qui te spol. m.sc.& libri probe.
ib. Habuere)Duxerunt.
ib. Sed neque solari prudentem stultior ausim] Vide epist.Cicer.ad Marc.Neque monere te.lib.4. ep.8.
ib. Mora) Longinquitate temporis. Sulpic. Cicer.
ib. Et)ac.m.sc.mollius. *ib. Officium solatia dicere certi est*)officium est sol.dic.certi.m.sct. & lib. vn. & Fabric. *ib. Dum* &.m.sc. *ib. Mentis* mortis.m. sc.
ib. Mouet illa, nouat)monet,illa nouat.al. monet,illa mouet,bene. *ib. Adde quod* A1q; quod atque.lib.vn.
ib. Est aliqui nostrum si modò carmen h.]Si modò alicui est honori legi in nostro carmine.
ib. Honos)honor.m.sc.& libri.
ib. Lex pedis officio]Metri,quod non admittit nomen tuum. *ib. Incipiatque minor*)Pentameter. cuius initium fit tanus desinente hexametro in Tutis cuiusmodi τμῆσις non infrequens est Lyricis poetis. *ib. Qua*)quæ.m.sc.
ib. Arctius appellem Correptius , vt ipse inquit,hoc est corripiendo syllabam natura productam.
ib. Et pates)Nec.m. sc.& lib.vn.

ib. Ducatur]Producatur: ἐπαλλαγμένως.

ib. Porrecta]pro recta. m. sc.

ib. Et merito pectus habere negor]Sapere: prouerbiali figura. *ib. Muneris*]nominis. m. sc. & lib. vn. perper. Munus autem appellat quod paullo ante officium dixit. *ib. Quod meus adiecto fenore reddet ager*]Quod in posterum à me compensabitur ἀντιγραφῆς.

106. *Cùm regerem tenera frænis nouella manu*] Cùm primùm animum applicuissem ad hæc studia. Metaph. à re equestri.

ib. Te censore]Iudice, Aristarcho.

ib. Dignum Mæonijs]Dignã. Merula. Alias κατ' ἐνάλλαγην hæc exponenda erant, vt subaudiatur poema vel opus, quod cum Homeri scriptis comparari dignum sit. *ib. Hic tenor*]Hæc amoris perpetuatio.

ib. Ad alb.]in alb. m. sc.

ib. Albentes labefacta comas]Notatio senectutis ab adiunctis. *ib. Putem*]reor. m. sc.

ib. Sed prius hunc desine & bellum & frigora terræ] Notatio ἐπὶ ἀδυνάτων poetica.

ib. Præfrigidus Auster]perfrigidus. m. sc.

ib. Lapso]Afflicto. Metaph.

ib. Crede mihi)Alludit ad Senarios in orat. Lycurg. contra Leocrat. quibus mentem auferre Deus dicitur iis, quos ad supplicium trahit.

ib. Miseros prudentia prima relinquit]miserum prudent. pr. reliquit. m. sc. *Quóne meam facias ad mea vota vado*)Quoque modo. m. sc. & pro vado, quidam l. vide, habet.

107. *Color hic tibi*]color est tibi proximus. m. sc.

ibid. Et structura mei carminis esse potest] χαρακτὴρ λέξεως ἢ συνθέσεως. compositio, siue stylus, & idea.

ibid. Quia]quod. m. sc.

ib. Non quod)quod non. m. sc. & lib. recte.

ibid. Certè]certo, omiss. in. m. scr. cum lacuna.

ibid. Titulum chartæ]chartæ titul. lib. vn.

ibid. In multis libellis)Inter multorum scripta.

ib. Produnt)Prodent. lib. vn.

ib. Esse]ipse. m. sc. & lib. vn.

ib. Colore]Idea, seu forma & dicendi genere, qui Græcis χαρακτὴρ est.

ib. Pulcra populo. m. sc.

ib. Sunt]sint. m. sc. *ib. Faciam*]feci. m. sc.

ib. Et scripsi Getico)in Getico scripsi. m. sc. al. & Getico scripsi, quod magis arridet.

ib. Nostris modis Latinis metris seu rhythmis.

108. *Laudes*]laudem. m. sc.

ib. Numine)munere. *ibid. Nam patris Augusti docui mortale fuisse Corpus* τῆ ἀποθεώσει Augusti.

ib. Numen Animam.

ib. Sæpe recusati cœperit imperij] De Tiberio recusante imperij summam. vide Sueton. Tib.

ib. Vestam]exemplum. m. sc. fortasse ex glossemate. Indicatur autem Vestę mentione, tanquam περὶ Σεβαστὴν τὸ παράδειγμα singulare pudicitiæ matronalis exempl. *ib. Est nato dignior*)vi est. m. sc. non habet, & lib. vn. *ib. Duos iuuenes* Germanicum & Drusum. *ib. Cui*]Qui. m. sc. & libr. duo.

ib. Venit & ad digitos vltima charta meos] Ad finem recitando perueni. Hypall.

ib. Sexta relegatum bruma sub axe] Annus sextus, ex parte totum.

ib. Vides tenet. m. sc.

ibid. Studij sacri]Poetici, propter Apoll. & Musas illi præsides.

ib. Per non vile tibi nomen amicitiæ)Et per non vile nom. m. sc.

ib. Præbent]afferat. m. sc.

ib. Deorum)deorum. m. sc.

ib. Quos laus formandis est tibi magna datis] Quos laus formandos est tibi magna datos. m. sc. & libr. duo: & Fabric. *ib. Præbe nostræ monumenta saluti*] nostræ præbe. m. sc. melius.

ibid. Nil me præterea quod iuuet,) malim [illegible] re te.

109. *Quò mittar*]m. sc. qua mittar. lib. duo. quò mittar. melius.

ibid. Quoque quia. m. sc. & lib. duo probe.

ib. Commutabitur istro]commutabimur. m. sct. & lib. vn. *ib. Frigus minus odit hirundo*; Nam secundi prouerb. ἡ χελιδὼν τὸ ἔαρ λαλεῖ.

ib. Succensent succedunt. m. sc. mendose.

ib. Ergo ego ne scribam] Cur ego ne sc. m. sc. minus eleganter. *ibid. Agricolæ* Argolici. m. sc. Agricolam senem appellat Hesiodum propter ἔργα quę scripsit.

ib. At Et. m. sct. & lib. vn. probe.

ib. Terra genitus natus terra. m. sc.

110. *Intumuit vati*]Irata fuit: Græca metaph.

ib. Non tamen)nec. m. sc.

ib. Dicta]docta. m. sc. hoc est, alijs innotuit. Homer. ἰδέας τ' ὄνομ' ἦν τρηχεῖα.

ib. Non loca Nec loc. sed scriptis mor. m. sc.

ib. Sceptius)Sestius lib. vn. & alt. Septius. & vo. Sextius. Est autem legendum Scepsius, teste Plin. lib. 34. cap. 7. Metrodorus Scepsius, cui cognom. à Romani nominis odio inditum est. Dictus enim μισορωμαῖος. *ib. Falsa tamen passa est*]Passa tamen falsa. m. sc. *ib. Auctori*)actori. m. sc.

ib. Sera lingua ἀκόλαστος γλῶσσα. Eurip.

ib. Populi mihi populum mihi vertit in iram. m. sc. non inscite. *ib. Quod Illyrica si iam pice nigrior essem*) μελάντερος. Idem de Art. Nigrior Illyr. cui pice sanguis erit. *ib. Non mordenda mihi turba fidelis erat*) Conuiciis laceranda. A canibus sumpta tralatio.

ib. Molliter à nobis Militat à nobis. m. sc.

ibid. Gratos indicat esse viros)gratos. m. sc. & lib. vn. vitiose. Dicit enim Tomitas a Græcis, vnde oriundi sunt, hanc traxi[illegible]humanitatem.

ib. Qui munera [illegible] *eus*) Qui legum beneficio immunitatem sun[illegible] adepti.

111. *Requiras*]requiret. m. sc. probe.

ib. A superis hic mihi primus e. Proxime & secundũ Cæsares. *ib. Quæ numero tot sunt, quot in horto fertilis*] Notatio numeri infiniti hyperbolica.

ib. Arua]agri. m. sc.

ib. Rubent latent. m. sc.

ib. Tmolia]Gnosia. m. sc.

ib. Parit]gerit. m. sc.

ib. Testere licet)Alludit ad testimoniorum consuetudinem. Testationes enim signis eorum qui interant, obsignare morjs erat. l. Moris ff. de pœnis. Cic. pro Quinct.

ib. Et me] me rem par. tu pone pat. m. sc. minus probé. *ib. Rem paruam*)ἀντίθεσις seu appositio.

ib. Regnataque terra Philippo Macedonia, quæ vnà cum Sicilia patron. habuit, Pomp.

ibid. Munere tristi]numine. m. sc. vitiose. Est enim sensus. cùm me tuum munus, propter vitam scilicet quam tibi debéo, in Ponto habeas.

ib. Et detur)vt detur. lib. vn. recte.

ib. In Dijs est]Penes deos, hoc est. Cæsares.

ib. Discernere]decernere. lib. opt.

ib. Dubitam oro]dubites oro: nam flam. m. sc.

ib. Et pudet & metuo, sempérque eadémque precari] semper eadémque. m. sc. producta ER terminatione more veterum: cuius productionis exempla

collegit Giph. in coniect.

ib. Nostra feres si modò Musa Getas) Musa fer. si mod. nostra. m. sc. *ib. Minus*) magis lib. vn. & Micyll. hoc est, me magis esse tuum, quàm si per æs & libram emtus sim. In nostro cod. legitur: Méque tuum munus ..... tenuante libra. Apparet autem esse mendum. *ib. Summa dies*) Mors vitæ exitus. Vnde diem obire pro mori. *ib. Famaque post cineres maior uenit*) Propert. Maius ab exequiis nomen in ora venit. Vide Plutarch. Num. *ib. Tunc*) Tum. m. sc.

ib. Annumeraret) annumeraret. m. sc. vt ad fam. pertineat. *ibid. Cùm foret & Marsus, magnique Rabirius oris*) cúmque foret Marcus, magnique Fabirius. m. sc. mendosè.

ib. Et, qui Iunonem læsisset in Hercule, Carus) Et Iunonem qui læsit in Her. m. sc.

ib. Gener) genus. m. sc. vitiosè.

ib. Trœzen) Trœzena. lib. vn.

ib. Ingeniíque sui) Ab ingenij sui largitate.

ib. Cognomine) de nomine.

ib. Duxit) duxit. m. sc. & lib. vn.

ib. Domito) domitam. m. sc. hoc est, superatam post obitum Hectoris, vel partem belli Troiani, quod gestum est à domito Hectore, sicut Calab. scripsit Posthomerica. *ibid. Thuscus*) Troeus. m. sc. mendosè fortass. sicut & alia propr. pleráque.

ib. Quique acies Libycas Romanáque prælia dixit] Merula Ennium significari putat aut Næuium: sed fallitur, cùm Naso de suæ ætatis poeta loquatur.

ibid. Trinacriúsque) Tynacriúsque. m. sc.

ib. Tyndaridósque) Tindaridisque. m. sc.

117. *Mæoniden*) Mæonide libr. duo. rectius fortasse Mænniam Pheatida. m. sc. perp. Vide eleg. 12. ad Turican. *ib. Turani*) Taratani. m. scr.

ib. Melisse) Modose. m. scr.

ib. Varius Gracchúsque] Varus Gratúsque. m. sc. illud rectè, hoc perp.

ib. Tityrus antiquas) Quas Maro ante ipsum pauerat. Innuit enim suæ ætatis bucolicorum scriptorem poetam aliquem.

ib. Et erat qui pasceret h.] recubasse refertur ad herb. m. scr. perper. *ib. d. Naiadas à Satyris*] Naiadas Saty. lib. vn. *ib. Mihi*) modo. m. sc.

ib. Quòd medita musa est) Nondum edita, negandi significatione. *ib. Te tamen*) tantum. m. sc.

ib. Numen) lumen. m. sc. & lib. vn. probè.

ibid. Messaláśque paternos) Messalanósque. m. sc.

ib. Maxima) Proxima. m. scr. non ineptè fortass.

ibid. Nec) nec. m. sc.

ib. Malis) mali. m. sc.

ib. Dimittere) dimittit. m. sc.

ib. Iam) tam. q. l. mendosè.

VARIETAS LECTIONVM IN LIBROS. IIII. DE PONTO, EX EMENDATIONE GREGORII FABRICII.

LIBER PRIMVS.

ELEGIA I.

PATET *mistis uersibus ille locus*] Ille, non iste, probamus ex Aldinis & manuscriptis. differentiam vtriusque intelligunt eruditi. Eadem permutatio aliis locis facta est: quam semel annotasse, satis esse iudicamus.

2. *Quid ueniant*] propter quid veniant: verùm hoc, vt puto, non vult dicere, sed, vt in duobus manuscriptis legitur, Qui veniant, id est, quales, lasciui an seueri. nec aliter Merula. Manuscriptum autem vnum, quo plerûque nitimur, & quod antiquissimum est, Patauij nacti sumus: alterum mihi à fratre Blasio, qui nunc in Asia Busuileræ docet bonas literas, communicatum est.

5. *Vidi ego linigeræ*) Aliqui scribunt, Niligenæ contra vetera & recentia exemplaria. Isis enim ortu non fuit AEgyptia, sed Argiua: vnde lectio quoque falsa est lib. 1. de Arte, Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra iuuencæ. Isis autem linigera, vel à vestitu sacerdotum, vel à statuæ suæ amictu appellatur. Niligena appellari non potest.

Estur ut occultis uiciata putredine nauis) Liber Patauinus, vitiata teredine, nam in mari tantùm teredines sentiuntur, nec aliam putant propriè teredinem dici, vt auctor est in X V I. Plinius.

ELEGIA II.

5. *Amittet uires ipsa Medusa suas*) Vulgata; protinus ipsa suas. Sed illam repetitionem habent manuscripti.

6. *Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis*) Nemo quod sciam, vidit versum claudicare, vt testantur quotquot sunt impressi codices. Legendum verò hoc distichon è Patauino,

Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis,
Ignibus admotis ut noua cera liquet.

Nam qui in postremo, Soler, scripsit pro Liquet, putauit primam in verbo liquescunt, esse productã.

ELEGIA III.

7. *Quamque libet longis cursibus aptus equus*] In manuscripto, Quamlibet & longis. Si legitur, Qualibet, magis Ouidianum est.

Quorum mitissimus ille est) In manuscriptis, item in Aldino, quorum iustissimus ipse est. quod cur mutatum sit, non assequor.

8. *Non tibi Theromedon*) Alij legunt, Therodamas, quem nonnulli Numidiæ, aliqui Scythiæ regem fuisse scribunt, notæ immanitatis: hominum enim cruore leones pauit, vt equos suos Diomedes in Thracia, canes in Ponto Mithridates. Atreum autem crudum, quasi cruentum nominat, quia Thyestem fratrem fugauit, & fratrem alterum Chrysippum suffocauit, vxorem in mare præcipitauit, & fratri filios vorandos apposuit: cantata multis tragicis scelera.

9. *Multa metu pœnæ pœna qui pauca tenerat*) Aliam lectionem annotat Merula, sed, vt arbitror, repetitu indignam.

Ille ego qui duxi uestros Hymenæos) Magis poeticũ, Ille ego qui duxi, vt in Patauino. quasi diceret, adduxi voto & gratulationibus. Carmen nuptiale ad Fabium Maximum, cuius hic meminit: alterum i-

tem carmen de eiusdē obitu, cuius infrà libro quarto, temporum iniuria interciderunt. Vt & aliud de obitu patris Messalini, de quo hoius libri elegia octaua.

ELEGIA IIII.

12. *Cùm bene sine clausæ cauea Pandione natæ*) Aldinum, Cùm beue sit clausa cauea Pandione oata: vnde diuinat Micyllus legendum esse, Cùm bene sit clausæ cauea Pandione natæ. Sed vulgata lectio sequentibus magis conuenit. Sensus est, Quamuis commodè viuat in cauea hospita lusciniæ, tamen libertatem siluarum quæuis magis expetit.

Altera Bistonias pars est sensura sagittas] Manuscripta oefeio quàm bene, sensura sarissas. Est autem sarissa, hasta perlonga, vt Liuius de bello Macedonico. Ouid. XII. Met. Qui elypeo, gladióque, Macedoniaque sarissa. Thraces sarissis vsos esse non legi.

14. *Sed sim quam medico*) Aldinum rectius, Sed sum, quàm medico, notior ipse mihi, cum quo facit manuscriptum.

ELEGIA V.

15. *Nec si me subito*] E manuscripto, Nec me, si subitò videas, agnoscere possis.

16. *Solis ad occasus utraque terra timet* In antiquis, tremit: quod verbum maiorem efficaciam habere videtur.

Nec Amyntore natus] Quis iste sit, ipse explicat Ouid. VIII. Met.

& cretus Amyntore Phœnix.

Naugerius legit, nec Agenore natus, vt intelligatur Phineus, è sententia Apoll. & Flacci. Merula scribit, alios legere, nec Apolline natus, vt intelligatur Mopsus vates. Idem nescio quam aliam fingit lectionem. In tanta diuersitate ad magis eruditos reiicio sententiam. Naugerij lectionem Micyllus comprobat.

Ille quod subijt Aesone natus opus) Melius in manuscripto, Quod subiit Aesone natus onus.

ELEGIA VI.

17. *Scribimus inuicta uixque coacta*) Libri manuscripti, inuita vixque mouente manu.

18. *Saucius eiurat pugnas gladiator*) In Patauina, Saucius eiurat pugnam: id est, se non repetiturum sanctè confirmat, bellis seriò renunciat.

Hanc messem, satis est, si mea reddit humus) Aliter in vetustis: oempe, si modò reddat ager. Tanta varietas orta est, quòd in antiquis codicibus obliterata interdum verba fuerunt, quæ impleuerunt de suo ingenio librarij.

ELEGIA VII.

19. *Quam finit officium*) Merula & Naugerius legunt, Cum finit: sed legendum est, Qua finit, id est, quousque permittit, quatenus concedit. Ita sequēte elegia:

Quaque ego permisi, quaque est res passa.

20. *Omnis an in magnos culpa deos scelus est?*) Qualitatē sui facti tractat loco definitionis, quia, quod facto nomen imponat, nondum certus est. Igitur occupatio illa per interrogationē melior est, quàm ea lectio, quæ antehac in libris fuit.

Arcuit, iniectam continuitque manum) Ita legit Merula contra vetustos codices: quorum hęc est veritas, Arguit, iniecta continuitque manu, id est, me reprehendit, & sua vi seruauit. Iniectio enim manus, ab aliis proficiscitur, ius sibi suum vendicantibus, vt, Clamabo meus est, iniiciámque manus.

ELEGIA VIII.

22. *Quaque ego permisi, quaque est res passa*] Ita in libris vetustioribus. Qua, Pro quantum, bene interpretatur Merula.

ELEGIA IX.

23. *Non ferus Odrysiis*] Non ferus sed trux in antiquis: eodem sensu, diuerso sono.

24. *Atque domo rursus pulchræ loca uertor ad urbis*] Sententia exigit, Atque domo, ita infrà:

Atque tuia toto diuidor orbe rogis.

Vrbem pulcram intelligit Romam, quam post incendium quatuordecim regionum, quod ab V. C. anno DCC. acciderat, in nouam pulcritudinem restituit Cæsar Augustus.

Spectat flaminiæ Claudia iuncta uiæ] Quam viam intelligat per Claudiam, est obscurum: nam Appia intelligi nequit, quæ etiam eodē nomine Claudia dicitur. Duplicem igitur Claudiam fuisse, vt duplicem Aemiliam, ex hoc loco constat: alteram Flaminiæ, alteram Appiæ contiguam.

25. *Albanam petentem Appia feruenti ducit in arua rota*) In Aldino, feruenti ducit ab vrbe rota. Seuerus poeta Albanum suum petiturus, per viam Appiam vrbe exiuit, quæ ab vno latere Tusculum, ab altero Albam strata erat: vnde Tusculana & Albana cùm nominantur, eadem via Appia intelligitur.

ELEGIA X.

26. *In gelidos uertis aromata sinus*] Verius est, fudit amoma. Solebant enim vnguenta in togoa & tumulos defunctorum spargere, & ipsa cadauera iis perfundere.

ELEGIA XI.

27. *Et peragit solito*) In aliis, Sed peragit.

Grata iuuentus manu) Hæc sincera lectio, in aliis, pulcra: in aliis, grata. Iuuentas dea est: iuuentus, ipsa ætas, seu iuuenes: iuuenta, ætatis tempus.

Paruus in exiles succus mihi peruenit artus, Qui, pro peruenit, scripserunt permanet, numerorum sunt obliti.

LIBER SECVNDVS.

ELEGIA I.

30. *Armáque cum telis in strue sancta suis*) Alij instrue mista. Talis strues est in hunc diem in monte Esquillino, cui imposita C. Marij trophæa: talis effictа, cernitur in nummo quodam Augusti Cæsaris.

Deque triumphorum) In recentissimis notata lectio est. cùm in omnibus paulò antiquioribus legatur, Deque trophæorum: quod agnoscit interpres.

Captiuis addita colla uincula) Ita Patauinum, & probat Naugerius.

Sed tindo nominis esse tui) Isse, incessisse, in triumpho prælata fuisse. Interpretatio Merulæ minus conueniens, qui deceptus libris corruptis fuit.

ELEGIA II.

32. *Fortuna miserrima nostra est*) Melius, tuta est. Contra illud, Perflant altissima venti.

33. *Non contrectari tutius esse puto*) Ita in Aldino, & melioribus.

34. *Fratribus assimiles, quos proxima templa tenentes*) Hoc loco dubiè dicit, & nihil dicit Merula: non enim Caij & Lucij basilicam, quæ alia in parte vrbis extitit: neque Cupidinum simulacra intelligit: sed Castoris & Pollucis templum, quod proximum templo Iulij Cæsaris fuit. Id autem in foro fuisse, è Plauto, Catullo, Ouidio: prætereà è Suetonio &

Minutio potest intelligi.

ELEGIA III.

38. *Vt tamen audita est nostræ quoque cladis origo*] Alii, nostræ tibi cladis origo. Tibi audita, id est à te audita: vt,

Diuitiis audita est cui non opulentia Crœsi?

ELEGIA IIII.

39. *Non ita dij mihi sunt tristes*) Praua lectio, nulla sententia. Igitur emendandum est è Patauino, Nō ita dij mihi sunt tristes, id est, ita auersi atque irati. *Quod tu laudabas, populo placuisse putabam,*

Hoc precium curæ dulce recentis erat) Hoc distichō ita scribe è Patauino, vt habeat aptam sententiam.

Quod tu laudaras, populo placuisse putabam,
Hoc precium curæ dulce recentis erat.

Curam recentem appellat, carmen nuper factum. Ita lib. IIII.

Huc aliquid curæ mitte recentis opus. & lib. III.

Denique opus nostræ culpetur vt vndique curæ.

Vt autem sua carmina Ouidius curas, ita Horatius suos versiculos honores appellat, 2. Carm.

nil sine te mei
Possunt honores. Pindarus odas suas [illegible], cùm singulis ad sua respiciat argumentorū genera.

Quantus in Aeacide Actorideque fuit) Lectionem Merulæ omitto, vt ineptam. In manuscripto est, Quantus in Aeacide Thestoridеque fuit. Sed inter Achillem & Calchantem nulla fuit amicitia tanta, quanta inter Achillem & Patroclum, Aeaci & Actoris nepotes. Numerat autem præter hos duos alia amicorum in his libris paria, vt Agamemnonem & Menelaum, Castorem & Pollucem, Pirithoum & Thesea, Pyladem & Orestem.

Longa dies citius brumali sidere) Ita in Aldino & antiquis: in nostris, brumali tempore, quod è glossa videtur insertum.

ELEGIA V.

41. *Participem studij Cæsar habere solet*] More antiquo, dandi casus loco gignentis. Ita VII. Met.

Tuque triplex Hecate, cœptis quæ conscia nostris, pro conscia cœptorum. Ita aliter Virg. XI.

consiliis habitus non futilis auctor.

Dumque silens astat, status est vultusque diserti] Oratorium est ante orationis exordium tacitum & meditabundum stare: quod nunc de Cæsare Germanico dicitur, & de Vlysse XIII. Met.

Laertius heros
Astitit, atque oculos paulum tellure moratos
Sustulit.

Hoc dicendum fuit, quia in aliquibus libris legitur, Dumque silent, vt ad auditores, non ad dicentem, referatur.

Huic cùm tu placeas) Suauitatis & grauitatis causa lego, Huic tu cùm placeas, è manuscripto.

Iure igitur studio] Hi versus tres ab interprete primum, deinde à librariis fuerunt corrupti: sed, vt nunc leguntur, ita recti sunt, è cōsensu Aldi, Micylli codicum veterum. Ordo & sensus est, iure putas tuenda carmina studio vestro, hoc est, oratorio cōfinia & sacra commilitij tuenda putas, quibus sacris quasi commilitones deditι ambo sumus. Pro quibus, studiis videlicet & sacris mutuis, comprecor, vt ad extrema vsque vitæ tempora maneat tibi amicus Germanicus, de quo censeris, hoc est, de cuius fauore pendet æstimatio tua & dignitas. Ita lib. III.

Hoc domui debes, de qua censeris.

ELEGIA VII.

45. *Nitendum est vertice recto*) Patauinum, nitendum vertice recto est: quod est numerosius.

ELEGIA VIII.

46. *Quod fuerit precium, cum rude numen habet*) Alia apud alios distinctio, sed hæc propter comparationem aptior, tali videlicet sententia: Nummus argenteus Cæsarum imaginibus insignis, quanti esse precij debet, cum argentum nondum signatum adeò preciosum sit, vt à plurimis pro numine habeatur? vnde illc in Tragœdia,

[illegible]

47. *Cæsaris aduentu*) Hi duo versus sic rectè leguntur,

Cæsaris aduentu tuta gladiator harena
Exit, & auxilium non leue vultus habet.

Tut. harena, pro, ipse gladiator tutus. vt, iussas præbuit ille manus. id est, ille iussus, nota poetis metathesi. Vultus autem, id est, præsentia & fauor, vel (vt in quibusdam legitur) numen Cæsaris.

48. *Facta quòd est superis iam domus vna tribus*) In manuscriptis, Intrata est superis quòd domus vna tribus. Intelligit nummum argenteum à Cotta nobili poeta sibi missum, in quo exsculpti erant Augusti, Tiberij, & Liuiæ effigies: quas ita alloquitur supplex, quasi cum præsentibus verba faceret. Erant autem nummi alij vsitati, quibus vtebantur ementes & vendentes: alij honoris causa facti, quibus donabant amicos. e quorum genere hunc nummum fuisse existimandum est.

ELEGIA IX.

49. *Quod vterique rogati*) In aliis, Quod vterque rogatus. In aliis, Quod vterque rogari. Postremum hoc rectius.

Irritus Neptune cur ego thura feram?) Malim, pro thura legere, dona, vt est in Patauino. Per dona vel tauros intelligit, qui ei mactabantur: vel vestes, quæ ab iis, qui mare euaserant, suspendebantur.

Vana laborantis si fiant vota coloni) In Patauino, si fallant vota.

50. *Conueniens hominum est*) Scripsi conueniens homini est. nec aliter citatum inueni.

51. *Quicquid id est, habuit moderatam principis iram*) Magis ad sententiam facit, quod in antiquo est, Moderatam vindicis iram.

ELEGIA X.

52. *Diuersum quamuis quisque sequatur iter*) In aliis, Quisque sequamur, vt:

Quisque suos patimur manes.

Hoc nomen ad omnes personas referri, pueris etiam notum est.

Tu mihi æterno quicquid restabat Homero) Ita Tibull.

æterno propior nōn alter Homero.

Res Troianas scripserunt Romani, Varius, teste Horatio: Valgius, teste Tibullo: Macer & Camesinus, teste Ouidio.

Magnificas Asiæ perspeximus vrbes) Patauinum, perreximus.

Trinacris est oculis te duce visa meis) Alij. Trinacria est oculis te duce nota meis.

53. *Et olentia stagna Palisci*) Legendum, Palici è Macrobio. Olentia autem stagna [illegible], vt Polemon ait libro de admirandis Siciliæ fontibus.

Eheu quam dispar) Manuscripta, Heu quantum dispar.

ELEGIA XI.

54. *O referant grates*] pro, vtinam referant. In Aldino & Heruagiano, ore ferant, sed perperam: quod ideo annotaui,ne locus rursus corrumperetur.

LIBER TERTIVS.

ELEGIA I.

56. *Siluis nisi qua remotis Aequoreas rauco gutture potat aquas*) Scribendum est, potat, modo indicatiuo. nam illud, nisi si, apud Ouidium semper cum hoc modo iungi solet.

Hac ne degeneres) Aldinum, Ne caue degeneres. Heruagianũ, Hanc ne degeneres. Legendum suspicor è vestigiis manuscripti, Huic caue degeneres, id est, ab hoc, Propert. lib. IIII. eodem ἀρχαϊσμῷ.

Dij mihi sunt testes, non degenerasse propinquis.

Populo fortuna uidendum] Plenius est, populis. nam & ciues suos intelligit, & exteros.

Magna inter nomina) Alias, tanta inter nomina.

57. *Clausa nec officij*) Rectius est, Clauda nec officij.

Aut excussa leui pelta grandi manu] Excisa, pro excussa in libris emendatioribus.

58. *Nec nurus Aegisthi*] Aegisthi filius Alethes fuit: sed vxor Alethis, Aegisthi videlicet nurus quæ fuerit, quodque scelus, cur cum sceleratis commemoretur, commiserit: nondum me legere memini. Orestes autem vtrumque, & patruum Aegisthum, & patruelem Alethen in vltionem matris obtruncauit. In quibusdam legitur, Nec nurus Aegypti, id est, aliqua Danaidum, quæ maritos interfeceerũt, vt in margine Patauini legitur. Vnde quicunque illud annotauit, non Aegisthi legit, vt est in contextu: sed Aegypti, quod plæraque exemplaria habent.

59. *Formam Iunonis adire*] In aliis, Vultum Iunonis adire: pro, in conspectũ Iunonis venire: vel vultum Iunonis, pro, ipsam Iunonem adire. Intelligit Liuiam, Augusti coniugem, quã Iunoni comparat.

Hæc quoque uix poterit ore tremente loqui] In manuscriptis, voce tremente.

ELEGIA II.

60. *Effugiunt structos nomen honosque r.*] Malim, nomen honorque propter sonum. Quod sequitur, Occidit & Theseus, prouerbiale est, vt apud Horatium I. Carm. Occidit & Pelopis genitor. Ita Alcæus, κατθανε μέμνων. & Homerus κάτθανε καὶ πάτροκλος.

61. *Tæda non nota iugali*] Sunt qui legunt, sed male: Tæda non nata iugali, id est, nuptiis nata non legitimis. Sunt iterum, qui probent: Tæda non nupta iugali, sed manuscripta sequor, quæ & Aldus secutus est.

Sic instituere priores) Manuscripta, parentes.

Sub nube per æquora uectam. In iisdem per aera vectam.

ELEGIA III.

63. *Et sonuit paruo mota fenestra sono*] In Patauino, Et gemuit paruo. Gemitus etiam rebus non animatis tribuitur: vt,

gemuit sub pondere cymba.

Nec bene compositas) In eodem dispositas.

Pro quibus exilium durum mihi reddita merces. In manuscripto, Pro quibus exilium misero mihi: quod magis affectuosum.

64. *Hac de discipulo dona magister habet*] Multo grauius est, si legatur, Hæc de discipulo. Alij discipuli magistris non tam nocuerunt, quantum tu, ô Amor, mihi nocuisti.

ELEGIA IIII.

67. *Iuuissent aliqua forsitan illud ope*] Præterea quod in vulgatis est, aliquã forsitan illud opus. Aliquã, pro aliqua parte, vt,

si non aliqua nocuisses.

In primo versu, Vultus, certissima pignora mentis, legitur in manuscriptis.

Adde, quod assiduas domini meditata querelas) Vetus liber, assiduò domini meditata querelam.

Ad lætum carmen uix mea uersa lyra est) Quid lyræ cũ triumpho? quid eidem cum carmine elegiaco? Igitur emendo è manuscriptis, Vix mea Musa venit. Talis error, vt suprà, quem fugientibus oculos literis expleuerunt librarij. quod in hoc auctore sæpe factum esse deprehendimus.

68. *Liuor & inuisa carpere dente solet*) In iisdem manuscriptis, iniusto: nec aliter citant hunc locum gnomologi.

69. *Dij quorum monitu sumus euentura locuti*) Hæc vera lectio & distinctio est, si quid veri in libris antiquis est. Ita Tibull. Euentura precor.

ELEGIA VI.

72. *Sed pauor attonito fatiens ademerat usum,*

Cesserat omne nouo consiliumque malo) Primi versus lectio, vt proposita est, legitur in Aldino, altera in Patauino: vtraque præferenda communi.

ELEGIA VII.

Nostraque quid porur] In manuscripto, Nostra quid apportet, id aptius esse existimo.

Vera scisse perisse fide] Durior quidem est concursus in fine, sed retinent manuscripta.

73. *Qui dum sua qui liquidis brachia lassat aquis*] Manuscripta, tumidis: sed lectio vsitata magis conuenit sententiæ. Melius est subitò perire, quàm diu luctando nihil saluti suæ consulere.

ELEGIA VIII.

74. *Hos habet hæc calamos, hos hæc habet ora libellos*] Alius in nonnullis ordo, Hos calamos habet hæc: sed nihilominus iste ἀσύνδετος asperior est: quàm non affectasse poetam, sed ei accidisse suo ingenio indulgenti, verisimile est.

ELEGIA IX.

Sic forsitan Accius olim Thersiteu facie dixerat esse bonus] Dixerat, non dixerit. habent manuscripta. Thersiten Accij tragœdiam alibi citatam non inuenio.

Cur igitur, si me uideo delinquere, peccem] Hæc sana lectio, in tempore præsenti, & vt illa Virgiliana,

Ante pudor quàm te violo.

LIBER QVARTVS.

ELEGIA I.

76. *Aliis uellem cũm scribere*) In manu scripto, Alij vellem cũm scribere.

Ipse quidem placuit) Rursus, Ipse mihi placuit.

Hanc pudet offensam Patauinum. Ha pudet, nec aliter Herugianum. quæ nota doloris huic loco pulcrè conuenit.

77. *Quod facit, quisque tuetur opus* In nõnullis quod finxit. Sententia de Aristotelis Ethicis sumta.

ELEGIA III.

80. *Quolibet est folio, &c quamuis*) Particula connectendi suauius omittitur.

ELEGIA IIII.

83. *Nec possunt ista lumina nostra frui*) In veteribus pæterant.

ELEGIA. V.

84. *Non est Augusto iunctior ulla fera*] In alijs, Augusti, sed & infra:

Qui domus Augusto continuata foro. & V. Fast.
Templáque in Augusto conspicienda foro.

Augusti forum tanto splendore fuit, vt inter orbis miracula numeretur à Plinio. loquitur enim in hoc loco non de ea domo, quæ ad Circum fuit, in quam Pompeius Magnus migrauit: sed de auita Pompeiorum domo, quæ vna parte Carinas, altera forum Augusti attigit. Hic Sex. Pompeius, cum Sex. Appuleio Consul fuit, quo anno Cæsar Augustus vita functus est.

ELEGIA VI.

86. *Perstat enim fortuna tenax* Contrarium illi,
Et manet in nullo certa tenáxque loco.
Vulgaris enim lectio minus placet.

ELEGIA VII.

88. *Accedet voci nostræ non trita per te*) Conuenientior verborum ordo, Accedet voci per te non trita nostræ.

ELEGIA VIII.

90. *Hac certè non est notior ara tibi* Plenius quod in antiquis Hac certe nulla est.

93. *Magnaque quam minima facta referre mora* In antiquis. Magnáque per minimam facta referre moram. de quo iudicet lector.

ELEGIA IX.

Si fatis essem melioribus ortus Vetusta, si fatis genitus melioribus essem. quod ideo præfero, quia magis tribuo vetustis.

95. *Siccus bis fuerit Consul*) C. Pomponius Flaccus, Græcini frater, cum C. Cœlio Rufo Consul fuit. Græcinum fuisse consulem, nemo tradit præter Ouidium: nam eius nulla mentio aut in monumentis antiquis, aut in alijs auctorib. Itaque vt Micyllus annotauit, aut ei humanitus aliquid accidit antequam consulatum iniret: aut alterutri eorum, qui Flaccum & Rufum antecesserunt, Græcini cognomentum fuit: aut quod relinqui necesse est, poeta in errore versatus est. Hoc dicere quasi censor non ausim: nec Tauro aut Liboni tale cognomentum fuit: igitur Græcinum obijsse ante initum consulatum vero simile est.

98. *Is quoque qui lævus fuerat sub præside pontus*] Ita Patauinum & Aldinum. Læuus pontos, id est, læua pars ponti. Flaccum enim præfectum Mysiæ fuisse, è poeta nostro certum est.

ELEGIA X.

Hæc mihi in Euxino] Ambo manuscripta, Hæc mihi Cimmerio bis tertia ducitur æstas Littore. Mela, lib. 1. vbi de mari mediterraneo loquitur: Vbi iterum se effundit (inquit pontus Euxinus: qua paludi committitur Cimmerius Bosporus. Cimmerio autem littore dixit pro Euxino, quod est Cimmerio oppositum, vt remotioris loci mentione magis amplificaret exilij sui miseriam.

99. *Sæuum feritate Phyacem*] In Patauino Pharetem: in vetustissimo codice Romæ (vt ait Merula) Phachen. Sed nomen barbarum corruptum esse, nihil mirum est.

Heniochæ nobis plus nocuêre rates] Ita in Patauino. Heniochæ pro Eniochiæ: & nobis, pro nauis. Mela: Super Amazonas & Hyperboreos, Cimmerij, Scythæ, Heniochi, Georgi. Tragicus in Thyeste,

Caucasi rupem asperam
Heniochus habitans.

Scribit nonnulla quæ huc pertinent, Herodotus, in Melpomene.

103. *Absumus solito, dum scripsimus ista, dolori*) Vetustum in præsenti, dum scribimus.

ELEGIA XI.

105. *Temporis officium est solatia dicere certi*] Hic ordo ex antiquis mihi placet.

Intempestiue qui mouet, illa nouat] Ita in Aldino, Ille nouat id est, mentis sanatæ vulnera renouat. In Patauino alia lectio, nempe hæc,

Intempestiuè qui monet, illa mouet. quæ agnominatio & elegans est, nec minus lepida sententia. Qui monet intempestiuè, ille mouet vulnera antè sedata. nam mouet opponit verbo sedauit. Legit eodem modo Merula: nam ita interpretatur, Mouet. id est. tempore non suo agitat & attrectat.

ELEGIA XIII.

107 *Color hic tibi proximus index*, Legendum, vt legerunt omnes eruditi, Prouinus, non proximus. Colorèm sui carminis etiam mox nominat,

Et mea Musa potest proprio deprensa colore.

108 *Ambiguum est nato dignior, anne viro*) Manuscripti lectio sine verbo substantiuo, nescio quomodo alacrior.

Quos laus formandis est tibi magna datos. In Patauino, Quos laus formandos est tibi magna datos. Carus poeta filium Germanici, Caium Imperatorem, postea dictum Caligulam & Drusum instituit.

ELEGIA XV.

111, *Quot Tmolia terra racemos*] In manuscriptis, Cnossia terra, priore lectione, Lydia regio: altera Creta insula intelligitur. Vtraque terra vini optimi feracissima. Videntur tamen vineta Tmoli montis Cnossiacis esse magis celebria.

Sed flamine sæpe secundo) In manoscriptis verius, sed flumine sæpe secundo. Simili modo Virgilius,

Rumore secundo, dixit, cùm de flumine loqueretur.

ELEGIA XVI.

In hac vltima elegia sui temporis poetas enumerat, sed quinam ille

Qui Lybicas acies, Romanáque prœlia dicit:
quíque— Trinacrius Perseidos auctor & actor,
nondum explicatum inueni.

RERVM ET VERBORVM IN OVIDII FASTORVM, TRISTIVM, DE PONTO, COMmentariis, memorabilium Index.

A

ABdera ciuitas 222.f
Aborigines 93.166.f
absinthium Ponticum 111.f.56.p
Absyrtus à Medea laceratus 69.f
Abydos 22.63.f
Acastus rex & sacerdos 69.f
Accia Augusti mater 9.p
Acca Laurentia 126.127.f
Theophila cognominata 126.f
accensi milites 130.132.f
Accianus fundus 56.f.74.p
Accius Labeo ibid.
Accius tragicus ibidem, & 36.f
acer 42.f
acerra 92.p
Achæi 100.p
Achelous flum. & fons 70.f 143.f
Acheloi cornu ibid.
Achæmenides 33.p
Acheron 80.f
acies militaris ordo 132.f
Acis fl. 210.f
Acrisius Danaen in mare abiicit 115.f
Acroceraunia 43.p
Actæon in ceruum 30.f
Actium promontorium 64. 65.f
Actoi 69.f.212.f
Actorides 39.p
actus quadratus 97.p
Adamantis duritia 172.f
addicere 8.f
adesa 4.p
Admeti vaccæ 272.f
adolere 27.f
adolescere 127.f
Adonicum carmen 150.f
Adonis in florem ibid.
ador, adorea gloria, adoream far 34.f
Adrastea Nemesis 207.f
Adrastus rex 47.300.f
Adria.Adriaticum mare 222. 225.f.4.12.f
Æa ins. 3.p
Ææ artes eod.
ædiles curules 252.f
ædilium creatio. ibid. officio 211.f
Æeta Colchorum rex. 176.f 61.f. eius filiæ 69.f
Ægæum mare 214.f.15.f
Ægæ 86.f
Ægina ins. 54.f
Ægæon 80.f
Ægisthi nomen vnde 8.p
Ægium opp. 244.f
Ægyptus 21.p.88.p
Ægyptiorum studia & mores 8.f sacerdotes 44.f sacra 34.f
Ægyptus Danai fr. à quo regioni nomen 59.p
Æmonia 69.f.14.p
Ænus mons 59.f
Æoliæ ins. 212.f
Æolus ventorum rex 97.f 99.p
æquidiale, æquinoctium 79. 176.f.64.45.p
æquor 8.p
ærarium Rom. 22.23.f
Ærope à fratre violata 9.p 38.f
æruscare 22.f
æs quando primùm signatum 25.f
æris inuentio 22.f
Æsculapius Romam vocatus 29.f
Æsculapij allegoria 30.f
Æsculapio cur anguis dicatus 29.f
æstas 78.f
ætas 157.f
ætatis iuxta Pythagoram distinctio 19.f
Ætnæ incendiū 207.f.212.f 98.f.54.f.52.p
98.f. affectare 92.p
affinis, affinitas 108.109.f
Agamedes 47.f
Agamemnon 253.f eius filiæ 82.f
Aganippides Musæ 237.f
Agarus fl. 202.p
Agenor 47.f
agnomen 62.p
agnatus 108.f
Agonales dies & ludi 33. 84.142.f
Agonalia sacra eod. 45.
273.f
agonea 32.f
Agragas mons & oppidum 210.f
Agrigentum 211.f 248.f
Agrippæ 6.57.f
Aiacis insania & magnitudo 45.f
Alalcomenia dea 174.f
Alba 25.p
Albanorum regum catalogus 184.f
Albinouanus 59.100.p
Albula fl. 93.f
Alcathoe arx vnde dicta 23.f
Alcestidis obitus 222.f in maritum amor 58.p
Alcinous eiúsque horti 78.p liberalitas 50.p
Alcmæonis furor 70.f pietas ibid.
Alexandri M. fortuna 82.p obitus & sepultura 81.f
Alexandria 8.f
Alliensis dies 9.f
Allocutus deus 296.f
Almo fl. 108.202.f
almus. alma terra 178. 192.f
Alpes 18.p
Alpheus cum Arethusa 53.p
alueus 94.f alnus 78.f
Amalthea 155.f
amaranthi consideratio 208.f
Amata Vestalis 232.f 290.f
Amazones 86.f
Ambaruales hostiæ 33.f
ambesa 4.p
ambitio. ambitiosus 57.p
ambitus 31.111.f
Ambracia 65.f
Ambrosia 27.p
Ambarbiales, hostiæ 33. 34.f
amicitia non vtilitate æstimanda 36.p
amicorum paria 43.p
Ammonis templum 226.f
amomum 52.f
Amor poeta 98.f
amoris vis 60.f.88.f
Ampelon Baccho amatus 151.f
Ampelon promont. ibid.
Amphiaraus 70.f.260.f.
57.p
Amphionis inuenta 241.f
Amyclæ Apollini sacræ
248.f
Anadyomene Venus 77.p
Anapus fl. 210.f
Anaxias 56.f tyrannus 98.f
anclabris mensa. anclabria vasa 292.f
ancyle, ancyliorum causa 142.f
Andromache 15.f eius in maritum amor 111.f
Angerona dea 206.f
Angeronalia eod.
Angitia dea 69.f
Argusteneenis ortus 312.f
animæ immortalitas etiam priscis asserta 9.p
animum remittere 34.p
Anio fl. 207.f
Anna Perenna 158.159.f eius sacra 123. 133.f
annales 23.f
annuere 4.f
annulorum origo 52.p
annus 1.f.86.f cur hyeme, non vere incipiat 19.f decem mensium Romulo cur 6.138. 134.f Homeri tempore 5.f
annus ciuilis & naturalis 1.f intercalaris ibid. lunaris, solaris, magnus 180.f
annus vnde dictus 2.f
81.p
anni diuersitas 25.f
anser Isidi & Inacho sacer 44.f
Anser poeta 42.f
anseris apud Rom. honor 44.f
antepilani milites 130. 132.f
anteuorta 57.f
Anticyra 81.p
Antimachus poeta 57.p
Antiphates 185.f 36.p
Antipolis 25.f
Antistij interitus 114.f
antistes 71.f
Anubis deus 270.f
Anxyrus 152.f
Aonia. Aonius fons 48.f
Apamia. 204.310.f

apes reparandi modus 37.f
Aphrodite 46.t
Apollo Clarius 4.f Cynthius 142.f Leucadius 269.f. 98.t Delphicus 175.f
Apollinis filij 29.f lyra 241.f oracula 88.t simulacrum 299.f templa 88.t 235.f
Apollonia 23.t
Appia via 24.p
Appius Claudius & Clausus 286.f
Aprilis vnde dictus 7.f Veneri dicatus 177. 186.f
aquæ & ignis interdictio 216.f
Aquarius 60.f eius ortus & occasus 78.f
aquila Ioui sacra 274.f
aquila signum militare 130.f
aquila fulua 274.286.f
Aquilo ventus 78.f.6.t
ara. ara Maxima 105. 54.f
aratri inuentio 214.f
Arcadia 46.86.f
Arcades Antelunares 46. 242.f
Arcas. Arcadia 40.81.f
Arcisaliæ 61.p
Arctophylax 287.79.81.f Bootes dictus 81.t
Arcturus 79.f. 81.t. 45.p
arbores felices, infelices, quæ 55.p
Ardea ciuit. 115.f
area 278.f
Areopagum. Areopagitæ 82. 83.t
Arethusa 207.210.f. 53.p
Argea luca 270.267.f
Argei eodem
Argo nauis 48.259.f Pallas 14.p.20.t Pegasea 60.t
Argonautæ quot 175.f. cur Minyæ dicti eod. 61.t
argumentum 81.f
Ariadne Theseo rapta 154.f Baccho nupta ibidem eius corona inter sidera 257.f
Aricina dea 142.f vallis ibid.
Aricia. Aricinus lucus 3.p
aries cur Ioui immolatur 54.f
Aries inter sidera relatus 175.176.177.f
Ariminum 24.p
Arion musicus 71.f
Aristæus 37.f. 102.t. 77.p
Aristarchus 75.p
Aristides iustus cognomento 14.p Milesius poeta 41.t
Armenia duplex, & vnde dicta 32.t
armillum vas. armillæ 26.f
armilustrium 174.175.f
Artilachi. Artilachæ Diana 61.p
Artemisia. Artemisium 242.f 27.p
aruum 52.f
Ascanius 183.f res eius gestæ 231.f
Ascra vicus 273.274.f
asinus Priapo mactatus 39. 40.f
Asini stellæ 51.f
asinorum coronandorum ritus 292.f
astrologiæ inuentio 30.f
astrologorum error 60.f
astrum 75.f
asylum Romuli 9.69.78. 151.f
atagena auis 284.f
Athamas 209.175.f
Athenæ vnde dictæ 7.t. 5.p
Atlas 180.f cæliger sur 100.192 51.f
Atramum opp. 309.f
Atreus 100.f primus eclipseos obseruator Mycenis 9.p
Atrei scelus 8.9.87.p
atrium 216.292.f
Atropos 99.t
Attali plures 196.f
Atys 82.f eius furor 249.f. 39.t mors 195.f
Auentina dea. Auentinus mons 276.184.297.f
Auernus 71.f
auerfari & aduerfari quomodo differant 2.f
auerfi dij 60.p
auguralis virga 296.f
augurum collegium 97.f
augiuia. augurum institutio 20.67.57.43.97.f
augusta loca, pax, templa 57. f 41.p.5.t
Augustus mensis, Sextilis olim 7.f.9.t
Augustus Cæsar, pater patriæ 76.f. 81.t inter deos relatus 29.f Thurinus ab Antonio dictus 2.p vnde Octauius dictus 5.t.
Augusti forum 265.f
Augusti nomen vnde 55. 57.f
Augusti incestus 9. 30.t
aurei nummi quando primum percussi 12.f
Auroræ fabula 220.f
Ausonia 30.24.f
Ausonium mare 4.t
auspicia 20.f piscularia 33.f
Auster, Græcis Notus 81.p 5.t
auus 140.f
Auxanus 4.t
axis 94.101.p duplex 78.t

B

Babylon Assyriæ 59.p
Ægypti eod.
Bacchæ 303.f
Bacchanalia 165.f. 74.t
Bacchus bis genitus 100.t poeta 192.f Dionysius 165.f Thyoneus 167.303.f triumphi & vini inuentor 69.99.2.78. p.168.f
Bacchi cornua 169.f
Bacchi festa 41.164.169.f. 99.t sacra 35.20.f quando primum Romam translata 299.f
balista, eiusque vsus 6.t
baptæ Cereris 206.f
basis 61.p
Basternæ 52.t. 53. 78.p
Bathys fl. 102.p
Battis Philetæ amata 57.p
Bellona 123.282.f
Bellerophon 254.88.f. 38.t
Berecynthia 193.f
Beronices capilli 61.f
Belli populi 62.t
bigati nummi 22.f
bilustrus locus 116.f
Biston. Bistones 166.f
Bistonis terra & stagnum 166.f.8.p
boarium forum 26. 56.298.f
Boeius 260.f
Bombasium linum 4.p
Bona dea 245.f. eius sacra eod. templum 237. 245.f
boni consulere 14.p
Bootes 79. 235. 283.f. eius occasus & ortus 82.p. 150.t
Boreas ventus 79.f vnde dictus 6.t
bouis mactandi initium 37.207.f
bouillæ 163.f
Bosporus 4.t. vnde dictus 23.t Cimmerius 61. Thracius 23.t. 98.p
botrys 27.p
bractea 22.f
Briareus 171.f. eius securis 172.f
Britomartes 58.f
bruma 19.f. vnde dicta 66.26.t
Bruti simulatio 115.f. mors 165.f
bullæ ingenuorum insignia 170.f
bustum 224.f. 92.t
Byzantium 23.t

C

Caballinus fons 154.f
Cacus 268.277. 51.f. vnde dictus eodem
cadauera condendi mos priscus 8.p.50.t
Cadmus mons 17.p
Cadmi fabula 47.f. inuenta 3.f
Caduceatores 269. 282.f
cadus 20.f
Calabra curia 133. 136.f
Calamis 77.p
Calamistrum 104.f
Calatis vrbs 15.t
calcei lunati 46.f
calendaria sacra 9.f
calendæ apud Græcos nullæ 10.f cur Iunoni sacræ 9.10.f
calendula flos 40.p
calix 261.f
Callimachus poeta 37.t cur Battiades ibidem
Calliope 194.242.f
Callirhoe 70.f
Callisto 79.81.f.in vrsam 80.f.6.64.78 inter sidera relata ibidem
Calpurnij 62.p
caltha 39.40.p
caluities vnde 15.p
Caluus orator 41.t
Calydonius aper 255.f
Calypso 99.p
cameræ 101.p.159.f
camella 126.f
Camerina 211.f. palus & ciuit. eodem
Camilla. Camillæ 187. 126.f
Camœnæ 143.f
campi Martij descriptio 68.t
Canace 37.t
cancelli 85.t
cancer cur inter sidera relatus 31.32.f
canellatus 226.f
canere receperi 90.t
canities vnde 15.p. 87.t
canis cur in Rubigalibus immolari solitus 235.f
canis simulachrum cur Larium sacris adhibitum 145.f
canes Dianæ dicati 39. 245.f
canes quibus diis immolari 39.92.f
canum fidelitas 245.f
Canis sidus 235. eius ortus 235.f
Canes inter sidera duo ibidem
capella cur Fauno immolari solita 91.f
Capella sidus 242.f
Capena porta 202.269. 281.f
caper cur Baccho sacer 35.f
caper vnde dictus 36.f
Caphareus mons 205.t 50.p. promontorium 9.t.
capitalis locus 174.f
Capitolij extructio 111.112.f ornatus 22.
Capitolinus mons 82.p
Caprea palus 100.f
Capricorni sidus 60.61. ortus 23.f
Caprotinæ nonæ 99.f
Capys 183.184.f
carduus satiuus 82.p
Caria 20. 42.f
Cariotides 20.f
carmen 57.t
Car-

Carmentalia sacra 37. 45.f
Carmentalis porta 51. 81.f
Carmenta vates 54.f. vnde dicta 46.302.f
Carna dea 273.176.f
carpeutum 58.f
Carseoli opp. 220.f
Carthago 159.f
caryophylli flos 39.p
Cassius Structus 78.p
Castalides musæ 137.f
Castor & Pollux ex ouo orti 271.f. eorum allegoria 270.f. mutuos amos 271.64.f.84.t. sidus nautis infestum 270.f. templum. 64. 271.171.f
Catana 210.f
Catoli locus 22.83.p
caudex 31.p
Caudicis cognomen 31.p
caudicariæ naues ibidem
Caurus ventus 246.f
causa 179.2.f.40.t
Caytus olim Babylon 39.p
Cayster fl. 94.t
Cecrops 78.118.212.f
Cecropidæ ibid.
Cedrelates 1.t
cedri consideratio ibidem
Celænæ 311.203.f
Celeres 229.f
Celei fabula 212.f
Cenina opp. 77.f
censorum potestas & munus 44.f.240.308.f
Centaurus in cœlum relatus 156.257.f
centunuiri 31.f.86.
87.t
centum viri 29.t
centuria 133.f
centuriæ militum 30.f
Cephaleoia 275.f
Cerastes 4.p
Ceraunia 43.f
Cerberus triceps 305.f
cerdo. cerdonis inuentum 244.f
Cereales ludi & sacra 172. 217.f
Ceres & Isis eadem 78.p
frugum dea 62.t.
legifera 205.f. mellifera 170.207.f
Ceres vnde dicta 36.62. 205.f
Cereris Eleusinæ templum 112.f
Cereris faces 226.f. ieiunium 213.f. inuenta 205. 214.f. ludi 206.f. nuptiæ 205.f. puteus 212.f
sacerdotes baptæ 205. sacra 35.62.101.f.
Ceroma 67.t
Chalcedon 23.t.
chaos quid 15.
138.f
charistia 109.110.f
Charites Veneris ministræ 248.181.f
Charybdis 211.f.23.t. 200.p
χαρίσματα 97.p
Chelæ stellæ 166.f
Chelidonia 79.f
Chimæra 38.86.t. à Bellerophonte domita eodem. mons Lyciæ eodem. 133.f
Chiron centaurus 256.f. herbarum medicinæ inuentor ibidem. inter sidera 257.f
Chloris nympha 247.f
choreæ 158.f
chorus 209.t
Chrysaoras 51.f
Cibelis simulachrum 295.f
Cicerones vnde dicti 1.p
Cimbri 81.p
circæ vestes 56.p
cincratij 104.f
Cinnamomum ibidem
cinnama 167.f
cinnus arbor quæ 56.p
Cinypheæ segetes, bitet, Cinyps fl. 44.p
Circe Acæa 99.p
Circes litus 185.f
Circæum oppidum ibidem
Circeias mons eodem
Circenses ludi 205. 265.f
circus Maximus 94.206. 298.f
circi ratio 95.p
circi Romæ tres 94.f
ciuica corona 48.t
ciuilitas 81.t
clarigatio 38.f
Clarios Apollo 35.t. 4.f
classis 23.p
Claudia Vestalis 10.p. 198.f
Claudia familia 200.
147.f
Claudia via 24.p. tribus
100.f
Claudij forum 25.p
Clausorum familia 200.f
clementia 81.t
71.p
Cleopatra 81.p
climax 214.f
Clio Musa 240.f
Clisonimi mors 69.f
clunis Gostonius & publicus 27.f
Clotho 99.t
Clusios 17.f
Clypeus 10.t
Clytumnus fluuius 211.
14.f
Cocliæ alpes. Coctius rex 70.88.p
Cocytia sacra 106.f
codices 31.p
Cœlius mons 157.f
Cœrsus fl. 102.p
cogitatus 95.
108.f
cognomen 62.p
Colchi 15. 69.f
31.t
Collatia opp. 116.f
Collina porta 211.f
Colline 142.f
collum 67.t
Colophoniorum ciuit. 25.t
columba Veneri sacra 44.f
colombarum consideratio 3.t
Columellæ locus 81.p
comessus. comessus 4.p
compitalia dies 9.f
commilitij sacra 41.p
comminisci 170.f
Compitalia 67.106.244. 245.f
Concordia dea 276.
59.f
conditio 201.f
congiarium 29.p
coniorario 81.f
conscientiæ, carnificina 6.p
consul. consulare imperium 22.f 95.p
consulere. boni consulere 74.p
Consus deus, eiúsque ara & templum 137.f
Consualia cod. 140.
189.f
contagiū contagiosus morbus 60.p
conticinium 10.t
contubernium 130. 133.f
conuexa sidera 98.p
copula 107.t
coralli 93.p
Corax fluuius siue Corax 102.p
Coreos ibid.
Corinna Ouidij 92.t
Corinthus Ephyra prius 14.p
Cornelij Galli interitus 42.t
Cornelius Seuerus 78.p
Cornificij interitus 42.p
cornucopiæ 243.f
corona ciuica 57.f. laurea 224.f. myrtea 179.f. quercea 57.f
Corona sidus 157.
154.f
coronarum luxus & varietas 253.254.f
Corsi 31.t
Corus, Argestes 6.t
corpus Apollini sacer 85.f
Coruus sidus 84.f
corporum augurium 85.f
Corybantes 194.f.
35.t
corylera 107.f
corymbus. corymbifer 39.
40.f
coryti & pharetræ discrimen 105.t
costiradix 35.f
Costonius clioos 27.f
cothurni tragici 255.f
Cotiæ alpes Cotius. Cotisfon. Cotus. Cotys 48.
49.p
Cotta orator 70.p. eius genus 61.p
crater 261.
83.f. sidus eodem
84.f
Crates fl. 102.p
Crathis fl. 159.f
Cremera fl. 81.f
crepusculum 214.f
Creusa 48.f. Iasoni ducta 14.p
Crocus in florem 249.f
Crœsi opulentia 80.p
Croco. Crotopus 69.
134.f
Cupidines tres 177.f
quinque 178.f
35.p
cupressus lugubris 6.f.
71.t
Cures 77.
99.f
Curetes 195
244.f
curia 77.133.f. Calabra 136.f
Curia Romæ duplex 85.p. 132.f
curiæ Rom. triginta 77. 102.132.133.f
curiones 101.f
85.p
curis hasta 135.f
Curius mons 105.f
Curtius lacus 195.f
curulis sella 53.248.140.
252.f.67.p
Cyanæ fons 210.f
Cyane nympha 51.p
κύανος, cyanea gemma 40.p
cyanus flos eodem
Cybela cur Dyodimene 194.f. mater deûm 289. cur leonibus trahatur 192. varia eius cognomina ibid.
Cyclades insulæ 200.f. Apolloni sacræ 24.t
Cyclopes 211.f. Ætnæ incolæ 98.t
cygnea cantio 75.f
Cygnus rex 95.t. in auem 75.f
cygni augurium ibidem
cygni Apollini sacri ibidem vbi plurimi 280.f
Cyllarus 64.f
Cyllene nympha 241.f
Cynaphes fl. 102.p
Cynici philosophi 13.p
Cynosura 130.131.f.
iores sidera eodem
Cynthia 79.
14.f
Cynthus mons 74.f
Cyprius vicus 305.f
Cyprus Veneri grata 14.p
Cyrene Apollini rapta 78.p
Cyrissa vrbs 196.f
Cyrus à cane altus 93.f
Cythera insula 194.
200.f
Cytherea. 181.f
Cythereios mensis 194.f
Cytheron 74.t
Cyzicos 21.t

D

Daci 23.31.t
Daduchi Cereris 205.
212.f

Dalmatæ, Dalmatia 54.p
Damia dea 245.f
Damium sacrum eod.
Danai 81.p
Danubius, Ister 23.p
Ro.imperij terminus 32.f.
eius ortus 87.p
Dardania 180.f
Dardanus ibidem
dare dare manus 22.44.f.
verba 81.f.
Datos opp. 165.f
Daunia. Daunus 186. 187.f.
December genialis mensis 126.f
decemviri 70.f
decimæ Herculis 54. 283.f
decolor 77.f
Decumana porta 6.f
decuria, decuriones 132. 133.f
deducere. deductum carmen 2.1.76.p
defectus participium 67.p
denegare 57.p
Deianira Herculi nupta 92.p
Deiphila 296.f
Deiphobus 88.f
deliciæ 7.f
Delli crateres 53.p
Delminium 34.p
Delos ins. 220.f
Delphin sidus 44.45. ..c.f. inde 297.f
Delphus Apollinis filius 89.f
delubrum 71.f
denariæ cærimoniæ 294.f
denarij dignitas 131.f
deponere, depositi 31.p
deprecari 6.p
Dercetis 97.f
Deucalion 78. 227.f
Deus 244.f
dij magni 192.f. maximi 5.f
deorum in gigantes conspiratio 28.f
dialis flamen 67. 149. 247.f.283.f
Diana Aricina 242.f
Auentina 176.f
Cynthia 74.79.f
Dictynna 128.f. 85.f
Lucina 95.f
Noctiluca, Palatina 176.f
Lyæa 242.f
Taurica 61.p
triceps 17.f
Triuia 18.f.
venatrix 79.f 81.f
Dianæ voto dicata 39.f
Dianæ sacra in Tauris 143.f
Dianæ Ephesiæ templum 97.174.177.f
dibapha purpura 94.p. 74.f
Dictynna 227. 14.f
T Didij mors 302.f
Dido 161.f. cui Elissa 119.f
dies naturalis 260.f
diei crescentis & decrescentis ratio 19.f
diei definitio ibidem
diei principium vnde sumendum 1.f
dies atri 9.f.
fasti, nefasti 8.1.f.
festi, profesti, intercisi ibid. intercalares 6.7.80. 135.f. pusi 104.f.
stati 31.f.
Dicæus 66. 80.f
diffarreatio 27.f
Diodori locus 4.f
Diomedea ins. 186.f
Diomedis campi ibid.
equi 9.p
Dione 98.f
Dionysia sacra 165.f
Dionysiopolis 23.f
Dionysij Halicarnassei locus 94.p
Dionysij multi 155.f
dirum 52.f
diserti qui 130.f
docilis 67.f
domi Milesia, prouerbium 40.f
donatia 147.f
donatiuum 29.p
Donnus, Domnus 89. 90.p
Doris 229. 220.f
Drepanum oppid. & promontorium 212.f
Drusus cur Germanicus 31.p. eiusdem interitus ibidem 31.69.1.34. 35.p
Drusilla 3.51.f
Dryades 49.f
Duellona dea 282.f
Dulichium 14.f

E

EAna 69.f
ebur, elephanti dens 94.p
ecce 83.f
edo, verbum corruptum 4.p
edoctus 22.p
effectus 21.f
effingere 163.f
Egeria nympha 134. 219.f. eius specus, & cum Numa congressus 142. 144.f
Egnocolis porta 31.f
Egula 28.f
Elara 6.p
Electra 180 191.f. 38.f
Elicius 146.f
Elissa 159.f
Elleborus, eiúsque vsus 81.p
eloquentia, eiúsque vis 130. 168.f
Eleusis, Eleusinia sacra 213.f. 77.p
Elysius campus 248.f
emeritus 220.f 22.p
Enceladus fulmine ictus 32.p. Ætnæ subiectus 33.p
Endymion 35.f
Engonasis 32.f
Enna opp. 207. 210.f
Enyalius 138.f
epulones 207.f
Equicoli 129.f
Equiria ludi 157. 220.248.f
equus Marti mactari solitus 122.f. item Soli 38.f
Erato musa 194.f
Erechtheus. Erichtonius 49.p.34.f
ergasterium. ergastulum 72.f
Erigone. Erigoneus canis 235. 271.f
Eriphyles mors 70.f
Erymnus 211. 232.f
Erymanthius vrsa 99.f
Erythra. Erythiæ 51. 191.f
essedum. essedarij 53.p
Euadne 80.f. 58.p
Eumolpus. Eumolpidæ 48. 65.p
euocationes 246.f
Eu, h aites ft. 34.f
Euripi 24.p
Europæ raptus 47. 220.f
Eurus Græcis, Vulturnus 62.f
Euryale 6.p
Euryali & Nisi amor 33.f
Eurydice Orphei 71.f
Eurysti filij ab Hercule cæsi 92.p 88.f
Eutelij locus 2.p
Euxinus pontus 4. 71.f. Axenos prius 25. 82.f. 101.p. etiam congelascere 107.f
exactio exigere 37.p
examen 38.f
Exampus fons 102.p
excipere 2.f
exigere 133.f
exilij pœna 48. 226.f
eximia sacrificia 34.f
expiandi ritus apud Græcos 69.f
exquiliæ 97.171. 305.f
extra 8.9.f. mura, regalis, aulicocia eodem
exulum conditio 30. 78.f

F

FAbarum apud Romanos religio 106. 257. 258.223.228.f
Fabarum abstinentia 106.f
Fabariæ calendæ 276.f
Fabia gens hæreditaria Herculi sacra 13.p
Fabij trecenti, eorúmque interitus 5.p
Fabij vnde dicti eodem. ab Hercule orti 65.p
fabula quid 85.f
falernum vinum 78.p
Falisci 186.f. 83.p
fama 68.f
fanaticus 59.p
facris in sacras vsus 27. 34.f
farreum 27.f
fasti dies 2. 8.f
Fastorum libri quando scripti Ouidio 2.f. 2.f.47.f
fatum 57.f.47.f. 82.p
Fatua Mercurio iuncta 81. 237.f
Fatuari 81.f
Fatuclus eodem
Fauna dea. Faunalia Faunus 40.81.129.237. 145.f
Fauni oracula 219.f. sacra 91.f. templa 81.95.f
Fauonius 246.f. 6. 66.f
Faustulus 92.126. 227.f
faces nuptiis adhibitæ cur 104. 226. 261.f
Febris dea 234.f
Februa 69.f
februare 66.f
Februarius ibidem
februus dies, & deus ibidem
feciales. feciale ius 67.f 38.169.129.f
feralia sacra 194. 260.f
ferentarij equites 231.f
feriæ familiarum 61.f. conceptiuæ, imperatiuæ, eodem. publicæ statuæ 86.f
Feronia, eiúsque fanum 27.f
ferox 62.p
ficus arbor 94.f. morbos 85.f
Fidicula sidus 32.257. 74.f
Fidius Sanctus, Medius 282.f
figuli 77.p
ficella vas 224.f
flamen albatus 54.f. dialis 87.f. Quirinalis 234.f
flaminica 68.f
Flaminia via 236.f. 24.p
flammeus color. flammeolus 39.40.p
Flora Floralia 247.245. 230.f.25.f
Florales ludi 27.235. 252.f
focus 45.105.220. 287.f
Fodij 65.p
fœnus apud Romanos stenedonia 131.
Forda. Fordarum sacra 212.f
Por-

Fordicidiorum dies 220. 217.f
Formiæ 30.p
Fornacalia. Fornax dea 63. 105.288.f
fors, fortuna 303. 315.
Fortuna 190.f. cæca, insana, bruta 38.p. 304.f.44.p
Fortuna muliebris 285.f. mala 234.f. parua 315.f. Prænestina 276.f. protogenia, siue primogenia 204.f. publica eodem 272.f. Seia 303.f. virilis 190.f. viscata 313.f
fortunatæ insulæ 248.f
foruli 159.f
fora Romæ quot, & vbi 26.54.93.f
Fori 15.p
frigus 19.f
frons Genio sacra 126.f
fucus 31.f
fulguratio 6.e. fulmen eodem
Fundi oppidum 54.p
funerum ratio apud veteres 96.e
Furiæ tres 196.f
furtum pro adulterio 64.p
fuscum 44.e

G

GAbrusa porta 27.e
Gades 51.f
Galatæ 32.e
Galatea nympha 313.f
gallicinium 126.f
Gallus flonius 193. 203.f
gallus Laribus sacer 244.f
Galli sacerdotes 193. 195.203.f
Gallorum religio 77.e
Ganges fluuius 167.f 300.e
Ganymedes 78.f. inter sidera relatus 60.273.f. 39.e
Gargara 20.f
Gauræ scopolus 12.p
Gegania Vestalis 286.f
Gela ciuitas & fluuius 210.f
Gemini inter sidera relati 270.f.84.e
gena 48.p
geniale festum, genialis dies 126.157.f. mensis 127.f
Genius 102.126.245.f. duplex 71.70.e
genio indulgere, genium defraudare 126.f
gentiles 82.f
Gerrhus fluuius 102.p
Germani vnde dicti 33. 75.e
Germanici Cæs. eruditio 43.f. 92.p. mors 1.f. 24.p
Geryon triceps & tricorpor 31.f.87.e. eius boues Herculi abductæ 34. 268.f
Getæ 23.31.e. pelliti 98.p
gigantes serpentinis pedibus 139.f. cur Titanes 171.f 87. 28.e
gigantomachia 31.p. 31.f
Giges 87.e. 316.f
Glaucus, Glauci plures 313. 314.f.5.e
Gorgones Gorgonis caput 243.f.6.p. insolæ 152.f. 86.e
Græcinus 98.p
Gratiæ 191. 248.f
gruum cum Pygmæis bellum 280.f
gula 67.e. gustus eodem
Gypsi populi 88.p

H

HAlesus 186.f
Halys fluuius 102.p
Hamadryades 49.79. 196.f
Hammonis simulachra 175. 244.f
Haphe 68.e
Harpalicæ crudelitas 278.f
Harpyiæ 87.e. 278.f
haruspex 59.e
hastæ in nuptiis vsus 104.f.
Hebe 33.e. Herculi nupta 276.f. 57.p
Hebrus fluuius 167.f. 17.p
Hecate 27.f
hedera Baccho sacra 40. 169.f.16.e. vnde dicta 169.f
Helenæ sidus 84.e
Heliades in alnos conuersæ 60.p
Helice 243.f. in cœlum relata 130.f
Helicon 74.e.78.p.
Helle, Hellespontus 175. 199.176.f.3.21.e.98.p. 63.e
Heniochi signum 242.f
Heniochi 23.e. 101.p
Heraclea vrbs 108.p
herbam dare. 3.p
Hercules à mulierib. victus 88.f. eiusdem ara max. 54.f
Hercules victor ibidem 269.f
Hercules plures ibidem
Herculis filij 102.f. labores 269.f
Herculis Musarum ædes 42.p
Herculis sacra 54.69.f stella 242.f
Hermio 38.e
Hermione 54.p
Hernici 229.f
Herodoti locus 97.p
heros 97.f
Hersilia 138.f
Hesiodus Musis raptus 273.f
Hesperia 17.72.f. 90.e
Hesperides 153.191.f. earum horti 248.f
Hesperus 89. 257.f
Himera fluuius 211.f. oppidum eodem
Hippocrene 237.f. 93.p
Hippocrenides Musæ 237.f
Hippolyti fabula 142. 313.f
Hirea oppidum 192.f
historia 5.85.f
Hœdorum sidus 84.e
Holsatienses 81.p.
homicidij pœna 48.f. 13.p
honor 234.f
hordæ 218.f
Hordicalia festa eodem
horti apud veteres celebriores 78.p
hostia quid à victima differat 33.34.f.
hostiarum genera 34. 14.f
hoher cum aspiratione scribendum 78.p
Hyacinthi fabula 208.f
Hyas 246. 272.f
Hyades Liberi nutrices 25.e. stellæ 191.119. 246.f. vnde dictæ 247.f. 24.e. ortus earum & occasus 130. 219.f
hybla. Hyblo rex. hybleæ apes 44.p.104. 111.e
Hydræ sidus 85.f
hydrophlogæ 11.p
hyems 79.f
Hyla. Hylas Herculis 39.e
Hymen. Hymenæus 105.f 9.p
Hymettus mons. Hymettiū mel 102.e
Hypanis fluuius 102.p
Hyperion 39.f
Hypophetæ 311.f
Hyreus 260.f

I

IAculum. iaculatio. iaculos 89.p
Iambicum carmen vnde 212.f
Ianalis virga 279.f
Ianiculum 25.f
Ianualis porta 26. 27.
Ianuarius cur primus anni mensis 7.19.70.f. 66.e
Ianus anni deus 11.f.
belli & pacis index 16.f
bifrons 7.16.f. Clusius & Patulcius 17.23.f. Iunonius 10.f
Iani cognomina 11.
17.f. templum quando clausum aut reseratum solitum 9.p
Iason 48.69.f. 15.p
Iazyges 88.p
Icarus 4.1.200.f. 51.e
Icarium mare 200.f. 4.e
Icarius canis 235.f
Icaros insula 200.f
Ida mons 194. 197.f
Idæa mater 193.f
Idæi dactyli 194.f. 244.f.2.p
Idus mensium Ioui sacer 283.10.f
ignis & aquæ interdictio 316.f
ignis lucidi augurium 25.p
ignis perpetui custodia 284.285.
ignis vnde dictus 15.f
Iliæ interitus 107.f
ille, pronominis vsus 31.p
Illyria 22.32.e. 33.p
Imbros insula 21.e.
imbuere 66.e
Inachus rex & fluuius 44.f
Inarime ins. 53.f
India 215.f Bacchodomita 100.e.92.p
Indus fluuius 167. 215.f
iniæ 96.f
inguina 100.p
Ino Cadmi fil. 209.173.f Bacchi nutrix 175.197.f
inquam, is, it 10.e
insidiæ 215.f
Inuentores rerum 88.173.f
inuidia 7.1.65.p
Inuus 86.f
Io Phœnicib. rapta 44.f. bos facta 215.220.f. 35.e
Io acclamatio triumphantibus 77.e
Iole 88.f. Herculi rapta 92.p
Ionia. Ionius sinus. Ionium mare 212.214.f.18.35.e. 84.p
Iphianassa 38.f
Iphigenia Ibid.145.253.f in Tauris 63.7.p
Iphitus, eiúsque mors 88.f
iræ & iracundiæ discrimen 34.e
Isauria 55.f
Isis Ægyptia 44.f. eadem cum Cerere 78.p luna 44.f
Isidis sacerdotes 44.f.5.p
Ismarus mons 151.f
Ister fl. 31.e etiam Danubius 23.87.p
Istropolis 23.e
Isthmus 24.e.14.p
Itys in phasianum 211. 109.f
iudicia priuata, publica 29.e
iugeri mensura 97.p
Iunius mensis vnde dictus 2.273.f
Iuno, aer 86.f Calendaris 10.f Iterensis 288.f

Ceretis 104.283.f Februata 66.f Iuga 95.f Lucina 97.95.141.f Moneta 180.f Opigena 95.f Quirinalis 99.f Regina 298.f Saturnia 97.92.f Sospita 70.f
Iunonialis mensis 273.f
Iunonis lucus 96.f
Iunonis varia cognomina 70.f
Iulia Augusta 51.f. Drusilla 30.f
Iulia lex 64.p
Iulia templa 85.p
Iulius Cæsar anni reformator 18.f. in deos relatus 165.f
Iulius mensis, olim Quintilis 17.f
Iulij Cæsaris mors 55. 164.f. stella 165.f templum, eodem 33.p
Iupiter Ægiochus 243.f Anxyrus 151.f Capitolinus 65.72.f fulminator 91.p. Diespiter, Lucetius 10.f. Elicius 146.f. Feretrius 72.164.f. Hammon 175.f. imberbis 151.f. Inuentor 54.f. Inuictus 307.f. Lycæus 40.f. Olympius 34.f. Optimus maximus 72.f. Pistor 190.f. Prædator 216.f. Saluator 41.70.f. Stator 135.f. Tonans 72.f. Victor 216.f
Iouis cognomina diuersa ibidem
Ioues tres 73.f
ius ciuile 37.f. naturale 16.f
Ius 12. tabularum 39.f
iuris diuisio 16.f
Iustitia dea 15.f
iustitiæ tria genera 71.f
Iuturna 106.f. eius fons, aqua, lacus 45. 64.108.f
Iouenalis locus 3.p
Iuuenta Herculis vx. 275.f. Ioui non cedit 311.f. Græcis Hebe 87.p
Ixionis crudelitas & pœna 86.f

L

LAbrum 224.f
Lacedæmon 14.p
Lacerna 216.f
Lachesis 100.f
Lactanij locus 5.f
Lacteus circulus 146.f
Lacus 64.1 24.p
Ladon fluuius 86. 241.f
Læstrygones 100.p
Lala dea 107.f. Lalar 105.f. Lalcon a p. Lalera 107.f
lamina & bractea quid differunt 33.f
Lampsacus 42.f. 41.f
Laodicea 17.p
Laodamiæ votum & interitus 104.f
Lapithæ 86.f
Lappa herba 29.p
Lar, lar familiaris 105. 107.149.1.p. Lara, Larunda, Lares eodem 107.f
Laræ fabula 245.f
Lares compitales 244.f. furiales 245.f. grundiles 244.f. Præstites eodem. Viales eodem
larix teredini obnoxia 4.p
Latinæ feriæ 244.f
Latium 2.24. 59.f
Latus clauus 91.f
Laurentalia festa 126.f
Laurentinalia 117.f
Laurentina via 112.f
Laurus Apollini sacra 48.77.f. victoriæ signum 25.f. triumphis dicata 48.f
lecti sternia 33.p
legislatorum catalogus 2.p
Lemuria sacra. Lemuralia. Lemures 106. 257. 258.260.104.f
leonis sidus 61. 22.f
leonum tria genera 85.f
Lethe fluuius 74. 89.f
Leucas Insula. Leucade. Leucadius deus 98. 43.f
Leucothea 227.f
lex 245.f 2.p
Liba 265. 297.f
libare. libamina 165.f
Liber pater 41. 165 f.f.f
liberales ludi. liberalia festa 165.f
Libertas, eius atrium & templum 216. 217.f
librare 42.f
libum 70.f
Libyphœnices 44.p
lictores 33.67.68.f 93.p
linea 277.f
Linigeri sacerdotes 44.f
lino. linus 2.f. 96.p
linteus 122. 93.f
lituus 140. 193.f
litu æ 2.f
Liuia Drusilla 51.60.f. 51.91.146.f
Liuij locus 83.p
liuor 187.f
locare 252.f
Lotophagi. lotos herba, &c. 42. 194.f. 73.f. 100.p
Lucaria festa 71.f
lucifer stella 8.44.257. 311.f
Luciferi tres 176.f
Lucina parturientium præses 10.f
Lucretiæ historia 113.116. 120.f
Lucumones 133.f
ludi magni Romæ 121.f. seculares 27.f
lugendi tempus & vestitus Romæ 6.f.23.p
luna terris familiarissimum sidus 130.f. eius motus 117.f
lupa Romuli nutrix 92. 125.f
Lupercal. Lupercalia 92. 86.40.66.95.f Luperci 87.f
lupi in tutela Martis 126.f
lustrare 224.f
lustratio fulminum 145.f. nouæ nuptæ 226.f. vrbis 7.f
lustricus dies 9.f
lustrum 80.131.f. 88.f. à quo institutum eodem
luteus color. luteum oui 40.p
Lycæa ludicra 86. 40.f
Lycaonis sidus 283.f
Lycæus mons 40.f
lychnites lapis 95.p
Lycurgi duo 166.f
Lycus fluuius 17. 10.p
Lydia 89.91.f
lyra Herculis & Musarum 312.f. sidus 32.72. 257.f
Lyseus fluuius 102.p

M

MAcareus rex 94.f
Machaon. Machaones. Machaonia ars 10.p
Mænades 209. 192.f
Mæonia 89.f
Mæotis 61. 98.p
magnes, magnesia 69.f
Maia 241. 247.f
Maiestas 219.f
Maius deus 237.f.78. 237.f
Mamerci 72.p
Mamertini 56.f
Mamiliorum familia 129. 186.f
Mamurius faber 129.f. eius festum 242.f
manalis lapis 169. 281.f
manes 103.105.f. 58.f
manium expiatio 68.f
Mania dea 244.f. Larium mater 105.f
manipularij milites 131.f. manipulus 130.f
Manliana imperia 56.f
manticularia 96.p
manubia eodem
mare dubium 99.p
Marica dea 81.f
Marij fortuna 81.p
Marubij pop. 69.f
Mars vltor 263.f. Bisultor 264.f. Gradiuus 263.f. Hastatus eodem
Mars vnde dictus 7.f. 71.p
Martis cum Venere adulterium 164. 189.f
Marti immolatus asinus 39.f. equus 122.f
Marspiter 123.f
Marsi. Marsorum genus 306. 186.f
Marsyas 63.p.310.f. fluuius, ibidem 17.p
Martia 2.57. 58.p
Martius campus 157.f
Martius primus anni mensis olim 7.135 129.f
matresfamilias 38. 135.f
Mater deûm 192.f ex Pessinunte Romam vocata 127.f. eius festa 192. 193.f simulacrum eodem
Matralia festa 297. 302.f
Matrona 58. 135.f
matronalia sacra 5. ibidem
Matutæ matris festum 297. 302.304.f
Mauors 135.f
Maximorum familia 36.p
Maximi apud Rom. duo 5.p
Medea cur iouisa Veneri 64.p. Herculem ab infania liberat 69.f. venefica 61.f. eius crudelitas 57. 46.f
mediastinæ classes 131.f
Medius fidius 282.f
Medusa, eiúsque capilli in serpentes 6.59.p. 86.f
Megalesia, ludi 193.198. 203.f
Megara 210.f. 44.p
Melas fluuius 210.f. 13.p
Meleagri fabula 253.f
Melicerta 297. 302.f
Melissa 38. 153.f
mellis inuentio 38.f
Memnon 17.64.p.150. 220.f
Menœtius 69. 269.f
mensis vnde dictus 5.f
mensium nomina vnde 7.f. ratio 234.f

men-

menthæ vsus 106.f
Mentha ibid.
Mentis templum 284.f
mercatorum dies fest. 169.f
Mercurius caducifer 116.f Cyllenius 241.f Hermes 268.f eius inuentum 72.f.242.268.f statuæ eod. templum 169.f
Mercurij plures 241.f
merere 61. 132.f
meretricum festum 231.f
merium 8.p
Meroe insula & oppidum 215.f
Mesembris 23.f
Messala Coruin. 33.35.p eius familia 31.p 80. meo 6 f
Messalinus 33. 35 p
Messana 56. 211.f
Messius mensis 237 f
Metaurus fl. 315.f
Methymna opp. 73 f
metus 60.p
Midas tibiæ inuentor 3.p
Miletus. Milesiorum luxus 40.60.f
miliaria lapidibus olim signata 112.f
miluiæ tria genera 83.f
miluius auis 170.f pons 266.f stella 170. 172.f
Minerua Bellona 123.f.60.f Galeata 20.f Glaucopis 72.f Pallas 118.f Tritogenia 174.f sapientiæ dea 123.f.72.f vnde dicta 123.f.136.f vrbium patrona 72.f
Mineruæ allegoria 123.f vide Pallas.
Mineruæ iouenta 65.f
Mineruæ plures 123.174.f. 71.f
minij consideratio 3.f. 12
Minotaurus 130.f. 87.f
Minyæ 22.f
mola salsa 17.34.63.107.f. 62.p
moly herba 95.f
montis 96.p
monomentum 86.155.222. 282.f
Mopsus 62.p vates 25.p
moretum in sacris adhibitum 203.204.f
mors 7.92.f
Mulciber 5.f
molcta. molctatio 252. 252.f
mundus 17.f eius situs 53.p
Musæ Iouis filiæ 193.137.f Pierides 73.f
musarum numerus 153.f cognomina diuersa 237.f
Muta dea 105. 107.f
Mutia porta 25 f
Mycenæ 129.275.f
Myrtonis vacca 77.p
Myrtus Veneri sacra 190. 179.f
Myrtoum mare 4.f
Mysi. Mysia 32. 96.p

N

NÆnia dea 278.f eod.
nænos 110 f
Nais 107.f
Naiades 41.107.
242.f
narcissus 248.f
Nasonum familia vnde 155.f equestris 76.f
natalis celebrandi ritus 78.f
Naupactus 70.f
Nectar deorum potus 88. 79.f.27 p
nefasti dies 5.8.f
nemesis Adrastea 107.f
Nemorensis lacus 190.f
Nephele 275.f
Neptunus equestris 157.f Hippius eod. vnde dictus 66.f 71.p
Neptuni filij 185.f.36.p inuenta 65.f
Nestoris ætas 15.p
Nicopolis 65.f
nilum nil. nihil 55 p
Niobes fabula 6. 96.f
Niphates fluuius & mons 102.p
Nomas. ibid.
nonæ caprotinæ 100.f
nonæ mensium cur dictæ 10.f
Nonacria. Nonacris 86.f
notus ventus. notia stella 88. 97.f.85 p
nous sia 292.f
noualia. nouales 15.p
nox concubia 219.f
Nox dea ibidem 45.f
noxa. noxia 224 f
nubere mense Maio non est concessum 260.f
Numa Pompil. anni emendator 7.134.f Pythagoræ discipulus 63 p eius cum Egeria congressus 134 f genos 62.p regia & delubrum 72. 285.f
nummi bigati, quadrigati, victoriati 22.f
Nundina dea 9.f
nundinæ 61.f nundinales dies 9.f
nurus 241.f. 76.f
Nictimene 72.f
Nysa opp. 265.f

O

OBærati qui 22.f
Obitum 46.p
Ocrisia 303.f
Octauiani Cæs. res gestæ 70.217.f disertium 52.f triumphus 55.f
Odrysia. Odrysa. Odrysij 83.p
Oebalia. Oebalidæ fratres 56.f
Oebalij 140.f
Oechalia 92.p
Oedipus 4 f
Oeneus 253 f
Oenomaus 37.f
192.f
officium quid 3.f
Ogygia ins. 99.p
olea pacis symbolum 65.f 3 p quando Rom. translata 114 f
Olenus 44.243.f Oleniæ capellæ eodem
Olympias 80.81. 66.f
Olympus Marsyæ discipulus 63.p
Olympus mons 85. 31.f
Olympis 93.f
Olympica certamina ibid. 65.f
omen 20.f vnde dictum 20 f
Omphale 89. 92.f
Opalia festa 194.f
Ophies pop. 56.f
Ophiuchus 313.f
opima spolia 263.f
Ops dea 26.f Consiuia ibid.
ora 89.f orba 94.f
Oreades 91.f
Orestea dea 7.p
Orestis & Pyladis immolandorum fabula 62.p
Oricos 65.p
orinare 107.f
Orion ex deorum vrina natus 260.f.312.262 f 10 sidera relatus 260.f eius ortus & occasus eod. 208.316.f
Orpheus, eiusque cantus & lyra 5.241.f 73.f
Ortygia ins. 269. 310 f
Oscines aues 21.41. 282.f
Ossa mons 32.p. 52.f
Ostrita gemma 10 p
Othryadis res gestæ 111.f
oos decumana 6.f
Ouidius cur exolaris 1.178. f.3.27.f & quando 69.f cur exul carmina scripserit 96 73.f
Ouidius eques 76.f tribun. milit. decemuir, triumuir 105.f
Ouid. quando libros de Arte amandi scripserit 47.f
Ouidij exilium quot annis durarit 31.1.p eiusdem mors 31.p

P

PAcalia sacra 65.f
Pacis templa 64.f sacra 65.f
Pactolus 89.f
Padus 215.f
Pæones 34 p
Pæstum. Pæstanæ rosæ 40.p
Pagalia festa 61.f
paginæ librorum vnde dictæ 5.f
Palæmon 297 f.5.f
palatium. Palatina dea 228. 176 f quercus 338.f
Pales dea 212.f
Palæstinæ deæ 197.f
Palæstes vnde dicta 68.f
Palici 53 p
Palilia sacra 218.219.224. 227.285.f
Palilicium sidus 219 f
Palla 74.75.f
Pallas belli dea cur 123.f item artium & ingeniorum ibid. vnde dicta eod.
Pallas Neptuno f. 5.f oleæ inuentrix 83.f
Pallas trigemina 71.f Vide Mineruam.
Palladium 194.f
Pallanteum. Pallantiom opp. 93 47.49.f
palma victoriæ signum 20. 21 125.f
Palmares siue Palmariæ vestes 30.p
palmites 19.189.f
Pan deus 40.87.f cornipes 91.f Lycæus 40.f inter sidera relatus est 61.f
Pandana porta 13.f
Pandion 12 p
Pangæum promontorium 168.f
Pamisos fl. 102.p
Pannonia. Pannonij 34.p. 32.f
Pantagia 210.f
Parcæ 99.f fatales deæ 24.p Necessitatis filiæ 99.f
Parentalia festa & sacra 102. 257.106.f
Parilia festa 281.f
Paros insula. Parius lapis 91.p
Parrhasia reg. 88.f vrbs eod. 31.f
Parricidij dies 55. 164.f
Parthenius fl. 102.p
Parthenon ibidem 77.p
Pasiphaes in taurum amor quid 73.p
patella 188.f
pater patratus 37. 282.f
Patres conscripti 12. 240.f
Patroni vnde dicti 12.f
Patrius 17 f
Pausaniæ locus 12. 13 p
peculatus 252.f
pecunia ibidem 12.f
Pedo Albinouanus. Pegasus emporium 47.f
Pegasus 137.152.153.f
Pegasij 90.p

Pegasus fons 253. 237.f
Peligni pop. 129.f
Pelion mons 256.f
Pellex. Pellices cur à sacris arceri solitæ 155. 81.f
Peloponnesus 200.f. 37.f
Pelia 58.p
Penates dij 72. 50.f
Penelopes castitas & in maritum fides 58.p
penetrale vnde dictum 69.f. 72.f
Peneus fluuius & Penius 102.p
pensiones 22.f
pentaeteris 80.f
Penthei fab. 166.f
Perenna 133.f
Pergamum opp. 198.f
Periliar interitus 50.p. 120.f
Perilla Ouid.F. 58. 42.f
Perillus 51.p. 65.f
Peristera nympha 43.f. & aois eod.
Perithous, eiúsque apud inferos pœna 13.f
per manus tradere, per filum 8.p
Persephone 209.f
Perseus 153.f
Persia 38.f
pertica 131.f
pes 22.57.f. pro fune 128.f
Pessinus emporium 199.f
Petauta 51.p
Phædræ fab. 312.f
Phaetontis fab. 80.f.226.f. 3.f
Phaetontis sorores in alnos 6.p
Phalaridis crudelitas 65.f
Palisci pop. 14.f
phantasma 125.f
Pharos insul. 55.f vnde dicta ibid.
Phasias 65.p
Phasis fl. 69.f
Phanum 59.p
Pheresæ vaccæ 170.f
Philetar Cous 57.p
Philoctetis vulnus 76.f quomodo curatum 10.p
Philomela 110. 211.f
Philyra in equum conuersa 256.f
Phineus 278.f. 16.p
Phlegethon 89.f
Phlegon solis equus 73.f
Phlegra 52.p
Phoci interitus 69. 70.f
Phœnicia 75. 140.f
Phœnix Amyntorides 16.p
Pholoe mons 86. 87.f
Phorcus. Phorci filiæ 5.f. 6.p
Phrya puer verenda stupratori abscidit 155.f
Phryxus 189. 175.f
Phthia 14.p
Phylaceis vnde dicta 112.f
Phylia Physx 100.p
Phyllis 176.f
piaculum 66.f piacularia auspicia, sacra 34 105.f piacularia dies, porta eod. 66.f
Piamenta ibid.
Picumnus deus 289.f
Picus 145.f dæmon 81. 125.f
Pierus mons. Pierides 86. 237.f.75.f
Pilades & Orestis amicit. 18.f
Pilani milites 132.f
Pilarum genera. pilæ ludus 44.f
pilenta 53.p
Pilumnus deus 289.f
Pinarij 62.p.54. 246.f
pinus Fauno sacra 41.f
piscatorij ludi 58.f
piscium sidus 97. 150.f
Pistius deus 83.p. 138.f
plaga 273.f
plari gere 58.f
Pleiades 122. 141. 191. 2/4.f 45.p earum ortus 130.f 74.p
pleuritis 110.f
Plinij locus 20.f.40.56.82. 83 96.102.p
poetæ cur vates, deorum interpretes, sacerdotes, insani 71.f
Poeticus furor 273.f
pomerium 228.f
Pomona dea 125.f
Pomonalis flamen eodem
Pompa 65.f
Pompeia curia 125.f
Pompei fortuna 80.p
Pomponij 62.p
Ponticus poeta 82.p
Pontifex maximus 67. 151.5..f
Pontifices 67.f
Ponti qualitas & quantitas 8 68.f.78.p
Ponticum mare 81.p
cur dulcius cæteris 55.p
congelari 101.p
Polus. Poli duo 99.f.101. 53.p
Polyhymnia musa 237.f
populifugia 99.f
populus arbor Herculi sacra 98.f
porcus quibus sacrificiis adhiberi solitus 35.f.50.p. 230.f
porrima, porsa 57.f
Portunus deus 25.297. 299.f
Posidon. Posidonia 86. 137.f 40.p
Posthumus 181.f
Postuerta 57.59.f
Porrima, quæ & Cassandra 50.p
Potitij 51.54.146. 282.f
Præcidanea porca 50.p
prædestinatio 81.p
præmium 9.p
præpetes aues 24. 282.f
præstites dij 244.f
prætexta, eiúsque vsus 15.74. 170.f 91.f
prætor honorarius 9.f peregrinus & vrbanus eod.
prætorium eod.
Præneste opp. 276.f
Priapus hortorum deus 39. f.22.f.189 42.f
Priapus opp. 42.f
Primipili centurio 88.p
primitiæ 205.f
procinctus. procincta classis 23.p
Procion stella 233.f
profanum 56.f
Progne in lusciniam 37.f in hirundinem 221.110. 122.f 67.f.58.22.p
Promethei allegoria 31.f
Propontis 4.f.98.p. 68.f
proprium nomen, eiúsque species 63.p
pro rostris 50.p templo, curia eod.
Proscenia eod.
Proserpinæ allegoria 217.f eius raptus 207.f sacra 92.f
prosta e. prostibulum 37.p. 231.f
Proteus 37.f
Protogenia dea 204.f
Publicius. Publicij ædiles 87.25.f
puluinaria 33.p
pumicis vsus 2,1.f
purpura 23.75.f. 73.p
Pygmæi 280.f
Pyiades 43.p
Pylos Neleia 15.p
pyra 203.f
Pyragmon 200.f
Pyramides 203.f
Pyrous solis equus 73.f
Pythagoras 335. 196.f
Pytiusa 41.52.f

Q

Quà pro quatenus 20.p
quadrigati nummi 23.f
quæstores vnde dicti 91.f
quæstura etiam adolescentibus concessa ibid.
qua pro quia 4.p.
quercus digoras 57.f. 48.f
quercus Palatina 236.f
quernea corona 57. 58.f
quinquatria 271.172.
quinquatrus 171.307.308. 3.0.f
Quintia prata 271.f
Quirinalis collis 98. 282.f flamen 98.f. vide Flamen 234.f
litaus 292.f porta 98.f
Quirinalia festa ibid. 201.f stultorum feriæ
cur ibid.
Quirinus 99. 138.f eius fanum 283. 98.f
Quirini vrbs 19.p
Quiris. Quirites 98.99. 231.f

R

Rapere pro stuprare 78.f
rates 42.f
redimus 84.p
redimicula 290.f
reduces 217.f
refugium sacrum 213. 273.f
relegata 30.f
relegatorum duo genera eodem
relegatus quid ab exilio differat eod.
relino 2.f
Remi vmbra 289.f mors 77 219.f
remissus. remittere 189.f.22. 33.p
Remoria 52.232. 239.f
Remuria 260.f
reus 45.f.2.f
Reuerentia Honoris vxor 234.f
rex sacrorum, & sacrificulus 33.133.f.5.78.p
reges olim sacerdotes 69.f
Rhamnusia dea 206.f
Rhea 226.124.f
rhenones 93.98.p
Rhenus fl. 28.225.f eius ortus 68.p
Rhodanus fl. 225.f
rica 68.f
Robigious deus 234.f
Roma in medio Italiæ sita 24.f à quibus primùm condita 5.f caput Latij 69.f deorum hospitium 199.f septemcollis 49.f 24.59.f
Romæ natalis 227.f
Romulus vaticiniorum & astrol. peritus 6.292.f ad deos raptus 99.f cur dictus Quirinus 7.98.f
Romuli asylum 151.f lituus 292.f res gestæ 32.f
rorarij milites. 230.132.f
rosarium 68.p
rubigo rubigalia 62.235.
231.f
rubiginis ferri vsus 4.p
rudis. rudentes 88.f
96 p
ruma. rumen. Rumina dea. rumis. ruminalis ficus 93. 94.95.f
ruminatio 94.f
rumor 68.f.67.p
rus 92.f

S

Sabina erba sacris adhibitali 35.220.f
Sabinus

Sabinus Sangus deus 83.p
Sabinorum origo 26. 129.f
Sacer mons 162.f
sacraque 3.124.f
sacra publica, priuata, peregrina 3.f
stata 31.f
sacra via 47.f
sacrarium 124.f
sacrificandi ritus apud veteres 94.p
sacrificulus rex 33.f
Sadalus.Salales 49.p
sagittarij ortus 255.f
sagmina 37.f
Sagaris fluuius 102.p idem Sangaris.Sangarius eodem.
Saij 49.p. 40.f
sal sacrificiis cur adhibitum 34.f
salinæ 51.f
Salaria porta 231.f
Salassi 33.p
Saliares epulæ 242.f
Salij ibidem. 149 f
Salutaris porta 176.f
Salutis templum ibid.
Samothracia 159.f 22.t
Sangus 138.f 83.p
Sapæ.Sapæus 49.p
Sarmatæ 8.t
Sauromatæ 62.p
Saturnus apud inferos vinctus 7.t
Saturni falx 24. 267. 220.f
Saturnus vnde dictus 40. 194. f.26.t. Vitisator 25.f
Saturnius mons 267.13.f. 81.p
Saturnia porta 13.f
Saturnalia 126.127.239.f 45.t
Satyri Bacchi comites 40. 168.f
Satyrion herba 41.f
Scelerata porta 82.f
Sceleratus vicus 304.f
Schenutes vrbs 39.t
Scirpea simulachra 165.f
Scorpius Martis domus 165. f. eius ortus, occasus 166.191.f
scortea.scortum 58.f
scropha 244.f
Scylla in monstrum mutatum 212.f. 100.p
Scythia duplex 49.t
Scythiæ fines 61.p
Scythæ anthropophagi 81.t. 96.p
Sebastopolis 102.p
Secespita 17.f
seculum 27.t. 197.f
seculares ludi 27.t.
secularia carmina eodem
sedulus 74.p
Segesta dea 62.f
Seia dea.Seianus eodem
Semele 166. 199. f.38.t
Semon Isous. Semones dij 83.p
Sementinæ feriæ 61.f
senectutis honos apud veteres 240.f
senatus.senatores ibidem
septa 9.f
Septentriones 102.p
sepulchralia 103.f
Seria dea 62.f
Serpentarij ortus 313.f
seruorum dies 306.f
Sicania.Sicilia 207.f. 52.p
Sidonij locus 73.p
Sidon 162. 165.f
signifer 130.f
Silenus Bacchi pædagogus 100. t. & comes 41.f
Sileni asellus 42.f
silicernium 103 f
Simethus fluuius 211.f
simulachrum 65.t
Sinti. Sinties 49.p
sinus. sinum dare 96.p
Sirenes.Sirenussæ 99.p
sirpea 309 f
Sisymbrium 231.f
Sitı qui ibidem
Smilax in fruticem 249.f
Sobrius vicus 268.f
solcone.solennia dona 85. 202.f
Solis equi 72.f
solstitium æstiuum & hyemale 108.f
somnus mortis germanus 27.p
speculorum vsus 58.f
Spes dea sola in terris relicta 20.p
Sphinx, eiúsque ænigma 87.t
spiculum. spiculor. spiculator 89.p
stagnum.stagnare 24.p
stamen 218 123.f
stata sacra. Statinæ feriæ 31.62 f
stella regia 75. f. ferotina 2.f
stephanophori 67.f
stipatores 21.f
stipendium. stips ibidem
stipulatio eodem
stola 289.f. 64.p
strena 21.f
striges 278.f
strophia.strophiola 354.f
strues 27.f
stultorum feriæ 98. 101.f
succidaneæ hostiæ 33 f
succulæ, earúmque ortus 219 f.24.t
suffimen 223 f
Suillius 90.p
Sulmo Ouidij patria 4.t. 187.f
Summanus deus 313.f
Syene 15.p
sylua 80.219.f
Syrtes 212.f

T

TÆda 104. 121.f
Tarpeia Vestalis 187. 27.f
Tarpeius mons 13. f. 82.p. 17 f.
Tarquiniorum fuga 113. 272 f.
Taurica Chersonesus 7.p. 82.t
Tauri sidus 282. 265. 220. 234.f
Tauronium opp. 211.f
Tegea opp. 58. 51.f
Telegonus 219.186.f. 59.p
Telephus 31.4.p
Temesa oppidum 258.f
tempe 211.f
tempus 1.2.f
terror 60.p
terebinthus 65.p
teredines 4.p
Tereus in vpupam 119. 212. f
Termerus.Termerium malum. 8.p
Terminus Ioui non cedit 211.f
terminalia 70. 112.f
Terra omnium mater 114.f
Testa quid, & vnde dicta 62.t
Teuthrania 96.p
Thalassiones 208.f
Thalia musa 239.f. Ioui compressa 53.p
Theatra 24.p
Thebæ 176 99.f
Themis dea 46. 162.f
Thesei res gestæ 154.f 13.t
Thesmophoria 205. 212.f
Thrace. Thracia 84.p
Thrassus gentile à Thracia. ibid.
Thrasymenus lacus 314.f
Thuscus vicus 133.f
Thyades 209.f
Thyrsus 42.p
Tibia vnde dicta 195.f tibicen. eodem.
tineæ 4.p
Titanes 171.f. Titanomachia 37.p
Tithonus 297 f
Tityus 6.p
toga 258.f.24.t 170.f
Tomos efuit. 23.t
toxica 88.p
trabea 29. 317.f
tragœdia vnde dicta 39.t
Trœzen 96 p
triarij milites 132.f
Trinacris.Trinacria 52 p
Tritogenia 174. f. Tritonia 108.f
Troiæ ludus in circo 16.p
Trophæum 263.f
tubilustria 278. 174.f
Tubero stella 61.f
tunica 41. 80.f.91.t
turbo 96.t
turma 133.f
turtur Veneri sacra 43.f
Tusculana sacra 235.f
Tusculum 289.f
Typhalus deus 39.f
Typheus gigas 53.212.f. 52.p
Typhon 98. 62.f
tyrones.tyrocinium 39.p

V

VAcinia 2.t
Vacuna dea 288.f
Vacunalia sacra eodem
vagitus 94.f
Valerius Maximus 5. 36.p
Vaticanus ager 170.f
vectigalia 84.p
vector 42. f. Veij 82.f
Veiupiter 151. 253.f
velabrum 293.f
Velites 132.f
Venus alma 178.f. Anadyomene 46.t.77.p. Erycina eodem 231.f. Aphrodite 177. f. 14. f. Cytherea 200. f. Cluacina 200. f. Sospita 70 f. Verticordia 191.f
Veneris diuersa nomina 186.f
Venus vnde dicta 7.182.f
Veneris genitricis templum 35 p cum Marte adulterium 189. f.37.t
Veneris stella 8.39.f 183.f stellæ tres 310.f
Veneres plures 291.f
venti 8 sti 18.p.63.t
ventorum nomina 6 t
veris initium 264.f
Verbena 37. 35 f
Verbenarius 38.f
Vergiliæ 264. f. 45.p 192.f
Vertumnus 294.f
vescum 156. 152.f
vespiliones 102.f
Vesta 125. 284. 287. f. eius ignis perpetuus 251.288.f
Vestæ cur nulla imago 131.f
Vestæ sacra 72.284.f. templum cur rotundum eodem 285.289.f
Vestalium institutio & munus 284. f. delinquentium pœna 296. f
Victoria dea 30.t. 197.f
victoriati nummi 21 f

Viminalis collis 26.f
porta 27.f
Vinalia 223.234.f
Vindemialia 231.f
vindex. vindicere. vindicta 258.251. 579. 49.f vindicare 291.f.92.p vindiciæ eod.
Virbius 314.142.f
Virgo aqua 24.p
virtus 15.c
vitiæ 251.f
vitiligo 15.p
vitta 64.p.224.297.f
vinagium 62.p
vmbracula 89.f
vngulus pro annulo. vngulata vestis 52.p
Volesus 62.p
Vortumnalia sacra 294.f
Vrania musa 239.193.f
vrbis appellatio 5.f
vrsa maior 79.f.10.c minor 78.c
Vulcanus cur ignis deus 51.f Mulciber 5.c.227.52.f
Vulcani plures 129.f
Vulcanalia 271.f
vulturum auguria 228.f

X

Ylampelon 251.f

Z

Zagros fl. 102.p
Zangle 56.212.f
Zephyrus 79.246.248.f.66.6.c
Zerinthum 21.c
Zodiaci signa 67.c
Zona 90.f
Zoroastris longæua sanitas vnde 204.f

FINIS.